BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XVIII
H
13
NAPOLI

1-H-13-19

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPUS
JURIS PUBLICI,

INDEFESSO LABORE,
EXQVISITA INDVSTRIA ET MAXIMO STVDIO
VIGINTI V. ANNORVM SPATIO,

AD DVCTVM
INSTITVTIONVM IVRIS PVBLICI
PHILIPPI REINHARDI
VITRIARII
ELABORATVM

A

JOHANNE FRIDERICO
PFEFFINGERO,
REGIS MAGNAE BRITANNIAE CONSILIARIO,

ET

IN IV. TOMOS
DISTRIBVTVM.

EX BIBLIOTH MARGARITIS

GOTHAE,
SVMPTIBVS IACOBI MEVII,
ANNO MDCCXXXIX.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI IVRIS PVBLICI

ATQUE NEGOTIORVM IN S. R. IMPERIO PVBLICE GESTORVM VERE AMANTI FAVSTA QUAEQUE ADPRECATUR BIBLIOPOLA!

ITerum VITRIARII Inſtitutionum Juris Publici a Beato Domino PFEFFINGERO, Conſiliario quondam Magnæ Britanniæ Regis, præclare illuſtratarum TOMVM PRIMVM typis nitide deſcribendum curavimus, exemplaribus hujus Tomi editionis ſuperioris per emtores tam eximii ac vtiliſſimi operis cupidiſſimos diſtractis. Et quum & huic cum aliis magnæ molis operibus idem fatum fuerit commune, vt, Tomo I. in lucem emiſſo, aliquot fere luſtra effluxerint, prius quam induſtrius AVTOR elaboratiſſimas ſuas Commentationes Tomorum inſequentium ad finem perfectionemque perducere potuit; proclive eſt ad intelligendum, cur & Tomi I. exemplaria jam plane fuerint divendita, eaque nobis deficere cœperint, vtvt haud exigua exemplarium Tom. II. III. & IV. pars adhuc ſuperſit ac proſtat diſtrahenda. Ac quamquam non minus Dn. AVTOR, quam nos jam olim noſtram eo intenderamus curam & operam, vt, nullis etiam impenſis neglectis, editio illa limata & correcta in lucem prodiret; eventus tamen docuit firmavitque, nullum dari librum, quanta cum cura & ſollicitudine etiam ſit recognitus ac impreſſus, vbi non operarum ſphalmata oculos, etiam acutiſſimos, correctorum fugiſſe obſerves. Extantiora hujus Tomi menda ipſe Dn. AVTOR, cum adhuc rebus mortalium intereſſet, ſedulo deſignavit atque expunxit: Emendanda vero & Corrigenda Tomo II. loco appendicis adjuncta voluit; Nos vero in hac iterata editione non modo errata ab ipſo Dn. AVTORE probe indicata, verum & alia plura ab eo forte neglecta & prætermiſſa, ea, qua par fuit, diligentia emendatum ivimus, omnem cautionem adhibentes, ne exemplum magna cum accuratione repurgatum, forte negligentius typis exſcriptum poſſet dici. Poſtea

& in

Digitized by Google

& in id oculos intendimus noſtros, vt omnes paginæ hujus repetitæ editionis vel maxime ſuperiori exacte & omnino concinerent & reſponderent; atque adeo intuitu paginarum inter hanc atque illam editionem nullum intercederet diſcrimen; quamvis variæ immutationes ac ſucceſſiones Electorum, Principum Eccleſiaſticorum non minus, quam Sæcularium, Abbatum & Abbatiſſarum hoc in Tomo occurentium, additæ & ſuppletæ fuerint. Quemadmodum igitur nos ſumme neceſſaria & vtilia, quæ ad continuationem hujus operis ac ſtudii, omnium frequentiſſime mutationibus obnoxii, facere viſa ſunt, huic Tomo heic atque illic inſerta legas: ita & in poſterum noſtram curam & operam in ſupplendis iis, quæ Tomo II. & reliquis, in proxime ſequenti editione, neceſſario adiicienda exiſtimamus, deſiderari haud patiemur. Inter ea nobis nihil prius atque antiquius eſt, quam vt viro, qui eruditione ſcientiaque Juris Publici & rerum S. R. G. Imp. cum Beato Dn. AVTORE omnimo comparandus ſit, atque adeo labori huic concinne & docte continuando facile par videatur, id demus & committamus munus, vt negotiorum, poſt exceſſum Dn. AVTORIS in Comitiis & Summis Judiciis S. R. Imp. demum exortorum, ac notabilium mutationum: Juris autem Publici & publicarum rerum noſtri Imperii & Statuum amantibus ſcitu valde neceſſariarum, collectionem ad noviſſima vsque tempora productam, quam primum fieri poteſt, accurate concinnet. Et hanc collectionem, Deo ita providente, per modum Supplementorum aut Additionum vel ſeparatim edendam: vel loco appendicis Tomo IV. aliquando ſubjungendam curabimus. Tandem, quum jam diu diligentius æſtimaverimus, Indices Tom. II. & IV. adjectos nimium parce & adeo abſciſſe fuiſſe conſcriptos, vt vberrimis Dn. AVTORIS Commentationibus nequaquam ſufficiant, multo minus cunctas doctrinas haud parce propoſitas per compendium exhibeant; non putavimus, nullam nos gratiam inituros eſſe, ſi Indicem locupletiſſimum & exactiſſimum in omnes IV. Tomos conficiendum curaremus: quod negotium Viro alicui haud indocto per aliquod temporis intervallum a Nobis jam concreditum, ad finem propediem producendum avide expectamus. Hæc Te, BENEVOLE LECTOR, ignorare nolui. Tu vero bene vale, noſtrisque conatibus & in poſterum fave. GOTHAE Cal. Septembr. MDCCXXXIIX.

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

DOMINO
GEORGIO
AUGUSTO

BRUNSVICENSIUM ET LUNE-
BURGENSIUM DUCI,
MAIESTATIS ELECTORALIS
HAEREDI DIGNISSIMO,

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

Felicitatem perennem!

Digitized by Google

CELSISSIME PRINCEPS!

ÆTernitati NOMINIS TVI monumentum poſiturus, nec Auguſta SERENITATIS TVÆ cognomina evolvere: nec defixas radicibus altiſſimis virtutes TUAS laudibus celebrare: nec in TE miranda reliqua Panegyrico decantare, aggrediar; quid enim ego enarrandis encomiorum TUORUM prærogativis? Si CELSITUDINIS TUÆ Progeniem aſpiciam, obſtupeſco; ſi portentoſa Parentum facinora, obmuteſco; ſi Excelſi animi TUI corporisque dotum amplitudinem, ſacro obruor ſilentio. Quis mortalium hactenus, PRINCEPS GLORIOSISSIME! ad veram usque Gentis TUÆ originem, vetuſtatis nebulas diſſipavit? Quæ non Estensium Principum ætas? Quæ Guelforum antiquitas? tanta ignorari initia, convenientius longe ipſorum Gloriæ, quam ſi fabulis conſpergantur. Sic Excellentia Parentum TUORUM Facta recenſentibus lubens aſſurgo, ſive BILLINGOS, ſpectemus, ſive GVELFOS, LOTHARIOS, HENRICOS, OTTONES, ALBERTOS, GVILIELMOS, FRIDERICOS, ERNESTOS, GEORGIOS, GEORGIOS-GVILIELMOS, ERNESTOS-AVGVSTOS, GEORGIOS-LVDOVICOS &c. aſt quanta Imperatorum, Regum, Electorum, Ducumque

Po-

Potentiſſimorum, nomina! quorum ſub alarum umbra, tuto ſemper conquieſcere ſubditis contigit felicibus, quo æſtu etiam Martis furor in viciniis ſævierit, omnibus turbarum plenis. Quo Sacratiſſimus Imperator, FRIDERICUS II, de Sereniſſimæ quondam Duce, OTTONE, quem vulgus PUERUM vocat, ſolemni Diplomate, An. 1235. menſe Auguſto, *Moguntiæ* dato, prædicavit, QVOD NVNQVAM, PER IPSVM OFFENSVM FVERIT IMPERIVM, NEC, CONTRA CAESAREVM HONOREM, AD SVGGESTIONEM ALICVJVS, VOLVERIT INVENIRI, Magnanimos Ejus Succeſſores omnes, ad TE usque, PRINCEPS OPTIME! tangunt. Innatum ſane Genti TUÆ, incorruptam Patriæ fidem ſervare: totis viribus Imperii Majeſtatem propugnare: Superbos Hoſtes fortiter debellare: paratiſſima Amicis auxilia transmittere: pullulantibus domi bellis, mirifica prudentia, ire obviam: ſplendidiſſime incruentos ducere Triumphos. Quid auguſtius, hac TIBI relicta hæreditate? quid glorioſius? *Themiſtocli* olim trophæa *Miltiadis* ſomnium excuſſerant, *Cæſaremque*, ad majora capeſſenda, excitabat *Alexandri Magni* Statua; TIBI, CLEMENTISSIME PRINCEPS! & illuſtria Proavorum ſpecimina, & propriarum virtutum calcar, obverſantur. Sibi Ipſi ſufficit GEORGIUS AUGUSTUS, ut Principis Pii, Clementis, Magnanimi, Fortis Eruditi, Prudentis, Optimi, referat imaginem. Qualis ergo, in QVO tot ſimul Fortiſſimorum Parentum radiant ſimulacra? GEORGIUS AUGUSTUS: o felicem Populum, cui Deus tantum Principem dederit, dignum aliquando PARENTIS Magni Hæredem! Sed quo me ſenſim rapiant de TE dicenda? Ad aram igitur CELSITUDINIS TUÆ, devotiſſima mente, accedens, effundo thura, ſummæque venerationis, qua, per quatuor Luſtra, quæ, in Equeſtri hac Academia, tranſegi, ſanctiori reverentia, TE privatim ſum proſecutus, publice immolo victimas, Librum intelligo, quem ſolem-

niter TIBI dicatum, in maximi obſequii pignus, ad pedes TU-OS, flexo genu, depono, ea continentem, quæ Celſiſſimorum Parentum TUORUM, in ornamentum & ſalutem Reipublicæ natorum, gloriam non parum illuſtrant. Sin minus ex decoro agere videar, animum tamen meum, SERENITATIS TUÆ cultui penitus deditum, haud improbatum iri confido. Vale jam, PRINCEPS OPTIME! dulciſſime Spes Patriæ: Germaniæ decus vera: Magni PARENTIS Imago: Populorum deliciæ: TIBI ſubjectorum Amor: Vive diu feliciter; cum Deos ſæpius & minima placare ſoleant, ſuſcipe TU quoque, Gratia ſolita, qualemcunque hanc ſubmisſionis puræ arrham, & me, Civem TUUM, clementisſime tueri non dedignare. *Luneburgi*, Kal. Januar. Ann. MDCCXII, quem, cum futuris plurimis, Altisſimus SERENITATI TUÆ eſſe jubeat fauſtisſimum.

SERENISSIME CELSITUDINIS TUÆ

ſubjectiſſimus

JOH. FRID. PFEFFINGERUS,
Argentoratenſis.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

I.

MAjeſtatem Civilem, a Divina, omnis veluti poteſtatis fonte repetere originem, ſanioris Philoſophiæ regula eſt. Viderat Sapientiſſimum Numen, nec Domum, ſine imperio, nec Pagum, multoque minus Civitatem, ſeu Rempublicam, ſubſiſtere poſſe. Ab admirabili igitur ſtatim mundi fabrica, demandatum ad imaginem divinam creato homini, in reliquas creaturas, imperium. Quis, ad *Noachum* uſque, excelſior Patriarchis? quis potentior? diluvio poſtea, quo mundus periit, in loca ſe ingurgitante concava, propagato, ac longe lateque diſperſo Genere humano, ſana ratio, ſervanda tranquillitas publica, jungendique neceſſitudinis reciprocæ nexus, & frænanda pravorum malitia, ex quo, apud ejusmodi facinoroſos, debita Naturæ Legi reverentia exoleverat, docuere Gentes, inire ſocietates civiles, condere Regna, diſtinguere dominia, agris ponere terminos, (*Hermogenianus* lib. 1. *Juris epitomar:* in L. 5. ff. de LL.) Inprimis, coaluere Civitates: CANANITARUM, SIDONIORUM, HETHITARUM & JEBUSIORUM, a CANAANO, NOACHI, ex CHAMO, nepote, ejusque filiis, SIDONIO, HETHO & JEBUSIO, nomen trahentes, *Geneſ. X, 15, & 1. Paral. I, 13. 14.* BABYLONIORUM, ſub *Nimrodo, Noachi* pronepote; *Geneſ. X, 9-11. & 1. Paral. I, 10.* PHILISTARUM, *Geneſ. X, 14. & 1. Paral. I, 12.* ISMAELITARUM, & MIDIANITARUM, *Gen. XXV, 13. 1. Paral. I, 29.* MOABITARUM & AMMONITARUM, *Gen.* XIX, 36-38. ab ISMAELE & MIDIANO, *Abrahami*, & MOABO atque AMMI, *Loti* Gnatis, ita dictæ; EDOMITARUM, ſub ESAVO, *Geneſ.* XXV, 25. & AMALEKITARUM, ſub ejus nepote, AMALEKO, *Gen.* XXXVI, 12. Quibus omnibus Populis conceſſa a Deo poteſtas ſumma, ab iis tamen viciſſim in Magiſtratus, Reges, Principesque, quos vel ipſimet conſtituerant, vel a Deo ſibi dari curaverant, SAULO teſte, *Deut.* XVII, 14. 15. 1. *Sam.* X, 1. XII, 23. tranſlata. Hinc diſcrimen, inter *Majeſtatem*, & ejus tranſlationem, de quo multa *B. Conringius*, in Diſt. de *Majeſtate Civili*, An. 1677. habita. Illa ſemper a Deo, ſine medio; Hæc rariſſime; cum Populi eam in Principes, ſeu Magiſtratus, conferant. Hocque reſpectu, arcanorum pariter divinæ voluntatis cuſtodes, & Idololatras, tabulæ ſacri Foederis utriusque reſpiciunt, v. g. *Job. XXXVI*, 7. CONFIRMAT (Altiſſimus) THRONOS REGUM, FACITQVE EOS SEDERE IN PERPETUUM, *Prov. VIII*, 15. PER ME REGNANT REGES, & v. 16. PER ME PRINCIPES REGNANT, ET OMNES POTENTES TERRÆ, *Daniel.* II, 21, & IV, 14. 22. & 29. DEUS MUTAT TEMPORA, ET MOMENTA, DE-

TUR-

TURBAT REGES, ET EXCITAT, quæ *Jer. XVIII*, 7-10. confirmat; *Sapient. VI*, 2. AUDITE REGES, ET ATTENDITE, DISCITE JUDICES IN TERRIS---QVONIAM DATA EST VOBIS POTESTAS A DOMINO, ET VIRTVS AB ALTISSIMO &c. Sine diſcrimine, *D. Paulus* ad *Romanos*, XIII, 1. & 2. OMNIS ANIMA POTESTATIBUS SUPEREMINENTIBUS ESTO SVBDITA: NON ENIM POTESTAS, NISI A DEO, ET QVÆ POTESTATES, A DEO ORDINATÆ SVNT. QVARE, QVI POTESTATI SE OPPONIT, DEI ORDINATIONI RESISTIT &c. de quo dicto, *Origenes*, *Chryſoſtomus* & *Theophylactus*, in illud; ut & Auctor XII. *Aluſionum Seculi*, inter opera *Cypriani*, Abuſ, IX. *Gregorius Nazianzenus*, Orat. ad *Cives Nazianzenos*; *Auguſtinus*, Tom. VII. operum, lib. 1. *contra Epiſtolam Parmeniani*, cap. 7. *Hincmerus*, Rhemenſis, *de Poteſtate Regia & Pontificis*, c. 7. apud *Goldaſtum*, T. 1. *Monarchiæ*, p. 4. & 5. *Venericus Vercellenſis*, *de unitate Eccleſiæ conſervanda*, *& Schiſmate*, *inter Henricum IV*, *Imp. & Gregorium VII.* P. R. apud *Schardium*, *de Jurisdictione Imperiali*, p. m. 2. *Leodienſium* Epiſtola adverſus *Paſchalem*. Q. P. R. apud eundem, l. c. p. m. 67. *Marſilius Menandrinus de Padua*, vulgo, *Patavinus*, ſub *Ludovico* Bavaro Imp. florens, part. 2. *Defenſoris Pacis*, *c. 5.* apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 2. p. 201. & cap. 28. p. 300. *Guilielmus de Ockam*, Franciſcanus, Doctor famigeratiſſimus, ejusdem ætatis, Tract. de *Octo Quæſtionibus*, Quæſt. 1. c. 10. ib. p. 325. & 326. *Philotheus Archillinus*, Conſil. Regius, in *Somnio Viridarii*, de A. 1374. lib. 2. c. 166. ib. T. 1. p. 174. Auctor *Operis eximii*, de *Differentia Regiæ & Eccleſ. Poteſtatis*, de An. 1534. part. IV. ib. 3. p. 37. & 38. *Gregorius de Heimburg*, ſub *Friderico III.* Imp. domui Auſtriacæ a conſiliis, *in Admonitione*, *de injuſtis Paparum uſurpationibus*, ib. T. 1. p. 559. & 560. *M. Weſſelus Groningenſis*, D. Theol. cognom. *Lux Mundi*, Tract. de *Poteſtate Papæ & Eccleſiæ*, de An. 1476. c. 13. ib. p. 567. & cap. 23. p. 571. *Johannes Pekinſun*, Tract. *de Abſoluto Regis Imperio*, *Henrico VIII*, R. Angl. inſcripto, ib. T. I. p. 739. & 742. *Ludovicus Servinus*, *Henrici IV.* R. Gall. in Pariſienſi Curia Advocatus, Tract. *de Delicto communi*, An. 1610. ib. T. 3. p. 769. & 770. *Johannes Barclajus*, de *Poteſtate Papæ*, c. 3. ib. T. 3. p. 628. & in *Vindiciis Paternis*, *contra Bellarminum*, *pro Regibus*, c. 3. §. 10. p. 814. & §. 13. p. 815. Cap. 5. §. 7. p. 843. & c. 8. §. 8. p. 866. *Paulus Venetus*, Monachus *Servita*, *in Conſideratione cenſurarum Pauli V. contra Rempubl. venetam*, de An. 1606. ibid. T. 3. p. 298. Doctor quidam Theologiæ, in *Reſponſione ſuper cenſuris ejusdem Papæ contra laudatam Rempublicam*, ibid. p. 369. *Gallo-Francus* in Epiſt. ad *Philenetum*, *pro Libertate Status & Reipub. Venetorum*, ibid. p. 409. *Benignus Milletotus*, in Divionenſi curia conſiliarius Regius, Tract. de *Delicto communi*, An. 1611. ibid. p. 788. *Johannes Marſilius*, Neapolitanus Presbyter, & Theol. D. *in Exceptione*, *contra citationem Papalem in cauſa Veneta*, An. 1606. ibid. p. 478. aliique, evolvantur.

Digitized by Google

tur. Et ad *Titum*, III, §. 1. ADMONE EOS, UT SUBJECTI SINT, ET OBEDIANT, PRINCIPIBUS ET MAGISTRATIBUS &c. Vid. laudati Patres, in hunc locum, *Gratianus*, Cauſ. XXIII. Qv. V. cap. *Si apud.* 24. *Marſilius Patavinus* l. c. part. 2. cap. V. p. 203, *Guilielmus de Ockam*, de *Octo Quæſtionibus*, Qv. 2. cap. 5. l. c. pag. 339. *Gregorius de Heimburg*, l. c. p. 559. *Claudius Guſtæus*, prætor Senenſis, de *Poteſtate Regia in Eccleſia*, ibid. T. 1. p. 658. *Paulus Venetus* l. c. pag. 298. Sic & *D. Petrus*, 1. Epiſt. 2. v. 13-15. SVBJECTI ESTOTE OMNI CREATURÆ HUMANÆ, PROPTER DOMINUM; SIVE REGI, UT SUPEREMINENTI: SIVE PRÆSIDIBUS, TANQUAM AB EO MISSIS---- QUIA SIC EST VOLUNTAS DEI &c. Vid. *Marſilius Patavinus* l. c. part. 2. c. 5. p. 204. *Petrus de Cugneriis*, *Philippo VI*. R. Gall. a conſiliis, Tract. de *Juriſdictione Eccleſiaſtica & Politica*, §. 66. apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 2. p. 1365. Citatum *Opus Eximium* l. c. part. IV, p. 37.

2) Promiſcue, PRO REGIBUS ET MAGISTRATIBUS, PERAGENDÆ PRECES; 1. *Timoth* 2. v. 1. 3. conf. *Ambroſius*, Tom. V. in h. l. *Chryſoſtomus*, Tom. IV. & *Theophylactus*, in eundem; *Marſilius Patavinus*, l. c part. I, cap. XIX. p. 186. & part. 2. cap. V. p. 203. Citat, *Opus eximium* l. c. p 37. *Johannes Bedæus*, *de la Gormandiere* Pariſienſis Curiæ Advocatus, Tract. *de Jure Regum*, adverſus *Bellarminum*, & Jeſuitas, de An. 1611. cap. IV. apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 3. p. 812. Autor Commentationis, ad *Bellarmini* Librum: de *Poteſtate Papæ*, ibid. p. 843. SOLVENDAQUE CÆSARI, QUÆ CÆSARIS. *Matth. XXII*, 21. *Marc. XII*, 17. *Luc. XX*, 25. *Ambroſius*, *Chryſoſtomus*, *Auguſtinus & Theophylactus*, in hæc loca. *Beinhardus*, Epiſt. ad Archi Epiſcopum quendam, *Severum*, *Venericus Vercellenſis*, l. c. pag. 3. *Marſilius Patavinus*, l. c. part. I. Cap. IV. p. 197. & part. IV. c. XXVIII, p. 300. *Guilielmus de Ockam*, de *Octo Quæſtionibus*, l. c. Quæſt. I. cap. *VII*. p. 323. & Qv. 2. cap. *V*. p. 339. *Rudolphus Prællæus*, *Carolo V*. R. *Galliæ a* Conſiliis, & in Pariſienſi Curia, a libellis ſupplicantium, Tract. de *Poteſtate Pontificali & Imperiali*, Rat. XII. ap. *Goldaſtum*, l. c. Tom. I. p. 41. *Philotheus Achillinus* l. c. lib. 2. cap. 134. p. 170. *Michaël de Cæſena*, Generalis Minorum Ordinis Miniſter, ad *Ludovicum* Bavarum, Imp. de *Erroribus Papæ*, ibid. T. 2. p. 1343. *Petrus de Cugneriis* l. c. p. 1365. *Richardus*, Archi Ep. *Armachanus* in Irlandia, in *Defenſione Curatorum*, de An. 1357. ibid. Tom. 2. p. 1406. *Gregorius de Heimburg* l. c. p. 559. *Johannes Bekinſau*, l. c. p. 739. *Nicolaus Craſſus*, Jct. *Venetus*, in *Antiparæneſi*, ad Cardinalem *Baronium*, *pro Republica Veneta*, ibid. T. 3. p. 419. Hieronymus *Vendramenus*, Parochialis Eccleſiæ *S. Mauritii* *Venetiarum* Rector, in *Diſquiſitionibus controverſiarum*, *inter Paulum V. & Rempubl. Venetam*, de An. 1606. Controverſ. 2. ibid. T. 3. p. 461. *Ludovicus Servinus* l. c. pag. 771. *Benignus Milletot*. l. c. pag. 788. *Emundus Recherius*, Doctor Pariſinus, de *Poteſtate Eccleſiaſtica & Politica*, An. 1611. §. 10. ibid. Tom. 3. p. 802. &c. In exemplum quoque ipſemet Salvator DIDRACHMA ſolvit, *Matth. XVII*, 24-27. *Origenes*, *Ambroſius*, *Hieronymus*, *Auguſtinus & Theophylactus*, in hunc locum; *Bernhardus*, in Epiſt. ad Archi Epiſc. Senonenſem; *Gratianus*, Cauſ. XI. Quæſt. 1. cap. *Magnum*. 28. *Venericus Vercellenſis* l. c. pag. 3. *Otto Friſing.*

Digitized by Google

ſing. apud *Flacium, in Catalogo Teſtium Veritatis.* p. m. 658. *Petrus Caſſiodorus.* Eq. Angl. Epiſt. de *Tyrannide Pontificis Romani, in Jura Regni & Eccleſiæ Anglicanæ,* de An. 1250. apud *Goldaſtum* l. c. Tom. I p. 12 *Jordanes,* in Chronica, de *Romano Imperio, in Germanos translato,* apud *Schardium* l. c. pag. m. 105. *Marſilius Patavinus* l. c. part. I. Cap. IV. p. 197. & 198. *Guilielmus de Ockam, in Opere XC. dierum,* Cap. 94. apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 2. p. 1168. *Philotheus Achillinus* l. c. Cap. 3. p. 149. *Richardus* l. c. pag. 1406. *Antonius de Roſellis,* Aretinus, *Sigismundo* Imp. a conſiliis, in *Monarchia,* Part. V. Cap. XVIII. ibid. Tom. I. p. 546. *Opus Eximium.* l. c. p. 36. *Gregorius de Heimburg* l. c. p. 559. *Jacobus Almainus,* Senonenſis, D. Theol. Pariſ. de *Suprema poteſtate Eccleſ. & Laica,* An. 1512. Cap. VIII. ibid. Tom. I. p. 602. *Claudius Juſtæus* l. c. p. 658. *Nicolaus Craſſus,* l. c. pag. 420. & 421. &c.

3) In genere, PRINCIPES GENTIUM DOMINARI dicuntur. *Matth.* XX. 25. *Marc. X. 42. Luc. XXII. 25.* præfati Patres, in hæc loca, *Baſilius* in *Lucam* l. c. *Bernhardus* lib. 2. *Conſiderat:* ad *Eugenium III,* c. 4. *Marſilius Patavinus,* l. c. part. 2. cap. 4. p. 199. Cap. 16. p. 244. & cap. 24. p. 272. *Philotheus Achillinus* l. c. lib. 2. c. *1.* p. 149. & Cap. 47. p. 156. & Cap. 150. p. 172. *Guilielmus de Ockam,* de *Octo Quæſtionib.* Q. 3. Cap. 3. p. 348. *Antonius de* Roſellis l. c. part. I. c. 24. p. 265. *Laurentius Valla,* Patricius Romanus, ſub *Friderico* III. Imp. de *Donatione Conſtantini Magni,* apud *Schardium* l. c. p. 406. Auctor *Operis Eximii* l. c. part. 4. p. 37. *Gregorius de Heimburg* l. c. p. 558. *Benignus Milletot* l. c. p. 781. *Emundus Richerius* l. c. p. 799. *Johannes Barclajus, in Vindiciis* l. c. Cap. 12. §. 6. p. 897. Hocque fundamento, agnovit Salvator Jurisdictionem *Pilati,* Viri gentilis, *Joh. XIX, 11.* NON HABERES, inquiens, IN ME POTESTATEM ULLAM, NISI TIBI DESUPER ESSE DATA &c. *Vid. Origenes, Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſtinus & Theophylactus,* in hoc dictum; *Bernhardus* l. c. *Marſilius Patavinus* l. c. part. 2 c. 4. p. 198. & 199. & Cap. 5. p. 201. & Cap. 28. p. 300. *Philotheus Achillinus,* l. c. Cap. 45. p. 155. *Jordanes,* l. c. pag. 105. *Opus Eximium* l. c. pag. 37. Pariterque D. PAULUS, ad Cæſarem Ethnicum appellavit, *Act. XXV. 9.* &c. Vid. *Marſilius Patavinus* l. c. part. 2. c. 5. p. 204. *Guilielmus de Ockam,* in *Dialogo,* de *Juribus Imperii Romani,* Tract. 2. lib. 2. c. 18. apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 2. p. 917. *Gregorius de Heimburg,* in *Apologia, contra Epiſcopum Feltrenſem,* ibid. p. 1620. nec ſilentio prætereundem: priusquam Apoſtolus Naufragium pateretur, eum ab Angelo redditum noctu certiorem, coram Imperatore ſe compariturum, Actor. XXVII. v. 24.

4) Indiſtincte, CONSTITUIT DEUS PRINCIPES, ET DEPONIT SUPERBOS, *1. Samuel. 2. v. 7. & 8.* P*ſalm 75. v. 8. Luc. I. v. 51. & 52. &c.* exemplo SAULI R. *Iſraelitarum. 1 Sam. X. 1. & XII. 3.* DAVIDIS *1. Sam. XVI. 1. & 12. & 2. Sam. II 1-4. & V. 1-4. 1.* P*aral. XII. 3.* A*ctor. XIII. 22.* JEROBOAMI *1.* Reg. *XI. 31. 35. XII, 20-24. XIV. 7. & 8.* JEHU, *1.* Reg. *XIX. 16.* HASAELIS, *Syriæ* l. c. §. 15. ZOROBABELIS, *Hieroſolymorum, Chaggai 2. v. 24.* CYRI, (Cores) P*erſarum, 2.* P*aral. XXXVI, 23. Eſdra I, v. 2.* NEBUCADNEZARIS, *Babyloniorum, Dan. IV. 14. 32, 33, & V. 18. 19. &c.* Qui omnes Auctore

Digitized by Google

ctore Deo, thronos conſcenderant, verſaque vice, Ejusdem nutu, de ſolio deturbati, idem *Saul*, *1. Sam. XVI*, *1.* REHABEAM, 1. *Reg. XI*, 31. *XII*, 20-24. HOSEAS, a *Salmanaſſere*, Aſſyriorum Rege, in captivitatem abductus, 2. *Reg. XV*, 30. XVII, 1-6. 23. 24. *XVIII*, 9. JECHANIA, *Hieroſolymorum* Rex, a *Nebucadnezare*, captivus *Babylonum* ductus, 2. *Reg. XXIV*, 10-14. *Eſther* 2 v. 6. 2. *Paral. XXXVI*, 10. *Daniel. I*, 1. & 2. *Jer. XXVII*, 20. *XXVIII*, 4. & *XXIX*, 2. NEBVCADNEZAR ipſe, *Dan. IV*, 25. *V.* 18-21. BELSAZER, *Medos* inter *Perſaſque* diviſo ipſius Imperio, *Dan. V*, 28-31. & Alii. Quo etiam referendæ prædictiones, hunc in finem factæ, v. g. SALOMONI, per *Abiam. 1. Reg. XI*, 11. 31. 32. 35. & 36. *XII*, 20. 24. JEROBOAMO, per eundem, *1. Reg. XIV*, 10. & 11. *XV*, 29. & 30. BAESÆ, per *Jebu. 1. Reg. XVI*, 3. ACHABO, per *Eliam. 1. Reg. XXI*, 19. 2. *Reg. X*, 1. HISKIÆ, per *Jeſaiam*, 2. *Reg. XX*, 17. *Eſ. XXXIX*, 6. & in genere, per *Chaggajum*, teſte ipſomet, c 2. v. 23. EVERTAM THRONOS REGNORVM, ET PERDAM ROBVR REGNORVM GENTIVM, Vid. *Hieronymus*, in. h. l. Non male *Tertullianus*, *in Apologetico*, *adverſus Gentes*, Cap. 30. p. m. *571.* *Sciunt* (Imperatores) *quis illis dederit Imperium*, *ſciunt*, *qui homines*, *qui & animas ſentiunt*, *Eum Deum eſſe ſolum*, *in cujus ſolius poteſtate ſunt*, *a quo ſunt Secundi*, *poſt quem Primi ante omnes*, *& ſuper omnes Deos* &c. Conf. *D. Auguſtinus*, lib. IV. de *Civitate Dei*, c. 33. 274. *Deus ille felicitatis Auctor & dator*, *quia ſolus verus eſt Deus*, *Ipſe dat Regna Terrena*, *& bonis*, *& malis*, *neque hoc temere*, *& quaſi fortuito*, *quia Deus eſt*, *non Fortuna*, *ſed*, *pro rerum & temporum ordine*, *acculto nobis*, *notiſſimo ſibi*, *& alibi: Sic quoque Deus Regnum dedit hominibus*, *qui* MARIO, *ipſi: &* CAJO, CÆSARI, *qui* AVGVSTO *ipſi;* NERONI, qui VESPASIANIS, *& Patri & Filio*, *ſuaviſſimis Imperatoribus*, *ipſi &* DOMITIANO *crudeliſſimo*, *&*, *ne per ſingulos ire neceſſe ſit*, *qui* CONSTANTINO CHRISTIANO *ipſi Apoſtatæ Juliano &c.* Conf. *Venericus Vercellenſis* l. c. pag. 13.

5) Indifferenter TIMENDI REGES; *Prov. XXIV*, 21. HONORANDIQVE, *1. Petr.* 2. v. 17. Conf. *Venericus Vercellenſis* l. c. p. 5. *Joh. Bedæus* l. c. Cap. I. p. 809. Quo & illud *Jobi XXXIV*, *18.* QVIS DICAT REGI: TV ES BELIAL, AVT PRINCIPIBVS: VOS ESTIS IMPII? Nec non 1. *Paral. XVII*, §. 22. NOLITE TANGERE VNCTOS MEOS &c. repetita *Pſ. CV*, 15. *S. Theophilus*, Antiochiæ Præſul, A. C. 170. ad *Autolycum*, adverſus Chriſtianæ Religionis calumniatores, ait: *Regem quidem*, *ſive cæſarem*, *honora*, *ſubjectus Ei exiſtens*, *& orans pro Eo*, *hæc enim faciens*, *Dei voluntatem exequeris: nam Divinæ Legis hic tenor eſt: Honora*, *mi fili! Deum*, & Regem, *nec cuiquam eorum inobediens ſis &c.* vel Ethnico viro, *Artabano* Perſæ, apud *Plutarchum*, in vita *Themiſtoclis:* pulcherrima optimaque Perſicarum legum eſt, qua cautum: REGEM ESSE HONORANDVM, ET ADORANDVM, VT DEI, CVNCTA SERVANTIS, IMAGINEM &c. ſunt ſane DII, in his Terris, *Pſ. LXXXII*, 1. *LXXXIX*, 7. *Ventura Vicentinus*, JCt. Venetus, in *Conſilio*, Venetorum Duci, *Leonhardo Donato;* totique Senatui, an. 1606. contra *Paulum* V. Papam, dato, Cap. 2. apud *Goldaſtum*, T. 3. *Monarch.* p. 452. VICARII DEI, vid. Epiſt. *Eleutherii* P. R. ad *Lucium*, R. Angl. in ſæpe fato *Opere Eximio* l. c. part. 4. p. 40. & *Anaſtaſii*, P. R. ad *Anaſtaſium* Auguſtum, ſeq. Tit. 4. §. 8. lit. a. pag. 378. L. 3. C. de *Quadriennii præſcriptione &c.*

)( )(*Dit-*

Ditmarus de *Henrico Sancto*, lib. 6. *Chron.* p. m. 63. Oratio Moguntini ad *Conradum Salicum*, cum inaugurraretur; infr. l. c. *Petrus de Monte*, *de Origine Majeſtatis Imperatoriæ*, in 4. q. num. 3. *Ventura Vincentinus*, l. c. *Guilielmus Barclajus*, Duci Lotharingiæ a conſiliis, de *Poteſtate Papæ*, Cap. V. apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 3. p. 632. Quibus addas *Plinium*, in Panegyrico *Trajani:* PRINCIPEM DAT DEVS, QVI, ERGA OMNE HOMINVM GENVS, VICE SVA FVNGATVR &c. MINISTRI Ejus, ad adminiſtrandam Juſtitiam, tuendos bonos, puniendosque malos; *Pſalm LXXXII*, 3. *Rom. XIII*, 4. *Sapient. VI*, v. 5. *Origenes* ad *Rom. XIII. Hieronymus*, ſuper *Joel.* cap. 2. *Gratianus*, Cauſ. *XXIII.* Quæſt. 5. c. 27. *Non ſolum*, Auctor *Operis Eximii* l. c. pag. 37. *Ventura Vicentinus* l. c. Cap. *VIII.* §. 23. p. 532. LEGATI; vid. *Antonius de Roſellis* l. c. part. I. Cap. 69. p. 293. VNCTI DOMINI, ut SAVL, *1. Sam. XXIV.* 7. 11. *XXVI*, 9. 11. 23. DAVID, *2. Sam. XIX. 21. XXII. 51. Pſ. XVIII. 51. XX. 8. XXVIII. 8.* & paſſim alibi; CORES, Eſ. *XLV. 1.* Add. *1. Paral. XVII, 22. Pſalm CV, 15. CXXXII 10. Thren. IV, 20. Habac. IV, 13.* SECVNDI A DEO, EOQVE SOLO MINORES, Vide *Tertulliani Apologeticum advèrſus Gentes*, cap. 30. p. m. 571. & *ad Scapulam* p. m. 499. Unde ſua *Guilielmus Barclajus* l. c. Cap. *VIII*, p. 637. Ejusque Filius, *Iohannes*, in *Vindiciis paternis, Cap. VIII*, §. 3. p. 861. nec non Röger. *Widringtonus.* Anglus, in *Apologia, contra Bellarminum*, *pro Regibus*, apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 3. p. 692. Ejus SERVI, veluti: MOSES, *Deut. XXXIV. 5. Ioſ. I. v. 1. 2. 13. 15. p.* DAVID, Pſ. *LXXVIII, 70. Ezech. XXXVII, 24.* PASTORES, *2. Sam. V, 2. Eſ. XLIV, 28. Jerem. XLIX, 19.* Pſ. *LXXVIII, 71. 72. &c.* *Petrus Caſſiodorus* l. c. pag. 12. Æternæ hinc damnationis pœnæ *dominationes contemnentibus*, nec *Majeſtates blaſphemare* horrentibus, a *D. Petro*, *2. Epiſt. 2. v. 9.* & 10. annunciatæ.

6) Luculenta immediate Deo ſubjectæ Majeſtatis documenta, quam theſin, *D. Auguſtinus*, Tract. VI. in c. 1. *Ioh.* Tom. IX, Operum, p. m. 60. verba referente *Gratiano. Diſt.* VIII. c. *Quo Jure*, 1. *Sigebertus*, R. Gall. in Epiſt. ad *Deſiderium* Cadurcenſem, apud *Freberum*, *T. 1. Rer. Franc.* p. 221. Epiſt. 70. *Agatho*, P. R. in literis, ad *Conſtantinum*, *Heraclium & Tyberium* Impp. ap. *Nicolaum Cuſanum*, *de Concordantia Catholica*, lib. 2. c. 7. p. m. 310. & 311. *Ludovicus Pius & Lotharius* Impp. in diplomate donationis victus Monachorum *S. Germani*, de An. 817. in vita *Ludovici Pii*, apud *Freberum* l. c. Tom. 2. p. 457. Nicolaus I. P. R. in Epiſtola ad *Michaëlem*, Imp. apud *Gratianum Diſt.* 96. c. *cum ad verum*, 6. Ordines Regni Franciæ, Fidelitatis Juramentum, an. 858. & 873. *Carolo Calvo*, præſtantes, apud *Pithoeum*, de *Scriptorib. Rer. Franc. p. 508. & 509. Johannis VIII.* P. R. in Oratione, tempore laudati Principis, in Imperatorem eligendi, an. 876. habita, ibid. p. 499. S. P. Q. R. in literis ad *Conradum III.* Imp. apud. *Ottonem Friſing. de Geſtis Friderici I.* Imp. lib. I. p. m. 422. & *Flaccium*, in *Catalogo Teſtium Veritatis*, p. m. 365. *Fridericus I.* Imp. in conqueſtione, *ad Ordines Imperii*, *de* Pontificis *arrogantia*, apud Radevicum, lib. 2 de Ejus geſtis, c. 10. p. 482, & *Flacium* l. c. p. 327. *Petrus Caſſiodorus*, l. c. p. 12. *Dantes Aligherius*, Florentinus, lib. 3. *Monarchiæ*, tempore *Ludovici* Bavari Imp. ſcriptæ, apud *Schardium*, de *Juris Imper.* p. m. 104. *Iohan-*

hannes de Pariſiis, alio nomine, *Johannes de Poliaco*, D. Theol. Ordinis Fratrum Prædicatorum Tract. *de Poteſtate Regia & Papali*, circa An. 1322. edito, ibid. p. 117. *Guilielmus de Ockam*, ſupra cit. *Dialogo*, Tract. 2. lib. 1. cap. 25. & 26. p. 896. *Johannes de Gaudano* d. Peruſinus, in *Informatione, de Nullitate proceſſuum Iohannis XXII*, P. R. *contra laudatum Imperatorem, Ludovicum*, de An. 1338. apud *Goldaſtum* l. c. Tom. I. p. 18. *Theodoricus de Niem*, Romanæ Curiæ Abbreviator, ſub *Ruperto* & *Sigismundo* Impp. in Præfatione Operis, de *Privilegiis, ſeu Juribus, Imperii, circa Inveſtituras Epiſcopatuum & Abbatiarum*, apud *Schardium*, l. c. p. 247. *Calixtus III*. P. R. in *Declaratione*, quod, per obitum *Alfonſi* Aragonii, *Neapolitanum* Regnum ad Romanam Sedem ſit devolutum, An. 1458. apud *Ill. Dn. de Leibniz*, Tom. I. *Cod. Iuris Gentium Dipl. p. 417*. Sæpe productum *Opus Eximium, l. c. p. 34. Iohannes Bedæus l. c. Cap. I. p. 807. Iohannes Barclajus, de Poteſtate Papæ l. c. Cap. 8. p. 637*. Auctor Commentationis ad *Bellarmini* Librum: de *Temporali Poteſtate Papæ*, apud *Goldaſtum l. c.* T. 3. *p. 837. 843*. &c. Sexcenti alii, amplius, illuſtrant.

7) Hæcque vera, quoad *Majeſtatis* originem, quatenus ſcil. Deus, a quo omnis Poteſtas ordinata, ejus eſt cauſa efficiens; ſecus, ſi de translatione loquamur, quæ rariſſime immediate fit a Deo, ſed, vel à transferente populo, vel mediantibus lege ſucceſſoria, Transactione, Dote, Teſtamento, Donatione, ceſſione &c. &c. quibus caſibus, non niſi *mediate*, a Deo dependet. Nec intereſt, *Quis eam conferat;* modo conferens, conferendam habeat. Nec *in quem transferatur;* cum eadem ſit Majeſtas Regi, in *Regno;* quæ Optimatibus, in *Ariſtocratia;* Populo in *Politia;* Sociis, in Republica fœderata &c. Nec quæ *profiteatur, ſacra is, qui eà præditus;* nulla conſequentia: *Majeſtas eſt a Deo*; ergo & *ſtatim omnes, qui eam gerunt;* vel *Oſea*, interprete divino, teſte Cap. VIII, 4. REGNAVERVNT, SED NON EX ME; PRINCIPES EXTITERVNT, ET NON COGNOVI EOS &c. Nec *quomodo ea deferatur, abſolute, an cum conditione;* quoniam Pacta, quæ in translatione Summæ poteſtatis, alicubi ſtabiliuntur, & vulgari nomine *fundamentalium Legum*, vel *Capitulationum*, veniunt, ut ſecundum ea, Reſpublica adminiſtretur, Majeſtati non officiunt; manet perfecta Majeſtas, licet imperaturus, in ea ſuſcipienda juramento etiam, promittat, ſe, juxta Pacta conventa, rerum ſummam moderaturum; Majeſtas quidem, qua talis, (in iis enim, quæ *privatim* agit, nec *privatorum* regulas effugit;) nullis tenetur Legibus, proprie ita dictis, quippe quæ obedientiæ civilis neceſſitatem involvunt, quæ in Summam Poteſtatem non cadit, ut ex *Modeſtino*, lib. I. *Regularum, in L. 7. ff. de Legibus*, apparet; ob ſibi invicem contraria: *Eſſe ſummum, & conſtringi Legibus;* poteſt tamen, *per conventionis modum*, citra ſui diſpendium, obligari naturaliter. Vid. *Grotius* de J. B. & P. lib. 1. cap. IV, §. XII. p. m. 147. & lib. 2. Cap. XI. §. V, v. 3. p. m. 348. & *Thomaſius*, ad *Vlrici Huberi* Tract. de Jure *Civitatis*, lib. I. Sect. 3. cap. 5. §. 11. pag. 85. Eo uſque hæc valent, ut, pro gravitate transgreſſionis Imperans Majeſtate rurſus privari queat, ſi v. g. ſtipulata ſolenniter capita, ſive jam Religionem, ſive Jurium Majeſtaticorum exercitium, ſive utrumque, concernant, peni-

Digitized by Google

tus peſſundando, hoſtili vero animo, in totius Populi exitium graſſetur; tunc enim, ex Rege, fit Tyrannus: ex Conſervatore, deſtructor: ex Imperante, deſertor: ex PatrePatriæ, hoſtis: ex Paſtore, lupus rapax: ex Magiſtratu, privatus, cujus nefaria perdendi voluntas, cum voluntate imperandi, & conſervandi, ſtare nequit; ſicque reſtituitur in integrum Reſpublica, cui nunquam fas eſt, deſtituendi Principis poteſtatem ſe abdicare, quoties deſtructionem molitur, ob rationes, commiſſæ ſibi Majeſtatis tuendæ, reddendas Deo. Vid. ex *Barclajo, Grotius*, l. c. lib. I. c. 4. §. 9. &. 11. p. m. 145. & 146. Exemplo eſt *Rehabeam*, 1. *Reg. XII, & 2. Paral. X. & XI.* Conf. *Arumæus* Vol. IV. *Iur. Publ.* Diſc. 42. *Simon, in Grotium* l. c. p. 146. Nec hic excipiendi Principes, alias etiam abſolutiſſimi, *tacitas* duntaxat *Leges Fundamentales*, quales ſunt: *Cives, contra vim injuſtam, tueri: Salvam eis libertatem, rerumque ſuarum dominium, relinquere: Pietatem erga Deum & Parentes ſartam tectam conſervare: Maritos imperio in uxores; nec dominos, in ſervos, exuere. Juſtitiam implorantibus non denegare: Publice introductum deferendæ Majeſtatis modum non mutare: legitimos ſucceſſores, jure quæſito non defraudare, multoque minus e medio tollere: Spurios non intrudere: Honeſti & decori regulas comprobare* &c. ceu ex Pſ. 99. v. 4. Rom. XIII, 4. 1. Tim. 2. v. 2. & 1. Macc. XIV. nec non *Hieronymo*, in Cap. XXII. Jerem. unde ſua *Gratianus*, Cauſ. XXIII. Q. V. c. 23. *Regum officium*, diſcimus, utpote quibus Imperans *naturaliter* obligatur, evertendo: Quia & hoc caſu, *Deo potius quam Homini obediendum* (Act. V. 29. jung. Eph. VI, 1. 2. 3. 5. & Col. III, 18. 20. 22.) priſtinamque Reſpublica libertatem recuperat. Probe tamen diſtinguendus Princeps malus, ab Everſore; ſiquidem, ob quælibet peccata, Rempublicam non deſtruentia, veluti homicidium quoddam, aut, ſi adulteræ libidini famularetur &c. nequaquam ſubditos debitam Principi obedientiam ſubtrahere. Decet, ſoli Deo deſuper reſponſuro. Quo ſpectat illud *Salomonis, Eccleſ.* VIII, 4. QVIS DICAT REGI: QVID FACIS? conf. Joh. XXXIV, 18. ut & Pſalm LI. 6. TIBI SOLI PECCAVI &c. Recte hinc *Ambroſius*, T. IV. Operum, in *Apologia Davidica* Cap. X. ad haec verba: *Rex utique erat, nullis Ipſe Legibus tenebatur, quia liberi ſunt Reges a vinculis delictorum. Neque enim ullis ad pœnam vocantur Legibus tuti Imperii poteſtate. Homini ergo* (Uriam occidendo, Badſebam ſtuprando &c.) non peccavit, *cui non tenebatur obnoxius*, Add. *Cyrillus Alexandrinus*, lib. XII. *in Iohannem*, cap. 56. p. m. 617. *Nemo Leges Regum impune reprobat, niſi Reges Ipſi, in quibus prævaricationis crimen locum non habet; prudenter enim dictum eſt, Proverb. X. impium eſſe, qui Regi dixerit:* INIQVE AGIS, Add. *Agapetus*, Diaconus Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolis, in *Expoſitione admonitoria, ad Juſtinianum* Imp. in *Monumentis Patrum Orthodoxographis*, Edit. Baſil. an. 1569. §. 27. p. m. 187. *Tibi ipſi cuſtodiendi Leges impone neceſſitatem, cum non habeas in Terris, qui Te poſſit cogere &c.* Et *Gregorius M.* in dicta verba Davidica: TIBI SOLI BECCAVI: *Si diceret, manifeſtius peccatum meum Tibi Soli relinquitur puniendum, eo quod alium non habeam Superiorem, qui Me poſſit punire, cum Ipſe ſim Rex - - - Rex utique ſoli Deo, cæteri vero, & Deo peccant, & Regi &c. Et Haymo Halberſtadienſis*, in eundem Pſalmum: TIBI SOLI PECCAVI,

quia

Digitized by Google

quia, cum Rex ſim, nullus habet poteſtatem punire peccatum meum, niſi tu ſolus. Et Euthymius Zigabenus Monachus, an 1118. florens, in eundem: TIBI SOLI PECCAVI, *cum Rex ſim, & Te ſolum commiſſorum a me ſcelerum Judicem habeam, Tibi ſoli peccaſſe videor, hoc eſt, Tibi ſoli Judici ſubjicior, cæterorum enim omnium dominus ſum, & ob potentiam meam, licere videntur, quicunque libuerint. Et Nicolaus de Lira*, in eundem: TIBI SOLI PECCAVI, *tanquam Judici, & punire potenti. Peccaverat enim contra* VRIAM, *& alios, occaſione hujus, interfectos; tamen, quia Rex erat, non habebat Judicem ſuperiorem, qui poſſet eum punire, niſi Deum.* Pluresque alii a *Rogero Widringtono*, in ſuperius citata *Apologia, p. 692. & 693. & Guilielmo Barclajo, de Poteſtate Papæ*, Cap. VIII. p. 637. producti. *Hujus* etiam loci ex *Pſalmo CV, 15. & 1. Paral. XVII, 22.* NOLITE TANGERE VNCTOS MEOS.

8) Non attendendnm igitur vanis Gallorum adulationibus, quando, *Grammondo* teſte, libr. 1. *Hiſtor.* p. m. 62. & 63. Anno 1615. in Pariſienſibus Comitiis, trium Ordinum ſuffragio, in hanc itum ſententiam: DEBITAM IMMEDIATE VNI DEO REGVM IN SVBDITOS POTESTATEM, veram eſſe theſin, ſi de Galliæ Regibus, Venetorumque Republica, intelligatur; dubiam vero & plerumque falſam, ſi de Principibus promiſcue. Quali fundamento, quæſo, nititur hæc vanitas? Legibusne publicis? aſt quibus? num tacito Gentium conſenſu, nunquam declarato? num unanimi eorum Venetorumque confeſſione? quid inde perjudicii tertio? & undenam tot Civilia apud eos geſta bella effuſique ſanguinis prodigalitas? an Potentia? hæc Majeſtatem delatam non conſtituit, quamvis illuſtret, ante *Ludovicum XI.* itane comparatum erat Imperio Gallico, ut hodie? aut putaveris, Populum Galliæ Regi ſuo, ſi, exeeranda impietate, cultum Idolorum, aut nefanda Judæorum dogmata, imperaret, coeca caligine, in Divinæ Legis injuriam, fore obediturum? Num modo Regias ſuſcipiendi infulas? id arbitrii humani fœtus eſt; violentiæ quandoque ac fraudis, harum ope, ſi quis Imperium ad ſe rapiat. Nullum ergo aſſertioni præſidium.

9) Quomodo res in *Imperio* Romano-*Germanico*, ſe habeat, tertia vice prelum, jam ſubeuntibus notis, in Dn. PHILIPPI REINHARDI VITRIARII, Viri Clariſſimi, INSTITVTIONES JVRIS PVBLICI ROMANO-GERMANICI, explicabo, ita quidem, ut media inter eos via, qui Imperatorem, Mundi, quidni Germaniæ? Dominum eſſe arbitrantur: qua de horrida hypotheſi, ſeq. Tit. IV. §. 7. lit. a. pag. 377. evolvas; & eos, qui nudum fere Imperii mandatorum executorem, ad inſtar *Spartanorum* quondam Regum, ex Eo ſibi fingunt incedam. Non niſi ſumma circumſpectione, de Reipublicæ noſtræ Majeſtate, loquendum. Manet Imperator Sacratiſſimus ſummum tanti Corporis Caput inviolabile, totiusque Chriſtiani Orbis Princeps Maximus, cui Gentes omnes, tacita quadam conſpiratione, reverentiam exhibent; nec tamen propterea Eminentiſſimi celſiſſimique Ordines Majeſtatis communione privandi.

10) Circa Methodum, utut aliis graveolentem, nihil mutavi. Stylo uſus ſum plano

no & aperto, exprimendis dilucide rebus aptando, formularum elegantiorum bullas Principatum Eloquentiæ tenentibus, vel ambientibus, inflandas relinquens. In Controverſiis, publica definitione egentibus, judicium interponere ſemper mihi Religio fuit, reliquas, juxta Imperii Conſtitutiones, ſemoto partium ſtudio, examinavi. Hiſtoriam, illuſtrandis theſibus ſummopere neceſſariam, ſubminiſtrarunt Diplomata, magno numero heic adducta, Actaque Publica alia, quæ non levi vigiliarum moleſtia, ſcrutatus ſum; & Auctores Vetuſtiſſimi, quorum ductu, genuinos ubique fontes, adire licuit. Codices ſimul, in quibus reperiuntur, indicavi, ne quis exiſtimet, tot barbarorum Nominum enarratione me titillari; ſubinde propria ipſorum verba uſurpavi, ut ſtatim habeat Lector, quæ quærit, & quæ demonſtranda erant; inſertis hinc inde Tabulis Genealogicis, auctoritatem veterum præ ſe ferentibus; Hinc libri moles præter ſpem excreſcens, & nectenda mora. Perſuadeo tamen mihi, in medium prolata Amicis non ingrata fore, nec tædio; etiamſi diffuſiſſimum hoc argumenti genus, nequaquam a me ſatis tractatum erroribusve immune, ſciam. Decreta facere non poſſum, nec omnibus placere; quod nec cupio; meliora interim docentibus lubenti animo cedam, imo gratias referam, eorumque laudibus, qui vanam gloriolam non aucupor, promtiſſime acclamabo.

11) Cavillatores, & mordax pecus, commiſerationem merentur. Miſeri profecto, qui *nihil rectum putant, quod ipſi non faciunt*, (*Terent*: *in Adelphis, Act.* Scen. 2) ſi ſaperent, nihil ab hominibus alienum, *errare*, confiterentur, multoque minus, ob eloquia divina, 1. Cor. *XIII*, 9. *Jac. III*, 2. *&c. infallibilitatem* ſtolide a proximo eſſent exacturi. *O quantum*, (exclamante *Seneca*) *quod neſcimus?* Bene *Terentius* l. c. Act. V. Scen. IV.

Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, uſus, ſemper aliquid adportet novi,
Aliquid moneat, ut illa, quæ te ſcire credas, neſcias,
Et, quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

12) Utere igitur, Lector benevole! labore meo, prout vacat. Si quædam inde tibi probentur, impleta eſt ſcriptionis menſura; ſin minus, per me ſemper propriam Cynoſuram ſequi licebit. Mutationes, quæ facta impreſſione demum contigerunt, in fine libri notabuntur. Vale & fave

Auctori.

CORPORIS
JURIS PUBLICI
TOMUS I.

ANTIQVUM MODERNUMQVE
IMPERII ROMANO-GERMANICI
STATUUM VERA EIVS PRINCIPIA, CONTROVERSIAS ILLUSTRES, EARUMQVE RATIONES AFFIRMANTES, NEGANTES ET DECIDENTES EX IPSIS FONTIBUS EXHIBENS.

EDITIO REPETITA,
A MENDIS REPURGATA, ET AD TEMPUS PRAESENS CONTINUATA.

CUM PRIVILEGIIS SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS, REGIS POLONIAE ET ELECTORIS SAXONIAE.


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE III NAPOLI
Google



I. N. D. N. J. C.

INSTITUTIONES
JURIS PUBLICI
ROMANO-GERMANICI.

PROOEMIUM.

Studium Juris Publici nullô quidem (*a*) tempore intermiſſum prorſus eſt, (*b*) ſed rarius tamen ita traditum, ut aut ejus cognitio ad poſteros perveniret, aut vel nullâ obſcuritate, vel nullis difficultatibus involutum eſſet.

NOTÆ.

(*a*) NULLO QUIDEM. Cum nulla reperiatur Gens, nulla Civitas, nulla omnino Societas, quam exigua etiam ſit, vilisque ex hominibus precii conflata, cui non ſint Jura quædam, certæque leges ſcriptæ, vel conſuetudines, juxta quas ſyſtema ſuum ſtudet conſervare, expeditum arbitror, *ſtudium Juris Publici* nec aliam ob cauſam, *nullo tempore prorſus fuiſſe intermiſſum*, quam quia nunquam Reſpublica eſſe deſiit, cujus *ſtatui publico*, pari neceſſitate, legibus publicis, ac privatis *privato*, ſuccurrendum erat. Qua de re legas Dn. *Conringii* epiſtolam, *Joachimi Hopperi* operi de *Vera Juriſprudentia*, Anno 1656, Brunſuigæ recuſo, præmiſſam, & ad Dn. *Henricum Langenbeck*, Cancellarium Cellenſem, directam, quæque inter Epiſtolas B. Viri anno 1666, Helmſtadii, uno volumine editas, prima à quinquageſima eſt.

(*b*) SED RARIUS &c. Rationes ſequenti §. 16. producuntur.

1. *Ex* antiquis vix quisquam ſupereſt, præter *Xenophontem*, (*a*) cujus duo egregii libelli, unus, *de Republ. Athenienſium*; alter, *de Lacedæmoniorum*, inter reliqua ejus opera habentur. Commentarii *Pauſaniæ* (*b*) de veteris Græciæ regionibus verè politici ſunt, & notis eruditiſſime illuſtrati à *Friderico Sylburgio*.

A NOTÆ.

NOTÆ.

(*a*) XENOPHONTEM &c. *Xenophon* erat Philoſophus Athenienſis, *Socratis* diſcipulus, has res relinquens, anno Mundi 3612. Ob inſignem eruditionem & eloquentiam, vocatus eſt *Muſa Attica*; Compoſuit circiter quadragenos libros, quos inter reperitur unus de *Republica Athenienſi*; & alius de *Republica Lacedæmoniorum*, queis ſtatum Publicum utriusque Reipublicæ depinxit. Vitam Ejus deſcripſit *Laertius* lib. 2. Conf. *Suida* Lexic. & *Strab.* lib. 8. Opera ejus omnia, quæ extant, interprete *Johanne Leunclavio*, cum appendice & Notis perpetuis *Æmilii Porti*, ann. 1605. Francofurti Tomis duobus, in 8vo prodierunt. Opuſculorum ejus de duabus modo nominatis Rebuspublicis, meminit quoque *Conringius*, Tract. de *Civili Prudentia*, Cap. XIV. p. 306. Plura de eo collegit *Gerhardus Johannes Voſſius*, lib. I. de *Hiſtoricis Græcis*, Cap. V. p. 19. &c.

(*b*) PAUSANIÆ &c. Erat Lacedæmonius, &, *Philoſtrato* teſte, diſcipulus *Herodis Attici*, qui, notante *Gerhardo Johanne Voſſio*, lib. 2. de *Hiſtoricis Græcis*, Cap. XIV. p. m. 227, *Hadriano*, & *Antonino Pio* imperantibus, magnum nomen inter Sophiſtas habuit; in prælio apud *Plataas*, adverſus *Mardonium*, Dux fuit, eoque finito, *Cyprum* miſſus & *Helleſpontum*, ut inde Barbarorum ejiceret præſidia. Extat eruditum ejus Opus de *Græcia*, libris X. conſtans, quibus & Urbium ſitus, & locorum intervalla, accurate complectitur, inſuperque Regum Familias, Bellorum origines & eventus, ritus ſacrorum, ſtatus denique Rerumpublicarum, copioſè deſcribit; excuſum Baſileæ An. 1550. interprete *Abrahamo Læſchero*, notis illuſtravit *Fridericus Sylburgius*, Hanoviæ, An. 1613.

2. Fragmenta Rerump. ab *Ariſtotele* deſcriptarum, à *Caſaubono & Heinſio* collecta, nihil fermè politicæ obſervationis continent. (*a*)

NOTÆ.

(*a*) CONTINENT &c. Vid. Conring. de Civili Prudentia, Cap. XIV. p. 306.

3. Inter Scriptores Romanæ Reipublicæ veteris vix quisquam eſt; (*a*) qui veræ prudentiæ publicæ inſerviat; cum plerique nudam enumerationem Magiſtratuum, absque altiori perveſtigatione cauſarum, perſecuti ſint.

NOTÆ.

(*a*) EST &c. De antiquo Romanorum Jure, Veteribus Provinciis, & Jurisprudentia Romana, ſcripſit *Carolus Sigonius*, cujus opus, una cum deſcriptione Reipublicæ Athenienſis, An. 1609, Hanoviæ prelo ſubjectum, in fol. Edidit inſuper Librum de Republica Hebræorum, aliaque, de quibus evolvendus *Thomas-Pope Blount*, pag. 760, Cenſuræ Authorum. Alios hoc titulo laudat ſequens §. 4.

4. Proximi temporis Scriptores majori ſtudio in hoc argumento verſati ſunt, & veteres partim, partim hodiernas Reſpublicas deſcripſerunt. Ex iis potiſſimùm Studioſo Juris publici legendæ: *Johannis Meurſii* (*a*) & *Ubbonis Emmii* (*b*) *Græcia vetus*: *Caroli Sigonii* (*c*) *aliquot Reſpublicæ antiquæ*: *Hermanni Conringii* diſſertatio *de Republ. Hebræorum*: (*d*) Annotata ad priores §§. Partis ſecundæ Jacobi Lampadii *de Republ. Rom. Germ.* ubi de antiqua Republ. Romana; Et tractatus *de Finibus Imperii.* ubi de prima origine Imperii Germanici (*e*) ejusque mutationibus, multa tradidit. *Notitia utriusque Imperii Guidonis Pancirolli*, Jurisconſulti Patavini, magni æſtimatur à Doctoribus, propter Jus publicum Romanum antiquum.

NOTÆ.

(*a*) MEURSII, &c. Johannes Meurſius, *Losduno* Batavus, Antiquitatis Græcæ peritiſſimus, de *Athenienſium* rebus in primis bene mereri voluit, edendo Regnum Atticum, Archontes Athenienſes, Fortunam Atticam, Cecropiam, Areopagum, Populos Atticos, Athenas Atticas &c. Vid. *Thomas-Pope Blount*, Cenſura Authorum p. m. 953. *Conring.* de *Civili Prudentia*, Cap. XIV. p. 308, & 309.

(*b*) EMMII &c. Ubbonis Emmii, Grethani, Friſii, primique Academiæ Groningenſis Rectoris, *Græcia Vetus* duabus abſolvitur partibus, quarum *prior*, An. 1632. typis Elzevirianis impreſſa, complectitur, (1.) Status Reipublicæ duarum Civitatum, *Attica & Laconica*, ſuccinctam delineationem, (2.) Rempublicam Athenienſium, (3.) Inclinationem & interitum Reipublicæ Atticæ, (4.) Rempublicam Laconum, (5.) Appendicem deſcriptioni Reipublicæ Laconicæ ſubjiciendam; *Poſteriori*, quæ an. 1644. ex eadem Officina publici facta Juris, continentur: (1.) Reſpublica Carthaginenſium, (2.) Appendix de ſitu, amplitudine, magnificentia & porta Carthaginis, (3.) Reſpublica Legesque Cretenſium, (4.) Reſpublica Argivorum, (5.) Reſpublica Thebanorum, (6.) Reſpublica Corinthiorum, (7.) Reſpublica Syracuſana, (8.)

Digitized by Google

(8.) Reſpublica Corcyræorum, (9.) Reſpublica Samenſis, (10.) Reſpublica Chienſis, (11.) Reſpublica Rhodiorum, (12.) Reſpublica Achæorum, (13.) Reſpublica Ætolorum, (14.) Status Acarnanum, (15.) Status Epiri, (16.) Concilium Amphictyonicum, (17.) Respublica Maſſilienſium, (18.) Reſpublica Locrenſium, (19.) Reſpublica Lyciorum in Aſia. Eximio prudentiæ civilis lumine eum opus ſuum illuſtraſſe, teſtatur *Conringius* l. c. Laudes ejus collegit *Blount* l. c. p. 917.

(*c*) SIGONII, &c. vid. Not. præced. §. 3. lit. a.

(*d*) HEBRÆORUM, &c. Hujus loci etiam ſunt: *Antonii Thyſii*, Prof. Academiæ Leydenſis, *Memorabilia Celebriorum Veterum Rerumpublicarum*, ex officina *Johannis Maire*, Lugd. Batav. 1646; It. *Martini Schoockii*, *Fatum Rerumpublicarum Achæorum & Vejentium*, ex officina *Gisberti Zylii*, Traject. ad Rhen. An. 1664; *Petri Gyllii* Libri tres de *Boſphoro Thracio*, ex Officina Elzeviriana, Lugd. Batav. An. 1632. *Bonaventura Cornelius Bertram*, de *Republica Ebræorum*, Commentario illuſtratus opera *Conſtantini l'Empereur*, ex officina *Johannis Maire*, Lugd. Batav. An. 1651; *Adrianus Houtuyn* JCt. de *Monarchia Hebræorum*, ex officina *Felicis Lopez*, Lugd. Batav. An. 1685. *Bodinus*, de *Republica*. *Reineccii* Syntagma de Familiis Monarcharum Chaldæorum & Aſſyriorum; *Marci Zuerii Boxhornii* Hiſtoria Univerſalis; *Gerhardi von Stækken* Amœnitates Hiſtoricæ, ſeu Res geſtæ & Jura Romanorum Græcorumque &c. Conſ. *Joh. Andreæ Boſii* Introductionem in *Notitiam Rerumpublicarum*, Cap. IV. §. 7. p. 49; ubi alii hoc titulo in medium proferuntur.

(*e*) GERMANICI &c. Derelicta à Veteribus Germanis omni literarum luce, Græcisque parum vel nihil Germanicarum rerum curam habentibus, fruſtra notitiæ Reipublicæ noſtræ præſidia apud eos quæruntur. *Strabo* lib. 7. *Geographiæ* meminit quidem Germaniæ, Gentisque morum, & victoriæ Cheruſcorum, quam, *Arminio* belli Duce, contra *Quintilium Varum*, militiæ Romanorum Principem, reportarunt, ſed multa ibi, præſertim locorum ſitus, confunduntur, quandoquidem nec *Sicambri*, nec *Bructeri*, accolæ Oceani erant, ut vel ille arbitratur. Parum etiam fida ſunt, quæ ex *Claudii Ptolomæi* Geographiæ libro II. cap. II. de Germanorum Populis, haurias, utpote quorum termini non ſemel ibi malè poſiti, ceu ex Illuſtris *Godefridi Guilielmi Leibnizii*, Opere *Rerum Brunſuicenſium*, p. 15. &c. clarum eſt. Sed & veteres Romanos non multum de nobis fuiſſe ſolicitos, ſilentium eorum argumento eſſe poteſt. *Cajus* vel, (ut Gerardus Johannes Voſſius, lib. I. de Script. Latinis, Cap. 24, p. m. 120, ex MS. Codice, legit) *Marcus Vellejus Paterculus*, lib. 2. *Hiſtor.* Varianæ cladis memor, vix Germanorum nomina exprimit, quorum cauſa tunc agebatur; nedum flumina ibi occurrunt, præter *Viſurgim*, *Albim*, *Lupiamque*, cui perperam adhuc *Juliæ* nomen affingitur. Amplior nonnihil Germaniæ deſcriptio libro tertio *Pomponii Melæ*, de *Situ Orbis*, continetur. *T. Livium* haud pauca de Gente noſtra memoraſſe, Epitomator ejus teſtatur, Plura ſubminiſtrat *Plinius*, lib. IV. *Hiſtoria Naturalis*, Cap. 13. & ſeqq. Cujus hæc ſunt verba, cap. 14. *Germanorum genera quinque: (1.) VINDILI, quorum pars Burgundiones, Varini, Carrini, Guttones; (2.) Alterum genus INGÆVONES, quorum pars Cimbri, Teutoni, ac Cauchorum Gentes; (3) Proximi autem Rheno ISTÆVONES, quorum pars Cimbri Mediterranei; (4.) HERMIONES, quorum Suevi, Hermonduri, Chatti, Cheruſci; (5.) Quinta pars PEUCINI, Baſtarnæ, ſupradictis contermini Dacis. Amnes clari in Oceanum defluunt, Guttalus, Viſtillus ſive Viſtula, Albis, Viſurgis, Amiſius, Rhenus, Moſa. Introrſus vero nulli inferius nobilitate Hercynium jugum prætenditur. In Rheno ipſo, prope centum millia paſſuum in longitudinem, Nobiliſſima Batavorum inſula, & Caninefatum, & aliæ Friſiorum, Cauchorum, Friſiabonum, Sturionum, Marſatiorum, quæ ſternuntur inter Helium ac Flevum; ita appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus ab Septentrione in lacus, ab Occidente in amnem Moſam, ſe ſpargit, medio inter hæc ore modicum, nomine ſuo, cuſtodiens alveum. Sunt & qui alias Inſulas prodant, Scandiam, Jumnam, Bergos, maximamque omnium, Nerigon, ex qua in Thulen navigetur. A Thule unius diei navigatione mare concretum, à nonnullis Cronium appellatur.* Quæ notis donavit Illuſtris Leibnitius l. c. pag. 7. & 8. Magis excellit *Cornelius Tacitus*, ſub *Veſpaſiano* Imperatore, Galliæ Belgicæ rationum procurator, & *Trajano* imperante adhuc clarior, integro libello de *Situ*, *Moribusque Germaniæ Populorum*, magna prudentia, ſincero mentis judicio, & dictionis gravitate paſſim conſpicua, poſteritati, relicto, cujus verbis vel ideo adhibenda fides, quod reliquis poſterior omnia magis comperta habuerit, ceu Dn. *Conringius*, Epiſt. 7. ad ſereniſſimum Principem *Chriſtianum Ludovicum*, Brunſ. & Lineburg. Ducem, ſcripta, præfixaque dicto Taciti Libro, cum eum an. 1635, & poſtea an. 1652. ederet, p. m. 59. pluribus demonſtrat. Jungendi tamen ei ſunt, qui extant Ejus Commentatores, veluti: *Andreas Althamerus*, Brentzius, apud *Schardium*, Tom. I, *Scriptorum Rerum Germanicarum*, p. 1. ad 37; *Jodocus Willichius*, Reſellianus, ibid l. c. p. 38. ad 70; *Henricus Glareanus*, ibid. l. c. p. 71, ad 76; alii, de quibus Excell. Dn. Werlhof, *Notit. Imperii, lib.* 1. cap. 2, §. 5. p. 21; addas etiam *Memoires de Mr. de la Rochefaucauld, de la Minorité de Loüis XIV*, quæ non niſi Commentarium in Tacitum ſapiunt, & Illuſtr. *Leibnitii* Notas in Capita quædam ejuſdem Viri Clariſſimi, prædicto Operi ſuo de *Rebus Brunſuicenſibus* p. 8. &c. inſerta. Quæ C. *Suetonius Tranquillus*, *Cajus Julius Solinus*, cap. 20 *Dio* lib. 54. Hiſtor. Roman. *Eutropius*, lib. IX; *Ammianus Marcellinus*, lib. 26, 27, 28. & 30, Hiſtoriarum; *Claudianus*, *D. Hieronymus*, *Paulus Oroſius*, lib. VII. Hiſtor. *Zoſimus* lib. 3. Hiſtor. aliique, de *Germanis*, *Saxonibus* præcipuè, habent, idem Vir Illuſtris l. c. p. 15. & ſeqq. indicat. Inter recentiores incomparabili ſtudio, *Philippus Cluverius* libros tres *Germaniæ Antiquæ* compoſuit, quorum editio ſecunda An. 1631. Lugduni Batavorum prodiit. Qualem laudem mereatur, vid. Dn. Werlhof l. c. §. 6. p. 21.

Digitized by Google

5. 1. Hodiernas Reſpubl. alii omnes, aut pleraſque, junctim deſcripſerunt, alii ſingulas. Inter eos numerantur *Theſaurus Philippi Honorii*, Italicè Latinèque editus. 2. *Relationes univerſales Joannis Boteri*, (*a*) quas, ſub titulo: *Politiæ Regiæ*, Marpurgi edidit *Juſtus Reiffenbergius*. 3. *Theſaurus Politicus Caſparis Ens*, ex Italico tranſlatus. 4. *Franciſci Sanſovini libri 22. de gubernatione diverſorum Regnorum & Rerumpubl.* Italicè Venetiis publicati. 5. *Archontologia Coſmica*, olim *à Johanne Ludovico Godofredo*, ſed poſtea auctior correctiorque, à *Georgio Chriſtophoro Heinio*, Francofurti edita 1649. *Lucæ de Linda Deſcriptio Orbis & omnium Rerump.* Lugd. Bat. 1655. impreſſa, quorum meminit *Bœlerus in Not. Imp. lib. 1. cap. 4. in fin.* *Theſaurus Rerumpubl. Conringii*, curâ Domini Oldenburgeri Genevæ publicatus, ubique multâ accuratione indiget, eumque Dominus Conringius nunquam pro ſuo agnovit. Singulas Reſpublicas plurimi ediderunt; quarum pleraſque aut excerptas, aut integras, (*b*) *Elzevirii* typis impreſſerunt. Sed ex iſtis, qui eas ſcripſerunt, pauci ſatis apti ſunt ad publicæ prudentiæ ſcopum obtinendum, fide quoque & induſtriâ, judicioque valdè diſcrepant.

NOTÆ.

(*a*) BOTERI &c. Johannis Boteri Relationes de Præcipuis Rebuspublicis, cum Notis & indice Authorum Politicorum Juſti Reiſenbergii, denuò edidit *Ludolphus Georgius Lünde*, Helmſtadii An. 1670.

(*b*) ELZEVIRII &c. ſcil. Typographi hujus nominis, apud Lugdunenſes Batavorum clari, quorum ſumptibus permulti parvi libelli, omnium facilè Rerumpublicarum ſtatum publicum exponentes, excuſi ſunt. Addi poſſunt: *Sebaſtiani Münſteri Coſmographia*, edit. Baſileæ, an. 1577; *Chriſtiani Gaſtelii Tractat. de Statu Publico Europæ* edit. Norimbergæ, An. 1675. Illuſtr. Author *des Europæiſchen Herolds*, qui, ſub ficto nomine *Friderici Leutolſi de Frankenberg*, quo Opus ſuum An. 1688. publicavit, recentiorem quoque editionem, An. 1705. Lipſiæ impreſſam, procuravit. *Hornii Orbis Politicus*, Notis Dn. L. *Menckenii* illuſtratus; Dn. J. C. Becmanni nunquam ſatis laudanda *Hiſtoria Orbis Terrarum*, edit. Francof. ad Oderam, anno 1692. Illuſtr. Dn. *Samuelis de Puſendorff Einleitung zu der Hiſtorie der vornehmſten Reiche und Staaten von Europa.* Francof. 1693, Author *der Staaten*, qui ab An. 1706, idiomate Teutonico, lucem hactenus viderunt. *Robaneus* Arcana variarum Rerumpublicarum, in *Trutina Statuum Europæ*, manifeſtavit, Conf. Dn. *Conringius*, Cap. XIV. de *Civili Prudentia*, p. 307. & 308.

6. Jus publicum *Gallicum*, (*a*) præter Hiſtoricos, tradiderunt (*b*) *Bodinus de Republica*, *Hottomannus in Franco-Gallia*, potiſſimum Jus publicum antiquorum temporum (*c*) *Claudius Seſellius*, Epiſcopus Maſſilienſis, de *Republ. Galliæ, & Regum officiis*, qui, quamvis, præter alios errores, hanc maculam adſuat ſuo libello, quod Statum Galliæ (*d*) mixtum faciat: tamen cùm multis variisque negotiis publicis defunctus, & ſæpius Regis Galliæ Ludovici XII. ad Pontificem Legatus fuerit, aulæque morem omnem atque ſtatum exploratiſſimum habuerit, multum conferre poteſt. *Scriptores Status Noviſſimi Regni Galliæ ſunt: Limnæus in Notitia Regni Franciæ*, (*e*) *Johannes de Laet de Francorum Regis dominiis & opibus.* (*f*)

NOTÆ.

(*a*) GALLICUM &c. Singulæ Gentes cum peculiare Jus publicum habeant, & plerumque tale, quod cum alterius Gentis Jure publico, ea *in* parte, qua Jus publicum ex poſitione oritur, pugnat, nec aliter de Gallis, reliquisque Statibus, præter Deum & Enſem, ſuperiorem non agnoſcentibus, judicandum eſt. Vid Dn. *Erici Mauricii* diſſert. *de Principiis Juris Publici*, Cap. 2. §. 2. p. 12; ubi ſimul de Scriptoribus notitiæ Juris publici Gallorum inſervientibus agit. Ad cognoſcendum modernum Galliæ ſtatum publicum, non parum faciunt Inſtrumenta publica Pacificationum, Fœderum, Induciarum &c. quas & quæ cum Imperatore & Imperio, Hiſpanis, Anglis, Batavis &c. ſuperiori ſeculo XVII, contraxit. It. decreta Ann. 1610, 1662, 1682, & 1695, circa poteſtatem Papalem, Jura Regum, atque Regni, de quibus vid. *De Serres* Inventaire de l' Hiſtoire de France, ad ann. 1610. *Teatr. Europ.* T. IX. p. 1049. *Diar. Europ.* Contin. IX. p. 258, & Contin. 43, append. Lundorp. T. XI. Act. Publ. Cap. 97. p. 407. *Europ. Herold.* p. 1645. &c. Brewer Hiſt. Univ. ab an. 1661. ad 1672, p. 5; & ejusmodi documenta publica alia.

(*b*) BODINUS &c. Johannes Bodinus, Andegavenſis Gallus, ICt. ob varia ſcripta, quæ in lucem edidit, varia ſubit judicia. *Bœclerus* in Not. ad Grotium, eum ſummi ingenii virum compellat; *Grotius* contra, Epiſt. ad *Johannem Cordeſium*, 19. Sept. 1634, in hiſtoriis & teſtimoniis citandis, ſæpè à vero abire videt, nec ſemper doli effugere ſuſpicionem. In Tractatu de *Republicâ*, quem ipſe Latine reddidit, an. 1591. Francofurti impreſſum,

ſum, in Popularium gratiam, haud ſemel plus juſto affectui indulget. Intolerabile eſt, quod Imperatorem Romanum Turcis tributarium eſſe ſtatuat, Germaniam pariter Galliæ Provinciam, Principesque Germaniæ ligios Regni Galliæ Vaſallos &c. quare *Schützio*, Vol. I. Colleg. J. P. diſp. 3. §. 2. lit. A. p. 140. *Capitalis Germani nominis hoſtis*, non ſine cauſa, vocatur. Quid alii de eo ſentiant, docet *Tobiæ Magiri Eponymologium Criticum*, voc. *Bodinus*, p. m. 137. &c. *Thomas-Pope Blount*, Cenſur. Author. eadem voce, p. m. 744. &c. *Conringius*, de *Civili Prudentia*, Cap. 4. pag. 59. & Cap. 14. pag. 300. 307. 360. &c.

(c.) TEMPORUM &c. Franciſcus Hotomannus, Petro, Senatore Pariſienſi, Parente natus, literis egregie inſtructus, cum Juri Civili operam Aureliæ dediſſet, Religionis intuitu, Patriâ profugus, Lauſannam ſe contulit, inde à *Iohanne Monlucio*, Valentiæ Epiſcopo, & poſtea à *Margaretha*, Biturigum Principe, in patriam revocatus, juventuti, præſertim in Jure dicundo, profuit, ad lanienam usque Pariſienſem, qua motus Patriæ omninò valedixit, & ad Montem Pelicardi, in Sequanis, tandemque Baſileæ Rauracorum, fixit larem, ubi etiam ann. 1590. pridie Id. Febr. animam efflavit. Vid. *Thuan.* Hiſt. ad h. a. lib. 99. p. 378. Fuit cæterum, iudice *Conringio*, de *Origine Iuris German.* Cap. 34. Prudentiſſimus Vir longeque doctiſſimus. *Scaliger, in alteris Scaligeranis*, pag. 115. de ejus *Franco-Gallia*, ita ſentit: *Hotomanni Franco-Gallia eſt bonne, I'y ai aidé.* Parlamentum tamen ſupra Regem eſſe contendit; cui ideo *Antonius Matharellus* reſpondit, quorum ſcripta conjunctim Francofurti, An. 1665. 8vo prodierunt. Laudes ejus reliquas exhibent *Blount* l. c. voc. *Hotomannus* p. 773. &c. *Magirus* l. c. eadem voc. p. 463. &c.

(*d*) MIXTUM &c. Si priſtina recordamur tempora, ante ætatem *Ludovici XI.* qui abſolutam Monarchiam primus introduxit, Status Galliæ mixto haud valdè diſſimilis fuiſſe videtur, vigente Regni Parium, *Remenſis* ſcil. Archi Epiſcopi, *Laudunenſis* (Laon) & *Lingonenſis* (Langres) præſulum, ducumque; *Catalaunenſis* (Châlon) *Noviodunenſis* (Noyon) & *Bellovacenſis* (Beauvais) Præſulum Comitumque, ex Clero; & totidem ex Nobilitate ſeculari, *Burgundiæ*, *Normanniæ*, & *Aquitaniæ* Ducum, cum *Flandriæ*, *Tholoſano* & *Campaniæ* Comitibus, plena authoritate, qua Regum conſilia multum temperare poterant, vel penitus evertere. Sed quanta quæſo ab iſta moderna rerum facies? Conf. *Limn. Not. Regni Franc.* lib. 1. Cap. IX. lit. S. pag. 235. &c. de Paribus Franciæ, vid. Idem l. c. lib. 2. Cap. 25. p. 977. &c. *Seſellii* Tractatum, cujus Dn. Auctor meminit, libris duobus diſtinctum, *Francofurti* an. 1608. editum ſcimus, rurſusque An. 1626. *Lugduni Batavorum*. ex officina *Elzeviriana*, una cum *Joh. Tilii* Libro de *Rebus Gallicis*; *Vincentii Lupani* Commentariis *de Magiſtratibus & Præfecturis Francorum*; *Philippi Honorii Relatione de Regno Gallico*; *Johannis Boteri Relatione* de eodem Regno, aliisque nonnullis.

(*e*) FRANCIÆ &c. Limnæus de *Jure*, tam *Privato*, quam *Publico*, quo Galli utuntur, tractat lib. I. *Notit. Regni Franc.* Cap. 8. p. 171. &c. in primis pag. 195. ad 227, ubi merè publica exponit, ſubinde ad authoritatem Scriptorum, ad rhombum facientium, provocans. Junge, quos hoc titulo Dn. *Mauritius*, de *Principiis Jur. Publ. German.* cap. 2. §. 2. p. 12. & 13. *Boſius*, *Introductione in Notitiam Rerumpublicarum* cap. V. §. 4. p. 63. *Conringius* de *Civili Prudentia*, cap. XIV. p. 332. &c. & doctiſſimus Dn. *Burcardus Gothelffus Struvius*, in *Selecta Bibliotheca Hiſtorica*, Cap. XIV. §. 20. pag. 343. & 344. commendant.

(*f*) OPIBUS &c. Eundem ſtatum politicum explicavit *Joh. de Laet*, in *Gallia* ſua, ſive Tractatu de *Gallorum Regis dominio*, An. 1629. Lugduni Batav. Add. *Ioachimi Hagemeieri* epiſtolas duas de *Statu Galliæ*, Francof. 1687; Quoad Hiſtoricos, magno numero, bonoque ordine, recenſet eos Dn. *Struvius* l. c. §. 12. & ſeqq. p. 317. &c. à tempore *Philippi Valeſii*, ad præſens usque; adde, qui Dn. *Becmanno*, part. 2. *Hiſt. Orb. Terrar.* cap. 3. §. 1 laudantur; & ex Recentioribus Ampliſſimi Dn. *Iacobi VVilhelmi ImHoff*, *Genealogias Excellentium Familiarum Galliæ*, Norimberg. 1687. *Claudii Franciſci Meneſtrier*, *Hiſtoire du Roi Loüis le Grand, par Medailles*, edit. Ann. 1691. *Hiſtoire de la Reformation des Egliſes des Proteſtans en France*, 1687. cui *Iâques Benigne Boſſuet*, Epiſc. Meldenſis, An. 1688. oppoſuit: *l' Hiſtoire des variations des Egliſes Proteſtantes*; ad quam Reformati, eodem adhuc anno, reſponderunt, edita hanc in rem *Apologie des Refugiez*; junge *les Lettres aux Convertiſſeurs de France, avec diverſes Reflexions, ſur la declaration, publiée à Paris 12. Iuil.* 1686. *Riencourt*, *Hiſtoire de Loüis* XIV. edit. 1693. cui etiam vitia Principis laudes dicuntur. Author *de la Vie de Loüis de Bourbon, Prince de Condé*, edit. An. 1693. Excellenti opere hiſtoriam *Ludovici XIII.* deſcribit Dn. *Michael le Vaſſor*, idiomate Gallico, cujus *Tom. I.* tit. *Hiſtoire du Regne de Loüis XIII.* tertia vice, ex Officina *Petri Brunelli* Amſtelodami prodiit An. 1701. continens res geſtas annorum 1610. ad 1614. *Tom. II.* vice altera, An. 1702. ſe extendens ab An. 1614. in An. 1617; *Tertius*, Anno 1701. vice prima, Amſtelodami, apud *Stephanum Le Ieune*, exponens Hiſtoriam Annorum 1617, 1618, 1619 & 1620. *Quartus* An. 1702. ap. *Petrum Brunel*, ibid. recenſens facta Ann. 1621. ad 1624. *Quintus*, apud eundem, An. 1703. quo deſcribuntur, quæ ad annum 1624. & quatuor ſequentes, ſpectant; *Sextus*, apud eundem, Ann. 1704. quo res Annorum 1629, 1630. & 1631. ventilantur, *Septimus*, ap. eundem, An. 1705. delineans acta Annorum 1631, 1632, 1633 & 1634; *Octavus*, ap. eundem, An. 1707, ob oculos ponens geſta Ann. 1634. 1635 & 1636. reliquos expectamus. Corpora Veterum Hiſtoricorum Galliæ collegerunt (1) *Petrus Pithoeus*, editis an. 1588. Pariſ. Scriptoribus duodecim coætaneis, ab an. 708. ad 990. Annales complectentibus, quos heredes Wecheliani, an. 1594. Francofurti, cum 12. aliis, recudi curarunt; habes ibi Annales ab An. 714. ad 883. *Chronicon Frodoardi*; Vitam Caroli Magni; Ejusdem

Prin-

Principis Teſtamentum; Opus *Thegani*, de Geſtis Ludewici Imp. Ejusdem Principis Regni diviſionem, Exauctorationem, & vitam; *Nithardi* libros IV. &c. &c. (2) *Marquardus Freherus*, edit. Hanoviæ, An. 1613. typis Wechelianis, quo volumine *Ivonis Carnotenſis* Excerpta de geſtis quorundam Regum, ad *Ludovicum Pium* Imperatorem usque; ejusdem Chronicon de Regibus Francorum; *Gregorii Turonenſis* Geſta Regum Francorum epitomota; Fragmentum Annalium ex codice Nazariano; Chronicon *Fredegarii*, Excerpta Chronica Gregorii Turonenſis; *Paulus Warnefridus*, de Epiſcopis Eccleſiæ Metenſis, Variæ Epiſtolæ Regum Merovæorum & Epiſcoporum; *Gregorii Turonenſis* Hiſtoriarum libri X. *Aimoini* Hiſtoria Francorum; *Adelmi* Annales; *Eginhardi* Vita Caroli Magni; Vita *Ludovici Pii*; Hiſtoria Regum Franciæ à Ludovico Pio ad Philippum 2; *Ritii* Libri tres de Regibus Francorum, & *Acciajoli* Vita Caroli Magni, exhibentur. (3) *Andreas du Cheſne*, primum evulgavit *Bibliotheque des Autheurs, qui ont ecrit l' Hiſtoire de France, ſelon l' ordre des tems & des matieres*, Pariſ. 1627. 8vo. poſtea vero Scriptores coætaneos, à Gentis origine, ad ætatem usque *Caroli Martelli*, Pariſiis, 1636. Tom. 2. (4) *Franciſcus du Chêne*, Parentis labori addidit recentiores, usque ad tempora *Philippi Pulchri*, Tom. III. edit. Pariſ. Ann. 1641, 1647. & 1649; (5) *Philippus Labbe*, Bituricus, An. 1657, Tomum primum *Novæ Bibliothecæ manuſcriptorum*, *Nicolao Fucquetio*, Viro Illuſtriſſimo, ſummoque Gallici Ærarii Præfecto, dicavit, permulta Chronica, interque ea, integrum Chronicon *Proſperi Aquitani*; *Iſidori Hiſpalenſis* Hiſtoriam Gothorum; *Hugonis Flaviniacenſis Chronicon Virdunenſe*; Hiſtoriam Autiſſiodorenſium Epiſcoporum, permultaque alia, includentem; *Secundus* eidem Viro Illuſtriſſimo ſacratus, prodiit eodem anno; offendis ibi, præter reliqua multa: Chronicon *Patriarcharum Bituricenſium*; Chronicon *Ademari*, Monachi *S. Eparchii*, Chronicon *S. Maxentii*, vulgo dictum *Malleacenſe*; Chronicon *Gaufredi* Prioris *Voſienſis*; Vitas plurimorum Sanctorum &c. &c. Hos imitati ſunt *Andreàs Dacherius*, *Johannes Mabillonius*, *Stephanus Baluzius*, alii.

7. *Hiſpanicum* Jus publicum peti poteſt ex opere, cui titulus: *Hiſpania illuſtrata*; (*a*) Ubi non multo pauciores 70. authoribus continentur: inter quos præcipuus (*b*) Joannes Mariana. Conjungi poteſt ejusdem *Joannis de Laet* Hiſpania ſeu Commentarius *de Regis Hiſpaniæ Regnis & opibus*.

NOTÆ.

(*a*) ILLUSTRATA &c. Prodierunt hi ſcriptores primum ex Bibliotheca *Roberti Beli*, Tomis duobus, Francofurti, An. 1579. poſtea vero auctiores ex Bibliotheca *Andreæ Schotti*, Tomis IV. Francof. Ann. 1603; Nomina eorum perluſtrat doctiſſ. Dn. *Struvius*, cap. 13. *Select. Biblioth. Hiſtor.* §. VI. p. 282. &c. Hujus omnino loci ſunt Pacificationes cum exteris, in primis *Monaſterienſis* An. 1648. cum Hollandis, de qua vid. *Theatr. Europ* T. VI. p. 460. &c. *Theatr. Pacis* Tom. I. pag. 1. *Lundorp.* T. VI. Contin. Act. Publ. lib. 3. c. 218. p. 331. &c. *Gaſtel* de Statu Publ. Europ. cap. 26. p. 806; *Pyrenæa* An. 1659. cum Gallis; *Lundorp.* lib. VIII. cap. 437. p. 600. *Gaſtel* l. c. cap. 6. §. 24. pag. 124. *Theatr. Europ.* T. VIII. pag. 1297. &c. *Diar. Europ.* Contin. 2. Append. *Theatr. Pacis* T. I. pag. 445. Declaratio Regis Hiſpan. quoad præcedentiam Regis Galliæ, An. 1662; *Diar. Europ.* Contin. VII. p. 244. &c. & Contin. XV. in append. *Lundorp.* Lib. IX. Contin. p. 816. *Galeazzo Gualdo*, Hiſt. Leopoldi Cæſ. part. 2. fol. 62. &c. *Brewer*, Hiſt. Ann. 1661. ad 1673. lib. 2. c. 3. p. 70. &c. *Madritenſis* pax cum Anglis, An. 1667. *Theatr. Europ.* T. X. p. 707. *Diar. Europ.* Contin, XVII. p. 36. *Lundorp.* T. IX. Cap. 156. p. 529. *Gaſtel* l. c. p. 157. *Ulyſſibonenſis*, cum Portugallis, An. 1668. vi cujus prætenſioni in Portugalliam Hiſpani renunciarunt; *Theatr. Europ.* T. X. p. 899. *Diar. Europ.* Contin. XVII. in append. & Contin. XVIII. p. 212. &c. *Gaſtelius* l. c. p. 281. *Noviomagenſis*, An. 1678. cum Gallis, *Lundorp.* T. X. p. 685. Illuſt. Author Europ. *Heroldt*, p. 949. & 1664. *Diar. Europ.* Contin. 37. pag. 433. append. & Contin. 38. p. 341. *Dn. Becman*, part. 2. Orb. Terrar. Hiſtor. c. 3. §. 10. p. 529. *Theatrum Pacis* T. 2. p. 679; Armiſtitium *Ratisbonenſe* An. 1684. cum Gallis &c. *Lundorp.* T. XII. Cap. 52. p. 57. & cap. 60. p. 84. &c. *Europ. Herold* pag. 1337. *Theatr. Europ.* T. XII. p. 733. & 756. *Theatr. Pacis.* T. 2. p. 1051. *Pax Riswicenſis*, An. 1697. cum Gallis.

(*b*) MARIANA &c. Doctiſſimi hujus Jeſuitæ tractatus, de *Rebus Hiſpanicis*, ſolus reperitur cuſus, & impreſſus quoque cum 70. Authoribus *Hiſpania Illuſtrata*. Unde Jus Publicum Hiſpanorum hauriendum, innuit *Mauritius* de *Princip. Jur. Publ.* c. 2. §. 7. & Doctiſſ. *Dn. Struvius*, Gap. XIII. *Selectæ Bibliotheca Hiſtorica.* §. X. p. 293. &c. De Scriptoribus rerum Hiſpanicarum agunt *Conringius* de *Civili Prud.* cap. 14. pag. 308. 330. & 334. *Dn. Becmannus Hiſtor. Orbis Terrar.* part. 2. c. 1. §. 1. 2. *Boſius, Introduct. in Notit. Rerumpubl.* cap. 5. p. 63. & *Dn. Struvius* l. c. per integrum cap. 13; In primis laudant *Johannem Valdeſium*, cujus Tract. de *Dignitate Regum, Regnorumque Hiſpaniæ honoratiori loco, Eis, ſeu Eorum Legatis, à Conciliis, ac Romana Sede, debito*, Granatæ An. 1602. prodiit. *Thomæ Campanellæ* diſcurſum de *Monarchia Hiſpanica*, Amſtelod. 1653. *Ludovici de Mayenne* Hiſtoriam generalem Hiſpaniæ; *Lopeſium* de *Haro*; *Perezius*, cum damno Regis. multa Hiſpaniæ arcana detexit; & *Joh. Leonh. Weid*, in *Arcanis Hiſpanicæ dominationis*, ejusdem Gentis nævos oſtendit. De Hiſpanorum in India Imperio, rebusque geſtis, legi poteſt *Hiſtoria Novi Orbis*, *Urbani Calvetonis*, quæ prodiit 1578. Extat quoque *Fr. Tarapha*, de *Origine & rebus geſtis Regum Hiſpaniæ*, Antwerpiæ edit. 1553. *Bartholomæus de las Caſas*, Epiſcopus Hiſpanus, fideli

ſtylo

Digitized by Google

ſtylo exprimit tyrannidem Hiſpanorum, qua ſuperiori ſeculo Americanos preſſerint. Huc maximè facit *La Conquete du Mexique par Antoine* de *Solis*, edit. 1692. Elegantia inſuper ſcripta ſunt, Dominæ de *Daunois*, quæ in lucem edidit, veluti: *Memoires de la Cour d'Eſpagne*; It. *Relation du Voyage en Eſpagne*; *Hiſtoires Nouvelles d'Eſpagne*; & *l'Hiſtoire Chronologique d'Eſpagne*, quibus jungi meretur Ampliſſ. *Dn. Jacobi Wilhelmi ImHoff Hiſtoria Genealogica Italia Hiſpaniaque Regum & Procerum*, Norimberg. 1701. De *Portugallia* legendus eſt *Oſorius* (Hieronymus) Algarbiorum Præſul. ann. 1580. defunctus, qui ſcripſit de rebus *Emanuelis*, Regis Luſitaniæ; De mutatione, qua anno 1640, Portugallia defecerit ab Hiſpanis, & anno 1668, Regem *Alphonſum* depoſuerit, ejusque fratrem, *Petrum*, elegerit, vid. *Theatrum & Diarium Europæum*; *Lundorp. Act. Publ.* Tom. IV. *Vittorio Siri*, *nella hiſtoria de correnti tempi.* Tom. 1. lib. 1. Tom. 2. & 3. Plura de Portugallia commemorat *Dn. Becmannus in Hiſtor. Orbis Terrarum*, part. 2. cap. 2. & *Dn. Struvius* l. c. Cap. XIII. §. 3. pag. 275. ad 287.

8. Jus publicum *Anglicum* tradunt *(a) David Jenkinſius* in libello, cui titulus, Lex terræ. *Cambdenus, (b)* nobilis Angliæ Hiſtoricus. *Thomas Smithius (c)* de Republ. Anglica. Ratio juris publici Anglicani, Statu turbido tempore Cromwelli, peti debet *(d)* ex libello, cui titulus: *Ratio conſtitutæ nuper Reipublicæ Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ*, ex Anglico in latinum converſa, editaque Hagæ anno 1654. germanicè etiam excuſa Scaphuſii in Helvetia, ſub titulo: *Gründliche Beſchreibung der neuen Regiments-Verfaſſung in dem gemeinen Weſen Engelland, Schott-und Irrland.*

NOTÆ.

(*a*) De Scriptoribus Status publici Anglicani vid. *Mauritius de Princip. Jur. Publ.* Cap. 2. §. 3. p. 13. & 14. *Conring. de Civili Prudentia*, Cap. 14. p. 308. 330. 333. *Dn Becman.* part. 2. *Hiſtor. Orb. Terrar.* Cap. 4. §. 2. p. 554. *Boſius*, *Introduct. in Notitiam Rerumpubl.* Cap. V. §. 4. p. 64. *Dn. Hermannus Dietericus Meibomius*, Sereniſſimo Duci Brunſvicenſi & Lineburgenſi in Wolfenbüttel, à Conſiliis, programmate quod an. 1702, adhuc Hiſtoriarum Profeſſor in Academia Julia longè Celeberrimus, publicis prælectionibus in Notitiam Regnorum & Rerumpublicarum Europæ, præmiſit. pag. 14. &c. & Exc. *Dn. Struvius* Cap. XVI. *Selecta Biblioth. Hiſtor.* §. 22. p. 433. Nec ſpernendi hic Vetuſtiorum Scriptorum Britannicarum rerum Compilatores, ut (1.) *Hieronymus Commelinus*, cujus Volumine An. 1587, Heidelbergæ vulgato, continentur: *Galfridus Monumetenſis*, *de Origine & rebus geſtis Britannorum*; *Gildæ* cogn. *Sapientis*, qui Sec. VI. vixit, liber querulus, *de Excidio Britanniæ*; *Venerabilis Bedæ Hiſtoria Eccleſiaſtica Gentis Anglorum*, cum Continuatione; *Guilielmus Neubrigienſis*, de Rebus geſtis Anglorum, ab. Ann. 1066. ad 1187; *Johannis Froſſardi* Epitome; (2.) *Henricus Savilius*, Anglus Eques, Eliſabethæ Reginæ à ſtudiis Græcis, cujus cura An. 1596. Londini, & poſtea an. 1601. Francofurti, ex Officina Wecheliana, prodiere, uno Volumine: *Wilhelmi*, *Malmesburienſis* Monachi, libri V. de Geſtis Regum Anglorum: Ejusdem Hiſtoriæ Novellæ libri duo; ejusdem de Geſtis Pontificum Anglorum libri 4; *Henrici Huntindonenſis* Archidiaconi, Hiſtoriarum libri 8; *Rogeri ab Hoveden* Annales; Chronicorum *Ethelwerdi* libri quatuor; *Ingulphi*, Abbatis Croylandenſis, liber Hiſtoriarum unus, adjecta ad finem Chronologia. (3.) *Guiliebnus Camdenus*, cujus *Anglica*, *Hibernica*, *Normannica*, *Cambrica*, veteri manu ſcripta, An. 1602, Francofurti, lucem aſpexerunt, nominatim: *Aſſerius Meneventis*, qui An. 909. obiit; Anonymus de Vita *Wilhelmi Conqueſtoris*; *Thomæ Walſinghami*, S. Albani Monachi, Hiſtoria Anglorum, ab an. 1273, ad 1422; ejusdem *Hypodigma Neuſtriæ*, ab an. 897, ad 1417; *Vita & mors Eduardi* 2, Authore *Th. de la Moor*; *Guilielmi Gemeticenſis* Geſta Normannorum, ad annum usque 1135; *Sylv. Giraldi* Cambrenſis, Topographia Hiberniæ; ejusdem Expugnatio Hiberniæ, & Itinerarium Cambriæ. (4.) *Johannes Seldenus*, qui decem Scriptores antiquos An. 1652, ex Offic. *Rogerii Twysden*, Londini edidit, inter quos eminent: *Simeon Dunelmenſis*, de Regib. Angl. quem, ab an. 1130, quo deſiit, ad an. 1155, continuavit *Johannes Hagulſtadienſis*; Chronicon *Johannis Bromptoni*, Abbatis Jornalenſis, ab an. 588, ad 1198; &c. &c. Excepit eum (5.) *Thomas Gale*, qui An. 1691, *Oxonii*, Volumina duo, quibus viginti alii inediti Scriptores Hiſt. Britann. comprehenſi, juris publici fecit: præcipui ex iis ſunt: *Gildas*; *Eddii* vita *Wilfridi*; *Nennii Hiſtoria Britonum*; *Guilielmi Malmesburienſis* Antiquitat. Glaſtonienſes; Chronicon *Iohannis VValling fordii*; *Radulphus de Diceto*, de Regibus Brittonum; Annales *Marganenſes*; *Galfridi Vuiſalvi* Itinerarium Richardi Regis in Terram ſanctam &c. &c. (6.) *Andrea du Chêne*, debemus antiquos rerum Normannicarum ſcriptrores, ab An. 838, ad An. 1220, editos Pariſiis Ann. 1619. Separatim excuſi ſunt *Mattheus Paris*, Monachus S. Albanus, qui Rerum Angl. hiſtoriam rudi quidem ſtylo, prudentia tamen & judicio, ab ætate *Wilhelmi Conqueſtoris*, ad ſua usque tempora, An. ſcil. 1259, quo obiit, perduxit; *Mattheus Weſtmonaſterienſis*, collector florum Hiſtoriarum, ab Orbe condito, ad An. 1307. *Florentius Wigornienſis*, & alii, de quibus Conſulas Programma *Dn. Meibomii* laudatum, pag. 9. ad 12. Status publicus modernus optimè cognoſcitur ex Inſtrumentis publicis, cum exteris Potentiis confectis, v. g. *Weſtmonaſterienſi* Pace An. 1654. cum Hollandis; *Theatr. Europ.* Tom. VII. p. 654. &c. *Gaſtelius* de Statu Publ. Europ. p. 170.

The-

Theatr. Pacis T. I. p. 370. *Lundorp.* Tom. VII. Contin. Act. Publ. cap. 57. p. 894. & cap. 60, 61. & 62. p. 901. &c. & cap. 66. p. 903. *VVeſtmonaſterienſi*, ejusd. anni cum Portugallis; *Gaſtelius* l. c. pag. 183. *Lundorp.* l. c. cap. 81. p. 913; *Bredana*, An. 1667, cum Gallis; vid. *Lundorp.* l. c. Tom. IX. cap. 146. p. 518. *Diar. Europ.* Contin. XV. p. 236. append. *Theatr. Pacis* T. 2. p. 451. *Gaſtelius* l. c. cap. 6. §. 49. pag. 150. & §. 107. pag. 195. *Bredana*, ejusdem anni cum Hollandis, de qua vid. *Theatr. Pac.* T. 2. p. 343. &c. *Lundorp.* Tom. IX. cap. 144. p. 506. & cap. 145. p. 517. *Theatr. Europ.* T. X. pag. 630. *Diar. Europ.* Contin. XIV. append. *Galeazzo Gualdo* Hiſtor. Leopoldi Cæſar. Tom. 3. p. 179. *VVeſtmonaſterienſi*, An. 1674, cum Hollandis, de qua vid. *Lundorp.* T. X. Cap. 95. p. 149. & cap. 200. pag. 668. *Theatr. Pacis* T. 2. p. 481. *Diar. Europ.* Contin. 27. pag. 513. append. & Contin. 31. pag. 459. Metamorphoſi Anni 1689, & ſequentium, de qua integra extant volumina; & Pace *Ryſwicenſi* An. 1697, cum Gallis. Cæterum, *Jenkinſius* hic, cujus Dn. Author meminit, fuit Judex in Walliæ Principatu, & Author Tractat. *Legis Terræ*, quo An. 1648, Regimen Angliæ, à multis retrò ſeculisi, funditus expoſuit, Parlamenti, *Caroli* Regis ſanguinem ſitientis, auſa valde improbans: liber hic denuo prodiit An. 1649, in *Sylloge Variorum Tractatuum quibus Caroli Regis innocentia illuſtratur.*

(*b*) CAMDENUS &c. Guilielmus Camdenus, ſub auſpiciis *Eliſabethæ* Reginæ, ſufficientibus & neceſſariis ſcribendæ hiſtoriæ inſtructus requiſitis, magna judicii gravitate, Annales Rerum Anglicarum & Hiberniæ compoſuit, quorum partem primam, in annum 1589, extenſam, adhuc vivus An. 1615, edi curavit, altera demum, ipſo jam mortuo, prodeunte. Totum opus ſæpè poſtea apud Belgas & Francofurtenſes recuſum fuit. Vid. *Dn. Struv.* l. c. §. 12. pag. 413. *Dn. Meibom.* l. c. pag. 16. lit. l. Encomia ejus celebrant *Blount*, Cenſur. Author. p. 880. &c. & *Magirus*, *Eponymolog. Critic.* voc. *Camdenus*, p. 171.

(*c*) SMITHIUS &c. Thomas Smith, ex Ordine Equitum Auratorum, & Eliſabethæ Reginæ à Conſiliis, libros tres de *Republica Anglorum* ſcripſit, quos *Elzevirii*, An. 1625, una cum *Johannis Boteri* Relatione de *Regno Angliæ*, *Philippi Honorii* Relatione de Regno *Britannico*, ejusdemque deſcriptione Portuum & Arcium Angliæ, rurſusque An. 1641, procurante *Johanne Buddeno*, prelo ſubdiderunt.

(*d*) DEBET &c. Ante hos motus, nomen ſuum celebre reddidit *Robertus Johnſtonus*, Scoto-Brittannus, inſigni Opere, quod, ſub tit. *Hiſtoriæ Rerum Brittannicarum, & multarum aliarum, Gallicarum, Belgicarum & Germanicarum, tam Politicarum, quam Eccleſiaſticarum, ab An.* 1572. *ad An.* 1628. Amſtelodami, An. 1655. ex officina Johannis Raveſteinii, lucem aſpexit. Subſequentium vero temporum, maximè *Caroli* Regis infeliciſſimi, hiſtor. partium ſtudiis multum inficiuntur, prout ſcil. quemque vel Regis favor, vel populi auctoritas agitarunt. Pro Principe loquuntur multa; extat hanc in rem *Sylloge Variorum Tractatuum, Anglico quidem idiomate, & ab Auctoribus Anglis conſcriptorum, ſed in linguam Latinam translatorum, quibus Caroli, Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ, Regis, innocentia illuſtratur, & parricidium injuſtiſſimè & immaniſſimè in Illum perpetratum à pſeudo-Parlamento, & perduelli Exercitu, luce clarius declaratur. Acceſſit Reſponſum perneceſſarium ad declamationem, ſeu provocationem Mr. Ioannis Cooke, Auctore J. V. A. R. Anno Domini* 1649; ipſorum Tractatuum hæc nomenclatura: (1) *Reſponſum Suæ Majeſtatis ad Librum editum, inſcriptum: Remonſtrantia, aut Declaratio Dominorum & Communium, nunc congregatorum in Parlamento*, 26. *Maji*, 1642. (2) *Majeſtatis Suæ Declaratio, ad omnes ſuos dilectos ſubditos &c.* 16. *Iunii*, 1642. (3) *Regis Oratio ad utramque domum Parlamenti*, 5. *Iul.* 1641. (4) *Davidis Ienkins, Iudicis in VVallia, Lex Terræ: in qua, ex intimis penetralibus Iuris Anglicani, doctiſſimè explicat Regimen ab omnibus ſeculis in Anglia uſitatum.* (5) *Hiſtoria Independentiæ, in qua deſcribitur Ortus, Incrementum, & fraudes potentiſſimæ & inquietiſſimæ Factionis, quæ Regem obtruncavit.* (6) *Seria & fidelis repræſentatio Iudiciorum Miniſtrorum Evangelii in Provincia Londinenſi, in Iannar.* 1649. (7) *Excerpta quædam ex VVilhelmi Sedwick Remonſtrantia, ad Generalem Exercitus, & Concilium Bellicum, in qua deteſtatur malignum ſpiritum, qui illos ducit in omnibus conſiliis & actionibus;* (8) *Examen diverſorum Votorum, Dominorum & Communium, congregatorum in Parlamento, concernentium eos, qui capiunt arma contra Parlamentum &c.* (9) *Religioſa & fidelis proteſtatio Johannis Gauden, S. Theol. D. adverſus præſentia declarata propoſita, & proceſſus Exercitus & aliorum ad judicandum & deſtruendum ſupremum Dominum, Regem*, 5. *Januar.* 1649. *&c.* (10) *Breve Memento, ad præſens non-Parlamentarium Conventiculum, tangens ipſorum præſentes intentiones & proceſſus ad deponendum & Supplicio afficiendum, Carolum Stuardum, legitimum ſuum Regem, per Guilielmum Prynnium.* (11) *Judicium Univerſitatis Oxonienſis de Solemni Liga & fœdere; Juramento negativo, & Ordinationibus Parlamenti circa diſciplinam & cultum, in plena convocatione.* 1. *Junii* 1647. *communibus ſuffragiis, nemine contradicente, promulgatum.* (12) *Plenum Reſponſum, ad famoſum & proditorium Libellum, inſcriptum: Declaratio Communium Angliæ, congregatorum in Parlamento, explicans rationes, propter quas nuper ſtatuerint non amplius agere cum Rege;* (13) *Perfecta narratio totius proceſſus ſupremi Tribunalis Juſtitiæ, in Examine Regis in Aula VVeſtmonaſterienſi, die Saturni* 20. *& Lunæ*, 22. *Januar:* (14) *Majeſtatis ſuæ rationes, adverſus prætenſam Jurisdictionem ſupremi Tribunalis Juſtitiæ;* (15) *Regis Caroli Oratio, habita in Suggeſtu, ad Portam Albæ Aulæ, immediatè ante executionem, die Martis* 30. *Januar.* 1649. (16) *Reſponſum perneceſſarium, ad Declarationem, ſeu Provocationem, Mr. Johannis Cooke, Auctore J. V. A. R.* Præterea Regis cauſam tuebantur *Georgius Bateus*, Caroli 2. Regis Archiater, *Elencho motuum nuperorum in Anglia, usque ad Cromwelli mortem*, Amſtelod. 1663. *Robertus Manlius*, Eq. Aur, in Commen-

mentariis *de Rebellione Anglorum*, ab an. 1640 ad 1685, Londini 1686; *Wilhelmus Sanderſonius*, *Hiſtoria vitæ & necis Caroli I*, Londin. 1658, fol. *Robertus Menteius Salmonetus*, Nob. Scotus, *Hiſtoire des troubles de la Gran-de Bretagne*, ab an. 1633 ad 1649, Pariſ. 1661, fol. Theatrum Tragicum, Londini & Amſtelod. 1649, 8; *Hiſtoriſche Beſchreibung des 20 jahrigen Kriegs in Engelland, Schott- und Irland*. Norimberg. 1669, 8; ut alia taceam; verſa vice, pro Parlamento loquuntur *Irenæus Philalethes*, Hiſtor. Rerum nuper in Scotia geſtarum, edit. Dant. 1641, 8; *Memoires d' Edmond Ludlow*, Amſtelod. 1699; *Liber motuum Britanniæ*, cui tit. *Verax Cushi*, edit. Roterod. 1647. *Johannes Miltonus*, Secretarius Concilii Status ſub Cromwello, in Defenſione Populi Anglicani contra *Salmaſii* defenſionem Regiam, an. 1649. Cumque an. 1652, Hagæ Comitum, prodiret libellus, ſub tit. *Regii ſanguinis Clamor, adverſus parricidas Anglos*, compoſitus à *Petro Molinæo* Jun., *Miltonus* novam defenſionem pro Populo adornavit, edit. Hagæ Comit. 1654. Jungas his ſcriptis *Raguenet, Hiſtoire d' Olivier Cromwel*, edit. 1691; *Gregorio Leti, hiſtoria e memorie recondite, ſopra la vita d' Oliverio Cromwele, detto il Tyranno ſenza vizi, il Principe ſenza virtu, edit.* 1692; *Eduardi Chamberlayne Etat preſent d' Angleterre, ſouz le Regne du Roi Guillaume & de la Reine Marie, traduit de l' Anglois par M. D. N. Amſterdam* 1692; Authorem *des Engellandiſchen und Hollandiſchen Staats unſerer Zeit, worinnen dieſer beyden* Nationen *gegenwærtige Beſchaffenheit, Reichthum und macht, ingleichen derſelben, vor die allgemeine Freyheit* Europæ, *abgefaſte* Conſilia, Alianzen, *und Kriegs Rüſtungen beſchrieben werden*, Colon. 1702, qui valde laudatur Dn. *Strubio* l. c. §. 22, pag. 435; inprimis Illuſtr. Authorem *des* Europæi*ſchen Herolds*, Tom. 2, part. 4. Cap. 1. p. 164 &c. ad 239; & Ampl. Dn. *Jacobi Wilhelmi ImHof Regum Pariumq; Magnæ Britanniæ Hiſtoriam Genealogicam*, Norimberg. 1690. *De unione Angliæ & Scotiæ* habemus diſcurſum *Alberici Gentilis*, Londin. 1603; recuſum poſtea, inter ejusdem diſcurſus regales, Helmſtadii, an. 1669; nec non *Franciſci Baconis Verulamii felicem Scotiæ cum Anglia unionem*; Multa inſuper ſingularia continet *Hiſtoire d' Angleterre d' Ecoſſe & d' Irlande*, par Mr. *de Larrey*, cujus Tomus I, complectens vitas Henricorum VII. & VIII, Eduardi IV, Johannæ Gray & Mariæ, Roterodami, An. 1697; & alter, vitas Eliſabethæ & Jacobi I deſcribens, An. 1698, ex officina *Reinier Leers*, prodierunt, cum iconibus nitidiſſimis. Leges vetuſtiſſimas Anglo-Saxonicas, An. 1568, edidit *Gulielmus Lambardus*, & iterum, an. 1642. *Abrahamus Whelocus*, Cantabrigienſi Bibliothecæ Præfectus; Ex modernis Status Regulis notandum, quod Clar. Dn. *Juſtus Chriſtophorus Bœhmer*, Politices & Eloquentiæ Profeſſor longè meritiſſimus, habita, An. 1706, ipſo Academiæ Juliæ natali, die 15 Octob., Helmſtadii, Oratione publica de *Sereniſſimæ Domus Brunſuicenſis ac Luneburgenſis Felicitatibus anni tunc currentis* tertio loco monuit, ſcil. Jus Civitatis Anglicæ Sereniſſimæ Potentiſſimi Electoris *Georgii Ludophici* Matri, *Sophiæ*, à Magnæ Britanniæ Regina, *Anna* glorioſiſſima, Ordinibusque collatum, & Junio menſe, per Legatum primi Ordinis, ſanctiorisque conſilii Senatorem, Baronem de *Halifax*, delatis ad Aulam Hanoveranam Senatus Regni, ſive Parlamenti, actis, ſolenniter ſignificatum, & quidem, quod ſingulare prorſus & ſine exemplo, cum extenſione ad liberos, nepotes, & inde deſcendentes alios, Legibus Britanniæ, ſi extraneo cuidam Civitatis Jus tribuatur, aliàs poſteros ejus, extra Patriam natos, eo arcentibus, cum hic Sereniſſima Electrix, & omnes ſimul Ejus poſteri utriusque ſexus, in perpetuum, modo Proteſtantium Religioni addicti maneant, ut ut extra Angliam orti, vel oriundi, jure iſto gaudeant, adeò, ut nemo eorum poſthac, hanc ob cauſam, diplomate indigeat ulteriori, ſed cenſeantur omnes idonei & habiles, qui civilia pariter & militaria in Magnæ Britanniæ Regnis obeant munia, loco congruo ſolemnibus in Comitiis compareant, Principum ſanguinis prærogativa fruantur &c. Senſit jam reſultantia hoc ex jure emolumenta Sereniſſimus Princeps Electoralis, *Georgius Auguſtus*, cui transmiſſa ſimul, cum laudato diplomate, Ordinis periſcelidis, in quem Regina Eum, in Capitulo Windſorienſi, 15 April. 1706, cooptaverat, inſignia, addito, menſe Octobri, caractere Ducis & Marchionis de *Cambridge*, Comitis de *Milford-haven*, Vice-Comitis de *Northallerton*, & Baronis de *Tewkesbury*. Nec reticendum opus planè regium, *veram Unionem Angliæ Scotiæque*, quam, ultra ſeculum, Reges fruſtra tentaſſe coſtat, intelligo, An. 1706, 27 Jul. concluſam, annoque 1707. confirmatam, & Regni Legibus inſertam, cujus ſumma apud *Mercure Hiſtorique & Politique*, Menſ. Febr. 1707, pag. 182, habetur. Hiſtoriam *Scoticam* in ſpecie, eleganti ſermone, à Gentis origine ad annum 1572, libris 20, expoſuit *Georgius Buchananus*, edit. An. 1583, Edinburgi, & rurſus, an. 1594, Francof; libero calamo uſus *Jacobi VI*, Regis, Patrem, *Davidem Ritium*, Muſicum, *Mariæ* Reginæ amaſium propalavit, nec moribundus theſin revocare voluit, ſuppeditans duntaxat proſcribendi libri ſui conſilium, quod & in Anglia & Scotia factum. Rerum *Hybernicarum* Annales, ab an. 1148. ad 1666, contexuit *Thomas Carve*, Tipperavienſis, Notarius Apoſtolicus, in calce *Lyræ Britannicæ*, an. 1666. Sulzbaci impreſſæ; cui jungi merentur *Jacobi Waræi* Liber de *Hibernia*, & *ejus Antiquitatibus*, Londini 1658; *Roderici OFlabertii Ogygia*, ſeu *Rerum Hibernicarum Chronologia*, Londin. 1685, & *Richardi Cox Hibernia Anglicana*, an. 1689, Londini.

9. *Daniæ* Jus publicum antiquum, ex latis in Comitiis Regni legibus magnam partem, ſicut hodiernum ex iis, quæ in dies promulgantur, novis conſtitutionibus deſumendum. *(a)* Jungendi ſunt Hiſtorici *Saxo Grammaticus*, *(b) Meurſius*, *(c) Iſaacus Pontanus*. *(d)*

NOTÆ.

NOTÆ.

(*a*) DESUMENDUM &c. Conf. *Mauritius*, *de principiis Juris publici German.* Cap. 2. §. 4. pag. 14. *Conring. de Civili Prudentia*, Cap. 14. pag. 330 & 334. *Boſius*, *Introduct. in Notitiam Rerumpubl.* Cap. 5. §. 4. pag. 64. Dn. *Becman*. *Hiſtoria Orbis Terrarum*, part. 2. Cap. 5. §. 1. pag. 606. Dn. *Struvius*, *Selecta Bibliotheca hiſtorica* Cap. 28. p. 717 ad 728. Quoad veterem Gentis Hiſtoriam, varii Tractatus de Regno Daniæ, Norwegiæ, Inſuliſque adjacentibus, ex officina Elzeviriana, An. 1629, uno volumine prodierunt, quorum hæc ſeries, (1) *M. Adami*, Canonici *Bremenſis*, Libellus de Situ Daniæ, & reliquarum, quæ trans Daniam ſunt, Regionum natura, deque Gentium iſtarum, iſtis temporibus, moribus ac Religione; (2) *Saxonis Grammatici* Commentariolus de Regnorum Aquilonarium ſitu & natura, (3) *Erici*, *Daniæ Regis*, Hiſtorica narratio de Origine Gentis Danorum, & Regibus ejusdem gentis, deque corundem rebus geſtis; (4) Hiſtoria compendioſa Regum Daniæ, incerti Authoris, poſtea ad Chriſtianum IV. deducta, & antehac in lucem edita ab *Erpoldo Lindenbrogio*; (5) *Jonæ Koldingenſis* deſcriptio Daniæ; (6) Daniæ Regni Status Politicus; (7) Excerpta Libelli *Jonæ ab Elverveldt* de Holſatia, ejusque Statu & Ordinibus diverſis; (8) *Arngrimi Jonæ*, Islandi, Tract. de Veteri Republica Gentis Islandicæ. Adde his *Suenonem Agonis*, qui vetuſtiſſimus Daniæ ſcriptor *Hiſtoriam Gentis ſuæ* compilavit, quam, ex Codice membranaceo Bibliothecæ Hafnienſis, *Stephanus Johannis Stephanius*, An. 1642, 8.vo Soræ edidit cum Notis. Modernus Regni Status judicandus eſt ex mutatione Anni 1660, quo, unanimi Ordinum ſententia, 13 Octobr. *Rex hereditarius*, una cum legitima poſteritate in infinitum, pari jure gaviſura, declaratus. Acta habentur in *Diario Europæo*, Contin. IV. h. a. p. 367 &c. *Theatro Europ.* Tom. IX, h. a. 94. &c. *Gaſtelii Tr. de Statu Publico Europæ*, Cap. VI, p. 259. Conf. *Galeazzo Gualdo*, Hiſt. Leopoldi Cæſ. Tom. I. fol. 624. &c. *Thuldens* Hiſt. Europæ, lib. 3. Enneados ſecundæ, pag. 392, *Breweri* Hiſt. Anni 1661 uſque ad 1673, lib. 3. c. 2. pag. 104, Dn. *Becman*, l. c. §. 6. p. 618, Illuſtr. Author *des* Europæi*ſchen Herolds*, Tom. 2, part. V. p. 246 & 256, & 263. *Hartnac* ad *Micrælium*, lib. 3, Sect. V. p. 284. nec non ex Pacificationibus *Rodſchildenſi* cum Suecis, An. 1658. de qua vid. *Theatr. Europ* Tom. VIII. h. a. 741 &c. *Theatr. Pacis* Tom. I. p. 393. *Lundorp. Act. Publ.* lib. VIII. Tom. IV. Contin. Cap. 155, pag. 233, & Cap. 159, pag. 239; *Gaſtelius* l. c. pag. 198 & 241; *Hafnienſi*, An. eod. cum Sereniſſimo Duce Holſatiæ, *Friderico*, cui Jus ſupremi Dominii, quod *Souverainité* vocant, ceſſum, vid. *Lundorp.* lib. VIII. Tom. IV. Contin. Cap. 208, p. 316 &c & Cap. 209 pag. 317, & Tom. XII, Cap. 119. p. 348. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 772 &c. *Gaſtelius* l. c. Cap. 19, p. 633, &c. *Rodſchildenſi* An. 1660, cum Suecis; vid. *Theatr.. Europ.* l. c. pag. 1378, *Diar. Europ.* Contin. 3, p. 525, *Theatr. Pac.* Tom. I. pag. 415. *Lundorp.* Tom. VIII. lib. IX, Cap. 5. pag. 677; *Fontisbellaquenſi* (Fontainebleau) An. 1679, cum Suecis, qua ſimul Holſatiæ Duci jus ſupremi Dominii confirmatum, vid. *Theatr. Europ.* Tom. XI, pag. 1481, *Lundorp.* Tom. X. Contin. Cap. 200, pag. 706, *Theatr. Pacis* Tom. 2. pag. 919; *Diarium Europ.* Contin. 40, pag. 271 &c. *Lundinenſi*, cum iisdem, An. eod. *Theatr. Europ.* l. c. p. 1476, *Diar. Europ.* l. c. p. 256 ad 270, *Theatr. Pacis* l. c. pag. 941. *Lundorp.* l. c. p. 709; *Altenavienſi*, An. 1689, cum Sereniſſimo Duce Holſatiæ, *Chriſtiano Alberto*, vid. *Happelii Kern-Chronik*, h. a pag. 60. &c. & *Traventhalenſi* An. 1700, cum Sereniſſimo Duce Holſatiæ, *Friderico IV*, de qua vid. Ill. Author *des Europæiſchen Herolds* l. c. p. 247 &c. *Mercure Hiſtorique* Tom. 29. p. 226 & 311.

(*b*) GRAMMATICUS &c. Prodiit *Saxonis Grammatici* Hiſtoria Danica, libris XVI, quibus Regum ſeriem uſque ad Canutum VI, perſecutus eſt, Francofurti ad Mœnum, ex Officina Wecheliana, fol. & rurſus An. 1644 Soræ, cum notis *Stephani Johannis Stephanii*.

(*c*) MEURSIUS &c. *Johannis Meurſii* Hiſtoria Daniæ, à Dano, uſque ad Chriſtianum II, impreſſa fuit Amſtelodami An. 1638; *Suaningius redivivus* vocatur, quia *Johannis Suaningii* Hiſtoriæ Danicæ Tomos tres potiſſimum in uſum ſuum vertit. vid. Dn. *Struvius* l. c. §. 3. p. 722.

(*d*) PONTANUS &c. *Joh. Iſaacus Pontanus* Hiſtoriam Rerum Danicarum, libris X. abſolvit, Amſtelod. 1631; Add. *Alberti Cranzii* Chronicon Regnorum Aquilonarium, Francof. An. 1583; *Claudii Chriſtophori Lyſchandri* Hiſtoria Danica, & Genealogia Regum Danor. Hafniæ, An. 1622; *Olai Wormii* Monumenta Danica, Haſn. 1643, ejusdemque *Faſti Danici*, 1643; *Haraldi Huitfeldi* Tom. X Hiſtoriæ Danicæ, ad Chriſtianum III. uſque deductæ, Edit. poſter. Haſn. 1655, qui duo lingua vernacula extant. Clar. D. *Conradi Samuelis Schurzfleiſch* Diſſ. de *Rebus Danicis*, recuſ. Lipſiæ 1698, *Viti Beringi Florus Danicus*, Ottiniæ, An. 1698, quo hiſtoria gentis ab origine, ad noſtra uſque tempora, deſcripta; Mr. de *Molesworth*, Legati Anglici, *Memoires de la Cour de Dannemarc*, Naucy 1695; liber multa ſingularia continet, quibus, ex parte Danorum, oppoſita quidem *defenſio*, ſed multa ibi intacta relinquuntur; In genere habetur *Alberti Bartholini* de *Scriptis Danorum* liber poſthumus, an. 1666, auctior editus à fratre, *Thoma Bartholino*, iterumque paſſim emendatus, & ſupplementis plurimis auctus atque illuſtratus à Dn. *Johanne Mollero* Flensburgenſi, Hamburgi An. 1699, quo lectorem remitto.

10. *Suecorum*, (*a*) ex volumine Juris Suecici, quod vernaculâ ipſorum Anno 1656. Holmiæ excuſum & præcipuè ex titulo primo, quem *Kænigz Balcker*, hoc eſt regium titulum ipſi appel-

appellant, addiſci poteſt. Mutationes hujus juris, quæ acciderunt tempore (*b*) *Guſtavi primi*, videndæ ſunt in *Receſſibus Regni Orbrugenſibus*, *Norcopenſibus* & aliis: ſicut & iſtæ, quæ acciderunt tempore *Guſtavi Adolphi*, (*c*) potiſſimum ex Receſſu, qui prodiit Anno 1660. 3. Novembris. (*d*) Omnino hic conferri debet hiſtoria Sueco-Gothica Joh. *Loccenii*. (*e*) Et lib. *Axelii Oxenſtirnæ*, quo ea, quæ regno Chriſtinæ facta ſunt, continentur.

NOTÆ.

(*a*) SVECORUM &c. Meminit Scriptorum cognitioni Status publici Suecici inſervientium Dn. *Mauritius*, *de principiis Jur. publ. German.* Cap. 2, §. 5. p. 15. *Conring. de Civili Prudent.* Cap. 14. pag. 334, Dn. *Becman. Hiſt. Orbis Terrar.* part. 2. Cap. VI, §. 1. p. 625 & 626, *Boſius, Introduct. in Notitiam Rerumpubl.* Cap. V. §. 4. pag. 64, Dn. *Struvius Select. Biblioth. Hiſtor.* Cap. 29, §. 7. pag. 743; Ad Rhombum maximè faciunt Receſſus *Norcöpingenſis* de An. 1604, & *Orebroënſis* de an. 1617, quibus Religioni Evangelicæ, in æternum valitura lege, cautum, vid. Dn. *Becman.* l. c. §. 4. pag. 630, Item, *Holmienſis* de An. 1624, de quo vid. ſeq. lit. c. It. Pacificationum formulæ cum Danis, quas ad præced. §. 9, lit. a, tetigi; junctis Pacificatione *Pleyſemundana* cum Moſchis, An. 1661, vid. *Theatr. Europ.* Tom. IX. p. 364 *Diar. Europ.* Contin. VI, pag. 166. 167. 495. *Theatr. Pacis* Tom. 2. p. 3. *Gaſtelius de Statu Publ. Europ.* Cap. 5. §. 35. p. 102. Dn. *Becman.* l. c. §. 6. pag. 669, Acta Livonica, Faſcic. 6. p. 6 & 51. *Hartnac ad Micrælium* lib. 3. Sect. 5. pag. 330; *Olivenſi*, cum Polonis, An. 1660, de qua vid. *Lundorp.* Tom. IV, Act. Publ. lib. IX. Cap. 2. pag. 661, *Theatr. Europ.* Tom. VIII. p 1363, *Diar. Europ.* Contin. 3. pag. 292, *Theatr. Pacis* Tom. I. pag 614, *Loccenius*, Hiſtor. Suecic. in append. pag. 900. *Gaſtelius* l. c. Cap. VI, pag. 202 &c. Ill. Author *des Europ. Herolds*, Tom. 2, Cap. VI, p. 281 &c. *Acta Livonica*, Faſc. I. pag. 69 & Faſc. 2, pag. 29 &c. *Pleyſemundana*, cum Moſchis, An. 1666; Vid. *Diar. Europ.* Contin. XV pag 314, *Theatr. Europ.* T. X. pag. 268; *Act. Livon.* Faſc. 6. p. 86; *S. Germani ad Layam* (St. Germain) An. 1679, cum Potentiſſimo Electore Brandenburgico, *Friderico Wilhelmo*, vid. *Theatr. Europ.* Tom. XI. p. 1473, *Lundorp.* Tom. X. Contin. Act. Publ. Cap. 200, p. 704; *Theatr. Pac.* Tom. 2. p. 893; *Noviomagenſi*, cum Cæſare & Imperio, An. eod. de qua vid. *Theatr. Europ.* l. c. p. 1469, *Lundorp.* l. c. p. 695, *Theatr. Pacis* l. c. pag. 763, *Diar. Europ.* Contin. 37, pag. 385 &c. in append. *Cellenſi*, cum Sereniſſima Domo Brunſuic. & Luneburg. An. eod. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 1464, *Lundorpius* l. c. p. 661 & 697, *Diar. Europ.* Contin. 42, in append. p. 174, *Theatr. Pacis* T. 2. p. 839; *Noviomagenſi*, cum Epiſcopo Monaſterienſi, an. eod. vid. *Theatr. Europ.* Tom. XI. pag. 1471, Lundorp. l. c. pag. 702, *Diar. Europ.* Contin. 39, p. 103, *Theatr. Pac.* l. c. p. 881. & *Noviomagenſi*, cum Hollandis, an. eod. vid. *Theatr. Europ.* T. XII. p. 16. *Theatr. Pacis* T. 2. pag. 967; & *Moſcowitica*, An. 1683, de qua vid. *Theatr. Europ.* Tom. XII. p. 576; Nec non Receſſu *Comitiorum Holmienſium* de An. 1680, vigore cujus Regia Auctoritas abſoluta evaſit, contrà quinque Regni Senatorum, *Drotſeti*, ſeu Vicarii Regii, Campi Mareſchalli, Archithalaſſi, Cancellarii & Architheſaurarii, cancellis incluſa, evectis eorum in locum, an. 1682, duodecim Status Conſiliariis. Vid. *Lundorp.* l. c. Tom. XI. Cap. 31. p. 25, *Diar. Europ.* Contin. 43, pag. 126 &c. Dn. *ImHoff, Notit. Proc. Imp.* libr. 4. c. 1. §. 22. pag. 129 & 130. *Europ. Herold*, l. c. p. 284 & 293.

(*b*) TEMPORE &c. Rex hic, *Guſtavus à VVaſa, Erichſonius* dictus, lucem aſpexit *Lindholmiæ*, in Uplandis, *Patre Erico Ridboholm*, Aurato Equite, Alandiæ Gubernatore, Regnique Senatore, illuſtri Equitum de Waſa progenie oriundo, atque *Cæcilia* de *Eka*, Matre, cui hi Majores fuerunt:

Cæcilia de Eka, ultima Gentis, Uxor Erici Ridboholm, Anno 1520. 8 Nov. Juſſu Chriſtiani 2, Regis, decollati.	Magnus de Eka, Senator Regni, An. 1473.	Carolus de Eka, Caſtellanus Alandiæ, 1423.	Magnus de Eka, Regni Senator, An. 1370.
			Martha. fil. Hagnini.
		Helena Arnoldi de Pinnow.	Arnoldus Henrici de Pinnow. Eq.
			Helena Andreæ de Finſtadt.
	Sigridis Æſchilli, ex familia, cui ab armis hodie nomen Bauer.	Æſchillus Iſaaci in Wenegam, Senator Regni An. 1450.	Iſaacus Iſaaci in Wenegam, Regni Senator, An. 1401.
			Margaretha Brunn.
		Cæcilia Haraldi Green.	Haraldus Stenonis Green.
			Sigridis Thomæ Voſs.

Ejecto, An. 1523, *Chriſtiano* 2, ſeu *Chriſtierno*, ex Ordinum beneplacito, *Guſtavus* noſter ſolium conſcendit, purgans Regnum à Danis, & dogmatibus ſimul Pontificiis; an. 1544, ſolennibus in Comitiis, primus Rex hæreditarius declaratus fuit, propterea que novas dedit leges, juxta quas ſtatus publicus efformatus. Vid. *Erici Jæranſon* Hiſtor. Guſtavi I, Holm. 1622; *Samuelis Kempenskiold*, Hiſtoria ejusdem Regis, Stregneſ. 1648; *Chytræi Saxon.* lib. 9. p. 223 &c. *Loccenii* lib. VI. Hiſtor. Suecan. p. 197 ad 346. Ill. Author *des Europ. Herolds*, Tom.

Digitized by Google

Tom. 2. Cap. VI. pag. 277. Illuſtr. *Samuel de Puſendorf Einleitung zu der Schwediſchen* Hiſtorie, §. 58, pag. 273 ad 338.

(c) GUSTAVI ADOLPHI &c. Poſtquam Teſtamento *Guſtavi I*, nec non Receſſu Norcöpingenſi An. 1604, & Orebroënſi, An. 1617, ſufficienter Religioni Evangelicæ, in perpetuum conſervandæ, cautum fuit, declaratione Ordinum Regni teſte, cum Sereniſſima Chriſtina an. 1660, Redituum ſibi aſſignatorum confirmationem peteret, verbis: *wann ſie des Kœniges* Guſtavi I. *Teſtament ſamt dem Norcöpingiſchen* Receſſe, *von* An. 1604, *und den Orebröiſchen* Receſſe, *von* An. 1617, *mit Fleiſs anſehen, finden ſie ausdrucklich darinnen verwahret, daſs, wer von ihrer Lehr ab, und zu den Papiſten übertritt, ſelbiger dadurch alſofort aller ſeiner Erbe, Rechtens und Friedens-genoſſes, durch die gantze Cron Schweden, verluſtiget ſeyn ſolle &c.* Vid. Dn. *Becmann*, l. c. §. 4. p. 630; *Guſtavus Adolphus* Rex filiam ſuam, *Chriſtinam*, vix bimulam, in Comitiis Holmienſibus, An. 1624, 4. Dec. Regni hæredem deſignari curavit: *Und weil uns das Fürnehmen unſers Feindes ſchon lengſt verkundſchafftet, daſs er nemlich durch tœdtlichen Abgang Ihrer Kœnigl. Majeſt nicht wenig Hoffnung und Vertrauen bekommen, und ihrer viel von dem gemeinen Volck den Artickel von der Erb. Vereinigung*, An. 1604, *mit den Reichs-Standen getroffen, nicht wohl verſtehen, nemlich, ſo des Kœnigs Tochter in der Regierung gebühret; ſo haben wir freywillig, und mit reiffen Rath, eben dieſe Erb-Vereinigung wiederholen, erklæren, und allen zu friſchen Gedæchtnis führen wollen. Verpflichten uns derowegen wir, ſamt und ſonderlich, ſowohl Gegenwærtige als Abweſende, ſo da noch leben, und leben mœchten, da Ihr. Kœnigl. Majeſt. ohne Erben mit Todt abgiengen, daſs wir das Durchl. Fræulein, Chriſtinam, der Schweden, Gothen und Wenden Princeſſin, für unſere Erb-Furſtin erkennen, und alle Ihrer Kœnigl. Majeſt. Rechte, nach dem Erb-Vereinigungs-Schluſs, und denen Rechten des Kœnigreichs Schweden, die da unſerer gethanen Pflicht nicht zuwider, ſchützen wollen &c.* Vid. Dn. *Becmannus* l. c. §. 6. pag. 634 & 635; Summam dictorum Comitiorum Norcopienſium exhibet *Loccenius*, lib. VIII, ad an. 1604, p. 457.

(d) NOVEMBRIS &c. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. IX. p. 80 ad 90. Dn. *Becmannus* l. c. Cap. VI, §. 4. pag. 630 &c. *Hartnac ad Micræl.* lib. 3. Sect. 5. p. 321 &c. ubi formula Receſſus.

(e) LOCCENII &c. Loccenii *Hiſtoria Suecana*, à primo Rege uſque ad Carolum XI, libri novem, una cum libris tribus Antiquitatum Sueo-Gothicarum, Francofurti & Lipſiæ prodierunt An. 1676. Hujus etiam loci ſunt *Olai Rudbeckii* Atlantica, cujus Tom. I, Upſal. An. 1684, alter An. 1689, & tertius, An. 1698, excuſi; magno labore, ſingularum ferè gentium origines, ſacra, linguas, leges, literas, aliaque ex Gothis ducit, ita, ut Sueciam vaginam Gentium vere eſſe demonſtret; *Matthiæ Prætorii* Orbis Gothicus, Fol. 1688; *Olai Magni* Hiſtoria Gentium Septentrionalium, Baſil. An. 1567, & rurſus Lugdun. Batav. An. 1652; *Joh. Lud. Gottfried Schwediſche Chronick*, Francf. 1632; *Johannis Meſſenii* Scandia Illuſtrata, cum variis obſervationibus, edita à *Johanne Peringskioldo*, Holm. 1700, 1701 & 1702, Tom. VI; idem *Meſſenius* centum Tabulas Genealogicas præcipuarum Regni Familiarum compoſuit; Illuſt. *Puſendorfii Einleitung zu der Schwediſchen Hiſtorie*. De Jure Sueonum Gothorumque antiquo præclarè ſcripſit *Johannes Olai Stiernhook*, Holm. 1672. Jungi merentur *Erici* Upſalienſis Status Suecicus; *Johannis Theodori Sprengeri* Notitia Regni Suedici; *Johannis Typotii* Relatio hiſtorica de Regno Sueciæ; *Johannis Schefferi* Chronicon Archi-Epiſcoporum Upſalienſium, Upſal. 1673; Claudii *Oernhialmi* Hiſtoriæ Sueonum Gothorumq; Eccleſiaſticæ libri IV, Holm. 1689.; *Johannis Magni* Hiſtoria Metropolitana, ſeu Archi-Epiſcoporum Upſalienſium, publicata Romæ an. 1560, per *Olaum Magnum*, & latius deducta à *Joh. Meſſenio*, quam Dn. *Adamus Rechenbergius*, An. 1685, Lipſiæ edi curavit. Ill. *Puſendorfii* Commentarii de Rebus Suecicis, regnante *Guſtapho Adolpho*, geſtis, Ultraj. 1686; ejuſdem Opus, *Caroli Guſtavi*, Sueciæ Regis, facta illuſtrans, Norimberg. 1696; *Linage de V cienne Memoires* de *Suede* Tomi III, an. 1675, complectuntur hiſtoriam Suecicam ab an. 1645 ad 1655; de *Prade* Hiſtoria *Guſtavi Adolphi*, & *Caroli Guſtavi*, Regum, Pariſ. 1686; *Joh. Henrici Bœcleri* Hiſtoria belli Sueco-Danici, Argent. 1679; Clariſſ. Dn. *Conradi Samuelis Schurtzfleiſchii* Res Sueco-Gothicæ, quæ, inter diſſertationes Ejus, locum decimum quintum occupant; *Johannis Mithobii* diſſert. de Controverſiis Sueco-Polonicis, Helmſtad. 1656. &c. &c.

II. *Polonorum (a)* continetur *Decretis Comitiorum. Martinus Cromerus (b) de origine & rebus Polonorum* hic videndus. *Simonis Starovolzy Polonia*, à Domino *Conringio* edita. (c) Orichovii (d) Annales, ubi de rebus Sigiſmundi Auguſti prorſus egregia tradit. Ea, quæ noſtram ætatem ſpectant, ſumenda ſunt ex *Pauli Piaſecii (e) Chronicis, Polonia nova & antiq. Joannis Theod. Sprengeri. (f)*

NOTÆ.

(a) POLONORUM &c. Vid. *Mauritii* diſſ. *de Principiis Iuris Publ. German.* Cap. 2. §. 6. pag 16. *Conring. de Civili Prudentia*, Cap 14. pag. 334; Dn. *Becman*, Hiſt. Orb. Terrar. part. 2, c. 8. §. 1. p. 676. Dn. *Struv.* Select. Biblioth. Hiſtor. Cap. 30, §. 6. pag. 754. &c. Ill. Dn. *Nicolaus Chwalkowo Chwalkowsky* Eq. Polon. edito Tr. *de Iure*

Iure Publico Regni Poloniæ, an. 1684, Regiomonti, vice altera, cujus præfatione præcipui Rerum Polonicarum ſcriptores ordine Alphabetico exhibentur; *Chriſtophorus Hartknoch* de Republ. Polon. Lipſ. 1698; *Hauteville* Relation hiſtorique de Pologne, contenant le pouvoir de ſes Rois, leur election & leurs couronnemens, les privileges de la Nobleſſe &c. Pariſ. 1688; *Honorii* diſſert. de novo in Polonia eligendo Rege, quæ in faſciculo diverſorum Authorum, Statum Regni Poloniæ, Lithuaniæ, Pruſſiæ, Livoniæ &c. exhibentium, an. 1642. ex Officina Elzeviriana, Lugd. Batav. prodeunte, loco decimo quarto, venit, p. 393; *Stanislai Krziſtanowic* JCti Status Regni Poloniæ deſcriptio, in eadem Elzeviriana collectione, §. 1. p. 1; *Iacobus Priluſius*, *Petri Kmitha*, Palatini Cracovienſis, Secretarius, juſſu *Sigismundi Auguſti* Regis, an. 1553, Corpus Juris Polonici edidit; Vid. *Chytr. Saxon.* lib. 18. p. 473. Inprimis huc ſpectant Inſtrumenta publicorum pactorum cum Suecis, quorum, ad præced. §. 10. lit. a, memini, nec non Pax *Brombergenſis*, & Pacta *Velavienſia* cum Sereniſſima Electorali Domo Brandenburgica, An. 1657, quorum Art. IV. hæc habet: *Ducatum Pruſſiæ, iis finibus circumſcriptum, quibus Sereniſſimus Elector illum olim Iure feudi, ante hoc bellum exortum, poſſidebat, ipſe deinceps, & deſcendentes Ejusdem Maſculi, ex thoro Ejus legitimè procreati, indeque deſcendentes omnes, donec quiſquam ſupererit ex deſcendentibus maſculis Suæ Serenitatis Electoralis, Iure ſupremi Dominii, cum ſumma atque abſoluta poteſtate, ſibi habebunt, poſſidebunt, regentque, absque omnibus antehac præſtitis oneribus* &c, & Art. VI: *promittit etiam ſua Regia Majeſtas, tam pro ſe, quam ſucceſſoribus ſuis, ſe, in caſu non exiſtentium deſcendentium, ſpecialem habituros rationem Agnatorum Serenitatis ſuæ Electoralis, nimirum domus Culmbacenſis & Onolsbacenſis, & officia collaturos apud Regni Comitia, ut, caſu caducitatis exiſtente, Illi aliis præferantur, & ad ſucceſſionem præfati Ducatus admittantur, ſub iisdem Feudi conditionibus, & obligationibus, quibus antehac Sereniſſimus Elector, Ejusque Anteceſſores, illum, vigore Inveſtituræ, poſſederunt &c.* Integrum Inſtrumentum legas apud *Thuldenum*, part. 4 Hiſtor. Univerſal. p. 273 &c, *Theatr. Europ.* Tom. VIII. p. 605 &c, *Chronic. Hungar. Norimberg.* §. 55, p. 68 &c, *Lundorp.* lib. VIII. Act. Publ. Cap. 101, p. 170, & Cap. 134, p. 205, *Gaſtelium* de Statu Publ. Europ. Cap. 19, p. 735 &c; Induciæ *Andruſcowienſes* cum Moſchis, an. 1667, de quibus vid. *Diar. Europ.* Contin. XV. p. 6. & in append. p. 19, & Contin. XVI, p. 26 &c. *Lundorp* T. IX Contin. Act. Publ. Cap. 128, p. 489. *Gaſtelius* l. c. Cap. V. §. 35. p. 96, *Galeazzo Gualdo* Hiſtor. Leopoldi Cæſ. Tom. 3. p. 234, *Brewer* part V. Hiſtor. Europ. p. 246, *Hartnac ad Micralium*, lib. 3. Sect. 6. p. 353; Pax *Podhajecenſis* cum Tartaris, ejusdem Anni, de qua vid. *Diar. Europ.* Contin. XVI, p. 551, *Theatr. Europ.* Tom. X. p. 253, *Galeazzo Gualdo* l. c. p. 238, *Hartnac ad Micralium*, lib. 3. Sect. 6. p. 354; Pacta *Andruſcovienſia*, an. 1670, cum Moſchis, de quibus vid. *Theatr. Europ.* Tom. X. part. 2. pag. 285, *Diar. Europ.* Contin. 22. p. 17, Dn. *Becman.* l. c. part. 2. c. 7. §. 5. pag. 668; Pax *Moſcopolitana*, an. 1672, cum Moſchis, de qua vid. *Diar. Europ.* Contin. XXIV. p. 10 &c., append. *Theatr. Europ.* T. XI. p. 81, *Lundorp.* T. IX. Cap. 239, pag. 815, *Theatr. Pac.* T. 2. pag. 563, *Gaſtelius* l. c. Cap. VI, p. 295, *Hartnac.* l. c.; Pax. an. 1676. cum Turcis concluſa, vid. *Theatr. Europ* Tom. XI. pag. 1065, *Diar. Europ.* Contin. 33. p. 235 &c. *Hartnac. ad Micral.* l. c. pag. 389; Pax cum iisdem contracta an. 1678, vid. *Diar Europ.* Contin. 37, append. pag. 273 ad 299, *Theatr. Pac.* T. 2. p. 585; Fœdus cum Moſchis, an. eod., de quo vid. *Diar. Europ.* Contin. 37, pag. 456 &c.; Fœdus cum iisdem, an. 1686, de quo vid. *Theatr. Europ.* Tom. XII. p. 1039 &c, *Lundorp.* Tom. XII. Cap. 137, p. 515, *Hartnac. ad Micralium* lib. 3. ſect. 16. pag. 390, *Happelii Kern - Cronick*, Menſ. April., *Europ. Herold* pag. 1718 &c.; Pax *Carlowiziana* cum Turcis, an. 1699, cujus formulam exhibet Ill. Dn. *Ahaſverus Fritſchius*, in Supplemento Adnotationum ad Tabulas Pacis Ryſwicenſis p. 241.

(*b*) CROMERUS &c. Epiſcopus Warmienſis, apud Boruſſos, decedens an. 1589, edidit Poloniam, i. e. libros 10. de geſtis Polonorum ab an. 1550 ad 1548; Baſil. 1589; nec non libros duos de ſitu Poloniæ, Republica & Magiſtratibus Polonorum, quos *Elzevirii* collectioni ſuæ, an. 1642, loco ſecundo inſeruerunt. Vid. *Thuan.* lib. 96 ad an. 1589, p. 313.

(*c*) STAROVOLZII Polonia, recognita & aucta, cum præfatione Dn. *Hermanni Conringii*, prodiit Guelferbyti, an. 1656.

(*d*) STANISLAI ORICHOVII Annales, in memoriam geſtorum Sigismundi Auguſti, magna cum gravitate conſcripti, Annoque 1643, Dantiſci, editi, rari ſunt & inſignes.

(*e*) PAULI PIASECII, Epiſcopi Præmislienſis, Chronicon geſtorum in Europa ſingularium, Seculorum XVI & XVII, uſque ad an. 1644, an. 1645, *Cracoviæ* excuſum eſt.

(*f*) SPRENGERI Polonia Nov-antiqua prelum ſubiit Francof. an. 1656. Addi poſſunt *Andreæ Cellarii* deſcriptio Regni Poloniæ, magnique Ducatus Lithuaniæ, Amſtelod. 1659; omnes, quos *Johannis Piſtorii* Codex tam veterum, quam recentiorum rerum Polonicarum Scriptorum complectitur, edit. Baſil. 1582; omnes, qui Collectione Elzeviriana, an. 1642, ut & Amſtelodamenſi, an. 1698, continentur; Clariſſ. Dn. *Conradi Samuelis Schurtzfleiſchii* Lineamenta Sarmatica, an. 1670; Ill. *Puſendorſii Einleitung*, Cap. X; *Stanislai à Kobierzycko Kobierzicki* Hiſtoria *Uladislai*, Poloniæ & Sueciæ Principis, Amſtelod. 1698; Ad hiſtoriam *Michaëlis* Regis facit *Caſimiri Zawadzky* Hiſtoria arcana, ſive Annalium Polonicorum libri VII, Coſmopol. 1699; de *Johanne III.* extant *Anecdotes de Pologne, ou memoires ſecrets de Jean Sobiesky. III, du nom*, Amſtelod. 1699.

Digitized by Google

12. De Principatibus Italiæ, ſeu de Territoriis, potentia, familiis, fœderibus Principum, Rerumpubl. & eorum, qui hodie in Italia rerum potiuntur, ſatis egregius eſt Commentarius *Johann. de Laet*: & tractatus *anonymi Scriptoris*, *de Principatibus Italiæ*; à *Thoma Segeto (a)* translatus, & notis illuſtratus.

NOTÆ.

(*a*) SEGETO &c. Commentarius incerti Auctoris Itali, de *Principibus Italiæ*, idiomate donati Latino, cura *Thomæ Segethi* prodiit an. 1631, ex Officina Elzeviriana; agitur ibi de Pontifice, de Rege Catholico; de Rep. Veneta; de Genuenſi, de *Luccenſi*, & ſic de reliquis. *Boſius, Introduct in Notitiam Rerumpublicarum*, Cap. 4. §. 9. p. 52, & Cap. 5. §. 4. p. 63. &c. Dn. *Becman, Hiſt. Orb. Terrar.* Part. I. Cap. VI. §. 3. p. 183 &c. Clariſſ. Dn. *Struvius, Select. Biblioth. Hiſtor.* Cap. 26. §. 6. p. 672 &c. multos in ſcenam producunt, quorum opera hic opus eſt. *Elzevirii*, an. 1629, uno volumine ediderunt (1) *Andreæ Dominici Flocci* libros duos de *Poteſtatibus Romanorum*; (2) Libros totidem *Pomponii Læti*, de *Magiſtratibus Romanis*, (3) Ejusdem Libellum de Legibus Romanis, (4) *Raphaelis Volaterrani* Commentarium, de Magiſtratibus & Sacerdotiis Romanorum; (5) *Andreæ Aleiati* librum de Magiſtratibus & Officiis Romanorum; (6) *Petri Nannii* Alemariani Miſcellanea de Comitiis Romanorum; (7) *Iuſtum Lipſium*, de Magiſtratibus veteris Populi Romani; (8) *Iani Guilielmi* Lubecenſis libellum de Magisſtratibus Reipublicæ Romanæ; (9) *Georgii Vauchopis* Scoti Tract. de Magiſtratibus veteris Populi Romani; (10) Relationem de Statu Urbis Romæ & Pontificis &c. *Andreas Schottus* etiam nonnullos Rerum Italicarum ſcriptores, an. 1605, Francofurti, à Wæcheliis edi curavit; Novam collectionem *Iohannes Georgius Grævius*, ſub tit. *Theſauri Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiæ, mari Liguſtico & Alpibus vicinæ, quo continentur optimi quique ſcriptores, qui Ligurum & Inſubrium, ſeu Genuenſium & Mediolanenſium, confiniumque Populorum, ac Civitatum res antiquas, aliasque vario tempore geſtas memoriæ prodiderunt*, Tom. III, Lugduni Batavorum, an, 1704, procuravit, quorum nomina Dn. *Struvius* l. c. §. 4. p. 666 &c. exhibet; Add. *Caroli Sigonii* de regno Italiæ libri quindecim, Hiſtoriam, ab an. 570 ad 1200, funditus exponentes, edit Baſileæ An. 1575, & Hanov. an. 1613, quibus, An. 1618, Hanoviæ, adhuc quinque alii adjecti ſunt, adeò, ut opus in præſentiarum 20 libris, ad annum usque 1286 ſe extendentibus, abſolvatur. *Italia Regnante di Gregorio Leti*, Tomi IV, edit. Genev. An. 1675 & 1676. *Iohannis Riccii* narrationes rerum Italicarum ſui temporis, i. e. ab an. 1613 ad 1653, prelo ſubjectæ Venet. 1655. *Iohannis Theodori Sprengeri Nova Roma*, Francof. 1667; *Hiſtoire des Conclaves*, depuis Clement V juſqu' à Innocent. XII, 1694, Colon. In ſpecie de Romanis Pontificibus adeundi *Anaſtaſius Bibliothecarius*, cujus Hiſtoria de Vitis Romanorum Pontificum, à B. Petro uſque ad Nicolaum I, juncta vita Hadriani 2 & Stephani VI, auctore *Guilielmo Bibliothecario*, ex Bibliotheca *Marci Velſeri*, opera & ſtudio *Iohannis Buſæi*, S. J. Moguntiæ, an. 1602, lucem vidit, rurſusque Pariſiis an. 1620 & 1680; *Iohannes Ciampinus*, Romanus, Magiſter Brevium Gratiæ, *Examen Libri Pontificalis*, ſive *Vitarum Romanorum Pontificum, quæ ſub nomine Anaſtaſii Biblioth. circumferuntur* An. 1688, Romæ, evulgavit; *Martini Poloni Chronicon Imperatorum & Pontificum*, à nato Chriſto, ad An. 1285, edit. Antwerp. an. 1574, & noviſſime an. 1720, Argent. curâ B. Dn. *Ioh. Schilteri*; *Bartholomæi* (non Baptiſtæ) *Palatinæ* Lib. de *Vitis Pontificum Romanorum*, edit. Norimberg. An. 1481; *Onuphrii Panvinii* Chronicon de *Romanis Pontificibus*, Colon. 1600; *Iohannis Palatii* Geſta Pontificum Romanorum, Venet. 1687-1690; Rerum *Mediolanenſium* ſcriptores commemorat Dn. *Struvius*, l. c. §. 12, p. 686; *Neapolitanarum* l. c. §. 13. p. 688, & §. 14. p. 690; *Sicularum* l. c. §. 15, p. 693; *Sabaudicarum* l. c. §. 16. p. 695, & §. 17. p. 696; *Florentinarum*, l. c. §§. 18 & 19, pag. 697 &c. *Mantuanarum* l. c. §. 20, p. 700; *Parmenſium* l. c. §. 21. p. 700; *Mutinenſium* l. c. §. 22. p. 701; *Mirandolanarum*, l. c. §. 23, p. 701. *Genuenſium* l. c. §. 32, p. 713, & *Luccenſium* l. c. §. 33. p. 715.

13. Statum Reip. Venetæ *(a)* à primordiis accuratiſſime deſcripſit *Janottus (b) in lib. de Republ. Veneta*; Contarenus *(c)*, Bembus &c. *(d)*

NOTÆ.

(*a*) Hiſtoriam Status publici Sereniſſimæ Reip. Venetæ ſubminiſtrant, in primis, *Petrus Juſtinianus*, Patricius Venetus, cujus *Hiſtoria Rerum Venetarum, ab urbe condita ad annum* 1575, una cum opuſculis, nim. *Bernhardi Juſtiniani* Oratione, apud Sixtum IV. P. R. habita; *Ludovici Heliani* Oratione de bello ſuſcipiendo adverſus Venetos & Turcas; *Coriolani Cepionis* libris tribus de Petri Mocenigi, Venetæ Claſſis imperatoris contra Turcas rebus geſtis; P. *Callimachi* narratione de his, quæ à Venetis tentata ſunt, Perſis ac Tartaris contra Turcas movendis; *Alexandri Peantii* libris duobus de bello Venetorum cum Carolo VIII, R. Galliæ, geſto an. 1496; & carmine *Pamphili Saſſi* de eodem bello, Argentorati, an. 1611, prodiit; *Baptiſta Nani*, Hiſtoria Veneta, Venet. 1679; *Johannis Palatii* Faſti Ducales, ab Anafeſto I, ad Sylveſtrum Valerium Ducem, Venet. 1696;

Mi-

Michaëlis Foſcarini Hiſtoria Veneta, 1696; Ill. Dn. *Amelot de la Houſſaye Hiſtoire du Gouvernement de Veniſe*, Pariſ. an. 1676, rurſusque, an. 1695, Amſtelod. Ill. Author *des Europæiſchen Herolds* T. 2. part. 3. Cap. I. p. 478 &c. Si alios deſideres, evolvas, quæſo, *Gaſtelium de Statu Publ. Europ.* Cap. 26, p. 800; Dn. *Struvii Selectam Biblioth. Hiſtor.* Cap. 27. §§. 24 - ad 32. p. 702. ad 713; Dn. *Becman Hiſt. Orb. Terrar.* part. 2. Cap. 12, §. 1. p. 768: Dn. *Mauritii* Diſſ. de *Principiis Iuris Publ. German.* Cap. 2, §. 8 &c. Omninò etiam huc faciunt, quæ Ann. 1605, 1606 & 1607, inter Rempublicam hanc, & Romanam Curiam, geſta ſunt, de quibus vid. mea *Memorab. Sec. XVII.* p. 105, 106, 152 ad 157, & 196 ad 200; Sed & Pacificatio *Candienſis* cum Turcis An. 1669, hujus loci eſt, de qua vid. *Diar. Europ.* Contin. XX, p. 111, *Theatr. Europ.* Tom. X, part. 2. p. 130. ad 143; *Theatr. Pacis* Tom. 2, p. 532; *Memoires du Voyage de Mr. le Marquis de Ville au Levant*, part. 2. p. 308 &c. Dn. *Becman* l. c. Cap. X. §. 11. p. 733 &c. & *Carlowizenſis* an. 1699 cum iisdem, cujus formula legitur in Appendice Dn. *Ahasveri Fritſchii* Adnotationum ad Tabulas Pacis Ryſwicenſis, p. 250.

(*b*) JANOTTUS &c. *Donati Iannoti* Dialogi de *Republica Venetorum*, primùm, apud *Elzevirios* Lugd. Batav. an. 1631, deinde, an. 1642. ibid. cum Commentariis *Nicolai Craſſi*, rurſusque an. 1653. Amſtelodami excuſi, non omnibus arrident. vid. Dn. *Struvius* l. c. §. 28. p. 706.

(*c*) CONTARENUS &c. *Caſparis Contareni*, Cardinalis, & Pauli III P. R. Legati ad Comitia Ratisbonenſia, libros V de Magiſtratibus & Republica Venetorum, An. 1628, ex Officina Elzeviriana, cum novem aliis Tractatibus ejusdem argumenti prodeuntes, magni æſtimat Dn. *Conring.* de *Civili Prudentia*, Cap. 14. p. 308.

(*d*) BEMBUS &c. *Petri Bembi*, Veneti & Cardinalis, libri XII, quibus Hiſtoriam Patriam, per 58 annos, à bello Rhætico ad Leonis X, P. R. tempora uſque, expoſuit, Venetiis prelum ſubierunt an. 1551; non nihil partium ſtudio indulget.

14. De ſtatu fœderati Belgii (*a*) eſt Commentariolus *Boxhornii*, (*b*) potiſſimum prima editio. *Zæſii à Zeſen*, (*c*) Leo Belgicus. *Hugo Grot.* (*d*) & alii. (*e*)

NOTÆ.

(*a*) BELGII &c. De Authoribus, ad rhombum facientibus, legas *Petri Scriveris Bataviam Illuſtratam*, Lugd. Batav. an. 1609, Dn. *Mauritii* Diſſert. de *Principiis Iuris Publ. german.* Cap. 2, §. 9. p. 17; *Boſii Introductionem in Notit. Rerumpubl.* c. 5. §. 4. p. 64; Dn. *Conring.* de *Civili Prudentia*, Cap. 14, p. 308, 331, 332; Dn. *Becman, Hiſtor. Orb. Terrar.* part. 1. c. 6. §. 6. p. 207. &c. Dn. *Struvium*, *Select. Biblioth. Hiſtor.* Cap. XV. §. 22. p. 388. Extat hanc in rem *Deſcriptio Belgii confœderati*, edit. An. 1630. apud Elzevirios; Ante omnia inſpicienda, quæ Belgæ, ut libera Reſpublica, cum aliis Potentiis, publici Juris fecerint; quo titulo, inter alia, veniunt Pacificationes, v. g. cum Anglis, de quibus ad præced. §. 8, lit. a, aliquid dictum; in primis *Monaſterienſis* An. 1648, vigore cujus, plenam libertatem nacti, Hiſpanis prætenſionibus ſuis in Fœderatum Belgium renunciantibus; vid. ad præced. §. 7, lit. a; *Hagenſis*, cum Portugallis, An. 1661, ap. *Lundorp.* Tom. VIII. lib. IX. Contin. Act. Publ. Cap. 103. p. 755, *Theatr. Europ.* Tom. IX. p. 435 &c. *Theatr. Pacis* part. 2. p. 9. *Braſſilienſis*, ejusdem Anni, cum iisdem; vid. *Dapper. Americaniſche Reiſebeſchr.* p. 596. *Ablancourt: Hiſt. de Portugal*, p. 77. *Europ. Heroldt*, p. 946; *Makaſſerana*, An. 1667, cum infidelibus incolis; *Diar. Europ.* Contin. 21, in append. *Waltheri Schultzii Oſtindiſche Reiſebeſchreib.* lib. 1. p. 65; *Hagenſis*, Anni 1669, cum Portugallis; Vid. *Theatr. Pac.* part. 2. p. 57; *Colonienſis*, An. 1674, cum Epiſcopo Monaſterienſi; vid. *Diar. Europ.* Contin. 28, append. & Contin. 30, p. 552 &c. *Theatr. Europ.* Tom. XI, p. 685, *Lundorp.* Tom. X, Act. Publ. Cap. 101, p. 160. & Cap. 200, p. 674, *Theatr. Pac.* Tom. 2. p. 269; *Noviomagenſis* cum Gallis, An. 1678, de qua vid. *Theatr. Pac.* l. c. p. 607, *Theatr. Europ.* Tom. XI. p. 1327. *Europ. Heroldt*, p. 1624 ad 1629, *Lundorp.* l. c. Cap. 200, p. 677; Armiſtitium 20 Annorum *Hagenſe*, An. 1684. cum iisdem, de quo vid. *Theatr. Europ.* Tom. XII. p. 733 &c. *Theatr. Pac.* Tom. 2. p. 1005, *Europ. Herold*, p. 1641 &c. Pax *Ryſwicenſis*, An. 1697, cum iisdem &c.

(*b*) BOXHORNII &c. Marci Zuerii Boxhornii lib. de *Statu Fœderati Belgii*, brevem quidem, accuratam tamen, Reipublicæ deſcriptionem exhibens, Hagæ Comitum, An. 1659, prodiit.

(c) ZESEN &c. Philippus Cæſius à Zeſen, edito, an. 1660, Amſtelodami, *Leone Belgico*, non minori cura, Reipublicæ Patriæ formam interiorem, incrementa, rationem & conſervationem ſtatus, potentiam &c. depinxit.

(*d*) GROTIUS &c. Cujus liber de Antiquitate Reipublicæ Batavicæ, Lugduni Batavorum An. 1610, rurſusque 1630, ex officina Elzeviriana, lucem vidit.

(*e*) ALII &c. v. g. *Ludov. Guicciardini* deſcriptio Hollandiæ & Selandiæ, cui inſerta Caſparis Barlæi urbium præcipuarum encomia, ap. Elzeverios, An. 1630; Ex *Petri Scriveris* Batavia Illuſtrata, Lugd. Batav. 1609, deſumpti Principes Hollandiæ Selandiæque, ibid. an. 1630. recuſi; *Martini Schoockii* Belgium Fœderatum, An. 1665. Amſtelod. ubi Reipublicæ hujus faciem plenam, Jurisdictionem Provinciarum, ſingularum ſtatum, commercia, urbes, vicos, intereſſe, ſtatum Regiminis, aliaque accurate ob oculos poſita deprehendis. Author *de l' Hiſtoire abbregeé des Provinces unies des Païs-Bas, ou l' on voit leurs progres, leurs conquêtes, leur gouvernement,*

Digitized by Google

& celui de leurs Compagnies en Orient & en Occident, comme auſſi les hommes Illuſtres dans les armes, & les Sçavants dans les Lettres, Amſterd. 1701; *Iohannis de Laët* Reſpublica Belgii fœderati, ex offic. Elzevir. An. 1630; *Guilielmi Templai Remarques ſur l' Etat des Provinces Unies des Pais-bas* à la Haye 1680; Ill. Author *des Europ. Herolds* Tom. 2. part. 3. Cap. 2, p. 525 &c.; Ill. Dn. de *Pufendorf Einleitung*, Cap. 6. p. 477 &c.; *Bizots Hiſtoire Metallique de la Republique de Hollande*, Tomi duo, Amſterd. 1688, quorum *tertius*, an. 1690, acceſſit; *Ludovici Auberii du Maurier Memoires, pour ſervir à l' hiſtoire de Hollande*, 1680; Author *des* Intereſſe *von Holland*, Amſtelod. 1662; *Hiſtoire des Princes d' Orange de la Maiſon de Naſſau*, Amſterd. An. 1692. Statum Eccleſiæ funditus delineat Pl. Rev. Dn. *Henrici Ludolphi Benthem*, Præpoſiti Ultzenſis, *Hollandiſcher Kirchen- und Schul-Staat*, Francof. 1698; De Scriptoribus rerum totius Belgii, agit Dn. *Struvius* l. c. §. 4. p. 358 &c, & in ſpecie Brabanticarum, l. c. §. 5. p. 361; Flandricarum l. c. §. 6. p. 362; Luxenburgenſium & Namurcenſium l. c. §. 7. p. 364; Antwerpienſium l. c. §. 8, p. 365; Belgii fœderati l. c. §§. 9 & 10, p. 366 &c; Hollandicarum, l. c. §. 16, p. 379. Selandicarum l. c. §. 18, p. 383; Ultrajectenſium l. c. §. 18, p. 383 &c; Geldricarum l. c. §. 19, p. 385; Grœningenſium l. c. §. 20, p. 386; & Friſicarum l. c. §. 21. p. 387.

15. Helvetiorum *Reſpublicas* deſcripſerunt (*a*) *Simlerus*, (*b*) *Stumpſius*, (*c*) *Franciſcus Guillimannus*, (*d*) *Hottingerus* (*e*) *in methodo legendi Hiſtorias Helveticas*; Vide de his *Joh. Andr. Boſium de comparanda Prudentia n. 45. 46. & ſeqq. n. 72. 73. & ſeqq.*

NOTÆ.

(*a*) DESCRIPSERUNT &c. De Scriptoribus rerum Helveticarum evolvas Dn. *Mauritii* Diſſ. de *Principiis Iur. Publ.* Cap. 2, §. 10, p. 17; Dn. *Conring.* de *Civili Prudentia* Cap. 14, p. 308, 332; Dn. *Becman. Hiſtor. Orb. Terrar.* part. 1. Cap. 6, §. 4, p. 197; Dn. *Struvii Selectam Biblioth. Hiſtor.* Cap. 26, p. 652 &c. Cognitioni ſtatus moderni Publici non parum inſervit Formulæ Pacis Weſtphalicæ, an. 1648, Art. VI, vi cujus omnes Helvetiorum Cantones, ſeu Reſpublicæ, in poſſeſſione vel quaſi plenæ libertatis, & exemtionis ab Imperii Jurisdictione, relinqui jubentur; non minus Pacificationis Inſtrumentum, quo an. 1656. civiles Patriæ motus ſedati, vid. *Lundorp.* Tom. VII, Contin. Act. Publ. lib. 7. c. 211. p. 1126; *Gaſtel, de Statu Publ. Europ.* Cap. 26. p. 804; *Theatr. Europ.* Tom. VII, p. 1005; & Renovatio Pactorum cum Gallis, an. 1663, de qua vid. *Diar. Europ.* Contin. IX. p. 854 &c.; *Brewer. Hiſtor. Europ.* ab an. 1661 ad 1673, p. 116; *Hartnac. ad Micrælium* lib. 3, ſect. 2, p. 127, ubi tamen, hoc titulo, annum 1664. producit; *De Bonaire Hiſtoire de France*, p. 389; *Riencourt, Hiſtoire de Loüis XIV*, Tom. I, p. 344 & 345.

(*b*) SIMLERVS &c. *Ioſiæ Simleri*, Tigurini, *Deſcriptio Helvetiæ*, una cum *Franciſci Guillimanni*, *Oſwaldi Molitoris*, aliorumque deſcriptione Helvetiæ Geographica, & *Danielis Eremitæ* Belgæ epiſtola ad *Ferdinandum Gonzagam*, Mantuani Ducis filium, de Helvetiorum, Rhetorum & Sedunenſium ſitu, Republica, moribus, ſumptibus Elzevirianis, An. 1627, prelum ſubiit. Idiomate Germanico extat Simleri *Regiment der Eydgenoſſchafft*, An. 1576 & 1645, Tiguri.

(*c*) STVMPFIVS &c. *Johannis Stumpſii Beſchreibung des Schweitzerlands*, Tiguri, prodiit an. 1548.

(*d*) GVILLIMANNUS &c. Qui an. 1598, Friburgi, libros V. Antiquitatum rerum Helveticarum edidit.

(*e*) HOTTINGERUS &c. Joh. Henricus Hottingerus methodum legendi Hiſtorias Helveticas, inter alia opuſcula, Tiguri propoſuit, an. 1654. Add. *Joh. Jacobi Graſſeri Schweitzeriſch Helden-Buch*, edit. 1624; *Iohannis Baptiſtæ Plantini* Helvetia antiqua & nova, Bern. 1656; *Joh. Henr. Suizeri* Chronol. Helvet. Hanov. 1607; Auth. *des groſſen Helvetiſchen Bunds*, Norimberg. Fœdera nonnulla v. g. *Brunnenſe* an. 1315, *Lucernenſe* an. 1332, & *Lucernenſe* an. 1353 complectitur Codex diplomaticus Juris Gentium Ill. Dn. *Godof. Guilielmi Leibnizii*, p. 69, 141 & 196. Conf. Ill. Author *des Europæiſchen Herolds*, Tom. 2, part. 3, c. 4. p. 589 &c.; Ill. Baro de Pufendorf, *Einleitung zu der Hiſtorie*, Cap. 7. p. 549 &c.

16. Pervenimus ad Jus publicum Romano-Germanicum, quod diu inexcultum manſit, & cum inſtaurarentur literæ, in practicis vix aliud nomen, quam Juris civilis, notum erat: Jus publicum verò variis ex cauſis neglectum: inter quas referuntur à *Limnæo* (*a*) (1.) ſtudium lucri, quod antiqui Juriſconſulti intendebant, & ad quod Jus Civile privatum magis comparatum erat. (2.) quod ad Politicam illud pertinere (*b*) arbitrarentur: *quæ quæſtio hodie adhuc multa contentione inter Politicos & Juriſconſultos agitatur.* Illi hujus ſtudii tractationem ſibi vindicant, quia nomine Juris publici non indigitamus tantum leges publicas, quarum interpretatio ad Juriſconſultum pertinet, ſed accuratam notitiam Imperii, tam in materialibus, quam formalibus, ut loquuntur, quod ſine dubio politici muneris eſt. Hi verò ad ſe pertinere exiſtimant,

ſtimant; quia (1.) idem eſt ejus conſiderandi modus, qui eſt Juris Civilis; nimirum, ut, ex ejus applicatione ad caſus ſpeciales, ſciamus, quid publicè ſit juſtum & injuſtum: Et verò, quæ habent eundem conſiderandi modum, pertinent ad eandem diſciplinam; Modus enim conſiderandi, ſeu, ut Philoſophi loquuntur, ratio formalis, ſub qua, diſtinguit diſciplinas; (2.) Quia Politica nihil ſigillatim de noſtra Republica, ut nec de ulla alia praecipit, ſed in communi tantum occupatur, & omnium omnino Rerump. in univerſum æqualem habet curam: Juriſprudentiæ autem alia eſt ratio; hæc enim ad ſpeciales caſus deſcendit. *Vid. Conring. in præf. ad Corn. Tacit. de Mor. Germ.* Ultimam hanc opinionem, tanquam veriorem, amplectimur; Quamvis enim Jus publicum in ſenſu proprio tantum leges publicas notet, tamen Juriſconſultus, præter leges publicas, & alia Juris publici ſcire debet, ad eum modum, quo Juris privati cognitio non legibus tantum continetur, ſed omnibus iis, quæ ad accuratam earum interpretationem requiruntur; Veram enim & Juris publici & privati Philoſophiam, non ſimulatam, profitemur; (3.) Quia ex falſa *l. 3. C. de Crim. ſacril.* interpretatione *(c)* ſacrilegium eſſe putabant, diſputare de poteſtate Principis. (4.) Erat in ipſis inſcitia literarum humaniorum & præſertim ſtudiorum civilium. (5.) Nunquam defuerunt ſtudia partium & diverſa membrorum ejusdem corporis conſilia propoſitaque, quare factum eſt, ut cum ſumma neceſſitas tandem compuliſſet tractatores Reipublicæ, de notitia Reipublicæ *(d)* diligentius cogitare, plerique omnes ſervire cœperint temporibus & hominibus, præſertim Dominantium placitis arbitriisque: hinc videmus ferè, quòd alius ſit Italorum in hoc genere, alius Germanorum ſtylus. Equidem cum Imperatores Germanici pleniſſimo Jure Regio adhuc uterentur, commovit ſe hoc ſtudium in Germania, & contra Italas præſertim depravationes valide ſtetit; ſicut vel ex iis ſcriptoribus licet intelligere, quos Goldaſtus in Monarchia S. R. I. collegit. Cùm Status Imperii in ſocietatem regiminis recipi cœperunt, novæ difficultates huic notitiæ ſe objecerunt; dum nec ſimul & ſemel orbis Reipubl. converſus eſt: nec expreſſis ſtatim formulis & apertis commutationibus locutionum res gerebantur; nec varia artificia ad alterandum ſchema Principatûs & libertatis deerant; & per ejusmodi diverſos habitus animorum, ſtudia partium, vel unius poteſtatem venerantium, vel paucorum Potentatum, vel plurium vim adjungere concupiſcentium, magis magisque ſuboriri & gliſcere, ut in animis primò, ita poſtea in libris viſa ſunt. *Bœcl. in Not. Imp. lib. I. c. 2.*

NOTÆ.

(a) LIMNÆO &c. ſcil. lib. I. Jur. Publ. cap. 2, p. 5 &c. Add. Dn. *Bœcleri Notit.* Imperii, lib. I. Cap. 2, p. 5, Ill. Dn. *Schweder* Introd. ad J. Publ. part. gener. Cap. I. §. 8. p. 6, Dn. *Titius, Specim. Jur. Publ.* lib. I. Cap. I. §. 36. p. 16.

(b) PERTINERE &c. Cum JCti ſit occupari circa cognitionem Juris *Univerſi*, qua ratione excludatur tractatione *Publici*, tanquam *partis?* Satisfacit muneri Politicus curâ, ſedulo & funditus exponendi Auditoribus principia quarumlibet conſtituendarum Rerumpublicarum, earum formas, modos conſervandi, nævos, bona, mala, quæ leges conducant, vel obſint &c. quid autem detrimenti inde capiat JCtus? cujus eſt deſcendere ad ſpecialia, examinare facta, ſecundem leges latas, proferre ſententiam juxta rerum circumſtantias, Reipublicæ naturam, Imperantium conditionem, parentium privilegia, &c. Vid. *Boſii Introd. in Notit Rerumpubl.* Cap. 1. §. 2, p. 2; Dn. *Joh. Volck. Bechman.* Comment. ad A. B. p. 6. n. 24 &c; Dn. *Conring. de Origine Juris German.* Cap. 34, p. 220 & 221; & de *Civili Prudentia*, Cap. 3, p. 28 &c.; nec non in Epiſtola, præmiſſa *Joachimi Hopperi* Operi de *Vera Juriſprudentia*, quæ, inter epiſtolas ejus, à quinquageſima prima eſt, ſub initium ſtatim, pag. 287, 288, 311 &c.; Dn. *Titius* l. c. Cap. 1. §. 35. p. 15 &c.; Dn. *Joh. Andr. de Dobner*, Diſſ. de *Imperatore*, t. 9.

(c) INTERPRETATIONE &c. Parallelam Legem habemus 5. Cod. de *diverſis Reſcriptis &c.* Sed neutra obeſt; cum longè diverſa ſint, poteſtatem Principis, in his, quæ juris poſitivi ſunt, & ab ejus voluntate unicè pendent, quo referenda Magiſtratuum conſtitutio, de qua textus loquuntur, in dubium vocare; & Jura Ejus deſcribere. Vid. *Brunneman.* ad l. 5. C. de *Diverſ. Reſcript.* p. 54.

(d) REIPUBLICÆ &c. Præcipua neglecti ſtudii Juris publici cauſarum intolerabile fuit jugum, quo Pon-

tifices

tifices Romani rationales creaturas omnes opprimere conſueverant; ex quo enim tempore Antiſtes *Damaſus*, veſtigia *Lucii I*, & *Felicis I*, Romanam Eccleſiam matrem omnium aliarum, quæque à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſet, nec hæreticis novitatibus depravata ſuccubuiſſet, ſecundum Domini pollicitationem: *Ego rogavi pro te*, notante Dn. *Du Pin*, de *diſcipl. Eccleſ.* Diſſert. V. c. 2. p. 373, exaltantium, relegens, in Concilio Romano, an. 382, verba Scripturæ, Matth. XVI, 18: *Tu es Petrus &c.*, & 19: *Tibi dabo claves Regni cœlorum, & quæcunque ligaveris ſuper Terram, erunt ligata & in cœlo &c.*, de poteſtate ſua Monarchica interpretari haud verecundabatur, Reſpublica in ſervitutem ruere cœpit. Ipſi Principes Præſulum conatibus laxas habenas dabant. *Valentinianus* primus legem tulit, *ne Clerici amplius coram Judice ſeculari cauſam dicerent*, teſte Ejus Reſcripto, ap. *Ambroſium* Epiſt. 32, alioque, ad *Claudium*, an. 369, de dictanda *Chronopio* Epiſcopo mulcta, quod à Synodo Romana 70. Epiſcoporum condemnatus ad ſeculare Tribunal provocaſſet; l. 20. *Quorum appell.* Cod. Theodoſ. *Zoſimum*, Innocentii Succeſſorem, *Jus appellationis* ſibi arrogaſſe, vel ipſe Dn. *Du Pin*, l. c. Diſſ. 2, Cap. 2, §. 3. pag. 173 &c. reprobat. *Leo I*, ex Reſcripto *Valentiniani* Auguſti ad *Aetium*, Militiæ Magiſtrum in Gallia, ap. *Baronium*, Tom. VI, ad an. 445, p. m. 31, lit. D, nec non ex literis ad *Theodoſium* Imperat. an. 449, ap. eundem l. c. ad. h. a. p. 110, *Goldaſtum* Tom. 3. Conſtit. Imp. pag. 600, & *Du Pin* l. c. p. 223, *principatum Sacerdotii ſuper omnes, locumque & facultatem de Fide ac Sacerdotibus judicandi*, quaſi confirmatam nactus fuit. Circa an. 476, *Auguſtulo* exauctorato, & *Odoacro*, Herulorum Principe, Italiam infeſtante, inſignia Romani Præſules incrementa ſenſere quandoquidem utraque ex parte, prout vel conſervandi reliquias in Italia Imperatores Græci, vel firmandi Imperii *Odoacer*, cum ſucceſſoribus, cupidine flagrabant, comiter habebantur. Plena legitur arrogantiæ epiſtola *Gelaſii* Papæ ad *Anaſtaſium* Imp. an. 494, ap. *Baronium*, T. VI Annal. h. a. p. 491 &c., ubi inter alia: *Duo ſunt, imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas ſacra Pontificum, & Regalis poteſtas, in quibus tanto gravius eſt pondus ſacerdotum, quanto etiam, pro ipſis Regibus, Domino in divino reddituri ſunt examine rationem. Noſti etenim, Fili Clementiſſime, quod, licet præſideas humano generi dignitate, rerum tamen Præſulibus divinarum devotus colla ſubmittis ---- & ſi cunctis generaliter ſacerdotibus, recte divina tractantibus, fidelium convenit corda ſubmitti, quanto potius Sedis illius Præſuli conſenſus eſt adhibendus, quem Sacerdotibus & Divinitas ſumma voluit præeminere, & ſubſequens Eccleſiæ generalis jugiter pietas celebravit?* Nec modeſtius *Dardaniæ* Epiſcopis, ap. eundem l. c. ad An. 495, p. 505, ſcripſit: *Quorumlibet ſententiis ligata, Sedes B. Petri Apoſtoli jus habet reſolvendi, utpote quod de omni Eccleſia fas habeat judicandi, neque cuiquam de ejus liceat appellare judicio, ſiquidem ad illam de qualibet mundi parte Canones appellari voluerint, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus &c.*; quem principatum plenis etiam verbis jactabat *Anaſtaſius*, *Gelaſii* ſucceſſor, in Epiſt. ad *Anaſtaſium* Imperat. de an. 497, ap. *Baron.* l. c. ad h. a. pag. 525, & *Du Pin* l. c. diſſert. 4. c. 2, § 1. pag. 325. Calliditate hac deceptis ſemel Laicis, ſedem Romanam, vel Pontificem potius omnium Judicem exiſtimantibus, facile erat Antiſtiti, ſub *ovium* vocabulo, Imperatores ipſos legibus ſuis *paſtoralibus* ſubdere. Quid atrocius facto *Symmachi*, ob conſtitutam pacem Religionis inter Catholicos & Eutychianos, inaudita temeritate, *Anaſtaſium* Imp. excommunicantis? ap. *Baron.* l. c. An. 502, pag. 561. Promulgabat quidem Auguſtus confeſtim Conſtitutionem: *de Invalida Romani Præſulis in Imperatores excommunicatione*, ſed non niſi elatior inde redditus Papa, Anno ſequenti, libellum apologeticum edidit, in *Monumentis Patrum Orthodoxographis*, Baſil an. 1569, *Goldaſt.* Tom. III. Conſtit. Imper. pag. 615, & *Baron.* l. c. ad an. 503, p. 568 &c., cui hæc inſeruit verba: *Conferamus honorem Imperatoris cum honore Pontificis, inter quos tantum diſtat quantum ille rerum humanarum curam gerit, Iſte divinarum. Tu Imperator --- humana adminiſtras, Ille Divina diſpenſat. Itaq., ut non dicam ſuperior, certè æqualis honor eſt ---- dicis, quod, mecum conſpirante Senatu, excommunicaverim Te; iſta quidem Ego, ſed rationabiliter facta à deceſſoribus meis ſine dubio ſubſequor &c.* Gelaſium enim Cæſarem jam antea diris devoviſſe, *Platina*, in ejus vita, commemorat. Quo minus autem *Hormiſda*, qui *Symmachum* excepit, eadem ſectaretur principia, inter alia ſacra, hæc ſcripſit *Anaſtaſius* Imp. An. 517: *Nos jubere volumus, non Nobis juberi &c.*, vid. Catalog. Pontif. Roman. ſeculi VI, ap. *Henſchenium & Papebrochium*, de Actis Sanctor. Tom. I. menſ. April., p. 35. Prolegom., & *Anaſtaſ. Bibliothecar.* in vita *Hormiſdæ*, p. m. 47, *Hermannus Contract.* Cod. nov. ad an. 516. Imperante *Juſtino*, exorta inter dictum *Hormiſdam*, & *Johannem Cappadocem*, Conſtantinopolitanum Præſulem, circa *Patriarchæ* titulum, contentione, quo Cæſar, in Reſcripto de *Unitate Eccleſiæ*, de An. 519, ap. *Baronium* Tom. VII, ad h. a. p. 34, & *Goldaſtum*, Tom. 3. Conſtit. Imp. p. 622, &, jam an. 517, Archimandritæ cæterique Monachi Syriæ ſecundæ, in literis ap. Baron. l. c. h. a. pag. 695, & Tom. VIII. ad an. 595, p. 92; quas ſic ordiebantur: *Sanctiſſimo ac Beatiſſimo Univerſi Orbis Terræ Patriarchæ, Hormiſdæ, continenti Sedem Principis Apoſtolorum Petri &c.*, Romanum Compellabant, Synodo Byzantina, verſa vice, an. 518, eundem Præſuli ſuo tribuente, vel actis teſtibus ap. *Baronium* l. c. Tom. VII, ad an. hunc, pag. 4, *Et acclamavit Sanctiſſimus ac Beatiſſimus noſter Patriarcha Oecumenicus, Johannes &c.* quæ toties l. c. & pag. 5. repetuntur; Imperatores rebus ſuis occidentalibus conſulere iterum nonnihil videbantur, litem indeciſam relinquendo, excepto, quod *Juſtinianus* Cæſ. in favorem *Johannis* 2, An. 533. Romanum Pontificem primum omnium Sacerdotum decerneret, epiſtola, quam ap. *Baronium* l. c. ad an. 533, p. 204 legis, quo etiam ſpectat Nov. 131, Cap. 2: *Sancimus ---- ſanctiſſimum Senioris Romæ Papam primum eſſe omnium ſacerdotum; Beatiſſimum autem ArchiEpiſcopum Conſtanti-*

Conſtanti-

ſtantinopoleos, Novæ Romæ, ſecundum habere locum &c. Conf. *Lupold. de Babenberg*, de *Jure Regni*, Cap. 5. p. 356, & *Goldaſt.* Tom. I. *Monarch.* p. 34 & 245; ne interim Byzantinum offenderet, eodem adhuc anno reſcribebat *Epiphanio*, hac uſus formula: *Imperator Epiphanio, ſanctiſſimo ac Beatiſſimo ArchiEpiſcopo Regiæ hujus Urbis, & Oecumenico Patriarchæ*, ap. *Baron.* l. c. p. 205, Conf. Nov. VII, ad denotandam Titulorum paritatem. Succeſſu temporis, Roma veteri, ob Longobardorum invaſiones, & bella, paulatim tabeſcente, *Johannes Jejunator*, Conſtantinopolitanus Præſul, majores captans ſpiritus, priorem locum ambire cœpit, titulumq; *Oecumenici*, quo hactenus uterque abſtinuerat, in Concilio Conſtantinopolitano, an. 587, in cauſa *Gregorii* Antiocheni, coacto, denuo ſibi vindicare. Hinc querelæ *Pelagii* 2, Romani, in epiſtola ad dictum Concilium, ap. *Baron.* l. c. ad an. 587, p. 696, qua vocabulum *Oecumenici Patriarchæ* profanum vocat, quo nullus Patriarcharum ùtatur; nec non *Gregorii Magni* Romani, in Epiſtola, ad *Eulogium* Alexandrinum, lib. 4, Epiſt. 36, & ap. *Baron.* l. c. ad an. 587 p. 694, & Dn. *Du Pin* l. c. diſſert. 4. Cap 2. §. 2. p. 328. Severius loquitur Pontifex hic, in Epiſt. ad antagoniſtam *Johannem*, an. 595, quæ 38 eſt libri 4 ejus Epiſtolarum, ſimulque ap. *Baronium* l. c., ad an. 587, p. 695, & Tom. VIII, ad an. 595, p. 89, ubi: *Quid ergo, frater chariſſime! in illo terribili examine venientis Judicis dicturus es, qui non ſolum Pater, ſed etiam Generalis Pater, in mundo, vocari appetis - - - - nullus unquam tali vocabulo appellari voluit, nullus ſibi hoc temerarium nomen arripuit, ne, ſi ſibi, in Pontificatus gradu, gloriam ſingularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegaſſe videretur &c.*, conf. ejusdem epiſtolam ad *Mauritium* Imp. ap. *Baron.* l. c. pag. 87. Defuncti, An. 596, *Johannis* Byzantini ſucceſſor, *Cyriacus*, cum, his non obſtantibus, titulo *Oecumenici* delectari pergeret, *Gregorius* Romanus, non ſolum in literis ad *Mauritium* Auguſtum, an. 597, lib. 4, Epiſt. 30, ap. *Baron.* l. c. p 109, & *Goldaſt.* T. 3. *Monarch.*, p. 28, & 82, hæc verba protulit: *Ego autem fidenter dico, quia, quisquis ſe univerſalem ſacerdotem vocat, vel vocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtum præcurrit, quia ſuperbiendo ſe cæteris præponit &c.*, ſed etiam primus titulum *Servi ſervorum* admiſit, teſte ejus epiſtola ad ſocios *Auguſtini*, Angliæ Præſulis, in Gallia expectantes, ap. *Bedam* lib. 1. c. 23., & *Baron.* l. c. ad an. 596, p. 106. Enimvero, quam fucoſa fuerit *Gregorii* humilitas, documento eſt ejus Epiſt. 32, lib. 4, ad *Mauritium* Imp., ubi: *Cunctis, Evangelium ſcientibus, liquet, quod, voce dominica, ſancto, & omnium Apoſtolorum Petro Principi Apoſtolo totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt, Ipſi quippe dicitur: Petre, amas me? paſce oves meas; Ipſi dicitur: Ecce, Satanas expetiit cribrare vos, ſicut triticum, & Ego pro Te rogavi, Petre! ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos; Ipſi dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. & portæ inferni non prævalebunt adverſus eam; & Tibi dabo claves Regni Cœlorum - - - - ecce claves Regni cœleſtis accipit, poteſtas ei ligandi & ſolvendi tribuitur; cura ei totius Eccleſiæ, & principatus committitur &c.*, ut & Epiſt. 63, lib. 7. ad *Johannem* Syracuſanum: *De Conſtantinopolitana Eccleſia, quod dicunt, quis eam dubitet ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubjectam?* vid. *Gratian.* Diſt. 22. C. 4. Quid ergo mirum, quod *Bonifacius* 3, vel (ex mente *Aimoini* lib. 4, de *Geſt. Francor.* Cap. IV,) quartus, malorum beneficio, quibus Imperium premebatur, Cæſaribus ex conſuetudine jam dudum ſe invicem jugulantibus, & nuper illata, à Perſarum Rege, *Coſroë*, Romanis clade magna, *Hieroſolymaque*, Ægypto & Lybia ad deditionem compulſis, accedente ſimultate inter *Phocam* Tyrannum, & *Cyriacum* prædictum, qui, teſte *Theophane*, ap. *Baronium* l. c. ad An. 606, p. 200, crudelitati *Phocæ*, qua, in viduam *Mauritii*, an. 602 ad ſecurim damnati Imperatoris, ejusque filias tres, ad Eccleſiam confugientes, ſævire cogitabat, maſculè reſtitit, proptereaque in ejus incurrit odium, privilegii inſtar, à *Phoca* facultatem, titulo *Oecumenici Epiſcopi* utendi privativè, obtinuerit. Teſtis horum eſt *Paulus, Diaconus* Aquilegienſis, ultimi Longobardorum Regis, *Deſiderii*, Cancellarius, lib. 4, de *Geſtis Longobardorum*, Cap. XI, cujus hæc ſunt verba: *Hic*, (Phocas) *rogante Papa Bonifacio, ſtatuit Sedem Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ primam eſſe, cum prius Conſtantinopolitana ſe primam omnium Eccleſiarum ſcriberet &c.*, quibus ſuffragantur *Aimoinus* l. c.; *Anaſtaſius Biblioth.* in *Vita Bonifacii* 3, p. m. 62 & 63; *Ado Viennenſis*, ſub *Phoca*, p. 190; *Regino* lib. I. Chron. fol. 20; *Hermannus Contractus*, ad an. 608; *Marianus Scotus* ad eundem; *Sigebertus Gemblacenſ.* ad an. 607; *Otto Friſingenſ.* lib. 5 Chronic., Cap. 8. pag. 106; *Gothofredus Viterbienſ.* part. 16., Chron., p. 421; *Chronographus Saxo*, ad an. 607; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 114, & recentiores omnes. Hic genuini Papatus origo. Occiſo *Phoca*, reſtituebatur quidem *Sergius* Byzantinus ab *Heraclio*, quem Cæſarem coronaverat, in integrum, teſte vel Alexandrini Patriarchæ, *Cyri*, ad eum data epiſtola, an. 633, ap. *Baronium* l. c. ad h. a. p. 310, cui talis inſcriptio: *Proprio domino, ac per omnia honorando, atque ter Beatiſſimo benigno Paſtorum Paſtori, Patri Patrum, Univerſali Patriarchæ, Sergio, Cyrus, humilis ſervus veſter &c.* Conf. Dn. *Du Pin* l. c. Diſſ. 4. c. 2. §. 2. p. 329; nihilominus tamen *Sergio* & *Cyro*, una cum *Heraclio* Auguſto, in hæreſin Monothelitarum, ex *Apollinariſtis* & *Eutychianis* conflatam, Annoque 680, in Concilio Conſtantinopolitano tertio, damnatam, delapſis, auctoritas Byzantinorum *valde* vileſcere cœpit, quicquid etiam contrarii epiſtola *Conſtantini* Imp. ad *Georgium* Patriarcham, an. eod. apud *Baronium* l. c. Tom. VIII, ad h. a. p. 541, & *Goldaſt.* Tom. III. Conſtit. Imp. p. 642, verbis: *In nomine Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Imperator, Pius, Pacificus, Flavius, Conſtantinus, fidelis in Jeſu Chriſto Deo, Georgio, Sanctiſſimo ac Beatiſſimo Archiepiſcopo Conſtantinopoleos, & Univerſali Patriarchæ &c.*, præ ſe ferre videatur. Dominatum interim in Italia latius extendentibus Longobardis, Imperatoribusque ad otia compoſitis, & cæteris Patriarchis ſocordiam ſectantibus, accrevit tandem, veluti in ſomno, Romanis Præſulibus

quod huc usque tam anxie inhiaverant. Declinantes enim à Proavorum virtutibus Cæſares, mira conſtantia, hoſtium pariter dominatum, & Pontificum Romanorum auſa ferebant; hinc etiam factum, ut *Conſtantinus*, Papa, *Philippicum* Imperatorem, quod Chriſti, B. Virginis Mariæ, Sanctorumque imagines, nullo cultu, aut veneratione dignandas crederet, vocatis ad Concilium Italiæ Epiſcopis, diro carmine compoſito, an. 712, pœnis inferorum devoveret, indeque ad populum progreſſus, ingenti animi elatione, eandem cauſam peroraret, atque, eo conſentiente, & jubente, decerneret, ne Ejus, tanquam hæretici Imperatoris, literæ nec nummi reciperentur, nec imago, ut aſſueverat, in Templum inferretur, nec nomen in ſacrorum ederetur ſolemnibus; Vid. *Ado Vienenſ.* ætat. 6. p. 204, *Anaſtaſ. Biblioth.* in vita *Conſtantini* Papæ, p. m. 94, *Sigonius* de Regno Ital. lib. 3, ad an. 712, p. 94, Pari aſtutia, eandemque ob cauſam, in *Leonem Iſaurum* Imp. ſæviit · *regorius* 2, omnes & ſingulos, cultum Imaginum idololatriam vocantes, una cum Imperatore, An. 727, ut *Sigonius* ad h. a. vult, anathemate ſynodali obſtringens, & vectigalia, ad id usque tempus Imperio à Romanis pendi ſolita, inhibuit, icto cum Francis fœdere, unde Illis occupandæ Romæ nata occaſio. Vid. *Zonaras*, Tom. 3. Annal. in vita *Leonis Iſauri* fol. 138 Conf. ſeq. T. IV. §. 5. Firmato Francorum Imperio, laudabat Pontifex, *Hadrianus*, quæcunque *Carolus Magnus*, cui Anno 774, in Synodo 153 Epiſcoporum, jus ordinandæ ſedis Romanæ relictum erat, *Gratiano* teſte, diſt. 63, c. 22, propagandæ Chriſtianorum fidei titulo, in ſubactas gentes committeret, qui viciſſim Conſtitutionem de *Primatu Romani Præſulis*, & *conſulenda ſemper*, *in fidei rebus*, *Sede Romana*, quam *Goldaſtus* Tom. I. Conſtit. Imp. Cap. VI. p. 31. exhibet, promulgabat, quare nec Concilii Romani Antiſtites, fœda devotione, An. 800, *Leonem* Papam judicare erant auſi, clamantes duntaxat: *Nos Sedem Apoſtolicam, quæ eſt Caput omnium Dei Eccleſiarum, judicare non audemus. Nam ab ipſa nos omnes, & Vicario ſuo, judicamur, ipſa autem à nemine judicatur, quemadmodum mos fuit. Sed, ſicut ipſe ſummus Pontifex conſuevit, jubeat, Canonicè obediemus &c.* Vid. *Anaſtaſ. Biblioth.* in vita *Leonis* 3, p. m. 183, *Baron.* Tom. IX. Annal. ad an. 800, p. 501, & Tom. X. ad an. 963, p. 763. Superſtitio *Ludovici Pii* inſigniter etiam Pontificum poteſtatem auxit, ſpeciali Capitulari, an. 826, ap. *Goldaſtum* l. c. Tom. 3. p. 258, Cap. 12, convocandarum Synodorum ambitioni ejus cavendo verbis parum decentibus: *Nullus Epiſcopus, niſi Canonicè vocatus, & in legitima Synodo, ſuo tempore, Apoſtolica auctoritate convocata, cujus juſſione Domini, & meritis B. Petri Apoſtoli, ſingularis congregandorum Conciliorum auctoritas, & ſanctorum Canonum, ac Venerandorum Patrum Decretis, multipliciter privata tradita eſt poteſtas, ſuper quibuslibet criminibus pulſetur . . . quoniam eadem Sedes, teſtante Veritatis voce, primum Primatum obtinuit, nec Prima diceretur, ſi aliam ſuper ſe haberet, quæ etiam Caput eſt omnium Eccleſiarum, à quo omnes ſumpſere originem &c.* Simili ſtylo utebatur *Carolus Calvus*, in Præcepto: *de poteſtate Sedis Apoſtolicæ in Epiſcopos*, An. 863, ap. *Goldaſtum* l. c. p. 285. Stantibus ita rebus, mollitiem Principum lambens *Nicolaus I*, Auſtraſiæ Regis, *Lotharii*, amoribus, queis *Waldradam* proſequebatur, ſub pœna planè auferendi Regni, interdicere auſus fuit. Reſcriptum *de Majoritate Regis in Temporalibus, & obedientia in ſpiritualibus*, ap. *Goldaſtum* l. c. p. 286, quo Regum juribus conſultum voluit, indignum ſanè Rege eſt, ab abjecti animi Epiſcopis, gratiam Romanæ Aulæ aucupantibus, dictatum. *Otto I*, Imperator, Italia potius, purgata Sede Romana ab *hominibus*, (ut Baronii verba Tom. X, ad an. 897, p. 624. lit. D. mea faciam,) *monſtroſis, vita turpiſſimis, moribus perditiſſimis, uſquequaque fœdiſſimis*, conſuluit quidem iterum Imperii Juribus, vel ſola Conſtitutione teſte de *Iurisdictione Eccleſiarum Imperii*, an. 961, ap. *Goldaſtum* l. c. p. 304, accedente Romanæ ſynodi, non multo poſt celebratæ, de Jure conſtituendi Præſulis Romani, inveſtiendorumque Antiſtitum aliorum, Decreto, cujus *Gratianus*, diſt. 63. Can. 23, meminit; Verum, perturbato poſtmodum, *Henricis* maximè Imperantibus, variis modis, Imperii ſtatu, cuncta rurſus invertebantur; *Alexander* 2, impellente Cancellario *Hildebrando*, temeritate damnoſa, Cæſarem, *Henricum IV*, Simoniæ, aliorumque criminum accuſatum, an. 1073, Romam citabat, dicendæ cauſæ ergo, ac ſi legitimus Ejus foret Judex. Vid. *Otto Friſing.* lib. 6. Chron. c. 34; *Conrad. Urſperg.* ad an. 1073 Succeſſor ejus, dictus *Hildebrandus*, ſub *Gregorii VII.* appellatione, longè alia aggreſſus, primam tyrannidem in uxoratos Præſules exercuit, ſub anathematis pœna, flebili Eccleſiæ tumultu, divortia præcipiens *Bremenſi* & *Salisburgenſi* Archi-Epiſcopis, *Argentoratenſi*, *Bambergenſi*, *Spirenſi*, aliisque Præſulibus benè multis, legitimo in matrimonio viventibus; commota inde tota Clericorum per Germaniam & Galliam factione; nonnullis eapropter è medio plane tollendi Papæ conſilia capientibus; Vid. *Lambertus Schafnab.* ad an. 1074, *Bertoldus Conſtant.* ad ann. 1073 & 1075; *Sigfrido* Moguntinenſi, *Roberto* Babenbergenſi, *Ottonibus* Ratisbonenſi & Conſtantienſi, *Burchardo* Loſannenſi, atque *Wilhelmo* Trajectenſi, an. 1075, injuſta Simoniæ nota, miſſo ſimul repudii libello; Vid. *Schafnab.* h. a., *Baron.* T. XI. ad an. 1076, p. 471. Indies magis flagrante Civili bello Saxonia, fretus Pontifex Principum fervore ad tribunal ſuum evocabat Cæſarem ipſum, An. 1076, quem Saxones accuſaverant, quod Epiſcopos, ſpreto Papali decreto, uxores dimittere nolentes, &, ob hanc, vel ſimoniæ cauſam, ejectos ſedibus foveret, aliosque, iis ſurrogatos, conjiceret in cuſtodiam; *Baron.* Tom. XI, ad an. 1076, p. 467; reluctantem anathematis feriit fulmine abominabili, omnes Germaniæ Italiæque ſubditos à juramenti vinculo, quo Ei tenebantur, abſolvens, de qua charta vid. ſeq. Tit. V, vit. *Henrici IV*; notanda inde verba: *Ex tua* (B. Petri) *gratia, non ex meis operibus, credo, quod tibi placuit, & placet, ut Populus Chriſtianus, Tibi ſpecialiter commiſſus, mihi obediat, ſpecialiter pro vita tua mihi commiſſa, & mihi, tua gratia, eſt poteſtas à Deo*

data

Digitized by Google

data ligandi atque ſolvendi, in Cœlo & in terra &c Cujus ſub clypeo poteſtatis eo adegit Imperatorem, ut, ſusque deque habitâ Epiſtola, in defenſionem Regiæ Majeſtatis paulo ante ſcripta, ubi: *In ipſam Regiam poteſtatem, nobis à Deo conceſſam, exſurgere non timuiſti, quam à nobis auferre auſus es minari: quaſi nos à Te Regnum acceperimus, quaſi in Tua, non Dei, manu ſit Regnum, vel Imperium &c.*, hyeme aſperrima, an. 1077, nudis pedibus, abſolutionem petere cogeretur, imò ſolio tandem deſcendere. Quo magis etiam innoteſceret, quo cenſu dignitates Regia & Pontificalis poſthac haberentur, promulgabat ſententias, in Synodo anni ſuperioris 1076, ſub *dictatuum* vocabulo, latas, quarum copia lib. 2, Epiſtol. Gregor. 55, & Tom. XI. *Baron.* ad h. a. p. 475; inter quas eminent *quinta: Quod Papa abſentes poſſit deponere*; ſexta: *Quod cum Excommunicatis ab Illo, inter cætera, nec in eadem domo liceat permanere*; octava, *Quod ſolus uti poſſit Imperialibus Inſignibus*; nona, *quod ſolius Papæ pedes omnes Principes deoſculentur*; duodecima, *quod Illi liceat Imperatores deponere*; decima ſeptima, *quod nullum Capitulum nullusque Liber Canonicus habeatur, absque Illius auctoritate*; decima octava: *Quod ſententia Illius à nullo debeat retractari, ipſe vero omnium ſolus retractare poſſit*; decima nona: *Quod à nemine judicari debeat &c.*; quæ ſtolida præcepta vel adhuc hodie Gallia ridet, teſte Dn. *Du Pin*, l. c. diſſert. 4. c. 2. §. 3. p. 333 &c., ut adeo, hac rerum periodo, virilis Papatus ætas, flore pleno, oriretur. Quantæ autem calamitates ex temerariis Papæ hujus conatibus fluxerint, tot in mundo exortæ ſeditiones, cædes, rebelliones, bella, parricidia, proſcriptiones, ſpoliata Templa, violatæ aræ, dejecti Pontifices, proſtratus Laicorum ordo manifeſtiſſimo ſunt exemplo. *Paſchalis* 2, pari protervia, an. 1116. in *Henricum V.* inſurrexit, à *Calixto* 2, an. 1122, Inveſtitura Eccleſiaſtica penitus ſpoliatum. Vid. ſeq. Tit. V. in Ejus vita. Ab hoc tempore in immenſum crevit Pontificum auctoritas, qui, ſub hæreſeos voce, Principes Seculi, pro lubitu, Terris exuebant. *Hadrianus IV*, objecto, an. 1157, *Friderico I.* Imp., ob detentum Londinenſem Epiſcopum, ingratitudinis crimine, Imperium Romanæ Curiæ *beneficium* vocabat; licet, reponente graviter Cæſare, *Regnum & Imperium non niſi nutui divino, & Procerum electioni deberi*, poſtea *beneficium* pro *bono facto* habendum dixerit, Vid. l. c. in vita *Friderici I*; An. 1160, ab *Alexandro III* idem Auguſtus anathematis vinculo obſtrictus fuit, quod *Victoris* partibus accederet, Vid. l. c. An. 1210; *Ottone IV*. Imp. Jura Regni in Italia, Provinciasque, mediantibus Expeditionibus ſacris, à Papis Imperio ablatas, repetente, *Innocentius IV.* P. R. mandatum miſit *Sigfrido* Moguntino, eligendi, in excommunicati locum, novi imperatoris, quod & factum, *Friderico* 2. in ſolium evecto, Vid. l c., Vita Ottonis IV; *Fridericum hunc Honorius III.*, an. 1212, *Gregorius IX*, An. 1227, & *Innocentius IV*, an. 1245, viciſſim execrabantur, quod Jura Imperii Neapolitana, contra Pontificis agnatos, propugnaverit; Iter in Terram S., ex nutu Papæ, in ſe non ſuſceperit; Rebelles Longobardos in ordinem redegerit; & forum Papale pro non competenti habuerit, in Concilium *Lugdunenſe*, ad reddendas rationes, vocatus. Strenuè quidem cauſam Ejus, præter *Petrum de Vineis*, agebat *Thaddæus* JCt., defendens: congregandi Concilii jus Cæſaris eſſe, non Papæ; nec hunc Judicis ſimul & actoris vices obire poſſe; nec Cæſarem in Concilio, extra Germaniam coacto, comparere teneri; Negotia Imperii coram Statibus ventilanda &c. Sed quo uſu? *Henrico Raſpone*, &, ab ejus obitu, *Wilhelmo* Hollando, Regibus, Ei oppoſitis, Vid. l. c. in Ejus vita. An. 1256 interdixit *Alexander IV* Germaniæ Principibus, ſub terribilis banni pœna, ne *Conradinum* Cæſarem crearent, Vid. Illuſtr. Dn de *Leibnitz*, Tom. I, *Cod. Jur. Gent. Diplom.* p. 11. Prodromi; *Urbanum IV* ſe judicem, in cauſa electionis, *Alphonſum* inter & *Richardum* controverſæ, conſtituiſſe, videre eſt ex Ejus epiſtola ad Richardum, ap. Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 12. Nota *Bonifacii VIII.* temeritas, qua, ſecunda Jubilææ ſolemnitatis feria, An. 1300, Cæſarea inſula ſuperbiens, gladiumque evaginatum ante ſe deferri jubens, alta voce ſedendo clamabat: *Ecce duo gladii hic!* ad quæ apprimè *Cranzius* lib. VIII. Saxon. c. 36: *Vides, ô Petre! ſucceſſorum tuum: & tu, ſalutifer Chriſte! tuum cerne Vicarium: Vide, quo aſcendit ſuperbia ſervi ſervorum tuorum*; quare &, Cap. *Unam Sanctam X.* de *Majoritate & Obedientia*, univerſalem ſuum paſtoratum largiter jactans, hanc tandem annectit definitivam: *Subeſſe Romano Pontifici omnem humanam Creaturam, declaramus, dicimus, definimus, & pronunciamus, omnino eſſe de neceſſitate ſalutis &c.* Unde forſan *Baronius*, Tom. X. Annal. ad an. 870, p. 446, ſua hauſit: *Nullus puto Catholicus id revocet in controverſiam, an in Reges Jus dicere poſſit Pontifex, niſi qui, inter Chriſti oves non numerandos eſſe Principes, amens dixerit. Quod ſi Principes iidem ſint Chriſti oves, de iis dictum Petro, ut de cæteris: Paſce oves meas &c.* Aliter tamen philoſophabatur *Philippus Pulcher*, Galliarum Rex, an 1303, ad *Bonifacii* prædicti Breve, quo ſubditus papalis effectus, verbis: *Scire Te volumus, quod in ſpiritualibus & temporalibus nobis ſubes, &c*, reſpondendo: *Sciat Tua maxima fatuitas in Temporalibus Nos alicui non ſubeſſe &c.*, (Quæ duo ſcripta ap. *Goldaſtum*, Tom. 2. *Monarch.* p. 95 & 96. & Tom. 3, p. 141, reperiuntur; Conf. *Charron*, *Hiſtoire Univerſelle*, c. 135, p. 1009; *Carriere*, *Hiſtor. Chronol. Pontificum Roman.* p. 441; *Flacius*. *Catalog. Teſtium veritatis*, p. 1019; *Limn. Notit. Franc.* lib. 2. c. 6. p. 403.) Ordinibus Regni, Pariſiis congregatis, addentibus: A Papa ad Concilium provocandum; Pontifici interim, ut hæretico, Simoniaco, homicidæ, aliisque maculato flagitiis, nec parendum; nec aurum, argentumque mittendum Romam; nec in jus vocatis Præſulibus eò eundum. *Goldaſt.* l. c. Tom. 3. *Monarch.* p. 140. An. 1324 *Johannes* 22, P. R. *Ludovicum* Imperatorem rationibus, Avenioni reddendis, obnoxium cenſuit, cur nondum *confirmatus* Juribus ſe immiſceret Imperii; non comparens diris noſcitur expoſitus, laxatis ab obſequii vinculo ſubditis. Vid. ſeq. Tit. V. in vita *Ludovici V.* Aſpe-

rum id viſum Germaniæ Proceribus, a bruto fulmine ad Concilium appellantibus, hoſte Patriæ declarato, quicunque propterea à fide Imperio debita deflecteret. *Wilhelmus Occamus*, Minorita, Tr. de *Poteſtate Papali*; *Johannes de Pariſiis*, Tr. de *Poteſtate Regia & Papali*; *Marſilius Patavinus*, *in defenſore Pacis*; aliique Viri cordati Cæſaris Jura ſeparatim tutabantur. Præcipua quæſtio fuit: *Quanam vis Papali confirmationi tribuenda?* Depoſito in Romana Synodo an. 1328. Papa, decretum in Comitiis *Renſenſibus* an. 1338, electum ritè Cæſarem nullatenus confirmatione Papali indigere. Quæ, an. 1339, in Francofurtenſibus repetita, ſpretis *Benedicti XII.* in contrarium editis Bullis. an. 1342, à *Clemente VI*, Avenionem fruſtra Cæſar, contumax citatus, turpiſſimum procuratorium ſubſcripſiſſet, reſignando faſces, ſe, ſuaque omnia in manus Pontificis, niſi Ratisbonenſis Conventus, an. 1344, Jura Imperii hoc modo violatum, & Receſſum *Renſenſem* in nihilum redactum iri, clamaſſet. Qua de cauſa etiam, an. 1346, hæreticus declaratus, miſſo Electoribus eligendi novi Cæſaris libello. Vid. l. c. Eundem, vacante Sede Imperatoria, Vicariatum Imperii ad ſe ſpectare, deliraſſe, teſtis eſt ejus Bulla ap. Dn. *Leibnitium*, l. c. p. 239. Nec mitius cum aliis Regibus actum. *Henricum*, Anglum, anathemati ſubjecit *Alexander III*, vid. *Reſcriptum Ejus ad Papam*, an. 1164, apud *Goldaſtum* T. 3. *Conſtit. Imper.* p. 345; *Philippo Auguſto*, Galliarum Regi, pari ſub pœna, arma contra *Johannem*, Angliæ Regem, parricidii criminis intuitu a Parlamento condemnatum, deponere mandavit *Innocentius III*, Angli Patronus; vid. *Goldaſt.* Tom. III. *Monarch.* p. 138. *Benedicti XIII* fulmen ſenſit *Carolus VI*, R. Gall., quod quæſtores Papales regno pepulerit; aſt publico decreto Majeſtatis læſæ rei declarati, quicunque Pontificis factum attenderent, prohibitum inſuper, ne poſthac ullum Regno tributum imponeretur, niſi ex voluntate Regis, cujus eſſet de neceſſitate judicare, & ſimul ſummam edicere. Denuo excommunicatos conſilii hujus authores laudatus Rex innocentes, & abſolutos pronunciavit; Vid. *Goldaſt.* l. c. p. 142; Senatus Conſultum Parlamenti Pariſienſis, adverſus Annatarum, aliarumque uſurpationum *Benedicti* abuſus, an. 1406, extat ap. Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 283; *Bonifacius IX*, in præjudicium *Sigismundi*, ſeptendecim annorum puero *Ladiſlao*, utut irrito conatu, Hungariæ coronam impoſuit. Vid. *Engelhuſii* Chron. apud *Maderum*, p. 283; *Pius 2 Sigismundum* Auſtriacum, hæreſeos accuſatum, ejusque Miniſtrum, *Gregorium de Heimburg*, qui de fide reſponderent, in judicium vocavit, in primis tritum illud Romanæ Curiæ exaltans: *Nihil eſſe, aut reperiri ſuper Chriſti Vicarium*; quod ipſum *Heimburgius* hæreſin ſapere, in Conciliis Conſtantienſi, & Baſilenſi damnatam, benè regeſſit, & ideo, in appellationis Inſtrumento ad Concilium generale, Papam claris verbis *Hæreticum* nominavit. Vid. *Goldaſt.* Tom. 2 *Monarch.*, p. 1579, 1592, & 1594. A. *Paulo 2 Georgius Podiebradius*, Bohemiæ Rex, ob Patrocinium Huſſitis præſtitum, an. 1466, hæreticorum cœtui aſſociatus, & ex arce Tarpeja privatus Regno. Vid. *Naucleri Chronograph.*, Generat. 49, ad h. a., pag. 1095. *Julius 2* Rempublicam Venetam, quod *Ariminum*, *Faventiam*, & *Ravennam* occupaſſent, diro carmine proſcripſit, ad eorum etiam nomen delendum, fœdus *Cameracenſe* cum *Maximiliano* Imperatore, Galliæ Hiſpaniæque Regibus, ut & Ferrariæ & Mantuæ Ducibus pangens; cui cum poſtea valediceret *Ludovicus XII*, Gallos omnes implacabili habuit odio, adeo, ut & diplomata plenariæ peccatorum remiſſionis eos occurrentes interfecturis largiretur, oblatis primo occupanti Franciæ & Navarræ Regnis. Vid. *Onuphrius*, in ejus vita, p. m. 336, & *Carolus Molinæus*, in *Monarchia*, §. 151, ap. *Goldaſtum* T. 3. *Monarch.* p. 58. *Paulus III* Henricum VIII, Angliæ Regem, excommunicationis charta, Regno ſpoliare ſtuduit; Vid. *Angeli Mariæ Cherubini magnum Bullariū*, Conſtit. VII Pauli III. *Paulus IV*, ſolenni bulla, an. 1558, omnes & ſingulos Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Comites & Barones, Imperio, Regnis, Ducatibus &c. eo ipſo privavit, quò à vero deviaſſe, aut in hæreſin incidiſſe, aut ſchiſma incurriſſe fuerint deprehenſi, terris eorum primo arripienti conceſſis. *Pius V*, an. 1570, *Eliſabetham*, Angliæ Reginam, inter hæreticos retulit. Vid. *Cherubinus* l. c. Tom. 2, p. 303. *Sixtus V*, ex hæreſeos capite, *Henricum III*, Galliæ Regem, ex communione ſua ejecit, impia temeritate, deteſtandæ memoriæ *Jacobi Clementis*, Monachi Regicidæ, facinus, præmeditata oratione in Conſiſtorio, Incarnationis domini, & reſurrectionis Ejus myſterio, ob rei magnitudinem, comparando. Vid. *Thuan.* lib. 96. ad an. 1589; *Goldaſt.* l. c. pag. 162, & 164. *Gregorius XIV*, eodem ſub titulo, anathema *Henrico IV*, Regi Galliæ, dixit, ſervandæ coronæ gratia, à Proteſtantibus ad Romanorum caſtra tandem tranſeunti. Vid. *Goldaſt.* l. c. p. 163. De *Paulo V*, Venetos vinculis ſuis ligante, præced. §. 13, dictum eſt; ut alia multa exempla taceam. Verſa vice arrogabant ſibi Præſules hi jus creandorum Regum; teſtimonia ad ſeq. Tit. V. §. 8, producam; Sufficit hic allegaſſe *Alexandri VI* Conſtitutionem an. 1493, qua, totius veluti Orbis Terrarum dominus, & arbiter, ducta, à Polo Arctico ad Antarcticum, linea, omnes Inſulas, inventas & inveniendas, *ex mera liberalitate, ac Apoſtolica poteſtatis plenitudine, auctoritate Omnipotentis Dei, in B. Petro ſibi conceſſa*, Caſtellæ, Legionis, & Arragoniæ Regibus dono dedit, contradicentibus æterna damnatione mulctandis. Vid. *Angeli Mariæ Cherubini magnum Bullarium*, Tom. I. p. 466. Stantibus ita rebus, Majeſtati ſuæ magis magisque ſtabiliendæ aptabant titulos pompoſos, vel ab adulatorum cohorte ſibi turgida nomina dari patiebantur; ſic *Nicolaus I*, in Epiſt. ad *Michaëlem* Auguſtum, Papam Deum vocat, ab hominibus nullatenus judicandum. Vid. Diſt. 96, c. 7. *Satis &c.*, quem locum *Auguſtinus Steuchus*, Bibliothecarius Papalis, Lib. de *Donatione Conſtantini*, p. 141, mirum in modum extollit; *Julius 2* idem nomen, in Oratione *Chriſtophori Marcelli*, an. 1512, in Concilio Lateranenſi, Seſſ. IV, habita, admiſit; vid. Tom. IV. Concil. *Laurentii Surii*, p. 569; *Leo X*, Ejus ſucceſſor, Seſſ. VI ejusdem Concilii, à *Simone Begnio*, Mo-

Digitized by Google

Modruſienſi Epiſcopo, ſolenni Oratione, LEO DE TRIBU JUDA, RADIX DAVID, & SALVATOR ECCLESIÆ nuncupatus; vid. l. c. pag. 589; Eundem, *Antonius Puccius*, Cameræ Clericus, publico ſermone, Seſſ. XI, DIVINÆ MAJESTATIS encomio veneratus eſt. *Paulum V.* titulo *VICE DEI* delectatum, argumento ſunt libri *Benedicti de Benedictis*, An. 1608, Bononiæ, & Theſes *Caraffæ*, an. 1609, Neapoli excuſæ, hac præmiſſa epiſtola: *Paulo V. Vice-Deo, Chriſtianæ Reipublicæ Monarchæ Invictiſſimo, Pontificiæ Omnipotentiæ Conſervatori acerrimo &c*; vid. *Philippi Mornay Myſterium iniquitatis*, in Præfat.; *Dieterici Breviarium Pontificum Romanorum* p. 414; *Bernhardus*, lib. 2 de *Conſideratione, Eugenium III*, ita compellat: *Quis es? Sacerdos magnus; Summus Pontifex; Tu, Princeps Epiſcoporum, Tu, hæres Apoſtolorum, Tu, Primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moſes, poteſtate Petrus, unctione CHRISTUS &c. Bonifacius VIII* in C. 4, *Quoniam*, de *Immunitate Eccleſiarum*, in 6. *SPONSUM ECCLESIÆ* ſe extulit; nec non *SANCTUM ISRAËLIS*; Vid. Dn. de *Leibniz* Tom. 2. *Cod. Diplom. Juris Gentium*, in Mantiſſ. p. 313. In Gloſſa in Proœmium *Clementinarum*, verb. *Clemens Papa*, fol. 2, dicitur: *Papa ſtupor mundi ---- nec Deus es, nec Homo, quaſi neuter es inter utrumque &c.* in Libro Ceremoniali Pontific., Tit. 7, audit *Dominus, CUI DATA POTESTAS IN COELO ET IN TERRA.* Vid. *Hotomanni Brutum fulmen Sixti V, contra Henricum, Regem Navarræ, & Principem Condæum*, Cap. 2; &, in *Nicolai III.* Decretali, *Fundamenta*, de *Electione & Electi Poteſtate* in 6, *VICARIUS DEI*, it. *VICARIUS CHRISTI*; Vid. *Innocentius III.* in Epiſtola ad Decanum & Capitulum Andegavenſe X. de *Translatione Epiſcopi*, Cap. 2. add. Decretal. *Innocentii IV, Ad Apoſtolicæ &c.* de *ſententia & re judicata*, in 6, circa finem; ut mittam titulos *Vicarii Petri, Succeſſoris Petri, Capitis Eccleſiæ, Patriarchæ Oecumenici, &c.*, quibus repleta volumina. Hiſce artibus ad ſummum honoris gradum aſcendit Papatus; Clericis enim ad nutum Papæ ſemel compoſitis, Laicorum ordinem inter, & quadrupedia, parum diſcriminis credebatur. Vice-deatus, totque ſolemniores Synodi, ejusdem firmandi ergo celebratæ, & infallibilitati Romani Præſulis ſuffragantes, omnes omnino homines, qui pro membris Eccleſiæ haberi vellent, Juriſdictioni ejus vindicando, divina pariter & humana Jura everterunt. Regibus, ut *ovibus*, non niſi tremenda vox *paſtoris*, perpetua bella ſpirantis, audita; Privatis nec muſſitare auſis, qua etiam tyrannide craſſiſſima ipſorum ignorantia, & ſuperſtitioſiſſimo obſequio, quibus eos conſtrinxerat, pro lubitu abuteretur, quippe qui ſibi perſuaſerant, vera eſſe omnia, quæcunque de amplitudine Ejus in vulgus ſpargerentur; legas, quæſo, *Antonii de Roſellis* partem IV. *Monarchiæ*, Cap. 33, 34, 35, & 40, de Reſervatis Papalibus, ſtupor certè te opprimet; horrenda ſunt, quæ Gloſſæ, ad C. *Quanto* 3. X. de *Translatione Epiſcopi*, verb. *Veri Dei vicem &c.*; It. ad C. *Unam ſanctam*, X. de *Majoratu & Obedientia*, verb. *Hunc autem veneramur &c.*; It. ad C. *Cum inter*, Extrav. *Johannis 22*, de *Verbor. ſignif.*, Tit. 14. verb. *Pertinaciter &c.*; *Gabriel Biel, ad Diſt. 25. Tertii*, Quæſt. unic. art. I, Notabili 2, coroll. 4; *Sylveſter Prierias*, Ordinis Dominici Generalis Magiſter, *in dialogo adverſus Lutherum*; *Antonius Florentinus* part. 3. Tit. 22. c. 5, §. 4; *Tezelius, in ſecunda Diſp. adverſus Lutherum*, an. 1517, *Francofurti habita*, *t.* 4 & 5, Tom. I. Jenenſium Latin. Lutheri; *Gregorius de Valentia, Analyſi fidei Catholicæ* lib. 8. c. 3; *Cataldinus de Buoncompagnis*, Tr. de *Poteſtate Papæ, ad Inclytam Civitatem Ferrarienſem*, an. 1488, §. *Proinde loquar*, n. 14; *Theodorus Lælius*, Feltrenſis Epiſcopus, in Replica, pro Pio 2, contra Gregorium de Heimburg; *Felinus*, in C. *Ego* 4, X. de *Jurejurando*; *Baldus* in L. ult. de *ſentent. Reſcind.*; *Decius* in C. I. X. de *Conſtitutionibus*; *Alphonſus Alvarez Guerrerus*, Tr. de *Juribus ac poteſtate Romani Pontificis*, c. 2. §. 2; *Franciſcus Toletus* lib. 4. *Inſtructionis Sacerdotum* c. 3., ubi ait: *Si ruſticus* (ergo quilibet Laicus) *circa articulos credat ſuo Epiſcopo, proponenti aliquod dogma hæreticum, meretur credendo, licet ſit error, quia tenetur credere, donec ei conſtet, eſſe contra Eccleſiam &c.*; *Baronius* Tom. IV. Annal. ad an. 373, §. 21. p. 356; *Bellarminus*, lib. 4. de *Romano Pontifice*, c. 2, & 3, & lib. 2. de *Conciliis*, c. 17. & 18; aliique infiniti Romanæ Eccleſiæ Doctores, magna lumina, de Capite ſuo proferunt, *ſolo nomine* Omnipotenti Deo inferiori. Interim tyrannica hæc conſcientiarum oppreſſio hunc habuit effectum, ut nemo amplius Pontificis auſa impugnare, vel Principum Jura aperto marte tueri conaretur; hinc præcipua rationum neglecti ſtudii Juris Publici. Erant quidem ſemper Principes, Jurium ſuorum ſat tenaces, veluti, ex ſupradictis Imperatoribus, *Henricus IV, Lotharius, Fridericus I, Otto IV, Fridericus II, Ludovicus Bavarus, Sigismundus, Fridericus III, & Maximilianus I*; ex Galliæ regibus: *Ludovicus S. Philippus Auguſtus, Philippus Pulcher. Carolus VI, &c.*; ex Danis *Waldemarus III.* &c.; ex Epiſcopis & Prælatis, *Petrus Damiani*, Oſtienſis Lib. de *Correctione Epiſcopi & Papæ*; *Hugo Floriacenſis*, *de Regia poteſtate & Sacerdotali dignitate*; *Bernhardus Claravallenſis*, Libris V, de *Conſideratione, ad Eugenium* Papam; *Lupoldus de Bebenburg*, Epiſcopus Bambergenſis, Tr. de *Juribus Regni & Imperii &c.*; *Theodoricus à Niem*, Epiſcopus Verdenſis, & Cameracenſis, Tractatibus variis &c., aliique multi; ex Privatis bonam cauſam defendentibus, partim jam nominatis, *Petro de Vineis & Thaddæo* JCto, *Johanne de Ganduno, Marſilio Patavino, Guilielmo Occamo, Petro Cugnerio, Johanne Carlerio Gerſon, Gregorio Heimburgio*, aliiſque, quorum ſcripta *Simon Schardius*, Tr. de *Juriſdictione Imperiali*, *Goldaſtus* Tomis tribus de *Monarchia*, & Clar. Dn. *von der Hardt*, *in Hiſtoria Concilii Conſtantienſis*, complectuntur, conf. ad ſeq. §. 6. lit. h; attamen, ante Reformationem, ſiſyphius ſemper lapis volvebatur, Papis opportuno tempore nunquam non iterum emergentibus; aſt, exorta Evangelii luce, &, diſponente Deo, longe lateq; per Germaniam, Galliam, Belgium, Angliam, Daniam, Sueciam, Poloniam, Hungariam, imo, Aſiam

Africam

Digitized by Google

Africam,& Americam,diffuſa, nova rerum facies apparuit, jugo Papali vel penitus excuſſo, vel poteſtate Pontificali ita coarctata, ut temporalibus Principum,ſacra etiam Romana adhuc probantium, hodie parum, vel nihil amplius timendum ſit; qua libertate gaudentibus ſimul ſubditis, Viri Docti paulatim expergefacti,*Henrico VIII*, Angliæ Rege, & Statibus Imperii Proteſtantibus Anteſignanis, intrepidè Aulæ Romanæ uſurpationibus claſſicum cecinêre; quo ſpectant Proteſtantium, & Angliæ Regis ſcripta, contra Concilii Tridentini, & Mantuani convocationem, apud *Hortlederum von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Part. 2. lib. 1. tot.; *Goldaſtum* part. 13. *Politiſcher Reichshandel*, Cap. XI; *Sleidanum, de ſtatu Relig.*; *Paulum Sarpi, Hiſtor. Concilii Tridentini* &c.; in primis *Stattliche Außführung der Urſachen, warum die Chur- und Fürſten, auch andere Stænde der Augſpurgiſchen* Confeſſion *des Pabſts* Pii IV *außgeſchrieben vermeynt* Concilium, *ſo er gen* Trient *außgeſetzt, nicht beſuchen kænnen, noch zu beſuchen ſchuldig geweſen &c.*, impreſſ. Argent. An. 1566, & denuo Dreſdæ, An. 1629, cujus ſummam recenſent Doctiſſimi *Bibliothecæ Antiquæ Collectores Jenenſes*, Menſ. Octob. 1706, p. 429 &c., *Johannis Bedæi de la Gormondiere*, Advocati in Pariſienſi Parlamento, *Jus Regium*, contra Bellarminum, *defenſum*, *Gulielmus & Johannes Barclaji*, *Rogerus Widringtonus*, *Marcus Antonius Peregrinus*, *Marcus Antonius Othelius*, *Jochimus Scainus*, multique alii, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Monarchiæ*. Hi omnes anſam præbuere ſolidioribus ſtudiis, maxime in vera Juris Publici inquirendi principia, hactenus in dies deducta clarius.

17. Ultimis his temporibus, primus Jus publicum docuit *Dominicus Arumæus*, Jenenſis, tandem Conſiliarius Marchionis Brandenburgici, illudq; Miſcellaneis diſcurſibus, *(a)* quatuor tomis, complexus eſt. Poſtea *Daniel Otto* in Academia Jenenſi, Facultatis Philoſophicæ Adjunctus, omnes Juris publici materias in Compendium redegit. Hos ſecuti ſunt alii viri præſtantiſſimi, tum Profeſſores, tum Principum Conſiliarii, de quibus in Collegio dicimus. Videri etiam poteſt Diſſertatio, quam ſuæ editioni prætenſus *Nicolaus Danckwerth* ſubjecit: & huic noſtræ propterea Bibliopola adjungere voluit.

NOTÆ.

(a) DISCURSIBUS &c. Arumæus omnino primus eſt, qui Jus Publicum artis regulis deſcripſit, quinque voluminibus, queis omnes Juris hujus materiæ, certis diſſertationibus ventilatæ, continentur, *Ienæ*, An. 1620. editis, ſuos, Reſpondentiumque labores congerens. Add. *Tobias Paurmeiſterus*, *Theodorus Reinking*, de Regimine Seculari & Eccleſiaſtico, *Johannes Limnæus*, *Juſti Sinolti, dicti Schützii* Collegium Juris Publici, & alii, de quibus Dn. *Schilter*, Inſtit. J. P. lib. 1. Tit. 2. §. 12. p. 22. Dn. *Bæcler Notit. Imper.* lib. 1. cap. 4. p. 12 &c. Dn. D. *Burchardus Gotthelffus Struvius*, *Biblioth. Juris Selecta*, Cap. XI. §. 10, p. 405 &c. In primis huc faciunt ſcripta Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ recentiora; quæ antea excuſa ſunt, multa emendatione egent.

18. Unde inter DD. nata eſt quæſtio: *(a) An Jus publicum in Academiis doceri debeat?* de qua hodie ferè non ampliùs dubitatur: tum, quia non arcana Imperii, ſed ea, quæ publicis hiſtoriarum monumentis & Imperii legibus comprehenſa ſunt, in Jure publico docentur; tum, quia antequam vitam civilem & aulam ingrediamur, nos eruditos oſtendere debemus, ut Rempubl. in partibus ejus nobis credendis gubernare poſſimus; ſed adſit modeſtia, & de Imperatoris & Statuum Majeſtate reverens ſermo; Effrænis enim cujusvis dicendi licentia Reipubl. perniicioſiſſima ſemper extitit. *fac. huc art. V. §. 50. Inſt. Pac.*

NOTÆ.

(a) AN JUS &c. De quæſtione hac videndi *Limn.* lib. I. Jur. Publ. Cap. 2, §. 10 &c. p. 8, *Carpzov. Synopſ. Jur. Feud.* Diſp. 1. §. 35, Quæſt. I. Ill., Dn. *Rhetius Inſtit. Jur. Publ.* lib. 1. Tit. 1. §. 90, p. 48, Illuſtr. Dn. *Coccejus* J. P. Cap. 1. §. 2. p. 19, Dn. *Bæclerus* Not. Imp. lib. 1. cap. 4, Dn. *Conringius*, in Epiſt. dedicatoria ad Illuſtriſſ. Comitem de Windiſchgrätz, Exercitationibus, *de Republica Imperii Germanici*, præfixa, p. 5 & 6, Ill. Dn. *Schweder*, Introduct. in Jus Publ. part. generali, Cap. I. §. 9. p. 7 &c., Dn. *Titius*, *Juriſpr. Publ.* lib. I. Cap. I. §. 34. p. 15. Alii, negativæ Patroni, provocant (1) ad verba *Rudolphi Maximiliani*, Saxoniæ Ducis, in Oratione *contra Galliam*, ap. *Lanſium*, Conſult. de *Principatu inter Provincias Europæ*, p. 313, ubi: *Cum Imperator ſit Academiarum Pater & fons, & illius gratia Doctores, Magiſtri & Studioſi honores & privilegia ampliſſima conſequantur: qua impietate ſe illaqueant illi, qui ſummum illud Imperii, & totius Chriſtiani Orbis Caput voce calamoque deprimunt &c.*, (2) ad Authorem diſcurſus: *Ob es heilſam und nützlich ſey, im H. R. Reich*, Uniones *und Bündniſſe aufzurichten?* ubi: *Dieſes iſt kein* privatum, ſed publicum negotium Imperii, *damit* privati homines

de

de Schola, Oratores, Diſcurrenten, und ſolches Volck nichts zu determiniren haben, und iſt gewiß, daß dieſe Leuthe, bey Chur-Fürſten und Standen, groſſen Schaden thun, und diesfals viel peccirt wird &c. (3) Ad der Catholiſchen Chur-Fürſten und Stande des Reichs verfaßte, und An. 1641, den 26 Maji, ſt. v. dictirte Gravamina, ap. Lundorpium, Tom. V. Act. Publ. lib. 1. cap. 107, p. 329, §. Bey dem fünfften Gravamine, daß man den Religion-Frieden, durch offene Schrifften, diſputire, auch Frag erwecke: wer eigentlich unter demſelben begriffen? dahero ſolche Scripta, ſonderlich das Dillingiſche Buch, zu caſſiren; ibi Romano-Catholici: Da hat man öffters, Catholiſcher Seits, mit groſſem Mißfallen vernommen, daß über den Religions-Frieden anderſeits vielmehr, und allerley Diſputationes, und Fragen fürgebracht, und etliche reſolutivè, etliche problematicè, defendiret werden; ja, es iſt ſo gar dahin kommen, daß man nicht allein in Scholis öffentlich in Cathedra davon profitiret, ſondern auch ein jeder Student, der nur eine Probe ſeiner Scientz erzeigen will, aber in keines Fürſten Archiv geſehen, noch in einigen negotiis publicis gebraucht geweſen, gleich eine Diſputation de Pace Religionis, Prophana, Juribus Imperatoris, Imperii Statuum, de Aurea Bulla, und andern Conſtitutionibus Imperii, zu Papier bringen, und in offenen Druck geben thun; wie dann alle Buchleden von ſolchen Scriptis voll &c. (4) ad der Evangeliſchen Stande Vorſchlag, zu Componirung der Gravaminum, de An. 1646, ap. Lundorpium Tom. VI, lib. 3. Contin. Cap. 30, p. 39, §. Bey dem VI. Gravamine, verb: Iſt zum erſten für bekandt anzunehmen, daß die Autonomia Burchardi, wie auch der Dillinger Buch, Compoſitio Pacis genant, ſo wohl etliche, in der Evangelicorum Gravaminibus, berührte gefährliche Aſſertiones von den Herren Catholicis pro privatis ſcriptis & dictis gehalten werden; Secundò, ſeynd nunmehr ſolche und dergleichen Bücher, und weit-ausſehende Aſſertiones nicht unbillig publicè zu verwerffen; tertiò, auch auf beyden Seiten, bey ernſter Straff, zu verbiethen, daß fernerhin, weder privatim, noch publicè, in Schulen, oder auf Univerſitæten, der Religions-Fried, und jetziger Vergleich, weder docendo, ſcribendo, diſputando, oder einigerley Weiß, in Zweifel genommen, und, wie von obgemeldten Burchardo, und Dillingern geſchehen, auf andern unfriedfertigen Verſtand gezogen werden &c. (5) ad Art. V. Inſtr. Pac. Weſtphal. §. 50: Utriuſque Religionis Magiſtratus ſevere & rigoroſe prohibeat, ne quiſquam, publicè privatimve, concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo, Transactionem Paſſavienſem, Pacem Religioſam, vel hanc imprimis ſive declarationem, ſive transactionem, uſpiam impugnet, dubiam faciat, aut aſſertiones contrarias inde deducere conetur &c. Affirmantium partes firmant (1) Reſponſum Conſiſtorii Dresdenſis, Sereniſſimo Electori Saxoniæ, An. 1630, 14 April. datum, ubi: Wir kænnen aber dabey zu errinnern nicht unterlaſſen, wann die angeführte Rationes gelten ſolten, daß die profeſſio Juris publici in Imperio Romano-germanico abzuſchaffen, und nur Doctores Juris privati, deſſen unſere Profeſſores und Facultiſten biſhero faſt alleine ſich befliſſen, zu creiren, und würde viel zu lang gewartet ſeyn, wann die von Adel und ICti ihr Jus Publicum, erſt in Aula, da man keine præcepta, ſondern allein exempla findet, erlernen wolten &c. (2) quod tota Jurisprudentia in Academiis tractanda veniat, conſequenter & publica, tanquam nobilior pars; (3) ridiculum eſſet, ſi quis in Academiis ſaltem de Glande legenda, Stillicidiis, aut ſterquilinio &c. audiret, nec ſimul ea, quorum uſus in Republica longè major, v. g. quibus ex principiis judicandum de Reſervatis Imperatoris? Juribus Statuum? pangendis fœderibus? materia tutelari? num Tutor à Principe teſtamento datus ſit præferendus proximo Agnato? de ſucceſſionibus; num, extincta linea quadam, gradu, an vero linea proximior ſuccedat? &c. quæ in Aulis non demum perdiſcenda, ſed, occurrentibus caſibus, actu applicanda; (4) non conſtet de ulla prohibitione, cum aliud longè ſit, publicà lege ſancita in dubium vocare; Imperatoris & Statuum Imperii Jura ſugillare; arcana Reipublicæ manifeſtare; in præjudicium Legum aliquid ſtatuere &c; & aliud, Jura Imperatoris & Statuum Auditoribus, ex legibus publicis, proponere; viam monſtrare, qua hæc factis applicentur; oſtendere, quid imperantes ſubditis, & hi Imperantibus debeant &c; illud neſas, nec impunitum manet, non hoc. Quæ ſententia & ſanæ rationi magis arridet.

19. Nos, in gratiam Studioſæ juventutis, Inſtitutiones Juris publici conſcribere conſtituimus, ita, ut ſint totius legitimæ publicæ ſcientiæ, ſeu Jurisprudentiæ publicæ, elementa.

Lib. 1. de Jurisprudentia publica, ejusque fine, objecto, principiis, mediis in genere, & prima parte objecti, nimirum de perſonis; *Lib. 2.* de Rebus Imperii corporalibus, hoc eſt, feudis Imperii, Imperii ſinibus, Circulis, aliisque, quæ huc pertinent; *Lib. 3.* de Rebus incorporalibus ſeu Juribus Imperii, Majeſtatis, ſacra, profana, Bellum, pacem &c. concernentibus; *Lib. 4.* de Mediis, quibus vel Jus publicum conſtituimus, ubi de Comitiis, & univerſalibus, & particularibus; vel quibus obtinemus illud, quod Jure publico nobis debetur, ubi de Actionibus Juris publici, Judiciis Imperii antiquis, & hodiernis; vel quæ adjuvant ad Jus publicum facilius addiſcendum, ubi de Academiis; ultimo de Vitiis Imperii, & iis, quæ Juri publico, ſeu ſaluti, & ſecuritati publicæ contraria ſunt, eorumque remediis agemus. Deus cònatibus noſtris Spiritus ſui Sancti auxilio adeſſe velit.

LIBRI PRIMI

TITULUS I.

DE JURISPRUDENTIA PUBLICA IN GENERE ET IN SPECIE.

JUriſprudentia publica (*a*) eſt habitus practicus leges publicas, univerſaliter poſitas, *applicandi* (*b*) *ad caſus ſpeciales, in Republ. exiſtentes, ut appareat, quid juſtum in iis ſit, quid injuſtum.*

NOTÆ.

(*a*) PUBLICA &c. Peritiam, quæ novit, quid conducat Civitati, & actus ſimul omnes civiles ad normam receptarum legum, ſeu conſuetudinis, dirigit, & moderatur, communi omnium Gentium conſenſu, *Prudentiam* vocari, res nota eſt. Hinc fundamentum diviſionis *prudentiæ* in *univerſalem*, ſeu *publicam*, & *particularem*, ſeu *privatam*, quæ tamen & ipſa, *ab objecto*, iterum *publica*, vel *privata* fieri queat, quatenus ſcil. ſermo de *Jurisprudentia* alicujus Imperii, Regni, vel Status, in ſpecie conſiderati; Sic datur *Jurisprudentia publica, & privata*, Germanica, Gallica, Anglica &c. Vid. Dn. *Conring.* Epiſt. 51, ad Dn. Cancellarium *Langenbeck*, p. m. 293, *Boſius, Introd. in Notitiam Rerumpubl.* Cap. 1. §. 7. p. 6, Dn. D. *Titius*, *Prolegom. Obſervat. ad Ill. Puſendorf. de Officio Hominis & Civis.*

(*b*) APPLICANDI &c. In hoc diſcrimen verſatur inter *Juriſprudentiam publicam*, & *Jus Publicum* in ſpecie ſic dictum; Hoc enim Legibus publicis & Conſuetudinibus abſolvitur; cum illa non ſolum leges, & Conſuetudines Reipublicæ calleat, ſed inſuper doceat, quomodo illæ intelligendæ, interpretandæ, caſibus, in Republica occurrentibus, applicandæ, vel, ſuadente publica utilitate, emendandæ ſint, quidque de iis judicandum. Vid. Dn. *Mauritius, de Principiis Juris Publici German.* Cap. 2. §. 39. p. 18. Dn. *Schilter*, Inſtit. J. P. lib. 1. T. 1. §. 1, p. 1 & 2. Ill. Dn. *Schweder*, Introd. J. P. part. gener. Cap. 1. §. 1 & 2. p. 2. Ill. Dn. *Rhetius*, Inſtit. J. P. lib. 1. Tit. 1. §. 2 & ſeqq. p. 3 &c.

1. *Jurisprudentia publica Romano-Germanica*, (*a*) (tot enim ſunt Jurisprudentiæ publicæ, quot ſunt Jura publica) *eſt habitus practicus leges publicas Romano-Germanicas, in genere poſitas, ad caſus ſpeciales, in ea Republ. exiſtentes, applicandi, ut appareat, quid juſtum in iis ſit, quid injuſtum.*

2. Juriſprudentiam publicam dari, plures negant; quia Juriſprudentia Romana (eodem modo omnium aliarum gentium Juriſprudentiæ) objectum habet Jus Civile Romanum (vel Jus civile ejus gentis, de cujus Jure publico agitur) quatenus conſideratur ut totum integrale, diſpeſciturque in partes integrantes, non autem ſpecies: publicum, & privatum jus. Alii eam dari affirmant; quia, quale eſt jus applicandum ad caſus ſpeciales, talis eſt prudentia; omnis enim applicatio juris fit per habitum practicum, qui dicitur prudentia, quæ illud applicat: Atqui jus, quod eſt applicandum, eſt Jus publicum, E. etiam Juriſprudentia, quæ illud applicat, eſt prudentia publica. Non obſtat id, quod authores primæ opinionis dicunt; *Primò* enim non rectè aſſeritur, Juriſprudentiæ objectum eſſe Jus; quia Juriſprudentia non eſt habitus cognoſcendi jus, ſed eſt habitus applicandi Jus ad caſus. (2.) Non rectè dicitur, Jus eſſe totum integrale; quia, ſecundum Philoſophos, tota integralia ſunt materialia, ſeu quæ extenſionem partium habent. (3.) Licet Jus Romanum [vel Jus civile alterius gentis] ut totum collectivum [collectum enim eſt ex aliis Juribus] pro partibus habeat Jus publicum, & privatum: tamen Juriſprudentia totalis, quæ applicat hæc jura partialia, ſub ſe comprehendit Juriſprudentias partia-

Digitized by Google

partiales, ab objecto horum Jurium partialium denominatas, ad Exemplum prudentiæ politicæ totalis, quæ plures prudentias partiales politicas, Architectonicam, Deliberativam, & Judiciariam, ſub ſe comprehendit; Scientiæ phyſicæ totalis, quæ ſub ſe comprehendit plures ſcientias phyſicas partiales. Neque omnis diviſio eſt diviſio generis in ſpecies, ſed ſpecies dividitur etiam in ſua individua.

NOTÆ.

(a) GERMANICA &c. De utilitate diſtinctionis Jurisprudentiæ Germanicæ in Publicam, & Privatam vid. Dn. *Titius, Jurisprud. Publ. Romano-German*, lib. 1. Cap. 1. §. 3 & 4. p. 3 & 4.

3. *Finis* Jurisprudentiæ publicæ eſt vel proximus, vel remotus. *Proximus* eſt applicatio (*a*) Juris publici; Ideò enim diſcimus Jus publicum, non, ut ſciamus, e. g. quid in electione Imperatoris ſit obſervandum, ſed ut, caſu exiſtente, illud applicemus, & hanc vel illam electionem ratam, vel irritam dicamus. Finis *remotus* eſt vel ultimus, vel intermedius; *Ultimus* eſt ſalus Reipubl. *Intermedius* eſt Juſtitia, (*b*) quam intendimus in actionibus, quæ verſantur circa negotia publica.

NOTÆ.

(a) APPLICATIO &c. Ad differentiam Politices; nam & Politicus intelligit, quæ Leges Reipublicæ conducant; cum omnes ejus curæ eò colliment, ut in Civitatem informem forma introducatur, Reſpublica conſtituatur, & incolæ bene feliciterque vivant. Jurisprudentiæ finis cum ſit, Leges & conſuetudines Reip. redigere in artem, eâque cupidam ſtudii hujus Juventutem imbuere, ut leges ritè interpretari diſcant, & de iis ferendi juſtè judicii, easque vel emendandi, vel de caſibus occurrentibus, juxta illas, judicandi facultatem conſequatur. Vid. Ill. Dn. *Rhetius*, Inſtit. Jur. Publ. lib. I. Tit. I. §. 66. p. 35, Ill. Dn. *Schweder* l. c. Cap. I. §. 3. p. 3, *Bechman*, ad A. B. Exerc. I. ad Procem. §. 24, Dn. *Schilter* Inſtit. J. P. lib. I. Tit. I. §. 3. p. 5, Dn. *Titius Jurisprud. Publ.* lib. I. Cap. I. §. 20. p. 9.

(b) JUSTITIA &c. Ill. Dn. *Coccejus, Jur. Publ.* Cap. I. §. 8, p. 21, hanc pro fine proximo, ac proprio habet.

4. *Objectum* (*a*) ſunt omnia ea, in quibus finem Jurisprudentiæ publicæ intendimus; nimirum actiones, quæ verſantur circa res publicas, tam divinas, quàm humanas: quæ ſpecialiter conſiſtunt vel in perſonis, vel rebus, vel actionibus.

NOTÆ.

(a) OBJECTUM &c. Non malè ad Objectum Jurisprudentiæ referuntur Leges publicæ, & omnia, ad quæ illæ reſpiciunt, ſive, quæ ſecundum eas dijudicanda. Ill. Dn. *Rhetius*, Inſtit. J. P. lib. 1. Tit. 1. §. 9. p. 9, Dn. *Titius* l. c. §. 12. p. 6, & §. 42, p. 18.

5. *Media (a)* Jurisprudentiæ publicæ alia facimus conſtituentia Jus publicum, alia obtinentia Juſtitiam publicam, alia adjuvantia utrumque. De mediis conſtituentibus Jus publicum, & adjuvantibus, in Republ. noſtra, *lib. 4.* agitur. Media, obtinentia Juſtitiam publicam, & finem Jurisprudentiæ publicæ, alia ſunt reſpectu eorum, qui Juſtitiam publicam applicant, ſeu adminiſtrant; alia reſpectu eorum, qui Juſtitiam publicam implorant, de quibus *lib. 4.* Reſpectu adminiſtrantium media obtinentia ſunt 1. cognitio Juris publici, 2. modi interpretandi Jus publicum.

NOTÆ.

(a) De his vid. Dn. Schilter, Inſtit. J. P. lib. 1. Tit. 4. §. 2. p. 60.

6. Interpretatio Juris publici eſt vel authentica, & Imperatori, & Statibus competit, *Art. 8. J. P.* vel non authentica, & magiſtralis, ſive doctrinalis, & privatis etiam competit.

Digitized by Google

NOTÆ.

Cujus enim eſt ferre leges, ejus quoque eſt latas interpretari, ſi ſcil. ſermo ſit de interpretatione Imperatoria, ſeu authentica: Jam, in Imperio noſtro, prius competit Imperatori, & Statibus ſimul, arg. art. 8. I. P. §. 2: *Gaudeant* &c. Ergò & poſterius. Quantum ad explicationem clariorem, in locis obſcuris & difficilioribus, Doctorum quoque ſententiæ & interpretationes admittendæ. Vid. Ill. Dn. *Rhetius*, Inſtit. Jur. Publ. lib. 1. Tit. 1. §. 81. p. 45. &c.

7. Jus publicum, in genere, ſunt leges, quæ directò & principaliter ad conſtitutionem Reipubl. ſpectant. Jus publicum, in ſpecie, Romano-Germanicum ſunt leges, (*a*) quæ principaliter, & directò ad conſtitutionem, & conſervationem Reipublicæ Romano-Germanicæ ſpectant.

NOTÆ.

(*a*) LEGES &c. Si Jus publicum latè, pro ipſa Jurisprudentia, ſumatur, tunc hoc titulo eam Jurisprudentiæ ſpeciem intelligimus, quæ Jura Imperii Romano-Germanici, ſecundum Leges, & conſuetudines uſu probatas, docet. Vid. *Schilter* Inſtit. J. P. lib. 1. Tit. 1. §. 3. p. 4. Ill. Dn. *Rhetius*, Jur. Publ. lib. 1. Tit. 1. §. 1. p. 2. Conf. Dn. *Mauritius* de *principiis Jur. Publ.* Cap. 2. *t.* 16. §. 43. p. 21. Dn. *Schwederus*, *Introd. in Jus Publ.* Cap. 1. §. 1. p. 1. Dn. *Henr. Erneſtus Keſtner*, diſſ. de *ſummis in Imperio Romano Germanico Perſonis*, pag. 30. Corollar. 1.

8. Definitionem Imperatoris (*a*) omnino omittimus; quia, primo, nec generalis eſt; nec, ſecundo, clara; quam multa enim ſignificent verba, *Status*, & *Jus publicum*, in Jure noſtro, cuicunque perito notum eſt; &, tertio, Jus publicum noſtrum non tantum Romanum eſt, ſed Jus publicum Romano-Germanicum, hoc eſt, quod facit ad conſtitutionem, & conſervationem Reipublicæ noſtræ, ab eo tempore, quo titulus Romani Imperii in Germaniam illatus.

NOTÆ.

(*a*) IMPERATORIS &c. ſcil. l. 1. §. 2. ff. de *Juſtit.* & *Jur.* & §. 4. Inſtit. de *Juſt.* & *Iur.* ubi Jus publicum vocatur, *quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat*; Unde Ill. Dn. *Coccejus*, *Jur. Publ. Prudent.* Cap. 1. §. 1. p. 19. ſuam hauſit definitionem, adhibitis terminis habilibus.

9. Quamvis autem Jus publicum in proprio ſenſu ſint leges, non tamen eas ſolas enarrat Jurisprudentia publica, ſed adjungit etiam omnia illa, quæ ad eas dextrè aut intelligendas, aut, ſi ambiguæ ſint, interpretandas faciunt. Hinc & in definitionibus rerum, ut, quale ſit Jus publicum, quid ſit Status Imperii, quid Comitia &c. interdum in obſcura dignitatum origine, hiſtorica enarratione occaſionum, quibus urgentibus, leges publicæ latæ ſunt, Genealogica ſtemmatum enumeratione, explicatione, & collectione matricularum, & aliis ejus generis verſatur: quæ quidem omnia ad Jurisprudentiam publicam neceſſaria ſunt, ſed tamen ipſum Jus publicum non ſunt, nec dici poſſunt propria acceptione. (*a*)

NOTÆ.

(*a*) Parallelum locum vid. ap. Dn. *Mauritium*, *de principiis Juris publici*, Cap. 2. *t.* 12. §. 39. p. 18.

10. Ex his colligimus, *quòd Juris publici expoſitio non ad Hiſtoricos & Politicos, ſub prætenſo titulo Notitiæ Publicæ*, pertinere debeat; Potior enim pars Notitiæ Reipublicæ (*a*) in legibus publicis conſiſtit, quarum interpretatio, ſine omni contradictione, ad Juriſconſultum pertinet, & ut hic ſuo munere recte fungatur, & hiſtorica, & politica noſſe eum oportet: cum contra Hiſtoricus & Politicus ſua noſſe poſſit, ita tamen, ut interpretatio legum publicarum ad ipſum nullo modo ſpectet.

NOTÆ.

Digitized by Google

NOTÆ.

(*a*) REIPUBLICÆ &c. Partes *Notitiæ Reipublicæ*, hujusque diſcrimen à *Politica*, *Hiſtoria*, & *Geographia*, toto Capite primo *Introduct. in Notit. Rerumpubl.* exponit Cl. *Boſius*, oſtendens, Notitiam hanc ſe extendere ad ſingula Imperia, eorum origines, fata, Inſtituta, Provincias, ſitus, artes imperandi, modum regiminis, quo conſtet, quid publicè juſtum ſit? quid injuſtum? quid conducat? quem habuerit Reſp. ortum? quem progreſſum? quis præſens ejus ſtatus? quæ ſint ejus vires, opesque? quæ Religio? quæ ſacra? quæ natura Imperantium? quæ ſubditorum? quæ Leges? qui mores? & alia ſimilia, &c. Conf. Ill. *Conring.* de *Civili Prudent.* Cap. 11, Ill. Dn. *Schweder, Introd. Iur. Publ.* part. gener. Cap. 1. §. 6. p. 5, Exc. Dn. *Werlhof, Notit. Imp.* Cap. 1. §. 5. p. 3 & 4. Cum autem de diffuſiſſima hac ſcientia hic non ſit quæſtio, ſed ſaltem, cui competat exponendi Juris publici facultas? quatenus ſcil. circa applicationem publicarum Legum ad caſus, in Republ. occurrentes, verſetur, palam eſt, nec id muneris eſſe Hiſtorici, nec Politici, ſed JCtorum.

II. Dicendum nunc nobis de Jure publico Romano-Germanico, quod collectum eſt ex principiis, vel remotis, Jure Naturæ, & Gentium, vel proximis: & tripartitum eſt; conſtat enim principiis vel politicis, vel hiſtoricis, vel legalibus.

TITULUS II.
DE
PRINCIPIIS JURIS PUBLICI
ROMANO-GERMANICI.

REmota principia, (*a*) ex quibus omne Jus publicum, & etiam noſtrum Jus publicum Romano-Germanicum collectum eſt, ſunt Jus Naturæ, & Gentium. (*b*) *Jus naturæ* e. g. in genere unicuique Genti dictitat, Deum Optimum Maximum, ut Creatorem univerſi & Conſervatorem, eſſe colendum, (*c*) & ſine cultu Dei, & Religione nullam Rempubl. ſalvam eſſe poſſe. (*d*) Jus civile publicum determinat proximè, (*e*) qualis Deus colendus ſit, & qualis in cultu divino modus ſervandus ſit, *vid. art. 5. J. P. Jus gentium (f)* omnibus Gentibus, quæ ratione ſua rectè utuntur, commerciorum neceſſitatem, legationum ſanctitatem, &c. commendat; *Jus civile* publicum multa circa hæc ſingularia in ſuæ civitatis propriam utilitatem conſtituit. *Vid. art. XI. Inſtr. Pac.*

NOTÆ.

(*a*) PRINCIPIA &c. De *Principiis Juris Publici* ſpecimen edidit ſæpius laudatus Dn. *Ericus Mauritius*, Aſſ. Camer. Imper. Tubingæ excuſum, An. 1665; cujus Cap. 3. hujus maxime loci; Add. *Limn. Jur. Publ.* lib. 1. cap. 1. §. 17. p. 3, Ill. Dn. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* cap. 1. §. 14. p. 11 &c, Dn. *Schilter*, Inſtit. J. P. lib. 1. Tit. 2. p. 6, & diſſert. de *Natura & Origine Juris Publici*, §. 4. p. 4. Dn. *D. Werlhof, Notit Imp.* lib. 1. cap. 1. §. 17 &c, p. 7.

(*b*) GENTIUM &c. *Omnia enim ea*, (utor verbis Dn. *Schilteri*, diſſ. de *Nat. & Orig. J. P.* §. 4. p. 4.) *quæ Prudentia Civilis, aut Politica, de Rerumpublicarum formis, ac Jure & obligatione Imperantium, ac parentium, ex Jure Naturali, atque Gentium, juſtum atque æquum, & ſtatui cuique ſuo conforme, ac ſalutare determinat generatim, ea Juris publici prudentia ad ſtatum Reipublicæ Germanicæ accommodat.*

(*c*) COLENDUM &c. *Quæ eſt enim Gens, aut quod genus hominum, quod non habeat, ſine doctrina, anticipationem quandam Deorum?* *Cicero*, lib. 1. de *Nat. Deor.* §. 43. Id. Orat. 30, de *Haruſpicum Reſponſis*, §. 19: *Quis eſt tam vecors, qui, cum ſuſpexit in cœlum, Deos eſſe, non ſentiat &c.* It. lib. 2. de *Nat. Deor*, §. 44: *Eſſe Deos, ita perſpicuum eſt, ut, id qui neget, vix eum ſanæ mentis exiſtimem &c.* Id. lib. I. de *Legib.* §. 24: *Nulla gens eſt neque tam immanſueta, neque tam fera, quæ non, etiamſi ignoret, qualem habere Deum deceat, tamen habendum ſciat &c.* Sic & *Seneca* Epiſt. 117: *Nec ulla Gens uſquam eſt adeo extra Leges moresque projecta, ut non aliquos Deos credat &c.*

 (*d*) POS-

(d) POSSE &c. Eſt enim, & ſecundum Ethnicorum mentem, puta *Ariſtotelis*, lib. 7. *Polit.* Cap. 8, cultus Divinus ex eorum numero, ſine quibus Civitas eſſe non poteſt; hinc & lib. 6. *Polit.* Cap. ult. ait: *Neceſſaria curæ ſunt: circa rem divinam, circa rem bellicam &c.* Nec ſine cauſa quærit *Cicero*, lib. 1. de *Natura Deorum*, §. 118: *Quid ii, qui dixerunt: totam de Diis immortalibus opinionem fictam eſſe ab hominibus ſapientibus, Reipublicæ cauſa, ut, quos ratio non poſſet, eos ad officium Religio duceret, nonne omnem Religionem funditus ſuſtulerunt?* Qualis cultus requiratur, exponit, lib. 2. de *Nat. Deor.* §. 71: *Cultus Deorum eſt optimus, idemque caſtiſſimus, atque ſanctiſſimus, pleniſſimusque pietatis, ut eos ſemper pura, integra, incorrupta, & mente, & voce, veneremur &c.* Nam, ut idem, lib. 1. de *Natur. Deor.* §. 3, docet, *cum pietate ſimul & ſanctitatem, & Religionem tolli, neceſſe eſt; quibus ſublatis, perturbatio vitæ ſequitur, & magna confuſio &c.* & mox: *Pietate adverſus Deos ſublata, fides etiam, & ſocietas humani Generis, & una excellentiſſima virtus, Juſtitia, tollitur &c.*

(e) PROXIME &c. De Quæſtione: *Num quis vi ad Religionem Principis cogi queat?* vid. ſeq. Tom. 2, ad lib. 3. Tit. 19, §. 31.

(f) GENTIUM &c. Utrumque Jus Gentium, tam univerſale, quam particulare, hoc loco venire poteſt; quo ſpectat *Gründliche Uberweiſung, daſs die, zwiſchen Ihrer Kænigl. Majeſt. in Dennemarck, und die zu Schleſswig Holſtein* Gottorp *regierende Hochfürſtl. Durchl. jetztſchwebende Miſshelligkeiten, keineswegs vor den* Unions-*Auſtrægen, unter Benennung der* negotiorum demeſticorum, *kænnen gezogen werden*, de An. 1685, ap. Lundorp. Tom. XII. Cont. Act. Publ. lib. 13, Cap. 119. §. XI. v. 8, p. 434, ubi: *Dann wie daſſelbe nicht allein* Jus gentium *iſt, welches* omnium, vel plerarumque moratiorum Gentium conſenſu *beliebet, und unter ſie eingefuhret iſt, ſondern auch* verum Jus Gentium *iſt, welches* duarum vel plurium liberarum Gentium, vel Principum placito *iſt beliebet worden, ſo gehæren die gegen den Weſtphaliſchen, Coppenhagiſchen, und Rothſchildiſchen Frieden lauffende* Contraventiones *vornemlich* ad cognitionem fori Gentium publici, *welche ſolche Friedenſchlüſſe machen helffen.*

1. Hinc falluntur iſti, qui Jus publicum ex Jure Naturæ, & Gentium omnino collectum eſſe, negant, *hoc argumento: Quodcunque Jus univerſum ad ſtatum certæ civitatis ſpectat, ejusque proprium eſt, id nulla ex parte collectum eſt ex præceptis naturalibus, & gentium. §. 1. Inſt. de J. N. G. & C. Atqui Jus publicum univerſum ad ſtatum certæ civitatis ſpectat, ejusque proprium eſt. §. ult. J. de Juſt. & Jure. Ergo Jus publicum nulla ex parte collectum eſt ex præceptis naturalibus, & gentium.* (a) Reſp. (1.) Jus civile privatum tale eſt. *§. 1. & 2. Inſt. de J. N. G. & C.* Ergo non eſt collectum ex Jure Naturæ & Gentium: Concluſio eſt abſurda, & contra *§. ultimum Inſt. de J. & J.* Ergo vel major, vel minor: Non minor, quæ fundata eſt in §. 1. & 2. Ergo major, quæ eſt diſſentientium. (2.) Probatur hoc argumento tantum, quod proximè non ſit collectum ex Jure Naturæ, & Gentium, quæ & noſtra eſt opinio.

NOTÆ.

(a) GENTIUM &c. Ita, poſt *Cujacium, Treutlerum, Alciatum*, & alios, argumentantur *Locammerus*, in *Quæſtionib. Juſtinianeis*, Quæſt. 6, & *Biccius*, in *præloqu. Rerum quotidianar.* §. 32, notante Dn. *Mauritio*, de *Principiis Iuris Publici*, Cap. 3. §. 3. p. 26; quibus vero validè reſpondet idem Vir Illuſtris l. c. *t.* 4, p. 26, & *t.* 5, p. 27.

2. Præterea iſti, qui concedunt, Jus publicum eſſe collectum ex Jure Naturæ, & Gentium, non autem Notitiam Imperii, ſibi ipſis contradicunt; quia Jus publicum eſt potior pars Notitiæ Imperii; Omnis enim Imperii Notitia materialibus abſolvitur, ut DD. loquuntur, & formalibus, quæ formalia legibus publicis continentur. *Vid. de hac quæſt. Limn. lib. 1. c. 1. & 3.*

3. Principia proxima ſunt, primo *politica*, (a) de quibus non multa in præſentiarum dicenda ſunt; Unusquisque enim Juris publici Studioſus, ſubſidio Politicæ inſtructus, venire debet. Nobis monuiſſe ſufficiat: majorem propoſitionem, uti loquuntur, ſæpius peti ex Politicis, minorem ex Jure publico: e. g. In quacunque Republica ſubjecta Majeſtatis exiſtentiæ ſunt diverſa, & mixta, iſtius Reipubl. forma eſt mixta: Atqui in Republica Romano-Germanica ſubjecta Majeſtatis exiſtentiæ ſunt diverſa, & mixta, *vid. art. 8. Inſt. Pac.* Ergo Reſpublica Romano-German. eſt (b) mixta.

NOTÆ

NOTÆ.

(*a*) POLITICA &c. Magna Politices in Jure Publico utilitas; quippe quæ, in Quæſtione *Conſilii*, eandem *de factis* judicandi ſuppeditat facultatem, quam Juris Publici Prudentia, in Quæſtione *Iuris*. Vid. Exc. Dn. *Werlhof*, *Notit. Imp.* lib. 1. cap. 1. §. 37. p. 11. Egregia hic ſcripta B. *Conringii*; in primis Diſſertationes Ejus Politicæ, *de Philoſophia Civili, ejusque optimis ac præcipuis Scriptoribus*, Helmſtad. 1673, ubi de antiquioribus præſertim Politicis agit: it. *Epiſtolæ ad amicos*; nec non *Introductio in Libros Politicorum Ariſtotelis*. Add. *Gabriel. Naudæi Bibliographiam Politicam*; *Henningii Arniſæi Prælectiones Politicas*, Argent. 1648, de quibus judicium B. *Conringii*, de *Civ. Prud.* Cap. 14. p. 361, &c; *Bœcleri*, *Claſſenii*, *Cellarii*, aliorumque ſcripta, quorum Viri Clariſſimi, Dn. *Caroli Arndii*, *Bibliotheca Politico-Heraldica ſelecta*, Claſſis ſecundæ generalis Claſſe prima ſpeciali, p. 90 &c, & celeberrimus Dn. *Burchardus Gotthelf Struvius*, Cap. VII. *Bibliotheca Philoſoph.* meminerunt. Quomodo diſcrepet à Jure Publico, oſtendit Ill. Dn. *Schweder*, *Introduct. Iur. Publ.* part. gener. Cap. 1. §. 3. p. 3. Conf. quæ ad præced. Tit. 1, §. 3, lit. a, dixi.

(*b*) MIXTA &c. De hac Quæſtione vid. ſeq. Tit. VII. §. 6.

4. Principia *Hiſtorica (a)* ſunt, quæ continent eorum narrationem, quæ variis temporum intervallis in Republ. Romano-German. acciderunt.

NOTÆ.

(*a*) HISTORICA &c. Laudes Hiſtoriæ diffundendi locus hic non eſt; *Ciceronis* effatum, cui lib. 2. de *Oratore*, §. 36, *teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, & nuncia vetuſtatis* vocatur, ſatis innuit, quam neceſſaria hîc ſit Hiſtoriæ, Germanicæ præcipuè, cognitio, ſine qua factorum momenta ponderari nequeunt, nec vitandorum imitandorumve produci exempla; Hinc & Ill. *Conringio*, in Epiſt. ad Celſiſſ. Principem, *Chriſtianum Ludovicum*, Ducem Brunſ. & Luneburg, libello *Taciti*, de *Moribus Germanorum*, præfixa, quæ inter Epiſtolas ejus ſeptimo loco venit, *lapis Lydius* dicitur, *amuſſis, & experientiæ compendium*, *ad quam omnes Leges, omniaque præcepta, ac pronunciata communia explorare, quemvis abſolutæ eruditionis affectatorem oporteat*. Uſum Antiquæ Hiſtoriæ Germanicæ oſtendit ibid. pag. 48 &c. Quid de monumentis domeſticis cenſendum? l. c. p. 51, &c, proponitur. Add. Exc. Dn. *Werlhof*, *Notit. Imp.* lib. 1. cap. 1. §. 34 &c. p. 11.

5. Hæc ſunt vel communia, vel propria. *Communia* dicimus, ubi non tantum habetur narratio eorum, quæ in nostra Republica, ſed & aliis Rebus publicis evenerunt: quo referimus cognitionem Hiſtoriæ univerſalis.

6. *Propria* dicimus, quæ exhibent inprimis Hiſtoriam Germanicam: & quidem primo, per Iſagogica & generalia, e. g. *Hulderici Mutii, (a) & ſimilia ſcripta.* (*b*) 2. Per ſeriem temporum, quam egregie ſervat, & oſtendit, in Tomis IV. rerum Germanicarum, *Schardius, (c)* cui addendi ſunt tres Tomi *Piſtoriani, (d)* unus *Urſtiſii, (e)* unus *Reuberi, (f)* tres *Freheri, (g)* qui quinque *(h)* conjunctim conficiunt nobile illud corpus hiſtoriæ Germanicæ. 3. Per ſyllogen actorum publicorum: qualia ſunt in *Goldaſti Reichshandlungen, (i)* & Politicis Imperialibus; (*k*) *Hortlederi (l)* actis publicis ſuperioris; *Lundorpii, (m)* hujus ſeculi. 4. Per Chronica Germanica varia (*n*), in quibus, ad hoc inſtitutum, peculiariter commendantur *Aventini (o)* annales, & *Chytræi* Chronica. 5. Per inedita, quæ in Archivis *(p)* paſſim aſſervantur, monumenta *(q)*, vid. Bœcl. *in Not. Imp. lib. 1. c. 4.*

NOTÆ.

(*a*) MUTII &c. Turgovio-Helveti, & Baſileenſis Gymnaſii Profeſſoris XXXI libri Chronici, de Germanorum prima origine, moribus, Inſtitutis, Legibus, & memorabilibus, pace & bello geſtis, omnibus omnium ſeculorum, ad annum usque 1539, *Baſileæ* prodierunt, poſtea *Hanoviæ* an. 1613, cura *Johannis Piſtorii*, Nidani, de quo ſeq. lit. d. eum verò in plurimis à delectus pariter & contextus accuratioris regula excidere, poſt *Bœclerum, in Præfat. ad lectorem, ſeriei Cæſarum German. præmiſſa*, rectè monet Doctiſſ. Dn. *Burchardus Gotthelfus Struvius, in Selecta Bibliotheca Hiſtorica*, Cap. VII, §. 1. p. 116, & Cap. VIII. §. 9. p. 197, ubi ſimul de vero ejus prænomine, *Hugwaldo*, non *Huldrico*, teſtatur, de quo concivis ejus, *Goldaſtus*, lib. 1. de *Regno Bohemiæ*, c. 2. §. 14, &, ex eo, Ampliſſ. Dn. *Herman. Diteric. Meibomius*, in Oratione, *de genuinis Hiſtoriæ Germanicæ fontibus*, An. 1701, Helmſtadii habita, p. 36, videndi.

(*b*) SCRIPTA &c. Quo referas (1) Chronica *Johannis Naucleri*, Præpoſiti Tubingenſis, ſuccinctim comprehendentia res memorabiles ſeculorum omnium ac

Gen-

Gentium, ab initio mundi usque ad annum Chriſti 1500, edit. Colon. An. 1614; priusquam ederentur, *Philippum Melanchthonem* partim diſponendo, partim augendo, partim etiam retexendo, id præſtitiſſe, ut lectio libri iſtius à multis expeteretur, nec fructu voluptateq; careret, poſt *Camerarium*, in vita *Philippi*, p. 16, docet *Gerhardus Ioh. Voſſius*, de *Hiſtor. Latinis*, lib. 3. cap. 10, p. 647. Appendicem 14 annorum adjecit *Nicolaus Baſelius*, quæ una cum Chronico an. 1516. Tubingæ, &, an. 1644, Coloniæ prodiit. Vid. *Voſſius* l. c. Dn. *Struvius* l. c. cap. 8. §. 9. p. 196. (2) *Marci Antonii Sabellici Enneades*, quibus Hiſtoriam mundi, ab initio ad annum usq; 1502, complexus eſt, editas an. 1534. Lugduni, & an. 1560. Baſileæ; *Ludovicus Vives*, lib. V. de *tradendis diſciplinis*, ſic de eo, & *Nauclero* judicat: *Principio legendus aliquis, qui, ab ultimis temporibus, ad noſtram memoriam, aut ei proxima, Hiſtoriam tenore uno contexat, ut ſummâ quâdam proponantur omnia. Is ſit ſanè vel Nauclerus, vel hoc copioſior, & purior, & diligentior, adde etiam, doctior, Antonius Sabellicus &c.* Vid. *Voſſius* l. c. cap. 12. p. 670, ubi aliorum quoq; judicia; Add. Dn. *Struvius* l. c. (3) *Jacobi Philippi Bergomatis* Chronicon, quod *Supplementum ſupplementi* vocat, deductum ob orbe condito ad 1485. edit. Brixiæ, quamvis Editio Veneta An. 1513. in annum usque 1503, & Pariſienſis in annum 1535 excurrant. Vid. *Voſſius* l. c. Cap. XI. p. 662, & 663, & Dn. *Struvius* l. c.; Aliosque benè multos, quorum nomina & ſcripta idem Vir. Ampliſſ. Dn. *Struvius* l. c. conſignat.

(*c*) SCHARDIUS &c. Simonis Schardii, Aſſeſſoris Cameræ Imperialis, Tomi IV. Scriptorum Rerum Germanicarum, primum Baſileæ, An. 1574, deinde, cum indicibus, curà Dn. *Hieronymi Thomæ*, Auguſtani, J. U. L. Gieſſæ, An. 1673, excuſi ſunt. Tom. I. continentur *Tacitus*, de *Moribus Germanorum*, cum Scholiis *Andreæ Althammeri*, & Commentariis *Iodoci Willichii*, atque *Henrici Glareani*; *Henrici Bebelii* ſcripta de Germania; *Joh. Trittenhemii* Lib. de *Origine Gentis Francorum*; *Æneæ Sylvii*, & *Sebaſtiani Münſteri* deſcriptiones Germaniæ &c. &c. Tom. 2. exhibet res geſtas ſub *Carolo V.* Imp. v. g. *Hartmanni Mauri*, *Georgii Sabini*, & *Henrici Cornelii Agrippæ* Tr. de Electione & coronatione Ejus; *Stephani Broderici* Hiſt. expugnatæ, an. 1527, Romæ, obſeſſæ, an. 1529, à Turcis Viennæ, & cladis Mohazenſis; *Nicolai Villagnonii* expeditionem Cæſaris in Tunetanos, &c. &c. *Tertius* complectitur ſcriptores rerum geſtarum ſub *Ferdinando* 1; & *Quartus* eos, qui Hiſtoriam *Maximiliani* 2 ſuppeditant; Conf. Dn. *Struvius* l. c. Cap. VII. §. 1. p. 111. &c.

(*d*) PISTORIANI &c. Johannes Piſtorius, Nidanus, Eccleſiæ Cathedralis Vratiſlavienſis Præpoſitus, SS. Theol. D. tres Tomos Scriptorum Rerum Germanicarum edidit, *Primum*, An. 1583, Francof. quo habentur (1) *Reginonis*, Abbatis Prumienſis, libri duo Chronicorum, à Nato Chriſto ad ætatem usque *Ottonis* 2 Imp. deductorum; (3) *Hermanni Contracti*, Veringenſis Comitis, Chronicon, ab orbe condito ad annum usque 1065; (3) *Lamberti Schaffnaburgenſis* Annales Rerum geſtarum Germanorum, à prima mundi ætate ad an. 1077; (4) *Anonymi*, Erphesfordenſis Monachi, Additiones ad Lambertum, ab an. 1068 ad 1472; (5) *Mariani Scoti*, Fuldenſis Monachi, libri tres Chronicorum, ab orbe condito ad an. 1083; (6) *Dodechini*, Abbatis S. Dyſibodi, Continuatio Mariani, ab an. 1084 ad 1200; (7) *Sigeberti Gemblacenſis* Chronographia, ab Anno Chriſti 381 ad An. 1112; (8) *Roberti de monte* Appendix ad Sigebertum, ab an. 1113 ad An. 1210; (9) *Siffridi*, Presbyteri Miſnenſis, libri duo Epitomes, ab An. 458 ad 1307; (10) Compilatio Chronologica, ſive Chronica excerpta, ab Auguſto usque ad An. 1474; (11) *Pauli Langii*, Monachi Bozavienſis, Chronicon Citizenſe, ab An. 868 ad 1515; (12) Hiſtoria Erphesfordienſis Anonymi de Thuringiæ Landgraviis. *Alter*, An. 1613, *Hanoviæ*, typis excuſus Wechelianis, continet (1) *Godefridi Viterbienſis* Chronica, à Mundi principio ad tempora *Henrici VI* Imperatoris; (2) *Werneri Rolewinkii* Faſciculum Temporum, omnia Antiquorum Chronica complectentem, ab orbe condito ad An. 1480; (3) *Johannis Linturii* Appendicem ad Faſciculum hunc, ab An. 1475 ad 1514; (4) *Mutii* libros Chronicorum XXXI, de quibus præced. lit. (*a*) dictum; Peculiari *Tomo*, An. 1607, *Francofurti*, ibidem an. 1653 recuſo edidit ſcriptores ſex, (1) *Magnum Chronicon Belgicum*, Auctore, vel Collectore Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium prope Nuſſiam Religioſo; confuſum chaos; ab An. domini 54 ad An. 1474; (2) *Wipponis* vitam *Chonradi Salici* Imp. (3) Libros tres Antiquitatum, ſive traditionum *Fuldenſium*; (4) *Sigismundi*, Religioſi, *Auguſtanum* Chronicon Eccleſiaſticum; (5) *Jacobi Manlii*, Brigantini, Chronicon Epiſcopatus *Conſtantienſis*, ab An. Chriſti 68 ad An. 1519, inde ad an. 1607 continuatum; (6) Chronicon Epiſcoporum *Mindenſium*, Authore incerto, ab an. 780 ad An. 1599. Conf. Dn. *Meibomius* l. c. pag. 22. Dn. *Struvius* l. c. pag. 114. &c.

(*e*) URSTISII &c. *Chriſtiani Urſtiſii*, Mathem. Profeſſ. Baſileenſ. Tomi duo Scriptorum Rerum Germanicarum, editi primum, An. 1585, Francoſ. typis Wechelianis, deinde, An. 1670, ibid. ſumptibus *Jacobi Godofredi Seyleri*, ſequentia exhibent; *Tom. I.* (1). *Ottonis* Epiſcopi *Friſingenſis*, Rerum, ab origine mundi ad ſua usque tempora, ſcil. An. 1146, geſtarum, Chronicon; (2) *Ottonis de S. Blaſio* ad Librum ſeptimum dicti Chronici Appendicem, in annum 1210 deductam; (3) *Hermanni Contracti* locupletius, & emendatius Chronicon priori, cujus modò ſub lit. d. memini, in annum 1066 continuatum; (4) *Bertoldi*, Presbyteri *Conſtantienſis*, Chronicon, ab an. 1054 ad 1100 extenſum; (5) Vitam & Epiſtolas *Henrici IV.* Imp. (6) *Ottonis Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Imp.* libros duos, ad an. usque 1155; (7) *Radevici*, Friſingenſis Canonici, libros duos continuatæ *Friſingenſis* hiſtoriæ hujus, ad an. usque 1160; (8) Appendicem ad *Radevicum*, ab an. 1160 ad 1170; (9) *Conradi* Epiſcopi Chronicon Rerum *Moguntiacarum*, ab an. 1140 ad 1250 perductum; (10) Monachi cujusdam *S. Juſtinæ Paduanæ*, de Rebus in Inſubribus &

Euga-

Euganeis, h. e. Lombardia, & vicina Marchia Tarviſana, ab an. 1207 ad 1270, geſtis, libros tres; *Tom. II* (1) *Annales Dominicanorum Colmarienſium*, ab an. 1211 ad 1302, (2) *Conradi Vecerii*, Secretarii Regii, de Rebus geſtis *Henrici VII.* Imp. libellum; (3) Anonymi Fragmentum Hiſtoricum, M. *Alberti Argentinenſis* Chronico in manuſcriptis Codicibus præfixum, referens hiſtoriam ab an. 631 ad 1268; (4) M. *Alberti Argentinenſis* Chronicon integrum, hiſtoriarum ſeriem exponens, à *Rudolpho I.* Imp. usque ad an. 1378; (5) Ejusdem Commentarium de rebus geſtis *Bertoldi à Buchecke*, Epiſcopi Argentoratenſis. Conf. Dn. *Struvius* l. c. §. VI. p. 130 &c. Dn. *Meibomius* l. c. pag. 23.

(*f*) REUBERI &c. *Juſto Reubero*, Conſil. Palat. debemus Tomum unum Veterum Scriptorum, primum An. 1584, Francof., poſtea verò An. 1619, Hanoviæ, cuſum; Contenta ſunt: Vita *Caroli Magni* Imp. authore *Eginhardo*,; (1) Annales Regum Francorum, *Pipini*, *Caroli Magni*, & *Ludovici Pii*, à quodam ejus ætatis Aſtronomo conſcripti, ab an. 741 ad 842; (3) *Johannis Turpini* Hiſtoriæ vitæ *Caroli Magni* & *Rolandi*; *Turpinum* autem ante *Carolum M.* jam obiiſſe, docet *Petrus Lambecius*, Tom. 2 *Commentar. Vindobon.* Cap. 5. p. 337, unde vel hoc argumento probanda libelli falſitas; (4) *Luithprandi*, *Ticinenſis* Eccleſiæ Levitæ, libri VI. Rerum, per Europam, ab Imperatoribus & Regibus, maximè ab *Ottone Magno*, geſtarum; (5) Panegyricus *Hroſuithæ*, Illuſtris & Clariſſimæ Virginis, & Monialis, Gente Saxonica ortæ, verſu Hexametro, in laudem & geſta *Ottonis Magni* Imp. (6) Vita & Epiſtolæ *Henrici IV* Imperat. (7) Ejusdem Imperatoris bellum contra Saxones, Heroico Carmine deſcriptum; (8) *Roberti* Monachi, de Chriſtianorum Principum in Syriam profectione, &, poſt devictos Saracenos, Hieroſolymitani, libri octo; (9) *Güntheri Poetæ Ligurinus*, ſeu opus de geſtis *Friderici I.* Imperat. lib. X, cum Scholiis *Jacobi Spigelii* Seleſtadienſis; (10) *Conradi* Epiſcopi Chronicon *Rerum Moguntiacarum*, imperantibus *Friderico I*, & Ejus Succeſſoribus Cæſaribus, ad *Fridericum* 2 usque, ab anno ſcil. 1140 ad 1250, geſtarum; (11) *Conradi Vecerii* Libellus de rebus geſtis *Henrici VII.* Imperat. (12) *Ricardi Bartholini*, Peruſini, de Bello Norico, ad *D. Maximilianum* Auſtriados libri duodecim, cum Scholiis prædicti *Spigelii* &c. Conf. Dn. *Meibomius* l. c. pag. 22 & 23. & Dn. *Struvius* l. c. §. 2. p. 117 & 118.

(*g*) FREHERI &c. *Marquardi Freheri*, Conſiliarii Palatini, Tomi tres Scriptorum Veterum diverſis prodierunt temporibus; *Primus* quidem *Francofurti*, an. 1600, & poſtea, An. 1624, continens eos, qui res, à *Carolo Magno* ad *Fridericum III.* usque, conſignarunt, ſcil. (1) *Annales Francorum Fuldenſes*, ſive Geſta Francorum ab An. Domini 714 ad 900, in *Fuldenſi* cœnobio ſcripta; (2) Chronicon *Laurishamenſe*, à prima Cœnobii fundatione, per *Cancronem*, Comitem Rhenenſem ſub *Pipino* Rege, usque ad annum Domini 1179 deductum; (3) *Brunonis* Hiſtoriam de Bello Saxonico, qua deſcribuntur *Henrici IV.* Imp. adoloſcentia, Ejus Bella cum Saxonibus, itemque electio *Rudolphi* & *Hermanni*, Anti-Cæſarum, ab An. Dn. 1073 ad An. 1082; (4) Librum Apologeticum *de Unitate Eccleſiæ conſervanda, & Schismate, quod fuit inter Henricum IV. Imp. & Gregorium VII, Pontificem Maximum*, Authore *Venerico Vercellenſi*, vel, ut alii putant *Waltramo Numburgenſi*; (5) *Burchardi*, Notarii Imperatoris, ad Nicolaum, Sigebergenſem Abbatem, de Victoria *Friderici* Imperat. & excidio Mediolanenſi Epiſtolam, de An. 1162; (6) *Gothefridi*, Monachi *S. Pantaleonis*, apud *Coloniam Agrippinam*, Annales, ab An. 1162 ad An. 1237; (7) *Friderici* 2 Imp. epiſtolas quasdam, tempore Schismatis ſcriptas; (8) *Matthæi Mareſchalli de Pappenheim Chronica Auſtralis Antiqua Excerptum*, ab An. D. 852 ad Annum usque 1326; (9) *Auſtralis Hiſtoriæ partem pleniorem*, de Geſtis ſub *Rudolpho*, *Adolpho*, & *Alberto*, Cæſaribus, ab An. 1276 ad An. 1303; (10) *Ex Chronica Auguſtenſi antiqua Excerptum*, per eundem Pappenheimium, ab An. 973 ad an. 1104; (11) *Aliam partem Chronicæ Monaſterii SS. Udalrici & Afræ, apud Auguſtam Vindelicorum*, ab An. Dn. 1152 ad An. 1265; (12) *Hainrici Steronis*, Monachi Altahæ Inferioris, *tranſcripta & excerpta ex Chronica Cœnobii ſui*, Rerum ab An. 1266 usque ad An. 1300, ſub Imperatoribus, *Rudolpho*, *Adolpho*, *Alberto*, & *Henrico VII*, geſtarum, cum appendice *Ulrici* & *Conradi Wellingorum* Fratrum, usque ad An. 1334; (13(*Hainrici* Monachi in *Rebdorff*, Rerum, ab An. 1295, ſub *Adolpho*, *Alberto*, *Friderico*, *Ludovico Bavaro*, in quo potiſſimum ſe diffundit, & *Carolo IV.* Imperatoribus, usque ad An. 1363 geſtarum Annales; (14) Chronicon *Elwangenſis* Monaſterii, ab An. 1095 usque ad An. 1477, per antea laudatum Pappenheimium excerptum; (15) Fragmentum de *Laurishamenſis* Cœnobii in alium ſtatum converſione, ſub *Friderico* 2. Imp. (16) *Tagenonis*, Decani Patavienſis, deſcriptionem Expeditionis Aſiaticæ in Turca, *Friderici I.* Imperat. (17 Rhythmos pervetuſtos de obitu *Henrici VII.* Imperat. (18; *Ludovici Bavari* Imp. Reſponſionem, contra *Johannis XXII.* P. R. Bullam, Jura Regni & Imperii concernentem; (19) Aliam Informationem de Nullitate Proceſſuum *Johannis XXII.* P. R. contra laudatum Cæſarem; (20) Diplomata quædam ejusdem Imperatoris, *Caſtrucium*, Lucanum Ducem, reſpicientia. Quæ ſex fragmenta poſteriora Appendicem Tomi I. conſtituunt; *Alter*, An. 1602, & rurſus, An. 1637, *Francof.* excuſus, complectitur Authores, qui Hiſtoriam Germanicam, *Friderico III.* & *Maximiliano* Imperatoribus, literis mandarunt, ſcil. (1) E *Laonici Chalcondylæ*, Athenienſis, Hiſtoria Rerum Turcicarum locum inſignem de Germania; (2) *Ulrici Hutteni*, Eq. Franci, Carmen Heroicum *de non degeneri Statu Germanorum*; (3) *Benevenuti de Rambaldis*, *Imolenſis*, librum Auguſtalem, à *Cajo Julio Cæſare* usque ad *Maximilianum I*; Reliquorum nomina, magno numero, extant ap. Dn. *Struvium* l. c. §. 7, p. 121 &c; *Tertius*, An. 1609, *Hanoviæ*, prelo ſubditus, exhibet in primis Hiſtoriam *Caroli V*; Elenchum Authorum, magno catalogo, habes ap. Dn. *Struvium* l. c. p. 124. &c.

Digitized by Google

(*h*) QVINQVE &c. Adde his, præter *Laurentii Surii*, Carthuſiani, *Henſchenii*, & *Papebrochii* Vitas Sanctorum, (1) *MELCHIOREM GOLDASTUM ab Haimensfeld*, Helvetum Nobilem, cujus *Tomi tres Rerum Alamannicarum* Francofurti, an.1661, prodierunt; *Primo* ſiſtuntur (1) *Hepidanni*, Cœnobitæ S. Galli, Annales breves Rerum in Alamannia geſtarum, ab An. Dn. 708 ad An. 1048; (2) *Ratperti*, Monachi S. Galli, Liber *de Origine & diverſis Caſibus Monaſterii S. Galli in Alamannia*, ad annum uſque 883; (3) *Ekkehardi Junioris*, Cœnobitæ S. Galli, Liber *de Caſibus Monaſterii S. Galli*; (4) *Burkhardi*, Monachi S. Galli, Liber de Caſibus ejusdem Monaſterii; (5) *Cunradi de Fabaria*, Presbyteri *S. Othmari*, Liber de Caſibus ejusdem Monaſterii, cum catalogo Abbatum ejus; (6) Anonymus de Officialibus Abbatis *S. Galli*; (7) *Bertholdi*, Monachi, Annotatio de Abbatibus *S. Galli*, (8) *Joachimi Vadiani* Chronologia Abbatum *S. Galli*; ab an. 614 ad 1530; (9) Ephemerides Monaſterii S. Galli; (10) *Johannis Georgii Tibiani* Panegyricon ſuper Laudibus Acronii Lacus in Alemannia, & ejusdem Civitatum; (11) *Goldaſti* Gloſſæ in ſcriptores prædictos de Caſibus S. Galli; (12) W*alafridi Strabi*, Abbatis Augienſis, libri duo de vita *S. Galli Confeſſoris*; (13) Vita *S. Othmari* Abbatis, eodem Authore; (14) *Iſonis* Magiſtri Cœnobitæ S. Galli, de Miraculis *S. Othmari*, libri duo; (15) *S. Theodori* Eremitæ, de Vita *S. Magni* Confeſſoris, Sodalis ſui, libri duo, cum additamento *Ermenrici*, *Elewangenſis* Monachi; (16) Anonymi Vita *S. Findani* Confeſſoris; (17) *Hepidani*, Cœnobitæ S. Galli, de Vita *S. Wiboradæ*, Virginis, & Martyris, Libri duo; (18) *Ekkehardi Minimi*, Decani S. Galli, Vita B. *Notkeri Balbuli*; (19) Anonymi Vita *S. Fridolini* Confeſſoris; (20) *Goldaſti* Gloſſæ in hos Scriptores. Tomus *Secundus* complectitur (1) Legem Alamannorum, regnante Lothario, conſentientibus 33 Epiſcopis, 34 Ducibus, & 72 Comitibus, latam; (2) Chartarum & Inſtrumentorum veterum Alamannicorum Centuriam unam; (3) *Joachimi Vadiani* de *Obſcuris Alamannicorum Verborum Significationibus* Epiſtolam ad *Henricum Bullingerum*; (4) *Ruodeperti*, Magiſtri S. Galli, Epiſtolas; (5) *Hrabani Mauri*, Abb. Fuld. Gloſſas Latino-Barbaricas de Partibus humani corporis; (6) Eundem, de Inventione Linguarum, ab Hebræa uſque ad Theodiſcam, & notis antiquis; (7) *Keronis*, Monachi S. Galli, *interpretationem Vocabulorum Barbaricorum*, ſive *Alamannicorum*; (8) *Remedii*, *Curienſis* Epiſcopi, Canones 49, juſſu *Caroli Magni* ex Pontificum Epiſtolis excerptos; (9) *Symbolum* Veteris Alamannorum Eccleſiæ; (10) Confeſſionem ejusdem Eccleſiæ; (11) Litaniam cum oratione ejusdem Eccleſiæ; (12) *Benedictiones* ejusdem Eccleſiæ; (13) *Fraternitates* ejusdem Eccleſiæ; (14) *Anniverſarios* ejusdem Eccleſiæ; (15) Genealogiam *Kiburgenſium* Comitum. *Tertio* continentur (1) *Joachimi Vadiani*, Conſulis S. Gallenſis, *de Collegiis & Monaſteriis Germaniæ veteribus*, libri duo; (2) *Bartholomæi Schobingeri* Additiones ad *Vadianum*; (3) *Johannis Comandri* Epiſtolæ ad *Vadianum* tres; (4) Ejusdem *Vadiani* liber imperfectus *de Primitiva Eccleſiæ ſtatu*, ſeu *Chriſtianiſmi ætatibus*; (5) Ejusdem Epiſtola de *Conjugio Servorum* ad *Johannem Zuickium*, cum hujus Reſponſoriis, & *Leonis Judæ*, de *Divortio*, epiſtolis; (6) *Johannis Kesleri* Bibliotheca.

(2) Ejusdem *Tomos tres*, An. 1668, ſumptibus Zunnerianis, editos, de *Monarchia S. R. Imperii*, repletos Tractatibus de *Jurisdictione Imperiali*, [*Regia*] *& Pontificia, ſeu Sacerdotali, deque poteſtate Imperatoris, ſive Regis, ac Papæ, eum diſtinctione utriuſque Regiminis, Politici & Eccleſiaſtici, ex ſingulari mandato Imperatorum Romanorum, & Græcorum, nec non Regum Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Hungariæ, Angliæ, Bohemiæ &c,* à *Catholicis Doctoribus conſcriptis*; quorum *primus* continet 30; *ſecundus* 71; & *tertius* 44; eminentibus inter eos, *Tom. I*, (1) *Eutropio*, Presbytero Longobardo, Tr. *de Juribus ac Privilegiis Imperatorum in Imperio Romano*, an. 900; (2) *Guilielmo de Ockam*, Anglo, Doctore Pariſino, ex Ordine Minorum, Diſput. *Super poteſtate, Prælatis Eccleſiæ, atque Principibus Terrarum commiſſa*, ſub forma Dialogi inter Clericum & Militem, temporibus *Bonifacii VIII* ſcripta; (3) *Johanne de Gauduno*, Doctore *Peruſino*, informat. de *Nullitate Proceſſuum Papæ Johannis, contra Ludovicum Bavarum, Imperatorem* an. 1338; (4) *Nilo*, Archi Epiſc. *Theſſalonicenſi*, Lib. II de *Primatu Papæ*, An. 1360; (5) *Rudolphi Prællei*, Conſiliarii Regii, & in Pariſienſi Curia Magiſtri Libellorum Supplicum, Tractatu de *Poteſtate Pontificali, & Imperiali*, ſeu *Regia*; (6) *Philothei Achillini*, Conſiliarii Regii in Gallia, *Somnio Viridarii*, ſeu Dialogo inter Militem & Clericum, ſuper *Jurisdictione Regia & Sacerdotali*, Lib. II; (7) Pariſienſis, Oxonienſis, Pragenſis, & Romanæ Univerſitatum Epiſtola *de auctoritate Imperatoris, in ſchismate Paparum tollendo, & vera Eccleſiæ libertate adſerenda*, An. 1380; (8) *Johannis Huſſi*, Theol. & Rectoris in Academia Pragenſi, Determinatione, de *Ablatione Temporalium à Clericis*, An. 1410; (9) *Barlaami* Monachi Libello de *Papæ Principatu*; (10) *Johanne Gerſone*, Cancellario Pariſienſi, de *Excommunicationis Valore*; (11) *Antonii de Roſellis*, JCti Aretini, & Conſiliarii Cæſarei ac Pontificii, *Monarchia*, ſive Tractatu *de Poteſtate Imperatoris & Papæ*, tempore *Sigismundi* Cæſ. ſcripto; (12) *Gregorii de Heimburg*, JCt., & Archiduci Auſtriæ à conſiliis, *Admonitione*, de *Injuſtis uſurpationibus Paparum*, ad Imperatorem, Reges, & Principes Chriſtianos, ſive *Confutatione Primatus Papæ*, imperante *Friderico III*, ſcripta; (13) Weſſeli Groningenſis, Theol. D., qui *Lux Mundi* dictus, Tractatu de *Dignitate, & Poteſtate Eccleſiaſtica, de vera & recta obedientia, & quantum obligent ſubditos Mandata, & ſtatuta Prælatorum*, 1476; Ejusdem Reſponſione *de Poteſtate Pontificis in Indulgentiis*; (14) *Jacobi Almain*, Senonenſis, Theol. D. Pariſ., Expoſitione *de ſuprema poteſtate Eccleſiaſtica, & Laica*, An. 1512; (15) B. *Rhenani*, Patricii Seleſtadienſis, Præfatione, in *Marſilii Patavini Defenſorem Pacis*, An. 1522; (16) *Claudii Gouſtai*, Prætoris Senenſis, Tract. de *Poteſtate Regia, Carolo IX.*, R. Gall., dicato; (17) J. C. G. de *Libertate*

Eccle-

Eccleſiaſtica; (18) *Stephani* Wintonienſis, Epiſcopi, Oratione de *Vera obedientia*; (19) *Johanne Bekinſau*, Anglo, *de ſupremo & abſoluto Regis Imperio*, ad *Henricum* VIII. Regem; *Tom.II*, (1) *Agobardi*, Lugdun. Archi Ep. Tr. de *Comparatione utriusque Regiminis, Eccleſiaſtici & Politici*; (2) *Petri Damiani* Cardinalis Tr. de *correctione Papæ & Epiſcopi*; (3) ejusdem diſceptatione ſynodali inter Imperii Romani Advocatum, & Eccleſiæ Romanæ defenſorem, de *Electione P. R.*; (4) B. *Bernhardi* Epiſt. de *Juribus Imperii & ſacerdotii*; (5) ejusdem Lib. V. de *Conſideratione*, ad *Eugenium III*, P. R.; (6) *Innocentii III.* P. R. Decretali, *pro Jure Regis & Regni Francorum*; (7) *Radulphi Columnæ*, Canonici Carnotenſis, Tr. *de Translatione Imperii*; (8) *Marſilii Menandrini Patavini* de eadem Translatione; (9) ejusdem *Defenſore Pacis, de Poteſtate Imperiali & Papali*; (10) *Guilielmi Ockami* Octo Quæſt. *ſuper poteſtate Papæ*; (11) ejusdem Dialogo de *Poteſtate Imperiali & Papali*; (12) ejusd. *Compendio Errorum Johannis* 22 P. R. de *Utili dominio rerum Eccleſiaſticarum*, (13) ejusdem *opere nonaginta dierum de utili dominio rerum Eccleſiaſticarum*; (14) *Michaëlis Cæſenatis*, Magiſtri generalis Ordinis Minorum, Tractatibus *contra errores Johannis Papæ, ſuper utili dominio Eccleſiaſticorum*; (15) *Petri Cugnerii*, Conſil. Regii, & *Petri Bertrandi*, Archi Ep. Senonenſ. Actione, coram Rege habita, de *Jurisdictione Eccleſiaſtica & Politica*; (16) *Franciſci Petrarchæ*, Canonici Senenſis, Epiſtolis, de *Juribus Imperii Romani adverſus Papam*; (17) *Theodorici Niemi*, Epiſc. Camerac., Excerptis de *Poteſtate Imperiali & Papali*; (18) *Johannis*, Cardin., & Epiſc. Leodienſis, Epiſtola de *Obedientia, quat. Papæ ſit præſtanda*; (19) *Joh. Gerſonis* Tr. de *Poteſtate Eccleſiaſtica*, cum aliis Tractatibus ejusdem argumenti bene multis; (20) Facultatis Theologicæ Pariſienſis Decretis de *Poteſtate Eccleſiaſtica, & Primatu P. R.* (21) *Æneæ Sylvii*, poſtea *Pii* 2, Tr. *de ortu & auctoritate Romani Imperii*; (22) *Sigismundi* Archiducis Proceſſu *contra Pium ſecundum*; (23) *Gregorii de Heimburg* Scholiis in Breve dicti Papæ *ſuper Excommunicatione*, cum aliis Tractatibus ejusdem materiæ; (24) *Joh. Franciſci Pico, Mirandulæ* Comitis, Apologia pro *Savonarola, contra Excommunicationem Papalem*; (25) Turonenſis & Piſani Conciliorum Decretis, *contra plenitudinem poteſtatis Papalis in temporalibus*; (26) *Philippi Decii*, Conſiliarii Regii in Gallia, Conſilio, *pro Auctoritate Concilii generalis ſupra Papam &c*; Tom. III. (1) *Franciſci Guicciardini*, Patricii Florentini, diſcurſu *de origine poteſtatis ſecularis in Romana Eccleſia*; (2) Anonymi Angli opere eximio *de Vera differentia Regiæ poteſtatis, & eccleſiaſticæ*; (3) *Franciſci Hotomanni Fulmine bruto Papæ Sixti V, adverſus Henricum R. Gall.*; (4) Anonymi Pio conſilio *ſuper Papæ Monitorialibus Bullis, & excommunicationis, ac Interdicti in Regem, Eccleſiam, & Regnum Galliæ minis*; (5) *Ludovici Servini* JCt. *Vindiciis, ſecundum libertatem Eccleſiæ Gallicanæ, & Regii ſtatus*, Ejusdemque *Commonefactione & Poſtulationibus, adverſus librum Bellarmini, de Poteſtate ſummi Pontificis in Temporalibus, cum Arreſto Parlamenti*; (6) *Jacobi Leſchaſſerii*, Advocati Regii, Tr. de *Libertate antiqua, & Canonica Eccleſiæ Gallicanæ*; (7) *Leonhardi Donati*, Duc. Venet., Edicto contra injuſtam *Pauli V.* Bullam; (8) *Pauli, Servitæ* Monachi, Conſiderationib. cenſurarum *Pauli V*, contra Rempubl. Venetam; (9) *Antonii Quirini, Marci Antonii Peregrini, Marci Antonii Othelii, Joachimi Scalni, Johannis Marſilii*, aliorumque Tractatibus pro Republica Veneta, contra Papam; (10) *Octavii Meneni*, JCt. & Præfecti Cenetenſis, Oratione *de Immenſa Curiæ Romanæ potentia moderanda*; (11) *Philippi* 2, R. Hiſp., Edicto, contra Tractatum Cardinalis *Baronii* de *Monarchia Siciliæ*; (12) *Guilielmi Barclaji*, JCt. Pontomoſſani, Tr. de *Poteſtate Papæ, quoad Reges & Principes ſeculares*; (13) *Benigni Milletoti*, Conſil. Regii, Tr. de *Legitima Judicum ſecularium poteſtate in Perſonas Eccleſiaſticas*; (14) *Emundi Richerii*, Syndici & Doctoris Sorbonæ, Libro de *Poteſtate Eccleſiaſtica, & Politica*; (15) *Johannis Bedæi de la Gormandiere*, Advocati Pariſienſ., Tract. *de Jure Regum, contra Bellarminum, & alios Jeſuitas*; (16) Anonymi *Commentatione ad Bellarmini librum de Temporali Poteſtate Papæ*, (17) *Johannis Barclaji Vindiciis publicis pro Regibus & Principibus, atq; privatis, pro Guilielmo Barclajo, Parente, adverſus Bellarminum.*

(3) ERPOLDI LINDENBROGII, Baſilicæ Hamburgenſis Canonici, *Scriptores Septentrionales*, prima vice, An. 1629, *Francofurti*, altera verò, *Hamburgi*, An. 1706, curâ Viri Doctiſſimi, Dn. *Joh. Alberti Fabricii*, D. & Prof. Hamburg., excuſos, quorum ſequens elenchus. [1] *M. Adami* Hiſtoria Eccleſiaſtica, referens propagatæ Religionis geſta, à tempore *Caroli Magni* ad *Henricum IV.* uſque; [2] Ejusdem Libellus de *Situ Daniæ*, & reliquarum, quæ trans Daniam ſunt, Regionum; [3] Incerti Auctoris Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium, à tempore *Caroli Magni* uſque ad *Carolum IV*; [4] Vetus ſcriptum de Eccleſia Bremenſi; de *Benedicto V.* Pontif. Max., Hamburgum ab Imperatore in exilium relegato, Narratio. [6] Poëma antiquum de *Vicelino* Epiſcopo; [7] Privilegia Archi-Eccleſiæ Hammaburgenſis; [8] Auctarium Privilegiorum & diplomatum veterum, collectioni Lindenbrogianæ recens adjunctum; [9] Incerti Auctoris Chronica Slavica; [10] *Helmoldi*, Presbyteri Buzovienſis, Chronicæ Slavorum Supplementum; [11] Incerti Authoris Annales, ſive Chronica Sclavica; [12] *Erici*, Daniæ Regis, Hiſtorica narratio de Origine Gentis Danorum, deque Regum Gentis rebus geſtis.

(4) HENRICI CANISII, Prof. Jur. in Academia Ingolſtadienſi, *Antiquarum Lectionum* Tomos ſex, edit. *Ingolſtadii* An. 1601, 1602, 1603 & 1604; Elenchus Tractatuum, quos comprehendunt, extat apud *Morery*, in Dictionario, voc. *Caniſius*, p. m. 38 & 39; præcipui eorum ſunt, *Tom. I*, 67 Epiſtolæ *Alcuini*; *Proſperi* Chronicon; *Weingartenſis* Anonymi, *de Guelfis Principibus*, Chronicon; Ejusdem Chronicon, à nato Chriſto, ad annum uſque 1197; Annales *Henrici Steronis*, ab

Digitized by Google

An. 1142 ad 1273; Annales *Eberhardi Altaſſenſis*; Hiſtoria *Caroli Magni*, Auctore Monacho S. Gallenſi; *Hermanni Contracti* Chronicon &c., *Tom. II*, Vita *S. Emerani*, per *Meginfredum* & *Arnolfum*; Vita *S. Lamberti*; Geſta Epiſcoporum Salisburgenſium &c., *Tom. III*, *Hippolyti Thebani* Chronicon; Annalium Francicorum fragmentum, ab An. 741 ad 793; *Johannis Raguſini*, Ord. Prædicat., Oratio in Concilio Baſileenſi &c. &c., *Tom. IV*, *Johannes de Polemar*, contra Articulum IV. Bohemorum, *de Civili dominio Clericorum*; Vita *S. Bonifacii*, per *Willibaldum* & *Otholonum* Fuldenſem; Vita *S. Willibaldi*; Chronici *Thadæi* fragmentum &c., *Tom. V*, *Friderici I.* expeditio Aſiæ; *Theodorici* Thuringi, Ord. Prædic., Lib. VIII. de *Vita S. Eliſabetha*; De *Adelaide*, Conjuge *Ottonis I*, Epiſtolæ *Fauſti* Regienſis, & *Deſiderii* Cadurceni; Synodus *Auguſtana*, An. 952, & *Engilenheimenſis*, An. 948 &c., *Tom. VI*, Epitome Bellorum, pro recuperatione Terræ Sanctæ; Vita *S. Henrici* Imperatoris; Epitome Canonum, quam *Adrianus I. Carolo Magno* Romæ obtulit; Monumenta Salisburgenſia; Chronica Salisburgenſia &c. &c.

(5) HENRICI MEIBOMII *Rerum Germanicarum* Tomos tres, ſumptibus Hammianis, An. 1688, Helmſtadii excuſos, quorum *Primus* ſiſtit [1] *Theodorici de Niem*, Epiſcopi Verdenſis, & Cameracenſis, Hiſtoriam de Vita *Johannis XXIII*. P. R. cum Notis; [2] *Gobelini Perſonæ*, Decani Bilſeldenſis, *Coſmodromium*, ſive Chronicon Univerſale, ab Orbe Condito uſque ad an. 1418, cum Notis; [3] *Leboldi à Northof*, Equip. Marcani, *Origines Marcanas*, ſive Chronicon Comitum de *Marca*, & *Altena*, unde Duces Juliacenſes, Clivenſes, & Bergenſes, cum Notis; [4] *Gerhardi*, Præpoſiti *Stederburgenſis*, de rebus geſtis *Henrici Leonis*, Duc. Sax. & Bavar., Narrationem hiſtoricam, cum Notis; [5] Anonymi Chronicon *Stederburgenſe*; [6] *Henr. Meibomii* Orationem de *Henrico Leone*; [7] *Andronici* 2. Imp. Conſtantinop., *Auream Bullam*, datam *Henrico*, D. Brunſ. & Luneb. An. 1330; [8] *Hermanni de Lerbeke*, Monachi Dominicani, Domus S. Pauli Mindenſis, Chronicon *Comitum Schaumburg*, cum Notis; [9] Anonymi Chronicon *Mindenſe* ab An. 780 ad annum 1474, cum Additionibus; [10] *M. Juſtini* Lippienſis Poëma de Primordiis Comitatus *Lippienſis*, & rebus geſtis aliquot Comitum; [11] *Henrici* Aquilopolenſis Hiſtoriam Comitum *Schaumburgenſium*, ac *Hamburgenſis* Civitatis; [12] Eundem de Primordiis *Lubicanæ* Urbis; [13] *Witichindi*, Monachi *Corbejenſis*, libros tres Annalium, cum Notis; [14] *Hroſwita* Monialis Poëma panegyricum in laudem & geſta *Ottonis I.* Imp. [15] Erectionem Eccleſiæ *Magdeburg*: [16] Diplomata *Ottonis I.* Imp. [17] Chronicon *Corbejenſe*; [18] de Translatione *S. Viti*, & inſtitutione *Novæ Corbejæ*; [19] *Henrici Roslæ*, Nienburgenſis, Bellum *Herlingsbergicum*; [20] *Tiderici Langen*, Canonici Einbeccenſis, Saxoniam; *Tom. Secundus* [1] *Leboldi à Northof* Catalogum Archi-Epiſcoporum *Colonienſium*, [2] *Henrici Wolteri*, Canonici S. Anſcharii, Chronicon Archi-Epiſcopatus *Bremenſis*; [3] Chronicon *Raſtedenſe*; [4] *Johannis Sciphoweri* Chronicon Archi-Comitum *Oldenburgenſium*; [5] *Erdwini Erdmanni* Chronicon Epiſcoporum *Oſnabrugenſium*; [6] Anonymi Chronicon *Magdeburgenſe*; [7] Anonymi Narrationem de rebus geſtis *Alberti*, D. Brunſ. & Epiſcopi Halberſtad; [8] *Alberti Crummedyckii*, Epiſcopi Lubecenſis, Chronicon Epiſcoporum *Lubecenſium*, cum Continuatione Anonymi; [9] *Andreæ Hoppenrodii* Annales *Gernrodenſes*; [10] *Henrici Bodonis* Chronicon *Gandersheimenſe*; [11] *Johannis de Polda* Chronicon *Hamelenſe*; [12] Chronicon Monaſterii *S. Michaëlis* Hildeſienſis; [13] Chronicon Monaſterii *Lothenſis*, diœceſ. Mindenſ. [14] Chronicon Monaſterii *Hujesburgenſis*; *Tom. III* (1) *Irminſulam Saxonicam*, (2) Vindicias *Billingianas*; (3) demonſtrationem Ducum Saxoniæ ante *Hermannum Billingum*; (4) Hiſtoriam *Bardewici*; (5) Carmen heroicum de *Bardewico* deſtructo; (6) Commentarium de Pagis Saxoniæ; (7) Apologiam pro *Ottone IV*. Imp.; (8) Diſſert. de Jure Inveſtituræ Epiſcopalis; (9) Diſſert. de Jure Cæſarum Germanicorum, in decedentium majorum Prælatorum relictis poſſeſſionibus; (10) *Thaſſilonis*, D. Bavar. Diploma, Monaſterio *Crebſmunſter* datum; (11) Varia diplomata de Erectionibus Ducatus *Brunſuic.*, & *Luneburg.*, Principatus *Hennebergenſis*, Ducatus *Lucani*, *Luzenburgici*, & *Holſatici*; (12) Orationem de Academiæ *Juliæ* primordiis; (13) Orationem de origine *Helmſtadii*; (14) de origine, dignitate, & officio Cancellariorum Academicorum; (15) Chronicon *Marienthalenſe*; (16) Chronicon *Bergenſe* ad Albim; (17) Chronicon *Riddagesbuſanum*; (18) Diſſert. de *Friderico*, D. Brunſ., in Imperatorem electo; (19) Diſſert. de *Patria Hugonis de S. Victore*.

(6) SIMONIS SCHARDII *Syntagma Tractatuum de Imperiali Juriſdictione, Authoritate, & præeminentia, ac poteſtate Eccleſiaſtica, deque Juribus Regni & Imperii*, *Argentorati*, An. 1609., excuſum; Tituli hi ſunt: (1) Liber de Unitate Eccleſiæ conſervanda, & Schismate inter Henricum IV. Imp., & *Gregorium VII*. P. R.; (2) Epiſtola Leodienſium, adverſus *Paſchalem* 2., P. R., de An. 1107; (3) *Walthrami*, Epiſc. *Numbergenſ.* Tract. de Inveſtitura Epiſcoporum, per imperatores facienda; (4) Diſputatio inter Clericum & Militem, tempore *Bonifacii VIII*. R. P ſcripta, de Poteſtate, Prælatis Eccleſiæ, atque Principibus terrarum commiſſa; (5) *Dantis Aligherii* Monarchia, imperante *Ludovico Bavaro*, congeſta; [6] *M. Jordanis* Chronici de Translatione imperii in Germanos; [7] *Johannis de Pariſiis* Tract. de Poteſtate Regia & Papali; [8] *Marſilii Patavini* Tract. de Translatione Imperii; [9] *Radulphus de Columna* de eadem Translatione; [10] *Lupoldus de Babenberg* de Juribus Regni & Imperii Romani; [11] ejusdem libellus de Zelo Catholicæ ſidei Veterum Principum Germanorum; [12] *Franciſcus de Zabarellis*, Cardinalis, de Schiſmatibus authoritate Imperatoris tollendis; [13] *Theodoricus à Niem* de Privilegiis & Juribus Imperii, circa Inveſtituras Epiſcopatuum, & Abbatiarum; [14] *Nicolai de Cuſa*, Cardin. libri tres de Concordia Catholica, Baſileenſi Conci-

lio oblati; (15) *Æneæ Sylvii* libellus de Ortu & authoritate Imperii Romani, ad *Fridricum III.* Imp.; (16) *Laurentii à Valla,* Patricii Romani, declamatio de falſa donatione *Conſtantini*; (17) *Michaëlis Coccinii* Opuſculum de Translatione Imperii à Græcis ad Germanos; (18) *Simonis Schardii* liber unus de Principum, quibus electio Imperatoris in Germania commendata eſt, origine, ſeu Inſtitutione.

(7) REINERUM REINECCIUM, Prof. Helmſtad. qui (1) *Wittikindi*, Corbejenſis Monachi, Annales per *Martinum Frechtium*, Theol., *Baſileæ* primum, an. 1532, editos, An. 1578, *Francofurti*, recudi fecit, accedente, an. 1621, tertia editione Meibomiana; (2) *Helmoldi* Chronicon Slavicum, quod *Sigismundi Schorckelii* cura, An. 1556, *Francof.* prodiit, An. 1581, ibid. publici fecit Juris; (3) Poëtæ Saxonis libros V de vita *Caroli Magni*, An. 1594; (4) *Ditmari* Merſeburgici libros 7. Chronicorum, *Francof.* An. 1580; (5) *Alberti Stadenſis* Chronicon, ab orbe condito ad an. 1256; (6) Monachum *Pegavienſem*, ſive Hiſtoriam de Vita, & rebus geſtis *Wiperti*, March. Luſatiæ, & Burggravii Magdeb., ab An. 1040 ad an. 1124. aliaque.

(8) JOACHIMUM JOHANNEM MADERUM, Hanoveranum, quo curante, (1) An. 1665, *Helmſtadii*, lucem aſpexit *Chronicon Montis Sereni*, ſive *Lauterbergenſe*, ab An. 1124 ad 1212, cum Fundationibus quorundam Germaniæ Monaſteriorum, ſcil. *Wiſſenburgenſis*, per *Dagobertum*, Regem Francorum; *S. Petri* in Erfurdia; *Cellæ Paulinæ*; *Montis Sancti*; *Althæ*; *Montis S. Petri prope Roſenheim*; *Benedictenburn*; *Boſaugienſis*; *Prumienſis*; *Selgenſtadenſis*; *Quedlinburgenſis*; *S. Johannis Baptiſtæ* prope Magdeburgum; B. Virginis *Mariæ* in *Schuttern*; Canonicorum Regularium in *Kyrbgarten*, prope Wormatiam; S. *Walpurgæ* in Sacra Sylva; *Kunigesbergenſis*; *Ebersheimenſis*; (2) *Ditmarus Merſburgicus*, ibid. An. 1667; (3) *Adamus Bremenſis*, cum appendice 24 Diplomatum, & aliorum documentorum, ibid. An. 1670; (4) *Haymonis*, Epiſcopi *Halberſtadenſis*, libri decem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ibid. An. 1671; (5) Chronicon M. *Theodorici Engelhuſii*, Eimbeccenſis, Presbyteri in Wittenborch, ab orbe condito uſque ad An. 1420, ibid. eodemque anno; (6) *Gervaſii Tilberienſis*, Arelatenſis quondam Regni Mareſchalli, de imperio Romano, & Gothorum, Lombardorum, Brittonum, Francorum, Anglorumque Regnis, Commentatio, ibid. An. 1673; (7) *Antiquitates Brunſuicenſes*, i. e. Sylloge illuſtrium monumentorum, Sereniſſimæ Auguſtiſſimæque Domus Brunſuico-Luneburgicæ vetuſtatem, ſanctimoniam, potentiam, & Majeſtatem pandentium, cum auctario, An. 1678, ibid., aliaque.

(9) CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI *Rerum & Antiquitatum Germanicarum Syntagma*, edit. Francof. ad Mœnum, An. 1698, quo continentur (1) Dn. *Paullini* Hiſtoria *Iſenacenſis*; (2) Chronicon *Huxarienſe*, à *Petro Viſſelbeccio* cœptum, & à *Gregorio Wittehenne*, uſque ad An. 1498, continuatum, cum additionibus M. *Nicolai Erbenii*; (3) *Buſſonis Watenſtedii*, Canonici Hamelenſis, Chronicon *Mindenſe*; (4) *Jacobi Reutelii*, Paſtoris Einbeccenſ., *Hilleshemia*; (5) Acta & facta Præſum *Nuenborgenſium*, ab An. 968 ad An. 1493; (6) *Conradi Evermoti*, Presbyteri Razeburgici, Chronicon Epiſcoporum *Aldenburgenſium* in Wagria; (7) Chronicon Cœnobii Virginum *Ottbergenſis* ad Netham; (8) Chronicon Congregationis *Badeslebienſis*, dictæ *Marienbeck*; (9) Chronica Monaſterii *S. Petri in Monte Crucis*, ad Werram, compilatore *Johanne Cremero*, Præpoſito Monialium S. Jacobi Ord. Auguſt.; (10) Chronica *Werneri Hackii* de *Comitibus Templimontanis*; (11) Annales *Corbejenſes*, à prima fundatione uſque ad An. 1471; (12) Breviarium *Fuldenſe*, à primo ortu uſque ad An. 1479, per F. Cornelium; (13) Disquiſitio de *Walone*, Abbate Corbejenſi XV, ab *Henrico* 2 Imp., per *Meinwercum*, Epiſcopum Paderbornenſem, officio & dignitate privato, An. 1015, (14) Decretum Auguſtæ Synodi Moguntinæ, ſub *Luitberto* ArchiEpiſcopo, An. 888. convocatæ, de confirmatione Jurium & immunitatum Corbejenſium, & Herefordenſium; (15) Exercitatio de *Advocatis Monaſticis*; (16) Libellus de *Pagis*, in primis *Antiquæ Saxoniæ*; (17) *Chriſtophori Elſchlebii* Carmen de *Brunsburgo*, ad *Wicboldum* Corbejenſem.

(10) GODEFRIDI GUILIELMI LEIBNITII, Potentiſſimo Brunſuicenſium & Luneburgenſium Electori à Conſiliis Juſtitiæ intimioribus, *Acceſſionum Hiſtoricarum* Tomos duos, edit. Lipſ. An. 1698; Contenta *Primi* ſunt: (1) *Chronographus Saxo*, à nato Salvatore ad An. 1188; (2) *Johannis Vito Durani* Chronicon, ab ortu *Friderici* 2 Imp. ad An. uſque 1277, una cum Brevi Chronico Eccleſiæ Trevirenſis, ab An. 958 ad An. 1576; (3) *Geſta Trevirorum*, ab urbe condita uſque ad An. 1132, Authore *Golſchero*, Monacho *S. Matthiæ* apud Treviros, docente eodem Viro Illuſtri, in præfatione ad *Alberici*, *Monachi trium fontium*, Chronicon, §. 5; (4) Chronicon *Holſatiæ* Vetus, ſub nomine continuationis Chronici Slavorum, Autore Presbytero Bremenſi *uſque* ad An. 1448: *Alter* continet Chronicon *Alberici*, *Monachi trium fontium*, qui, ad An. 1127, ſe ipſum Nobili ortum proſapia fatetur, ab initio Mundi ad An. 1241, cum Appendice ad *Balduinum de Avennis*, de Poſteritate *Philippi I.* Regis Francorum.

(11) Ejuſdem *Scriptores*, *Rerum Brunſuicenſium illuſtrationi inſervientes*, *Antiquos omnes*, & *Religionis Reformatione priores, opus, in quo nonnulla Chronica domeſtica*, *vicinarumque Regionum*, & *urbium*, *Epiſcopatuumque*, *ac Monaſteriorum*, *præſertim Oſtfaliæ*; *Res etiam Ateſtinorum Longobardiæ*, & *Guelforum Superioris Germaniæ*, *vitæ item Hominum Illuſtrium*, *aut Principum continentur*, edit. Hannoveræ, An. 1707. Complectitur inter alia hic codex (1) *Excerpta Veterum Scriptorum de Populis ad Albim & Viſurgim*, *notis illuſtrata*; (2) Legem *Saxonum*; (3) Legem *Anglorum & Werinorum*, *h. e. Thuringorum*; (4) *Altfridi* Epiſc. Monaſterienſis, *vitam S. Ludgeri*; (5) Excerptum ex Litaniis Rythmicis, vitam

vitam *S. Ludgeri* continentibus; (6) Chartularium *Werthinenſe;* (7) *Poëta* Saxonis, *Arnulpho* Imp. æqualis, *Annales* Caroli *Magni*; (8) Vitam *S. Idæ, Ecberti*, Ducis, vel Comitis Saxoniæ, Conjugis; (9) Translationem *S. Puſinnæ* ad Hervordiam Weſtfaliæ; (10) Legendam *de SS. Martyribus interfectis in Hamburgh, & in Ebbekeſtorp reconditis*; (11) Fragmentum paſſionis eorundem Martyrum; (12) Supplementum hiatus Annalium Fuldenſium; (13) Vitam *Mathildis, Henrici Aucupis* Conjugis; (14) Anonymi coætanei Carmen Panegyricum, in laudem *Berengarii* Auguſti, annexa Chronologia ab An. 887 usque ad 916; (15) Lib. de Fundatione quarundam Saxoniæ Eccleſiarum, aliisque originibus, à tempore Caroli Magni ad Ottonem Magnum; (16) Vitam *S. Adelheidis*, Conjugis *Ottonis Magni* Imp., auctore *Odilone*, Abbate Cluniacenſi, Auguſtæ, cum vitam duceret Religioſam, familiari; (17) Vitam *Brunonis*, ArchiEp. Colonienſ., ad *Folcmarum*, Ejus ſucceſſorem, à *Ruotgero*, familiari ejus, ſcriptam; (18) Vitam *Theodorici I*, Metenſis Epiſcopi, auctore *Sigeberto*, Levita *S. Vincentii*, ſub *Henrico III.* claro; (19) Narrationem de C. P. R. *Erenfrido*, ſeu *Ezone*, ejusque Conjuge, *Mathilde*, & filia *Richeza*, Poloniæ Regina, authore Monacho *Brunwillerenſi*, temporibus, quibus ſcribit, proximo; (20) Libros VIII. *Ditmari, Merſburgenſis* Epiſcopi, *reſtituti;* (21) Vitam ejusdem *Ditmari* Epiſcopi; (22) *Adelboldi, Trajectenſis* Epiſcopi, Vitam *Henrici V.* Imp.; (23) Vitam S. *Bernwardi* XIII, *Hildesheim.* Epiſcopi, autore *Tangmaro* Presbytero, ejus Magiſtro; (24) Vitam *S. Godehardi*, Epiſcopi *Hildesheimenſis*, ad Ejus familiarem ſcriptam; (25) Vitam *Meinwerci Paderbornenſis*, Epiſcopi; (26) *Guilielmi Appuli* Hiſtoricum Poëma de Rebus Normannorum, in Sicilia, Appulia, & Calabria geſtis, usque ad mortem *Roberti Guiſcardi* Ducis, ad filium *Rogerium* ſcriptum; (27) Vitam *Mathildis*, Celeberrimæ Principis Italiæ, Carmine ſcriptam à *Donnizone*, Presbytero, qui in arce Canuſina apud Ipſam vixit, adjuncta Chartula Principis, ſuper conceſſione Bonorum ſuorum, Romanæ facta Eccleſiæ; (28) Ejusdem Principis vitam, ſoluta oratione comprehenſam; (29) *Reinhardi*, Abbatis Reinehuſenſis, opuſculum de Familia *Reinhardi*, Epiſcopi *Halberſtadienſis;* (30) Imperatorum, ab *Henrico Aucupe* ad *Henricum V*, res præclarè geſtas, auctore *Henrico V.* coætaneo; (31) Annales *Hildesheimenſes*, ab An. Dn. 714 ad An. uſque 1138; (32) Chronicon Epiſcoporum *Hildesheimenſium*, ab origine Epiſcopatus uſque ad *Gerhardum XXXVII.* Præſulem; (33) Catalogum eorundem Epiſcoporum, ſumtum de Chronicis *Eggehardi Vragienſis* Abbatis, ad *Egbertum*, Corbejenſem Abbatem &c., à primo uſque ad *Sifridum, XXXIII;* (34) Carmen de *Vicelino*, Aldenburgenſi Epiſcopo; (35) Chronicon *Weingartenſis* Monachi de *Gwelſis* Principibus; (36) Ejusdem Monachi Chronicon. à nato Chriſto uſque ad an. 1197; (37) Arborem Genealogicam Guelforum; (38) *Ladislai Sundheimii*, Canon. Viennenſ., Hiſtoriam ejusdem Gentis; (39) *Ottonis Morenæ*, & *Acerbi*, ejus filii, Hiſtoriam *Rerum Laudenſium*, tempore *Friderici I.* Imp. geſtarum; (40) Chronicon *Stederburgenſe*, cui inſerta *Gerhardi* Præpoſiti, de *Henrici Leonis poſtremis rebus geſtis, obituque*, Hiſtoria; (41) Excerpta ex Hiſtoria *Godeſchalci;* (42) Excerpta ex *Rogerio Hovedeno*, de Rebus geſtis *Henrici Leonis*, & filii Ejus, *Ottonis IV.* Imperatoris; (43) *Gervaſii Tilberienſis Otia Imperialia*, ad Ottonem IV. Imp.

(12) JOHANNIS SCHILTERI *Scriptores Rerum Germanicarum, à Carolo Magno uſque ad Fridericum III, incluſive;* ab Illuſtri *Johanne Georgio Kulpiſio*, jam *an.* 1685, publici Juris factos, *Argentor.* 1702. edit. Elenchus hic eſt: (1) *Æneæ Sylvii*, Senenſis Epiſcopi, qui poſtea, inter Pontifices Romanos, *Pii 2.* nomen meruit, *Hiſtoria Rerum Friderici III. Imp.*; (2) Specimen Annotationum *Joh. Henr. Bœcleri* in dictam Hiſtoriam; (3) Diplomata & documenta varia, rebus *Friderici III*, Auguſti, illuſtrandis inſervientia; Figuræ itidem, Imagines & Nummi; (4) Annales Poëtæ anonymi, *Arnulfo* Imp. æqualis, de geſtis Caroli Magni; (5) *Karoli M.* vita, magna parte, ut videtur, deſcripta à Monacho Cœnobii *Egoliſmenſis S. Eparchii*; (6) *Thegani*, Chor-Epiſcopi Trevirenſis, Opus *de Geſtis Ludovici Pii Imp.*; (7) *Nithardi, Angilberti* filii, & *Caroli Magni*, ex *Bertha* filia, Nepotis, de Diſſenſionibus Filiorum *Ludovici Pii*, ad an. uſque 843, libri quatuor; (8) *Ludovici*, Germaniæ Regis, diploma *Ratoldo*, Argentoratenſi Epiſcopo, datum; (9) Formula Fœderis *Ludovici* Germaniæ, & *Caroli* Galliæ, Regum, *Ludovici Pii* filiorum, *Argentorati*, an. 842, percuſſi; (10) *Erckenbaldi*, Epiſcopi Argentoratenſis, ſub *Ottone Magno*, de Anteceſſoribus ſuis Carmen; (11) *Alberti Stadenſis* Chronicon, à condito Orbe uſque ad An. Chriſti 1256; (12) *Martini Poloni* Chronicon Romanorum Pontificum, & imperatorum, à Nato Salvatore uſque ad an. 1265; (13) *Andreæ*, Presbyteri Ratisbonenſis, Chronica de *Principibus Terræ Bavarorum*, ad An. 1439, continuata à *Leonhardo Pauholtz de Operchoven*, Presbytero Ratisbonenſi, ad an. 1485; (14) Hiſtoriæ Fundationum nonnullorum Monaſteriorum, per Bajoariæ partes inſignium.

(*i*) REICHS-HANDLUNGEN &c. Tit. eſt: *Politiſche Reichs-Hændel, oder allerhand gemeine Acten, Regiments-Sachen, und weltliche Diſcurſen, das gantze H. R. Reich, die Kæyſerliche, und Kœnigliche Majeſtæten, den Stuhl zu Rom, die gemeine Stænde des Reichs, inſonderheit aber das geliebte Vatterland Teutſcher* Nation *betreffend. Gedruckt zu Franckf. am Mayn, bey Joh. Bringern*, An. 1614. Partes ſunt XXVI, quarum I agit *Von der Wahl eines Rœmiſchen Kæyſers;* II *Von der Wahl eines Rœmiſchen Kœnigs, bey Leb-Zeiten eines Kæyſers;* III *Von Crœnung eines Rœmiſchen Kæyſers, oder Kœnigs;* IV *Von Crœnung einer Rœmiſchen Kæyſerin;*

V *Von*

V. *Von* Succeſſion *eines Rœmiſchen Kœnigs in dem Rœmiſchen Kayſerthum* ; VI *Von* Regalien *des H. R. Reichs*; VII *Vom* Interregno *des H. R. R.* VIII *Von Chur-Fürſtlicher Verein.*; IX *Von Anfang und Einigung des R. Reichs*; X *Vom Untergang und Zertrennung des H. R. R.* XI *Von Frantzœſiſchen Reichs-Handeln*; XII *Von Venediſchen Reichs-Hændeln* ; XIII *Von Pæbſtlichen Reichs-Handeln* ; XIV *Von Lutheriſchen Reichs-Handeln* ; XV *Von Türckiſcher angemaßter Monarchie*; XVI *Von Pæbſtlicher Verfolgung, und angemaßter Monarchie*; XVII *Von Spaniſcher Verfolgung*, *und angemaßter Monarchie*; XVIII *Von Concilien*; XIX *Von Reformation der Cleriſey, und gantzen geiſtlichen Stands*; XX *Von der Proteſtirenden Hendlen unter ſich ſelbſt*; XXI *Vom Religion-Frieden*; XXII *Von Reichs-Tagen* ; XXIII *Von Chur-Fürſten-Collegial-Tagen*; XXIV *Von des gantzen H. Reichs Wohlfahrt*; XXV *Von den* Gravaminibus *der Reichs-Stande* ; *und* XXVI *Von Unionen und Bündniſſen der Reichs-Stænde, zu Erhaltung ihrer wohlhergebrachten Freyheit.*

(k) IMPERIALIBUS &c. Goldaſti *Politica Imperialia, ſive Diſcurſus Politici, Acta Publica, & Tractatus generales de Imperatoris, Regis Romanorum, Pontificis Romani, Electorum, Principum, & communium S. R. I. Ordinum juribus, privilegiis, regalibus, dignitatibus, præeminentiis, aliisque rebus generalibus, ad ſtatum publicum Sacri Imperii pertinentibus, prodiere Francofurti*, An. 1614, ex eadem officina *Johannis Bringeri*; diviſa in 51. Partes, eadem continentes, quæ de *Reichs-Handlungen* dicta.

(*l*) HORTLEDERI &c. Fridericus Hortlederus, Saxo-Vinarienſis Conſiliarius Aulicus, edidit Gothæ, An. 1645, *Der Rœmiſchen Keyſer-auch Kœniglichen Majeſtæten, auch des H. R. R. geiſtlicher, und weltlicher Stænde Handlungen, und Ausſchreiben, Rathſchlæge, Bedencken, Send-und andere Briefe, Bericht*, Supplication-*Schrifften, Befehl, Entſchuldigungen*, Proteſtationes, Recuſationes, *Ausführungen, Verantwortungen, Ableinungen, Abſagungen, Achts-Erklærungen, Hülffs-Briefe, und Vertræge; wie auch Hiſtoriſche Beſchreibungen von Rechtmæſſigkeit, Anfang, Fort- und endlichen Ausgang des Teutſchen Kriegs, Kayſer Carls des V, wider die Schmalkaldiſche Bunds-Oberſte, Chur-und Fürſten, Sachſen und Heſſen, und dero Mit-Verwandte, von An. 1546 bis aufs Jahr 1558*; Tomis duobus.

(m) LUNDORPII &c. Caſpar Lundorpius, Hiſtoriographus, poſteritati reliquit Acta Publica, *oder Reichs-Handlungen von Urſachen des Teutſchen Kriegs, weyland Kayſers Matthiæ, und Ferdinandi 2, wider die Bœhmen, Hungarn, und andere Stande des Reichs, und ſonſten, von* An. 1617 *bis* 1629, *ſieghafft geführet*; Tomis duobus, excuſis Francofurti, ſumptibus *Johannis Theobaldi Schœnwetters*, An. 1629, & 1630; ſed, an. 1641, *Joh. Gottfried Schœnwetter* prelo ſubdidit Actorum Publicorum *Caſpari Michaelis Londorpii* Tomos IV; Tandem an. 1668, ſumptibus *Joh. Baptiſtæ Schœnwetteri*, Francof. lucem aſpexere *Der Rœmiſchen Kayſ. Maj. und des H. R. Reichs, geiſt- und weltlicher Stande, Chur-und Fürſten, Graffen, Herren und Stædte* Acta Publica, *und ſchrifftliche Handlungen, Außſchreiben, Sendbrieffe, Bericht, Unterricht* &c., *darinn fürnemlich die Urſachen des Bœhmiſchen, und daraus erfolgten Teutſchen Kriegs, darob gehaltene Politiſche* Diſcurſen, *und was ſonſt deswegen, ein-und auſſerhalb Teutſchlandes, von* an. 1608 *vorgangen, auch, auf unterſchiedlichen Reichs-Wahl-Churfürſtlichen* Collegial-Deputations- *und Creißtægen, verhandelt worden, zu beſinden, und zuſammen getragen durch* Michaël Caſparum Londorpium, Hiſtoriographum; Tom. I complectitur Acta publica ab an. 1608 ad 1620; II ab an. 1620 ad 1624; III ab an. 1624 ad 1629; IV ab an. 1629 ad 1640. His quatuor acceſſit, eodem anno, *Quintus*, ſive *Continuationis primus*, continens negotia publica, ab an. 1641 ad 1646; nec non VI, ſive *Continuationis Secundus*, ab an. 1646 usque ad menſem Majum 1653; &, an. 1669, *ſeptimus*, ſive *Continuationis Tertius*, ab an. 1653 ad 1657; VIII, ſeu *Continuationis quartus*, ab an. 1657 ad 1663; *Nonum*, ſeu *Continuationis Quintum*, excudi curavit *Joh. Melchior Bencard*, Francof. an. 1686; in quo occurrunt Acta Publica ab an. 1663 ad 1672; *Decimus*, ſeu *Continuationis Sextus*, ejusdem ſumptibus an. 1687 impreſſus, refert Acta Publica ab an. 1673 ad 1679; *Undecimum* ſeu *Continuationis Septimum*, An. 1697, excuſum, & negotia publica, ab an. 1680 ad 1683, exhibentem, eidem debemus, nec non *duodecimum*, ſeu *Continuationis octavum*, quo comprehenduntur Acta publica, ab an. 1684 ad 1686; promiſit inſuper Tomos XIII, XIV, XV, & XVI, ſeu Continuationis IX, X, XI, & XII, ad conſignanda reliqua, ad finem usque Seculi XVII.

(*n*) VARIA &c. Quo referas, ex Veteribus, *Conradi à Liechtenau*, Abbatis *Urſpergenſis*, Chronicon, quo, à *Nino*, Aſſyriorum Rege, usque ad *Friderici* 2 Imp. tempora, præcipuæ Hiſtoriæ, ac res geſtæ enarrantur; cui acceſſere *Paraleipomena rerum memorabilium*, ab an. 1230 usque ad an. 1537; edit. una cum Annalibus

Rhe-

Rhegi:onis, & *Lamberti Schafnabargenſis*, *Argentorati*, *An.* 1609, *Lazari Zetzneri* ſumptibus; & ex Recentioribus (1) *Chriſtophori Lehmanni* Chronicon *der Freyen Reichsſtadt Speyer*, impreſſ. 1662, Francof, cujus encomia congeſſit Ill. *Chriſtianus Wilhelmus ab Eyben*, in *Tobia Magiri Eponymologic Critico*, voc. *Lehmannus*, p. 510; (2) *Chriſtiani Matthiæ*, D. Theol. & Prof. in Academia Sorana, *Theatrum Hiſtoricum de IV. Monarchiis*, edit. an. 1656, Amſtelodami, iterumque an. 1694. Francof. & Lipſiæ; (3) *Pauli Hachenbergii Germaniam Mediam*, Jen. 1686; (4) Viri Excellent. *Conradi Samuelis Schurtzfleiſchii* Diſſertationes Hiſtoricas, an. 1699, uno volumine, Lipſiæ excuſas. [5] Dn. *Friderici Lucæ des H. R. Reichs Graffen-Saal*, Francof. 1702, ejusdemque *des H. R. R. uhralten Fürſten-Saal*, ibid. an. 1705.

(*o*) AVENTINI &c. *Johannis Aventini* libri VII Annalium Boicorum prodierunt Baſileæ, an. 1580, quos ex authenticis codicibus reſtituit, & auxit *Nicolaus Ciſnerus*; Terminatur ejus hiſtoria an. 1533, unde *Genebrardi*, & ſequacium, qui Eum an. 1366 claruiſſe tradunt, errorem notat *Gerhardus Joh. Voſſius*, *Hiſtoricorum Latinorum* lib. 3, Cap. X, p. 655. Poſtea aliquoties recuſus fuit. Quid viri docti de eo judicent, legas in *Magiri Eponymologic Critico*, voc. *Aventinus* p. 89, &c.

(*p*) ARCHIVIS &c. Unde exiit [1] *Codex Juris Gentium Diplomaticus* Ill. Dn. *Godofredi Guilielmi Leibnizii*, Hanov. 1693, nec non, an. 1700, ejus *Mantiſſa*; [2] Ill. Viri, *Johannis Philippi Datt*, Conſiliarii Würtembergici, *Volumen Rerum Germanicarum novum*, edit. Ulmæ, 1698; [3] *Johannis Schilteri Elſaßiſche, und Straßburgiſche Chronic Jacobi von Kœnigshofen, von Anfang der Welt bis ins Jahr, nach Chriſti Geburth*, 1386; Argent. an. 1698; [4] Ampliſſ. *Caroli Ludovici Tolneri Hiſtoria Palatina*, adjecto Codice Diplomatico; Francof, 1700; [5] Amici mei antiqui, Dn. *Jacobi Wenckeri*, *Collectanea Juris Publici, quibus Res Germanicæ, per aliquot ſecula, Illuſtrantur*; Argentorat. 1702; [6] Dn. *Chriſtiani Schlöpken*, Antiſtitis Lauenburgici, Chronicon, *oder Beſchreibung der Stadt, oder des Stiffts*, Bardewick; Lubec. 1704; [7] Clariſſ. Dn. *Joh. Joach. Mülleri* Hiſtorie *von der Evangeliſchen Stande* Proteſtation, *und* Augſpurgi*ſchen* Confeſſion; Jenæ, 1705; [8] Dn. *Joh. Georg. Leuckfeld*, Paſtoris Primarii in Gröningen, *Antiquitates Walckenredenſes*; Lipſ. & Nordhuſ. an. 1706; [9] Ampliſſ. Dn. *Joh. Stephani Burgmeiſteri*, Conſil. Saxon, & Incl. Reipubl. Ulmenſ. *Reichs-Ritterſchafft.* Corpus Juris, *oder* Codex diplomaticus, *das iſt, allerhand das erſtemahl zuſammen gedruckte* documenta, *woraus einer löbl. Freyen Reichs-Ritterſchafft aller drey Ritter-Crayſen in Schwaben, Francken, und am Rheinſtrom, ſo dann des Ritter-Bezircks im Untern Elſaß, Staat, Stand, und Weſen, am gründlichſten erlernet, und begriffen werden kan.* Ulm. 1707; (10) Rev. Dn. *Johannis Michaelis Heineccii*, *Antiquitatum Goslarienſium, & vicinarum Regionum, libri ſex*, Francof. ad Mœnum, An. 1707; &c. &c.

(*q*) MONUMENTA &c. Hiſtoriæ, lato ſenſu acceptæ, jungantur partes ejus, ſcil. (1) *Genealogia*, quo faciunt *Henningeſii Theatrum Genealogicum*; *Ritterhuſii Notitia Genealogica*; B. Dn. *Philippi Iacobi Speneri Theatrum Nobilitatis Europæ*; Ampliſſimi Dn. *Iacobi Wilhelmi ImHoffii Notitia S. R. I. Procerum*; Dn. *Layrizii Palmwald*; *Bucelini Stemmatographia*, Tabulæ *Tubingenſes Genealogiæ Lohmayeriana* &c. &c; (2) *Chronologia*, quo pertinent *Chronologia Funccii*, *Dionyſii Petavii Rationarium Temporum*, *Marquardi Freheri directorium*, *Abrahami Bucholtzeri Index Chronologicus*, Tabulæ *Sehraderiana*, *à Viro* Clariſſ. Dn. *Caſpare Corbero*, ad An. usq; 1696 productæ, &c; (3) *Geographia*, quo ſpectant, quorum hoc tit. meminit Vir Clariſſ. Dn. *Carolus Arndius*, in *Bibliotheca Politico-Heraldica ſelecta*, Claſſ. XIII, p. 399, &c, nec non Doctiſſ. Dn. *Leonhand. Chr. Sturmius*, Tr. de *Natura & Conſtitutione Matheſeos*, Cap. X tot. Sufficiunt ex multis *Alain Manaſſes Mallet deſcription de l' Univers*, Francf. 1685; Viri Clariſſ. *Iohannis Chriſtophori Becmanni Hiſtoria Orbis Terrarum Geographica, & Civilis*; edit. 4ta Francof. 1691; *Philippi Cluverii Introductio in omnem Geographiam*, cum Notis B. *Ioh. Bunonis*; recuſa poſtea Wolfenb. An. 1694, curante *Joh. Reiskio*, iterumque in Belgio; Viri Clariſſ., Dn. *Chriſtophori Cellarii*, *Notitiæ Orbis Antiqui* Tomi II. impreſſ. Cantabrigiæ an. 1703, & Lipſ. An. 1706, opus omnibus numeris abſolutiſſimum; *Petri du Val* Geographia Univerſalis, interprete *Joh. Chr. Beer*, 1694, Norimb. (4) *Heraldica*, quam inprimis illuſtrent Dn. *Speneri Syſtema Heraldicum*, & *Wolfgangi Gottliebii Fürſt*, Bibliopolæ Viennenſis, *Groſſes Wappenbuch*; Multos alios recenſet Dn. *Arndius* l. c. Claſſ. XVI, p. 455 &c, ſine quibus adminiculis nec rerum origines, nec incrementa, nec decrementa, nec familiarum Illuſtrium fata, nec Provinciarum Germanicarum ſitus, nec Civitatum habitus, adeoque nec integer Germaniæ ſtatus innoteſcunt; Conf. Exc. Dn. *Werlhof. Notit. Imp. enucl.* lib. 1. cap. 1. §. 39, & 40. p. 11, & 12.

7. *Legalia* ſunt, quæ legibus Imperii publicis, tam ſcriptis, quàm non ſcriptis, habentur. Leges Imperii, *(a) non ſcriptæ*, ſunt mores & Conſuetudines *(b)* in Imperii univerſaliter vigentes, *(c) allgemeine durchgehende Gewohnheiten, allgemeine Gebrauche, (d) oder altes Herkommen*, *(e)* Praxis & obſervantia Imperii perpetua. *Vid. Goldaſt. (f) Tom. 4. Collect. Conſuetud. Imperii; Struv. Syntag. Jur. Civ. Exerc. 2. th. 40.*

NOTÆ.

(*a*) NON SCRIPTÆ &c. Germanos, apud quos *Viri pariter, ac fœmina litterarum ſecreta ignorabant, plus licet boni mores valerent, quam alibi bonæ leges*, ceu *Tacitus*, utut eorum hoſtis, Cap. XIX, de *Morib. German.*

man., §. 1 & 6, loquitur, inter Gentes poſtremos à Legibus abhorruiſſe, tralatitium eſt; hinc & Parentum facta, aliaque notatu digna, non niſi *carminibus antiquis celebrabant, quod unum apud illos memoriæ, & Annalium genus fuit*, eodem Auctore l. c. Cap. 2. §. 3; Unde B. Dn. *Conringius*, de *Origine Juris Germanici*, Cap. I, p. 2, & Epiſt. VII. ad Sereniſſimum Ducem Brunſuic. & Luneb. *Chriſtianum Ludovicum*, *Taciti* libro de *Germanor. Moribus* præfixa, p. 55, ſat rationis habuit *Johannem Aventinum* carpendi, quod *Manni*, *Hermionis*, aliorumque Gentis noſtræ Conditorum Statuta laudaverit, de quibus altum Romanis Græciſque ſilentium. Poſtquam vero, rebus Romanorum, *Valentiniano* præſertim imperante, peſſum euntibus, Germani, hinc inde, cultiſſimas Imperii Provincias armis victricibus ſubdiderant; in unum quaſi corpus cum debellatis coaleſcentes, eorum moribus paulatim abripi ſe patiebantur & Galli, & Burgundiones, & Britanni, & Longobardi, Genteſque aliæ, quæ ſeculo V, à Nato Salvatore, vel paulo poſt, Leges ſibi præſcribere cœperunt; Sic conſtat, ex *Gregorio Turonenſi*, Cap. IV, de *Geſtis Regum Francorum*, apud *Freherum*, de *Scriptorib. Rer. Franc.* p. 58, de *Lege Salica*: *Illi* [Franci] *egreſſi à Sicambria, venerunt in extremis partibus Rheni fluminis, in Germaniarum Oppidis, illicque inhabitaverunt cum Principibus eorum, Marcomiro, filio Priami, & Sunnone, filio Antenoris, habitaveruntque ibi annis multis. Tunc, defuncto Sunnone, & accepto conſilio in unum Primatum eorum, unum habere Principem, petiverunt conſilium Marchomiro, ut Regem unum haberent, ſicut & cæteræ Gentes. At ille dedit eis conſilium, & elegerunt Faramundum, filium ipſius Marcomiri, & levaverunt Eum, ſuper ſe Regem crinitum. Tunc ET LEGEM HABERE COEPERUNT, quam Conſiliarii Eorum, priores Gentiles, his nominibus, WISOGAST, AROSAST, SALEGAST, in Villabus Germaniæ, id ſunt, Arbotachirn, Solechagin, & Widechagin, tractaverunt &c.* In præfatione harum Legum, quas, poſt *Goldaſtum*, Tom. III. *Conſtitut. Imperial.* p. 2, non ſemel correctas, *Godefridus Wendelinus*, Taxandro-Salius, J. U. D., Officialis Tornacenſis, an. 1649, Antwerpiæ, cum Commentario, edidit, occurrunt quatuor Legum conditores, ibi: *Sunt autem electi de pluribus Viri quatuor, his nominibus, WISOGAST, BODOGAST, SALOGAST, & WINDOGAST, in locis, quibus nomen Salagheve, Bodogheve & Windogheve.* In Excerptis Hiſtoricis ex Veteri Franciæ Regum Stemmate Genealogico, in filios *Caroli Martelli* uſque deducto, apud R. P. *Philippum Labbeum*, Tom. I. *Novæ Bibliothecæ Manuſcriptorum*, p 331, & 352, legitur: *Sub hoc Rege ſuo* [Pharamundo] *primo Franci Legibus ſe ſubdunt, quas Priores eorum tulerunt, Wiſogaſtus, Atrogaſtus, Salegaſtus &c.* Eadem nomina retinet *Ado Viennenſis*, an. 879 florens, ætate 6. Chronicorum, p. m. 153: *Francos, Lingua Attica, Valentinianus Imperator à feritate & duritia, atque audacia, appellari primus voluit. Qui, poſt paululum cum tributa Romanis negarent, & Romanorum impetum ferre non poſſent, egreſſi à Sicambria, pervenerunt in extremas partes Rheni Fluminis, in Germanorum Oppida, ibique aliquot Annos, cum Principibus ſuis, Marcomiro & Sunnone, reſederunt. Ubi primum Regem, Pharamundum, ſibi poſtmodum ſtatuunt, LEGIBUSQUE SE SUBDUNT, quas Priores eorum, WISOVASTUS, & WISOGASTUS, ATROGASTUS, SALEGASTUS, invenerunt &c.* Mihi videntur nomina *Wiſovaſtus* & *Wiſogaſtus* Synonyma, ſucceſſu temporis in duo diviſa, copulâ: *&*, pro *etiam* aſſumenda. *Sancti Maxentii* in Pictonibus Chronicon, vulgò *Malleacenſe dictum*, in an. 1041. deſinens, ap. Dn. *Labbeum* l. c. Tom. 2, p. 191, hæc ita reddit: *Mortuo autem Marcomire, atque Sennone, acceperunt inter ſe conſilium, ut ſibi Regem, ſicut aliæ Gentes, conſtituerent. Conſtitueruntque ſibi Regem Crinitum, Pharamundum, filium Marcomiri. Principes tunc temporis ET LEGEM HABERE cœperunt, Tractatores, qui eis judicia juſta judicarent, & haberent LEGEM, ſicut & aliæ Gentes. Hi ſunt Tractatores eorum, his nominibus: GUISOVASTUS, GUISOGASTUS, ARBOGASTUS, SELEGASTUS, in illis,* [fortè Villis] *quæ ultra Renum ſunt, i. e. in Botagain, Selegam, & Guidecam. &c.* In Chronico *Ivonis*, *Carnotenſis* Epiſcopi, qui an. 1088. floruit, ap. *Freherum* l. c. pag. 51, tantum tres occurrunt: *Ubi primum Regem, Pharamundum, ſibi ſtatuunt, LEGIBUSQUE SE SUBDUNT, quas Primores eorum, WISOGASTUS, ARBOGASTUS, SALEGASTUS, invenerunt &c.* Apud *Sigebertum Gemblacenſem* vero, Cœnobitam coætaneum, [utpote *Alberico*, *Monacho trium fontium*, teſte, an. 1112, vel, juxta Appendicem, ejus Chronico annexam, ap. Dn. *Labbeum* l. c. Tom. I. p. 390, an. 1113, 4 Non. Octob. defunctum,] in *Chronographia*, ad an. 422, recenſentur quatuor, hiſce nominibus: *Franci uti cœperunt LEGIBUS, & LEGEM SALICAM dictaverunt, per quatuor Gentis ſuæ Proceres, electos de pluribus, his appellatos nominibus, USOGAST, BOSOGAST, SALAGAST, WIDIGAST; in Villis Germaniæ, Salechaim, Bodochaim, Wingehaim; hi quatuor Proceres, per tres mallos, cauſarum origines convenientes ſolicitè tractantes, de ſingulis diſcutiendo, ſicut Lex Salica declarat, judicare decreverunt &c.* Si quatuor fuerint, cur non niſi tres Malli? *Otto Friſingenſis* Præſul, lib. IV. Chronicor. Cap. 32, p. m. 98, ſaltem duos producit: *Defuncto Sunnone, communicato conſilio, Marcomedis filium, Pharamundum, ſibi Regem creavere; LEGES quoque, WISIGASTALDO & SALAGASTO auctoribus, ex hinc HABERE cœpere. Ab hoc Salagaſto Legem, quæ, ex nomine ejus, Salica uſque hodie vocatur, inventam dicunt &c.* Eadem docet *Godofredus Viterbienſis*, part. 17 Chronicor., ſub initium, pag. 432, & *Conradus Urſpergenſis*, p. m. 66. Ex Recentioribus, præter Gloſſatores, *Du Freſne*, voc. *Lex ſalica*, p. 269, & *Spelman.* ead. voc. p 363, addi merentur *Gryphiander de Weichbildis*, Cap. 40, p. 101 &c.; *Paulus Hachenbergius*, Tract. de *Germania Media*, Diſſ. 3 *de Legibus Veterum Germanorum*, §. 4, p. 63 &c.; *Sprenger*, *Font. Juris publici Romano-Germanici*, Cap. XI, p. m. 1170 &c.; Dn. *Conringius* de *Origine Juris German.*, Cap. VII, p. 18 &c. Il-

luſtr. *Coccejus*, in Oratione *de Lege Salica*, Heidelbergæ habita, cum Ordinariam Facultatis Juridicæ, & Juris Gentium profeſſionem ſolenniter auſpicaretur, & *Juris Publici Prudentia*, Cap. 3. §. 88, pag. 82, & Cap. 23, §. 5. p. 361; *Limnæus*, Jur. Publ., l. 2. c. 2, p. 16, & alii, Legem hanc, cujus Tit. LXII. de *Alode*, l. 6, in primis famoſus, ob verba: DE TERRA SALICA, NULLA PORTIO HÆREDITATIS MULIERI VENIAT, SED AD VIRILEM SEXUM TOTA TERRÆ HÆREDITAS PERVENIAT, Vid. Goldaſt. l. c. p. 16, *Clodovæum* Regem & emendaſſe, & è vulgari idiomate in Latinum transferri curaſſe; poſt *Dadinum de Alteſerra*, lib. 3 *Rerum Aquitan.*, Cap. 9, obſervavit B. Dn. *Schilterus*, Præfat. *Cod. Jur. Aleman. Feudal.* §. 13, & *Inſtit. Jur. Publ.*, Tom. 2, Tit. XIX, p. 267, contra vulgarem ſententiam, omnes Leges, ab initio ſtatim, Romana lingua conceptas exiſtimantium, de qua *Lehmannus*, lib. 2. *Chron Spir.* Cap. 45, p. 194. Peculiaris erat *Lex FRANCORUM*, a *Theodorico I*, Auſtraſiorum Rege, promulgata, à *Childeberto*, & *Clothario* correcta, & à *Dagoberto* recognita, atque opera Conſiliariorum ſuorum, *Claudii*, *Chadoindi*, *Magni*, & *Agilolfi*, ſuperflua, deſueta, inutilia reſecantium, dementium, & mutantium, ad ſummam elata claritudinem, qua de re Prologus *Legis Alamannorum*, ap. *Goldaſtum*, Tom. 2 *Antiquitatum Alamannicarum*, part. 1, p. 1, nec non Prologus Legis *Baiwariorum*, de quo mox, inſpiciendi; Dedit eam bono publico *Baſilius Johannes Heroldus*, Baſil. Plura de eadem diſſerit *Hachenbergius* l. c. §. V. pap. 65 &c. De *Legibus LONGOBARDORUM* inſignis locus eſt *Pauli Diaconi*, lib. IV de *Geſtis Longobardorum*, Cap. XV, p. m. 406, ubi: *Rotharis, Rex Longobardorum, Leges, quas ſola memoria, & uſu retinebat, ſcriptorum ſerie compoſuit, codicemq; ipſum EDICTUM appellari præcepit; erat autem jam, ex quo Longobardi in Italiam venerant, Annus ſeptuageſimus ſeptimus ſicut idem Rex in ſui Edicti teſtatus eſt Prologo &c.*, adeoq; circa an. 645, quandoquidem, eodem, lib. 2, Cap. VI, p. m. 369; *Eutropio*, lib. XVI. de *Geſtis Romanorum*, in fine, p. m. 212; *Hermanno Contracto*, ad an. 568: *Sigeberto Gemblacenſi*, ad eundem annum; *Alberico*, Monacho trium fontium, ad eundem, aliisque teſtibus, Longobardi, *Alboino* regnante, feria ſecunda Paſchatos, Pannonia egreſſi, in Italiam migraverant; Conf. *Gryphiander de Weichbildis*, Cap. 42, §. 3. p. 105, *Du Freſne* Gloſſ. voc. *Lex Longobardorum*, p. 268, *Spelman*, voc. ead. p. 362; Succeſſores *Rotharis*, *Grimoaldus*, *Luitprandus*, *Rachis*, & *Aiſtulphus*, iſtud *Edictum* emendarunt, indeque *Carolus Magnus*, *Pipinus*, *Ludovicus*, & *Lotharius*, expuncta legum iſtarum inveterata barbarie, novas Conſtitutiones, & Decreta, in locum Veterum, quibus Italia hactenus vivebat, ſubſtituerunt, ceu ex Legum apicibus ap. *Goldaſtum* in *Collectione Conſuetudinum & Legum Imperialium*, pag. 11. &c. videre eſt. Conf. *Conring de Orig. Juris German.*, Cap. XI. p. 44. &c., & *Hachenberg* l. c. §. III. p. 61, &c. De *Lege ALAMANNORUM* vid. *Schilter*, Inſtit. J. P. Tom. I lib. I. Tit. IV, §. 7. p. 65, & 66; Dn. *Conring* l. c. Cap. IX, p. 40; *Du Freſne*, voc. *Lex Alamannorum*, p. 264; *Spelman* voc. ead. p. 358. Facit huc Legis Præfatio ap. *Goldaſtum*, Tom. 2. *Antiquitatum Alamannicarum*, part. 1. p. 11, ubi: *Lex Alamannorum, quæ temporibus Hlodharii Regis, cum Principibus ſuis, id ſunt, XXXIII. Epiſcopis, & XXXIV. Ducibus, & LXXII. comitibus, vel cætero Populo, conſtituta eſt.* Accipienda hæc ſunt de *Clothario* 2, *Chilperici* filio, qui, juxta *Albericum*, Monachum trium fontium, ad an. 628, hoc Anno, vel, ſecundum *Chronographum Saxonem*, anno 630, exuvias mortales depoſuit, & quidem de Legis renovatione, ac emendatione duntaxat; *Theodoricum I* enim, Auſtraſiæ Regem, à Parente *Clodoveo*, Francorum Monarcha, ad *Tolbiacum* devictæ Genti, ex patriis ipſorum moribus & conſuetudine, Legem jam conſcripſiſſe, pro certo habetur. Miram aliàs lenitatem, utut è ferocis Populi moribus hauſta, tota ſpirat, ne quidem indicta homicidis, furibus, aut alia crimina atrocia patrantibus, ultimi ſupplicii pœna, argum. Cap. XXVI *de his, qui in Exercitu aliquod furtum fecerint*; *Cap. XXVIII de eo, qui in Curte Ducis hominem occiderit*; Cap. XXIX, *de eo, qui miſſum Ducis infra Provinciam occiderit*; *Cap. XXX. de eo, qui in curte Regis furtum commiſerit*; Cap. XXXI *de eo, qui res Ducis furaverit*; Cap. XLVIII *de eo, qui hominem occiderit, & eum morttodum fecerit*; Cap. L *de Libero, qui alterius uxorem tulerit* &c. &c., ubi non niſi *Werigeldi*, h. e. mulctæ, ſeu pœnæ pecuniariæ, fit mentio. Conf. *Hachenberg* l. c. §. VI, pag. 67 & 68; *Legem BAJOARIAM* idem Rex *Theodoricus*, Gente debellata, ſanxit; Teſtis adeſt prologus libelli MS. harum Legum in Bibliotheca Julia, apud Dn. *Conringium*, *de origine Juris German.* Cap. IX, p. 40, & Dn. *Schilterum*, Tom. I *Inſtitut. Jur. Publ.* lib I. Tit. IV, §. 7. p. 65 & 66, ibi: *Theodoricus, Rex Francorum, cum eſſet Catalaunis, elegit Viros Sapientes, qui in Regno ſuo Legibus antiquis eruditi erant. Ipſo autem dictante, juſſit conſcribere Legem Francorum, & Alemannorum, & Bajoariorum, unicuique Genti, quæ in Ejus poteſtate erat, ſecundum conſuetudinem ſuam. Addidit, quæ addenda erant, & improviſa, & incompoſita reſecavit, &, quæ erant ſecundum conſuetudinem Paganorum, mutavit ſecundum Legem Chriſtianorum. Et quicquid Theodoricus Rex, propter vetuſtiſſimam Paganorum conſuetudinem, emendare non potuit, poſt hæc Childebertus, Rex, inchoavit, ſed Clotharius Rex perfecit. Hæc omnia Dagobertus, Rex glorioſiſſimus, per Viros Illuſtres, Claudium, Chadum, Indogmagum, & Agilulfum, renovavit, & omnia vetera Legum in melius tranſtulit, & unicuique Genti ſcripta tradidit. quæ usque hodie perſeverant, &c.* Conſtitutiones quasdam, an 762, & 770, à *Thaſſilone* Duce adjectas fuiſſe, Legemque totam, Alamannicæ lenitatis æmulam, ſolum Majeſtatis læſæ crimen morte expiari jubere, admonent *Hachenberg.* l. c. §. VII. p. 69; & Dn. *Conring.* l. c. p. 42. Conf. *Du Freſne*, voc. *Lex Bajwariorum*, p. 265; *Spelman*, voc. ead. pag. 360; *Lex SAXONUM*, de qua vid. *Du Freſne*, voc. *Lex Saxonum*, p. 270, & *Spelman* voc. ead. p. 364, non minus antiqua eſt. Meminit ejus *Eginhardus*, apud *Adamum Bremenſem*, Cap. V, p. m. 7 & 8, verbis: *Generis quoque, ac Nobilitatis ſuæ providiſſimam curam habentes, (Saxones)*

nec

Digitized by Google

nec facile ullis aliarum Gentium, vel inferiorum connubiis infecti propriam, & ſinceram, tantumque ſibi ſimilem Gentem facere conati ſunt. ----- Quatuor igitur differentiis gens illa conſiſtit, Nobilium ſc. & Liberorum, Libertorumq; atq; Servorum. Et id LEGIBUS firmatum, ut nulla pars, in copulandis conjugiis, propriæ ſortis terminos transferat, ſed Nobilis Nobilem ducat uxorem, & Liber Liberam, Libertus conjugetur Libertæ, & ſervus ancillæ. Si vero quiſpiam horum ſibi non congruentem, & genere præſtantiorem duxerit uxorem, cum vitæ ſuæ damno componat. LEGIBUS etiam, ad vindictam malefactorum, optimis utebantur, & multa utilia, atque ſecundum Legem Naturæ honeſta, in morum probitate ſtuduerunt habere, &c. quem locum etiam Dn. *Leibnitius Scriptoribus ſuis Brunſuicenſibus* pag. 76 inſeruit; licet in Hiſtoria *Eginhardi* apud *Freherum* non reperiatur, bene tamen in *Conradi Urſpergenſis Chronico*, p. 148, occurrit; quorſum trahenda, quæ *Arnolpho* Imperatori æqualis Poëta, lib. IV. Annalium de *Geſtis Caroli Magni*, ad an. 803, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag 153, Dn. *Schilterum*, de *Scriptorib. Rerum German.* p. 28, & Dn. *Conringium*, Exerc. I. de *Republica*, Th. 25. p. 14 & 15, Pacificationis Cæſareo-Saxonicæ memor tradit:

Tum ſub judicibus, quos Rex imponeret ipſis,
Legatisque, ſuis permiſſi LEGIBUS uti
Saxones PATRIIS, & libertatis honore &c.

Ipſe *Eginhardus*, ſub finem ferè Hiſtoriæ de *Rebus geſtis Caroli Magni*, in genere ſcribit: *Omnium Nationum, quæ ſub Ejus dominatu erant, Jura, quæ ſcripta non erant, deſcribere, ac literis mandari fecit &c.*, teſtimonio ſatis claro *Legis Saxonum perantiquæ*, à *Carolo* ſaltem in ſcripturam redactæ; in cujus ſententiæ præſidium Dn. *Leibnitius*, in Introductione in præfatam Collectionem Scriptorum Brunſuicenſium, p. 5. addit; *Antiquæ illæ Leges ex Barbarorum conſuetudinibus ſumtæ erant, quas reliquerant ipſis Reges Francorum, niſi manifeſta iniquitate laborarent &c.* Exhibet Legem iſtam idem Codex l. c. p. 77. &c. Provocarem adhuc ad Conſtitutionem *Carolinam*, de *Sede Regis, & Judicio Aquisgranenſi* ap. *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imp.* p. 7, & in R. P. *Henrici Turkii Faſtis Carolinis*, à Viro clariſſimo, Dn. *Conrado Bertholdo Behrens*, An. 1704, editis, Annoque 1707 recuſis, ad An. 805, p. m. 54, ubi: *Deinde, prout cunctis placuit prudentioribus Regni noſtri, LEGEM SAXONUM, NORICORUM, SUEVORUM, FRANCORUM, RIBUARIORUM, SALICORUM, ſicut mos & poteſtas Imperatorum eſt, & omnium Anteceſſorum meorum ſemper fuit, diſtinxi, diſtinctam, ſub auctoritate Regia & Imperatoria, ſtabilivi, non ex mea adinventione, vel corde prolatam, ſed communi conſilio à me renovatam, & auctam in melius, ſicut Patres & Prædeceſſores mei feciſſe perhibentur &c,* niſi inſuetæ loquendi formulæ fidem ejus dubiam redderent; qua de re vide *Miræum*, in *Donationibus piis*, c. 2, & Dn. *Conring.* de *Origine Juris Germ.* Cap. XIII, p. 53, & 54. Nonnulla interim ex iſta Lege in poſteriores Gentis Leges, quas *Eppo de Repko*, Nobilis Saxo, primum Latino idiomate, poſteaque, precibus *Hojeri*, Com. *Falckenſteinii*, flexus, vernacula lingua edidit, & nunc *Speculi Saxonici (Sachſen-Spiegel)* nomine noſcuntur, fluxiſſe, expeditum eſt. Vid. Dn. *Leibnitius*, in dicta *Introductione* l. c. Quid. auctor Gloſſæ *Juris Weichbildici*, ad Art. X, & ex eo alii, de *Speculi* hujus antiquitate, ad *Carolum Magnum* usque producta, delirent, ex *Cranzio* lib. 2. *Saxon.* Cap. 21, *Gryphiandro de Weichbildis*, Cap. XXXVII, p. 93 &c. XXXIX, p. 99 &c. XLIII, p. 107 &c. XLVIII, p. 121, &c., Dn *Conringio*, de *Orig. Jur. German.* Cap. XIII, p. 52 &c. XXIX, p. 178 & XXX, p. 179 &c., Dn. *Joh. Adamo de Hammerſtein* Diſſert. de *Nomothetica, ſeu Recta Legum ferendarum ratione*, Præſide Illuſtri *Conringio*, Helmſtadii an. 1663 habita, *th.* 64, & *Hachenbergio* l. c. §. VIII & IX, p. 69 &c. petendum eſt. De Germanica Verſione proſtant ipſius Epponis, (quem & Ecconem, Epkonem, it. Eccardum vocant,) crudi verſiculi:

Nun dancket all gemein
Dem von Falckenſtein,
Der da iſt Graf Hojer genant
Daß an Teutſch iſt gewandt
Diß Buch, durch ſein Bitte,
Epke von Repkaw es thete.

add. *Winckelmanni Notit. Weſtphal.* lib. IV. c. 3. §. 28. p. 546 & 547. Duo Capitularia, à *Carolo Magno* condita, & primo ex tenebris à *Luca Holſtenio* retracta Romæ, deinde à Reverendiſſimo Paderbornenſi Epiſcopo, *Ferdinando Fürſtenbergio*, & poſtea à Dn. *Conringio*, in fin. operis de *Orig. Jur. German* pag. 332 &c., & *Stephano Baluzio*, inter Capitularia Francorum, ad An. Chr. 789, edita, habentur in Dn. *Schilteri Inſtit. Jur. Publ.* Tom. 2. Tit. IV, p. 26 &c. De *Jure Weichbildico*, ſeu *Magdeburgico*, legas Gryphiandrum l. c. Cap. LI, & LII, p. 127 &c., *Hachenberg.* l. c. §. IX, p. 72. Dn. *Conringium* l. c. Cap. XVIII, p. 97 &c., ubi ſeverè carpit exiſtimantes, *Ottonem I*, ſive II, Imp. iſtius extitiſſe Authorem, & Cap. XXX, p. 179. & Dn. de *Hammerſtein* l. c. Antiquiſſima *Speculi* Editio, quam vidi, eſt *Lipſienſis* An. 1488, ita enim in fine: *Explicit Speculum Saxonum, ſolicite correctum, impreſſum & expletum Lyptzigk, Anno Domini M. CCCC. LXXXVIII, die Sabati, penultima Auguſti*; alia prodiit Auguſtæ Vindel. An. 1516, typis *Sylvani Othmeri*. & ſumtibus *Joh. Rennmanni von Oringen.* Utrumque, & *Speculum*, & *Weichbildicum* Jus, inſeruit *Goldaſtus Collectioni Conſuetudinum & Legum Imperialium*, p. 126 &c. De lege *WESTPHALORUM* vid. *Hachenberg* l. c. §. X. p. 73, &c. Conf. ſeq. Lib. IV. Tit. IV. *Leges ANGLIORUM ET WERINORUM*, *hoc eſt*, ut ex Inſcriptione adparet, *THURINGORUM*; communi publico, in præfata *Collectione Scriptorum Brunſuicenſium*, p. 82, dicavit Ill. Dn. *Leibnitius*; Procul dubio originem à *Baſino* & *Ermenfrido* Regibus repetunt, reviſæ à *Theodorico*, Auſtraſiæ Rege, ejusque ſucceſſoribus, tandemque à *Carolo Magno* confirmatæ. Notabilis eſt Tit. VI de *Alodibus*, cujus hæc ſunt verba: *Hereditatem defuncti, Filius, NON FILIA, ſuſcipiat. Si filium non habuit, qui defunctus eſt, ad Filiam pecunia & mancipia,*

TERRA vero *AD PROXIMUM PATERNÆ GENERATIONIS CONSANGUINEUM pertineat &c.* quæ concordant cum Lege Salica. Cæterum, tota ferè, quoad pœnas, ad genium *Alemanniæ* compoſita eſt, homicidiis, furtis, incendiis, vi, ſtupris, non capitali pœnæ, ſed pecuniariæ ſubjectis. Conf. *Hachenberg* l.c. §. XI, p. 74 & 75; *Spelman*, voc. *Lex Angliorum* p. 358; *Du Freſne*, voc. ead. p. 264; *Conring.* de *Orig. Jur. Germ.* Cap. XII, p. 57 &c. *Legis BURGUNDIONUM* conditor fertur *Gundebaldus* Rex, quem à *Clodoveo*, Francorum Rege, victum, ex *Gregorio Turonenſi*, lib. 2 *Hiſtor.* Cap. 32, diſcimus. Prooemium impreſſæ Legis & locum & tempus deſignat, ſcil. *In Dei nomine, Anno ſecundo Regni Domini noſtri glorioſiſſimi, Gundebaldi Regis, Liber Conſtitutionum, de præteritis & præſentibus, atque in perpetuum conſervandis Legibus, editus eſt, ſub die 6. Kal. April. Lugduni*; adeoque circa exitum Seculi V. lata fuit. Naturam ejus depingit *Gregorius Turon.*, l.c. cap. 33, in fine, inquiens: *Ipſe vero* (Gundebaldus, occiſo fratre Godegyſilo) *Regionem omnem, quæ nunc Burgundia dicitur, in ſuo dominio, reſtauravit. Burgundionibus* LEGES *MITIORES INSTITUIT, ne Romanos opprimerent &c.* Ex legiſlatoris nomine, communiter *Gundebada* vocatur; ut rectè judicat *Du Freſne*, voc. *Gundebodingi*, p. m. 672, ibi: *Gundebodingi appellati Burgundi, & generaliter qui LEGE GUNDEBODA vivebant, ea nempe, quam Gundebadus, Rex Burgundiæ, condidit, in Capitul. Aquiſgran. An.* 789, *c.* 62, *& in Capit. Caroli Magni, lib.* 1. *c.* 61; *Guntbadingi, in Capitul Francof. An.* 794, *c.* 43; *Gunebodingi, in Capit. Aquiſgr. An.* 789, *c.* 63; *Guntbodingi, in Concilio Franceford An.* 794, *c.* 45 *&c.* Ejuſdem meminit *S. Agobardus* Lugdunenſis Archi-Epiſcopus, in Libello ad *Ludovicum* Imp. de *Impietate duellici examinis*, (quem Ill. *Baluzius*, à *Maſſono*, Viro Antiquitatum Gallicarum peritiſſimo, ineunte Seculo XVII, ab ungue Bibliopegi cujusdam Lugdunenſis, vindicatum, cum aliis ejuſdem & *Leidradi*, & *Amulonis*, Archi Epiſcoporum Lugdunenſium, opuſculis, edidit,) verbis: *Cur de mutuo repelluntur teſtimonio? quæ utilitas eſt? niſi propter Legem, quam dicunt GUNDEBADAM, cujus auctor extitit homo hæreticus, & fidei Catholicæ vehementer inimicus, cujus Legis homines ſunt perpauci, &c.* Auro pretioſior cenſenda clauſula Legiſlatoris comminatoria: *Quod ſi quis* (Comitum, Optimatum, Majorum Domus,) *corruptus, contra Leges noſtras, aut etiam injuſte judicans de cauſa, vel judicii præmium convictus fuerit accepiſſe, ad exemplum omnium, probato crimine, capite puniatur &c.* Conf. *Du Freſne*, voc. *Lex Gundebada*, p. 267; *Spelmanni Gloſſarium*, voc. *Lex Burgundionum & Gundebada*, p. 360, & 361; Dn. *Conring de Orig. Jur. German.* Cap. VI, p. 17 & 18; *Hachenberg* l.c. §. XII. p. 75 & 76; & Viri Clariſſ. Dn. *Conradi Samuelis Schurtzfleiſchii Lemmata Antiquitatum Franticarum*, propoſita Wittebergæ, An. 1679, *th.* 17, p. 12 & 13. *Legem FRISONUM* vindicat *Albertus Stadenſis*, ad an. 984, in fine, *Haroldo*, Danorum Regi, de quo ait: *Regnavit annis* 50, *Ipſeque Tranſalbianis, & FRESONUM GENTI Leges & Jura conſtituit, quæ adhuc, pro tanti auctoritate Viri, ſervare contendunt &c.*; auctoritate fortaſſis uſus *Helmoldi*, lib. 1 *Chron. Slav.* Cap. XV, §. 6, dicentis: *Adeo claruit* (Haroldus) *ut Leges & Jura ſtatuerit, quæ, pro authoritate Viri, non ſolum Dani, ſed & Saxones, adhuc hodie ſervare contendunt &c.* Enimvero, Leges *Haraldinas* longè recentiores eſſe iis, quas codex *Lindenbrogii* complectitur, ex rudi pariter ſcribendi vetuſtate, & Titulis paganiſmum prodentibus, arguit *Lindenbrogius*; quamvis ei non aſſentior, *Caroli Magni* ætatem eas propterea ſuperare contendenti, quandoquidem & Chriſtianæ Religionis veſtigia ibi deprehenduntur, arg. Leg. I, Cap. XIV; licet nec negandum ſit, dari adhuc aliam Legem *Friſonum Saxonumque*, à *Joh. Baſilio Heroldo*, cum aliis, editam, quæ diſertè Francorum Reges Dominos agnoſcat. Commentariis eas illuſtravit *Sibrandus à Sikama*. *Ulemari & Saxmundi*, Sapientum, frequens in iis fit mentio, quorum cura in ordinem redactæ. Majora crimina, veluti *Mordritum* (homicidium) *Thiubdam*, (furtum) *Brandt*, (incendium) *Notnumfti* (vim publicam) & *Dolg* (rapinam) paucis nummis æſtimant. Vid. *Spelman*, voc. *Lex Friſonum*, p. 361, & voc. *Lex Saxonum*, p. 364; *Conring.* l.c. Cap. XIII, p. 55 & 56; *Hachenberg* l.c. §. XIII, p. 77 & 78. Leges RIPUARIÆ, hoc eſt, Populis, Rhenum inter, Moſam, & Moſellam, habitantibus, præſcriptæ, ejuſdem ætatis eſſe videntur cum *Francicis*, *Alamannicis* & *Bajoaricis*, Legiſlatore *Theodorico*, Auſtraſiorum Rege, Vid. *Spelman*, voc. *Lex Ripuariorum*, p. 363; *du Freſne*, voc. ead. p. 269 & voc. *Ripuarii*, p. 614; *Hachenberg* l.c. §. XIV, p. 78; *Conring.* l.c. Cap. X, p. 43 & 44, ubi mentem ſuam ſimul declarat, quoad eos, qui hanc Legem illam alteram Francorum eſſe arbitrantur, cujus *Eginhardus*, in vita *Caroli M.*, meminit: *Franci duas habent Leges, plurimis in locis valde diverſas*; cui ſententiæ contrariatur (1) quod in iis *Franci* à *Ripuariis* ſemper diſtinguantur, (2) Tit. 36, leg. I. diſertè inter *Ripuarios advenarum* cenſu veniant, & (3) in *Ripuario* pago, ſecundum proprias leges, judicari jubeantur, Tit. 31, leg. 3 & 4. *Lex GOTHORUM* ordinata fuit ab *Eurico* Rege, Wiſigotis jam per Galliam Narbonenſem florentibus, *Iſidoro Hiſpalenſi*, in *Hiſtor. Gothorum*, Æra 504, teſte, ap. *Labbeum* in *Biblioth. MS.* Tom. I, p. 66, ibi: *Sub hoc Rege* (Eurico) *Gothi LEGUM inſtituta habere cœperunt: antea tantum moribus & conſuetudine tenebantur &c.*, adeoque, circa an. 466, quo *Euricus* regnare cœpit, vid. *Spelman.* voc. *Æra*, p. 199; quomodo à Regibus *Levigildo*, *Chendaſwindo*, & *Recaſwindo*, renovata, & ab *Egica* Rege, Concilii Toletani XVI auctoritate, fuerit confirmata, docet *Hachenberg* l.c. §. XV, p. 79; Conf. Dn. *Conring.* l.c. Cap. 2, p. 4 & ſeqq., Cap. 3, 4, & 5, p. 4 ad 16; *Spelman*, voc. *Lex Gothica*, p. 361, & *Lex Wiſigothorum* p. 364; *Du Freſne*, voc. *Lex Wiſigothorum*, p. 271. Leges has vulgo dictas *Bellagines*, ex *Jornande* probat *Hachenberg* l.c. De *Legibus DANORUM*, communi appellatione *Danelaga* dictis, à *Canuto* Rege latis, vid. *du Freſne*, Voc. *Lex Danorum*, pag.

266

266 &c.; *Spelman*, voc. ead. p. 360, & 361; *Hachenberg* l. c. §. XV. p. 79; De *Legibus SLAVICIS* loquuntur *Annales Francici*, ap. *Pithœum*, ad an. 849, p. m. 44. *Barbari vero, pro pace & ſecuritate ſua, obſides ſe daturos, & imperata facturos, per Legatos ad Thachulfum directos, promittunt, cui, præ cæteris, credebant, quaſi ſcienti LEGES & CONSUETUDINES SCLAVICÆ GENTIS; erat quippe Dux Sorabici Limitis &c.* Vid. *Sprenger, Font. Jur. Publ. Romano German.* Cap. XI, p. m. 1175; Civitates Vandalicas iisdem adhuc hodie aliquatenus uti, docet Illuſtr. Dn. *Cocceius*, *Juris Publici Prudentia*, Cap. XXIII, §. 7. p. 361. *Lex APPARENS*, in Conſtitutionibus Siculorum, Scotorum, Normannorum, Anglorum &c. hoc nomine, vel etiam *Paribilis*, quod veritas, per iſtas purgationes, ſtatim apparitura crederetur, in Francorum vero, Saxonum & Alamannorum priſcis documentis *Judicium Divinum*, ſeu *Judicium Dei* vocata, varia fuit, meris nixa probationibus, quarum primæ habebantur (1) *Jusjurandum*, ſive *Purgatio Canonica*, quando non ſolum reus, ſolemni juramento, innocentiam ſuam purgare tenebatur, ſed inſuper alii, quinque, ſex, ſeptem, plerumque duodecim, *Compurgatores* adhibebantur, qui, voce unanimi, eandem vel juratò confirmarent, vel de ſceleris ſuſpicione teſtarentur; ſic decretum *Childeberti* Regis: *duodecim perſonis ſe ex hoc ſacramento exuat &c.*; Leg. Burgund. Tit. 8. §. 1: *Cum XII juret &c*; Leg. Bajoar. Tit. 8. §. 3: *cum XII ſacramentalibus juret de lite ſua &c.*; Leg. Friſon. Tit. 14: *ſua duodecima manu juret &c.*; Leg. Saxon. Cap. 2, de *occiſionibus*, l. 3: *ſua manu duodecima juret &c.*, & l. 5: *cum duodecim juret &c.*, & Cap. X. l. 3: *duodecima manu jurando ſe purificet &c.*; Leg. Angliorum & Werinorum, Tit. V. l. 3: *duodecim hominum ſacramento negetur &c.*; Leg. Alaman. Tit. 89: *cum XII nominatis juret &c.* Pœna perjurii *perpetua* erat *infamia*, vel *abſciſſio manus*. Vid. *Du Freſne*, voc. *Jurare duodecima manu*, p. 151; *Spelman*, voc. *Jurata judiciaria*, p. 328; *Hachenberg* l. c. §. XVII, p. 80 &c.; (2) *Duellum*, ſeu *Lex Duellionum*, qua, argumentis dubiis, & obſcuris, litigantium armis credebatur, victo pro nocente habito. In Legibus *Angliorum & Werinorum*, Tit. VIII, audit *Campus*, ibi: *cum undecim juret, aut Campo decernat &c.*, & rurſus Tit. XV: *In furto & vulneribus Campus judicat &c.*, ſic & Leg. Bajoar. T. 2. §. 2, Leg. Saxon. T. 15, Leg. Longobard. lib. 2. Tit. 2. §. 28, & Tit. 55, §. 23, Charta *Roberti*, Regis Gall. in Tabulario S. Dionyſii, ap. *Du Freſne*, voc. *Campus* p. 728: *Duellum, & legem duelli, quod vulgo dicitur Campus &c.* it. *Regino*, lib. 2, *diſcipl. Eccleſ.* cap. 77: *de Pugna duorum, quod noſtri Campum vocant*; plura habet *du Freſne* l. c. & *Spelman*, voc. ead. p. 99; hinc *Campiones*, Gallis *Chambions*, Germanis *Kampffer*, dicti, qui ex lege duellum inire jubebantur; de quibus *du Freſne*, hac voce, p. 715 &c.; *Wehner, Obſervat. Pract.* voc. *Ausfordern*, it. voc. Duell. it. voc. *Kampfflich grüſſen & Kampffrecht*; *Beſold. Theſ. Pract.* voc. *Duell*, ubi ſimul multi, qui hac de materia ſcripſerunt, adducuntur; *Speidel, Notab. Jurid.* voc. *ausfordern*, itidem multa ſingularia de duellis, eorumque forma, & exempla pariter profert illuſtria, it. voc. *Kampff, und Kampffrecht*. In decreto *Thaſſilonis* Bavariæ Ducis, de An. 772, *Wehadinc* appellatur, pro qua voce *Marcus Velſerus*, lib. V *Rer. Boicarum*, *Wehrdinc* legendum putat. Truculentam hanc legem, à ſævis gentibus, *Gothis, Vandalis*, aliisque Borealibus, profectam, *Longobardi, Franci, Alamanni, Saxones, Friſones, Bavari &c.* tanto habebant pretio, ut eandem Legibus ſuis certatim adderent. Ius *Provinciale Suevicum*, Cap. 167, hac ratione eam tuetur: *Davon muß man das Gericht an GOtt laſſen. Davon iſt Kampff geſetzt: wann, was die Leut nicht ſehent, das weiß doch GOtt der Allmæchtige wohl. Davon ſollen wir GOtt getruwen, daß Er den Kampff nun nach Recht ſcheyde.* Quo ordine, quibus de cauſis, cum quibus, & quo armorum genere, duella Saxones Suſceperint, latè patet ex *Speculo Saxonico*, lib. 1. Art. 63, ibiq; Gloſſ. & *Sæchſiſch-Weichbild*, Art. 35, ibique Gloſſ. Nec privati tantum homines hoc modo juſtitiam experiebantur, ſed & ipſi Reges, Principesque, quorum longam ſeriem conſtruit *Bangertus* in Not. ad Lib. 2 *Arnoldi Lubecenſ.* Cap. 24, p. m. 279 &c.; imò Sacerdotes & Monachi, à ſacris profugi altaribus, litium ſuarum arbitrium Marti deferebant. Tota *Bangerti* diſſertatio lectu digniſſima eſt; cui addas *Hachenberg* l. c. §. XVIII p. 82 &c.; Ill. Dn. *Datti Vol. Rer. German.* Cap. I. §. 20 &c., p. 4. &c.; Præclariſſ. Dn. *Buddei Selecta Juris Naturæ & Gentium*, §. 25. *Speciminis Jurisprud. Hiſtor.* p. 799 &c. De memorabili duello, circa ſucceſſionem Nepotum cum Patruis, ab *Ottone Magno* indicto, vid. *Witikind. Corbejenſ.* lib. 2 Annal. p. m. 644, & *Sigebertus Gemblac.* ad an. 942; De provocatione *Franciſci I*, Regis Gall. ad monomachiam, an. 1527, 28 Mart., *Carolo V* Imp. transmiſſa, Vid. *Goldaſti Politiſche Reichs-Hændel*, part. XI, p. 328 & 329; Reſponſio Cæſarea, ſub dato Monſon, 27 Junii 1528, extat ibid. p. 335, & 336; acerbiori longe libello privatam pugnam *Chriſtiano IV*, Regi Daniæ, obtulit *Carolus IX*, Rex Sueciæ, an. 1611, 22 Aug. cujus formulam, cum rigida Dani replica, *Arthuſius, Mercur. Gallo-Belg.* Tom. VI p. 974, & *Schadæus*, *Contin. Sleidan.* part. 3. ad an. 1611, §. 48 & 49, pag. 1634, & 1635, referunt. Recte de his *Grotius*, lib. 3, de J. B. & P. Cap. 20, §. 43, v. 3, p. m. 592: *Conflictu certamine uti, tanquam teſtimonio bonæ cauſæ, aut judicii divini inſtrumento, vanum eſt, & à vera pietate alienum &c.* Conf. plur. *Du Freſne* voc. *Duellum* p. 187 &c. & voc. *Judicium Dei*, pag. 134 &c. *Spelman*, vocib. iisdem, p. 186 & 323; (3) *Ordalium*, compoſito vocabulo ex Saxonum *Or*, i. e. magnum & *Dael*, vel *Dele*, i. e. judicium; alias originationes expendit *Petrus Reſenius*, ad Jus Aulicum *Canuti* 2, Daniæ Regis, p. 618; Erat autem probatio vel *per ferrum candens*, vel *per aquam ferv idam*, vel *per frigidam*. Primam juxta *Ordalii* ſpeciem, reus, vel rea, ignitam ferri laminam, pro gravitate criminis indagandi, unius, trium, vel plurium librarum, præſentibus Judicibus, Populique corona, nuda manu, ad præſcriptum locum deportabat. Innocentiæ ſignum fuit nulla ſecuta læſio;

Digitized by Google

quodſi tactum aduſtio comitaretur, culpa quaſi manifeſta, tollebatur tangens ad ſupplicium. Eandem pœnam ſubibat, qui, vomeres ignitos, nudis pedibus, calcando, vel dolorem, vel vulnus ſentire deprehendebatur. *Bricium*, Turonenſem Epiſcopum, accuſatum adulterii, ardentes prunas, ad ſepulchrum uſque *B. Martini*, byrro ſuo, illæſis corpore & veſtimento, ad confundendos delatores, tuliſſe, *Gregorius Turonenſis*, lib. 2 *Hiſtor.*, Cap. I, p.m. 28, adnotat. Virginitatem ſuam *Richarda*, *Caroli Craſſi* Imp. uxor, aut ſingulari certamine, aut ignitorum vomerum examine, probaturam ſeſe marito obtulit, Vid. *Regino* ad an. 887; Danorum Regem *Haraldum*, à *Poppone* Clerico, candens ferrum ingentis ponderis, ad locum à Rege deſignatum portante, veritate Religionis Chriſtianæ ex condicto ſic probanda, converſum, idolorum ſacris dediſſe repudium, pluribus deſcribunt *Witichindus Corbejenſis*, lib. 3. Annal. p. m. 659, & 660; *Ditmarus Merſeburg.* lib. 2, p. m. 18; *Adamus Bremenſ.* lib. 2, Cap. 26, p. m. 59; *Saxo Grammat.* lib. X. p. m. 171; *Sigebertus Gemblac.* ad an. 966; *Albertus Stadenſ.* ad an. 974, aliiq;. An. 1028 ingenuus quidam, de homicidio *Sigfridi* Comitis incuſatus, candenti ferro ſe expurgavit. Vid. *Annal. Hildeshem.* h. a. ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, Cod. *Script. Brunſuic.* p. 725; De S. *Cunigunda*, *Henrici S.* Imp. Conjuge, ſcribit *Theodoricus Engelhuſius*, in Vitis Imperatorum, è Sereniſſima Domo Brunſuicenſi & Luneb. oriundorum, ap. *Maderum*, *in Antiquit. Brunſuic.* p. 39: *Diabolo procurante, de adulterio accuſata, per quindecim vomeres ignitos, ſe purgavit &c.* Conf Vitam ejus ap *Surium*, 3. Mart. p. m. 42; & ap. *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, Cap. 2, p. m. 108; Auctor *Compilationis Chronologicæ* apud *Piſtorium*, Tom. un. *Script. Rer. German.* ad An. 1025. p. m. 734, non niſi duodecim vomeres numerat; & *Cranzius*, lib. 4. *Saxon.* Cap. 32, eam candens ferrum geſtaſſe arbitratur. De *Petro*, Albanenſi Præſule, ait *Conradus Urſpergenſis*, ad an. 1088, p. m. 173: *per judicium ignis immenſam pertranſiens illeſus piram, veſtimentis etiam per flammam volitantibus, ſed in nullo leſis, Petrum, Florentinum Epiſcopum, declaravit Simoniacum &c.* Deteſtandum hunc probandi morem *Fridericus* 2, Imp., an. 1221, ſolenni Conſtitutione, quæ inter Siculas, ſeu Neapolitanas, lib. 2. Tit. 31, reperitur, & omnes leges paribiles damnat, abolevit, licet ubique penitus eum extinguere non potuerit; Vid. *Petri Lambecii Rer. Ham-burg.* lib. 2, ad an. 1257, p. 40 & 41. De altera *Ordalii* Specie, *Aqua ferVida*, quando ſcil. nuda rei manus in ferventem aquam immittebatur, & per certum temporis ſpatium immota detinebatur; ubi rurſus illæſa innoxium pronunciabat, ambuſta nocentem; Ut & de tertia, cum accuſatus in *aquam frigidam* injiceretur, ſubmerſus pro innocente, ſupernatans vero pro criminis reo reputatus, memorabile affert exemplum *Aimoinus*, lib. V, de *Geſt. Franc.* Cap. 34, ad. An. 874, p. m. 493, litis memor, inter *Carolum Calvum* Imp. ejusque ex fratre Nepotes, quoad terras quasdam ad Rhenum exortæ; antequam enim res prælio fuerat commiſſa, *Ludovicus*, *Ludovici Regis filius*, *decem homines cum Aqua calida, & decem cum ferro calido, & decem cum aqua frigida ad judicium miſit, coram eis, qui cum illo erant, petentibus omnibus, ut Deus in illo judicio declararet, ſi, per jus & æquum, ille habere deberet portionem de Regno, quam Pater ſuus illi dimiſit ea ex parte, quam cum fratre ſuo, Carolo, per conſenſionem illius, & per ſacramentum accepit. Qui omnes illæſi reperti ſunt &c.* Judicium *aquæ frigidæ* elegit *Welfus* Altorfenſis, in *Hiſtoria Guelforum*, ap. Dn. *Leibniz*, l. c. p. 783, §. 6. Stederburgenſes unum manſum in *Arebecke*, *per judicium aquæ frigidæ*, recuperaſſe, docet *Chronicon Stederburgenſe* ad *an.* 1166, ap. Dn. *Leibnitium* l. c. p. 858; Nuncius apparitionis *B. Mariæ* ad Baſilicam S. Crucis Herfordenſis, à *B. Meinwerco*, Paderbornenſi Epiſcopo, *judicio aquæ ferrique igniti, examinatus, ſecurus declaratus* legitur, in vita *Meinwerci*, ap. *Surium*, 5 Junii, p. m. 95. Quibus verbis & ceremoniis ferrum à Sacerdote fuerit conſecratum, & aqua devota, oſtendit *Hachenberg* l. c. §. 19. & 20, p. 84 &c.; inprimis *Goldaſtus* Tom. 3. *Conſtit. Imp.* p. 254 & 255; quem tamen *Jacobus Gretſerus*, Jeſuita, *in Indiculo Criminum falſi, quæ Tomo hoc Tertio commiſerit*, Cap. VII. p. m. 135, impoſturæ accuſat; Primus inhumanam conſuetudinem hanc impugnavit *Gregorius Magnus* P. R. in Epiſt. ad *Brunhildam*, Francorum Reginam, ap. *Gratianum*, Cauſ. 2. Quæſt. IV, Cap. 7, *Mennam &c.* ibi: *Vulgarem denique, ac nulla Canonica ſanctione fultam Legem, ferventis ſcil. ſive frigidæ aquæ, ignitique ferri contactum, aut cujuslibet popularis inventionis ---- Apoſtolica auctoritate prohibemus firmiſſime &c.* De interdicto *Leonis III* vid. *Gratianus* l. c. Cap. 19, *Omnibus vobis viſa &c.*, ut & *Stephani V*, ibid. Cap. 20, *Conſuluiſti &c.* Ex imperatoribus non minori pietate ſanxit *Lotharius*, in L. *Longob.* lib. 2, Tit. 55, l. 31: *Examen aquæ frigidæ, quæ hactenus fiebat, à Miſſis noſtris, omnibus modis interdicatur, ut non ulterius fiat &c.* Pariter & *Fridericus* 2, ceu modo monitum. Plura ſuppeditant *Du Freſne*, vocib. *Aquæ frigidæ judicium* p. 275 &c., *Ferrum candens* p. 384 &c., *Lada*, p. 196 &c.; *Spelman* voc. *Judicium ferri & aquæ ferventis*, p. 325; *Bangertus*, *in Not. ad Helmoldum*, lib. I. Cap. 83. p. 189 &c; *Hachenberg* l. c. §. 19. 20 & 21, p. 84 ad 89; *Lambecius* l. c. p. 39 ad 42; (4) Purgatio per *S. Euchariſtiam*; (5) *Judicium Crucis*; (6) *Caſeus execratus &c.* de quibus, aliisque probationibus vid. *Du Freſne*, & *Spelmanni* Gloſſaria; *Hachenberg* l. c. §. 22 ad 26, p. 89 &c. Hæque erant Leges, hæc Jura, quibus, ad Seculum uſque XIII, uſa Germania, donec, vileſcentibus vel abolitis reliquorum pleriſque, *Suevicum*, ſeu *Alamannicum*, *Franconicum* alias dictum, & *Saxonicum* palmam præriperent, unde *Schwaben-und Sachſen-Spiegel*, nec non diviſio Germaniæ in Terras Juris Franconici, & Saxonici ſurrexerunt, ſalvis tamen hinc inde Legibus conſuetudinariis, & municipalibus, veluti *Magdeburgica*, de qua ſupra; *Lubecenſi*, de qua *Chron. Holſat.* in *Acceſſionibus Hiſtoricis* Ill. *Leibnitii*, T. I. Cap. 15. p. 29 a *Holſatica*, ibid. Cap. 16, p. 31 & 32, aliisque multis;

Vid.

Vid. Ill. Dn. *Coccejus*, Cap. 23. *Juris publici Prudent.* §. 6, p. 361.

(b) CONSUETUDINES &c. Quæ in negotiis publicis, Legibus ſcriptis iacentibus, totam rem conficiunt. Vid. Conſultiſſ. Dn. *Werlhof Notitia Imperi*, lib. I. Cap. I. §. 33, p. 10, & Doctiſſ. Dn. *Ludwig*, de *Jure adlegandi Ordinum S. R. I.* C. I. §. 8. p. 16 &c.

(c) VIGENTES &c. De quarum abrogatione nihil Legibus publicis cautum eſt; Contrarium potius elicet in Conſtitutione *Friderici* 2, Imp., Sibidatenſi, in Julii foro, de *Juribus Statuum*, an. 1232, ap. Dn. *Schilterum*, Tom. 2. *Inſtit. Jur. Publ.*, Tit. 16, §. 5, p. 18, verb. *Unusquiſque Principum libertatibus, Juriſdictionibus, Comitatibus centum ſibi liberis, vel infeodatis, utetur quiete, ſecundum Terræ ſuæ conſuetudinem approbatam &c.*, ut & Receſſu Imperii *Francofurtenſi*, an. 1234, 3. Id. Febr., ap. *Albericum, Monachum trium Fontium*, in Chron. ad h. a. *Comes vero, vel alius Nobilis, judicium habens, ſi non judicaverit ſecundum Provinciarum conſuetudinem, Domino Regi centum marcas argenti componet &c.* Hinc vera ſcribit *Lehmannus Chron. Spir.* lib. 4. Cap. 21, p. m. 337, in fine: *Und (iſt) in keiner* Hiſtori *zu finden, daß ein Kayſer, oder Kœnig, dieſelbe alte Geſetz und Recht der Teutſchen abgeſchafft, oder, andere Rechte an deren Statt anzunehmen, gebothen, bis, bey Aufrichtung des Kayſerl. Kammer-Gerichts, die Kayſer, Furſten und Stænde des Reichs, nach den gemeinen beſchriebenen Ræmiſchen Rechten, alle bürgerliche Streit- und Recht-Sachen zu entſcheiden, übernommen, und verabſchieds &c.* modo interpretationem *Conringii*, *de Orig. Jur. German.* Cap. 33, pag. 206, addas, qua locus hic ita explanatur, ut, ſalva Judicii Cameralis inſtitutione, priſcæ Leges & Conſuetudines propterea non abrogatæ, ſolæve in earum locum receptæ Romanæ cenſendæ veniant; quod vel ipſa docet Ordinatio Cameralis Wormat. an. 1495, §. 26, Item *ein Jeder*, ubi: *Ein Jeder, ſoll ſeine Unterthanen in ſeinen ordentlichen Gerichten, Rechten und Oberkeiten bleiben laſſen, und halten, nach eines jeden Fürſtenthums, Grafſchafft, Herrſchafft und Oberkeits loblichen Herkommen und Gebræuchen &c.* Add. *Kammer-Gerichts-Ordnung zu Worms*, de An. 1521, §. 30. *Ferner iſt auch, &c.* ibique: *Doch damit einer jeden Obrigkeit ihrer hergebrachten Recht, Gebræuch, Herkommen, Gnaden und Freyheiten unbenommen &c.* It. *Ordnung des Land-Friedens zu Worms*, An eod. §. 6, *Wir wollen aber &c. Wie an einem jeden Orth Herkommen und Recht iſt &c.* It. R. J. Wormat. an. eod. §. 17, *Und nachdem &c Solchem hinführo fürzukommen, ſollen und wollen wir an unſerm Stuhl zu Rothweil, auch ſonſt bey andern Oberkeiten, oder freyen Stühl, verfügen, daß deßhalben gebührlich Einſehen beſchehe, damit Ordnung gehalten, und die Gericht derſelbigen freyen Stühl, wider Alt-Herkommen, nicht mißbraucht werden &c.* It. *Kayſerl. Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augſpurg* de A. 1555, Part. 1. Tit. 57. *Es ſollen auch &c. nach Redlichen, Ehrbaren, und Lændiſchen Ordnungen,* Statuten *und Gewohnheiten der Fürſtenthümmen, Herrſchafften und Gericht, die vor Sie bracht werden &c.* Ne dicam de Inſtr. Pac. Weſtphal. Art. VIII. §. 4, circa finem: *De cætero, omnes laudabiles conſuetudines, & S. R. J Conſtitutiones, & Leges fundamentales impoſterum religioſe ſerventur &c.* Rec. Imp. Noviſſ. An. 1654, §. 105: *Benebens ſollen &c. Benebens ſollen Cammer-Richter, Præſidenten und Beyſitzere, bey* Adminiſtration *der heilſamen* Juſtitz, *ſowohl die* Statuten *und GEWOHNHEITEN, als die Reichs-Abſchied und Gemeine-Rechten, vor Augen haben, und wohl beobachten &c.* & Capitul. *Joſephi*, Art. 3, *Gebrauche und guter Gewohnheiten, ſo Sie* (Status Imperii) *bißhero gehabt haben &c.* Ex quibus manifeſtum fit, conſuetudines laudabiles, uſuque probatas, nequaquam eſſe abolitas. *Num autem ante tempora fundatæ Imperialis Cameræ, i. e. ante annum 1495, Juri Romano plane nullus uſus in Imperii Foro fuerit?* vix affirmandum puto, extantibus omnino veſtigiis in contrarium antiquioribus, teſte vel ſola Conſtitutione *Alberti* 2 Imp. an. 1437, de *Quatuor Circulis Imperii*, ex Archivo Reipubl. Argentoratenſis, à Dn. *Schiltero*, eruta, ejusque *Inſtit. J. P.* Tom. 2, Tit. XIX, p. 339, inſerta, & ab Ill. Dn. *Datto*, lib. I. *Rer. German.* Cap. 26, §. 14. &c. p. 178 &c. repetita, §. *Und darumb &c.* ubi: *So wollent wir unſer Ober-Gerichte mit Wiſen, Verſtendigen, Fürſichtigen Rittern und Gelehrten beſtellen, gehalten, jeden Recht geben, und zu tun, nach gemeinen Rechten, guter Gewohnheit, und anders, mit nothdürfftiger Erfolgung. und wie ſich das gebürt &c.* quæ formula, *nach gemeinen Rechten*, paſſim in Imperii Receſſibus, ut & Juramento, Judicem & Aſſeſſores Cameræ obſtringente, occurrit, nec aliud, quam Jus Juſtinianeum denotat. Ex profeſſo materiam hanc enucleavit Ill. Dn. *Datt.* l. c. Lib. IV, Cap. I, §. 117 ad 156, p. 713 ad 717. Diverſa ſunt: *Gemeine Rechte*, (quæ & *Kayſerliche Rechte*, it. *Kayſerliche Gemeine oder geſchriebene Rechte* vocantur,) i. e. Jura Romana communia; *Reichs-Rechte*, ſeu Conſtitutiones Imperii; & *Gewohnheiten*, ſive Conſuetudines.

(*d*) GEBRÆUCHE &c. Genuinum *Conſuetudinis* fundamentum eſt tacita comprobatio; arg. l. 32. ff. de Legib. & §. 9. Inſtit. de J. N. G. & C. Conf. *Ludwel. ad Inſtit.* diſſ. 1. *c.* 14. p. 11; *Gailius Obſerv. Pract.* lib. 2. Obſ. 31, p. 339; *Mynſinger*, Cent. VI, Obſerv. 41;

Vinnius

Vinnius ad Inſtit. lib. 1. Tit. 2. §. 9. pag. 18 &c. Dn. *Werlhoff, Jur. German. Enucl.* Cap. I, *θ.* 2, ex *Grotio* de J. B. & P. lib. 2, Cap. 4. §. 5. v. 2. pag. 141. Hic locus querelæ doctiſſ. Dn. *Ludwig*, de *Jure adlegandi Principum Imperii*, Cap. 1. §. 9, p. 18, in tanto ſcil. hiſtorias tractantium numero, nullum reperiri, qui curatam conſuetudinum Imperii Germanici haberet rationem; quem locum Juris patrii ſatis adhuc incultum, poſt *Bæclerum* lib. 12. *Not. Imp.* c. 1. §. *In quæſtione*, p. 215, etiam Illuſtr. Dn. *Rhetius Inſtit.* J. P. lib. 1. Tit. 1. §. 17, p. 13 & 14, Dn. *Kulpiſius*, Diſſert, de *Obſervantia Imperiali*, vulgò, *Reichs-Herkommen*, An. 1685 Argentorati habita, *θ. XI*, p. 18, & Dn. *Werlhoff* l. c. *θ. XV*, lit. b, p. 108, deplorant. Multa interim hic præſtitit laudatus Dn. de *Kulpis*, cui l. c. *θ. X*, p. 15. obſervantia Imperialis *Regula eſt, per traditionem inducta, quam, in rebus, Jure ſcripto non determinatis, decidendis, expediendisque, vel in modo expeditionis, in Imperio Germanico ſequimur;* quam definitionem collaudat Ampliſſ. Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione immemoriali*, Cap. IV, *θ.* 8, pag. 193. ait indolem ejus formulà *tacitæ conventionis, ab Imperatore & Statibus, vel aliquando ab his ſolis, diuturno uſu initæ, qua variæ totius Imperii, vel Statuum res, nec non operandi modum concernentia, determinantur,* clarius exprimi arbitratur Dn. *Titius*, *Spec. Jur. Publ.* lib. 2. Cap. 8. §. 2. p. 233. Communes Germaniæ conſuetudines & obſervantiæ, *allgemeine Reichs-Herkommen*, apud Cameralium rerum Compilatores, *Joh Meichſnerum, in Deciſ. Cameral.*, *Adrianum Gylmannum* & *Wehnerum*, Symphorematum Tomis, *Weſenbecium, Gailium, Mynſingerum*, aliosque quærendæ ſunt; circa particulares, in una vel altera, vel aliquibus duntaxat Germaniæ Provinciis, obtinentes, (*Herkommen im Reich*) laudari meretur Tract. *Juſti Georgii Schottelii, von unterſchiedlichen Rechten in Teutſchland*, edit. Guelferbyti An. 1671, & denuo an. 1702. Perperam ejusmodi obſervantiæ cum factis quibuslibet, qualia turbarum bellorumque civilium infelicibus periodis ſæpius contingunt, *Beſoldo* rectius *uſurpantiæ* dicta, confunduntur, *neque* (ſunt verba Dn. *Itteri*, de *Feudis Imperii*, Cap. 2. §. 8, p. 66.) *quod ſemel iterumque, Cæſare aliisque, quorum intereſt, connibentibus, attentatum forte fuit, in perpetuam indubitatamque Imperii obſervantiam evaluiſſe ſtatim dici poteſt.* Pravas Conſuetudines, ſeu corruptelas, jam dudum proſcripſit Carolus V Imp. Art. 218 *der Peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung;* Conf. ibi Commentar. *Matthiæ Stephani*, p. m. 240 & 241; inprimis *Wehneri Obſerv. Pract.* voc. *Gewohnheit* p. m. 172 ad 174, §. *unvernünfftige bæſe Gewohnheiten*, quarum viginti recenſet, ratione deſtitutas, cum ad omnem probatam conſuetudinem ante omnia *rationabilitas* requiratur, quandoquidem nullum Jus, ſive ſcriptum ſit, ſive non, Juri Divino, aut Naturali refragari poteſt. L. 2. C. *Quæ ſit longa conſuetudo. Ludwel. ad Inſtit.* Diſſ. 1. *θ.* 14, p. 11. & 12, ubi & circa reliqua conſuetudinis occupatur requiſita, *Actuum* ſcil. *frequentiam, qui*, (ut in libello, nomine Duciſſæ Aurelianenſis, An. 1699, 26 Oct., Arbitris ſubdelegatis Francofurti, in cauſa Palatina, exhibito, apud Ampliſſ. Dn. *Cortrejum*, Tom. I. *Corporis Jur. Publ.* part. III, pag. 245, habetur,) *ſint conformes; ſiquidem ex actibus difformibus conſuetudo non inducitur; nec ſufficit, conſtare de ea generatim, ſed plene demonſtranda eſt, in ſpecie ſpecialiſſima, præſertim in iis, quæ litis deciſionem reſpiciunt, & ubi de non uſu Juris communis diſceptatur;* & *temporis diuturnitatem*, quam varie Doctores definiunt; Add. *Schneidewin.* ad d. §. 9. Inſtit. de J. N. G. & C., *Gailius* l. c., *Mynſinger* l. c., *Reinking. de Reg. Secul. & Eccleſ.* Claſſ. 2, lib. 2, c. 9. §. 8 &c. p. 908. &c., *Frantzkius* ad ff. Tit. de LL. § 91 &c. pag. 52 &c., *Vinnius* l. c., Dn. *Titius* l. c., lib. 2, Cap. 8, pag. 233, & alii. Quid diſcriminis ſit inter Obſervantiam, Stylum, Mores, Uſus, & Ritus, oſtendit *Dietherrus, Contin. Theſauri Practici Beſoldiani*, Voc. *Uſurpanz*, p. 618, Add. *Speidel*, voc. *Obſervantz*, p. m. 692, & qui ibi nominantur. Ex obſervantia probata ſurgere obligationem, ſeu naſci jus, natura aliorum pactorum demonſtrat. Sed quam ſit difficilis ejus probatio, oſtendunt quotidianæ lites, quæ inde naſcuntur in Imperio, præcipuè circa Quæſtiones: de Reſervatis & auctoritate Imperatoris; de Juribus Vicariorum; de Prærogativa Electorum; de Præcedentia Principum; de fundamento trium Ordinum Imperii Collegiorum, eorumque differentia; de Qualitate eligendi Imperatoris; de modo celebrandi Comitia; de paritate votorum; de modo mittendi Legatos nomine totius Imperii; de modo collectandi; de Superioritate Statuum Territoriali; de Succeſſionibus in vacuas Terras &c. &c. quorum obſervantiam probare ſemper erit difficillimum. Dn. *Titius* l. c. §. 14. p. 236. Dn. *Werlhoff* l. c. *θ. XV.* lit. f. p. 109.

(*e*) *HERKOMMEN &c.* Schottelius, in præfat. dicti Tract. *Von unterſchiedlichen Rechten in Teutſchland*, ait: *Das alte Herkommen in Teutſchland kan mit einem Lateiniſchen Wort eben nicht eigentlich angedeutet werden; Dann* Conſuetudo *iſt es nicht; auch nicht* proprie dicta quædam obſervantia; *auch nicht* Jus quoddam locale, vel ſtatutarium; *Daher jener Franzos, der ſich ſonderlich beſliſſen,* Rerum Germanicarum *kundig zu werden, und die Teutſche Sprach derhalben gelernet, als er in allen Reichs-Abſchieden, und ſonſt andern vielen Vertrægen, allezeit geleſen, daß des Herkommens gedacht wird, geſchrieben,* eſſe ſingulare Jus in Germania, quod vocant Harcomman, *weil ihm muß unwiſſend geweſen ſeyn, was das Teutſche Wort Herkommen eigentlich bedeute, &c.*

(*f*) GOLDASTI &c. Non ſine cauſa Titulum *Collectionis* Goldaſtinæ *Conſuetudinum, & Legum Imperialium* impugnat Conſultiſſ. Dn. *Werlhoff* l. c. lit. b. pag. 108. contenta enim voluminis parum ei reſpondent.

8. *Leges*

Digitized by Google

8. *Leges* (a) *ſcriptæ ſunt*, quæ continentur Receſſibus Imperii, *in den Reichs-Abſchieden.* Cur hæc Decreta, Barbaro vocabulo, dicantur *Receſſus Imperii*, non conveniunt DD. Alii putant, illud fieri, quod ſint inſtar Secretorum Imperii receſſus animorum, ſeu cogitationes reconditæ Cæſaris, Statuumque Imperii; vel quod per eos à variis diſſenſionibus recedatur; Alii, quorum opinio verior eſt, quod ſub ipſum diſceſſum, vel receſſum, ſeu poſt conſultationes & deliberationes finitas, conſtituantur, ac deinceps diſcedatur.

NOTÆ.

(a) SCRIPTÆ &c. Legem ſcriptam vocari, non quæ ſubditorum uſu introducta, tacitoque Summæ Poteſtatis conſenſu probata, ut Conſuetudo, ſed quæ publica auctoritate ſancita, & promulgata, ex L. 9. C. de *Legib.* notum eſt. Scripturam non eſſe de ejus eſſentia, niſi quatenus inſerviat expeditiori ejus cognitioni, *Struvius, Syntagm. Jur. Civil.* Exerc. 2. lib. I. Tit. 3. §. 2. p. 47, *Feinking. de Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. 2. Claſſ. 2, Cap. 5. §. 50. p. 886 &c., *Ludwel* ad Inſtit. diſp. 1. th. 12. p. 9 & 10 &c., *Vinnius* ad Inſtit. lib. I. Tit. 2. §. 3. p. 12, *Philippi* in *Eclogis*, lib. I. Tit. 2. Eclog. 7. p. 16 & 17, commentatores reliqui, qui *Bartoli* ſententiam ad L. 2. C. *Quæ ſit longa Conſuetudo*, abhorrent, pluribus oſtendunt. Numerus latarum Imperii Legum non adeò certus eſt. Corpus Receſſuum Imperii, & Pacificationum Inſtrumenta partem ſaltem earum exhibent. Altius aſcendit Dn. *Struvius* l. c. lib. I. Tit 4. §. 33. p. 59. *Carolum Magnum* de ferendis Legibus ſcribendiſque multum fuiſſe ſolicitum, evincit locus *Eginhardi*, cujus ad præced. §. 7. lit. a, pag. 43, memini, in vita hujus Cæſaris, ap. *Freherum*, de *Scriptorib. Hiſtoriæ Franc.* p. 442, ubi: *Poſt ſuſceptum Imperiale nomen, cum adverteret, multa Legibus Populi ſui deeſſe, (nam Franci duas habent Leges, plurimis in locis valde diverſas) cogitavit, quæ deerant, addere, & diſcrepantia unire, prava quoque ac perperam prolata corrigere. Sed de his nihil aliud ab eo factum eſt, quàm quod pauca Capitula, & ea imperfecta, Legibus addidit. Omnium tamen Nationum, quæ ſub Ejus dominatu erant, Jura, quæ ſcripta non erant, deſcribere, ac literis mandari fecit.* Illuſt. *Conringius*, de Orig. *Jur. German.* Cap. XII, p. 49. &c., ex profeſſo agit de Additamentis *Caroli Magni* ad Leges *Salicas*, *Bajoaricas*, & *Longobardicas*; Cap. XIII. p. 52 &c., legibus *Saxonum*, *Friſiorum* & *Thuringorum* occupatur; Cap. XIV, p. 59 &c., Capitularia ejus, Civilia & Eccleſiaſtica, ſub cenſuram mittit. Juxta annorum ſeriem hæc notari merentur:

(1) Conſtitutio Ejus, *de Epiſcoporum & univerſi Ordinis ſacri vacatione à muniis militaribus*, lata in Comitiis Wormatienſibus, An. 770, ap. *Baronium*, Tom IX. Annal. ad h. a. pag. 332 &c., & *Goldaſtum* Tom III. Conſtit. Imper. p. 132;

(2) Decretum Ejus, de *Purgatione Sacerdotum*, factum in Comitiis Wormatienſibus, An. 772, ap. *Baron.* l. c. ad h. a. §. 21. p 344. & *Goldaſtum* l. c. p. 134;

(2) *Lex Regia Francorum Imperii*, qua Pontifex, *Hadrianus*, Senatus, Populuſque Romanus omne Jus ſuum & poteſtatem in Eum tranſtulerunt, vid. *Theodorici de Niem*, Epiſcopi Verdenſis & Cameracenſis, ac Protonotarii Apoſtolici, *deſcriptio de Inveſtitura Epiſcopatuum Regum Theutonicorum*, ex quodam antiquiſſimo libro Florentino, reſidente illic Papa *Johanne* *XIII*, fideliter extracta, ap. *Schardium*, in *Syntagmate Tractatuum de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 248 &c. inde adduxiſſe ſufficiat: *Poſt hæc*, (expugnatâ Papiâ, Regeque Longobardorum, *Deſiderio*, in captivitatem deducto) *reverſus eſt Romam*, (Carolus Magnus) *ubi conſtituta eſt Sancta Synodus à B. Adriano Papa, in Palatio Lateranenſi, videlicet in Eccleſia S. Salvatoris, quæ reverendiſſime celebrata eſt, à centum quinquaginta tribus Viris Religioſis, Epiſcopis & Abbatibus, Judicibus etiam, & Legis Doctoribus, ab univerſis Regionibus & Ordinibus hujus Almæ Urbis, à cuncto etiam Clero hujus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, exquirentibus uſus, Leges, & mores ejuſdem Eccleſiæ & Imperii, quemadmodum etiam hæreſes & ſeditiones aboleri poſſent de Apoſtolica Sede, & Dignitate Patriciatus, & Romano Imperio: ex quibus omnibus nimius error creſcebat in univerſo Orbe. Populus itaque Romanus Legem condebat, more ſolito, ſed difficile erat, pro unoquoque negotio toties in unum congregari, unde ſententiam, Jus & poteſtatem Imperii Imperatori conceſſerunt, quemadmodum legitur: Populus itaque Romanus conceſſit Carolo, & in Eum tranſtulit omne Jus ſuum & poteſtatem. Ad eorum quoque Exemplum, præfatus Adrianus Papa, cum omni Clero & Populo, ac univerſa Sancta Synodo, conceſſit Carolo Auguſto omne Jus ſuum, & poteſtatem eligendi Summum Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam Sedem, dignitatemque Principatus, ſicut ſcribitur, Diſt. LIII, Adrianus. Inſuper Archi-Epiſcopos, & Epiſcopos, per ſingulas Provincias, ab Eo accipere Inveſtituras diffinivit &c.* Reperitur etiam hæc Lex ap. *Gratianum*, Diſt. LXIII, Can. 22, *Goldaſtum*, Tom. I. *Conſtit. Imper.* p. 16 & 17, & Dn. *Schilterum*, Tom. II. *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. I. p. 1 &c. Veritatem rei comprobant *Anaſtaſius Bibliothecarius*, florens an. 858, in vita *Paſchalis I*, commemorante *Platina*, in eadem vita, p. m. 113: *Idem quoque Bibliothecarius ſcribit, Ludovicum* (Pium. Imp.) *liberam eligendorum Epiſcoporum poteſtatem Paſchali dediſſe, cum antea ea quoque in re Imperatores conſulerentur: quam poteſtatem, ab Hadriano Pontifice, Carolo conceſſam, idem Auctor refert &c.* quo teſtimonio non amplius extante, novum argumen-

Digitized by Google

tum eſt, qua malitia vel etiam hac in parte cum *Anaſtaſii* libro actum; *Leo VIII*. P. R. ap. *Gratianum* Diſt. *LXIII*, C. 23; *Gregorius VI*, apud *Wilhelmum Malmesburienſem*, lib. II. de *geſtis Regum Anglorum*, Cap. 13, & *Conringium*, de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. VI. §. 13, pag. 35; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 773; *Walthramus*, Episc. *Naumburgenſis*, Lib. de *Inveſtitura Epiſcoporum*, apud *Schardium* l. c. pag. 72, & *Schilterum* l. c. pag. 14; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad an. 775, Tom. 2 *Acceſſionum Hiſtoricarum Ill. Dn. Leibnitii*, p. 111; *Martinus Polonus*, in vita *Hadriani*, p. m. 361, *Collectionis Schilterianæ* An. 1702; *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3 *Speculi Hiſtorialis*, lib. 23, Cap. 168, ad annum 32 *Conſtantini* Imperat., quem, præcedente Cap. 151, an. 742. cœpiſſe docet; *Lupoldus de Babenberg*, qui, judice *Voſſio*, de *Scriptoribus Latinis*, lib. 2, Cap. 57, pag. 459, An. 1325 vixit, Lib. de *Zelo Chriſtianæ Religionis veterum Principum Germanorum*, Cap. XV, apud *Schardium* l. c. p. 233; *Panormitanus*, lib. 8. c. 134 & 136; *Marſilius Patavinus*, de *Translatione Imperii*, Cap. VIII, ap. *Schardium* l. c. p. 158 & 159; *Radulphus de Columna*, de *Translatione Imperii*, in vita *Adriani* P. R. apud *Schardium* l. c. pag. 164, & 165; *Petrus de Alliaco*, Cardinalis, & Archi-Epiſcopus Cameracenſis, Tract. de *Eccleſiaſtica Poteſtate*, ſive, *Conſtantienſis Concilii autoritate & Fatis*, ap. Dn. *Von der Hardt*, Tom. VI. *Hiſtor. Concilii Conſtantienſ.* part. I. p. 25; *Blondus Flavius*, *Eugenii IV*, aliorumque Pontificum Romanorum Secretarius, Decad. 2, lib. 2, p. 171, lit. C, ſententiam contrariam, quam l. c. lib. I. p. 167. lit. C. prodidit, corrigens; Chronicon *Oſnabrugenſe*, ap. Dn. *Meibomium*, Tom. 2 *Scriptor. Rer. German.* pag. 196; Hiſtoria *Patriarcharum Bituricenſium*, auctore Monacho *Sanſulpitiano* in Suburbio *Bituricæ* Civitatis, Ord. Bened. ap. *Labbeum*, Tom. 2 *Collectionis Novæ Biblioth.* Cap. 56, in vita *S. Dacberti*, Archi-Epiſcopi, pag. 85; *Jacobus von Kœnigshoven*, *Chron. Alſat. & Argentorat.* edit. à Dn. *Schiltero*, An. 1698, Cap. 2, § 136, pag. 100; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 26, p. 673; Illuſtriſſ. *Petrus de Marca*, Archi-Ep. Pariſ. lib. 8, de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, Cap. 19; *Stephanus Baluzius*, ad *Flori*, Lugdunenſis Diaconi, librum de *Electione Epiſcorum*, c. 6, & in Vita *Mauritii Burdini*, Archi-Epiſcopi Bracarenſis, §. 16, inſerta libro III. Miſcellaneorum. Cardinalem *Baronium*, Tom. IX. *Annal. Eccleſ.* ad an 774, §. 10, p. 355, relata negantem, jam dudum debellavit *Goldaſtus*, edito, An. 1607, *Rationali*, &, poſt eum, *Conringius*, de *Imperio Romano Germanorum*, Cap. VI, ac nuperrimè Dn. *Schilterus* l. c. pag. 8. &c.;

(4) Capitulare Comitiorum Generalium An. 778, ap. *Goldaſtum*, Tom. III. *Conſtit. Imperial.* pag. 120. &c.;

(5) Ejusdem Conſtitutio de *Immunitate Eccleſiaſtica*, An. 779, ap. *Baronium* l. c. ad An. 779, §. 2, p. 377, & *Goldaſtum*, l. c. p. 122;

(6) Ejusdem Capitulare An. 780, ap. *Goldaſtum* l. c. p. 123;

(7) Ejusdem Capitulare, factum in Comitiis *Ticinenſibus*, An. 786, ap. *Goldaſtum* l. c. p. 135;

(8) Ejusdem Conſtitutio de *Emendatione Cantionum, & Lectionum Eccleſiaſticarum*, An. 787, ap eundem l. c. pag. 136;

(9) Ejusdem Præceptum *de Tributo Provinciarum, & ſubjugata Saxonia*, An. 788, ibid. l. c. p. 137;

(10) Capitulatio ejusdem *cum Gente Saxonica*, An. 789, cujus *ad præced.* §. 7. lit. *a*, p. 43, memini;

(11) Ejusdem Capitulare de *Reformatione Eccleſiæ, & diſciplina Chriſtiana*, in Comitiis *Aquisgranenſib.* An. eod. ap. *Goldaſtum* l. c. p. 125 &c.;

(12) Conſtitutio in Concilio *Francofurtenſi* 300 Epiſcoporum, contra Hæreſin *Elipandinam & Felicianam*, Salvatorem noſtrum, ſecundum carnem, Dei Patris filium adoptivum, delirantem, An. 794, ap. eundem l. c. Tom. I. p. 19 &c., & *Baronium* l. c. ad An. 794, §. XV &c. p. 467 &c.;

(13) Capitulare, de *non adorandis Imaginibus*, contra *Conſtantini VII*, Imperat. Conſtantinop. & *Irenes* Matris, & *Nicanæ* 2 Synodi, Pſeudo-Oecumenicæ ſeptimæ, An. 787 coactæ, Decretum, publicatum in eodem Concilio Francoſurtano, An. 794, ap. *Goldaſtum* l. c. pag. 23 &c., qui peculiari volumine collecta, & Notis illuſtrata *Imperialia Decreta de Cultu Imaginum, in utroque Imperio, tam Orientis, quam Occidentis, promulgata, edidit Francofurti, An.* 1608, typis Beckerianis; poſt reliqua, pag. 61 &c, Canones laudatæ Synodi Francofurtenſis huc ſpectantes, ex Bibliotheca *Petri Pithoei*, & p. 67, totum Capitulare Carolinum, de *non adorandis Imaginibus*, è Bibliotheca *Johannis Tilii*, Meldenſis Epiſcopi, præmiſſa Præſulis præfatione, &c., ſiſtens. Multa iterum movet *Baronius* l. c. ad an. 794, p. 475, &c., §. 36, & ſeqq., ad ſalvanda Nicæna Decreta, quibus malevola manu aſſutum ſcribit, quicquid de *ſuperſtitioſa Imaginum adoratione* in Concilio Francoſurtenſi damnatum; Sed quid ejus ſermocinatio, qua Aulæ Papali blanditur, contra tot coæva teſtimonia? hoc titulo veniunt *Hadriani I*, P. R. *Reſponſio ad Capitulare Caroli Magni*, ap. *Goldaſtum*, dict. Collect. Decretorum Imperialium, *de Cultu Imaginum*, p. 81; Patrum Synodi *Pariſienſis*, An. 825, *Epiſtola ad Ludovicum Pium, & Lotharium*, Imperatores, ibid. p. 627; Annales Francorum *Pithoeani*, ad an. 794, p. m. 13; *Fuldenſes*, ap. *Freherum*, ad an. 794, & *Goldaſtum* l. c. p. 84; Author *vitæ Caroli Magni*, apud *Pithœum* l. c. pag. 256, & *Goldaſtum* l. c.; *Hincmarus Rhemenſis*, contra *Laudunenſem* Epiſcopum, Cap. 20, ap. *Baronium* l. c. §. 41. p. 478, *Matthiam Flacium*, *Catal. Teſtium Veritatis*, p. 131, *Goldaſtum* l. c. p. 82, *Zieglerum, de Epiſcopis*, Cap. 18, § 38, p. 694; *Adelmus*, Annal. Franc. ap. *Freberum*, ad an. 794. p. 400, & 401, & *Goldaſtum* l. c. p. 83; *Strabo Fuldenſis*, Annal. ad dictum annum; *Ado Viennenſis*, in Chron. ætat VI. *Walafridus Strabo*, de *Rebus Eccleſ.* Cap. 8, ap. *Baronium* l. c. §. 41. p. 478; *Regino* ad an. 794; Monachus *Swarzahenſis*, in Chronico, ab *Urſpergenſi* continuato, ad an. 794, ap. *Goldaſtum* l. c. p. 85; *Hermannus Contractus*,

ad

Digitized by Google

ad An. 794; *Albertus Stadenſis* ad An. eundem; *Zonaras*, Tom. 3 Annal. in Vita *Irenes*, p. m. 141; *Vorburgius* Vol. X. *Hiſtoriarum*, ad an. 894, p. 193, &c. qui omnes de impiis Græcorum Decretis, & Occidentalium contradictione, eorumque abrogatione, ad nauſeam teſtantur;

(14) Reſcriptum *de non adorandis Imaginibus*, in eodem Concilio datum; *Goldaſt*. Tom 2. *Conſtit. Imp.* pag. 2;

(15) Edictum de *Summa Trinitate, & fide Catholica*, ibid. publicatum; *Goldaſt*. l. c. p. 1;

(16) Ejusdem Edictum de *Hoſte*, *Pugna*, *atque armis Sacerdotibus prohibitis*, An. 797; Id. Tom. III Conſtit. Imp. p. 142;

(17) Capitula *ad Legem Salicam*, An. 798; *Goldaſt*. l. c. p. 144;

(18) *Lex Regia*, Eo tanquam Patricio, lata, An. 800, in Natalitiis Domini, ut Imperatori Auguſto, ſolennitate veteri, firmata; Audiendus hac de re Auctor coævus *Vitæ Caroli Magni*, ap. *Pithæum*, p. 261 & 262, & Dn. *Schilterum*, *Script. Rer. Germ.* p. 57 & 58, ubi: *Romam vero venienti occurrit pridie Leo Papa, & Romani cum Eo, apud Nomentum, duodecimo ab urbe Lapide, &, ſumma cum humilitate, ſummoque honore, ſuſcepit, prandensque cum Eo, in loco prædicto, ſtatim Eum ad urbem præceſſit, & craſtino in gradibus Baſilicæ B. Petri Apoſtoli ſtans, miſſis obviam Romanæ urbis vexillis, ordinatis etiam, atque diſpoſitis, per congrua loca, tam peregrinorum, quam Civium, turmis, qui venienti laudes dicerent, Ipſe, cum Clero, & Epiſcopis, equo deſcendentem, gradusq; aſcendentem ſuſcepit, aataque Oratione, in Baſilicam B. Petri, pſallentibus cunctis, introduxit. Facta hæc ſunt, ſub die VIII Kal. Decemb. Poſt ſeptem vero dies, Rex, concione vocata, cur veniſſet Romam, omnibus pateſecit, & exinde cotidie ad ea, quæ erant facienda, operam dedit. Inter quæ vel maximum & difficillimum erat, de diſcutiendis Papæ objectis criminibus. Et dum nullus probator criminum eſſe potuit, Dn. Papa, coram omni populo, in Baſilica B. Petri, Evangelium portans, umbonem conſcendis, &, invocato S. Trinitatis nomine, jure jurando, ab objectis criminibus, ſe purgavit - - - - Ipſa autem ſacratiſſima Natali domini, cum Rex ad Miſſam, ante confeſſionem B. Petri Apòſtoli, ab oratione ſurgeret, Dominus Leo Papa, coronam capiti Ejus impoſuit, & à cuncto Romanorum Populo acclamatum eſt: CAROLO AUGUSTO, A DEO CORONATO; MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORUM, VITA ET VICTORIA Antea enim Dominus Carolus vocabatur ab omnibus REX FRANCORUM, ET PATRICIUS ROMANORUM: Sed, poſt laudes, à Domino Apoſtolico, MORE ANTIQUORUM PRINCIPUM, ADORATUS EST, ATQUE, ABLATO PATRICII NOMINE, IMPERATOR, ET AUGUSTUS EST APPELLATUS. Poſt Paucos autem dies, juſſit eos, qui Papam, anno ſuperiori, dehoneſtaverant, exhiberi, &, habita de eis quæſtione, ſecundum Legem Romanam, ut Majeſtatis rei, capite damnati ſunt. Pro quibus tamen Papa, pio affectu, apud Imperatorem interceſſit, & vita & membra eis conceſſa ſunt. - - - - - Ordinatis deinde Romanæ urbis, & Apoſtolici, totiusque Italiæ, non tantum PUBLICIS, SED ETIAM ECCLESIASTICIS, ET PRIVATIS REBUS, nam tota hyeme non aliud fecit Imperator, miſit iterum in Beneventanos expeditionem, cum Pipino, filio ſuo &c.* Paucis eadem innuit *Eginhardus*, in vita laudati Cæſaris, ap. *Freherum*, *Scriptor. Franc.* p. m. 442; clarius verò, & totidem fere verbis, *Adelmus* Benedictinus, *Annal. Rer. Franc.* ad. Ann. 800, & 801, ap. eundem, pag. 404, & 405; *Annales Francici* apud *Reuberum*, ad An. 800, & 801, pag. 32, & 33; *Annales Francici*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Commentar. Bibliothecæ Vindobonenſis*, Cap. V, p. 374, ad An. 800; alii *Annales*, ibid. ad Ann. 800, & 801, pag. 381; *Paulus Warnefridus*, in Chron. ad ann. 800 & 801, ap. *Freherum*, p. 180; *Anaſtaſius Bibliothecarius*, in vita *Leonis III*, p. m. 183, & 184; Poëta Saxo, *Arnulpho* Imp. æqualis, lib. 3. Annal. ad an. 800, & lib. 4, ad An. 801, ap. Dn. *Schilterum*, *Script. Rer. German.* p. 26, & 27, & Dn. *Leibnitium*, *Script. Rerum Brunſuic.* p. 151, & 152; *Annales Francorum Fuldenſes*, apud *Freherum*, pag. 9. *Script. German.* ad ann. 800, & 801; S. *Ludgerus*, Monaſterienſis Præſul, Epiſt. ad *Rixfridum* Trajectenſem, de S. *Swiberto*, Epiſcopo Verdenſi, ap. *Surium*, 1. Mart. p. m. 20.; S. *Modoaldi*, Trevirorum Antiſtitis, vita, apud *Surium*, 12 Maji, pag. 168; *Regino* ad ann. 800, & 801; *Ado Viennenſis*, ætat. VI, ad ann. 799, 800, & 801, p. 228 &c. Conf. *Hermannus Contractus*, *Lambertus Schafnab.*, *Marianus Scotus*, *Sigebertus Gemblac.*, *Chronographus Saxo*, & *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad ann. 799, 800, & 801; *Ivo Carnotenſis*, Chron., ap. *Freherum*, *Script. Franc.* p. 53; *Otto Friſingenſ.* lib. V. Chron., Cap. 31, p. m. 115; Ne dicam de Chronico *Leodienſi*, ap. *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.* ad an. 800, p 335; *Lemovicenſi*, ibid. p. 333, ad h. a; *Metenſi*, ad an. 801, ibid. p. 345; *Vezeliacenſi*, ad an. 801, ibid. pag. 394; *Lupoldo de Babenberg*, de *Jure Regni*, Cap. 1, ap. *Schardium*, *de Juriſd. Imper.* p. 170, & 171; *Marſilio Patavino*, de *Translatione Imperii*, Cap. IX, ibid. p. 159; *Radulpho de Columna*, de *Translatione Imperii*, ibid. pag. 165; *Vorburgio*, Vol. X *Hiſtoriarum*, ad h. a. pag 276, &c. Scio equidem, *Legem Regiam*, in præfata ſolennitate, verbis expreſſis repetitam non referri, *ſatis tamen eſt id, quod re vera geſtum eſt, & quod id, quod antea Populus Romanus Ei, & in Eum contulit, hac feſtivitate & coronatione non diminuit, ſed auxit; contulit enim hic non Jura Regni, quæ antea habuit, ſed titulum univerſalem Imperii Romani Occidentalis, à Conſtantinopolisanis Imperatoribus hactenus, per plurimos annos, non defenſum, deſertum, & tandem optima forma reſignatum*, inquit Dn. *Schilterus*, Tom. 2 *Inſtit. J. P.* p. 18; Conf. idem, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. 2 Cap. XI, §. VI, p. 221 &c.;

(19) Capitula, addita Legi *Longobardorum*, An. 801. ap. *Goldaſtum*, Tom. III *Conſtit. Imp.* p. 146;

(20) Edictum, An. 802, ibid. l. c p. 147;

(21) Conſtitutio de *Regia ſede*, & *Judicio Aquisgranenſi*,

Digitized by Google

granenſi, An. 804, ibid. Tom. 2 *Conſtit. Imp.* p. 6, &c. vid. tamen ad præced. §. VII, lit. a, p. 43;

(22) Capitula, ſancita in Comitiis *Theodonis Villanis*, An. 806, ibid. Tom. 1, p. 145, & Tom. 3, pag 149; & *Baronius* l c. ad h. a. §. 30, p. 570;

(23) Capitula, in Comitiis *Noviomagenſibus*, An. 807, ap. *Goldaſtum* l. c. Tom. III, p. 150;

(24) Reſcriptum ad *Nicephorum*, Imperatorem Conſtantinopolitanum, *de Pace inter utrumque Imperium*, An. 810, vel 811, ap. *Baronium* l. c. ad h. a. §. 19, p. 611, & *Schilterum*, Tom. 2, *Inſtit. J. P.* p. 19, &c., qui *Goldaſtum* carpit, quod, Tom. I *Conſtit. Imp.* p. 144, illud ſub an. 803 exhibeat, cum Legatio Græca, ipſius Reſcripti formula teſte, ad *Pipinum*, Italiæ Regem, miſſa fuerit, jam mortuum, (quod, communi Annalium fide, An. 810 contigit) priusquam adventaret, quare & ab Ipſo Imperatore Carolo admiſſa fuit. Meminit hujus pacis *Eginhardus*, in vita *Caroli Magni*, ap. *Reuberum*, pag. 11, & *Freherum*, p. 442, verbis: *Invidiam tamen ſuſcepti nominis*, (Imperatoris) *Conſtantinopolitanis Imperatoribus ſuper hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua eis procul dubio longe præſtantior erat, mittendo ad Eos crebras Legationes, & in Epiſtolis Fratres Eos appellando &c.* Paulo ante (ap. *Freherum* p. 438, & *Reuberum*, p. 8,) ſcribens: *Imperatores etiam Conſtantinopolitani, Nicephorus, Michaël, & Leo, ultro amicitiam & ſocietatem Ejus expetentes, complures ad Eum miſere Legatos, cum quibus tamen, propter ſuſceptum à ſe Imperatoris nomen, & ob hoc Eis, quaſi qui Imperium Eis eripere vellet, valde ſuſpectum, fœdus firmiſſimum ſtatuit, ut nulla inter partes cujuslibet ſcandali remaneret occaſio, &c.* Diverſis ergo temporibus, & cum diverſis Imperatoribus, de pace actum. Quantum liquet, inchoabantur iſti tractatus An. 802, de quibus *Annales Francici* ap. *Pithæum*, p. 17, & *Reuberum*, p. 33, ad h. a. hæc ſuppeditant: *Irene Imperatrix*, (vidua Leonis IV, & Conſtantini VII, quem, ut ſola rerum ſummam moderaretur, è medio ſuſtulit, Mater) *è Conſtantinopoli, miſit Legatum, nomine Leonem, Spatharium, pacis confirmandæ gratia inter Francos & Græcos; & Imperator viciſſim, propter id ipſum, abſoluto illo, miſit Jeſſe, Epiſcopum Ambianenſem, & Helmgandum, Comitem, Conſtantinopolim, ut pacem cum ea ſtatuerent, &c.* Conf. *Adelmus*, *Annal. Franc.* ad h. a. ap. *Freherum*, p. 406; Annales *Francorum Fuldenſes*, h. a; *Regino*, h. a; Annales Monachi *Egoliſmenſis*, ap. Dn. *Schilterum*, p. m. 58, Addit *Paulus Diaconus*, lib. XXIII. *Rerum Romanarum*, in vita *Irenes*, p. m. 334, Imperatorem ſimul eam petiiſſe in matrimonium, inquiens: *Pervenerunt autem & Apocriſarii à Carolo, & Leone Papa, directi ad Eirenеam piiſſimam, poſtulantes, ut jungeretur Illi ad nuptias, & veniret eò ad Heſperias, quæ profeſſis obaudiviſſet, niſi Aetius ſupradictus inhibuiſſet, prævalens, & Imperium in proprium fratrem* (Nicephorum) *uſurpans &c.* quæ *Chronographus Saxo* ad an. 802, p. m. 130, & 131, *Otto Friſingenſis*, lib. V. Chronic. Cap. 31, p. m. 115, *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad an. 801, p. m. 131, & alii iisdem terminis comprobant; protruſa, eodem adhuc anno, in exilium *Irene*, dictus *Nicephorus*, conſcenſo ſolio, ipſemet audivit Legatos, cum quibus revertentibus ſuos viciſſim ad *Carolum* direxit, pacem oblatum; Sic enim *Annales* ſupradicti, apud *Pithæum*, p. 18, & *Reuberum*, p. 34, ad An. 803: *Miſſi Imperatoris de Conſtantinopoli reverſi ſunt, & venerunt cum eis Legati Nicifori Imperatoris, tunc Rempublicam regentis; nam, poſt adventum Legationis Franciæ, Herenam depoſuerunt; quos Imperator ad ſe venientes in loco, qui dicitur Salz, ſuper fluvium Sala, ſuſcepit, & auditos cum epiſtola, pactum faciendæ pacis continente, remiſit ad propria &c.* Idem docet *Adelmus*, l. c. ad an. 803, Legatos Græcos vocans *Michaëlem* Epiſcopum, *Petrum* Abbatem, & Caliſtum Candidatum; Annales, ap. Dn. *Schilterum*, l. c. p. 59; Annales *Francorum Fuldenſes* ad h. a; *Regino* h. a; *Chronographus Saxo*, h. a; *Albericus Monachus trium fontium*, ad h. a; *Albertus Stadenſis*, ad An. eundem; *Granzius* lib. 2. *Saxon.* Cap. 18, & lib. I *Metropol.* Cap. 15; *Sigonius*, lib. IV. de *Regno Ital.* ad an. 801, p. m. 168. Conventionis Capita recenſet *Aventinus*, lib. IV. *Annal. Boicor.* p. 263: *Ordinatis itaque, & compoſitis divinis humanisque negotiis, Salisburgum, quæ & Juvavia quondam Romulæ Genti dicta fuit, menſe Octobri revertitur, ibi Michaël Epiſcopus, Petrus Monachorum Magiſter, Caliſtus Candidatus, Legati Nicephori, Conſtantinopolitani Imperatoris, & Georgii, Hieroſolymitani Patriarchæ, præſto fuere. Actum eſt de Pace, & Fœdere, inter utrumque Imperatorem; atque ita tandem inter Eos convenit, atque hæc diviſio facta eſt; Decretum eſt: Ut Carolus, Ejusque Succeſſores perpetuo ſint, & appellentur poſthac ROMANI, LATINI, OCCIDENTALESQUE IMPERATORES; Nicephorus cum Poſteris verò CONSTANTINOPOLITANUS, GRÆCORUM, ET ORIENTIS CÆSAR vocitetur. Caput Mundi, Roma, tota Italia, ad Aufidum, Vulturnumque, amnes, quorum hic in Inferum, ille in Superum Mare profluit, & usque ad terminos, ut nunc vocant, Ducatus Calabriæ, & Regni Neapolitani, ROMANO IMPERATORI, quam alioqui tenebat, addicta eſt. Poſſedit Idem Pannonias, Daciam, Hiſtriam, Liburniam, Dalmatiam, præter perpaucas Urbes maritimas, quæ ORIENTALI IMPERATORI, ob amicitiam, traditæ, & conceſſæ ſunt. Norici, Vindeliciæ, Rhetiarum, Bojorum, Suevorum, Germaniæ, Galliarum, Inſularum Balearicarum, Hiſpaniæ, ad Hiberum amnem, Principatum, jampridem noſtri Reges, Carolusque tenebant. Cætera Europæ, Orientem, & Meridiem ſpectantia, Conſtantinopolitanus Imperator retinuit. Hæque Societatis conditiones, Imperiique diviſio tabulis inſcriptæ, & à Leone, P. R., ſubſignatæ ſunt &c.* Unde hæc deſumta, neſcio; *Anaſtaſio Bibliothecario*, in *Vita Leonis III*, *Paulo Diacono* l. c. lib. *XXIV*, in vita *Nicephori* Imp., *Johanne Zonara*, Tom. III Annal., in ejusdem Principis vita, aliisque ſilentio ea involventibus. Pacem ad minimum effectum non ſortitam, argumento ſunt & *Nicephori* Imperatoris inconſtans animus, quem *Paulus Diaconus* l. c. pag. 345, *Stauratii*, ejus filii, vitiorumque Paternorum hæredis, memor,

mor, hiſce delineat: *Cum autem fœdus illibatum, MORE PATERNÆ MENTIS, CIRCA NEMINEM ſervaret &c.*, & quæ annis ſequentibus inter eos acta, in primis ipſum Reſcriptum *Caroli* ad *Nicephorum*, de quo hic quæſtio, ubi: *Audito adventu memorati Legati dilectionis Tuæ, Arſacii, glorioſi Spatharii, magnopere gaviſi ſumus, confidentes, Nos, de rebus incertis, ad optatam certitudinem perventuros, & de his, quæ dictis Miſſis Tuis ad Te perferenda dedimus, reſponſum eſſe recepturos, & revera ita factum eſt &c.* Diſputatio erat de *Venetiis*, quas uterque Imperatorum ſibi vindicatum ibat. An. 806, *ſtatim poſt Natalem Domini, venerunt Willerus, & Beatus, Duces Venetiæ, nec non & Paulus, Dux Jaderæ, atque Donatus, ejusdem civitatis Epiſcopus, Legati Dalmatarum, ad præſentiam Imperatoris, cum magnis donis: & facta eſt ibi ordinatio ab Imperatore, de Ducibus, & Populis tam Venetiæ, quam Dalmatiæ*, ait *Adelmus* ad h. a. apud *Freherum* p. 408, &, poſt Eum, *Regino*, h. a; Annales Monachi *Egoliſmenſis*, apud *Schilterum*, h. a. pag. 59, & alii; Anno 809, pergit *Adelmus*, p. 410: *Claſſis Conſtantinopoli miſſa, primo ad Dalmatiam, deinde Venetiam appulſa eſt; cumque ibi hyemaret, pars ejus Connaclum Inſ acceſſit: commiſſoque prælio contra præſidium, quod in ea diſpoſitum erat, victa, atque fugata in Venetiam receſſit. Dux autem, qui Claſſi præerat, nomine Paulus, cum de pace inter Francos & Græcos conſtituenda, quaſi ſibi hoc eſſet injunctum, apud Pipinum, Italiæ Regem, agere moliretur, Wilhareno, & Beato, Venetiæ Ducibus, omnes conatus ejus impedicntibus, atque ipſi etiam inſidias parantibus, cognita illorum fraude, diſceſſit, &c.* adſtipulantibus Annalibus *Egoliſmenſis* Monachi, l. c. pag. 61, & *Reginone*, ad an. 809; An. ſequenti 810, *Pipinus*, Italiæ Rex, *Caroli Magni* filius, *Venetiis* potitus legitur, ap. *Adelmum* h. a. pag. 412: *Pipinus Rex, perfidia Ducum Veneticorum incitatus, Venetiam bello, terra marique, juſſit appeti; ſubjectaque Venetia, ac Ducibus ejus in deditionem acceptis, eandem claſſem ad Delmatiæ littora vaſtanda miſit: ſed quum Paulus, Cephaleniæ Præfectus, cum Orientali Claſſe ad auxilium, Delmatis ferendum, adventaret, Regia Claſſis ad propria regreditur &c.* qui paulo poſt addit: *Pipinum, filium Ejus*, (Caroli Imp.) *Regem Italiæ, 8 Idus Julias, de corpore migraſſe, duasque Legationes, de diverſis Terrarum partibus, unam de Conſtantinopoli, alteram de Corduba, pacis faciendæ cauſa, adventare narratur ------ Imperator Aquasgrani veniens, Menſe Octobrio memoratas Legationes audivit: pacemque cum Nicephoro, Imperatore, & cum Abalaze, Rege Hiſpaniæ, fecit. Nam Nicephoro Venetiam reddidit &c.* quæ omnia Annales *Fuldenſes*, ad an. 810; *Egoliſmenſes*, l. c. pag. 63; *Pithoeani* ad h. a; *Regino* h. a; *Sigebertus Gemblacenſis* ad an. 809; *Chronographus Saxo*, ad an. 810; *Albertus Stadenſis* ad eundem annum; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 809; (quamvis id ſingulare habeat: *Imperator denique Nicephorus Conſtantinopolitanus ad Karolum miſit, & firmiſſimum fœdus cum Eo diſpoſuit, totamque Venetiam Illi, voluntate ſpontanea, donavit,*) *Conradus Urſpergenſis*, p. m. 138; *Sigonius*, lib. IV, de *Regno Italiæ*, ad an. 810, p. 168; *Baronius*, Tom. IX Annal. ad an. cit. §. 18, pag. 610, multique alii corroborant. Diſſidiis penitus ſopiendis delegabat Cæſar, An. 811, Conſtantinopolim *Hattonem*, Baſileenſem Epiſcopum, *Hugonem*, Comitem Turonicum, & *Ajonem* Longobardum de *Aquileja*, ad confirmandam cum *Nicephoro* pacem, ut Annales *Fuldenſes*, h. a., teſtantur, quibus *Adelmus* Annal. h. a., & *Regino* h. a. *Leonem* Spatharium, Siculum, & *Willerium*, Ducem Venetorum, jungunt; verum, *Nicephoro*, an. 812, occiſo, Gener ejus & ſucceſſor, *Michaël*, operi demum finem impoſuit, de quo *Adelmus*, ad h. a., pag. 414: *Nicephorus Imperator, poſt multas & inſignes victorias, in Moeſia Provincia, commiſſo cum Bulgaris prælio, moritur; & Michaël, gener ejus, factus Imperator, Legatos Dn. Imperatoris Caroli, qui ad Nicephorum miſſi fuerunt, & Conſtantinopoli ſuſcepit, & abſolvit: cum quibus & Legatos ſuos direxit, Michaëlem ſcil. Epiſcopum, & Arſafium, atque Theognoſtum, protoſpatharios, & per eos pacem, à Nicephoro inceptam, confirmavit. Nam Aquisgrani, ubi ad Imperatorem venerunt, ſcriptum Pacti ab Eo in Eccleſia ſuſcipientes, more ſuo, i. e. Græca lingua, laudes Ei dixerunt, IMPERATOREM EUM ET BASILEUM appellantes, &, revertendo Romam venientes, in Baſilica S. Petri Apoſtoli, eundem Pacti, ſeu Fœderis libellum à Leone Papa denuo ſuſceperunt &c.* Idem dicunt Annales ap. *Pithœum*, h. a., ut & *Fuldenſes* h. a., & *Reuberiani* h. a. p. 39; & *Egoliſmenſes*, ap. *Schilterum* l. c. pag. 63; Vetuſtus Poëta Saxo, *Arnolpho* Imp. æqualis, ap. eundem, p. 31, & Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſvic.* ad an. 812, pag. 157; *Paulus Diaconus* l. c. in vita *Michaëlis*. pag. 346.; *Regino* ad an. 812; *Hermannus Contractus* ap. Urſtiſium, h. a. pag. 302; *Otto Friſingenſis*, lib. V. Chron. Cap. 32, pag. 115; *Chronographus Saxo* h. a. pag. 133; *Albericus Monachus trium Fontium*, h. a. pag. 158; *Albertus Stadenſis* h. a. pag. 86; *Godefridus Viterbienſ.* part. XVII. Chron. p. 458; *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Caroli Magni*, p. 138; *Sigonius* l. c. ad. an. 812, p. 169, de ſuo addens, Fœdere iſto immunitati atque libertati Venetorum fuiſſe cautum; quod cauſam Patriæ agenti condonandum. Conf. Dn. *Schilter* Inſtit: J. P. Tom. I. lib. 4. Tit. ult. pag. 448 &c.; Dn. *Conring.* de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. 8. §. 4. &c., p. 59, & de *Finib. Imp.* lib. I. Cap. XI, pag. 87 &c.; *Dn. Werlhof*, *Notitia Imperii enucleata*, lib. I. Cap. 2. §. 229, p. 187; Licet itaque ipſius Pacificationis Inſtrumento deſtituamur, Reſcriptum tamen præfatum certiſſimum indicium eſſe poteſt Imperii Occidentis, ſolemni pacto, ab Orientali ſeparati;

(25) Ejusdem Conſtitutiones, in Comitiis Aquisgranenſibus ſancitæ, An. 813; ap. *Goldaſtum* T. 3. Conſtit. Imp. pag. 151;

(26) Reſcriptum de *Obſervatione Septuageſimæ, Sexageſimæ, Quinquageſimæ & Quadrageſimæ*, ibid. p. 141;

(27) Capitulare, ibid. p. 141;

(28) Edictum de *Obedientia, Epiſcopis & Sacerdotibus præſtanda*, ibid. p. 146;

(28) Capitularia varia, ibid. p. 152, 156, & 158.

De *Ludovico Pio* proſtant

(1) Decreta *Aquisgranenſia*, An. 814, apud *Goldaſtum*, T. 1. *Conſtit. Imp.* p. 149;

(2) *Regula Canonicis præſcripta*, in Concilio Aquisgranenſi, An. 816, collectore *Amalerio* Diacono; quare & vulgari nomine *Regula Ludovici* vocantur; vid. Hiſtoria *Autiſſiodorenſium* Epiſcoporum, ap. *Labbeum*, Tom. I *Biblioth.* MS., Cap. 35, p. 432; *Ademari* Chronicon, ibid. Tom. 2, p. 158, ad An. 816; Chronicon *Malleacenſe*, ibid. ad h. a., p. 195; Chronographus Saxo, ad An. 816; Chronicon *Oſnabrugenſe*, ap. *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. 199; Exhibet librum iſtum *Goldaſtus* Tom. 3. Conſtit. Imperial. p. 164 ad 220. Conf. *Gretſer*, de *Impoſturis & criminibus Falſi, qua Goldaſtus Tom. 3 Conſtit. Imper. commiſit*, Cap. VII. p. m. 135;

(3) Decreta *Aquisgranenſia*, An. 817, ibid. Tom. I, p. 150; cum Mandato *de Reformatione abuſuum Cleri*, ejusdem anni, l. c. Conf. *Flacii Catalogum Teſtium Veritatis*, p. 150 &c., & *Ademari* Chronicon, ap. *Labbeum* l. c. ad An. 817, p. 158;

(4) Reformatio Monachorum, ejusd. anni, Goldaſt. l. c. Tom 3. p. 220;

(5) Decreta *Aquisgranenſia*, An. 818, l. c. pag. 225, & *Leo Oſtienſis*, lib. I. *Chron. Caſſinatenſis*, Cap. 18, in vita *Theodomari* Abbatis, ubi: *Ludovicus Imperator - - - - quarto Imperii ſui anno, Aquisgrani in Palatio cum pluribus totius Franciæ Abbatibus, Religioſisque Monachis Concilium faciens, utiliſſima noſtri ordinis obſervationi LXXX generalia Capitula conſtituit, quæ omnia apud nos, perinde ferè, ac ſi Regula S. Benedicti, obſervantur &c.*;

(6) Capitula *Ingelheimenſia*, An. 819, *Goldaſt.* l. c. p. 231;

(7) Addenda Legibus Salicis, ibid. p. 232;

(8) Capitulare, An. eod. ibid. p. 235;

(9) Capitula de *Perſecutoribus Clericorum*, *An.* 820, *ibid. Tom. 2. p.* 13;

(10) Capitula *Attiniacenſia*, An. eod. *ibid. Tom. III, p.* 236;

(11) Capitulare *Theodonis-Villanum*, An. 821, ibid. p. 243;

(12) Capitulare de *Legatione Miſſorum Dominicorum*, An. 822, ibid. p. 249;

(13) Capitulare *Compendianum*, An. 823, ibid. pag. 252;

(14) Capitulare de *Nuptiis*, An. 826, ibid. p. 255;

(15) Edictum de *Expiatione peccatorum facienda*, An. 828, ibid. Tom. 2, p. 15, & ap. *Baronium*, Tom. IX. Annal. h. a. §. 28, &c., p. 847;

(16) Conſtitutio *de pace publica, & diviſione Regni inter filios*, An. 837, ap. *Goldaſt.* l. c. Tom. 2, p. 19;

(17) Statutum *de celebranda per Galliam feſtivitate omnium Sanctorum*; vid. Hiſtor. *Patriarcharum Bituricenſium*, in vita *Ermemberti*, Cap. 44, ap. Dn. *Labbeum* l. c. Tom 2. p. 64.

Lotharium I commendant

(1) Conſtitutio de *Electione Pontificis Romani*, An. 825, ap. *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imper.* p. 187, & Tom. III, p. 652; Ex ſupra dictis *Platinæ* verbis, in vita *Paſchalis I*, p. m. 113, conſtat, extitiſſe olim, qui *Ludovicum Pium* Juribus Eccleſiaſticis, in primis Conſtituendi Præſulis Romani, in favorem *Paſchalis I*, renunciaſſe, arbitrabantur. Provocat *Platina* ad *Anaſtaſium Bibliothecarium*, qui vero de his ne verbum profert; hinc recurſus ad *Gratianum*, Diſt. 63, Can. 30, *Ego Ludovicus &c.*, exemplo *Lupoldi de Babenberg*, de *Zelo Religionis Principum Germanorum*, Cap. 8, apud *Schardium*, de *Juriſd. Imper.* p. 220; *Radulphi de Columna*, de *Translatione Imperii*, ap. eundem, §: *Hoc itaque Pontifice &c.*, pag. 165; *Marſilii Patavini*, de *Translatione Imperii*, ibid. Cap. 8, in fin. p. 159; *Gobelini Perſonæ*, ætat. VI. *Coſmodromii*, Cap. 45, ap. *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.* pag. 244 &c. Producitur integrum *donationis* Inſtrumentum, An. 817, in Conventu *Aquisgranenſi* confectum, à *Baronio*, Tom. IX. Annal. Eccleſ. ad h. a., p. 669, & 670; *Goldaſto*, Tom. 2 *Conſt. Imp.* p. 11. &, ante utrumque, alio licet plane ſtylo, à *Raphaele Volaterrano*, lib. 3. *Geographia*, p. m. 41, nec non *Sigonio*, lib. IV, de *Regno Ital.* p. m. 173 &c., ad An. 817; add. *Stephanus Baluzius*, Tom. I *Capitularium Francicorum*, p. 591; Verba huc ſpectantia ſunt: *Quando, divina vocatione, hujus Sacratiſſimæ Sedis Pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex Regno noſtro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet Gente homo, ſub Noſtra poteſtate conſtitutus, licentiam habeat contra Romanos, aut publice, aut privatim, conveniendi, aut electionem faciendi, nulluſque in Civitatibus, aut in Territoriis, ad Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli poteſtatem pertinentibus, aliquod malum propter hoc facere præſumat; ſed liceat Romanis cum omni veneratione, & ſine qualibet perturbatione, honorificam ſuo Pontifici exhibere ſepulturam; & Eum, quem, divina inſpiratione, & B. Petri interceſſione, omnes Romani, uno conſilio, atque concordia, ſine qualibet promiſſione, ad Pontificatus ordinem elegerint, ſine aliqua ambiguitate, vel contradictione, more Canonico conſecrare, &, dum conſecratus fuerit, Legati ad Nos, vel ad noſtros Succeſſores, Reges Francorum, dirigantur, qui inter Nos, & Illum amicitiam, & charitatem, ac pacem ſociant &c.* ita *Gratianus* l. c. Præterquam verò, quod nullius ceſſionis hic fiat mentio, totam Conſtitutionem figmentum eſſe cerebri Hildebrandini, dudum probatum dedit Dn. *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. VII, §. 12, &c. p. 47, &c.; complectitur enim & donationem Ducatus Romani, Exarchatus Ravennatenſis, Territorii Sabinenſis &c., quæ apertè ficta; Vid. *Lehmannus Chron. Spir.* lib. 5, c. 15, p. 401, &c.; *Carolus Molinæus*, in Not. ad dictum Can. *Ego Ludovicus*; & *ad SCt: Franciæ, contra abuſus Paparum*, §. 119 &c., cujus verba B. *Zieglerus* Tr. de *Epiſcopis*, Cap. 2. §. 32, &c., pag. 274, & ſeqq. refert; Dn. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. 2, Cap. 12, §. 7, p. 234. Etiamſi autem re vera ejusmodi ſcriptum datum fuiſſet, tamen nullius roboris illud

lud cenſendum fore, *Johannis VIII*, P. R., verbis, apud *Reginonem*, ad An. 872, clarè definientibus, *ſacramentum non eſſe dicendum, quod contra ſalutem Reipublicæ, quamvis cum multis exſecrationibus, fuerit prolatum*, patet, quibus addenda ratio *Guilielmi Occami, Octo Quæſtionibus*, Quæſt. IV, Cap. VI, ap. *Goldaſtum*, Tom. 2 *Monarchiæ*, p. 364, & 365: *Quilibet Imperator, poſt Carolum, & poſt Ottonem primum, habuit poteſtatem eligendi ſummum Pontificem: quia poteſtas ordinandi Apoſtolicam ſedem pertinet ad Jus Publicum: ſed Jus Publicum eſt in Sacris, & Sacerdotibus, & Magiſtratibus, per conſequens in Imperatoribus, qui inter Magiſtratus ſupremum locum obtinere noſcuntur. Sed Juri Publico derogari non poteſt: neque poteſt quis renunciare Juri Publico, X. de Foro Compet. Si diligenti; Quare Imperatores poſteriores tali Juri minime renunciare potuerunt &c.* Aliam ſubminiſtrat *Johannes Servinus*, Advocatus Regius, ſub *Henrico IV*, Rege Galliæ, *in Vindiciis Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ, & Regii Status Gallo-Francorum*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarchia*, p. 261, ſcil adjectam fuiſſe donationi conditionem: *modò ſine diſcordia fieret electio, &, poſt conſecrationem, Legati ad Ludovicum Pium, & ejus Succeſſores, Francorum Reges, conciliandæ charitatis & amicitiæ cauſa, mitterentur*; unde mox ſubſumit: *At, non impleta fide placiti, revocata eſt hæc renunciatio, ob Legem, ei impoſitam, non ſervatam; & Gregorius IV Epiſcopi Romani munus exercere noluit, antequam à Ludovico Pio confirmata eſſet ejus electio &c.* Junge & hanc; ſi vera *Ludovici* donatio, unde ergo tanta Ei, & Succeſſoribus, Romæ poteſtas? Nonne ipſe *Paſchalis*, de execæcatis primum, deinde decollatis, *Theodoro*, Romanæ Eccleſiæ Primicerio, & ejus genero, *Leone*, Nomenclatore, *quod ſe, in omnibus, fideliter erga partes Lotharii, juvenis Imperatoris, geſſiſſent*, ſolemni jurejurando, publico in Conſiſtorio, Legatis Imperatoris coram, inveſtigandæ veritatis gratia, Romam miſſis, dicentibus quibusdam, *vel juſſu, vel Conſilio Pontificis*, facinus perpetratum, purgare ſe cogebatur? teſtibus Annalib. *Reuberianis*, ad an. 823, p. 48; *Adelmo*, ap *Freherum*, ad eundem annum, p. 424; *Alberico, Monacho trium Fontium*, ad an. 822, p. m. 168; Add. Dn. *Schilter*, *de Libertate Eccleſ. German.* lib. 2, Cap. 12, §. 3, p. 231; Mortuo, an. 824, dicto *Paſchali*, cum *Eugenius* 2, & *Zanzinus* invicem de Papatu contenderent, hinc inde electi, Cæſar ſane *Lotharium*, filium, Romam miſit, litem terminatum, qua de re ita *Adelmus*, coævus, Annal. Franc. ad An. 824, l. c. p. 426: *In cujus* (Paſchalis) *locum cum duo, per contentionem Populi, fuiſſent electi, Eugenius tamen, Archi-Presbyter Tit. S. Sabinæ, vincente Nobilium parte, ſubrogatus atque ordinatus eſt. Cujus rei nuncium cum Quirinus, Subdiaconus, ad Imperatorem detuliſſet, Conventu circiter 8 Kal. Julii pronunciato, atque Compendii habito, Ipſe, ad Britannicam expeditionem, per ſe faciendam, animo intento, Lotharium Filium, Imperii ſocium, Romam mittere decrevit: ut, vice ſua functus, ea, quæ rerum neceſſitas flagitare videbatur, cum Novo Pontifice, Populoque Romano ſtatueret, atque firmaret; Et ille quidem, ad hæc exequenda, poſt medium Auguſtum, in Italiam profectus eſt &c.* Quæ verbotenus Annales *Reuberiani*, ad h. a., pag. 49, exhibent, cum *Pithoeani* ad h. a., pag. 29, & 30, ſaltem dicant: *Paſchalis Papa defunctus, & Eugenius pro Eo [P]ontifex conſtitutus eſt. Imperator Hlodbarium, filium, ad Juſtitias faciendas, Romam miſit &c.* Conf. *Flav. Blondus*, Decad. 2, lib. 2, p. 171, lit. D. Quid Romæ peregerit, commemorat *Paulus Warnefridus*, tunc florens, in *Chronica* ad an. 825, apud *Freherum*, p. 181: *Lotharius Imperator, iterum ad Italiam veniens, Miſſam S. Martini Romæ celebravit. Et hoc eſt juramentum, quod Romano Clero & Populo Ipſe, & Eugenius Papa facere imperavit: Promitto ego ille, per Deum omnipotentem, & per iſta ſacra quatuor Evangelia, & per hanc crucem Domini noſtri Jheſu Chriſti, & per corpus Beatiſſimi Petri, Principis Apoſtolorum, quod, ab hac die in futurum, fidelis ero Dominis noſtris Imperatoribus, Hludovico & Hlothario, diebus vitæ meæ, juxta vires & intellectum meum, ſine fraude, atque malo ingenio, ſalva fide, quam repromiſi Domino Apoſtolico: & quod non conſentiam, ut aliter in hac Sede Romana fiat electio Pontificis, niſi canonice & juſte, ſecundum vires, & intellectum meum; & Ille, qui electus fuerit, me conſentiente, conſecratus Pontifex non fiat, priusquam tale Sacramentum faciat, in præſentia Miſſi Domini Imperatoris & Populi, cum juramento, quale Dominus Eugenius Papa ſponte, pro conſervatione omnium, factum, habet perſcriptum &c.* Eadem occaſione, *Lotharium* præfatam Conſtitutionem *de Electione Pontificis* edidiſſe, docet *Sigonius* lib. IV, de *Regno Italiæ*, ad an. 825, p. 181, & 182, &, ex eo, *Baronius*, Tom. IX Annal. ad An. 825, §. 13, & 14, p. 780; annectant licet ambo, cuncta, non niſi ex benevola *Eugenii* aſſenſione, acta eſſe; ſed nugantur, ſi vel coætaneo *Auctori Imperatoris Ludovici Vitæ*, apud *Pithœum*, p. m. 382, fidem adhibeas, hæc ſcribenti: *Cum Lotharius, à Patre miſſus, Romam veniſſet, libentiſſimè ab Eugenio Papa ſuſceptus eſt, cu[m]que de his, quæ acceſſerant,* (acciderant *quereretur: quare ſcil. hi, qui Imperatori & Francis fideles fuerant, iniqua nece peremti fuerint, &, qui ſupervixerent, ludibrio reliquis forent, & haberentur? quare etiam tantæ querelæ adverſus Romanorum Pontifices, Judicesque ſonarent? repertum eſt, quod quorundam Pontificum vel ignorantia, vel deſidia, ſed & Judicum cæca & inexplebili cupiditate multorum prædia injuſte fuerint confiſcata. Ideoque reddendo, quæ injuſte erant ſublata, Lotharius magnam Populo Romano creavit lætitiam. Statutum etiam,* (enim) *juxta antiquum morem, ut ex latere*

Digitized by Google

latere Imperatoris mitterentur, qui, judiciariam exercentes poteſtatem, Juſtitiam omni Populo ſacerent, & tempore, quo viſum ſoret Imperatori, æqua lance penderent &c. quæ certè pleniſſimam Imperatoris Juriſdictionem Romæ ſuſſicienter demonſtrant. Clarior adhuc redditur veritas exemplo *Gregorii IV*, an. 827, in locum *Valentini*, qui, ab obitu *Eugenii 2*, *vix in Pontificatu menſem unum compleverat*, ut *Aimonius* lib. IV, ad An. 827, loquitur, ſurrogati, de cujus electione hæc apud *Adelmum* ad h. a., pag. 430: *Defuncto*, (Valentino) *Gregorius, Presbyter Tit. S. Marci, electus, ſed non prius ordinatus eſt, quam Legatus Imperatoris Romam venit, & electionem Populi, qualis eſſet, examinavit &c.* à *Conrado Urſpergenſi*, in vita *Lotharii*, ad h. a., pag. 140 repetita; nec non à *Platina*, in vita *Gregorii IV*, p. m. 116, qui quidem intempeſtive Pontificis extollit modeſtiam, inquiens: *Tanta modeſtia fuit*, (Gregorius) *ut electus à Clero Populoque Romano, non prius Pontificium munus obire voluerit, quàm à Legatis Ludovici Imperatoris, ob eam cauſam Romam miſſis, qui diligenter tantam electionem diſcuſſerant, confirmatus eſſet*; annexum autem gloſſema adulationem temperat, ſcil. *Fecerat id Ludovicus, non ſuperbia motus, ſed ne Jura Imperii amitteret &c.*; quæ etiam apud *Nauclerum*, Vol. 2, Generat. 28, p. m. 708, *Carolum Molinæum*, ad SCt. *Franciæ, contra Abuſus Paparum*, cujus verba B. Dn. *Zieglerus*, Tr. de *Epiſcopis*, Cap. 2, §. 33, p. 275, recitat, & *Centuriatores Magdeburgicos*, Centur. IX, Cap. X, p. 495, leguntur. His omnibus bene ordinatis, *neceſſe* omnino *eſt*, judice eodem Dn. *Ziegléro* l. c. §. 34, p. 276, *ut ſtatuamus, dictam Ludovici conſtitutionem vel fabuloſam & commentitiam eſſe, vel interpretatione aliqua juvandam*;

(2) Pax *Verodunenſis* cum fratribus, An. 843, confecto bello, remotisque difficultatibus, quas *Nithardus*, paciſcentium ex ſorore nepos, lib. IV, ap. *Pithœum*, pag. 477 ad 487, latè deſcribit, inita: de cujus capitibus *Annales Bertiniani*, ad An. 843, ap. Ill. Dn. *Obrechtum*, Cap. VI *Prodromi Rerum Alſaticarum*, p. 53, hæc habent: *Carolus, ad condictum Fratribus obvians, penes Virodunum conjungitur, ubi, diſtributis portionibus, Hludovicus ultra Rhenum omnia; citra vero, Nemetum, Vangium & Moguntiam, Civitates, Pagosque ſortitus eſt; Lotharius, inter Rhenum & Scaldem, in Mare decurrentem, & rurſus, per Cameracenſem, Hainnaum, Loemſem, Caſtritium, & eos Comitatus, qui Moſæ citra contigui habentur, usque ad Ararem Rhodano influentem, &, per deflexum Rhodani in Mare, cum Comitatibus ſimiliter ſibi utrimque adhærentibus; Cetera usque ad Hiſpaniam Carolo ceſſerunt &c.* In Annalibus *Metenſibus*, ad eundem Annum, ibid. pag. 53, & 54, legitur: *Anno Dominicæ Incarnationis 843, deſcripto Regno à Primoribus, & inter partes diviſo, apud Viridunum, Galliæ Civitatem, tres Reges, menſe Auguſto convenientes, Regnum inter ſe dividunt; & Carolo quidem Occidentalia Regna ceſſerunt, Ludovico vero Orientalia, ſcil. omnis Germania, usque Rheni fluenta. Porrò Lotharius, quia major natu erat, & Imperator appellabatur, medius inter utrosque incedens, Regnum ſortitus eſt, quod hactenus, ex Ejus vocabulo, Lotharii nuncupatur, totamque Provinciam, & omnia Regna Italiæ, cum ipſa Romana Urbe &c.* Pariter & *Regino*, ad an. 842: *Tres ſupra dicti fratres Imperium Francorum inter ſe diviſerunt, & Carolo Occidentalia Regna ceſſerunt, à Britannico Oceano usque ad Moſam fluvium; Ludovico vero Orientalia, ſcil. omnis Germania, usq; Rheni fluenta, & nonnulla Civitates, cum adjacentibus Pagis, trans Rhenum, propter vini copiam. Porro Lotharius, qui & major natu erat, & Imperator appellabatur, medius inter utrosque incedens, Regnum ſortitus eſt, quod hactenus, ex Ejus vocabulo, Lotharingia nuncupatur, totamque Provinciam, nec non omnia Regna Italiæ, cum ipſa Romana Urbe &c.* Quibus teſtimoniis Recentiora nituntur, quare etiam *Marianus Scotus*, *Hermannus Contractus*, aliique, qui *Reginonem* ſecuti, Pacificationem dictam in annum 842, re vera, ſequenti, confectam, referunt. Conf. de eadem Annales *Francorum Fuldenſes*, ad An. 843; Chronicon *Lauriſhamenſe*, ap. *Freherum*, *Rer. German.* pag. 65, & 66; *Hepidanni* Annales, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Rerum Alamannicarum*, ſub initium, ad ann. 842, ubi: *Diviſio Regni inchoata*; & mox, ad an. 843: *Pax facta inter illos &c.*; Auctor *Vitæ S. Glodeſindis* Virginis, ap. R. P. Dn. *Labbeum*, Tom. I *Bibliothecæ* MS., p. 735; Auctor Vitæ S. *Modoaldi*, Trevirorum Præſulis, apud *Surium*, 12 Maji, §. *Quid etiam de Clothario &c.*, pag. 168; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad An. 844; *Otto Friſingenſis*, lib. V *Chronic.* Cap. 35, pag. m. 117; *Lambertus Schafnaburgenſis*, ad An. 843; *Gotfridus Viterbienſis*, part. XVII Chronicor. p. 462; *Chronographus Saxo*, ad An. 842, p. m. 137; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad ann. 843, & 844, p. m. 180, & 181. *Albertus Stadenſis*, ad an. 841; *Martinus Polonus*, in vita *Lotharii* Imp., p. m. 363; *Lupoldus de Babenberg*, *de Juribus Regni & Imperii*, Cap. 2, apud *Schardium*, *de Juriſdict. Imper.*, p. m. 171; *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3, lib. 24, Cap. 35, in vita *Lotharii*; *Flavius Blon us*, Decad. 2, lib. 2, pag. 175, lit. B; *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, Cap. 42, ap. *Meibomium*, Tom. I. *Rer. German.* p. 242; *Paulus Æmilius*, lib. 3 *Hiſtor.*, cujus verba Dn. *Conringius*, lib. I, de *Finib. Imperii German.*, Cap. 3, §. 3, p. 10, ſiſtit; *Lehman. Chron. Spirenſe*, lib. 2, Cap. 46, p. 199; *Vorburg* Vol. XI, ad an. 844, p. 380. Hæcque eſt epocha, qua primum *Germania*, pleno Jure, & nulla in re ab Imperio Romano dependens, *Ludovico*, inde *Germanico* dicto, pariterque *Gallia Carolo* gubernandæ ceſſerunt. Vid. Dn. *Conring.* de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. IX, §. 9, & 10, p. 68 & 69; Præclariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *diviſione Imperii Carolini*, §. 35, & ſeqq., p. 20 &c., & de *Regno Auſtraſiæ*, Cap. 2. §. 13, &c., p. 47, & 48; Dn. *Henricus Vagezes*, de *Ludibriis Aulæ Romanæ*, Cap. VII, §. 1, inter *Opera* ejus *Academica*, p. 147. Meminit hujus divi-

Digitized by Google

diviſionis ipſe *Carolus Calvus*, in diplomate, an. 844, Monaſterio Corbionenſi dato, apud Dn. *Tenzel, Vindic. Conring. contra diploma fictitium Lindavienſe*, in append. p. 37;

(3) Receſſus *Comitiorum Romanorum*, An. 844, circa Majeſtatem & Jurisdictionem Imperatoriam, Romæ, & ſubjectionem Pontificis Romani, ap. *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imperial.*, p. 269, & 270; Res ſic ſe habet: Defuncto *Gregorio IV*, cum, An. 844, duo eligerentur in ſchismate, *Sergius* 2, Archi-Presbyter, & *Johannes*, Diaconus, (hiſtoriam latè deſcribente *Anaſtaſio*, in vita *Sergii* 2, p. m. 248, &c., unde ſua hauſit *Baronius*, Tom. X *Annal.*, ad h. a., pag. 11, & 12;) & *Sergius*, inconſulto Imperatore, *Lothario*, conſecraretur, Cæſar *Drogonem, videlicet Metenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopum, cum Excellentiſſimo Hludowico, filio ſuo, magno cum Francorum Exercitu, Romam direxit; cum quibus etiam Archi-Epiſcopos, pluresque Epiſcopos, Abbates, & Comites proficiſci præcepit. Ipſi vero, à quo in oras Bononiæ Civitatis, cum belligeris* (Flacius, Catal. Teſt. Veritatis, p. m. 1042, legit *teligeris*) *ſuis Exercitibus, ſunt ingreſſi, tantas cædes, tantasque ſtrages in Populo peregerunt, ut, qui per Urbes & agros erant, tyrannica crudelitate perterriti, relictis propriis locis, per loca abdita, & latebras, ſe abſconderent. Cum vero hæc, per omnem locum, ſingulasque per Urbes, atque vicos, & agros, ſæva operarentur nequitia - - - - ad Urbem velociter properabant. Quorum adventum antedictus Beatiſſimus Papa, Sergius, fieri propius cum cognoviſſet, in ejus Excellentiſſimi Hludowici Regis occurſum univerſos Judices, ad fere novem milliaria, ab hac Romana Urbe, direxit. Quem, cum ſignis, & magnis reſonantibus laudibus, ſuſceperunt. Et dum Urbi, pene unius milliaris ſpatio, appropinquaſſent, univerſas militiæ ſcholas, una cum Patronis, direxit, dignas Nobiliſſimo Rege laudes omnes canentes, aliosque militia doctiſſimos Græcos, Imperatorias laudes decantantes; Cum dulciſonis earundem laudum vocibus ipſum Regem glorioſe ſuſceperunt; Obviam Illi ejus Sanctitas dirigit venerandas Cruces, item Signa, ſicut mos eſt Imperatorem, aut Regem ſuſcipere. Ipſe vero Hludowicus Rex, qua hora ſibi ſacratiſſimas cruces, ac ſigna obviam veniſſe conſpexit, alacris ſactus valde lætatus eſt, tunc ſuo univerſo cum populo, omnibus Romanis Judicibus, & Scholis antecedentibus, ad B. Petrum ſtuduit properare - - - - Tunc mutuo ſe amplectentes, tenuit idem Hludovicus Rex dexteram antedicti Pontificis, &, in interius ingreſſi atrium, ad portas pervenerunt argenteas - - - - tunc almificus Pontifex manibus ſuis ipſum Hludowicum, Lotharii Imp. filium, oleo ſancto peruugens, Regali ac preſioſiſſima coronavit corona, Regemque Longobardis præfecit &c.* ſunt verba *Anaſtaſii*, l. c., Romanæ Aulæ mancipii. Brevius, ſed ſincerius *Annales Bertiniani*, ad an. 844, ap. Ampliſſ. Dn. *Tenzelium*, in *Vindiciis Hiſtoricis, pro Hermanni Conringii Cenſura in diploma fictitium Ludovico-Lindavienſe*, Cap. VIII. §. 12, p. 189, inquiunt: *Lotharius filium ſuum, Hlodowicum, Romam, cum Drogone, Mediomatricum Epiſcopo, dirigit, acturos: Ne deinceps, decedente Apoſtolico, quiſquam illic, præter ſui juſſionem, Miſſorumque ſuorum præſentiam, ordinetur Antiſtes. Romam venientes honorifice ſuſcepti ſunt, peractoque negotio, Ludovicum Pontifex Romanus, unctione in Regem conſecratum, cingulo decoravit &c.* Add. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 844; *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad eundem annum; *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3. lib. 24, Cap. 35; *Gobelinus Perſona* æt. VI, Cap. 45, pag. 245; *Flacius* l. c. Reliqua ex *Goldaſto* l. c. deſumenda, cum quibus confer, quæ *Jacobus Gretſerus*, Jeſuita, in *Indiculo Impoſturarum, & Criminum Falſi, quæ Goldaſtus, Tomo tertio Conſtitutionum Imperialium, commiſit*, Cap. VII, p. m. 136, profert;

(4) *Capitulare*, cujus, poſt *Gratianum*, Diſt. X, Can. IX, ubi *Leo IV*, P. R., profitetur, ſe Leges Ejus, & Anteceſſorum, nunc, & in ævum, modis omnibus conſervaturum, meminit *Carolus Molinæus*, in *Comment. ad Edictum Henrici 2, Reg. Gall., contra abuſus Curiæ Romanæ*, edit. Pariſ. An. 1552, pag. 27, *Baronius*, Tom. X. Annal. ad An. 847, §. 21, p. 47, & 48, &, poſt hunc, *Goldaſtus*, in præfat. *Collectionis Conſuetudinum Imperialium*, qui illud etiam l. c. pag. 102, ſub Rubr. *Lotharii Imperatoris Capitulare, ex Caroli Magni, & Ludovici Pii, Imperatorum, nec non Pipini Cæſaris, & ſui Ipſius Conſtitutionibus Imperialibus compoſitum, atque univerſo in Imperio, per Germaniam, Galliam, & Italiam, promulgatum, Anno Domini* 8 7, *&c.*, exhibet.

Ludovici, Germaniæ Regis, Fœdus cum fratre, *Carolo Calvo*, Occidentalis Franciæ Rege, poſtea Imperatore Auguſto, An. 842, *Argentorati* pactum, hoc loco notari meretur; antiquiſſimum teſtem ejus habemus *Nithardum*, contrahentium Principum è ſorore, *Bertha*, (ceu ipſe lib. IV. Hiſtor. apud *Pithæum*, p. 486, fatetur,) Nepotem, lib. III Hiſtor. p. m. 471, &c., multa de eo facientem verba; Formula, qua *Ludovicus* ſe fratri obſtrinxerat, hæc fuit: *Pro Don amur, & pro Chriſtian Poblo, & Noſtro commun ſalvament, d. ſt di, en avant, in quant Des* (al. Deus) *ſavir & podir me dunat, ſi ſalvarai eo ciſt meon Fradre Karlo, & in adjudha, & in caduna coſa, ſi cum, um, per dreit, ſon Fradra ſalvar d. ſt, in o, quid il mi altre ſi fazet; Et ab Ludher nul plaid nunquam prindrai, qui meon vol ciſt meon Fradre Karle in damno ſit &c.* vid. *Nithardus* l. c. pag. 472, & 473; *Goldaſtus*, Tom. 1 *Conſtit. Imperial.* p. 190; Dn. de *Vorburg*, Vol. XI. *Hiſtoriar.* ad an. 842, pag. 361; Dn. *Schilterus Script. Rer. German.* §. IX, p. 113, exhibens ſimul interpretationem *Marquardi Freheri*, quam videſis etiam in calce *Notitiæ Imperii B. Bœcleri*, edit. Francof. An. 1692; ante utrumque edidit easdem tabulas *Bodinus*, lib. V. de *Republ.*, Cap. VI, p. m. 957, cum hac interpretatione: *Pro mea erga Deum Religione, proque Populi Chriſtiani Reique publicæ ſalute, deinceps ego, quantum Dei præpotentis fiducia, quantumq; ſtudio potero, Carolum, fratrem cariſſimum, omnibus opibus tueri conabor: & ea cura, ac ſedulitate, qua quisque fratrem, non qua ſeipſum, vitamque ſuam, tueretur: nec, niſi laceſſitus, Eum me violaturum ſpondeo,*

ac promitto, &c. Alium autem prædictis verbis eſſe ſenſum, Freherus, apud Bœclerum l. c., & Schilterum l. c. pag. 116, ad verba: Et ab Ludher, jam obſervavit, ſcribens: Bodinus, qui has primus edidit, lib. V. de Republ. Cap. VI, non animadvertens nomen Lotharii, male reddidit: Et à lui n'auray querelle, que mon vouloir ſoit, ſi mon frere Charles ne me fait tort, &c. Ego ea ſic verto: Pro Dei amore, & pro Chriſtiano Populo, & noſtra communi ſalute, ab hodierno die in ante, in quantum Deus ſcire & poſſe mihi donaverit, ſic ſalvabo ego hunc meum Fratrem, Carolum, & in auxilio, & in omni cauſa, ſicut homo Jure ſuum fratrem ſalvare debet, in hoc, ut ille mihi viciſſim ſic faciat; Et à Lothario nullum placitum unquam acceptabo, ne mea voluntas huic meo fratri Carolo damnoſa ſit. Conf. Dn. Schilterus, lib. 3. de Libertate Eccleſiarum Germaniæ, Cap. 1. §. 1. pag. 259; & Inſtit. Jur. Publ. lib. 2, Tit. V, p. 38 &c.; Hachenberg, Germania Media, Diſſert. VII, §. VI, p. 242; Bœclerus, de Rebus geſtis Seculi IX, & X, in vita Lotharii I, p. 121, & 122; Vagedes Opera Academica, p. 192, §. X. Vice verſa, teſtibus Actis dicti Conventus, Tom 2 Capitular. Franc., p. 39, & Nithardo l. c., p. 473, Carolus Germanico idiomate eadem verba pronunciavit; ſcil: In Godes minna, ind dur thes Chriſtianes Folches, ind unſer bedhero Gealtniſſi, fon theſemo Dage, frammordes, ſo fram ſo mir Got gewizei, indi Madh furgibit, ſo hald ih tuan minan Brudher - - - - ſo ſo man mit Rehtu ſinan Brudher ſcal, inthi, uthaz er mig ſoſo maduo. Indi mit Lutherem inno theinni Thing ne gegango, the minan willon imo ce Scadhen werhen; i. e. In Gottes Liebe, (Gott zu Ehren, vel, aus Liebe zu Gott,) und wegen des Chriſtlichen Volcks, und unſer beyder Erhaltung, von dieſem Tage an, forthin, ſofern mir Gott das Wiſſen und die Macht darzu giebt, ſo vertrete ich dieſen meinen Bruder - - - - wie man Rechts-wegen ſeinem Bruder zu thun ſchuldig iſt, doch, daſs Er ſich gleicherge ſtalt gegen mir ſo verhalte. Und mit Lothario will ich mich in keinen Tractat einlaſſen, damit mein Wille Ihm nicht zu Schaden gereicht &c. Conf. Freherus l. c.; Lehman, Chron. Spirenſ. lib. 2, Cap. 45. p. 197; Vorburg l. c.; Bœcler de Rebus geſtis Sec. IX, & X, l. c., pag. 122; Dn. Schilterus de Libert. Eccleſ. German. l. c, & Inſtit. Jur. Publ. l. c; Vagedes l. c. pag. 193; ubi lectio varians. His ita jurejurando cautis, Populus paciſcentium, Lingua vulgari Romana, ſive ruſtica, ſequens præſtitit Sacramentum: Si Lodhuvigs Sagrament, que ſon Fradre Karlo jurat, conſervat, & Karlus, meos Sendra, (quaſi Senior, ſive Seigneur,) de ſuo part non lo ſtanit, ſi io returnar non l'int pois, ne io ne veuls, cui eo returnar int pois, in nulla ajoudha, contra Lodhuwig, nun li iver &c.; Theutonica vero: Oba Karl then Eid, then Er ſinemo Bruodher Ludhuwige geſuor, geleiſtit, indi Ludhuwig, min Herro, then Er imo geſuor, forbrihchit, ob ih ina nes arwenden ne mag, noh ih, noh thero, noh hein, the ih hes irwenden mag, widhar Karle, imo ce folluſti ne wirdhit. Vid. Nithardus l. c. pag. 473; quæ Goldaſtus l. c. pag. 191, & Schilterus de Libert. Eccleſ. l. c., pag. 260, paulo aliter legunt; priorem formulam Bodinus, l. c., pag. 958, ſic interpretatur: Si Ludovicus, Carolo fratri quam dedit, fidem ſervaverit, Carolus vero, dominus meus, à promiſſis deſciſcat, nec illum à propoſita ſententia divellere poſſim, ne me quidem ſibi obſequentem habiturus eſt; poſteriorem ego ita: Ob (pro wenn) Karl dem Eyd, den Er ſeinem Bruder Ludwig geſchworen, ein Genügen leiſtet, und Ludwig, mein Herr, hingegen bricht, was Er Ihme geſchworen, ob ich Ihn gleich davon nicht abwenden kan, ſoll doch weder Ich, noch der, (ein ander) noch ſonſt jemand, der es nicht abwenden mag, wieder Karl, Ihme zu Dienſt werden. Conf. Dn. Schilter, l. c., Freherus l. c., qui notat, vocem: Folluſti, Ubiis & Belgis adhuc hodie uſitatam, quibus: Zu folleſt und ſteur; adopem, juvamen & ſupplementum, ſignificat. Fundamentum confœderationis hujus nititur diviſione Terrarum, An. 842, inter Fratres Argentorati ſuſcepta, juxta quam Lotharius Italiam, cum nomine Imperii, Ludovicus Germaniam, Carolus Galliam, eorumq; nepos, Pipinus, Aquitaniam conſequerentur; anno 843 vero, apud Virodunum, ut antea monitum, Lothario varias interim ciente turbas, demum ad finem perducta. Vid. Clariſſ. Dn. Schurtzfleiſch, de Regno Auſtraſiæ, cap. 2, §. 13. p. 47;

(2) Fœdus, & commune Decretum, in Baſilica S. Caſtoris apud Confluentes, An. 860, cum fratre, Carolo Calvo, Rege Galliæ, & nepotibus, Ludovico 2 Imp., Lothario, Rege Lotharingiæ, & Carolo, R. Provinciæ, Lotharii Imperatoris filiis, cuſum, apud Baronium, Tom. X Annal. ad h. a. §. XIV, &c., p. 158, &c., Goldaſtum Tom. I Conſtit. Imper. p. 192, &c., Vorburgium, Tom. XII Hiſtoriarum, ad an. 860, p. 119, &c., & Dn. Schilterum, Tom. 2 Inſtit. Jur. Publ., p. 45, &c. Inter Capitula, quæ omnes obſervatum iri pollicebantur, eminet decimum, ſic ſonans: Ut noſtri Fideles, unusquisque in ſuo ordine, & ſtatu, veraciter ſint de Nobis ſecuri, quia nullum abhinc in antea, contra Legem & juſtitiam, vel auctoritatem, ac juſtam rationem, aut damnabimus, aut dehonorabimus, aut opprimemus, vel indebitis machinationibus adfligemus, & illorum, ſcilicet veraciter nobis Fidelium, communi conſilio, ſecundum Dei voluntatem, & commune ſalvamentum, ad reſtitutionem Sanctæ Dei Eccleſiæ, & ſtatum Regni, & ad honorem Regium, atque pacem Populi, commiſſi Nobis, pertinenti, adſenſum præbebimus, in hoc, ut illi non ſolum non ſint Nobis contradicentes, & reſiſtentes ad iſta exequenda, verum etiam ſic ſint Nobis fideles, & obedientes, ac veri adjutores, atque cooperatores, vero conſilio, & ſincero auxilio, ad iſta peragenda, quæ præmiſimus, ſicut per rectum unusquisque, in ſuo ordine, & ſtatu, ſuo Principi, & ſuo Seniori eſſe debet &c. Vid. Baronius §. XIX. p. 186, Goldaſt. l. c. p. 193, Vorburgius l. c. pag. 121, & Schilterus l. c. pag. 52; qua Lege perpetua Germaniæ quoque Regis poteſtas ad Ordinum Eccleſiaſticorum & Secularium commune conſilium & conſenſum cernitur reſtricta; ſub jurejurando promittente Ludovico Germanico, ſe non abſolute, ſeu deſpotice, ſed ex communi ſtatuum conſilio regnaturum; qui verſa vice obſtringebantur ad promovendam eorum executionem, quæ in Comitiis, concordi animo, decreta: manifeſto argumento, Imperii ordines jam tum non meros fuiſſe Conſiliarios, ſed ipſorum ſuffragia omnino Regem jam obligaſſe; de quo plura Dn.

Schil-

Schilterus l.c., Tom. I, lib. IV, Tit. ult., §. X, & XI, p. 408, &c.;

(3) Decretum *de Libertate Eccleſiaſtica*, factum in comitiis Wormatienſibus An. 862, ap. *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.* p. 283;

(4) Capitulare cum fratre, *Carolo Calvo*, in Conventu *Turiſſiaco*, An. 865, XI. Kal. Mart. confectum, quo Confluentina Decreta An. 860 denuo confirmantur; Quoad Jura Statuum Regni utriusque cautum Cap. V: *Conſideravimus, & ſtatuimus, ut communes Fideles Noſtri, quorum Conſilio & auxilio ſanctam Dei Eccleſiam, & Regnum Nobis commiſſum gubernare debeamus, debitum honorem, & ſalvamentum habeant, & ipſi, ad Dei voluntatem, & ad noſtrum debitum honorem, & vigorem, & ſalvamentum, & ad Sanctæ Dei Eccleſiæ ſtatum, & ad Regni ſoliditatem, & defenſionem, qualiter Populus in Regno noſtro Legem, & Juſtitiam, & pacem, ac tranquillitatem habeat, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, fideli conſilio & auxilio nobis ſint in omnibus adjutores. Et ſi aliquis, quod abſit, ab hoc deviare tentaverit, unanimiter, ut ad hoc redeat, illum convertere decertemus. Et, ſi ad hoc reduci non potuerit, unanimiter ſtudeamus, ut vel ſibi ſoli noceat, & contra hoc, quod ſalubriter conſervare debemus, non poſſit damnabiliter agere &c.* Reliqua defenſionem Eccleſiæ, & connubium Lotharii Regis cum Waldrada concernunt. Integrum Capitulare extat apud Dn. *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtit. Jur. Publ.*, lib. 2, Tit. 7, pag. 59, &c., & ex parte apud *Baronium*, T. X Annal. ad h. a., §. 70, &c., p. 300, & *Vorburgium*, Vol. XII Hiſtor. ad h. a., pag. 301, &c.;

(5) Diviſio Regni *Lotharii* inter eosdem fratres, *Ludovicum Germanicum*, & *Carolum Calvum*, in Leodienſi agro, in *Procaſpide*, *ſuper fluvium, Moſam*, An. 870, VI Id. Auguſti facta; Mortuo enim an. 869 *Lothario*, Lotharingiæ Rege, *Lotharii* Imperatoris filiorum ſecundogenito, cum lites circa ſucceſſionem orirentur, ad avertendum bellum, convenit inter litigantes Germanos, *Aquisgrani*, de ſuſcipiendo familiæ erciſcundæ negotio, quod, diviſa æquis partibus Lotharingia, tandem, in *Procaſpide*, confectum fuit; Jure, an injuria? vivente adhuc legitimo hærede, *Ludovico* Imperatore, defuncti *Lotharii* fratre, jam non diſputo. Interim fundamentum diviſæ Lotharingiæ in Germanicam & Gallicam hic quærendum eſt. Hiſtoriam, ex *Annalibus Bertinianis*, late deſcribit *Aimoini Continuator*, lib. V de *Geſtis Francorum*, Cap. XXIV, & XXV, ap. *Freherum*, p. 480 &c., & Dn. *Obrechtum*, Cap. VI *Prodromi Rerum Alſaticarum*, p. 60 &c., poſt reliqua, Cap. 25, inquiens: *Carolus Rex, Legatos ſuos, Odonem ſcil., Belgivacorum Epiſcopum, & Odonem, ac Harduinum, Comites, ad fratrem ſuum, Lodovicum, ad Franconofurt dirigens, petiit, ut, ad Regnum Lotharii dividendum, ſimul convenirent: ipſeq., Pontigonem petens, ibidem eos Legatos accepit, nunciantes, ut ipſe ad Heriſtallium veniret, & frater ejus, Ludovicus, ad Smarnam* (Marsnam) *venturus eſſet: & in meditullio eorundem locorum, Kal. Auguſti, colloquerentur; & unusquisque eorum quatuor Epiſcopos & decem Conſiliarios, & inter Miniſteriales & Vaſallos triginta tantummodo ad idem colloquium ducerent. Quo Lodovicus pergens, Flameresheim, in Pagum Ribuarium, venit: & de quodam ſolario, vetuſtate confecto, ſublicis fractis, cum quibusdam ſuorum, cecidit: & aliquantulum periclitatus in brevi convaluit: inde Aquasgrani pervenit: &, diſcurrentibus inter utrosque fratres & Reges nunciis, tandem, V. Kal. Auguſti, ad locum Colloquii convenerunt: & hoc modo Regnum quondam Lotharii inter ſe diviſerunt &c.* Jam ſequuntur partitionis tabulæ, quas etiam ex duobus Codicibus MSS *Pithœus*, lib. 4. *Hiſtoriæ Nithardi*, p.m. 488 &c.; *Aubertus Miræus*, Cap. XX Codicis *Donationum Piarum*; *Jacobus Sirmondus*, in Notis ad *Caroli Calvi* Capitularia; *Andr. du Chêne*, Tom. 2 *Capit. Franc.* p. 253; *Stephanus Baluzius*, *Tom. 2 Capitul. Franc.*; *Goldaſtus*, *Tom.* III. *Conſtit. Imperial.* p. 288 &c.; *Vorburgius*, Vol. XII. *Hiſtor.* ad an. 870, pag. 590 &c.; *Conringius*, *lib. I. de Finibus Imperii*, Cap. VII, pag. 31 &c.; *Ill. Dn. Obrecht* l. c. p. 66. &c.; *Vagedes*, Diſſert. de *Regno Auſtraſiæ*, §. XIII, pag. 23, inter opera ejus Academica, pag. 198; & noviſſimè Dn. *Schilterus*, l. c. pag. 64 &c., exhibent. Conf. de his *Regino*, ad An. 869 & 870; *Marianus Scotus*, ad an. 870; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 871; *Chronographus Saxo*, ad eundem annum; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad eundem; &, è Recentioribus, Dn. *Conrad Samuel Schurtzfleiſch*, Diſſert. de *Regno Auſtraſiæ*, Cap. 2, §. 15, 16 & 17, pag. 51 &c., & Dn. *Nicol. Hieron. Gundlingius*, diſſ. de *Statu Reipublicæ Germanicæ*, *ſub Conrado I*, §. 3. lit. Q. pag. 16. Simultatibus, inter Fratres Reges gliſcentibus, hoc modo extinctis, novos ſimul utrique Regno terminos diviſio hæc conſtituit, ut non jam Rhenus, ceu antea fuerat, tribus Urbibus cum tractu cujusque exceptis, ſed Moſa, demptis aliquot citerioribus Oppidis, Germaniam inter & Franciam Neuſtricam eſſet limes.

Carolum Calvum, qua Regem Galliæ pariter, & qua Imperatorem, varias tuliſſe Leges, ex antecedentibus partim conſtat, partimque teſtantur

(1) Capitula, Ejus juſſu, in *Sparnaco*, Villa Remenſis Eccleſiæ, ad relegendum collecta, An. 846, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtitut. Imperial.* p. 270,

(2) Conſtitutio *de Rebus Eccleſiæ ablatis reſtituendis, & in poſterum ad ſeculares uſus non transferendis*, An. 847, ibid. Tom. I. Conſtit. Imp. p. 191,

(3) Capitulare *de ſtatu Eccleſiarum & rerum Eccleſiaſticarum corrigendo*, in Comitiis Sueſſionenſibus, An. 853, ſancitum ac promulgatum, ibid. Tom. III. pag. 274,

(4) Edictum de *Raptoribus & Prædonibus*, promulgatum in Comitiis Cariſſiacis, An. 856, ibid. p. 276,

(5) Reſcriptum *de Poteſtate Regia, ſeu Imperatoria, auctoritate Papæ, & Juriſdictione utriusque Regiminis*, An. 871, ibid. Tom. I. p. 200,

 (6) Or-

(6) Ordinationes *de Juramentis Fidelium*, An. 873, apud eundem l. c. Tom. 3. p. 290,

(7) Conſtitutio *de Presbyteris, qualiter ex criminibus diffamatus judicari debeant*, An. 878, ap. eundem l. c. Tom. 2, p. 34, & *Baronium*, Tom. X. Annal. h. a §. 36, & ſeqq. p. 525 &c.

Ludovicus 2, Imperator, edidit, An. 854 & 855, Capitula *de diſciplina Eccleſiaſtica*, in Conventu *Ticinenſi* ſtatuta, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Conſtit. Imper.* p. 20, & 22. Ejusdem Reſcriptum *ad Baſilium*, Imperatorem *Conſtantinopolitanum*, de An. 871, quoad titulos: *Baſileus*, & *Imperator*, apud eundem, l. c. Tom. I, p. 195, nec non *Baronium*, Tom. X. Annal. ad an. 871, §. 57 &c. p. 472 &c., & *Vorburgium*, Vol. XII. *Hiſtor.* ad annum 870, p. 569 &c., hujus loci eſt, ubi §. 3. ait: *Multa quidem indefeſſe leguntur, nunquam tamen invenimus terminos poſitos, aut formas, aut praecepta prolata, neminem appellandum BASILEA, niſi Eum, quem in Urbe Conſtantinopoli Imperii tenere gubernacula contigiſſet, cum, Gentium ſingularum monumentis interim poſtpoſitis, ſacrae nobis affluenter hiſtoriae monſtrent, plurimos fuiſſe BASILEOS nuncupatos, & non ſolum electos quoſque, quales fuere Melchiſedech, & David, verum etiam reprobos, quales Primores Aſſyriorum, Ægyptiorum, Moabitarum, & caeterarum Nationum &c.* §. 4 pergit: *Intuere igitur, Frater, & conſidera, quod multi fuerunt, qui BASILEI, diverſis temporibus, & in diverſis locis & Nationibus, nuncupati ſunt, vel hactenus nuncupentur: & noli vel Nobis, quod dicimur, invidere, vel Tibi ſingulariter uſurpare, quod non ſolum Nobiſcum, ſed & cum pluribus Praepoſitis aliarum Gentium poſſides &c.* & §. 9: *Illud autem ridere libuit, quod de IMPERATORIS nomine dixiſti, neque paternum eſſe, neque Genti convenire. Quomodo enim paternum non eſt, quod jam in Avo noſtro paternum fuit? Quomodo autem Genti non convenit, cum ſciamus, ex Hiſpanorum, Iſaurorum & Cazarorum Gente, Imperatores Romanos effectos? neque enim veraciter aſſeverabis, Nationes has Gente Francorum, aut Religione, aut Virtutibus clariores, & tamen admittere non renuis Imperatores, & eos praedicare non deſpicis &c.*

CAROLOMANNI, Ludovici Jun., & Caroli Craſſi, filiorum *Ludovici Germanici Senioris*, paternae diviſio haereditatis, *Salſeldiae* inſtituta, An. 876, meritò inter Leges Imperii ſcriptas referenda eſt. Poſt fata laudati Regis Germaniae, *Ludovici Senioris*, titillante denuo fratrem ejus, *Carolum Calvum*, occupandae totius Lotharingiae, evertendaeque ſic pactionis Anni 870 cupiditate, tempore, quo natu major defuncti, *Carolomannus*, expeditioni Italicae vacabat; minor, *Ludovicus Junior*, Paterno funeri apud Francofurtenſes ſolvebat juſta, & minimus, *Carolus*, rebus in Alemannia ordinandis occupabatur, exarſit novum bellum, quo dictus *Ludovicus Junior*, ſelecto è Thuringis, Saxonibus, & Francis Orientalibus Exercitu, oblatae pacis capita ſpernentis Patrui conatus, 8. Id. Oct. an. 876, haud procul ab *Andernaco*, in Megenſi pago, horrenda clade temperavit, de qua legas *Reginonem* h. a., & *Annales Bertinianos* ad eundem, quorum verba Dn. *Obrecht*, Cap. VI *Prodromi Rerum Alſaticarum*, pag. 72, &c., repetit. Parta victoria, ad haereditatem dividundam itum à Fratribus, *Reginone* l. c. teſte, ubi: *Poſt haec, cum venerunt tres ſupra dicti fratres in loco, qui dicitur SAULIFELT, ibi diviſerunt paternum Regnum. Carolomannus ſortitus eſt Bajoariam, Pannoniam, & Carnutum, quod corruptè Carantanum dicitur, nec non & Regna Sclavorum, Beheimenſium & Marahenſium; Ludovicus Orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Friſiam, & partem Regni Lotharii; porrò Carolus Alemanniam, & aliquas Civitates ex Regno Lotharii &c.*, quae Continuator *Aimoini*, apud *Freherum*, lib. V, Cap. 34, p. 493, & 494; *Annales Fuldenſes*, ad an. 876; *Pithoeani*, ad eundem, p. 94 &c., quorum tenore diviſio in *Recienſi* Pago facta; ita enim ibi, in fine an. 876: *Karlmannus, & Hludowicus, atque Karolus, Ludowici Regis filii, in Pago Recienſi convenientes, Paternum inter ſe Regnum diviſerunt, & ſibi invicem fidelitatem ſervaturos eſſe, ſacramento firmaverunt. Cujus ſacramenti textus Theutonica lingua conſcriptus, in nonnullis locis habetur &c.*; *Marianus Scotus*, ad an. 875, occiſorum, ex parte *Caroli*, quinquaginta millia numerans; *Hermannus Contractus*, Cod. Nov. apud *Urſtiſium*, ad An. 876; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 877; *Otto Friſingenſis*, lib. VI Chron. Cap. VI; *Godefridus Viterbienſis*, part. XVII Chron., in vita *Caroli Craſſi*, p. 466; Annales *Hildeſienſes*, ap. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Brunſuicenſ.* p. 716, ad an. 876; *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad An. 876, Tom. 2 *Acceſſ. Hiſtor. Dn. Leibnizii*, pag. 204; *Vorburg*, Tom. XII *Hiſtor.* ad h. a. pag. 688; multique alii comprobant. Quid circa Lotharingiam geſtum ſit, innuunt Annales *Francorum Fuldenſes*, ad An. 877, nec non *Pithoeani*, ad eundem annum, pag. 99, verbis: *Hludowicus Rex, partem Regni Hlutharii* (quam ſcil. ipſorum Pater Ludovicus Germanicus, tranſigendo cum frate Carolo Calvo, an. 870, obtinuerat,) *cum Fratribus, Karlmanno, & Karlo, aequa lance dividit*; quamvis Carolomanni portio, Anno ſequenti, primùm *Ludovico* obtigit ſoli, poſtea tamen inter ipſum, & fratrem, *Carolum*, diviſa, teſtibus iisdem Annalibus, ad an. 878, ubi: *Menſe Januario, Rex*, (Ludovicus Germanicus Junior) *de Aquis tranſiens, venit ad Franconofurt, & ibi, ſequenti menſe, cum ſuis colloquium habuit. Karlmannus partem Regni Hlutharii, quam priori anno à Fratribus ſibi retinendam acceperat, Hludowico tradidit. Hludowicus Rex diebus Quadrageſimae, usque ad Menſem Majum, moratus eſt in Villa Regia, quae vocatur Salz, &, inde tranſiens, apud Francohofurt, generalem habuit Conventum, miſſisque Nunciis ad fratrem ſuum, Carolum, partem Regni Hlutharii, quam à Karlmanno acceperat, cum Eo dividit &c.* Eodem anno 878 laudatus Rex, *Ludovicus Junior*, cum Conſobrino, *Ludovico Balbo, Caroli Calvi*, interea defuncti, filio, novam iniit pacem, apud *Marsnam*, vi cujus, ad *Gundolfi Villam*, (Gundelfingen) de priſtina Lothariani Regni diviſione firmanda, agentes, negotium, felicibus auſpiciis, in Conventu *Furonenſi*, in finibus *Herſtalli* &

Marſ-

Marsnæ, ad finem perduxerunt. De Conventione hac legi merentur *Annales Bertiniani*, ad An. 878: *Ludovicus* (Balbus) *Rex, Trecis Compendium reverſus, audita renunciatione Legatorum ſuorum, quos ad Sobrinum ſuum, Ludovicum, pro pace inter ſe obtinenda, direxerat, cum quibusdam Conſiliariis ſuis venit usque ad Heriſtallium; &, Kalendis Novembris ſimul convenientes apud Marsnam; utrimque pax firmata eſt inter eos. Et condixerunt Placitum in Purificatione S. Mariæ, ut ſimul iterum convenirent: Ludovicus, Caroli filius, ad Gundulfi Villam, & Ludovicus, Ludovici filius, circa eundem locum, in commoditate ſua. In ipſo quidem Placito hæc, quæ ſequuntur, inter eos, conſenſu fidelium illorum, ſervanda convenerunt: Conventio, quæ, inter Glorioſos Reges, Ludovicum, filium Caroli Imperatoris, itemque Ludovicum, filium Regis Ludovici, in loco, qui vocatur Furonis, Kal. Novemb., Ipſis, & communibus Fidelibus ipſorum faventibus, & conſentientibus, facta eſt, Anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXVIII, Indictione XI, dicente Rege Ludovico, filio Caroli: Sicut inter Patrem meum, Carolum*, (Calvum) *& Patrem Veſtrum, Ludovicum*, (Germanicum) *Regnum Lotharii diviſum fuit*, (An. 870, in Procaſpide) *volumus, ut ita conſiſtat, & ſi aliquis Noſtrorum Fidelium de Regno Patris ſui ex hoc aliquid uſurpatum habet, juſſu Noſtro illud dimittat. De Regno vero, quod Ludovicus Imperator in Italia habuit, quia nondum ex illo aliqua diviſio facta eſt, quicunque modo illud tenet*, (tenebat autem Carolomannus) *ita teneat, donec, domino volente, ſimul venientes, cum communibus Fidelibus Noſtris, inveniamus, & definiamus, quod ex hoc melius & juſtius viſum fuerit &c.* Quæ omnia Continuator *Aimoini*, lib. V, Cap. 38, ap. *Freherum*, p. 500 &c., (ad annum licet 879, Indict. XII, & variante nonnihil lectione, quandoquidem, loco verborum: *ex hoc aliquid uſurpatum habet, juſſu noſtro illud dimittat*, ibi extat: *purpriſam habet, juſſu noſtro illud dimittatur &c.*) & *Goldaſtus*, Tom. III. *Conſtit. Imperial.* pag. 293, ubi eædem tabulæ, mutata duntaxat voce, *purpriſam*, in *purpriſum*, habentur, corroborant. Add. *Capitular. Franc. Stephani Baluzii*, Tom. 2, p. 277; Ill. Dn. *Obrecht*, Cap. VI *Prodromi Rerum Alſaticarum*, p. 81, & 82; Vir Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, diſſ. de *Regno Auſtraſiæ*, Cap. 2, §§. 18, 19, & 20, p. 55 &c. Enimverò, *Ludovico Balbo*, anno 879, itidem exuvias mortales deponente, nova contigit mutatio, cujus hæc ſumma: *Ludovicus Germanicus* Junior, ſeu *Auſtraſius*, audita morte Patruelis, Galliam invadere conabatur, defuncti filios, *Ludovicum*, & *Carolomannum*, pro ſpuriis habendo; iis autem armis arma opponentibus, lites amicabili compoſitione dirimebantur, portione Lotharingiæ, quam Principum Pater, *Ludovicus Balbus*, & Avus, *Carolus Calvus*, ex duplici partitione, *Procaſpidana* ſcil., An. 870, & *Furonenſi*, An. 878, tenuerant, *Ludovico Auſtraſio* ceſſa. Qua de re *Regino*, ad an. 879, ſcribit: *Ludovicus, qui Auſtraſiis imperabat, cognita morte æquivoci ſui*, (Ludovici Balbi) *Regnum illius invadere diſpoſuit, &, transvadata Moſa, Imperii fines occupavit: cui occurrerunt duo memorati fratres*, (Ludovicus, & Carolomannus) *cum valida manu, ſed, intercurrentibus viciſſim Legationibus, nequaquam pugna committitur, ſed pax roboratur. Adoleſcentes, quo imperii fœderatus ab Eis recederet Ludovicus, portionem Regni Lotharii, quam Avus*, (Carolus Calvus) *Paterque* (Ludovicus Balbus) *tenuerat, ex integro Illi conceſſerunt, addita inſuper Atrabatis Abbatia S. Vedaſti. Facta itaque pactione, datisque ſacramentis, cum in Regnum idem Rex reverteretur, repente obviam habuit Normannorum innumeram multitudinem &c.* Conf. Annal. *Metenſis* ad h. a., Dn. *Conringius*, de *Finib. Imp.* lib. 1, Cap. VIII, p. 44, & 45. Auctor vitæ S. *Gudulæ*, apud *Surium*, 8 Januar. p. 125, §. 22, minus accuratè *Ludovicum* Auſtraſium, ante irruptionem Normannorum, bellum fratribus intuliſſe putat. Majori longè judicio de pactionibus his hanc fert ſententiam Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch* l. c. §. 20, pag. 59: *Quæ pactiones, conſenſu Francorum Populi, aut Procerum è Populo delectorum firmatæ, non Reges tantum, ſed Eorum ſucceſſores & Regna obligarunt, tum renovatæ aliquoties, & voluntate paciſcentium corroboratæ, peræque etiam, ac priores, jurisjurandi vinculo aſtrictæ, ſanctiſſimoque ſocietatis humanæ præſidio communitæ, atque ab invadentium injuriis defenſæ, neque unquam abalienatæ, neque amiſſæ ſunt, aut derelictæ. Quare ſtandum eſt his pactis, in quibus cardo Juris Germanici vertitur, quibusque non magis cura vicinitatis, quam finium ſecuritas, continetur &c.* Cæterum edidit *Ludovicus Balbus*, an. 878, in Concilio *Trecaſenſi*, Conſtitutionem *contra Sacrilegos*, quam *Goldaſtus*, Tom. I *Conſtit. Imper.* p. 207, ſiſtit; conf. *Gratianus*, Cauſ. XVII, Quæſt. IV. Can. XXI, *quisquis &c.*

ARNOLPHUS Imp. Conſtitutionem, de *Excommunicatis*, ſancivit, in Concilio *Triburienſi*, an. 895; apud *Goldaſtum*, Tom. III Conſtit. Imper. p. 296.

LUDOVICVS IV, An. 904, *Leges* tulit *Portorias*, in Comitiis *Rabelſtadianis*; apud *Goldaſtum*, Tom. I Conſtit. Imper. pag. 210. Ejusdem Edictum, de *Ritu manumiſſionis*, An. 906, exhibet idem l. c. Tom. III. p. 300.

CONRADI I, Regis Germaniæ, Conſtitutiones de *Pace publica*, & *Deſertoribus*, An. 915, extant apud eundem *Goldaſtum* l. c. Tom. III, pag. 301; nec non Decreta in Concilio *Althaimenſi*, An. 916, l. c. Tom. I, p. 210.

HENRICUS AUCEPS, Germaniæ Rex, transactione, cum *Carolo Simplice*, Rege Galliæ, apud *Bonnam* inita, *Lotharingiam* Germanicæ Jurisdictioni in tantum aſſeruit, ut præfatus Rex Galliæ juribus ſuis in eam penitus ſe abdicaret. Hiſtoria hæc eſt: Ultima fata habente *Ludovico*, cum cognomini filio, Germaniæ Rege, An. 882, accreverat Lotharingia *Carolo Craſſo* Imperatori, &, ab ejus obitu, *Arnolpho* Imperatori; Hic filium *Zundeboldum*, an. 895, conſentientibus, in Comitiis Wormatiæ celebratis

Ordinibus, Regio titulo, de eadem inveſtiebat, quo, an. 900, à Statibus pulſo, rediit Provincia ad *Ludovicum IV*, Germaniæ Regem. Hoc, an. 911, vel 912, etiam defuncto, litem deſuper *Conrado*, ſucceſſori, intendit *Carolus Simplex*, Rex Galliæ, nullo jure eam, Germaniæ jam pridem conjunctam, armata manu invadendo, annoque 916, ejectis inde *Conrado* militantibus, legibus ſuis ſubdendo. Hac rerum facie, deficientibus à Rege *Carolo* Lotharingis, plurimorum conſenſu delectus *Giſelbertus*, an. 920, (*Frodoardo* teſte, ad h. a., apud *Pithæum*, p. 111,) Principatum ad ſe rapuit, quem tamen, brevi poſt, in clientelam Germaniæ Regis, *Henrici Aucupis*, eo majori ſtudio, conferebat, quo *Robertus*, in locum *Caroli* conſtitutus Rex, eum Galliæ vindicare nitebatur, exorto propterea, inter ipſum, & *Henricum* Germanum, bello. Proſtratis autem *Roberti* copiis, *Caroloque*, amiſſa recuperare ſtudente, in ordinem redacto, fœdus ictum eſt, an. 921, tertio ſcil. *Henrici* Regis, apud *Bonnam*, in navi, in medio Rheni fluminis ad anchoram conſiſtente, cujus tabulas, poſt *Sirmondum*, *Aubertum Miræum*, Cap. 23 *donationum piarum*, & *Stephanum Baluzium*, Tom. 2 *Capitularium Franc.* p. 299, nuper publici Juris fecit *Schilterus*, Tom. 2 *Inſtit. J. P.* Tit. IX, p. 75; Fert quidem præ ſe iſtarum proœmium annum recuperatæ ſalutis à nongenteſimo vigeſimum ſextum, verbis: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Divina propitiante Clementia, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXVI, Anno vero Regni Domini & Glorioſiſſimi Regis Francorum Occidentalium XXIX, redintegrante XXIV, largiore vero hereditate indepta X, Indictione IX, anno quoque Regni Domini & Magnificentiſſimi Regis Francorum Orientalium, Heinrici, tertio, inter ipſos præfatos Principes, unanimitatis pactum, ac ſocietatis amicitia quæſita, repertaque exordia ſumpſit, prout viſa ſunt competentia &c.* Loco anni 926, ſcribendum eſſe annum 921, non tantum innuit Indictio IX, ſed & annus tertius *Henrici* Regis, quem an. 919 Regnum Germaniæ obtinuiſſe, omnibus conſtat. Accedit *Frodoardi* auctoritas in Chronico, apud *Pithæum*, ad an. 921, p. 112, ubi: *Karolus Rex in Regnum Lodharii abiit, receptiſque per vim quibusdam Ricuini, infidelis ſui, præſidiis, & facta pactione, uſque ad Miſſam S. Martini, cum Heinrico Transrenenſi, reverſus eſt in montem Lauduni ---- Karolus iterum pacem cum Heinrico firmat &c.* Anno ſequenti, violata à *Carolo* pace, Lotharingis, una cum *Giſelberto*, ad Eum redeuntibus, recruduit bellum, anno tamen proximo 923, nova transactione *Bonnenſi*, de qua hic quæſtio, iterum finitum, *Carolo* prætenſionibus in Lotharingiam renunciante. Teſtis eſt *Sigebertus Gemblacenſis* ad h. a. cujus hæc ſunt verba: *Reges, Henricus & Carolus, apud Bunnam confœderantur, Caroluſque reddit Henrico Regi Regnum Lotharingiæ, Epiſcopis & Comitibus utrinque jurejurando rem confirmantibus &c.*, quæ *Albericus, Monachus trium fontium*, ad eundem annum, p. m. 259, repetit, & *Continuator Reginonis*, ad an. 924, comprobat: *Carolus & Heinricus, Reges, apud Bonnam caſtellum conveniunt, & pacem inter ſe facientes fœdus ineunt: & Carolus, nunquam ſibi amplius Lotharienſe Regnum uſurpaturum, promittens regreditur &c.*, aſſentiente *Chronographo Saxone*, ad eundem annum, p. m. 152; Conf. *Otto Friſingenſis*, lib. VI. Chron. Cap. 18: *Itaque dum, ſecundum quod utroſque Scriptores concordare diximus, Henricus cis Rhenum regnaret, & de Belgica cum Carolo diſceptaret, ex voluntate amborum, ad hujus litis ſcrupulum decidendum, die in Oppido Bunnæ conſtituta, Belgica Heinrico ceſſit, ac Carolo Celtica tantùm, & Aquitania, parsque Lugdunenſis, Burgundia Regem per ſe habente, remanſit. Et ſic Regnum, quod Francorum dicitur, ex paterna hæreditate, Belgicam Galliam, cum Palatio Aquis, & majori parte Franciæ, perdidit &c.* Pacem hanc cum prædicto fœdere Bonnenſi, an. 821, perperam confundi, poſt *Conringium*, in *Annotatis* ad Lib. I. *de Finibus Imperii* Cap. VI, p. m. 20 &c., obſervavit Ill. *Obrechtus*, Vol. I, Cap. VII *Prodromi Rerum Alſaticarum*, p. 118, contra *Blondelli pleniorem Genealogiæ Franciciæ Aſſertionem*, p. 263; Fatendum interim eſt, *Henrico* Regi Lotharingos omnes demum an. 925 ſe ſubjeciſſe; ita enim *Frodoardus* ad h. a. pag. 126: *Heinrico cuncti ſe Lotharienſes committunt &c.* De quibus ſuo loco plura.

Idem, *Accepta pace ab Ungaris, ad novem annos ---- ex agrariis militibus nonum quemque eligens, in Urbibus habitare fecit, ut cæteris confamiliaribus ſuis octo habitacula extrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet, ſervaretque. Cæteri vero octo ſeminarent, & meterent, frugeſque colligerent Nono, & ſuis eas locis reconderent. Concilia, & omnes Conventus, atque convivia in Urbibus voluit celebrari, in quibus exſtruendis die noctuque operam dabant &c.* Hæc *Witichindus*, lib. I Annal. apud *Meibomium*, T. I. Rer. German. p. 639; Conf. *Sigebertus Gemblac.* ad an. 925; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad eundem annum, p. 262; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, Cap. 47, apud *Meibomium*, l. c. pag. 247; *Lehman. Chron. Spir.* lib. 5. c. 1. pag. 385; *Gryphiander de Weichbildis*, Cap. 34, p. 85, & 86; *Conring. de Republ.*, Exerc. 3 *de Urbibus Germanicis*, *t.* 82, p. 114, & 115; *Schilteri Diatribe de Prærogativa S. R. J. Comitum*, §. 12, p. 13, & 14; *Bœcler. Hiſtor. Sec. IX, & X*, p. 259; Dn. *Voſſius*, de *Incrementis Urbium Germanicarum*, §. IX, p. 12. Conſtitutio *Goldaſti*, quam Tom. I. *Conſtit. Imper.*, p. 211, exhibet, ficta eſt, ex dictis conflata.

OTTONEM I. Imperatorem celebrem reddunt

(1) Statuta Eccleſiaſtica in Comitiis Auguſtanis, An. 952, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Conſtit. Imper.* p. 307;

(2) *Lex Regia*, An. 964, in Concilio Generali Romæ, in Eccleſia S. Salvatoris, celebrato, à Papa *Leone VIII*, Senatu Populoque Romano renovata, apud *Gratianum*, Diſt. 63, Can. 23: *In Synodo, congregata Romæ, in Eccleſia S. Salvatoris, ad exemplum B. Hadriani, Apoſtolicæ Sedis Antiſtitis, qui Domino Carolo, Victorioſiſſimo Regi Francorum, & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Apoſtolicæ Sedis, & Inveſtituram Epiſcopo-*

rum

Digitized by Google

rum conceſſit: Ego quoque, Leo Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, cum toto Clero, ac Romano Populo, conſtituimus, & confirmamus, & corroboramus, & per Noſtram Apoſtolicam auctoritatem concedimus, atque largimur Domino Othoni I, Regi Teutonicorum. Ejusque Succeſſoribus hujus Regni Italiæ, IN PERPETUUM, FACULTATEM ELIGENDI (ſcil. ſibi) *SUCCESSOREM, ATQUE SUMMÆ SEDIS APOSTOLICÆ PONTIFICEM ORDINANDI, ac per hoc Archi-Epiſcopos, ſeu Epiſcopos, ut ipſi ab Eo Inveſtituram accipiant, & conſecrationem, unde debent: exceptis his, quos Imperator Pontificibus, & Archi-Epiſcopis conceſſit: & ut nemo deinceps cujusque dignitatis, vel Religioſitatis, eligendi vel Patricium, vel Pontificem Summæ Sedis Apoſtolicæ, aut quemcunque Epiſcopum ordinandi habeat facultatem, absque conſenſu ipſius Imperatoris, quod tamen fiat absque omni pecunia, & ut ipſe ſit Patricius & Rex. Quod ſi à Clero & Populo quis eligatur Epiſcopus, niſi à ſupradicto* Rege *laudetur, & inveſtiatur, non conſecretur. Si quis contra hanc Regulam, & Apoſtolicam auctoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi ſubjacere decernimus, &, niſi reſipuerit, irrevocabili exilio puniri, vel ultimis ſuppliciis affici &c.* Æternam hanc legem, qua ſimul perpetuum Germaniæ Jus Cæſareum datum, *Ivo Carnotenſis*, ſeu potius Auctor, nomen ejus præ ſe ferens *Pannormiæ*, lib. VIII, Cap. 136, in compendio exhibet, pariterque, cum Scholiis, *Theodoricus de Niem*, Verdenſis & Cameracenſis Præſul, in deſcriptione: *de Inveſtitura Epiſcoporum Regum Teutonicorum*, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 249 &c., nec non *Flacius*, in *Catalogo Teſtium veritatis*, p. m. 221 &c, *Goldaſtus*, Tom. I *Conſtit. Imper.* pag. 221 &c., & *Schilterus*, Tom. 2 *Inſtitut Juris Publici*, Tit. X, p. 80 &c., veritatem ejus comprobantibus *Lupoldo de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum German.* Cap. XV, in fine, apud *Schardium* l. c. pag. 234; *Ludolpho de Columna*, de *Translatione Imperii*, circa finem, apud eundem l. c. pag. 166; *Marſilio Patavino*, de *Translatione Imperii*, Cap. X, ibid. p. 160; *Johanne Nauclero*, Vol. 2, Generat. 33, pag. 736; *Sigonio*, de *Regno Italiæ*, lib. VII. ad an. 963, p. m. 277; *Petro de Marca*, Archi Epiſcopo Pariſienſi, lib. VIII. de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, Cap. XIX. 6; *Marco Antonio de Dominis*, de *Republ. Eccleſ.* lib. IV. Cap. XI. §. 41. &c.; *Goldaſto*, in *Rationali*, p. 29; *Conringio*, de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. X, §. 25 & ſeqq. p. 92 &c. ad 97; quicquid etiam *Baronius*, Tom. IX. Annal. ad An. 774, §. XIII &c. p. m. 355, & *Gretſerus*, in *Apologia* pro *Baronio*, Cap. 1 & 18, nec non in *Baſilico Doro*, ſeu *Apologia, contra Regem Angliæ*, Cap. 5, & in *Apologia pro Gregorio* VII, contra *Alexiadem Annæ Comnenæ*, *Nicephori Meliſſeni* conjugis, Cap. I, inter alia, ex *Leone* VIII, Pſeudo-Papam fingendo, iracundi obloquantur;

(3) Reſignatio Bonorum Imperii, à Pontifice Romano poſſeſſorum, ibidem facta à *Leone* VIII, cujus formulam laudatus Præſul, *Theodoricus à Niem*, l. c. apud *Schardium*, pag. 251, & poſt eum *Cranzius*, lib. IV *Saxon.* Cap. X, ejusdem memor Lib. III *Metrop.* Cap. 33; *Goldaſtus* l. c. pag. 222 &c.; & *Schilterus*, l. c. Tit. XI, p. 91, conſervarunt; Initium ejus eſt: *Nos Leo &c. Quæcunque Dominus Karolus, Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanus, nec non Pipinus, Pater ejus, de Regalibus Regni Italiæ tribuerunt in Sancta Romana Eccleſia B. Petro Apoſtolico, ſive per Inſtrumenta, quæ ſcripta fuerunt per Etherium, Notarium ſuum, ſive per ſacramenta, ſive donationes, ſeu per alios modos ſibi obvenerunt à Juſtiniano Imperatore, & Ariperto Rege, hæc omnia largimur, & diffinimus Vobis, Otthoni Imperatori, & Albeidæ, Conjugi Tuæ, Regnique Conſorti, Veſtrisque utriusque Succeſſoribus Regni Italiæ in perpetuum, præſentibus ſacroſanctis Evangeliis, & patrociniis plurimorum Sanctorum &c.* Veritatem ejus, contra *Baronium*, evincere ſtudet *Goldaſtus*, in *Rationali*, p. 36. Vide tamen *Conring.* de *Germanor. Imper.* Cap. X. §. 16. p. 85.

OTTONIS III Conſtitutio *de Jure ac poteſtate Imperii; falſis donationibus Conſtantini Magni, & Caroli Calvi; & aſſignatione octo Anconitanæ Marchiæ Comitatuum*, ſcil. *Piſauri, Fani, Senogalliæ, Anconæ, Foſſobri, Callii, Heſii & Auſimi, quibus Pontifices Romani, ad ſui, ſuæque Eccleſiæ ſuſtentationem, uti frui debeant*, non nimis celebris eſt, apud *Goldaſtum*, Tom. I. *Conſtit. Imperial.* p. 226; *Baronium*, Tom. XII. Annal. ad. An. 1191, §. 68, pag. m. 828, & 829; *Lehmannum*, *Chron. Spirenſ.* lib. V. Cap. XV, pag. 403, *Marquardum Freherum*, ad Lib. 1. Cap. 2 *Petri de Andlo*, ubi ſimul notat, tabulas has Græce in *Nomo-Canone Photii* extare; & Dn. *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtitut. Jur. Publici*, Tit. XII, p. 99, &c. *Baronius* quidem l. c., §§. 70, 71, & 72, ſpurias eas reddere conatur, ſed Illuſtris *Conringius*, Cap. X. de *Germanorum Imperio Romano*, §. 14, & 15, pag. 84 & 85, ſatis jam ab Ejus incurſibus, ceu ipſe, lib. 1 de *Finib. Imperii*, Cap. X. §. 17, pag. 78, loquitur, eas vindicavit. Conf. Id. de *Republica*, Exercit. ſecunda, §. 50, pag. 65, & 66, bene notans, in iisdem & hoc notatu dignum, quod Cæſar Romam *ſuam Urbem Regiam* vocet.

Majoris indaginis Lex eſt, qua, in Comitiis Sacris, cum *Gregorio V*, Pontifice, Romæ celebratis, libertas Germanorum Imperii, contra æmulos, ſtabilita, cautumque fuit, ut *apud ſolos Germaniæ Principes* Jus eligendi Regis, mox à Pontifice conſecrandi Imperatoris, permaneret firmum, adeo, ut, hac ratione, *Germaniæ* Rex eo ipſo fiat Rex Italiæ, & Imperator, quo à *Germanis* electus. Dolendum modò, Conſtitutionem non amplius extare; interim eò reſpicit *Güntherus, Friderico I.* Imperatori, cujus res geſtas decem libris, præfixo *Ligurini* titulo, deſcripſit; æqualis, pro ſeculo illo, magni ingenii, nec inelegans Poëta, lib. I. apud *Reuberum*, p. m. 282:

Nos, quibus eſt melior libertas, Jure vetuſto,
Orba ſuo quoties vacat inclyta Principe Sedes,
Quodlibet arbitrium ſtatuendi Regis habemus.

Ex-

Ex quo Romanum, noſtra virtute redemptum,
Hoſtibus expulſis, ad nos juſtiſſimus ordo
Tranſtulit Imperium, Romani gloria Regni
Nos penes eſt; Quemcunque ſibi Germania Regem
Præficit, hunc dives, ſubmiſſo vertice, Roma
Suſcipit, & verſo Tyberim regit ordine Rhenus, &c.;

ſimilia proferente *Guidone*, *Bladerano* Comite, in Liguribus, apud eundem *Güntherum* l. c. lib. VIII, p. 396, ubi:

- - - - - - Reges Alemannia Nobis,
Urbibus Italicis Leges, & Jura daturos
Mittere rite ſolet: poſtquam, de partibus illis,
Carolus, & magni Regnum ſurrexit Othonis,
Auſoniaque frui Reges cœpere corona
Teutonici: quorum tuto contempſimus ante,
Reſpuimusque jugum &c.;

Nec non *Platina*, in vita *Gregorii V*, Pontificis, p. m. 142, de quo hæc narrat; *Is autem, cognita Imperii imbecillitate, varietateq; fortunæ, quo diutius apud Germanos ſumma poteſtas remaneret, Illeque cæteris præeſſet, qui virtute & dignitate cæteris præſtaret, Sanctionem retulit, haud abnuente Ottone, de Imperatore eligendo, anno Chriſti milleſimo ac ſecundo, quam usque ad tempora noſtra ſervatam videmus, videlicet: Solis Germanis licere Principem deligere, qui, Cæſar, & Romanorum Rex appellatus, tum demum Imperator & Auguſtus haberetur, ſi Eum Romanus Pontifex confirmaſſet, &c.*, unde ſua hauſiſſe videtur *Franciſcus Guicciardinus*, Patricius Florentinus, in diſſertatione de *Origine poteſtatis ſæcularis in Romana Eccleſia*, apud *Conringium*, de *Germanorum Imperio Romano*, p. 157; etiamſi veris falſa miſceat. Quicquid de Romano Pontifice, tanquam unico ferè Legis Auctore, hic profertur, condonandum Vaticanæ Bibliothecæ Præfecto pariter, & Florentino Patricio, imò & *Baronio*, Tom. X. Annal. ad An. 996, §§. 38 ad 41, pag. 895 &c., tanquam omnes vires ſtabiliendæ Pontificali omnipotentiæ ſacranti Jeſuitæ Cardinali. Reliqua vero Legis capitibus aſſuta, quaſi *nemo Imperator, nec Auguſtus dici poſſet, priusquam à Romani Pontifice confirmaretur*, à falſo eſſe, pluribus probavit Dn. *Conringius* l. c. Cap. X. §. 33 &c. p. 98, &c. Sincerius ſcribit Illuſtriſſimus *Thuanus*, lib. 2 *Hiſtor.* ſub initium: *Translatum autem fuit Imperium ad Germanos ab Ottone Primo, Henrici Aucupis filio, manſitque in Ejus Familia, usque ad Ottonem III, Nepotem, qui veritus, ne Imperium, à Patre & Avo in Germania firmatum, ad Italos, aut etiam Græcos transferretur, Legem tulit, qua ſcitum eſt, licere ſolis Germanis Principibus Imperatorem eligere &c.* Conf. *Centuriatores Magdeburgici*, Centur. X. Cap. XVI, p. 719, & 720; *Conringius*, lib. 2 de *Finibus*, Cap. XIX. §. 28, pag. 246, & 247; Item, in *Not. ad Lampadium*, Part. 3, Cap. 2, §. 4. pag. 106 &c.; It. de *Republica*, Exercit. X, de *Officialibus Imperii*, ℓ. 4. p. 637; Dn. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. 3. Cap. 8. §. 1 & 2, p. 370, &c.; It. *Inſtitut. Juris Publici*, Tom. 1. Tit. 2, §. 8. p. 16. Hinc erroris origo exiſtimantium, Electores tunc inſtitutos, de quo ſeq. Tit. XIII. §. 3. plura.

HENRICUS SANCTUS edictum promulgavit, An. 1009, de *Jurisdictione Eccleſiarum Germaniæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. III *Conſtit. Imperial.* pag. 311. Alia Conſtitutionum Ejus: *de Familiis Monaſterialibus, & Epiſcopalibus compeſcendis, vicinorumque Abbatis & Epiſcopi Jurisdictione*, An. 1023, extat ibidem, Tom. 2, p. 46; de Legibus Ejus, in Comitiis *Roncalienſibus*, latis, an. 1013, vid. ſeq. §. 10, lit. D. ad an. 1013; Quid circa Statum Eccleſiaſticum definiri curaverit, docet Dn. *Schilter*, lib. 3 de *Libertate Eccleſ. German.* Cap. IX, §. 17, p. 415. Conf. ſeq. §. 10, lit. D, ad an. 1005.

CONRADUM SALICUM tuliſſe Leges, in primis Feudales, teſtantur I. F. 1, 2. F. 34, & 40, & 5 F. 3, & 4. Conf. *Strubit Syntagma Jur. Feud.* Cap. 1. ℓ. v, p. 26; ibique nominati teſtes alii. Dn. *Schilter*, ad Cap. VIII. *Juris Alemannici Feudalis*, §. 11, p. 99, autoritate *Gerhardi Nigri*, 1. F. 1. § 2, carpit *Heroldum*, quod, lib. V. *Leg. Franc.* p. 344, Conſtitutionem illam, quæ 1. F. 1. ex parte habetur, *Conrado I.* adſcribat, cum mentio ibi fiat expeditionis Romanæ, quam *Conradum* illum nunquam ſuſcepiſſe, expeditum eſt. In genere de hoc Cæſare ſcribit *Martinus Polonus*, p. m. 369, edit. Schilteri: *Hic multas Leges condidit &c.*; quæ Auctor Chronici MS. *de Vitis Cæſarum & Paparum*, in Bibliotheca ad D. Michaëlis Luneburgi, verbotenus repetit. Add. *Sigonius de Regno Italiæ*, lib. 8. ad an. 1026, p. 317, *Conringius*, de *Origine Juris Germaniæ*, Cap. XIX, p. 102, & ſeq. §. 10, lit. D. ad annum 1026.

HENRICI IV Varia Reſcripta habentur apud eundem T. I, l. c. p. 231. &c. Ejusdem ſententia, contra *Hildebrandum* Papam, An. 1080, in Comitiis *Brixienſibus*, firmandæ auctoritatis Regiæ ergo, lata, extat l. c. pag. 241; quo etiam pertinet Oratio, quam in Comitiis Aquiſgranenſibus, An. 1096, habuit, ibid. p. 247; Conf. *Aventini Annales Boici*, lib. V, fol. 471.

RUDOLPHO, Suevorum Duce, adverſus *Henricum IV*, à nonnullis Hildebrandinæ Sectæ Imperii Statibus, An. 1077, in Conventu *Forchheimenſi*, electo Cæſare, Conſtitutio facta eſt de *eligendo poſthac in perpetuum Germanorum Rege*; cujus *Bruno*, qui, cum Conſtantienſi Epiſcopo, ipſe aderat, in *Hiſtoria Belli Saxonici*, ad h. a., apud *Freberum*, Tomo uno Rerum Germanicarum, p. 135, hiſce meminit: *Hoc etiam ibi, conſenſu communi, comprobatum, Romani Pontificis auctoritate eſt corroboratum, ut Regia poteſtas nulli per hæreditatem, ſicut ante fuit conſuetudo, cederet, ſed filius Regis, etiamſi valde dignus eſſet, per electionem ſpontaneam potius, quam per ſucceſſionis lineam, Rex proveniret: ſi vero non eſſet dignus Regis filius, vel, ſi nollet eum Populus, quem Regem facere vellet, haberet in poteſtate Populus &c.* In eandem ferè ſententiam abit *Paulus Bernriedenſis*, in vita *Gregorii VII*, p. 214, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imperial.* p. 239: *Eique* (Rudolpho) *ſe debito fidelitatis ſacramento ſubdiderunt. Qui utique Regnum non ut proprium, ſed, pro diſ-*

poſ-

poſitione, ſibi creditum reputans, omne hæreditarium Jus in eo repudiavit, & vel Filio ſuo ſe hoc adoptaturum fore penitus abnegavit, juſtiſſime in arbitrio Principum eſſe decernens, ut, poſt mortem Ejus, libere, non magis Filium Ejus, quam alium, eligerent, niſi quem ad id culminis, ætate, & morum gravitate, dignum inveniſſent &c. Conf. Dn. *Conring.* Not. ad *Lampadium*, p. 109, & 267, & de *Republica*, Exercit. V. §. 20 &c. p. 191, &c; *Strauch. Diſſert. Juris Publici*, Diſſert. 2 *De Cauſis & Controverſiis Illuſtrium Familiarum, circa electionem Imperatorum*, §. 1. pag. 41, & 42.

HENRICUS V. Imperator *Concordatum* fecit antiquiſſimum cum Romani Pontificis, *Calixti II*, Legatis, *Lamberto* Cardinali, Epiſcopo Oſtienſi, aliisque duobus Cardinalibus Plenipotentiariis, in Comitiis Wormatienſibus, An. 1122, circa Inveſtituram Eccleſiaſticam, hujus tenoris: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Ego Henricus D. G. Romanorum Imperator Auguſtus, pro amore Dei, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini Papæ Calliſti, & remedio animæ meæ,* **dimitto** *Deo, & Sanctis Dei Apoſtolis, Petro & Paulo, Sanctæque Catholicæ Eccleſiæ,* ***omnem Inveſtituram per annulum & baculum***, *& concedo in omnibus Eccleſiis, quæ in Regno, vel Imperio meo ſunt, fieri electionem, & liberam conſecrationem. Poſſeſſiones & Regalia B. Petri, quæ, à principio hujus diſcordiæ uſque ad hodiernam diem, ſive tempore Patris mei, ſive etiam meo, ablata ſunt, quæ habeo, eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituo, quæ autem non habeo, ut reſtituantur, fideliter adjuvabo. Poſſeſſiones etiam omnium aliarum Eccleſiarum, & Principum, & aliorum, tam Clericorum, quam Laicorum quæ in guerra iſta ſunt commiſſa, conſilio Principum, & Juſtitia, quæ habeo, reddam, quæ non habeo, ut reddantur, fideliter adjuvabo; & do veram pacem Domino Papæ Calliſto, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ, & omnibus, qui in parte ipſius ſunt, vel fuerunt; &, in quibus Sancta Romana Eccleſia auxilium, fideliter juvabo; &, in quibus mihi querimoniam fecerit, debitam ſibi Juſtitiam faciam. Hæc omnia acta ſunt, conſilio & aſſenſu Principum, quorum nomina ſubſcripta ſunt: Adalbertus, Moguntinus Archi-Epiſcopus; Fridericus, Colonienſis Archi-Epiſcopus; Otto, Bambergenſis Epiſcopus; Bruno, Spirenſis Epiſcopus; A. Auguſtenſis Epiſcopus;* G. (Godebaldus) *Trajectenſis Epiſcopus; Udalricus, Conſtantienſis Epiſcopus; E. Abbas Fuldenſis; Northmannus, Dux; Fridericus, Dux; Bonifacius, Marchio; Theobaldus, Marchio; Cynulphus, Comes Palatinus; Othertus, Comes Palatinus; Berengarius, Comes; Godefredus, Comes; Ego, Fridericus, Colonienſis Epiſcopus & Cancellarius, recognovi, &c.* Repromiſſio Papalis hæc fuit: *Ego Caliſtus, Servus Servorum Dei, dilecto filio ſuo, Henrico, D. G. Romanorum Imperatori Auguſto, concedo Electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici Regni, quæ ad Regnum pertinent, in præſentia Tua fieri, abſque ſimonia, & aliqua violentia; ut, ſi quæ inter Partes diſcordia emerſerit, Metropolitani & Provincialium conſilio, vel judicio, ſaniori parti aſſenſum & auxilium præbeas. Electus autem Regalia per Sceptrum à Te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere noſcuntur, &, quæ ex his Jure Tibi debet, faciat; ex aliis vero partibus Imperii conſecratus, infra ſex menſes, Regalia per ſceptrum à Te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam feceris, ſecundum officii mei debitum auxilium meum præſtabo. Do Tibi veram pacem, & omnibus, qui in parte Tua ſunt, vel fuerunt tempore hujus diſcordiæ. Data anno Milleſimo, centeſimo, vigeſimo ſecundo, nono Kal. Octobris &c.* Hæc, ex Autographo Vaticani Codicis, *Baronius*, Tom. XII Annal. ad h. a. §§. 12 & 14, pag. 149, & 150. Easdem Tabulas ediderunt *Wilhelmus Malmesburienſis*, de *Geſtis Regum Anglorum*, lib. V, pag. 69, & 70; *Conradus Urſpergenſis*, ad eundem annum, p. m. 204; *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad eundem, p. m. 242; *Sigonius, de Regno Italiæ*, lib. X, ad eundem, p. m. 419, & 420; *Centuriatores Magdeburgici*, Centur. XII, Cap. IX, p. m. 1266, & 1267; *Johannes Nauclerus*, Vol. 2, Generat. XXXVIII, p. m. 819, & 820; *Mutius*, lib. 16 *Chronic.* p. 133, & 134; *Arnoldus Buchelius*, in Not. ad *Hiſtoriam Ultrajectinam Hedæ*, p. 154; *Goldaſtus*, Tom. I *Conſtit. Imperial.* p. 258; *Cherubinus*, Tom. I *Magni Bullarii Romani*, pag. 58, & 59; Ill. Dn. *Leibnitius*, Tom. I *Codicis Juris Gentium diplomatici*, Dipl. 2, pag. 2; Dn. *Schilterus*, Lib. IV, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, Cap. V, §. 6, & 7, p. 561, & 562; nec non *Inſtit. Juris Publici*, Tom. 2, Tit. XIII, pag. 103; Factum conteſtantibus *Ottone Friſingenſi*, lib. 7. Chron. Cap. 16, p. 148, & lib. 2, *de Geſtis Friderici I*, Cap. VI, p. m. 449; *Godofredo Viterbienſi*, part. 17 Chronic. p. 506, & 507; *Chronographo Saxone*, ad an. 1122, p. m. 285; *Alberto Stadenſi*, ad eundem annum; *Martino Polono*, in vita *Henrici IV*, apud *Schilterum*, de *Scriptoribus Rerum German.* p. m. 372; & Recentiorum permultis. Triſti quidem Imperii Fato hæc concluſa ſunt, nihilominus autem Imperatori in Electionibus longe majus Jus adhuc ſupereſſe, quam vulgariter agnoſci ſolet, ante me obſervarunt Dn. *Leibnitz* l. c., & Dn. *Schilter Inſtit. Jur. Publ.* l. c. Conf. Dn. *Conring.* de *Republica*, Exercit. VII de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, §. 60, p. 431, & 432. Num validè Cæſar ita tranſegerit? diſcutit *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ* l. c. §. 11 &c. p. 365 &c. De diſcrimine prædictarum tabularum teſtatur, inter alia, teſtium ſubſcriptio *Goldaſtina*, longe diverſa à *Vaticana*.

De *Lothario* ſuperſunt Leges nonnullæ Feudales, Vid. 1. Feud. XIX, 2. F. LII, & 5 F. V. Conf. *Gervaſius Tilberienſis*, de *Imperio Romano*, editionis *Maderianæ*, p. m. 63, ubi: *Hic Legem Feudorum primus inſtituit, ſanciens: ut nullus Feudum, vel partem Feudi audeat vendere, ſeu impignorare, vel quocunque modo alienare, ſine permiſſione majoris Domini, ad quem Feudum ſpectare dignoſcitur &c.* Add. *Struvii Syntagma Juris Feudalis*, Cap. I. §. 5, p. 26; *Hachenberg. Germania Media*, Diſſert. IX, §. 2, p. 325.

CONRADI III Reſcriptum ad *Johannem Comnenum*, Imperatorem Conſtantinopolitanum, An. 1142, quo mutua utriuſque Imperii ſocietas confirmata, & Con-

Digitized by Google

ſtantinopolitanum, filiæ inſtar, Romanum, ut matrem, colere jubetur, extat apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imperial.* p. 262, & Dn. *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtitut. Jur. Publ.* Tit. XIV, p. 106, &c.

FRIDERICUM I, Imp., celebrem efficiunt (1) Conſtitutio de *Pactis inter Imperium & Eccleſiam ſervandis*, publicata in Comitiis Conſtantienſibus, An. 1152, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imperial.* pag. 331, & 332;

(2) Reſcriptum *de Jure Imperatorum in Urbem Romam*, An. 1155, ibidem, l. c. p. 333;

(3) Reſcriptum ad *Hadrianum IV*, P. R. *de Juribus Imperii, & poteſtate in Papam &c.* An. 1156, apud *Goldaſtum*, l. c. Tom. I, p. 263;

(4) Reſcriptum ad *Archi-Epiſcopum Trevirenſem*, de *Papæ Romani tyrannide, & uſurpatione in Imperio &c.* An. 1157, ibid. l. c. p. 264;

(5) Reſcriptum ad *Proceres Germaniæ*, de *Auctoritate Imperatoris, non niſi divino nutu, & Principum Imperii electione nixa*, An. eodem, apud *Radevicum*, lib. I, de *Geſtis Friderici I*, Cap. X. Conf. ſeq. Tit. V, §. XI, in Ejus vita;

(6) Reſcriptum ad *Epiſcopos Germaniæ*, de eadem re, An. 1158, apud *Radevicum* l. c. Cap. XVI; *Gobelinum*, ætat. VI *Coſmodromii*, Cap. 60, Tom. I. *Meibomii Scriptorum Rer. German.* pag. 269, & 270; *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imperial.* p. 266. Conf. ſeq. Tit. V, §. XI, in Ejus vita;

(7) Acta Comitiorum *Roncalienſium*, An. 1158, in Hiſtoria *Rerum Laudenſium, tempore hujus Imperatoris geſtarum, Ottone Morena* Auctore, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Cod. *Rerum Brunſuic.* p. m. 818, & 819, unde ſua hauſit *Goldaſtus*, Tom. III *Conſtit. Imperial.* p. 335, &c. Ibi: *Dominus Federicus in Roncalia colloquium, in S. Martino, proximo veniente, maximum ſe conſtituit habiturum, præcepitque omnibus fere Italiæ Principibus, atque Civitatum Conſulibus, ut ipſi Colloquio intereſſent - - - - omnes prædicti convenerant ad Colloquium, nono Calend. Decembr., ultra Padum, prope Eccleſiam S. Petri de Conturbia M. C. LVIII, Indict. VII - - - - in primis vocavit Imperator omnes prædictos Bononienſes Magiſtros, juſſitque eis, quod ipſi ind carent ſibi in veritate omnia Jura Regalia, quæ, ratione Imperii, in Lombardia ad ipſum ſpectarent, & ſua eſſe deberent &c. - - - - Ipſi autem Judices, cum viginti octo, exceptis Bononiæ Magiſtris. ſtatim, ut Imperator juſſerat, ad conſilium euntes, de omnibus Regalibus Juribus inter ſe diligentius contulerunt. Qui poſtmodum ad Imperatorem redeuntes, coram omnibus Principibus, omnibusque Civitatum Lombardiæ Conſulibus, narraverunt in ſcriptis omnia Jura, quæ Ei, Jure Regali, noverant pertinere - - - - ibique Imperator multas Leges, quas fecerat, in ſcriptis redigi fecit &c.* Conf. *Radevicus*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Cap. 1 ad 8, apud *Urſtiſium*, p. m. 506 ad 511, in primis Cap. VII, ubi Leges *de Feudis, & non violanda pace* habentur; *Güntherus*, lib. VIII *Ligurini*, apud *Reuberum*, p. m. 403 &c. ad 413; maximè huc faciunt verſus:

Mox de communi Feudorum Jure, quod illa
Perſpicuis nondum ſcriptis expreſſerat ætas,
Has dedit, & ſcripto juſſis noteſcere Leges:
Si quis habens Feudum &c.

Add. *Sigonius* lib. XII. *de Regno Italiæ*, ad an. 1158, p. m. 493 &c.; *Hachenberg. Germania Media*, Diſſert. IX, §. 2, pag. 325; Dn. *Conringius*, de *Origine Juris*, Cap. 25, p. 151, &c.;

(8) Conſtitutio *de Pace, per univerſum Imperium, tenenda*, publicata Norimbergæ, An. 1187, apud *Conradum Urſpergenſem*, p. m. 230, & 231, &c. Conf. 2. F. 27; Ill. Dn. *Datt*, lib. I. *Rer. German.* Cap. 5, §. 5, p. 27; Dn. *Conring.* l. c.

HENRICUS VI Conſtitutiones quaſdam de *Argentifodinis*, An. 1189, rebusque aliis edidit, apud *Goldaſtum*, Tom. III *Conſtit. Imperial.* p. 362, &c.

De alia ejus Conſtitutione, qua Imperium, ex electitio, hæreditarium dicitur declaraſſe, hæc ſuppeditat *Gervaſius Tilberienſis*, Mareſchallus Regni Arelatenſis, Imperatori noſtro æqualis, in *Otiis Imperialibus*, Deciſione 2, Cap. XIX, apud. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Rerum Brunſuicenſ.* p. m. 943: *Hic Legem inſtituit, apud Teutones ut Militiæ, more Gallorum & Anglorum, Succeſſionis Jure devolverentur ad proximiores cognationis gradus; cum antea magis penderent ex Principis gratia. Ideoque ad ſuum refundens commodum, quod aliis impertitum eſt beneficium, impetravit à ſubditis, ut, ceſſante priſtina Palatinorum electione, Imperium in Ipſius poſteritatem, diſtincta proximiorum ſucceſſione, transiret, & ſic in Ipſo terminus eſſet electionis, principiumque ſucceſſivæ dignitatis &c.*; & paulo poſt: *Succeſſibus felicitatis tuæ invidit hoſtis antiquus, & licet, Conventione pridem cum Principibus Teutoniæ facta ab Henrico, de Succeſſione Imperii, per Sanctiſſimum Papam Innocentium caſſata, tum, quia Jus eligendi Principibus ademtum per hanc fuit; tum, quia permutatio beneficiorum damnoſa fieri poſſet Imperio; tum, quia, ſi filius parvulus, aut minus diſcretus, Jure ſucceſſionis, Imperium vendicaret, pendente ætatis imperfectæ conſilio, totius Imperii ruina immineret; tum, quia Jus Romanæ Eccleſiæ, circa confirmationem Imperatoris ac conſecrationem, aut reprobationem, pateretur deminutionem, &c.* Quæ, paucis mutatis, Dn. *Conringius*, ex *Gervaſii* Codice MS., jam in Addenda ad *Notas in Lampadium*, ad pag. 110, p. m. 202, & 203, retulit. Conf. *Johannem*, Monachum *S. Vincentii*, coævum, apud Collectorem *Magni Chronici Belgici*, p. m. 205, Edit. Piſtor. *Iſte Imperator Henricus, videns Regnum Alemanniæ, & Imperium Romanorum, propter frequentes mutationes Imperatorum, multa mala perpeſſum, priusquam vota Principum in Perſona Imperatoris poſſent convenire, ordinavit, ut amplius Electio non fieret, ſed, per ſolam ſanguinis ſucceſſionem, Imperium conferretur. ita, ut, qui propinquior Imperatori eſſet, hæreditarie fieret imperator. Ut autem*

Hen-

Henricus à filio ſuo, Frederico, quem de Conſtantia, Uxore ſua, habuit, ſumeret exordium, Regnum Siciliæ & Calabriæ, & Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ, quæ filius Ejus ab Avis hæres acceperat, Romano Imperio univit, ut perpetuo Terrarum iſtarum unus Dominus eſſet. Ordinavit etiam, ut mulieres, maſculis deficientibus, ſuccederent in hæreditatem, & ne Imperator mortuas manus Eccleſiaſticarum perſonarum ultra expoſtularet. Conſtitutioni igitur huic profuturæ conſentit Curia Romana, & Principes LII, (forte VII.) *qui Imperatorem eligere conſueverunt, quorum ſigilla literis, ſuper hoc confectis, ſunt appenſa &c.*; Nec non *Goldaſt.* Tom. I *Conſtitut. Imperial.* p. 287; adde & Chronicon *Halberſtadenſe* MS. apud Dn. *Meibomium*, in *Apologia pro Ottone IV.* Imp. Tom. III *Rerum German.* p. 116, & Dn. *Conringium* l. c. ubi: *Conradus, Moguntinus Archi-Epiſcopus, cum Principibus Saxoniæ conſpiraverat adverſus Imperatorem, Henricum VI, quia Idem petierat ab eisdem, ut ſucceſſio Imperii ad heredes ſuos transſiret. Erat tum Epiſcopus Halberſtadenſis electus Gardolſus, cujus ordinatio hanc ob cauſam eſt aliquandiu dilata: ſed idem Gardolſus nuncium, qui conſpirationis litteras inter Principes tulit, cum eisdem litteris captivavit. Quibus Imperatori oſtenſis, Ipſe, ſicut Vir ſapiens, & diſcretus, petitionem, Principibus porrectam, relaxavit &c.* Simili modo ſcribit *Gobelinus Perſona*, ætate VI *Coſmodromii*, Cap. 61, apud eundem Dn. *Meibomium* l. c. Tom. I, p. 275: *Hic Henricus Imperator concordavit cum Principibus Regni, quod Liberi ſui, poſt Eum, hereditario Jure Regnum obtinerent; ſed contradictum eſt à Principibus Saxoniæ. Quare Ipſe Imperator Principes illos a promiſſo abſolvit, & Juramenta, ea occaſione præſtita, relaxavit &c.* Ex quibus conſtat, rem effectu caruiſſe, nec communi Comitiorum conſenſu fuiſſe latam Conſtitutionem, nec Legis vim obtinuiſſe, Electionibus Imperatorum ſequentium planè de contrario teſtantibus. Conf. *Limn.* lib. 2 *Juris Publici*, Cap. 3, p. 36, § 3; Dn. *Schilter*, Tom. I *Inſtit. Juris Publici*, Tit. XIV, §. 15, p. 143, & de *Libertate Eccleſiarum German.* lib. V, Cap. VII, §. 3, p. 683, &c.; Dn. *Conringius*, *de Finibus Imperii*, lib. I, Cap. 11, §. 12, p. 101, & ad *Lampadium*, p. 110, 262, & 292; Illuſt. Auctor *des Europäiſchen Herolds*, Tom. I, Cap. IV, p. 781; Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, in *Auctario Hiſtoriæ Auguſtæ ſequioris*, p. m. 29; Generoſ. Dn. *Gabriel Pachelbl. à Gehag*, diſſert. de *Originibus Electorum*, examinanda propoſita à Dn. *Chriſtiano Nicolao Hoppio*, Halæ Magdeburg., an. 1705, §. VII, p. 19.

PHILIPPUS Imperator Conſtitutionem de *Diffidamentis* promulgavit, an. 1201; *Goldaſtus*, Tom III, *Conſtit. Imperial.* p 367.

OTTO IV pacem publicam ſanxit, de qua *Gotfridus*, Monachus *Colonienſis*, ad An. 1208, apud *Freherum*, *Script. Rer. German.* p. 278, ait: *In feſto S Martini, apud Frankinvort celeberrimus Conventus Principum fuit .... ibi Rex primo, deinde cæteri Principes jurant firmam pacem, terra marique ſervandam, omnes injuſtas exactiones vectigalium deponendas; omnia etiam Jura, à Karolo Magno inſtituta, obſervanda & tenenda &c.*

Ejusdem Decretum *de Bonis Eccleſiaſticis, in neceſſitatem publicam erogandis*, &c., An. 1209, probant Acta Comitiorum *Valentienſium*, An. 1212, ap. Goldaſtum, Tom. 1 Conſtit. Imper. p. 289.

De *Friderico* 2. ſcribit *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum Germaniæ*, Cap. 2, apud *Schardium*, *de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 214: *Idem etiam Fridericus plures bonas & utiles Leges, ad dilatandam Fidem Catholicam, edidit, pro exterminio hæreticæ pravitatis, quæ ſunt per Boniſacium Papam VIII, in quantum Dei, & Eccleſiæ Sanctæ ſuæ honorem promovent, & non obſtant Statutis Canonicis, approbata, ut patet X. de Hæret. C. ut Inquiſitionis &c.* Sic & *Johannes Vito Duranus*, in *Chronico*, apud Dn. *Leibnitium*, Tom I *Acceſſ. Hiſtor.* p. 8: *Hic Fridericus primo optimas Leges, pro Libertate Eccleſiæ, & contra Hæreticos, dedit &c.* Veniunt autem hoc titulo:

(1) *Aurea Bulla de Libertate Eccleſiaſtica*, An. 1213, data *Egræ*, per manus *Bertholdi de Niſe*, Regalis Aulæ Protonotarii, quarto Idus Julii, qua, ad demerendum *Innocentium III*, quo Auctore, An. 1212, contra *Ottonem IV*, ad Imperium vocabatur, decrevit, Viduatæ poſthac Eccleſiæ non alium præficiendum Prælatum, quam quem totum Capitulum, vel major & ſanior ejus pars eligendum duxerit; Appellationes, in negotiis Eccleſiaſticis, ad Sedem Papalem liberas permiſit; veteri Imperatorum Juri *Regali*, in vacantibus Eccleſiis, & decedentium Prælatorum bonis, renunciavit; Bonorum Eccleſiaſticorum, in ſpecie, *Marchiæ Anconitanæ*, Ducatus *Spoletani*, Terræ Comitiſſæ *Mathildis*, Comitatus *Bertinoris*, *Exarchatus Ravennatenſis*, *Pentapolis*, *Maſſæ*, *Trebariæ*, cum adjacentibus terris &c., reſtitutionem promiſit &c., ſubſcribentibus multis Imperii Procerum. Legitur hoc pernicioſum ſcriptum apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imperial.* p. 289; Agnito tamen errore, Cæſarem illud iterum revocaſſe, oſtendit ejus *Apologia*, *contra Gregorium IX*, Anni 1239, apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 2, p. 79, ubi: *Cathedrales, & alias vacantes Eccleſias Dominus Imperator vult & deſiderat ordinari, ſalvis privilegiis & dignitatibus, quæ prædeceſſores ſui Reges, uſque ad ſua tempora, habuerunt &c.* Conf. *Schilter*, *de Libertate Eccleſ. German.* lib. V, Cap. VIII, §. XII, p 703; *Conring.* de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. 13, §. 22, p. 141, apprime ſcribens: *Neque vero eſt, cui quis Friderici 2, Cæſaris, Conſtitutionem adducat in medium, quam promulgavit de Eccleſiaſtica Libertate, uti vocant. Quod puer enim conſtituit, Vir revocavit, neque unquam vim Legis univerſalis accepit, uti bene demonſtratum eſt à Goldaſto, Replicatione pro Imperio, contra Gretſerum*, Cap. XXXVII, &c. Id. De *Republica*, Exercit. VII, c. 64, p. 440;

(2) Edictum *de Libertate Eccleſiaſtica*, ipſo die coronationis ſuæ Romanæ, promulgatum, quod *Honorius III.*

P. R., An. 1220, confirmavit, apud *Cherubinum*, Tom. I *Magni Bullarii Romani*, p. 90, & 91; & poſtea *Innocentius IV*, an. 1243, ibid. p. 109; nec non *Bonifacius IX*, An. 1391, l. c. pag. 296 &c., & *Goldaſt.* Tom. I *Conſtit. Imper.* p. 376, & Tom. II, p. 95; Conf. Dn. *Schilter, de Libert. Eccleſ. German.* lib. V, Cap. VIII, §. 13, & 14, p. 704, & 705; ubi oſtendit Authenticas, inde in Codicem relatas;

(3) Conſtitutio alia de *Libertate Eccleſiaſtica*, An. 1220, cujus formulam *Goldaſtus*, Tom. I. *Conſtit. Imper.* p. 292, exhibet; Conf. Dn. *Schilter* l. c. pag. 705;

(4) Conſtitutio de *Juribus Principum Eccleſiaſticorum*, ejusdem anni, apud Dn. *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtit. Juris Publici*, Tit. XV, p. 110 &c.;

(5) Conſtitutiones *contra Hæreticos*, An. 1222, apud *Goldaſtum*, Tom. I. *Conſtit. Imperial.* p. 293 &c.;

(6) Reſcripta LXXVI de variis rebus, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Conſtit. Imperial.* pag. 51 ad 77;

(7) Edicta & Mandata varia de *injuriis Romanorum Pontificum in Imperatorem & Principes Imperii, injuſtaque eorundem tyrannide & uſurpatione*, An. 1227 &c., apud *Goldaſtum*, T. 3 *Conſtit. Imperial.* p. 372, &c.;

(8) Conſtitutio de *Libertate, conceſſa Gentibus, ad Catholicæ fidei unitatem converſis*, An. 1232, apud *Goldaſtum* l. c. Tom. I, p. 77 &c.;

(9) Conſtitutio de *Juribus Statuum Imperii*, ejusdem anni, in *Comitiis Wormatienſibus* ſancita, apud Dn. *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtit. Juris Publici*, Tit. XVI, p. 117 &c.;

(10) Conſtitutiones variæ in *Comitiis Francofurtenſibus*, An. 1234, latæ, apud *Albericum*, *Monachum trium Fontium*, ad h. a., Tom. 2 *Acceſſionum Hiſtoricarum Ill. Dn. Leibnitii*, p. 548 &c.;

(11) Conſtitutio de *ſervanda pace publica*, An. 1235, in *Curia Moguntinenſi* promulgata, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *derer Reichs-Satzungen*, p. 17, & *Fritſchium*, in Addend. ad Cap. XIV, *de Statu & Jure Pagorum*; ubi vero, loco An. 1235, Annus proxime ſequens exprimitur; ſub tit. *Kayſer Friderichs des Andern Recht; geſetzt und beſtatiget, mit der Furſten Rade, und mit andern groſſen Herren, und Wyſſen, zu dem groſſen Hove zu Maugantze und geſchahe nach unſers Herrn Chriſti Gebuhrt*, 1235, *Jahre, zu S. Marien, im dritten* Auguſti. Meminit Ejus *Godefridus*, Monachus *Colonienſis*, apud *Freherum*, Tom. un. *Rerum German.* ad an. 1235, (non 1236, ut vulgariter ponitur,) p. m. 299, verbis: *Curia celeberrima, in aſſumtione B. Mariæ, apud Maguntiam, indicitur, ubi, fere omnibus Principibus Regni Teutonici convenientibus, Pax juratur; vetera Jura ſtabiliuntur; nova ſtatuuntur; & Teutonico ſermone in membrana ſcripta omnibus publicantur; exceſſus Regis contra Imperatorem cunctis aperiuntur &c.* Hanc Legem inter primas Germanico idiomate extantes referendam, *Limnæus*, ad *Capitulationem Caroli V*, Art. XIV, voc. *Die Teutſche &c.* p. m. 211, & Dn. *Conringius*, de *Origine Juris*, Cap. XXVII, p. 161, obſervarunt;

(12) *Apologia, publice, contra Gregorii IX Capitula, propoſita, & per Epiſcopos reſcripta*, An. 1239, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imperial.* p. 78, &c.;

(13) Reſcriptum *de Uſurpatione Papæ in Jurisdictione & auctoritate ſeculari, & quod Papa non poſſit inſtituere aut deſtituere Imperatorem, Reges, ac Principes*, An. 1245, apud *Goldaſtum* l. c. Tom. I, p. 306 &c.

RICHARDI Conſtitutio: *Ne Bona, ad Eccleſiam devoluta, à conſuetis tributis eximantur &c.*, An. 1257, legitur apud *Goldaſtum* l. c. p. 308.

CONRADI, Regis Romanorum, Edictum *de Injuriis, Sibi, per Pontifices Romanos, illatis*, An. 1268, extat ibidem, p. 309.

RUDOLPHUM I celebrant

(1) Conſtitutio, qua cautum, ut poſthac Principum & Pontificum Edicta, Privilegia, Notariorum Inſtrumenta publica, literæ Contractuum &c. non amplius Romano idiomate, ſed Germanico ſciberentur, An. 1274, teſtibus *Aventino*, lib. VII. *Annal. Boicor.*; *Cruſio, Annal. Suevic.* Part. 2, lib. I, Cap. VIII, fol. 12, & lib. 12, C. 8, & Part. 3, lib. 3, Cap. I, fol. 134; *Spangenbergio, Chronic. Saxon.* Cap. 264, fol. 450; *Lehmanno, Chron. Spirenſ.* lib. V, Cap. 107, pag. 627; *Limnæus*, ad *Capitulat. Caroli* V, Art. XLV, voc. *Die Teutſche &c.*, §. 5, 6, &c., pag. 212, dubia quædam, adverſus eam, proponit, quæ & Dn. *Fritſchius*, in Exercit. *de Jure Idiomatis, in Imperio Romano-Germanico recepto*, Cap IV, n. 2, §. 8, & 9, urget. Ad minimum eam hactenus nondum fuiſſe editam, certiſſimum eſt. Vid. Dn. *Conringius*, de *Origine Juris Germanici*, Cap. XXVII, p. 162;

(2) Decretum *de Jure eligendi Imperatorem, inter Regem Bohemiæ, & Ducem Bavariæ, controverſo*, An. 1275, apud *Goldaſtum* l. c. Tom. I, p. 311;

(3) Conſtitutio *de Jure Electoratus in Imperio, Regibus Bohemiæ competente*, Anno 1290, apud *Goldaſtum*, l. c. Tom. 2, p. 85;

(4) Pax publica, An. 1291, in Curia Spirenſi, Teutonico Sermone, promulgata, apud *Lehmannum*, Lib. V. *Chron. Spir.* Cap. 108, p. 628; unde ſua hauſere Dn. *Conring.* de *Origine Juris German.* l. c. pag. 163, & Dn. *Fritſchius* l. c. §. 7. Add. Ill. Dn. *Datt*, *Rer. German.* lib. I, Cap. V, §. 5, p. 27;

(5) Conſtitutio: *Ne Cives Imperiales extra civitatem ad Duellum, & Extranea Judicia provocentur*, An. 1291; *Goldaſt.* l. c. Tom. I, p. 314.

ADOLPHUS Conſtitutionem ſanxit (1) de *Inſulis in Rheno natis*, An. 1293, apud *Goldaſtum*, l. c. p. 315. It. (2) *Ne Bona, ad Eccleſiam devoluta, à conſuetis tributis eximantur*, eod. Anno, l. c. (3) De *pace publica*, in Comitiis Colonienſibus, eod. anno promulgata. vid. *Lehman.* l. c. Lib. V, Cap. 119, p. 649; Dn. *Datt* l. c.

ALBERTUM, cum *Philippo Pulchro*, Rege Galliæ, pacis & amicitiæ fœdera, inter utriusque Succeſſores etiam, *perpetuis duratura temporibus*, An. 1299, contraxiſſe, monet Dn. *Conring. de Finibus Imperii*, lib. 1, Cap. VII, §. 9, p. 51.

Eundem Leges de *Pace publica*, ſub *Friderico* 2, & *Rudolpho* Imperatoribus, latas, novis auxiſſe Capitibus, teſtatur *Kayſer Albrechts des Erſten erneuerte Satzung*, apud *Goldaſtum, Tom. 2 der Reichs-Satzungen*, fol. 24, &c. Conf. Illuſtr. Dn. *Datt* l. c. lib. I, Cap. V, §. 7. pag. 27.

Pacis tabulas, in Sueviæ partibus, an. 1307, imperante eodem, ſtabilitæ, exhibet Dn. *Datt* l. c. §. 29, pag. 29.

HENRICI VII Reſcriptum: *Ne Civitatum Imperialium Incolæ ad extranea Judicia pertrahantur*, An. 1308, proſtat apud *Goldaſtum* l. c. p. 318;

(2) Ejusdem Edictum de *Coronatione Romana*, An. 1311, habetur ibidem, p. 320.

De LUDOVICO BAVARO ſcribit *Trithemius*, Abbas, in *Chronico Hirſaugienſi*, ad an 1316: *Ludovicus Rex, convocatis Principibus, cunctisque ſibi fideliter adhærentibus, Pacem, in omni Regno Germanorum ſervandam, conſtituit, latrocinia prohibuit &c.* Conf. idem, ad an. 1319, cujus verba mutuatus eſt Ill. Dn. *Datt* l. c. §. 30, p. 30.

Idem promulgavit, An. 1324, in Comitiis Ratisbonenſibus, *Edictum, contra Johannem XXII.* P. R. Jura Regni & Imperii, ſacra pariter, & politica ſtrenuè defendens; apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imperial.* p. 325. Conf. Dn. *Schilter*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. VI, Cap. 2, §. 4, p. 750, & §. 8, p. 753.

An. 1325 notabilem *Imperii ſocietatem* jurejurando, cum *Friderico* Auſtriaco, quem captivitate prius laxaverat, iniiſſe fertur; cujus tabulas, *Monachii* datas, *die Jovis ante Dominæ noſtræ diem, cum naſceretur*, *Cuſpinianus*, in *Auſtria*, p. 638, & *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.* Cap 2, §. 5, p. 8 &c., nec non Germanicè *Goldaſtus*, *in Reichs-Sazungen* p. 147, exhibent, laudatas etiam *Gerhardo de Roo*, lib. 3. *Hiſtor. Auſtr.* p. 96, *Wolfgango Lazio*, aliisque; At *Johannes Georgius Herwartus*, *ab Hohenburg*, Cancellarius Bavaricus, in *Apologia pro Ludovico Imperatore, contra Bzovium*, part. I, p. 327, eas pro genuinis non agnoſcit, productis, ex Archivo Bavarico, aliis, ad an. 1325, §. 38. Conf. *Limnæus* l. c. §. 6, p. 12; Dn. *Schilter*, *de Libert. Eccleſ. German.* lib. VI, Cap. 2, §. 4, p. 749, &c. Inter alia ibi dicitur: *Juxta Sapientum & doctorum Virorum, Clericorum ac Laicorum, conſilium, & informationem, Nos invicem reconciliavimus, & confœderavimus in perpetuum, ea lege, ut Romanum Imperium, ad quod ambo electi, & correati ſumus, cum omnibus ſuis dignitatibus, atque bonis, & quicquid habet, & ad illud pertinet, in univerſo mundo, pariter, tanquam una perſona, unus non melius quam alter, nec plus aut minus, poſſideamus, habeamus, procuremus, & adminiſtremus. Volumus Nos etiam invicem adjuvare, perpetua fide vendicando, laborando, ſatagendo, loquendo, agendo, & cum omnibus, atque in omnibus rebus, quousque noſtrum corpus & Bona perdurant, contra quoſcunque, ac debet alter alterum non deſerere, nec ab eo diſcedere, ſi alteri peculiaria fierent, ſecularia aut ſpiritualia; ſed cauſa unius eſto etiam alterius, in omni loco, & in omni neceſſitate. Debemus inſuper bonum & malum, emolumentum & damnum pariter æſtimare, omnibus in rebus, parem quoque dignitatem habere in viis, in Eccleſiis, & in omni loco, & nos ambos Romanos Reges & Auguſtos ſcribere & nominare, & Nos Fratres vocare, & ſcribere invicem, atque etiam ceu fratres gerere &c. Supra ſcriptarum rerum ſunt Teſtes Comes Bertholdus de Hennebergk; Fridericus Burggravius de Nürnberg; Frater Conradus de Gundelſingen, Magiſter Teutonici Ordinis in Alemannia; Hermannus à Lichtenberg, Cancellarius; Magiſter Ulricus Wilde, Supremus Scriba Noſtri Regis Ludovici; Dietericus de Pillichdorf; Johannes, Dapifer de Dieſſenhoven; Reichardus à Trauſnicol; Frater Conradus, Prior de Monachio; & Frater Gotfridus, Prior Murbachenſis in omnium Sanctorum valle, utriusque Noſtrum confeſſarii, qui omnes interfuerunt &c.* Si veræ ſint hæ tabulæ; mirandum, tanti momenti negotium, ſine conſenſu Ordinum Imperii, fuiſſe ſuſceptum, cum eo ipſo omni robore deſtituantur. At Ordines laudatos de *Societatis* hujus validitate non conſenſiſſe, altum de iis ſilentium, quodque nec Archi-Epiſcopus, nec Epiſcopus, nec Dux, nec Princeps chartam ſubſcripſerit, argumento eſt. Addit *Herwartus*, ipſo *Cuſpiniano* teſte, in pactionibus cautum fuiſſe, *Fridericum* Italiam non acceſſurum, utpote liberam *Ludovico* reliquendam, & tamen hic dici: *Si proficiſcatur unus ex Nobis in Italiam, huic debet alter mandatum ſuum eo tradere, & iſte huic hic (in Germania) relinquere ſponté &c.* Quæ ſibi contraria. Ne dicam, Scriptores coævos omnes, ſimulque *Nicolaum Burgundum*, diligentiſſimum vitæ *Ludovici* Imperatoris auctorem, & *Herwartum*, Virum Illuſtrem, rerumque Bavaricarum peritiſſimum, nihil de tali *Unione* commemorare.

An. 1328, 4 Cal. Maji, publicavit, conſentiente Generali Synodo Romana, Edictum *de Exauctoratione & abdicatione Johannis XXII, P. R. propter tyrannidem, injurias, faſtum, & ambitionem Reipublicæ pernicioſam, veritatique Chriſtianæ ac Religioni exitioſam*, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imperial.* p. 328.

An. eodem Conſtitutionem ſanxit *de Officio Comitis Palatii Lateranenſis Romani*, apud eundem, l. c. pag. 329.

An. 1332 promulgavit *den Land-Frieden*, cujus formula apud *Lehmannum*, lib. 7. *Chron. Spirenſ.* Cap. 30, p. 770 &c., habetur.

An. 1338 edidit *Reſcriptum Apologeticum, contra Johannis XXII, Papæ, Excommunicationis Bullam, Jura Regni & Imperii concernens*; apud *Mutium*, lib. 24. *Chron. German.* p. 236, &c.; & *Goldaſtum*, Tom. I, *Conſtit. Imperial.* p. 331 &c., inter alia ſcribens, §. 3: *Aſſerit*, (Papa) *ſe totam Italiam ab Imperio & Regno Alemanniæ ſeparaſſe, inſinuans, per ſua ſcripta & dicta, quod Papa, tanquam Dominus Univerſalis, non ſolum in Spiritualibus, ſed etiam in temporalibus, poteſt, tam de Imperio, quam de omnibus Regnis, & Dominiis temporalibus totius mundi, ad ſuum libitum, diſponere & ordinare. Ad quæ omnia duximus reſpondendum; quod dicti omnes proceſſus, aſſertiones & literæ, & omnia & ſingula, quæ, per dictum Johannem, in prædictis, & contra prædicta, geſta ſeu attentata*

fuiſſe dicuntur, fuerunt, & ſunt nulla, & nullius valoris & momenti, rationibus infra ſcriptis; Prima Ratio eſt, quoniam Papa, quantumcunque Catholicus, & legitimus, non habet talem poteſtatem, nec auctoritatem, aut Juriſdictionem in Temporalibus, & maximè ſupra Jura Imperii, quod eſt immediatè à ſolo Deo, ut evidenter probant Canones, & Jura ſuperius allegata. Unde, quicquid prædictus Joannes fecit in prædictis, tanquam à non ſuo Judice factum, nullius fuit momenti, ut probant apertè Canones, 2. Q. I. C. Penult.; & 2, Q. I. Can. In primis, juxta finem; & 16. Q. I. Can. Frater noſter &c. Secunda ratio eſt ex eo, quod dicti proceſſus, imò verius exceſſus, fuerunt, per dictum Johannem, contra Nos, & in præjudicium enorme noſtrum, & illorum, qui Nos elegerunt in Regem Romanorum, & aliorum Principum Imperii & Alemanniæ, ex notoriè falſis cauſis, & nullo Fori ordine ſervato, Nobisque & aliis, quorum intererat, abſentibus, & nullo modo legitime monitis, & citatis &c. Datum in Oppido Noſtro de Franckenfurt, die VIII. menſis Auguſti, Anno Domini M. CCC. XXXVIII.

Eodem anno, & die publicavit Decretum, in iisdem Comitiis Francofurtenſibus confectum, quod *ex ſola Electione* Rex Romanorum, ſeu Imperator cenſendus veniat. Cujus tenor ſeq. Tit. V, §. XI, in vita hujus Imperatoris, habetur.

Anno eodem conſtituit: *Ne Fideles Imperii, coram alio Judicio, Eccleſiaſtico vel Seculari, quam Imperiali, ratione Bonorum ab Imperatore collatorum, reſpondeant*; apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 2, p. 86.

Anno eodem factum Decretum, in Comitiis *Renſenſibus*, de *Imperatoria Majeſtate, & quod ſit Imperator, qui ab Electoribus electus eſt, etiamſi à Papa non ſit unctus, conſecratus & coronatus*; apud *Aventinum* Lib. VII. Annal & *Goldaſtum* l. c. Tom. 3, p. 409; Verba huc ſpectantia ſunt §. 2: *A Curiatis igitur Heptarchis rebus impoſitus, continuo more Majorum, atque Jure Gentium, Rex eſt & vocatur. Ipſum, contra Majeſtatem Reipublicæ, decus Imperii, Legatos ad Sacerdotem Romanum, ut author fiat, copiam adminiſtrandi concedat, mittere; Eidem jurejurando fidem aſtringere, atque petere ab eo uſum Regii diadematis, Religio eſt. Nullum harum rerum jus omnino eſt Paſtori, qui ſervus ovium eſt &c.*

An. eod. Firmandi adhuc magis Juris eligendi Imperatoris gratia, ibidem, *Henricus*, Archi-Epiſcopus Moguntinenſis; *Walramus*, Archi-Epiſcopus Colonienſis; *Balduinus*, Archi-Epiſcopus Trevirenſis; *Rudolphus* & *Ruppertus*, Fratres, *Stephanus* & *Ruppertus Junior*, Comites Palatini Rheni, & Duces Bavariæ; *Rudolphus*, Dux Saxoniæ, & *Ludovicus*, Marchio Brandenburgicus, fœdus Electorale, vulgò *Chur-Furſtliche Verein* pepigerunt; cujus formulam apud Dn. *Schilterum* Tom. 2 *Inſtit. Iur. Publ.* p. 122 legas. Conf. de hac *Unione* ſeq. Lib. III, Tit. VIII, §. 30. Quas deſuper ad *Benedictum* P. R. dederint literas, docet eorum Reſcriptum, apud *Henricum Rebdorfenſem* in Annal. ad An. 1339; *Goldaſtum*, l. c. Tom. I, p. 335; Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, Tom. I *Codicis Diplomatici Iuris Gentium*, Diplom. 77, pag. 149; Conf. ſeq. Tit. V, §. XI, in vita hujus Cæſaris.

An. eodem promulgavit Cæſar novum Edictum *De Poteſtate & Officio Imperatoris, & tyrannide injuſtitiaque Pontificis, adverſus acta Iohannis XXII, Papæ*; apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Conſtit. Imperial.* p. 410; inquiens §. 2: *Diverſa ſunt Sacrificulus & Auguſtus; uterque cœleſti dono conſtituitur, ſuis limitibus clauſus: atque, ut ſunt humana & divina, ille Servorum ſervus, hic Princeps Principum habetur, & eſſe in bene conſtituta Republica debet. Nos ſolius Dei beneficio, Curiatorum Comitiorum jure, lege ſuffragiorum, auctoritate Senatus, Majeſtate atque viribus Populi, Principatum tenemus &c.*

An. 1340 generalem in Suevia pacem ſanxit. Vid. Illuſtr. Dn. *Datt, Rer. German.* lib. I, Cap. V, §. 35, p. 31.

GUNTHERI *Schwartzburgici* Imperatoris Edictum *De Imperii Excellentia, & poteſtate electi Imperatoris*, datum *Franckofurt*, 6. Id. Martii an. 1349, occurrit apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 3, p. 414; initium tale eſt: *Cum Prædeceſſor Noſter, Dn. Ludovicus, felicis recordationis, Romanorum Imperator, Legem condiderit, in qua decrevit: Electum, in Francofurt, in Regem Romanorum, à Principibus Electoribus, aut majori Eorum parte, adminiſtrationem Imperii, ante confirmationem Papalem, habere plenam, & omnimodam, Nos, habito Principum Noſtrorum conſilio, tam Spiritualium, quam ſecularium, poſt electionem noſtram, ab omni Clero & Populo probatam, & confirmatam, eandem Legem, hoc Edicto Noſtro, in perpetuum valituro, renovamus, & ratificamus, renovatamque & ratam eſſe jubemus, decernimusque, omnes proceſſus, adverſus illam inſtitutos, fuiſſe & eſſe nullos, Pontificumque Romanorum acta, & dogmata, adverſus eam habita, Chriſtianæ Doctrinæ & Apoſtolicæ repugnare; cum ipſe Pontifex, ſecundum omnia Iura, divina & humana, debeat ſubeſſe Imperio, nec Imperator in temporalibus Illi, aut ulli perſonæ in terris ſubjectus eſſe noſcatur &c.*

CAROLUM IV celebrem efficiunt

(1) Confirmatio Juris eligendi Imperatoris, Regi Bohemiæ competentis, An. 1348, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imper.* p. 342;

(2) *Der Land-Frieden*, cum Electore Palatino, & Civitatibus Moguntina, Argentoratenſi, Wormatienſi & Spirenſi, contracta, An. 1351; apud *Lehmannum, Chron. Spirenſ.* lib. VII. Cap. 47, p. 794 &c. Conf. Dn. *Datt*, *Rer. German.* lib. I, Cap. V, §. 36, p. 31;

(3) Reſcriptum *de Primariis precibus*, An. 1353; apud *Goldaſtum* l. c. p. 343;

(4) Conſtitutio de *Officio Archi-Cancellarii Imperatricis, in coronatione ejus*; Vid. ſeq. Tit. XV, §. 16, lit. a.;

(5) Confirmatio Conſtitutionis Ludovicianæ *de Iure & Succeſſione Electorum Palatinorum*, An. 1354; *Goldaſt.* l. c. p. 345;

(6) Mandatum *de Jure & Succeſſione eorundem*, An. eod. *Goldaſt.* l. c.;

(7) Conſtitutio *de Incorporatione Ducatuum Poloniæ, Sileſiæ, & Marchionatus Luſatiæ, Regno Bohemiæ indiviſibiliter facienda*, An. 1355; *Goldaſt.* l. c. & p. 348;

(8) De-

(8) Decretum *de Jure & Succeſſione Electorum Palatinorum*, An. 1356; *Goldaſt.* l. c. pag. 351;

(9) *Aurea Bulla*, partim *Metis*, partim *Norimbergæ*, An. eodem promulgata; Vid. ſeqq. §. 12 & 13;

(10) Conſtitutio *de Privilegiis & immunitatibus Clericorum*, An. 1359, dicta hinc *Carolina*; apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imperial.* p. 92;

(11) Formula *de Juribus ac privilegiis Principum Imperii*, An. 1363; apud *Goldaſtum* l. c. Tom. I, pag. 371 &c.;

(12) Bulla *de Jure & Succeſſione Electorum Saxoniæ*, An. 1376; apud eundem l. c. pag. 372;

(13) Conſtitutio *de Libertate Eccleſiaſtica*, An. 1377; apud eundem l. c. Tom. 3, p. 415;

(14) Conſtitutio *de Jure Electoratus in Romano Imperio, Regibus Bohemiæ competente*, An. 1378; *Goldaſt.* l. c. Tom. 2, p. 93.

WENCESLAUS (1) Conſtitutionem edidit de *Primariis precibus*, An. 1376. Vid. *Goldaſt.* l. c. Tom. I. p. 375;

(2) Stabilivit *den Land-Frieden zu Eger*, An. 1389; ap. Dn. *Datt, Rer. German.* lib. I, Cap. IX, §. 51, p. 66 &c.

RUPERTI Imperatoris Conſtitutio de *Vicariatu Imperii Germanici in abſentia Imperatoris*, An. 1401, apud *Goldaſtum* legitur, l. c. Tom. I, p. 381. Quid circa Judæos ſanxerit, exponit Dn. *Schilter*, *Inſtit. Jur. Publ.* Tom. I, Tit. 4, §. 5, p. 63.

Tabulæ diviſarum ejus Terrarum inter quatuor filios, An. 1410, extant apud Dn. *Schilterum* l. c. Tom. 2, Tit. XIX, p. 312 &c.

SIGISMUNDO Imperatori debemus

(1) Literas invitatorias ad Concilium Conſtantienſe, Regi Galliæ ſcriptas, munusque Imperatorium, hac in parte, nonnihil depingentes, An. 1413; apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imperial.* p. 386;

(2) *Sacram, ad prædictum Concilium directam*, An. 1416; ibid. l. c. pag. 390;

(3) *Aviſamenta, ſuper materia Apoſtolicarum Reſervationum, & collatione Beneficiorum, hactenus per ſummos Pontifices, & Ordinarios Collatores practicanda; per Deputatos Provinciarum Nationis Germanicæ concepta, in Concilio Conſtantienſi, & poſtea per Deputatos ejusdem Nationis audita*; An. 1416; ibid. p. 391 &c.;

(4) *Den Anſchlag zu Nürnberg, den Zug wider die Huſſiten belangend*, An. 1431, apud Dn. *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. XIX, poſt pag. 358 &c. Conf. *Lehman. Chron. Spirenſ.* lib. VII, Cap. 80, p. 863 &c., Ill. Dn. *Datt, Rer. German.* lib. I, Cap. 24, p. 169 &c.;

(5) Conſtitutionem *de Advocatia & Protectione Eccleſiæ Romanæ*, Anno 1433, apud eundem, l. c. Tom. 3. p. 431 &c.;

(6) Conſtitutionem *de Officio Vicarii Generalis, & Jure Primogenituræ*, An. 1434, apud eundem, l. c. Tom. I, p. 395 &c.;

(7) Bullam *de Jure & Succeſſione Electorum Palatinorum*, An. 1434, apud eundem, l. c. p. 398;

(8) Edictum *de Incompetentia Concilii in judicandis cauſis Principum Imperii, ad Sacram Cameram pertinentibus, publicatum Ulmæ, in Comitiis Imperialibus*, An. 1434; ibid. l. c. Tom. 3, p. 440;

(9) Conſtitutionem de *Privilegiis & immunitatibus Clericorum*, An. 14-- apud eundem l. c. Tom. 2, p. 107 &c.

ALBERTUS II promulgavit (1) An. 1437 Conſtitutionem de *Quatuor Circulis Imperii*, ap. Dn. *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. XIX, p. 339 &c., Dn. *Datt, Rer. German.* lib. I. Cap. 26, §. 7, p. 177, & 178, *Europæiſcher Herold* Tom. I, part. 4, Cap. 5, p. 927; (2) *Den Land-Frieden zu Nürnberg*, An. 1438, apud Dn. *Datt, Rerum German.* lib. I, Cap. 26, §. 14, pag. 178 &c.

FRIDERICI III. Aviſamenta, tempore Baſileenſis Concilii, à Statibus Imperii, in publico Conventu Moguntiæ, An. 1440 deliberata, habentur apud *Goldaſtum*, l. c. Tom. I, p. 403.

De *Concordatis Nationis Germanicæ cum Nicolao V*, Papa, An. 1447, infelici fato initis, Vid. ſeq. Tit. XV, §. 23.

Huc etiam ſpectant *Abſchied gehaltener Reichs-Tage zu Wien*, An. 1460, *zu Nürnberg*, An. 1466, & 1467, *Zugs halber wider den Türcken*; non minus *Reichs-Tags-Acta zu Nürnberg*, An. 1487, apud Dn. *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. XIX.

MAXIMILIANUS I. Imperator edidit

(1) Conſtitutionem *contra Blaſphemos*, in Comitiis Wormatienſibus, An. 1495, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imperial.* p. 110;

(2) *Reformationem Liberorum Scabinorum Judicii Vetiti in Weſtphalia*, in iisdem Comitiis; Vid. l. c. pag. 112;

(3) Conſtitutionem de *Vinis & Vinariis*, in Comitiis Friburgenſibus, An. 1498, ibid. p. 114;

(4) Articulos militares, An. 1508; ibid. p. 116;

(5) Conſtitutionem *de Notariis & Tabellionibus*, An. 1512, apud eundem, l. c. Tom I. p. 430.

De recentioribus ipſe Dn. Author ſequentibus paragraphis agit. Patet hinc, numerum Legum ſcriptarum longe majorem eſſe, quam vulgo creditur, Imperatoresque nunquam non fuiſſe ſolicitos de condendis Legibus, vel Majeſtatem propriam, vel Germaniæ amplitudinem, vel Imperii Ordinum Jura & Privilegia perſpicuè ſatis præ ſe ferentibus.

(*b*) RECESSIBUS &c. Commentatores Receſſuum Imperii in unum collegit Dn. *D. Struvius*, *Biblioth. Jur. Selecta*, Cap. XI, §. 5, p. 375; Conf. Diſſert. Dn. *Erici Mauritii* de *Imperii Receſſibus*, *von Reichs-Abſchieden*, An. 1664, Tubingæ habita, recuſaque An. 1691, reſpondente *Eitel Bernhardo*, L. B. *von STEIN*, applaudente *Bœclero*, *Notit. Imper.* lib. XII, Cap. VII, p. 227; add. Dn. *D. Werlhof*, *Jur. German. enucl.* Procem. Cap. I, §. 4, lit. D. p. 6, & 7.

(c) VEL &c. Ita *Fibigius*, *Elect. Jurisprud.* Semid. 8, Quæſt. 2, §. 14.

(d) DL.

(*d*) DISCEDATUR &c. *Weil die Stände von einander ſcheiden.* Vid. Illuſtr. Baro de *Lyncker*, Diſq. 6, *Font. Deciſ. Illuſtr.* p. 34; Ill. Dn. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 24, §. 21, p. 471; Ill. Dn. *Schweder*, *Introduct. in Jus Publ.* part. General. Cap. 3, §. 2, p. 37; Conſultiſſ. Dn. *Werlhoff* l. c. lit. E, p. 7.

9. Receſſus Imperii, ſignificatu generali, ſunt omnes *(a)* Conſtitutiones & Ordinationes Imperii, & Auream Bullam, & omnes Leges fundamentales ſub ſe comprehendunt: ſignificatu ſpeciali interdum opponuntur Aureæ Bullæ, Ordinationi Camerali, Capitulationibus &c. *Vid. Capitul. Leopold. I. art. 2.* *(b)* Ex quibus utrique falli videntur, qui putant R. I. vel nunquam opponi Aureæ Bullæ, vel ſemper. *Vid. tract. Domini Mauritii de Receſſibus Imperii th. 7.*

NOTÆ.

(*a*) OMNES &c. Conf. *Reinking*, *de Regim. Secul. & Eccleſ.* lib. 2, Claſſ. 2, Cap. 5, §. 46, p. 886; *Strub. Syntagm. Jur. Civilis*, Exercit. 2, *th.* 33, pag. 59; Dn. *Schweder*, *Introd. in Jus Publ.* part. General. Cap. 3, §. 2, p. 37.

(*b*) Add. Artic. 2 Capitulationis Joſephinæ.

10. Receſſus Imperii *(a) definimus:* quod *ſint leges univerſales*, *(b) ab Imperatore, & Statibus*, *(c) in Comitiis Imperii Romano-Germanici, legitimè latæ, & promulgatæ.* Quæritur: *Ad quænam tempora (d) origo horum Receſſuum referatur?* Reſp. Primis temporibus Germani diviſi erant in plurimos Populos, & tot ferè erant Reſpublicæ diverſæ, quot Populi: ſingulis ſui conventus erant, quos Tacitus *de mor. Germ.* Concilia vocat; *de minoribus*, inquit, *rebus Principes conſultant, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium eſt, apud Principes pertractentur.* *(e)* Non eſt verò dubium, hos conventus Decreta excepiſſe, quæ nos hodie Barbaro vocabulo *Receſſus* dicimus. Sed hæc Decreta particularia fuiſſe, & non omnium Germanorum, ſatis patet, ut inde ad originem Comitiorum noſtrorum univerſalium, vel Receſſuum Imperii concludere vix liceat. Goldaſtus, *in Præf. Tom. 3 Conſtit. Imper. præmiſſa*, agnovit quidem, Nationes Germanicas *(f)* diviſas fuiſſe, easque ſuis moribus & conſvetudinibus, ſub Regum ſingulorum ditione, vixiſſe: Verum dicit, belli tempeſtate ingruente, aut alia neceſſitate exigente, cunctos Reges & Principes, de Republica deliberaturos, indictis Comitiis concurrere, atque, ibi, communibus Populorum ac Regum ſuffragiis, Imperatorem creare ſolitos eſſe, ut, cum ſumma poteſtate, rei militari Præfectus exiſteret. *(g)* Sed quis non videt, hæc non unius Imperii, quale noſtrum eſt, Comitia, ſed plurimum fœderatorum conventus fuiſſe, & in illis decreta non Receſſus Imperii, ſed fœdus appellari debere. *(h)* Francis deinceps paulatim inter Germanicas Nationes caput præ reliquis efferentibus; Inſederant enim jam pridem, ac florentibus adhuc Romanorum rebus, *(i)* eximiam Germaniæ partem, Franconiam, à Bojohemo, usque cis Thuringorum ſaltum, in Saxoniam usque inferiorem, patentem; quibus omnia, à Ducatu Bergenſi, in Würtenbergenſem usque, tam, victis Alemannis, *(k)* Svevi, Helvetia, Bavaria; *(l)* & *Hermenfrido (m)* Thuringiæ, & *Ratbodo (n)* Friſiæ Rege, Thuringia & Friſia acceſſerunt, præterea etiam, quæ Burgundiones *(o)* & Gothi in Gallia occuparant, iis mox patuerunt: non dubium eſt, publicos etiam, ex more gentis, conventus habitos eſſe, imò id factum eſſe, diſertis verbis affirmat *Hincmarus*, Archi-Epiſcopus Rhemenſis, *Epiſtola 3. ad Franciæ Epiſcopos cap. 29;* *(p)* & hinc ad conventus, qui ſpeciem Comitiorum univerſalium referunt, adeoque, quod inde ſequitur, ad originem Receſſuum Imperii Germanici nonnihil propius perveniri poſſe videtur. Verùm nec hæc Comitia univerſæ Germaniæ Comitia, nec Decreta eorum Receſſus univerſæ Germaniæ dici poſſe exiſtimamus; Saxones enim, & qui eo *(q)* nomine continebantur, *Oſtphali*, *Weſtphali*, & *Angrivarii*, ac Pannonia ſuperior Francico Imperio nondum ceſſerant. Devictis Saxonibus à Carolo Magno, originem Receſſuum Imperii Germ. univerſalium inde certius peti poſſe, plures arbitrantur.

Vid.

Vid. de his diſput. Dom. Maurit. de Receſſ. Imp. theſ. 5. Verùm ſimulacra potius ſunt noſtrorum Comitiorum, & Recceſſuum: Et licet opus ſit notitia temporum, inde decurrentium, tamen exempla, ex illius ævi antiquitate petita, parum congruunt hodierno ſtatui, & ſententiam utentium iis deſtruunt potius, quàm firmant. *Bœcl. Not. Imp. l.* 1. *c.* 4. *Qu.* 6. *junct. l.* 21. *c.* 1. Votaque Statuum in iis Comitiis deliberativa, (*r*) non deciſiva, ut hodie ſunt, fuiſſe, unicuique, accuratius Epiſtolam *Hincmari* intuenti, patet. Nos certiora principia deducimus à tempore *Ottonum;* quo Status Imperii in Majeſtatis communionem recipi cœperunt: Acceſſio facta eſt ſub *Henrico IV*, *Friderico II*, *Carolo IV*. Perfectionem acceperunt tempore Capitulationum, & Inſtrum. Pac. In hoc enim Civitatibus Votum deciſivum omnino confirmatum eſt, *art.* 8. *I. P.*

NOTÆ.

(*a*) IMPERII &c. German. *Reichs-Abſchiede; Reichs-Tags-Abſchiede; Reichs-Ordnungen; Reichs-Satzungen; Reichs Geſetze. &c.*

(*b*) UNIVERSALES &c. Quia totum obligant Imperium; Imperantes quidem, *per modum Conventionis, ſeu Pacti*, arg. *Der Erklarung des Land. Friedens zu Augſpurg*, de An. 1500, ubi in fine procœmii: *Daſs wir auch - - - mit den obbenanten Churfurſten, Furſten und gemeiner Verſammlung gegenwartiges Reichs-Tags, dieſer nachſolgenden Ordnung, Satzung, und Artickeln, vereiniget, vertragen, und deßhalb mit-und gegeneinander, in Contracts-weiſs, vereiniget, verpflicht und verſchrieben haben &c.* Conf. R. J. Ratisbon. An. 1500, Art. 84, §. 3, *und wir Churfurſten, ibi: und wir, mit ſeiner Kœnigl. Gnaden, in Contracts-weiß, verpflicht und verſchrieben haben &c.*; R. J. Auguſt. An. 1510, in fine procœmii, verb. *Wir, und Sie Uns, daſs mit einander - - - vereiniget und vertragen &c.*; R. I. Colon. An. 1512, in fine procœmii; R. J. Auguſtan. An. 1518, in fine procœmii; R. J. Spirenſ. An. 1529, in fine procœmii; *Vertrag zu Paſſau*, An. 1552, in fine procœmii; R. J. Auguſtan. An. 1555, §. 13, *In ſolcher furgezogener &c.* in fine; & paſſim alibi; Subditos verò, *per modum Legis*; vid. *Mauritius*, diſſ. *de Receſſibus Imperii*, §. 32. p. 44. & 45. *Carpzovius, de L. R. Germ.* Cap. 12. Sect. 2, p. 327. & 328. *Dn. Marquardus*, part. gener. *Jurisprud. Rom. Germ.* Diſſ. 2, §. 6. Quæſt. 1. p. 38. & 39.

(*c*) STATIBUS &c. ſcil. quà coimperantibus, & charactere hoc, in ipſo pariter condendi Receſſus actu, (vigore Art. VIII. *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* §. 2. *Gaudeant*) &, poſt Receſſum conditum, (*Superioritatis Territorialis intuitu*) inſignitis; ad differentiam Procerum Ariſtocraticorum, Civiumque Democraticorum, qui Imperii ſaltem participes ſiunt, dum Lex fertur; ea verò ſemel lata, privatorum cenſu iterum veniunt.

(*d*) ORIGO &c. Cum Comitia Receſſus, ſeu Decreta, in iis facta, præcedant, meritò in primam eorum ætatem inquiritur. De Comitiorum libertate, qua veteres Germani gaudebant, ſcribit *Tacitus*, de *Morib. Germanor.* Cap. XI: *De minoribus rebus Principes conſultant, de Majoribus omnes; ita tamen, ut ea quoque, quorum penes Plebem arbitrium eſt, apud Principes pertractentur.* (fortè, *pratractentur*) *Coeunt niſi quid fortuitum, & ſubitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur Luna, aut impletur; nam agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initium credunt - - - - illud, ex libertate, vitium, quod non ſimul, nec juſſi conveniunt, ſed & alter, & tertius dies, cunctatione coëuntium, abſumitur. Ut turbæ* (Populo) *placuit, conſidunt armati. Silentium, per ſacerdotes, quibus tum & coërcendi Jus eſt, imperatur. Mox Rex, vel Princeps, prout ætas cuique, prout Nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia eſt, audiuntur, auctoritate ſuadendi magis, quam jubendi poteſtate. Si diſplicuit ſententia, fremitu aſpernantur: Sin placuit, frameas concutiunt. Honoratiſſimum aſſenſus genus eſt, armis laudare, &c.* Ergò publica Reipublicæ negotia, belli, puta, pacis, fœderum, legationum &c., jam *Taciti* ævo, ad plena Comitia trahebantur, liberrimis non niſi omnium Civium ſuffragiis decidenda. Conf. Dn. *Conring.* de *Republica*, Exercit. 1, §. 17. & ſeqq. pag. 11. &c.; Dn. *Schilter. Inſtit Juris Publ.* Tom. 1. lib. 1. Tit. 2, §. 2, p. 7. &c. & lib. IV, Tit. I, §. 2, p. 345; Dn. *Ludwig*, de *Jure adlegandi Ordinum S. R. J.* Cap. 1, §. 13. p. 28. Francis vero Germaniæ Provincias plerasque, parta ſemel, ad *Tolbiacum*, victoria, occupantibus, priſtina Germanorum libertas inſignem ſenſit cataſtrophen. Quoad Comitiorum formam, proſtat Alemannorum Legis inſcriptio præc. p. 42, in cujus fine legitur: *Hoc decretum eſt apud Regem, & Principes ejus, & apud cunctum Populum Chriſtianum, qui infra Regnum Meruvungorum conſiſtunt &c.* add. Dn. *Schilter*, l. c. lib. 1. Tit XV, §. 3. p. 162; & de *libertate Eccleſiar. German.* lib. 2, Cap. 2, §. 2, p. 131. &c.; *Lehman. Chron. Spirenſ.* lib. 2, Cap. 39, p. 149; *Conringii Cenſura Diplomatis Lindavio-Ludoviciani*, Cap. XII, p. m. 217, & 218; Dn. *Pachelbl. à Gehag*, de *Originibus* Electorum, §. 8, p. 21, & 22. Extincto *Theodorico*, Auſtraſiæ Rege, *adnitentibus Arnulpho, atque Pipino, Auſtraſiæ Primoribus, Clotharius Captonnacum usque acceſſit. Brune-*

Digitized by Google

childis (Sigeberti Regis uxor) *in Warmatia reſidens, ejus audito adventu, ad Eum dirigit, obteſtans, ut de Regno Theodoriei, quod filiis reliquerat, ſecederet. Clotharius reſpondit: Conventum Nobilium debere Eam aggregare Francorum, &, communi tractatu, de communibus conſulere rebus: ſe vero judicio illorum in omnibus pariturum, nec præceptis promiſit obſtaturum &c.* Hæc *Aimoinus* lib. IV, de *geſtis Francorum*, Cap. I, apud *Freberum*, Tom. 2. *Rer. Franc.*, p. 354; qui, l. c., pag. 355, Comitiorum *Rionenſium*, ſuper fl. *Vincennam*, memor pergit: *Ad poſtremum reputans ei, quod decem Reges Francorum, ejus partim conſilio, partim manu, vel etiam maleficio, extincti eſſent, ſic eam* (Brunhildim) *alloquitur* (Clotharius Rex): *ut quid inter mulieres maledicta &c. Silere malo innumerabiles Ducum ſtrages, quæ utrum juſtæ, an injuſtæ, fuerint perpetratæ, non eſt iſtius temporis explicare, dummodo vos, dulciſſimi Commilitones, & præeminentes Franciæ Primores! decernatis, cui ſubjaceat ſupplicio, tanti obnoxia ſceleris; Acclamantibus cunctis: inauditis eam debere ſubjici pœnis; jubet indomitum exhiberi equum, crinesque miſerrimæ Reginæ, cum brachiis, caudæ ejus conligari, ac demum ad curſum concitari. Sicque in primo impetu currentis equi calcibus cerebrum diſperſum. Reliqua vero membra, per aſpera quæque ſentibus, rupibusve protracta loca, diſſipata ſunt &c.* Conſ. *Geſta Francorum Epitomata*, Cap. 40, apud *Freherum*, l. c., Tom. I, p. 79; *Fredegarius Scholaſticus*, in *Chronico*, Cap. 42, apud eundem, l. c. pag. 133; *Acta Martyrii S. Deſiderii*, Epiſcopi Viennenſis, apud *Surium*, 11. Febr. p. 120, & *Labbeum*, Tom. I *Bibliothecæ* MS., Cap. 2, pag. 699; *Regino*, Tom. I, p. 13; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad an. 616, p. 48; *Trittenhemius, de Orig Francor.* apud *Sebardium*, Tom. I *Rer. German.* pag. 162; *Baronius*, Tom. VIII. Annal. ad an. 614, §. 10, pag. 260; *Lehman. Chron. Spirenſ.* lib. 3. Cap. 9. p. 218. En! Regina in Comitiis judicata. De temporibus *Dagoberti*, Regis, ſcribit *Fredegarius*, l. c., Cap. 75. p. m. 145: *Dagobertus, cum Mettis Urbem veniſſet, cum conſilio Pontificum, ſeu & Procerum, omnibusque Primatibus Regni ſui conſentientibus, Sigibertum, filium ſuum, in Auſter Regnum ſublimavit, ſedemq. Mettis Civitatem habere permiſit &c.* Conſ. *Aimoinus*, lib. IV, de *Geſtis Francorum*, Cap. 26, in fine, p. m. 371; Dn. *Werlhof, Notit Imper. enucl.* lib. I, Cap. 2, §. 145, p. m. 143; Dn. *Conring.* de *Republica*, Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum*, *t.* 47, p. m. 405.

De *Clodovæi* Succeſſoribus inquit *Sigebertus Gemblacenſis*, ad An. 662: *Clodovæus, Rex Francorum, obiit, & Lotharius, filius ejus, ſuccedit.... Abhinc Francorum Regibus à ſolita fortitudine & ſcientia degenerantibus, Regni potentia diſponebatur per Majores Domus, Regibus ſolo nomine regnantibus. Quibus moris erat principari quidem, ſecundum Genus, & nil agere, vel diſponere, quam irrationabiliter edere & bibere, domique morari, & Calendis Maji præſidere coram tota Gente, & ſalutare, & ſalutari, obſequia & dona accipere, & rependere, & ſic ſecum, usque ad alium Majum, permanere &c.* Idem docent *Marianus Scotus*, ad an. 750; *Chronicon Hildeſienſe*, ad an. 750, apud. Illuſtr. *Obrechtum*, Vol. I *Prodromi Rerum Alſat.* Cap. IX, p. 195; *Egilwardus*, Monachus *S. Burchardi prope Herbipolim*, in vita *S. Burchardi*, apud *Surium*, 14. Octob. pag. 217, in fine, & 218; *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bituricenſium*, apud Dn. *Labbeum*, Tom. 2 *Bibliothecæ* MS. in vita *Sigini*, Cap. 36, pag. 57; *Naucleru*s, Generat. 26, fol. 110; *Lehmannus Chron. Spir.* lib. 2, Cap. 2, p. m. 58, &c.; *Mauritius, de Imperii Receſſibus*, *t.* 3, p. 4; Alii.

De *Carolomanno* hæc extant in vita *S. Bonifacii*, ArchiEp. Mogunt., apud *Surium*, 5 Junii, lib. 1, Cap. 34, p. 66: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Ego Carolomannus, Dux & Princeps Francorum, anno ab Incarnatione Domini 742, XI Cal. Maji, cum conſilio Servorum Dei, & optimatum meorum, Epiſcopos, qui in regno meo ſunt, cum Presbyteris, ad Concilium & Synodum, pro timore Chriſti, congregavi .... ut mihi conſilium dediſſent, quomodo Lex Dei, & Chriſtiana Religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum diſſipata corruit, & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animæ pervenire poſſit, qui per falſos ſacerdotes hucusque deceptus eſt. Itaque, per conſilium Sacerdotum, Religioſorum, & Optimatum meorum, ordinavimus per Civitates Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos ArchiEpiſcopum Bonifacium &c.* Conſ. *Goldaſt.* Tom. I *Conſtit. Imper.* pag. 15, & Tom. 3, p. 117; *Baronius*, Tom. IX. Annal. ad annum 742, §. 21, p. 165; *Vorburg*, Vol. IX, ad h. a. p. 394; *Lehman*, lib. 2. *Chron. Spirenſ.* Cap. 41, p. 168.

Adhuc ante inaugurationem *Pipinum* publica celebraſſe Comitia, teſtantur Chartæ apud Dn. *Mabillon*, de Re *Diplomatica*, lib. 6. p. 489 &c., in primis Placitum An. 750, ubi: *Inluſter Vir, Pipinus, Major domus, cui Dominus regendi curam committit, cunctorum jurgia, examinatione diligenti, rimari oportet .... Igitur, cum Nos, in Dei nomine, una cum Optimatibus, vel Pontificibus, Apoſtolicis Patribus, ſeu & Inluſtribus Viris, Ducibus, atque Comitibus, Attiniaco Villa, in Palatio Noſtro, ad univerſorum cauſas audiendas, vel recto judicio terminandas, reſideremus* &c. Comitiali etiam Francorum ſententia Eundem ſolium Regium conſcendiſſe, auctoritate nititur Monachi Cœnobii *Egoliſmenſis S. Eparchii*, in Annalibus, de *Vita Caroli Magni*, apud *Pithæum*, p. 233, & *Schilterum*, de *Scriptoribus Rer. German.* haud procul ab initio: *Childerico inſenſato depoſito de ſolio, & facto Clerico in Monaſterio, Franci, cum conſilio Domni Papæ, Zachariæ, & Nobilium Romanorum, Deo volente, uno conſenſu, & una voluntate,*

ele-

elevaverunt ſibi in Regem Pipinum Pium, filium Caroli Marcelli &c.; ut & *Fredegarii Scholaſtici* l.c. p. 161: *Quo tempore, una cum conſilio & conſenſu omnium Francorum, miſſa relatione,* (Legatione) *à Sede Apoſtolica auctoritate percepta, præcelſus Pippinus, electione totius Franciæ, in Sedem Regni, cum conſecratione Epiſcoporum, & ſubjectione Principum, una cum Regina Bertradane, ut antiquitus ordo depoſcit, ſublimatur in Regno*; & *Annalium Francorum*, ab Anno 714 usque ad an. 817, apud *Lambecium*, lib. 2 *Commentar. Biblioth. Cæſar.* Cap. V, p. 369: *Anno 750 Incarnationis Dominicæ, mittit Pippinus Legatos Romam, ad Zachariam Papam, ut interrogarent de Regibus Francorum, qui ex ſtirpe Regia erant, & Reges appellabantur, nullamque poteſtatem in Regno habebant, niſi tantùm, quod cartæ, & privilegia nomine eorum conſcribebantur, poteſtatem vero Regiam penitus nullam habebant, ſed, quod Major domus Francorum volebat, hoc faciebant. Certo enim die, ſemel in anno, in Martis campo, ſecundum antiquam conſuetudinem, dona illis Regibus à Populo offerebantur; & ipſe Rex ſedebat in Sella Regia, circumſtante Exercitu, & Major Domus coram Eo, præcipiebatque is, die illo, quicquid à Francis decretum erat; die verò alia, & deinceps Rex domi ſedebat. Zacharias igitur Papa, ſecundum auctoritatem Apoſtolicam, ad interrogationem Eorum reſpondit: Melius, atque utilius ſibi videri, ut ille Rex nominaretur, & eſſet, qui poteſtatem in Regno habebat, quam ille, qui falſò Rex appellabatur. Mandavit itaque præfatus Pontifex Regi & populo Francorum, ut Pippinus, qui poteſtate Regia utebatur, Rex appellaretur, & in ſede Regali conſtitueretur. Quod ita & factum eſt, per unctionem S. Bonifacii Archi-Epiſcopi, Sueſſionis civitate appellatur Pippinus Rex, & Hildricus, qui falſo Rex appellabatur, tonſoratus in Monaſterium mittitur &c.* Quæ comprobant, poſt *Eginhardum*, in principio Vitæ *Caroli Magni*, apud *Freherum*, p. 434, *Adelmus*, Benedictinus, *Annal. Franc.* ad Ann. 749, & 750, apud eundem, p. 383; *Annales Pithæani*, ad An. 751, & 752, p. m. 5, & 6; *Wilibaldus Eiſtadienſis*, in Vita *S. Bonifacii* apud *Surium*, 5 Junii, pag. 55; *Chronicon Breve* apud *Du Cheſne*, Tom. 3, ad an. 751; Author *Fragmenti de Majoribus domus*, apud *Pithæum*, p. 229; *Annales Fuldenſes*, apud *Freherum*, ad An. 751, & 752; *Regino* ad An. 749, & 750; *Ado Viennenſis*, Chron. ætat. VI, p. 213; Chronicon *S. Maxentii* in Pictonibus, vulgo *Malleacenſe*, apud Dn. *Labbeum*, Tom. 2 *Bibliotheca MS.* p. 194; *Venericus Vercellenſis*, de *unitate Eccleſiæ conſervanda*, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 1, & 2, & apud *Freherum*, p. 156; *Egilwardus*, in vita *S. Burchardi*, apud *Surium*, 14 Octobr. pag. 215, §. 6; Vita *S. Mononis* Martyris, apud *Surium*, 18 Oct. pag. 297; *Walafridus*, Abbas Augienſis, in vita *S. Othmari*, lib. 2, apud *Surium*, 16 Novemb. pag. 364; *Lambertus Schafnaburgenſis*, ad annum 750; *Marianus Scotus*, ad eundem; *Hermannus Contractus*, ad eundem; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad eundem; *Annales Hildeſienſes*, apud Ill. Dn. *Leibnitium* de *Scriptoribus Rerum Brunſuicenſium*, p. 711, ad eundem; *Hepidannus*, Ann. I. Alamann. apud *Goldaſtum* Tom. I *Rerum Alamannic.* ad An. 752; *Iſo*, Cœnobita *S. Galli*, Libr. de *Miraculis S. Othmari*, Abbatis, apud eundem, l.c. Cap. 5, pag. 184; Auctor Vitæ *S. Remigii*, Archi-Epiſcopi Rotomagenſis, apud *Lambecium* l. c. Cap. 8, *Lectione prima*, p. 909; *Gotfridus Viterbienſis*, in Chron. part. XVII, p. 436 ad 438; *Otto Friſingenſis*, lib. V *Chronicor.* Cap. 21, & 22, ad An. 751, & 752, pag. 111; *Chronographus Saxo*, ad Ann. 750, & 751, p. m. 116; *Wilhelmus Malmesburienſis*, de *Geſtis Regum Anglorum*, lib. 1, p. m. 25; *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad Ann. 751, & 752, p. m. 88, & 89; *Fragmentum Hiſtoricum, Chronico Alberti Argentinenſis* præfixum, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Script. Rer. German.* p. 76; *Conradus Urſpergenſis*, p. 123; *Martinus Polonus*, in vita *Conſtantini*, 69 Imperatoris; M. *Jordanes*, de *Tranſlatione Imperii in Germanos*, apud *Schardium* l. c. pag. 108, in vita *Pipini Groſſi*; Frater *Johannes de Pariſiis*, Tr. *De poteſtate Regia & Papali*, Cap. XV, apud eundem l. c. pag. 135; *Lupoldus de Babenberg*, *de Jure Regni & Imperii*, Cap. 3, apud eundem, pag. 175, & Cap. 17, pag. 206; *Flavius Blondus* lib. X. Hiſtor. Decad. I, cujus ſolius adhuc verba adducam, utpote *Eugenio IV*, aliisque Pontificibus à Secretis: *Invenio ap. Alcuinum, Paulumque, & pleroſque alios, qui Francorum geſta ſcripſere, Proceres, Populoſque ejus Gentis, Pipini virtutem, & è contra Childerici Regis amentiam penſantes mentis, Zachariam Pontificem Romano conſuluiſſe, ineptum ne Regem ultra tolerandum, an Pipinum meritò fraudandum Regia dignitate, cenſeret? cumque reſpondiſſet Pontifex: Illum, qui Regia melius obiret munera, eſſe habendum Regem &c., Francos, publico totius Gentis conſilio, Pipinum declaraſſe Regem invenio, Childerico in Clericum tonſurato*, add. *Vorburg*, Vol. IX. *Hiſtor.* ad. an. 751, p. 343, &c., & ad an. 752, p. 512, &c. Quæ teſtimonia omnia evincunt, univerſum Populum Francorum *Childericum*, Regem, inutilem plane, & ſceptro indignum, ob nimiam ſocordiam, & abjectum vitæ genus, quo in tot ſe ingurgitaverat flagitia, diademate privaſſe, ejusq; thronum, Romani Pontificis ſuaſu, cujus ſententia, ſolenni Legatione, prius expoſcebatur, *Pipino*, Domus Majori, penes quem dudum jam ſumma rerum ſteterat, Comitiali conſenſu, obtuliſſe; proptereaque *Gregorium VII.* P. R. in Epiſtola ad *Hirimannum*, Metenſem Epiſcopum, minime audiendum, quando ſcribit: *Quidam Romanus Pontifex Regem Francorum, non tam pro ſuis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantæ poteſtati non erat utilis, à Regno depoſuit, & Pippinum, Caroli Magni Imperatoris Patrem, in ejus loco ſubſtituit, omnes Francigenas a juramento fidelitatis, quam illi fecerant, abſolvit &c.*; cum non Papa, ſed Francorum Populus *Childerico* faſces abſtulerit, & *Pipino* pariter ſub-

ſubmiſerit; licet *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3 *Speculi Hiſtorialis*, lib. 23, c. 156; *Wernerus Rolewinckius*, *Faſcicul. Tempor.*, ætat. 6, in Vita *Zacharis Papæ*; *Baronius*, Tom. IX Annal. ad an. 751, lit. E, pag. 198, *Bellarminus*, de *Romano Pontifice*, lib. 2, Cap. XVII, p. 655, & 656, & lib. 5, Cap. VIII, p. 894; *Martha*, Part. I de *Juriſdict.* Cap. 23, §. 6, & Cap. 28, §. 11; totaque *Hildebrandinorum* turba aliter loquantur, modò ut Pontifici imperium in Reges & Principes, eo majori audacia, vindicare queant. Si quis veterum quorundam, *Hildebrandinam* ſectam ſpirantium, dictionibus confundatur, legat *Michaelis Coccinii* Opuſculum, de *Translatione Imperii à Græcis ad Germanos*, apud *Schardium* l. c. pag. 427: *Quod in Pontificum Decretis legitur, Zachariam Papam depoſuiſſe Childericum, & Pipinum ſubſtituiſſe, ſubditosque à fidelitatis juramento abſolviſſe: quæ dicta, ſecundum mentem Joannis Theutonici, inibi expreſſam, intelligenda ſunt; quod Zacharias dicatur Childericum depoſuiſſe, & Pipinum ſubſtituiſſe: id eſt, deponentibus ac ſubſtituentibus conſenſiſſe; & ſubditos à juramento fidelitatis abſolviſſe; id eſt, abſolutos oſtendiſſe. Nam, quum Franciæ Populi dubitarent: Anne Regem Childericum, Regno inutilem, poſſent deponere, & Pipinum, Regno aptum, ſubſtituere, non obſtante fidelitatis juramento, Childerico præſtito? eum in eo dubio verſarentur ipſi Franci, ipſam dubitationem decidendam ad Romanum Pontificem retulerunt: ad cujus declarationem, ipſi Childericum depoſuerunt, & Pipinum ſubſtituerunt. Sic ergo Zacharias Childericum depoſuit, & Pipinum ſubſtituit: id eſt, deponendum, ac ſubſtituendum, declaravit; aut, ut ex Joannis mente attuli, id eſt, deponentibus, ac ſubſtituentibus conſenſit &c.* Perſpicua hæc & vera, cum quibus conveniunt, quæ Dn. *Vagedes*, Diſſert. ad §. XI Cap. I *Monzambani*, de *Depoſitione Childerici*, Cap. III, §. 4, inter *Opera* ejus *Academica*, p. 102, hanc in rem producit.

Filii ejus, *Carolus Magnus & Carolomannus*, non minus ex *Comitiali ſententia*, An. 768, Regnum conſequebantur. Teſtem habeo *Eginhardum*, in ipſius vita, apud *Freberum*, p. 434: *Pipinus autem .... apud Pariſios, morbo aquæ intercutis, diem obiit, ſuperſtitibus liberis, Karolo & Karolomanno, ad quos ſucceſſio Regni, divino nutu, pervenerat. Franci ſiquidem, facto ſolenniter Generali Conventu, ambos ſibi Reges conſtituunt, ea conditione præmiſſa, ut totum Regni corpus ex æquo partirentur, & Karolus eam partem, quam Pater eorum, Pipinus, tenuerat; Karolomannus vero eam, cui Patruus eorum, Karolomannus, præerat, regendi gratia ſuſciperet &c.* Idem docet Auctor vitæ *Caroli Magni*, apud *Pithæum*, ad an. 768, p. 235; nec non *Annales Francorum Pithœani*, ad an. 765, p. 8; licet, rectè monente *Lambecio*, lib. 2. *Commentar. Bibliothecæ Cæſareæ*, Cap. V, p. 346, in fine, hæc ad annum 768 ſint referenda; *Auctor Vitæ Caroli Magni*, apud *Schilterum*, de *Script. Rerum German.*, ad An. 768, p. 47; *Annales Francorum Reuberiani*, ad h. a. pag. 19, ubi: *Cum* (Pipinus) *ad Pariſios veniſſet, 8. Kal. Octob. diem obiit, cujus corpus in Baſilica B. Dionyſii Martyris humatum eſt; Filii vero ejus, Carolus & Carolomannus, conſenſu omnium Francorum, Reges creati; & Carolus, natu major, in Noviomago Civitate; Carolomannus in Sueſſiona Inſignia Regni ſuſceperunt &c.* Clarius adhuc loquitur *Fredegarius Scholaſticus*, in fine *Chronici*, apud *Freberum*, Tom. I *Rer. Franc.* pag. 166: *Inde permovens* (Pipinus) *ſe, cum prædicta Regina, Bertrata, & filiis ſuis, Carolo, & Carolomanno, uſque ad Pariſios, ad Monaſterium B. Dionyſii martyris, veniens, ibique moratus eſt aliquamdiu, cernenſque, quod vitæ periculum evadere non poſſet, omnes Proceres ſuos, Duces & Comites Francorum, tam Epiſcopos quam Sacerdotes, ad ſe venire præcepit, ibique, una cum conſenſu Francorum, & Procerum ſuorum ſeu & Epiſcoporum, Regnum Francorum, quod Ipſe tenuerat, æquali ſorte, inter prædictos filios ſuos, Carlum & Carlomannum, dum adhuc ipſe viveret, inter eos diviſit, i. e. Auſtraſiorum Regnum Carolo, ſeniori filio, Regnum inſtituit: Carlomanno vero, juniori filio, Regnum Burgundiæ, & Provinciæ Arelans, & Alamaniam tradidit: Aquitaniam, quam Ipſe Rex acquiſierat, inter eos diviſit. Hugeſtis, Rex Pipinus, poſt dies, ut dolor eſt ad dicendum, multitudine & vita ſimul caruit. .... His transactis, prædicti Reges, Carlus & Carlomannus, unusquisque cum Leudelibus ſuis, ad propriam Sedem Regni eorum venientes, inſtituto Placito, initoque conſilio cum Proceribus eorum, menſe Septembri, die Dominico,* 14 *Calend. Octob. Carolus ad Novionem urbem, & Carlomannus ad Saxones* (Sueſſionas) *Civitatem, pariter uno die, à Proceribus eorum, & conſecratione ſacerdotum, ſublimati ſunt in Regno &c.* Add. *Adelmus* Benedictinus, *Annal. Franc.* ad an. 768, apud eundem, Tom. 2, pag. 387; *Chronicon Lemovicenſe*, ad dictum annum, apud *Labbeum*, Tom. I *Bibliothecæ* MS., p. 333; *Leodienſe*, ad eundem, l. c. p. 335; *Annales Maſciacenſes*, ad eundem, l. c. p. 734; Annales *Fuldenſes*, ad eundem; *Regino*, ad h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a.; *Lambertus Schafnaburgenſis*, h. a.; *Marianus Scotus*, ad an. 770; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 768; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 121; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad an. 769, p. m. 104.

An. 770 celebrata Comitia Wormatiæ; Vid. præced. p. 49.

An. 771, *Carolus Magnus*, mortuo fratre *Carolomanno*, Comitiali conſenſu totius Regni declaratus eſt Dominus, teſtibus *Reuberianis Annalibus*, ad hunc annum, p. m. 20: *Rex*, (Carolus) *ad capiendum ex integro Regnum, animum intendens, Carbonacum villam venit, ibi Wilharium, Epiſcopum Sedunenſem, & Folradum Presbyterum, & alios plures Sacerdotes, Comites atque Primates Fratris ſui, inter quos vel præcipui fuere Warinus &*

Adel-

Digitized by Google

Adelhartus, ad ſe venientes, ſuſcepit &c. Apud *Eginhardum,* in vita *Caroli Magni*, apud *Freherum*, pag. 434, hæc habentur: *Carolomannus quidem, poſt adminiſtratum communiter biennio Regnum, morbo deceſſit. Carolus autem, Fratre defuncto, conſenſu omnium Francorum, Rex conſtituitur &c.* Add. *Annales Pithœani*, ad an. 771, p. 8: *Carlus, habita Synodo in Valentianas, Corbanacum venit, ubi omnes Epiſcopi, Abbates, Comites & Duces, qui fuerunt Fratris ſui, ad ſe venientes ſuſcepit, exceptis paucis, qui cum uxore Carlmanni perrexerant &c.* Sic & Monachus *Egoliſmenſis S Eparchii*, apud *Schilterum*, p. 47, & *Pithæum*, p. 237; *Adelmus*, ad an. 771, apud *Freherum*, T. 2, p. 388; *Annales Fuldenſes*, ad eundem annum; *Regino* ad eundem; Alii.

An. 772, *Congregato, apud Wormatiam, Generali conventu, Saxoniam bello aggredi ſtatuit*; ita *Adelmus*, h. a. Conf. *Annales Reuberiani*, h. a.; Monachus *Egoliſmenſis*, l. c.; *Regino*, h. a.; Poëta *Saxo*, *Arnolpho* Imperatori æqualis, ad h. a., apud Dn. de *Leibniz*, de *Scriptoribus Brunſuicenſ.* p. 121; *Chronographus Saxo*, h. a. Add. præced. pag. 49.

An. 775, *Habito, apud Duriam Villam, Generali Conventu, Rheno quoque tranſmiſſo, cum Regni viribus, Saxoniam petiit &c.* Hæc *Adelmus*, h. a. Add. *Annales Reuberiani*, h. a; *Monachus Egoliſmenſis*, l. c. apud *Pithæum*, p. 239; *Regino*, h. a.; Poëta *Saxo*, h. a., apud Dn. de *Leibniz* l. c. pag. 124; ubi:

Rex hyemis tempus ducens in Cariſiaco,
Nomine quo quædam Regalis Villa vocatur,
Illuc Francorum Proceres, totumque Senatum
Convocat, ac multum tractans de rebus agendis,
Et variis, quibus indiguit Reſpublica, curis &c.
Quippe Duces, omnisque ſimul delecta juventus
Ad Duriam Vicum properant: nam, Rege jubente,
Illic Conventus Populi Generalis habetur.
Atque dehinc, grandi tranſmiſſo flumine Rheno,
Saxonum Carolus fines hoſtiliter intrat &c.

An. 776, *Conventu apud Wormaciam habito, Saxoniam, ſine mora, ſtatuit cum Exercitu eſſe petendam* ita *Adelmus* h. a.; *Annales Reuberiani*, h. a.; Monachus *Egoliſmenſis*, apud *Pithæum*, p. 242; *Poëta Saxo*, h. a., p. 126; *Regino*, h. a.; & alii idem dicunt.

An. 777, *Ad locum, qui Padrabrunno vocatur, Generalem Populi ſui Conventum habiturus, cum ingenti Exercitu, in Saxoniam profectus eſt.* Vid. *Adelmus*, h. a. Conf. Annales *Reuberiani*, h. a.; *Fuldenſes*, h. a.; *Pithœani*, h. a., p. 9; Monachus *Egoliſmenſis*, apud *Pithæum*, l. c., p. 242; Poëta *Saxo*, h. a., pag. 127; *Regino*, h. a.

An. 779, *Animo ad Saxonicã expeditionẽ intento, Duriã venit, habitoque, juxta morem, Generali Conventu, Rhenum, in eo loco, qui Lippia vocatur, cum Exercitu trajecit &c.* Hæc *Adelmus*, h. a. Conf. Monachus *Egoliſmenſis*, l. c., p. 244; Annal. *Reuberiani*, h. a.; *Regino*, h. a.

An. 780, *Carlus, habito conventu, in Saxonia, iterum eam ſubigit*; ita *Annales Pithœani* h. a. pag. 10; & *Fuldenſes* h. a.; & *Reuberiani* h. a.

An. 782, *In Saxoniam eundum, & ibi, ut in Francia quotannis ſolebat, Generalem Conventum habendum conſuit &c.* Vid. *Adelmus* h. a. Conf. *Annales Reuberiani* h. a.; *Pithœani* h. a. pag. 10, ubi vero, loco *Conventum*, ponitur *Conflictum*, errore, Dn. *Lambecio*, Tom. 2 *Commentar. Biblioth. Vindobon.*, Cap. 5, p. 347, jam notato; Poëta *Saxo*, h. a., p. 130, Conventum *ad fontes fluvii Lippiæ* celebratum refert; Monachus *Egoliſmenſis*, l. c. pag. 245, ponit *Coloniam*; Annales *Fuldenſes* h. a., & *Regino*, ad h. a., habent *locum, ubi Lippia oritur.*

An. 782, canit prædictus *Poëta Saxo*, apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 130:

Saxonum rurſus Rex inclytus in Regionem
Venit, & ad fontes fluvii, cui Lippia nomen,
Conventum fieri Procerum juſſit Generalem,
Illic diſponens complura Negocia Regni &c.

An. 785, *Publicum Populi ſui Conventum, in loco, qui Padrabunno vocatur, more ſolenni, habuit &c:* ſic *Adelmus*, h. a; Conf. Annales *Reuberiani*, h. a; *Monachus Egoliſmenſis*, apud *Pithæum*, p. 248; *Poëta Saxo*, h. a., p. 133; *Regino*, h. a.

An. 786 habita Comitia *Ticinenſia*; Vid. præced. pag. 50.

An. 787, *Generalem Populi ſui Conventum* (Wormatiæ) *habere ſtatuit &c.* Vid. *Adelmus*, h. a.; Annales *Reuberiani*, h. a.; Monachus *Egoliſmenſis*, l. c., pag. 252; *Poëta Saxo*, h. a., pag. 136; *Regino*, h. a.

An. 788, *Cum in eadem Villa* (Ingilinheim) *Generalem Populi ſui Rex Conventum fieri decreviſſet, ac Taſſilonem Ducem, ſicut & cæteros Vaſſos ſuos in eodem Conventu adeſſe juſſiſſet, atque ille, ut ei fuerat imperatum, ad Regis præſentiam perveniſſet, crimine Majeſtatis à Bajoariis accuſatus eſt &c. Noxa convictus, uno omnium aſſenſu, ut Majeſtatis reus, Capitali ſententia damnatus eſt. Sed Clementia Regis, licet morti addictum, liberare curavit.* Hæc *Adelmus*, h. a. Conf. *Eginhardus*, apud *Freherum*, p. 437; *Annales Reuberiani*, h. a; *Pithœani*, ad an. 787; *Fuldenſes*, ad an. 788; *Monachus Egoliſmenſis*, l. c., pag. 253; *Poëta Saxo*, h. a., pag. 136, & 137; *Regino*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a.; *Marianus Scotus*, ad an. 789; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 788; *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad an. 788, p. 119; *Chronicon Auguſtanum*, Cap. IX, in vita S. *Simperti*, Epiſcopi Auguſtani, apud *Surium*, 13 Octobr. p. 209; *Münſter Coſmogr.* lib. 3, Cap. 197, p. 690. En! Ducem potentiſſimum in plenis Comitiis ad mortem damnatum! conf. *Conring. de Republ.*,

Diſſert. VI, §. 23, p. 229; *Bæcler, Hiſt. Seculi IX & X,* pag. 13; *Vorburg*, Vol. X *Hiſtoriar.*, ad h. a., pag. 167; *Rumelinus* ad A. B. part. 2. Diſſert. 2. §. 8, Addit. p. 459.

An. 789 Celebrata Comitia Aquisgrani; vid. præced. pag. 50.

An. 795, *Conventum Generalem, trans Rhenum, in Villa* **Cusfeſtein**, *quæ ſuper Mœnum, circa Magontiacam urbem, ſita eſt, more ſolenni habuit, atque inde, cum Exercitu, Saxoniam ingreſſus, pene totam populando peragravit &c.* ita *Adelmus*, h. a. Conf. *Annales Reuberiani*, h. a., Villam vocantes *Cuſſeſtein*, ut & *Regino*, h. a., & *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 128; ſed Monachus *Egolismenſis*, apud *Pithæum*, pag. 257, rectius ſcribit *Cuſſiſtain*, hodiè *Coſtheim*.

An. 797, *Cum Aquisgrani veniſſet .... conſilium iniit, ut, propter Saxonicum bellum conficiendum, in ipſa Regione hyemaret &c.* hæc *Adelmus*, h. a. Add. *Annales Reuberiani*, h. a., *Poëta Saxo* h. a., pag. 146: conveniſſe tunc Epiſcopos, Abbates, Comites, & Saxones, deiisque in Capitulari, ibi condito, dici: *Omnes unanimiter conſenſerunt, & aptificaverunt &c.*, & Cap. IX ejusdem: *Si Rex voluerit Legem de Banno mutare, ut fieret cum conſenſu Francorum, & fidelium Saxonum &c.*, monet Dn. *Schilterus*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. XV, §. 3, p. 163.

An. 799, *Habito Generali Conventu ſuper Rhenum, in loco, qui* **Lippia** *vocatur, ibiq; in caſtris conſidens, Pontificis, ad ſe properantis, præſtolatur adventum &c.* ita *Adelmus*, h. a. Conf. Annal. *Reuberiani*, h. a., ubi locus *Lippenheim* nominatur.

An. 800, *Menſe Auguſto inchoante, Magontiam veniens, Generalem Conventum ibidem habuit, & iter in Italiam condixit &c.* Hæc *Adelmus*, h. a. Add. *Annales Reuberiani*, h. a.; *Monachus Egolismenſis*, apud *Pithæum*, p. 261; *Poeta Saxo*, h. a., pag. 151; *Regino*, h. a.; *Vorburg*, Tom. X *Hiſtoriarum*, h. a., pag. 273.

An. 802 *Congregavit* (Imperator Aquisgrani) *Duces, Comites, &* (pro *cum*) *reliquo Chriſtiano populo, cum* (pro *&*) *Legislatoribus, & fecit omnes Leges in Regno ſuo legi, & tradi unicuique hominum Legem ſuam, & emendare, ubicunque neceſſe fuit, & emendatam Legem ſcribere, & ut Judices per ſcriptum judicaſſent, & munera non accepiſſent, ſed omnes homines, pauperes & divites, in Regno ſuo, juſtitiam habuiſſent &c.* Hæc *Annales* coævi, ad a., apud *Lambecium*, T. 2 *Biblioth. Cæſar.*, p. 982.

An. 803 *Imperator Carolus celebravit, apud Aquis Palatium, Paſcha, & Conventum habuit ad Mogontiam &c.*: Ita dicti *Annales Lambeciani*, h. a., pag. 383.

An. 806 *Conventum habuit Imperator* (in Theodonis Villa) *cum Primoribus, & Optimatibus Francorum, de Pace conſtituenda, & conſervanda, inter Filios ſuos, & diviſione Regni facienda in tres partes, ut ſciret unusquisque illorum, quam partem tueri, & regere debuiſſet, ſi ſuperſtes illi eveniret. De hac partitione & teſtamentum factum, & jurejurando ab Optimatibus Francorum confirmatum, & Conſtitutiones, cauſa conſervandæ pacis, factæ: atque hæc omnia literis mandata ſunt, & Leoni Papæ, ut his ſua manu ſubſcriberet, per Einhartum miſſa &c.* Hæc *Adelmus*, h. a.: conſentiunt *Annales Reuberiani*, h. a.; *Pithœani*, h. a., pag. 19; *Fuldenſes*, h. a.; *Metenſes*, h. a.; *Tiliani*, h. a.; *Bertiniani*, h. a; *Monachus Egolismenſis*, apud *Pithæum*, p. 267, & 268; *Saxo Poëta*, h. a., pag. 155; *Regino*, h. a.; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 131; *Albericus, Monachus trium Fontium*, h. a., pag. 150; Tabulæ Teſtamenti hujus reperiuntur apud *Pithæum*, p. 283; *Baronium*, Tom. IX *Annal.*, ad an. 806, §. XVII, &c., pag. 366, & ſeqq.; & *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imper.*, p. 145, &c. Ad rhombum faciunt, quæ Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, in Diſſert. de *Diviſione Imperii Carolini*, § X, & XI, p. 5, de his ſentit: *Ad confirmandum hoc Teſtamentum accivit Francorum Ordines, quorum permagna erat auctoritas in publicis Regni negotiis, quorumque ſuffragio, in Comitiis, atque in rebus arduis, utebatur, id quod Placita eorum temporum evincunt &c. Non enim in ſpeciem, aut commendationis gratia tantum, requirebat aſſenſum Procerum, ſed cupiebat, ut vim haberet, nec ſine effectu eſſet ..... quia etiam de ſucceſſore Romani Imperii agebatur, conſulto adhibitus eſt Pontifex, tanquam is, qui præcipuus eſſet in Senatu Populoque Romano, quippe inter quem, atque Carolum, ſuperioribus annis, certa pacti ratione conveniſſet. Non enim eſt, cur exiſtimem, Carolum id honori venerationique Pontificis ſolum tribuiſſe, quando hujus rei profundior, graviorq; cauſa ſubeſt &c.;* Conf. Ejusdem Diſſert. de *Regno Auſtraſiæ*, Cap. 2, §. 2, p. 29; *Vorburg*, Vol. X Hiſtor., ad h. a., p. 316, &c.

An. 807 convocata Comitia *Noviomagenſia*; Vid. præced. p. 52.

An. 811, *Placito generali, ſecundum conſuetudinem, Aquisgrani habito, in tres partes Regni ſui totidem Exercitus miſit &c.* ita *Adelmus*, h. a. Conf. *Annales Reuberiani*, h. a.; *Monachus Egolismenſis*, apud *Pithæum*, pag. 278; *Regino*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 132; Dn. *Ludwig*, de *Jure adlegandi Ordinum Imperii*, Cap. 1, §. 14, p. 32.

An. 812, *Imperator, Generali Conventu Aquisgrani ſolenniter habito, Bernardum, filium Pipini, Nepotem ſuum, in Italiam miſit &c.* Hæc *Adelmus* h. a. Conf. Annal. *Reuberiani*, h. a.; Monachus *Egolismenſis*, apud *Pithæum*, p. 279; *Regino*, h. a.; *Lezner. Chron. Corbeienſe*, Cap. 1, p. 4.

An. 813, *Habito Generali Conventu, evocatum ad ſe, apud Aquasgrani, filium ſuum, Ludovicum, Aquitaniæ Regem, coronam illi impoſuit, & Imperialis nominis conſortem fecit: Bernardumque, Nepotem ſuum, Pipini, filii ſui, filium, Italiæ præfecit, & Regem appellari juſſit, &c.* hæc *Adelmus*, h. a. Clarius loquitur *Eginhardus*,

in

Digitized by Google

in ejus vita, apud *Freherum*, T. 2, p. 442: *Extremo vitæ tempore, cum jam & morbo, & ſenectute premeretur, evocatum ad ſe Ludovicum, Aquitaniæ Regem, qui ſolus Filiorum Hildegardis ſupererat, congregatis ſolenniter de toto Regno Francorum Primoribus, cunctorum conſilio, conſortem ſibi totius Regni, & Imperialis nominis hæredem conſtituit, impoſitoque capiti ejus diademate, Imperatorem & Auguſtum juſſit appellari. Suſceptum eſt hoc Ejus conſilium ab omnibus qui aderant, magno cum favore &c.*; nec non *Theganus*, Chor-Epiſcopus *Trevirenſis, de Geſtis Domni Ludewici Imperatoris*, apud *Pithœum*, p. 297: *Imperator, cum jam intellexiſſet, appropinquare ſibi diem obitus ſui, ſenuerat enim valde, vocavit filium ſuum, Ludewicum, ad ſe, cum omni Exercitu; Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus loco poſitis, habuit grande Colloquium cum eis, Aquisgrani Palatio, pacifice & honeſte ammonens, ut fidem erga filium ſuum oſtenderent, interrogans omnes, à maximo usque ad minimum: Si eis placuiſſet, ut nomen ſuum, i. e. Imperatoris, filio ſuo, Ludewico, tradidiſſet? Illi omnes reſponderunt: Dei eſſe admonitionem illius rei ---- ---- tunc juſſit Eum Pater, ut propriis manibus coronam, quæ erat ſuper altare, elevaret, & capiti ſuo imponeret* &c. Add. *Annales Reuberiani*, h. a.; *Monachus Egoliſmenſis*, apud *Pithœum*, p. 280; *Annales Fuldenſes*, h. a.; *Pithœani*, h. a., pag. 24; *Regino*, h. a.; *Poëta Saxo*, h. a, p. 157; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 133; Alii. Dn. *Conring.* de *Republica*, Diſſert. 5, §. 15, p. 188, his annectit: *Duo in primis notanda. Primo, quod, Francorum conſenſu, conſtituerit Regem filium Ludovicum Carolus; Deinde, quod, interveniente eorundem conſenſu, Imperatorem Eum appellaverit: nulla Papæ, nulla Populi Romani facta mentione. Unde colligere licet, fuiſſe hanc Caroli ſententiam: dignitatem Imperialem, à ſe acquiſitam, eſſe etiam in Patrimonio Francorum, adeoque licere illis, ut Regem Francorum, ſecundum antiquam conſuetudinem, ita & Imperatorem creare &c.* Conf. idem l. c., Diſſ. VIII, *c.* 30, pag. 418; Dn. de *Vorburg*, Vol. X Hiſtoriarum, ad an. 813, p. 374 &c.; Dn. *Ludwig*, l. c.

In genere Comitiorum forma horum temporum talis fuit: *Conſuetudo tunc temporis talis erat, ut non ſæpius, ſed bis in anno Placita duo tenerentur. Unum, quando ordinabatur ſtatus totius Regni, ad anni vertentis ſpacium: quod ordinatum nullus eventus rerum, niſi ſumma neceſſitas, quæ ſimiliter toti Regno incumbebat, mutabat. In quo Placito Generalitas Univerſorum Majorum, tam Clericorum, quam Laicorum conveniebat: Seniores, propter conſilium ordinandum; Minores, propter idem conſilium ſuſcipiendum, & interdum pariter tractandum, & non ex poteſtate, ſed ex proprio mentis intellectu, vel ſententia confirmandum &c.* Hæc *Hincmarus*, *Rhemenſis* Archi-Epiſcopus, ſcriptor coævus, in negotiis Aulicis *Ludovici Pii*, ejusque filiorum verſatiſſimus, ex *Adelhardi*, *Caroli Magni* agnati, & Conſiliarii, libello, *de Ordine Palatii*, Epiſtola tertia, quæ in Editione Pariſienſi, an. 1645 eſt 14, *ad Franciæ Epiſcopos*, Cap. 29, unde ſua habent Dn. *Mauritius*, de *Receſſibus Imperii*, *c.* 2, p. m. 4; & Dn. *Conring*, de *Republica*, Diſſert. I, *c.* 30, p. 17, & Diſſert. IV, *c.* 32, p. 172. Idem Præſul, l. c., Cap. 30, pergit: *Cæterum autem, propter dona generaliter danda, aliud Placitum à Senioribus tantum, & præcipuis Conſiliariis habebatur, in quo jam futuri anni ſtatus tractari incipiebatur &c.*, & Cap. 35: *Seniorum ſuſceptacula ſic in duobus diviſa erant, ut primo omnes Epiſcopi, Abbates, vel hujusmodi honorificentiores Clerici, absque ulla Laicorum commixtione, congregarentur. Similiter Comites, vel hujusmodi Principes, honorificabiliter à cætera multitudine, primo mane, ſegregarentur. Cum ſeparati à cæteris eſſent, in eorum manebat poteſtate, quando ſimul, vel quando ſeparati reſiderent, prout eos cauſæ tractandæ qualitas docebat, ſive de ſpiritualibus, ſive de ſecularibus, ſeu etiam commixtis &c.* Conf. *Lehman, Chron. Spirenſ.*, lib. 2, Cap. 37, p. 145; Dn. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. IV, §. 31; En originem diviſionis Statuum in Clericos & Laicos! de qua inſignis adhuc locus *Joachimi Vadiani*, Conſulis S. Gallenſis, *de Collegiis & Monaſteriis veteribus Germaniæ*, lib. I, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Rer. Alamannicarum*, p. m. 8: *Franci, magnis de rebus conſulturi, peregrè vocatos Duces & Comites conſilio adhibebant: nec minus interim Domeſticorum*, h. e. *Aulicorum hominum, opera utebantur. Haud raro & Comitia celebrabant, omnium Ordinum Conſentu, in quibus, de cauſis ſacris, prophanis, publicis privatisque decernebatur ---- ---- In Religionis negotio primas gerebant Epiſcopi; & pone quidem ipſos Abbates, qui vel eruditione, vel prudentia commendabantur. Reliquum locum Nobilitas, & Optimates, indè Officiariorum, quorum tunc Majores Domus erant, & Domeſtici Regis, & Comites, Grafiones, Cancellarii, (hoc enim ordine cenſentur, in antiquis libris Francorum, qui Regiis muneribus fungebantur,) ex Urbibus, aut Villis evocati, vindicabant, ſumma ſemper Principis, ſed æquabili tamen, & omnium conſiliis attemperante ſeſe poteſtate. Dabantur autem & Legibus vel ſanciendis, vel reformandis publici Conventus, in quibus amplum & honorificum locum Optimates tenebant &c.* De Comitiis ſpecialibus, ſub *Ludovico Pio* celebratis, ita loquuntur Annales:

An. 814, *Dominus Carolus Imperator ---- rebus humanis exceſſit. Cujus rei nuncium cum Ludovicus, filius ejus, in Aquitania, apud Thedoadum Villam, ubi & Ipſe tunc hybernabat, plurimis deferentibus, accepiſſet, triceſimo, poſtquam id acciderat, die, Aquasgrani venit, ſummoque omnium Francorum conſenſu, ac favore, Patri ſucceſſit &c. ---- Habitoque, Aquisgrani, Generali Populi ſui Conventu, ad Juſtitiam faciendam, & oppreſſiones popularium relevandas, Legatos in omnes*

Regni

Regni ſui fines miſit &c. Ita Annales Reuberiani, h. a., pag. 40; Conf. Adelmus, h. a.; Annales Pithœani, h.a., p. 24; Fuldenſes, h. a.; Lauriſhamenſes, apud Lambecium, Tom. 2. Biblioth. Vindobon., Cap. V, pag. 344, 345, & 376; Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium, in vita Willerici, apud Erpoldum Lindenbrogium, de Scriptoribus Septentrionalibus, pag. 70, ubi: Anno Willerici XXV, moritur Clariſſimus Imperator Carolus, & Ludovicus, filius ejus, electus eſt in Romanorum Imperatorem &c.; Chronographus Saxo, ad an. 814, pag. 133; Albericus, Monachus trium Fontium, pag. 160; Lupoldus de Babenberg, de Jure Regni, apud Schardium, de Juriſdictione Imperiali, Cap. 2, pag. 171; Vorburg, Vol. XI, ad an. 814, pag. 3.

An. 815, Tunc temporis (Imperator) in loco, qui dicitur Padrabrunna, Generalem Populi ſui Conventum habebat &c. Ibi ad Eum omnes Orientalium Sclavorum Primores & Legati venerunt &c. Sic Annales Reuberiani, h. a. Add. Adelmus, h. a; Theganus, de Geſtis Ludovici Imperatoris, apud Pithœum, pag. 302; Dn. Ludwig, de Jure adlegandi Ordinum Imperii, Cap. 1, §. 14, pag. 34.

An. 817, Generalem Populi ſui Conventum Aquiſgrani, more ſolito, habuit, in quo filium ſuum primogenitum, Lotharium, coronavit, & nominis atque Imperii ſui ſocium ſibi conſtituit: cæteros Reges appellatos, unum Aquitaniæ; alterum Bajoariæ præfecit &c. Hæc Annales Reuberiani, h. a., & clarius adhuc Nithardus, ipſius Imperatoris è ſorore, Bertha, nepos, lib. I, de Diſſenſionibus filiorum Ludovici Pii, apud Pithœum, p. 435: Filios ſuos juſto matrimonio junxit, & univerſum Imperium inter eos ita diviſit, ut Pippinus quidem Aquitaniam, Lodhuwicus autem Bajoariam, Lodharius vero, poſt diſceſſum ejus, univerſum Imperium haberet, eui & una ſecum Imperatoris nomen habere conceſſit &c. quæ comprobant Adelmus, h. a.; Theganus, l. c., apud Pithœum, p. 306; Annales Pithœani, ad h. a., pag. 25; Fuldenſes, h. a.; Laureshamenſes, apud Lambecium, Tom. 2 Bibliotheca Vindobon., Cap. V, p. 376, in fine, & 377; Chronographus Saxo, ad h. a., pag. 133; Albericus, Monachus trium Fontium, ad an. 818; Lupoldus de Babenberg, de Jure Regni, Cap. 2, apud Schardium, l. c., pag. 171; Baronius, Annal. Tom. IX, ad an. 817, §. 15, pag. 710; Conringius, de Republ. Exercit. V, §. 16, pag. 189, & de Origine Juris Germanici, Cap. XV, pag. 66; Vorburg, Vol. XI Hiſtoriarum, ad an. 817, pag. 57; Schilter, de Libertate Eccleſiarum Germaniæ, lib. 3, Cap. 2, §. 1, pag. 277, & Inſtit. Jur. Publ., Tom. 2, pag. 41; Dn. Schurtzfleiſch, de Regno Auſtraſiæ, Cap. 2, §. 3, p. 31.

An. 819, Conventus Aquiſgrani, poſt Natalem Domini, habitus, in quo multa, de ſtatu Eccleſiarum & Monaſteriorum, tractata atque ordinata ſunt. Legibus etiam Capitula quædam perneceſſaria, quia deerant, conſcripta atque addita ſunt ---- Itemque Conventus, menſe Julio, apud Ingilenheim palatium, habitus &c. Hæc Adelmus, h. a.; nec non Annales Reuberiani, h. a.; & Fuldenſes, h. a.; & Pithœani, h. a., pag. 26; & Theganus, apud Pithœum, pag. 308, qui Conventum Ingelheimenſem, quem Marianus Scotus in annum 821 refert, Placitum Generale vocat. De ſupradicto Aquiſgranenſi legas etiam Sigebertum Gemblacenſem, ad an. 820, & Albericum, ad annum 819, pag. 164. utriusque meminit Vorburg, Vol. XI Hiſtoriarum, ſed ad annum 817, p. 49, & 51. Conf. Baronius, Tom. IX. Annal. ad an. 819, §. 1, &c., p. 726, & §. 12, pag. 729.

An. 820, Imperator, poſt actum Cariſiaci Conventum ---- Aquas reverſus eſt &c. Ita Annales Reuberiani, h. a. Conf. Adelmus h. a.

An. 821, Conventus, menſe Februario, Aquisgrani habitus, & in eo de bello Lindewitico tractatum ---- Iterumque Conventus, menſe Majo, Noviomagi habendus conditus eſt, Comites, qui illuc venirent, deputati. Eo Dominus Imperator, poſt feſti Paſchalis expletionem, per Moſam navigavit: ibique conſtitutam, annis ſuperioribus, atque conſcriptam inter filios ſuos Regni partitionem recenſuit, ac juramentis Optimatum, qui tunc adeſſe poterant, confirmavit ---- Medio menſe Octobrio, Conventus Generalis apud Theodonis villam, magno Populi Francorum frequentia, celebratur: in quo Domnus Lotharius, primogenitus Domni Imperatoris Ludovici, Irmingardem, Hugonis Comitis filiam, ſolenni more, duxit uxorem &c. Hæc omnia Adelmus, ad h. a., conſentientibus Annalibus Reuberianis, h. a. De duobus poſterioribus Conventibus vid. Annales Pithœani, h. a.; & Fuldenſes, h. a.; Theganus apud Pithœum, pag. 308; Author vitæ Ludovici Pii, apud eundem, pag. 376; Sigebertus Gemblacenſis, h. a. Albericus Monachus trium Fontium, ad an. 820, p. 165; Vorburg, Vol. XI Hiſtoriar., ad an. 821, p. 90, &c.

An. 822, Conſilio cum Epiſcopis & Optimatibus ſuis habito, (Attiniaci) Fratribus, quos inventos ſendcri juſſit, reconciliatus eſt ---- Peracto Conventu, qui Attiniaci habebatur, Dn. Imperator, venandi gratia, Arduennam petiit ---- peracta autumnali venatione, trans Rhenum, ad hyemandum, in loco, qui Franconofurd appellatur, profectus eſt: ibique generali Conventu congregato, neceſſaria quæque, ad utilitatem Orientalium partium Regni ſui pertinentia, more ſolenni, cum Optimatibus, quos ad hoc evocare juſſerat, tractare curavit. In quo Conventu omnium Orientalium Sclavorum, i. e., Abodritorum, Soraborum, Vultzorum, Bohemiorum, Moramorum, (Moravorum) Prædeneſcentorum, & in Pannonia reſidentium Avarum Legationes, cum muneribus, ad ſe directas, audivit &c. Hæc Adelmus, h. a. Conf. Annales Reuberiani, h. a.; Theganus, apud Pithœum

Digitized by Google

Pithæum, pag. 309; Auctor Vitæ Ludovici Pii, apud eundem pag. 377, & apud Freherum, Tom. 2 Rer. Francic, Cap. XI, pag. 459; Albericus, h. a., pag. 167; Vorburg, Vol. XI Hiſtor., ad an. 822, pag. 104, &c.

An. 823, Menſe Majo, Conventus in eodem loco (Francofurti) habitus, in quo non univerſi Franciæ Primores, ſed de Orientali Francia, atque Saxonia, Bajoaria, Alemannia, atque, Alemanniæ contermina, Burgundia, & Rheno adjacentibus Regionibus adeſſe juſſi ſunt. In quo, inter cæteras Barbarorum Legationes, quæ, vel juſſæ, vel ſua ſponte, venerunt, duo Fratres, Reges videlicet Vultzorum, controverſias inter ſe de Regno habentes, ad præſentiam Imperatoris venerunt, quorum nomina ſunt: Milegaſtus, & Celeadragus &c. Ita Adelmus, h. a. Conf. Annales Reuberiani, h. a.; Auctor Vitæ Ludovici Pii apud Pithæum, p. 378; Vorburg, Vol. XI Hiſtor., ad an. 823, p. 111, &c.; & Dn. Ludwig, de Jure adlegandi Ordinum S. R. J, Cap. I, §. 14, p. 34.

An. 825, Peracta venatione, Aquaſgrani rediens, Generalem Populi ſui Conventum, more ſolenni, menſe Auguſto, habuit, in quo Conventu, inter cæteras Legationes, quæ de diverſis partibus venerunt, etiam filiorum Godefridi de Nordmannia audivit &c. Ita Adelmus, h. a. Add. Annales Reuberiani, h. a.; Auctor Vitæ Ludovici Pii, apud Pithæum, pag. 383; Vorburg, Vol. XI Hiſtor., ad h. a., p. 134, &c.

An. 826, Imperator .... circiter Kal. Jul. ad Ingilenheim venit, habitoque ibi Conventu non modico, multas, & ex diverſis terrarum partibus miſſas Legationes audivit, & abſolvit .... Condictoque ac pronunciato ad medium Octobrium Generali Conventu .... per Mœnum fluvium, usque ad Franconofurd, ſecunda aqua, navigavit; inde ad Ingilinheim, medio Octobrio, veniens, Generalem ibi, ut condictum erat, Populi ſui Conventū habuit: in quo & Ceadragum, Abodritorum Ducem .... audivit, &c. Hæc Adelmus, h. a.; Annal. Reuberiani, h. a.; & Fuldenſes, h. a.; & Pithœam h. a.; Theganus, apud Pithœum, p. 310; Auctor Vitæ Ludovici Pii, apud eundem, pag. 384, & 385; Vorburg, Vol. XI Hiſtor., ad an. 826, pag. 158; &c.

An. eod. Prædictus Auguſtus, in publico Conventu Optimatum ſuorum, cum ſacerdotibus, cæterisque Fidelibus ſuis tractare cœpit, ut ſibi aliquem ad tale opus, & voluntarium, & condignum, inveniret, ſollicitus omnes rogare &c. Hæc S. Rembertus, in Vita S. Anſcharii, Archi-Ep. Hamburg., apud Lambecium, lib. I Originum Hamburg., edit. Noviſſ., pag. 55, Cap. VI; Sermo eſt, de mittendo Viro Apoſtolico ad liberandos à cultu idolorum Danos, Haroldo, ipſorum Rege, hoc anno, ad fidem Chriſtianam converſo. Vid. Theganus, l. c., pag. 309, Annal. Fuldenſes, h. a., Reuberiani, h. a., Pithœani, h. a., Adelmus, h. a., Adamus Bremenſ., lib. I Hiſt. Eccleſ., Cap. 13, pag. 17; Conf. Saxo Grammat., lib. IX Hiſtoriæ Danicæ, pag. m. 158; Marianus Scotus, ad an. 828; Sigebertus Gemblac., ad an. 825; Albericus, Monachus trium fontium, ad eundem annum; Albertus Stadenſ., ad an. 826; Baronius, Tom. IX Annal., ad An. 826, §. 36, pag. 819.

An. 827, Duos Conventus habuit, alterum apud Novionagum, alterum apud Compendium. Vid. Annales Reuberiani, h. a., Adelmus h. a., Vorburg, l. c., ad h. a., pag. 177.

An. 828, Conventus Aquisgrani, menſe Februario, factus eſt, in quo cum de multis, & aliis cauſis, tum præcipue de his, quæ in Marcha Hiſpanica contigerunt, ratio habita &c. ....Imperator, circa feſtum S. Martini, Aquaſgrani ad hyemandum venit: ibique poſitus, totum hyberni temporis ſpatium, in diverſis Conventibus, ob neceſſaria Regni negotia congregatis, impendit. Ita Adelmus, h. a., & Annales Reuberiani, h. a., Vita Ludovici Pii, apud Pithæum, pag. 387, & apud Freherum, Tom. 2 Rerum Francicarum, Cap. XI, pag. 459, Vorburg, Vol. XI Hiſtor., ad an. 828, pag. 185.

An. 829, Imperator in diverſis occupationibus, usque ad Kalend. Julii, Aquisgrani moratus, tandem ad Generalem Conventum, Warmatiæ habendum, cum Comitatu ſuo, menſe Auguſto, ſtatuit proficiſci &c. Hæc Adelmus, h. a. Conf. Annal. Reuberiani, h. a.; & Pithœani, h. a., pag. 32; & Fuldenſes, h. a.; Theganus, apud Pithæum, pag. 310; Auctor vitæ Ludovici Pii, apud Pithæum, pag. 390, & apud Freherum, Tom. 2 Rer. Franc., Cap. XI, pag. 460; Ademarus, Monachus S. Eparchii, apud Labbeum, Tom. 2 Bibliothecæ MS., p. 159; Vorburg, Vol. XI Hiſtor., ad an. 829, pag. 201, &c. Dn. Conringius, de Republ., Exercit. VIII, §. 17, pag. 409, refert hunc Conventum in annum 827. Quid in ſpecie ibi geſtum ſit, docet Theganus, l. c., verbis: Alio anno, venit Wormatiam, ubi & Karolo, filio ſuo, qui erat ex Judith Auguſta natus, Terram Alamannicam, & Reticam, & partem aliquam Burgundiæ, coram Filiis ſuis, Lothario, & æquivoco ſuo, Ludovico, tradidit; & inde Illi indignati, una cum Pippino, Germano eorum &c. Sic & Nithardus, lib. 1, de Diſſenſionibus Filiorum Ludovici Pii, apud Pithæum, pag. 435, & 436: Imperator Judith in matrimonium ſumpſit, ex qua Karolus creatur. Karolo quidem nato, quoniam omne Imperium, inter reliquos filios, Pater diviſerat, (an. 817) quid huic faceret, ignorabat; cumque anxius Pater pro filio rogaret, tandem Lodharius conſenſit, ac ſacramento teſtatus eſt, ut portionem Regni, quam vellet, eidem Pater daret, tutoremque ac defenſorem illius ſe fore, contra omnes inimicos ejus in futuro, jurando firmavit.... Per idem tempus Karolo Alamannia, per Edictum, traditur, &c. Add. Clariſſ. Dn. Schurtzfleiſch, Diſp. de Regno Auſtraſiæ, Cap. 2, §. 4. pag. 31.

An. 830, Qui Imperatori contraria ſentiebant, alicubi in Francia, Conventum fieri Generalem volebant... obtinuit tamen ſententia Imperatoris, ut Neomagum Popu-

li convenirent - - - - omnisque Germania eo confluxit, Imperatori auxilio futura &c. Ita Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Freherum*, l. c., pag. 461, ad an. 830, & apud *Pithæum*, pag. 393; *Theganus*, apud *Pithæum*, p. 310, & 311; *Annales Pithœani*, ad an. 831, pag. 33, & *Fuldenſes* ad eundem; *Vorburg*, l. c., ad an. 830, pag. 224, &c. *Ademarus*, Monachus *S. Eparchii*, apud *Labbeum*, l. c., pag. 159, meminit adhuc alterius *Conventus Generalis*, hoc anno, in Palatio *Jogentiaco* in *Lemovicino*, habiti.

An. 831, *Autumni tempore, in Theodonis Villam convenire generaliter ſuum Populum præcepit &c.* ſic *Vita Ludovici Pii*, apud *Freherum*, l. c., Cap. XIII, ad h. a., pag. 462, & apud *Pithæum*, pag. 395; Add. *Annales Reuberiani*, h. a.; *Theganus*, apud *Pithæum*, pag. 311; *Vorburg*, l. c., ad h. a., pag. 233; *Lambecius*, in *Chronologia, & Auctario libri I Rerum Hamburgenſium*, ad an. 831, p. m. 102.

An. 832, *Conventum Publicum Aurelianis fieri juſſit, ibique Pipinum ſibi occurrere mandavit - - - - Imperator inter filios ſuos, Lotharium atque Carolum, quandam diviſionem Regni conſtituit, quæ tamen, ingruentibus impedimentis, quæ dicenda ſunt, pro voto minime ceſſit.* Hæc Annales *Reuberiani*, h. a. Conf. *Vita Ludovici Pii*, apud *Freherum*, l. c., ad hunc annum, pag. 462, & apud *Pithæum*, pag. 396, & 397; *Vorburg*, l. c., ad h. a., pag. 237.

An. 833, *Patrem ſecum ducens*, (Lotharius) *Compendium venit - - - - in eodem Conventu, cum multi inſimularentur devotionis in filium, quidam verbis ſimplicibus, quidam juramentis objecta diluerunt. Miſeratio tamen hujuscemodi rei, & talis rerum permutatio, exceptis auctoribus, omnes habebat: Unde verentes ſceleris conſpiratores inauditi, ne, verſa vice, retrolapſa ferrentur, quæ geſta erant, callido, ut ſibi viſum eſt, cum aliquibus Epiſcoporum, utuntur argumento, ut, pro his de quibus jam pœnitudinem geſſerat Imperator, iterum publica pœnitentia, armis depoſitis, irrevocabiliter quodammodo Eccleſiæ ſatisfacere judicaretur: cum ne forenſes quidem Leges, contra unam culpam, ſemel commiſſam, bis inſeviant vindictam: & noſtra Lex habeat, non judicare Deũ bis in idipſum. Cui judicio pauci contradixere; plures aſſenſum præbuere: Maxima pars, ut aſſolet in talibus, ne Primores offenderent, verbotenus conſenſere. Adjudicatum ergo Eum, abſentem, & inauditum, nec confitentem, neque Convictum, ante corpus S. Medardi Confeſſoris, & S. Sebaſtiani Martyris, arma deponere, & ante altare ponere, cogunt: pullaque indutum veſte, adhibita magna cuſtodia, ſub tectum quoddam retrudunt &c.* Hæc Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Freherum*, l. c., ad h. a., pag. 464, & apud *Pithæum* pag. 401; factum conteſtantibus *Annalibus Reubertanis*, h. a., pag. 56, & 57; *Pithœanis*, ad an. 834, pag. 33; & *Fuldenſibus*, ad eundem; *Thegano*, apud *Pithæum*, pag. 313; *Nithardo*, apud eundem, p. 436; *Odoranno*, apud eundem, ad an. 833, pag. 214; *Ivone Carnotenſi*, apud *Lambecium*, Tom. 2 *Commentar. Biblioth. Vindobon*, pag. 858; *Chronico Andegavenſi*, ad an. 833, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, pag. 284; *Lemovicenſi*, ad h. a., ibid., pag. 333; *Leodienſi*, ad h. a., ibid., pag. 335; *Remenſi*, ad h. a., ibid., pag. 362; *Ademaro*, Monacho *S. Eparchii*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, pag. 159, & 160; *Chronico S. Martini Maſciacenſis*, ad annum 832, ibid., pag. 736; *Chronico Herveldenſi*, ad an. 833, apud *Schardium*, Tom. I *Script. Rer. German.*, p. 373; *Reginone*, ad annum 838; *Lamberto Schafnaburgenſi*, ad an. 829; *Mariano Scoto*, ad an. 834; *Chronographo Saxone*, ad an. 837; *Alberico*, *Monacho trium Fontium*, ad an. 833, pag. 172; *Surio*, in vita *Friderici Ultrajectenſis*, 18 Julii, pag. 219, §. 18, ad an. 838; *Hiſtoria Patriarcharum Bituricenſium*, Cap. 42, apud *Labbeum*, l. c., pag. 63; *Sigonio*, lib. V, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 186; *Vorburgio*, Vol. XI *Hiſtoriarum*, ad an. 833, pag. 257, &c.; Clariſſ. Dn. *Tenzel*, *Vindic. Hiſtor.* pro *Hermanni Conringii Cenſura*, *in diploma fictitium Lindavienſe*, Cap. VI, §. 1, pag. 111. Nefariæ hujus exauctorationis charta extat apud *Andream du Cheſne*, Tom. 2; *Pithæum*, pag. 322, &c.; *Jacobum Sirmondum*, Tom. 3 *Concilior. Galliæ*; *Baronium*, Tom. IX Annal., ad h. a., §. IX, &c., pag. 872, &c.; *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imper.* pag. 16; & *Vorburgium*, l. c., p. 251, &c. Add. *Bœcleri Hiſtor. Seculi IX, & X*, p. 70; Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Regno Auſtraſiæ*, Cap. 2, §. 6. pag. 35.

An. 835, *Habuit autem eo tempore, circa feſtum S. Martini, Conventum Generalem in Attiniaco Palatio, ubi, cum multa perperam inolita emendare decreviſſet, tam in Eccleſiaſticis, quam publicis rebus &c.* Ita Annales *Reuberiani*, h. a., pag. 59; Conf. Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Freherum*, l. c., pag. 467, ad h. a., & apud *Pithæum*, p. 407;

An. 836, *Poſt Natalem Domini, altero anno*, (836) *habuit Conventum magnum Populorum &c.* ſcil. *Wormatiæ*; ita *Theganus*, apud *Pithæum*, p. 321; Conf. Annal. *Reuberiani*, h. a., pag. 60; Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Francic.*, Cap. XV, in fine, p. 467, & Cap. XVI, ad h. a., pag. 468; & apud *Pithæum*, p. 407, & 408.

An. 837, *Cumque ab hoc Placito* (Wormatienſi) *Populum dimitteret, & ſequens in Theodonis Villa, poſt Paſcha, conſtituiſſet, ad hyemandum Aquas ſe contulit; filio ſuo, Lothario, etiam mandavit, ut Nobiles quosque ſuorum emitteret, qui ſecum, de firmæ reconciliationis via & modo tractarent &c.* Hæc Annales *Reuberiani*, h. a., pag. 60; Conf. Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Freherum*, l. c., ad h. a., pag. 468, & apud *Pithæum*, p. 409; Annales *Pithœani* vero, p. 34, nec non *Fuldenſes*, ad an. 835, & *Vorburgius*, Vol. XI *Hiſtoriarum*, ad h. a., pag.

Digitized by Google

pag. 274, &c., referunt hæc in annum 835. Ibi, tres inter Cæſaris filios, *Pipinum*, *Ludovicum* & *Carolum*, (*Lothario* omiſſo, nec diviſionis negotio refragante, quippe qui, dignitate Auguſtali, tranſalpino Regno contentus eſſe videbatur,) Regnum Franciæ fuiſſe diviſum, *Aquitania Pipino*, *Bavaria Ludovico*, & *Alamannia Carolo* adſcriptis, ex Annalibus deducit Clariſſ. Dn. *Scurtzfleiſch*, de *Regno Auſtraſiæ*, Cap 2, §. 6, p. 35 &c., partitionem hanc anno 835 omnino vindicans.

An. 838, *Placitum Imperator in Pago Lugdunenſi habuit, tempore æſtivo, in loco, qui vocatur Stramiacus, cum Pipino & Ludowico filiis, &c.* Ita Annal. *Renberiani*, h. a., p. 61; *Theganus*, apud *Pithœum*, p. 321; *Vita Ludovici Pii*, apud eundem, p. 413, & apud *Freherum*, ad h. a., p. 471. In Annalibus *Pithœanis*, p. 34, & *Fuldenſibus* ponitur Annus 835.

An. eod. Imperator menſe Junio, Noviomagi Conventu generali habito, conſiliis quorundam ex Primoribus Francorum acquieſcens, pacti conſcriptione, Hludowico, filio ſuo, Regnum Orientalium Francorum, quod prius cum favore ejus tenuit, interdixit. Ille autem, intelligens, ex invidia conſiliantium, talem prodiſſe ſententiam, edicto prius habito, 3 Kal. Decemb. ad Francofurt cum ſuis venit, &c. Hæc Annal. *Fuldenſes*, h. a.

An. eod. Spiræ habita Comitia, ex *Tritbemio* docet *Lehmannus*, lib. 3 *Chron Spir.*, Cap. 36, p. 253.

An. 839, *Inſiſtente Auguſta, & Miniſtris Palatinis, quandam partem Imperii filio ſuo Carolo Aquis tradidit: ſed quia hæc donatio effectum ſortita non eſt, à nobis quoque ſilentio premitur. Quam rem cum alii fratres ægre tuliſſent, mutuum iniere Colloquium, ſed nihil, quod contradicerent, invenientes, remque totam diſſimulantes, motum Patris, qui ex hoc accidiſſe videbatur, facillime compoſuere. Imperator tota æſtate Aquıngrani ſubſiſtens, Autumni tempore, medio namque Septembri, in Cariſiaco Villa indixit, quo in loco* Pipinus *ex Aquitania ad eum venit, & Conventui interfuit. In hoc Conventu Imperator filium, Carolum, armis virilibus, i. e. enſe, accinxit, corona Regali Caput inſignivit, partemque Regni, quam homonymus ejus, Carolus, habuerat, i. e. Neuſtriam, attribuit, atque inter filios, quantum potuit, vinculo benevolentiæ firmato, Pipinum in Aquitaniam, Carolum autem in portionem Regni, ſibi attributam, dimiſit; & præſentes quidem Neuſtriæ Provinciæ Primores Carolo & manus dederunt, & fidelitatem ſacramento obſtrinxerunt: abſentium autem quisque poſtea itidem fecit.* Hæc *Annales Renberiani*, ad h. a. pag. 62; Portionem *Carolinam*, cujus hic mentio fit, exhibet *Nithardus*, lib. I Hiſtor., apud *Pithœum*, p. 441, ibi: *Conventu Aquis hyeme indicto, portionem Regni, his terminis notam, Karolo dedit, i. e. à Mari, per fines Saxoniæ, usque ad fines Ribuariorum, totam Friſiam, & per fines Ribuariorum Comitatus Moilla, Haccraham, Molant, Maſagouwi; deinde vero, quicquid inter Moſam & Sequanam, usque Burgundiam, una cum Viridunenſe conſiſtit; & de Burgundia, Tullenſem, Odornenſem, Bedenſem, Bleſenſem, Partenſem, utrosque Barrenſes, Brionenſes, Tricaſinum, Auteſiodorenſem, Senonicum, Waſtinenſem, Milidunenſem, Stampenſem, Caſtrenſem, Pariſiacum; & deinde per Sequanam, usque in Mare Oceanum, & per ipſum mare, usque in Friſiam. Omnes videlicet Epiſcopatus, Abbatias, Comitatus, Fiſcos, & omnia infra prædictos fines conſiſtentia, cum omnibus ad ſe pertinentibus, in quacunque Regione conſiſtebant, & ſui Juris eſſe videbantur, una cum auctoritate Divina atque Paterna, præfato filio ſuo, Karolo, dedit, firmumque ut permaneret, Dei Omnipotentis clementiam exoravit &c.* De reliquis, idem ſequentibus facit fidem, ut & Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Pithœum*, p. 416, & apud *Freherum*, l.c., ad h. a., pag. 472; Novam hanc diviſionem non anno 839, ſed 837 contigiſſe, auctoritate Annalium *Bertinianorum*, docet Dn. *Schurtzfleiſch*, l. c., §. 7, p. 38, & 39; Eundem exhibet *Goldaſtus*, Tom. 2 *Conſtit. Imper.*, p. 19, ſed partitionem *Cariſiacam* hoc titulo proferens: *Ludovici I, Pii, Imperatoris Auguſti, Conſtitutio, de Pace Publica, & diviſione Regni facienda inter Filios, ordinata in Cariſiaco, in Generali Conventu Procerum Imperii, Anno DCCCXXXVII, &c.* Pleniorem eam habes apud *Pithœum*, pag. 330; & *Vorburgium*, Vol. XI *Hiſtoriar.*, ad an. 839, p. 311, &c. De eadem ſcribit *Hugo Flaviniacenſis*, in *Chronico Virdunenſi*, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Bibliothecæ MS.*, p. 119, & 120: *Ludovicus Regnum ſuum inter filios ſuos dividens, Lothario, qui erat major natu, tradidit Imperium, & Regnum Italiæ, & partem Franciæ, quam Moſa & Rhenus inter ſe dividunt, & partem Burgundiæ: Ludovico tradidit Bavariam, Saxoniam, & Regna, quæ Carolus ſubegerat; Pippino Aquitaniam, Waſconiam, & terram ſibi ſubjectam, usque in Hiſpaniam: Carolus, minimus natu, qui Calvus eſt dictus, adeptus eſt Franciam, Burgundiam, Neuſtriam. - - - - - Ad extremum, etiam Aquitaniam Carolus obtinuit. Pippino enim ante Patrem defuncto, filius Pippinus remanſit, qui quia ad Regnum gubernandum minus fuit utilis, ad Carolum ſe Principes contulerunt, &c.* Add. *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. 2, de *Geſtis Anglorum*, Cap. 2, p. 38; *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad an. 838, p. m 175, & 176; Dn. *Tenzel. Hiſtor. Vindic.* pro Dn. *Conringii cenſura*, in *fictitium Diploma Lindavienſe*, Cap VI, §. 1, p. 112; *Vorburg*, l. c., ad an. 838, p. 305; &c.

An. 840, *Ad Urbem Vangionum, Conventu indicto, convenerunt, in quo Lodharius humillime ad pedes Patris, coram cunctis, procidit, dicens: mihi, me coram Deo, & Te, Domine Pater, deliquiſſe. Non Regnum, ſed indulgentiam, & ut gratiam tuam merear, quæſo. - - - - - hinc Pater, ut ſui juraverant, perficere cupiens, Ecce, fili, ut promiſeram, Regnum omne coram te eſt: divide illud, prout libuerit. Quod ſi tu diviſeris, partium electio Karoli erit; ſi autem Nos illud diviſerimus, ſimiliter partium electio tua*

erit. Quod idem per triduum dividere vellet, ſed minime poſſet, Joſippum atque Richardum ad Patrem direxit, deprecans, ut Ille, & ſui Regnum dividerent, partiumque electio ſibi concederetur. Inſuper vero, in ea fide, quam illis juraverant, teſtati ſunt, quod pro nulla re alia, niſi ſola ignorantia Regionum, id peragere differret. Quamobrem Pater, ut æquus valuit, Regnum omne, abſque Bajoaria, (utpote Ludovico relicta) *cum ſuis diviſit: & à Moſa, partem Auſtralem Lodharius, cum ſuis, elegit; quin imò & accepit; Occidua vero, ut Carolo conferretur, conſenſit, & una cum Patre, coram omni populo, ita ſe velle, annunciavit* &c. Hæc *Nithardus*, Imperatoris è ſorore Nepos, l. c., pag. 443, & 444; adſtipulantibus *Annalibus Reuberianis*, ad an. 840, p. 63; ſimulque addentibus: *Imperator ergò lætabatur, & cunctus Populus, talibus adplaudens, omnia ſibi placere dicebat. At vero Ludowici animum non parum hæc geſta læſerunt &c.*; & Auctore *Vita Ludovici Pii*, apud *Pithœum*, pag. 417, & 418, & apud *Freberum*, l. c., ad h. a., pag. 472; Nec non Annalibus *Pithœanis*, ad an. 838, p. 35, & *Fuldenſibus*, ad an. 839, & *Vorburgio*, Vol. XI Hiſtor. ad an. 839, p. 311. Chronologiam hic non ſatis tutam eſſe, ex obitu Cæſaris, qui an. 840 contigit, judicandum eſt, biennium ante factis, quæ hic narrantur. Quare nec *Conventus Generalis Cavillonius*, ſecundum *Annales Reuberianos*, & *vitam Ludovici Pii*, apud *Freberum*, l. c., pag. 474, & *Pithœum*, pag. 474, anno 841, nec *Wormacienſis* alius anno 842 inſeribendi ſunt, ad Annos potius 839, & 840 reducendi.

An. 842, *Hludowicus* (Imperatoris cognominis filius) *reverſus, menſe Auguſto, in Villam, quæ vocatur Salz, habito Generali Conventu, in Saxoniam pergens, validiſſimam conſpirationem libertorum, legitimos Dominos opprimere conantium, auctoribus factionis capitali ſententia damnatis, fortiter compeſcuit. Circa Autumnum vero, apud Wormatiam, Karolo fratri occurrit, Hluthario in Villa Thiotonis morante, cum Miſſi eorum, in Confluente caſtello convenientes, de partitione Regni concordare non poſſent, dilato in aliud tempus Placito, ſinguli ad ſua revertuntur &c.* Hæc *Annales Pithœani*, h. a., pag. 39, & *Fuldenſes*, h. a.

An. 843 in Comitiis *Verdunenſibus*, Regnum in tres partes diviſum fuit; de quo præced. pag. 56.

An. 844, *Bernardus, Comes Marcæ Hiſpanicæ, jamdudum grandia moliens, ſummiſque inhians, Majeſtatis reus Francorum judicio, juſſu Caroli, Capitalem ſententiam in Aquitania ſubiit &c.* Hæc Annal. *Bertiniani*, h. a., *Bœcler. Hiſt. Sec. IX & X*, p. 108, *Vorburg*, Vol. XI Hiſtor., ad an. 844, p. 383.

An. eod. habita *Romæ* Comitia, de quibus vid. præced. p. 57.

An. 845, *Hludowicus* (Rex Germaniæ) *tempore Autumni, in Saxonia, apud Padraprunno, generale Placitum habuit, ubi Fratrum ſuorum, & Normannorum, Sclavorum quoque & Bulgarorum Legationes ſuſcepit &c.* Ita *Annales Pithœani*, h. a., pag. 41; Add. *Fuldenſes*, h. a. Conf. Dn. *Ludwig*, de *Jure adlegandi ordinum S. R. Imperii*, Cap. I, §. 14, p. 55.

An. 848, *Hludowicus, circa Kal. Octob., Generale Placitum habuit apud Moguntiacum, in quo Legatos Fratrum ſuorum, & Nordmannorum, Sclavorumque ſuſcepit, audivit, & abſolvit &c.* Hæc Annales *Pithœani*, h. a., pag. 43, & *Fuldenſes*, h. a. Conf. *Vorburg*, Vol. XI Hiſtor., ad h. a., pag. 470, & Dn. *Ludwig*, l. c.

An. 852, *Habita eſt Synodus, ex voluntate atque præcepto ejusdem Sereniſſimi Principis*, (Ludovici) *in Civitate Mogontia, Metropoli Germaniæ, præſidente Rabbano, Venerabili ejusdem urbis Archi-Epiſcopo, cum omnibus Epiſcopis, atque Abbatibus Orientalis Franciæ, Bajoariæ, & Saxoniæ: & illi quidem de abſolvendis Quæſtionibus eccleſiaſticè tractatum habebant; Rex vero, cum Principibus & Præfectis Provinciarum, publicis cauſis litibusque componendis inſiſtens, poſtquam Synodalia eorum decreta ſuo judicio comprobavit, & Legationes Bulgarorum, Sclavorumque audivit, & abſolvit, Bajoariam reverſus eſt &c.* Hæc *Annal. Pithœani*, h. a., pag., 48, & *Fuldenſes*, h. a. Conf. *Lupoldus de Babenberg*, *de Zelo veterum Principum Germaniæ*, Cap. XI, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, pag. 224, & 225; *Baronius* Tom. X *Annal.*, ad h. a., §. 33, p. 84; *Vorburg*, l. c., ad h. a., pag. 501.

Eodem anno, apud Erpfesfurt, habito Conventu, decrevit inter alia, ut nullus Præfectus, in ſua Præfectura, aut Quæſtionarius, infra Quæſturam ſuam, alicujus cauſam, Advocati nomine, ſuſciperet agendam &c. Iidem *Annales*, l. c.

An. 855, *Hlutharius Imperator renuncians omnibus, quæ habuit, Prumienſe Monaſterium ingreſſus, effectusque ibi Monachus, VI Kal. Octobr. mortalem hominem exuit, & ad vitam perrexit æternam. Principes autem & Optimates Regni, filium ejus, Lutharium, ſuper ſe regnare cupientes, ad Ludowicum, Regem Orientalium Francorum, Patruum Ejus, in Franconofurt Eum adducentes, cum conſenſu & favore illius, ſibi regnare conſentiunt &c.* Hæc Annal. *Pithœani*, h. a., pag. 51, & 52, & *Fuldenſes*, h. a. Apud *Regionem*, ad h. a., adjicitur: *Lotharius, convocatis Primoribus Regni, Imperium filiis ſuis diviſit: Ludovico Italiam tradidit, Eumque Imperatorem appellari fecit: Æquivoco vero idem Lothario Regnum, quod ex ſuo nomine vocatur,* (Lotharingia) *conceſſit: Carolo autem, qui junior natu erat, Provinciæ Regnum largitus eſt. Diſpoſitis itaque atque ordinatis Regni negotiis, valedicens ſuis, mundum reliquit &c.* Conf. *Ivo Carnotenſis*, apud *Lambecium*, Tom. 2 *Commentar. Biblioth. Vindobon.*, p. 859; *Hermannus Contractus*, Cod. Nov., ad h. a., apud *Urſtiſium*, p. 306; *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. 2, de *Geſtis Anglorum*, Cap a, p. 38; *Marianus Scotus*, h. a.; *Sigeber-*

by Google

gebertus Gemblacenſis, h. a.; *Otto Friſingenſis*, lib. VI Chronic., Cap. 1, & 2, p. 118; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 139; *Gotfridus Vuerbienſis*, part. XVII Chron., in vita *Lotharii*, p. m. 463, & 464, ubi prædictæ ſubdiviſioni, haud abs re, annectit: *Vide! ad quantum defectum Romanum Imperium devenerit, ſcil. ut, in tres partes diviſo regno Francorum, tertiæ partis tertia pars eſſet ejus Imperium, &c.*; *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad ann. 854, & 855, p. 185; *Vita S. Modoaldi*, Trevirorum Epiſcopi, edita à *Stephano*, Abbate Leodienſi, apud *Surium*, 12 Maji, p. 168; *Martinus Polonus*, in vita *Lotharii*, p. m. 364, edit. Schilterianæ; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, *Generat. XXXI*, ad an. 855, pag. 712; *Sigonius* lib. V, de *Regno Italiæ*, ad h. a., p. 202; *Baronius*, T. X *Annal.*, h. a., §. 67, pag. 129; *Lehman, Chron. Spir.*, lib. 2, Cap. 46, p. 201; *Conring. de Republ.*, Exercit. 2, *t.* 42, p. m. 59; Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini*, *t.* 47, p. 25; *Vorburg*, Vol. XI *Hiſtor.*, ad ann. 844, p. 379, & Vol. XII, ad an. 855, p. 1; &c.

An. 857, *Rex Hludowicus ---- tempore Quadrageſimæ, Placitum habuit*, apud *Wangionum Civitatem, &c.* Ita *Annales Pithœani*, h. a., pag. 52; & *Fuldenſes*, h. a.; *Vorburg*, Vol. XII Hiſtor., ad an. 857, p. 53.

An. 858, Idem, *reverſus in Franconofurt, cum multa, de utilitate Regni, cum ſuis tractaret, atque diſponeret, tunc etiam decrevit, tres Exercitus in diverſos Regni ſui terminos eſſe mittendos &c.* Hæc annales *Pithœani*, h. a., p. 54, & *Fuldenſes*, h. a.

An. 860, celebrata Comitia *Confluentina*, de quibus præced. §. 8, lit. a, voc. *Ludovici, Germaniæ Regis*, pag. 58.

An. 861, *Ludowicus Rex Conventum habuit in Reganesburg, tertia ſeptimana poſt S. Paſcha, in quo Ernuſtum, Summatem inter omnes Optimates ſuos, quaſi infidelitatis reum, publicis privavit honoribus &c.* Vid. Annal. *Pithœani*, h. a., & *Fuldenſes* h. a.

An. eod. Carolus (Calvus) *Placitum habuit in Compendio, ibique cum Optimatum conſilio, Roberto Comiti Ducatum inter Ligerim & Sequanam, adverſum Britones, commendavit, &c.* Ita *Regino*, ad h. a., *Lehman*, lib. 2. *Chron. Spir.*, Cap. 39, p. 156;

An. 862, celebrata Comitia *Wormatiæ*, de quibus præced. p. 59.

An. 865, *Arſenius Epiſcopus, Nicholai, Papæ Romanæ urbis, Legatus, ob pacem & concordiam inter Hludowicum, & Karolum, Fratrem ejus, nec non Hlutharium, nepotem eorum, renovandam atque conſtituendam, miſſus ---- Agrippinam Coloniam venit, ibique obviam Ei duo fratres, Hludowicus videlicet, atque Karolus, abſente Hluthario, Nepote eorum, ad condictum Placitum convenerunt, multisque ibidem cauſis bene diſpoſitis, cum pace revertitur Romam, &c.* Vid. Annal. *Pithœani*, h. a., p. 70; & *Fuldenſes*, h. a.; *Baronius*, Tom. X Annal., ad h. a., §. 60, p. 297; *Vorburg*, Vol. XII *Hiſtor.*, ad h. a., pag. 299, &c.

An. 870, de Comitiis *Procaſpidanis*, in quibus *Ludovicus* Rex cum Fratre *Carolo Calvo* Regnum diviſit, præced. pag. 59 actum eſt.

An. 871, *Hludowicus & Karolus, Hludowici Regis filii, dure accipientes, quod quandam partem Regni Francorum, quam Rex illis, ſub teſtamento, poſt obitum ſuum habendam delegaverat, ab eis auferri, & Karlmanno, fratri illorum, tradi, fama volitante, audierunt, congregata multitudine non modica, Spirenſem pagum occupant, contra Regem rebellare diſponentes. Quod cum Rex comperiſſet, de Bajoaria profectus, venit ad Franconofurt in Kal. Febr., miſſisque Nunciis, animos Filiorum ſuorum ſibi reconciliare nititur. Sed cum reciproci Nuncii diu laborantes rem ad effectum perducere non potuiſſent, tandem, condicto Placito, atq; pace ex utraque parte juramento firmata, Rex quidem in Bajoariam ſe recepit, filii vero illius in loca ſibi delegata profecti ſunt, &c.* Hæc Annal. *Pithœani*, h. a., p. 79, & 80; & *Fuldenſes*, h. a.; Contin. *Aimoini*, lib. V, Cap. 26, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Franc.*, p. 483.

An. 872, *Rex, mediante Quadrageſima, apud Villam Forabbeim Generali Conventu habito, filios ſuos, de Regni partitione inter ſe diſſidentes, pacificavit, &, quam quisque partem, poſt obitum ſuum, tueri deberet, liquido deſignavit, &c.* Vid. Annal. *Pithœani*, h. a., pag. 82; & *Fuldenſes*, h. a.

An. 873, *Menſe Januario, cum ſuis undique venientibus, de ſtatu Regni ſui, & utilitate, in loco ſupradicto,* (Franconofurt) *Placitum habere diſpoſuit, &c.* Ita *Annales Pithœani*, h. a., p. 84; Add. *Fuldenſes*, h. a., & *Vorburg*, Tom. XII, ad h. a., p. 653.

An. eodem, Hebdomada Paſchali finita, Rex de Franconofurt tranſiens, in Villa Biſeſtat, prope Wormaciam, Placitum habuit, filiosque ſuos, Hludowicum videlicet, & Karolum, ad audiendum ſingulorum cauſas conſtituit, ut, quicquid illi per ſe terminare non poſſent, Patris judicio reſervarent &c. Iidem Annales h. a.; *Vorburg*, l. c.

An. eod. Menſe Auguſto, cum, apud Urbem Mediomaticorum, Generalem Conventum habuiſſet, Halbdeni, frater Sigfridi Regis (Danorum) *etiam ſuos ad Eum Nuncios miſit, eadem poſtulans, quæ frater ſuus poſtulaverat, videlicet, ut Rex Legatos ſuos ad ſluvium, nomine Egidoram, qui illos & Saxones dirimit, mitteret, & illi, eisdem occurrentes, pacem ex utraque parte omni tempore ſtabilem, confirmarent, &c.* Iidem *Annales*, h. a.; *Vorburg*, l. c., pag 659.

An. 874, *Ludovicus, Germaniæ Rex, ante Nativitatem Domini, ad Franconofurtiſ Palatium venit, ibique Nativitatem celebravit, & Placitum ſuum ibidem, circiter Kalend. Febr., condixit, &c.* Ita Contin. *Aimoini*, lib. V, Cap.

V, Cap. 30, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Franc.*, pag. 487.

An. 875, *Rex Hludovicus* ---- *circa Kal. Junii, venit ad Tribuere, ibique Generale Placitum habuit, &c.* Annal. *Pithœani*, h. a., pag. 91; & *Fuldenſes*, h. a.; *Aimoinus*, lib. V, Cap. 32, pag. 490; *Vorburg*, Vol. XII Hiſtor., ad an. 875, p. 669; *Lambecius*, Tom. 2. *Bibliotheca Vindobon.*, Cap. V, ad h. a., pag 350.

An. 876, De Conventu *Salſeldenſi*, in quo nova diviſio Germaniæ facta, dictum præced. p. 60.

An. 877, *Hludowicus Rex, menſe Januario, Generali Conventu habito apud Franconofurt, quos de Regno Karoli tenuit captivos, remiſit in Galliam, &c.* Annal. *Pithœani*, h. a., pag. 98, & *Fuldenſes*, h. a.

An. eod. Carolus Imperator ---- *Placitum Generale, Kalend. Junii, habuit*, (Compendii) *ubi, per Capitula, qualiter Regnum Franciæ filius ſuus, Ludovicus, cum Fidelibus ejus, & Regni Primoribus, regeret, usque dum Ipſe Româ rediret, ordinavit: &, quomodo tributum de parte Regni Franciæ, quam ante mortem Lotharii habuit, ſed & de Burgundia exigeretur, diſpoſuit, &c.* Contin. *Aimoini*, lib. V, Cap. 35, p. 497.

An. 878, *Hludowicus Rex, diebus Quadrageſimæ, usq; ad menſem Majum, moratus eſt in Villa Regia, quæ vocatur Saltz, & inde tranſiens apud Franconofurt Generalem habuit Conventum, miſſisque Nunciis ad Fratrem ſuum. Carolum, partem Regni Hlutharii, quam à Karlmanno acceperat, cum eo dividit, &c.* Annal. *Pithœani*, h. a., *p.* 99, & *Fuldenſes*, h. a.

An. 879, in Conventu *Turenenſi*, Lotharingia Germaniæ adſcripta. Vid. præc. p. 60, & 61.

An. 882, *Rex morabatur in Germania, & ante Natalem Domini Placitum habuit ad Wormatiam, ubi multiformis Nunciis Maravorum, aliarumque Gentium receptis, & auditis, compoſitisque rebus, remeavit in Alemanniam, &c.* Ita Annal. *Pithœani*, h. a., p. 108; Conf. *Fuldenſes*, h. a., *Aventinus*, lib. IV Annal., *Sigonius*, lib. V, de *Regno Italiæ*, pag. 224, *Bœclerus*, Hiſtor. Sec. IX, & X, p. 187, *Lambecius*, Tom. 2 *Bibliothecæ Vindobonenſis*, Cap. V, ad h. a., p. 351.

An. 883, *Cæſar* (Carolus Craſſus) *Paſcha Domini honorifice Radaſponæ Civitate manſit, ibique habito Conventu, diverſis rebus ab Italia auditis, illuc reverſus eſt, &c.* Annales *Fuldenſes*, h. a.

An. 884, *Reverſo ad Alamanniam Rege, habitum eſt in villa, quæ dicitur Cholonpurum, Generale Conventũ. Inde edictum eſt, Bajowarios ad Italiam, contra Witonem, belligera manu proficiſci, &c.* Annal. *Fuldenſes*, h. a.

An. 885, Proxima *die S. Epiphaniæ, habito Generali Conventu, Wito, Dux Spolitanorum, qui antea fuga ab Imperatore lapſus eſt, cum juramento excuſavit, ſe non eſſe reum Majeſtatis, ad fidelitatem Regiam ſuſceptus eſt.* Annales *Fuldenſes*, h. a.

An. 886, *Poſt Paſcha, habito Generali Papiæ Conventu, Imperator, per Burgundiam, obviam Nordmannis in Galliam, quia tunc Pariſiis erant, usque pervenit.* iidem Annales, h. a.

An. 887, *Tranſacto die S. Paſcha, habitum eſt Placitum Weibilingæ, ibi, inter alia, Berngarius ad fidelitatem Cæſaris pervenit, &c.* Annal. iidem, h. a.

An. eodem, Imperator corpore & animo cœpit ægrotare. Menſe itaque Novembri, circa tranſitum S. Martini, Triburias venit, ibique Conventum Generalem convocat. Cernentes Optimates Regni, non modo vires corporis, verum etiam animi ſenſus ab eo diffugere, Arnolphum, filium Carolomanni, ultro in Regnum attrahunt, & ſubitò, facta conſpiratione, ab Imperatore deficientes ad prædictum Virum certatim tranſeunt, ita, ut in triduo vix aliquis remaneret, qui ei ſaltem officia humanitatis impenderet. Cibus tamen & potus, ex Luitperti Epiſcopi (Moguntini) *ſumptibus, adminiſtrabantur. Erat res ſpectaculo digna, & æſtimatione ſortis humanæ rerum varietate miranda. Nam ſicut ante, ſecunda Fortuna, rebus, ultra quam arbitrari poſſet, affluentibus, tot tantaque Imperii Regna, ſine laborum ſudoribus, & certaminibus, attraxerat, ita, ut, poſt Magnum Carolum, Majeſtate, poteſtate, divitiis, nulli Regum Francorum videretur eſſe poſtponendus; ita nunc adverſa, velut in oſtenſione fragilitatis humanæ deficiens, quæ fortuna cumulaverat, cuncta inhoneſtè in momento abſtulit, quæ, proſpero arridens ſucceſſu, quondam glorioſe attulerat. Mittit ergò ad Arnolphum, ex Imperatore effectus egenus, ex deſperatis rebus, non de Imperii dignitate, ſed de victu quotidiano cogitans, tantum alimentorum copiam, ad ſubſidium vitæ præſentis, ſupplex expoſcit: Dirigit etiam Bernhardum, filium, quem ex pellice ſuſceperat, cum xeniis, eumq; ejus fidei commendat. Miſeranda rerum facies, videre Imperatorem opulentiſſimum, non ſolum fortunæ ornamentis deſtitutum, verum etiam humanæ opis egentem. Conceſſit autem Arnolphus Rex nonnullos fiſcos in Alemannia, unde ei alimonia præberetur. Ipſe vero, compoſitis in Francia feliciter rebus, in Bajoariam revertitur, &c.* Hæc *Regino*, ad h. a. Conf. Annales *Fuldenſes*, ad h. a., ubi: *Cæſar graviſſima infirmitate detentus eſt; ab illo ergo die, male inito conſilio, Franci, & more ſolito Saxones & Duringi, quibusdam Bajowariorum Primoribus, & Alamannorum ammixtis, cogitaverunt deficere à fidelitate Imperatoris, nec minus perficere. Igitur, veniente Karolo Imperatore Franconofurt, iſti invitaverunt Arnolfum, filium Karlmanni Regis, ipſumque ad Seniorem elegerunt, ſine mora ſtatuerunt ad Regem extolli, &c.* Addantur Chronicon *Laurishamenſe*, apud *Freherum*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 67; *Otto Friſingenſis*, lib. VI Chron., Cap. IX, pag. 123; *Chronicon Hildeſienſe*, ad h. a., apud Dn. *de Leibnitz*, *Scriptor. Rer. Brunſuic.*, pag. 716; *Chronicon Herveldenſe*, ad h. a., apud *Schar-*

Digitized by Google

Schardium, Tom. I Scriptor. Rer. German., pag. 374; Hermannus Contractus, Cod. Nov. Urſtiſii, ad h. a., pag. 309; Marianus Scotus, h. a.; Sigebertus Gemblacenſis, ad an. 890; Chronographus Saxo, ad an. 887; Hepidannus, Annal., ad an. 889, apud Goldaſtum, Tom. I Rer. Alaman., part. I; Albericus, Monachus trium Fontium, ad an. 889, & 890, pag. 220, & 221; Gotfridus Viterbienſis, part. XVII Chronic., ad an. 886, pag. 468; Conradus Urſpergenſis, ad an. 887, pag. 142, ſuſtinens, Carolum Imperatorem Regnum dimiſiſſe; Martinus Polonus, in ejus vita, p. m. 364, edit. Schilterianæ; Sigonius, lib. V, de Regno Italiæ, ad an. 887, pag. 227; Baronius, Tom. X Annal., ad An. 888, §. I, p. 601; Nauclerus, Vol. 2 Chronographiæ, Generat. XXX, ad an. 888, p. 719; Lehman, Chron Spir. lib. 2, Cap. 39, pag. 156; Baclerus de Rebus Seculi IX, & X, in vita Caroli III, pag. 188; D. Tenzel. Vindiciæ pro Conringii cenſura in diploma fundationis fictitium Lindavienſe, Cap. IX, § 13, p. 219. Dn. Schilter, de Libertate Eccleſ. Germ., lib. 3, Cap 3, §. 7, p. 290, Cæſarem non depoſitum fuiſſe, ſed ſaltem Arnolphum Imperii nactum conſortem, exiſtimat.

An. 888, Galliarum Populi, in unum congregati, cum conſenſu Arnolphi, Ottonem Ducem, filium Ruperti, Virum ſtrenuum, cui, præ ceteris, formæ pulchritudo, & proceritas corporis, & virium ſapientiæque magnitudo inerat, Regem ſuper ſe, pari conſilio & voluntate, creant, quia Rempublicam viriliter rexit, &c. Ita Regino, h. a. Conf. Sigebertus Gemblac., ad An. 890.

An. eod. Rex Arnolfus - - - - Franciam petiit, habitoque ad Franconofurt generali Conventu, diſpoſuit adventare Wormaciam. Quod vero Odo (prædictus Rex Galliæ) comperiens, ſalubri utens conſilio, conteſtans, ſe malle ſuum Regnum, gratia cum Regis, pacificè habere, quam ulla jactantia, contra Ejus fidelitatem, ſuperbire; veniensque humiliter ad Regem, & gratanter ibi recipitur; rebus, ab utraque parte, prout placuit, proſpere diſpoſitis, unusquisque reverſus eſt in ſua &c. Hæc Annales Fuldenſes, h. a., & Metenſes, h. a. Add. Witichindus, lib. I Annal., apud Meibomium, Tom. 1 Scriptor. Rer. German., p. 637; Chronicon Laurishamenſe, apud Freberum, p. 68, circa finem; Ethelwerdus, lib. 4 Chronicorum, ad ann. 887, apud Savile, de Scriptoribus Rerum Anglicarum, p. 846; Chronica Regum Francorum, apud Lambecium, Tom. 2 Bibliothecæ Vindobon: Cap. V, p. 394; Hermannus Contractus, ad an. 888; Otto Friſingenſis, lib. VI Chron., Cap. 2, p. 119, & Cap. 11, pag 124; Sigebertus Gemblacenſis, ad an. 890; Gotfridus Viterbienſis, part. 17 Chronic., fol. 469; Albericus, Monachus trium fontium, ad an. 890, p. 221, & ad annum 893, p. 225; Nauclerus, l. c., Generat. XXX, ad ann. 888, p. 719; Sigonius, lib. VI, de Regno Italiæ, ad ann. 888, p. 229 Baronius, Tom. X Annal., ad an. 888, §. 2. p. 601; Conringius, de Finibus Imperii, lib. 1, Cap. VIII §. 4, p. 46, & 47; Schilter, Inſtit. Jur. Publici, lib. 1, Tit. 2, §. 6, pag. 14; Dn. Schurtzfleiſch, de Diviſione Imperii Carolini, §. 57, pag. 37; Lambecius, l. c, in margine, confundit Ottonem hunc cum Ottone, Saxonum Duce, Henrici Aucupis Patre, ſcribens: Notabilis locus, de differentia inter Teutones Francos, & Latinos Francos; item, de Ottone, Duce Saxoniæ, Patre Imperatoris Henrici Aucupis, juſſu & conſenſu Imperatoris Arnulfi, à Gallis in Regem electo, &c.; cum ille Ludolphum Magnum, Saxoniæ Ducem; hic vero Robertum, Ducem Andium, Parentes habuerint. Conf. Dn. Meibomii Notas in Witichindi Annales, Tom. 1 Rer. German., p. 679;

An. 889, Exeunte menſe medio, Rex apud Villam, quæ dicitur Forahhem, Generale Conventum habuit, ibique diſputans de Statu Regni ſui, conſultum eſt, ut eodem tenore Primores Francorum, prout Bojoarii, confirmarent, ne ſe detraherent à Principatu, & dominatu filiorum ejus; Zwentibulchi quidem & Ratoldi, qui ei de concubinis erant nati; quod quidam Francorum, ad tempus renuentes, tandem Regiæ ſatisfacientes voluntati, dextram dare non recuſabant, eo tamen modo, ut ſi de legali ſua uxore hæres ei non produceretur, &c. hæc Annales Fuldenſes, ad h. a,

An. 890, Mediante Quadrageſima, Rex, Pannoniam proficiſcens, Generale Conventum cum Zwentibaldo Duce, loco, qui vulgo appellatur Omunteſperch, habuit. Iidem Annales, h. a.

An. 893, Æſtivo tempore, jam dictus Rex (Arnolphus) Conventum publicum Wormatiæ celebravit, ubi Carolus (Rex Galliæ) venit, & Arnolphum magnis muneribus ſibi conciliat, Regnumque, quod uſurpaverat, ex Ejus manu percepit. Juſſum eſt etiam, ut Epiſcopi & Comites, qui circa Moſam reſidebant, Illi auxilium ferrent, & Eum in Regnum inducentes in ſede Regia inthroniſarent &c. Vid. Regino, ad h. a.

An. 894, Poſt Wormatiam venit, (Arnolphus) ibique Placitum tenuit, volens, Zundibolch, filium ſuum, Regno Lotharii præficere, ſed minime Optimates prædicti Regni ea vice aſſenſum præbuerunt, &c. Hæc Regino, h. a.

An. 895, Arnolphus Wormatiam venit, ibique Optimatibus, ex omnibus Regnis ſuæ ditioni ſubditis, ſibi occurrentibus, Conventum publicum celebravit, in quo Conventu, omnibus aſſentientibus, atque collaudantibus, Zundibolch filium Regno Lotharii præfecit, &c. Ita Regino, ad h. a., & Marianus Scotus, ad h. a.; Otto Friſingenſis autem, lib. VI Chronicorum, Cap. 12, pag. 124; Gotfridus Viterbienſis, part. XVII Chronicorum, pag. 469, & Chronographus Saxo, p. 147, id referunt in annum 894; Sigebertus Gemblacenſis contra ad an. 896, & Albricus, Monachus trium fontium, pag. 223, ad an. 898; Conf. Chronicon Regum Francorum, apud Lambecium, Tom. 2 Bibliothecæ Vindobon., Cap. V, pag. 394; Lehmanni Chron. Spir., lib. 2, Cap. 39, pag. 155; Baclerus, Hiſtoria Seculi IX & X, pag. 205; Conringius, de Finibus Imperii, lib. I, Cap. 3, §. 3, pag. 21; Schilter, In-

ſtitut.

ſtitut Jur. Publ., lib. I, Tit. 2, §. 6, p. 14; Dn. Schurtzfleiſch, de Diviſione Imperii Carolini, §. 62, p. 42, & 43. En Ordinum auctoritatem in Comitiis! In eodem Placito, Otto Rex, (Galliæ) cum magnis muneribus ad Arnolphum venit, à quo honorifice ſuſceptus eſt, omnibusque impetratis, pro quibus venerat, in Regnum revertit. Sic pergit Regino, l. c., conſentiente Hermanno Contracto, ad h. a.; add. Meibomius, in Notis in Witichindum, Tom. I Rerum German., pag. 679; Conringius, l. c., lib. I, Cap 8, §. 4, p. 48; Bæclerus, l. c., p. 198, & 199.

An. 897, Arnolphus Wormatiam venit, ibique Placitum tenuit, ubi ad ejus colloquium Zundibolch occurrit, &, interventu Imperatoris, Stephanus, Gerhardus & Matfridus cum filio reconciliantur, &c. Hæc Regino, h. a., & Annales Fuldenſes, h. a., in quibus additur: Curte vero Triburia habito Generali Conventu, Fuldenſe cœnobium, cauſa orationis, petit, &c.

An. 898, Multis temporibus inauditum ſcelus, &, quod non oportuit, facinus de Regina Ota (al. Juditta Arnolphi Conjux,) divulgatum eſt, id eſt, ut corpus ſuum in latebroſo ac iniquo manciparet conjugio. Quod ipſum, Radaſpona urbe, menſe Junio, juxta Primorum præſentium judicium, LXXII jurantibus, definitum comprobatur. Ipſo quoque tempore ejusdem magni & communis Placiti, civitate Regia, Rex paralyſi ſolutus infirmatus eſt, &c. Hæc Annales Fuldenſes, h. a.

An. 900, Proceres & Optimates, qui ſub ſeditione (Ditione) Arnolphi fuerant, ad Forachem in unum congregati, Ludovicum, filium præfati Principis, quem ex legitimo matrimonio ſuſceperat, Regem ſuper ſe creant, & coronatum, Regiisque ornamentis indutum in faſtigio Regni ſublimant, &c. Hæc Regino, ad h. a. Luitprandus, lib. 2, Hiſtor., Cap. I, apud Reuberum, p. 101, ait: Poſtquam vitalis calor Arnulfi Regis membra deſerens corpus reddidit exanime, Ejus filius, Ludovicus, Rex Cunctis à Populis ordinatur, &c. Conf. Annal. Fuldenſes, ad h. a.; Chronicon Lauriſhamenſe, apud Freherum, p. 68; Hepidannus, apud Goldaſtum, Tom. I Scriptorum Rerum Alamannicarum, part. 1, ad an. 900; Hermannus Contractus, Cod. Nov. Urſtiſii, ad an. 900, p. 310; Marianus Scotus, ad eundem annum; qui & ætatem Electi, & electionis diem exprimit, verbis: Ludovicum, filium Arnoldi, 2 Non. Febr., anno ætatis ſuæ ſeptimo, quem ex legitimo matrimonio Arnoldus genuit, Proceres & Optimates Regem ſuper ſe conſtituunt, & coronatum, & Regiis ornamentis indutum, ad Forchiam congregati in unum, in faſtigio Regni elevant, &c. Otto Friſingenſis, lib. VI Chronicor. Cap. XIV, p. 125; Gotfridus Viterbienſis, part. XVII Chronicor., p. 470; Chronographus Saxo, pag. 149; Albertus Stadenſis; Conradus Urſpergenſis, p. m. 143; aliique id factum putant an. 901; Sigebertus Gemblacenſis, Albericus, Monachus trium Fontium, pag. 241, & Martinus Polonus, p. m. 365, edit. Schilterianæ, habent an. 902; & auctor Chronici Slavici, apud Lindenbrogium, edit. Noviſſ. Cap. VI, pag. 191, An. 903; Sigonius, lib. VI, de Regn. Italiæ, ad an. 900, p. 242, confundit electionis locum, Forchhemium Epiſcopatus Bambergenſis, cum Pfortzhemio, Marchionatus Durlacenſis oppido; Aventinus, lib. 4 Annal. Boicor., pag. 368, addit, Procerum beneplacito, Eidem & Tutores conſtitutos, ſcribens: In Germania, Proceres, Pontifices, Populus Francorum, Anno, ab orbe liberato, nongenteſimo, apud Forchaim, Oppidum Franciæ, Bojariæque antiquæ, conveniunt frequentes, communi conſenſu Ludovicum, legitimum filium Arnolphi, ſeptimum agenten annum, Regem nuncupant; Tutores Ejus, Ottonem, Saxoniæ Regulum, cui ſoror Ludovici nupta, & Hattonem, Moguntinum Archi-Epiſcopum, eſſe jubent, &c. Add. Bæclerus, Hiſtor. Sec. IX, & X, pag. 213.

An. 904, celebrata Comitia Ravelſtadiana; de quibus præced. p. 61.

An. 905, circa Julium menſem, Ludovicus Rex Conventum Generalem celebravit, apud Triburias, Villa Regia, ubi adeſſe mandavit ſæpe dictum Adalbertum, (Comitem Bambergenſem) ut, in præſentia Optimatum Regni, pro ſe rationem redderet, & pacis conditionem, quam hactenus exoſam habuerat, tandem aliquando, depoſita crudelitatis tyrannide, ſuſciperet, &c. Hæc Regino, ad h. a, mox ſubjungens, inobedientem ad incitas fuiſſe redactum, tandemque, dolo Moguntini Præſulis circumventum, capitalem ſubiiſſe pœnam; verba hæc ſunt: cum fraus, quæ ſtruebatur, ſuis prodentibus, fuiſſet detecta, cuſtodiæ mancipatur, & in præſentia totius Exercitus, manibus vinctis adductus, omnibus adjudicantibus, capitalem ſententiam ſuſcepit, quinto Idus Septembris, &c. Conf. Marianus Scotus, ad h. a., loco tamen 5 Id. Septembr. ponens 5 Id Decembris; &, ad annum 908, comitem hoc ipſo demum anno gladio percuſſum exiſtimans; Hermannus Contractus, ad an. 905; Otto Friſingenſ., lib. 6 Chron., Cap. XV, p. 125; Gotfridus Viterbienſis, part. XVII Chronic., ad an. 905, p. 471; Lambertus Schafnaburgenſis, & Annales Hildeshemenſes, apud Dn. de Leibnitz, Scriptor. Rer. Brunſvic. p. 717, habent annum 907; Chronographus Saxo, p. 149, producit annum 908, in fine annectens: Regi Ludovico ab eo (Moguntino) præſentatur, moxque, habito judicio, Principum, qui affuêre, decreto, capitalem ſubiit ſententiam, & in proprio caſtello Thariſſa accepit ſepulturam, &c. Sigebertus Gemblacenſis, & Albericus, Monachus trium fontium, p. 249, excurrunt in annum 910; Add. Sifridus Presbyter, apud Piſtorium, in vita Ludovici III Imp., pag. 688; Æneas Piccolomini, Commentar. de Rebus in Europa geſtis, imperante Friderico III, Cap. 31, apud Freberum, Tom. 2 Script. Rer. German., p. 77.

An. 911, vel 912, Ludovicus Rex moritur. Conradus

Digitized by Google

dus ergo, Francorum ex genere oriundus, Vir ſtrenuus, bellorumque exercitio doctus, *Rex*, **cunctis à Populis**, *ordinatur; ſub quo Potentiſſimi Principes*, *Arnoldus*, *in Bajoaria*; *Burcardus*, *in Suevia*; *Everhardus*, *Comes potentiſſimus in Francia*; *Giſilbertus*, *dux in Lothoringia*, *erant; quos inter Henricus*, *Saxonum & Thuringorum Dux*, *præpotens clarebat*, *&c.* Hæc *Luitprandus*, lib. 2 *Hiſtor.*, Cap. 7, apud *Reuberum*, p. m. 105; Conf. *Witichindus*, lib. 1. *Annal.*, apud *Meibomium*, Tom. 1. *Rer. German.*, p. 634: *Regi autem Lothowico non erat filius*, **omnisque Populus Francorum atque Saxonum** *quærebat*, *Ottoni* (Magno, Duci Saxoniæ, Henrici Aucupis Patri) *diadema imponere Regni*. *Ipſe vero, quaſi jam gravior, recuſabat Imperii onus: ejus tamen conſultu, Cunradus, quondam Dux Francorum, ungitur in Regem; penes Ottonem tamen ſummum ſemper & ubiq; vigebat Imperium, &c.* Sic & *Ditmarus Mersburgicus Reſtitutus*, lib. I Chronic., apud Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptor. Rer. Brunſuic.*, pag. 325: *Conradus, Francorum quondam Dux egregius, & tunc Ludovici ſucceſſor pueri, arcem tenebat* Regni, *quem, ob meritum ſui, Otto prædictus*, (Dux Saxoniæ) ***ab omnibus Regni Principibus*** in Regem *electus, ſibi, quaſi ad hoc indigno, præpoſuit, ſeque, eum filiis, fidei ſuæ ac poteſtati ſubdiderat, &c.* Continuator *Reginonis*, *Hermannus Contractus*, *Marianus Scotus*, *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, Tom. I Rer. *Alamannicarum*, part. 1, *Sigonius*, *de* Regno *Italiæ*, lib. 6, pag. 249, aliique inſcribunt electionem hanc anno 911; *Lambertus Schafnaburgenſis* vero, *Sigebertus Gemblacenſis*, *Chronographus Saxo*, pag. 150, *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. I de *Geſtis* Regum *Angl*, Cap. 3, pag. 25, *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, pag. 251, & aſſeclæ habent an. 912; *Otto Friſing.*, lib. 6. *Chron.*, Cap. 16, pag. 126, *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, pag. 472, *Albertus Stadenſis*, ad an. 913, & 917, *Conradus Urſpergenſis*, p. m. 144, *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. XXXI, pag. 722, & 723, &c. malunt annum 913; perperam vero; Vid. ſeq. Tit. V, Vita *Conradi* I, v. 4; factum comprobantibus Veteri *Chronico Regum Francorum*, apud *Lambecium*, Tom. 2 *Biblioth. Vindobon.*, Cap. 5, pag. 394, *Siffrido Presbytero*, lib. I Epitomes, ad an. 917, pag. 688, edit. *Piſtorii*, Auctore *Chronici Ducum Brunſuicenſium*, apud *Maderum*, de *Antiquitatib. Brunſuic.*, pag. 3, *Henrico Bodone*, in *Syntagmate de Cœnobio Gandeſiano*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 489, *Lehmanno*, Lib. 3 *Chron. Spirenſ.*, Cap. 51, pag. 265, *Büntingio*, *Chron. Brunſuic.*, pag. 39, &c., *Onuphrio Panvinio*, de *Comitiis Imperatoris*, Cap. VI, pag. 75, &c. aliisque recentioribus permultis.

An. 917, de *Berchtoldo*, de *Erchangero*, ſeu *Erchingero*, fratribus, ſimulque Cameræ Nunciis in Alamannia, & *Liutfrido*, illorum è ſorore Nepote, Conſtantienſem Epiſcopum, *Salomonem*, captivum tenentibus, hæc ſcribit *Eckardus Junior*, de *Caſibus S. Galli Monaſterii*, Cap. I, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Rerum Alamannicarum*, part. 1, p. 18: *Conſilio dehinc habito, primo* **Colloquium publicum Magontiæ**, *poſtea generale edixit* **Concilium**, (Conradus Rex,) *ubi, tribus illis Lege abjuratis, & præſcriptis, prædiiq; eorum in Fiſcum redactis,* **Majeſtatis reis** *capita damnata ſunt, cæteris omnibus, qui tanto facinori intererant tamquam rei, præ hoſtibus proſequi juſſis.* ***Sueviæ Principum aſſenſu ſtatuitur Alemannis Dux primus, Burkhardus,*** *Gentis illius Nobiliſſimus, & virtutum dote probatiſſimus, cui & prædia damnatorum confiſcata in beneficium ſunt tradita, exceptis dotibus Berthæ*, (Erchingeri Uxoris) *ſibimet Edicto, quoniam Viro non aſſenſerat, ſtabilitis. Epiſcopo autem apud Ducem inducias damnatis rogante, ut, ſi fieri poſſet, exilium eis à Rege intercederet, aliquot eos dies Dux in cuſtodia tenuit; Rex autem, crebro ab eo fatigatus, tandem eos jugulari præcepit, &c.* Continuator *Reginonis*, ad an. 917, ait: *Freckanger & Berahtold decollantur, &c.* Apud *Hermannum Contractum*, ad h. a., legitur: *Erchangerus Dux, & Bertholdus, germani fratres, decollantur 12. Calendas Februarias, &c.* Sic & *Hepidannus*, Annal., apud *Goldaſtum*, l. c., ad an. 916: *Erchanter, & frater ejus Perethold, & Liuhfrid capti & occiſi ſunt, &c.* Chronicon breve *S. Galli*, apud *Du Cheſne*, Tom. 3, ad eundem annum: *Erchinges, Parthold, & Luitfrid occiduntur doloſe, &c.* Conf. *Conradus Urſpergenſis*, ad an. 918, pag. 144; *Lehmanni Chronicon Spirenſe*, lib. 2, Cap. 16, pag. 84, & Cap. 39, pag. 156; *Conringius*, *de Republica*, Exercit. VI, *θ.* 23, pag. 230; *Bæclerus*, *Hiſtor. Secul.* IX, & X, in vita *Conradi*, p. 229, &c; Dn. *Tenzel*, *Vindic. Conring. contra fictitium Diploma Ludovicianum Lindavienſe*, Cap. IX, §. 13, pag. 221, & Cap. XIV, §. 2, pag. 319; Dn. *Gundlingius*, de *Statu Reipublicæ Germanicæ ſub Conrado I*, §. VIII, pag. 53, &c.

An. 919, *Septimo Regni ſui anno, vocationis ſuæ ad Dominum tempus agnovit*, (Conradus Rex) *quumque memoratos Principes* (Arnoldum Bavariæ, Burchardum Sueviæ, Eberhardum Franciæ Orientalis, Giſelbertum Lotharingiæ, & Henricum Saxoniæ atque Thuringiæ) *ſe adire feciſſet, ſolummodo Henrico non præſente, ita convenit: Ex corruptione ad incorruptionem, ex mortalitate ad immortalitatem vocationis meæ tempus agnoſco, &, ut cernitis, præſto eſt; proinde pacem concordiamq; vos ſectari etiam atque etiam rogo. Me hominem exuente, nulla vos regnandi cupiditas titillet, nulla præſidendi ambitio inflammet. Henricum, Saxonum & Thuringorum Ducem prudentiſſimum, Regem eligite, Dominum conſtituite. Is enim eſt & ſcientia pollens, & juſtæ ſeveritatis cenſura abundans. His itaque prolatis, propriam coronam, non auro, quo cujuscunq; ordinis pene Principes pollent, verum gemmis precioſiſſimis non ſolum, inquam, ornatam, ſed gravatam, ſceptrum, & cuncta, quæ Regalia ſunt, indumenta in medium venire præcepit, ac, prout valuit, hujusmodi verba effudit:* ***Heredem, Regiæque dignitatis Vicarium, Regalibus meis ornamentis,***

Henricum conſtituo, cui ut obediatis, non ſolum conſulo, ſed & oro. Quam juſſionem mox ſequitur interitus; & interitum eſt obedientia proſequuta. Ipſo namque mortem obeunte, memorati Principes coronam, cunctaque Regalia indumenta Henrico Duci contulerunt, atque, ut Rex Conradus dixerat, cuncta per ordinem narraverunt. Qui Regiæ dignitatis culmen & prius humiliter declinavit, ac paulo poſt non ambitioſe ſuſcepit. Hæc coævus Scriptor *Luithprandus*, lib 2. *Hiſtor.*, Cap. VII, apud *Reuberum*, pag. 105, & 106; Coæqualis *Witichindus* Corbejenſis, lib I. Annal., apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 636, & 637, ait: Conradus Rex, *cum ſe morbo ſenſiſſet laborare, pariter cum defectione primæ fortunæ, vocat fratrem,* (Eberhardum,) *qui Eum viſitandi gratia adierat, quem ita alloquitur: Sentio, inquit, Frater, diutius me iſtam vitam tenere non poſſe, Deo, qui ordinavit ita, imperante, gravique morbo id cogente. Quapropter conſiderationem tui habeto, &, quod ad te maxime reſpicit, Francorum toti Regno conſulito, attendendo Fratris tui conſilio. Sunt nobis, Frater, copiæ Exercitus congregandi atque ducendi: ſunt Urbes, & arma, cum Regalibus inſigniis, & omne, quod decus Reginum depoſcit, præter fortunam, atque mores. Fortuna, Frater, cum nobiliſſimis moribus Henrico cedit, rerum publicarum ſecus Saxones ſumma eſt. Sumptis igitur his inſigniis, lancea ſacra, armillis aureis, cum chlamyde, & veterum gladio Regum, ac diademate, ito ad Henricum, facito pacem cum Eo, ut Eum fœderatum poſſis habere in perpetuum. Quid enim neceſſe eſt, ut cadat Populus Francorum tecum coram Eo? Ipſe enim vere Rex erit & Imperator multorum Populorum. His dictis Frater lacrymans ſe conſentire reſpondit. Poſt hæc vero ipſe Rex moritur, Vir fortis & potens, domi militiæque optimus, largitate ſerenus, & omnium virtutum inſigniis clarus, ſepeliturque in Civitate ſua Wilinaburg, cum moerore ac lacrymis omnium Francorum. Ut ergo Rex imperarat, Everhardus adiit Henricum, ſeque, cum omnibus theſauris, Illi tradidit, pacem fecit, amicitiam promeruit, quam fideliter, familiariterque uſque in finem obtinuit. Deinde, congregatis Principibus, & natu majoribus, Exercitus Francorum, in loco, qui dicitur Fridisleri, deſignavit Eum Regem, coram omni Populo Francorum, atque Saxonum. Cumque ei offerretur unctio, cum diademate, à Summo Pontifice, qui eo tempore Herigerus erat, non ſprevit, nec tamen ſuſcepit, ſatis, inquiens, mihi eſt, ut, præ Majoribus meis, Rex dicar & deſigner, divina annuente gratia, ac veſtra pietate: penes meliores vero Nobis unctio & diadema ſit: tanto honore Nos indignos arbitramur. Placuit itaque ſermo iſte coram univerſa multitudine, &, dextris in cœlum levatis, nomen novi Regis, cum clamore valido, ſalutantes frequentabant, &c.* Jungantur *Continuator Reginonis*, ad an. 919, & 920; *Ditmarus Reſtitutus Merſeburgicus*, lib. I, apud Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Rerum Brunſuic.*, pag. 325; Chronicon *Lauriſhamenſe*, apud *Freherum*, p. m. 69; *Eckhardus Junior, de Caſibus Monaſterii S. Galli*, Cap. V, apud *Goldaſtum*, Tom. I. *Rer. Alaman.*, part. 1, pag. 29; *Vetus Chronicon Regum Francorum*, apud *Lambecium*, Tom. 2 *Bibliothecæ Vindobon.*, Cap. V, pag. 394; *Monachus Hamerſlebienſis, de Rebus Imperatorum, ab Henrico Aucupe ad Henricum V, præclare geſtis*, apud. Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 707, & *Maderum*, de *Antiquit: Brunſuic.*, p. 136; *Hermannus Contractus* ad an. 919; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad eundem annum; *Otto Friſingenſis*, lib. 6. *Chronic.*, Cap. XVI, p. 126; *Gotfridus Viterbienſis*, part. XVII. *Chronic.*, ad an. 920, pag. 474; *Chronographus Saxo*, pag. 151, ad an. 919, & 920; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 919; *Conradus Urſpergenſis*, in fine *vitæ Conradi I*, p. m. 150; *Chronicon Ducum Brunſuicenſium*, apud *Maderum*, l. c., pag. 3; *Albertus Stadenſis*, ad annos 919, & 920; *Lupoldus de Babenberg, de Jure Regni & Imperii Romani*, Cap. V, apud. *Schardium, de Juriſd. Imper.*, p. m. 179; ubi: *Principes & natu Majores Francorum, Alemanorum, Bavarorum, & Saxonum, qui repræſentabant totum Populum Germaniæ, eligerunt Heinricum I, Ducem Saxoniæ, in Regem Germaniæ, & Francorum, &c* Conf. idem, l. c., Cap. 2, p. 172; *Siffridus Presbyter*, lib I *Epitom.*, ad an. 924, apud *Piſtorium*, pag. 688; Compilatio *Chronologica*, ad eundem annum, ibid., pag. 731; *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Coſmodromii*, Cap. 46, in fine, & Cap. 47, apud *Meibomium*, l. c., p. 246.; *Nauclerus*, Vol. 2. *Cronographiæ*, Generat. XXXI, p. m. 724; *Sigonius*, de *Regno Italiæ*, lib. IV, ad an. 919, pag. 251; *Lehmannus*, *Chron. Spirenſ.*, lib. 3, Cap. 51, pag. 266, & lib. 5, Cap. 1, pag. 385; *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imperatoriis*, Cap. VI, pag. 76, &c.; *Bœclerus* de *Rebus Sec.* IX, & X, pag. 242, &c.; *Joh. Fridericus Artzberger*, Diſſ. de *Henrico Aucupe Imperatore*, habita *Wittebergæ*, an. 1675, §. 2. Ipſe Rex de electione ſua, apud *Goldaſtum*, Tom. 1. *Conſtit. Imperial.*, pag. 211, hæc profert, *Senatus, Proceres, Populus, Plebes, quæ multorum capitum bellua eſt, me Regem, uno omnium conſenſu, declararunt.*

An. 923, *Carolus* (R. Galliæ) *Alſatiam, & partes illas Franciæ, juxta Rhenum, uſque Moguntiam, ſibi uſurpaturus, uſque Patennichheym Villam, juxta Wormatiam, hoſtiliter pervenit. Unde, fidelibus Regis Heinrichi Wormatiæ coadunatis, aliter, quam decuerat Regem, aufugit, &c.* Ita Contin. *Reginonis*, h. a.

An. eod. Bonnæ Conventum publicum celebratum, controverſiamque Lotharingicam, Germaniæ inter Galliæque Reges, ibi fuiſſe deciſam, præced. pag. 61, & 62 dictum eſt.

An. 936, *Defuncto Patre Patriæ, & Regum Maximo optimo, Henrico, omnis Populus Francorum atque Saxonum jam olim deſignatum Regem à Patre, Filium Ejus, Ottonem, eligit in Principem. Univerſalis electionis notantes locum juſſerunt eſſe ad Aquiſgrani Palatii - - - - - cumque illuc ventum eſſet, Duces, ac Præfectorum*

Digitized by Google

ctorum Principes, cum caetera Principum Militumque manu, congregati in Siſtorio, (Xyſto) *Baſilica Magni Caroli cohaerenti, collocarunt novum Ducem in ſolio, ibidem conſtructo, manus Ei dantes, ac fidem pollicentes, operamque ſuam, contra omnes inimicos, ſpondentes, more ſuo, fecerunt Eum Regem. Dum ea geruntur à Ducibus, ac caetero Magiſtratu, Pontifex Maximus, cum univerſo ſacerdotali ordine, & omni Plebe, in Baſilica praeſtolabatur proceſſionem novi Regis. Quo procedente, Pontifex obvius laeva ſua dexteram tangit Regis, ſuaque dextera lituum geſtans, linea indutus ſtola, plantaque infulatus, progreſſusque in medium usque fani, ſubſiſtit, & reverſus ad Populum, qui circumſtabat ----- En, inquit, adduco vobis à Deo electum, & à Domino rerum, Henrico, olim deſignatum, nunc vero à cunctis Principibus Regem factum, Oddonem: ſi vobis iſta electio placeat, dextris in coelum levatis, ſignificate. Ad haec omnis Populus dextras in excelſum levans, cum clamore valido, imprecati ſunt proſpera novo Duci. Proinde procedit Pontifex cum Rege, tunica ſtricta, more Francorum, induto, pone Altare,* &c. Haec *Witichindus Corbejenſis,* ſub initium Lib. 2, apud *Meibomium,* Tom. 1 *Rer. German.*, p. 642; Pleno in Conventu rem antea jam ordinibus fuiſſe propoſitam, ibique deciſam, innuunt antecedentia *Witichindi* verba, de *Henrico Aucupe,* lib. 1, in fine, pag. 641: *Perdomitis cunctis circumquaque Gentibus, poſtremo Romam proficiſci ſtatuit, ſed infirmitate correptus iter intermiſit. Cumque ſe jam gravari morbo ſenſiſſet, convocato omni Populo, deſignavit filium ſuum, Oddonem, Regem, caeteris quoque filiis praedia cum theſauris diſtribuens: ipſum vero Oddonem, qui maximus & Optimus fuit, Fratribus, & omni Francorum Imperio praefecit,* &c. Hinc & *Luitprandus*, lib. IV *Hiſtor.*, Cap. VII, apud *Reuberum,* p. 132, ait: *Quanta fuerit prudentiae, quantaque Rex Henricus ſcientia, hinc probari poteſt, quod optimum, & potiſſimum, & Religioſiſſimum Natorum ſuorum Regem conſtituit, &c.* Cum quibus conferas, quae *Hroſwitha* ſuppeditat in *Hiſtoria Ottonum,* apud *Meibomium,* l. c., pag. 711; nec non Continuator *Reginonis,* ad an. 936: *Heinricus Rex ---- VI Nonas Julii diem clauſit extremun, cui filius ſuus Otto, conſenſu Primorum, Regni ſucceſſor eligitur, &c.*; & *Ditmarus Merſburgicus Reſtitutus,* lib. 1 *Chron.*, apud Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptoribus Brunſuic.*, p. 328, cujus haec ſunt verba: *Aſſerunt nonnulli, eandem* (Reginam Mechtildim) *hoc ſummopere diu niſam fuiſſe, quod junior filius ſuimet, Henricus, Patris ſedem poſſideret; ſed hoc Dominus, electos ſibi ad unaquaque ſemper praeordinans, noluit, nec Summatum optima pars conſenſit, ſed, ratione prudenti, & ideo facile ſuadenti, hac moerentis Reginae animum paulo minus à propoſito declinavit, & huic Bavarios ad tuendum aptius aſſignari, praehabito ſibi natu majori, conſulitur, &c.* Idem Praeſul lib. 2, l. c., pag. 331, pergit: *Omnes Reipublicae Principes, magnum Reginae Mechtildis moerorem lenire cupientes, Ottonem, filium ejus, Patris ſui decreto, ac petitione, uno ore, in Regem ſibi, & Dominum elegerunt, elevatis dextris conclamantes: Vivat & valeat Rex, Victor, in aeternum; pariterque cum Eo ad Aquasgrani proficiſcuntur. Quo cum appropiarent, omnis Senatus obviam perrexit, fidem cum ſubjectione promiſit, &, ad Sedem Eum usque ducens Imperialem, ſtatuit Eundem in loco priorum, in Regem ſibi collaudans, ac domino tunc gratias agens, &c.* Add. *Adamus Bremenſis,* lib. 1, Cap. 52, p. m. 41; *Monachus Hamerslebienſis,* de *Rebus Imperatorum praeclare geſtis, ab Henrico Aucupe ad Henricum V usque,* apud Dn. *Leibnitium,* l. c., pag. 707, & *Maderum,* de *Antiquit. Brunſuic*, p. 136; *Frodoardus,* Chron., ad an. 936, apud *Pithoeum,* p. 143; *Rothgerus Benedictinus,* in vita *Brunonis,* Archi-Ep. Colonienſis, apud *Surium,* 11. Octobr., p. 164, circa finem, ubi: *Ottho, filius ejus* (Henrici Regis) *major natu, benedictione domini auctus, & oleo laetitiae unctus, magna voluntate & conſenſu Principum, regnare coepit, anno ab Incarnatione Domini, 937, &c.*; Factum conteſtantibus *Hermanno Contracto,* ad an. 936; *Lamberto Schafnaburgenſi,* ad an. 935; *Mariano Scoto,* ad an. 936; *Sigeberto Gemblacenſi,* ad an. 937; Auctore *Vitae Udalrici,* Epiſcopi *Auguſtani,* apud *Surium,* 4 Julii, p. 78, §. *Majoris etiam, &c.*; *Hepidanno,* Annal., ad an. 936, apud *Goldaſtum,* T. 1 *Rerum Alamann.*, part. 1; *Annalibus Hildesbemenſibus,* ad an. 935, apud Dn. *Leibnitium,* l. c., pag. 717; *Ottone Friſingenſi,* lib. VI. Chron., Cap. 19, p. 127; *Gottfrido Viterbienſi,* part. 17 *Chronic.*, p. 475; *Chronographo Saxone,* ad an. 936, p. 154; *Alberto Stadenſi,* ad ann. 935, & 936; *Alberico, Monacho trium fontium,* ad an. 937, p. 273; *Chronico Leodienſi,* ad an. 936, apud *Labbeum,* Tom. 1 *Bibliothecae MS.*, p. 336; *Metenſi,* ad ann. 935, & 936, ibid., pag. 345; *Rothomagenſi,* ad an. 936, ibid., p. 366; *Martino Polono,* edit. Schilter., p. m. 367; *Conrado Urſpergenſi,* Chron., ad an. 937, p. 155; Recentioribus omnibus. Conf. *Onuphrius Panvinius,* de *Comitiis Imperat.*, Cap. VI, p. 80, &c.

An. 942, De Legum varietate facta eſt contentio, fueruntque, qui dicerent, quia filii filiorum non deberent computari inter filios, hereditateraque legitime cum filiis ſortiri, ſi forte patres eorum obiiſſent, avis ſuperſtitibus. Unde exiit Edictum à Rege, ut Univerſalis Populi conventio fieret apud Villam, quae dicitur Stela, factumque eſt, ut cauſa inter arbitros judicaretur debere examinari. Rex autem, meliori conſilio uſus, noluit, Viros Nobiles, ac Senes populi inhoneſte tractari, ſed magis rem inter gladiatores diſcerni juſſit. Vicit igitur pars, qui filios filiorum computabant inter filios: & firmatum eſt, ut aequaliter cum patruis hereditatem dividerent pacto ſempiterno, &c. Ita *Witichindus* lib. 2 Annal., apud *Meibomium*, T. 1. *Rer. Grrman.*, p. 644; Conf. *Sigebertus Gemblacenſis,*

ad ann. 942; *Albericus, Monachus trium ſontium*, ad an. 943, p. 279; *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Cosmodromii*, Cap. 48, apud *Meibomium*, loc. cit., pag. 248; *Lehman, Chron. Spirenſ.*, lib. V, cap. 4, p. 389, & 390, locum Comitiorum vocans *Strela*; *Couring. de origine Juris German.*, Cap. XIX, pag. 100; *Bœcler, Hiſtor. Sec.* IX, & X, pag. 319, & 320. Ex ſupradictis *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtitut. Imperial.*, p. 303, *Conſtitutionem* compoſuiſſe, cuilibet inſpicienti patet.

An. 944, *Rex, apud* **Duisburgam**, *in Rogationibus*, **Placitum** *cum Primoribus Lotharienſium & Francorum habuit, ubi, factione Conradi Ducis, Rutbertus, Archi-Epiſcopus Trevirenſis, & Richarius, Tungrenſis Epiſcopus, infidelitatis apud Regem arguuntur, ſed in brevi ab objecto ſibi crimine liberantur, &c.* Hæc *Contin. Reginonis*, ad h. a.

An. 952, *Mediante Auguſto menſe*, ***Conventus Francorum, Saxonum, Bavarorum, Alemannorum, & Langobardorum publicus, apud Auguſtanam***, *urbem Rhætiæ Provinciæ, agitur, ubi præſcriptus Berengarius, cum filio ſuo Adalberto, Regiæ ſe per omnia in vaſallitium dedit dominationi, & Italiam iterum, cum gratia & dono Regis, accepit regendam. Marca tantum Veronenſis & Aquilejenſis excipitur, quæ Henricho, fratri Regis, committitur, &c.* Hæc Contin. *Reginonis*, h. a. Conf. *Witichindus*, lib. 3 Annal., apud *Meibomium*, T. I *Rer. German.*, p. 652; *Chronographus Saxo*, ad ann. 952, p. 161; *Albertus Stadenſis*, ad an. 951; *Otto Friſingenſis*, lib. VI Chronic., Cap XIX, p. 128; *Gotfridus Viterbienſis*, part. XVII *Chronic.*, p. 476, licet, *Auguſtæ Rhætiæ* loco, *Regium in Lombardia* ponat; *Conradus Urſpergenſis*, Chron., p. m. 160; *Sigonius*, de *Regno Italiæ*, lib. VI, ad an. 952, pag. 268; *Baronius*, Tom. X. *Annal.*, ad an. 952, §. 2, pag. 731; *Bœcler.*, *Hiſtor. Sec. IX, & X*, p. 321; Dn. *Conring.*, de *Finib. Imperii*, lib. I, Cap. IX, §. 10, pag. 60, quanquam in locum *Auguſtæ Vindelicorum Auguſta Rhætiæ* ibi reponenda; Idem, de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. IX, §. 19, p. 73, & 74;

An. 954, *Fit* ***univerſalis Populi Conventus***, *tempore & loco conſtituto ubi Ludolfus*, (Ottonis Magni filius) *pro ſeratione redditurus, procedens ait: Conductos adverſum me pecunia, fateor, obtinui, ne me, mihique ſubjectos læderent, ſi in hac parte culpabilis prædicor, ſciant, me, omnes, hoc non voluntarie, ſed ultima neceſſitate coactum feciſſe. Poſthæc quoque Pontifex Fridericus*, (Moguntinus) *pro ſerationem redditurus, intravit, dixitque: ſe nunquam contra Regem ſenſiſſe, vel egiſſe, timore coactum à Rege diſceſſiſſe, quia Eum, pravorum delatione, ſibi iratum tum ſenſiſſet, ſe innocentem, graviſſimis accuſationibus ebrutum, de cætero, quæcunque Rex imperaſſet, Judicio ſe expurgaturum, & fidem deinceps ſervaturum, &c.* Hæc *Chronographus Saxo*, ad an. 954, p. m. 164; de loco Comitiorum, ad præcedentem an. 953, l. c. ſcribit: *Conventus publicus* ***apud Curinam*** *futurus indicitur, &c.*

An. eod. celebrata Comitia *Fritzlarienſia*, de quibus *Witichindus*, lib. 3 Annal., Tom. I *Rer. German. Meibomii*, pag. 653, hæc habet: ***Univerſalis Populi Conventus*** *eſſe jubetur, apud villam, quæ dicitur* ***Fridisleri***, *ſuper his cauſſis diſcutiendis. Ubi cum frater Regis, Henricus, adeſſet, multas ac graves cauſſas Summo Pontifici objiciebat: propterea que Regis, totiusque pene Exercitus offenſam incurrit, dum eum penitus culpabilem, ex illis dictis, cenſerent, &c.* Conf. *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 165: *Interventu Principum, tertium Ludolfus, cum ſociis, urbe* (Ratisbona) *egreſſus, dum menſe integro & dimidio obſideretur, pacem obtinuit, usque ad Concilii diem, apud* ***Frideslare*** *conſtitutum, &c.* Pacem hanc 16 Cal. Januar. fuiſſe concluſam, docet ipſe *Guilielmus*, *Ottonis* Imp. filius, apud *Marianum Scotum*, ad h. a., quando commemorat, eodem die ſe Pontificatum Moguntinum obtinuiſſe; Conditiones exprimit *Continuator Reginonis*, ad h. a. inquiens; *Luidolphus in gratiam Regis revocatus, Vaſalios, quos habuit, & Ducatum Patri reddidit. Cui Burchardus in Ducatu ſucceſſit. Chunradus etiam, omnium, quas habuit, divitiarum nudus, omiſſo Ducatu, in gratiam Regis intromittitur, vita, Patria, & prædio contentus, &c.* Conf. poſt *Chronographum Saxonem*, l. c., & ad an. 955, pag. 166, *Bœcleri Hiſtoria Sec. XI, &. X*, p. 321, & 322;

An. 956, *Rex in pace & otio degens*, ***maximo ſuorum Fidelium Conventu, Coloniæ Placitum Regale habuit***, *&c.* Ita *Continuator Reginonis*, h. a. Conf. *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 168; *Frodoardus*, ad h. a., apud *Pithæum*, pag. 189; & *Bœclerus*, l. c., p. 322.

An. 958, *Rex Paſcha celebravit Ingelheym, unde navigio* ***Coloniam, Placitum ibi*** *acturus, venit, &c.* Continuat. *Reginonis*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 169; *Bœclerus*, l. c.

An. 961, *Rex, in Italiam ire diſponens, maximam ſuorum Fidelium multitudinem* ***Wormatiæ*** *coadunavit: ubi,* ***conſenſu & unanimitate Regni Procerum, totiusque Populi***, *filius Ejus, Otto, Rex eligitur. Indeque progrediens,* ***convenientia quoque, & electione omnium Lotharienſium***, *Aquis Rex ordinatur, &c.* Hæc *Continuat. Reginonis*, ad h. a., quæ comprobat *Rothgerus*, in vita *Brunonis*, *Colonienſis* Archi-Epiſcopi, apud *Surium*, 11. Octob., p. 173, §. 40, verbis: *Erat Imperatori filius adhuc tenellus, delicatiſſimæ indolis, & integerrimæ voluptatis, obſes pacis, & gloria plebis. Hunc Archi-Epiſcopus, Patruo, fratrique commendatum, ad cuſtodiam Regni Ciſalpini, reliquerat Imperator, profecturus Romam, & res totius Italiæ ordinaturus, Cæſar Ipſe futurus;* ***Electum, ſummo conſenſu, ab omni Populo Regem*** *eſſe conſtituit: Unxeruntque Otthonem, æquivocum Patris, Bruno Archi-Epiſcopus, Wilhelmus, & Henricus, cæterique Sacerdotes Domini Regem in Aquisgrani Palatio, & exultavit*

tavit

Digitized by Google

tavit maxima gratulatione Populus, dicens: Vivat Rex in æternum, &c. Conf. *Luitprandus*, lib. VI *Hiſt.*, Cap. VI, apud *Reuberum*, pag. 153; *Ditmarus Mersburgicus*, circa finem lib. 2. Chron., apud Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Rerum Brunſvic.*, p. 340; *Monachus Herveldenſis*, in Chronico, ad ann. 961, apud *Schardium*, Tom. I *Scriptor. Rer. German.*, pag. 375; *Hermannus Contractus*, ad h. a.; *Lambertus Schafnaburgenſis*, ad eundem; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad eundem; *Otto Friſingenſ.*, lib. VI *Chronic.*, Cap. 21, pag. 129; *Chronographus Saxo*, ad eundem annum, pag. 170; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 Chronic., pag. 476; *Chronicon Leodienſe*, ad eundem annum, apud *Labbeum*, Tom I. *Bibliotheca* MS., pag. 336; *Rothomagenſe*, ad eundem l. c., pag. 366; *Vezeliacenſe*, ad eundem, l. c., pag. 395; *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad eundem; *Martinus Polonus*, in *vita Ottonis I*, p. m. 368, edit. Schilter.; *Gobelinus Perſona*, æt. VI *Cosmodromii*, Cap. 48, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.* p 250; *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographia*, Generat. 33, pag. 735; *Onuphrius Panvinius, de Commitiis Imperatoris*, Cap. VI, p. 84; *Sigonius*, lib. VI de *Regno Italiæ*, ad an. 961, p. 272; *Baronius*, Tom. X *Annal.*, ad an. 961, §. 1, pag. 749; *Lehman.*, *Chron. Spirenſ.*, lib. V, Cap. IX, pag. 393, licet, *Wormatiæ* loco, ponat *Spiram*; *Bœclerus*, l. c.

An. 965, *Otho Imperator, ab urbe Roma regrediens,* **Coloniam** *venit: ibique Gerbergam Reginam, ſororem ſuam, cum filiis, Lothario Rege, Karoloque puero, ad ſe venientem excepit, & cum eis, aliisque magnis Proceribus* **Placitum magnum** *habuit, &c.* Ita *Frodoardus* in Chronico, ad h. a., apud *Pithœum*, p. 197.

An. 966, *Imperator, iterum in Italiam ire diſponens, Aſſumptionem Sanctiſſimæ Mariæ Virginis* **Wormatiæ** *celebravit, ibique* **habito cum omnibus Regni Majoribus Concilio**, *inde per Alſatiam & Curiam, Alpes transſcendens, Italiam intravit, &c.* Hæc Continuat. *Reginonis*, h. a. Conf. *Chronographus Saxo*, h. a., p. 174; *Sigonius*, lib. VII de *Regno Italiæ*, ad h. a., p. 281; *Bœclerus*, l. c. Hoc in Conventu Bona quædam, *Principum judicio*, in Fiſcum Cæſaris fuiſſe redacta, teſtatur Diploma *Ottonis I*, datum 6. Kal. Sept., An. 966, *Rinthach*, apud *Sagittarium*, de *Antiquitatibus Magdeburgicis*, § LXXXIX, pag. 54, ubi: *Noverint omnes Fideles*, (præſentes) *& futuri, qualiter Nos, pro ſtatu Regni Noſtri, & pro remedio animæ Noſtræ, dilectæq; Conjugis noſtræ Adelheidæ, dilectiq; filii Noſtri, Regis Ottonis, tale prædium, quale* **in Noſtrum Jus, judicio Procerum noſtrorum, Wormatiæ adjudicatum eſt**, *idcirco quia hic videlicet Conradus & Everhardus, qui idem prædium habuerint antea,* **judicio Omnium Primatum Francorum**, *non legitime eſſe probati ſunt, ſicque Fiſco Noſtro legaliter additum demum, per admonitionem filii Noſtri Willehelmi, Mogontiacenſis Eccleſiæ* Venerabilis *Archi-Epiſcopi, partem illius prædii, totam, quæ ſitum* (ſita) *eſt in Pago Nahgewe, ſcil. infra Urbem Magontiæ, Monaſterium quod vocatur Hagemunſter, cum omnibus ad id Jure pertinentibus, Eccleſiis, Territoriis, ædificiis, areis, poſſeſſis & poſſidendis, ſervis Regiis, ſervis cenſualibus, ſervis cotidie ſervientibus, terris cultis, & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, navigiis, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, pratis, paſcuis, ſylvis, piſcationibus, ſimiliter in præfato Pago Nahgewe, in Comitatu Emichonis Comitis, in loco qui dicitur Gogenheim, quicquid idem ibi inſiſtit viſus habere, cum omnibus ad eundem locum pertinentibus; Item, in Pago Spirichgew, in Comitatu Gerungi Comitis, omne prædium, quod iidem Fratres, in Villa, quæ dicitur Spirdorf, viſi ſunt habere, ad Eccleſiam, quam Nos in honorem B. Petri, Principis Apoſtolorum, & S. Mauritii Martyris, in Magdeburg conſtruximus, in perpetuum proprium donamus, &c.*

An. 967, *Rex,* (Otto 2,) *pro diſponendis Regni negotiis, ante ſuum in Italiam iter* **Wormatiam** *venit, ibique, in primo ſuo* **Placito**, *Deo propitio, plurima futuræ prudentiæ, ſimul & Clementiæ indicia præmonſtravit*, &c. Hæc *Reginonis Continuator*, h. a.

An. 973, Mortuo Imperatore Ottone I, *Æquivocus Ejus, junior ſcil. Otto, Patre adhuc vivente electus, & unctus,* **iterum collaudatur à cunctis** *in Dominum ac Regem.* Hæc *Ditmarus reſtitutus*, lib. 2 *Chronic.*, apud Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 340; Sic & *Monachus Hamerslebienſis*, de *Præclare geſtis Imperatorum, ab Henrico Aucupe, ad Henricum V. usq;*, ibidem, pag. 708, in fine, & apud *Maderum*, de *Antiquitat. Brunſuic.*, pag. 140: *Otto 2 - - - - defuncto Patre, denuo* **ab omnibus, qui aderant**, *in Regem eligitur, &c.* Conf. *Albertus Stadenſis*, ad an. 975; *Conradus Urſpergenſis, in vita Ottonis 2*, p. m. 163; *Sigonius* lib. VII, de *Regno Italiæ*, ad an. 973, p 293; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 33, ad an. 975, p. 738; *Schilterus*, *Inſtit. Jur. Publ.*, Tom. I, lib. I, Tit. 14, pag. 141, & lib. IV, tit. ult., pag. 420.

An. 974, *Heinricus, Dux Bajoariorum, & Abraham Epiſcopus* (Friſingenſis) *cum Boliſclajone & Miſichone inierunt, contra Imperatorem, pravum conſilium. At Imperator, tali neſando comperto conſilio,* **congregavit omnes Principes ſuos**, *&, quid inde faceret, conſilium petiit. Qui dederunt Ei conſilium: Ut mitteret ad Ducem Heinricum, & Bopponem Epiſcopum,* (Herbipolenſem) *& Gebehardum Comitem, eosque ad Placitum invitaret, per Edictum. Qui, ſine dilatione, Deo donante, dedit ſe in poteſtatem Imperatoris, &c.* Hæc *Lambertus Schafnaburg.*, ad h. a., qui, ad an. 976, pergit: *Otto Imperator perrexit ad Bajoariam, atque Heinricum Ducem expulit, Ottonique Duci Bajoariam commendavit, &c.*; idem dicentibus Authore *Annalium Hildeshemenſium*, ad an. 974, & 976, ap. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus*

Rerum Brunſuic., p. 719; *Hermanno Contracto*, ad ann. 976, & 977; *Chronographo Saxone*, ad annos 974, & 976, pag. 188, & 189; *Sigeberto Gemblacenſi*, ad ann. 974, & 975; *Alberico, Monacho trium Fontium*, ad an. 975, & 976, pag. 20, & 21; *Bœclero*, Hiſt. Sec. IX, & X, pag. 355, &c.

An. 975, Otto Imperator habuit Magnum Conventum in Wehmare. Ita *Lambertus Schafnab.*, h. a., *Bœcler.*, l. c., p. 356.

An. 978, Imperator Veronæ Placitum habuit, & Henricus Minor exilio ſolutus, Dux Bavariorum; & in hoc anno Slavi unanimiter reſtiterunt Cæſari, & Thiedrico Marchioni: & filius Imperatoris ab omnibus in Dominum eligitur, &c. Hæc *Ditmarus reſtitutus*, ſub finem lib. 3, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 347; ſed Editio *Reinecciana*, p. 34, refert hæc in an. 983, quem & Annales *Hildeshemenſes*, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 719, nec non *Chronographus Saxo*, pag. 196, *Baronius*, Tom. X Annal., ad an. 983, §. 16, pag. 836, &, poſt reliquos, *Bœclerus*, l. c., pag. 356, & 357, proferunt.

An. 980, Placentiam 17. Kal. Septemb. progreſſus ſolemnem, apud Roncalias, Procerum, ac Civitatum Italicarum Conventum habuit. Ibi & Jus Populis dictum; & quæſtiones, de ſeditionum auctoribus, habitæ; & novis Feudorum titulis aliquot inſigniti, præter cæteros, Lanfrancus Brancifortius, Placentinus, Caſtro Vice-Juſtino donatus, & Thedaldus, Athonis filius, Marchio Mantuæ inſtitutus, &c. Hæc *Sigonius*, lib. VII, de *Regno Italiæ*, ad h. a., pag. 295.

An. 983, Otto 2 Imperator, Romam, poſt male geſtas res, regreſſus obiit, ibidemque ſepultus eſt. Heinricus, Dux Bajoariæ, Regnum invaſit, ſed à Principibus eſt reprobatus, &c. Hæc *Lambertus Schafnab.*, h. a. Clarius loquitur *Sigebertus Gemblacenſis*, ad h. a: *Otto Imperator, tædio & angore animi deficiens, Roma moritur, &, de Imperatore ſubſtituendo, inter Primates diſſentitur, aliis filio Ipſius, Ottoni, Imperium deberi certantibus; aliis, odio Imperatricis, à filio ejus Imperium transferre volentibus ad Henricum Ducem, filium Henrici, qui fuit frater primi Ottonis. Hic Henricus ipſum Ottonem Puerum, factioſè raptum, in cuſtodiam tenet, ſed Principes Puerum, de manu Henrici extorquentes, in Regno ſublimant, &c.* Conf. *Annal. Hildeshemenſes*, ad an. 984, apud Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 719: *Filiolus Imperatoris, Tertius videlicet Otto, per unctionem Johannis, Ravennatis Archi-Epiſcopi, Aquisgrani, in die Natalis Domini, unctus eſt in Regem. Sed poſtea, comperta nece Imperatoris, Heinricus, quondam Dux, de exilio regreſſus, cum ſibi faventibus, Agrippinam civitatem intravit, ac Regem retinuit: Regnumque Ejus invadendo, plurimos ſibi de Saxonibus aſſociavit, qui Eum, in proximo Paſcha, Quidelingaburg ad Regem elegerunt. Unde quidam de Optimatibus, huic electioni non conſentientes, ſed Regis vicem magis dolentes, è contra haut modicum deceptaverunt, & Regem in Regnum ſuum reſtituerunt, & Heinricum, Ducem Bajowariorum denuo effecerunt, &c.*; ut & *Ditmarus reſtitutus*, lib. 4, apud eundem, l. c., pag. 347, & 348: *Qui* (Henricus Dux) *cum Palmarum ſolennia in* Magdeburg *celebrare voluiſſet, omnes Regionis illius Principes huc convenire rogavit, atque præcepit, tractans, quomodo ſe ſuæ poteſtati ſubderent, Regnique cum faſtigio ſublevarent. Huic conſilio* maxima pars Procerum *hoc dolo conſenſit, quod licentiam à Domino ſuimet Regi, cui juraverat prius, peteret, poſtque ſecura novo Regi ſerviret. Quidam autem, ob Ejus indignationem digreſſi, occultis meditantur aſtutiis, qualiter hoc nunquam fieret. Inde egreſſus Henricus proximum Paſcha* Quidilingeburg *feſtivis peregit gaudiis. Quo* magnus Regni Primatus colligitur, *à quibusdam, venire illo nolentibus, ad omnia diligenter inquirenda, nuntius mittitur. Hac in feſtivitate idem à ſuis publice Rex appellatur, laudibus divinis attollitur, &c.*; & pag. 349: *Is vero*, (Dux) *cum fidelibus ſuis ſingula quæque diſcutiens, ſeque, ob domini timorem, Patriæque ſalutem, à propoſito receſſurum ſuo veraciter indicans, grates auxilii ſuimet & bonæ voluntatis condignas refert, &, ut cum Illo* ad conductum *pergerent diem, omnes caritative poſtulat. Ventum ad Raram* (al. Francofurtum, vid. ad ſeq. an. 985) *ab Imperatricibus, in Papia humiliter divinam conſolationem huc usque præſtolantibus, & ab univerſis Imperii ac Regni Principibus, fideliſque promiſſio Ducis completur, data cunctis, qui ad Regnum pertinebant, gratia ſui, abeundique licentia. Stella à domino prædeſtinati Rectoris, media die, cernentibus univerſis, clara refulſit. Fit unus Laicorum atque Clericorum in Chriſti laude concentus, ac prius repugnantium ſupplex affectus,* convenitque in unum diſſona turba Dominum, *&c.* Add. *Burchardus, Monachus S. Galli*, Cap. I, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Rerum Alamannicarum*, Part. I, pag. 62; *Hepidannus*, ibid., ad an. 962; *Arnoldus*, in *vita Godehardi Hildenſemenſis*, apud *Surium*, 4 Maji, §: *Anno deinde*, p. 57, licet malè ibi ponatur annus 988; *Auctor Vitæ B. Meinwerci*, Paderbornenſis, apud eundem, 5 Junii, §. V, pag. 85, ut & apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 519; *Monachus Herveldenſis, Chronic.*, ad an. 983, & 984, apud *Schardium*, Tom. I *Rerum German.*, p. 373; *Chronographus Saxo*, ad annos 983, 984, & 985; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 983; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad eundem annum, p. 25; *Wilhelmus Nangius*, Chron., ad an. 985, apud *Pithœum*, p. 210; *Sigonius*, lib. VII, de *Regno Italiæ*, ad an. 984, p. 297; *Albertus Cranzius*, lib. IV *Sax.*, Cap. 21, p. 90; *Aventinus*, lib. V *Annal. Boicor.*, p. 397; *Gobelinus Perſona*, æt. 6 *Coſmodromii*, Cap. 50, apud *Meibomium*, T. I. *Rer. German.*, p. 252; *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imperatoriis*, Cap. VI, p. 84; *Bœclerus Hiſtor.* Sec. IX, & X, p. 366;

Digitized by Google

366; *Schilterus, Inſtit. Jur. Publ.*, Tom. I, lib. I, Tit. 14, §. 13, p. 142;

An. 985, *Veniente in Francanford Rege infante, Tertio Ottone, ibidem ipſe* (Henricus Dux) *adveniens, humiliavit ſe juſte, quo pœnam evaderet dampnationis injuſtæ, Regique puerulo, quem orbatum captivaverat, cujus Regnum tyrannice invaſerat, præſentibus dominis Imperialibus, quas Regni cura penes erat, Avia, Matre, & Amita ejusdem Regis, humilis habitu, humilis & actu, totius in aſpectu Populi, ambabus in unum complicatis manibus, Militem ſe, & vera ulterius fide militaturum, tradere non erubuit, nil paciſcendo, niſi vitam; nil orando, niſi gratiam. At dominæ, quarum, ut diximus, cura Regnum, Regisque regebatur infantia, tanti Viri ſummiſſa deditione admodum gratulabundæ, quia piorum moris eſt, non ſolum pro malis mala non reddere, ſed etiam pro malis bona rependere, digno eum honore ſuſceptum, gratia fideli donatum, ductoria* (Ducali) *itidem dignitate ſublimatum, deinde non tantum inter amicos, ſed etiam inter amiciſſimos, uti jus propinquitatis exigebat, debito dilectionis venerantur affectu, &c.* Hæc *Chronographus Saxo*, ad h. a., p. 198, & 199; Conf. Verba *Ditmari*, ad præced. an. 983 prolata.

An. 991, *Hillibardus, S. Halberſtadenſis Eccleſiæ Antiſtes, qui me baptizavit, atque confirmavit, Templum Domini, quod ipſe à fundamento ædificans tandem ad unguem usque perduxit, XII. Cal. Novemb. dedicavit. Adſuit ibi tunc Rex, cum Imperatrice, Adelheida, Avia Ejus, & Abbatiſſa Mechtildis ---- Omnes Saxoniæ Primates, hic tunc convenientes, caritative ſuſcipiuntur. Nunquam fuerunt antè, nec poſt, ut veraces affirmant, in divinis laudibus, & in negotiis ſecularibus, omnia plenius, cunctisque acceptius peracta, &c.* Hæc *Ditmarus reſtitutus*, lib. IV, apud Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 351; Conf. *Chronograph. Saxo*, ad an. 992, pag. 201, *Bœclerus*, *Hiſtor. Sec.* IX, & X, pag. 370.

An. 995, *Rex in Magdeburg, cum ſuis Principibus, Colloquium habuit, ad quod Henricus, Bavarorum Dux inclitus, venit, &, cum inter hunc, & Ratisbonenſem Gebehardum longa haberetur contentio, cum bono ibidem finitur conſilio, &c.* Hæc *Ditmarus reſtitutus*, l. c. Conf. *Bœclerus*, l. c.

An. 1002, *Ottone puero Romæ defuncto, vacante Regni ſolio, cum de Principe ſubrogando ageretur: omnium vota, nutu Divino, ad Eum inclinantur, qui tunc in Regno habebatur potiſſimus. Fuit namque per idem tempus Dux Bavariorum, Henricus, tam bonitate, quam Nobilitate Regia conſpicuus, & univerſa morum honeſtate præclarus, ---- Hic ergo ab omnibus, pari voto, & communi conſenſu, accerſitur, divina utique diſponente clementia, ut, per temporalis Regni faſtigium, ad culmen cœleſtis Regni pertingeret, &c.* Sunt verba *Auctoris Vitæ Henrici Sancti*, apud *Jacobum Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, Cap. I, p. 6, ad Annum 1001; Familiaris Imperatori, *Adelboldus Trajectenſis*, in ipſius vita, apud eundem, l. c., pag. 431, &c., ut & apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Rerum Bruſuic.*, pag. 431, §. 1, hæc ita recenſet: *Milleſimo ſecundo anno, ab incarnatione Domini, Indictione XII, Otto III, Imperator Auguſtus, Paternæ, quod eſt Caſtellum Romaniæ, moritur ---- cujus non obitus, ſed tranſitus, omnium, qui ſacramentis erant, luctus mirabilis, planctus erat incredibilis. Dolor eſſet etiam inſanabilis, niſi ſuperſtes ei extitiſſet Henricus, Dux glorioſus, & Vir ad Regnum ſuſcipiendum ſtrenuus. Is tunc temporis Ducatum in Bavarienſi Regno tenebat, Populum pacifice regebat, pacem amplificabat, Eccleſiarum facultates augebat, Leges, & Religiones magnificabat. Tandem ſic in Ducatu vixit, quod omnibus placuit, ut de Ducatu transduceretur ad Regnum, de Vexillo extolleretur in ſolium hæreditarium. Hæreditarium dicimus, quia, ut ab his, qui Genealogias computare noverant, audivimus, à Karolo Magno, ex parte Patris, decimam ſeptimam; ex parte Matris, decimam ſextam lineam propagationis tenebat, &c:* §. 2 pergit: *His Anteceſſoribus exortus ſucceſſor ingenuus eligitur, &, ut Rex fiat, ab omnibus deſideratur, &c.*, & §. 5, pag. 432: *Tunc temporis, poſt Heinricum Ducem Magnificum, Majores erant in Regno Benno, Dux in Saxonia; Herimannus, Dux in Alemannia; Theodoricus, in Lotharienſi Regno; Ekehardus, Marchio in Toringia. Benno, ut ſapiens, non animabatur ad Regnum, ſciens, Heinricum vigere præ cæteris ad obtinendum. Sapientis enim eſt ſpernere in his appetitionem, in quibus ſcit fieri non poſſe conſecutionem. Theodoricus quoque, Heinricum Ducem in Regno eſſe ſciens hæredem, noluit incipere, quod non poſſet finire. Herimannus vero, homo potens, & in cæteris prudens, in hoc tamen non ſapiens, ſe poſſe credidit, quod poſtmodum ſe non poſſe probavit. Ekhardus autem, neſcio an in adipiſcendo Regno ſpem tenens, an rebellionem meditans, in Regia Curte, quæ Poledæ dicitur, per noctem ab inimicis ſuis egreditur, viriliter pugnans interficitur. Remanſit contentio inter Henricum Ducem glorioſiſſimum, & Herimannum, Virum Potentiſſimum, ſed brevis, & cito finem habitura. Erat namque alter alteri diſſimilis Nobilitate & Sapientia, facultate, & corporis elegantia.* Et §. 6, l. c: *Intrante igitur Junio, Dux Henricus, Rex cito futurus, de Bavaria & Orientali Francia, collecta multitudine non modica, ſuper Rhenum Wormatiæ venit, cupiens ibi tranſire, & Moguntiam, ad Regalem benedictionem percipiendam, venire. Sed Dux Hermannus, adunatis Alemannis, & quibusdam Francis, & Alſatienſibus, Wormatiam, ad contradicendum tranſitum feſtinavit, ibique tranſire nec unum permiſit. Et facile reſiſtere poterat, qui Rhenum adjutorem habebat. Erant autem cum Duce Henrico Viri Illuſtres, & ſapientiſſimi: Archi-Epiſcopus Moguntinus, Archi-Epiſcopus Saltzburgenſis, Epiſcopus Brixenſis, Epiſcopus Regensburgenſis, Epiſcopus Strasburgenſis, Epiſcopus Batavien-*

ſis,

ſis, Epiſcopus Friſienſis, Abbas Fuldenſis, cæteri Abbates, & Comites plurimi. Et §. 7, l. c: Cum his, Dux, habito Conſilio, reditum in Bavariam ſimulavit, &, quaſi tranſitum deſperans, Loresheim venit. Inde Moguntiam feſtinans ſine impedimento tranſivit. Ibi, Octava Idus Junii, in Regem eligitur, acclamatur, benedicitur, coronatur. Ibi Franci, & Muſellenſes conveniunt, Regis efficiuntur, & Majeſtatem Ejus ex debito venerantur, &c. Sic & Tangmarus, in vita S. Bernwardi Hildesheimenſis, apud Surium, 20. Novemb., § 32, pag. 453, & apud Ill. Dn. Leibnitium, l. c., pag. 457, Cap. 34: Vota Principum in diverſa rapiuntur, plerique Regni faſtigium, ſine reſpectu timoris Dei, uſurpare nitentibus - - - - - fit mirabilis, Dei miſericordia, in electum adunatio, ut Popularium vota Primorum prævenirent ſtudia. Nam ſicubi publici Conventus cogebantur, vox una vulgarium, Dn. Henricum debere imperare, Ipſum, non alium quemlibet rebus debere præeſſe. Omnibus ergo, pari voto, in electione Illius concordantibus, Willigiſus Archi-Epiſcopus, & B. Bernwardus, cum cæteris Regni Principibus, Dn. Henricum Mogontiam cum ſummo honore ducentes, Dominica octava Pentecoſtes, Regimen, & Regiam poteſtatem, cum dominica haſta, Illi tradiderunt, ac deinde, omnibus rite peractis, cum maximo tripudio univerſorum, ſolemniter Eum, Dei gratia, unxerunt, &c. Conſentiunt Ditmarus Merſeburgicus Reſtitutus, lib. V, apud Dn. Leibnitium, l. c., p. 365, &c.; Everhelmus, Abbas Altimontenſis, in vita S. Popponis, Abbatis Stabulenſis, apud Surium, 25 Januar., pag. 424, §: Erat interea, &c.; Arnoldus, in vita S. Godehardi Hildeſienſis apud eundem, 4 Maji, p. 60, Cap. 3, §: Non ergo, &c., & apud Dn. de Leibnitz, l. c., pag. 490; Auctor Vitæ S. Meinwerci, Epiſcopi Paderbornenſis, apud Surium, 5 Junii, p. 86, §: Ante ſucceſſionem, &c., & apud Dn. de Leibnitz, l. c., pag. 521, §. XI; Chronicon Laurishamenſe, ad an. 1000, apud Freherum, p. 72; Monachus Hamerslebienſis, de Rebus Imperatorum, ab Henrico Aucupe ad Henricum V usque, præclare geſtis, ad an. 1000, ap. Dn. de Leibnitz, l. c., pag. 709, & Maderum de Antiquit. Brunſ., p. 140; Hepidannus, ad an. 1008, apud Goldaſtum, Tom. I Rerum alamannicarum, part. 1; Lambertus Schafnaburg., ad an. 1002; Hermannus Contractus, ad an. 1001, in veteri, & 1002, in Novo Codice, apud Urſtiſium, p. 318; Marianus Scotus, ad an. 1002; Otto Friſingenſis lib. VI Chronic., Cap. 27, ad an. 1001, p. 131; Gotfridus Viterbienſis, part. XVII Chronic., ad eundem annum, p. 483; Sigebertus Gemblacenſis, ad an. 1002; Chronographus Saxo, ad eundem annum, pag. 214; Albericus, Monachus trium fontium, ad eundem, p. 40; Auctor Chronicorum de Ducibus Brunſuicenſibus, apud Maderum, l. c., pag. 55; Albertus Stadenſis, ad an. 1002; Conradus Urſpergenſis, ad an. 1001, p. 163; Gobelinus Perſona, ætat. VI Coſmodromii, Cap. 52, apud Meibomium, T. I Rer. German., p. 255; Levoldus de Northof, Chron. Comitum de Marca, apud eundem, l. c., pag. 382; Sigonius lib. VIII, de Regno Italiæ, ad an. 1002, p. 306; Onuphrius Panvinius, de Comitiis Imperatoriis, Cap. VI, p. 89, &c.; Nauclerus, Vol. 2, Generat. 34, ad an. 1002, p. 746; Baronius, T. XI Annal., ad an. 1003, pag. 7; Lehmannus, Chron. Spirenſ., lib. V, Cap. XVI, p. 405; Schilter, Tom. I Inſtit. Jur. Publ., lib. IV, Tit. ult., §. XVI, p. 420.

An. eodem, Henricus Comes, Bertoldi, amitæque meæ filius, ad Regni apicem acquirendum, Regi usque huc fidelis adjutor, animadvertens Senioris ſui ſibi paululum alienam mentem, per optimos exercitus ejusdem viros, diu firmiterque promiſſum Bavarii Regni Ducatum dari poſtulavit. Quibus Rex tale fertur dediſſe Reſponſum: Nonne ſcitis, hæc, in hac expeditione, nequaquam fieri poſſe: Bavarios, ab initio, Ducem eligendi liberam habere poteſtatem: non decere tam ſubito Eos abjicere, ejusque conſtitutionis antiquæ Jus, absque conſenſu eorum, frangere: ſi voluiſſet expectare, usque dum Ipſe ad has Regiones venirem, cum communi Conſilio Principum, eorundem ac voluntate, ſibi libenter in hoc ſatisfacere, &c. Hæc Ditmarus reſtitutus, lib. V, apud Dn. de Leibnitz, l. c., pag. 368; Conf. Adelboldus, Trajectenſis, in vita hujus Cæſaris, §. 10, apud Gretſerum, de Divis Bambergenſibus, p. 436, & apud Dn. de Leibnitz, loc. cit., pag. 433.

Anno eodem, Wilhelmus, Turingiorum tunc potentiſſimus, obviam pergens, (Henrico Regi) dominumque venientem, cum magna gratulatione, ſuſcipiens, Miles Regis efficitur. Ibi tunc Rex à præfato Comite, & à Primis illius Regionis, collaudatur in Dominum, & ab omni Populo rogatus, debitum his remiſit cenſum. Inde Merſeburg veniens ſuſceptus eſt ab Heimone, Abbate, & à fideli ſuimet, Comite Eſicone, qui hanc urbem ex Alſtidi ac Thornburg, cum appertinentiis, vivente Ekkihardo, hæcque graviter ferente, viriliter, usque in præſentiam optati Senioris, ſervavit. Huc conveniunt Archi-Epiſcopi, Luizo Bremenſis, & Giſilerus Magdeburgenſis, cum cæteris Confratribus, Rothario Pathebrunenſi, Bernhardo Hillineuſemenſi, Arnulpho Halberſtadenſi, Ramwardo Miſnenſi, Bernhardo Ferdenſi, Hugone Cicenſi: Ducibus autem Bernhardo (Saxoniæ) ac Bolizlavo, (Bohemiæ) cum Marchionibus, Luthario, (Saxoniæ in Bernburg) & Gerone (Luſatiæ,) ac Palatino Comite (Saxoniæ) Friderico, aliisque quam pluribus, tam Epiſcopis, quam Comitibus, quorum nomina longum eſt enarrare per ſingula. Hi omnes Regem ſupplici devotione ſuſcipiunt. Craſtina itaque die, i. e., octav. Kal. Aug. Bernhardus Dux, cum conſenſu omnium, aſtante coram Rege, voluntatem Plebis convenientis aperiens, omniumque neceſſitatem, ac Legem ſpecialiter exponens, quid

eis

eis miſericordiæ dictu promittere, ſeu factu vellet impendere, diligenter inquirit. Talia quærebat, ac contra Rex referebat: Deo primum, deindeque vobis omnibus condignas grates perſolvere nequaquam ſufficio, unde voluntatis meæ ſecretum Vobis aperio, quod ex adjutorio efficaciter Vobis omnibus impendere deſidero. Notum etenim etiam eſt, quam fideliter veſtris Regibus ſemper ubique, ad audientiam & ſolatium, parare ſtudueritis, & ideo vos magis in omnibus optime honorare, diligere, &, ad Regni provectum, noſtramque ſalutem, libet conſervare, &, ut certi de his ſitis, quomodo Vobis placet, ſalvo honore Regni, affirmo; quia, non renuentibus, nec contradicentibus Vobis, ſed potius quaſi applaudentibus, & huc me invitantibus, hac Regali dignitate honoratus appareo. Legem igitur veſtram (Saxonum) *non in aliquo corrumpere, ſed, vitâ comite, malo clementer in omnibus adimplere, & veſtræ rationabili,* (rationabilitati) *in quantum valeo, ubique animum adhibere.*

Taliter effatur Rex, & vox una levatur
Protinus aſtantis Plebis, Regi jubilantis
Laudes & grates, ſuper has tantas pietates.

Bernhardus igitur Dux, accepta in manibus ſacra lancea, ex parte omnium, Regni (Saxonum) *curam Illi fideliter committit.*

Rurſus tolluntur voces, Laudesque canuntur
Undique, Chriſte, bonis his pro tantis, Tibi, donis.
Inſuper & fletus fundunt pia pectora lætos,
Inclyta lætare Mersburg, his congratulare,
Da jubilum Chriſto condignum ſole ſub iſto.

Hæc *Ditmarus reſtitutus*, lib. V, apud Dn. *de Leibnitz*, l. c., pag. 368; Conf. *Adelboldus*, *Trajectenſis*, in vita hujus Cæſaris, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 436, & Dn. *Leibnitium*, l. c., §. 11, p. 433; *Chronograph. Saxo*, ad h. a., pag. 214.

An. eodem, Rex *Dinsberg properat, & illic Lotharienſium adventum expectat. Occurrunt primi Leodicenſis & Cameracenſis Epiſcopi, nil de Regis prudentia dubitantes, nil de fide ejus hæſitantes. Occurrit etiam Colonienſis Archi-Epiſcopus, ſed quanto ditior, tanto moroſius. Erat inſuper cauſa dilationis Moguntiæ accepta Coronæ benedictionis. Hi ſimul Regis efficiuntur, fidem promittunt, promiſſam ſacramento concludunt. Cum his Rex Aquasgrani perveniens, cæteris Lotharienſibus convenientibus, in Nativitate, poſt partum Virginis, eligitur, collaudatur, in Regiam ſedem extollitur, glorificatur, &c.* Hæc *Adelboldus*, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 437, & 438, & apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 433, §. 12. Conf. *Ditmarus reſtitutus*, lib. V, apud eundem Dn. *Leibnitium*, l. c., p. 369, ubi, loco *Dinsberg*, *Duisburg* legit.

An. 1003, *Indictione prima, Rex Henricus in Moſellenſem Pagum, in quem nondum intraverat, ire decrevit, ſciens, quod Terra, quam Rex non frequentat, ſæpiſſimè pauperum clamoribus, & gemitibus abundat. Theodonis Villa igitur venit, & ibi cum omnibus Moſellenſibus Generale Colloquium tenuit. In quo Colloquio Duces, Herimannus,* (Alemanniæ) *& Theodoricus,* (Lotharingiæ) *qui defenſores, & coadjutores Legum eſſe debebant, conſcii ſibi ipſi, impugnatores erant, & expugnatores eſſe volebant. Sed Rex, ut hoc cognovit, quanto eos adverſus juſtitiam pertinaciores vidit, tanto ardentius inſtitit, &, quibusque ſuper ipſos etiam Duces clamantibus, Legem faciendo ſategit, &c.* Ita *Adelboldus* apud *Gretſerum*, l. c., pag. 441, & apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., §. 19, p. 435; Conf. *Ditmarus reſtitutus*, lib. V, apud eundem Dn. *Leibnitium*, l. c., p. 371.

An, 1004, *Rex interea, injuriæ, quam Theutonicis Itali intulerant, non immemor, à Saxonia diſcedens, in Bavariam venit. Ibi Heinrico, Fratri Reginæ, in feſtivitate S. Benedicti, Ducatum Bavarienſem conceſſit. Tandem illi Auguſtam venienti, quæ in confiniis Bavariæ & Alemanniæ ſita eſt, Lotharienſes, Franci, & Alemanni obviam veniunt, ad ulciſcendam injuriam Theutonicis illatam, voluntarii, & Regio honori per omnia deſervire parati, &c.* Hæc *Adelboldus*, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 446, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., §. 32, p. 437. Conf. *Ditmarus reſtitutus*, lib. VI, apud Dn. de Leibnitz, l. c., pag. 376, ad annum 1005, ubi: *Rex, Italicæ haud immemor injuriæ, omnes ſuos fideles, ad hanc ulciſcendam, hortatur ...... Orientalisque fines Franciæ tranſiens, ad Ratisbonam venit, ibique, Regali habito Placito, militi ſuimet, Generoque, Henrico, XII. Calend. April., cum omnium laude præſentium, cumque haſta ſignifera, Ducatum dedit, &c.*

An. 1005, *Menſe* Februario, *Henricus, divina gratia Rex, Anteceſſorum ſuorum nævum cupiens emundare, ſibique veniam promerere æternam, diſpoſitis, ſecundum ſuimet placitum, ad hoc pertinentibus cunctis, perrexit ad domum ſuam, ubi ſe corporaliter ſemper ſolebat reficere, ut ibi deſiderato diu alimento paululum recrearetur in mente: convocansque ad ſe omnes Regni Primates, dedit Epiſcopatum ſanctæ Mersburgenſis Eccleſiæ Capellano ſuimet, Wigberto cum Archiantiſtitis baculo Tagmonis, cum quo Ipſe, quicquid Anteceſſor ſuus injuſte de hac auferre præſumit Eccleſia, renovationi ejusdem arridens reddidit, &c.* Ita *Ditmarus reſtitutus*, lib. VI, apud Dn. *de Leibnitz*, l. c., pag. 376; Conf. Chronicon *Magdeburgicum*, in vita *Daginonis*, apud *Meibomium*, Tom 2 *Rerum German.*, p. 282; *Chronographus Saxo*, ad ann. 1004, p. 217.

Digitized by Google

Anno eodem, Rex *Papiam viſitans urbem, ab Archi-Antiſtite hoc, & à Primis illius Regionis ſuſceptus, cum admirabili laude, ad Eccleſiam ducitur, & communi Electione ſublimatus in ſolium Regale collocatur, &c.* Hæc *Ditmarus reſtitutus*, l. c., pag. 377, qui p. 378 pergit: *Sedatis tunc Papiæ calamitatibus, Rex ad Pontem longum venit, Longobardorumque reſiduum agmen per manus ſuſcipit, habitoque ibidem cum omnibus Eloquio, rebusque maximis prudenter ordinatis, Mediolanum, ſanctiſſimi Præſulis Ambroſii amore, petiit, &c.* Conf. *Adelboldus*, in ejus vita, apud *Gretſerum*, l. c., p. 448, &c.; & ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 438, §. 36, ibi: *Venit* (Rex) *Veronam, recipitur à Civibus, acclamatur, collaudatur, coronatur ----- Inde Papiam, ibi à multitudine maxima Nobilium Longobardorum, qui adſuſcipiendum Eum congregati erant, per dignos applauſus recipitur, & cum exultatione totius Civitatis ad S. Michaëlis Eccleſiam ducitur. Ibi Clerus, ibi Nobilium cætus, ibi Plebs utriusque ſexus, omnes unanimes, uno ore, Heinricum Regem acclamant, collaudant, collaudatum, per manuum elationem, deſignant. Collaudatus igitur coronatur, coronatus, ex debito, ab omnibus honoratur. Ad Palatium deinde, cum omni jocunditate, reducitur, &c.* ibidem, p. 451, apud *Gretſerum*, l. c., §. 41, p. 439 apud *Leibnitium*, ſequitur: *Domita ergo Papia, tota concutitur Italia ---- Rex in quendam locum, qui Pons longus vocatur, venit, ibique Longobardorum innumerabilis multitudo acceſſit, ſeſeque, ad obſequendum per omnia, Regiæ Majeſtati ſubjicit. Ibi habito Colloquio, Regnique depoſitis* (diſpoſitis) *negotiis, amore S. Ambroſii ductus, Mediolanum divertit, &c.* Add. *Chronogr. Saxo*, ad an. 1004, p. 218. *Sigonius*, lib. 8 *Hiſtor. Ital.*, p. 310, rejicit Inaugurationem hanc Longobardicam in annum 1013. Conf. ſeq. Tit. V, §. 11, in vita *Henrici S.* v. 4, ad An. 1004; & *Marlevoltius*, lib. 3 *Hiſt. Senenſis*, part. 1, eam *Mediolani* celebratam tradit, cujus verba *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. XI, Sect. 10, §. 5, p. 300, ſiſtit.

An. eod. Jam Dux Herimannus (Alamanniæ) *obierat, & filius ſuus Ducatui a Rege ſubſtitutus erat qui nimiæ juventutis addic..., nec ſemetipſum regere ſciebat. In loco ergo, qui Turegum dicitur, Rex Colloquium tenuit, omnesque, pro Pace tuenda, pro latrociniis non conſentiendis, à minimo usque ad maximum, jurare compulit, &c.* Hæc *Adelboldus* in Ejus vita, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 451, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., §. 42, pag. 440; *Ditmarus reſtitutus*, l. c., pag. 378.

An. eod. Rex *per Orientalem Franciam tranſiens in Saxoniam feſtinat, cor ſuum, indignationis pondere gravatum, ſuper Bulizleum, vindicta potenti relevare diſponens. Indicitur Saxonibus, Bavaris, Francis Orientalibus expeditio, in medio Auguſto ---- mediante igitur Auguſto, Meresborg Saxonum fit congregatio, &c.* Hæc iterum *Adelboldus*, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 452, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., §. 43, p. 440. Conf. *Ditmarus reſtitutus*, l. c.

An. eod. in Tremonia habuit Concilium, cum Epiſcopis & Principibus Regni ---- in quo Concilio ordinatum fuit, inter cætera, quod, poſt obitum cujuslibet Principis, ſeu Epiſcopi, ibidem exiſtentis, quilibet Epiſcopus ſuperſtes, per triginta dies, qualibet die, niſi infirmitate impediretur, miſſam pro defuncto diceret, & trecentos pauperes paſceret, ac tot idem denarios pauperibus erogaret, totidemque lumina accenderet. Rex autem, & Regina mille quingentos pauperes paſcerent, & totidem denarios pauperibus erogarent, & Duces ſimiliter facerent, quilibet ſecundum facultatem ſuam, &c. Hæc *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, Cap. 32, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 258. Conf. *Baronius*, Tom. XI Annal., ad an. 1005, §. 4, p. 25; nituntur autem auctoritate *Ditmari reſtituti*, lib. VI, p. 380, qui adhuc alia capita addit.

Henricus Dux, Rebellionis gratia, Bavariam elanculum intrare præſumens, interclusum ſibi aditum à provida Regis ſolertia ut primo perſenſit, mox fugiendo revertitur. Quocirca Optimi Bavariorum Ratisbonæ, Regali Edicto, conveniunt, & quamvis Duci ſuimet, ad tres annos, ſe alterum non eligere, omnes ſponte jurarent, tamen ob hoc à Rege jurgati, blanditiis & minis, ab ejus famulatu, & auxilio deducuntur, ſibique ſpecialiter aſſumuntur, &c. Hæc *Ditmarus reſtitutus*, lib. VI, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 386.

An. 1010, Rex *Contumeliam, & damnum, à Bolizlavo ſibi illatum, crebra meditatione revolvit, & poſt Paſcha expeditionem ſuam atroci juſſione indixit. Fit Conventus in Belegori, quod Pulcher Mons dicitur, in Geronis prædio Marchionis. Tunc Bernhardus Dux, & Walt-herdus Præpoſitus, gratia Bolizlavum convertendi, præceſſerunt, ac, in Libiz', quod ſibi placeret, invenientes, reverſi ſunt. Venit etiam huc Jaremirus, Bojemorum Dux inclytus, &* Regi *per omnia fidelis, &c.* Hæc iterum *Ditmarus reſtitutus*, l. c., pag. 369; Refero Comitia hæc ad hunc annum, quia, teſte eodem, Rex eodem tempore *infirmabatur*, quod, juxta *Chronographum Saxonem*, p. 221, anno 1010 contigit.

An. 1012, *Peracta in Civitate Bavenbergenſi Eccleſia Majore, cum natalicius Regis dies eſſet, & trigeſimum quintum jam inciperet, 2 Non. Maji omnis Primatus, ad dedicationem iſtius Aulæ, ibidem congregatur, & ſponſa hæc Chriſti, per manus Johannis Patriarchæ de Aquileia, & aliorum plus quam triginta Epiſcoporum, dedicatur, &c.* Ita *Ditmarus reſtitutus*, l. c., pag. 390, & ex eo *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 222. Conf. *Marianus Scotus*, ad an. 1011, & *Lambertus Schafnaburg.*, ad an. 1012.

An. eod. Henricus Rex, poſt feſtum S. Martini, Confluen-

Digitized by Google

fluentiæ veniens magnam Synodum habuit, Theodericum, Metenſem Epiſcopum, cæterosque ſibi rebelles cauſa dampnandi, ſi nollent converti, & alia perplura actitans, &c. Hæc Chronographus Saxo, l. c., p. 223.

An. 1013, Henricus, corona ab Archi-Epiſcopo accepta, Conventum in Roncaliis habuit, & Civitates ac Principes, officia, quæ debebant, obedienter præſtantes, indulgenter excepit, ac ſingulis hominibus Jura, ex Legibus, dixit, Legesque tulit, quarum aliquot, de Veneficiis, & illicitis nuptiis, adhuc extant; In quarum una hæc verba ſunt: Super hoc, dum in Regni Univerſali Conventu Longobardorum ſederemus, hujusmodi Legem Epiſcoporum, Marchionum, Comitum, aliorumque multorum conſenſu, & auctoritate probari ſancimus, &c.; in altera hæc: Cum in Regni univerſali Conventu Noſtrorum Fidelium Principum Italicorum ſederemus, orta quæſtione de illicitis Conjugiis, Conſilio Noſtrorum Principum, Archi-Epiſcoporum, Marchionum, Comitum, ac judicio Judicum, ſeu conſenſu omnium judicantium, hujusmodi ſententiam definimus, &c. Hæc Sigonius, lib. VIII, de Regno Italiæ, ad an. 1013, p. 310. Conf. Conring, de Origine Juris German., Cap. XIX, pag. 102.

An. 1014, Expeditionem in Italiam Rex iturus, ut Cæſaris conſecrationem à Domino Apoſtolico perciperet, in Caſtello, quod Gronden dicitur, convenire Principes mandavit, & 8 Cal. Maji, de ſtatu Regni, inibi cum eis neceſſaria tractavit. Hæc in vita B. Meinwerci, Paderborn., ap. Surium, 5 Junii, §. 25, pag. 89, & Dn. de Leibnitz, Script. Rer. Brunſ., pag. 525, ubi rectius Gruona, loco Gronden, legitur.

An. eodem, Frater meus, Comes Henricus, hæc adimplendo, illico mittitur, & ut ad Alſtidi, ad publicum venirent Colloquium, jubetur, &c. Hæc Ditmarus reſtitutus, lib. VII, l. c., p. 402.

An. 1015, Othelricus, Bojemiorum Dux, advenit (Mersburgum, ubi Cæſar Paſchatos feſtum celebrabat) ----&, in conſpectu Imperatoris, & Principum Ejus, Fallax, & invicem diſturbans eſſe convincitur. Tunc iterum, ſe ad excuſandum, vel inobedientiam ad emendandum, à Cæſare vocatus, in præſentiam Ejus venire noluit, ſed coram Principibus ſuis hæc fieri poſtulavit, &c. Hæc idem Ditmarus, l. c., pag. 402; & Chronogr. Saxo, ad h. a., pag. 227.

An. eod. Ad Gosleri Cæſar veniens Erneſti Ducatum (Alamanniæ) Nepti ſuæ, (Giſelæ) & filio Ejus (Erneſto 2) dedit, &c. ſunt verba ejusdem Ditmari, l. c., pag. 404. Conf. Herman. Contract., ad h. a.

Henrico Imperatore apud Argentinam civitatem ſuper Regni ſtatu agente, proque illo, conſiliis Optimatum ſuorum, privatim, & publice incumbente, & hunc B. Virum iter ad Ipſum quadam contigit occaſione denuo arripere, &c. Ita Everhelmus Abb. Altimontenſis, in vita Popponis Abbatis Stabulenſis, apud Surium, 25 Januar., §. XI, pag. 424.

An. 1017, Fit publicus Principum in Alſtidi Conventus. Inter Bernhardum Marchionem, & Patrui meimet filios litigium, cum emendatione ſibi accepta, & juramentum pacificatum eſt. Inter Thiedricum Antiſtitem, & Herimannum Comitem inimicitiæ diu exortæ, & odium, quod erat inter Eggihardum & Confratres, Udonis filios ſenioris, ab Imperatore ſedatum eſt. Ibi etiam promiſit Geroni Archi-Epiſcopo Bernhardus Marchio quingenta argenti talenta, pro damni recompenſatione illati. Optima quæque Imperator, ibi diu converſatus, fecit. Fit pax inter Gevebardum, & Willehelmum Comites. Nuncii, de Italia huc venientes, gratulabundi ad ſua redeunt, &c. Hæc iterum Ditmarus reſtitutus, lib. VII, apud Dn. Leibnitium, l. c., p. 412.

An. eod. Mersburgi de futura expeditione (contra Bolislaum) tractatur, & fidelis quisque ad hanc præparari monetur, & ut ullus, inter nos & publicum hoſtem, deinceps mitteretur nuncius, vel ſuſciperetur, firmiter ab Auguſto prohibetur, &c. Ibidem, l. c., p. 413.

An. eod. Principes noſtri, edicto Cæſaris, ad Gosleri conveniunt. Ibi tunc avunculo meimet, Sigefrido, Comitatus fratris Henrici commendatur, & expeditio in noſtris partibus ordinatur, cæteraque Patriæ periclitantis proficua, & admodum neceſſaria diſputantur, &c. ſcribit idem Ditmarus, l. c., Heineccius, Antiquit. Goslar., h. a., p. 29.

An. eod. Palmas Rex celebrat in Magontia, & in Ingelheim Paſcha. & in his partibus magis honorifice, ac poteſtative nunquam fuit. Et quia, ob tantam ſolennitatem, maxima ibidem finiri non poterant, ad Aquasgrani ponitur Conventus, & tunc illic, cum Conſilio Heriberti Archi-Præſulis, Thiedricum, Metenſem Epiſcopum, & Henricum, fratrem ejus, placavit. Ita Ditmarus, l. c. Conf. Chronogr. Saxo, ad h. a., p. 230.

An. eod. Factus eſt celebris Conventus Principum, in loco, qui dicitur Laerge, præſente Imperatore Henrico, cum Archi-Epiſcopis Erchanbaldo Mogontinenſe, Poppone Trevirenſe, Gerone Magethebürgenſe, Unwano Bremenſe, Epiſcopis quoque, Arnoldo Halberſtadienſe, Eppone Babenbergenſe, Theodorico Metenſe, Henrico Wirceburgenſe, Thiederico Mimigardevordenſe, Heinrico Parmenſe, Theodorico Mindenſe, Herico Havelbergenſe, Meinwerco Patherbrunnenſe; Laicis etiam, Bernardo Duce, Sigifrido atque Ericone Comitibus, cum aliis multis Nobilibus, ad honorem & dignitatem Imperii, plura neceſſaria diſponentibus, &c. Hæc in vita S. Meinwerci, Epiſc. Paderbornenſ., apud Surium, 5 Junii, §. 42, pag. 93; & Dn. de Leibnitz, Script. Rer. Brunſwic., §. 42, p. 543, ubi locus Comitiorum Liezgo vocatur.

Digitized by Google

An. 1018, *Bernwardus, Hildeneshemenſis Epiſcopus, tempore Quadrageſimali, Synodum Goslariæ habuit, in qua, præſidente Imperatore, cum Epiſcopis, cæteriſque Regni Primoribus, Godeſchalcum, Ekgihardi Comitis filium, & Gertrudem, filiam Comitis Ekgihardi, ſuperavit, &c.* Ibidem apud *Surium*, l. c., §. 56, p. 95, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., §. 56, p. 547; Conf. *Heineccii Antiquit. Goslarienſ.*, lib. I, ad h. a., p. 29.

An. eod. Imperator unum in Suevia Regione Colloquium, de Republica, habuit, &c. Ita *Ditmarus reſtitutus*, lib. VIII, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 427.

Circa annum 1020, *Placuit piiſſimo Cæſari Henrico Curiam celebrare in Caſtro Werbene, quod eſt juxta Albiam, ad experiendos animos Slavorum, venerunt omnes Principes Winulorum in præſentiam Cæſaris, ſeque Imperio, ad bonum pacis & ſubjectionis, obtemperaturos, proteſtati ſunt. Ibi ergo, cum Aldenburgenſis Pontifex, in facie Cæſaris, veterem, pro Eccleſia ſua bonis, innovaret querimoniam, interrogati Principes Slavorum de poſſeſſionibus, ad jus Epiſcopi pertinentibus, recognoverunt memoratas Urbes,* (Derithſewe, Motize, & Cuzin,) *cum ſuburbiis eorum, Eccleſiæ & Pontifici debere pertinere. Præterea omnes Obotriti, Kycini, Polabi, Wagiri, & cæteri Slavorum Populi, qui terminis Aldenburgenſis Eccleſiæ concludebantur, polliciti ſunt dare omnem cenſum, quem, pro Decima, Magnus Otto Eccleſiaſticis ſtipendiis deputaverat, &c.* Hæc *Helmoldus*, lib. I *Chron Slavor.*, Cap. XVIII, §. 5, p. m. 55; Conf. *Chronica Slavica*, apud *Lindenbrogium*, Cap. XII, p. m. 193; Comitia hæc huic anno vindico, quia, teſte *Helmoldo*, l. c., Cap. XVII, §. 5, p. 54, *Bernhardus*, Dux Saxoniæ, brevi antea *Schalchisburgi* Cæſari ſe ſubmiſerat, quam compoſitionem Annales *Hildeſienſes*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Rerum Brunſuicenſ.*, pag. 724, ad annum 1019 referunt.

An. 1022, *Aquisgrani Conventu Regali & Synodali, per aliquot dies celebrato, &c.* Ita *Albericus, Monachus trium Fontium*, h. a., p. 54.

An. 1023, *Heinricus Imperator albas, feſtaque Paſchalia, Principibus turmatim undique concurrentibus, Merſeburch rite peragens, quod rarum, vel penitus inauditum videtur, terna unius ejuſdemque templi dedicatione gratificatur, &c.* Hæc *Chronographus Saxo*, h. a, p. 236.

An. eod. Henricus Imperator, & Robertus Rex Francorum, ſuper Carum fluvium, apud Evaſtum, conveniunt, de Statu Eccleſiæ, Regni, & Imperii tractaturi, & condicto, ut, ſuper his confirmandis, etiam Papam Romanum ſimul ambo Papiæ opportune convenirent, &c. Hæc *Sigebertus Gemblacenſis*, ad h. a., & ex eo *Schilterus, de Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. 3, Cap. 9, §. 17, pag. 415.

An. 1024, *Imperator Heinricus ſecundus; bene compoſitis Imperii rebus, cum jam, poſt longum laborem, maturum fructum pacis metere cœpiſſet, Imperio incolumi, mente ſana, corporis correptus eſt infirmitate, qua invaleſcente, 3 Id. Julii hanc vitam exceſſit - - - - Poſt Imperatoris obitum, Reſpublica, amiſſo Patre, tanquam deſolata, in brevi vacillare cœpit - - - - Nam cum Imperator ſine filiis obiiſſet, quilibet potentiſſimus Secularium Principum vi magis, quam ingenio, nitebatur, aut fieri primus, aut, quacunque pactione, à primo ſecundus, ex qua re diſcordia pene totum Regnum invaſit, adeo, ut in pleriſque locis cædes, incendia, rapinæ fierent, ſi non is impetus Illuſtrium Virorum ſufflamine impediretur. Imperatrix vero Chunigunda, quanquam maritali vigore deſtituta foret, tamen conſilio Fratrum ſuorum, Theoderici, Metenſis Epiſcopi, & Hezelonis, Ducis Bavariæ, pro viribus Reipublicæ ſuccurrebat, &, ad reſtaurandum Imperium, aciem ingenii mentiſque, ſolicita conſideratione, direxit. Res petit, ut dicam ſummorum nomina quædam, ſeu Pontificum, ſive ſecularium Principum, qui tunc in Regnis vigebant, quorum conſiliis conſuevit Francia Reges eligere, ne ea, quæ dicturus ſum, quaſi fortuitu videantur fieri, ſed ut, quod, prudentiſſimorum Virorum conſulto, cernitur actum, utile, & honeſtum, atque optimum factum credatur.* (Sequuntur jam *Aribo* Moguntinus, *Pelegrinus* Colonienſis, *Poppo* Trevirenſis, *Theodericus* Metenſis, *Werinharius* Argentoratenſis, *Marcelinus* Herbipolenſis, *Eberhardus* Babenbergenſis, *Heimo* Conſtantienſis, *Bruno* Auguſtanus, *Gautherus* Juvavienſis, *Burckardus* Ratisbonenſis, *Albertus* Friſingenſis, *Benno*, Dux Saxoniæ, *Adelbero* D. Hiſtriæ, *Hetzelo* D. Bojoariæ, *Erneſtus* D. Alemanniæ, *Fridericus* D. Lutaringorum, *Gozelo* D. Ribuariorum, *Cuno* D. Francorum, *Udalricus* D. Boëmiæ,) *Supra memorati Epiſcopi, & Duces, cæterique potentes, haud aliter periculum minitans, melius aut citius, evadere rati, ſumma ope, & induſtria memorabili utebantur, ne Reſpublica diutius ſine Regente nutaret. Privata conſilia, & animos ſingulorum, cui quisquam conſentiret, cui diſſentiret, aut quem ſibi Dominum optaret, Epiſtolarum & Legatorum commoditas conferebat, neq; id in vacuum - - - - Tandem condicta eſt dies, notatusq; locus, fit publicus Conventus, qualem me vidiſſe antea, non memini. In quo Conventu quid actum ſit dignum memoria, ſcribere non differam. Inter Moguntiæ confinia, & Wormatiæ locus eſt amplitudine, planitiei cauſa, multitudinis maximæ receptibilis, ex Inſularum receſſu, ad ſecretas res tractandas, tutus & habilis - - - - Ibi dum conveniſſent cuncti Primates, &, ut ita dicam, vires & viſcera Regni, cis & circa Rhenum caſtra locabant. Qui, dum Galliam à Germania dirimat, ex parte Germaniæ Saxones, cum ſibi adjacentibus Sclavis, Franci Orientales, Norici, Alemanni convenere. De Gallia vero Franci, qui ſupra Rhenum habitant, Ribuarii, Lutharingi coadunati ſunt. Quæritur de ſumma; dubitatur de Electione incerta; inter ſpem & metum ſuſpenſi, alterna deſideria cum invicem cognati, tum inter ſe familia-*

Digitized by Google

militares diutiſſime explorabant ---- Erant duo Chunones, quorum unus, quod majoris ætatis eſſet, Major Chuno vocabatur; alter autem Junior Chuno dicebatur; ambo in Francia Teutonica Nobiliſſimi, ex duobus Fratribus nati, quorum alter Hetzel, & alter Chuno dictus eſt ---- In his duobus, i. e. in Majore Chunone, & Juniore, diu pendebat reliqua Nobilitas: & quanquam Majorem Chunonem ſecretiori conſilio, & avido deſiderio, propter virtutem, & probitatem illius, pene omnes eligerent, tamen, propter Junioris potentiam, ne, pro honoris ambitione, diſſiderent, animum ſuum ingenioſe quisque diſſimulabat. Ad extremum vero, Divina providentia, contigit, ut ipſi inter ſe convenirent, quodam pacto, in tam dubia re ſatis convenienti, ut, ſi quem Illorum Major pars Populi laudaret, alter eidem ſine mora cederet ---- Hinc ſumpto indicio concordiæ, conſedere Principes: Populus frequentiſſimus aſtabat:

Tunc, quod quisque diu velatum corde tegebat,
Ferre palam licitum, gaudebat, tempus adeſſe.

Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, cujus ſententia ante alios accipienda fuit, rogatus à Populo, quid ſibi videretur? abundanti corde, hilari voce, laudavit, & elegit majoris ætatis Chunonem, ſuum in Dominum & Regem, atque Rectorem, & defenſorem Patriæ. Hanc ſententiam cæteri Archi-Epiſcopi, & reliqui ſacrorum Ordinum Viri indubitanter ſequebantur. Junior Chuno, paululum cum Lotharingis placitans, ſtatim reverſus, maximo favore, illum ad Dominum & Regem elegit; quem Rex manu apprehendens fecit Illum conſidere ſibi. Tunc ſinguli, de ſingulis Regnis, eadem verba Electionis ſæpiſſime repetebant: fit clamor Populi; omnes unanimiter in Regis electione Principibus conſentiebant: omnes Majorem Chunonem deſiderabant: in Illo perſiſtebant: Ipſum cunctis dominantibus nihil hæſitando præpoſuerunt; Eundemque Regali potentia digniſſimum judicabant; &, ut nulla mora conſecrationis illius fieret, poſtulabant; ſupradicta Imperatrix, Chunegunda, Regalia Inſignia, quæ ſibi Imperator Heinricus reliquerat, non gravate, gratanter obtulit, & ad regnandum, quantum hujus Sexus authoritatis eſt, Illum corroboravit, &c. Hæc omnia Wippo, Conradi Salici, de quo hic ſermo, Cancellarius, in Ejus vita, apud Piſtorium, pag. 423, ad 426; Defuncto Imperatori candem fuiſſe mentem, teſtatur Otto Friſing., lib. VI Chronicor., Cap. 27, pag. 131, verbis: Anno ab Incarnatione Domini 1025, defuncto ſine filiis Henrico, Conradus, natione Francus, conſilio Anteceſſoris ſui, cujus tamen, dum adhuc viveret, gratia carebat, ab omnibus electus, Octogeſimus Octavus ab Auguſto Regnum ſortitur, &c.; nec non Sigebertus Gemblacenſis, ad an. 1024, ubi: Henricus Imperator conſulentibus ſibi Principibus, ſuper ſubſtitutione Regni, deſignans Conradum, Virum egregii generis, & egregiæ libertatis, quippe qui nunquam ſe ſubmiſerat alicujus ſervituti, moritur, &c.; Gotfridus Viterbienſis, part. XVII Chronic., pag. 484; Albericus, Monachus trium Fontium, ad an. 1024, pag. 56; Naucleus, Vol. 2 Chronographiæ, Generat. 35, ad an. 1024, pag. 755; & Sigonius, lib. VIII, de Regno Italiæ, ad an. 1024, pag. 315: Reliqua comprobantibus Auctore Vitæ S. Godehardi, Epiſcopi Hildenſemenſis, apud Surium, 4 Maji, §. VIII, ad an. 1024, p. 62, & apud Dn. de Leibnitz, de Scriotoribus Rerum Brunſuicenſium, Cap. IV, pag. 492; Auctore Vitæ B. Meinwerci, Epiſcopi Paderbornenſis, apud Surium, 5 Junii, pag. 101, & 102, & apud Dn. Leibnitium, l. c., pag. 557, §. 93, &c.; Glabro, lib. IV, apud Baronium, Tom. XI Annal., ad An. 1024, §. 14, pag. 79, & Dn. Schilterum, de Libertate Eccleſiarum Germaniæ, lib. 3, Cap. X, §. 2, pag. 417; Ademaro, Monacho S. Eparchii, in Chronico, apud Labbeum Tom. 2 Biblioth. MS., pag. 182; Hermanno Contracto, Cod. Nov. apud Urſtiſium, ad an. 1024, pag. 320; Chronico Lauriſhamenſi, apud Freherum, pag. 73; Mariano Scoto, ad an. 1025; Hepidanno, apud Goldaſtum, Tom. I Rer. Alaman., part. 1, ad an. 1030; Chronographo Saxone, ad an. 1024, pag. 238; Levoldo de Northof, Chron. Comitum de Marca, ad an. 1025, apud Meibomium, Tom. I Rer. Germanicarum, pag. 382; Conrado Urſpergenſi, in ejus vita, ad an. 1025, p. 164; Alberto Stadenſi, ad an. 1025; Chronico Auguſtenſi Matthæi Mareſchalls de Pappenheim, ad an. 1024, apud Freherum, pag. 345; Nauclero, l. c., ad an. 1025; Sigonio, l. c., pag. 316; Onuphrio Panvinio, de Comitiis Imperatoriis, Cap. VI, pag. 91, &c.; Lehmanno, Chron. Spirenſ., lib. V, Cap. 18, p. 416; aliisque.

An. 1025, Prima (proxima) Idus Septembris, facto iterum Conventu Principum, præſente Meinwerco Epiſcopo, in loco, qui Hirsfelden dicitur, meritis ſanctiſſimæ Idæ inſigni, Hildegunda, Abbaciſſa in Geſeke, cum Bernardo, nepote ſuo, & Advocato, prædia Vileſi, Veſperdum, Hoddinchahuſen, quæ olim à Sigebodone, & à ſua uxore, Embila, pro quadam emendatione, Patherbronnenſi Eccleſiæ tradita fuerant, infirmare voluit; ſed, in præſentia Ducis Saxoniæ, Bernardi, Hermanni Comitis, & filiorum ejus, Henrici, Conradi, Alberti, Bernardi; Comitum quoque Ekkihard de Aslan, Eiph. Amelungi, Theodorici Freſoniæ, Widekindi Eckike, Tiatmari, fratrisque Ejus & aliorum multorum, juſto judicio convicta, ab omni executione prorſus ceſſavit, &c. Hæc Auctor Vitæ S. Meinwerci Paderbornenſis, apud Surium, l. c., p. 102, & Dn. de Leibnitz, l. c., §. 93, p. 557.

An. eod. Collecto Regali Comitatu, Rex Chonradus primum, per Regionem Ribuariorum, usque ad locum, qui dicitur Aquisgrani Palatium, pervenit, ubi publicus thronus Regalis, ab antiquis Regibus, & à Carolo præcipuè locatus, totius Regni Archiſolium habetur. Quo ſedens excellentiſſimè Rempublicam ordinavit, ibique publice Placito, & Generali Concilio habito, divina & hu-

mana Jura utiliter diſtribuebat, &c. Hæc *Wippo*, in Ejus vita, p. m. 429.

An. 1026, *Chunradus Rex, conſilio & petitione Principum Regni, filium ſuum, Heinricum, puerum, Regem poſt ſe deſignavit, Illumque Brunoni, Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopo, in tutelam commendavit, & .... cum Exercitu copioſo Italiam petere cœpit, &c.* Idem *Wippo*, ad h. a., p. 432; Conf. *Hermannus Contractus*, ad h. a., Cod. Vet. apud *Urſtiſium*, p. 321; *Marianus Scotus*, ad h. a.; *Otto Friſingenſis*, lib. VI *Chronic.*, Cap. 28, p. 132, & Cap. 32, p. 134; *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 239, addens, *Conradum* Regem tunc *Leodii* Natalem Domini celebraſſe; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 Chronic., p. 485; Monachus *Hamerslebienſis*, de *Rebus Imperatorum, ab Henrico Aucupe ad Henricum V usque, præclare geſtis*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, ad ann. 1026, p. 141, & Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptoribus Rerum Brunſuic.*, p. 709; *Conradus Urſpergenſis*, ad h. a., p. 165; *Albertus Stadenſis*, h. a.; *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, Cap. 53, apud *Meibomium*, T. I *Rer. German.*, p. 260, Curiam *Mindæ* celebratam ſcribens; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 35, p. 757, circa finem.

An. eod. Rex *profectus in Roncalias Conventum omnium Principum ac Populorum frequentiſſimum habuit, ac Leges novas, pro Regni ſtabilitate, tulit, quarum una hæc de beneficiis* (Feudis) *adhuc ſervatur: Omnibus S. Dei Eccleſiæ Fidelibus, & noſtris, tam præſentibus, quam futuris, notum eſſe volumus, quod, ad reconciliandos animos* Seniorum, *& Militum, ut ad invicem ſemper inveniantur concordes, & ut fideliter Nobis, & ſuis Senioribus ſerviant, & devote, præcipimus, & firmiter ſtatuimus, ut nullus Miles Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, Marchionum, vel Comitum, vel Hominum, qui Beneficium de noſtris publicis Bonis, aut de Eccleſiarum prædiis nunc tenent, aut tenuerint, aut hactenus injuſte perdiderint, tam de noſtris Majoribus Valvaſoribus, quam eorum Militibus, ſine certa & convicta culpa, ſuum Beneficium perdat, niſi ſecundum conſuetudinem Anteceſſorum noſtrorum, & judicium Parium ſuorum, &c.* Hæc *Sigonius*, lib. VIII, *de Regno Italiæ*, h. a., pag. 317.

An. 1027, *Pace per totam Italiam confirmata, Imperator Chuonradus proſpero reditu in Alemanniam venit, &, in Auguſta Vindelica Colloquium familiare cum ſuis Fidelibus tenens, de Proditoribus Patriæ tractare cœpit; inde ad oppidum, quod Ulma vocatur, veniens, Colloquium, publice condictum, illic habuit. Huc Dux Erneſtus* (Alamanniæ Imperatoris privignus) *non ſolo ſupplice venit, confiſus in multitudine Militum, quos optimos habuit .... Dux, cum ſe intellexiſſet à ſuis dimitti, ſine omni pactione, Imperatori ſe reddidit, quem Cæſar in Saxoniam exulari fecit, ſuper quandam rupem, quæ Gibichenſtein dicitur, ut ibi caſtigatus à rebellione ulterius deſineret, &c.* Ita *Wippo*, in *vita Imperatoris Conradi*, p. m. 434, & 435; Conf. *Hermannus Contractus*, ad h. a., Cod. Nov. *apud Urſtiſium*, pag. 321; *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Rer. Alamannicarum*, part. 1, perperam id refert in annum 1033; rectius priori anno inhærente *Alberto Stadenſi*, aliisque.

An. eod. Nativitatem S. Joannis Baptiſtæ novus Imperator in Imbripoli celebravit, ubi, in bona ſenectute defuncto Heinrico, Duce Bajoariæ, fratre Imperatricis Cunigundæ, filio ſuo, Heinrico, eundem Ducatum, Principum delectu, commendavit, &c. Vita *Meinwerci*, Paderbornenſis, apud *Surium*, 5 Junii, §: *Rex autem*, p. 102, &, apud Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Rer. Brunſuic.*, §. 97, p. 558; *Chronographus Saxo*, an. 1027, p. 240. Errant *Annales Hildesheimenſes*, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., ad eundem annum, p. 725, *Henricum*, filium Imperatoris, cum noſtro confundentes, verbis: *Filius Ejus*, (Imperatoris) *Heinricus Rex, Dux Bajoariæ eſſe cœpit*, &c. *Henricus* ſane, cujus hic mentio fit, non Imperatorem, ſed *Henricum*, Anteceſſorem in Ducatu, Parentem habuit.

An. 1028, *Indictione XI, Imperator, Chuonradus, filium ſuum, Heinricum, magni ingenii, & bonæ indolis puerum, ætate undecim annorum, Principibus Regni, cum tota multitudine Populi, id probantibus, à Peligrino, Archi-Epiſcopo Colonienſi, in Regalem apicem, apud Aquiſgrani Palatium, ſublimari fecerat. Tunc in principali Dominica Paſchæ conſecratus, & coronatus Paſchalem lætitiam triplicavit. Nam dum in ſuperioribus annis duas coronas, id eſt, Patris & matris ſuæ, munlus veneraretur, nunc tertia addita*, &c. Hæc laudatus *Wippo*, ad h. a., pag. 436; Conf. Auctor *Vitæ S. Godehardi*, Epiſcopi *Hildeſienſis*, apud *Surium*, 4 Maji, pag. 62, §. IX, & apud Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptoribus rerum Brunſuic.*, p. 493, Cap. IV, ubi: *Natale Domini feſtum Imperator Leodii celebravit, Paſcha vero Aquiſgrani feſtive feriavit, ubi & filius Ejus, Henricus, Regalis nominis coronam à Piligrino Archi-Epiſcopo, Cleri Plebisque electione, honorifice percepit, &c.* Add. Auctor *Vitæ B. Meinwerci, Paderbornenſis*, apud *Surium*, 5 Junii, §. 99, p. 102, & apud Dn. *Leibnitium*, l. c., §. 99, pag. 558; *Lambertus Schafnaburg.*, ad h. a.; *Hermannus Contractus*, Cod. Nov., ad h. a., pag. 321; *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 240; *Chronicon Leodienſe*, ad h. a., apud *Labbeum*, Tom. I Biblioth. MS., p. 337; Monachus *Herveldenſis*, in Chron., ad h. a., apud *Schardium*, T. I *Rer. German.*, p. 376; *Hepidannus* ad an. 1034, calculo licet

cet minus probo, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Rer. Alamann.*, part. 1; *Sigebertus Gemblacenſis*, & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, pag. 59, id referunt ad ann. 1027; *Lehman.*, *Chron. Spir.*, lib. V, Cap. 21, p. 418.

An. 1029, *Facto in* **Hirsfeld Conventu Principum**, *Epiſcopus Meinwercus* (Paderbornenſis) *aderat*, *ibique veniens Brun Comes*, *cum uxore ſua Idar*, *infirmare voluit traditionem*, *quam in prædiis* **Suttesburk**, **Betaven**, **Wallenſtedd** *fecerat. Epiſcopus autem*, *quaſi ſapiens*, *tanta prædia perdere nolens*, *Dominæ Idæ*, *usque ad exitum vitæ ſuæ*, 80 *aratra in reconciliationem dedit*, & *aſtantibus*, *legitimumque huic rei teſtimonium perhibentibus Bernardo Duce*, *Hermanno Comite*, & *filio ejus Henrico*, *Conrado*, *Adelberto*, *Bernhardo*, *Comitibus quoque Eckibard de Aslan*, *Bernardo*, *Erphone*, *Theodorico Freſonis*, *Widukindo*, *Eckibard*, *Amelongo*, & *fratre ejus Ecberto*, *legali jure hac firmata obtinuit*, &c. Hæc in *Vita B. Meinwerci*, apud *Surium*, l.c., §. 102, p. 102, & 103, & ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., §. 102, p. 559.

An. 1030, *Imperator Chuonradus apud* **Ingelnheym**, *Paſcha celebravit. Ibi Erneſtus*, *ſupra memoratus Dux Alemanniæ*, *à cuſtodia ſolutus*, *Ducatum recepit*, *eo tenore*, *ut Wchelonem*, *Militem ſuum*, *qui multis factionibus Regnum turbaverat*, *quaſi hoſtem Reipublicæ*, *cum omnibus ſuis*, *perſequeretur*, *idque*, *ſe facturum*, *cum ſacramento confirmaret. Quod cum Rex* (Dux) *facere nollet*, *hoſtis publicus Imperatoris dijudicatus eſt*, &, *penitus Ducatu amiſſo*, *cum paucis inde receſſit. Imperator vero Ducatum Alemanniæ Hermanno*, *juniori fratri ejusdem Erneſti*, *dedit*, *eumque Warmanno*, *Conſtantienſi Epiſcopo*, *commendavit. Imperator vero*, **communi conſilio omnium Principum Regni**, *eundem Erneſtum*, & *cunctos*, *juſtitiæ* & *paci reluctantes*, *ab Epiſcopis excommunicari fecit*, *eorumque res publicari juſſit*, &c. Hæc *Wippo*, in vita Cæſaris, ad h. a., pag. 436; Conf. *Hermannus Contractus*, ad h. a., apud *Urſtiſium*, pag. 321; *Otto Friſingenſ.*, lib. VI *Chronic.*, Cap 29, in fine, p. 132; *Gotfridus Viterbienſis*, p. XVII *Chronic*, p. 486; *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Rer. Alemann.*, part. 1; perperam licet id ad an. 1036 referat; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad annum 1029, p. 61; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. XXXV, ad ann. 1030, pag 758.

An. 1033, *Per Solodurum*, *Burgundiam intravit*, (Cæſar) & *veniens ad* **Paterniacum Monaſterium**, *in Purificatione S. Mariæ*, **à Majoribus & Minoribus Regni**, *ad regendam Burgundiam*, *electus eſt*, & *in ipſa die pro Rege coronatus eſt*, &c. Ita *Wippo*, l.c., ad h. a., p. 438; Conf. *Otto Friſing.*, lib. VI Chron., Cap. 31, p. 133; *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c., p. 486; *Schweder. Introd. Jur. Publ.*, part. ſpec., Sect. 1, Cap. 2, §. 28, p. 238. Add. ſeq. §. 12, lit. h, v. 7.

An. 1036, *Imperator Natalem Domini Argentinæ ferivit*; *Purificationem Beatiſſimæ Dei Genitricis*, *Mariæ*, **Auguſtæ** *peregit*; *ubi* **Publicum Conventum tenuit**, *in quo Conradum*, *patruelem ſuum*, *Ducem Carentinorum conſtituit*, *à quo Ducatu*, *priori anno*, *Adelberonem*, *Majeſtatis reum*, *amovit*, &c. Hæc *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 244. Conf. *Annal. Hildeſienſes*, apud Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus rerum Brunſuicenſium*, p. 728, ad an. 1036.

An. 1037, *Imperator*, *poſt Natalem Domini*, *in* **Salerno oppido**, **Generalem Conventum**, *de Republica*, *cum Ciſalpinis*, *Noſtrisque Primoribus*, *habuit*, *in quo Mediolanenſis Archi-Epiſcopus Imperatori contrarius comprehenditur*, & *Bopponi*, *Aquilegenſi Patriarchæ*, *ſervandus committitur*, &c. Annales *Hildeſienſes* citati, ad h. a., pag. 728.

An. 1039, *Auguſtus*, *ad celebrandum S. Pentecoſten*, *Trajectum venit*, *ubi ſumma cum letitia converſatus eſt primum diem*, *ſed ſequenti die*, *i. e. ſecunda feria*, *hora ſexta*, 2 *Non Jun.*, *menſæ reficiendi gratia aſſidens*, *ſubita defectione prærepius*, *vix confeſſionis ſententia prolata*, *flebiliter exſpiravit. Poſthac Heinricus*, *filius Ejus*, **communi Electione**, *Paterno inthronizatus eſt ſolio*, &c. Ita *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 247; Conf. *Annales Hildeſienſes* citati, ad h. a., pag. 729, & 730.

An. 1040, *Novus Rex Heinricus*, *Incarnationem Domini Ratuponæ*, & *Purificationem Beatiſſimæ Dei genitricis*, *Mariæ*, **Auguſtæ** *celebrans*, *ibique aliquamdiu degens*, **Placitum** *habuit cum Alpinis Primoribus*, *de Reipublica ſtabilitate*, *cunctisque pro velle diſpoſitis*, *Franciam repetens*, *tempus Quadrageſimæ juxta Renum conſedit*, &c. Idem, ad h. a., pag. 247.

An. 1046, diro Romæ ſchiſmate exorto, Rex Henricus, *Coadunato Exercitu*, **Papiæ** *Synodum celebravit*, *inde Placentiam veniens*, *Gratianum*, *centeſimum quinquageſimum*, *quem*, *expulſis prioribus*, *Romani Papam ſtatuerant*, *ad ſe venientem*, *honorifice ſuſcepit*, *ſicque cunctis proſpere cedentibus*, *juxta Natalem Domini*, *non longe ab urbe Roma*, **apud Sutriam**, *Synodo item acta*, *cauſaque erroneorum Pontificum diligentius ventilata*, *Gratianum Papam* (Gregorium VI.) *convictum baculo Paſtorali privavit*; *deinde*, **omnium**, **tamen** (tam) **Romanorum**, **quam aliorum**, **conſenſu**, *Suidegerum Epiſcopum*, *qui*, *poſt Eberhardum primum*, *ſecundus Babinbergenſem*, *ſexto jam anno*, *regebat Eccleſiam*, *nimium reluctantem*, *Summum Romanæ Eccleſiæ elegit Pontificem*, &c. Hæc *Hermannus Contractus*, Cod. Vet, ad h. a., apud *Urſtiſium* p. 327; ad an. 1047, p. 328, pergens: *In ipſa Natalis Domini die*, *præfatus Suidegerus*, *Natione Saxo*, *Apoſtolicæ Sedi Centeſimus quinquageſimus primus Papa*, *ex more conſecratus*, & *nomine auctus*, *Clemens* 2 *vocatus eſt. Qui mox ipſa die Henricum Regem*, & *Conjugem Ejus*, *Agnetem*, *Imperiali benedictione ſublimavit*,

per-

peractiſque Miſſarum ſolennis, ipſe Dominus Papa, & Imparator, cum Imperatrice, ita ut erat coronatus, ad Lateranenſe Palatium, cum ingenti gloria, proficiſcuntur, cunctis civibus Romanis mirantibus, honoremque ſingulis quibusque, pro facultate, obiter impendentibus, &c. Addit Walthramus, Naumburgicus Præſul, de Inveſtitura Epiſcoporum, apud Schardium, de Juriſdictione Imperiali, p. 74, circa finem; Rex Henricus in Imperatorem benedictus eſt, jurantibus Romanis, ſe, ſine Ejus Conſenſu, Ejusque Succeſſorum, nunquam Papam electuros, &c. Eadem affirmantibus Alberico, Monacho trium fontium, ad An. 1046, pag. 79, ubi: Rex Henricus à Clemente Papa in Imperatorem benedicitur, jurantibus Romanis, ſine Ejus conſenſu, nunquam ſe Papam electuros, &c.; Martino Polono, Chronolog. Romanor. Pontific., in vita Benedicti XI, p. m. 369; Wernero Roleuinkio, Faſcic. Temporum, ætat. VI, ad an. 1034, in vita Sylveſtri, p. m. 72; Platina, in Vita Clementis 2, p. 148; Nauclero, Vol. 2, Generat. 35, ad an. 1047, p. 760, & aliis: Reliqua comprobantibus Adamo Bremenſi, lib. 3, Cap. VIII, pag. 88; Auctore Annalium, Sec. XII in Saxonia Scriptorum, cujus verba de Familia & actis Clementis 2, Papæ, Dn. Leibnitius Codici, de Scriptoribus Rerum Brunſuic., pag. 577, inſeruit; Auctore rerum Imperatorum præclare geſtarum, ab Henrico Aucupe ad Henricum V, ap. Maderum, Antiq. Brunſuic., pag. 142; Leone Oſtienſi, lib. 2, Cap. 80; Lamberto Schaſnaburg., ad an. 1047; Mariano Scoto, ad an. 1046; Ottone Friſingenſi, lib. VI Chronic., Cap. 32, & 33, ad an. 1046, & 1047, p. 135; Gotfrido Viterbienſi, part. 17 Chronic., ad eosdem annos, pag. 492, & 493; Chronographo Saxone, ad ann. 1047, p. 250; Annalibus Hildeſienſibus, An. 1046, apud Dn. Leibnitium, l. c., p. 731; Alberto Stadenſi, ad an. 1046; Conrado Urſpergenſi, ad eundem annum, p. 166; Auctore Hiſtoriæ Archi-Epiſcop. Bremenſium, apud Lindenbrogium, in vita Alberti I, ad an. 1046, pag. 79; Monacho Herveldenſi, ad ann. 1047, apud Schardium, Tom. I Rer. German., p. 377; Chronico Leodinenſi, ad an. 1046, apud Labbeum, Tom. I Bibliotheca MS., p. 337; Chronico Auguſtenſi, ad an. 1047, apud Freherum, p. 346; Sigonio, lib. VIII, de Regno Italiæ, ad eundem annum, p. 332; Paulo Lango, Chron. Citicenſi, apud Piſtorium, Tom. I, p. m. 773; Baronio, Tom XI Annal., ad an. 1046, §. 6, & an. 1047, §. 1, p. 148; Mutio, lib XIV Chronicor., apud Piſtorium, Tom: 2 Rer. German., p. 113.

An. 1047, Cæſar Pentecoſtes ſolennia Spiræ celebravit, ibique Colloquium cum Regni Principibus habuit, &c. Hæc Hermannus Contractus, Cod. Vet., ad h. a., pag. 328.

An. 1048, Imperator, Ulmæ Colloquium habens, Ottonem, de Suinfurto Marchionem, Suevis Ducem conſtituit, &c. Idem, ad h. a., p. 329; aliis id ad an. 1047 referentibus, qua de re infra.

An. 1049, apud Wangionum Urbem, ante præſentiam glorioſi Henrici Secundi, Romanorum Auguſti, fit Pontificum, reliquorumque Procerum non modicus Conventus. Inter quos hic Chriſto dignus Præſul (Bruno, Tullenſis,) convocatur, quippe ſine cujus conſilio, intra Imperialem Curiam, nihil magni diſponebatur. Et repente, Illo nihil tale ſuſpicante, ad onus Apoſtolici honoris ſuſcipiendum, eligitur à cunctis. Quod onus, humilitate commonente, diutiſſime refugiens, dum magis ac magis cogitur, triduanum conſulendi depoſcit ſpacium.... Videns ergò nullo modo ſe poſſe effugere Imperiale præceptum, & commune omnium deſiderium, coactus ſuſcepit injunctum officium, præſentibus Legatis Romanorum, ea conditione, ſi audiret, totius Cleri, ac Romani Populi communem eſſe ſine dubio conſenſum, &c. Hæc Wibertus Archi-Diaconus, coætaneus auctor, in Vita S. Leonis IX, lib. 2, Cap. 2, apud Surium, 19 April. p. 199; Conf. Leo Oſtienſis, l. 2, Cap. 82; Excerptum de Familia & actis Clementis 2, ex Annalibus Sec. XII, in Saxonia ſcriptis, primumque editis ab Ill. Leibnitio, de Scriptorib. Rer. Brunſuic., pag. 577, ad an. 1048; Lambertus Schaſnab., ad ann. 1049, & Monachus Herveldenſis ad eundem annum, apud Schardium, Tom. I Rerum German. pag. 1049, quamvis uterque perperam eum Toloſæ Præſulem conſtituat, Wiberto l. c. lib. I, Cap. 8, pag. 195, claris verbis docente, Eum, an. 1026, Leucorum Epiſcopum fuiſſe electum; Leucos autem Moſellam inter & Moſam habitaſſe, Tulli Dominos, ex Ptolemæo deducit Dn. Chriſtophorus Cellarius, in Orbis Antiqui Notitia, lib. 2, Cap. 3, pag. 186; Otto Friſing., lib. VI Chronic., Cap. 33, pag. 135; Gotfridus Viterb., part. XVII. Chronic., in vita Henrici IV, p. 493; Hermannus Contractus, ad an. 1049, apud Urſtiſium, p. 330; Marianus Scotus, ad eundem annum; Sigebertus Gemblac., ad an. 1048; Annales Hildeſienſes, ad eundem, apud Dn. Leibnitium, l. c., p 731; Conradus Urſperg., An. eod., p. 166; Chronographus Saxo, ad eundem; Albertus Stadenſis, ad eundem; Albericus, Monachus trium fontium, pag. 80, ad eundem; Martinus Polonus, in vita Leonis XI, pag. 370; Baronius, Tom. XI Annal., ad h. a., §. 1, p. 157.

Anno 1050, (verius 1049) Leo Papa, propter componendum ſtatum Eccleſiarum, & pacem Galliis reddendam, Roma egreſſus, Moguntiæ Synodum celebravit, præſidente Imperatore, cum quadraginta duobus Epiſcopis. Ubi Sibecho, Spirenſis Epiſcopus, de criminibus, quibus accuſabatur, ſacra communione ſe purgavit: & Dux Godefridus, interventu Papæ & Principum, gratiam Imperatoris obtinuit, &c. Hæc Lambertus Schafnaburg., ad h. a., &, totidem verbis, Monachus Herveldenſis, ad h. a., apud Schardium, Tom. I Rer. German., p. 377; Conf. Adamus Bremenſis, lib. 3, Cap. 31, p. 102;

102; *Hermannus Contractus*, Cod. Vet., ad an. 1049, apud *Urſtiſium*, p. 330, & 331; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. eundem; *Otto Friſing.*, lib. VI Chron., Cap. 33, p. 136; *Gotfridus Viterb.*, part. 17 Chron., p. 493; *Albertus Stadenſ.*, ad an. 1051; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1049, p. 83; *Conradus Urſperg.*, ad eundem annum, p. 166; *Sigonius*, lib. VIII, de *Regno Italiæ*, ad eundem, p. 335; *Baronius*, Tom. XI Annal., ad an. 1049, §. 57, &c., p. 173, carpens *Thritthemium*, quod, in *Chronico Hirſaugienſi*, Synodum hanc an. 1050 celebratam exiſtimet; *Lehmannus*, *Chron. Spir.*, lib. V, Cap. 24, p. 420. Singulare eſt, quod *Wibertus*, Archidiaconus, auctor coætaneus, in vita *S. Leonis* IX, apud *Surium*, 19 April., lib. 2, Cap. 5, p. 201, addit, *Sibichonem*, Præſulem, voluiſſe quidem ſacramento Euchariſtiæ in Synodo ſe purgare, ſed ſtatim maxillam ejus paralyſi fuiſſe contortam.

An. 1051, *Imperator Natalem Domini in Saxonia apud Goslare egit, & multos ex Principibus filio ſuo* (Henrico IV.) *jurejurando fidem ſubjectionemque promittere fecit. Nec multo poſt Ipſe, & Dominus Papa, cum multis Epiſcopis & Principibus, apud Auguſtam Vindelicam, convenientes Purificationem Dei Genitricis celebraverunt*, &c. Ita *Hermannus Contractus*, h. a. pag. 332. Conf. *Lambertus Schafnab.*, ad ann. 1052; *Monachus Herveldenſis*, ad eundem, apud *Schardium*, T. I *Rer. German.*, p. 378; qui duo hæc habent: *Imperator Natalem Domini Polethæ celebravit. Ubi filio ſuo, Henrico, adhuc Catechumeno, Principes Regni, ſub juramento, fidem promittere fecit.*

An. 1052, *Cum Imperator, circa Litaniarum tempus, Solodori Colloquium haberet, quidam ex Burgundionibus offenſi inde diſcedunt, ſed non multo poſt aliqui ex illis ad gratiam Ejus redeunt.* Idem *Hermannus*, h. a., p. 333.

An. 1053, *Imperator, cum Domino Papa, multiſque Epiſcopis, & Principibus, Natalem Domini Wormatiæ egit, ubi cum Papa, ſicut dudum cœperat, Fuldenſem Abbatiam, aliaque nonnulla loca, & cœnobia, quæ S. Petro antiquitus donata feruntur, ab Imperatore repoſcens exegiſſet, demum Imperator pleraque, in ultra Romanis partibus, ad ſuum jus pertinentia, pro ciſalpinis, illi per concambium tradidit, &c.* Idem *Hermannus*, h. a., pag. 334; *Chronogr. Saxo*, h. a., pag. 252; *Albertus Stadenſis*, h. a.

An. eod. Imperatore in Saxonia, apud Merſeburg, commanente, cum Rege Danorum Paſcha egit, ipſiſque diebus Conradum, Bajoariæ Ducem, cui jam prius infenſus erat, incuſatum, quorundam Principum judicio, Ducatu privavit. Quod tempore Regni tam Primores, quam Inferiores, contra Imperatorem, magis magiſque muſſitantes, jamdudum Eum ab inchoata juſtitiæ, pacis, pietatis, divini timoris, multimodæque virtutis tenore, in quo de die in diem debuerat proficere, paulatim ad quæſtum, & incuriam quandam deficere, multumque ſe ipſo deteriorem fore cauſabantur, &c. Idem *Hermannus*, h. a., pag. 334, & 335.

An. eod. Imperator Henricus, magno apud Triburiam Conventu habito, Filium æquivocum Regem à cunctis eligi, eiq; poſt obitum ſuum, ſi Rector juſtus futurus eſſet, ſubjectionem promitti fecit. Ad quem Conventum cum Conradus, dudum Bajoariæ Dux, venire nolens, cum expeditis Militibus Regi rebellare moliens Hungaris ſe adjungere tentaſſet, & Carentani fines invaſiſſet, quibusdam ibidem, quæ prius habuerat, poſſeſſionibus ſuis ab Imperatore privatus eſt, eas quaſi legaliter acquirente, &c. *Idem, loc. cit.*, p. 325. Conf. *Lambertus Schafnab.*, ad An. 1054: *Imperatoris filius, Heinricus, conſecratus eſt in Regem Aquisgrani ab Hermanno, Colonienſi Archi-Epiſcopo, vix & ægre ſuper hoc impetrato conſenſu Luipoldi Archi-Epiſcopi, ad quem, propter primatum Moguntinæ ſedis, conſecratio Regis, & cætera negotiorum Regni diſpoſitio potiſſimum pertinebat. Sed Imperator potius Hermanno Archi-Epiſcopo hoc privilegium vendicabat, propter claritatem Generis ejus, & quia intra diœceſim ipſius conſecratio hæc celebranda contigiſſet, &c.* Add. *Sigebertus Gemblac.*, ad eundem annum; Monachus *Herveldenſis*, ad eundem, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 378.

An. 1054, *Cæſar, habito Ratiſponæ Colloquio, per Alemanniam tranſiit.* Ita *Hermannus Contractus*, ad h. a., pag. 336.

An. eodem Conventus ab Imperatore Moguntiæ factus eſt, in quo Gebehardus, Eiſtetenſium Epiſcopus, ab Epiſcopis electus, Romam miſſus, &c. Idem, l. c.

An. 1055, Imperator celebravit *diem Pentecoſtes Florentiæ, ibique, coram Eo, à Domino Papa Generali Synodo habita, multa correcta ſunt. Imperator Adalbertum, capitali ſententiæ adjudicatum, per interventum Epiſcoporum, dimiſit, &c.* Idem, l. c., ad h. a.

An. 1056, *Henricus Imperator, Domino Apoſtolico ad ſe tempore autumnali invitato, cum in Saxonia, in Bothfeldino, commoraretur, morbo ingraveſcente infirmatus obiit, anno ætatis ſuæ trigeſimo nono, Regni vero decimo octavo, Imperii decimo quinto, Indictione decima .... Filius Ejus, Heinricus IV, ſeptimum ætatis annum habens, pro Eo Regni Jura ſuſcipiens à Primoribus Matri Imperatrici educandus eſt commendatus, &c.* Hæc *Continuator Hermanni Contracti*, ad h. a., p. 337; In Chronico *Laurishamenſi*, apud *Freherum*, p. 76, legitur: *Henricus III Imperator vita excedens reliquit Filium parvulum, cognominem ſui, Imperatrice Agnete, loco Filii, cum cæteris Optimatibus, Regni curam adminiſtrante. Quem Anno, Colonienſis Archi-Epiſcopus, Vir in Dei rebus ſpectatiſſimus, & inter Eccleſiæ Regnique Principes incomparabilis & nominis & meriti, dolens, a Matre, materno quidem affectu, ſed non regaliter enutriri, habito quorundam Principum conſilio, Eum à Matris Imperio rapuit, &c.* Plura dicit *Bruno*, in *Hiſtoria Belli Saxonici*, ſub initium, apud eundem *Freherum*, p. 100: *Poſtquam Heinricus Imperator ab hoc Seculo, felici morte, migravit, filius Ejus, Heinricus IV, in-*

Digitized by Google

feliciter in hoc ſeculo relictus vita, Regnum Patris, electione Communi, ſuſcepit. Quod quum adhuc decenter, utpote puerulus quinquennis, gubernare non potuit, Ipſum, cum Regni cauſa, curandum, cunctorum juſſu Principum, Mater Ipſius, Agnes, Venerabilis Imperatrix, accepit. Sed quum, procedente temporis curſu, puer, ætate quidem, ſed non ſapientia, vel apud Deum vel apud homines, proficeret, Matrisq; monita, Regio faſtu tumidus, jam minus audiret, Anno, Colonienſis Præſul Venerandus, Eum violenter Matri eripuit, Eumque cum omni diligentia, ſicut decebat Imperatoriam prolem, non tam Regi, quam Regno proſpiciens, nutrire curavit, &c. Idem docent *Adamus Bremenſis*, lib. 3, Cap. 35, & 36, pag. 104; Author *Apologiæ Henrici IV*, ad an. 1056, apud *Freherum*, l. c., p. 215; *Marianus Scotus*, ad an. 1056; *Lambertus Schafnaburg.*, ad eundem annum; Monachus *Herveldenſis*, ad eundem, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 379; Annal. *Hildeſienſes*, ad h. a., apud Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Rerum Brunſvic.*, pag. 731; Conf. *Otto Friſing.*, lib. VI Chronic., Cap. 34, ad an. 1057, pag. 136; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 Chronic., p. 498; *Sigebertus Gemblacenſ.*, ad an. 1062; *Chronographus Saxo*, ad ann. 1056, & 1057, p. 254; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad annum 1056, p. 93, & 1062, p. 100; *Albertus Stadenſis*, ad an. 1056, & 1057; Monachus *Sigebergenſis*, in vita S. *Annonis*, Colonienſis, apud *Surium*, 4 Decembr., Cap. VII, pag. 130; Auctor *Rerum Imperatorum, ab Henrico Aucupe ad Henricum V usque, præclare geſtarum*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſvic.*, p. 142, & apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 709; *Geſta Trevirorum*, Cap. 58, in *Acceſſionibus Hiſtoricis Dn. Leibnitii*, pag. 87; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 167; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 36, ad an. 1057, pag. 765; *Sigonius*, lib. IX, de *Regno Italiæ*, ad an. 1056, p. 341; *Baronius*, Tom. XI Annal., ad an. 1056, pag. 229, &c.; *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imperatoriis*, Cap. VI, p. 92; *Lehman.*, Chronic. *Spirenſ.* lib. V, Cap. 25, pag. 421. Apud *Aventinum*, lib. V Annal. Bojorum, f. 471, & *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imper.*, pag. 247, extat Cæſaris Oratio ad Ordines Imperii, in Comitiis Aquisgranenſibus habita, circa depoſitionem ipſius Filii, *Conradi* Regis, ubi hæc de Ejus electione: *Me, in Imperio natum, educatumque, quem Deus, ſummus rerum arbiter, ET VOS Imperatorem rebus humanis impoſuiſtis, ------ Filius meus ----- vita privare conatur, &c.* Vid. ad ſeq. an. 1096.

An. 1057, *Coloniæ Generali Conventu habito, Balduinus, & Godefridus, mediante Papa, Victore, ad gratiam Regis, & pacem reducuntur, & omnes bellorum motus ſedantur, &c.* Hæc *Sigebertus Gemblac.*, ad h. a. Conf. *Albericus, Monachus trium fontium*, ad h. a., p. 93.

An. eod. Rex Natalem Sanctorum Apoſtolorum, Petri & Pauli, in Erſenburg celebraturus erat; eò, quicquid Principum erat in Saxonia, ad Colloquium evocari juſſit, &c. Ita *Lambertus Schafnab.*, h. a., & Monachus *Herveldenſis*, ad h. a., apud *Schardium*, T. I Rer. Germ., p. 379.

An. 1059, Mortuo, anno præcedente 1058, *Stephano Papa*, ſedemque vacuam, inconſulto Rege, & Principibus, invadente *Benedicto* Lateranenſi, *Romani Principes ſatisfactionem ad Regem mittunt, ſe ſcil. fidem, quam Patri dixiſſent, Filio, quoad poſſent, ſervaturos, eoque animo vacanti Romanæ Eccleſiæ Pontificem, usque ad id tempus, non ſubrogaſſe, Ejus magis ſuper hoc expectare ſententiam, orantque ſedulo, ut, quem Ipſe velit, tranſmittat, nihil Ejus ordinationi obſtare, ſi quis non per legitimæ electionis oſtium, ſed aliunde aſcendiſſet in ovile ovium; Rex, habita cum Primoribus deliberatione, Gerardum, Florentinum Epiſcopum, in quem et Romanorum, & Teutonicorum ſtudia conſenſerant, Pontificem deſignat, Romamque, per Godefridum Marchionem, tranſmittit; Ita, Benedicto, qui, ſine juſſu Regis & Principum, ſacerdotium uſurpaverat, reprobato, Gerardus, qui & Nicolaus, Pontificatum obtinuit, &c.* Hæc *Lambertus Schafnaburgenſis*, ad h. a., quæ, totidem verbis, Monachus *Herveldenſis*, l. c., ad h. a., pag. 380, repetit.

An. 1061, *Romæ, Nicolao Papa defuncto, Romani coronam, & alia munera Henrico Regi tranſmiſerunt, Eumque, pro eligendo Summo Pontifice, interpellaverunt. Qui, ad ſe convocatis omnibus Italiæ Epiſcopis, generalique Conventu Baſileæ habito, eadem impoſita corona, Patricius Romanorum appellatus eſt. Deinde, cum communi conſilio omnium, Parmenſem Epiſcopum ſummum Romanæ Eccleſiæ elegit Pontificem, &c.* Hæc Continuator *Hermanni Contracti*, ad h. a., pag. 337, & 338. Conf. ſeq. Tit. V, Vita *Henrici* IV, Imp., v. 4, ad ann. 1061.

An. 1066, Adelbertus, Bremenſis Præſul, *in alias Regni partes Regem abducere nolebat, ne ſcil., cum aliis Principibus communicando principatum conſiliorum, & familiaritatis, ipſe ſibi aliquid imminueret de faſtigio uſurpatæ ſingularitatis. Sed non ultra laturi injuriam videbantur Principes Regni, Archi-Epiſcopi Moguntinus & Colonienſis, cum cæteris, quibus cura erat Reſpublica, crebra conventicula faciebant, atque omnes in commune, quid facto opus eſſet, conſulere rogitabant. Deinde, jam adulta conſpiratione, diem generalis Colloquii omnibus indixere Regni Principibus, ut, Triburiam convenientes, Bremenſem Archi-Epiſcopum, communem omnium hoſtem, communibus omnes ſtudiis oppugnarent, Regique denuntiarent: aut Regno Ei cedendum eſſe, aut familiaritate, & amicitia Bremenſis Archi-Epiſcopi defungendum. Perlato Goslariam atrocis rei nuncio, Rex ad ſtatutam diem concitus properabat, &c.*

Hæc

Hæc *Lambertus Schafnaburg.*, ad h. a., pag. 175; & Monachus *Herveldenſis*, ad h. a., apud *Schardium*, l. c., pag. 387; Conf. *Albertus Stadenſis*, h. a.

An. 1069, *Rex, poſt Penteccoſten, Wormaciæ cum Principibus Regni Colloquium habuit; ibi primum cum Epiſcopo Moguntino rem ſecretò agit, ejusque opem, ad perficiendum, quod mente machinetur, obnixe implorat: ſi impetret, ſe deinceps ei ſubditum, & dicto obtemperantem fore ----- annuente Epiſcopo, & pactione utrinque firmata, Rex ad publicum refert, ſibi cum uxore ſua non convenire, diu oculos hominum feſelliſſe, ultra fallere nolle, nullum ejus crimen, quo juſte repudium mereatur, afferre, ſed ſe, incertum, quo fato, quo Dei judicio, nullam cum ea maritalis operis copiam habere; proinde, per Deum, orare, ut ſe male ominata compede abſolvant, patianturque æquo animo diſcidium fieri, ut illa ſibi, & ipſe ei, ſi ita Deus velit, felicioris matrimonii viam pateſaciat: & ne quis violatum ſemel pudorem cauſetur obſtare iterum nupturæ, ſe, ſub jurejurando, confirmare, quod eam, ut acceperit, ſic incontaminatam, illibatoque virginitatis pudore conſervaverit. Fœda res, & ab Regia Majeſtate nimium abhorrens viſa eſt omnibus, qui aderant; negotio tamen, cui Rex tam fervide animum adjeciſſet, detrectare, ſinguli religioſum arbitrabantur, &c.* Idem *Lambertus*, ad h. a., pag. 176; & Monachus *Herveldenſis*, ad h. a., pag. 388.

An. eod. Imminente die, qui ſcindendo Regis conjugio dictus fuerat, Rex Moguntiam concitus properabat. Et ecce, inter eundum, comperit, Legatum ſedis Apoſtolicæ ſuum Moguntiæ adventum præſtolari, qui diſcidium fieri prohibeat ---- vix, & ægre tamen amicorum conſiliis ſuperatus, ne Principes Regni fruſtraretur, quos ſumma frequentia ſibi Moguntiæ occurrere juſſiſſet, Francofurt abiit; ibique eos, qui Moguntiæ convenerant, ſtatuto die adeſſe juſſit. Quo dum frequentes veniſſent, Petrus Damianus (Legatus) *mandata expoſuit Romani Pontificis, peſſimam rem, & ab nomine Chriſtiano, nedum ab Regio, multum abhorrentem eſſe, quam moliatur: ſi minus humanis Legibus, vel Canonum ſanctionibus terreretur, parceret ſaltem famæ, & exiſtimationi propriæ, ne ſcil. tam fœdi exempli venenum, ab Rege ſumpto initio, totum commacularet Populum Chriſtianum ---- tum vero in Eum coorti omnes, qui aderant, Principes, ajebant: æquus cenſere Romanum Pontificem, &, per Deum, rogabant: ne crimen inferret gloriæ ſuæ, & Regii nominis Majeſtatem tam turpis facti colluvione macularet ---- Hac oratione fractus magis, quam inflexus, ſi id, inquit, fixum obſtinatumque eſt vobis, imperabo egomet mihi, feramque, ut potero, onus, quod deponere non valeo,* &c. Hæc idem *Lambertus*, ad h. a., pag. 178, & Monachus *Herveldenſis*, l. c., pag. 389.

An. 1070, *Rex Eum*, (Ottonem, Ducem Bajoariorum, accuſatum, ac ſi Eginonem quendam, in necem Regis, conduxiſſet) *Moguntiam, cum cæteris Principibus, ad Colloquium evocavit, quid delatum eſſet, expoſuit, negantique inducias in ſex hebdomadas dedit, ut Calendis Auguſti Goſlariam veniens, objectum crimen, congreſſus cum accuſatore ſuo, manu propria refelleret ---- Igitur ille ſtatuta ad proxima Goſlariæ loca cum armata multitudine venit; miſſis ad Regem nunciis, mandavit, ſi ſibi tuto venire, ſi tuto cauſam dicere liceret, paratum ſe coram venire, & conditione, quam Principes Regni æquam judicaſſent, crimen, cujus inſimulatus fuerat, refellere. Rex ad hæc atrociter, & acerbe reſpondit: Se Ei, nec in veniendo, nec in cauſa dicenda, pacem, aut ſecuritatem polliceri, id ſolum expectare, ut, juxta condictum, Goſlariam cominus veniret, &c.* Eo hac ratione non veniente, *Rex Principes Saxoniæ, quod ex his oriundus eſſet, & hi, propter privatas inimicitias, maxime inviſum Eum haberent, ſententiam ſuper eo rogavit: qui Eum, tanquam manifeſti criminis deprehenſum, reum Majeſtatis judicaverunt, &, ſi caperetur, capitali in Eum ſententia animadvertendum fore, decreverunt, &c.* Hæc idem *Lambertus*, ad h. a., & *Monachus Herveldenſis*, apud *Schardium*, l. c., pag. 390, ad eundem annum. Coævus *Monachus Hamerslebienſis, de Rebus Imperatorum, ab Henrico Aucupe ad Henricum V uſque, præclare geſtis*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, p. 142, & Dn. *Leibnitium*, de *Rebus Brunſuic.*, pag. 709, breviter ait: *Otto, Dux Bavariæ, accuſatus a proditore nequam, Egenone, amiſit Ducatum.* Veram cauſam exprimit *Helmoldus*, lib. I *Chron. Slavic.*, Cap. 27, §. 2, p. 70: *Ottoni Ducatum Bavariæ, quia Saxo erat, abſtulit, & Welponi dedit*; Clarius loquitur *Bruno*, de *Bello Saxonico*, apud *Freherum*, p. 106, ubi: *Ottonem denique, Virum prudentem, & fortem, qui, natus è Saxonia, Dux erat in Bavaria, omni calliditate deponere quærebat, quod Illum cum omnibus Bavaris Saxones adjuturum non dubitabat. Ergò quendam, nomine Emmonem, præter audaciam nihil virtutis habentem, pretio conduxit, & promiſſionibus ſollicitavit, ut Ducem, de Regis morte, ſecum tractaſſe diceret, & hoc ſe, ſi negaret, ſingulari bello probaturum, promitteret. Itaque certaminis illius conſtituto die, Otto ab amicis ſuis, Epiſcopis, & aliis Principibus præmonetur, quod, ſi Goſlariam veniret, ubi duellum fieri debebat, etiamſi adverſarium ſuum vinceret, tamen inde cum vita non rediret. Elegit ergò honore ſuo potius injuſte privari, quam tale judicium ſubire, ubi ſciebat, ipſi juſtitiæ violentiam fieri, &c.*; & poſt eum *Chronographus Saxo*, ad an. 1071, pag. 259: *Otto, Dux Bawariæ, Ducatum amiſit. Hic ergo, Saxo genere, Vir ampliſſimæ Nobilitatis, rebusque bellicis perpaucis erat comparabilis, & in tanta apud univerſos Primates Excellentia habitus, ut Rex, qui jam Saxonibus omnino ſuſpectus & inviſus erat, Ipſum, contra Se, in Regni faſtigium elevari poſſe formidaret. Hinc perverſitatis materiam arripiens quidam Egino, me-*

diocri loco natus, rebus admodum tenuis, audacia tamen & nequitia ſatis diffamatus, patrocinantibus ſibi quibusdam Regis fidelibus, Curiam irrepſit, & magnum Illum Heroa, qui ſe nunquam noverat, ſecum, de nece Regis, tractaſſe commentatus (commentitus) eſt, ſeipſum etiam, ut mos eſt, Regiæ poteſtati vadem obtulit, quousque campionis duello cum Duce confligens vera comprobaret, quæ retulit. Quid multa? Placitis, vel Colloquiis Regalibus, uno Moguntiæ, altero Goslariæ, condictis, Otto cum Eginone, utpote Dux cum latrone, Primas cum ignobili, congredi contempſit, ſua tamen innocentia, vel Eginonis improbitas minime latuit. Sic Ducatum Bawariæ Otto, ut reus Majeſtatis, amiſit, quem Weleſo quidam, Illuſtris & acer, atque bellicoſus, natu Suevus, accepit, idque principalis diſcordiæ ſemen in perpetuum præliorum & prædarum fructus lamentabiles germinavit, &c. Quæ totidem fere verbis repetit Conradus Urſpergenſis, in vita Henrici IV, pag. 168, & 169; Conf. Albertus Stadenſis, ad an. 1071, & 1105; Hinc minus rectè ſcribit Bertoldus Conſtantienſis, in Append. ad Hermannum Contractum, ad an. 1070: Otto, Dux Bajoariæ, Regi Heinrico rebellat, & Magnus, filius Ottonis, Ducis Saxoniæ Aquilonialis; ſed Rex prædictum Ottonem, cum legitime ad ſatisfactionem vocatus nollet venire, Ducatu privavit, &c.

An. 1071, Pace, per jusjurandum, utrinque firmata, induciæ datæ ſunt Ottoni Duci, usque in Paſcha, ut Coloniam veniens ad deditionem, Lege, quam Principes æquam judicaſſent, perficeret, &c. Hæc Lambertus, ad h. a., interjectis quibusdam, pergens: Pentecoſten (Rex) Halberſtat celebravit: ibi Ottonem Ducem, cæterosq; Ingenuos, qui cum Eo arma, contra Rempublicam, ſumpſiſſe arguebantur, in deditionem ſuſcepit, Principibusque Regni in cuſtodia habendos, & ſtatuto die ſibi reſtituendos commendavit, &c. Conf. Bertoldus Conſtantienſis, l. c., ad h. a., Bruno, de Bello Saxonico, ap. Freherum, pag. 106, Monachus Herveldenſis, h. a., apud Schardium, Tom. I Rer. German., pag. 391.

An. 1072, Poſt Aſcenſionem Domini Goslariæ, (Rex) Pentecoſten Magdaburg celebravit. ----- Ibi quoque Otto, Dux Bajoariorum, poſt integrum annum deditionis ſuæ, gratiam Regis recepit, data vel Regi, vel his, qui Regi pro eo ſuggeſſerant, non modica portione prædiorum ſuorum, &c. Vid. Lambertus, ad h. a., Monachus Herveldenſis, h. a., pag. 396.

An. eod. Quum Principum feſtivitas Apoſtolorum, Petri videlicet, & Pauli propinquaret, præcepit Rex, ut univerſa Principum Saxoniæ multitudo Goslariam conveniret, ut, ſi quid de communibus Regni negotiis agi dignum emergeret, hoc Ipſi communi Principum conſilio tractaret, omnes illuc alacres feſtinabant, quod calamitatum, quas Saxonia jamdiu tolerabat, aliquem terminum fore ſperabant, &c. Hæc Bruno, in Hiſtoria Belli Saxonici, apud Freherum, pag. 107.

An. 1073, Alexander Papa, qui & Anſelmus, deceſſit, cui Romani protinus, inconſulto Rege, ſucceſſorem elegerunt Hildebrandum, Virum ſacris literis eruditiſſimum, & in tota eccleſia, tempore quoque priorum Pontificum, omni virtutum genere celeberrimum. Is quomodo Zelo Dei ferventiſſimus erat, Epiſcopi Galliarum protinus grandi ſcrupulo permoveri cœperunt, ne Vir vehementis ingenii, & acris erga Deum fidei diſtrictius eos, pro negligentiis ſuis, quandoque diſcuteret: atque ideo communibus omnes conſiliis Regem adorti orabant, ut electionem, quæ Ejus injuſſu facta fuerat, irritam fore decerneret, aſſerentes, quod, niſi impetum hominis prævenire maturaret, malum hoc non in alium gravius, quam in ipſum Regem, redundaturum eſſet; ſtatim Rex à latere ſuo Eberhardum Comitem miſit, qui, Romanos Proceres conveniens, cauſam ab eis ſciſcitaretur, quare, præter conſuetudinem Majorum, Rege inconſulto, Romanæ Eccleſiæ Pontificem ordinaſſent, Ipſumque, ſi non idoneè ſatisfaceret, illicitè accepta dignitate abdicare ſe præciperet. Is veniens Romam benignè à prædicto Viro ſuſceptus eſt. Cumque illi mandata Regis expoſuiſſet, reſpondit: ſe, Deo teſte, honoris hujus apicem nunquam per ambitionem affectaſſe, ſed electum ſe à Romanis, & violenter ſibi impoſitam fuiſſe Eccleſiaſtici Regiminis neceſſitatem, cogi tamen nullo modo potuiſſe, ut ordinari ſe permitteret, donec in electionem ſuam tam Regem, quam Principes Teutonici Regni, conſenſiſſe certa Legatione cognoſceret: hac ratione diſtuliſſe adhuc ordinationem ſuam, & ſine dubio dilaturum, donec ſibi voluntatem Regis certus inde veniens nuncius intimaret. Hoc ubi Regi eſt renunciatum, libenter ſuſcepit ſatisfactionem, & lætiſſimo ſuffragio, ut ordinaretur, mandavit, quod & factum eſt, anno ſequenti, in Purificatione S. Mariæ. Hæc Lambertus, h. a., p. 191, & totidem verbis Monachus Herveldenſis, h. a., apud Schardium, pag. 397, & 398; Conf. ipſius Hildebrandi literæ ad Deſiderium, Abbatem Caſſinenſem, & Guibertum Ravennatenſem, lib. 1, Epiſt. 3, apud Baronium, Tom. XI Annal., h. a., pag. 413: Subitò, cum prædictus Dominus noſter Papa (Alexander) in Eccleſia Salvatoris ſepulturæ traderetur, ortus eſt magnus tumultus Populi, & fremitus, & in me, quaſi veſani, inſurrexerunt, nil dicendi, nil conſulendi facultatis, aut ſpatii relinquentes, violentis manibus, me in locum Apoſtolici Regiminis, cui longè impar ſum, rapuerunt, &c. Gotfredus Viterbienſis, part. 17 Chronic., pag. 499; Otto Friſingenſ., lib. VI Chronic., Cap. 34, p. 137, & lib. I, de Geſtis Friderici I, Cap. 1; Bertoldus Conſtantienſis, l. c., ad hunc annum; Chronographus Saxo, ad an. 1074, p. 260; Albericus, Monachus trium fontium, ad an. 1073, pag. 117; Albertus Stadenſis, ad an. 1074; Conradus Urſpergenſ., ad eundem annum, pag. 169; Hieronymus Emſer, in vita S. Bennonis, Miſnenſis Epiſcopi, Cap. XXI, apud Surium, 16 Junii, pag. 236, & 237; Baronius, Tom. XI Annal., ad an. 1073, §. XX, & ſeqq., pag. 413, &c.

Digitized by Google

An. eodem, Habendo cum Principibus Colloquio *dies ſtatutus eſt 13 Cal. Novemb. in confinio Thuringiæ, & Haſſiæ, in Villa, quæ dicitur* Gerſtengen *---- Principes Saxoniæ 15 Cal. Novemb., juxta condictum, venerunt in* Gerſtengen, *cum 14000 armatis, cætera multitudine ad cuſtodiam Regionis, atque in obſidione Caſtellorum derelicta. Aderant etiam, ex parte Regis, Moguntinus Archi-Epiſcopus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, Metenſis Epiſcopus, Babenbergenſis Epiſcopus, Gozelo Lotheringorum Dux, Rudolphus Sueborum Dux, Bertholdus Carentinorum Dux, miſſi à Rege, ut cauſam, quam adverſum ſe afferrent,* diſcuterent, *Ipſe eò venire noluit, ſed in Civitate* Wirceburg *exitum rei præſtolabatur, præcavens ſcil., ne tumultuantis Populi furor, ſua magis præſentia efferatus, aliquid forſitan in ſe, quod ſecus eſſet, admitteret. Igitur Principes Saxoniæ Principum, qui à Rege venerant, pedibus provoluti rogabant per Deum, ut ad ventilandam cauſam ſuam intenti cognitores, & juſti Judices adeſſent. -----cumque toto triduo Conſilia contuliſſent, & , quid facto opus eſſet,* communi ſollicitudine perquirerent, hæc poſtremo cunctis ſententia convenit, ut, reprobato Rege, alium, qui gubernando Regno idoneus eſſet, eligerent. *Id tamen haud temere publicari placuit, donec, Rege, per occaſionem pacis, in remotiores partes Regni abducto, cum cæteris Regni Principibus conſilium hoc communicarent ---- His rebus conficiendis tempus ſtatutum eſt in Natale Domini, Rege eam feſtivitatem Coloniæ celebraturo. Et profecto Rudolphum Ducem ibidem, abique dilatione, Regem conſtituiſſent, niſi ille pertinaciter reſiſtendo juraret, nunquam ſe in hoc conſenſurum, niſi à* cunctis Principibus, Conventu habito, *ſine nota perjurii, integra exiſtimatione ſua,* id facere poſſe decerneretur. *---- Interea Saxones crebris Legationibus urgebant Principes Rheni, ut vel ſibi conſtituendi Regis poteſtatem facerent, vel ipſi, quomodo & dignitate, & multitudine ſuperiores eſſent, quemcunque vellent, Saxonibus ſuffragium ferentibus, eligerent, & conſtituerent, nec ſinerent Rempublicam, unius hominis ignavia, ad extremam uſque vaſtitatem, deperire. His accenſus Archi-Epiſcopus Moguntinus, cui potiſſimum, propter Primatum Moguntinæ ſedis, eligendi & conſecrandi Regis autoritas deferebatur, Principes de toto Regno Moguntiam evocavit,* ut, communi conſilio, Rudolphum Ducem Regem conſtitueret, &c. Hæc omnia *Lambertus*, ad h.a., p. 199, & 200; &, totidem verbis, *Monachus Herveldenſis*, h. a., p. 402, &c.

An. 1074, *Moguntinus & Colonienſis Archi-Epiſcopi, die ſtatuta,* (proxima hebdomada poſt Epiphaniam) Corbejam, *juxta condictum, venientes, ſicut in mandatis à Rege habebant, rogabant Saxones, qui ibidem occurrerant, ut ab oppugnatione Caſtellorum Exercitum abducerent. At illi ---- unanimi conſenſu ſtatuerunt, ut, proxima hebdomada poſt Purificationem S. Mariæ, Frieslar convenirent, ibique,* communicato cum cæteris Regni Principibus conſilio, *periclitanti Reipublicæ Rectorem, qui omnibus placuiſſet, conſtituerent. Regi quoque mandaverunt, ut, ſi ita ſibi expedire judicaret, die ſtatuta præſto adeſſet, & jus ſuum, non per epiſtolas, aut per Internuncios, ſed præſens Ipſe, viva voce, expoſtularet. ----- Tum ille non tam ratione victus, quam neceſſitate, cum omnia prius incaſſum pertentaſſet diverticula, tandem accitis ad Concilium Principibus permiſit, ut,* pro ſuo arbitratu, tantos motus componerent, *promittens, ſe, indubitata fide, omnibus annuere, quæ ipſi conficiendis tantis rebus competere judicaſſent ---- Illis annuentibus, præcepit, ut 6 Idus Martii Principes de toto Regno* Goslariam convenirent. *Statuto die cæterorum Principum nullus eo venit. Saxones, & Thuringi, cum infinita multitudine de tota Saxonia, & Thuringia ſacramento evocati, aderant, &, haud procul à Goslaria caſtra metati, Legatos ad Regem miſerunt, agere cum Eo de conditionibus, quibus inter ſe & Eum pax conveniſſet. Triduo integro & hi, modò ſupplicando, modò terrorem bellicum intentando, acriter inſtabant, & Ille ſedulitatem inſtantium lubricis reſponſionibus eludere conabatur, & modò de abſentia Principum cauſabatur,* ad quorum judicium ea res potiſſimum ſpectaret *---- tandem ancipiti periculo permotus conſenſit, ut Duci Ottoni, Ducatum Bajoariæ repoſcenti, intra anni ſpatium,* juxta Principum juriſdictionem, *ſatisfaceret, Caſtella vero ſua omnia, ſine dilatione, deſtrueret, ſed ea conditione, ut Saxones, & Thuringi ſua quoque Caſtella, quæ tempore Regni Ejus exſtructa fuiſſent, pari modo diruerent, cætera etiam omnia, quæ in Gerſtungun pollicitus fuerat, fide integra exſolverentur, &c.* Hæc idem *Lambertus*, ad h. a., p. 203, &c., Monachus *Herveldenſ.*, h. a., apud *Schardium*, l. c., pag. 405; add. *Bertoldus Conſtantienſ.*, ad h. a., p. 345, &c.

An. 1075, *Rex Natalem domini Argentorati celebravit. Cumque adeſſent quamplurimi ex Principibus, quos Ille, dedita opera, de toto Regno ad diem feſtum evocaverat, habuit cum eis myſterium conſilii ſui, & eos, modis omnibus, ad inſtaurandum bellum Saxonicum ſollicitabat, multa in præſens largiebatur, plura in futurum pollicebatur, nullum poſtremo vel infimæ conditionis, qui modo conficiendis tantis rebus commodus putaretur, relinquebat, quem non, dato vitiſſim, & accepto jurejurando, fidum ſibi & obnoxium faceret.* Hæc *Lambertus*, ad h. a., pag. 213, & Monachus *Herveldenſis*, h. a., ap. *Schardium*, l. c., p. 413.

An. eod. Bucco, Halberſtatenſis Epiſcopus; Wezel, Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis; Magnus, Dux Saxoniæ; Otto, Dux quondam Bajoariæ, & cæteri Principes, quos Rex ſpecialiter tam truculenta comminatione impetebat, dixerunt: nequaquam ſe ſibi conſcios eſſe, quod pacem, quæ anno priore in Gerſtingun *convenerat, facto aliquo, vel dicto violaſſent. Nam ſi Rex, inſtinctu eorum, vel conſi-*

lio factum, ſuſpicaretur, ut Eccleſia in Harteſburg incenderetur, theſauri diriperentur, corpora ſepulchris ejicerentur, aut aliud aliquid, contra ſtatutum illius conventionis, perpetraretur, paratos ſe eſſe, ut quavis conditione, quam modò cæteri Principes Regni æquam judicaſſent, crimen refellerent, & innocentiam ſuam aſſererent, &c. Idem *Lambertus*, ad h. a., pag. 217, & Monachus *Herveldenſis*, l. c., p. 416.

An. eod. Accepta clade ad fluvium Unſtrut, Saxones *Epiſcopum Bremenſem, & Udonem Marchionem, collato conſilio, ad Regem miſerunt, orare per Deum, ut ſaltem nunc ſanguine eorum exſaturatus iracundiæ ſuæ modum poneret, nec exiguum Gentis Saxonicæ, quod atrociſſimæ cædi ſuperfuerat, uſque ad internecionem deleret; diem potius locumque conſtitueret, quo tuto venire, tuto cauſam dicere liceret: ſe, juxta juriſdictionem omnium Regni Principum, de omni injuria, qua ſe læſum diceret, paratos, Ei ad votum ſatisfacere ------ Ad hæc Rex ait, ſe nec eis, nec cuiquam, juſtam ſatisfactionem de culpa proponenti, veniam negaturum: de tanto autem, tamque atroci negotio præcipitanter ſententiam ferre nec velle, nec debere, donec Principes Regni in unum convenirent, in quorum communem ignominiam læſa Regiæ Majeſtatis injuria redundaret, & quorum tam virtute bellum tranſigendum, quam conſilio pax reparanda eſſet: præſertim, cum jam ſæpe numero bona & pacifica promittentes fefelliſſent: ſe Principibus ſuis in expeditionem coadunandi Exercitus diem 11 Kal. Novemb. conſtituiſſe in Gerſtingun: ſi eos patrati facinoris revera pœniteret, eo venirent, acciperent illic, quamcunque Regni Principes æquam judicaſſent, pro admiſſa temeritate, ſententiam, &c.* Idem *Lambertus*, h. a., p. 224; & Monachus *Herveldenſis*, l. c., pag. 421.

An. 1076, *Rex Natalem Domini Goslariæ celebravit. Cumque eo omnes Regni Principes evocaſſet, ut de Principibus Saxoniæ, qui in deditionem venerant, communi conſilio deliberaretur, præter Ducem Boëmicum, pauci admodum venerunt. Ab ipſis tamen, qui venerant, jusjurandum exegit, & accepit, ut non alium, poſt Eum, quam filium ejus, tenerum adhuc infantulum, Regem ſibi eligerent. Ibi Otto, Dux quondam Bajoariæ, datis pro ſe duobus filiis ſuis obſidibus, deditione abſolutus eſt; nec ſolum in gratiam, ſed in tantam quoque familiaritatem receptus eſt à Rege, ut omnia deinceps conſilia, tam de privata, quam de re publica, cæteris auricularüs familiarius cum eo communicaret: cæterorum, qui ſe dediderant, nec mentio habita eſt.* Vid. *Lambertus*, ad h. a., pag. 233. Conf. *Bruno*, *Hiſt. Bell. Saxon.*, p. 119; *Bertoldus Conſtantienſis*, Append. ad *Hermannum Contractum*, ad h. a.; Monachus *Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, l. c., pag. 427; *Heineccius*, lib. I *Antiquit. Goslarienſ.*, h. a., pag. 91.

An. eod. Aderant præterea (Goslariæ) *Hildebrandi Papæ Legati, denunciantes Regi, ut, ſecunda feria ſecundæ hebdomadæ in Quadrageſima, ad Synodum Romæ occurreret, de criminibus, quæ objicerentur, cauſam dicturus, alioquin ſciret, ſe, abſque omni procraſtinatione, eodem die, de corpore ſanctæ Eccleſiæ, Apoſtolico anathemate, abſcindendum eſſe. Quæ Legatio Regem vehementer permovet, ſtatimque, abjectis cum gravi contumelia Legatis, omnes, qui in Regno ſuo eſſent, Epiſcopos, & Abbates, Wormatiæ, Dominica Septuageſimæ, convenire præcepit, tractare cum eis volens, ad deponendum Romanum Pontificem ſi qua ſibi via, ſi qua ratio pateret: in hoc cardine totam verti ratus ſalutem ſuam, & Regni ſtabilitatem, ſi is non eſſet Epiſcopus. ----- Rex, ſtatuta die, venit Wormatiam: venerunt etiam Epiſcopi, & Abbates, ampliſſimo numero ----- Igitur, ex nomine omnium, qui convenerant, Epiſcoporum, & Abbatum, plenæ contumeliarum literæ Romam deſtinantur, quibus denuncictur Romano Pontifici, ut Pontificatu, quem contra Eccleſiaſticas Leges uſurpaſſet, ſeſe abdicet, ſciatque, poſt eam diem, quicquid agat, jubeat, decernat, irritum haberi*, &c. Hæc *Lambertus*, ad h. a. Conf. Monachus *Herveldenſis*, l. c., pag. 427, &c., *Sigonius*, lib. IX, de *Regno Italiæ*, ad h. a., pag. 358. De literis Romam miſſis, quarum hic mentio fit, ſcribit *Conradus Urſpergenſis*, pag. 169: *Anno Domini 1076, habitum eſt Concilium apud Wormaciam, ubi, præſente Rege Heinrico, univerſi pene Teutonici Epiſcopi, præter Saxonicos, Hiltebrandum Papam abdicarunt, mittentes ad illum Epiſtolam, poſt multas culpationes in illum injectas, ita concluſam: Quia ergo & introitus Tuus tantis perjuriis eſt initiatus, & Eccleſia Dei tam gravi tempeſtate, per abuſionem novitatum tuarum, periclitatur, & vitam, per converſationem tuam, tam multiplici infamia dehoneſtaſti, obedientiam, quam tibi nullam promiſimus, nec de cætero ullam ſervaturos eſſe, renunciamus, &, quia nemo noſtrum, ut tu publice declamabas, tibi hactenus fuit Epiſcopus, tu quoque nullis noſtrum a modo eris Apoſtolicus, &c.* Integras ſiſtit *Goldaſtus*, Tom. I *Conſtit. Imper.*, p. 237, &, ante eum, *Flacius*, in *Catalogo Teſtium Veritatis*, p. m. 355, &c., quas *Otto Friſingenſis*, lib. I de *Geſtis Friderici I*, Cap. I, in fine, demum an. 1080, finito Conventu Brixienſi, tranſmiſſas arbitratur, cujus ſententiam *Engelhuſius*, de *Imperatoribus è Domo Brunſuicenſi oriundis*, apud *Maderum*, *de Antiquit. Brunſuic.*, p. 51, comprobat. Numerum Epiſcoporum exprimit *Marianus Scotus*, ad an. 1077, ubi: *In Concilio XXIV Epiſcoporum, Abbatum, multorumque Clericorum, Wormatiæ, Menſe Martio, facto, præſente Henrico Rege, decretum eſt, ut Bannum Hildebrandi Papæ nullus curaret, nec Papa eſſet, &c.* Laicos ibidem interfuiſſe, ex *Sigeberto Gemblacenſi*, ad ann. 1077, judicandum eſt, cujus hæc ſunt verba: *Henricus*

Digitized by Google

cus Imperator, coacto Wormaciæ Concilio XXIV Epiſcoporum, & multorum Primatum Regni, decerni jubet, omnia decreta, & facta Hildebrandi Papæ irrita eſſe debere: ibique omnes, præter paucos, (Adalberonem ſcil. Herbipolitanum, & Herimannum Metenſem, teſte Lamberto, l. c.) Hildebrandum abjurant, Eumque Papatu abdicandum eſſe, judicant, &c. Audi ipſum Cæſarem, apud Freherum, in Hiſtoria Belli Saxonici Brunonis, ad an. 1076, p. 122, inter alia Hildebrando P. R. ſcribentem: In ipſum Caput inſurgere auſus es, mandans, quæ noſti, ſcil. ut tuis verbis utar, quod aut tu morereris, aut mihi animam Regnumque tolleres. Hanc inauditam contumaciam ego non verbis, ſed re confutandam dijudicans, generalem Conventum omnium Regni Primatum, ipſis ſupplicantibus, habui. Ubi, quum ea, quæ hactenus metu & reverentia tacebantur, in medium deducta fuiſſent, veris aſſertionibus illorum, quas ex ipſorum literis audies, palam factum eſt, te nullatenus in Apoſtolica ſede poſſe perſiſtere. Quorum ſententiæ, quod juſta & probabilis coram Deo hominibusque videbatur, ego quoque aſſentiens, omne tibi Papatus jus, quod habere viſus es, abrenuncio, atque, ut à ſede urbis, cujus mihi Patriciatus, Deo tribuente, & jurato Romanorum aſſenſu, debetur, deſcendas, edico, &c. Conf. Golſcheri, Monachi S. Matthiæ, apud Treviros, coxvi, Geſta Treverorum, in Acceſſionibus Hiſtoricis Ill. Dn. Leibnitii, Cap. 59, p. m. 89; Bertoldus Conſtantienſ., in Append. ad Hermannum Contractum, ad an. 1076; Chronographus Saxo, ad eundem annum, pag. 261; Annal. Hildeshemenſes, apud Dn. Leibnitium, de Scriptorib. Rer. Brunſuic., p. 732, ad h. a.; Conradus Urſperg., an. 1076, p. 169; Albertus Stadenſis, ad eundem; Albericus, Monachus trium Fontium, ad ann. 1077, pag. 122; Vincentius Bellovacenſis, part. 3 Speculi Hiſtor., lib. 25, Cap. 51; Martinus Polonus, in vita Henrici III, (IV) ad ann. 1075; Platina, in vita Gregorii VII, p. 154; Gobelinus Perſona, ætat. VI Coſmodromii, Cap. 55, apud Meibomium, Tom. I Rer. German., p. 262; Auctor Chronici Magdeburgici, in vita Werneri VIII, ArchiEp., apud Meibomium, l. c., Tom. 2, p. 305; Sigonius, lib. IX, de Regno Italiæ, ad an. 1076, p. 359; Baronius, Tom. XI Annal., ad an. 1076, §. IX, p. 470; Lehmannus, Chron. Spirenſ., lib. V, Cap. 31, p. 446, &c.

An. eod. Rex Paſcha Trajecti celebravit, ibique Ducatum Lotharingiæ filio ſuo, Cunrado, Marchiam vero, quæ dicitur Antwerpha, Godefrido, Conſobrino Gozilonis Ducis, filio Euſtachii Comitis, impigro, & ad rem militarem acerrimo Adoleſcenti, tradidit. Ipſo tempore, Rudolphus, Dux Sueviorum, Welf, Dux Bajoariorum, Bertoldus, Dux Carentinorum, Adalbero, Epiſcopus Wirtzeburgenſis, Herimannus, Epiſcopus Mettenſis, & alii plerique Principes, convenientes in unum, conſilia conferebant in tantis calamitatibus, quibus Reſpublica vexabatur, quia facto opus eſſet: Regem, poſt bellum Saxonicum, eundem permanere, qui fuerat, nihil Eum de levitate, de crudelitate, de peſſimorum hominum convictu, ac familiaritate mutaſſe, &c. Hæc Lambertus, ad h. a., p. 235, Monachus Herveldenſis, h. a., apud Schardium, l. c., p. 429.

An. eod. Miſſis circumquaque Nunciis, omnes Regni Principes in Pentecoſten Wormatiæ ſibi occurrere juſſit, quid facto opus eſſet, communi conſilio deliberaturus. Statuta die, cæteris amplo ſatis numero occurrentibus, nullus aderat ſupra dictorum Ducum, à quibus Reipublicæ periculum timebatur, & quorum potiſſimum authoritate, ſi res tranquillæ eſſent, ſummam publicorum negotiorum diſponi oportuerat. Ita Conventus ille Principum, caſſata voluntate Regis, nullum habuit effectum. Iterum, in Natale S. Petri Apoſtoli, Moguntiæ eos adeſſe, addita jam Edicto obnixa ſupplicatione, præcepit, ſed ne tunc quidem quiſquam eorum vel ſupplicantem attendit, vel præcipientem, omnibus plane ad rebellionis ſtudium immobiliter obſtinatis, &c. Hæc iterum Lambertus, h. a., pag. 237, Monachus Herveldenſis, l. c., pag. 430.

An. eod. Circa 18 Kal. Octobr. Colloquium maximum apud Oppenheim factum eſt, ubi pene totius Regni Principes, ſed maximè Saxonum, & Alemannorum, ſubjectioni Regis renunciabant, cauſam pretendentes, quod à duobus Apoſtolicis vocatus ad ſatisfactionem non veniſſet, &, pro hoc contemptu, ſententiam excommunicationis, in Romana Synodo, à Papa accepiſſet &c. Hæc Chronographus Saxo, h. a., p. 261; Conf. Albertus Stadenſis, h. a.; Conradus Urſpergenſ., h. a., pag. 170; Gobelinus Perſona, æt. VI Coſmodrom., Cap. 55, apud Meibomium, T. I. Rer. German., pag. 262; Nauclerus, Vol. 2 Chronographiæ, Generat. 36, ad h. a., pag. 773; Chronicon Magdeburgicum, apud Meibomium, l. c., Tom. 2, pag. 308. Plura de hoc Conventu recenſet Bruno, Hiſtor. Belli Saxonici, h. a., apud Freherum, Tom. I Rer. German., pag. 133.

An. eod. Rudolphus, Dux Sueviorum, Welf, Dux Bajoariorum, Bertholdus, Dux Carentinorum, Adelbero, Epiſc. Wirtzeburgenſis, Adelbertus Epiſc. Wormatienſis, & alii, quos Reipublicæ calamitas movebat, in loco, qui dicitur Ulma, Conventu habito, ſtatuerunt, ut omnes, quicunque Reipublicæ conſultum vellent, 17 Cal. Novembr. Triburiam convenirent, & variis cladibus, quibus, per multos jam annos, pax Eccleſiaſtica turbabatur, tandem aliquando malorum pertæſi finem facerent. Hoc Sueviæ, hoc Bajoariæ, hoc Saxoniæ, hoc Lotharingiæ, hoc Franciæ Teutonicæ Principibus denunciarunt, univerſosque in commune, per Deum, obteſtabantur, ut, omni excuſatione relegata, cuncta privatæ rei ſollicitudine poſthabita, hanc ſinguli communibus commodis vel extremam operam dependerent...... Statuta die, juxta condictum, Principes Sueviæ, & Saxoniæ Triburiam convenerunt, ampliſſimo

nume-

Digitized by Google

numero, obſtinatis mentibus ad ſubmovendum à negotiis Regni Regem Heinricum, & alium, in quem communis electio conſenſiſſet, creandum. Aderant unà Legati Apoſtolicæ ſedis, Sigebardus, Patriarcha Aquilejenſis, & Altmannus, Patavienſis Epiſcopus, &c, Ita Lambertus, h.a., p. 242, & Monachus Hervelderſis, l. c., p. 433, &c.

An. 1077, In Comitiis Forcheimenſibus, Henricus Imperator à Statibus Imperii derelictus, & Rudolphus Dux ei ſurrogatus fuit. vid. præced. p. 64.

An. eod. Rex Rudolfus, apud Auguſtam, glorioſiſſimum Paſcha celebravit - - - - poſt Paſcha Generale Colloquium, apud Ezzelingen, cum Principibus Regni collegit, &c. Hæc Bertoldus Conſtantienſis, in Append. ad Hermannum Contractum, h. a.

An. 1079, Henricus Imperator, in Pentecoſte Conventu habito Moguntiæ, decrevit, Hildebrandum à Papatu eſſe deponendum, & Longobardiam petens, Guibertum, Ravennæ Epiſcopum, pro Hildebrando, Papam deſignat, &c. Hæc Sigebertus Gemblac., h. a. Conf. Engelhuſius, de Imperatoribus, è Domo Brunſuicenſi ortis, apud Maderum, de Antiquitat. Brunſuic., pag. 51; Lehman., Chron. Spir., lib. 5, Cap. 35, pag. 468; Baronius, Tom. XI Annal., ad an. 1080, §. 16, p. 529.

An. 1080, Apud Brixam Noricam, XXX Epiſcoporum, Magnæque partis Optimatum Regni Conventus, contra Hildebrandum Papam, habetur. Ita Marianus Scotus, ad h. a. Conf. Otto Friſingenſ., lib. I, de Geſtis Friderici I, Cap. I, cujus hæc ſunt verba: Gregorius VII, qui tunc Urbis Romæ Pontificatum tenebat, eundem Imperatorem, tanquam à ſuis deſtitutum, anathematis gladio feriendum decernit. Cujus rei novitatem eo vehementius indignatione motum ſuſcepit Imperium, quo nunquam ante hæc tempora hujusmodi ſententiam in Principem Romanorum promulgatam cognoverat. Eapropter pluribus ex Italia, Gallia, Germania, apud Bajoariæ Civitatem Brixinoram, in ipſo Pyrenæo, haud procul à Valle Tridentina, ſitam, coadunatis Epiſcopis, Princeps Curiam magnam celebravit; Ubi, omnibus advenientibus, injurias ſibi a Romana Eccleſia irrogatas affectuoſe conqueritur, quod videlicet, Ipſo inconſulto, (qui, tanquam Rex & Patricius, primus, in electione ſuæ Urbis Epiſcopi, eſſe deberet) Romani ſibi Pontificem præfeciſſent, cum a Patre ſuo, Imperatore, plures ibidem quaſi ſine electione intronizati fuerint. Hac querimonia omnium animi eo facilius contra Romanam Eccleſiam inclinari poterant, quo & Laici, ſecularis honoris conſideratione accenſi, & Epiſcopi, conſilio Clericorum ſuorum, quibus recenter connubia ab eodem Pontifice inhibita fuerant, inflammati, voluntati Principis accedebant. His igitur acclamantibus, præfata electio ab eis caſſanda judicatur, Guibertusque, Ravennatenſium Archi-Epiſcopus, Clemens vocatus, aſſenſu Principis, Urbis Epiſcopus creatur, Gregoriusque VII, ab ipſis Pſeudo Monachus, vel necromanticus appellatus, exſufflatur, &c. Add. Walthramus, de Unitate Eccleſiæ conſervanda, apud Schardium, de Juriſdict. Imperiali, pag. 22; Rogerus de Hoveden, Annal. Angl., pag. 439; Bertoldus Conſtantienſ., l. c., ad h. a.; Chronographus Saxo, h. a., pag. 263; Albertus Stadenſis, h. a.; Annales Hildeſhemenſes, apud Dn. de Leibnitz, de Scriptorib. Rer Brunſ., pag. 732, ad h. a.; Chron. Auguſtenſe, apud Freherum, pag. 351, ad h. a.; Martinus Polonus, in Vita Henrici III, pag. 371; Conradus Urſpergenſis, h. a., pag. 171; Platina, in Vita Gregorii VII, pag. 158; Sigonius, lib. IX, de Regno Italiæ, ad annum 1080, pag. 372; Nauclerus, Vol. 2 Chronograph., Generat. 37, pag. 778; Baronius, Tom. XI Annal., ad an. 1080, §. 18, pag. 530; Goldaſtus, Tom. I Conſtit. Imper., p. 241.

Ann. Eod. Menſe Decembri, cum Principes noſtri congregati de ſtatu Regni ſui tractarent, ecce nuncius aderat, Heinricum ad ſuos de prælio reverſum jactaſſe, quod, Rege Saxonum (Rudolfo) occiſo, totam Saxoniam ſuæ ditioni ſubjeciſſet, &c. Hæc Bruno, Hiſtor. Belli Saxonici, h. a., apud Freherum, p. 150.

Ann. 1081, Amici Henrici Imperatoris miſerunt Principibus noſtris nuncios, qui ſingulare Colloquium rogantes, tempus & locum præfinirent, quo ex utraque parte Principes electi, de communi bono tractaturi, convenirent. Convenerunt autem ultra fluvium, qui Wiſara dicitur, in ſylva, quæ inde Capuana vocatur, quod ad urbem, quæ Capua nominatur, pertinere cognoſcitur, &c. Vid. Bruno, l. c.

An. 1085, Hermannus Rex Nativitatem Domini Goslare celebravit, ad quem præfatus Oſtienſis Epiſcopus, (Otto) poſt Epiphaniam, pervenit in Saxoniam, & Colloquio interfuit, quod Saxones, contra Heinrici Fautores, condixerunt, ut hoc illis probarent, ſe jure Heinricum vitare, ut excommunicatum. Quod &, facto Colloquio, decimo quinto die poſt Epiphaniam, firmiſſimè probaverunt: ea videlicet ratione, quia Romanus Pontifex Illum eis, à ſe in Romana Synodo anathematiſatum, literis denunciavit. Adverſarii autem eis objecerunt: Quod Papa Eum nequiverit excommunicare, eò quod exſpoliatus non potuerit vocari, judicari, ſive damnari: Ad hæc Saxones reſponderunt: Se judicium ſedis Apoſtolicæ nec debere retractare, nec poſſe: Hoc cum Illo potius tractandum, qui Illum damnaverit, non cum Saxonibus, quod damnationi Ejus non interfuerint, qui ſedis Apoſtolicæ judicio nullam retractationem, ſed obedientiam debuerint. Ita ergò ſoluto Colloquio diſceſſum eſt ab invicem. Hæc Bertoldus Conſtant., in Append. ad Hermannum Contractum, ad h. a. Locum Conventus vocat Auctor Apologiæ Henrici IV, apud Freherum, T. I Rer. German., pag. 196, Gerſtungen; Chronographus Saxo, ad h. a., pag. 265, Perteſtad, Thuringiæ

Digitized by Google

ringiæ Villam; Conradus Urſpergenſis vero, pag. 173, & Baronius, Tom. XI Annal., h. a., §. I, pag. 570, Berchacb; Tempus fuit XIII Kal. Febr.; præſentes Epiſcopi, ut & collocutores ibidem habentur; Conf. Goldaſtus, Tom. I Conſtit. Imperial., pag. 243, Heineccius, lib. I Antiquitatum Goslarienſium, h. a., p. 98.

An. eod. Hermannus Rex in Quintilsneburg Paſcha celebravit, ubi & Legatus Domini Apoſtolici, in ipſa Paſchali hebdomada, generalem Synodum, cum Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, S. Petri fidelibus, ſolenniter celebravit. Interfuit autem huic Synodo Gebehardus, Reverendiſſimus Juvavienſis Archi-Epiſcopus; item Venerabilis Hartungus, Magideburgenſis Archi-Epiſcopus, cum ſuis Suffraganeis. Item Suffraganei Moguntiæ Sedis de Saxonia. - - - - Rex etiam Hermannus, cum ſuis Principibus, eidem Synodo interfuit. Cum ergo omnes, juxta ordinem ſuum, conſediſſent, prolata ſunt in medium Decreta SS. Patrum, de Primatu Sedis Apoſtolicæ, quod nulli unquam liceat ejus judicium retractare, & de ejus judicio judicare. Quod de totius Synodi publica profeſſione laudatum & confirmatum eſt; & hoc utique contra Heinricianos, qui fideles S. Petri conſtringere voluerunt, ut excommunicationem Dn. Papæ Gregorii, ſuper Heinricum, eum illis retractare præſumerent, &c. Hæc idem Bertoldus, l. c. Conf. Auctor Apologiæ Henrici IV, ad ann. 1085, apud Freberum, l. c., pag. 200; Chronographus Saxo, h. a., pag. 268; Baronius, Tom. XI Annal., h. a. §. IV, pag. 571; Goldaſtus, l. c., p. 244.

An. eod. indicta eſt Synodus apud Moguntiam, ſecunda hebdomada poſt Paſcha, ſecundum conſtitutionem Sedis Apoſtolicæ, ubi convenerunt, cum Imperatore, (Henrico) Legati ipſius SS. Sedis Apoſtolicæ, Petrus ſcil., Epiſcopus Portuenſis Eccleſiæ, & duo Cardinales Romanæ Eccleſiæ. Aderat etiam omnium Epiſcoporum conſenſus ſive de Italia, ſive de Gallia, - - - - præſidebant quoque huic Synodo Wezelinus, Moguntinæ Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, & Eilberdus, Trevirenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, atque Sigewinus, Colonienſis Archi-Epiſcopus. - - - - Aderat etiam Imperator Henricus, præcipue Author hujus Synodi: quia nihil tutum, neque firmum poterit eſſe in his, quæ ſunt ejusmodi, niſi defendat & probet ea Regalis authoritas, pro Majeſtate Imperii, &c. Hæc Auctor Apologiæ Henrici IV, l. c., pag. 197, ad 209, ubi acta Conventus enarrantur. Summa eſt: Excommunicationis charta Hildebrandi, Papæ, irrita declarata; Henricus Cæſar confirmatus, Hermannus Anti Cæſar, cum aſſeclis, reprobatus fuit. Conf. Bertoldus Conſtantienſis, l. c., pag. 357, inordinate licet in Synodi Decreta debacchetur; Sigebertus Gemblac., h. a.; Dodechinus, in Append. ad Marianum Scotum, h. a.; Chronographus Saxo, h. a., pag. 268; Albericus, Monachus trium fontium, h. a., pag. 129; Annales Hildeſienſes, apud Dn. de Leibnitz, Script. Rer. Brunſuic., h. a., p. 732; Albertus Stadenſis, h. a.; Conradus Urſpergenſis, h. a., pag. 172; Nauclerus, Vol. 2 Chronographiæ, Generat. XXXVII. h. a., pag. 781, &c.; Sigonius, lib. IX, de Regno Italiæ, h. a., pag. 345; Baronius, Tom. XI Annal., h. a., §. VII, pag. 572, &c.; Goldaſtus, l. c., pag. 245, &c.

An. 1086, Fideles S. Petri Principes Suevorum, cum Saxonibus & Bajoariis, generale Colloquium, poſt feſtum Apoſtolorum, prope Wirceburg condixerunt, quod Henricus, congregata multitudine Schismaticorum, interturbare voluit, &c. Hæc Bertoldus Conſtantienſis, h. a., pag. 358. Baronius, Tom. XI Annal., h. a., §. V, pag. 579.

Anno eod. Jubente, & peragente Romanorum Imperatore, tertio Henrico, Auguſto, celebrata eſt Synodus Magna in Urbe Magoncia, ubi quatuor Archi-Epiſcopi, & duodecim Præſules, ſimul cum Abbatibus Monaſteriorum, & ceteris Fidelibus, reſidentes, plurima decreta ſuper ſtatu Eccleſiæ ſcriptis roboraverunt. In quo Conventu idem Cæſar, omnibus ſui Regni Optimatibus, Ducibus, Marchionibus, Satrapis, & Epiſcopis aſſentientibus, & collaudantibus, Ducem Boëmorum, Wratislaum, tam Boëmiæ, quam Poloniæ, præfecit, & imponens capiti Ejus, manu ſua, Regalem circulum, juſſit Archi-Epiſcopum Treverienſem, Egilbertum, ut Eum in ſede ſua Metropoli, Praga, in Regem ungat, & diadema capiti Ejus imponat. - - - - Egilbertus, Treverenſis Epiſcopus, juſſis obtemperans Imperatoris, adveniens Metropolim Pragam, 17 Kal. Jul., inter ſacra Miſſarum Solennia, Regalibus faſcibus indutum, unxit in Regem Wratizlaum, & impoſuit diadema ſuper caput tam Ipſius, quam Ejus Conjugis, Zuatavæ, cyclade Regia amictæ, Clericis & univerſis Satrapis acclamantibus: Wratizlao Regi, quam Boëmico, tam Polonico, Magnifico, & Pacifico, à Deo coronato, vita, laus, victoria, &c. Hæc Cosmas, Pragenſis Eccleſiæ Decanus, in Chronico Bohemorum, quod in hoc anno explicit, p. m. 13, & 14; Conf. Chronicon Bigangienſe Maderi, pag. 243, & 244; minus rectè licet Inaugurationis actum Moguntino. Würtzburgico & Conſtantienſi Præſulibus vindicet; Gobelinus Perſona, ætat. VI Cosmodromii, Cap. 55. apud Meibomium, Tom. I Rer. German., pag. 263, qui id ad an. 1087 refert; Paulus Langius, in Chronico Cisizenſi, apud Piſtorium, p. 778, ad annum 1086; Procopius Lupacius, in Ephemerid. Bohem. ad diem 15 Junii; Æneas Sylvius, Hiſtor. Bohem., Cap. 22, pag. 133; Dubravius, Hiſtor. Bohemica, lib. IX, pag. 65; Nauclerus, Vol. 2 Chronographiæ, Generat. 39. pag. 852; Cranzius, lib. 3 Vandaliæ, Cap. XI, & lib. 6, Cap. VI; Meibomius, in Notis ad dictum locum Gobelini, pag. 362, nec non ad Librum 3 Witichindi, l. c., pag. 695; Conringius, de Finibus Imperii, lib. 2, Cap. 29, §. 5, pag. 470, annum 1085 producens; Bœclerus, in Notis ad Æneæ Sylvii Hiſtoriam Friderici III, p. m. 135; Illuſtr. Dn. Coccejus,

Prudentia Juris Publici, Cap. 3, ſect. IV, §. 53, pag. 61; Dn. *Ludovicus*, de *Auſpicio Regum*, Cag. 2, §. V, p. 82.

An. 1087, *Principes Regni Teutonicorum, fideles, inquam, S. Petri generale* **Colloquium** *cum Henrico, & Fautoribus ejus, in Cal. Aug., prope Nemetenſem Civitatem habuerunt, eique adjutorium ſuum, ad obtinendum Regnum, ſi de excommunicatione exire vellet, fideliter promiſerunt. Ille autem in ſolita ſua obſtinatione perſiſtens, nec ſe profiteri excommunicatum dignatus eſt, licet hoc in faciem ſibi à noſtris inſtanter probaretur. Unde & noſtri nullam pacem, & concordiam cum eo habere ſtatuerunt, &c.* Ita *Bertoldus*, ad h. a., pag. 359, & 360; Conſ. *Chronicon Auguſtenſe*, apud *Freherum*, Tom. I *Rer. Germanic.*, h. a., pag. 353; *Baronius*, l. c., ad h. a., §. 19, pag. 586; *Lehman.*, *Chron. Spirenſ.*, lib. V, Cap. 36, pag. 471.

An. 1089, *Duces, & Comites, fideles S. Petri, cum Heinrico* **Colloquium** *habuerunt, Eique ſuum conſilium, & auxilium, ad obtinendum Regnum, firmiſſime promiſerunt, ſi Guibertum hæreſiarcham vellet dimittere, & ad Eccleſiaſticam communionem, per Catholicum paſtorem, remeare. Quam quidem conditionem nec Ipſe multum reſpuit: Si tamen in hoc Ei Principes ſui aſſentiri vellent, videlicet Epiſcopi, qui ſe cum Guiberto deponendos eſſe non dubitaverunt, eò quod in ejus parte ordinationem, imo execrationem perceperunt. Hi ergò Ei penitus hac vice diſſuaſerunt, ne S. Eccleſiæ reconciliaretur, &c.* Hæc *Bertoldus*, l. c., ad h. a., pag. 363, *Baronius*, l. c., ad h. a., §. 3, p. 598, & 599.

An. 1091, *Imperator* (Henricus) *apud Veronam* **Colloquium** *cum Regni Optimatibus pro pacis habuit conditione, ſed ſine effectu ab his, qui hactenus pacem exoſam habebant, diſſolvitur, &c.* Hæc *Chronicon Auguſtenſe*, h. a., apud *Freherum*, Tom. I *Rer. German.*, p. 355.

An. 1092, *Iterum Principes Alemanniæ, ad defenſionem S. Matris Eccleſiæ, contra Schiſmaticos, unanimiter convenerunt, ſibique, ad hoc negotium exequendum, fratrem Conſtantienſis Epiſcopi, Bertoldum, Ducem totius Sueviæ conſtituerunt, qui nondum aliquem Ducatum habuit, etſi jamdudum nomen Ducis habere conſueverit, &c.* Hæc *Bertoldus*, l. c., ad h. a., p. 367, aſſentientibus Auctore *Fragmenti Hiſtorici*, *Chronico Alberti Argentinenſis* præfixi, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag 83, ad h. a., & *Auctore Chronici Auguſtenſis*, h. a., apud *Freherum*, l. c.; typographi vitio licet *Bertoldus Dux de Laringen*, loco *Zaringen*, vocetur.

An. 1093, *Gebehardus, Conſtantienſis Epiſcopus, & Apoſtolicæ ſedis Legatus, Welphonem, Ducem Bajoariæ, per manus, in militem accepit, ſicut & proprium fratrem, Bertoldum, Ducem Alemanniæ, jamdudum fecit. Cum quibus, & reliquis Alemanniæ Principibus, magnum* **Conventum**, *apud Ulmam, habuit, in quo Conventu firmiſſimè laudatum eſt, ut Conſtantienſi Epiſcopo omnimodè, ſecundum ſtatuta Canonum, obediretur, & ut Duci Bertoldo, & Comitibus, ſecundum Legem Alemannorum, obſecundaretur. Deinde, firmiſſimam pacem, tam Duces, quam Comites, tam Majores, quam Minores, ſe obſervaturos, a 7 Cal. Decem. usque in Paſcha, & à Paſcha in duos annos, juraverunt. .... Hanc pacem ſinguli Principes, qui convenerunt, unusquisque, per poteſtatem ſuam usquequaque, viritim jurare fecerunt, &c.* Hæc *Bertoldus Conſtantienſis*, l. c., ad h. a., pag. 369, & 370; *Baronius* Tom. XI Annal., h. a., §. V, p. 626; *Goldaſtus*, Tom. I *Conſt. Imperial.*, p. 246.

An. 1094, *Gebehardus, Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopus, magnam Synodum Conſtantiæ, in hebdomada majore ante Paſcha, cum Abbatibus & Clericis innumerabilibus, & cum prædictis Ducibus*, (Welpho, D. Bajoariæ, & Bertoldo, D. Alemanniæ,) *& reliquis Alemanniæ Principibus, Canonicè celebravit, ibique multa, quæ corrigenda erant, correxit, &c.* Ita *Bertoldus Conſtantienſis*, h. a., pag. 371; *Baronius*, l. c., ad h. a., §. 2, pag. 629; *Goldaſtus*, l. c., pag. 246.

An. 1097, *Heinricus Imperator, Moguntiæ, cum Principibus* **Colloquium** *de Pace habuit, &c.* Hæc *Albertus Stadenſis*, h. a., & *Conradus Urſpergenſis*, h. a., pag. 174.

An. 1099, *Hainricus IV, Cæſar Auguſtus, ubi Filium, Conradum, ſibi, inſtinctu Machthyldis Comitiſſæ, & Urbani Papæ, rebellantem, ad ſanitatem reducere non potuit, 8 Id. Januarii, ad Aquas Graneas, ad Conventus Procerum Imperii agendos, concedit. Ibi, habito eorum, quibus venire, ſententiam dicere jus erat, conſilio, in Senatu ita verba fecit: O fidiſſimi Civium, piiſſimique Amicorum, Romani Imperii Proceres, Chriſtianæque Familiæ columen, id Vos oro, & per Deum immortalem, per Majeſtatem Imperii, per ſalutem, & dignitatem veſtram, per jurisjurandi religionem, qua Nobis & Reipublicæ aſtricti eſtis, obteſtor, ut, poſitis gratia atque odio, in commune conſulatis, & Rempublicam capeſſatis: pietatem, pacem, jam pridem, factione atque perfidia paucorum, terris depulſam, veſtro labore, veſtraque induſtria reducem ſtabilite: Sævior tempeſtas rurſus fluctibus obruit. Me in Imperio natum, educatumque, quem Deus, ſummus rerum arbiter, & Vos Imperatorem rebus humanis impoſuiſtis, non inimicus, neque hoſtis, ſed, quod falſum eſſe, & neminem credere percupiam, filius meus, illecebris fœmineis captus, quem genui, participem Regni feci, ſucceſſorem declaravi, contra Jus Gentium, adverſus Jus naturæ, & ſanguinis neceſſitudinem, contra divinum Edictum, immemor beneficiorum, oblitus naturæ, non ſolum dignitate, ſed & vita privare conatur Parentem, cui vitam, dignitatem, quidquid denique habet, acceptum referat, neceſſe eſt, extinguere connititur. Dux facti fœmina eſt: diutius, quam filio placet, me Deus ſervat. Vitam,*

tam, quam natura mihi donat, proles mea mihi invidet. Expectare ſenis fata recuſat. Quæ ſane noſtra ſunt injuriæ, nihil ad vos. Verum nunc veſtrum, Duce fœmina, occupavit Regnum, vi & armis tenet. Vos, in mea injuria, deſpecti eſtis; veſtra beneficia mihi erepta ſunt; non me, ſed vos contemnit. Veſtra res agitur, audaciam hominum ſpectate.----Si ulla apud vos eſt memoria Conradi, atque Hainrici, Parentis mei, Majorumque veſtrorum, nolite pati, Imperium, veſtro ſanguine atque ſudore partum, per ſcelus, & parricidia tabeſcere; per amplitudinem, ſalutemque veſtram, per immortalem Majorum gloriam obſecro, auferte procul in ultimas terras ex Germania, victrice Gentium, flagitium hocce, hactenus inauditum. Deſeſſum tot civilibus prœliis orbem Romanum aſſerite à vitiis, ſcelere immaniſſimo, Rempublicam Chriſtianam vindicate, pœnas impietatis ſcelerati reddant, ſentiant ſacrilegi impoſtores, Germanicam virtutem nondum à Majoribus degeneraſſe; vos Majorum veſtigiis inniti decet, terrori peſſimis quibusque, bonis patrocinio eſſe. Quod tum fiet, ſi, uno conſenſu, Filium meum, minorem natu, majore, ob ſcelera, exhæredato, atque proſcripto, Cæſarem declaraveritis. Hæc ubi Auguſtus dixit, pauci, quibus omnia alia, atque fides & Reſpublica, chariora erant, contra nitebantur. Cæteri omnes, indignitate facinoris commoti, æqua poſtulare Auguſtum cenſent, Ejusque poſtulatis annuunt: ex conſilii decreto, more Majorum, Hainricum, filium Auguſti, impuberem adhuc, Cæſarem conſalutant, Iique, ſe nunquam à Patre defecturum, ſolenni ritu jurat, &c. Hæc, ex Aventini lib. V Annal. Bojor., fol. 471, Goldaſtus, Tom. I Conſtit. Imperial., pag. 247, ſed malè ad an. 1096; Lehmannus, lib. V Chron. Spir., Cap. 39, pag. 474, id refert ad an. 1098; Albertus Stadenſis, Conradus Urſpergenſis, p. 175, Annales Hildeſienſes, apud Dn. de Leibnitz, Rer. Brunſuic. pag. 733, & Sigonius, lib. IX de Regno Italiæ, ad an. 1099, pag. 385, rectius ponunt an. 1099; Chronographus Saxo, pag. 278, habet annum 1100; Ottoni Friſingenſi, lib. 7 Chronicor., Cap. 8, pag. 143, & Alberico, Monacho trium fontium, pag. 192, ad annum usque 1103 excurrentibus.

An. 1102, Heinricus, (Cæſar) habito cum Principibus Colloquio, Romam ſe profecturum, ac generale Concilium, circa Kal. Febr., inibi convocaturum, condixit, quatenus, tam ſua, quam Apoſtolici cauſa canonicè ventilata, inter Regnum & Sacerdotium Catholica confirmaretur unitas, quæ tot annis ſciſſa permanſit, &c. Ita Albertus Stadenſis, h. a., & Conradus Urſpergenſis, h. a., pag. 184; Locum Comitiorum Moguntiam indicat Chronographus Saxo, h. a., pag. 279.

An. 1103, Imperator Natalem Domini Moguntiæ celebravit, ubi Principes convenerunt, &, in Epiphania Domini, Emehardus, Wirceburgenſis Epiſcopus, apud S. Martinum, Miſſam cantavit, & inter Miſſarum ſolemnia, quando Epiſcopus populum monebat, Imperator, quaſi corde compunctus, Deo promittebat, pro delictis ſuis, Hieroſolymam pergere, &c. Hæc Annal. Hildeshemenſ., h. a., apud Dn. de Leibnitz, de Scriptorib. Rer. Brunſuic., pag. 733; Conf. Otto Friſing., lib. 7 Chron., Cap. 8, p. 143; Albertus Stadenſ., h. a., & Conradus Urſpergenſ., h. a., p. 185; Chronicon Auguſtenſe, apud Freherum, Tom I Rer. German., p. 357, addit: Imperator Moguntiæ, in Epiphania Domini, Regnum, per quadriennium, cum juramento, pacificari conſtituit; Saxones, ſibi rebelles, reconciliavit; cunctis gratiam ſuam impertivit, &c. Eadem dicentibus Sigeberto Gemblacenſi, h. a., & Alberico, Monacho trium fontium, h. a., p. 192.

An. eod. Legiæ (Leodii) generali Conventu habito, Robertus, Comes Flandrenſium, in gratiam Imperatorum recipitur, &c. Hæc Sigebertus, l. c., & Albericus, l. c.

Ann. 1104, Imperator Henricus univerſis Regni Principibus Curiale Colloquium Ratisbonæ indixit, &c. Ita Andreas, Abbas Monaſterii S. Michaëlis, prope Bambergam, in Vita S. Ottonis, Epiſcopi Bambergenſis, lib. I, Cap. XV, apud Surium, 2 Jul., p. 36, & Gretſerum, de Divis Bambergenſibus, p. 178.

Ann. 1106, Filius (Henricus V) Patrem, in Oppido Rheni, Bingen, alloquens, ad obedientiam Romanæ ſedi, de anathematis vinculo, exhibendam hortatur. Pater vero Conventum, pro hac re, Principum coadunari rogat, ſicque, ad Petitionem ſuam, Curia Moguntiæ, in proximo Natali Domini celebranda, cunctis Regni Primoribus indicitur ---- Anno ab Incarnatione Domini, 1106, in Natali Domini, maximus Conventus Principum Moguntiæ factus eſt, ubi ſupervenientes Apoſtolicæ Sedis Legati, anathema, à Romanis Pontificibus in Imperatorem factum, manifeſtè omnibus, qui aderant, promulgabant. Eapropter, dum Ipſe, in quodam caſtro poſitus, ac cuſtodiæ mancipatus, audientiam peteret, Principes, ſeditionem vulgi timentes, Ei apud Inglinheim occurrunt, ibique multis modis commonitum, vel, juxta alios, circumventum, ac coactum, Inſignia Regni reſignare, ac filio mittere, quadrageſimo tertio Regni ſui, poſt mortem Patris, Imperii quinto anno ---- perſuadent ----- Reverſi ad Filium Optimates Imperialia deferunt, Eumque, primò à Patre electum, per impoſitionem manus Apoſtolicæ Sedis Legatorum, cunctorumque electione, nonageſimum quintum, ab Auguſto, Regem creant. Hæc Otto Friſingenſ., libl VII Chron., Cap. X, & XI, p. 145; Audiamus ipſum Cæſarem, in epiſtola ad Philippum I, Regem Galliæ, apud Albericum, Monachum trium fontium, h. a., pag. 201, &c., Urſtiſium, p. 396, &c., & Baronium, Tom XII Annal., ad an. 1106, §. 2, &c., pag. 43, &c., ubi ita de Filio: In bactanta mali ſui machinatione, cum eſſem in pace, & in aliqua ſalutis meæ ſecuritate, in locum, qui Confluentia dicitur, in ipſis Dominici Adventus ſanctiſſimis diebus, ad Colloquium evocavit me, quaſi de communi ſalute, & honore Filius tractaturus cum Patre. Quem cum vidi, illicò,

ex paterno affectu, tactus intrinſecus, dolore cordis mei, ad pedes ſuos procidi, admonens, & obteſtans, per fidem, per ſalutem animæ, ſi, pro peccatis meis, flagellandus eram à Deo, de me Ipſe nullam conquireret maculam honori, & nomini ſuo, quia, culpa Patris vindicem filium eſſe, nulla divinæ Legis conſtituit ſanctio. At Ille, tam pulchrè, imò miſerrime inſtitutus ad malitiam, quaſi abominabile & execrabile ſcelus cœpit deteſtari. Et, procidens Ipſe ad pedes meos, de præteritis cœpit veniam deprecari: in reliquum ut miles Domino, ut Patri Filius, cum fide & veritate, per omnia, ſe mihi obauditurum promiſit cum lacrymis, ſi modo ſedi Apoſtolicæ vellem reconciliari. Quod cum promptiſſime annuiſſem, & deliberationi ſuæ, & conſilio Principum hoc tantum mancipandum promiſiſſem, in præſenti Nativitate ſe producturum me Moguntiam, & ibi de honore, & reconciliatione mea, quam fidelius poſſet, acturum, & inde in pacem, & ſecuritatem me reducendum promiſit, in ea veritate, & fide, qua Patrem à filio honorari, & filium à Patre præcipit Deus diligi. Hac promiſſione, quæ & gentili obſervanda eſt, ſecurus illorum ibam, & filius meus aliquantulum me præceſſerat. Et ecce, quidam fideles veriſſimè me deceptum affirmant, & proditum, ſub falſa pacis, & fidei ſponſione. Revocatus autem Filius meus, & iterum à me inſtantiſſime admonitus, ſub ejuſdem fidei, & ſacramenti obteſtatione, animam ſuam, pro anima mea, fore, promiſit ſecunda vice. Cum ego ad locum, qui Binga vocatur, perveniſſem, jam exiſtente die Veneris ante Nativitatem, numerus Armatorum ſuorum jam ſatis augebatur, jam fraus ipſa de ſe detegebatur, & filius ad me, Pater, inquit, Nobis ſecedendum eſt in vicinum Caſtellum, quia Moguntinus Epiſcopus in ſuam Civitatem non admittet vos, quamdiu in banno eritis; nec Vos impacatum & irreconciliatum audeo ingerere inimicis veſtris; Illic Nativitatem cum honore, & pace agatis, quoscunque placuerit Vobis, vobiscum habeatis, ego interim, quanto inſtantius, quanto fidelius potero, pro Nobis utriſque laborabo, quia cauſam veſtram meam exiſtimo eſſe. At ego, mi, inquam, Fili! Judex, & teſtis ſermonum, & fidei ſit inter nos hodie Deus, quomodo Te in virum, & hæredem meum produxerim, quantis tribulationibus meis honori tuo inſervierim, quot, & quantas inimicitias pro te habuerim, & habeam, ſolus conſcius es: Ille autem tertiò, ſub ejuſdem fidei & ſacramenti atteſtatione, ſi ingrueret occaſio periculi, caput ſuum, pro meo capite, fore, mihi promiſit. Sic, poſtquam clauſit me in eodem caſtello, quo omnia animo & corde fuerit locutus, manifeſte rei oſtendit eventus. Ex omnibus meis quartus Ego ſum incluſus, nec quilibet alius admitti potuit. Cuſtodes deputati, qui vitæ meæ erant atroces inimici. Benedictus per omnia Deus, exaltandi & humiliandi, quæ voluerit, Rex Potentiſſimus. Cum ergò, ipſo ſacratiſſimo die Nativitatis ſuæ, omnibus redemtis ſuis Ille Sanctus Sanctorum Puer fuiſſet natus, mihi ſoli Filius Ille non eſt datus. Nam, ut taceam opprobria, injurias, minas, gladios in cervicem meam exertos, niſi omnia imperata facerem, præterea famem, & ſitim, quam perferebam ab illis, quos injuria erat videre, & audire, ut etiam taceam, quod eſt gravius, me olim ſatis felicem fuiſſe: illud nunquam obliviſcar, illud nunquam deſinam omnibus Chriſtianis conqueri, quod, illis ſanctiſſimis diebus, ſine omni Criſtiana communione, in carcere illo fui. In illis pœnitentiæ & tribulationis meæ diebus, à filio meo miſſus venit ad me quidam Princeps, Wigebertus, dicens: nullum vitæ meæ eſſe conſilium, niſi, ſine ulla contradictione, omnia Regni Inſignia redderem, ex voluntate & Imperio Principum. *At ego, etſi omnis terra, quantum inhabitatur, mei Regni terminus eſſet, nollem Regno vitam commutare: quia, vellem, nollem, ſic agendum, &, ſicut definitum intelligebam,* Coronam, Sceptrum, Crucem, Lanceam, Gladium *miſi Moguntiam. Tunc communicato conſilio cum inimicis meis, meus Filius egrediens, relictis ibidem fidelibus, & amicis meis, quaſi me eò adducturus, ſub multa frequentia Armatorum ſuorum, me abductum ad Villam, quæ dicitur* Engilzaim, *fecit Me ad ſe adduci, ubi maximam inimicorum meorum multitudinem collectam inveni, nec ipſum filium cæteris mihi meliorem reperi; & quia firmius, & ſtabilius videbatur eis eſſe, ſi propria manu cogerent me, Regnum, & omnia Regalia exfeſtucare, ſimili modo & Ipſi omnes minabantur mihi, niſi omnia imperata facerem, nullum vitæ meæ conſilium fieri poſſe. Tunc Ego inquam, quia de ſola vita mea agitur, qua nihil pretioſius habeo, ut ſaltem vivens pœnitentiam exhibeam Deo, quicquid imperatis, faciam. Cumque inquirerem, ſi ſaltem ſic de vita mea certus eſſem? Apoſtolicæ Sedis Legatus, qui ibidem aderat, non dico, qui omnia hæc audiverat, reſpondit: me nullo modo eripi poſſe, niſi publice confiterer, me injuſte Hiltebrandum perſecutum eſſe, Wigbertum ei injuſte ſuppoſuiſſe, & injuſtam perſecutionem in Apoſtolicam ſedem, & omnem Eccleſiam hactenus exercuiſſe. Tunc, cum magna contritione animi proſtratus, cœpi, per Deum, per ipſam conſcientiam, orare, ut locus, & tempus mihi daretur, ubi in præſentia omnium Principum, cum innocens eſſem, vellem,* ex judicio omnium, *me expurgare, & in quo culpabilem me recognoſcerent, ex conſilio omnium ſanioris ſententiæ, pœnitentiam & ſatisfactionem,* quo ordine juberent, *quærere, & in Principibus Regni, de fidelibus noſtris, quoscunque vellent, obſides dare. At idem Legatus locum, & diem mihi abnegavit, dicens: aut in totum debere terminari, aut nulla ſpes mihi eſſet evadendi. In tanto tribulationis articulo cum interrogarem, ſi confiterer omnia, quæ imperabantur, an confeſſio mea, ut juſtum eſt, veniam & abſolutionem conſequeretur? ibi Legatus dixit: non eſſe Juris ſui, me abſolvere: ſi vellem, inquit, abſolvi, Romam irem, ſatisfacere Apoſtolicæ ſedi. Sic diſolatum & ſpoliatum (nam & caſtella, & patrimonia, & quicquid in Regnò conquiſieram, eadem vi, & arte ſua extorſerant à me,) in eadem villa reliquerunt me. In qua cum aliquo tempore commoratus eſſem, & filius meus, ex eodem fraudis ſuæ conſilio, demandaſſet, ut ibidem eum expectarem, ſupervenientis quorundam fidelium meorum Legatio præmonuit,*

ſi qui-

Digitized by Google

ſi quidem ad momentum (monitum) *ibidem remanerem, fore, ut aut inde in perpetuam raperer captivitatem, aut in eodem loco decollarer. Quo nuncio, ſatis etiam tunc vitæ diffiſus, illicò aufugiens, fugiendo veni Coloniam, & inibi aliquot diebus commoratus poſtea Leodium veni, in quibus locis viros fideles, & in fide Regni conſtantes ſemper inveni,* &c. Hæc eſt memorabilis illa epiſtola, cujus *Otto Friſingenſis*, l. c., Cap. XII, pag. 145, hiſce meminit: *Extat de hoc, inter cæteras Ejus* (Cæſaris) *Epiſtolas, ad Regem Celticæ, qui Francorum dicitur, ſeu Aquitaniæ Ducem, Epiſtola miſſa, quæ, miſeriarum Ejus tragoediam continens, ſaxeas quoque mentes, ad mutabilium rerum ærumnas contemplandas, ac deplorandas, emollire poſſet: quæ ſic incipit: Princeps chariſſime, & omnium, in quibus, poſt Deum, ſperamus, Amicorum noſtrorum fidiſſime,* &c.; pariter & *Sigebertus Gemblacenſis*, h. a.: *Quam indigne Eum* (Filius Patrem) *tractaverit, declarat epiſtola, ex ore ipſius Patris, ſcripta ad Philippum, Regem Francorum*, &c.; Comprobantibus factum *Auctore Vitæ Henrici IV*, apud *Urſtiſium*, pag. 388, &c.; *Dodechino*, in *Appendice ad Marianum Scotum*, ad h. a.; *Gotfrido Viterbienſi*, part. XVII *Chronic.*, p. m. 503; *Chronographo Saxone*, ad an. 1107, p. 280. & 281; *Helmoldo*, lib. I *Chron. Slavor.*, Cap. 32, & 33. p. m. 81, &c.; Monacho *Hamerslebienſi*, de *Rebus præclare geſtis Imperatorum*, apud *Maderum*, *de Antiquit. Brunſuic.*, pag. 143. & Dn. de *Leibnitz*, *de Scriptorib. Rerum Brunſuic.*, p. 710; *Alberico*, l. c., pag. 198. & 199; *Alberto Stadenſ.*, h. a.; *Annalibus Hildeshemenſibus*, ad annos 1105, & 1106, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 734, &c.; *Conrado Urſpergenſi*, ad eosdem annos, pag. 188, &c.; *Gobelino Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, an. 1106, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 264, & 265; *Nauclero*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 37, ad an. 1105, & 1106, p. 801, &c.; *Sigonio*, lib. IX de *Regno Italiæ*, ad eosdem annos, p. 390, &c.; *Baronio*, Tom. XII *Annal.*, ad an. 1105, §. IX, &c., pag. 41, & ad ann. 1106, tot. pag. 43, &c.; *Lehmanno*, *Chronico Spirenſi*, lib. V, Cap. 29, p. 474, &c.

An. eod. Dux Henricus (Lotharingiæ) *qui ab Imperatore* (Henrico IV) *ad Filium Ejus* (Henricum V) *animo tranſiens, Eum, contra Patrem ſuum, conſilio ſuo armavit, &, à Filio ad Patrem rediens, partes Filii debellavit, mortuo Imperatore, ſe, ut reum Majeſtatis, filio Regis dedit, & ab Eo captus cuſtodiæ traditur, de qua Ipſe, per induſtriam ſuam, evaſit. Ducatus ejus datur Godefrido, Lovanienſi Comiti,* &c. Hæc *Sigebertus Gemblac.*, ad h. a., occurrentia quoque apud *Albericum*, *Monachum trium fontium*, h. a., pag. 205; Conf. *Mutius*, lib. XVI *Chronic.*, pag. 128, in fine: *Nec erat contemnenda potentia, quam Pater iterum conſecutus erat, Epiſcopus Leodienſis, Henricus Dux Lotharingiæ, & civitates quædam, Colonia, Juliacum, Bunna. Dux igitur Lotharingiæ, copiis contractis, Regia præſidia, ad Moſam diſpoſita, trucidat, & capit, dum Henricus V Aquisgrani celebrat Cœnam Domini. Quare mox Henricus V Ducem Lotharingiæ, in frequenti Principum Conventu, condemnat, Majeſtatis reum, hoſtem Reipublicæ pronuntians; decernitur Communi omnium conſenſu, contra Eum, bellum,* &c. Add. *Limnæus*, ad *Capitulationem Caroli V*, Art. XI, voc. *der Reichsſtænde*, §. 3, p. 184; *Conring.* de *Negotiis Conventuum Imperii*, th. 58, ſeu *Exercitat.* VIII de *Republica*, p. 436, rectius 536; Illuſtriſſ. Comes *Johannes Guilielmus de Wurmbrand*, de *Foro Principum S. R. Imperii*, Cap. 2, §. 3, p. 32.

Ann. 1107, *Henricus Rex Natalem Domini Mogontiæ celebravit, ibique Conventum habuit, de rebus agendis,* &c. Hæc *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 280; corrigenda tamen, *ex Dodechini appendice ad Marianum Scotum*, h. a., ubi: *Rex Nativitatem Domini Ratisbonæ celebravit. Paſcha vero Moguntiæ. Henricus Rex, dum in Goslarienſi Oppido Conventum habuiſſet, & Jura Regni, prout voluit, diſpoſuiſſet, ſubito tempeſtas nimium horribilis fulgurum, coruſcationum, tonitruorum exorta, Regem, & omnem Populum perterruit, adeò enim vehemens fuit, ut enſem Regalem perſtringens, partem non modicam in acumine, cum baltheo clypei Regalis, abſumeret, coriumque interius clypei per partes in rugam converteret,* &c. quæ *Chronographus Saxo*, pag. 281, ad annum 1108 refert.

An. 1109, *Rex Heinricus Natalem Domini Mogontiæ celebrat, & paulo poſt, Franckenfurt Conventu Procerum habito, Sigefridum, Palatinum Comitem, apud Wirceburgenſem Epiſcopum cuſtodiæ deputavit, eò, quod, prodente Heinrico, prius Duce Lotharingiæ, jam in gratiam Regis recepto, in necem & Regnum ejus inſurgere conſiliatus ſit,* &c. Hæc *Conradus Urſpergenſis*, h. a., p. 193. Conf. *Annal. Hildesheim.* Ill. Dn. *Leibnitii*, ad ann. 1108, p. 737; *Nauclerus*, l. c., ad h. a., pag. 807. *Mutius*, lib. XVI Chron., pag. 130, ad an. 1109, addit: *Francofurdiæ conveniunt Principes, & Imperator, deliberantque de bello ſuſcipiendo contra Polonos, qui tributum Imperatori debitum dare recuſabant, Regemque ſibi elegerant, ipſique coronam impoſuerant, qui tum Imperatoris erat ſummus contemptus*, &c.

An. 1110, *In Epiphania Domini, Ratiſponæ, Heinricus Colloquium cum Principibus faciens, animi ſui propoſitum aperuit, ſcilicet, quod tranſalpinis partibus ſe exhibere vellet, quatenus & benedictionem Imperialem à ſummo Pontifice, Romana, quæ caput Mundi eſt, in urbe perciperet, & latas Italiæ Provincias in ſocietatem Regni Germanici, fraterna pace, & juſtitiis ac legibus antiquis, commoveret; inſuper ad omnia, quæ defenſio poſceret eccleſiaſtica, ad nutum Patris Apoſtolici, ſe promptum demonſtraret,* &c. Ita *Conradus Urſpergenſis*, h. a., pag. 194. Conf. *Albertus Stadenſ.*, h. a.; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronogr.*, Generat. 38, p. m. 812; *Sigonius*, lib. X, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 400.

An. 1111, *Imperator Heinricus, menſe Auguſto, quam plurimos Epiſcopos, atque Abbates, nonnullos etiam Princi-*

pis **Spiram** *vocat, quorum aſſenſu, & cooperatione Patris ſui Anniverſarium permagnificè celebrat. Nam toto quinquennio ſuſpenſa communio ſepulturæ, & orationum. ---- Habita poſthæc* **Mogontiæ Curia**, *Adelbertum, Cancellarium ſuum, dudum ad eandem Cathedram electum, baculo, & annulo veſtivit*, &c. Ita *Conradus Urſpergenſ.*, h.a., pag. 195; Conf. *Nauclerus*, l.c., ad h.a., p. 814; *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, ad an. 1106, §. 24, pag. 49; *Lehmannus*, *Chron. Spirenſ.* lib. V, Cap. 43, pag. 485, &c.

An. 1112, *Imperator Natalem Domini* **Goslariæ** *celebrat; diſſenſio Liutgeri, & Marchionis Rudolfi cum Imperatore. Unde* **Principum ſententia utrique damnantur.** *Ducatus Ottoni de Ballenſtad committitur, Marchia Elperico*, &c. Hæc *Annales Hildesheimenſes*, h.a., apud Dn. de *Leibnitz*, *de Scriptoribus Brunſuicenſ.*, p. 738.

An. 1114, *Heinricus Imperator, cum magna Optimatum ſuorum, & totius Regni gloria, Natalem Domini celebrat* **Moguntiæ**, *ibique uxorem ducit Matildam, filiam Regis Anglorum*, &c. Hæc *Robertus de Monte*, *in appendice* ad *Sigebertum Gemblacenſem*, ad h.a., ſeu rectius, *Anſelmus*, *Abbas Gemblacenſis*, *Sigeberti Chronici* continuationis verus Auctor, ad annum usque 1136, quo, *Alberico*, *Monacho trium fontium*, h.a, pag. 276, teſte, ad plures abiit; hinc & prædicta verba *Albericus*, ad ann. 1114, *Anſelmo* vindicat, quamvis cum *Dodechino*, *in Appendice ad Marianum Scotum*, h.a., hoc modo diſtinguenda: *Imperator Nativitatem Domini Babembergæ celebravit, &, poſt Epiphaniam, apud Moguntiam, nuptias fecit*, &c. Quæ collaudat *Conradus Urſpergenſis*, h.a., pag. 196, verbis: *Imperator Natalem Domini Babenberg, cum ſumma magnificentia, copioſaque Principum multitudine, celebrat* ---- *Hinc indicto* **Conventu Mogontiæ**, *nuptias, poſt Epiphaniam Domini, auguſtiſſime inſtituit, ubi etiam vix aliquos, aut certè nullum de Magnatibus abeſſe voluit*, **quorum conſilio, vel conſenſu**, *Regis Angliæ filiam, Mathildem nomine, dudum deſponſatam, legitime ſibi conjungens, Regni conſortem conſtituit, &c.* Apud *Ottonem Friſing.*, lib. VII *Chronic.*, Cap. XV, pag. 147, hæc leguntur: Imperator, *Moguntiæ, Regio apparatu conjuncta ſibi filia Henrici, Regis Anglorum, Mathilda, magnifice nuptias celebravit.* ----- *Verum* **in hac Curia**, *quia pene omnes* **Principes Regni confluxerant**, *conſpirationes fiunt: ac exhinc non ſolum occulta conſilia, ſed & publica, contra Eum, machinamenta diſponuntur. Hinc iterum miſerum Imperium, quod per paucos vix quieverat annos, ſcinditur, &c.* Conf. Idem, lib. I, *de Geſtis Friderici I*, Cap. XII, pag. 414; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chronic.*, p. 506; *Albertus Stadenſ.*, ad h.a.; *Chronographus Saxo*, ad an. 1115, quo re vera nuptiæ celebratæ, ſcil. poſt feſtum Epiphaniorum, ſeu trium Regum, Natalem Domini anni 1114 proximè ſequens; *Albericus*, ad ann. 1110, & 1114; Chronicon *Leodienſe*, ad an. 1114, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, pag. 359; *Gaufredus Voſienſis*, in Chronico, Cap. 43, & 44, apud *Labbeum*, l.c., Tom. 2, p. 302, & Cap. 54, p. 308, & Cap. 66, pag. 317; *Annales Hildeſienſes*, ad ann. 1114, apud Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, p. 738.

An. 1115, **Conventus** *poſthæc Imperator, amicorum conſiliis, imò totius Regni compulſus querimoniis*, **generalem in Kal. Nov. Curiam Moguntiæ fieri inſtituit**, *ubi liberam omnibus audientiam, de ſibi ſubjectis ſatisfactionem, de ſuis extraordinarie, vel juveniliter geſtis correctionem, ad Senatus conſultum, repromiſit, &c.* Ita *Conradus Urſperg.* h.a., pag. 197.

An. 1117, **Conventus** *Regis, & totius Regni Principum fit apud Villam* **Erſtein**, *ſuper ripam fluminis Mogoni, &c.* Hæc *Additionator Lamberti Schafnab.*, h.a.

An. 1119, *Imperator, his auditis*, (ſe in Synodis Colonienſi, & Fritzlarienſi excommunicatum) *inſuper etiam, quod* **Principum Conſenſus generale, vel curiale Colloquium, non multo poſt, apud Wirziburg** *inſtituere propoſuiſſet, ubi Ipſe aut præſens ad audientiam exhiberi, aut abſens Regno deponi debuerit, efferatus animo, Italiæ ſuis copiis, cum Regina, relictis, Germanicis ſe Regionibus nimis inſperatus exhibuit, &c.* Hæc *Conradus Urſperg.*, h.a., pag. 200, interjectis paucis, addens: *Henricus, totius Regni Sacerdotum, atque Procerum nunciis compulſus*, **generalem fieri, apud Triburium, Conventum aſſenſit, ubi de omnibus, quæ ſibimet imponerentur, juxta Senatus conſultum, ſe ſatisfacturum ſpopondit.** *Quo ſcil. Conventu, Rhenenis in partibus habito, tam adverſariorum, quam amicorum Imperator concorditer uſus conſilio, unicuique, per totum Regnum, ſuis rebus ſpoliato, propria concedi præcepit, cunctaque Regum antiquorum fiſcalia ſuam in ditionem interum recepit, paxque, per univerſas Provincias, ab omnibus haberi collaudatur, &c.* Conf. Annal. *Hildeſienſ.*, h.a., apud Dn. *Leibnitium*, l.c., pag. 739; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 38, an. 1119, pag. 819; *Sigonius*, lib. 10 de *Regn. Ital.*, an. eod., p. 416.

An. eod. Imperatoris & Principum **Conventus** *juxta Moguntinum, in feſtivitate Petri & Pauli, habitus.* Hæc *Dodechinus*, Append. ad *Marianum Scotum*, h.a.

An. 1120, **Colloquium** *ab univerſis Regni Teutonici Principibus, ſub diſſenſione Regni, habendum* **Fuldæ**, *condicitur, &c.* Ita in *Additionibus ad Lambertum Schafnab.*, h.a. Conf. *Chron. Bigaugienſe*, h.a., apud *Maderum*, in *appendice Chronici Montis Sereni*, p.m. 255.

An. eod. Menſe Octobris Henricus Imperator **Quintiliburg** *venit, & huc optimates Regni, Legati etiam Apoſtolicæ Sedis, tractaturi de controverſia, quæ erat inter Imperatorem*

torem

Digitized by Google

torem, & Regnum, ſeu etiam contra Dominum Papam. Cum autem diſceptatur de ſtatu Regni, & de Inveſtituris Eccleſiarum, & hæreditate Sicfridi Comitis Palatini, & de aliis negotiis, partim favendo Regi, partim differendo cauſam, usque ad præſentiam Apoſtolici, diſſimulato fœdere, incertiores redeunt, quam venerant, &c. Hæc, ex Anſelmo Gemblacenſi, Albericus, Monachus trium fontium, h. a., pag. 240.

An. 1121, Optimates Regni, convenientes, cum Epiſcopis, Henricum Imperatorem, Deo ſibi propitio, id egerunt, ſaluberrimo conſultu, ut, inter Ipſum & Apoſtolicum, controverſia de Inveſtituris Eccleſiarum tandem finiret, &c. Ita Albericus, h. a., ex eodem Anſelmo, conf. Robertus de Monte, ad ann. 1123; Apud Conradum Urſpergenſem, h. a., pag. 202, hæc extant: Denominati ſunt, ex utraque parte, duodecim Primates, quorum corda timor Dei poſſidens, inveteratam diſcordiam inter Regnum, & Sacerdotium ſedare, nemine reſiſtente, ſufficeret. Ad hæc determinanda, collaudantur Conventus totius Regni Principum Curia Wirciburg, tempus feſtum S. Michaëlis, &, unoquoque propria manu in alterius manum hujusmodi pactum, quaſi ſub ſacramento, firmante, cum pace & gaudio diſceſſum eſt. Evolutis poſt hæc tribus fere menſibus, Heinricus Imperator venit, cum ingenti Comitatu, in Civitatem Wirciburg, juxta condictum; Saxonum vero Principes, una cum Mogontino Præſule, cæterisque, caſtra metati ſunt juxta rivum, qui Werna dicitur, unius diei iter habentes à Rege interſtitium. Ibi ſecuritate per internuncios utrobique compoſita, poſt triduum, loco prænominato, Regem conveniunt. A quo pacifice extra muros, propter nimiam utriusque populi multitudinem, recepti, exinde, per continuam ſeptimanam, uni ſe quotidie Curiæ colligunt, ibique ſemper ſuper præſenti ſchiſma, Regni videlicet, & Sacerdotii, ſolerter tractare non ceſſaverunt ----- quia multa, quæ tunc ibi magnanimiter diſpoſita ſunt, enarrare longiſſimum eſt, ea tantum, quæ etiam cauſa maxima ejusdem Conventus fuerunt, huc annotare ſufficiat, atque Pacem firmiſſimam, & ab omnibus univerſalem, ſub vitæ periculo, legaliter inſtitutam, Regalia, vel Fiſcalia Regno, Eccleſiaſtica Eccleſiis, prædia deprædatis, hæreditates hæredibus, omnique perſonæ vel conditioni propriam adjudicatam eſſe Juſtitiam. Adhæc prædones furesque Edictis Imperialibus perſequendos, ſive Legibus antiquitus conſtitutis coërcendos, unanimi conjuratione confirmatum eſt; &, quicquid ſcandali, quicquid perturbationis, usquequaque per Regna Germaniæ, inimici ſeminario, ſuccreverat, omnimodis eradicari, decretum eſt. De verbo autem Excommunicationis, unde ſcandala pene cuncta pullulaverant, nihil eſt diffinitum, tamen ad Apoſtolici Regiminis audientiam concorditer, in timore divino, dilatum, denominatis in præſenti Legatis, qui Romam hæc omnia deferrent, quatenus, indicto per autoritatem Apoſtolicam generali Concilio, quæcunque humanis non poſſent, Spiritus S. judicio terminarentur. His ita reverenter, pro honeſtate ſimul, & utilitate Regni, diſpoſitis, deſtinati ſunt in præſenti Dn. Otto, Præſul Babenbergenſis, Dux Heinricus, Comes Beringenſis, qui omnia Noricis Principibus, qui, tunc forte aliis occupati Reipublicæ cauſis, prædicto Conventui deerant, apud Ratisponam Kal. Nov. convocatis intimarent, quos & ad omnia hæc voluntarios inveniebant, atque confirmabant, &c. Conf. Annales Hildesheimenſ. Ill. Dn. Leibnitii, h. a., pag. 739; Nauclerus, Vol. 2 Chronogr., Generat. 38, h. a., pag. 819; Sigonius, lib. 10, de Regn. Ital., an. 1121, pag. 419; Baronius, Tom. XII Annal., an. eod., §. 7, p 146.

An. 1122, Colloquium Curiale per Provincias indictum eſt, cui locus Wirciburg, tempus feſtum S. Petri præfinitum eſt. Quo propinquante, appropinquare cœperunt condictæ Civitati, non ſine damno totius Orientalis Franciæ, diverſarum Provinciarum Principes. Sed ubi nunciis veracibus Dominum Imperatorem illo minimè venturum, utpote circa Rhenum aliis irretitum negociis, didicerant, unusquisque in ſua redire diſponebant, &c. Idem Conradus Urſpergenſis, h. a., p. 203. Conf. Baronius, l. c., ad h. a., §. 9, & 10, p. 148, &c.

An. eod. Facto univerſali Conventu apud urbem Vangionum, quæ nunc Wormatia dicitur, ſicut longum, ita & incredibile memoratu eſt, quam prudenti, quam inſtanti, quamque per omnia ſollicito cunctorum Procerum conſilio, pro pace & concordia, per unam, vel amplius, hebdomadam, certatum ſit, donec Ipſe, in cujus manu cor Regis eſt, omnem animoſitatem Auguſti, ſub Apoſtolicæ reverentiæ obedientiam, cauſa Matris Eccleſiæ, etiam ultra ſpem plurimorum, inflexit. Mox tamen ab Apoſtolicæ ſedis Apocriſiariis in communionem receptus tam Ipſe Imperator, quam univerſus ſibi ſubjectus Exercitus, imò generali abſolutione cunctis hoc ſchismate pollutis, per autoritatem Apoſtolicam, facta, qualiter Eccleſiaſticas Inveſtituras, cæteraque ſpiritalia negotia, quæ tanto tempore Reges Teutonici adminiſtraverant, quæque Ipſe, ne Regni diminueretur honor, nunquam, vita comite, ſe dimiſſurum propoſuerat, humiliatus pro Chriſto, coram multitudine maxima, abnegaverit, & in manus Domini Epiſcopi Oſtienſis, ac per ipſum Dn. Noſtro Jeſu Chriſto, ſuaque in perpetuum jus Eccleſiæ dimiſerit, &c. Hæc Conradus Urſperg., l. c., pag. 204; Conf. omnes, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 95, nominatos teſtes, quibus addantur Annal. Hildeshemenſes, h. a., apud Dn. Leibnitium, de Scriptoribus Rerum Brunſuic., p. 740; Chronicon Bigaugienſe, h. a., apud Maderum, in fine Chronici Montis Sereni, pag. 256; Robertus de Monte, ad an. 1123; Gobelinus Perſona, ætat. 6 Coſmodrom., Cap. 58, pag. 267; Baronius, Tom. XII Annal., h. a., §. XI, & ſeqq., pag. 149, &c.; Joachimus Vadianus, de Monaſteriis Germaniæ, lib. I, apud Goldaſtum, Tom. 3 Rerum Alemannic. § p. 18; Bodinus de Republica, lib. I, Cap. 9, §. 137, pag. m. 215.

An. 1124, Circa mediam Quadrageſimam Colloquium Wormatiæ, cum quibusdam Optimatibus, habebat:

cæteris vero, qui aderant, i. e. Saxonibus, Bajoariis, atque Boemis, ad Curiam venire Babenberg. *Non. Maji, indicebat, maximè propter Lotharii Ducis inſolentiam, qui nova quædam moliri notabatur, contra Rempublicam, ob ſorori ſuæ præſcriptæ illatam, ab imperatore, injuriam; factus eſt itaque Conventus, idem non modicus: nam ſingularum Provinciarum Duces aderant, præter Lotharium, paucosque ſibi conſentientes Saxoniæ Principes, &c.* Hæc *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 205.

An. 1125. *Heinricus Imperator Natalem Domini apud* Argentinam *Civitatem, quæ &* Straßburg *dicitur, celebravit, frequentantibus ibi* Curiam *Principibus Alſatiæ, Lotharingiæ, cæterarumque transrhenanarum partium Optimatibus, &c.* Idem *Conradus Urſperg.*, h. a., p. 206.

An. eod. defuncto absque hærede Henrico V, Principes Moguntiæ *conveniunt, ibique habito de ſucceſſore conſilio, quatuor Regni Optimates, Lotharius, Dux Saxonum, Fridericus, Dux Suevorum, Leopoldus, Marchio Orientalis, Carolus, Comes Flandriæ, ad Regnum deſignantur. Tandem Lotharius, natione Saxo, Patre Gebehardo, Voto omnium, renitens valde ac reclamans, ad Regnum tractus, ſub præſentia Sedis Apoſtolicæ Legati, nonageſimus tertius ab Auguſto regnavit.* Hæc *Otto Friſingenſ.*, lib. VII *Chronic.*, Cap. XVII, p. 148; Idem, lib. I. de *Geſtis Friderici I*, Cap. 15, p. 415, memor obitus Cæſaris, ſcribit: *Imperatrix Mathildis, Henrici, Regis Anglorum, filia, Regalia in poteſtate ſua habebat, quam prædictus Albertus, Moguntinæ Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, ad ſe vocavit, falſisque promiſſionibus, ad ſibi tradenda Regalia, induxit, &c.* Cap. 16, l. c., pergit: *Igitur Albertus (nam id juris, dum Regnum vacat, Moguntini Archi-Epiſcopi ab antiquioribus eſſe traditur) Principes Regni in ipſa Civitate Moguntina, tempore autumnali, convocat, malorumque à Duce Friderico ſibi illatorum haud immemor, eum prædictus Dux ad Regnum à multis expoſceretur, ipſe Lotharium, Ducem Saxonum, Virum tamen ex probitatis induſtria omni honore dignum, plus familiari rei, quantum in ipſo erat, quam communi commodo conſulens, in Regem, à cunctis, qui aderant, Principibus eligi perſuaſit. Quæ res laudabiliter facta, graviſſimæ tamen ſciſſuræ ſeminarium denuo fuit, &c.* Audi *Welbertum*, (modò unquam talis vixerit) *Conradi III.* Capellanum, apud *Gewoldum*, de *Septemviratu*, Cap. VI, *Mauritium*, Diſſ. de *Origine Electorum*, c. 10; *Thulemarium*, Cap. VII *Octovirat.*, §. 54. p. m. 106: *Mortuo Henrico Rege, valde multi Principes, ex toto Regno, congregati ſunt in Moguntinenſi urbe, ubi de Electione novi Regis magnus erat tractatus. Initio in magna Curia collecti erant omnes, qui ibi fuerunt, ſeculares, ac ſpirituales Principes, quorum plerique nude, & ſimpliciter* nominabant, *quem optabant per alios eligi, & tamen ipſi non eligebant,* quia non habebant voces ſuffragiorum realium. *Cum igitur nominaverunt Lutherarium, dixerunt: huic promti ſumus obedire; ſi vos Eum inthronizabitis in Regnum, veſtris annuentibus votis, ac beneplacito, nulla diſcordia erit.* Pauci autem ſpirituales, & temporales Primates, examinantes perſonam Lutherarii, & bellicoſa facta, & merita erga Chriſti ſervos, & univerſam Eccleſiam, Eum votive elegerunt, *cum Eum magnopere commendaſſet Albertus, Epiſcopus Moguntinus, qui Magnates Suevorum capitali odio perſequebatur. Alii Principes, qui nulla dabant ſuffragia, libenter Eum amplexati ſunt ſuo favore, & habuerunt pro Rege, &c.*; Nec non *Golſcherum*, monachum *S. Matthiæ* Trevirenſ., in *Geſtis Treverorum*, Cap. 76, pag. 122: *Heinrico Imperatore, hujus nominis V Rege, ſine prole defuncto, Proceres Francorum, apud Mogontiam, Lotharium, Ducem Saxonum, in Regnum elevaverunt, eorumque decretum Romani laudaverunt, cum, ecce, Fridericus Dux Alamannorum, ejusdem Heinrici Imperatoris ex ſorore nepos, facta conſpiratione, cum quibusdam juſtitiæ inimicis, fratrem ſuum, Cunradum, Regno ſubſtituit, magnamque belli materiam, & contentionis fomitem, hac de re, ſuſcitavit. Quod ubi Honorius Papa comperit, Cunradum, omnesque ſibi faventes excommunicationis vinculo colligavit, &c.*; & Literas ipſius Moguntini, aliorumque Principum, ad *Ottonem*, Babenbergenſem Epiſcopum, quibus ad Comitia Moguntinenſia eum invitarunt, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, §. 28, pag. 485, & *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imp.*, pag. 259. *Helmoldus*, lib. I *Chron. Slavor.*, Cap. 41, pag. 107: ait: *Obiit, apud Trajectum, Henricus Cæſar, & ſucceſſit in ſolium Regni Luderus, Saxonum Dux. Indignati autem Francigenæ, Virum Saxonem elevatum in Regnum, conati ſunt alium ſuſcitare Regem, Conradum videlicet, conſobrinum Heinrici Cæſaris; prævaluit autem pars, quæ fuit cum Ludero, abiensque Romam promotus eſt ad apicem Imperii, per manus Innocentii Papæ, &c.* Conf. *Gotfridus Viterbienſis*, part. XVII *Chronic.*, pag. 509; Auctor Libri de *Fundatione Monaſterii Gozecenſis*, part. 2, ad an. 1126, apud *Maderum*, pag. 234; *Dodechinus*, *Append. ad Marianum Scotum*, ad an. 1125; *Chron. Leodicenſe*, apud *Labbeum*, Tom. I, pag. 339, An. 1125; *Conradus Urſpergenſ.*, ad an. 1126, pag. 209; Chronicon *Ducum Brunſuic.*, apud *Maderum*, de *Antiquitat. Brunſuic.*, pag. 13; *Chronicon montis Sereni*, An. 1125, pag. 3; *Robertus de Monte*, in Append. ad *Sigebertum Gemblac.*, ad an. 1126; *Annales Hildeshemenſes*, ad an. 1125, apud Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 740; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 286; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad eundem annum, pag. 250; *Albertus Stadenſ.*, ad an. 1126; *Chronicon Bigaugienſe*, ad an. 1125, apud *Maderum*, in fine *Chronici Montis Sereni*, pag. 257: *Additionator Lamberti Schafnaburg.*, ad an. 1125; *Engelhuſius*, in *Chronico*, apud *Maderum* pag. 220; *Levoldus de Northof*, *Chron. Marcarum*, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. Germ.*, pag. 383; *Gobelinus Perſona*, ætat. VI Coſmodromii, Cap. 59, apud *Meibomium*, l. c., pag. 268; *Nauclerus*, Vol.

2 *Chro-*

2 Chronograph., Generat. 38, pag. 822, & 823; Magnum Chronicon Belgicum, apud Piſtorium, p. m. 155; Onuphrius Panvinius, de Comitiis Imperatoriis, Cap. VI, pag. 98; Schiphower, Chron. Oldenburg., apud Meibom., l. c., Tom 2, pag. 140; Chron. Magdeburg., ibid., pag. 326; Mutius, lib. XVII Chronicor., pag. 134, &c.; Sigonius, lib. XI, de Regno Italiæ, pag. 424, & 425; Baronius, Tom. XII Annal., ad an. 1125, §. 13, pag. 163, &c.; Lehman., Chronic. Spirenſ., lib. V, Cap. 45, p. 487.

An. 1130, Generalis Curia Quedelinburg, in Pentecoſte, celebratur. Hic Hermannus de Winziburg, Provincialis, honoribus, dignitatibus, Principum judicio, abdicatur. Winziburg obſidetur, capitur, incenditur, funditus ſubvertitur. Cauſa fuiſſe dicitur, quia Burchardum de Luckem, Regis quidem Conſiliarium, hominem vero ſuum, pro cujusdam Caſtri exſtructione, fraude circumvenerit, &, fide violata, occiderit. Cujus Principatu Comes Ludowicus ſublimatur, quippe qui Regi, ut fidelis, ut prudens, cariſſimus habebatur; Sed & Reginæ propinquus fuiſſe narratur, &c. Hæc, ex parte ſecunda Libelli de Fundatione Monaſterii Gozecenſis, ad h. a., apud Maderum p. 235; Conf. Chronographus Saxo, h. a., pag. 288; Dodechinus, Append. ad Marianum Scotum, h. a.; Auctor Appendicis ad Martinum Polonum, h. a.; Annales Hildeſienſes, ad ann. 1130, & 1131, apud Dn. de Leibnitz, de Scriptorib. Rerum Brunſuic., pag. 740; Engelhuſius, in Chronico, apud Maderum, pag. 223; Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ, Cap. 18, apud Piſtorium, pag. 916; Dillichius, Chronic. Haſſiæ, part. 2, c. 132; Spangenberg. Adelſpiegel, lib. X, Cap. 18, pag. 308; Chytræi Saxon., p. 168; Dn. Paullini Annal. Iſenacenſ., §. 24, pag. 18; Eckſtormius, Annal. Walckenred., p. m. 59.

An. eod. Rex Natalem Domini, cum multa frequentia Principum, circa Urbem Spiræ, in tentoriis celebrat, &c. Annal. Hildeſienſes, l. c.

An. 1131, Rex Nativitatem Domini Gandersheim tranſegit. Gerhardus Cardinalis, cum Legatione Apoſtolica, ſupervenit, nuncians, Dominum Papam (Innocentium 2,) Colloquium Ipſius ſuper omnia deſiderare. ---- Rex autem Lotharius Leodium, cum Principibus totius Regni, Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Palatinis, Comitibus, & etiam cæteris Nobilibus, ad Curiam condictam venit. Advenientem ibi Papam Rex magnifice ſuſcepit. Dominus Papa Regem, ad comprimendam tyrannidem Petri Leonis, Apoſtolicæ ſedis invaſoris, Romam invitabat, plenitudinem Imperii, in eadem Romana civitate, ſicut decebat, offerens, &c. Hæc Dodechinus, l. c., ad h. a., pag. 471; Conf. Otto Friſing., lib. VII Chron., Cap. 18, pag. 149; Gotfridus Viterbienſ., part. XVII Chronic., pag. 509; Chronographus Saxo, ad an. 1131. pag. 288; Albericus, Monachus trium fontium, h. a., pag. 269; Albertus Stadenſis, h. a.; Sigonius, lib. XI, de Regno Italiæ, an. 1132, pag. 432; Baronius, lib. XII Annal., ad an. 1131, §. IX, pag. 214. Quid de Inveſtitura Eccleſiaſtica ibi actum fuerit, ex Ottone Friſingenſi, l. c., petendum eſt, cujus hæc ſunt verba: Apud Leodium, Belgicæ Urbem, Synodum Epiſcoporum convocans, (Papa) Regem Lotharium, ad defenſionem S. Romanæ Eccleſiæ, invitavit. Qui nil cunctatus, expoſito tamen prius modeſte, in quantum Regnum, amore Eccleſiarum attenuatum, Inveſtituram earum quanto ſibi diſpendio remiſerit, auxilium Romanæ Eccleſiæ promittit, &c.: Quæ Albericus l. c. repetit. Petrus Diaconus, in Chronico Caſſinenſi, lib. IV, Cap. 99. hæc habet: Innocentius igitur Germaniam ingreſſus, a Lothario Rege, juxta Leodium, excipitur, Virgam Ei, & anulum, antiquo ex more, confirmans, & Terram Comitiſſæ Mathildæ condonans, &c. Quorum intuitu, Baronio, l. c., §. X, mendaciſſimus vocatur, utpote cui magis arrident, quæ Bernhardus, Abbas Bonævallis, in vita S. Bernhardi Claræ-vallenſis, lib. 2, Cap. 1, apud Surium, 20. Aug., pag. 211, & 212, hanc in rem profert: Leodium Dominus Papa Romanorum Regi occurrit, & honorifice quidem ſuſceptus eſt, ſed velociter obnubilata eſt illa Serenitas, ſiquidem importune idem Rex inſtitit, tempus ſe habere reputans opportunum, Epiſcoporum ſibi reſtitui Inveſtituras, quas ab Ejus Prædeceſſore, Imperatore Henrico, per maximos quidem labores, & pericula multa, Romana Eccleſia vendicarat. Ad quod verbum expavere, & expalluere Romani, gravius ſe apud Leodium arbitrati periculum offendiſſe, quam declinaverant Romæ. Nec conſilium ſuppetebat, donec murum ſe oppoſuit Abbas Sanctus. Audacter enim reſiſtens Regi, verbum malignum, mira libertate, redarguit, mira auctoritate compeſcuit, &c. Apud Conradum Urſpergenſem, pag. 212, hæc ita traduntur: Papa adiit Imperatorem Lotharium, apud Leodium, petens ab Ipſo favorem, & auxilium, contra prædictum Petrum, & ſuos fautores. Sane Imperator uſus conſilio ſuper hujusmodi reſponſo, cœpit à Papa repetere Inveſtituras Epiſcoporum, quas multo tempore Imperatores ante ſe habuerunt. Ideoque Apoſtolicus non modicum eſt turbatus, & de adventu ſuo eſt contriſtatus, de reditu quoque anxius affectus: nam petitionem Principis exaudire non poterat ſuper tali articulo, pro quo Eccleſia tot mala ſuſtinuerat. Interveniente tamen conſilio, & orationibus B. Bernhardi, ſecurus receſſit ab Imperatore, &c. Jungatur Sigonius, l. c. ſcribens: Innocentius Leodium prodiit, atque eodem quoque Lotharius, cum omnibus, ſacris & profanis, Regni ſui Proceribus, & univerſa Germaniæ Nobilitate, occurrit. Ibi Innocentius, a Rege cæterisque eximie cultus, Conventum celeberrimum habuit, in quo ſacras adverſus Anacletum deteſtationes redintegravit, ac Lotharium, ad ſe, Eccleſiamque tuendam, honeſto Othonis Magni, & poſterorum Ejus exemplo, hortatus eſt. Lotharius, ſe nullo

ei tempore defuturum, reſpondit, *ſi ipſe Sibi antiquum Jus conferendorum Sacerdotiorum, cui nuper Henricus renunciarat, concederet; nam Imperium plurimum, eo vectigali ſubtracto, adgravia, pro Eccleſia, ſuſtinenda Bella, detrimenti cepiſſe. Qua voce audita, graviter perculſi Cardinalium animi ſunt, ut qui, ſe triſtiorem in Germania ipſis Eccleſiæ rebus fortunam reperiſſe, viderent, quam Romæ reliquiſſent, ſi eo ſibi Jure cedendum eſſet, quod ipſi nuper, tanto ſudore ac ſanguine, vix tandem Eccleſiæ peperiſſent: tum Bernardus, qui ab Innocentii latere nunquam diſceſſit, petitionem Ejus iniquam, atque alienam eſſe, docere, neque ipſum petiiſſe, ſed extorſiſſe, tempore iniquioris fortunæ captato, judicaturos homines eſſe: oportere Eum, ut Genere, ſic ſtudio à Gibelinis differre, qui pravum exemplum, ut vendendorum Sacerdotiorum, ſic oppugnandæ Eccleſiæ induxiſſent; Eundem omnem diſſidii, inter Imperium, atque Eccleſiam, tollere occaſionem debere, ne diuturna concertandi conſuetudo Chriſtianorum in duas Factiones ſtudia diſtrahat: quod ſi quando eveniat, profecto, non ſine ingenti pernicie omnium, eventurum. Hæc ipſa non aliter, atque ſi ex Oraculo edita eſſent, facile prudentem, piumque Regem de ſententia deturbarunt: pollicitusque eſt, ſe Innocentium Romam cum Exercitu reducturum, atque, Anacleto exacto, incolumem in Laterano collocaturum, ſi ipſe ſibi Imperatorium diadema ſponderet. Quod cum Innocentius promiſiſſet, & rei perficiendæ conſilium ſatis, ut in præſentia, conſtitiſſet, Leodio abiit, &c.* Ex quibus colligo, animoſum Imperatorem ſeriò recuperare cogitaſſe, quorum jacturam Imperium, ſub *Henrico V*, paſſum; laudabiles autem Ejus conatus, quanta etiam *modeſtia* eos conceperit, interveniente Clarævallenſis oratione, caruiſſe effectu. Ut adeò nugæ ſint, quæ Hildebrandina bile ſuffuſus Bonævallenſis Abbas, de *importune petitis*, Cæſari affingit.

An. 1135, *Dominicâ ante mediam Quadrageſimam, ſcilicet XVI Kal. Aprilis, frequens Principum fere totius Regni Conventus fit apud Bavenberg, Imperatore præſente; Ibi, Dei gratia aſpirante, Fridericus, Dux Suevorum, comitantibus Principibus, in concordiam cum Imperatore ſociatur. In feſto Pentecoſtes: apud Magadeburgum, primum Principes Regni, coram Imperatore, firmiſſimam pacem domi foriſque, ad decem annos, juraverunt. In feſto S. Michaëlis, in loco, qui dicitur Mulenbuſem, Conradus, frater Friderici Ducis, Imperatori reconciliatur, &c.* Hæc *Annal. Hildesheim.*, h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 741; Conf. *Otto Friſingenſ.*, lib. VII *Chronicor.*, Cap. XIX, pag 149: *Imperator, ab Urbe rediens, Germaniam ingreditur, non multo poſt generalem Curiam Babenberg, circa mediam Quadrageſimam, celebrans, Conradum & Fridericum Duces, interventu Claravallenſis Abbatis, Bernardi, in gratiam recepit; ac ita, renovata pace, omnibusque in Gallia & Germania compoſitis, expeditionem rurſum in Italia edixit, &c. Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 292, tantùm *Friderici* meminit; *Albericus Monachus trium fontium*, h. a., pag. 273, verba *Ottonis Friſingenſis* repetit; Monachus *Weingartenſis*, *in Hiſtoria de Guelfis Principibus*, §. 12, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 788, &, poſt eum, *Nauclerus* Vol. 2 *Chronogr.*, Generat. 38, pag. 825, ſequuntur eundem; Auctor *Chronici Bigaugienſis*, *in fine Chronici Montis Sereni*, apud *Maderum*, pag. 258, cum præfato Auctore *Annalium Hildeſienſium*, Curiam *Babenbergicam*, in qua *Fridericus* gratiam Cæſaris obtinuit, à *Mülenbuſana*, in qua *Conradus* eidem ſe ſubmiſit, diſtinguendam arbitratur; cujus etiam ſententiæ eſt Auctor *Chronici Montis Sereni*, ad ann. 1134, & 1135, apud *Maderum*, pag. 13, & 14; *Trithemius*, in *Chronico Hirſaugienſi*, ad an. 1134, in genere ſcribit: *Lotharius Imperator Spiram obſedit, & longa inedia confectam tandem cepit, & Ducem Sueviæ, æmulum Regni, & Imperii, Conradum, in deditionem, & gratiam accepit, &c.* Addit *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, Cap. 47, pag. 492: *Haben Sie Sich* (Duces, Fridericus, & Conradus) *an den Kayſer gutwillig ergeben, demſelben die Stadt (Speyer) eingeraumbt, hernach, durch* Bernhardi, Abbatis Clarevallenſis, *Unterhandlung, aufm Reichstag zu Bamberg auf ſolche Maß, beym Kayſer, Ausſœhnung erlangt, daß Er beyde Hertzogen für ſeine beſte, und fürnehmſte Freunde, die Zeit ſeines Lebens, gehalten,* Cunrado *unter allen weltlichen Reichsfürſten, in gemeinen Verſamblungen, die oberſt* Seſſion *zugeeignet, und Ihme des Reichs-Paner befohlen, &c.*; quæ ſine dubio auctoritate nituntur *Gotfridi Viterbienſis*, cujus, part. XVII Chronic., p. 510, hoc eſt Diſtichon:

> *Regnat Lotharius, Conradus amicus habetur*
> *Summus, & Imperii Signifer ipſe fuit.*

An. eod. Imperator aſſumtionem S. Mariæ in Merſenburg celebrat, ubi Bolizlaus, Dux Poloniæ, & Othilricus, Dux Bohemiæ, cum cæteris Principibus, adfuerunt, ubi etiam Bolizlaus gladium Imperatori reportavit, &c. Hæc *Chronica Montis Sereni*, h. a., apud *Maderum*, pag. 14; In *Chronico Bigaugienſi*, h. a., ibidem, p. 258, legitur: *Imperator Curiam apud Mersborg habuit, ubi, ex præcepto, Dux Polonorum affuit, qui nunquam antea ad alicujus Imperatorum Curiam venire voluerat, nec precibus, nec minis. Affuit & Dux Boëmorum, Ulricus, ibi Polono Duci, per Lotarium, conciliatus. Advenerant &, à Græcia miſſi, Dux, & Epiſcopus, cum Legatis Ducis Venetiæ, conquerentes contra Ruggerum, Comitem Siciliæ, eo, quod Græcis abſtuliſſet Africam, paganis auxiliantibus; Venetiam ſpoliaſſet; de Imperio Romano totam Apuliam, & Calabriam ſubtraxiſſet. Affuerunt Regis Hungariæ Nuncii obedientes, &c.* Et hoc eſt, quod *Otto Friſingenſ.*, lib. VII *Chronicor.*, Cap. XIX, pag. 149, dicit: *Inde*

(fini-

(finita ſcil. Curia Bambergenſi) in Saxoniam divertens, Polonorum Ducem, cum multis muneribus, obvium habuit, quem tamen non ante dignatus eſt ſuo conſpectui præſentari, quam tributum duodecim annorum, hoc eſt, quingentas libras, ad ſingulos annos, perſolveret, & de Pomeranis, & Rugis homagium ſibi faceret, ſubjectionemque perpetuam ſacramento confirmaret. Regemque Daciæ, in ſignum ſubjectionis, ad decorem Imperialis reverentiæ, gladium ſibi, ſub corona, deferre fecit, ac ab Ungarorum Rege, terrore perculſo, multa, & magnifica munera ſuſcepit, &c. Repetit hæc Albericus, Monachus trium fontium, h. a., pag. 273, excepto, quod, loco quingentarum librarum, quinquaginta marchas ponat; nec non Nauclerus, Vol. 2 Chronographiæ, Generat. 38, p. 825, in fine.

An. 1136, Conventum in Roncaliis omnium Principum frequentiſſimum habuit; ibi, 7 Id. Nov., Indict. XV, legem tulit: Ne quis Beneficia, quæ à ſuis Senioribus habet, eorum diſtrahere injuſſu poſſet. Cujus hoc eſt proœmium: Cum apud Roncalias, ſecundum Antiquorum Imperatorum conſuetudinem, pro juſtitia, ac pace Regni componenda, conſederemus, &c. Ita Sigonius, lib. XI Regni Ital., h.a., p. 477; Conf. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 65.

An. 1138, Defuncto in Autumno ſine filiis Imperatore Lothario, Conventus generalis Principum Moguntiæ, in proxima Pentecoſte, indicitur. Quidam autem ex Principibus, timentes, ne forti, in generali Curia, Henricus, Dux Noricorum, qui tunc præcipui & nominis, & dignitatis in Regno fuit, per potentiam prævaleret, circa mediam Quadrageſimam, conſilio habito, in Oppido Galliæ, Confluentia, Conventum celebrant, ibique Conradum, Imperatoris Henrici ſororium, de quo ſupra diximus, præſente Theoduino, Epiſcopo, Cardinali, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Legato, Summi Pontificis, ac totius Romani Populi, Urbiumque Italiæ aſſenſum promittente, nonageſimum quartum ab Auguſto Regem creant. Qui mox ad Palatium Aquis veniens, à prædicto Cardinale, (nam Colonienſis, qui id facere jure debuerat, noviter intronizatus, Pallio carebat) cooperantibus Colonienſi, & Trevirenſi Archi Epiſcopis, cum cæteris Epiſcopis, in Regem ungitur, &c. At Saxones, & Dux Henricus, aliique, qui electioni non interfuerant, Regem non legitimè, ſed per ſurreptionem electum, calumniabantur: quibus omnibus, in proxima Pentecoſte, generalis Curia Babenberg indicitur, &c. Hæc Otto Friſingenſis, lib. VII Chronic., Cap. 22, pag. 151, & 152; conf. idem, lib. I. de Geſtis Friderici I, Cap. 22, p. 418. Imperatoris Capellanus, Gotfridus Viterbienſis, part. 17 Chronic., pag. 510, hæc ita deſcribit: Anno ab Incarnatione Domini 1139, Conradus ſupra memoratus nonageſimus tertius ab Auguſto, apud Confluentiam, inter Moguntiam, & Coloniam, in Regnum eligitur, præſente Deodevino, Portuenſi Epiſcopo, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſtatimque Aquiſgrani, in Sede Caroli à Principibus conſtitutus, ab eodem Legato eſt coronatus. Saxones tamen, & Dux Bavariæ, Henricus, tunc in Eum non conſenſerunt. Aſſerebant etiam, Eum non Regem legitimum, ſed per ſubreptionem creatum, &c. Add. Dodechinus, Append. ad Marianum Scotum, ad ann. 1138, pag. 472; Robertus de Monte, Append. ad Sigebertum Gemblacenſem, an. 1137; Chronographus Saxo, ad an. 1138, pag. 294, ubi: Primates Regni decreverunt generalem Conventum fieri Mogontiæ, in Pentecoſten, ut Communiter ibi Regno præficerent, quemcumque Deus ad hoc præordinaſſet. Interea quidam, ſequeſtrantes ſe ab aliis, mediante Thietwino, Cardinali Epiſcopo, in medio Quadrageſimæ, apud Confluentium Oppidum, Conradum, fratrem Friderici, Ducis Suevorum, privatim ſibi Regem elegerunt, unde deinceps non modica diſſenſio, & perturbatio exorta eſt, &c. Conſentiunt Albericus, Monachus trium fontium, An. 1138, p. 282, &c.; Conradus Urſpergenſis, an. 1139, p. 213; Monachus Weingartenſis, Hiſtoria de Guelfis Principibus, §. 13, apud Dn. Leibnitium, de Scriptoribus Rerum Brunſuic., p. 789; Additionator Lamberti Schafnab., An. 1138; Chronicon Montis Sereni, An. 1138, p. 16, Chronicon Bigaugienſe, h. a.; Gobelinus Perſona, ætat. VI Coſmodrom., Cap. 59, apud Meibomium, Tom. I Rer. German., p. 269; Levoldi à Northof Chronicon Marcanum, apud eundem, l. c., pag. 384; Nauclerus, Vol. 2 Chronograph., Generat. 38, an. 1138, pag. 826; Onuphrius Panvinius, Cap. VI, de Comitiis Imperatoriis, p. 100; Mutius, lib. XVII Chronic., ad h. a., pag. 137; Sigonius, lib. XI, de Regno Italiæ, an. 1138, p. 446; Baronius, Tom. XII Annal., ad an. 1139, §. 1, & 2, pag. 271; Lehman., lib. V Chron. Spirenſ., Cap. 49, p. 492.

An. eod. Omnibus, (reluctantibus electioni Conradi) in proxima Pentecoſte, Generalis Curia Babenberg indicitur, &c. Ita Otto Friſing., lib. VII Chronicor., Cap. 22, pag. 152; qui Cap. 23 pergit: Itaque Conradus Rex, in Pentecoſte, Curiam, in præfata Civitate, ut condictum erat, cum maximo Regni faſtigio, & maximo Conventu Principum, habuit; ubi omnes Saxones, ſimul cum vidua ta Imperatrice, Richinza, venientes, ultro ſe ſuæ ditioni ſubdidere. Solus ex Principibus Dux Henricus, Regalia ſervans, aberat, ad quæ reddenda, in feſtivitate Apoſtolorum, Petri, & Pauli, dies ei præfigitur Ratiſponæ. Quo veniens, Regalia quidem, multis illectus promiſſis, reddidit, ſed tamen ea minime conſecutus, infecto pacis negotio, ſine gratia Ejus receſſit, &c. Aſſentit Gotfridus Viterbienſis, l. c., pag. 511, ubi: Rex præfigit eis omnibus Curiam Generalem apud Babenberg: ad quam venientes, ſimul cum Imperatrice, vidua Lotharii, in gratiam & pacem Regis fuere omnes recepti, excepto

Digitized by Google

ſolo Duce Bavarorum, Henrico, qui cognominabatur Superbus, apud quem etiam Inſignia Regalia contumaciter adhuc detinebantur. Erat enim Gener defuncti Imperatoris Lotharii, & ex hoc tenens Regalia, ad Regnum, quantum poterat, aſpirabat. Coactus vero tandem Regalia, i. e. Crucem, & lanceam, & coronam, reddidit; gratiam autem Regis non impetravit, &c.; nec non *Dodechinus*, in *appendice* ad *Marianum Scotum*, h. a.; *Conradus Urſpergenſis*, ad an. 1139, pag. 213; *Albericus*, l. c., pag. 283; *Monachus Weingartenſis*, l.c.; *Nauclerus*, l.c.; *Sigonius*, l.c.

An. eod. Ad ea, quæ ulterius inter eos (Conradum Regem, & Henricum Ducem, redditis jam Regalibus, in Ratisbonenſi Curia) *tractanda erant, dies ei, in brevi poſt, Auguſtæ præſcribitur. Quo, ex condicto, aſſumptis fidelibus ſuis, & milite non modico, venit, ac ſuper Licum, ex oppoſito Civitatis, Rege Civitatem tenente, caſtra poſuit. Internuncii autem, ac Mediatores, ad hanc cauſam prænominati, per triduum, huc, ac illuc ſæpius transmeantes, nihil profecerunt: Rex enim non aliter compoſitionem fieri voluit, niſi Dux quædam de his, quæ à Lothario Imperatore ſuſceperat, reſignaret. Quod cum Dux renuiſſet, ac ſe potius dubiæ ſorti ſupponi elegiſſet, Colloquium, infecto pacis negotio, diſſolutum eſt. Rex ergo, metuens aliquid in ſe machinari, dum, peracta cœna, cubitum ſe ire ſimularet, adductis clam equitaturis, cum paucis Civitatem, nulli de Principibus valedicens, exivit, ac, militem ſuum reliquum in magno diſcrimine relinquens, Herbipolim pervenit: ubi, judicio quorundam Principum, Dux proſcribitur, ac, in proxima Nativitate Domini, in Palatio Goslarienſi, Ducatus Ei abjudicatur. Dux quoque, in ſubſequenti die, poſt egreſſum Regis de Auguſta, ſuis, prout poterat, bene diſpoſitis, non multis comitatus, in Saxoniam properat. At Rex Ducatum Saxoniæ Alberto Marchioni, conſobrino ejusdem Ducis, Noricum vero poſt, in Bavariam veniens, Luipoldo, filio Luipoldi Marchionis, fratri ſuo, ex parte Matris, tradidit, &c.* Hæc *Conradus Urſpergenſ.*, ad ann. 1139, pag. 213. Apud *Ottonem Friſingenſem*, lib. VII *Chronic.*, Cap. 23, pag. 152, de his legitur: *Cum multis modis homo præpotens, & animoſus*, (Dux Henricus) *ſed nutu Dei humiliatus miſericordiam peteret, nec impetraret; tandem, judicio quorundam Principum, apud Herbipolim proſcribitur, ac, proxima Nativitate Domini, in Palatio Goslarienſi, Ducatus ei abjudicatur. Et mirum dictu, Princeps ante potentiſſimus, & cujus auctoritas, ut ipſe gloriabatur, à mari usque ad mare, i. e. à Dania usque in Siciliam, extendebatur, in tantam in brevi humilitatem venit, ut, pene omnibus fidelibus, & amicis ſuis in Bajoaria ab ſe deficientibus, clam inde egreſſus, quatuor tantum comitatus ſociis, in Saxoniam veniret. - - - - - Conradus Rex, Bajoariam ingreſſus, Ducatum Leopaldo Juniori, Leopaldi Marchionis filio, fratri ſuo, ex parte Matris, tradidit, & ex hinc Provincia noſtra multis malis ſubjacere cœpit, &c.* Brevior eſt *Gotfridus Viterbienſis*, l. c.; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 1138, & 1139, repetit *Friſingenſis* verba; Monachus *Weingartenſis*, l. c., utitur formula *Urſpergenſis*; Add. *Nauclerus*, l. c., pag. 827, & 828; *Sigonius*, l. c., ad ann. 1139, p. 448; *Aventinus*, lib. 6 Annal.; *Conring.* de *Republica*, Exercit. VIII, de *Negotiis Conventuum Imperii*, *t.* 58, pag. 436, rectius 536.

An. 1139, *Rex Nativitatem Domini Goslariæ celebravit, &c.* Hæc *Dodechinus in Appendice ad Marianum Scotum*, h. a. Clarius loquitur *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 295: *Rex Natalem Domini Goslariæ celebrat, ubi & publicum Conventum habuit, ſed nihil ibi de Reipublicæ ſtabilitate tractatum eſt, ſicque, nonnullis dedignantibus, Curia defluxit, Illo ibidem, per integrum menſem, inutiliter degente*, &c. Sic & *Chronicon Montis Sereni*, ad h. a.: *Conradus Rex Natalem Domini Goslariæ celebrat, ubi & Publicum Conventum habuit, ſed nihil ibi de Republica utilitate tractatum eſt, &c.* E Contrario apud *Albertum Stadenſem*, h. a., legitur: *Conradus Rex Natalem Domini Goslariæ celebrat, & ibi, cum Principibus, de Concordia Regni, tractat, &c.* Conf. *Heineccii Antiquitates Goslarienſes*, lib. 2, h. a., p. 143.

An. 1141, *Rex Curiam apud Ratisbonam, in Pentecoſte, habuit, ubi nonnulli Principes Saxonum adfuerunt, &c.* Ita *Dodechinus*, l. c., ad h. a.

An. 1142, *Rex Paſcha Verzeberg celebravit, & inde, poſt Feſtum, tranſiens, Francenfort venit, in Dominica Miſericordia; & ibi Curiam habuit, ubi convenerunt omnes pene Principes Teutonici Regni, ubi & Saxones in gratiam Regis venerunt. Et filius Heinrici Ducis Ducatum Saxoniæ ſuſcepit, cujus Matrem Rex fratri ſuo, Henrico Marchioni, ibidem copulavit, ac Ducatum Boariæ tradidit, &c.* Hæc idem *Dodechinus*, h. a. Conf. *Sigonius*, lib. XI, de *Regno Italiæ*, ad h. a., pag. 450, & ſeq. Tit. XVI, Catal. Ducum Saxoniæ.

An. 1143, *Conradus Rex, in oppido Frenkefoert, cum multa frequentia Optimatum Regni ſui, Curiam habuit, &, quæ confirmanda erant, eorum conſilio, & judicio confirmavit, &, quæ corrigenda, correxit, &c.* Hæc *Albericus*, ad h. a., pag. 299.

An. 1146, *Conradus Rex Placitum habuit in Saxonia cum Principibus, &c.* Ita *Albertus Stadenſis*, h. a.

An. eod. Innumerabilibus in Occidentali Gallia ad tranſmarinam Expeditionem excitatis, Bernardus, prædicationis nomine, movendum Orientale Francorum Regnum aggredi diſponit. - - - - Audiens hoc Princeps, (Conradus) *Generalem Curiam, in Nativitate Domini, apud Spiram Civitatem celebrandam indixit. Quo veniens prædictus*

Digitized by Google

dictus Abbas, Principi, cum Friderico, fratris ſui filio, aliisque Principibus, & Viris Illuſtribus, Crucem accipere perſuaſit, &c. Hæc Otto Friſingenſ., lib. I, de Geſtis Friderici I, Cap. 39, p. 429; Conf. Sigonius, l. c., ad an. 1147, pag. 458, & 459; Baronius, Tom. XII Annal., ad an. 1146, §. 25, pag. 326; Lehman., Chron. Spirenſ. lib. V, Cap. 52, ad an. 1147, pag. 496. Add. ſeq. Tit. V, §. 11, Vita Conradi III Imp., v. 4; ad an. 1146.

An. 1147, Princeps (Conradus) Bajoariam ingreditur, ibique, menſe Februario, Generalem Curiam celebravit, ducens ſecum, vice Claravallenſis Abbatis, Eberaecenſem Abbatem, Adam, Virum Religioſum, & honeſte eruditum. Qui Miſſarum ſolemnia ex more celebrans, invocataque Sancti Spiritus gratia, ambonem aſcendit, ac lectis Apoſtolicæ Sedis, ac Claravallenſis Abbatis litteris, brevi exhortatione facta, penè omnibus, qui aderant, præfatam militiam profiteri perſuaſit, &c. Sunt verba Ottonis Friſing., lib. I, de Geſtis Friderici I, Cap. 40, pag. 429; Conf. Sigonius, l. c., pag. 459; Baronius, l. c., ad h. a., §. 2, pag. 329.

An. eod. Conradus, Romanorum Rex, Principes convocans in Oppido Orientalis Franciæ, Franconefurt, (quod Latine Vadum Francorum dici poteſt, eo quod Carolus, ad debellandos Saxones, cum Francis proficiſcens, vadum illò Mogi fluminis, qui Moguntiæ Rheno illabitur, inveniſſe dicitur) Generalem Curiam celebrat: ibique filio ſuo, Henrico, adhuc puero, per electionem Principum, Rege conſtituto, in Palatio Aquis, Eum, Dominica medianæ Quadrageſimæ, Regem inungi, ac coronari jubens, Regni participem legit. Ad prædictam Curiam Henricus, Henrici, Noricorum Ducis, filius, qui jam adoleverat, venit, Ducatum Noricum, quem Patri ſuo non juſte abjudicatum aſſerebat, jure hæreditario repoſcens. Quem Princeps, multa prudentia, & ingenio indultum, usque ad reditum ſuum, ſuſpendens, quiete expectare perſuaſit, &c. Hæc idem Otto, l. c., Cap. 43, pag 431; Conf. Sigonius, l. c.; Robertus de Monte autem, in Appendice ad Sigebertum Gemblacenſ., h a., perperam Conventum hunc in feſto Purificationis Mariæ celebratum exiſtimat, homines que, ad ſuſcipiendum iter Hieroſolymitanum, orationibus D. Bernhardi, ibi fuiſſe commotos, in quo & Albertus Stadenſis, ad h. a., errat, & Nauclerus, Vol. 2 Chronogr., Generat. 39, pag. 832. Non minus perperam, Henricum, anno demum 1149, Regem creatum, arbitratur Albericus, h. a., pag. 316, ſcribens: Conradus Rex receſſurus (ergò an. 1147.) Henricum, filium ſuum, Aquisgrani, in Regem ſublimat, ne, poſt diſceſſum ſuum, Regnum absque Principe remaneret, & aliqua rerum perturbatio fieret, &c. Contigiſſe ſanè electionem hanc an. 1147, vel ipſe docet, ad an. 1152, pag. 321, ubi: Mortuus eſt Conradus in reditu ſuæ peregrinationis, qui filium ſuum, Henricum nomine, Aquis, tum eſſet iturus Hieroſolymam, ſublimaverat, &c.; quod factum an. 1147. Meminit ejusdem Güntherus, in Ligurino, lib. I, p. m. 284.

An. eod., In feſto B. Georgii Martyris, Nurinberch habita Curia, coadunatis fidelibus, qui ſe vivificæ Crucis vexillo ſignaverant, una cum Ducibus, Welpone, & Friderico, aliisque quam plurimis, tam Epiſcopis, quam Comitibus, Jeroſolymam ire decreverunt, &c. Hæc Chronographus Saxo, h. a., pag. 298.

An. 1151, Conradus Rex Conventum habuit apud Wirceburg, & Dux Saxoniæ ibi non venit; nam Dux Ei oppoſitus erat, ideoque Ducatum voluit obtinere Sueviæ, &c. Ita Albertus Stadenſis, h. a.

An. 1152, Conradus, Dux de Zeringen, obiit, poſt quem, etiam Conradus, Rex, eodem anno defunctus eſt. In cujus locum Fridericus, Dux Suevorum, filius fratris ejus, Friderici, nonageſimus quintus ab Auguſto, Rex electus eſt, apud Franconefurt, unanimi Principum, totiusque Regni conſenſu, &c. Hæc Otto Friſingenſis, lib. VII Chronic., Cap. ult., p. 166; Qui lib. 2, de Geſtis Friderici I, Cap. I, pag. 447, ulterius ſcribit: Anno, ab Urbe condita, 1800, ab Incarnatione vero Domini, 1152, decedente ab hac luce, vernali tempore, i. e. ſexta Feria proxima, poſt caput jejunii, in Civitate Babenbergenſi, piiſſimo Rege, Conrado III, Nonas Martii, i. e. tertia feria poſt Oculi mei, in Oppido Franconefurt, de tam immenſa Tranſalpini Regni latitudine, univerſum, mirum dictu, Principum robur, non ſine quibusdam ex Italia Baronibus, tanquam in unum corpus coadunari potuit. Ubi, cum de eligendo Principe Primates conſultarent, (nam id Juris Romani Imperii apex, videlicet, non per ſanguinis propaginem deſcendere, ſed, per Principum electionem, Reges creare, ſibi tanquam ex ſingulari vendicat prærogativa,) tandem ab omnibus Fridericus, Suevorum Dux, Friderici Ducis filius, petitur, cunctorumque favore in Regem ſublimatur, &c. Sic & Gotfridus Viterbienſis, part. 17 Chronicor., pag. 514: Fridericus I, filius Friderici, Ducis Suevorum, fratris ſcil. Conradi Regis, natus ex clariſſima progenie Carolorum, poſt Conradum III, apud Francofordiam, communi voto, & conſenſu omnium Principum, electus eſt ad Imperium, nonageſimus quartus ab Octaviano Auguſto, &c. Audiamus Amandum, Secretarium hujus Principis, in Libro de Primis actu, à Friderico in Imperio peractis, apud Gewoldum, Cap. 6, de Septemviratu; Mauritium, differt. de Origine Electorum, ſ. 10; & Thulemarium, de Octoviratu, Cap. VII, §. 54, pag. 106; Anno 1152, multi Illuſtres Heroes ex Lombardia, Thuſcia, Januenſi, & aliis Italiæ Dominis, ac major, & potior pars Principum, in Tranſalpino Regno, convenerunt, in urbe Francofurtenſi; plurimo numero Principes convenientes differunt, per ſuos Internuncios, ad ſex, aut octo Principes Officiatos Regni, reſidentes in arcano loco Curiæ Regalis: Nos, & tota Patria teſtatur, nullum aptiorem eſſe Regno regendo, quam Fridericum de Waiblingen, & Stauffa, natum

ex generoſa proſapia, meritis, & virtutibus decoratum, ac illuſtrem. Quem, per Vos, Deus in Regnum ſublimare dignetur, cui parata erunt noſtra obſequia, usque ad mortem. In hunc ſi veſtris vocibus, o Officiati! conſentitis, firmum robur habebit ſui Imperii. Cum ex ſecreto Conclavi prodirent Officiati, indicantes, ipſos unanimiter Fridericum in Regem, ſervatis de Jure ſervandis, elegiſſe, cunctus omnium Ordinum applauſus eſt conſecutus, dicentes: Hæc electio tuta, ac firma conſiſtet, nam omnium noſtris munietur præſidiis, &c. Longiori carmine cuncta deſcribit *Güntherus Poëta*, in *Ligurino*, lib. I, apud *Reuberum*, p. 280, &c., ubi: - - - - - - - *orbaque Regni*

Teutoniei Sedes, Chunradi morte, vacabat.
Acturi ſacra de Succeſſore Coronæ,
Conveniunt Proceres, totius viſcera Regni,
Sede ſatis nota, rapido quæ proxima Mogo,
Clara ſitu, Populoque frequens, murisque decora eſt,
Sed rude nomen habet: nam Teutonus incola dixit
Franconeſurt, &c.; & pag. 281, & 282:
Sic poſtquam ſedere Duces, dubioque volutant
Pectore, cui tanti Regni tribuantur honores?
Saxones, & quorum Ripuaria nomine tellus,
Weſtphaliaque urbes, & Norica rura regentes,
Allobrogumque Duces coëunt, Cymbrique feroces,
Quos perfuſa ſuo pugnax Germania Rheno
Miſit, & à magno tellus ſignata Luthero,
Vindelici, Rhætique ruunt, quos Suevia nutrit,
Quosque Carentinus collimitat Auſtria Campis,
Quos Lycus, & tumidis Iſter prælabitur undis,
Quique ſuas Urbes huc direxere potentes,
Claraque Teutonici coierunt nomina Regni.
Nec minus ex Italis multos, & Gente Latina
Traxerat huc rerum miratrix fama novarum:
Concilium, Regemque novum, faciesque verendas
Aſpexiſſe Ducum, famoſaque nomina noſſe
Optabant, Populisque ſuis exacta referre.
Ergò, ubi, tanta, Patres, audire negocia, dignum
Inſedere locum, diverſo magna favore
Pondere librantes, nunc hos, nunc protinus illos
Inſpiciunt: verſantque diu moresque, Genusque,
Ingenium, famam, fortunæ ſimplicis uſum,
Eventum, ſuemque ſimul, quæ commoda Regni
Inde fluant, quæ damna ſui: Judexne ſeverus?
An facilis? pius? anne ferox? largitor honeſtus?
Anne rapax? pacem portendat, an arma minetur?
Omnia ſolicito curarum examine penſant.
Tandem quid peteret Regni fortuna, per unum
Dignata eſt aperire Virum, qui nomine clarus,
Dux, Comes, an Præſul? dubium, formaque verendus,
Conſilioque potens, & perſuadere peritus
Surgit, &, ut magnis vocem cum corpore rebus
Compoſuit, facunda Pater ſic ora reſolvens,
Omnia ſuaſibili permulſit pectora voce:
Francorum Proceres, &c.; & pag. 285,
Sic ubi melliflua, quisquis fuit ille diſertus,
Voce peroravit, concordi protinus omnes
Aſſenſere ſono: læto clamore cietur
Dux puer in Regem: Friderici Curia nomen
Tota canit: moresque probos, & fortia facta
Extollunt, dignum ſceptris, ultroque petendum,
Cogendumque, ferunt, &c.

Add. *Chronographus Saxo*, ad ann. 1153, p. 304; *Otto de S. Blaſio*, in Appendice ad *Ottonem Friſingenſem*, Cap. V, ad an. 1153; *Robertus de Monte*, ad an. 1152; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad eundem annum, pag. 321; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 215; *Helmoldus*, lib. I *Chron. Slavor.*, Cap. 72, §. 5, pag. 166, ad annum 1151; *Albertus Stadenſis*, an. 1152; Chronicon *Auguſtenſe*, part. 2, ad an. 1152, apud *Freherum*, pag. 358; *Trithemius*, *Chronic. Hirſaugienſ.*, ad eundem annum; *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 25; *Chronicon Bigaugienſe*, ad h. a., edit. *Maderi*, p. 261; *Æneas Sylvius*, *Hiſtor. Friderici III*, edit. *Schilteri*, pag. 19; *Dubravius*, *Hiſtor. Bohemica*, lib. XII, p. m. 94; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 39, ad an. 1153, pag. 837; *Sigonius*, lib. XII, de *Regno Italiæ*, ad an. 1152, p. 466; *Onuphrius Panvinius*, Cap. VI, de *Comitiis Imperatoriis*, pag. 103; *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, ad an. 1152, §. 3, pag. 369; *Mutius*, lib. XVIII *Chronicor.*, pag. 142, &c.; *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, Cap. 54, pag. 501.

An. eod. Erat illo tempore, in Regno Danorum, inter duos conſanguineos, Petrum videlicet, qui & Suevus, & Guvotonem, de Regno, gravis controverſia; quos Rex (Fridericus) *ad ſe venire præcipiens, Curiam magnam, in Civitate Saxoniæ, Martinopoli, quæ & Merſeburg, cum multa Principum frequentia, habuit. Eò præfati Juvenes venientes, Ejus ſe mandato humiliter ſuppoſuerunt, eorumque ad ultimum cauſa, judicio, ſeu conſilio Primatum, ſic deciſa fuiſſe dicitur: Guvoto, relictis ſibi quibusdam Provinciis, Regium nomen, per porrectum gladium, abdicaret; (Eſt enim conſuetudo Curiæ, ut Regna, per gladium; Provinciæ, per Vexillum, à Principe tradantur, vel recipiantur.) Petrus vero, accepto ab Ipſius manu Regno, fidelitate, & hominio ei obligaretur. Ita Corona Regni, per manum Principis, ſibi impoſita, in die S. Pentecoſtes, Ipſe coronatus, gladium Regis, ſub corona incedentis, portavit. Gualdemarus etiam, qui ejusdem ſanguinis particeps fuit, Ducatum quendam Daniæ accepit, &c.* Ita *Otto Friſingenſis*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Cap. V, pag. 448; in eandem rem canit *Güntherus* Poëta, in *Ligurino*, lib. I, apud *Reuberum*, pag. 292, & 293:

Poſtea Saxoniæ fines ingreſſus, (Fridericus) *ad illam,*
Quam Martinopolim vocat incola Teutonus, urbem,
Concilium Procerum, toto de corpore Regni,
Convocat, ut digno celebretur Curia cœtu,
Tempore ſolenni, quo Spiritus almus, ab alto,
Cum ſonitu, veniens in pectora ſancta piorum,

Ignea

Digitized by Google

Ignea diſtinctis effudit lumina linguis.
Huc etiam gemin…, Petrum, ſimul atque Guidonem,
Danorum Proceres, quos inter ſanguine junctos
Moverat ejusdem Regni diſſenſio litem,
Evocat: …li cauſam ratione diremptam
Terminat: ut quædam Provincia tota Guidoni
Cederet; at Regnum, cum nomine, Petrus haberet.
Ergo ubi vexillo partem, quam diximus, Ille,
Hic autem gladio Regnum ſuſcepit ab Ipſo,
(Hunc etenim longo ſervatum tempore morem
Curia noſtra tenet,) poſito diademate, Petrus
Regali dextra tulit alti Principis enſem,
Præceſſitque ſacram brevius diadema coronam, &c.

Audiamus *Helmoldum*, lib. I *Chronic. Slavor.*, Cap. 73, p. m. 167: *Circa tempus dierum illorum occiſus eſt Hermannus Comes, in caſtro Winzelurg, Vir potens, & magnarum pecuniarum; & orta ſunt contentiones inter Ducem noſtrum,* (Henricum Leonem) *& Marchionem Adalbertum, propter caſtra, & facultates ejus. Propter hos compacandos, denunciavit Rex Curiam apud Marcipolim, Civitatem Saxoniæ, mandavitque Principibus ſolenniter adeſſe; miſſaque Legatione, Reges Danorum tumultuantes evocavit, ut decerneret inter Eos, mediante juſtitia. Tunc Kanutus, quem tertiò Dania pulſum, ſupra dictum eſt, venit ad Ducem noſtrum, rogans, ut ejus conductu, & auxilio in Curia potiri mereretur. Porrò Archi-Epiſcopus conduxit Suein Regem, habens, inter multos Religioſos, & honeſtos Viros, Dn. Vicelinum, Epiſcopum, in Comitatu ſuo. Et habita eſt Curia illa celebris apud Marcipolim, ubi Principes Danorum confœderati ſunt, Suein coronato in Regem, cæteris eidem hominio ſubactis. Diſſenſio autem, quæ erat inter Ducem, & Marchionem, ſedari non poterat, eò quod Principes elati Regis, adhuc recentis, monita parvi penderent. Perſuaſit ergo Archi-Epiſcopus Vicelino Epiſcopo, ut inveſtituram de manu Regis perciperet, non fructum Eccleſiæ, ſed odium Ducis intentans. At ille non conſenſit, ratus, iram Ducis implacabiliter accendi. In hac enim terra ſola Ducis authoritas attenditur. Soluta eſt Curia, &c.* Brevior eſt *Albertus Stadenſis*, ad h. a.: *Pentecoſten* (Imperator) *Mersburg celebravit, ubi Regi Danorum, Suenoni, Regnum confirmavit, & Kanutum parte Regni, & poſſeſſionibus ſuis propriis contentum eſſe fecit*, &c. Hinc ſimul conſtat, *Kanutum ab Ottone Friſingenſi*, & *Günthero Poëta* perperam *Guidonem*, & *Suenonem*, *Petri* vocabulo, appellari; Conf. *Saxo Grammaticus*, lib. XIV *Hiſtoria Danicæ*, p. m. 236, quamvis nimis fide rem recenſeat; Chronica *Slavica*, Cap. 21, & 22, apud *Lindenbrogium*, p. m. 197; *Hermannus de Lerbeke*, *Chronic. Comitum Schawenburgicorum*, ad h. a., apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 503; *Æneas Sylvius*, Hiſtor. *Friderici III*, Imper., edit. *Schilteri*, pag. 19; *Albertus Cranzius*, lib. V *Daniæ*, Cap. 31, p. m. 116; *Naucleruſ*, Vol. 2, Generat. 39, ad ann. 1153, pag. 837; *Johannes Iſac. Pontanus*, lib. V, in *Suenone*, ad an. 1153; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. I, Cap. XIV, §. 13, pag. 136, &c.; *Bœclerus*, in *Notis* ad dictum locum *Æneæ Sylvii*, pag. 131.

An. eod. Rex, omnibus in Saxonia benè ordinatis, cunctisque Principibus illius Provinciæ ad nutum ſuum inclinatis, Bajoariam ingreditur, ac Ratisponæ, Norici Ducatus Metropoli, in feſtivitate Apoſtolorum, in Monaſterio S. Emmeranni, nam major Eccleſia, cum quibusdam Civitatis vicis, conflagraverat, coronatur. Ad eandem Curiam, Legati ad Eugenium Papam, Urbem, ac cæteras Civitates Italiæ directi, læta reportantes, redeunt. Ibi etiam Princeps, eò, quod omnibus, in proprii Imperii finibus, ad Ejus voluntatem compoſitis, virtutem animi, quam intus gerebat, extra ferri diſponeret, Ungaris bellum indicere, ipſosque ad Monarchiæ apicem reducere volebat. Sed cum aſſenſum ſuper hoc Principum, quibusdam de cauſis latentibus, habere non poſſet, ad effectum tunc perducere ea, quæ volvebat mente, non valens, ad opportuniora tempora diſtulit, &c. Hæc *Otto Friſing.*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Cap. VI, p. 449.

An. eod. Erat multa Sereniſſimi Principis anxietas, cum omnia proſpere in Regno agerentur, qualiter controverſia, quæ inter Ejus carnem, & ſanguinem, i. e. Henricum, Patruum ſuum, & iidem Henricum, avunculi ſui filium, Duces, de Norico Ducatu agebatur, ſine ſanguinis effuſione, terminari poſſet. - - - - Rex ergò prædictam litem Judicio, vel conſilio deciſurus, utrique, autumnali tempore, menſe Octobri, in civitate Herbipoli, Curiam præfigit: quo dum alter, id eſt, Henrici Ducis filius, veniret, alter ſe abſentaret, iterum, & iterum vocatur. In eadem Curia, exulibus Apuliæ, quos Rogerius de ſolo natali propulerat, lachrymabiliter conquerentibus, ac ad pedes Principis miſerabiliter ſe projicientibus, expeditio Italica, tam pro afflictione horum, quam pro corona Imperii accipienda, paulo minus, quam ad duos annos, jurata eſt, &c. Hæc idem Præſul, l. c., Cap. VII, p. 449; Conf. *Albertus Stadenſis*, h. a., Chronicon *Auguſtanum SS. Udalrici, & Afræ*, h. a., apud *Frekerum*, p. 358.

An. eod. In Comitiis *Conſtantienſibus* promulgatur Conſtitutio Cæſarea, *de Pactis inter Imperium, & Eccleſiam, ſervandis*, quorum formulam *Baronius*, Tom. XII Annal., ad h. a., §. V, &c., p. 371, è volumine Vaticano, quod *Cencius Camerarius* inſcribitur, &, poſt eum, *Goldaſtus*, Tom. III *Conſtitut. Imper.*, p. 331, &c., producunt.

An. 1153, Imperator Proximam Pentecoſten Vormatiæ feriant, Henricum, Moguntiæ Sedis Archi-Epiſcopum, Virum, pro diſtractione Eccleſiæ ſuæ, frequenter correptum, nec correctum, per eosdem Cardinales, (Bernardum Presbyterum, & Gregorium Diaconum) *depoſuit, ac Arnaldum, Cancellarium ſuum, per quorundam ex Clero, & Populo, qui illuc venerant, electionem, ei ſubrogavit. Ad prædictam curiam prænominati Duces, ambo Henrici,*

pro

Digitized by Google

pro Ducatu Norico, ut dictum eſt, contendentes, venerunt; ſed altero, quod legitimè vocatus non fuerit, prætendente, debitum finem negotium ibi habere non potuit, &c. Hæc *Otto Friſing.*, l. c., Cap. IX, p. 451.

An. eod. Menſe Septembri, Principes, Majoreſque Bajoariæ, à Rege, Ratiſponæ convocantur, ſed nihil ibi de bono pacis in illa Provincia, propter duorum Ducum litem, terminari poterat. ---- proximo dehinc menſe Decembri, utrique Duces, Henricus, itidem & Henricus, in civitate Spira, Principis adſiſtunt judicio: ſed iterum altero, de legitima vocatione, ſe excuſante, res protelatur, &c. Idem *Otto*, l. c., Cap. XI. *Sigonius* lib. XII, de *Regno Italiæ*, pag. 469, id refert ad annum 1154.

An. 1154, *Fridericus*, (Imperator) *dum, jam ferè per biennium, ad decidendam litem duorum Principum, ſibi, ut dictum eſt, ex propinquitate ſanguinis, tam affinium, laboraſſet: tandem, alterius* (Henrici Leonis) *inſtantia, qui in Paternam hæreditatem, à qua diu propulſus fuerat, redire cupiebat, flexus, imminente etiam ſibi expeditionis labore, in qua eundem juvenem Militem ſociumque viæ habere debuit, finem negotio imponere cogebatur. Proinde in oppido Saxoniæ, Goslaria, Curiam celebrans, utroſque Duces, datis Edictis, evocavit. Ubi, dum, altero veniente, alter ſe abſentaret, judicio Principum alteri, id eſt, Henrico, Saxoniæ Duci, Bajoariæ Ducatus adjudicatur, &c.* Idem *Otto Friſing.*, l. c., *Sigonius*, l. c.

An. eod. Caſtra movens (Imperator) *in Campo Roncaliæ ſuper Padum, non longe à Placentia, menſe Novembri reſedit. Eſt autem conſuetudinis Regum Francorum, quæ & Teutonicorum, ut, quotieſcunque, ad ſumendam Romani Imperii coronam, Militem ad tranſalpizandum coëgerint, in prædicto Campo manſionem faciant. Ibi ligno, in altum porrecto, ſcutum ſuſpenditur, univerſorumque Equitum agmen, Feuda habentium, ad excubias proxima nocte Principi faciendas, per Curiæ præconem, expoſcitur: quod ſectantes, qui in ejus Comitatu fuerunt, ſinguli ſingulos Beneficiatos ſuos, per præcones, expoſcunt. At ſequenti die, quicunque nocturnis vigiliis defuiſſe deprehenſus fuerat, denuo ad præſentiam Regis, aliorumque Principum, vel Virorum Illuſtrium evocatur: ſicque omnes omnium Beneficiati, qui, ſine bona voluntate Dominorum ſuorum, domi remanſerunt, in Feudis condemnantur. Hunc morem Principe ſecuto, non ſolum Laicorum Feuda, ſed & quorundam Epiſcoporum, i. e. Hartwici Bremenſis, & Ulrici Halberſtatenſis, Regalia perſonis tantùm, quia nec Perſonis, ſed Eccleſiis perpetualiter à Principibus tradita ſunt, abjudicata fuere, &c.* Hæc idem *Otto Friſingenſis*, l. c., Cap. XII, p. 452, qui, ſeq. Cap. 13, p. 454, pergit: *Rege apud Roncalias per quinque, ut ajunt, dies ſedente, &, ex Principum, ac de univerſis pene Civitatibus Conſulum, ſeu Majorum Conventu, Curiam celebrante, diverſa hinc inde, diverſis ex querimoniis, emerſere negotia, &c.*; Rem comprobantibus *Guinthero*, Poëta, in *Ligurino*, lib. 2, ſub initium, apud *Reuberum*, pag. 301; *Ottone Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, h. a., apud Illuſtrem Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus rerum Brunſuicenſium*, pag. 809; *Sigonio*, lib. XII, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 469; *Ænea Sylvio*, Hiſt. *Friderici III*, Imp., pag. 20, edit. Schilter., & ibi *Bæclero*, in Notis, p. 132.

An. 1155, *Conſummato feliciter viæ labore, Princeps, ad familiaria remeans domicilia, alloquitur, in confinio Ratiſponenſium, Patruum ſuum, Henricum Ducem, ut ei tranſactionem faciendam, cum altero Henrico, qui jam, ut dictum eſt, Ducatum Bajoariæ, judicio Principum, obtinuerat, perſuaderet. Cui dum ille tunc non acquieſceret, iterum diem alium, quo eum, ſuper eodem negotio, per internuncios conveniret, in Bajoaria, verſus confinium Boëmorum, conſtituit. Quo Princeps veniens, Labezlaum, Ducem Boëmiæ, Albertum, Marchionem Saxoniæ, Hermannum, Palatinum Comitem Rheni, cum aliis viris magnis, obvios habuit, &c.* Ita *Otto Friſing.*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Cap. 27, pag. 469.

An. eod. Mediante Octobre, Imperator Ratiſponam, Norici Ducatus Metropolim, Curiam celebraturus, ingreditur, habens ſecum Henricum, Henrici Ducis filium, in poſſeſſionem ejuſdem Ducatus mittendum. ---- Igitur, ſedente ibi in publico Conſiſtorio Imperatore, jam ſæpe nominatus Henricus Dux poſſeſſionem ſuam, Patrumque ſuorum recipit ſedem, &c. Hæc *Otto Friſing.*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Cap. 28. pag. 469.

An. 1156, *Defuncto Arnaldo, Colonienſi Archi-Epiſcopo, Eccleſia illa, ad electionem faciendam conveniens, graviſſime ſciſſa eſt: Præpoſitis, & Abbatibus Gerardum, Bunnenſem Præpoſitum, majoris vero Eccleſiæ Canonicis, qui tunc temporis Præpoſito, & Decano carebant, Fridericum, Adolfi Comitis filium, eligentibus. Itaque Imperatore, menſe Julio, in Norico Caſtro, ubi Græci ejus Majeſtati præſentandi erant, morante, utræque iſtæ partes, cauſam Principi oſtenſuræ, veniunt. ---- Tandem Princeps, utrorumque auditis allegationibus, conſilio, & judicio, quos ſecum habebat, Epiſcoporum, aliorumque Principum, prædictam cauſam ad Curiam Ratiſponenſem, ubi conſilium, pro terminanda duorum Ducum lite, publicari debuit, producendam decrevit, &c.* Hæc idem *Otto Friſing.*, l. c., Cap. 31, pag. 473, qui, Cap. 32, rem ita proſequitur: *Igitur, mediante jam Septembre, Principes Ratiſponæ conveniunt, ac, per aliquot dies, præſentiam Imperatoris præſtolabantur. Dehinc, Principe patruo ſuo in campum occurrente, manebat enim ille ad duo Teutonica milliaria ſub papilionibus, cunctis Proceribus, Viriſque magnis accurrentibus, conſilium, quod jamdiu ſecretò retentum celabatur, publicatum eſt. Erat autem hæc ſumma, ut recolo, concordiæ: Henricus, major natu, Ducatum Bajoariæ, per ſeptem Vexilla, reſignavit: quibus minori traditis, Ille, duobus vexillis, Marchiam Orientalem, cum Comitatibus, ad eam ex antiquo pertinentibus, reddidit.*

Exin-

Digitized by Google

Exinde de eadem Marchia, cum prædictis Comitatibus, quos tres dicunt, judicio Principum, Ducatum fecit, eumque non ſolum ſibi, ſed & Uxori, cum duobus vexillis, tradidit, neve in poſterum ab aliquo Succeſſorum ſuorum mutari poſſet, aut infringi, privilegio confirmavit, &c. In rei memoriam, ex Chronico Auguſtano SS. Udalrici, & Afræ, apud Freherum, p. 359, ad an. 1156, adducam ipſius ſententiæ verba: In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Fridericus, divina favente Clementia, Romanorum Imperator Auguſtus. Quanquam rerum commutatio, ex ipſa corporali inſtitutione, poſſit firma conſiſtere, vel ea, quæ legaliter geruntur, nulla valeant refragatione convelli, ne qua tamen poſſit eſſe geſtæ rei dubietas, noſtra debet Imperialis auctoritas præcavere. Noverit ergo omnium Chriſti, Imperiique noſtri Fidelium præſens ætas, & ſucceſſura poſteritas, qualiter Nos, Ejus cooperante gratia, à quo cœlitus in terram pax eſt miſſa hominibus, in Curia generali Ratiſponenſi, in Nativitate S. Mariæ Virginis celebrata, in præſentia multorum Religioſorum, & Catholicorum Principum, litem, & controverſiam, quæ inter dilectiſſimum Patruum noſtrum, Hainricum, Ducem Auſtriæ, & cariſſimum Nepotem Noſtrum, Hainricum Ducem Saxoniæ, diu agitata fuit, de Ducatu Bavariæ, hoc modo terminavimus: quod Dux Auſtriæ Nobis reſignavit Ducatum Bavariæ, quem ſtatim in Beneficium conceſſimus Duci Saxoniæ. Dux autem Bavariæ reſignavit Nobis Marchiam Auſtriæ, cum omni Jure ſuo, & cum omnibus Beneficiis, quæ quondam Marchio Luipoldus habebat à Ducatu Bavariæ. Ne autem in hoc facto minui videatur bonor & gloria dilectiſſimi Patrui Noſtri, de Conſilio & judicio Principum, Wladislao, illuſtri Duce Boemiæ, ſententiam promulgante, & omnibus Principibus approbantibus, Marchiam Auſtriæ in Ducatum commutavimus, & eundem Ducatum, cum omni Jure, præfato Patruo noſtro, Heinrico, & præ-Nobiliſſimæ Uxori ſuæ, Theodoræ, in Beneficium conceſſimus, perpetuali jure ſancientes, ut ipſi, & liberi eorum, poſt eos, indifferenter, filii & filiæ, eundem Ducatum Auſtriæ, hæreditario jure, à Regno teneant, & poſſideant. Si autem prædictus Dux Auſtriæ, Patruus noſter, & uxor ejus abſque liberis deceſſerint, libertatem habeant eundem Ducatum affectandi, (offerendi) cuicunque voluerint. Statuimus quoque, ut nulla magna, vel parva perſona, in ejusdem Ducatus regimine, ſine Ducis conſenſu, vel permiſſione, aliquam juſtitiam præſumat exercere. Dux vero Auſtriæ, de Ducatu ſuo, aliud ſervitium non det imperio, niſi quod ad Curias, quas Imperator præfixerit in Bavaria, evocatus veniat: nullam quoque expeditionem debeat, niſi forte quam Imperator in Regna, vel Provincias Auſtriæ vicinas ordinaverit. Ceterum, ut hæc noſtra Imperialis Conſtitutio omni ævo rata, & inconvulſa permaneat, præſentem inde paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, adhibitis teſtibus idoneis, quorum nomina ſunt hæc: Piligrinus, Aquilejenſis Patriarcha; Eberhardus, ArchiEpiſcopus Salzburgenſis; Otto, Epiſcopus Friſingenſis, Chunradus, Epiſcopus Bambergenſis; Hartmannus, Brixienſis Epiſcopus; Hartmannus Ratiſponenſis, & Tridentinus Epiſcopus; Dominus Welffo, Dux; (addunt alii Spoletæ:) Chunradus, frater Imperatoris; Fridericus, filius Regis Chunradi; Hermannus, (al. Heinricus) Dux Carinthiæ; Marchio Engelbertus de Iſtria; Marchio Albertus de Padem; (al. de Staden, it. Baden) Diepoldus; (alii addunt: Marchio de Voburg) Heinricus, Palatinus Comes de Rheno; Otto Palatinus Comes; & frater ejus, Fridericus: & alii quam plures. Signum Domini Friderici, Romani Imperatoris Invictiſſimi, Ego Reinaldus Cancellarius, vice Arnoldi, Maguntinenſis Epiſcopi, & Archi Cancellarii, recognovi, regnante Domino Friderico, Romanorum Imperatore, in Chriſto. Datum Ratiſbonæ, 15 Kal. Octob., Indict. IV, Anno Dominicæ Incarnationis 1156, anno Regni Ejus quinto, Imperii ſecundo, feliciter, Amen, &c. Extat plenius in Cuſpiniani Auſtria; ut & in Andreæ, Presbyteri Ratisbonenſis, Chronico Bavarico, edit. Schilteri, pag. 27, & 28; nec non apud Goldaſtum, Tom. I Conſtitutionum Imperialium, p. 282; Schilterum, inter Diplomata, Æneæ Sylvii Hiſtoriam Friderici III Illuſtrantia, pag. I; Dn. Tolnerum, Hiſtor. Palatin. Tom. 2, §. 57. p. 50, &c.; Dn. Leuckfeldum, in Antiquitatibus Ilſeldenſibus, Cap. 3, lit. I, pag. 21, &c.; & Caſſandrum Thucelium, in Electis Juris Publici curioſis, Cap. I, vom Alten Furſten Recht, §. 6 der Beylagen, p. 21. De facto teſtantur Otto de S. Blaſio, Cap. VI, ad an. 1154, p. 198; Helmoldus, lib. I Chron. Sclav., Cap. 84, pag. 196; Chronographus Saxo, ad an. 1157, p. 305; Albertus Stadenſis, ad an. 1156; Chronicon Bigaugienſe, h. a., apud Maderum, p. 261; Conradus Urſpergenſis, h. a., pag. 216; Chronicon Montis Sereni, h. a., apud Maderum, pag. 30; Gobelinus Perſona, extat. VI Coſmodromii, Cap. 60, apud Meibomium, Tom. I. Rer. German., pag. 207; Nauclerus, Vol. 2 Chronographiæ, Generat. 39, pag. 837; Mutius, lib. 18 Chron. German., pag. 143; Chryſoſtomus Henriquez, in Faſciculo Sanctorum Ordinis Ciſtercienſis, Tom. II, Cap. VII, pag. 108, & 109; Clariſſ. Dn. Schurtzfleiſch, de Rebus Badenſibus, §. 3, p. 11.

An. eod. Natale Domini Vormatiæ celebravit - - - - ad hanc curiam Arnaldus, Moguntinus Archi-Epiſcopus, & Hermannus, Palatinus Comes, (Rheni) venientes, de hoc, quod, abſente Principe, Terram illam (ad Rhenum) præda, & incendio perturbarant, in cauſam ponuntur: ambobusque, cum complicibus ſuis, reis inventis, alteri, ob ſenii, morumque gravitatem, & Pontificalis Ordinis reverentiam, parcitur, alter pœna debita plectitur. Deniq; vetus conſuetudo pro Lege apud Francos, & Suevos inolevit, ut, ſi quis Nobilis, Miniſterialis, vel Colonus, coram ſuo judice, pro hujusmodi exceſſibus, reus inventus fuerit, antequam mortis ſententia puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, Nobilis canem, Miniſterialis ſellam, Ruſticus aratri rotam de Comitatu in proximum Comitatum geſtare cogatur. Hunc morem Imperator ſervans, Palatinum iſtum Comitem, magnum

Digitized by Google

gnum Imperii Principem, cum decem Comitibus, complicibus ſuis, canes, per Teutonicum milliare, portare coegit, &c. Sunt verba *Ottonis Friſing.*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Cap. 28, pag. 470. Conf. *Dodechinus*, ad an. 1155, pag. 474; *Guntherus*, in *Ligurino*, lib. 5, p. m. 351; *Lehmannus*, lib. 5 *Coron. Spirenſ.*, Cap. 63, pag. 528; & quos teſtes alios nominat Dn. *Tolnerus*, Cap. 14 *Hiſtor. Palat.*, p. m. 302, & 303.

An. eod. Expeditionem, quam proximè, Wirtzeburg, propter invaſionem Græcorum in Apuliam, jurari præcepimus, poſt fugam eorum, Tibi, cæteriſque Principibus relaxamus, ut ad alia Imperii negotia promptiores eos invenire poſſimus. Verum, quia Mediolanenſium ſuperbia jamdiu caput contra Romanum Imperium erexit, & modo ſua fortitudine totam Italiam ſubvertere, vel ſuo nititur Dominio ſubjugare: ne & tanta præſumtio noſtro tempore valeat, [futuris caſibus viriliter occurrere,] vel gloriam noſtram plebs improba uſurpare, vel conculcare valeat, futuris caſibus viriliter occurrere, &, ad deſtructionem eorum, omne robur Imperii excitare intendimus. Ex judicio igitur Principum, Expeditionem contra Mediolanum, à proxima Pentecoſte ad annum juratam, tibi indicimus, quam intime rogantes, & præcipientes, quatenus ad eam Nobiſcum peragendam, à Vigilia Pentecoſtes ad annum, Ulmæ nobis indubitanter occurras, certus, quod nec te, nec aliquem Principum noſtrorum Montem Apenninum tranſire cogemus, &c. Ita Cæſar ad *Ottonem Friſingenſem*, teſte eo ipſo, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Cap. 30, p. 472; Conf. *Limn.* ad Capitulat. *Caroli V*, Art. XI, voc. *der Reichs-Stände*, pag. 184.

An. eod. Fredericus Imperator Monaſterii Paſcha celebravit, Conventum apud Halverſtad habuit, Kal. Maji, &c. Hæc *Albertus Stadenſis*, h. a. Conf. *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 29; *Chronographus Saxo*, p. 305, id refert ad annum 1157.

An. 1157, *In territorio Epiſcopatus Poszananienſis, circa partes Criſgupæ, præfatus Dux* (Bolezlaus Polonus) *pedibus Imperatoris provolutus, interventu Principum, hoc tenore in gratiam receptus eſt. Primò juravit, pro ſe, & pro omnibus Polonis, quod frater ſuus exul, ad ignominiam Romani Imperii, non fuerit expulſus. Deinde pollicitus eſt dare duo millia marcarum Imperatori, & Principibus mille, Imperatrici viginti marcas auri, Curiæ ducentas marcas argenti, ob eam negligentiam, quod ad Curiam non venerat, nec de Terra debitam fecerat fidelitatem. Juravit quoque Italicam expeditionem; Deinde juravit, ut, in proxima Nativitate Domini, ad Curiam, Magdeburg celebrandam, venire deberet, juxta judicium, & ſententiam Polonorum, & Boëmorum, ſuper querimonia fratris ſui expulſi plenariè reſponſurus. Sicque jurata Principi fidelitate, ſicut mos eſt, &, de ſupradictis omnibus fideliter adimplendis, acceptis obſidibus, Gazimero videlicet, fratre Ducis, & aliis Nobilibus, glorioſam adeptus victoriam, Deo Duce, feliciter Auguſtus revertitur*, &c. Hæc *Radevicus*, lib. I, de *Geſtis Friderici I*, Cap. V, p. 478, & 479; Conf. *Otto de S. Blaſio*, Cap. VII, p. 199, ad an. 1155; *Chronographus Saxo*, ad an. 1158, pag. 305; *Albertus Stadenſis*, ad an. 1157; Chronicon *Bigaugienſe*, ad eundem annum, pag. 261; Chronicon *Montis Sereni*, h. a., pag. 30; Additionator *Lamberti Schafnaburg.*, h. a.; *Sigonius*, lib. XII, de *Regno Italiæ*, h. a., p. 481; *Æneas Sylvius*, Hiſt. *Friderici III*, p. 21; *Nauclerus*, Vol. 2 Chronographiæ, Generat. 39, p. 839; *Conringius*, lib. I, de *Finibus Imperii*, Cap. 18, §. 15, p. 211, &c.; *Bœclerus*, in Notis ad dictum locum *Sylvii*, p. m. 134.

An. eod. Fridericus, hoc anno Mediolanenſi expeditione dimiſſa, Auguſto menſe, adverſus Polonos movit, unde, re bene geſta, reverſus, Conventum primum, apud Herbipolim, deinde Viſontione, in Burgundia, egit, atque ibi Legatos Hadriani audivit, &c. Ita *Sigonius*, l. c., auctoritate niſus *Radevici*, de *Geſtis Friderici I*, Cap. VIII, pag. 480, ubi: *Menſe Octobri mediante, Imperator, apud Biſuntium, Curiam celebraturus, in Burgundiam iter aggreditur .... in qua Civitate, penè omnibus Proceribus Terræ illius adunatis, multis quoque exterarum Gentium, utpote Romanis, Apulis, Tuſcis, Venetis, Italis, Francis, Anglis, & Hiſpanis, per Legatos ſuos, Imperatoris adventum præſtolantibus, feſtiviſſimo apparatu, & ſolenni favore excipitur*, &c. Cap. IX, l. c. referens literas *Adriani IV*, Papæ, occaſione Londinenſis Epiſcopi, in Imperio capti, datas ad Imperatorem, & à *Rolando*, Tit. *S. Marci* Presbytero Cardinali, & Cancellario, atque *Bernhardo*, Tit. *S. Clementis* Presbytero Cardinali, Nunciis, in Comitiis exhibitas, pergit pag. 481: *Debet, glorioſiſſime Fili! ante oculos mentis reducere, quam gratanter, & quam jucundè, alio anno, Mater tua, SS. Romana Eccleſia, Te ſuſceperit, quanta cordis affectione tractaverit, quantam Tibi dignitatis plenitudinem contulerit & honoris, & qualiter Imperialis Inſigne Coronæ libentiſſimè conferens, benigniſſimo gremio ſuo Tuæ ſublimitatis apicem ſtuduerit confovere; nihil prorſus efficiens, quod Regiæ voluntati, vel in minimo, cognoſceret obviare. Neque tamen pœnitet Nos deſideria Tuæ voluntatis in omnibus implevisse, ſed ſi MAJORA BENEFICIA Excellentia Tua de Manu Noſtra ſuſcepiſſet, ſi fieri poſſet, conſiderantes, quanta Eccleſiæ Dei, & Nobis per Te incrementa poſſint, & commoda provenire, non immeritò gauderemus, &c.*; quæ etiam apud *Baronium*, Tom. XII Annal., h. a., §. 4, & 5, pag. 401, & 402, & contractius, apud *Sigonium*, lib. XII, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 481, habentur. De reſponſione, Legatis data, proſequitur orationem *Radevicus*, l. c., Cap. X, pag. 481, & 482: *Talibus literis lectis, & per Reinaldum Cancellarium, fida ſatis interpretatione, diligenter expoſitis, magni Principes, qui aderant, indignatione commoti ſunt, quia tota literarum continentia non parum acerbitatis habere, & occaſionem futuri mali jamjam fronte ſua præferre videbatur. Præcipue tamen univerſos accenderat,*

quod

Digitized by Google

quod, in præmiſſis literis, inter cætera, dictum fuiſſe, accepe-rant, dignitatis, & honoris plenitudinem ſibi à Romano Pontifice collatam, & Inſigne Imperialis Coronæ de manu Ejus Imperatorem ſuſcepiſſe: nec ipſum pœnitere, ſi MAJORA BENEFICIA de manu ejus ſuſcepiſſet, habita conſideratione, quanta Eccleſia Romana per Ipſum poſſent incrementa, & commoda provenire ---- his omnibus in unum collatis, cum ſtrepitus, & turba inter Optimates Regni, de tam inſolita Legatione, magis, ac magis invaleſceret, quaſi gladium igni adderet, dixiſſe ferunt unum de Legatis: A quo ergo habet, ſi à Domino Papa non habet Imperium? Ob hoc dictum eò proceſſit iracundia, ut unus eorum, videlicet Otto, Palatinus Comes de Bajoaria, ut dicebatur, prope exerto gladio cervici illius mortem intentaret. At Fridericus, auctoritate præſentiæ ſuæ interpoſita, tumultum quidem compeſcuit, ipſos autem Legatos, ſecuritate donatos, ad habitacula deduci, ac primo mane via ſua proficiſci præcepit, addens in mandatis, ne hac, vel illac, in territoriis Epiſcoporum, ſeu Abbatum vagarentur, ſed recta via, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram declinantes, reverterentur ad Urbem, &c. Eadem dicuntur ap. *Ottonem de S. Blaſio*, ad an. 1156; *Mutium*, lib. 18 *Chron. Germ.*, pag. 146; & *Baronium*, l. c., §§. 8, 9, & 10, p. 402, & 403; Conf. ipſius Imperatoris literæ ad Ordines Imperii, ſeq. Tit. V, in vita *Friderici I*, v. 4, ad an. 1157.

An. 1158, Imperator ***Ratiſponæ Curiam***, *magna cum frequentia Principum, in Octava Epiphaniæ, agit; ibi, inter cæteros, qui tunc crebri aderant, etiam Regis Ungariæ, Gaiſæ, Legati affuere; ſiquidem frater ejus, nomine Stephanus, quorundam criminationibus, Regi delatus fuerat, quaſi ad Regnum aſpiraret, atque in ea re avunculum amborum, Belum, Virum valde prudentem, ac ad innovandas res idoneum, ſuaſorem habere putabatur. ----- Imperator, partibus auditis, cum videret, rem eò venturam, quod aut in communi dividendo, aut in unius cujusvis condemnatione litem opus eſſet terminari, conferens quoque in corde ſuo plurium negotiorum occupationes, ad opportuniora tempora deciſionem hujus litis placuit protelandam, &c.* Hæc *Radevicus*, l. c., Cap. XII, pag. 484, ſequenti Cap. XIII addens: *In eadem Curia, Dux Boemorum, Labezlaus, Vir ingenio validus, viribus præpollens, conſilio, manu, audaciaque magnus, cujus antehac induſtriæ, obſequii multa præceſſerant experimenta, maximeque nuper, in expeditione Polonica, magna virtus claruerat, adeo, ut, ob merita ſua, omnibus clarus eſſet, ab* ***Imperatore, ac Imperii Primis, ex Duce, Rex creatur***, *Anno ab Incarnatione Domini M. C. LVIII. Suſcepto itaque privilegio de uſu Diadematis, aliisque Regni Inſignibus, lætus revertitur, & ad Italicam Expeditionem Rex, pariter cum Imperatore, faſtu Regali profecturus, accingitur. Ibidem etiam Patruos ſuos, Ottonem, Friſingenſem Epiſcopum, & Henricum, Ducem Auſtriæ, diſſidentes, eò, quod, præfatus Antiſtes Germano fratri, prædia Eccleſiæ illicite ſibi uſurpare volenti, omnino contradiceret, in priſtinam pacem, & fraternam concordiam revocabit, &c.* Quæ de Hungariæ legatis, & creatione Regis Bohemiæ hic proferuntur, comprobat *Guntherus Poeta*, in *Ligurino*, lib. VI, pag. 371, & 372, ubi ſic canit:

Hoc quoque Conventu Procerum, Dux ille Boëmus,
Fama Labeslaum quem nominat, ob ſua geſta
Fortiter, & bello nuper ſpectata Polono,
Ex Duce, Rex fieri meruit, geſſitq; potenti
Sceptra manu, cinxitque novo diademate crines, &c.

Apud *Conradum Urſpergenſem*, pag. 217, hæc habentur: *Eodem tempore* (quo Burgundiam acquiſivit Imperator) *Ducem Boëmorum Regio decoravit nomine, & dignitate, Regium ſibi conferens diadema.* Errant hinc *Æneas Sylvius*, in *Hiſtoria Bohemica*, Cap. XXIV, p. m. 134, & *Albertus Grantzius*, lib. VI *Vandaliæ*, Cap. VI, exiſtimantes, Regium diadema, ob egregiam operam, quam in Mediolanenſi expugnatione Imperatori navaſſet, *Labeslao* collatum, cum bellum Italicum fuerit poſterius, ceu, poſt *Radevicum*, & *Guntherum*, rectè docet *Dubravius*, in *Hiſtoria Bohemica*, lib. XII, p. m. 94, in fine; Conf. *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 39, p. m. 839, & 852; *Bucholzerus*, *Ind. Chronolog.*, ad h. a.; *Goldaſtus*, *Reichs-Satzungen*, part. 2, pag. 9, & 13, & lib. 3 *Bohemiæ*, Cap. 10; *Bodinus*, de *Republica*, lib. I, Cap. IX, pag. 227; *Bæclerus*, in Notis ad dictum locum *Æneæ Sylvii*, p. 135, non ſine ratione carpens *Rittershuſium*, quod, Ratisbonenſium Comitiorum loco, Magdeburgenſem Conventum, qui præceſſerat, ſolemnitati prædictæ aſſignet; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, Cap. 29, §. 3, pag. 469; Illuſtr. Author *des Europæiſchen Herolds*, edit Noviſſ. Tom. 2, pag. 423, & 425; Dn. *Ludovicus*, Diſſert. de *Auſpicio Regum*, Cap. 2, §. V, pag. 84.

An. eod. Imperator Paſcha ***Vormatiæ*** *celebravit, ubi pene omnes Principes Teutonici Regni convenerunt, &, in Longobardiam ſequenti anno cum Rege ſe ituros, juraverunt, &c.* Ita *Dodechinus*, in Appendice ad *Marianum Scotum*, h. a. *Browerus*, *Annal. Trevirenſ.* lib. 14, §. 115, pag. 63, id refert in annum præcedentem 1157.

An. eod. Fridericus Imperator ***Franconfort Conventum*** *habuit, &c.* Hæc *Albertus Stadenſis*, h. a., totidemque verbis *Chronographus Saxo*, pag. 306; ſed ad annum 1159.

An. eod. Interea Fridericus ***Conventum Auguſtæ*** *peregerat, atque omnes ad ſe Germaniæ Principes evocârat, & innumerabiles ex omnibus Regionibus copias accerſiverat, quæ cum mature convenisſent, in diverſas partes diviſas diverſis Ducibus, ac diverſis itineribus in Italiam adducendas attribuit, &c.* Ita *Sigonius*, lib. XII, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 484. Conf. *Mutius*, lib. 18 Chronic., pag. 147, ubi: *Auguſtæ* (Aoſta) *eſt conſtitutus Conventus Principum, ubi convenerunt Eccleſiaſtici & Seculares Principes, quorum opera reconciliati ſunt duo Orbis Capita, Adrianus, & Fridericus, &c.* Confer. de his ſeq. Tit. V, §. XI, in Vita *Friderici I.*

An. eod. Dominus Federicus, (Imperator) ***in Roncalia Colloquium***, *in Sancto Martino proximo veniente, maximum ſe, conſtituit, habiturum, præcepitque omnibus ferè Italiæ Principibus, atque Civitatum Conſulibus, ut ipſi* ***Colloquio*** *intereſſent: ad quod etiam quatuor principales Legis Doctores, videlicet DD. Bulgarum, atque Martinum Groſiam, Jacobum, atque Ugonem de Porta Ravegnana, Bononiæ Magiſtros, intereſſe fecit. Iſtorum autem quatuor Doctorum, & quam plurimorum aliorum fuit Magiſter Dominus Guarnerius, Doctor antiquus. - - - - Omnes prædicti convenerant ad* ***Colloquium***, *nona Calend. Decembris, ultra Padum, prope Eccleſiam S. Petri de Conturbia*, 1158. *Indictione ſeptima. Cum autem Dominus Imperator, univerſique Principes, ac Civitatum Conſules ibi inſimul conveniſſent, in primis vocavit Imperator omnes prædictos Bononienſes Magiſtros, juſſitque eis, quod ipſi judicarent* (indicarent) *ſibi in veritate* ***omnia Jura Regalia, quæ, ratione Imperii, in Lombardia ad Ipſum ſpectarent, & ſua eſſe deberent.*** *Qui reſpondentes Imperatori dixerunt: ſe hoc nolle facere, ſine conſilio aliorum Judicum univerſarum Lombardiæ Civitatum, ibi tunc exiſtentium. Imperator itaque duos uniuscujusque Civitatis Lombardiæ Judices elegit, juſſitque eis, quod ipſi omnes, cum prædictis quatuor Bononiæ Magiſtris, ad conſilium irent,* ***omniaque Jura Regalia, quæcunque eſſent***, *diligenter inveſtigarent, & cum à conſilio recederent, ſub nomine fidelitatis, quam ſibi juraverant, & ea omnia recto tramite, prout melius poſſent, publice demonſtrarent. Ipſi autem judices, cum viginti octo, exceptis Bononiæ Magiſtris, ſtatim, ut Imperator juſſerat, ad conſilium euntes, de omnibus Regalibus juribus inter ſe diligentius contulerunt. Qui poſtmodum ad Imperatorem redeuntes, coram omnibus Principibus, omnibusque Civitatum Lombardiæ Conſulibus, narraverunt in ſcriptis omnia jura, quæ Ei, Jure Regali, noverant pertinere. Hoc autem ſic peracto, Dominus Ubertus, Mediolanenſis Archi-Epiſcopus, una cum Conſulibus Mediolani, omnesque alii præſentes Lombardiæ Epiſcopi, Comites, Marchiones, Duces, cæterique Italiæ Principes, ac omnium Lombardiæ Civitatum Conſules ibi aſtantes, publicè in* ***Colloquio*** *ipſo ſurgentes, in manu ipſius Imperatoris omnia, quæ prædicti judices jura Regalia eſſe dixerant, reſutaverunt, & Ei fidem de ipſis omnibus fecerunt; ſtatimque Imperatore eis omnibus, ſub nomine fidelitatis, firmiter præcipiente, ne ipſi amplius de ipſis rebus intromitterent, omnes, unusquisque tamen per ſe, amplius ſe de ipſis rebus non intromiſſuros, unanimiter ſpoponderunt. Inſuper etiam, veram, & perpetuam pacem, ibi omnes, inter ſe, & cum omnibus aliis perſonis deinceps ſe firmiter tenere, juraverunt, &* ***promiſerunt ponere ſignum Aquilæ, ſuper campanile Eccleſiæ Majoris, in ſignum fidelitatis, &c.*** *Deinde Mediolanenſes, atque Cremonenſes, Papienſes quoque, ac Placentini, de ſtando, & per omnia attendendo ipſius Imperatoris præcepto, Ei tunc multos obſides tradiderunt,* ***ibique Imperator multas Leges, quas fecerat, in ſcriptis redigi fecit***, *multaque etiam præcepta, hortatu ſuorum Principum, cuſtodiri præcepit, &c.* Hæc omnia *Otto Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, h. a., apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, de *Reb. Brunſuic.*, pag. 818, & 819; Latius hæc deſcribuntur apud *Radevicum*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Cap. 1, pag. 506, ubi: *Confluunt ex omnibus Regni partibus, cum magna frequentia, Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, multique alii Eccleſiaſtici Viri, Duces, Marchiones, Comites, & Proceres, Conſules, & Civitatum Judices. In quibus quanta fuerit diverſitas & linguarum, & Nationum, varietas tabernaculorum demonſtravit, &c.* Cap. 2 habetur Tabernaculorum diſpoſitio; Cap. 3 nominantur Principes, qui comparuerant ex Clero, annexa propoſitione Cæſarea, qua ſimul juſti officio Regio ponuntur termini, verbis ſcil: *Nos tamen, Regium nomen habentes, deſideramus potius legitimum tenere Imperium, pro conſervanda cuique ſua libertate, & Jure, quam, ut dicitur, omnia impune facere, hoc eſt, Regem eſſe, per licentiam inſoleſcere, & imperandi officium in ſuperbiam, dominationemque convertere, &c.*; quibus paulo poſt annectitur: *Noſtis autem, quod Jura Civilia, Noſtris beneficiis in ſummum provecta, firmata, ac moribus utentium approbata, ſatis habent roboris; Regnorum vero Leges, in quibus, quod ante obtinebat, poſtea deſuetudine inumbratum eſt, ab Imperiali remedio, veſtraque providentia neceſſe habent illuminari. Sive ergò Jus noſtrum, ſive Veſtrum in ſcriptum redigatur, in ejus Conſtitutione conſiderandum eſt, ut ſit honeſtum, juſtum, poſſibile, neceſſarium, utile, loco temporique conveniens. Ideoque tam Nobis, quam Vobis, dum Jus condimus, cautius prævidendum eſt: quia, cum Leges inſtitutæ fuerint, non erit liberum judicari de eis, ſed oportebit judicare ſecundum ipſas.* Cap. IV, pag. 507, extat Ordinum congregatorum reſponſio, à Mediolanenſi Archi-Epiſcopo prolata, in qua hæc occurrunt circa finem: *De Nobis, fidelibus Tuis de Populo Tuo, conſultare placuit Tuæ Potentiæ, ſuper Legibus, & Juſtitia, atque honore Imperii. Scias itaque, omne Jus Populi, in condendis Legibus, Tibi conceſſum. Tua voluntas Jus eſt, ſicut dicitur: Quod Principi placuit, Legis habet vigorem, cum Populus Ei, & in Eum omne ſuum Imperium, & poteſtatem conceſſerit. Quodcunque enim Imperator per Epiſtolam conſtituerit, vel cognoſcens decreverit, vel Edicto præceperit, legem eſſe, conſtat. Profectò ſecundum naturam eſt, commoda cujusque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda: ut videlicet omnibus debeas imperare, qui omnium noſtrûm ſuſtines onera tutelæ, &c.* Cap. V, pag. 508, & 509, continetur reductio Regalium, ibi: *Super juſtitia Regni, & de Regalibus, quæ longo jam tempore pervadentium, ſeu neglectu Regum, Imperio deperierant, ſtudioſe diſſerens, cum nullam poſſent invenire defenſionem excuſationis, tam Epiſcopi, quam Primates, & Civitates, uno ore, uno aſſenſu, in manum Principis Regalia*

lia reddidere, primique reſignantium Mediolanenſes extitere. Requiſitique de hoc ipſo jure, quid eſſet? adjudicaverunt Ducatus, Marchias, Comitatus, Conſulatus, Monetas, Telonia, Fodrum, Vectigalia, Portus, Pedatica, Molendina, Piſcarias, Portus, omnemque utilitatem ex decurſu fluminum provenientem: nec de terra tantum, verum etiam de ſuis propriis capitibus cenſus annui redditionem. Hisque omnibus in Fiſcum adnumeratis, tanta circa priſtinos poſſeſſores uſus eſt liberalitate, ut, quicunque, donatione Regum aliquid horum ſe poſſidere, Inſtrumentis legitimis edocere poterat, is etiam nunc, Imperiali beneficio, & Regni nomine, id ipſum perpetuò poſſideret. Ex his tamen, qui nullo jure, ſed ſola præſumptione de Regalibus ſe intromiſerant, triginta millia talentorum, plus minusve, reditibus publicis, per ſingulos annos, acceſſere, &c. Cap. VI, pag. 509, pergit: *Præterea & hoc Sibi ab omnibus adjudicatum, atque recognitum eſt, in ſingulis Civitatibus Poteſtates, Conſules, cæterosve Magiſtratus, aſſenſu Populi, per Ipſum creari debere, qui fideles ſimul & prudentes, & Principi honorem, & civibus, Patriaque debitam juſtitiam noſſent conſervare, &c.* Cap. VII recenſentur Leges, de Feudis, paceque non violanda, promulgatæ. Conf. *Güntherus Poëta*, in *Ligurino*, lib. VIII, apud *Reuberum*, p. m. 403, &c.; lib. 2 *Feud.*, Tit. 53; *Otto de S. Blaſio*, Cap. 14, pag. 202, male tamen hæc ad annum 1160 referens; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 218; *Æneas Sylvius*, Hiſtor. *Friderici III*, Imperat., edit. Schilteri, p. m. 23; *Sigonius*, lib. XII, de *Regno Italiæ*, ad an. 1158, pag. 493; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 39, ad h. a., pag. 841, & 842; *Mutius*, lib. 18 Chron. German., pag. 148, &c.; *Baronius*, Tom. XII Annal., h. a., §. XI, &c., pag. 409, &c.; *Goldaſtus*, Tom. 3 *Conſtitut. Imperial.*, pag. 334, &c.; *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, Cap. 60, 61, & 62, pag. 515, &c.; *Conringius*, lib. I de *Finibus Imperii*, Cap. XI, §. 6, & 7, pag. 94, &c.; *Bæclerus*, in prædictum locum *Æneæ Sylvii*, p. 132, & 133.; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. V, Cap. 3, §. I, pag. 639; *Hachenbergius*, in *Germania Media*, Diſſ. IX, §. 22, pag. 345, &c.

An. 1159, *Fridericus, in Villa, quæ vocatur Antimiacum, feſtivitatem Luminum celebrans, cum multi ad Eum Heſperiæ Proceres confluxiſſent, dolos atque crudam Mediolanenſium ſuperbiam, omnibus notiſſimam, in medium commemorat, exhibens vultum juſti doloris, ſimul & Regalis indignationis indicem*, &c. Ita *Radevicus*, lib. 2 *Geſt. Friderici*, Cap. 23, p. 521.

An. eodem, Proponuntur Edicta, iterumque Mediolanenſes in Jus per legitimas citantur inducias. Die ſtatuta, Friderico apud Villam Regiam, quæ vocatur **Marnica**, *commorante, per Legatos ſuos Mediolanenſes ſe præſentant. --- - Illi autem dum arctius, de præſtitis ſacramentis, deque aliis pacis pactionibus, de fœdere violato, convenirentur, cum aliud non potuiſſent, reſponderunt:* ***Juravimus quidem, ſed juramentum attendere non promiſimus***, *&c.* Hæc *Radevicus*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Cap. 25, p. 523.

An. 1160, *Adriano Papa mortuo*, (ſcil. 1159.) *factum eſt Schiſma in Electione, quibusdam Octavianum Cardinalem, Victorem vocatum, eligentibus, aliis Ruolandum Cancellarium, Alexandrum dictum, inthroniſantibus. Diviſis itaque tali ſchismate Cardinalibus, novem numero in parte Victoris, undecim in parte Alexandri conſiſtentibus, res ad Imperatorem refertur. Qui,* ***habito Principum conſilio***, *ab ipſis, tale ſchiſma Majeſtate Imperatoria ſedandum eſſe, data ſententia,* ***generalem Curiam*** *omnibus Regni Principibus, ad ineundum, pro ſtatu Eccleſiæ, Concilium, Papiæ, in Epiphania* (hujus anni) *indixit; miſſisque literis ſuis omnibus ciſmarinis Regibus, utpote Regi Ungariæ, Angliæ, Daciæ, & omnibus Regibus Hiſpaniæ, ut Epiſcopos Suorum Regnorum ad hoc Concilium, pro ſtatus Eccleſiæ neceſſitate, dirigerent, rogavit*, &c. Hæc *Otto de S. Blaſio*, Cap. XIII, h. a., pag. 202; Audiamus ipſum Cæſarem, in Epiſtola ad *Rolandum*, ejusque Cardinales Electores, apud *Radevicum*, l. c., Cap. 55, pag. 540, *Baronium*, Tom. XII *Annal.*, h. a., §. 65, &c., pag. 428, &c., *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtitut. Imperial.*, p. 272, & *Palatium*, *de Geſtis Pontificum Romanorum*, in *Vita Alexandri III*, Vol. 2, pag. 602: *Quoniam, divina præordinante Clementia, Romani Imperii gubernacula ſuſcepimus, oportet, ut, in omnibus viis noſtris, Ipſius legem cuſtodiamus, cujus munere, cujus voluntate dignitatis noſtræ apicem adepti ſumus. In hoc itaque ſacratiſſimo propoſito conſtituti, cum omnibus Eccleſiis, in Imperio Noſtro conſtitutis, debeamus patrocinari, SS. Romanæ Eccleſiæ tanto propenſius debemus providere, quanto ipſius cura & defenſio à divina Providentia creditur Nobis eſſe commiſſa ſpecialius. Ea propter de diſcordia, quæ in ſubſtituendo Romanum Pontificem, inter vos, ſuborta eſt, plurimum dolemus. ------- Ut autem huic peſti competens, & Deo gratum exhibeamus remedium, Religioſorum Virorum conſilio,* ***generalem Curiam & Conventum***, *in octava Epiphaniæ,* ***Papiæ***, *indiximus, celebrandam. Ad quam evocavimus totius Imperii Noſtri, & aliorum Regnorum, ſcilicet Angliæ, Franciæ, Ungariæ, Daciæ Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & Viros Religioſos, ac Deum timentes, quatenus, remoto omni ſeculari judicio, hoc tam magnum Eccleſiæ negotium, Eccleſiaſticarum tantùm perſonarum ſententia, ita ſopiatur, ut & Deo debitus exinde honor deferatur, & Eccleſia Romana ſua integritate, & juſtitia non poſſit à quoquam privari, vel ſtatus Urbis,* ***quæ Caput Imperii noſtri eſt***, *inquietari*, &c.; quæ repetit Auguſtus in Epiſtola ad Epiſcopos Transmontanos, apud *Radevicum*, l. c., Cap. 56, pag. 541; *Baronium*, l. c., §. 67, pag. 429; *Goldaſtum*, l. c., pag. 271; & *Palatium*, l. c., p. 603; Conf. *Radevicus*, l. c., Cap. 41, pag. 531, & 532, & Cap. 67, pag. 547, ubi, de actis in Concilio, hæc occurrunt: *Dominus*

minus Octavianus, & nemo alius, Romæ, in Eccleſia B. Petri, petitione Populi, & conſenſu, ac deſiderio Cleri, à Cardinalibus manto indutus eſt ſolenniter, &, præſente Cancellario, & non contradicente, in Cathedra B. Petri collocatus, & à Cardinalibus, & Clero Romano, Te Deum laudamus, ſolenniter ei cantatum eſt, & nomen ei Victor impoſitum eſt. Ibi multitudo Cleri, & Populi Romàni venit ad pedes ejus. Tunc Scriniarius, ſecundum antiquam Romanorum conſuetudinem, aſcendens in altum, voce magna clamavit, ad Populum dicens: Audite, Cives Romani, & Cœtus Reipublicæ! Secunda feria Pater noſter, Adrianus, mortuus eſt, & proximo ſequenti ſabbatho Dn. Octavianus, Cardinalis S. Ceciliæ, in Romanum Pontificem electus, & immantatus eſt, & in Cathedra B. Petri collocatus eſt; & Papa Victor eſt nominatus, placet vobis? reſpondit, magna voce, Clerus & Populus: Placet. Secunda, & tertia vice interrogatus Populus, ſi placeret? clara voce reſpondit: Placet. Deinde, cum bandis, & aliis papalibus inſignibus, Dn. Papa cum laudibus in Palatium deductus eſt, &c. Eadem ſuppeditat *Baronius*, Tom. XII Annal., h. a., §. X, &c., p. 440. Add. ſeq. Tit. V, §. XI, vita *Friderici I*; Conf. *Otto Morena*, de *Rebus Landenſibus*; h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 826; *Dodechinus*, *append. ad Marianum Scotum*, h. a., pag. 475; Vita S. *Eberhardi*, ArchiEpiſcopi *Salisburgenſis*, ab ejus diſcipulo ſcripta, apud *Henricum Caniſium*, Tom. VI *Antiqu. Lect.*, & *Surium*, 22 Junii, §. XIII, &c., p. m. 290; *Gaufredus*, Prior *Voſienſis*, in Chronico Voſienſi, Cap. 58, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Bibliothecæ MS.*, pag. 311; *Helmoldus*, lib. I *Chron. Slavor.*, Cap. XC, p. 205; *Chronicon Andegavenſe*, ad ann. 1160, apud *Labbeum*, l. c., Tom. I, pag. 290; *Metenſe*, ad ann. 1159, ibid., p. 346; *Rogerus de Hoveden*, *annal. Angl.*, ad ann. 1159, p. m. 491; *Conradus Urſpergenſis*, p. m. 221; *Saxo Grammaticus*, lib. XIV *Hiſtor. Dan.*, p. m. 270; *Albertus Stadenſis*, ad an. 1159; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1159, pag. 333; Chronicon *Montis Sereni*, ad ann. 1159, pag. 31; *Martinus Polonus*, in vita *Friderici I*, p. m. 375; *Jacobi von Kœnigshoven Elſaſſiſche Chronick*, Cap. 3, §. 74, pag. 193; *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Cosmodromii*, Cap. 60, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 270; *Platina*, in Vita *Alexandri III*, p. 178; *Nauclerus*, Vol. 2 Chronographiæ, Generat. 39, p. 844; *Mutius*, lib. XVIII *Chronic. Germ.*, p. 150, &c.; *Sigonius*, lib. XIII, de *Regno Italiæ*, ad ann. 1159, & 1160, p. 504, &c.; *Jacobus Wimphelingus*, *Epitom. Rer. German.*, Cap. 32, apud *Schardium*, T. I *Rer. German.*, p. 181.

An. eod. Epiſcopi, & Principes ſuper Regni negotiis Conventum Erphordiæ celebrant, &c. Ita Additionator *Lamberti Schafnaburg.*, h. a.

An. 1162, **Conventus apud Biſantium.** Ita *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 307; Clarius loquitur *Albertus Stadenſis*, ad annum licet 1163: *Imperator tam Rolandum, quam Octavianum, vocat ad Judicium, Curiam indicens Biſunziæ. Venit Imperator, venit Rex Daciæ, Waldemarus, in cujus Comitatu Dux Borius erat, quem Ipſe poſtea ſubmerſit, quia Regnum aſſectavit. Ibi Waldemarus duo Regna, Daciæ, & Sueciæ, ab Imperatore ſuſcepit. Venit Hartwicus, Bremenſis ArchiEpiſcopus, conquerens ibidem, quod tria Regna, Daciæ, Sueciæ, Norwegiæ, ſe de ſua Sede abſtraxerint violenter, cum jure deberent ſuam Synodum obſervare; Venit Reinoldus Colonienſis, & Abſolon Lundenſis; Venit tota Gallia, Alemannia, Provincia, Burgundia, Lumbardia, cum ſuis Principibus. Expectatur Rex Franciæ, Lodowicus, & Heinricus, Rex Angliæ, Rexque Hiſpaniæ, ſed non veniunt, ſollicitati per Rolandum. Solus Rex Franciæ nocte venit, quia, Eum venturum, Heinricus, Comes Campaniæ, juraverat, &, manibus in flumine lotis, ſtatim diſceſſit. Alexandro, cum ſuis, non veniente, Imperator Victorem in Papatu, cum Rege Daciæ, confirmavit, qui Treverim veniens Rolandum cum ſuis excommunicavit*, &c. Pluribus vide *Saxonem Grammaticum*, lib. XIV *Hiſtoriæ Danicæ*, p. m. 271, &c.; *Ottonem de S. Blaſio*, Cap. 28, pag. 211; *Helmoldum*, lib. I *Chron. Sclavic.*, Cap. 90, p. m. 205; *Albericum*, *Monachum trium fontium*, ad an. 1162, p. 339; Chronicon *Montis Sereni*, ad eundem annum, p. m. 32; *Godefridum*, Monachum *S. Pantaleonis*, apud *Coloniam*, ad annum 1162, apud *Freherum*, pag. 239; *Albertum Cranzium*, lib. VI *Daniæ*, Cap. 14, ad 19, pag. 135, ad 138; *Jacobum Wimphelingum*, in Epit. *Rerum Germanicarum*, Cap. 32, apud *Schardium*, Tom. I *Script. Rer. German.*, p. 181; *Sigonium*, lib. XIII, de *Regno Italiæ*, ad eundem annum, p. m. 515, & 516; *Baronium*, Tom. XII *Annal.*, ad eundem, §. V, & ſeqq., pag. 466, &c.; *Conringium* de *Finibus Imperii*, lib. I, Cap. XIV, §. 14, & 15, p. 138, & 139, qui ſimul *Saxonis Grammatici* relationem perſtringit; *Palatium*, *de Geſtis Pontificum Romanorum*, Vol. 2, *in vita Alexandri III*, p. 618; Dn. *Ludovici*, de *Auſpicio Regum*, Cap. 2, p. 97.

An. 1163, *Imperator Paſcha Wormatiæ celebravit, & in Octava, cum Principibus, Moguntiæ Curiam habuit*, &c. Hæc *Dodechinus*, Append. ad *Marianum Scotum*, h. a.; Additionator *Lamberti*, h. a. *Godefridus*, Monachus *S. Pantaleonis*, in Chronico, ad h. a., apud *Freherum*, p. 249, ait: *Imperator Curiam celebrem apud Moguntiam habuit, & quosdam, convictos de interfectione ArchiEpiſcopi Arnoldi, digna ultione mulctavit, &, ad reprimendam civium inſolentiam, murum deſtrui Civitatis mandavit, &c.*

An. 1164, *Kal. Octobr., Imperator, de Italia rediens, Curiam celebrem Bavinberg habuit, in Octava S. Martini, ubi aliquantulum electo Colonienſi durius locutus eſt, pro Palatino, fratre ſuo: ſed, induſtria ac ſapientia ejusdem electi, indignatio hæc ſedata eſt.* Ita *Godefridus Colonienſ.*, h. a., apud *Freherum*, p. 241.

An. 1165, *Auditis, per Principes, in Ciſalpinis partibus,*

bus, Regni devaſtationibus, Fridericus Imperator ex Italia regreditur, Ejusque juſſu, dimiſſis à Palatino (Conrado, ipſius fratre) *captivis militibus Welſonis, generalis Curia, in Quadrageſima, apud Ulmam, Principibus indicitur; Quo Welf, cum fratruele ſuo, Henrico, Duce Saxoniæ & Bavariæ, & Bertolſo, Duce de Zeringin, ac multis aliis terræ Majoribus, perveniens, ab Imperatore honorifice, cum filio, ſuſcipitur: ac Palatinus, ut, ſine omni conditione, in manus ipſorum ſe tradat, pro injuria ipſis illata, aut Regno cedat, ab Imperatore jubetur. Qui tribus vicibus, coram Duce Welf, in terram corruens, ipſo ſuſcipere dedignante, tandem receptus capitur, captusque in exilium Rhetiam Curienſem, ad Caſtrum Numburch tranportatur; ſicque Welſone placato, Imperator inde digreditur, &c.* Hoc *Otto de S. Blaſio*, ad h. a., Cap. XIX, p. m. 205; *Conradus. Uſperg.*, pag. 224, id refert ad annum 1166, ut & *Sigonius*, ſub finem lib. XIII, de *Regno Italiæ*, pag. 520. Conf. Dn. *Tolneri Hiſt. Palat.*, Cap. XV, pag. 320.

An. eod. In Curia Nurenberg ſtipendia itineris in Lombardiam adjudicantur, &c. Ita *Chronicon Montis Sereni*, h. a., p. 33.

An. 1166, *Apud Wirzeburg, in Pentecoſte, Curia celebratur, ubi conjuratio fit ab Imperatore, & Principibus, qui aderant, tam ſecularis, quam Eccleſiaſtici ordinis, quod Paſchalis ſemper Papa habeatur; &, eo mortuo, nullus, niſi de ſua parte, eligatur. Similiter, poſt mortem Imperatoris, nemo ſibi ſubſtituatur, niſi juraverit, ſe eandem partem defenſurum. Solus Albertus Friſingenſis tunc jurare noluit. Nam Conradus Moguntinus jam, ut hoſtis, præjudicatus fuerat. Eodem anno, Albertus Friſingenſis, diu renitens, coactus juravit obedire Paſchali, pro conſcientia, quamdiu Imperium partem ejus foveret, & quamdiu Regalia habere vellet.* Hæc Auctor Appendicis ad *Radewicum*, tunc florens, ad h. a., apud *Urſtiſium*, pag. 558; Conf. *Godefridus Colonienſ.*, ad a. 1165, apud *Freherum*, p. 24, & Chronicon *Auguſtanum SS. Udalrici, & Afræ*, apud *Freherum*, pag. 360, licet ad eundem annum 1165; quem etiam *Sigonius*, lib. 13, de *Regno Italiæ*, pag. 519, collaudat, *Baronio*, T. XII Annal., ad annum 1166, §. 1, p. 514, *Goldaſto*, Tom. I *Conſtit. Imperial.*, p. 281, & Tom. III, p. 342, & *Palatio, de Geſtis Pontificum Romanorum*, Vol. 2, in *Vita Alexandri III*, pag. 624, rectius hoc titulo annum 1166 producentibus.

An. eodem, Reginoldus, Colonienſis ArchiEpiſcopus, antea, pro negotiis Imperii, ab eo (Imperatore) *digreſſus, dum, cum ſua militia, rediret ad Cæſarem, in caſtrum Tuſculanenſe, juxta Romam, aliqua tractaturus, divertit. Quod ab exploratoribus Romæ compertum, Romani tota urbe effuſi, & ad triginta millia pugnatorum computati, ArchiEpiſcopum in Caſtro, in ignominiam Cæſaris, obſidione repente concludunt. Quod Imperatori Anconæ nunciatum, convocatis Principibus, utrum Epiſcopo, dimiſſa Anconitana obſidione, ſubveniendum eſſet, nec ne? conſuluit; quod à quibusdam Principibus, maximè Laicis, ſiniſtram famam de obſidione ſolvenda metuentibus, diſſuadetur, &c.* Hæc *Otto* de *S. Blaſio*, h. a., Cap. 20, p. 205.

An. eod., Menſe Novembris, Indictione XV, reverſus eſt (Imperator) *in Lombardiam, & Laudam veniens, cum Conjuge, multisque etiam ſuis Principibus, tam Theutonicorum, quam Lombardorum; ibi maximum Colloquium Lombardorum, & Alemannorum habuit, & in ipſo Colloquio, cum toto Exercitu, Romam ire diſpoſuit. Tunc vero Epiſcopi, Marchiones, Comites, Capitanei, & alii Proceres, & Magnates Lombardiæ, venientes ante Imperatorem, de prædictis ſuis Procuratoribus, & Nunciis, duriſſimè conqueruntur, & mala, ab eis ſibi illata, Imperatori, Ejusque Curiæ ordine retulerunt, &c.* Ita *Acerbus Morena, Ottonis* filius, de *Rebus Laudenſibus*, h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 842; Conf. *Sigonius*, lib. XIV, de *Regno Italiæ*, h. a., p. 522.

An. 1167, *Procuratores ipſius*, (Imperatoris) *quos in Lombardia reliquerat, ſuper ipſos Lombardos iniquius ſolito ſævientes, ipſos tantis, & tam gravibus contumeliis, & injuriis affligebant, quod nullo modo, ſic gravatos, ſe poſſe vivere, exiſtimabant. Quare Mediolanenſes, qui durius aliis opprimebantur, cum Cremonenſibus, Pergamenſibus, Brixienſibus, Mantuanis, & Ferrarienſibus Colloquium ſtatuerunt, in quo, cum omnes inſimul congregati, mala ſibi à Nunciis Imperatoris illata ad invicem retuliſſent: magis mori cum honore, quam miſerabiliter vivere eligentes, hoc pactum ibidem, cum juramento, inter ſe firmaverunt, videlicet: Unaquæque Civitas alteram adjuvaret, ſi Imperator, aut Procuratores Ejus de cætero eis, vel alicui earum aliquam malitiam inferrent, vel eos, contra rationem, in aliquo moleſtarent, ſalva tamen Imperatori omni fidelitate, quam, per hoc pactum, infringere nullatenus intendebant, &c.* Hæc idem *Acerbus Morena*, ad h. a., apud Dn. de *Leibnitz*. l. c., p. 842, cujus Additionator, l. c., p. 846, annectit: *Die Jovis, quæ fuit decimo die ante Calendas Octobris, in feſto S. Matthæi Apoſtoli, in anno* 1167, *poſuit dictus Imperator palam, in Concione, omnes Civitates Lombardiæ, quæ Sibi erant contrariæ, & adverſus Eum juraverant, in Banno, projecto ibi, coram omnibus, guanto, exceptis Laude, & Cremona, &c.* Conf. de his *Sigonius*, lib. XIV, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 523, &c, docens ſimul, confœderationem hanc fuiſſe pactam 7 Id. Aprilis, ad *Puntidenſe* Monaſterium, *Mediolanum* inter, & *Bergamum*.

An. 1168, *Principes Merſeburg convenerunt, adverſus Ducem* (Henricum, Saxoniæ, & Bavariæ,) *jurantes. Sed Imperator, de Italia rediens, audivit querelas Principum, contra Ducem, in Bomeneburg, & aliquamdiu pacem fecit, &c.* Ita *Albertus Stadenſis*, ad h. a. *Godefridus*

Colo-

Colonienſis, apud *Freherum*, p.m. 243, Curiam Françofurti celebratam fuiſſe, exiſtimat.

An. 1169, *Imperator, ad Saltzpurckhofen, Curiam celebrans, Saltzburgenſem Epiſcopum in deditionem accepit*, &c. Hæc Chronicon *Auguſtanum SS. Udalrici, & Afræ*, h.a., apud *Freherum*, p. 361.

An. eod. Henricus, Filius Imperatoris, quinquennis, in Regem eligitur, in Bavenberg, &c. Ita *Chronicon Bigaugienſe Maderi*, h. a., p. 262; Quæ comprobant verba *Godefridi Viterbienſis*, Cæſaris Cancellarii, teſtis fide digni, ad ſequentem annum 1186 occurrentia; *Levoldus à Northof*, in *Originibus Marcanis*, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 385, ubi: *Iſte Fridericus*, (Imperator) *anno Domini* 1169, *in die Aſſumptionis B. Mariæ, filium ſuum, Henricum, coronari fecit in Regem*, &c.; nec non *Godefridus Colonienſis*, h. a., apud *Freherum*, pag. 243, ubi: *Filius Imperatoris, Henricus, adhuc quinquennis, unctus eſt in Regem, Aquisgrani, à Philippo, Colonienſi Archi-Epiſcopo, die Aſſumtionis B. Mariæ, &c.*; & *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, Cap. 60, pag. 271, ad h. a: *Henricus, filius Imperatoris, puer quinque annorum, Aquisgrani, à Philippo, Archi-Epiſcopo Colonienſi, in Regem coronatur, &c.* Meminit coronationis hujus *Conradus Urſpergenſis*, ad an. 1191, p. 232, verbis: *Henricus, nonageſimo ſecundo loco ab Auguſto, Regnum accepit, prius tamen à Patre Rex deſignatus fuerat, &, de conſenſu Principum, coronam Aquisgrani acceperat, &c.* Juxta *Albertum Stadenſem*, ad an. 1166, contigit hæc electio, & inauguratio, jam anno 1166; Ita enim ibi: *Heinricus, Imperatoris filius, Aquisgrani, à Patre, & Principibus coronatur, &c.* *Sigonius* contra, lib. XIV, de *Regno Italiæ*, pag. 531, utramque in annum 1170 rejicit, ſcribens: *Paſchate in Alſatia celebrato, Henricum filium, annorum quinque puerum, Regem Germaniæ legi, eundemque, per Philippum, Colonienſem ArchiEpiſcopum, coronari Aquis curavit, &c.* Conf. *Cranzius*, lib. VI *Saxon.*, Cap. 46; *Palatius, de Geſtis Pontificum Romanorum*, Vol. 2, in vita *Alexandri III*, ad annum 1170, pag. 630; & *Matthiæ Theatr. Hiſtoricum*, Edit. 1694, in *Vita Henrici VI*, Cap. 2, p. 942.

An. 1170, Imperator, *circa Purificationem S. Mariæ, Norimberch Curiam celebrat, ubi Regem Boëmiæ, qui offenderat, de facili in gratiam recepit. Albanum, Pataviensem electum, à ſuis ab Epiſcopo* (Epiſcopio) *perturbatum, ſpe tantum in Epiſcopatum reſtituit, effectu minime; nam offenſus erat ei propterea, quod à Chriſtiano conſecrari abnuit; ob hanc etiam cauſam, Chunonem, Ratiſponenſem electum, graviter ibidem tractavit, & Curiam ei, de hoc verbo, usque in proximam Pentecoſten, præſignavit: quatenus aut Ordines à Chriſtiano* (Moguntino) *reciperet, aut Epiſcopatum dimitteret*, &c. Hæc Vetuſtus Auctor *Appendicis ad Radevicum*, h. a., pag. 560. Conf. *Sigonius*, lib. XIV, de *Regno Italiæ*, h. a., p. 531.

An. eod. Imperator, poſt Pentecoſten, VI. Idus Junii, Curiam, apud Fuldam, habuit, pro Legatione Epiſcopi Bavinbergenſis, qui, cum ſupradictis Abbatibus, in Italiam ierat, ſed ipſe nihil fructuoſum paci, & concordiæ attulit: & ideò, ſine diffinitione pacis, & unitatis, illa Curia terminata eſt. Imperator vero ibi, ſicut & ſuperius, ajebat, nunquam ſe pro Apoſtolico Rulandum habiturum, &c. Hæc *Godefridus Colonienſis*, h. a., apud *Freherum*, p. 243.

An. 1171, *Fridericus Imperator, in nocte S. Martini, Goslariæ Curiam tenuit, in qua Patrimonium Bernhardi Comitis, filii Marchionis Adalberti, quod dicitur Plozcke, exegit, ex quo gratis*, (gravis) *inter Imperatorem, & fratres ejusdem Comitis, diſſenſio orta, usque in Feſtum S. Johannis Baptiſtæ eſt dilata, &c.* Hæc *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 309; quæ *Albertus Stadenſis*, ad annum 1170 refert; Conf. *Heinecii Antiquitates Goslarienſes*, lib. 2, ad annum 1170, & 1171, pag. 169, & 170.

An. eod. Mediolanenſes, videntes Exercitum Cæſaris defluxiſſe, rurſus rebellare præſumunt. Imperator igitur anguſtatus Legatos in Germaniam, pro ſupplemento Exercitus, direxit, ſimulque ad Henricum, avunculi ſui filium, Ducem Saxoniæ, & Bavariæ, ut Clavennæ ad Colloquium ſibi occurreret, venientique obviam procedens, ut periclitanti Imperio ſubveniret, plus, quam Imperialem decet Majeſtatem, humiliter efflagitavit. Dux igitur Henricus, utpote ſolus ad ſubveniendum Imperio, hoc tempore, potentia, & opulentia idoneus, Goslariam, ditiſſimam Saxoniæ Civitatem, jure Beneficii, pro donativo, ad hoc expetiit. Cæſar autem, tale Beneficium ſibi invito extorqueri, ignominioſum exiſtimans, minimè conſentit. Pro quo Henricus iratus Ipſum, in periculo conſtitutum, recedens reliquit, &c. Ita *Otto de S. Blaſio*, Cap. 23, h. a., pag. 209. Conf. *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 2 *Chron. Slavor.*, Cap. XV, pag. 265; *Albertus Stadenſis*, An. 1177; *Conradus Urſpergenſis*, ad an. 1175, p. m. 226; Chronicon *Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, apud *Lindenbrogium*, in vita 24 Præſulis, ad an. 1177, pag. 94; *Naucleru*s, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 40, pag. 855; *Albertus Cranzius*, lib. VI *Saxon.*, Cap. 34, in fin., & 35; *Mutius*, lib. XVIII *Chron.*, pag. 155; *Palatius*, Vol. 2, de *Geſtis Pontificum Romanorum*, in *vita Alexandri III*, p. 631, qui omnes, Cæſarem flexis genubus auxilia Ducis efflagitaſſe, dicunt.

An. 1172, *Imperator, in media Quadrageſima, apud Wormatiam, Curiam celebrem habuit, ubi conqueſtus de Italicis, & illis, qui partibus favebant Rulandi, quod Coronam Romani Imperii Græco imponere vellent, judicio cunctorum Principum, Expeditionem in Italiam iterum indixit, poſt circulum duorum annorum determinatam, &c.* Hæc *Godefridus*, Monachus *S. Pantaleonis*, h. a., apud *Freherum*, pag. 243. Conf. *Limnæus* ad *Capitulat. Caroli V*, art. XI, §. *der Reichsſtände, &c.* pag. 184.

An. eod.

An. eod. Imperator Curiam Saltzburgenſem habuit, volens Alberto Archi-Epiſcopo alium ſuperponere, ſed tunc dilatum eſt, &c. Ita Chronicon *Auguſtanum SS. Udalrici, & Afræ*, h. a., apud *Freherum*, pag. 361.

An. 1173, *Imperator Paſcha Domini apud Wormaciam agit, ubi & celebris Conventus Principum fuit, &c.* Ita *Godefridus, S. Pantaleonis* Monachus, h. a., apud *Freherum*, pag. 244.

An. 1174, *Imperator, in Curia Ratiſponenſi, Heinricum, Præpoſitum Berchterſgaden, A. Archi-Epiſcopo ſuper Saltzburg poſuit, & ipſe in Lombardiam ſextò pergens, Alexandriam obſedit, &c.* Hæc *Auguſtanum Chronicon*, l. c., ad hunc annum. Obſcura hæc ſunt, niſi, poſt vocem: *Archi-Epiſcopo*, ponatur: *pulſo*, vel *remoto*; Illuſtrare poſſunt hunc locum verba *Bucelini*, part. 1 *Germ. Sacræ*, pag. 43, in Catalogo Præſulum Salisburgenſium, §. 32, ubi: *Adalbertus, Ladislai, Regis Bohemiæ filius, contra quem aliquandiu intruſus eſt Henricus, Præpoſitus Berchtolſgadenſis.*

An. eod. Imperator Natalem Domini in Saxonia, apud Aldinburg, celebrat, in Paſcha vero Aquisgrani Curiam celebrem habuit. Deinde venit Noviomagum, & per aliquot dies ibi moratus, expeditionem, ante biennium indictam, cunctos jurare fecit. Pentecoſte vero apud Caſtrum, quod Cocme (Cocheim) *dicitur, egit; circa feſtum Primi, & Feliciani, cis Alpes, apud Wivelinburch, Colloquium habuit, ubi Legati Tranſalpinorum Principum Eum adierunt, promittentes obſequium, & conductum trans alpes, &c.* Ita *Godefridus*, Monachus *S. Pantaleonis*, h. a., apud *Freherum*, pag. 245.

An. 1177, *Exivit Alexander Papa Ferraria, cum Epiſcopis & Cardinalibus, ſeptimo Idus Maji, & ſine mora Venetias remeavit, cujus veſtigia partes utræque celeriter ſunt ſubſecutæ. Conſtitutis itaque Principibus, & Lombardis in conſpectu Principis, de reconciliatione Pacis inter alterutros tractare cœperunt. Sed quia, de Feudis, maxima inter eos controverſia vertebatur, & pax Eccleſiæ, absq; illorum pace, quia cum Eccleſia contra Imperium firmiter fieri non debebat, tractatus ipſe, multis intervenientibus induciis, uſque ad Apoſtolorum, Petri & Pauli, Octavas proceſſit. Ea igitur die pax Eccleſiæ in ea forma, quæ de conſenſu partium ordinata fuerat, & ſcripto firmata, de conſenſu Principum, qui præſentes aderant, Imperatoris aſſenſu eſt roborata, &c.* Hæc Auctor Vitæ *Alexandri III*, coævus, apud *Baronium*, Tom. XII Annal., h. a., §. 27, & 28, p. 677; *Otto de S. Blaſio*, Cap. 23, pag. 209, hæc ſubminiſtrat: *Mortuo Calixto, Papa Schismatico, Epiſcopi Germaniæ, de Concordia Imperii, & Sacerdotii, Imperatorem alloquuntur, voluntateque Ipſius Diem apud Venetias condixerunt, datoque conductu Papæ, Alexandro, veniendi ad Colloquium, mediante Chriſtiano, Maguntinenſi Epiſcopo, & Cunrado Salzburgenſi, maximè autem Wicmanno Hildesheimenſi, cum cæteris Epiſcopis, Sacerdotium & Imperium concordatur, quibusdam Epiſcopis ſchismaticis ſedes ſuas, propter juſtitiæ cenſuram, cedentibus, &c.* Ipſe Pontifex, in literis ad *Rogerum* Eboracenſem, & *Hugonem*, Dunelmenſem, Antiſtites, ſub dato, *Venetiis*, in *Rivo alto*, 7. *Kalend. Auguſti*, 1177, apud *Rogerum de Hoveden*, part. poſter. *Annalium Angl.*, in vita *Henrici* 2, p. m. 569, & 570, & *Angelum Mariam Cherubinum*, in *Magno Bullario Romano*, Tom. I, p. m. 72 & 73, ait: *Duodecimo Kalendas inſtantis menſis Auguſti, de mandato chariſſimi in Chriſto Filii noſtri, Friderici, Illuſtris Romanorum Imperatoris, præſentibus Principibus Eccleſiaſticis, & etiam Secularibus Teutonici Regni, publicè in anima Ejus, in præſentia Noſtra, coram innumeroſa hominum multitudine, præſtiterunt, tactis SS. Evangeliis, juramentum, quod, poſtquam idem Imperator veniret Venetias, omni quæſtione & contradictione ſopita, pacem Eccleſiæ, ſicut per Fratres Noſtros, & Principes ſuos diſpoſita eſt & tractata, & pacem Chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri, Willelmi, Illuſtris Siciliæ Regis, uſque ad quindecim annos, & treugam Longobardorum, uſque ad ſex annos, in anima ſua, & etiam à Principibus ſuis faceret, ſicut in ſcripto pacis & treguæ continetur, juramento firmari. Et principes Teutonici Regni, ſcil. Venerabiles Fratres Noſtri, Magdeburgenſis, Colonienſis, & Chriſtianus dictus Moguntinus, Archi-Epiſcopi, & quidam alii, in anima ſua, pro ſe, jurare fecerunt. Nono vero Kal. Auguſti, præfatus Imperator, ſicut tractatum fuerat, & diſpoſitum, venit ad Eccleſiam B. Nicolai, quæ per unum milliare diſtat à Venetiis, & ibi tam Ipſe, quam Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, & alii Principes Teutonici Regni, abrenunciantes ſchismati, per Fratres Noſtros, Epiſcopos & Cardinales, de mandato Noſtro, præſentibus quibusdam aliis, abſolutionis beneficium meruerunt. Deinde venerunt Venetias, & ibi, ante Eccleſiam B. Marci, prædictus Imperator, innumera multitudine Virorum & mulierum præſente, & alta voce reddente gratias & laudes Altiſſimo, Nobis, ſicut Summo Pontifici, obedientiam & reverentiam humiliter & reverenter exhibuit, &, recepto à Nobis pacis oſculo, Nos devote dextravit, & cum reverentia, qua decuit, & devotione, uſque ad Altare in Eccleſiam introduxit. Sequenti vero die, in feſto B. Jacobi, ab eodem Imperatore rogati, ad prædictam Eccleſiam S. Marci, ſolemnia celebraturi Miſſarum, acceſſimus. Et Nobis illuc venientibus præfatus Imperator extra Eccleſiam obviam venit, &, dextro latere Noſtro devote ſuſcepto, Nos in Eccleſiam introduxit, &, peractis Miſſarum ſolemniis, Nos, uſque ad Ipſius Eccleſiæ portam, dextravit, &, cum aſcenderemus palefredum Noſtrum, ibi paratum, ſtapham tenuit, & omnem honorem & reverentiam Nobis exhibuit, quam Prædeceſſores Ejus Noſtris conſueverunt Anteceſſoribus, &c.* Conf. *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, p. m. 519; *Rogerus de Hoveden*, l. c., p. 568, ubi ſimul nomina Procerum exhibentur, quorum opera negotium pa-

Digitized by Google

cis confectum; *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 2 *Chron. Slav.*, Cap. XVII, ad an. 1177, pag. 268; *Robertus de Monte*, Append. ad *Sigebertum Gemblac.*, ad h. a., pag. 661; Monachus *Weingartenſis*, de *Gwelfis Principibus*, apud Dn. *de Leibnitz*, de *Scriptoribus Rerum Brunſuic.*, ad h. a., pag. 793; *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 312; *Albertus Stadenſis*, h. a.; Chronicon *Divionenſe S. Benigni*, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, pag. 295, ad annum licet 1178 id referens; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, pag. 359, qui in annum 1179 usque prolabitur; Chronicon *Montis Sereni*, ad an. 1177, pag. 42; *Conradus Urſpergenſis*, ad an. 1176, pag. 227, qui etiam *Sigonio* placet, lib. XIV, de *Regno Italiæ*, pag. 543, &c., cæterum ipſas Pacificationis tabulas exhibenti; *Godefridus*, Monachus *S. Pantaleonis Coloniæ*, ad an. 1177, apud *Freherum*, pag. 246; *Platina*, in vita *Alexandri III*, p. m. 181; *Cranzius*, lib. VI *Saxon.*, Cap. 37; *Aventinus*, *Annal. Bavar.* lib. VI, pag. 515: *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, Cap. 56, pag. 506; Quæ *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. XL, pag. 856, in medium profert: *Iſto igitur fœdere inito, Alexander Pontifex confeſtim ad januas Templi D. Marci acceſſit, & ibidem, univerſo adſtante Populo, Imperatori juſſit, ut ſe humi proſterneret, & veniam denuo poſtularet; At ſummus Pontifex, Cæſaris Imperatoris collum pede comprimens, ait: Scriptum eſt: (Pſalm. 90.) ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. At Fridericus: Non Tibi, inquit, ſed Petro, cui ſucceſſor es, pareo. Et Pontifex reſpondit: Et mihi, & Petro. Ac ſic inter Imperatorem, & ſummum Pontificem pace compoſita, Ipſe Imperator, cum bona venia, abiit, &c.* Subſcribentibus *Sabellico*, lib. VII Rerum Venet., Dec. I, pag. 1167; *Mutio*, lib. 18 Chronic., ad an. 1177, pag. 157, & 158; Chronico *Carionis*, lib. IV, pag. 729; *Nigrino, in der Pabſtlichen* Inquiſition; *Jacobo Philippo Foreſto Bergomate*, *Chron. Venet.*, lib. XII, fol. 192, & 193; *Raphaële Volaterrano*, lib. 22 *Anthropologiæ*, p. m. 508; *Petro Juſtiniano*, *Hiſtoria Veneta*, lib. 2, p. m. 27, cujus verba *Palatius*, Vol. 2, *de Geſtis Pontificum Romanorum*, in vita *Alexandri III*, pag. 635, repetit; *Bodino*, lib. I, de *Republica*, Cap IX, pag. 217, ex improba licet maledicendi aſſuetudine *Fridericum 2*, & *Alexandrum IV* in ſcenam producat; *Fortunato Olmo*, *Caſinenſ*, qui in *Hiſtoria*, *de Alexandri III, Pontificis, occulto adventu Venetias*, *An.* 1177, *& de Victoria obtenta à Sebaſtiano Ziano*, argumentum hoc omnium operoſiſſime proſequitur; *Johanne Baleo*, *Act. Roman. Pontif.*, edit. Baſil., an. 1558 pag. 255; *Centuriatoribus Magdeburgicis*, Cent. XII, Cap. X, pag. 1417; *Johanne Gerhardo*, *Epiſt. dedicat.* part. I, lib. 2 *Confeſſionis Catholicæ*; *Iſaaco Caſaubono*, in *Prolegom. Exercit. contra Baronium*; *Büntingio*, *Chron. Brunſuic.* pag. 155; *Thoma Lanſio*, *Orat. contra Italiam*, p. m. 820; *Matthia*, *Theatr. Hiſtor.*, in vita *Friderici Barbaroſſæ*, pag. 938; *Johanne Micrælio*, *Hiſtor. Polit.* lib. 2, Sect. V, p. m. 496; *Wagenſeilio*, *Diſput. Circul.*, Catalogum exhibente Imperatorum, qui, poſt Francicos, ad interregnum usque, Imperio Germanico præfuerunt; add. ejusdem *Synopſ. Hiſt.*, *Pera Scholaſt. inſerta*; nec non *Adriatiſche Low*, de an. 1704, p. m. 170; *Jeremia Hofmanno*, Diſſ. *de Tyrannica ignominia, quam Friderico Ænobarbo Imperatori intulit Alexander III, P. R.*, habita *Witteberga*, an. 1661, reſpondente *Joachimo Fromm*, §. 4; *Johanne Daniele Artopœo*, Diſſ. *Anti-Baroniana: Num Alexander III Fridericum Barbaroſſam calcaverit pedibus?* ventilata Lipſiæ, an. 1673; aliisque permultis; nugarum cenſu habent *Johannes Aventinus*, l. c.; *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, ad an. 1177, §. 124, pag. 704; *Georgius Remus*, ICt. Noricus, in Diſſert. Inagur., an. 1625; *Matthias Bernegger*, in *Quæſtionibus Hiſtorico-Politicis, publicæ cenſuræ ſubditis*, an. 1626, reſpondente *Kœnigsmanno*; *Chriſtoph. Adamus Rupertus*, *Obſervat. ad Hiſtoriæ Univerſalis Synopſin Beſoldianam*, p. 663, edit. Norimb., 1659; *Jacobus Spigelius*, in Notis, ad lib. X *Ligurini Guntheri Poëtæ*, apud *Reuberum*, p. m. 434; *Chriſtophorus Lehmannus*, l. c.; *Conringius*, lib. I, de *Finibus Imperii*, Cap. XI, §. 4, p. m. 92; Dn. *Schurtzfleiſch*, Diſſ. *Quid expediat Imperio?* defenſa *Witteberga*, an. 1672, §. IX, pag. 14; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, Lib. V, Cap. IV, §. 16, pag. 661; Dn. *Johannes Burchardus Majus*, diſſert. *Imperatorem Fridericum Ænobarbum ab Alexandro III, Pontifice, pede non eſſe conculcatum*, Kilonii habita, An. 1701, reſpondente *Andrea Ludovico Kœnigsmanno*, quorum etiam patrocinatur ſententiæ (1) ſilentium ipſius Papæ *Alexandri III*, in præfatis literis ad Eboracenſem & Dunelmenſem Antiſtites, quibus longè minora recenſentur; (2) ſilentium *Romualdi*, *Salernitani* Præſulis, qui præſens Imperatori, & ſocietatis ipſius cupidiſſimus fuit; (3) ſilentium *Ottonis de S. Blaſio*, *Godefridi Viterbienſis*, *Guntheri Poëtæ*, & *Radevici*, geſta *Friderici* Imperatoris profeſſa opera enarrantium, aliorumque iſtius ævi Scriptorum; (4) ſilentium Romanæ Curiæ mancipiorum, *Platinæ*, &c., &c.; (5) Ingenium magnifici Cæſaris, injurias omnes deteſtantis, vel ſola lite cum *Hadriano* teſte; (6) Magnificus ejus introïtus *Venetiis*, & amica cum Pontifice colloquia, in quæ deſcendit; (7) amiciſſimus utrinque diſceſſus; (8) Principum Fervor, quo an. 1157 Majeſtatem Cæſaream propugnabant, nunquam paſſuri, Caput ſuum, Imperatorem, jam ita turpiter violari; (9) Dubiæ cordatiorum narrationes: *Fertur; dicitur; addunt; juxta alios, &c.*; (10) Nota partium ſtudia, Italorumque adulationes in Pontificem, & in Cæſarem invidiæ, &c. Non adduco hæc, ac ſi cuncta ad Comitia referenda forent, ſed, quatenus, inconſultis Imperii Proceribus, negotium hoc non fuit confectum.

An. eod. Imperator *per Montis Jovis anguſtias regreſ-*

ſus

ſus, in Alemanniam venit. Itaque memor contemptus, à Duce Henrico, apud Clavennam, ſibi exhibiti, in ipſum vehementiſſime exarſit, &, quod Italicis hoſtibus Reipublicæ, contra Imperium, faveret, univerſis Principibus conquiritur, dataque Ei Curia apud Ulmam, Ipſum ad judicium ſubeundum, Imperiali more, citavit. Quo non veniente, Curiam Sibi ſecundam, Ratiſponæ, præfixit: quam parvi pendens, tertiam nihilominus, apud Herbipolim, ſibi datam, ſuperſedit, ibique, ſententia Principum, Ducatu Norico, cum Saxonico, & omni prædiorum & beneficiorum poſſeſſione, feudali pœna multatus, privatur. Ipſe autem, more paterno, Majeſtati cedere, Regalemque gratiam quærere dedignatus, dum ſe exiſtimat ſtare, cecidit, perditumque ſtatum dignitatis, usque ad terminum vitæ, nunquam recuperavit. Nam Imperator, prædiis & beneficiis cedentibus, Ottoni, Palatino de Witlinsbach, Ducatum Noricum conceſſit, ac Bernhardum, Comitem de Anehalde, Ducatu Saxonico ſublimavit, procinctumque movit contra Henricum Ducem, omnesque Civitates, & Caſtella, cunctaque juris ipſius in Suevia, & Bavaria, & in Saxonia ditioni ſuæ ſubjugavit, &c. Hæc Otto de S. Blaſio, h. a. Cap. 24, p. 209. & 210. Conf. Arnoldus Lubecenſis, lib. 2 Chron. Slavor., Cap. XVI, p. 267. ubi: Convocatis Principibus, multa, contra Henricum Ducem, allegare cœpit, quod, propter nimium faſtum ſuperbiæ ſuæ, tantum Imperio contemptum exhibuerit, ut, Eo ante pedes ejus humiliato, nullo, eum, miſerationis intuitu, in tanta neceſſitate conſtitutum, attendere dignatus fuerit, &, deſpecta Republica, & auctoritate Imperatoriæ Majeſtatis neglecta, omne auxilium, obſtinato animo, Ei negaverit. His auditis, Principes, qui eum prius oderant, accepta occaſione, contra eum, multa conqueri cœperunt, & cooperantes verbis Imperatoris, omni honore Eum privandum judicabant, & reum Imperatoriæ Majeſtatis proclamabant, non ſolum quia præcepta, vel merita Ipſius deſpexiſſet, ſed quod, ad ignominiam omnium Principum, in propria Eum perſona humiliatum confudiſſet. Et alii, atque alii ſe ingerentes, illas vel illas ab eo illatas ſibi injurias conqueſti fuerunt, & juſtitiam ſibi fieri, judicio Imperatoris, expoſtulaverunt. Pontifices ante omnes Eccleſiarum oppreſſiones clamabant, nullam fere Eccleſiam eſſe dicentes, quæ ejus direptioni non ſubjaceret. Facta eſt igitur Conjuratio valida adverſus eum, &c. Cap. XXIV, p. 275, & 276 de Curiis pergit: Circa dies illos reverſus eſt Imperator de Italia, cui occurrit Dux apud Spiram, & illatas ſibi injurias à Domino Colonienſi conqueſtus eſt in præſentia Ipſius. Quod Imperator tunc quidem diſſimulans, eis Curiam indixit apud Wormaciam; Ducem tamen præcipuè ad audientiam illuc citavit, reſponſurum querimoniis Principum. Quod intelligens Dux eò venire diſſimulavit. Imperator autem aliam Ei Curiam indixit in Magdeburg, ubi Theodoricus, Marchio de Landsberg, duellum contra Eum expetiit, imponens Ei quasdam traditiones contra Imperium factas; Verius tamen, propter indignationem, id factum fuiſſe creditur, quia Slavi, exciti à Duce, omnem Terram illius, quæ Luſice dicitur, irrecuperabiliter vaſtaverant. Dux autem hoc animadvertens, venire noluit. In Haldesleben tamen conſtitutus, per internuncios, Colloquium Domini Imperatoris expetiit. Imperator itaque exivit ad Eum, ad locum Placiti, quem Dux verbis compoſitis lenire ſtuduit; Imperator autem quinque millia Marcarum ab Eo expetiit, hoc ei dans conſilium, ut hunc honorem Imperatoriæ Majeſtati deferret, &, Ipſo mediante, gratiam Principum, quos offenderat, inveniret. Illi autem durum viſum eſt, tantam perſolvere pecuniam, &, non acquieſcens verbis Imperatoris, diſceſſit. Exinde Imperator tertiam Ei Curiam, Goslariæ, præfixit, nec minus illam ſuperſedendo neglexit. Imperator itaque procedens in concionem, ſententiam adverſus Eum propoſuit, quærens: Quid ſuper hoc juſtitia decernat, quod tertiò legitimè vocatus judicium declinaverit, &, per contemptum, ad Audientiam ſuam venire noluerit? cui, ex ſententia Principum, reſponſum eſt: quod, Juſtitia dictante, omni ſit honore deſtituendus, ita, ut proſcriptione publica dijudicatus, & Ducatu, & omnibus Beneficiis careat, & alter in locum Ejus conſurgat. Confirmata itaque ſententia, Imperator id adjudicavit fieri. Quartam tamen Curiam adhuc, rogatu Principum, Ei indixit, ad quam cum non veniſſet, fecit, ut ſuperius, ex ſententia Principum, inſtructus erat, & Bernardum, Comitem de Anhald, pro Eo Ducem conſtituit, & Epiſcopis, ut ſua reciperent, quæ in Beneficio habuerat, mandat, & Bona ejus publicari præcepit. Unde, accepta occaſione, quidam de ſuis alienati ſunt ab Eo. Dux autem, injuſte de ſe judicatum eſſe, aſſirmabat, dicens: Se de Suevia oriundum, & nullum proſcriptione damnari poſſe, non convictum in Terra Nativitatis ſuæ, &c. Albertus Stadenſis Curiam Herbipolenſem ad annum 1180 refert, verbis: Imperator Wirceburg Curiam habens, in Natali Domini, Heinrico Duci abjudicavit omne Feodum, quod ab Imperio tenuit, vel Archi-Epiſcopis, vel Epiſcopis; Bernardus, Comes de Anebold, ſuſcepit Ducatum Saxoniæ, & Philippus Colonienſis Ducatum Weſtphaliæ, &c.; Nec non Rogerus de Hoveden, Annal. Anglicanis, part. poſt., in Vita Henrici 2, ad an. 1180, pag. 594, &c.; & Monachus Weingartenſis, de Guelfis Principibus, ad hunc annum, apud Illuſtr. Dn. de Leibnitz, de Scriptorib. Rer. Brunſuic., p. 793, licet, errore Typographi, Herbipolis lo-

co, ibi ponatur *Herphurt*; Add. *Albertus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1193, pag. 400; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 226, & 227; Chronicon *Auguſtanum SS. Udalrici, & Afræ*, ad an. 1180, apud *Freherum*, p. 362; *Chronicon Bigaugienſe*, ad eundem annum, pag. 264; *Godefridus*, Monachus *S. Pantaleonis Colonienſis*, ad an. 1179, & 1180, apud *Freherum*, pag. 247; *Gobelinus Perſona*, *ætat. VI Coſmodromii*, Cap. 60, ad an. 1180, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 273; *Theodorus Engelhuſius*, Chron., in vita *Friderici I*, p. m. 235, & 236; Chronicon *Montis Sereni*, ad eundem, p. 44; Chronicon *Raſtedenſe*, in vita *Henrici VI*, apud *Meibomium*, loc. cit., p. 99; Author *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. XIX; *Sigonius*, lib. XIV, de *Regno Italiæ*, ad an. 1175, p. 540; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 40, p. 855; *Mutius*, lib. XVIII *Chron. Germ.*, pag. 155, &c.; *Palatius*, Vol. 2, de *Vitis Pontificum Romanorum*, in *Vita Alexandri III*, p. 630; Dn. *Friderici Lucæ des H. R. Reichs Fürſten-Saal*, part. 1, Cap. 1, p. 17, &c., ubi proſcriptionis formula; *Heineccii Antiquitates Goslarienſes*, lib. 2, ad an. 1180, p. 178. Conf. ad ſequentes annos 1178, 1179 & 1180 dicta.

An. 1178, *Imperator de Italia redit, & Curiam, in Aſſumtione S. Mariæ, apud Biſuntium, in Burgundia habuit*, &c. Ita *Godefridus*, Monachus *S. Pantaleonis*, h. a., apud *Freherum*, p. 247.

An. 1179, *Imperator Natalem Domini apud Wirzeburg celebrat, Curiam vero, in Octava Epiphaniæ, Wormatiæ habuit, pro prædicta diſſenſione Colonienſis Epiſcopi, & Ducis, & Principum Orientalium Saxonum, qui omnes juſtitiam de Duce à Cæſare Implorabant, cum Ille tamen abſens eſſet ---- Curia apud Magdeburg ſatis celebris, ubi querimonia omnium pene Principum habita eſt de Duce Saxonum, qui, jam per annum ad audientiam vocatus, venire aut noluit, aut timuit, ibique fraus ejus & perfidia primum Imperatori detecta eſt. Nec multo poſt expeditio in Saxoniam ab Imperatore & Principibus indicitur, &c.* Hæc idem Monachus *S. Pantaleonis*, h. a., pag. 247; Conf. Chronicon *Bigaugienſe*, h. a., p. 263: *Imperator Magdeborg Curiam tenet, feſto Baptiſtæ, cum Imperatrice Beatrice, & Filio, coronatus. Poſtea in Nuenborg. Sed Dux Henricus, nec hic, nec ibi, citatus comparuit. Tertiam in Wyne Caſtello Henrico indixit, cumque non veniſſet Leo, contra Eum expeditio indicta eſt*, &c. Add. *Limnæus*, ad *Capitulat. Caroli V*, Art. XI, voc. *der Reichsſtænde*, p. 184; Spectant huc, quæ de *Magdeburgenſi Curia*, ad præcedentem an. 1177, dicta ſunt. Add. *Heineccii Antiquit. Goslarienſ.*, lib. 2, h. a., p. 177.

An. 1180, *Imperator Natalem Domini apud Herbipolin celebrat. In media Quadrageſima Curiam apud Geylinhuſen habuit. Ibi, ſententia ipſius Cæſaris, & judicio cunctorum Principum, Dux Saxoniæ Ducatu ſuo privatur, &, aſſenſu cunctorum, Epiſcopus Colonienſis in ſua diœceſi, & per omnem Weſtfaliam, & Angriam, eidem Ducatui præficitur. Reliqua autem pars, per omnem Saxoniam, Comiti Bernardo de Hanahalt obvenit*, &c. Hæc *Godefridus*, *Monachus S. Pantaleonis*, h. a., apud *Freherum*, p. 247; Add. *Chronicon Bigaugienſe*, ad h. a., pag. 264: *Imperator Curiam in Wirzenburch tenet, Henricus non venit. Reus ergò Majeſtatis abjudicatur, omnisque hæreditas, quam ab Imperatore, vel Epiſcopis, tenuit Dux, eidem abjudicatur; Imperator inde Ingelenheim Curiam tenet, in Quadrageſima, præſentibus Legatis Papæ duobus Cardinalibus. Ibi Sifridus transfertur ab Epiſcopatu Brandenburgenſi ad Bremenſem. Bernhardo Comiti, Fratri Epiſcopi, Ducatus Saxoniæ, ex omnium ſententia, adjudicatur, circa Orientalem plagam fluminis Weſera. Ducatum vero ad Occidentalem plagam in Weſtphalia Epiſcopus Colonienſis obtinuit. ----- Expeditio contra Ducem Henricum indicitur ----- Imperator tenet Curiam Ratiſponæ, feſto Baptiſtæ; ibi Henricus Leo privatur Ducatu Bavariæ ---- veniensque Aldenburch, adjudicavit Ducatum Bavariæ Ottoni, ante Palatino de Wicilingesbach, &c.* Quæ illuſtrationi ad præcedentem annum 1177 dictorum inſervire valent. Tabulæ *Geilenhuſenſis* Decreti extant in Dn. *Friderici Lucæ Furſten-Saal*, part. 1, Cap. 1, p. 17, &c.

An. 1181, *Imperator apud Moguntiam maximum feſtum, & convivium celebravit, convocatis ibidem Principibus, & Baronibus totius Regni, ſed & de aliis Regnis quam plurimis. In quo Conventu duo de Filiis Ipſius, videlicet Henricus Rex, & Fridericus Dux gladios acceperunt*, &c. Ita *Conradus Urſpergenſis*, ad h. a., pag. 227, quamvis ea, quæ de militari cingulo hic proteruntur, in annum 1184 rejicienda ſint. Conf. *Mutius*, lib. XIX *Chron. German.*, h. a., pag. 158, ubi de his Comitiis hæc occurrunt: *Aderant Principes, Principumque Legati, ex multis Nationibus, aderant quoque Legati ex Hieruſalem, & Conſtantinopoli. Eſt in hoc Conventu conſultatum inter Principes, de Pace Eccleſiæ, Bello in Turcos. Fridericus, jam laboribus & ſenio defatigatus, incipiebat de otio cogitare, jactatus per infinita pericula jam annos triginta. Quare filiis Regna diviſit: Henricum Imperatorem deſignavit; Othonem Burgundiæ Ducem facit; Friderico Sueviæ Ducatum tribuit. Sed minor natu, Conradus, mortuo Friderico, Dux factus eſt poſtea Suevorum; minimus natu, Philippus, mortuo Henrico, appellatus eſt poſtea Cæſar Auguſtus. Hos enim habuit Fridericus Imperator filios, &c.* Add. *Sigonius*, lib. XIV, de *Regno Italiæ*, ad h. a., p. 551.

An. 1183, *Poſt Conventum Moguntinum, Conſtantiam profectus eſt Fridericus, cum Imperii Proceribus: vocavit illuc Longobardos, ut cum illis ageret de Jure Imperatoris in eos, quid ſingulæ civitates ibi deberent? &.*

Digitized by Google

& privilegia Civitatibus conceſſa confirmataque ſunt, conſtitutaque eſt inter eos pax, quæ debebat durare perpetuo. Hanc Conſtantiæ pacem vocant, de qua in Juriſperitorum libris eſt ſcriptum - - - - - Illic etiam conſcripta ſunt nomina civitatum, quæ fœdus hoc juraverunt, quod juramentum ita ad verbum habet: In nomine Domini, juro ego N. quod a modo ero fidelis Domino Imperatori Friderico, & Ejus Filio, Henrico; non ero in conſilio, vel facto, quod Ipſi perdant vitam, vel membrum, aut mentem, ſeu coronam Imperii, vel Regni ſui, ſeu capiantur; vel, ſi ſcivero aliquem feciſſe, vel facere volentem, per me, vel per alium, Domino Imperatori, vel Regi, vel Nuncio Ejus ſine fraude manifeſtabo, & Eum adjuvabo. Inſuper pacem Domini Imperatoris Friderici, & Filii Ejus, Regis Henrici, & ſuæ partis, factam cum ſocietate Lombardiæ, ſicut ſcriptum eſt, & inde, ſine fraude, infra quindecim dies poſt, & jurata, bono intellectu, & ſigillo Domini Imperatoris ſigillata, obſervabo bona fide, & ſine fraude. Et hoc jurare faciam omnes maſculos, mecum habitantes, à ſedecim annis, & ſupra, usque ad ſexaginta, infra quindecim dies, poſtquam juratum habuero, exceptis ſervis; &, qui per me jurare noluerint, infra tertium diem, Imperatori, vel Regi, vel ſuis Nunciis per breve manifeſtabo. Hæc jurarunt Civitatum Legati, nomine ſuorum Civium, in Conventu Conſtantienſi, &c. Hæc Mutius, lib. XVIII Chron. German., in fine, p. m. 158, & 159; Add. Nauclerus, Vol. 2 Chronograph., Generat. XL, ad an. 1183, p. 862, & 863; Sigonius, lib XIV, de Regno Italiæ, h. a., pag. 554, &c., ubi ſimul prædictæ pacis tabulæ habentur, ita ſubſignatæ: Acta anno Incarnationis M. C. LXXXIII. Data apud Conſtantiam, in ſolemni Curia, VII Kal. Julii, &c. Apud Ottonem de S. Blaſio, cap. 27, p. 210, & 211, referuntur hæc ad annum 1185, falsò tamen. Vid. Dn. Schilterus, lib. IV Inſtit. Jur. Publ., Tit. ult., p. m. 459, &c. Extare hanc Pacem in appendice ad Authenticarum collationes, illuſtratam Baldi, Peruſini ICti, gloſſematibus, conſtat ex Baronio, T. XII Annal., ad an. 1183, §. 8, p. 753.

An. eod. Henricus Rex, filius Imperatoris, pro ſopienda diſcordia, quæ erat inter Conradum, Moguntinum Archi-Epiſcopum, & Ludevicum, Landgravium Thuringiæ, trahebatur, Erfordiam venit, ubi, cum præfatis Principibus, & aliis Viris Nobilibus, ipſum negotium, die B. Jacobi, tractabat. Domus vero Præpoſiti Eccleſiæ Dei Genitricis, in qua convenerant, tribus manſionibus, ſuper ſe viciſſim ædificatis, diſtincta erat, in cujus ſuperiori parte Colloquium agebatur. Pluribus autem ad audiendum ingreſſis, domus multitudinis pondere victa, ruptis trabibus, repente ſubſedit, aliamque ſubterpoſitam dejiciens, plurimos ſuperſtantium ad caſum traxit, ex quibus nonnulli quidem caſu vexati, quidam vero mortui ſunt, quorum nomina hæc ſunt: Fridericus, Comes de Aveberge, Henricus, Comes de Swartzburg; Hi duo in cloaca, quæ erat in extrema parte domus, merſi ſunt, &c. Hæc Chronicon Montis Sereni, h. a., pag. 48; Albertus Stadenſis, h. a., rem ita deſcribit: Imperatore habente Curiam Erphordiæ, in Palatio, ſub quo erat cloaca, fractis trabibus, ſubmerſi ſunt in cloaca octo Principes, & multi Nobiles, & plus, quam centum Milites, nullo Epiſcopo, vel Clerico quicquam paſſo, &c. Add. Wolteri Chronicon Bremenſe, in vita Sifridi, 23 Archi-Epiſcopi, ad h. a., apud Meibomium, Tom. 2 Rer. German., pag. 54; Johannes Schiphower, Chron. Archi-Comitum Oldenburgenſium, Cap. VII, ad h. a., apud eundem, l. c., pag. 145; Auctor Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ, Cap. XXVII, pag. 919, licet falſo id ad annum 1186 referat; Nec rectius Additionatori Lamberti Schafnaburgenſis, pag. 256, hæc anno 1184 contigiſſe videntur.

An. 1184, Fridericus Imperator, ſedatis in Germania cunctis bellorum turbinibus, generalem Curiam, cunctis Regni Optimatibus, in Pentecoſte, apud Maguntiam, edixit, ibique filios ſuos, Henricum ſcil. Regem, & Fridericum, Suevorum Ducem, gladio accingi, armisque inſigniri diſpoſuit. Ad hanc Curiam totius Imperii Principes, utpote Francorum, Teutonicorum, Sclavorum, Italicorum, ab Illyrico usque ad Hiſpanias, congregantur. Sed & vicinorum Regnorum Proceres, invitante Imperii dignitate, convenerunt, incredibilisque multitudo hominum diverſarum Regionum, vel linguarum ibi coadunata eſt. - - - - Feria ſecunda, celebratis mane Miſſarum ſolennüs, Filii Imperatoris, Henricus Rex, & Fridericus Dux, armis præcincti, militarique palæſtra alacriter exercitati, militiæ cingulum ſumpſerunt, tractatisque diverſis Imperii ab Imperatore negotiis, quarta die, ad propria, cum gaudio, receſſerunt, &c. Hæc Otto de S. Blaſio, Cap. XXVI, ad h. a., pag. 210; Conf. Dodechinus, in Appendice ad Marianum Scotum, h. a., pag. 476; Albertus Stadenſis, h. a.; Godefridus, Monachus S. Pantaleonis Colonienſis, h. a., apud Freherum, pag. 249; Chronicon Montis Sereni, h. a., pag. 49; Additionator Lamberti Schafnab., h. a., pag. 256; Chronicon Auguſtanum SS. Udalrici, & Afræ, h. a., apud Freherum, pag. 362; Lehmannus, lib. V Chron. Spirenſ., Cap. 66, p. 534; Conrado Urſpergenſi, pag. 227; Sigonio, lib. XIV, de Regno Italiæ, pag. 551; Nauclero, Vol. 2 Chronographiæ, Generat. 40, pag. 862; & aliis perperam id anno 1181. vindicantibus.

An. eod. Alexandrini Legatos ad Fridericum in Germaniam miſerunt, Conventum Norimbergæ habentem, &c. Ita Sigonius, l. c., ad h. a., pag. 557.

An. eod. Edixit Dominus Fridericus Imperatór Curiam generalem in Geilenhuſen, ubi convenit multitudo Epiſcoporum, & Principum Imperii, &c. Hæc *Goldaſtus*, Tom. 2 *Conſtit. Imperial.*, p. 50; ubi ſimul Acta recenſet.

An. 1186, *Fridericus Imperator, miſſis Legatis ad Wilhelmum, Siciliæ Regem, filium Rogerii, ſororem Ejus Filio, Henrico Regi, deſponſari fecit, ac per hoc Regnum Siciliæ, cum Ducatu Apuliæ, Principatuque Capuæ, Henrico Regi, dotis nomine, poſt mortem à ſocero delegato recipiens, Romano Imperio reſtituit, quod, poſt mortem Lotharii, quondam Imperatoris, à Rogerio, capto Papa, Innocentio, Regioque nomine ab eo extorto, Imperio ablatum fuerat. Igitur ſexta vice, cum maxima Principum frequentia, Italiam ingreſſus, rogantibus Mediolanenſibus, ut, in ſignum adeptæ Imperialis gratiæ, nuptias Filii apud Mediolanum celebraret, ad recuperandum Imperio eorum obſequium, cujus viribus admodum attriti erant, conſenſit, omnibusque Italicis Baronibus generalem Curiam apud Mediolanum indixit. Ad quam Curiam de Ciſalpinis Regionibus, ac de omni Italia, Tuſcia, Campania, Apulia, Sicilia coadunati Principes, filiam* (ſororem) *Wilhelmi, Henrici Regis ſponſam, cum maximo apparatu, Regalique pompa, cum Imperatore & ſponſo, obviam procedentes, ſuſcipiunt, ac cum maximo Regni faſtigio nuptias peregerunt. In hac Curia Italicis plenariè gratiam Imperatoris adipiſcentibus, paceque ad integrum reformata, ἀμνηστία, i. e. malorum oblivio, obſequiis eorum multifariè delibatis, in æternum manſura ſtabilitur. Solutaque Curia, Imperatore, cum Filio, ejusque Uxore, tranſalpinante, omnes cum gaudio ad propria revertuntur, &c.* Hæc *Otto de S. Blaſio*, Cap. 28, h. a., pag. 211. Conjugem *Henrici* non filiam Siculorum Regis, *Wilhelmi*, ſed ſororem, *Rogeriique* gnatam, ſecus ac *Theodoricus de Niem*, de *Privilegiis Imperii circa Inveſtituras*, apud *Schardium, de Juriſdictione Imper.*, p. m. 252, & 279, ſentit, fuiſſe, comprobant *Gotfridus Viterbienſis*, Cæſaribus, *Conrado III*, & *Friderico I*, à ſacris Scriniis, Vir, hac in patre, omni exceptione major, part. XVII *Chron.*, in fine, pag. 522, ibi: *Anno, ab Incarnatione Domini*, 1186, *Indict.* 6, *ſexto Kal. Febr., Rex Henricus Sextus cum Regina Conſtantia, Filia Rogerii, Regis Siciliæ, nuptias glorioſas celebravit Mediolani, apud S. Ambroſium, anno ætatis ſuæ vigeſimo primo, anno autem Regni ſui decimo ſeptimo, &c.*; *Otto Friſing.*, in Fine libri VII Chronicorum, p. m. 166; *Rogerus de Hoveden, Annal. Angl.* part. poſter., in vita *Richardi I*, pag. 663. & 711; *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 3 *Chron. Slav.*, Cap. 14, pag. 330; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 1185, pag. 367, & an. 1190, pag. 381; *Albertus Stadenſis*, ad an. 1184; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 227; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 204; *Chronicon Auguſtanum SS. Udalrici, & Afræ*, ad an. 1191, apud *Freherum*, pag. 363; *Theodorus Engelhuſius*, in *Chronico*, in vita *Henrici VI*, pag. 242; *Monachus Paduanus*, apud *Urſtiſium*, ad an. 1211, pag. 582; *Sigonius, de Regno Italiæ*, lib. XV, ad an. 1186. pag. 562; *Nauclerus*, Vol. 3 *Chronographiæ*, Generat. 40, ad eundem annum, pag. 864, & 867, & 871; *Mutius*, lib. XIX *Chronic.*, ad an. 1187, pag. 159; *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, h. a., §. 31, pag. 773; Annum nuptiarum præſentem confirmantibus *Godefrido, Monacho S. Pantaleonis*, apud *Freherum*, pag. 149, & *Gobelino Perſona*, ætat. VI *Cosmodromii*, Cap. 60, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. Germ.*, pag. 273.

An. eod. Imperator à Longobardia reverſus, malam voluntatem Epiſcoporum Teutonicæ Terræ, pene omnium, contra ſe, ſed occultam, comperit, præcipuè Colonienſis, quem Urbanus Papa, literis ſuis, & nunciis, inter eos concitaverat. Unde Imperator, convocatis eis Wormatiæ, machinationem contra Imperium eis imponit; ſed illi negantes, cum juramento ſe, præter Moguntinum, a ſuſpicione abſolverunt; Colonienſis autem nec venit, nec negavit; Super quibus Imperator graviter motus, Curiam ei Strazburg, ſuper expurgatione, inſtituit. &c. Hæc *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 313; Conf. *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 51, & *Godefridus, Monachus S. Pantaleonis*, ad annum 1187, apud *Freherum*, pag. 250.

An. 1187, *Fridericus Imperator*, 3 *Cal. Januar.*, *Adventum* (Conventum) *Principum apud Norimbergam habuit, ubi de Pace diſpoſuit, ſub hac forma: Fridericus, D. G. Imperator, &c. & præcepit pacem ſervari, & incendia fieri prohibet ..... ſtatuit quoque, ut quicunque alicui damnum facere, aut eum lædere intendit, tribus ad minus ante diebus per certum nuncium ſuum diffiduciet. .... De filiis quoque Sacerdotum ruſticorum ſtatuimus, inquit, ne cingulum militare aliquatenus aſſumant*, &c. Hæc *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 40, ad h. a., pag. 867. Conf. *Conradus Urſpergenſis*, ad h. a., pag. 230, ubi: *Fridericus Imperator, jam cruce ſignatus, Conventum Principum apud Nurimberc coadunavit: ubi de Pace Terræ diſpoſuit, & in literas redigi juſſit, quas literas Alemanni, usque in præſens, Friedebrief, i. e. literas pacis, vocant, nec aliis Legibus utuntur, tanquam Gens agreſtis, & indomita. Quarum tenorem huic operi duximus inſerendum, quatenus ſaltem Lex tam decurtata non pereat de hominum memoria*, &c. Sequitur jam tenor Legis; In fine habetur: *Actum Nurenberc, in præſentia Principum, conſilio & conſenſu Eorum, Anno Incarnationis* 1187, 3 *Kal. Jan.*: *Sigonius*, Lib. XV, de *Regno Italiæ*, in fine hujus anni, p. 565; *Mutius*, lib. XIX *Chronic.*, p. 159, qui id refert in annum 1188; *Conring. de Origine Juris German.*, Cap. XXIV, p. 148; Illuſtr. Dn. *Datt*, lib. I *Rer. German.*, Cap. 3, §. 69, pag. 19, & Cap. 5, §. 5, pag. 27.

An

An. 1188, *Fridericus Imperator* generalem Curiam, *in media Quadrageſima*, Maguntiæ *celebravit, ibique, per totam Germaniam, ſedatis bellorum turbinibus, pace undique reformata, Reipublicæ negotia tractavit. Ad quam Legati Sedis Apoſtolicæ venientes, Imperatori deſolationem transmarinæ Eccleſiæ, ſcriptis & verbis, ex perſona Domini Apoſtolici, ac totius Eccleſiæ, conqueſti, repræſentaverunt, patrociniumque Romani Imperii, per Ejus auxilium, imploraverunt. Qui, habita deliberatione, ad ſubveniendum ſe obtulit, acceptaque cum filio, Friderico ſcilicet, Suevorum Duce, peregrinationis cruce, in remiſſionem peccatorum, crucis ignominiam ſe vindicaturum publice denunciavit, & ad id negotium, ſui exemplo, multos Regni Optimates, cum multitudine diverſæ conditionis & ætatis, accendit*, &c. Hæc *Otto de S. Blaſio*, ad h. a., Cap. 31, p. 212; Conf. *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 3 *Chron. Slav.*, Cap. 28, §. 3, pag. 356; *Rogerus de Hoveden*, part. poſter. *Annalium Anglicorum*, h. a., pag. 650; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 314, & 315; Chronicon *Montis Sereni*, h. a., p. 52; *Albertus Stadenſis*, ad annum 1189; *Godefridus*, Monachus *S. Pantaleonis*, ad ann. 1188, apud *Freherum*, pag. 251; *Albericus*, Monachus *trium fontium*, h. a., pag. 375, qui ait, Imperatorem in hac Curia, *cum ſexaginta octo magnis Principibus*, cruce ſignatum fuiſſe; *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, Cap. 60, p. 273; *Additionator Lamberti Schafnaburg.*, h. a., pag. 256; Dn. *Datt*, l. c., §. 70, & 71, pag. 19, & 20.

An. eod. Imperator *inſignitus ſignaculo S. Crucis, apud* Goslariam, *pro diverſis Regni negotiis*, Curiam generalem *indixit. Ubi quosdam diſcordantes reconciliavit, quædam etiam caſtella, propter latrocinia prohibenda, dirui præcepit, ut, pacatis omnibus, iter propoſitum tanto devotius, quanto liberius, expleret. Ducem etiam Henricum illic adeſſe voluit, ut, quia diſcordia non parva inter Bernhardum, & Ipſum pro Ducatu* (Saxoniæ) *erat, pacem inter ipſos aliqua conditione*, juxta Decreta Principum, *reformaret. Duci autem Henrico trium optionem dedit: ut aut diſpenſationem in particulari quadam reſtitutione priſtini honoris pateretur: aut ſecum peregrinatum, in expenſa Imperatoris, iret, poſtea plenariè reſtituendus: aut Terram, per triennium, tam pro ſe, quam pro filio ſuo, æquivoco, abjuraret. Dux tamen magis elegit Terram exire, quam vel ire, quo non vellet, vel honore priſtino ulla diminutione mutilari, &c.* Hæc *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 3 *Chron. Slav.*, Cap. XXVIII, §. 3, p. 356, & 357. Conf. *Godefridus*, Monachus *S. Pantaleonis*, ad h. a., apud *Freherum*, pag. 252; *Cranzius*, lib. VII *Saxon.*, Cap. I; *Meibomius*, Not. ad *Gerhardum Steder-burgenſem*, Tom. I *Rer. German.*, p. 439; *Heineccius*, lib. 2 *Antiquitatum Goslarienſ.*, h. a., p. 154.

An. 1189, *Fridericus Imperator* Ratisbonam *intravit, ibi, cum ſeptendecim Epiſcopis, &* omnibus Principibus, maximum Concilium celebravit, *totam Quadrageſimam & Paſcha ibi manſit. Poſt Paſchæ dies transactos, quod evenerat V. Id. April., ex Ratiſpona movit navali itinere. Bataviam deſcendit, cum Eo, filius Ejus, Fridericus, Dux Alemanniæ, &c.* Hæc *Tageno*, Decanus Pataviensis, *in Deſcriptione Expeditionis Aſiaticæ Friderici I, Imperat., in Turcas*, apud *Freherum*, Tom. I, pag. 6 Appendicis Indici annexæ. Conf. *Arnoldus Lubecenſ.*, l. c., Cap. 29, pag. 357; Chron. *Montis Sereni*, h. a., pag. 53; *Rogerus de Hoveden*, l. c., pag. 651; Annum Expeditionis collaudantibus *Godefrido Colonienſi*, h. a., apud *Freherum*, p. 253; *Chronico Auguſtenſi*, h. a., ibidem, pag. 363; *Sigonio*, lib. XV, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 567; *Nauclero*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 40, h. a., pag. 869; Principes, & apparatum ingentem deſcribit *Jacobus de Vitriaco*, lib. I, Cap. 99 *Hiſtor. Hieroſol.*

An. eod. Fridericus Imperator in Pentecoſte generalem Curiam Presburch, *in Marchia Ungariæ, celebrans, Exercitum peregrinorum in militiam Chriſti coadunavit, traditisque Regalibus Henrico Regi, Filio ſuo, diviſisque, pro velle ſuo, inter Filios, prædiorum ſuorum redditibus, cum collatis dignitatibus, omnibus bene diſpoſitis, cunctis valedixit, & cum filio æquivoco, Suevorum Duce, nec non & Marchione de Miſſen, cum Saxonibus, & multis aliis Principibus, & Epiſcopis, Exercitu omni militari apparatu admodum inſtructo, & copioſiſſimo, in orientem, contra Saladinum, Saracenorum Regem, & omnes Crucis Chriſti inimicos, procinctum movit, &c.* Ita *Otto de S. Blaſio*, h. a., Cap. 32, pag. 213.

An eod. Henricus Rex Curiam *habet in* Wirtzenborg, *ibi Otto*, (Marchio Miſniæ, à filio captus) *& filius ejus reconciliati ſunt, poſt damna plurima. Idem Henricus, filius Cæſaris*, Curiam in Mersburg *habuit. Ibi expeditio indicitur contra Hinricum Ducem Leonem, & contra Brunſwick, pro querimonia Bernhardi Ducis, &c.* Hæc Chronicon *Bigaugienſe*, h. a., pag. 267.

An. 1190, *Rex Juvenis*, (Henricus) *audito reditu Ducis Henrici, & Filii Ejus, indignatus eſt, tum, quia quaſi deſpiciens adoleſcentiam ſuam, contra jusjurandum, ante tempus, rediiſſet, tum, quia terram Adolſi Comitis ſibi uſurpaverat, qui cum Patre ſuo, ut dictum, exulaverat; impetu igitur quodam venit Brunſchwig, volens vaſtare eam, quam cum, propter inſtantem hyemem, obtinere non potuiſſet, abiit Limberg, ad caſtrum Conradi de Rothe, volens obtinere illud. Sed cum nec ibi profeciſſet - - - - reverſus, ad Ducem ſe contulit. Dux tamen, mediante Conrado, Archi-Epiſcopo Moguntino, & Philippo Colonienſi, pro gratia Regis laborare cœpit. Qui præfigens Ei* Curiam in Fulda, *ita eum in gratiam recepit: ut muros Brunſchwig, in quatuor partibus, deponeret; Caſtrum Lawenburg dirueret, Lubecam vero Civitatem, dono Regis, dimidiam haberet, dimidietatem alteram Comes Adolſus, cum omni terra ſua, quietè poſſideret. Ut autem iſta pacis reformatio rata permaneret, Filium Ejus, Luggerum, obſidem accepit,*

qui

qui poſtea, in Civitate Auguſta, mortuus eſt, &c. Hæc *Arnoldus Lubecenſis*, lib. IV *Chron. Sclavic.*, Cap. 3, pag. 387; Conf. *Chronicon Steterburgenſe*, de *Henrico Leone*, cujus Auctor ipſe *Henrici* Ducis Legatus ad *Henricum* Regem fuit, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 431, & Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptoribus Rer. Brunſuic.*, p. 862, ubi: *Itaque Imperator aberat, & filius ſuus, Henricus, Regia uſus eſt poteſtate. Abſens etiam Dux Henricus pollicitam ſibi ab Imperatore non ſenſit pacem, ſed Bona ipſius omnium expoſita erant direptioni. Unde idem Dux Henricum, filium ſuum majorem, inopinate miſit, & ipſe, contra conſtitutum ſibi, in brevi Eum ſubſecutus eſt. Audiens hoc Rex, tanquam contra ſe ageretur, publicas inimicitias adverſus Ducem habuit, & omnimodo deſtructioni & propulſioni Ejus intendit. Convocatis igitur, Rex, Principibus in Goslaria, remota omni miſericordia, cauſam, imò modum deſtructionis Ipſius tractare cœpit, &, licet hyemis inclementia Eum poſſet deterrere, quæ tunc, ut ſemper, poſt feſtum S. Martini, imminens eſt, inconſultè expeditionem cum ſuis, & Moguntino, & aliis Principibus, Ducem perſecuturus, arripuit .... Poſtea Henricus Dux, conſilio Principum, Moguntini videlicet & Colonienſis Archi-Epiſcoporum, ſe ſubdidit, &, propoſita ſibi ſpe recuperandi priſtini honoris, Regi ſuam ſatisfactionem exhibuit, duos filios ſuos, Henricum videlicet, & Luderum, obſides conſtituit, quorum alter, Luderus, apud Auguſtam urbem, defunctus eſt; alter cum Rege in Apuliam, cum militibus, ſibi à Patre deputatis, abiit, nihilque Henrico Duci de his, quæ ſibi promiſſa erant, conceſſum eſt. Recta igitur Henrico Rege iter agente in Apuliam, mors Imperatoris audita eſt, &c.*; nec non *Albertus Cranzius*, lib. VII *Saxon.*, Cap. 3, p. 175; *Bünting. Chron. Brunſuic.*, p. 171.

An. 1191, *Palatinus* (Conradus, Cæſaris frater) *Imperatorem adiit, ſe, de conſcientia facti* (quod Henrici Leonis filius, Henricus, Ipſius filiam in uxorem duxerit,) *juramento expurgat, & omnibus modis filium, quem ſibi adoptavit, per filiam, gratiæ Imperatoris elaborat reſtituere. Factus itaque voti ſui compos, ut primum filio ſuo Imperatoris mitigavit animum, Ducem Seniorem in Brunſwich adiit, eumque ad præſentiam Imperatoris evocat, pollicendo bona, ſi, ad Domini Imperatoris voluntatem, ſuum inclinaverit animum, & ſe gratiæ ſuæ ordinationis ſubmiſerit. Dux itaque, licet non ignoraret, quoniam difficilis ei foret imperialis iræ manſuetudo, tamen, ut Principum ordinationi eſſet conſentaneus, conſilio Palatini acquieſcit, Eique Curia in Salvelde præſcribitur: ad quam cum Imperator accederet, & Dux eſſet in itinere, in arduo nemoris, cum appropinquaret loco, qui Bothvelde dicitur, Dux de equo corruit, &, ex contritione tibiæ, ab itinere, quod cœperat, impeditus eſt. Sequenti die Walkenred deportatus, nuncios ſuos ad Imperatorem ordinat & deſtinat; ipſe vero manſit in eodem loco, gravi, ex læſione, laborans infirmitate. Imperator, ut audivit, quamvis artem ſuſpicaretur ſubterfugii, Principes, qui convenerant, detinuit, adventumque Ducis expectare diſponit. Poſtquam autem intellexit Dominus Imperator, non fictam ducis infirmitatem, viciniorem loco, & tempore productiorem diem Ei conſtituit in Dullethe,* (hodiè pagus eſt Præfecturæ Kelbrenſis, in Thuringia, haud procul ab arce Kithauſen) *certificatus à Præpoſito Stiderburgenſi, Gerhardo, qui Legatione Ducis fungebatur. Dux itaque, aliquantum receptis viribus ſuis, ad diem & locum ſibi conſtitutum venit, & in plenam gratiam Imperatoris ibi receptus eſt, & filius ſuus Beneficiis Palatini, quæ ab Imperatore tenuit, ſolenniter eſt veſtitus, expetente Domino Imperatore, ut ſecum iter arriperet in Apuliam. Dux ad ſua redit, & filium ſuum, ad obſequendum Domino Imperatori, modis omnibus, adjuvit, ſpe ductus inani, quia aliqua ex his, quæ ſibi promiſſa erant, expectabat.* Hæc ipſe *Gerhardus Stederburgenſis*, in præfato *Chronico*, de *Henrico Leone*, ad h. a., apud Dn. *Meibomium*, l. c., pag. 434, & 435, & Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 866; Et hoc eſt fortè, quod *Rogerus de Hoveden, Annal. Angl.* part. poſter., in vita *Richardi I*, ad annum 1190, pag. 680, &, ex eo, *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, ad eundem annum, §. XIX, p. 807, indigitare volunt, verbis: *Henricus, Rex Alemannorum, audita morte Frederici, Romanorum Imperatoris, Patris ſui, reddidit Henrico, Duci Saxoniæ, univerſa, quæ Pater ſuus Ei abſtulerat, &, in incrementum, dedit Ei decem Caſtella optima,* &c.; quamvis altum de his apud *Stederburgenſem* ſilentium. Conf. *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, Cap. 61, ad an. 1191, apud *Meibomium*, l. c., pag. 275; *Cranzius*, lib. 7 *Sax.*, cap. 6, p. 177; *Bünting.*, l. c., pag. 173.

An. 1192, Imperator, *in Octava Epiphaniæ, Curiam Wormaciæ habuit, ubi Electo Colonienſi Jura Epiſcopatus ſui, duosque Ducatus conceſſit. Wirziburgenſibus Epiſcopum præfecit. Alberto, Leodienſe Electo, ibidem, ex ſententia Epiſcoporum & Principum, amoto, eò quod non canonicè intraſſet, Lotharium, Brunnenſem Præpoſitum, ſubſtituit, &c.* Ita *Godefridus, Monachus S. Pantaleonis*, h. a., apud *Freherum*, p. 260.

An. 1194, *Richardus* (I, Rex Angliæ) *fuit adhuc in captione Henrici, Romanorum Imperatoris, in Alemannia, apud Spiram, die Natalis Domini, qui Sabbato evenit, & ibi manſit, usque ad tempus liberationis ſuæ, quod ſtatuerat ei Imperator, videlicet à ſecunda feria, poſt diem Nativitatis Domini, in tres ſeptimanas. Cumque Imperator veniſſet illuc, una cum Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, & Ducibus, & Magnatibus Imperii ſui, & diu tractaſſet de liberatione Regis Angliæ, venerunt ad Imperatorem nuncii Regis Franciæ, & nuncii Comitis Johannis, fratris Regis Angliæ, & obtulerunt Imperatori, ex parte Regis Franciæ, quinquaginta millia marcarum argenti, &, ex parte Comitis Johannis, triginta millia marcarum argenti, tali conditione, ut ipſe Regem Angliæ teneret in captione ſua, usque ad feſtum S. Michaëlis Archangeli proximè ſequens,* &c. Hæc *Rogerus de Hoveden*, l. c., ad h. a., pag. 733, qui an. 734

per-

Digitized by Google

pergit: *Henricus, Romanorum Imp. cum magnatibus Imperii ſui, & Richardus, Rex Angliæ, cum Alienor, Regina, Matre ſua ----- convenerunt apud Maguntium, in Purificatione B. Mariæ, &, celebrato ibi Concilio, de liberatione Regis Angliæ, Imperator voluit à pacto reſilire, propter cupiditatem pecuniæ, quam Rex Franciæ, & Comes Johannes Ei obtulerant*, &c.

An. 1195. *Hainricus Imperator, deliberationem Jeruſalem & Sancti ſepulchri omnimodis intendens, duas Curias habuit, Geilenhauſen unam, in quibus, ipſo Imperatore multum inſtigante, infinitus Epiſcoporum, & aliorum Exercitus Principum ſibi crucem affixit, & contra Sarracenorum gentem iter arripuit, &c.* Hæc Chronica *Auguſtenſis SS. Udalrici, & Afræ*, ad h. a., apud *Freberum* p. 364; Conf. *Pauli Langi Chronicon Citizenſe*, h. a., apud *Piſtorium*, p. 795. ubi: *Quo anno* (1195) *facta eſt generalis Curia totius Imperii, in villa Regia Geilenhuſen, &c.*

An. eod. His diebus, Henricus Imperator, Friderico, filio ſuo, infante adhuc, Rege, poſt ſe, deſignato, contracto exercitu, tertia vice Italiam intravit, ac Pyrenæum tranſiens, cunctaque in Thuſcia, & in Campania pro libito diſponens, in Apuliam & Calabriam divertit, &c. Ita *Otto de S. Blaſio*, ad h. a., Cap. 43, p. 221, & Cap. 45, An. 1197, p. 222; ſuffragante *Nauclero*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 40, p. 876; Apud *Godefridum*, Monachum *S. Pantaleonis*, pag. 262, refertur hoc ad an. 1196, verbis: *Imperator, ab omnibus Imperii Principibus, ſumma precum inſtantia, obtinet, ut filium ſuum, Fridericum nomine, vix triennem, in Regem eligant, fidem & ſacramenta præſtanti,* (præſtantes) *præter Adolſum, Colonienſem Archi-Epiſcopum, qui tunc quidem in hoc minime conſentit, ſed poſtmodum, apud Bopardiam, conſenſit, juramentum ibi præſtans coram Philippo, Duce Sueviæ, Fratre Imperatoris*, &c. Juxta *Conradum Urſpergenſem*, p. 233, id contigit an. 1197, ibi: *Procurante Imperatore, factum eſt, ut Principes Alemanniæ, pene omnes, filium parvulum Ipſius, adhuc in cunis vagientem, aſſumerent in Regem, & Ei fidelitatem jurarent, & literas, de hoc facto, cum ſigillis ſuis, transmitterent Imperatori.* Eundem annum comprobant Auctor *Chronici Slavici*, apud *Lindenbrogium*, h. a., pag. 257. & *Sigonius*, lib. XV, de *Regno Italiæ*, pag. 581; *Arnoldus Lubecenſis*, lib. V *Chron. Slavor.*, Cap. 3, §. 12, pag. 440, electionem demum, mortuo Imperatore, celebratam opinatur, inquiens: *Siniſtra fama de morte Imperatoris illuc pervenit. -- -- Principes, celebrato Colloquio, hoc ſtatuerunt, ut omnes Regni Primores, ibi* (in caſtris Berytenſibus) *præſentes, ſacramentaliter fidem facerent Imperatoris Filio*, &c. Idem docet *Albertus Stadenſis*, ad an. 1198; Hoc autem manifeſtum eſſe ſphalma, innuit ipſe Cæſar *Fridericus* 2, in Epiſtola ad Regem *Ludovicum Sanctum*, univerſosque Regni Franciæ Barones, An. 1245, apud Dn. *Schilterum*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. V, Cap. VII, §. IV. pag. 684, ajens: *Primum quidem ſcire vos credimus, qualiter Innocentius alius*, (III) *Prædeceſſor iſtius, ſub cujus pallio & tutela Nos, nedum impuberem, ſed infantem, Mater Noſtra dimiſerat, contra Nos, in Imperio, cujus Principes Nos in Regem elegerant, & Nos, in vita Patris noſtri, aſſumere in Imperatorem juraverant, Othonem de Saxonia, veterem adverſarium noſtrum & Domus noſtræ, in Imperatorem, in noſtrum præjudicium, conſecravit, &c.*, firmo argumento, Cæſarem omninò adhuc in vivis fuiſſe, cum Filius Ejus, *Fridericus*, Rex Germaniæ eligeretur. Conf. *Strauchii Amœnitates Juris Canonici*, Ecloga 3, Cap. 18, p. 70.

An. 1198, *Deficiente Imperatore Glorioſo, Henrico, per quem Deus terminos Imperii multum dilataverat, neglecta fide, ſive electione, in Filium Ipſius facta, duo ſoles, i. e. Reges, exorti ſunt, qui, radiis invicem diſcordantibus, Romani Imperii fines non modicè perturbabant. Siquidem Colonia Agrippina, in Regnis inclyta, Colloquio celebrato cum Regni Primatibus, de Electione Novi Regis tractare cœpit. Huic Colloquio intererat Adolfus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, Conradus Moguntinus, qui tamen præſentialiter aberat, transmarinis negotiis, ut prædictum eſt, occupatus, cujus vicem, in omnibus negotiis ordinandis, ipſe Colonienſis tenebat; nec minus Dominus Trevirenſis talibus ſe negotiis non abſentabat. Intererat quoque Palatinus de Rheno, Henricus, cum multis Nobilibus, qui omnes, unanimi conſenſu, Othonem, Henrici, Nobiliſſimi Principis & Ducis, Filium, in Pictavio adhuc conſtitutum, in Regem, & Romani Imperii Principem elegerunt, miſſisque Legatis, Eum, cum ſummo honore, Coloniam usque perduxerunt. Nec defuit, inter iſta, benevolentia Avunculi ſui, Richardi, Regis Angliæ, cum maximis copiis theſaurorum, ad tantam vocationem Eum ampliſſimè promovendo. Confirmataque electione Regis Othonis, Ipſe, collecto robore militum, aſpirantibus ſuis Electoribus, obſidione maxima Aquisgranum vallavit, quæ, contra Eum, fidem adhuc ſervans Imperatori mortuo, ſive Ipſius fratri, Philippo, nimis obſtinata erat. Quam tamen, non ſine difficultate, & expenſis plurimis, ſeptuaginta videlicet marcarum millibus, violenter obtinuit, unctusque in Regem ab Adolfo, memorato Archi-Epiſcopo, in ſedem Imperii eſt ſublimatus, & Romanorum Auguſtus ſalutatus. Talis igitur electio, ſive Regis ordinatio, per Legatos honoratos, à Domino Colonienſi, ſive ab aliis Archi-Epiſcopis, & Principibus primoribus Domino Innocentio, Romanæ Sedis ſummo Pontifici, inſinuata eſt, omnibus obnixe poſtulantibus, ut electionem, ſive ordinationem Regis Othonis approbaret, ipſamque ſua auctoritate confirmaret. Qui nimis gaviſus eſt, & non ſolum Ipſius electionem approbavit, ſed ipſum Othonem Imperio digniſſimum judicavit, Eumque Filium ſuum dilectum declaravit, miſſisque Epiſtolis, omnibus Prælatis, Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Regalia tenentibus, obtentu obedientiæ, ut Regi electo ſervirent, mandavit, &c.* Hæc omnia *Arnoldus Lubecenſis*, lib. VI *Chron. Slav.*,

Cap. 1, p. 449, & 450, ſequenti cap. 2, pag. 451 pergens: *Inter hæc Philippus, qui Imperialia tenebat, fratri ſuccedere aſpirabat, quem multorum copia juvabat Saxonum, Francorum, Suevorum, Bavarorum, utpote qui omnia loca munita, Civitates, Caſtra tenebat, & , cum ſola Colonia, & pars quædam Weſtfaliæ Othoni faveret, totum robur Imperii Philippo adhærebat. Coadunata igitur multitudine Prælatorum & Principum, de Franconia, Saxonia, Suevia, Bavaria, Turingia,* **apud Moguntiam, conſenſu & favore omnium,** *in Regem eſt electus, & à Domino Tarentino Archi-Epiſcopo, conſenſu Cleri, & connivèntia Capituli Majoris, ſine præjudicio Domini Moguntini, Conradi, qui, ut ſæpe dictum eſt, tunc aberat, cum magna ſolennitate, Rex conſecratur, & Romanorum Auguſtus ſalutatur. Ibi quoque Regina, regio diademate non tamen coronata, ſed circulata proceſſit, quæ, de Græcia oriunda, Philippo nupſerat, & Ejus dignitatem non modicè in ſuis partibus auxerat, &c.* Alias Curias profert *Conradus Urſpergenſis*, ad h. a., pag. 233, & 234: *Principes, juramenta ſua poſtponentes, de electione Novi Imperatoris tractare coeperunt. - - - - Ideoque præfatus Philippus ad partes Rheni ſe contulit in continenti, & Natalem Domini* **in Caſtro Haginou** *celebravit. Ubi venerunt ad Eum &* **Officiales, & Miniſteriales,** *& quidam de Principibus & Baronibus Terræ, cum quibus habuit myſterium conſilii ſui; Ubi etiam aderat Cunradus, Argentinenſis Epiſcopus, qui etiam promiſit favorem & auxilium ſuum Duci, de obtinendo Imperio. Volebat enim tenere Imperium, cum in poteſtate ſua haberet* **Inſignia Imperialia,** *utpote* **Coronam, & Crucem,** *& alia, quæ attinebant, &c. ---- Sed genitrix & nutrix omnium malorum, diſcordia, noluit quieſcere, quin potius Alemannos - - - - ad hoc commovit, ut, in præjudicium dominationis antiquæ, & generationis in Regno diuturnæ, condicerent* **Curiam apud Andirnach,** *Oppidum Rheni, quatenus ibidem eligerent Imperatorem. Quo audito, Philippus, transmiſſis illuc legatis, effecit, ut nulla ibidem celebraretur electio, tum propter ſui & quorundam Principum abſentiam, tum propter Regiæ Generationis non deſtituendam proſapiam, tum propter juramenta Principum, eidem Generationi exhibita. Ideoque plus confidentes in divitiis, & potentia* **Colonienſium, illuc conventiculum ſuum condicunt.** *Ubi rurſum Dominus Philippus Nuncios ſuos transmiſit, impediens, ne, in præjudicium ſuum, qualibet fieret electio. Aſſerunt etiam quidam, quod propter hoc promiſſa fuerint Archi-Epiſcopo Trevirenſi duo millia marcharum. Attamen Bertholdus, Dux Zaringiæ, tunc denominatus fuit in Regem, non propter hoc, quod juſtus poſſet eſſe videri, aut diligere veritatem, cum ſcriptum ſit:* **Honor Regis judicium diligit;** *Sed propter hoc, quia pecunioſus videbatur, cum eſſet avariſſimus, & omni iniquitate plenus. Videns autem Philippus, quod tali inſolentia nollent ceſſare Alemanni, Ipſe, cum Principibus ſibi faventibus,* **Conventum adunavit in Oppido Milhuſen,** *ubi à Suevis, & Saxonibus, & Bawaris, & Boëmis, & Principibus quam pluribus Rheni eligitur in Regem. - - - - Cum præfatus Dux Zaringiæ diffidere cœpiſſet de expenſis, ad obtinendum Imperium neceſſariis, rediit ad gratiam Regis Philippi, accepitque ab Eo Beneficia, quæ ſibi conferre curavit, & hominium ſibi fecit, & fidelitatem, & vades, ſcil. Nepotes ſuos, quos apud Coloniam, pro expenſis, obligaverat, non abſolvit. - - - - Jam tunc Colonienſes, & Argentinenſes, cum Epiſcopis ſuis, & alii quidam cogitaverunt, & machinati ſunt nequitiam, miſeruntque nuncios ſuos, Albertum videlicet de Tagisburg, & de Liningen, Comites, in Angliam, ut inde advocarent, & adducerent Ottonem, pro eo, quod ſuperbus & ſtultus,* (en! livor Gibellinus;) *ſed fortis videbatur viribus, & ſtatura procerus. Præſumentes nihilominus auxilio præfati Richardi, Regis Angliæ, quia fuit Avunculus Ejusdem, hunc igitur,* **apud Coloniam,** *elegerunt in Regem, &c.* De Curia hac *Colonienſi* ſequentia ſuppeditat *Rogerus de Hoveden, Annal. Angl.*, in vita *Richardi I*, ad an. 1198, p. 775, & 776: *Infra Natale Domini venerunt Rothomagum Nuncii Archi-Epiſcopi Coloniæ, & Nuncii Archi-Epiſcopi Moguntini, & Nuncii aliorum Magnatū Alemanniæ ad Richardum, Regem Angliæ, dicentes Ei, ex prædictorum virorum parte, quod omnes Magnates Alemanniæ* **convenirent apud Coloniam,** *octavo Calendas Martii, ad eligendum Imperatorem, & præceperunt Ei, in vi ſacramenti & fidei, quibus aſtringebatur Imperatori, & Imperio Romano, quod, omni contradictione & occaſione remota,* **veniret Coloniam,** *ad prænominatum terminum, ut Ipſe,* **ſicut præcipuum membrum Imperii,** *eſſet ſimul cum illis, ad eligendum Imperio idoneum, Deo auxiliante, Imperatorem. Quibus auditis, Richardus, Rex Angliæ, habito cum ſuis conſilio, miſit cum prædictis Nunciis Alemannorum, Philippum, Dunelmenſem Epiſcopum, & Euſtachium, Elienſem electum, & Willielmum de Chimeli, Andegavenſem electum, & Ebroicenſem electum, & Baldewinum de Betum, Comitem Albemarliæ, & Willielmum de Pratellis, & Willielmum de Leſtang, & Bricium Camerarium, ut ipſi intereſſent electioni Imperatoris, loco Ipſius, - - - - - Ipſe vero Rex Angliæ, modis omnibus nitebatur efficere, quod Henricus, Dux Saxoniæ, nepos Ejus, fieret Imperator, ſed quia ipſe nondum de peregrinatione ſua redierat, & mora ad ſe periculum trahebat, præfatus Rex Angliæ effecit, adverſus Archi-Epiſcopos Colonienſem & Moguntinum, & adverſus quosdam aliorum Magnatum Alemanniæ, quod ipſi elegerunt Othonem, Nepotem ſuum, fratrem prædicti Henrici, Ducis Saxoniæ, in Imperatorem, &c.* Singulare eſt, quod de eligendi modo, tunc uſitato, tacentibus Germanis, addit: *Eſt autem ſciendum, quod in Electione Romanorum Imperatoris taliter procedendum eſt. Defuncto itaque Imperatore, Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Duces, Comites, & omnes cæteri Magnates Alemanniæ,*

Digitized by Google

niæ, in unum convenientes, debent Duodecim Viros *eligere communiter, & eos præſentare Archi-Epiſcopo Colonienſi, & Archi-Epiſcopo Maguntino, & Duci de Saxonia, & Comiti Palatino de Rheno, &, quemcunque illi* quatuor *elegerint, de prædictis duodecim electis, erit Rex Alemannorum, & coronabitur apud Hays* (Aquisgranum, Gall. Aix la Chapelle) *Capellam, ubi Carolus Magnus ſepultus requieſcit. Factum eſt autem, quod, cum præfatus Otho eſſet unus de* prædictis duodecim *communiter electis, ad inſtantiam precum & ſervitii Richardi, Regis Angliæ, receptus eſt ab Archi-Epiſcopis Colonienſi & Maguntino, & ab eisdem coronatus eſt in Regem Alemannorum, apud Hays Capellam, præſentibus Ducibus de Lamburc,* (Limburg) *& de Luvain, & aliis Ducibus multis, & Epiſcopis multis, & præſentibus Baldewino, Comite Flandriæ, & Henrico Comite de Namur, Fratre ejus, & aliis Comitibus multis. .... Henricus vero, Dux Saxoniæ, Comes etiam Palatinus de Rheno, frater prædicti Othonis, poſt reditum ſuum de Terra Sultæ, ratum & gratum habens, quod de fratre ſuo factum erat, electionem ſuam confirmavit. Cum autem Philippus, Dux Suaviæ, filius Frederici, quondam Romanorum Imperatoris, frater quoque Henrici, Romanorum Imperatoris, proxime defuncti, eſſet unus de ſupradictis duodecim electis, noluit electioni ſuæ cedere, ſed Othonem, modis omnibus, quibus potuit, impugnavit, &c.* Ad an. 1199, in vita *Johannis*, Regis, pag. 795, annectit: *Interim Innocentius Papa, & Romani elegerunt ſibi in Imperatorem Othonem, Regem Alemanniæ; & Philippum, Ducem Suaviæ, & omnes alios electos refutaverunt. Confirmata ergo à Dn. Papa, Innocentio, & ab Eccleſia Romana electione præfati Othonis, Innocentius Papa excommunicavit Philippum, Ducem Suaviæ, & omnes fautores ſuos, & Conſiliarios ſuos, & coadjutores, niſi deſiſtant à perſecutione prædicti Othonis, & publice clamatum eſt in Capitulo,* (Capitolio) *& per totam Urbem: Vivat Imperator noſter Otho, &c.* Nomina eligentium *Ottonem* complectitur ipſorum Epiſtola ad *Innocentium III*, P. R., apud *Baronium*, Tom. X Annal., ad annum 996, §. 57. &c., pag. 901, & 902, *Lehmannum*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, Cap. 74, p. 570, & 571, & *Meibomium*, in *Apologia pro Ottone IV*, Tom. III *Rer. German.*, pag. 119, & 120, ubi:

† *Ego Adolphus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, elegi & ſubſcripſi.*

† *Ego Berardus, Paderbornenſis Epiſcopus, elegi & ſubſcripſi.*

† *Ego Thietmarus, Mindenſis Epiſcopus, elegi & ſubſcripſi.*

† *Ego Widichindus, Condejenſis* (Corbejenſis) *Abbas, elegi & ſubſcripſi.*

† *Ego Gerardus, Tudenſis Abbas, elegi & ſubſcripſi.*

† *Ego Henricus, Dux Lotharingiæ, qui & Brabantiæ, Marchio S. R. Imperii, elegi & ſubſcripſi.*

† *Ego Henricus, Comes de Kuke, conſenſi & ſupſcripſi.*

Philippi Electores ad eundem literas dabant, quibus hoc exordium, ap. *Baronium*, l. c., §. 60, p. 902: *Reverendo in Chriſto Patri, Domino Innocentio, S. R. Eccleſiæ Pontifici, Germaniarum Principes & Magnates, in Chriſto filii: Magdeburgenſis Archi-Epiſcopus, Trevirenſis Archi-Epiſcopus, Biſuntinæ Sedis Archi-Epiſcopus, Ratiſponenſis Epiſcopus, Friſingenſis Epiſcopus, Auguſtanus Epiſcopus, Conſtantienſis Epiſcopus, Eiſtetenſis Epiſcopus, Wormatienſis Epiſcopus, Spirenſis Epiſcopus, Brixienſis Electus, Hildesheymenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, Abbas Fuldenſis, Abbas Heswoldenſis, Abbas de Tergente, Abbas Ebwacenſis; Item, Rex Boemiæ, Dux Saxoniæ, Dux Bavariæ, Dux Auſtriæ, Dux Moravia, Marchio de Ruveſperg, aliique Alemanniæ Nobiles .... Magnitudini Veſtræ duximus declarandum, quod mortuo Inclyto Domino noſtro, Henrico, Romano Imperatore Auguſto, collecta multitudine Principum, Illuſtrem Dominum noſtrum, Philippum, in Imperatorem Romani Solii, ritè & ſolemniter elegimus, &c.* Plura de hoc Schiſmate, diverſo tamen ſtylo, reperiuntur apud *Ottonem de S. Blaſio*, Cap. 46, ad annum 1198, pag. 222, & 223; *Godefridum*, Monachum *S. Pantaleonis Colonienſis*, An. 1198, pag. 263, & 264; *Albertum Stadenſem*, ad eundem annum; *Albericum*, *Monachum trium fontium*, ad Ann. 1197, & 1198, pag. 412, & 414; *Robertum de Monte*, ad an. 1198, apud *Piſtorium*, pag. 678; *Chronicon Bigaugienſe*, ad h. a., pag. 267; *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 66; *Chronica Slavica Lindenbrogii*, edit. noviſſ., p. 257, ad an. 1197; *Cunradum de Fabaria*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, Cap. VII, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Rer. Alamannic.*, part. I, pag. 75, & 76; *Martinum Polonum*, in vita *Henrici VI*, edit. Schilter., pag. 375; *Siffridum*, Presbyterum *Munenſem*, h. a., apud *Piſtorium*, pag. 693; *Gobelinum Perſonam*, ætat. VI *Cosmodrom.*, Cap. 63, apud *Meibomium*, Tom. I *Rerum German.*, pag. 276; *Theodoricum Engelhuſium*, in *Chron.*, pag. 243; *Nauclerum*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 40, pag. 897; *Levoldum de Northof*, in *Chronico Comitum de Marca*, apud *Meibomium*, l. c., pag. 385; Auctorem *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. 31, qui *Philippum Ichtershuſæ*, in Thuringia, electum ſcribit; Auctorem *Fragmenti Hiſtorici*, *Chronico Alberti Argentinenſis* præfixi, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, ad an. 1198, pag. 86; qui locum, in quo *Philippus* primùm electus, *Francofurtum* conſtituit, poſtea *Moguntiam* nominans; *Dubravium*, lib. XV *Hiſtor. Bohem.*, pag. 118, &c.; *Æneam Sylvium*, *Hiſtor. Friderici III*, p. m. 28; *Platinam*, in vita *Innocentii III*, p. m. 190; *Paulum Langum*, in Chronico *Citizenſi*, ad an. 1198, ap. *Piſtorium*, p. 795; *Sigonium*, lib. XV, de *Regno Italiæ*, ad an. 1197, & 1198, pag. 582, & 586; *Onuphrium Panvinium*, de *Comitiis Imperatoriis*, pag. 105, &c.; *Mutium*, lib. XIX *Chronic. German.*, pag. 166, &c.; *Baronium*, l. c., *Lehmannum*, l. c., Cap. 70, p. 566; & Cap. 74, p. 570, &c.; *Struchium*, in *Amoenitatibus Juris Canonici*, Ecloga 3, Cap. 18, pag. 70, & 71; *Heineccii Antiquitates Goslarienſis*,

lib. 2, ad An. 1198, pag. 196, & 197; quorum omnium verba exſcribere tædet.

An. eod. Bojemo etiam (in Comitiis (Moguntinenſibus, cum Philippus Rex eligeretur Germaniæ) *major dignitas acceſſit, ut, cum antea Ducatum teneret, titulo Regio à Philippo ſublimatus, ibi & Ipſe procederet coronatus, & gladii Regii bajulus, &c.* Hæc *Arnoldus Lubecenſis*, lib. VI *Chron. Slav.*, Cap. 2, pag. 451; Rem comprobat Auctor *Fragmenti Hiſtorici*, *Alberti Argentinenſis* Chronico præfixi, ad annum 1198, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 86, ibi: *Ad eandem Curiam* (Moguntinenſem) *Philippus Rex Ottocarum*, (Premiſlaum) *Ducem Bohemiæ, Regem fecit, datis ſibi, & uxori ſuæ coronis, &c.*; & *Chronica Auguſtenſis*, apud *Freherum*, ad an. 1205, p. 365: *Otaker, Dux Boemiæ, conſilio Ludwici Ducis, reliquit Ottonem, & adhæſit Philippo, qui, conſenſu Principum, impoſuit Ei diadema, faciens Eum, & ſucceſſores ſuos, Reges, tradiditque filiam ſuam Wenetzlao, filio ſuo*; Nec non *Æneas Sylvius*, Cap. XXVI *Hiſtor. Bohem.*, p. m. 135: *Wenceslaum, tribus menſibus Ducali auctoritate functum, Primiſlaus, Uladiſlai, ſecundi Regis, filius, armis dejecit, & à Philippo, Romanorum Imperatore, Friderici 2 fratre*, (Patruo) *quem Romana Eccleſia non accepit, tertio loco, inter Bohemos Reges, coronatus eſt, &c.* Clarius loquitur *Dubravius*, lib. XV *Hiſtor. Bohem.*, p. m. 1191 *Hæc quam grata Philippo acciderint, ex beneficio, Moguntiæ Premiſlao collato, facile quis exiſtimare poteſt. Venerat, poſt rem bene geſtam, Premiſlaus Moguntiam, in qua Conventum Principum Philippus habut; ibi, priusquam de bello inſtaurando deliberari, aut quicquam tractari cœptum eſſet, Premyſlaum, de omnium, qui aderant, ſententia, Regem Bojemiæ creat, impoſita Ei, ſua manu, corona Regia. Exiit tandem Interregnum in Bojemia finitum, Regibus ſibi deinceps, continua ſerie, ſuccedentibus; poſtquam uſu didicerant, ad dignitatem, atque exiſtimationem tuendam, plus referre, inter ipſos Reges, quam inter Principes cenſeri; præſertim apud Bojemos, in tam corrupta Procerum indulgentia ac licentia, per quam ipſos Principes non ſolum nimis ſibi familiares, verum etiam obnoxios faciebant, &c.*; ſequentibus docens, qua occaſione *Premiſlao* nomen *Ottocari* inditum. Conf. ex recentioribus *Goldaſtus*, lib. 3 *Bohem.*, Cap. 10; *Bangertus*, in Notis, ad dictum locum *Arnoldi Lubecenſis*, p. m. 452, lit. b; *Bæclerus*, in Notis ad *Æneæ Sylvii Hiſtoriam Friderí III*, p. m. 135; *Conringius*, lib. 2, de *Finibus Imperii*, Cap. 29, §. 3, p. m. 469; Illuſtr. Auctor *des Europæiſchen Herolds*, edit. nov., An. 1705, Tom. 2, Cap. IX, pag. 425; Dn. Ludovicus, *de Auſpicio Regum*, Cap. 2, §. 5, pag. 85. *Conrado Urſpergenſi*, pag. 233, & *Alberico, Monacho trium fontium*, pag. 413, id contigiſſe videtur, jam an. 1197, ſub auſpiciis Henrici VI.

An. 1199, *Deſcendit Cunradus, Mogontinus Archi-Epiſcopus, ab Italia, &, cum eo, Bonifacius, Marchio de Monte ferreo, ut diſcordiam, quæ in Regno orta fuerat, ex electione Ottonis, & Ducis Philippi, ſedarent, &, ſi nequirent iſtud efficere, ut alteruter Eorum ceſſaret, ex conſilio Principum per quinquennium pax firmaretur, & hoc elaboraretur, ut alter cederet. Sed quid intenderint, vel quid contulerint cum Philippo, licet non innotuerit, Rex Otto, invitatus à Marchione, ut Bopardiam veniret, renuit, quoniam quidem dedecoroſum arbitratus eſt, ſi ullo pacto Regno cederet, cum legitimè in Regem conſecratus eſſet. Cunradus etiam Epiſcopus, Coloniam veniens, cum Epiſcopo Colonienſi, & Burgenſibus Colloquium ſuper hoc habuit, ſed infecto negotio rediit, &c.* Hæc *Godefridus*, Monachus S. *Pantaleonis* Colonienſis, h. a., apud *Freherum*, p. 266, & 267.

An. 1200, *Mogontinus, pace reformata inter fratres*, (in Hungaria) *regreſſus ad partes Auſtriæ, in territorio Pataviensi, carnis debitum ſolvit. Epiſcopus autem Wolferus prædictæ Civitatis jam defunctum ſuſcepit, & exequias celebravit, & corpus, cum magno Comitatu, Mogontiam devexit, ſepultoque, pro pace componenda, inter Regem Ottonem, & Philippum, inter Andernacum, & Confluentiam venit; ad quod Colloquium ſe contulerunt Colonienſis Archi-Epiſcopus, & Hermannus Monaſterienſis, & Trevirenſis, & alii quam plures; ſed quod conſiliati ſunt, proceſſum non habuit, &c.* Hæc idem *Godefridus*, h. a., p. 267.

An. 1202, *Otto Rex, & Adolfus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, cum aliis quibusdam Principibus, Colloquium habuerunt apud Trajectum, quæ ſupra Moſam ſita eſt, de Republica, & de diverſis negotiis, quæ ipſos tunc temporis urgebant: Una tamen de præcipuis cauſis hujus Colloquii fuit de inimicitiis, quæ inter Ducem Brabantiæ, & Comitem de Gelre pullulabant: ſiquidem uterque manum validam contraxerat, nec, ſine detrimento pauperum, vel oppidanorum, conflictus eorum terminari poterat, &c.* Idem *Godefridus*, h. a., p. 268.

An. 1204, Philippus Rex *Colonienſem Archi-Epiſcopum, per Trevirenſem, Spirenſem, & Conſtantienſem Epiſcopos, apud Andernacum ſibi conciliat, &, ut Ducem Brabantiæ, & reliquos Lotharingiæ Nobiles fideles ſibi efficiat, novem millia marcarum ei donat, Salevelt etiam, & alia quædam ab Epiſcopio ablata redonat, plurima promittens rogat. Colonienſis vero Epiſcopus ſacramentum, quod dudum Ottoni fecerat, parvipendens, & perjurium, & excommunicationem Apoſtolici non metuens, poſt feſtum S. Martini, ad eundem Philippum, cum Duce Brabantiæ, Confluentiam venit, & Eijuramentum fidelitatis, cum Duce, ibidem fecit. Ibi etiam Rex Philippus celebrem Curiam omnibus, qui aderant, Principibus, in Epiphania Domini, Aquisgrani indicit, & Colonienſis Eum ibidem in Regem conſecrari & ungi promittit, quod & factum eſt. Rex ergo, ut propoſuerat, cum pluribus Regni*

Prin-

Principibus, ***Aquisgrani*** *venit, ubi, cum maximo apparatu, Colonienſis Ei occurrit. Ibi Rex, conſilio cum ſuis habito, ut Principes ſuam liberam electionem, ſedis* (ſecundum) *Antiquitatis inſtitutum, non perdant, Regium nomen & coronam deponit, &*, ***ut concorditer ab omnibus elegatur***, *precatur. Quod & factum eſt, & à Colonienſi Archi-Epiſcopo, cum Maria,* (Irene) *uxore ſua, ungitur, & conſecratur; Sifrido Moguntino, & Cameracenſi Epiſcopo, eisdem diebus, cum literis, prope Colonia exiſtentibus, &, pro hac injuſta conſecratione, excommunicationem ei intentantibus: Ottone etiam Rege languore ibidem detento, & omnium auxilio deſtituto*, &c. Hæc idem *Godefridus*, Monachus, l. c., ad hunc annum, pag. 274, & 275. *Conradus Urſpergenſ.*, p. 238, refert hanc inaugurationem in annum 1205, ſicut & *Chronicon Montis Sereni*, pag. 76, *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 41, ad an. 1204, p. 904.

An. 1205, *Philippus Rex, circa Pentecoſten*, ***celebrem Curiam Spiræ*** *habuit, ubi Adolſus Epiſcopus de Colonienſibus querimoniam facit. Ibi Philippus Rex*, ***judicio Principum***, *Adolfo etiam, cum ſuis ſequacibus, eum rogante, & inſtigante, expeditionem Coloniæ omnibus, qui aderant, Principibus indicit*, &c. Hæc idem *Godefridus* Monachus, l. c., ad hunc annum, p. 275. Conſ. *Mutius*, lib. XIX *Chron. German.*, p. 170; *Limnæus*, ad Capitulat. *Caroli V*, Art. XI, voc. *der Reichsſtænde*, p. 484, & 185.

An. 1207, *Jam Principes, diuturnis bellis fatigati, decreverunt, ad concordiam rebelles inter ſe Reges* (Philippum, & Ottonem) *revocare. Sane, quia jam maximum impedimentum hujus rei fuit Dominus Papa, cum jam pars Ottonis valde fuerit infirmata, decretum eſt igitur, quatenus nuncii mitterentur Romam, qui Philippum in gratiam ſummi Pontificis reducerent. Miſſi ſunt igitur Viri Nobiles, & auctorabiles, Wolfgerus, Patriarcha Aquilejenſis, & Geboardus, Burgravius Magdiburgenſis, cum quibusdam Miniſterialibus Philippi Regis; qui, aſſumptis de Cremona quibusdam viris peritis, veniunt ad Curiam Romanam, à quibus inducitur Papa, ut velit permittere, quatenus regnet Philippus. Aſt, propter hoc, ut retulerunt nobis viri veridici, promittitur Papæ, quod filia Regis daretur in uxorem filio fratris ſui, Richardi, qui jam Comes fuerat effectus, Papæ ſuffragio; nec ſtatuit Papa repetere Terras, quas multoties ab Imperatoribus repetere conſueverunt Anteceſſores ſui, in Tuſcia, & Spoleto, & Marchia Anconæ, ſperans, quod in poteſtatem nepotis ſui, propter prædictas nuptias, poſſent devenire. Mittuntur igitur Legati Sedis Apoſtolicæ in Alemanniam, ad reformandam pacem. - - - - - junguntur itaque Regi apud Spiram, ubi, habito concilio, condicit* ***Curiam Principum apud Northuſin***, *in confinio Thuringiæ & Saxoniæ, ubi Philippus deduci fecit Legatos. Ipſe quoque, cum Principibus, pervenit illuc. Otto quoque prope erat ibidem, in quodam caſtro. Vadunt, & redeunt Legati & Patriarcha, cum quibusdam aliis Principibus, inter utrosque Reges pacem compoſituri: ſed ibidem compoſitio fieri non poterat, unde procedunt in Saxoniam. Rex in* ***Kutilimberg*** *recipitur. Otto prope manet in caſtro. Ibi tandem taxata eſt forma compoſitionis, in qua ſtatutum fuit, inter cætera, quod & poſtea completum fuit, videlicet: ut Otto filiam Philippi accipiat uxorem; quæ tamen quarto gradu conſanguinitatis ſibi attinebat, fieretque diſpenſatio per ſedem Apoſtolicam, pro bono pacis. Tunc Legati redeunt Romam, &c.* Hæc *Conradus Urſpergenſis*, p. 236, & 237; Conſ. *Albertus Stadenſis*, h. a., *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 41, p. 905, *Mutius*, lib. 19 *Chron. German.*, p. 172.

An. eod. Philippus Rex ***Sinceche*** (Sinzich ad Rhenum) ***Colloquium*** *cum quibusdam Principibus, & Primariis Terræ illius habuit, ubi à Colonienſibus invitatus, in vigilia Paſchæ*, **Coloniam** *venit, &, cum maximo honore & favore, tam à Clero, quam à cuncto Populo, ſuſcipitur. Qui etiam ibi, per novem dies, demoratus, omnes injuſtas exactiones vectigalium, & injuſtas monetas abjurare, & pacem firmam ſtabilire, & jurare, præcepit*, &c. Ita *Godefridus*, Monachus *S. Pantaleonis Colonienſis*, h. a., pag. 276.

An. eod. Duo Cardinales, Hugo ſcil. Oſtienſis Epiſcopus, & Leo, S. Crucis Presbyter, ad Regem Philippum, in Alemanniam, à Curia Romana miſſi venerunt, ut ipſum, & Ottonem Regem ad pacem & concordiam revocarent; inordinata in Regno ordinarent; &, pro Brunone, Colonienſi Archi-Epiſcopo, quem, jam per annum, captum tenebat, intercederent. Philippo ergò Rege, circa feſtum S. Andreæ Apoſtoli, ***apud Auguſtam***, *Civitatem Sueviæ*, ***celebrem Curiam habente***, *præfati Cardinales affuerunt, ubi plurima coram eis, & Principibus, de pace & compoſitione Regni, inter Reges tractata ſunt*, &c. Hæc idem *Godefridus Colonienſis*, l. c., pag. 277.

An. eod. Thidericus, Comes de Summerſchenburg, filius Dedonis, filii Conradi Marchionis ſenioris, cognito, quod Ulricus, Comes de Witin, adhuc vivens, pecuniam uxori ſuæ, & filio ſervandam in monte Sereno depoſuiſſet, eam ablaturus, hac ratione, quia tutor pupilli erat, feria ſecunda Paſchali, ad locum venit, ſcrutatusque Eccleſiæ ſecretaria, in quibus ipſam pecuniam ſe reperturum ſperaverat, non invenit - - - cum itaque, inveniendi deſperatione, ab inquiſitione ceſſans, jam abire diſponeret, quidam de Fratribus, quorum unus fuit Tidericus, ſupra memoratus, ad eum accedentes, locum ei, ubi, quod quærebat, occultatum erat, monſtraverunt; qui inventum auferens depoſitum, ***Herbipolim, quo cum Philippus Rex, cum aliis Principibus***, *evocaverat, profectus eſt, &c.* Hæc *Chronicon montis Sereni*, h. a., p. 81.

An. 1208, Mortuo Philippo, *Rex Otho, videns datam opportunitatem, quosdam de ſuis æmulis bello impetere*

tere cogitabat. Ad quem accedens Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis, una cum Duce Bernhardo, ſic Ei locuti ſunt: Non ſuademus, ut aliquem impetum præſumtuosè faciatis, ne aliqua commotio contra vos fiat, ſed magis, ex diſpenſatione Principum, Curiale Colloquium ſtatuatis, ut ibi, de Electione Regis, unanimiter tractetur. Si complacuerit Domino in noſtra perſona, gratum habebimus; ſin aliud, & hoc audiemus. Quod cum placuiſſet, indicta eſt Curia ſatis famoſa, in Halberſtad, ubi convenerat maxima pars Prælatorum, & Principum Saxoniæ, & Thuringiæ, nec defuit Herbipolenſis electus, Otho. Omnes igitur Principes, qui convenerant, ac ſi divinitus inſpirati, pari voto, & unanimi conſenſu, Othonem, in Romanum Principem, & ſemper Auguſtum, elegerunt, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Archi-Epiſcopo, qui primam vocem habere videbatur, inchoante, proſequente vero Bernhardo Duce, cum Marchione Myſnenſi, & Landgrafio Turingiæ, cum aliis, ad quos electio Regis pertinere videbatur, &c. Hæc Arnoldus Lubecenſis, lib. VII Chron. Slav., Cap. XV, p. 558.

An. eod. Alia Curia, magis famoſa, indicta eſt in Franckenvorde, in Feſto B. Martini; ubi, cum magna ſolennitate, & ingenti numeroſitate, occurrerunt Domino Regi Principes Franconiæ, Bavariæ, Sueviæ; aderat ibi Beatrix, filia Philippi Regis, cum ſuis, ſubmittens ſe gratiæ Domini Regis, quam produxit Dominus Spirenſis. Quæ, elevata voce, cum gemitu, & ſuſpiriis, & lachrymis multis, conqueſta eſt Domino Regi, & Principibus præſentibus, & in commune toti Orbi Romano, de impia morte Patris ſui, & de impia conſpiratione Othonis Palatini, qui Eum inſidiosè, nihil tale ſuſpicantem, in propria domo occidit. Cum hæc dicerentur, facta eſt preſſura magna coram Rege condolentium querimoniis Reginæ, qui omnes, obortis lachrymis, tantam miſeriam deflebant, & juſtitiam Reginæ fieri poſtulabant; clamabant ſanè, ſi ſcelus perpetratum inultum maneret, quod neque Rex, neque quilibet Principum ſecurè vivere poſſet. Ad voluntatem igitur omnium, Dominus Rex, proſcriptione publica, damnavit homicidam illum, quem tamen poſtea Henricus Caletinus, cum filio Wolff, ſupra memorati, quem idem occiderat, occidit, caputque reſectum in Danubium projecit. Rex igitur Reginam adoleſcentulam in ſua procuratione ſuſcepit, quam etiam, ad petitionem Principum, pro bono pacis, ſi tamen id, pro linea conſanguinitatis, fieri poſſet, uxorem ducere ſpopondit. Suſcepit igitur eam, cum Patrimoniis, & divitiis multis, & trecentis quinquaginta caſtris. Ibi etiam repræſentata ſunt Domino Regi omnia Imperialia, cum plenitudine poteſtatis, & honoris, & benevolentiæ favoris, &c. Hæc idem Arnoldus, l. c., Cap. XVI, p. 559; Apud Godefridum, Monachum S. Pantaleonis, ad h. a., p. 278, hæc ita deſcribuntur: In Feſto S. Martini apud Frankinvort Celeberrimus Conventus Principum fuit, &, ut plures teſtati ſunt, qui præſentes aderant, non in pluribus annis tot Nobiles, tot Potentes inſimul conveniſſe. Ubi Otto Rex, nonageſimo tertio loco, ab Auguſto, ab omnibus in Regem eligitur, diademaque, cum lancea Imperiali, Ei aſſignatur, filia Philippi Regis, cum univerſis, quæ poſſederat, in dotem Ei datur. Quæ etiam, coram Rege & Principibus, de morte Patris conqueſta, judicio omnium, prædictus Palatinus, & ejus fautores proſcribuntur, & damnantur. Ibi Rex primo, deinde cæteri Principes jurant firmam pacem, terra marique ſervandam, omnes injuſtas exactiones vectigalium deponendas, omnia etiam Jura, à Karolo Magno inſtituta, obſervanda & tenenda, &c. Conf. Conradus Urſpergenſis, ad an. 1208, p. 238; Albertus Stadenſis, An. 1208; Otto de S. Blaſio, h. a., Cap. 50, apud Urſtiſium, pag. 226; Conradus, Epiſcopus, in Chron. Moguntin., h. a., apud eundem, pag. 574; Chronicon Montis Sereni, h. a., pag. 85; Chronicon Ducum Brunſuicenſium, apud Maderum, in Antiquitatibus Brunſuicenſibus, pag. 17; Levoldi de Northof Chron. Comitum de Marca, h. a., apud Meibomium, Tom. I Rer. German., pag. 385 Chronicon Slavicum, apud Lindenbrogium, h. a., pag. 257; Chronicon Auguſtanum SS. Udalrici, & Afræ, ad an. 1209, apud Freberum, pag. 366; Chronicon Elwangenſe, ad h. a., apud eundem, pag. 455; Magnum Chron. Belgicum, p. 218; Gobelinus Perſona, ætat. VI Coſmodromii, Cap. 63, apud Meibomium, l. c., pag. 276; Conradus de Fabaria, de Caſibus Monaſterii S. Galli, Cap. VIII, apud Goldaſtum, Tom. I Rer. Aleman., part. 1, pag. 77; Johannes Vito Duranus, in Chronico, apud Illuſtr. Dn. Leibnitium, in Acceſſionibus Hiſtoricis, pag. 5; NaucLerus, Vol. 2 Chronograph., Generat. 41, ad h. a., pag. 907; Paulus Langus, Chronic. Citizenſi, h. a., apud Piſtorium, pag. 797; Mutius, lib. XIX Chron. German., h. a., pag. 173; Albertus Kranzius, lib VII Saxon., Cap. XXIX.

An. eod. Apud Caſtrum Noricum Colloquium habens, (Otto Rex) à Bavaria in Alemanniam pervenit, ibique, in Epiphania Domini, apud Auguſtam, Colloquium habens, Ottonem, Palatinum de Witilinſpach, nec non Marchionem de Anadehſe, (Andec) Lege Bavarica, ſententialiter, propter occiſum Philippum, proſcripſit, eosque dignitatibus, Beneficiis, ac prædiorum ſuorum reditibus, ſine ſpe recuperationis, judicialiter privavit, dignitates eorum in alios transferens, aliisque beneficia concedens, reditibus prædiorum hæredibus eorum delegatis, captisque ibidem quinque pacis violatoribus, uno decollato, quatuor ſuſpenſis, &c. Hæc Otto de S. Blaſio, h. a., Cap. 50, pag. 226; Conf. Arnoldus Lubec., l. c., & Godefridus, Monachus S. Pantaleonis, l. c.

An. 1209, Indicta eſt Curia in Aldenburg, quæ, alio nomine, Pliſne nuncupatur, ubi etiam ingens patrimoni-

Digitized by Google

monium Imperator poſſedit Comitis Rabbodonis, cum Caſtro Leiſnick, & Coldiz, quod Fridericus Imperator, quingentis marcis, à Comite memorato comparavit. Illuc convenerunt Myſnenſes, & Ciſnenſes, Poloni quoque, Bojemi, & Ungari, ibique multis negociis determinatis, & pace jurata, quæ in omnibus Curiis præcedentibus firmata eſt, Dominus Rex faciem ſuam convertit Brunswich, ubi feſtum Pentecoſten ſolenniter celebravit. Ad quod Rex amicos tantum familiares adeſſe voluit, Archi-Epiſcopum videlicet Magdeburgenſem, Halverſtadenſem Electum, Hildenſimenſem Epiſcopum, Merſeburgenſem Epiſcopum, Havelbergenſem Epiſcopum, Corbejenſem Abbatem, Wertinenſem Abbatem. Aderat quoque totus feſtivus Dux Bernhardus, Landgravius, Palatinus Comes Rheni, Myſnenſis Marchio, Conradus Marchio, Wilhelmus, Dux Luneburgenſis, qui erat frater Regis Ottonis, Marchio de Brandenborch; Comitum vero non erat numerus, Militum plurima multitudo, quibus omnibus honeſtiſſime & abundantiſſime de impenſa regia adminiſtratum eſt. - - - - Cum igitur omnium letitia abundaret, Bernhardus Dux intuitus leonem fuſilem, qui à Duce Henrico ibi ſublimatus eſt, ait: Quousque hiatum vertis ad Orientem? Deſine, jam habes, quod voluiſti, convertere nunc ad Aquilonem. His verbis omnes in riſum convertit; non tamen ſine admiratione multorum, qui hoc dictum altius intelligebant, &c. Hæc Arnoldus Lubecenſis, lib. VII Chron. Slav., Cap. XVIII, pag. 561, & 562, Conf. Conring., de Finibus Imperii, lib. I, Cap. 18, §. 17, p. 214.

An. eod. Otto Rex generale Colloquium in Quadrageſima habens apud Hagenowe, expeditionem in Italiam Principibus edixit, ibique occiſum eſſe Ottonem, Palatinum de Witlinsbach, à Marſcalco Henrico à Kallindin, in vindictam Philippi Regis, nuncium accepit, &c. Hæc Otto de S. Blaſio, h. a., Cap. 51, pag. 226; Conf. Nauclerus, Vol. 2 Chronograph., Generat. 41, pag. 908, Mutius, lib. XIX Chron. German., p. 173.

An. eod. Generalis Curia, à Principibus apud Herbipolim indicitur, in Octava Pentecoſtes. Principes igitur, ex diverſis Regni partibus, ad hanc Curiam convenerunt, Legatique Civitatum Italiæ, ſubjectionem offerentes, interfuerunt, Ottonemque Regem, Regali ambitione coronata Civitate, cum maximo tripudio ſuſceperunt, ibique in Palatium Regale congregati, extructo Tribunali, Rex conſcendit, Cardinales habens collaterales, reliquis Principibus circumſedentibus. Itaque Hugo, Oſtienſis Epiſcopus, Cardinalis, primò exorſus, de cauſa Regalis connubii, pro qua convenerant, rationabiliter, Latino idiomate, allegavit, interpretem habens Wirziburgenſem Epiſcopum, Regique Ottoni, ut pro bono pacis, & concordiæ, ad abolendam præteritorum malorum memoriam, cum filia Illuſtriſſimi Principis, Philippi, matrimonium contraheret, auctoritate Dei, & B. Petri, per Apoſtolicam obedientiam, in remiſſionem peccatorum ſuorum, præcepit. Rege igitur ad hoc devoto animo conſentiente, Abbas Morimundenſis, Ciſtertienſis Ordinis, ſurrexit, omniumque Abbatum, aliorumque Clauſtralium utriusque Ordinis, Cluniacenſis videlicet & Ciſtertienſis, perſonam aſſumens, delictum, hoc connubio, contra conſuetudinem Eccleſiæ, quamvis diſpenſatoriè, committendum, Monaſtico Ordini, auctoritate Apoſtolica, impoſuit, Regi per hoc injungens pœnitentiam: ut (1) Monaſteriorum, aliarum Eccleſiarum, pro poſſe, defenſor exiſteret, (2) viduis & pupillis juſto judicio præeſſet, (3) Monaſteriumque Ciſtertienſis Ordinis in fundo proprio ædificaret, ac (4) poſt hæc Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, in propria perſona, ſubveniret. His omnibus Rege obediente: puella jam nubilis à Duce Leopaldo Orientali, & Ludovico, Duce Bavariæ, adducta, Tribunali ſiſtitur, ac, de conſenſu interrogata, verecundata admodum rubore perfuſa, ſe libenti animo conſentire, profitetur. Mox à Duce Leopaldo, cognato ſuo, per manus Cardinalium, Lege Francorum, Regi Ottoni deſponſatur, à quo amantiſſime amplexata, publici ſigno oſculi, mutationeque annulorum, ſubarrhatur, tractatisque diverſi Regni negotiis, a Curia digrediuntur, Reginaque Saxoniam perducta, apud Brunswich, aliquandiu manſura, collocatur, &c. Hæc Otto de S. Blaſio, h. a., Cap. 51, pag. 227; Confer. Arnoldus Lubecenſis, lib. VII Chron. Slav., Cap. XIX, pag. 562, & 563, ubi præcipui Procerum præſentium nominantur; Nauclerus, l. c.

An. eod. Otto Rex generalem Curiam, circa feſtum Apoſtolorum, Petri & Pauli, apud Auguſtam Vindelicam, celebrans, præmiſſis prius ad Apoſtolicum Cardinalibus, expeditionem movit in Italiam, & per Vallem Tridentinam ducens exercitum, Veronam pervenit, ibique à civibus, ponte navibus compacto, per Atheſim, cum toto exercitu transductus, favorabiliter excipitur. Diſpoſitis itaque inibi negotiis Imperii, Gardam Caſtellum, ab Imperatore Henrico VI Veronenſibus quondam traditum, ab ipſis recepit, & in eo præſidia Imperii, more antiquorum, poſuit. Exin Bononiam copias trajiciens, generalem inibi Curiam cum Principibus Italiæ celebravit, ac inde Mediolanum perveniens, honorificè à civibus ſuſcipitur, ubi moram faciens, negotiaque Reipublicæ diſponens, validum ex omni Italia contraxit exercitum, &c. Ita Otto de S. Blaſio, h. a., Cap. 52, p. 227; Conf. Arnoldus Lubecenſis, l. c., Cap. XX, p. 565, &c., Nauclerus, l. c., Mutius, l. c.

An. 1210, Otto excommunicatus denunciatur; tunc Principes Alemanniæ, Rex videlicet Bohemiæ, Dux Auſtriæ, Dux Bavariæ, & Lantgravius Thuringiæ, & alii quamplures, convenientes, Fridericum, Regem Siciliæ, elegerunt in Imperatorem coronandum, cui etiam olim, cum adhuc in cunis eſſet, juraverant fidelitatem, &c. Ita Conradus Urſpergenſ., h. a., pag. 239; Alberico, Monacho trium fontium, p. 458, placet annus 1211, ibi: Mediante igitur conſilio Regis, (Francorum, Philippi) Barones Alemanniæ elegerunt ſupra dictum Fredericum de

Apu-

Digitized by Google

Apulia, filium Henrici Imperatoris, rogantes Papam, ut Ejus confirmaret electionem, qui, licet hoc bene vellet, tamen diſſimulavit, quia Romana Eccleſia ſemper gravitatem obſervare, & nova, non ſine difficultate, concedere conſuevit, & quia progeniem illam non amabat, &c.; pro eodem ſtat Monachus *Paduanus, de Rebus in Inſubribus geſtis*, ad h.a., apud *Urſtiſium*, p. 582: *Iſtis temporibus, Fridericus Adoleſcens, Rex Siciliæ, filius quondam Henrici Imperatoris, & Reginæ Conſtantiæ, quæ fuit filia Rogerii, Regis Siciliæ, de mandato Magnifici Papæ Innocentii, per Lombardiam, cum auxilio Marchionis Eſtenſis, aſcendit in Alemanniam confidenter. Quem ita gratiſſimè Prælati, & Principes Alemanniæ ſuſceperunt, quod pauci remanſerunt de Principibus cum Ottone; tandem Ipſum in Regem Alemanniæ, & in futurum Imperatorem concorditer elegerunt*, &c. Rectius autem, electionem hanc anno 1212 contigiſſe, docet *Albertus Stadenſis*, h.a., p. 202, cujus hæc ſunt verba: *Innocentius Imperatori, redeunti in Alemanniam, adverſarium ſuſcitavit, ſcil. Fridericum, Regem Siciliæ, Heinrici Imperatoris filium, cui, per Papam, multæ Civitates Italiæ acceſſerunt*, &c. Sic & *Godefridus Colonienſis*, ad an. 1212, apud *Freherum*, pag. 281; *Chronicon Slavicum*, ad eundem annum, apud *Lindenbrogium*, pag. 257; *Chronicon Elwangenſe*, ad eundem annum, apud *Freherum*, p. 455; *Chronicon Bigangienſe*, ad eundem, in calce *Chronici Montis Sereni*, p. 268; *Levoldus de Northof, Chron. Marcan.*, apud *Meibomium*, T. I *Rer. German.*, p. 388; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Cosmodromii*, Cap. 63, apud eundem, l. c., pag. 276; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 41, p. 910; *Paulus Langius, Chron. Citizenſ.*, h.a., apud *Piſtorium*, pag. 797; *Mutius*, lib. XIX *Chron. German.*, eod. an., p. 175; *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imperatoris*, Cap. VI, p. 110; *Dubravius*, lib. XV *Hiſtor. Bohem.*, p. 121.

An. 1212, *Imperator* (Otto IV) *apud Nurinberg celeberrimam Curiam circa Pentecoſte habuit, ubi omnibus, qui præſentes erant, Principibus, cauſam werræ, inter ipſum & Papam, innoteſcit. Regnum etiam Boemiæ, abjudicatum Odoacro Regi, per ſententiam Principum, Filio ipſius, præſentibus Supanis, & pluribus Nobilibus Terræ, cum ſex vexillis, aſſignat: nam matrem juvenis, ſororem ſcil. Marchionis de Miſſene, repudiaverat, & filiam Regis Ungari duxerat*, &c. Hæc *Godefridus Colonienſis*, ad h.a., apud *Freherum*, p. 280; Conf. *Mutius*, l. c., pag. 175; ibi: *Otho reverſus in Germaniam, menſe Majo, Norimbergam omnes Germaniæ Principes convocat, illic Principibus commemorat Romanorum perfidiam, & multorum Nobilium, fortium Virorum, cædes ob oculos ponit, iniquas petitiones Pontificis, & dolos exponit, multis verbis; adhortatur Principes, ne ſubmittant, & dejiciant generoſos animos, ut mancipia Romanorum fiant; addit, præter reliqua, ſe paratum Imperio cedere, ſi Principibus Electoribus videatur inutilis, & meritus, ut deponatur: nam Pontificem Romanum propterea ſibi iraſci, quod, contra Imperii dignitatem, & utilitatem, non velit eum audire per omnia: Principum igitur judicio ſuam cauſam ſubjicit, & Imperii Rempublicam committit. - - - - - Decretum eſt bellum, contra Hermannum, Thuringiæ Comitem*, &c. Add. *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 41, ad annum 1212, pag. 910, &c.; *Limnæus, ad Capitulat. Caroli V*, Art. XI, voc. *der Reichsſtænde*, §. 8, p. 185; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron Spirenſ.*, Cap. 74, p. 575; *Meibomius*, in *Apologia, pro Ottone IV*, Tom. 3 *Rer. Germ*, p. 144.

An. eod. Fridericus, Moguntiam veniens, in feſto S. Andreæ Apoſtoli Celebrem Curiam habuit, ubi plurimi Principes, ab Eo inbeneficiati, fidelitatis juramentum præſtiterunt, &c. Hæc *Godefridus Colonienſis*, h. a., apud *Freherum*, p. 281; *Mutius*, l. c., pag. 176, & 177, nomina ſimul Electorum *Friderici* profert, ſcribendo: Fridericus *per omnes Civitates, ceu Rex & Imperator, magnifice, pro cujusque facultatibus, excipitur. Ubi Moguntiam pervenit, Comitia celebravit: illuc confluunt multi, quos non expectavit; deficiebant enim ferè omnes paucis diebus. Argentinenſem Epiſcopum avelli ab Othone poſſe, ſine armis, nemo ſperabat: venit ultro ad illa Comitia, & Fridericum appellat Imperatorem. Veniunt Epiſcopi Baſilienſis, Conſtantienſis, Spirenſis, Herbipolenſis, qui plerique credebantur favere Othoni: nam Archi-Epiſcopum Moguntinum, & Trevirenſem adfuiſſe, nihil opus eſt dicere, quos ex profeſſo hoſtes fuiſſe Othonis, jam ante ſatis dictum eſt. Adfuit Comes Palatinus Rheni, Lantgravius Thuringiæ, Rex Boëmiæ, & alii multi, qui omnes Fridericum appellarunt Imperatorem ſemper Auguſtum, &c.* *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 41, pag. 913, refert hæc Comitia ad annum 1213.

An 1213, *Fridericus Rex, conſecratus apud Moguntiam, in Purificatione B. Mariæ Virginis, Curiam Ratiſponæ celebravit; aliam etiam Curiam, in Paſſione Domini, apud Conſtantiam, celebravit; tertiam Merſpurg celebravit, &c.* Hæc *Chronicon Auguſtenſe*, h. a., apud *Freherum*. p. 366.

An. eod. celebrata Comitia *Egrana*, de quibus præced. §. 8, lit. a, voc. *de Friderico* 2.

An. 1214. *Fridericus, ut ad Regni faſtigia conſcenderet, convocato Principum Regni Germanici Conventu Moguntiæ, illò pervenit; ubi cum Principes in unum conveniſſent, Moguntinus Archi-Epiſcopus denuo Fridericum Regni Germanici corona inſignivit, qua obtenta, Rex Fridericus in Suebiam, ſuæ Gentilitatis Regionem, multo ſtipatus milite, proficiſcitur, &c.* Hæc *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 41, pag. 914; *Mutius*, lib. XX *Chron. German.*, pag. 177, malè putat, Comitia hæc, demum mortuo *Ottone* Imperatore, fuiſſe habita.

An. 1216,

An. 1216, Fridericus Rex, in Feſto Apoſtolorum, Philippi & Jacobi, Curiam apud Nurinberch habuit, ubi Petrus Cardinalis S. Potentianæ, à Domino Papa miſſus, aſſuit. Huic Curiæ Engelbertus, Colonienſis Electus, ſe exhibuit, & a Domino Petro Cardinale confirmatus, Regalia à Friderico Rege ſuſcepit, &c. Hæc Godefridus Colonienſis, ad h. a., apud Freherum, pag. 283; Conf. Schatenus, lib. 10 Annal. Paderb., h. a., pag. 972.

An. 1218, Rex Fridericus, Hervordiæ celebrata Curia, in Imperio confirmatur, &c. Ita Albertus Stadenſis, h. a.

An. 1219, Rex Fridericus, Conventu habito apud Goslariam, Prinsipes convocavit, ubi Dux Heinricus (Saxoniæ, defuncti Imperatoris, Ottonis IV, frater,) Ei Imperii Inſignia præſentavit, &c. Hæc Idem Albertus, h. a., Conf. Magnum Chron. Belgicum, pag. 221; Chron. Slavicum Lindenbrogii, h. a., pag. m. 258; Eckſtormii Chron. Walckenred., h. a., pag. 83; Cranzius, lib. VII Saxon., Cap. 37; Spangenberg, Chron. Saxon., Cap. 250, pag. 430; Heineceius, lib. 2 Antiquitatum Goslarienſium, h. a., pag. 217.

An. eod. Fridericus Rex Curiam Nurinbergenſem, cum multis Principibus, celebravit, &c. Ita Chronica Auguſtenſis, h. a., apud Freherum, pag. 367.

An. 1220, Fridericus Rex, nonageſimo quinto loco ab Auguſto, in Regno confirmatus, Franckinfort Curiam habuit, ubi, commendato filio ſuo, Heinrico, Principibus, &, ab eis licentia accepta, Romam proficiſcitur, ibique à Romano Pontifice, Honorio, (tertio) & omni Senatu honorifice ſuſceptus, in feſto S. Cæciliæ, in Imperatorem conſecratur, &c. Hæc Godefridus Colonienſis, h. a., pag. 291. Ipſam electionem Henrici, in Romanorum Regem, Francofurti tunc fuiſſe celebratam, docet Albertus Stadenſis, h. a: Heinricus, Imperatoris Friderici filius, Patre volente, Frankeneworde, in Regem eligitur, &c. Conf. Levoldus de Northof, Chron. Marcan., an. eod., apud Meibomium, Tom. I Rer. German., pag. 388: Fridericus Rex celebrem Curiam in Franckenfurt tenens, per omnes Principes, fidelitatem Henrico, filio ſuo, puero, præſtare procurat, quem Engelbertus, Archi-Epiſcopus Colonienſis, Aquis, in Regem coronat, Ipſumque, & totum regimen ſuſcipit in tutelam: ſicque ordinatis Regni Alemannici negotiis, poſt feſtum Johannis Baptiſtæ, Italiam, cum virtute magna, ingreditur, &, in die B. Ceciliæ, in Urbe Roma coronatur, &c.; Albertus Cranzius, lib. 7 Saxoniæ, Cap. 38, an. eod.; Aliique. Conradus Urſpergenſis verò, pag. 245, mavult hæc referri ad an. 1221, verbis: Anno Domini 1221, res Imperii, in Lombardia, & in Tuſcia, cupiens diſponere, à Bononienſibus, & quibusdam aliis Civitatibus inhoneſtè tractatur, & Inſignia Imperii, videlicet Coronam, & alia remittit in Alemanniam, faciens ea cuſtodiri, ſub poteſtate Eberhardi de Tanne, Miniſterialis, & Dapiferi ſui in Walpurc; Filium quoque ſuum, Henricum, jam circiter octo annos habentem, nutriendum, & gubernandum commiſit Cunrado de Tanne, Pincernæ, & Miniſteriali ſuo in Caſtro Winterſteten, qui, eorundem Miniſterialium, & aliorum Principum interventu, poſtmodum à Patre ſuo, & Principibus Rex conſtituitur, & Aquisgrani coronatur, cum Patre ſuo Imperium adepturus, &c. Juxta Magnum Chronicon Belgicum, pag. 227, contigit hæc electio demum an. 1222, ibi: Henricus Rex, Frederici 2 filius, vivente Patre, & in gratia Eccleſiæ exiſtente, fuit electus in Regem Romanorum, & coronatus Aquisgrani, ab Engelberto, hujus nominis primo, Archi-Epiſcopo Colonienſi, anno Domini 1222, &c. Sic & Nauclerus, Vol. 2, Generat. 41, p. 922: Anno Domini 1222, Fridericus 2, Romanorum Imperator, habito Conventu Principum Herbipoli, Filium ſuum, Henricum, Regem Germanorum, cum eſſet annorum fermè duodecim, fieri poſtulavit, qui, per Engelbertum, Archi-Epiſcopum Colonienſem, apud Aquisgranum, ſolenni pompa inunctus coronatur, &c. Rectius autem diſtinguitur electio Regis, Henrici, facta Francofurti (non Argentorati, ut Dubravius, lib. 15 Hiſtor. Bohem., p. 123, arbitratur,) an. 1220, ab Ejus inauguratione, celebrata Aquisgrani, an. 1222, teſte laudato Godefrido Colonienſi, ad an. 1222, pag. 292: Henricus VII, filius Friderici Imperatoris, adhuc puer, conſecratus eſt in Regem, Aquisgrani, ab Engelberto, Colonienſi Archi-Epiſcopo, Dominica ante Aſcenſionem Domini, ſcilicet 8 Id. Maji, &c. Add. Levoldi de Northof Chronicon Marcanum, l. c., pag. 386: Anno Domini 1222, Menſe Majo, coronatus eſt Henricus, Friderici 2 filius, Aquisgrani, in Regem, per Engelbertum de Monte, Epiſcopum Colonienſem, &c. Rejicit quidem Conradus Urſpergenſis, pag. 247, ſolennitatem hanc in annum 1223, ajens: Henricus VII Rex Romanorum effectus, &c. Enimverò, priorem ſententiam eſſe veriorem, diſcimus ex diplomate ipſius Regis Henrici, de an. 1223, quo Canonicos Northuſanos S. Crucis confirmat, in Dn. Leuckfeldi Antiquitatibus Walckenredenſibus, Cap. 13, pag. 194, cujus hæc eſt ſubſcriptio: Acta hæc ſunt, apud Northuſen, Anno Dominicæ Incarnationis 1223, Menſe Septembri, Indict. XI, à regnante Domino Henrico Septimo, Dei Gratia, Excellentiſſimo Romanorum Rege, & Semper Auguſto, Anno Regni Ejus ſecundo, &c. Cap. 18, pag. 566, extat ibidem confirmatio Privilegiorum Walkenredenſium, ejusdem anni, tali cum epilogo: Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis 1223, Indict. XI, Regnante Domino Henrico Septimo, Romanorum Rege, & Semper Auguſto, Anno Regni Ejus in Imperio Secundo. Datum apud Northuſen, undecimo Calend. Octobris, &c. Conf. Browerus, lib. 15 Annal. Trevir., ad an. 1222, §. 124, pag. 121; Schatenus, lib. 10 Annal. Paderborn., an. eod., pag. 989; Heineccius, lib. 2 Goslarienſium Antiquitatum, an. eod., pag. 231. Ad Comitia Francofurtenſia ut revertar, legimus in Magno Chronico Belgico, pag. 221,

ad. an. 1220: *Rex Fredericus Curiam apud Franckfordiam, 14 diebus, habuit, ubi pluribus adunatis Principibus, multa de ſtatu, & utilitate Regni tractata ſunt: injuſta telonia, injuſtæ monetæ, bella civilia, niſi* **de conſenſu Regis, & Principum**; *& omnes injuſtitiæ, ſub judicio & pœna vitæ,* **à Regibus & Principibus** *interdictæ ſunt, &c.* Schatenus, l. c., ad an. 1220, pag. 982, eorundem memor, addit: *In his Comitiis, ut ſe gratum beneficumq; oſtenderet Fridericus Rex, inſigni privilegio Epiſcopos Germaniæ decoravit. Ejus hæc capita ſunt:*

Bona Eccleſiaſtici Principis, à morte, relicta cedant Succeſſori, ſi inteſtatus exceſſerit; aut ei, quem hæredem ſcripſerit; nihil ex his Fiſcus, nihil Laicus ex illis ſibi vindicet.

Nova telonia intra ejus juriſdictionem non introducantur: vetera maneant.

Fugitivi Epiſcoporum ſervi intra civitates aliorum non recipiantur.

Advocati nullum damnum Eccleſiis inferant; illatum reſtituant.

Rex Jura, Bonaque Epiſcoporum tuebitur.

Excommunicatos ab Epiſcopis, poſtquam rite denunciati fuerint, non recipiet, nec locus eis dabitur conſiſtendi in Judicio, priusquam intra ſex ſeptimanas ſe abſolvi curent.

Nulli, ex Cæſareis, ac Magiſtratibus, Miniſtriſve, liceat unquam in civitate Epiſcopali jus dicere, vectigalia, teloniave imperare, niſi ipſo ſolo octiduo, poſt & ante Conventum in ejusmodi urbe, juſſu Cæſaris indictum: quod ſi alio, quam Curiæ nomine, Cæſar ad urbes illas veniat, nihil juriſdictionis attingat.

Teſtes hi ſunt: Sifridus, Moguntinenſis Archi-Epiſcopus, Engelbertus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, &c. &c. Acta fuerunt hæc, Anno Dominicæ Incarnationis 1220, Indict. IX, Regnante Domino Friderico 2, Romanorum Rege & Siciliæ Glorioſiſſimo, anno Regni Ejus in Germania octavo, Siciliæ vero vigeſimo quarto. Datum apud Franckfort, 6. Cal. Maji, &c.

Eadem habet *Browerus*, l. c., ad an. 1220, §. 120; Integram Conſtitutionis formulam exhibet Dn. *Schilterus*, Tom. 2 *Inſtitut. Juris Publici*, Tit. XV, pag. 110, &c. Add. *Meibomius*, diſſert. de *Jure Exuviarum*, pag. 187; *Heineccius*, l. c., ad an. 1220, pag. 223, &c.

An. 1223, *Heinricus Junior, Rex,* **Northuſin Curiam** *habuit, ubi ab Engilberto, Colonienſi Archi-Epiſcopo, pro abſolutione Regis Daniæ* (Woldemari, ab Henrico, Comite Suerinenſi, in captivitatem, Dannenbergam abducti) *multum laboratum fuit, &c.* Sunt verba *Godefridi Colonienſis*, h. a., apud *Freherum*, p. 292. Conf. *Honorii III* Epiſtola ad *Engelbertum* Colonienſem, apud *Odoricum Rainaldum*, *Continuat. Annal. Baronii*, ad an. 1223, §. 24; *Albertus Stadenſ.*, an. eod., pag. 205; *Chronicon Montis Sereni*, an. eod., pag. 144; **Chronicon Slavicum Lindenbrogii**, an. eod., p. m. 258; Ericus, Rex Daniæ, in *Hiſtoria Danica*, an. eod., apud eundem *Lindenbrogium*, p. m. 272; *Johannes Iſacius Pontanus*, lib. 6 *Rer. Danic.*, pag. 309, &c.; *Albertus Cranzius*, lib. 7 *Saxon.*, Cap. 38; *Spondanus*, Tom. I *Annal. Baron.*, An. eod., §. 9, pag. 88; *Heineccius*, l. e., an. eod, pag. 232.

An. 1224, *Heinricus Junior, Rex, circa Majum,* **Frankinfort Curiam** *habuit, ubi Nuncii Imperatoris, cum litteris Ipſius, affuerunt, intimantes Regi, & Principibus, Hermannum, Magiſtrum Hoſpitalis S. Mariæ Teutonicorum, in Epiphania Domini, in Sicilia, apud Imperatorem veniſſe, & de ſuccurſu Terræ Sanctæ ad hoc Eum induxiſſe, ut continuo Pharum diſponeret tranſire, & verſus Teutoniam venire, & cum Principibus, de proceſſu ſuo, & Terræ Sanctæ negotio, ordinare, &c.* Hæc rurſus *Godefridus Colonienſis*, l. c., ad h. a., pag. 292; Conf. *Mutius* lib. 20 *Chron. Germ.*, pag. 179; *Heineccius*, l. e., lib. 3, ad h. a., pag 236; *Nauclerus*, l. e., Vol. 2, Generat. 41, pag. 922, id licet referat in annum 1225; *Schatenus*, lib. X *Annal. Paderborn.*, an. 1224, pag. 1000.

An. eod. Friderico Imperatore, pro expugnandis Paganis, longo tempore in Siciliæ partibus occupato, Rex Juvenis, filius Ipſius, cum deputatis ſibi Principibus, Cis-Alpinum Imperium gubernabat; Cui, **Northuſen Curiam** *celebranti, Henricus, Comes Aſchariæ, filius Bernhardi Ducis, & Hojerus, Comes de Valkenſtein, & alii plures Nobiles, & Miniſteriales, de præmiſſis Abbatiſſæ* (Sophiæ, Quedlinburgenſis, depoſitæ) *exceſſibus, illa abſente, conqueſti ſunt, præcipuè obſidum mortuorum patres, qui, cum clamore vulgari, quo ad arma convocatio fit, juſtum contra eam judicium poſtulabant; quam Rex, ut de objectis ſatisfaceret, ad proximam* **Curiam Egere**, *per ſententiam, evocavit. Quo cum illa, muliebri ſuperbia, venire contempſiſſet, omni eam ſuæ dignitatis jure ſeculari,* **ſententiantibus, qui aderant, Principibus**, *ſpoliavit, &c.* Hæc *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 167. Conf. *Heineccii Antiq. Goslar.*, lib. 3, h. a., p. 236.

An. eod. Heinricus Rex, Imperatoris filius, **Curiam Bardewich** *habuit, pro Regni negotiis, & maximè, pro liberatione Regis Danorum,* (Woldemari, ab Henrico Suerinenſi in captivitatem abducti) *adducto ſecum Colonienſi Archi-Epiſcopo, Engelberto, ſed nihil profecit, &c.* Hæc *Albertus Stadenſis*, h. a. Conf. *Cranzius*, lib. VII *Metropol.*, cap. 40, p. m. 191, & lib. VII *Saxon.*, cap. 38, nec non lib. VII *Daniæ*, cap. 18; *Meibomius*, *Hiſtor. Bardevici*, Tom. III *Rer. Germ.*, pag. 75; Dn. *Schlöpken*, *Chron. Bardewicenſ.*, part. 2, cap. 1. ad h. a., pag. 226; Dn. *Heineccius*, lib. 3 *Antiquit. Goslarienſ.*, h. a., pag. 236; *Johannes Iſacius Pontanus*, lib. VI *Rerum Danicarum*, ad ann. 1223, p. 309, &c., fata Daniæ Regis deſcribendo, rectè *Haraldum Huitfeldium* carpit, quod, *Bardewici* loco, *Hardevicum Gelriæ* poſuerit, ſed ipſe errans *Hardevicum Pomeraniæ* nominandum exiſtimat.

An.

Digitized by Google

An. 1225, Heinricus Rex Curiam habuit Frankinvort, ubi quidam Epiſcopus, miſſus à Rege Angliæ, cum cæteris ipſius Legatis, affuit, laborans, ut Ipſe Rex matrimonium contraheret cum ſorore Regis Angliæ. Sed cum talis contractus diſplicuiſſet Principibus, nec potuiſſet habere proceſſum, Nuncii inacte revertuntur, &c. Hæc Godefridus Colonienſis, h. a., pag. 293. Conf. Heineccii Antiquitates Goslarienſes., lib. 3, h. a., pag. 236, & 237.

An. 1226, Imperator condixerat ſolennem Curiam apud Cremonam, ad quam vocaverat filium ſuum, & Principes Alemanniæ, qui, propter rebellionem Lombardorum, non permittebantur intrare. Unde, infecto negotio, Imperator in indignatione in Apuliam ſe recepit, &c. Hæc Chronica Auguſtenſis, h. a., apud Freherum, p. 368; Conf. Godefridus Colonienſis, h. a., apud eundem, pag. 295; Conradus Urſpergenſis, h. a., pag. 247; Chronica Auſtralis, h. a., apud Freherum, p. 322; Spangenberg., Chron. Saxon., cap. 252, p. 433; Heineccius, l. c., ad h. a., p. 238, & 239.

An. 1227, Heinricus Rex, filius Friderici Imperatoris, Aquisgrani veniens, celeberrimam Curiam, cum Nobilibus totius Teutoniæ, habuit, Dominica: Judica me - - - - - ubi à Colonienſi Archi-Epiſcopo, Heinrico, Uxor Ipſius Regis, filia Ducis Auſtriæ, Regali benedictione conſecrata, & coronata, in Sede Regia collocatur, &c. Hæc Godefridus Colonienſis, h. a., pag. 295; Conf. Nauclerus, Vol. 2 Chronograph., Generat. 41, ad a. h., pag. 923; Mutius, lib. XX Chron. German., h. a., pag. 180; Heineccius, l. c., ad h. a., p. 240; Schatenus, lib. 10 Annalium Paderborn., h. a., p. 1017.

An. 1228, Imperator volens implere votum ſuum, & pacatum ſibi efficere Papam, transfretavit ad Terram Hieroſolymitanam; prius tamen, eodem anno, condixerat Curiam Principum Alemanniæ, in Quadrageſima, apud Ravennam, à qua ſimiliter impeditus fuit nuncius, & Legationibus Domini Papæ, &c. Hæc Conradus Urſpergenſ., h. a., p. 248.

An. 1229, Super cauſis, quæ inter Ipſum, & Papam vertebantur, diffiniendis, advocavit (Imperator) Principes Alemanniæ, qui venerunt in Italiam, videlicet Patriarcha Aquilejenſis, Archi-Epiſcopus Saltzburgenſis, Epiſcopus Ratisponenſis, Luipoldus, Dux Auſtriæ, & Dux Dalmatiæ, & Hiſtriæ. Quibus advenientibus, Imperatore manente apud Capuam, tractatum eſt de pace, & concordia, inter Imperium & Sacerdotium, & Regnum Siciliæ, & abſolutione Imperatoris. Multis aliis quoque mediantibus, tam de Curia Romana, quam etiam Italia, & Alemannia, ſanè hæc compoſitio cum non poſſet perfici eo anno, dilata eſt usque in annum ſequentem, &c. Hæc Conradus Urſpergenſis, h. a., pag. 248.

An. 1231, Imperator Ravennæ Curiam celebrat, die Natalis Domini, ibidem Imperiali diademate inſignitus, &c. Hæc Godefridus Colonienſis, h. a., pag. 297; Conf. Heineccius, l. c., ad h. a., pag. 244.

An. 1232, Imperator apud Aquilegiam Paſcha celebrat, filio ſuo, Rege, ad ipſum veniente, & quibusdam Principibus Alemanniæ. Circa Aſcenſionem Imperator in Apuliam regreditur, navali itinere, &c. Ita Godefridus Colonienſ., h. a., pag. 298; Conf. Tom. 2 Annal. Paderbornenſium Schateni, Dipl. h. a., pag. 18; Heineccius, l. c., hoc an., pag. 245.

An. 1233, Propter veras hæreſes, & propter fictas, multi, Nobiles & ignobiles, Clerici, Monachi, Incluſæ, Burgenſes, ruſtici, à quodam fratre, Conrado, ignis ſupplicio, per diverſa Teutoniæ loca, ſi fas eſt dici, nimis præcipiti ſententia, ſunt addicti. Nam, eodem die, quo quis accuſatus eſt, ſeu juſte, ſeu injuſte, nullius appellationis, nullius defenſionis refugio proficiente, eſt damnatus, & flammis crudeliter injectus. Ob quam cauſam frater Cunradus, hujus perſecutionis hæreticorum miniſter, à quibusdam Nobilibus, nullum locum veniæ, vel gratiæ apud ipſum invenientibus, juxta Marburg, eſt occiſus. Ante cujus mortem, modico tempore, Comes Suevienſis (Seinensis) ſuper hæreſi falſo fuit infamatus, pro cujus expurgatione, ſeu defenſione, Rex Heinricus Conventum multorum Principum apud Moguntiam habuit. Ubi etiam, collecta militia, idem Rex contra Ducem Bawariæ proficiſcitur, &c. Hæc Godefridus Colonienſis, h. a., pag. 298; Conf. Additionator Lamberti Schafnaburg., h. a., pag. 257; Siffridus Presbyter, lib. 2 Epitomes, apud Piſtorium, pag. 696, ad annos 1232, & 1233; Trithemius, Chron. Hirſaug., h. a.; Arnoldus, part. 1 Kirchen-und Ketzer-Hiſtorie, lib. 13, cap. 5, pag. 383; Heineccius, lib. 3 Antiquit. Goslar., h. a., p. 246.

An. 1234, Rex Heinricus Bobardiæ Conventum quorundam Principum habuit, ubi à quibusdam nefariis conſilium accepit, ut ſe opponeret Imperatori, Patri ſuo, quod & fecit. Nam ex tunc cœpit ſollicitare, quoscunque potuit, minis, prece, & pretio, ut ſibi aſſiſterent contra Patrem, & non paucos invenit, &c. Ita Godefridus Colonienſis, h. a., pag. 299; Conf. Trithemius, Chron. Hirſaug., h. a., Heineccius, l. c., ad h. a., p. 248.

An. eod. celebrata Comitia Francofurtenſia, vid. ſup. pag. 68; Add. Chronicon Elwangenſe, h. a., apud Freherum, pag. 456; Heineccius, l. c., ad hunc an., pag. 249.

An. 1235, Imperator duxit ſororem Regis Angliæ, &, medio Auguſto, Curiam Moguntiæ celebravit. Ibi Filium ſuum, Heinricum, ſibi oppoſitum, Regno privavit, & Eum in Calabriam detinendum miſit; in ipſa Curia Dominus de Luneborch, Brunswich & Luneburg, & omnem hæreditatem ſuam Imperio reſignavit, & Imperator Brunſuicenſe dominium in Ducatum mutavit, & Duci porrexit, &c. Hæc Albertus Stadenſis, h. a. Clarius hæc, & diſtinctius recenſet Godefridus Colonienſis, h. a., ap. Freherum, p. 299: Imperator ab Apulia Aquilegiam pervenit. Inde, cum multa turba, & multis theſauris, verſus Auſtriam, intrat in German-

am. Filium etiam ſuum, Regem, rebellem invenit, ſed impotentem. Nam, conſilio habito, VI Non. Julii, ***apud Wormatiam***, *in gratiam Patris recipitur; ſed non perſolvens, quæ promiſerat, nec reſignans Caſtrum Drivels, quod habuit in ſua poteſtate, juſſu Patris, Imperatoris, eſt cuſtodiæ mancipatus. Eodem tempore ſoror Regis Angliæ, rogatu Imperatoris, ab Archi-Epiſcopo Colonienſi, & Duce Brabantiæ, ab Anglia adducitur, ipſi Imperatori nuptura ---- apud Wormaciam Imperatori aſſignatur: ibi Imperiales nuptiæ debito cum honore celebrantur. ----* ***Curia celeberrima***, *in aſſumtione B. Mariæ,* ***apud Maguntiam*** *indicitur, ubi, fere omnibus Principibus Regni Teutonici convenientibus,* ***pax juratur; vetera jura ſtabiliuntur; nova ſtatuuntur; &, Teutonico ſermone, in membrana ſcripta omnibus publicantur; exceſſus Regis, contra imperatorem cunctis aperiuntur. Otto de Luninburg, Nepos Magni Ducis Heinrici, novus Dux & Princeps efficitur:*** *quem diem rogavit Imperator omnibus Annalibus aſcribi, eò, quod tunc Romanum auxiſſet Imperium, novum Principem creando,* ***conſenſu omnium Principum accedente.*** *Fuit autem dies illa Vigilia Timothei,* &c. conf. *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., pag. 555, & 556; *Chronicon Elwangenſe*, h. a., apud *Freberum*, pag. 456; Auctor *Fragmenti Hiſtorici, Chronico Alberti Argentinenſis præfixi*, h. a., apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, p. 91; *Theodorus Engelhuſius*, in *Chronico*, p. 245; *Martinus Polonus*, in vita *Friderici* 2, p. m. 376; *Cranzius*, lib. VIII *Saxoniæ*, cap. V; *Trithemius, Chronic. Hirſaugienſ.*, h. a.; *Mutius*, lib. XX *Chron. Germ.*, p. m. 183; *Jacobus Reutelius, Chronic. Hilleshemenſ.*, §. XXXI, apud Dn. *Paullini*, *in Syntagmate*, pag. 95; *Bunting.*, part. 1 *Chron. Brunſuic.*, p. 207; *Meibomius*, Tom. III *Rer. German.*, p. 203, & 204, ubi catalogum præſentium Procerum in Comitiis Moguntinis texit; p. 206, & 207 ipſum diploma Cæſareum, quo Ducatus Brunſuicenſis & Luneburgenſis erectus, producens; cujus etiam copia in Dn. *Friderici Lucæ Reichs Fürſten-Saal*, part. 2, cap. 6, p. 392, & 393, habetur; *Heineccius*, lib. III *Antiquitatum Goslarienſium*, h. a., p. 249, & 250; Conſtitutionem de *Pace Publica* ſuppeditat *Goldaſtus*, Tom. 2 *Reichs-Satzungen*, p. 27; vid. præced. p. 68.

An. eod. In feſto omnium Sanctorum Imperator ***Conventum Principum habuit, apud Auguſtam***, *ubi Rex Boëmiæ aſſuit, recipiens ab Imperatore decem millia marcarum, pro parte Sueviæ, quæ, jure hæreditario, ſuam uxorem contigit*, &c. Hæc *Godefridus Colonienſis*, h. a., pag. 300.

An. eod. Heremannus noſter, (Abbas Corbejenſis) *cum Fretherico Auguſto, eſt in* ***Curia ſollempni Spiræ***, *&c.* Ita *Annales Corbejenſes*, h. a., apud *Paullini*, in *Syntagmate Antiquitatum Germanicarum*, pag. 401.

An. 1236, *Fridericus, Dux Auſtriæ & Styriæ, ab Imperatore proſcribitur,* ***apud Auguſtam.*** *Iſte Fridericus, cum eſſet ſeverus homo, in judicio diſtrictus, & crudelis, magnanimus in prælus, in theſauris congregandis cupidus, terrorem ſuum ſic fudit ſuper indigenas, & vicinos, ut non ſolum non diligeretur, ſed ab omnibus timeretur. Ibat enim potenter cum Exercitu in Moraviam, contra Wencezlaum, Regem Bohemorum. Quumque etiam Ungariam intrabat, fines utriusque Regni ferro, & igne devaſtans; Satagebat etiam Nobiles, & meliores terræ ſuæ opprimere, & ignobiles exaltare; Agnetem, uxorem ſuam, filiam Ottonis, Ducis Meraviæ, tanquam cognatam, repudiavit, quam poſtea Ulricus, Dux Carinthiæ, accepit uxorem. Edicta Friderici Imperatoris, inimicitias Principum contempſit, donec ab Ipſo Friderico,* ***per ſententias Principum, in Curia, Auguſtæ*** *celebrata, proſcribitur, & Principatuum ſuorum honore privatur*, &c. Hæc *Chronica Auguſtenſis*, h. a., apud *Freberum*, pag. 372; Conf. *Godefridus Colonienſ.*, h. a., pag. 300, & An. 1237, p. 302; *Chronica Auſtralis Freberi*, ad an. 1237, pag. 323; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 41, ad an. 1236, pag. 930; *Mutius*, lib. XX *Chron. German.*, p. 184; *Heineccius*, lib. 3 *Antiquit. Goslarienſ.*, h. a., pag. 251.

An. eod. Mortuo Henrico, filio Friderici Imperatoris, in carcere, idem Fridericus, in Italia conſtitutus, Manfredum, filium ſuum, ex libera natum, ad Principes Germaniæ, cum Oratoribus, miſit, mandans, ut, in locum demortui Henrici, Cunradum, filium legitimum, in Regem Germanorum eligerent; qui, mandatis Imperatoris obedientes, Cunradum in Regem elegerunt; quem Ipſe Imperator, Fridericus, diſpoſitis rebus in Auſtria, ſecum Ratiſ- ***ponam, ubi Conventum Principum*** *habuit, ducens, denuo in Regem eligi procuravit; atque* ***Nemetum*** *proficiſcens, hoc idem fieri tertio voluit, &c.* Hæc *Nauclerus*, l. c. Conf. *Mutius*, l. c. Primam electionem *Viennæ* celebratam fuiſſe, commemorat Auctor *Fragmenti Hiſtorici, Chronico Alberti Argentinenſis* præfixi, apud *Urſtiſium*, Tom. 2, ad an. 1237, pag. 91, verbis: *Venit* (Imperator) *ad Civitatem* ***Viennæ***, *quæ ſimiliter Ipſius dominio ſe ſubjecit:* ***ubi etiam*** *Cunradum, filium ſuum, de uxore transmarina genitum, eligi fecit in Regem; quem elegerunt Archi-Epiſcopus Moguntinus, & Trevirenſis, & Rex Bohemiæ, & Dux Bavariæ, qui & Palatinus Comes Rheni,* ***conſentientibus cæteris, qui aderant***, *tamen paucis, &c.* Refert hanc Curiam *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, cap. 87, pag. 596, ad annum 1235; *Browerus* verò, lib. 15 *Annal. Trevirenſ.*, §. 161, pag. 131, ad annum 1237; De duabus poſterioribus ſcribit *Godefridus Colonienſis*, ad eundem ann. 1237, pag. 301, & 302: *Fridericus Imperator ab Auſtria aſcendit uſque* ***Ratiſponam, Principibus apud Spiream ad***

Collo-

Digitized by Google

Colloquium evocatis. Ubi cum quidam Principes conveniſſent, ab Eo ad convivium invitantur. Filium etiam ſuum, Conradum, adhuc puerum, prius in Auſtria Regem Teutoniæ deſignatum, denuo ab ipſis obtinet approbari, &c. Sic *Annales Dominicanorum Colmarienſium*, ad an. 1237, apud *Urſtiſium*, l. c., pag. 6: *Fridericus Imperator Cunradum, filium ſuum, in Regem Teutoniæ coronavit, &c.* In *Magno Chronico Belgico*, p. m. 235, habentur ſequentia: *Conradus igitur, Filius Frederici 2, vivente Patre, & in gratia Eccleſiæ Dei exiſtente, hæres Regni Jeruſalem, poſt obitum fratris ſui, Henrici, fuit electus in Regem Romanorum, ſed non coronatus, neque per Papam confirmatus; Cœpit autem Anno Domini M CC XXXIII, Regni Friderici, Patris ſui, XXII, Imperii vero XIV, & tenuit Regnum annis tredecim, &c.* Conf. *Paraleipomena*, Abbatis *Urſpergenſis Chronico* annexa, p. m. 249: *Mortuo filio Friderici, Heinrico, curavit* (Imperator) *Cunradum filium in Cæſarem eligi, &c.* Add. *Lehman*, l. c., ad an. 1237; *Heineccius*, l. c., ad h. a., pag. 252; Ipſa electionis acta continet *Prodromus Codicis Juris Gentium Diplomatici*, Illuſtris Dn. *Leibnitii*, §. XI, p. 9, & 10, inter alia: *Licet, per vires, induſtriam & labores Excellentiſſimi Domini noſtri Friderici, &c., cujus vitam, & Imperium cupimus, ſatis ad præſens Imperio ſit proviſum, quia tamen præeminentia dignitatis longioris vitæ beneficium Regibus non concedit, præſentis vitæ lubricum meritò formidantes, Ipſo vivente ſalubriter, & regnante feliciter, de ſucceſſoris nobis electione providimus, ne, per ejus interitum, juſtitia diminutionem ſtatus pateretur, Imperium, & tranquillitas interiret. Et cum, de ſubſtituenda Perſona, diligenti meditatione nobiſcum, & ſolicitè penſaremus, præteritorum cauta proviſio ſalubre conſilium præbuit in futuris. Conſiderationibus etenim noſtris occurrit, qualiter Divi Cæſares, Progenitores Imperatoris ejuſdem, qui longis retro temporibus Imperio præfuerunt, non ſolum, ut Domini, juſtitiæ ſolium inclite tenuerunt, ſed, tanquam Patres Imperii, paternæ dilectionis zelum, ad omnes & ſingulos, habuerunt: qualiter nec perſonarum periculis, nec rerum parcendo diſpendiis, & plerumque, per dubia bellorum diſcrimina, Imperii noſtri fines in citramarinis partibus produxerunt. Propter quod parentum laboribus fraudari filios, noſtri noluere Majores. Nos, ipſorum veſtigiis laudabiliter inhærentes, præſentem Imperatorem, quem, in exaltationem Romani nominis, & dignitatis Auguſtæ, Prædeceſſorum ſuorum verum ſucceſſorem agnoſcimus, & Filium experimur, in ſobole ſua, ſimili retributione, decrevimus honorare; &, ut dudum, Filium Ejus ex nunc in futurum Imperatorem noſtrum, poſt Ejus mortem, aſſumimus; ut juſte pro Imperio Pater hactenus laboraſſe ſe gaudeat, laboretque libentius amodo velut laborum ſuorum fructus non relicturus extraneo, ſed, ex communi voto parentum, filio paraturus. Sicque nos, inſpirante nobis tam ſalubre conſilium gratia Summi Regis, ad vocationem, & preces ejuſdem Domini noſtri Imperatoris, apud - - - - - - locum unanimiter vota noſtra contulimus in Conradum, antedicti Domini Imperatoris Filium, Regni Hieroſolymitani legitimum ſucceſſorem, eligentes ipſum ibidem in Romanorum Regem, & in futurum Imperatorem noſtrum, poſt obitum Patris habendum, ac etiam debita eidem fide data præſtantes, ad illud obtinendum Imperii diadema, & ſibi, prout de Jure tenemur, conſilium & auxilium impendemus. Et licet Henricum, Primogenitum ſuum, pridem nobis in Regem, ſimili proviſione, duxerimus eligendum, quia tamen, cum in honore eſſet, non intellexit, ſed ab aquilone ſedem ſibi conſtituens, contra Patrem, loco tanti regiminis ſe monſtravit indignum; juſto Patris judicio, & ejus ultronea voluntate, quam ſibi conſcientia propriæ tranſgreſſionis ingeſſit, ab eodem Henrico ſoluti præſtito juramento, quod de electione ſua ſimiliter feceramus, Heinrico Conradum, velut David Sauli, ſanctâ deliberatione providimus ſubrogandum, &c.* Patet hinc, *Conradum*, vivente adhuc fratre *Henrico*, & non demum poſt ejus fata, ceu præfati Auctores arbitrantur, Regem Romanorum electum; Multo minus ſubſcribenda Auctoris *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ* ſententia, cap. 50, apud *Piſtorium*, p. 926: *Anno Domini 1242, Fridericus Imperator, cum regnaſſet 31 annis, convocavit Principes Alemanniæ in Franckfort, volens cum eis tractare, qualiter filium ſuum, Conradum, in Regem Romanorum crearet, &c.*, cum id dudum antea contigerit.

Ann. 1245, *Dum prædicta fierent apud Lugdunum* (ſcil. in Concilio, in quo Cæſar excommunicationis pariter, & depoſitionis ſententiam ſubiit) *Imperator veniens Veronam, cum filio ſuo, Conrado, & cum quibusdam ſuis Principibus Alemanniæ, & Baronibus Lombardiæ ſibi faventibus, ſolenne Colloquium celebravit. Quo facto, ſimulans ſe, ſimul cum Conrado, filio ſuo, velle ad Concilium properare, ivit uſque Taurinum: ubi primo audivit, contra ſe depoſitionis ſententiam promulgatam. Tunc reverſus eſt Cremonam, ibique negotia Imperii ordinavit. Poſt in Apuliam quam citius eſt reverſus, & Conradum velociter in Alemanniam deſtinavit, &c.* Hæc Monachus Paduanus, lib. 1 Chronic., ad h. a., apud *Urſtiſium*, pag. 591.

An. eod. Sententia (excommunicationis, & depoſitionis Cæſareæ, in Concilio Lugdunenſi) *per mundum volante, quidam Principum, cum multis aliis, reclamabant, dicentes: Ad Papam non pertinere, Imperatorem vel inſtituere, vel deſtituere, ſed electum à Principibus coronare; Interea Papa ſollicitari fecit Principes, quos ad Imperium regendum credidit idoneos, ut aliquis eorum onus Imperii ſumeret & laborem, promittens ei, quicunque Imperium aſſumeret, conſilium, & auxilium pariter, & favorem. Tandem*

Heinricus Lantgravius, cognomento Raſpe, multis evictus precibus, Imperium accepit, &c. Hæc *Albertus Stadenſis*, ad h. a., qui ſequenti an. 1246 pergit: *Heinricus, Lantgravius Thuringiæ, juxta Herbipolim, in Aſcenſione Domini, à Moguntino, & Colonienſi, & quibusdam Principibus in Regem eligitur, & ſubitò crux, contra omnes infideles, à Moguntino ſolenniter prædicatur, & omnis illa Principum, & Nobilium collectio crucis charactere inſignitur, &c.* Conf. *Monachus Paduanus Urſtiſii*, lib. I Chron., ad h. a., pag. 591: *Sagaciſſimus Innocentius Papa direxit in Alemanniam Nuncios, ad monendum Principes, ut eligerent aliquem ſtrenuum Virum, ad Imperium gubernandum. Tunc illi convenientes, ad tantum negotium peragendum, elegerunt Virum Catholicum, ſtrenuum, Nobilem, ſapientem, benignum, & conſtantem, Lantgravium de Thuringia, Deo & hominibus gratioſum. Ille autem electioni de ſe factæ aſſenſum præbuit, &c.* Apud Auctorem *Fragmenti Hiſtorici, Chronico Alberti Argentinenſis* præfixi, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 91, & 92, hæc habentur: *Principes Alemanniæ, ſcil. Archi-Epiſcopus Moguntinus, & Colonienſis, & Trevirenſis, cum cæteris Epiſcopis, Argentinenſi, Metenſi, Spirenſi, & aliis, elegerunt, apud Herbipolim, Henricum, Lantgravium Thuringiæ, in Regem, &c.* Add. *Conradus* Moguntinus Epiſcopus, in Chronico, apud eundem *Urſtiſium*, Tom. I, pag. 575; *Johannes Vito Duranus*, in *Chronico*, in *Acceſſionibus Hiſtoricis* Dn. de *Leibnitz*, p. 8; *Levoldus à Northof, Chron. Marcan.*, ad an. 1245, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 389; Chronicon *Auguſtenſe Freheri*, ad an. 1246, pag. 374; *Siffridus Presbyter*, lib. 2 Epitomes, ad an. 1246, apud *Piſtorium*, pag. 696; *Martinus Polonus*, in *Vita Innocentii IV*, p. m. 377; *Additionator Lamberti Schafnaburg.*, apud *Piſtorium*, pag. 258, id refert ad annum 1247; *Paulus Langius, Chron. Citizenſ.*, ad an. 1242, pag. 801; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 42, ad an. 1246, p. 937; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 242; *Theodoricus Engelhuſius*, in *Chron.*, pag. 250; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, Cap. 165, apud *Meibom.*, l. c., p. 280; *Paraleipomena Chronico Urſpergenſi annexa*, p. 251; Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, c. 52, pag. 927, qui etiam electionem hanc anno demum 1247, & quidem *Francofurti* peractam putat; quem locum & *Mutius*, lib. XX Chron. German., ad an. 1246, pag. 189, probat; *Cranzius*, lib. VIII *Metropolis*, Cap. XIII, pag. 208, & XV, pag. 209; perperam tamen Eum Comitem Schwartzburgicum conſtituens, errore, quo & *Onuphrius Panvinius in Impp. Rom.* deceptus fuit, utrumque propterea corripiente Dn. *Chriſtiano Franciſco Paullini*, in *Annalibus Iſenacenſibus*, §. 51, ad an. 1246, pag. 43; *Lehman*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, Cap. 88, p. 596; *Spondanus*, Tom. I *Cont. Annal. Baronii*, an. 1245, §. 26, pag. 159; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, an eod., Cap. 13, pag. m. 139; *Schilter*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. V, Cap. X, §. 3, pag. 727, & 728; *Fallatius*, Vol. 3, de *Geſtis Romanorum Pontificum*, in vita *Innocentii IV*, pag. 10; *Du Pin*, de *Diſciplina Eccleſiaſtica*, Diſſert. 7, Cap. 3, §. 3, pag. 550; *Sagittarius*, diſſert. de *Henrico*; *Jacobus Wymphelingus*, Cap. 38, *Rer. German.*, apud *Schardium*, Tom. I, pag. 184; *Conringius ad Lampadium*, part. 3, Cap. 2, §. 15, pag. 131, & Cap. 4, §. I, pag. 145; *Heineccius*, lib. 3 *Antiquit. Goslar.*, An. 1246, pag. 265; *Schurtzfleiſch*, in *Auctuario Hiſtoriæ Auguſtæ ſequioris*, p. m. 34.

An. 1246, Rex novus in Frankenevorde, feſto Jacobi proximo, Curiam indixit, &, eum ibidem Rex Conradus Ei cum pluribus occurreret, fugatus eſt, multis ſuorum, tam Capitaneis, quam Nobilibus, captivatis. Cœperunt interea illi, qui plenum favorem non habebant ad talia, eundem Landgravium Regem dicere Clericorum; (Pfaffen-Kœnig) Papa etiam omnes Principes Alemanniæ, per Legatos, ſollicitavit, ut Fridericum deſererent, & pro hoſte Eccleſiæ manifeſto Eum reputarent, & Heinrico, tanquam filio obedientiæ, adhærerent. Etiam ad Soldanum Papa Nuncios deſtinavit, eum intendens à familiaritate abſtrahere, & amicitia Friderici, quondam Imperatoris, &c. Hæc *Albertus Stadenſis*, h. a. Conf. *Fragmentum Hiſtorici*, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 92; *Cranzius* lib. VIII *Metropol.*, Cap. XIII, pag. 208, & lib. VIII *Saxon.*, Cap. XIV; *Lehmannus*, l. c., pag. 596; *Heineccius*, l. c., ad h. a., pag. 266; Dn. *Paullini*, l. c., p. 44.

An. 1247, Heinricus Lantgravius, qui Imperium acceptaverat, eſt defunctus. - - - Papa, Heinricum Lantgravium mortuum intelligens, Petrum Capucium, de Aureolo Velo, Diaconum Cardinalem, miſit in Teutoniam, qui, evocatis Archi-Epiſcopis, & Epiſcopis, quos potuit, Concilium prope Coloniam celebravit, feſto Michaëlis, & Feria quinta poſt Michaëlis, Wilhelmus, Frater Comitis Hollandiæ, à quibusdam Epiſcopis, & Comitibus, in Nuſſia, in Regem Romanum, ad gubernandum Imperium, eſt electus, &c. Hæc *Albertus Stadenſis*, h. a. *Chronica Auguſtenſis*, ad h. a., apud *Freherum*, pag. 375, hæc ſubminiſtrat: *Wilhelmus, Comes Holandiæ, in Regem eligitur, &c.* Conf. *Conradus* Epiſcopus, in *Chronico*, apud *Urſtiſium*, Tom. I *Rer. Germ.*, pag 575: *Mortuo Lantgravio Rege Wilhelmus, Comes Hollandiæ, in Regem eligitur, tantum ab Archi-Epiſcopis Moguntinenſi & Colonienſi, &c.* Et *Monachus Paduanus*, lib. I *Chron.*, ad annum 1248, apud eundem, l. c., pag. 592: *Innocentius Papa negotia Eccleſiæ peragens vigilanter, Legatum in Alemanniam deſtinavit, citavitque Principes, ut eligerent in Regem virum aliquem idoneum, & potentem; cujus præceptis protinus obſequentes, elegerunt Comitem Guilhelmum de Holandia in Regem, & futurum Imperatorem, Virum utique probum, & exercitatum, militibus decoratum, &c.* Auctor *Fragmenti Hiſtorici, Chronico Alberti Argentinenſis* præfixi, apud *Urſtiſium*, l. c., Tom. 2, pag. 92, ait: *Rex Hen-*

Digitized by Google

Henricus, ab Ulma recedens, venit in Thuringiam, & mortuus eſt, Anno ab Incarnatione Domini 1247, *& non regnavit per annum unum. Mortuo vero Henrico Rege, Innocentius Papa pro alio Rege laborabat, & inter Principes non invenit aliquem, qui ſe de regno vellet intromittere, contra Fridericum, & filium ſuum Cunradum; tandem Dux Brabantiæ filium ſororis ſuæ, Wilhelmum, Comitem Holandiæ, Domino Papæ, & Epiſcopis Alemanniæ præſentavit. Quem Epiſcopi elegerunt in Regem, apud Coloniam, promittentes Ei, juramento praſtito, rebus & perſonis, fideliter aſſiſtere, &c.* In *Magno Chronico Belgico*, p. 243, legitur: *Papa Innocentius miſit ad Henricum, Ducem Lotharingiæ & Brabantiæ, ut Regnum Romanorum,* (mortuo Henrico Raſpone) *quo promovere volebat, acceptaret, ſed Dux ſe excuſans, recommendavit Papæ nepotem ſuum, ſororis filium, Wilhelmum, Comitem Hollandiæ. Quare Papa ad Electores Imperii Legatum à latere, ſcil. Petrum Capucium, S. Georgii ad velum aureum Diaconum, Cardinalem, miſit: quo Cardinale procurante, & dicto Duce aſſiſtente, & ad hoc operam dante, prædictus Wilhelmus, Comes Hollandiæ, fuit, per ſupradictos Electores, in Regem Romanorum concorditer electus, anno Domini* 1247, *&c.*; & pag. 245: *Erant autem in eadem ſua Electione, & Curia: Petrus Caputii, Cardinalis, Legatusque Sedis Apoſtolicæ; Rex Bohemia, cum filiis ſuis; Arnoldus de Iſenborch, Archi-Epiſcopus Trevirenſis; Conradus de Hoyſtaden, Archi-Epiſcopus Colon.; Gerhardus, Archi-Epiſcopus Moguntinenſis; Henricus de Geldria, electus Leodienſis, Otto de Hollandia, Epiſcopus Trajectenſis, cum novem aliis Archi-Epiſcopis & Epiſcopis; Marchio Brandenburgenſis, cum pluribus Ducibus, & Marchionibus, & Vaſallis Imperii. Interea cum adhuc electus Rex in exultatione reſideret apud Woringiam, &c.* Eodem hoc loco, ipſo die S. Michaëlis, celebratam electionem, docet etiam *Spondanus*, Vol. 1 *Cont. Annal. Baron.*, h. a., §. 2, p. 165. Add. *Johannes Vito Duranus*, in Chronico, apud Dn. *de Leibnitz*, in *Acceſſionibus Hiſtoricis*, p. 8, & 10; *Levoldus à Northof, Chron. Marcan.*, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 389; *Theodoricus Engelhuſius, Chron.* pag. 251; *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Coſmodrom.*, Cap. 65, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 280; *Chronic. Auguſt. Freheri*, h a., pag. 375; *Siffridus Presbyter*, lib. 2 *Epitomes*, ad an. 1248, apud *Piſtorium*, pag. 696; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chorogr.*, Generat. 42, ad an. 1247, pag. 937; *Mutius*, lib. XX *Chron. German.*, pag. 189, minus rectè tamen electionis locum *Francofurdiam* conſtituens; *Paralipomena*, *Chronico Urſpergenſis* Abbatis annexa, pag. 252; *Cranzius*, lib. VIII *Saxon.*, Cap. 16, & lib. VIII *Metropol.*, Cap. XV, pag. 209; *Goldaſtus*, Tom. I Conſt. Imp., pag. 307; *Browerus*, lib. 26 *Annal. Trevirenſ.*, ad an. 1247, Cap. 18, pag. 140; *Lehman.*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, Cap. 87, pag. 596; *Schilter, de libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. V, Cap. X, §. 4, pag. 729; Illuſtr. Dn. *Datt*, lib. I *Rer. German.*, Cap. IV, pag. 23, & 24; *Heineccius*, lib. 3 *Antiquitatum Goslarienſium*, h. a., p. 266; *Schurtzfleiſch*, Diſſ. *Quid expediat Imperio*, §. 9, pag. 15, & *Auctario Hiſtoriæ Auguſtæ ſequioris*, pag. 37 ad 41.

An. 1252, *Otto, Dux Luneburgenſis, cum jam eſſet in procinctu eundi ad Curiam Frankenevorde, quam Wilhelmus Rex Principibus, circa Feſtum Johannis Baptiſtæ, vel Jacobi, indixerat, die Dominica Primi & Feliciani, infra veſperas, obiit, 48 annorum, &c.* Hæc *Albertus Stadinſis*, h. a. Conf. *Cranzius*, lib. VIII *Saxon.* cap. XIX; *Schateni Annal. Paderborn.*, lib. II, part. 2, p. 71; *Heineccius*, l. c., ad h. a., p. 273.

An. 1257, *Principes Regni, pro eligendo Rege, jamdiu habitis diverſis Conventibus, tandem definitum electionis diem, in Octava Epiphaniæ, ſtatuunt in Frankenfurt celebrandum, ubi dum quidam conveniſſent, Moguntinus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, & Ludwicus, Comes Palatinus Rheni, ac frater ſuus, Dominus Heinricus, Dux Bavaria, in Richardum, fratrem Regis Angliæ, convenerunt, & electus ab ipſis ſubſequenter, in die Aſcenſionis Domini, apud Aquisgranum, in Regem ungitur, & potenter in Regni ſolio collocatur. Dominus autem Treverenſis Epiſcopus, cum aliis quibusdam Principibus, conſentire nolens electioni prædictæ, in media Quadrageſima, fretus literis, & auctoritate Regis Boëmiæ, Ducis Saxoniæ, Marchionum de Brandenburch, & multorum Principum, elegit Dominum Alphonſum, Regem Hiſpaniæ, qui electioni de ſe factæ conſenſit, perſuaſus à Regibus, & Principibus, & amicis, &c.* Hæc *Chronica Auguſtenſis*, h. a., apud *Freherum*, p. 379; Coævus Auctor *Chronici Slavici*, apud *Lindenbrogium*, ad an. 1257, p. 260, rem ita recenſet: *Richardus fortiter Rex Angliæ cœpit ad Imperium aſpirare, tunc Moguntinus erat captus, quem Richardus redemit, octo millibus marcarum, ut ad ſuam eſſet benevolus Electionem. Hic effudit pecuniam ante pedes Principum, ſicut aquam. Quidam eorum, ſcil. Treverenſis Archi-Epiſcopus, Albertus Dux Saxoniæ, Johannes & Otto Marchiones, Ei hac vice non conſenſerunt. Colonienſis vero & Trajectenſis, pro adducendo, tranſeunt in Angliam, &, redeuntes cum Ipſo, Aquisgrani veniunt, & Eum, cum infinita pecunia, Principibus ſibi faventibus præſentant, &, die Aſcenſionis Domini, Ipſum in Regem Romanorum elevant, & conſecratum, cum uxore ſua, coronant. De pecunia Ejus multa incredibilia ſonuerunt. Certè tantum olei, quantum infuſum eſt Ejus capiti, potuiſſet in ſua Terra precio emiſſe minori, &c. Monachus Paduanus*, lib. 2 Chronic., ad an. 1257, apud *Urſtiſium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 601, hæc habet: *Interfecto à Friſonibus in bello Rege Alemanniæ, Guilelmo, convenerunt Principes ad Electionem, more ſolito faciendam; cum igitur tractarent de Principe idoneo eligendo, humani generis inimicus ſeminavit zizania inter eos; nam quidam Comitem Ricardum, fratrem Regis Angliæ, Regem Alemanniæ*

nia

Digitized by Google

nia elegerunt: alii vero vota in Regem Caſtellæ penitus tranſtulerunt. Comes autem Ricardus aſcendit in Alemanniam feſtinanter, &, de aſſenſu quorundam Principum, capiti ſuo Regni Alemanniæ diadema imponi curavit, &c. Audiamus Auctorem Fragmenti Hiſtorici, Chronico Alberti Argentinenſis præfixi, apud Urſtiſium, Tom. 2 Rer. German., p. 92, & 93: Wilhelmus Rex à Friſonibus occiſus eſt. Hæc audiens Epiſcopus Colonenſis, ad Angliam perrexit, & inde duxit Richardum, Ducem Cornubiæ, quem ipſe, & Epiſcopus Moguntinenſis elegerunt in Regem, quibus dedit multam pecuniam, & cæteris Epiſcopis Alemanniæ, & Nobilibus terræ. Et cum adhuc opulentus eſſet in divitiis, vehebatur, per Principes Alemanniæ, ad ſingulas Civitates, & oppida Imperii, ſuper fluvium Rheni, & ab omnibus Civitatibus, ob reverentiam Principum, qui cum Eo aderant, honorificè eſt receptus. Cum autem Richardus Rex perveniſſet usque ad Civitatem Baſileam, defecit Ei ſubſtantia: tunc reliquerunt Eum Principes Alemanniæ, ſolum dicentes: quod Eum non dilexerunt, propter perſonam, ſed ratione ſubſtantiæ, & dederunt Ei libellum repudii, &, per aliam viam, reverſus eſt in Regionem ſuam, cujus Regis memoria cum ſonitu periit, &c. Conf. Matthæus Pariſienſis, Annal. Angl., ad h. a.; Johannes Vito Duranus, in Chronico, ap. Ill. Dn. Leibnitium, T. 1 Acceſſ. Hiſtor., pag. 19; Jacobus de Kœnigshoven, Chron. Alſat., cap. 2, §. 177, p. 117; Villanius, lib. 6 Hiſtor. Florent., cap. 75; Gobelinus Perſona, ætat. 6 Coſmodrom., cap. 65, apud Meibom., Tom 1 Rer. German., p. 280, & 281; M. Albertus Argentinenſis, apud Urſtiſium, l. c., Tom. 2, p. 97, quamvis male Richardum Angliæ Regem conſtituat, ante Henricum Raſponem electum; M. Theodoricus Engelhuſius, in Chron., p. 252; Levoldus à Northoſ, Chron. Marcan., apud Meibomium, l. c., pag. 390, qui eundem Richardum, anno demum 1267, Aquisgrani, ab Archi-Epiſcopo Colonienſi unctum fingit; Chronicon Epiſcoporum Oſnabrugenſium, apud Meibomium, l. c., Tom. 2, pag. 219; Additionator Lamberti Schafnaburg., ad an. 1256, pag. 258: Magnum Chronicon Belgicum, pag. 242, & 252; Paulus Langius, Chron. Citizenſ., ad an. 1257, apud Freherum, pag. 806; Nauclerus, Vol. 2 Chronograph., Generat. 42, ad an. 1257, p. 943; Mutius, lib. XXI Chron. German., An. 1256, p. 191; Paraleipomena, Chronico Conradi Urſpergenſis annexa, pag. 253; Trithemius, Chron. Hirſaugienſi, h. a.; Cranzius, lib. VIII Saxon., cap. XXI, & XXII; Brower, lib. XVI Annal. Trevirenſ., h. a., §. 41, p. 146; Schaten, lib. II Annal. Paderborn., part. 2, pag. 97; Lehman., lib. V Chron. Spirenſ., cap. 93, pag. 606, &c.; Spondanus, T. 1 Contin. Annal. Baron., an. 1256, §. 10, pag. 198; Heineccius, lib. 3 Goslar. Antiquit., ad ann. 1257, pag. 276, &c. Maximè hujus loci eſt Epiſtola Urbani IV, P. R., ad ipſum Richardum Anglum, qua ſchiſmatis præfati deciſionem ſibi attribuendo, partes litigantes, ad diem 2 Maji, 1263, Romam evocabat, apud Illuſtr. Dn. Leibnitium, Prodrom. Tom. 1 Cod. Diplomatici Juris Gentium, §. XIV, p. 12, &c., utpote in qua ſeptem Electorum antiquiſſima fit mentio; ita enim ibi, v. 4, p. 14: Et quidem Venerabilis Frater Noſter, Laurentius Epiſcopus, & dilectus filius, Willelmus Archidiaconus Roffenſis, ac Robertus de Baro, Procuratores & Nuncii Tui, a Te plenarie poteſtatem habentes, ut, in noſtro Conſiſtorio, Tua proponerent negotia, & peterent cum ſolennitate, qua conveniret, vocationem Tuam ſolemniter ad coronam, ac univerſa & ſingula circa hæc gererent, agerent fideliter, ac procurarent, quæ, per veſtros Nuncios ac Procuratores, ad hoc ſpecialiter deputatos, legitimè poſſent agi, peti, & etiam procurari, coram Nobis, & eisdem fratribus proponere curaverunt, quaſdam conſuetudines circa Electionem novi Regis Romanorum, in Imperatorem poſtea promovendi, apud Principes, vocem in hujusmodi electione habentes, qui ſunt ſeptem numero, pro jure ſervari, & fuiſſe hactenus obſervatas, à tempore, cujus memoria non exiſtit: Secundum quas, infra annum & diem, poſtquam vacat Imperium, talis decet Electio celebrari; quacunque parte ipſorum anni & diei, quam ad hoc iidem Principes duxerint deputandam; & ad Archi-Epiſcopum Maguntinum, & Comitem Palatinum Rheni, vel ipſorum alterum, altero nequeunte, vel forſitan non volente, pertinet, ad Electionem ipſam celebrandam, diem præfigere, ac cæteros Electores Principes convocare. Quibus omnibus, vel ſaltem duobus ex ipſis, die præfixa, convenientibus apud Oppidum de Frankenford, intus, vel extra ipſum Oppidum, in Terra, quæ dicitur Franckeſerde, (loca quidem ad hoc deputata ſpecialiter ab antiquo,) ad Electionem ipſam procedi poteſt, & debet, ſecundum morem ipſius Imperii approbatum; &, electione taliter celebrata, Electus, ſi electioni conſenſerit, ante Aquisgranum, per dies aliquos facta mora, infra annum & diem, poſt celebrationem eamdem, quando Electus voluerit, per Colonienſem Archi-Epiſcopum, ad quem id, ex officio ſuo, ſpectat, inungitur, conſecratur, & etiam coronatur: quo facto, cuilibet via præcluditur contra Electionem, vel Electum, jam Regem Romanorum effectum, dicendi aliquid, vel etiam opponendi: ſed idem Electus, prædicto modo inunctus, conſecratus, & coronatus, pro Rege habetur, & Ei, tanquam Regi, debent à ſubditis juramenta præſtari, aſſignari Civitates, Oppida, Caſtra, & ſpecialiter Caſtrum de Treveles, (Treveris) ac reliqua Jura Imperii, infra annum & diem à tempore coronationis ejusdem; ita, quod, ſi qui de Vaſallis Imperii Ei homagia non præſtiterint conſueta, & non reddiderint Civitates, Caſtra & alia ſupradicta, illis, quæ ab Imperio tenent eodem, ſint eo ipſo privandi. Et, ſi, votis Principum, ad quos ſpectat eligere, ad eligendum convenientium, diviſis in plures, duo in diſcordia eligantur, vel alter Electorum per potentiam obtinebit, vel ad prædictum Comitem Palatinum,

Digitized by Google

tinum, tanquam ad hujusmodi diſcordiæ Judicem, eſt recurſus habendus; ni forſan ſuper electione, vel coronatione, hujusmodi ſuborta diſcordia, per appellationem, vel querelam prædictorum Principum, ad examen, Sedi Apoſtolicæ, quo caſu Ipſius eſt in tali cauſa cognitio, deferatur. Intelligitur autem is electus eſſe concorditer, in quem vota omnium Electorum Principum, vel ſaltem duorum tantummodo in electione præſentium diriguntur, &c.

An. 1270, *Convenere Principes Grmaniæ Quedlinburgi, pacem inter ſeſe Provincialem, den Landfrieden, ſtabilientes, ictoque fœdere, de injuria, conjunctis viribus, propulſanda, non tam de electione Imperatoris occupati, quam ut, contra tyrannidem peregrinam, libertatem tuerentur, firmata ſtatibus Superioritate Territoriali, & inde dependentibus juribus, &c.* Hæc *Schilterus, de libertate Eccleſ. German.*, lib. V, Cap. X, §. V, pag. 730.

An. 1273, *Electo Wernhero, Archi-Epiſcopo Maguntino, ad Urbem, pro confirmatione, proficiſci volente, Rudolphus, Comes prædictus* (de Habſpurg) *per Electum literis rogatus, Ipſum, ab Argentina usque ad Alpes, euntem, eoque feliciter confirmato, redeuntem conduxit. Qui Archi-Epiſcopus grates ſibi agens, optavit, ut nunquam moreretur, niſi Comiti de tanto officio reſpondiſſet. Itaque Maguntinus feliciter procedens, & proſperè, ad Eccleſiam ſuam eſt reverſus. Quod poſtea fecit idem Epiſcopus, qui, pro creatione Regis Romanorum, Principes, quorum intererat, ad oppidum Franckfurt convocavit. Interea accidit, quod Pſitaci Baſilienſes Stelliferos expulerunt: propter quod Rudolfus Comes, congregatis ſuis amicis, cum Stelliferis, & eorum fautoribus, juxta Capellam-Binningen, Baſileam obſedit. Congregatis autem Principibus Electoribus, in Franckfurt, Rege Bohemiæ dempto, & inter ſe, de periculo diutinæ vocationis Imperii, & de perditione Juris Principum, invicem conquerentibus, ac de perſona eligenda, quæ Imperio expediret, tractantibus: Maguntinus Rudolphi, Comitis de Habſpurg, magnanimitatem, ac ſapientiam commendavit; multisque aliis Potentibus nominatis, Maguntinus aſſerens, ſapientiam, & ſtrenuitatem divitiis & potentiæ eſſe præferendas, pro Rudolpho Comite inſtitit: Colonienſem quoque, & Treverenſem ad id ipſum inducens. Dux autem Bavariæ, qui Clariſſimam Uxorem ſuam, ex Patre, Duce Brabantiæ, & ex Matre, de Hollandia, natam, ob falſam adulterii ſuſpicionem, decollaverat, Pater pòſt Ludovici quarti Principis, convocans Burggravium de Norinberg præſentem, qui & ipſius Rudolphi extitit conſobrinus, ait illi: Si Rudolphus præfatus promoveretur in Regem, quomodo eſſem ab ejus læſione ſecurus? Habetne aliquam filiam, quam mihi dares in uxorem? & illo aſſerente, quod Rudolphus ſex haberet filias, & de danda ſibi una, ſub omnium bonorum ſuorum hypotheca, Duci cavente, Dux annuit Maguntino. Quod audientes Dux Saxoniæ, & Marchio Brandenburgenſis, qui & ipſi non habebant uxores, receptis cautionibus de dandis ſibi Rudolphi filiabus, ſimiliter conſenſerunt, ſicque concorditer eſt electus, Anno Domini M. CC. LXXIII, XII pridie Calendas Octobris. Burggravius autem de Nurinberg, acceptis de Electione Principum literis, Baſileam, ad Rudolphi exercitum, properavit, & venit ibi repente in media nocte, &, excitato Comite, dixit ſibi, quod eſſet Rex novus electus. Ille credens, ſe deludi, contra Burggravium commovebatur. Ille verò dixit: abſit, quod Vos deludam, Valentiſſimum Dominorum: & ſibi expoſuit ſeriem rei geſtæ. Rex vero audiens, filias ſuas nupturas tantis Principibus, & de proſperitate ſua digne gaviſus, Burggravium in Civitatem Baſileam, ad Epiſcopum, & ad Pſitacos, ejus inimicos, pro amicâ reformatione, direxit. Audiens autem Epiſcopus, quod erat factum, ſe percutiens ad frontem, dixit: Sede fortiter Domine Deus, vel locum occupabit Rudolphus tuum. Ambæ igitur partes cum Magnatibus illarum partium, cum Rege & Regina, Alberti ſorore, Comitis de Hohenberg, Aquisgranum, pro ipſorum coronatione, egregiè ſunt profecti, rebus per omnia benè geſtis. Ex his itaque tribus filiabus multi Duces Bavariæ, Saxoniæ, & Marchiones de Brandenburg proceſſerunt, &c.* Hæc *M. Albertus Argentinenſis*, in *Chronico*, ad h. a., apud *Urſtiſium*, Tom. 2, pag. 100; conſentientibus *Fragmento Hiſtorico*, ibid., pag. 93; & *Jacobo de Kœnigshoven*, Cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 178, pag. 117, licet perperam, ex mandato *Gregorii X*, P. R., id factum, ſcribat; *Siffrido* Presbytero, lib. 2 *Epitomes*, h. a., apud *Piſtorium*, pag. 698; *Chronico Auſtrali*, h. a., apud *Freherum* pag. 325: *H. Sterone*, *Annal.*, h. a., ibidem, pag. 388; *Chronico Elwangenſi*, h. a., ibid., pag. 457; *Levoldo à Northof*, *Chron. Marcan.*, h. a., apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 309; ubi Eum Comitem de *Havekesberge* vocat; *Gobelino Perſona*, æt. VI *Cosmodromii*, Cap. 66, pag. 281, cui *Rudolphus de Havebesberge* dicitur; *Chronico Magdeburgico*, apud *Meibomium*, l. c., Tom. 2, pag. 331, in vita *Conradi* XXIII, Archi-Epiſcopi, à quo Comes de *Haveesburg* audit; *Annalibus Dominicanorum Colmarienſium*, part. I, h. a., apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 10, & part. 2, h. a., pag. 39; *Johanne Vito*, *Durano*, *Chron.*, apud Dn. *Leibnitium*, in *Acceſſionibus Hiſtoricis*, pag. 24, quamvis falsò electionem hanc An. 1274, menſ. Octob., celebratam exiſtimet; *Paulo Lango*, *Chron. Citizenſ.*, h. a., apud *Piſtorium*, pag. 813; *Nauclero*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 42, h. a., pag. 943, & Generat. 43, pag. 965; *Theodorico Engelhuſio*, *Chron.*, pag. 254; *Mutio*, lib. XXI *Chron. German.*, pag. 192; *Magno Chronico Belgico*, pag. 252, & 261; *Cranzio*, lib. VIII *Saxon.*, Cap. 30, & lib. VIII *Metropol.*, Cap. 39; *Paraleipomenis*, Chronico *Conradi Urſpergenſis* annexis, pag. 257; *Trithemio*, *Chron. Hirſaug.*, h. a.; *Ænea Sylvio*, *Hiſtor. Bohem.*, Cap. 27, pag. 135; *Dubravio*, *Hiſtor. Bohem.*, lib. 17, pag. 141; *Browero*, lib. 16 *Annal. Trevirenſ.*, §. 93, ad an. 1273, pag. 161, qui & Ipſe Pontificis auctoritatem hic interponit; *Spondano*, Tom. I

Contin. Annal. Baronii, an. eod., §. 6, pag. 247; *Lehmanno*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, Cap. 104, pag. 623; *Lambecio*, Tom. 2 *Bibliotk. Vindobon.*, Cap. VI, pag. 483; *Schiltero*, lib. V, de *Libertate Eccleſ. German.*, Cap. X, §. VI, pag. 730; *Heineccio*, lib. III *Antiquit. Goslar.*, h. a., pag. 288. *Münſterus*, lib. 3 *Cosmograph.*, Cap. 67, pag. 510, perperam hæc ad annum 1270 refert.

An. 1274, *Ad Curiam novi Regis in Franckfurt Principes evocantur, &c.* Hæc *H. Stero, Annal.*, ad h. a., apud *Freherum*, pag. 389.

An. eod. Rex Rudolphus Curiam Norinbergæ indixit, factusque eſt maximus Principum Conventus, qui ſe Regis ditioni ſubjecerunt. Aberant Rex Boëmiæ, Othocarus, nec non Bavariæ Dux, Henricus, qui poſtea ad Auguſtam ſolenniter ſunt citati. Adveniente termino, Rex, magna Principum corona Curiam celebrans, expectavit, ſi quid Rex Boëmiæ, & Dux Bavariæ in excuſationem ſuæ inobedientiæ dicere vellent; Henricus Dux ſatis ſe ſubmiſit: Comparuerunt tum Regis Boëmiæ Nuncii, Bernardus, Secovienſis Epiſcopus, veniaque petita, Epiſcopus, pleno mandato ſuffultus, propoſuit, Electionem de Rudolpho non valere, utpute factam ab execratis, & de execrato, ideò Rudolpho, tanquam Regi, obediendum non eſſe; addidit nonnulla alia, ſermone Latino. Cui Rex, Epiſcope, inquit, ſi habetis cauſam adverſus Clericum, agatis, ſermone Latino, coram Epiſcopo; ſin vero contra me, vel contra Jura Imperii, proponatis more ſolito. Sed nec Papam, fucatis veſtris ſermonibus, contra me provocabitis. Inter loquendum, Electores Laici, intelligentes, Epiſcopum electionem in dubium revocare, vix manus abſtinuerunt. Itaque Epiſcopus trepidè abiit, ut, ſalvum conductum à Rege repetens, confuſus adpropria remearit. Continuò, de conſilio Principum, Rex deſtinavit Illuſtrem Henricum, Burggravium Norinbergenſem, Virum prudentiſſimum, ad Regem Boëmiæ, requirens, ut Ducatus Auſtriæ atque Stiriæ Regno reſtitueret, à quo eos in feudum recognoviſſet; petiit quoque Carinthiam & Carniolam, aliaque ad Imperium pertinentia Bona. Venit Itaque Burggravius ad Regem Othocarum, cum mandatis, ſed nil, præter contemptum, impetravit. Affirmabat enim Rex, nullam ſe Rudolpho obedientiam facturum, nec aliquid ab Eo recogniturum, &c. Hæc *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.* Generat. 43, ad h. a., pag. 965. & 966. Conf. *Mutius*, lib. XXI *Chronic. German.*, pag. 193; *Æneas Sylvius*, *Hiſt. Bohem.*, Cap. 27, pag. 135; *Dubravius*, *Hiſtor. Bohem.*, lib. XVII, pag. 141; *Auctor Paraleipomenon Urſpergenſis*, h. a., pag. 258, hæc jam *Norimbergæ* acta eſſe, opinatur.

An. 1275, *Rudolphus Rex, in Feſto Penteroſtes, in Wirceburck, Curiam celebravit: Regem Bohemiæ ſecundario citavit, &c.* Ita *Annales Dominicanorum Colmarienſium*, ad h. a., apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 11.

An. 1281, Imperator *Norinbergam profectus, ad Franckfurt, ubi Conventum fieri voluit Principum, deſcendit. Eo autem Conventu tractabatur, ut prædonum latibula, qui multa per Regnum mala faciebant, deſtruerentur, &c.* Hæc *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 43, pag. 968; *Mutius*, lib. XXI *Chronic.*, pag. 195.

An. 1282, *Rudolphus Rex Auguſtæ Curiam celebrat, ibique, de conſilio & voluntate Nobilium, qui aderant, Albertum, filium ſuum, Ducem Auſtriæ & Stiriæ conſtituit, & Rudolphum Ducem Sueviæ creavit, &c.* Hæc *Hiſtoria Auſtralis*, h. a., apud *Freherum*, p. 332; In *Chronico Auſtrali*, ibidem, pag. 325, ut & *Annalibus Dominicanorum Colmarienſium*, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rerum Germanicarum*, pag. 18, refertur hoc ad annum 1283; Apud *Trithemium*, in *Chronico Hirſaugienſi* legitur, ad annum 1282: *Ducatum Auſtriæ, una cum Styria, & Carinthia, filio ſuo primogenito, nomine Alberto, contulit, ipſumque, de conſenſu Principum, ex Comitum numero, in Collegium Ducum collocavit: & ſic Domus Auſtriæ Ducatus ad Comites Habſpurg, Imperiali munificentia, devenit, & penes eos manet, usque in præſentem diem, &c.* Audiamus *H. Steronem*, in Annal., ad an. 1281, apud *Freherum*, pag. 393: *Rex exivit terra Auſtriæ, & ipſum Ducatum Alberto, filio ſuo primogenito, commendavit; ſed poſtmodum eundem Ducatum eidem Domino Alberto, & Rudolfo, filiis ſuis, in feudum contulit, coram principibus ſuis, ſuper hoc Auguſtæ in Curia congregatis, &c.* Sine die, & conſule hæc profert *M. Albertus Argentinenſis*, in *Chronico*, ap. *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 101: *Vacaverat autem Imperio, à tempore occiſionis Chunradini, Ducatus Auſtriæ, Styriæ, & Carinthiæ, Rex autem de Ducatu Carinthiæ, quem alias ipſe Comes* (Tirolenſis, Meinhardus,) *occupavit, recepta ab eodem magna pecunia, inveſtivit eundem, qui poſtea non Comes, ſed Dux Carinthiæ vocabatur. Ducatum autem Auſtriæ, quem occupavit Otthocharus, Rex Bohemiæ, contulit Alberto, & Rudolfo, filiis ſuis, & veniens cum Exercitu, eſt in Vienna, Civitate Auſtriæ capitali, receptus, &c.* Conf. *Nauclerus*, l. c., ad an. 1282, pag. 969: *Rudolphus Rex Curiam fecit, apud Auguſtam, Civitatem Sueviæ, ante Nativitatem Domini, & ibidem filium ſuum, Albertum, in Ducem Auſtriæ inſtituit, de conſenſu Principum; ſimiliter eidem Stiriam, Carinthiam, Portum Naonis, Carniolamq; conceſſit, menſe Decembri, & ab eo moderni Duces habuerunt exordium, &c.*; Nec non *Mutius*, lib. XXI *Chron.*, pag. 196: *Anno Domini 1282, Comitia Auguſtæ celebravit Rudolphus, convocatis omnibus Principibus Imperii. Præter alia, quæ in illis Comitiis conſtituit, Albertum, filium ſuum, Ducem Auſtriæ fecit, omnibus Principibus conſentientibus. Paucis poſt menſibus, eidem filio dedit Ducatus Stiriæ, Carinthiæ, Naonis Portus, & Carniolæ, &c.* Utrique filiorum, *Alberto & Rudolpho*, *Auſtriam* ab Imperatore, beneficiali lege, inæqualiter licet, fuiſſe conceſſam, docet charta, à *Petro Lambecio Appendici Libri tertii Commentar.*

Bibli-

Digitized by Google

Biblioth. Vindobon., p. m. 330, inſerta, ubi: Ein Ordnung von Künig Rudolphen, Ræmiſchen Künig, zwiſchen ſeinen Sühnen, Hertzog Albrechten, und Hertzog Rudolphen, von Oſterreich, nachdem Er Ihnen die Oſterreichiſchen Land gelichen, darinn Er Ihm dan ſerner Ordnung, ſeinem Gefallen nach, fürzunehmen vorbehalten hat, inhaltend: Hertzog Albrecht, und ſeine Sühne ſollen die Nieder-Oſterreichiſche Land allein regieren; ſo verr aber der Künig ſeinem Suhn, Hertzog Rudolphen, innerhalb fünfftbalb Jahren, nit mit einem Kunichrich, oder andern treffentlichem Fürſtenthum verſiht, ſo ſoll ihm ſein Bruder, Hertzog Albrecht, eine Summa Gelds geben, wie der Vater mittler Zeit ausſpricht; Wære aber das Furſtenthum kleiuſueg, ſo ſoll Ihm Hertzog Albrecht aber eine Summa Gelds, nach Erkantnus des Vaters, zu einer Zubüſſe, heraus geben; Doch in allweg, wan Hertzog Albrecht Manſtam abgieng, daz Hertzog Rudolphen Manſtam alzdan in die Regierung bemeldeter Oſterreichiſchen Lande angange; Wo Hertzog Albrecht ſeinem Bruder das geſprochene Geld nit bezahlete, ſo ſoll dieſe Ordnung ab ſein, und Hertzog Rudolph zu halber Regierung der Nieder-Oſterreichiſchen Land kommen, inhalt der Kuniglichen Belehung: Wo der Künig abgieng, ehe Er den Spruch umb das Geld thæte, ſo ſollen Burggraf Friderich von Nürnberg, Graf Albrecht von Hohenberg, Graf Heinrich von Fürſtenberg, und Graf Ludwich von Ottingen, an Seiner Majeſtæt ſtat, darumb ausſprechen, und die lebendigen, an der abgeſtorbenen ſtat, andere Sprüchleute aus der Hertzogen Freundſchafft ſetzen; Datum Reinfelden, unter dem Majeſtætiſchen Inſiegel, und Handzeichen, prima Junii, Anno 1283. &c. Add. Camerarii Strich durch die Spaniſche Cantzley, apud Lundorpium, Tom. III Actor. Public., lib. VII, ad An. 1624, Neuntes Bedencken, pag. 325; Lehmannus, lib. V Chron. Spirenſ., Cap. 105, pag. 625; ubi ſimul Gerhardi de Roo verba producit; Limnæus, ad Capitulationem Caroli V, Art. 24, voc. Fürſtenthum, §. 46, pag. 273; Dn. Tentzel, Vindic. Conring. pro Cenſura Diplomatis Ludoviciani Lindavienſis, Cap. XIV, §. 2, p. 319; Quæ de Rudolpho Sueviæ Duce creato dicta ſunt, interpretantur Paraleipomena, Chronico Conradi Urſpergenſis annexa, de Johanne quodam, neſcio quo, ejusdem Imperatoris filio; ita enim ibi, pag. 258: Anno Domini 1278, Rex Rudolphus, Comes de Habſpurg, filium ſuum, Johannem, fecit Ducem Sueviæ, & Albertum, filium, Ducem Auſtriæ & Styriæ. Et Menhardum, Comitem Tyrolis, fecit Ducem Carinthiæ, in Civitate Auguſtana, in Comitiis Electorum, & aliorum Principum, &c.; pag. 259 pergit: Anno 1282, Eidem (Alberto) Stiriam, Carinthiam, Portum Naonis, Carniolamque conceſſit, &c. Habuerat autem Albertus, Dux. Tyrolenſis Comitis gnatam, Eliſabetham, in matrimonio. De Inveſtiturarum literis Rudolphi Suevi vid. Betulius, lib. I Spec. Auſtr., Cap. XV.

An. 1283, Poſtquam Rudolphus, Romanorum Rex, convocata ſolenni, apud Herbipolim, Principum & Prælatorum Curia, cum Domino Papa, Martino IV, (2) concordaſſet, ut ab omnibus terris cultus (cultis) totius Germaniæ certam ipſi ſimul exigere pecuniæ quantitatem poſſet, præfatus Dominus Sigfridus, (Archi-Ep. Colonienſis) ſicut vir conſtantis fuit animi, huic inauditæ exactioni, primus inter Prælatos Eccleſiaſticos, mira conſtantia contradixit, ex qua Archi-Epiſcopi probitate res ipſa remanſit infecta, & Patria fuit ab hujusmodi gravi exactione usque hodie liberata, &c. Hæc Dn. Schilterus, lib. 5, de Libertate Eccleſiarum Germaniæ, cap. 10, §. 8, p. 731, & 732, ex Magno Chronico Belgico, p. m. 266, non 226, ut ibi habetur.

An. 1287, Kænigs Rudolphs erſter Reichs-Abſchied, Anno 1287, zu Würtzburg, in Teutſcher Sprach aufgericht, und hernach zu Speyr, Anno 1291, erneuert.

Aus Kænigs Rudolphs Reichs-Abſchied, hat man, Erſtlich, zuſehen den Zuſtand der Regierung des Teutſchen Reichs, und daß die Recht und Satzungen, mit Rath und Zuthun dreyer Stænde, der Fürſten, Landhern, und der Stædt, immaſſen der Abſchied An. 1236, von Kayſer Friederich den Andern, verfaßt und begriffen ſind; zum Andern, daß man den Brauch der Ræmiſchen Lateiniſchen Rechten, umb dieſe Zeit, in Teutſchland noch nicht eingeführt, ſondern ein jedes Volck, Land und Statt ſich ſeiner eigenen Rechten und Gewohnheiten, die Sie von Alters herbracht, beholfen. Zum Dritten, daß etliche Geſatz von den Frænckiſchen Kænigen und Keyſern in Ihren Capitularibus durchs Reich verkündigt, in Teutſcher Sprach ernewert, vnd beſtædigt worden. Folgt der Abſchied, ſo mit alten Lateiniſchen Buchſtaben, auf Pergament, geſchrieben: Dieſe Satzunge des Landfriedens haben wir, Rudolph von Gottes Gnaden, Ræmiſch Künic, und ein Merer des Riches, mit Gunſt, und och mit Rate der Erbern Herren, des Cardinals, des Legaten, und der Fürſten, beder Geiſtlicher und Weltlicher, geſetzet, ze Wurzeburc, in dem Gebotten Hove, als hienach geſchrieben ſtat, &c. In fine legitur: Diſſir Satzunge dieſes Friedes, und dieſes Rechtes ſol an allen Stætten werden behalten, und ſol man och darnach richten, wand ſi von Alter herkommen ſind, und mit Rechte und mit Gunſte, und mit Rate der Fürſten geſetzet ſind. Sich bindet aber, zu diſem male, zu diſem Landfride, mit Eiden nieman, wan von hinnen untz, zu Sant Johannes des Tæffers Meſſe, und von dannen über drw Jahr; deßhant die Fürſten, Frien, Grafen, Dienſtman, und gemeinlich deß Riches Getruwen, und Holden uf

Digitized by Google

den Heiligen geſchworen, alſo doch, daß Jederman, er ſi Fürſte, Grafe, Frie, Ritter, Manne, Dienſtman, Burge, Stette, Veſte, Pfaffen und Leien, bi ihrem Rechte beliben; Was auch die Fürſten in ihrem Lande, mit der Landherrn Rate, ſetzent und machent, dieſem Landfride ze Beſſerunge, und ze Veſtenunge, das mægen Sie wol thun, und damit brechent ſie deß Landfrides nit. Und zue einem rechten Urkunde, ſo haben wir Unſer Küniclich Inſigel, an dieſen Brief, gehencket. Dirre Landfride wart gemachet, und dirre Brief wart gegeben, ze dem Offenen Hofe, in dem Concilie ze Wirzeburc, an dem Palmedage, da man zalt, von unſers Herrn Geburt, Tuſent, zweihundert, und ſuben und achtzic Jar. Dieſe Satzunge, und dirre Brief wart geleſen, und der Landfrieden wart ernuwet, mit der Fürſten, und der Landherrn, und der Statte geſchwornen Eyden, an dem Sunnetage vor dem Palme Tage, uf dem Hofe zu Spire, da man zalte, von Gotes Geburt, Tuſent, zweihundert, und eins und neuntzig Jar, und wart geſtædigt derſelbe Landfride, von dem nechſten Oſtern, über ſechs Jar ze haltene, &c. Hæc ex *Lehmanni Chronico Spirenſi*, lib. V, cap. 108, p. 627 ad 631; Conf. Illuſtr. Dn. *Datt*, lib. I *Rer. German.*, cap. V, §. 5, pag. 27. Herbipolenſium Comitiorum meminit *Siffridus Presbyter*, ad annum 1287, apud *Piſtorium*, pag. 700: *Rex Romanorum, Rodolphus, in civitate Francorum, quæ dicitur Wurtzeburg, Colloquium habuit cum Principibus & Nobilibus Teutoniæ, &c.*; nec non Dn. *Schilterus*, lib. 5, de *Libertate Eccleſ. German.*, cap. 10, §. 8, pag. 732: *Quum Honorius IV, A. C. 1287, Legatum mitteret in Germaniam, qui ab Eccleſiis quartam partem redituum, in quinquennium, poſtularet, eodem loco* (Herbipoli) *Imperator Rudolphus Comitia egit, & Clerus Germanicus poſtulationi Pontificis fortiter reſtitit, Probo, Epiſcopo Tullenſi, maximè Auctore, teſtantibus Annalibus Suevicis.*

An. 1289, *Rudolfus, circa Quadrageſimam, in Egra Civitate, prope Bohemiam, Curiam celebravit, &c.* Hæc *Annales Dominicanorum Colmarienſium*, h. a., apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, p. 24.

An. 1290, *Rudolphus, Rex Romanorum, Curiam ſuam Erphordiæ celebravit, ad quam vocati venerunt, de vicinis & longinquis Regionibus, multi Principes, Spirituales & Seculares, & plurimi Nobiles, & Barones, & qui venire non poterant, per ſolennes Legatos ſuam abſentiam coram Rege excuſabant. Principes Spirituales hi erant: Dn. Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, Archi-Epiſcopus Saltzburgenſis ----- Principes Seculares hi erant: Marchio de Brandenburg, & frater Ejus; Marchio Fridericus Miſnenſis; Lantgravius Albertus, cum filiis ſuis, Friderico, & Ticemanno; Dux Heinricus de Brunſuic, & fratres Ejus, Albertus & Wilhelmus; Heinricus, Lantgravius Haſſiæ; Rex Boemiæ; Dux Auſtriæ, Rudolphus, filius Rudolphi Regis; Dux Bavariæ; Dux Carinthiæ; Dux de Lunenburg, Dux Saxoniæ, Gener Regis Rudolphi ----- Dux de Meckilburg; Comes de Anhalt, &c.* Hæc *Additionator Lamberti Schafnaburg.*, h. a., pag. 260; *Siffridus, Presbyter*, lib. 2 *Epitomes*, h. a., apud *Piſtorium*, p. 700, addit: *Fuerunt ſecum* (Imperatore) *Filiæ quoq. Ejus, Jutta, Regina Bohemiæ, It. Ducisſa Bavariæ, & Ducisſa Saxoniæ, & aliæ multæ Nobiles Fœminæ, &c.* Conf. *Paraleipomena, Chronico Conradi Urſpergenſis annexa*, h. a., p. 259: Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 76, apud *Piſtorium*, p. 932; *Cranzius*, lib. VIII *Saxon.*, cap. 34; *Guden. Hiſtor. Erford.*, lib. 1, §. 25; *Serrarius*, lib. 5 *Rer. Mogunt.*, p. 845; *Spangenberg.*, cap. 269, pag. 455; *Heineccius*, lib. 3 *Antiquit. Goslar.*, h. a., pag. 305. Apud *Theodoricum Engelhuſium*, pag. 255, referuntur hæc Comitia in annum 1278; Dn. *Paullini, Annal. Iſenac.*, §. 69, p. 62, habet annum 1286; *Henricus Stero, Annal.*, ad an. 1290, apud *Freherum*, pag. 397, planè *Herbipolim, Erphordiæ* loco, ponit. Quid ibi geſtum ſit, docet Diploma ipſius Cæſaris, *datum Erfordiæ, V Cal. Mart., Indict. 3, Anno Domini* 1290, in *Chronico Walckenredenſi Eckſtormii*, p. 110, ubi: *Præcipimus, & firmiter inhibemus, ne qua perſona cujuſcunque conditionis, ratione contributionis, quam ſuper Inſtitutione Pacis, per Nos Erfordiæ nunc ſancitæ, quam ipſi Religioſi, tanquam viri imbecilles, pacatæ quietudinis commodum geſtientes, exſolvunt, ipſos in futurum hujusmodi trahat ad conſequentiam, &c.* Add. *Engelhuſius*, l. c.: *Fecit 29 raptores comprehenſos in Ylmana decollari, de quo terror Ejus irruit ſuper omnes malefactores; Imperavit quoque tunc deſtrui 66 Munitiones, in diverſis locis, quibus ſe recipiebant latrocinantes, &c.* Quæ Auctores reliqui, hic adducti, comprobant.

An. 1291, Celebrata Comitia *Spiræ*, in quibus, Teutonico ſermone, Pax publica promulgata. Vid. præced. §. 8, lit. a, ſub *Rudolpho I*, pag. 68.

An. eod. Maritus filiæ Rudolphi Regis mandavit Regi Rudolfo, ut quam ſtatim veniret ad Eum Lauſannam, & ut indicet Dominis Curiam Burgundiæ in Francfurt: quod & factum eſt. Deinde vocatur Rex, ex Franckfurt, ad Lauſannam, ut perficiat negotia Dominè Papæ. Dum Rex Rudolfus eſſet profecturus ad Principem, maritum filiæ ſuæ, Comes Sabaudiæ inſidias fecit Regi, quem interimere volebat. Rex Rudolfus Curiam celebravit, non ad ſuam per omnia voluntatem, &c. Hæc

Anna-

Digitized by Google

Annales Dominicanorum Colmarienſium, h. a., apud *Urſtiſium*, T. 2, p. 26.

An. 1292, *In* Francofurdia, *electus eſt Comes Adolphus de Naſſau in Regem Romanorum, Archi-Epiſcopo Moguntino, Gerhardo, alios Principes ad ejusmodi electionis conſenſum attrahente, &c.* Ita *Siffridus Presbyter*, lib. 2 *Epitomes*, h. a., apud *Piſtorium*, pag. 700; Conf. *Annales Dominicanorum Colmarienſium*, l. c., ad h. a., p. 26, ubi: *Prima Maji Electores reliqui electionem in Maguntinum, tum præſentem, transferunt. Maguntinus Comitem Adolfum de Naſſow, Cognatum ſuum, eligit: Conſentiunt reliqui. Hic ſtatura fuit mediocri, agilis, amabilis, ſciens Gallicum, Latinum, & Germanicum*, &c. Apud *Albertum Argentinenſem*, Tom. 2 *Rer. German. Urſtiſii*, pag. 109, hæc habentur: *Mortuo Rudolfo, & veniente Alberto, Duce Auſtriæ, Filio Ejus, (pro quo eligendo Principes Electores miſerant) cum magnis expenſis, usque Hagenow, Adolfus, Comes de Naſſauwe, in Regem Romanorum à Principibus Alemanniæ concorditer eſt electus; à quo idem Albertus de Feodis ſuis, præſertim Ducatu Auſtriæ, inveſtitus, in Auſtriam eſt reverſus, &c.* In Annalibus *Altahenſibus H. Steronis*, apud *Freherum*, p. 397, ad an. 1291, legitur: *Intra tempus ſex menſium*, (ab obitu Rudolphi) *electus eſt Adolphus, Comes de Naſſow, in Romanorum Regem, Miles multum ſtrenuus, &c.*; & pag. 398, ad an. 1293: *Adolphus Rex imperavit apud Teutonicos annis ſex. Hic fuit ante Comes in Naſſawe, & electus fuit in Frankenfurt, unanimiter, ab omnibus Principibus, in Majo Menſe, &c.* Audiamus *Levoldum à Northof*, in *Chronico Comitum de Marca*, apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 393: *Anno Domini 1292, mortuo Rudolpho, Romanorum Rege, electus eſt Adolfus, Comes de Naſſaw, procurante hoc præcipuè Archi-Epiſcopo Colonienſi, Sifrido, qui ſe, per Ipſum, de inimicis ſuis cogitaverat vindicare, &, in die B. Joannis, coronatus eſt in Regem, &c.* Clarius loquitur *Emundus*, in *Magno Chronico Belgico*, pag. 261: *Quo* (Rudolpho) *defuncto, vacavit Imperium anno uno, propter Electorum diſcordiam, quia quatuor Electores elegerunt Adolphum, Comitem de Naſſaw; ſed Siyfridus Colonienſis, & Gerhardus Moguntinenſis procuraverunt, ut haberet adverſarium: quo elegerunt Albertum, Ducem Auſtriæ, filium dicti Rudolphi, Regis Romanorum. Sed Adolphus obtinuit, &c.*; add. *Mattheus*, Mareſchallus *Pappenheimius*, in *Chronico Auſtrali*, h. a., apud *Freherum*, pag. 337: *Dux Auſtriæ* (Albertus) *ſeductus à Suevis, per literas & Nuncios ſolennes, vocatus & rogatus eſt aſcendere ad Rhenum, ſpondentes Ei Coronam Regni, ac eligere eum in Regem Romanorum. Qui cum ſolenniter aſcendiſſet, & Electores Principes Regni, die ſtatuta, conveniſſent,* uniformi conſilio & conſenſu, *Adolphum, filium ſororis Comitis Eberhardi de Cazenellebogen, elegerunt in Regem Romanorum; ſicque Dux Auſtriæ fruſtratus ſpe ſua .... receptis à Rege Romanorum Feudis ſuis, reverſus eſt, cum triumpho, ad Auſtriam, &c.* Factum comprobantibus *Gobelino Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, cap. 6, pag. 282; *Chronico Magdeburgico*, in vita *Erici*, XXIV Archi-Epiſcopi, ad an. 1292, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. Grman.*, pag. 333; *Cuſpiniano*, in Ejus vita; *Mutio*, lib. XXII *Chron. German.*, pag. 201; Auctore *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 77, apud *Piſtorium*, pag. 932; *Alberto Cranzio*, lib. VIII *Saxon.*, cap. 35; *Magno Chronico Belgico*, ad annum 1293, p. 271; *Paulo Lango*, *Chron. Citizenſ.*, h. a., apud *Piſtorium*, pag. 816; *Paraleipomenis*, Chronico *Conradi Urſpergenſis* annexis, p. 260; *Spangenbergio*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 271, pag. 317, & 318; *Nauclero*, Vol. 2 *Chronograph.*, Geucrat. 43, ad annum 1292, pag. 976; *Dubravio*, lib. XVIII *Hiſtor. Bohemic.*, pag. 149; *Wymphelingo*, *Epitom. Rer. German.*, cap. 42, apud *Schardium*, Tom. I. *Rer. German.*, p. 187; *Lehmanno*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, cap. 118, pag. 647; *Pantaleone*, part. 2, pag. 363; Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſchio*, Diſſert. de *Characteribus Eventorum*, Anno 1685, Reſpondente *Axelio Danniger*, Lemſal-Livono, habita *Witteberga*, Controverſ. VI, p. m. 17; *Heineccio*, lib. 3 *Antiquit. Goslarienſ.*, h. a., p. 311. *Æneas Sylvius*, cap. 28 *Hiſtor. Bohem.*, p. 136, perperam *Albertum* immediatè *Rudolpho* ſubjiciens, *Adolphum* prætterit.

An. 1293, *Kœnig Adolph hats, im Anfang ſeiner Regierung, hoch nothwendig ermeſſen, daß die Teutſche Rechte, und der Landfrieden, ſo Kayſer Friderich der Ander, in Teutſcher Sprach, laſſen ſchreiben, und Kœnig Rudolph hernach beſtætigt, und vermehrt, wider erneuert, und im Reich zu halten verabſchiedet, und befohlen würden, derhalben, gleich im Eingang des Reichs, im Erſten Jahr, die Churfürſten, (Furſten) Grafen, Herren, und Stætt, nach Cœlln, zur Reichs-Verſamblung berufen. Auf derſelben Erſcheinung, hat man Kœnig Rudolphs Recht und Landfrieden, in gemeiner Verſamblung, verleſen, in allen Puncten ſeines Inhalts beliebt, und verbleiben laſſen*, &c. Hæc *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, cap. 119, pag. 649; Conf. Illuſtr. Dn. *Datt*, lib. I *Rer. German.*, cap. V, §. 5, p. 27.

An. 1294, *Adolfus, Rex Romanorum,* in Landowe, *in Nativitate Domini,* Curiam *celebravit, &c.* Hæc *Annales Dominicanorum Colmarienſium*, h. a., apud *Urſtiſium*, Tom 2 *Rer. German.*, p. 28.

An. 1296, *In feſto Pentecoſtes Rex Bohemiæ, Wenceslaus II, ab Archi-Epiſcopo Moguntino, Gerhardo, coronatus eſt, & unctus. Et hæc ſolennitas* Pragæ *peracta eſt, Regali ſumptu, & pompa glorioſa ..... In eadem ſolennitate Principes Electores, una cum Archi-Epiſcopo Moguntino, Rege Bohemiæ, decreverunt deſtituere Regem Romanorum, Adolphum, plures articulos contra Ipſum producentes;* primus *fuit: Quia Eccleſias vaſtaſſet;* ſecundus: *Quia virgines ſtupraſſet;* tertius: *quia accepiſſet ſtipendia belli, ab inferiore Se, ſcilicet Rege Angliæ, quod Auguſto non licet, nec decet;* quartus: *Quia*

Rempublicam non auxiſſet, ſed magis diſſipaſſet, & ob hoc Auguſtus de cætero vocari non deberet. His, aliisque de cauſis, eodem anno, eidem Adolpho Imperium abjudicantes, Ducem Auſtriæ, Albertum, ipſum Regem Romanorum & Auguſtum nuncupant, &c. Hæc *Siffridus Presbyter*, lib. 2 *Epitomes*, ad h. a., apud *Piſtorium*, pag 701. Audiamus *H. Steronem, Annal.*, ad annum 1297, apud *Freherum*, p. 401, ubi: *Adolphus, Rex Romanorum, eodem anno, præparans ſe cum militia, ad invadendum Regem Franciæ, impeditur, quia Moguntinus Archi-Epiſcopus; Rex Boëmiæ; Albertus, Dux Auſtriæ; Duo Marchiones de Brandeburg, & Dux Saxoniæ, congregati in die Pentecoſtes, quo idem Rex Boemiæ, per Dominum Moguntinum coronabatur, Pragæ, condixerunt diem, in quo, apud Egram, convenire deberent, ut, contra prædictum Romanorum Regem, conſpirationis ſuæ intentum perficerent, ſed, per potentiam ipſius Regis, impediti, in loco condicto non poterant convenire, ſed, apud quoddam oppidum Boemiæ, nomine Chadam, convenerunt prædicti ſocii Archi-Epiſcopi Moguntini, qui, per malitiam* (militiam) *Regis, obſeſſus in quodam caſtro, eſt à ſuo itinere retardatus, & ob hoc, eorundem Principum, qui ſe dicebant alium Regem velle eligere, machinatio in ridiculum eſt converſa, &c.* Depoſitionem, qualis etiam fuerit, anno 1298 ſubſecutam, ſequentia teſtabuntur.

An. 1298, *Quidam ex Principibus Electorum Regis, ſcil. Archi-Epiſcopus Moguntinus, Dux Saxoniæ, & Dux de Brandeburc, videntes, quod Adolfus, Rex Romanorum, nollet Regnum ſecundum eorum regere voluntatem, taliter ſibi mutuò loquebantur: Adolfus Rex pauper eſt, in rebus pariter & amicis: ſtultus eſt: Regnum ſub Eo breviter deficiet, in divitiis & honore. Tunc unus eorum dixit: Neceſſe eſt, Ejus ſolutio procuretur. Alter dixit: Mittamus Duci Auſtriæ defectus Regis, rogantes, ut ad Curiam Nuncios mittat, literas noſtras, cum defectibus Regis, ſecum deferat, Ejus abſolutionem promoveat diligenter. Dicatur etiam Duci, quod, ut Rex noſter efficiatur, omnes in Eum pariter conſentimus. Tertius dixit: Sanum hoc conſilium ſubitò compleatur. Principes hi Duci Auſtriæ voluntatem ſuam ſubitò transmiſerunt; Dux Auſtriæ, literis his, ac nunciis viſis, gaviſus eſt valde. Poſt hæc miſit Dux Auſtriæ cognato ſuo, Domino Comiti de Hegirloch, literas ac nuncios, mandans ſibi, quatenus ad Ipſum veniret feſtinanter. Comes Albertus, Cognatus Ducis, voluntatem Ejus voluntarius adimplevit. Comes Albertus, cum ad Ducis præſentiam perveniſſet, dicebat: Ecce Domine, adſum, quid placet Vobis, faciam? Qui dixit: Cognate, ecce, ſedecim millia marcarum pecuniam ſuſcipias, Romam velociter pergas, & literas Principum Electorum Regis, quas, pro Regis electione, Papæ transmittunt, ut ſigillentur, promoveas diligenter. Is Romam adiit, juſſaque complevit, Papæ, Cardinalibusque cauſam, pro qua venerat, recitavit. Qui, ut dixit, literas quaſdam tradiderunt, & ad propria pergere permiſerunt. Tenorem literarum omnis homo ſimpliciter ignoravit. Hæ literæ Papæ ſupradictis Electoribus Regis ſubitò transmittuntur. Principes, his viſis literis Papæ, convenerunt, & Colloquium, ſeu Curiam, in feſto SS. Philippi & Jacobi, pro Regni negotiis, edixerunt, & Regem Adolfum, & Ducem ſpecialiter vocaverunt. Audiens hæc Adolfus Rex, nuncios miſit ad Curiam, ut literas Ducis Auſtriæ, ſeu Principum Electorum Regis irritas facerent, aut delerent. Cum nuncii Regis ad Curiam perveniſſent, & Papæ Regis negotia revelaſſent, taliter reſpondit: Neque Dux Auſtriæ, neque Principes ad petitiones, quas porrexerunt, à me literas poterant impetrare. Si autem literas aliquas obtinuerunt, hoc per me non fecerunt: quia hoc dico me penitus ignorare, & verbis meis credatis, dicatisque ſecure Regi, ut veniat ad me, & Ipſum in Cæſarem conſecrabo. Auditis his, Nuncii Regis ad propria redierunt. ..... Vigilia Nativitatis Joannis Baptiſtæ, cycli Lunaris VII, tres Electores Regis Romanorum, Moguntinus, Brandeburgenſis, & Saxo Moguntiæ convenerunt, campanas pulſaverunt, Populum convocaverunt, quædam, quæ fecerant, quædam facienda fideliter retulerunt. Aſcenderunt igitur in Eccleſiam, facies ſuas vertentes ad Altare, manus ſuas elevaverunt, per Deum viventem juraverunt: quod, cum ante ſex annos Regnum Rege caruerit Romanorum, Nos Electores tres, ex parte noſtra, & ex parte reliquorum Electorum, qui in Nos eligendi vota ſua tranſtulerunt, Jure ac canonicè, Adolfum de Naſſowe, tunc non cognoſcentes meliorem, in Regem elegimus Romanorum. Poſt electionem ſuam Adolfus Rex ſapienter ſe tenuit, Electoribus atque prudentibus acquievit. Poſt breve tempus Sapientum conſilia ſprevit; Juvenum conſiliis acquievit; & regenda minimè terminavit. Electores, videntes hos defectus Regis, & plus quam viginti alios, Papæ ſignificaverunt, rogantes, quatenus Ipſum nobis dare auctoritatem abſolvendi, & alium confirmandi vellet. (Id obtinuerant, ut à pluribus dicebatur; Nuncii vero Adolfi Regis dixerunt, quod his Papa ſimpliciter contradixerit.) Auctoritate igitur nobis commiſſa Adolfum Regem inſufficientem invenientes, abſolvimus Eum à Regiminis dignitate, & Dominum Albertum, Ducem Auſtriæ, in Dominum & Regem eligimus Romanorum, &, poteſtate nobis tradita, ſimiliter confirmamus; &, Te Deum laudamus, ſolenniter cantaverunt. Cumque Dux præſens non adeſſet, extra Civitatem ad tabernacula perrexerunt, & ibi pannum pretioſum ſupra equum projecerunt, Regemque deſuper ſedere præceperunt, &, Te Deum laudamus, cum magna lætitia, cantaverunt. Civitatum Cives hunc Regem deriſerunt, & Ei nullatenus parere voluerunt, Eique vendere neceſſaria renuerunt: Regem Adolfum pro Rege tenuerunt, & Ei neceſſaria præbuerunt, fidemque, ad Ipſius obitum uſque, tenuerunt, &c.* Hæc omnia in *Chronici Colmarienſis parte altera*, ad h. a., apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rerum German.*, pag. 56 ad 59. *Albertus Argentinenſis*, in Chronico, ibid., pag. 110, ea ita recenſet: *Plures Electorum Principum, & ſpecialiter Gerhardus Moguntinus,*

Digitized by Google

nus, Principem ipſis aſtimantem (æſtimantes) *ingratum, Duci*, (Alberto Auſtriaco) *quod veniret ad Rhenum, nuncios & literas deſtinarunt. - - - - Cum Dux Auſtriæ, veniens de Suevia, cum Exercitu, juxta Oppidum Kentzingen, caſtra metaret, Rex in Rubiaco eundem locum acceſſit. Cumque, propter flumen Eltzam, Exercitus ſe mutuo invadere non poſſent, Oppidumque Regi aperiretur, Dux, cum hoſtili exercitu Suevorum & Rhenenſium equitum, deſcendens, Moguntiam venit, ibique à quibusdam Principibus, quaſi congregatis, Regemque, tanquam inutilem Reipublicæ, & Imperii deſtructorem, deſtituentibus, in Romanorum Regem eſt electus*, &c. Conf. *Magnum Chronicon Belgicum*, p. m. 271: *Adolfus Rex fuit homo magnanimus, & magni conſilii; juvenis quidem ætate, ſed ſenex moribus. Cum vero negligentius ſe ad Principes, qui Eum in culmen tanti honoris evexerant, gereret, conſilia eorum poſtponens, & militaris ordinis homines eis præponens, in odium eorum incurrit. Unde Gerardus Moguntinus, & cæteri Nobiles ſuperiorum partium, indignatione commoti, Illuſtrem Ducem Auſtriæ, nomine Albertum, filium quondam Regis Rudolphi, evocaverunt, ut Regnum obtineret, &c.* Addantur *Mutii* verba, lib. XXII *Chron. German.*, pag 202: *Convocatus eſt, Duce Auſtriæ procurante, Moguntiæ, Conventus Principum Germanorum, ibique, communi ſententia omnium fere, ab Imperio depoſitus eſt Adolphus, & in locum electus hoſtis ejus, Albertus, Dux Auſtriæ. Abrogationis cauſa fuit, quod à Rege Angliæ acceperat centum millia marcarum argenti, ut auxilium ferret illi, contra Gallos. Hujus ſummæ partem debuiſſet in conſcribendum Exercitum impendere, partim inter Principes Germaniæ dividere. Sed ſibi fere totam ſervaverat, nihil Principibus dederat, milites paucos, ſine ſtipendio, miſerat in Flandriam, ſpem magnam prædæ fecit militibus, quam eſſent inventuri in Flandria. Atque, hac via, deſtituit & prodidit, ſi quis rectè exiſtimet rem, Regem Angliæ, & defraudavit Principes Germanos; quanquam illa pecunia uſus ſit, in Miſnenſi Ducatu emendo, quem, ut ſic dicam, incorporavit Imperio. Quod Illi excuſationi apud quosdam eſt*, &c. Eadem profert *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 43, ad h. a., pag. 979, & 980; aſſentientibus *Mattheo Pappenheimio, in Chronico Auſtrali*, ad h. a., apud *Freherum*, p. 341, cujus verba mox ſequentur; *Dubravio*, lib. XVIII *Hiſtor. Bohem.*, pag. 150; *Paraleipomenis, Chronico Conradi Urſpergenſis* annexis, h. a., pag. 261; *Wimphelingo, Epitom. Rerum Germanic.*, cap. 42, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 187; *Pantaleone*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, pag. 364; *Münſtero*, lib. 3 *Cosmographiæ*, cap. 19, p. m. 423; *Spangenbergio*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 274, pag. 323, &c.; *Spondano*, Tom. I *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1297, §. 12, pag. 324; *Lehmanno*, lib. V Chron. *Spirenſ.*, cap. 118, p. 647, &c.; Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſchio*, Diſſert. de *Characteribus Eventorum*, Reſpondente *Axelio Danniger*, Livono, an. 1685, habita, *Controverſ. VII*, pag. 19, & 20; Dn. *Heineccio*, lib. 3 *Antiquitatum Goslarienſ.*, h. a., pag. 318.

An. eod. Adolfus Rex, in die Beatorum Proceſſi & Martiani, ab Alberto, Duce Auſtriæ, in bello occiditur, & ſtatim poſt Principes eundem Ducem in Regem elegerunt, Ipſumque, in die B. Bartholomæi, coronaverunt, &c. Hæc *Levoldus à Northof, Chron. Marcan.*, h. a., apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 394; quæ *Pappenheimius*, in *Hiſtoria Auſtrali*, ad h. a., apud *Freherum*, pag. 341, latius deſcribit, ajens: *Archi-Epiſcopus Moguntinenſis Regem Adolphum, per ſententiam juſtam & condignam, Moguntiæ factam, execrat & condemnat, &, in Vigilia B. Joannis Baptiſtæ facta electione, Albertus, Dux Auſtriæ, in Regem Romanorum eſt electus, ad quem tunc Epiſcopi, & alii multi Nobiles confluunt, Comites & Potentes, cum quibus Albertus electus profectus eſt ad quandam civitatem, dictam Alcey, quam expugnat, & ſuccendit; deinde, inter Cænobia Munſtreis, & Roſenthal, caſtra metatus eſt; illic Ipſum depoſitus Rex, Adolphus, cum duobus Ducibus Bavariæ, Ottone & Rudolpho, & aliis multis Principibus, & Comitibus, inſequitur vehementer; Electus vero Albertus expeditur ad pugnam, &, in die SS. Proceſſi & Martiniani, inter Ipſos bellum eſt commiſſum; uterque vero comparuit in armis, ſub vexillo Regis Romanorum; ſed, ſub vexillo Auſtrali, Albertus electus victoriam obtinuit, & vicit, ubi Adolphus depoſitus occiditur, unde Verſus:*

Auſtri Vexillum, virtute Dei, necat Illum,
Qui Rex ante fuit, jam necis arma luit.

Cujus filius, cum multis Nobilibus, captivatur, & quam plurimis occiſis. Otto vero, Dux Bavariæ, & Rudolphus, Comes Palatinus, Gener Adolphi, fugam inierunt, unde Verſus:

Otto Dux Rhenum tunc deſerit, & petit Enum:
Nec trahit hic ſtatum Rudolphus, itque Monacum.

Adolphus vero in Cænobio Roſental fuit ſepultus. Albertus autem electus, reſignata Electione, per triduum, apud Frankenfurt, in Vigilia B. Laurentii, ab omnibus Electoribus, in Romanorum Regem ſecundariò eſt electus, qui ſubitò Aquisgrani glorioſè coronatur, &c. Add. *Annales Henrici Steronis*, ad h. a., ibidem, pag. 402: *Rege ſepulto apud Monaſterium Roſenthal, Ejusque filio capto, Electores Imperii præfatum Ducem Albertum Auſtriæ in Regem Romanorum, apud Francenfurt, unanimiter elegerunt. Albertus vero, Rex Romanorum, imperavit apud Teutonicos annis decem, fuitque Rudolphi filius, & Dux Auſtriæ. Hic, quum Prædeceſſorem occidiſſet, electus fuit Aquisgrani in Regem, miſitque ſolennes Nuncios, anno ſequenti, ad Papam, Bonifacium VIII, pro approbatione electionis ſuæ; quem idem Papa, multis allegatis rationibus, repulit prima vice, & aſſeruit, eſſe nullam. Poſtquam vero ſuborta eſt gravis diſcordia inter eundem Papam, & Philippum, Regem Franciæ, idem Bonifacius Albertum*

Im-

Imperatorem approbavit, eidem ſubjiciens Regnum Franciæ, ſicut alia Regna, &c. Conf. Aunales Hainrici Rebdorſienſis, h. a., ibidem, pag. 412: Dux Otto tranſiens inde venit ad Rhenum, unde Rex (Adolfus) nimis præcipitans, ac præfatus Albertus, Dux Auſtriæ, congregato utrinque Exercitu in Dioeceſi Wormatienſi, prope Villam Giſelhaim, (Gillenheim, ſeu Gelheim) bellum interunt, in quo idem Rex Adolphus, nondum benedictionem Imperialem adeptus, occiſus eſt, & in Spira ſepultus, unde Verſus:

Anno Milleno, Ducenteno, Nonageno
Octavo, Sancti Proceſſi & Martiniani,
Rex fuit Adolfus, pro Regni Sede, necatus.

Albertus primus, filius Regis Rudolfi ſupradicti, poſt bellum, habitum cum Adolpho præſcripto, à Principibus Electoribus Imperii ſtatim immediatè electus eſt in Regem Romanorum, &c. In eandem Rem ſcribit Benevenuto de Rambaldis, in Hiſtoria Auguſtali, apud Freherum, Tom 2 Rer. German., pag. 13: Albertus, Dux Auſtriæ, Rodulphi filius, victo & occiſo Adulpho, electus eſt in Romanorum Regem, ab Electoribus, & à Bonifacio, Papa famoſo, petiit venire ad benedictionem & Coronationem. Cui Bonifacius, magnanimus Tyrannus Sacerdotum, reſpondit: Ipſum indignum Imperio, quia occiderat proditione Dominum ſuum, Adolphum, in prælio, & teneus Coronam in Capite, & ſpatam ad latus, dixit: Ego ſum Cæſar. Tamen poſtea, orta graviſſima diſcordia inter Philippum, Regem Franciæ, & ſe, confirmavit Albertum, &c. Alias circumſtantias profert Albertus Argentiuenſis, ad h. a., apud Urſtiſium, Tom. 2 Rer. German., pag. 110, inquiens: Rex ipſum Albertum aggrediens, dixit: Non evadenus, ſed hic Imperium dimiſſetis. Ille vero dicens, hoc eſt in poteſtate Dei, Regem, juxta oculum, vulneravit gladio. Proſtratus autem Rex in Terram, per Comites Sylveſtres, & alios, quos læſerat, per quendam Armigerum, deſcendentem de equo, levata Regi galea, modico in collo vulnere eſt occiſus. Quod videns Dux, nullum amplius occidi, ſed capi præcepit. Sicque Adolfus, cum octo annis regnaſſet, nolens expectare ſuos, ſtultitiæ furia eſt occiſus. & in Monaſterio Frowenfeld, ad quod, præſente Alberto, venerunt, eſt ſepultus. De quo ſcripti ſunt Verſus:

Anno milleno, trecentis bis minus annis,
In Julii menſe, Rex Adolfus ruit enſe,
Per manus Auſtrani, Proceſſi & Martiniani.

Victo autem Regis Exercitu, cum Rex, per garciones ſpoliatus, omnino nudus jaceret, Moguutinus, ſcilicet Gerhardus de Eppenſtein, occiſi conſanguineus, & machinator facti, videns Regem, flevit, dicens: Cor validiſſimum periiſſe. Dux autem, timens, eundem Gerhardum Moguntinum variare promiſſa ſua, dixit Ei: à me non recedetis, meo negotio non perfecto. Occiſo itaque Adolfo, Albertus, Dux Auſtriæ, occiſor, ob omnibus Principibus eſt electus, & Aquisgrani ſolenniter eſt coronatus. Quem Papa, Bonifacius, diu odio proſequens, & læſæ Majeſtatis crimine reum dicens, tandem ſimiliter, in odium Regis Franciæ, approbavit, &c. Factum conteſtantibus Gobelino Perſona, ætat. VI Coſmodromii, Cap. 66, pag. 282; Jocobo de Kœnigshoven, Chrou. Alſatiæ, Cap. 2, §. 187, p. 121; Chronico Magdeburgico, ap. Meibomium, T. 2 Rerum German., p. 334; Theodorico Engelhuſio, p. 260; Platina, in vita Bonifacii VIII, p. 219; Paulo Lango, Chron. Citizenſ., h. a., apud Piſtorium, p. 819; Magno Chronico Belgico, pag. 271, & 278; Mutio, lib. XXII Chron., p. 202; Dubravio, lib. 18 Hiſtor. Bohem., pag. 150; Paraleipomenis, Chronico Conradi Urſpergenſis annexis, h. a., pag. 261, & 262; Ænea Sylvio, cap. 28 Hiſtor. Bohem., pag. 137; Auctore Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ, cap. 79. p. m. 933; Trithemio, Chron. Sponheim., h. a.; Cranzio, lib. VIII Saxon., cap. 35; Nauclero, Vol. 2 Chronograph., Generat. 43, ad h. a., pag. 979, & 980; Abrahamo Bzovio, Contin. Annal. Baron., h. a.; Spangenbergio, cap. 274 Chron. Mansfeld., p. 323; Münſtero, lib. 3 Coſmographiæ, cap. 19, pag. 424; Pantaleone, part. 2 der Teutſchen Helden, pag. 364; Browero, lib. 16 Annal. Trevirenſ., cap. 139, pag. 174; Spondano, Continuat. Annal. Baron., h. a., pag. 325; Lehmanno, lib. VII Chron. Spirenſ., cap. 1, pag. 709; Heineccio, lib. 3 Antiquit. Goslarienſ., h. a., pag. 318.

An. 1299, Hic monoculus (Albertus) regnavit decem annis, & primo anno Regni ſui ſolennem Curiam habuit in Nurenberg, poſt feſtum B. Martini, ad quam omnes Principes Officiales Imperii venerunt, & alii quam plures Principes interfuerunt; inter quos, cum magno apparatu, interfuit Wenzeslaus, ſupra nominatus Rex Boëmiæ, &c. Hæc Hainricus Rebdorſienſis, in Annal., ad h. a., apud Freherum, pag. 412; Levoldus à Northof, Chron. Marcan., ad an. 1298. apud Meibomium, Tom. I Rer. German., p. 394, dicit ſaltem: Hic (Albertus) poſtea ſolennem Curiam in Nurenberg tenuit, &c. In Chronico Conſtantienſi Piſtoriano, p. 674, legitur: Albertus, obtenta Imperiali corona, Congregationem Imperii deſcripſit ad Nurnberg, ubi Comitum, Baronum, Militum, & Nobilium, demptis plebejis, quinque millia & quingenti viri comparuere. Aderant & illic ſeptem Principes Electores, & aliæ quinquaginta duo Principes, inter quos viginti quatuor Epiſcopi. Illic etiam Eliſabeth, Menradi, Ducis Carinthiæ, & Comitis Tyrolis filia, uxor Regis, in Reginam ungitur, & creatur; & Dominica poſt Martini, grande habebatur Convivium, in quo Rex & Regina pretioſis ſuis Coronis dum menſa conſiderent, Wenzeslaus, Rex Bohemiæ, corona ſua Regali ornatus, eisdem miniſtravit, inter cætera pocularia, ſcyphum, auro, jaſpide, & aliis margaritis ornatum, appoſuit, &c. Similia ſuppeditat H. Stero, in Annal., ad h. a., ibidem, p. 403: Albertus, Rex Romanorum, celebravit Curiam ſolennem, cum Principibus Alemanniæ, apud Nurnberch, cui interfuerunt Colonienſis, Trevirenſis, Moguntinenſis, Saltzpurgenſis, Archi-Epiſcopi, & Ratiſponenſis, Patavienſis,

Digitized by Google

ſit, Friſingenſis, & alii Epiſcopi multi item Rex Boëmiæ, Dux Bavariæ, Rudolphus, C. P. Rheni, Duces Karinthiæ, & alii Nobiles multi. In eadem Curia edixit Leges, quæ inferius continentur; & Filium ſuum Primogenitum pro Duce Auſtriæ deputavit, &c. Audiamus Theodoricum Engelhuſium, pag. 262: Albertus optimam fecit pacem in Alemannia, Curiam celebrans Nürenberge, edixit ibidem Leges novas & bonas: fecitque Primogenitum ſuum Ducem Auſtriæ, cui dedit filiam Philippi, Francorum Regis, in Uxorem, &c. In Chronico Colmarienſi, part. alter., apud Urſtiſium, Tom. 2 Rer. German., p. 60, referuntur hæc ad annum 1298, ibi: Anno 1298, Rex Romanorum, Albertus, in Octava Martini, in Nurenberg, Curiam ſolennem celebravit, ibique Regina, more debito, coronatur, & pene omnes Electores præſentes extiterunt. Ibi dignitas cujuslibet Domini, coram Rege, ſolenniter recitatur, & quilibet Dominorum Regi, in officio ſuo, ſicut debuit, miniſtravit. Rex vero Bohemus, cum pretioſiſſima veſte & equo, qui ad mille marcas æſtimabatur, ſedens, in ſcypho aureo ſibi porrexit, &c. Idem annus exprimitur in Paraleipomenis, Chronico Conradi Urſpergenſis annexis, pag. 261; Conf. Magnum Chronicon Belgicum, pag. 277: In ſolenni Curia Principum atque Nobilium, per dictum Regem apud Nurenborch convocata, Uxor dicti Regis, per eundem Dominum Wickboldum, (Colonienſem) fuit in Reginam Romanorum ſolenniter coronata, &c.; & Pappenheimii Hiſtoria Auſtralis, ad an. 1298, apud Freherum, pag. 341: Domina Elizabeth, in ſequenti proximo feſto B. Martini, apud Nurenberg, multis Principibus convenientibus, in Romanorum Reginam glorioſe coronatur. Ubi Romanorum Rex, Albertus, filiis ſuis, Rudolfo, Friderico, & Leupoldo, terras, quas antea poſſederat, Auſtriam, Stiriam, Carniolam, Marchiam, & Portus Naonis, contulit, & Principes fecit, &c. Add. Lehman, Chron. Spir. lib. 7, cap. 1, pag. 709, & Du. Datt, de Pace Publica Imperii, lib. 1, cap. 5, §. 8, & 9, p. 27, qui, ex Actis Lindavienſibus, f. 652, memor Privilegii, à Ludovico Imp. Bavaro, an. 1331, Lindavienſibus indulti, in quo legitur: Und wollen, daß Sie halten die Recht, die unſer Vorfahr ſelig, Kunig Albrecht ſelig, ſetzt zu Nurnberg, do nach dem Landfrid, der auch In, von unſern wegen, geſchworen iſt, &c., non male ſuſpicatur, Albertum Imp. in his Comitiis Leges quoque, de Pace Publica, ſub Friderico 2, & Rudolpho Imperatoribus, latas, novis Capitibus auxiſſe, &, in earum ſanctimoniam, juramento Imperii Ordines adſtrinxiſſe. Quæ de Ducatu Auſtriæ hic dicta ſunt, nituntur tabulis ſolemnibus Alberti Regis, quibus, matrimonii intuitu inter præfatum Primogenitum ſuum, Rudolfum, & Blancam, Philippi Pulchri, Galliarum Regis, ſororem, dicto Rudolfo Auſtriæ & Stiriæ Ducatus contulit, Blancæ Alſatiæ Comitatu, & Terra Friburgenſi in dotalitium datis, apud Illuſtr. Du. Leibnitium, Tom. 1 Cod. Jur. Gentium Diplomat., §. XXII, pag. 39; inde huc faciunt: Albertus, D. G. Rex Romanorum, & ſemper Auguſtus, univerſis, præſentes literas inſpecturis, ſalutem. Notum facimus, quod Nos, affectantes, ut confœderationis affinitas, & amicitiæ fructuoſæ contractus, inter Nos, & Sereniſſimum Principem, Philippum, D. G. Regem Franciæ Illuſtrem, Amicum noſtrum cariſſimum, eò ferventius roboretur & vigeat, ſtabiliusque perduret, quo, matrimoniali fœdere concurrente, melioribus firmatus auſpiciis, nexuque conſtrictus fuerit fortiori, voluimus, concordavimus, conſenſimus, & promiſimus, concordamus, conſentimus, & promittimus, quod, ratione contrahendi matrimonii inter Cariſſimum Primogenitum Noſtrum, Rodulphum, Ducem Auſtriæ, & Nobilem Dominam, Blancham, ſororem dicti Regis Franciæ, eidem Primogenito Noſtro, & hæredibus ſuis, ab Eo deſcendentibus, Ducatus Auſtriæ & Styriæ, nec non Dominia Carniolæ, ac Marchiæ, & Portus Naonis, cum omnibus aliis juribus & pertinentiis Ducatus & Dominiorum prædictorum, ac omnibus emolumentis, rebus, & juribus quibuscunque, intra vel extra Ducatum conſtitutis, quæcunque cum ipſo Ducatu ad Duces Auſtriæ ſolent hactenus devenire, & quomodolibet pertinere, perpetuò & hæreditarii remanebunt. Ac Nihilominus dedimus & conceſſimus, damus & concedimus, & ex nunc aſſignamus, & aſſignemus prædictæ ſorori Dotalitium, ſeu donationem propter nuptias, Comitatum Alſatiæ, & Terram de Fribourc, Lauſannenſis Diœceſis, cum omnibus juris pertinentiis ſuis. .... ac Secundogenitum, alioſque minores Liberos noſtros renunciare faciemus penitus & expreſſe, cum auctoritate & Decreto noſtro, ac Electorum, Principum, ac Baronum Regni Alemanniæ, & alia quavis auctoritate, forma & modo, de quibus dicto Regi Franciæ, pro plena ſecuritate, expediens viſum erit, & pro omni Jure ſibi competenti, vel competituro, in Ducatu, Comitatu, Terra, juribus, & pertinentiis ſupra dictis, &c. Actum Anno Domini Milleſimo, Ducenteſimo, Nonageſimo nono, menſe Auguſti, &c. Conf. ejusdem Regis Alberti Promiſſio, de Confœderatione, cum prælaudato Rege Galliarum facta, & juramento, eo nomine, à Procuratoribus, utrinque præſtito, apud Quatuor Valles, vulgò Quatrevaux, 8 Dec. 1299, ibidem, §. XXV, pag. 42.

An. eod. Albertus, Rex Romanorum, in Purificatione, Curiam celebravit in Franckinfurt, ſed in ea nihil conſummavit, & propter hoc in tempus aliud protelavit, &c. Hæc Annales Colmarienſes, h. a., apud Urſtiſium, Tom. 2 Rer. German., pag. 32.

En, Lector benevole! indicem præcipuorum Imperii Conventuum ſolemnium, à Reipublicæ incunabulis, ad Seculum usque, à Nato Salvatore, quartum decimum. Recentiorum, ſeq. Tit. V, in vitis Cæſarum, fiet mentio. Auctorum verba ubique integra retinui, ut eò dilucidius conſtet, quid in ſingulis geſtum ſit. Summa eſt:

(1) *Electi in iis, vel creati, ſacrove uncti ſunt oleo Reges, & Imperatores Francorum, Germanorum, Romano-Germanorum, Italorum,* &c.; v. g. *Clotharius* Auſtraſiæ; *Pipinus* Franciæ, An. 750; *Carolus Magnus, & Carolomannus* conjunctim, An. 768; *Carolus Magnus* Solus, An. 771; *Ludovicus Pius, Aquisgrani*, conſors Imperii Paterni, An. 813, & ſucceſſor, An. 814; *Bernhardus* Italiæ, *Aquisgrani*, An. 813; *Lotharius* Co-Imperator, *Pipinus* Rex Aquitaniæ, & *Ludovicus* Bavariæ, *Aquisgrani*, An. 817, & *Theodonis Villæ*, An. 837; *Carolus Calvus* Alemanniæ, *Wormatiæ*, An. 829, & *Theodonis Villæ*, An. 837, nec non Neuſtriæ, *Cariſiaci*, An. 839, & *Wormatiæ*, An. 840; *Lotharius*, Imperator & Rex Lotharingiæ, *Ludovicus*, Rex Germaniæ, & *Carolus*, Rex Galliæ, *Viroduni*, An. 843; *Ludovicus* 2, Imperator & Rex Italiæ, *Lotharius* 2, Rex Lotharingiæ, & *Carolus*, Rex Provinciæ, An. 855; *Arnolphus* Imperator, *apud Triburias*, an. 887; *Otto*, Rex Galliæ, an. 888; *Zundebolch*, Rex Lotharingiæ, *Wormatiæ*, an. 895; *Ludovicus IV*, Germaniæ, *Forchhemii*, an. 900; *Conradus I*, Germaniæ, an. 912; *Henricus Auceps*, Germaniæ, An. 919; *Otto I*, Germaniæ, *Aquisgrani*, An. 936; *Berengarius*, Italiæ, *Auguſtæ Rhætiæ*, an. 952; *Otto* 2, Rex Romanorum, *Wormatiæ*, an. 961, & Imperator, an. 973; *Otto III*, Imperator, an. 983; *Henricus Sanctus*, Germaniæ, an. 1001, Saxoniæ, *Mersburgi*, an. 1002, Lotharingiæ, *Aquisgrani*, an. 1002, & Italiæ, *Papiæ*, an. 1005; *Conradus* 2, Germaniæ, inter *Moguntiam & Wormaſiam*, an. 1024; *Henricus III*, Romanorum, an. 1026; *Conradus* Burgundiæ, *Paterniaci*, an. 1033; *Henricus IV*, Romanorum, *Goslariæ & Polethæ*, an. 1051, iterumque apud *Triburias*, an. 1053; *Rudolphus*, Anti-Cæſar, ibidem, an. 1077; *Vratislaus*, Bohemiæ, *Moguntiæ*, an. 1086, *Henricus V*, Romanorum, *Aquisgrani*, an. 1099, & Imperator, *Moguntiæ*, an. 1106; *Lotharius*, Imperator, *Moguntiæ*, an. 1125; *Conradus III*, Imperator, ibidem, an. 1138; *Fridericus I*, Imperator, *Francofurdiæ*, an. 1152; *Labeslaus*, Bohemiæ, *Ratisbonæ*, an. 1158; *Henricus VI*, Romanorum Rex, *Bambergæ*, an. 1169; *Fridericus* 2, Rex Romanorum, an. 1195, & Imperator, an. 1210, & *Moguntiæ*, 1214, & *Romæ*, 1220; *Philippus* Imperator, *Moguntiæ*, an. 1198, & rurſus *Confluentiæ*, an. 1204; *Otto IV*, Imperator, *Coloniæ*, an. 1198, & denuo *Francofurti*, an. 1208; *Ottocarus*, Rex Bohemiæ, *Moguntiæ*, an. 1198; *Henricus VII*, Rex Romanorum, *Francofurti*, an. 1220; *Conradus IV*, R. Romanorum, *Viennæ*, an. 1236; *Henricus Raſpo*, Imperator, *Herbipoli*, an. 1245; *Wilhelmus Hollandus*, Imperator, *Nuſſiæ*, an. 1247; *Richardus* Anglus, Imperator, *Francofurti*, an. 1257; *Alphonſus* Hiſpanus, Imperator, an. eod.; *Rudolphus Habſpurgicus*, Imperator, *Francofurti*, an. 1273; *Adolphus Naſſovius*, Imperator, ibidem, an. 1292; & *Albertus Auſtriacus*, Moguntiæ, an. 1298.

(2) *Reges extranei ab Imperatoribus ſunt inveſtiti*, v. g. *Carolus*, Galliæ, *Wormatiæ*, an. 893; *Boleslaus*, Poloniæ, *Crisgubæ*, an. 1157; *Woldemarus*, Daniæ & Sueciæ, *Veſontii*, an. 1162; &c.

(3) *Imperatorum Regumque cauſæ ventilatæ*; v. g. Regum *Wultzorum*, *Francofurti*, an. 823; *Juditæ* Imperatricis, adulterii accuſatæ, *Ratisbonæ*, an. 898; *Henrici IV*, Imperatoris, tam quoad pravos Conſiliarios, quibus utebatur, *Triburiæ*, an. 1066, quam in cauſa divortii, quod meditabatur, *Wormatiæ*, an. 1069 & quoad alias Principum Imperii querelas, *Gerſtungæ*, an. 1073, & *Triburiæ*, an. 1076; *Henrici V*, Imperatoris, *Moguntiæ*, an. 1115, & *Herbipoli*, an. 1119; Principum *Daniæ*, circa ſucceſſionem in Regno, *Martisburgi*, an. 1152; Principum *Poloniæ*, *Crisgubæ*, & *Magdeburgi*, an. 1157; Principum *Hungariæ*, *Ratisbonæ*, an. 1158; *Richardi I*, Regis Angliæ, *Spiræ*, & *Moguntiæ*, an. 1194; *Ottonis IV*, Imperatoris, *Norimbergæ*, 1212; *Henrici* Regis Romanorum, nuptias celebraturi cum Angliæ Regis ſorore, *Francofurti*, an. 1225; &c.

(4) *Imperatores, Regesque partim ad ultimum damnati ſupplicium*, exemplo *Brunhildis*, Reginæ Franciæ, an. 616; *partimque ſceptro privati*; v. g. *Hildericus*, Rex Franciæ, an. 750; *Ludovicus Pius*, Imperator, *Compendii*, an. 833; *Carolus Craſſus*, Imperator, apud *Triburias*, an. 887; *Henricus IV*, Imperator, *Gerſtungæ*, an. 1073, nec non *Oppenheimii & Triburiæ*, an 1076; *Otto IV*, Imperator, an. 1210; *Ottocarus*, Rex Bohemiæ, *Norimbergæ*, an. 1212; *Henricus*, Rex Romanorum, *Wormatiæ*, an. 1235; *Adolphus* Imperator, *Moguntiæ*, an. 1296, & 1298; &c.

(5) *Imperatorum, Regumque, vel eorum Liberorum celebratæ nuptiæ*; v. g. *Lotharii* Imperatoris, *Theodonis Villæ*, an. 821; *Henrici V*, Imperat., *Moguntiæ*, an. 1114; *Henrici VI*, Regis Romanorum, *Mediolani*, an. 1186; *Ottonis IV*, Imperat., *Herbipoli*, an. 1209; *Friderici* 2, Imperatoris, *Wormatiæ*, an. 1135; *Rudolphi* Imperatoris filiarum, *Francofurti*, an. 1273; &c.

(6) *Imperatoribus, Regibusque conſtituti Tutores*; v. g. *Ludovico IV*, Regi Germaniæ, *Forchemii*, an. 900; *Ottoni III*, Imperatori, an. 985; *Henrico IV*, Imperatori, *Bothfeldiæ*, an. 1056; &c.

(7) *Imperatorum & Imperii Jura, contra Romanorum Pontificum impios conatus, defenſa*, v. g. an. 1059, iterumque *Baſileæ*, an. 1061, & *Wormatiæ*, an. 1076, & *Moguntiæ*, an. 1079, & *Brixiæ*, an. 1080; *Leodii* an. 1131; *Veſontii*, an. 1157; *Norimbergæ*, an. 1212; & tempore *Friderici* 2, an. 1245; &c.

(8) *Negotia alia, Cæſares inter & Romanos Antiſtites, examini ſubjecta, vel deciſa*; v. g. *Sutrii*, inter *Henricum IV*, & *Gregorium VI*, depoſitum, electo in ejus locum *Clemente* 2, an. 1046; *Leo* IX eligebatur *Wormatiæ*, an. 1049; & *Nicolaus* 2, an. 1059; nec non *Honorius* 2, *Baſileæ*, an. 1061; *Gregorius VII* confirmationem obtinuit ab eodem Auguſto, an. 1073; poſtea, *Wormatiæ*, an. 1076, *Moguntiæ*, 1079, & *Brixiæ*, an. 1080, Epiſcopatu indignus judicatus, ſurrogato ei *Clemente* 3; *Wirtzburgi* actum de terminanda lite, circa

ca

ea Inveſtituram Eccleſiaſticam, an. 1121, ſequenti, *Wormatiæ*, deciſa; *Leodii*, an. 1131, *Lotharius* Inveſtituram iſtam repetiit; *Papiæ* examinatum Schiſma, inter *Alexandrum III*, & *Victorem*, an. 1160, poſteriore *Biſantii* confirmato, an. 1162; *Venetiis* an. 1177, inter *Fridericum I*, Imp., & dictum *Alexandrum* convenit; *Capuæ*, an. 1229, pax quæſita, inter *Fridericum* 2, Imp., & Papam; *Herbipoli*, an. 1283, denegata *Martino* exactio, qua Imperium onerari curavit; ibidemque rurſus, an. 1287, *Honorio IV*.

(9) *Diſpoſitiones Imperatorum Regumque inter Liberos corroboratæ;* v. g. *Caroli Magni*, Theodonis Villæ, an. 806; *Ludovici Pii*, Aquisgrani, an. 821; *Ludovici Germanici*, Forchemii, an. 872; *Friderici I*, Poſonii, an. 1189; *Alberti Auſtriaci*, Norimbergæ, an. 1299; &c.

(10) *Imperatorum Jura in Italiam propugnata, ſartaque tecta ſervata;* v. g. Ronealiæ, An. 1158; Mediolani, An. 1167; Conſtantiæ, an. 1183; &c.

(11) *Imperatorum Filii militari gladio cincti;* v. g. *Carolus Calvus*, Cariſiaci, an. 839; *Henricus VI*, Rex Romanorum, cum Fratre *Friderico*, Wormatiæ, an. 1184; &c.

(12) *Leges latæ*; v. g. Aquisgrani, an. 802; Erfordiæ, an. 852; Stelæ, an. 942; Tremoniæ, an. 1005; Roncaliæ, an. 1013, 1026, 1158; Conſtantiæ, an. 1183; Norimbergæ, an 1187; &c.

(13) *Status Eccleſiæ & Monaſteriorum ordinatus;* v. g. *Aquisgrani*, an. 819; alibi, an. 826, ubi, de Dania ad Chriſtianam fidem perducenda, actum; *Atimiaci*, an. 835; *Moguntiæ*, an. 852; Super *Carum* fluvium, an. 1023; *Aquisgrani*, an. 1025; &c.

(14) *Legati auditi*; v. g. Danorum, *Aquisgrani*, an. 825; variarum Gentium, *Ingelheimii*, an. 826; Normannorum, Slavorum, & Bulgarorum, *Paderbornæ*, an. 845, rurſusque *Moguntiæ*, 848, & 852; Danorum, *Metis*, an. 873; Moravorum, *Wormatiæ*, an. 882; Italorum, *Alſtadii*, an. 1017; Papales, *Moguntiæ*, an. 1106, & *Veſontii*, an. 1157; Hungarorum, *Ratisbonæ*, An. 1158; Anglorum, *Francofurti*, an. 1225; &c.

(15) *Decreta Bella;* v. g. *Wormatiæ*, an. 772, adverſus Saxones, pariterque *Durii*, an. 775. *Wormatiæ*, an. 776, *Paderbornæ*, an. 777, *Durii*, an. 779, *Coſthemii*, an. 795, *Aquisgrani*, an. 797, & 812; *Cholonpuri*, adverſus *Witonem*, Spoletanorum Principem, an. 884; *Martisburgi*, an. 1005, contra *Bolislaum* Polonum; *Belegorii*, an. 1010, contra eundem, & rurſus *Martisburgi*, an. 1017; *Argentorati*, an. 1075, contra Saxones; *Aquisgrani*, An. 1106, adverſus *Henricum IV*; *Francofurti*, an. 1109, contra Polonos; *Bambergæ*, an. 1135, contra Italos; *Spiræ*, adverſus Infideles, an. 1146, & *Norimbergæ*, an. 1147; Contra Mediolanenſes, an. 1156; *Wormatiæ*, an. 1172, contra eosdem; *Moguntiæ*, adverſus Infideles, an. 1188; *Martisburgi*, contra Henricum Leonem, an. 1189; *Spiræ*, contra Colonienſes, an. 1205; *Hagenoæ*, adverſus Italos, an. 1209; *Francofurti*, adverſus Infideles, an. 1224; &c.

(16) *Pacificationes firmatæ*; v. g. *Viroduni*, inter Ludovici Pii filios, an. 843; *Coloniæ*, inter eosdem, an. 865; *Francofurti*, inter Ludovicum Germanicum, ejusque filios, an. 871; *Wormatiæ*, inter *Arnulphum* Auguſtum, & *Carolum*, Regem Galliæ, 893; *Turegi*, Pax publica, an. 1005; *Gerſtungæ*, inter Imperatorem & Saxones, an. 1074; *Ulmæ*, Pax Publica, an. 1093; *Moguntiæ*, inter Imperatorem & Principes, an. 1103; Wormatiæ, inter Cæſarem & Papam, an. 1122; *Magdeburgi*, pax publica, an. 1135; *Martisburgi*, inter Bohemos & Polonos, an. 1135; *Venetiis*, inter Cæſarem & Papam, an. 1177; *Conſtantiæ*, inter Cæſarem & Italos, an. 1183; *Norimbergæ*, pax publica, an. 1187; *Quedlinburgi*, pax publica, an. 1270; *Herbipoli*, pax publica, an. 1287; &c.

(17) *Terminatæ Procerum lites;* v. g. *Ratisbonæ*, an. 995, inter *Henricum*, D. Bavariæ, & *Gebhardum*, Epiſcopum Ratisbonenſem; *Alſtadii*, an. 1017, varios inter Principes; *Aquisgrani*, an. 1017, inter *Ditericum*, Epiſcopum Metenſem, & ejus fratrem; *Hirsfeldiæ*, an. 1025, inter Abbatiſſam Geſecenſem, & Advocatum ſuum; Ibidem, an. 1029, inter Epiſcopum Paderbornenſem & Comitem *Brun*; *Goslariæ*, inter *Henricum Leonem*, & Vitricum ejusdem; *Ratisbonæ*, an. 1156, inter eosdem; *Fuldæ*, inter Cæſarem & Henricum Leonem, an. 1190; *Tullethæ*, inter eosdem, an. 1191; &c.

(19) *Eorundem ſopiendæ lites quæſitæ;* v. g. inter *Ottonem IV*, & *Philippum*, Imperatores, *Andernacum* inter & *Confluentes*, An. 1200, nec non *Northuſæ*, An. 1207; Inter Ducem Brabantiæ, & Comitem Geldriæ, *Trajecti*, An. 1202; Inter *Waldemarum*, Regem Daniæ, & *Henricum* Comitem Suerinenſem, *Bardewici*, An. 1224; &c.

(19) *Conſtituti Præſules;* v. g. ſub *Carolomanno*, an. 742; *Wigbertus* Merſeburgicus, an. 1105; *Gebhardus* Aichſtadienſis, *Moguntiæ*, an. 1054; *Arnoldus* Moguntinus, *Wormatiæ*, an. 1153; Herbipolenſis & Leodienſis, Wormatiæ, an. 1192; &c.

(20) *Collati honores ſeculi;* v. g. in *Rodebertum*, Ducatus inter Ligerim & Sequanam, *Compendii*, an. 861; in *Burchardum I*, Ducatus Sueviæ, *Moguntiæ*, an 917; in *Burchardum 2*, idem Ducatus, *Fritzlariæ*, an. 954; in *Lanfrancum Blancifortium*, dominium Caſtri Vice-Juſtini, *Roncaliæ*, an. 980; in *Thedaldum*, Marchionatus Mantuæ, ibid., an. 908; in *Erneſtum*, Ducatus Alemanniæ, *Goslariæ*, an. 1015; in *Hermannum*, idem Ducatus, *Ingelheimii*, an. 1030; in *Conradum*, Ducatus Carinthiæ, *Auguſtæ*, an. 1036; in *Ottonem*, Ducatus Sueviæ, *Ulmæ*, an. 1048; in *Bertoldum*, idem Ducatus, an. 1092; in *Godefridum*, Ducatus Lotharingiæ, an. 1106; in *Ottonem de Ballenſtedt*, Ducatus Saxoniæ, *Goslariæ*, an. 1112; in *Elpericum*, Marchionatus, ibidem; in *Henricum*, Ducatus Auſtriæ, *Ratisbonæ*, an. 1156; in *Albertum*, idem Ducatus, *Auguſtæ*, an.

an. 1282; in *Rudolphum*, Ducatus Sueviæ, ibidem; &c.

(21) *In Judicium vocati Principes*; v. g. *Ludolfus*, D. Alemanniæ, *Curinam*, an. 954; *Henricus*, D. Bavariæ, & *Abraham*, Epiſcopus Friſingenſis, an. 974; *Udalricus*, D. Bohemiæ, *Merſeburgum*, an. 1015; *Henricus IV*, Imp., *Fritzlariam*, an. 1074; *Henricus Superbus*, Dux Saxoniæ & Bavariæ, ad varias Curias, an. 1138; *Henricus Leo*, D. Saxoniæ & Bavariæ, ejusque Vitricus, *Henricus*, Marchio Auſtriæ, itidem varias ad Curias, ann. 1152, 1153, 1154, & 1156; Idem Dux varias iterum ad Curias, ann. 1177, 1178, 1179, & 1180; Idem *Goslariam*, an. 1188; *Sophia*, Abbatiſſa Quedlinburgenſis, *Egram*, an. 1224; Comes Seinenſis *Moguntiam*, an 1233; *Ottocarus*, Rex Bohemiæ, *Norimbergam*, an 1274, & *Herbipolim*, an. 1275; &c.

(22) *Sententiæ vel ultimi ſupplicii, vel proſcriptionis, in Eos pronunciatæ*; v.g. in *Thaſſilonem*, D. Bavariæ, *Ingelhemii*, an. 788; *Bernhardum*, Comitem Marcæ Hiſpanicæ, an. 844; *Erneſtum*, Principem Purpuratorum *Ludovici Germanici*, *Ratisbonæ*, an. 861; *Albertum*, Comitem Babenbergicum, an. 905; *Bertholdum*, *Erchangerum*, & *Liuthfridum*, Magnates Sueviæ, *Moguntiæ*, an. 917; *Conradum*, D. Franconiæ, & *Ludolfum*, D. Sueviæ, *Fritzlariæ*, an. 954; *Udalricum*, Ducem Bohemiæ, *Mersburgi*, an 1015; *Erneſtum*, D. Alemanniæ, *Ulmæ*, an. 1027, & *Ingelhemii*, an. 1030; Mediolanenſem Archi-Epiſcopum, *Salerni*, an. 1037; *Conradum*, D. Bavariæ, *Merſeburgi*, an. 1053; Bremenſem Archi-Epiſcopum, *Triburiæ*, an. 1066; *Ottonem*, Ducem Bavariæ, *Goslariæ*, an. 1070, & *Halberſtadii*, an. 1071; *Henricum*, D. Lotharingiæ, Aquisgrani, an. 1106; *Sigfridum*, C. P. R., *Francofurti*, an. 1109; *Lotharium*, D. Saxoniæ, & Marchionem *Rudolfum*, *Goslariæ*, an. 1112; *Hermannum*, Landgravium Thuringiæ, *Quedlinburgi*, an. 1130; *Henricum Superbum*, D. Saxoniæ & Bavar., *Herbipoli*, & *Goslariæ*, an. 1138; Archi-Epiſcopum Moguntinum, *Henricum*, *Wormatiæ*, an. 1153: *Bolislaum*, D. Poloniæ, *Criguſcæ*, an. 1157; *Conradum*, C. P. R., *Ulmæ*, an. 1165; Civitates Lombardiæ, an. 1167; *Henricum Leonem*, D. Saxon. & Bavar., *Herbipoli*, & *Geylenhuſæ*, ann. 1179, & 1180; *Albertum*, Epiſcopum Leodienſem, *Wormatiæ*, an. 1192; *Ottonem*, Comitem Wittelſpachium, *Francofurti*, & *Auguſtæ*, an. 1208; Marchionem Andecæ, *Auguſtæ*, an. 1208; *Fridericum*, D. Auſtriæ, *Auguſtæ*, an. 1236; &c.

(23) *In gratiam recepti alii*; v. g. *Lotharius*, Rex, à Patre *Ludovico Pio*, *Wormatiæ*, an. 840; *Wido*, D. Spoletanorum, à *Carolo Craſſo*, an. 885; *Odo*, R. Galliæ, ab *Arnolfo* Auguſto, *Wormatiæ*, an. 888; *Stephanus*, *Gerhardus*, & *Matfridus*, Proceres Lotharingiæ, à *Zundeboldo*, Rege Lotharingiæ, *Wormatiæ*, an. 897; *Ludolphus*, Dux Sueviæ, & *Conradus*, D. Franconiæ, ab *Ottone Magno*, *Fritzlariæ*, an. 954; Principes Winulorum, *Werbenæ*, ab *Henrico* Imperat., an. 1020; *Erneſtus*, D. Alamanniæ, à *Conrado* Imperat., *Ingelhemii*, an. 1030; *Godefridus*, D. Lotharing., *Moguntiæ*, an. 1050, ab *Henrico III.* Imp.; Nonnulli Principum Burgundiæ, ab eodem, *Soloduri*, an. 1052; *Balduinus* & *Godefridus*, ab *Henrico IV*, *Coloniæ*, an. 1057; *Otto*, D. Bavariæ, ab eodem, *Magdeburgi*, an. 1072, & *Goslariæ*, an. 1076; *Robertus*, Com. Flandriæ, ab eodem, *Leodii*, an. 1103; *Conradus*, D. Franconiæ, *Mulenhuſæ*, an. 1135, à *Lothario* Imp.; *Fridericus*, D. Sueviæ, ab eodem, *Bambergæ*, an. 1135; Principes Saxoniæ, à *Conrado III*, *Bambergæ*, an. 1138, & *Francofurti*, an. 1142; *Uladislaus*, Rex Bohemiæ, à *Friderico I* Imp., *Norimbergæ*, an. 1170; *Henricus Leo*, D. Saxoniæ & Bavariæ, ab *Henrico VI*, *Fuldæ*, an. 1190, & *Dullethæ*, an. 1191; *Henricus*, Rex Romanorum, à *Friderico 2*, Imp. Patre, *Wormatiæ*, an. 1235; *Henricus*, D. Bavariæ, à *Rudolpho I*, Imperat., *Norimbergæ*, an. 1274; &c.

Præmiſſa legentibus longe plura ejusmodi Capita occurrent.

(e) *PERTRACTENTUR*, &c. Integer locus extat ſub initium præced. lit. D, quem benè de προβουλία, quoad Principes, intelligit *Conringius*, de *Civibus Imperii*, *t.* 17, p. 11, adeò, ut penes Principes, in rebus majoribus, *præconſultandi* jus fuerit; unde & rectius *prætractentur*, loco *pertractentur*, hic legitur; Conf. *Grot.* d. J. B. & P. lib. I, Cap. III, §. XX, v. 6, p. m. 114, & 115.

(f) *GERMANICAS*, &c. Quinam Veterum memoriam Germanorum primi literis prodiderint, ex Codice *Scriptorum Rerum Brunſuicenſium* Illuſtris Dn. *Leibnitii*, ſuperiore pag. 3, indicavi; addantur verba, quibus *C. J. Cæſar* Commentarium de *Bello Gallico* exorditur, pleno ſermone repetitis à Dn. *Johanne Philippo à Vorburg*, Tom. I *Hiſtoriæ Romano-Germanicæ*, pag. 2, &c. Capitolinis Faſtis, ex quibus conſtat, *Marcellum*, *Hannibali* æqualem, de Bojis, *Germanisque*, *Boëtiis* auxilio venientibus, triumphaſſe, ſolido argumento, probat laudatus Excell. Dn. *Leibnitius*, l. c., in *Excerptis Veterum Scriptorum*, *de Populis ad Albim & Viſurgim*, p. 9, lit. f, nomen *Germaniæ*, diu ante *Cæſaris* tempora, utpote Anno 105, ante natum Salvatorem, in lucem demum editi, *Marcello*, per integrum ferè ſeculum, ab *Hannibale*, in pugna ad *Venuſiam*, prius occiſo, fuiſſe cognitum. Mira cæterum Doctorum varietas, de genuina vocabuli hujus ſignificatione, quorum opiniones *Chriſtophorus Philippus à Waldenfels*, *in Selectt. Antiquitatibus*, lib. 7, cap. 14, in unum collegit. *Tacitus*, de *Moribus Germanorum*, cap. 2, ſic ſentit: *Germanos indigenas crediderim, minimeque aliarum Gentium adventibus, & hoſpitiis mixtos: quia nec terra olim, ſed Claſſibus advehebantur, qui mutare ſedes quærebant: & immenſus ultra, utque ſic dixerim, adverſus Oceanus raris ab orbe noſtro navibus aditur. Quis porro, præter periculum horridi & ignoti maris, Aſia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam peteret?*

Digitized by Google

ret? informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuque, niſi ſi Patria ſit. Celebrant carminibus antiquis, (quod unum apud illos memoriæ & Annalium genus eſt,) **Tuiſtonem** *Deum, Terra editum, & Filium* **Mannum,** *originem Gentis Conditoreſque.* **Manno** *tres filios aſſignant, è quorum nominibus proximi Oceano* **Ingævones,** *medii* **Herminones,** *ceteri* **Iſtævones** *vocentur. Quidam autem, licentia vetuſtatis, plures Deo ortos, pluresque Gentis appellationes,* **Marſos, Gambrivios, Suevos, Vandalios** *affirmant, eaque vera & antiqua nomina. Ceterum* **Germaniæ vocabulum recens, & nuper additum:** *quoniam, qui primum Rhenum transgreſſi Gallos expulerint, nunc* **Tungri,** *tunc* (nunc) **Germani** *vocati ſint: Ita Nationis nomen, non Gentis evaluiſſe paulatim, ut omnes primum a Victore, ob metum, mox à ſeipſis, invento nomine, Germani vocarentur, &c.* Quem locum, præter commentatores in *Tacitum*, viri docti, *Suffridus Petrus*, de *Origine Friſiorum*, lib. I, cap. XIV, cujus verba Dn. *Vorburgius*, l. c., pag. 30, &c., repetit; *Reineccius*; & nuper admodum Illuſtris Dn. *Leibnitius*, de *Scriptorib. Rerum Brunſuicenſium*, p. 8, & 9; & Dn. *Joh. Henr. Eggelingius*, de *Miſcellaneis Germaniæ Antiquitatibus*, peculiari Diſſert. I, de *Vocabulo Germaniæ*, &c., variè interpretantur. Apud *Strabonem*, lib. VII *Geographiæ*, hæc habentur: *Trans Rhenum, ad ortum vergentem, Germani colunt, Nationem Gallicam pauliſper imitantes, & feritatis abundantia, & proceritate corporum, & colore flavo, cum reliquis in rebus, & forma, & moribus, & vivendi ritibus pares exiſtant, quales Gallos diximus, ideò Romani hoc illis nomen jure mihi indidiſſe videntur, perinde atque eos* **fratres legitimos** *Gallis eloqui voluerint. Legitimi namque fratres, Romano ſermone,* **Germani** *intelliguntur, &c.* Alia opinio eſt *Pauli Diaconi*, de *origine & geſtis Longobardorum*, lib. I, cap. I, ubi: *Unde fit, ut tantæ Populorum multitudines Arctoo ſub axe oriantur, ut non immerito univerſa illa Regio, usque ad occiduum, licet loca ſingula propriis nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo* **Germania** *vocitetur. Quanquam & duas ultra Rhenum Provincias Romani, cum ea loca occupaſſent, Superiorem & Inferiorem Germaniam dixerunt. Ab hac ergo* **populoſa Germania** *ſæpe innumerabiles captivorum turmæ abductæ, meridianis Populis pretio diſtrahuntur. Multa quoque ex ea, eo,* **quod tantas mortalium turmas germinat,** *quantas alere vix ſufficit, ſæpe gentes egreſſæ ſunt,* &c.; quæ & *Æneæ Sylvio*, in *deſcriptione Germaniæ*, cap. 2, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 230, arridet, ſcribenti: *Adeoque veſtra Natio germinavit, ut nomen veſtrum verius à* **germinando** *tractum putemus, quam Straboni conſentiamus, qui Germanos quaſi Gallorum fratres dictos arbitratus, vos, forma, & moribus, & vivendi rationibus, pares illis eſſe aſſeruerat, ſed tota aberrat via,* &c. Auctore *Andrea Althamero*, in *Scholiis*, in *Taciti Libellum de Germanis*, apud *Schardium*, l. c., p. 6, *non deſunt, qui Germanos,* **ab inſigni fortitudine,** *nuncupatos contendant, à vernaculo vocabulo, quaſi* **Garman,** *i. e. totus, fortis, & robuſtus vir;* **Gar** *enim Germanis hoc ſignificat, quod Latinis totus & integer, &* **Man** *virum, quaſi dicas Germanum totum & valentem virum, &c.* In eandem ſententiam abit *Jodocus Willichius*, in Comment. in eundem *Taciti* libellum, apud *Schardium*, l. c., pag. 44, §. IV, inquiens: *Hactenus Germani ipſi Thuyſcones, Cymbri, Marſi, Gambrivii, Suevi, Vandali, Tungri, & hujusmodi dicti ſunt; ſed ex Teutonibus primi Tungri in Gallias, tranſmiſſo Rheno, irruperunt, quas, pulſis incolis, occupatas etiamnum retinent - - - - - ab his autem Tungris diu peculiare vocabulum permanſit Germanis, ſed commilitonibus diſplicuit. Quare aliud, omnibus commune, excogitarunt, &* **Germanos** *nominarunt, inſignem prorſusque virilem audaciam ſignificaturi, quos poſtea ſuperioris Germaniæ Populi* **Almannos** *appellarunt. Utrinque autem ejusdem rei ſignificatio eſt. Siquidem ut* **Germanus** *eſt nobis* **Garman,** *i. e. prorſus vir, ut qui virili animo totus eſt, ita* **Alemannus** *eſt* **Alman,** *i. e. totus vir. Nam tunc* **Alemanni** *dicti ſunt, cum collectitia Germanorum Gens ad ſuperiorem Danubii & Rheni partem conſediſſet, &c.* Sic & *Suffridus Petrus*, l. c: *Meo quidem judicio, nulli propius accedunt, quam illi, qui* **Germanen** *dictos fuiſſe conjiciunt à dictione* **Ger & Man. Man** *enim populari lingua Germanicè idem ſignificat, quod Latine Vir,* **Ger** *autem, quod alia dialecto* **Gar** *effertur, ſignificat totum prorſus, ac plane, unde* **Garman,** *ſive* **German** *totus vir dicitur, quaſi qui plane, &, ex omni parte, viri virtutem expleat. Hoc autem ut Genti Germanicæ meritò honorificum, ita & eorum hoſtibus formidabile eſt, &c.;* poſtea tamen concludens: *Eſſe enim nomen* **Germa,** *unde olim* **Germannen** *dicti ſunt, ejus proprium, qui, una cum* **Tuyſcone,** *conditor Nationis Germanicæ fuit, ex Moyſe diſcimus, qui Japheto, filio Noë, primogenitum filium Gomerum, Gomero tres filios aſſignat, quorum primus Aſcenes, ſecundus Riphath, tertius* **Thagorma** *dictus fuit, ex quorum ſingulis & domos & colonias ſuas fuiſſe fundatas, mediocris hiſtoriarum lectio deprehendit. Nos autem, ex* **Thagorma Germanos** *eſſe, &, ex ejus nomine, rejecto articulo,* **Gorma,** *&, o in e mutato,* **Germa** *fieri, dilucide jam alibi docuimus . . . . . Deprehenſo igitur ad hunc modum Germanicæ Gentis conditore, apparet, non ab eventu aliquo, ut quidam opinati ſunt, qui Strabonem, ac Tacitum, Authores ſequuntur, ſed ab*

 illo

illo ipſo conditore, cui Germa nomen fuit, etymologiam ejus eſſe repetendam, & proinde non aliter Germanos à Germa, quam Hebræos ab Hebro, Græcos à Græco, Latinos à Latino, dictos eſſe: unde conſequitur, ab eodem etiam Germa tum Germaniæ, tum etiam Germanicæ linguæ nomenclaturam dependere, pari ratione, qua & à cæteris iſtis ſupra dictis tum Terræ, tum linguæ ſuæ, apud poſteros eorum, appellatio remanſit, &c. Quæ verbotenus Dn. de *Vorburg*, l.c., pag. 33, ad examen revocat. *Henrico Glareano*, in Commentario in ſæpe dictum *Taciti* libellum, de *Germanorum moribus*, apud *Schardium*, l.c., pag. 70, genuina videtur vocabuli derivatio, ab inita quadam affinitate eorum, qui, ſuperato Rheno, primi Gallorum fines ingreſſi, deducta. Ipſe Dn. *Vorburgius*, l.c., pag. 44, *Germanos* vocari putat, quaſi *Garmeinos*, vel *Garmynos*, i.e. victores, veluti qui, vincendo, & ſternendo, omnia ſua facerent, ex vocibus, *Gar* & *Mein*, militari jactatione & ferocia; annectens, vocem *Germein* forte etiam primorum Rhenum tranſeuntium fuiſſe teſſeram, gratamque partâ ſtrenuè victoriâ, & ſæpius repetitam, in Gentis demum nomen converſam. Juxta ſententiam Illuſtris Dn. *Leibnitii*, l.c., p. 9, lit. d, & e, dicuntur *Germani*, ſive *Hermani*, ab ipſis *Hermunduris*, ſeu *Herminonibus*, quorum *Tacitus* meminit, quod Gallis fuerint propinqui; pari ratione, qua adhuc hodiè Germani omnes, à nomine ſuperioris Rheni accolis proprio, à Gallis *Alemanni* audiant. Agnoſcit tamen, & *Herman* fuiſſe viri nomen, quem alii *Irmin*, aliique *Arminium* appellaverint, non quidem illum Romanis bellis exercitum, ſed antiquiſſimum, *Tacito* Auctore, *Manni* filium, *Herminonum* Ducem, ſive Genitorem, Saxonibus pro Deo cultum; ipſum inſuper vocabulum *German*, ſive *Herman*, *Gallis* pariter & *Germanis* denotare Virum bellicoſum, vocibus *Ger*, *Gerra*, *Guerre*, bellum, & *Her*, Exercitum ſignificantibus, adeò, ut *German*, *ein Kriegsmann*, *Soldat*; & *Herman*, ſive *Heermann, einer, der zum Kriegsheer gehœret*, pro ſynonymis ſint habenda; quo etiam reſpicit, poſt *Goldaſtum*, in Epiſtola ad *Jacobum I*, Magnæ Britanniæ Regem, Tomo tertio *Conſtitutionum Imperialium* præmiſſa, Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, in *Notitia Imperii enucleata*, lib. I, cap. 2, §. 8, p. 23, ipſumque forſan etymon vocabuli *Cimbrorum*, quaſi *der Kempffer*, litera C toties in K mutata, huc trahendum, hinc *kempffen und ſtreiten* nobis *præliari* eſt; & Weſtphaliæ Ruricolis *Een Kemper to Pagen* etiamdum *Equitem*, *einen Reiter*, verſaque vice, *Een Kemper to Kluyen*, *militem pedeſtrem*, *einen Fußknecht*, deſignant. Vid. Dn. *Eggelingius*, l.c., pag. 11, qui, pag. 13, præſatum *Glareanum* ſequi videtur, exiſtimando, Germanos *fraterna compellatione* (*dran Broders*) ſeſe mutuò ad pugnam fuiſſe cohortatos, anſam indè ſumentibus Romanis imponendi ipſis *Germanorum* vocabuli. Sed quis hic interponat Decretum? quo nec opus arbitror, cum æque honorificum Genti ſit, ſive, ab *armis* & *bello*, *Heer-oder Kriegsmænner*, ſive, à *fortitudine*, *Garmænner*, nomen ducant. Vid. *Lanſii Conſultationes*, Oratione *pro Germania*, p. m. 94; Singularia de *Manno*, & *Arminio*, per quos Græcorum *Prometheum*, ejusque filium, *Deucalionem*, facile intelligi poſſe exiſtimat, profert Clariſſ. Dn. *Johannes Georgius Eccardus*, Hiſtor. Prof. in Academia Julia, in Diſſertatione Inaugurali, *de uſu & præſtantia ſtudii etymologici in Hiſtoria*, An. 1706, ibidem defenſa, p. 41, &c. Quo tempore tota Natio communi vocabulo cognominari cœperit, non minus obſcurum eſt. Jam *Cæſaris* ætate varios Populos ſe *Germanos* vocaſſe, ex ejus Commentariis de *Bello Gallico*, lib. 2, cap. 4, in fine, eruendum venit, ubi: *Condruſos, Eburones, Cæræſos, Pæmanos, qui uno nomine Germani appellantur, arbitrari ad quadraginta millia, &c.* Veritati ſimile puto, eos, qui Rhenum ſuperarunt, prius ita fuiſſe nuncupatos, reliquis ſocietati nominis poſtea accedentibus; vid. Dn. de *Leibnitz*, l.c., lit. f, pag. 10, & Illuſtr. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.*, Prolegom. §. 7, pag. 5. Quæ de Germanorum populis, migrationibus, moribus, terminis, &c. ſcitu digna ſunt, petantur ex *Philippi Cluverii* libris tribus *Germaniæ Antiquæ*, nec non Commentatoribus *Taciti*; add. Illuſtr. Dn. *Coccejus*, l.c., paſſim in *Prolegomenis*; *Joh. Limnæus*, lib. I *Jur. Publ.*, cap. VI, p. 28, &c., & ibi in Additionibus, Tom. IV, & V; Illuſtr. Dn. *Rhetius*, lib. I *Inſtit. J. P.*, Tit. 2, p. 54, &c.; Illuſtr. Dn. *Kulpiſius*, in Caput I *Monzambani*, de *Statu Imperii Germanici*; Dn. *Werlhof*, l.c., integro cap. 2; Dn. *Conring.*, de *Finibus Imperii*, cap. 2, & in *Epiſtola* ad Sereniſſimum Brunſuicenſium & Luneburgenſium Ducem, *Chriſtianum Ludovicum*, editioni *Taciti* Libelli, de *Germanorum moribus*, præfixa, quæ inter Ejus Epiſtolas, An. 1666, conjunctim editas *Helmſtadii*, ſeptimo loco venit, pag. 54, &c.; Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, in Comment. in vitam *Alberti Animoſi*, Saxoniæ Ducis, à *Michaële Bojemo* editam, pag. 141, &c.; Ejusd. Diſſert. de *Arminio*, ventilata *Wittebergæ*, an. 1677, reſpondente *Paulo Conrado Mitternacht*; Clariſſ. Dn. *Chriſtophorus Cellarius*, Diſſ. de *Cimbris & Teutonis*, an. 1701, *Hallæ Magdeburgicæ*, habita, reſpondente Dn. *Friderico Andrea Peterſen*, Glücksburgenſi Holſato; Ejusdem *Diatribe Hiſtorica*, de *Caji Julii Cæſaris*, *adverſus Arioviſtum Regem*, *aliosque Germanos*, *geſtis bellis*, ibidem expoſita, An. 1702, à Dn. *Joh. Hermanno Reuſſeno*, Harderoda-Guelferbytano; Ampliſſ. Dn. *Hermanni Dieterici Meibomii* Oratio, de *Genuinis Hiſtoriæ Germanicæ fontibus*, habita *Helmſtadii*, an. 1701, cum Profeſſionem Hiſtoriarum in Academia *Julia* auſpicaretur, pag. 6, &c.; Clariſſ. Dn. *Gottlieb Gerhard Titius*, *Specim. Juris Publici Romano-German.*, lib. I, cap. 2, pag. 40, &c. Id

expe-

Digitized by Google

expeditum eſt, nugis annumerandum eſſe, quod *Bodinus*, in *Methodo legendæ hiſtoriæ*, Cap. 9, Germanorum originem à Gallis derivare conetur, vapulans propterea jure meritoque à *Cluverio*, l. c., lib. I, cap. 3; negandum licet nec ſit, prævalentibus Gallorum viribus, Colonias ab iis in Germaniam, transrhenanam præſertim, quandoque fuiſſe ductas; qua de re Dn. *Werlhof*, l. c, §. 13, p. 28, &, quem ille teſtem allegat, *Vorburgius*, T. I, pag. 18, &c., evolvendi.

(*g*) EXISTERET, &c. Quo titulo *Arioviſtum*, *C. Jul. Cæſaris* tempore, à *Germanis Galliſque*, contra Romanos, electum Imperatorem; pariterque, jam nato Salvatore, *Auguſti* ævo, *Cheruſcorum* Principi, *Harminio*, collatum Imperium; faſceſque Gothorum, *Alarico*, & *Redaguſo*; Vandalorum, *Godegiſilo*; Hunnorum, *Attila*, &c. ſubmiſſos producit.

(*h*) DEBERE, &c. Eadem eſt ſententia Dn. *Mauritii*, in Diſſert. de *Receſſibus Imperii*, §. 2, & 3.

(*i*) *REBUS*, &c. Una die, *Diocletiano*, apud *Nicomediam*, & *Maximiano*, apud *Mediolanum*, Imperii faſces, ex condicto, deponentibus, Anno Chriſti 305, ut *Euſebius*, in *Chronico*, ad hunc annum, p. 179, edition. *Scaliger.* Amſtelod., an. 1658, commemorat, CONSTANTIUS CHLORUS, & GALERIUS MAXIMIANUS, Imperatores creati, prima vice, ita Romanum inter ſe diviſerunt Orbem, ut Galliam, Italiam, & Africam *Conſtantius*; Illyricum, Aſiam, cum Oriente, *Galerius* obtineret; prior tamen, *Auguſti* dignitate contentus, Italiæ & Africæ adminiſtrandarum ſollicitudinem recuſabat, Vir præſtantiſſimæ civilitatis, ſubditorum divitiis ſtudens, Galliſque perquam amabilis. Mortuus in Britannia, *Eboraci*, Anno Chriſti, 307, inter Divos relatus eſt. *Galerius*, egregius bellator, cum, Collega ſinente, Italiam & Africam adminiſtrationi ſuæ acceſſiſſe ſentiret, an. 306 Cæſares duos creavit, *Maximinum* Orienti, & *Severum* Italiæ præfectos, ipſe in Illyrico commoratus. Elato *Conſtantii* funere, filius Ejus, obſcuriore matre, *Helena*, Patris concubina, natus, CONSTANTINUS MAGNUS, à Militibus in Britannia Auguſtus appellatus, cum in Imperio confirmaretur, univerſas Provincias, à Parente ſibi relictas, ſumma cum humanitate perluſtrando, Barbaroſque, ad Rhenum & Occidentalem Oceanum, novos motus concitare auſos, dominationi ſuæ ſubjiciendo, Britannicas Gentes, in intimo Oceani receſſu ſitas, ſubegit; deinde *Romam*, Orbis Caput, à *Maxentii*, *Herculii Maximiani* filii, tyrannide, quem Prætoriani, excitato tumultu, an. 308, Auguſtum nuncupaverant, liberaturus, cuncta neceſſaria congeſſit. Præter quinque hos Imperatores, *Galerium*, *Conſtantinum*, *Maximinum*, *Severum*, & *Maxentium*, omnes, excepto *Conſtantino*, acerrimos Chriſtianorum hoſtes, nullumque impietatis, intemperantiæ, & impudentiæ facinus prætermittentes, invidioſo oculo aſpiciens *Herculius Maximianus*, ad ſpem erectus repetendi faſtigii, quod invitus amiſerat, è *Lucania*, quam ſedem elegerat privatus, Romam advolat, inſuperque, ut depoſitam reſumeret poteſtatem, *Diocletianum* literis, fruſtra licet, adhortatur. Hac rerum facie mittitur à *Galerio Severus* Cæſar, cum exercitu, Romam, urbem obſeſſum: Verum, deſertus à ſuis, cum fuga ſalutem quæreret, *Ravennæ*, an. 309, à *Galerio Maximiano* interficitur, ſurrogato in ejus locum *Licinio*, Dacia oriundo. Anno ſequenti 310 *Herculius Maximianus*, *Maxentium* filium denudare non valens, ad Gallias profectus, *Conſtantino* Genero perſuadere conabatur, ſe à filio expulſum, cum potius, occaſione data, Eum, qui in Galliis, militum pariter & Provincialium, cæſis Francis & Alamannis, eorumque captis Regibus, parato ſolenni ſpectaculo, beſtiis objectis, favore regnabat, è medio tollere ſtuderet. Quibus etiam inſidiis, per *Fauſtam* filiam, marito *Conſtantino* detectis, laqueo pœnas *Maſſiliæ* dabat. Mortuo, an. 311, *Galerio Maximiano* ex ulcere, circa genitalia orto, vermibus ſcatente, tenebatur adhuc Reſpublica ab his quatuor, *Conſtantino* & *Maxentio*, Auguſtorum filiis, *Licinio* & *Maximino*, novis hominibus. *Maximinus*, perſecutione in Chriſtianos facta, cum jam à *Licinio* puniendus eſſet, primus ex iis, apud Tarſum, an. 312, miſeram exhalavit animam. Sequenti anno 313, *Conſtantinus*, de removendo *Maxentio* ſeriò cogitans, dubius, quemnam ſibi Deûm ad pugnam auxiliatorem deligeret, admirabili portento, horis diei meridianis, Crucis tropæum, in Cœlo ex luce conflatum, in Occaſum vergenti Soli ſuperpoſitum, vidit, cum inſcriptione: HAC VINCE, obſtupefactis omnibus, qui Ipſum, neſcio quo, iter facientem, comitabantur. Dormienti cum idem ſignum ſemel adhuc adpareret, haſtam longam, auro contectam, transverſamque, crucis inſtar, habentem antennam, ex qua dependebat velum, confici juſſit, qua, ad Chriſtianorum tranſiens Caſtra, uſus variis præliis, ad *Pontem Mulvium*, (*Aurelius Victor*, part. 2, de *Viris Illuſtribus*, apud *Sylburgium*, Tom. I *Scriptorum Roman.*, p. 526, legit *Milvium*) ante portas Romanas *Maxentio* proſtrato, Urbem Victor ingreſſus eſt, & unà Senatum Populumque Romanum duræ ſervituti ſubduxit, in priſtinam utrumque vindicando libertatem, erecta, in victoriæ ſignum, celeberrimo in Urbis loco, prædicta haſta, addita epigraphe: *Hoc ſalutari ſigno, quod veræ virtutis argumentum eſt, Veſtram Urbem, tyrannicæ Dominationis jugo liberatam, ſervavi. Senatui Populoque Romano, in libertatem aſſerto, priſtinum decus Nobilitatis, ſplendoremque reſtitui.* Supererat itaque ſolus *Licinius*, *Conſtantini*, è ſorore *Conſtantia*, affinis, tyrannide reliquis haud inferior; Hunc *Conſtantinus Dardania* primum, deinde *Mœſia*, mox *Macedonia*, aliiſque Provinciis bene multis exuit; tandem terra marique victum ad deditionem, apud Nicomediam, compulit, contra ta-

men

Digitized by Google

men religionem ſacramenti, Theſſalonicæ, An. 324, occiſum, filio ejus, *Licinio juniori*, & *Criſpo*, ipſius Cæſaris gnato, biennio poſt, crudeliſſime interfectis. Vid. de his *Euſebii Chronicon* cit., ad annos 306, 307, 308, 309, 310, 311, 312, 313, 324, & 326, pag. 180, & 181; Ejusdem, vel quisquis Auctor eſt, *Vita Conſtantini*, Edit. *Valeſii* Moguntinæ, an. 1672, lib. 1, Cap. XVIII, pag. 417, XXI, pag. 418, XXII, pag. 419, XXV, pag. 420, XXVII, pag. 421, XXVIII, & XXIX, pag. 422, XXXI, pag. 423, XXXVIII, pag. 426, XXXIX, pag. 427, XL, pag. 428, XLVII, pag. 431, LVII, pag. 437, & lib. 2, Cap. XVII & XVIII, pag. 452, &c.; *Eutropius*, lib. X, Cap. 1, 2, 3, & 4 *Hiſtor. Roman.*, Edit. *Cellarii*, Cizæ impreſſ., an. 1678, pag. 245 ad 256; *Socrates, Hiſt. Eccleſ.*, Edit. Valeſianæ, Pariſ., 1668, lib. 1, cap. 2, 3, & 4, pag. 6, 7, & 8; *Sozomenus, Hiſt. Eccleſ.* ejusd. Edit., lib. 1, cap. 3, pag. 403, & cap. 7, pag. 408, &c.; *Paulus Oroſius*, lib. VII *Hiſtor. adverſus Paganos*, Edit. Mogunt., an. 1615, cap. 25, p. 555, & 556, & cap. 28, p. 563, &c.; *M. Aurelius Caſſiodorus, Hiſtor. Tripartita*, Edit. Francofurt., an. 1588, lib. 1, cap. 4, 5, & 8, pag. 8 ad 10; *Nicephorus Calliſtus, Hiſt. Eccleſ.* ejusd. Edit., lib. 8, cap. 3, pag. 357, &c. Hac ratione rerum ſumma potitus *Conſtantinus*, rem Chriſtianam zelo laudabili, utinam ſemper pio, & Reipublicæ utili, anxie ſovit, variis in eum finem editis legibus, quarum copia in Ejus *Vita*, tot. Libr. 2, &c., deſtructo vice verſa idolorum cultu, ſedeque Regia *Byzantium*, ut Orienti propior eſſet, *Pacatiano & Hilariano* Conſulibus, an. 331, 11 Maji, translata, multisque dedicata ſolemnitatibus. Vid. *Euſebii Chron.* cit., an. 331, pag. 181.

(2) Defuncto denique, (juxta Faſtos conſulares *Idacii* Epiſcopi, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, p. 12, *Feliciano & Titiano* Conſulibus, quos & *Proſper*, in Chronico, ibid., p. 41, nominat, Anno 337, vel, ex mente *Hieronymi*, in Continuatione *Chronici Euſebiani*, apud *Scaligerum*, l. c., p. 182, Anno 338,) die feſto Pentecoſtes, *Nicomediæ*, Patre Patriæ, *Conſtantino Magno*, quum bellum in *Saporem*, Perſarum Regem, pararet, juxta ultimæ voluntatis Ipſius tabulas, tres Ejus filii, CONSTANTINUS, CONSTANTIUS & CONSTANS, Imperii faſces in ſe ſuſceperunt: *Conſtantinus, natu maximus, cum minimo natu, Conſtante, omnia trans Alpes ſita, & Italiam, & Illyricum ſortitus eſt; præterea Ponto Euxino finitima, & Africæ quicquid ad Kartaginem pertinet. Conſtantio datum eſt, quicquid eſſet in Aſia, & Oriente, & Ægypto.* Sunt verba *Zoſimi*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 39, pag. 200, Edit. *Cellarii*, An. 1679; Conf. *Paulus Oroſius*, l. c., cap. 29, pag. 567; *Sexti Rufi* Breviarium de *Victoriis & Provinciis Populi Romani, ad Valentem Auguſtum*, Edit. Cellarii, an. 1698, §. 26, p. 56; *Eutrop.*, lib. X, cap. V, p. 256; *Hieronymus*, Contin. *Chronici Euſeb.*, cit. loc.; Auctor *Vitæ Ejus*, lib. IV, cap. 64, p. 558, & cap. 68, pag. 560; *Socrates*, l. c., lib. I, cap. 39, pag. 75; *Theodoretus, Hiſt. Eccleſ.*, Edit. Colon. Allobrogum, an. 1612, lib. I, cap. 32, p. 47; *Caſſiodorus*, l. c., lib. 3, cap. 12, p. 47, & in *Chronico* Edit. Genevenſ., an. 1601, pag. 695; *Nicephorus Calliſtus*, l. c., lib. 8, c. 54, p. 450, &c. Enimvero *Controverſia mota inter Conſtantinum & Conſtantem, de pertinente ad Karthaginem Africa, deque Italia: Conſtans incautum Fratrem opprimere volens, inimicitias toto triennio diſſimulat, expectatoque tempore, quo Provinciam ſibi fidam, & benevolam ingreſſus erat, ablegat milites, ſpecie quidem tenus opem Conſtantino laturos, in gerendo bello Perſico, ſed reapſe Conſtantinum, nihil tale ſcientem, oppreſſuros. Hi perficientes ea, quæ imperata fuerant, Conſtantinum occidunt, &c.* Hæc *Zoſimus*, l. c., cap. 41, pag. 202, & 203; *Hieronymus* contra, Contin. *Chronici Euſebiani*, l. c., pag. 182, ad annum 341, ſcribit: *Conſtantinus, bellum fratri inferens, juxta Aquilejam, Alſæ occiditur, &c.* Idem docet *Oroſius*, l. c., p. 568; Conf. *Eutropius*, lib. X, Cap. 5, pag. 257; *Idacius*, l. c., ad an. 340; *Caſſiodorus*, in *Chron.*, p. m. 695; *Proſper*, l. c., id factum ſcribit, *Acyndino* & *Proculo* Conſulibus. Republica ſic ad duos redacta Auguſtos, *Conſtantis* Imperium aliquamdiu ſtrenuum fuit, juſtumque. Mox autem, cum valetudine improſpera, & amicis pravioribus uteretur, ad gravia convitia converſus, intolerabilis Provincialibus, Militibusque injucundus evaſit, tandem *Magnentii*, qui, apud *Auguſtodunum*, Imperium arripuerat, *Jovianorum*, & *Herculianorum* (Legionum nomina,) factione, haud procul ab Hiſpaniis in Caſtro *Helenæ*, an. ætatis 30, Chriſti 350, vel 351, à *Gaiſone*, eo nomine miſſo, captus, & necatus. Vid. *Oroſius*, l. c., pag. 569; *Sozomenus*, l. c., lib. 4, cap. 1, pag. 538; *Zoſimus*, l. c., Cap. 42, pag. 203, &c.; *Eutrop.* l. c.; *Hieronymus*, l. c., ad an. 351, pag. 183; *Idacius*, l. c., ad an. 350; *Proſper*, l. c., pag. 42; *Limenio* & *Catulino* Conſulibus.

(3) A nece *Conſtantis*, *Magnentio* Italiam, Africam, Gallias, & Illyricum obtinente, res novæ ſurrexerunt, *Vetranio*, ad *Murſam*, Pannoniæ oppidum, à Militibus, &, *Romæ*, *Nepotiano*, ex ſorore *Conſtantini* Nepote, an. 351, electis Imperatoribus. Verum, eodem adhuc anno *Vetranio* depoſito, & *Nepotiano* occiſo, annoque 354, *Magnentio*, qui paulo poſt violentas ſibimet ipſi manus, in *Lugdunenſi* Palatio, intulit, decretoria pugna contrito, ejusque fratre, *Decentio*, quem, ad tenendas Gallias, Cæſarem miſerat, apud *Senonas*, laqueo vitam terminante, *Conſtantius*, ſolus Imperator, Patruelem, GALLUM, virum natura ferum, Orienti præfecit, poſtea, ob multa incivilia geſta, quorum *Ammianus Marcellinus*, lib. XIV, pag. 1, &c., meminit, interfectum, JULIANO, fratre Ejus, Cæſaris titulo, in Gallias, quarum limites, crebris *Gundomari* & *Vadomarii* fratrum, *Alamannorum* Regum, excurſibus, non parum vaſtabantur, delegato, tradita ei in matrimonium ſorore, *Helena*. *Oroſius*, l. c., cap. 29, pag. 568; *Eutrop.*, l. c., cap. 6, & 7, p. 259, &c.; *Ammian. Marcellinus*, l. c., p. 25, 32, & lib. XV, p. 52, &c.;

Digitized by Google

&c.; *Zoſimus*, l. c., Cap. 43, 44, & 45, pag. 206, &c., & lib. 3, cap. 2, pag. 237; *Hieronymus*, l. c., ad an. 351, 354, 355, pag. 183, & 184; *Proſper*, l. c., pag. 42; *Conſtantio VII*, *&* *Conſtantio III* Conſulibus; *Sozomenus*, l. c., lib. 4, cap. 1, 4, & 7, pag. 538, 540, & 544; *Caſſiodorus*, *Hiſt. Tripart.* lib. 5, cap. 5, pag. 64, & cap. 11, & 12, p. 67.

(4) Strenuè rem gerebat JULIANUS Cæſar, adverſus Barbaros, præſertim *Alemannos*, *Argentoratum*, *Brotomagum*, (Brumat) *Tabernas*, (Zabern) *Saliſonem*, (*Seltz*) *Nemetas*, (*Speÿer*) *Vangionas*, (*Worms*) & *Maguntiacum*, (*Maintz*) Civitates, Imperio ſubductas, tenentes, quos, anno 358, modicis copiis, apud *Argentoratum*, *Galliarum Oppidum*, inſigni clade profligavit, ſexaginta eorum millibus deletis, totidem in Rheno pereuntibus. Vid. *Eutropius*, lib. X, cap. VII, p. 263; *Caſſiodorus*, l. c., p. 695; *Ammianus Marcellinus*, lib. XVI, p. 65, &c., & 90, &c.; *Hieronymus*, *Contin. Chron. Euſeb.*, ad an. 358, p. 184; *Zoſimus*, lib. 3, cap. 3, pag. 239, &c.; *Nicephorus Calliſtus*, l. c., lib. 10, cap. 1, pag. 554; Defunctus hoc labore, collectis undique copiis, ad inferendum univerſæ *Germanorum* nationi bellum, ſe parabat. Opponentibus ei numeroſas acies *Germanis*, Rhenum tranſit, præſtare ratus, non Romano, ſed in Barbarico ſolo prælia conſeri. Signis collatis, innumerabili iterum *Germanorum* multitudine deleta, ad ſaltus usque Hercynios, fugientes perſequitur, ipſumque *Vadomarium*, ovante toto exercitu, captivum ducit, *Conſtantio* Imperatori poſtea transmiſſum, Barbaris ad petendam pacem compulſis, adjecto reddendorum captivorum pacto, quotquot, ex occupatis per vim quadraginta urbibus, ſuperioribus annis abduxerant; vid. *Oroſius*, l. c., lib. VII, cap. 29, pag. 569; *Zoſimus*, l. c., cap. 4, pag. 245, &c.; *Ammianus Marcellinus*, lib. XVIII, pag. 126, &c. Multis & aliis egregiè adverſus Barbaros geſtis, ſubmotisque ultra Rhenum *Germanis*, & Imperio Romano finibus ſuis reſtituto, *Julianus*, militum conſenſu, an. 362, proclamatus Auguſtus, ad obtinendum Illyricum, *Conſtantio* Parthicis bellis detento, proficiſcitur, ſurgente inde civili bello, quod orſurus *Conſtantius*, in itinere, *Ciliciam* inter & *Cappadociam*, eodem adhuc anno, 3 Non. Octobr., ex ardente febri, exuvias depoſuit mortales; (Vid. *Eutrop.*, l. c., pag. 267, & 268; *Zoſimus*, l. c., cap. VI, &c., p. 252 ad 272; *Hieronymus*, l. c., ad an. 362, pag. 185; *Ammianus Marcellinus*, l. c., lib. 20, pag. 173; *Socrates*, lib. 2, cap. 47, p. 161, & 162, & lib. 3, cap. 1, pag. 164; *Sozomenus*, lib. 5, cap. 1, p. 590, & cap. 2, pag. 592; *Theodoretus*, lib. 3, cap. 1, p. 90; *Idacius*, l. c., ad an. 361, p. 13; *Caſſiodorus*, *Hiſt. Tripart.*, lib. 5, cap. 59, p. 87, & in *Chronico*, pag. 695; *Nicephorus*, lib. 9, c. 50, p. 546, & lib. 10, cap. 1, p. 554.) *Juliano*, ad idolorum ſacra reverſo, biennio poſt, cum Aſſyriam depopulatus victor remearet, interfecto. Vid. *Sexti Rufi Breviarium*, *ad Valentem Auguſtum*, *de Victoriis &* *Provinciis Populi Romani*, cit. §. 28, p. 63, & 64; *Oroſius*, l. c., pag. 569, & 570. & cap. 30, pag. 571; *Eutrop.*, l. c., cap. VIII, pag. 269; *Zoſimus*, l. c., cap. XI, &c., ad XXIX, pag. 272 ad 324; *Hieronymus*, l. c., ad. an. 364; *Ammianus Marcellinus*, l. c., lib. XXII, pag. 225, lib. XXIII, p. 257, & lib. XXV, p. 310 ad 313; *Socrates*, l. c., lib. 3, cap. 21, p. 194, &c.; *Sozomenus*, lib. 6, cap. 1, pag. 633; *Theodoretus*, lib. 3, cap. 20, pag. 103, &c.; *Idacius*, l. c., ad an. 363; *Caſſiodorus*, *Hiſt. Tripart.*, lib. 6, cap. 44, & 47, pag. 105, & 106, & in *Chron.*, pag. 696; *Nicephorus Calliſtus*, l. c., lib. 10, c. 34, p. 601, &c.

(5) Cunctis hinc Optimatibus, una cum exercitu, collectis, conſultatum fuit, cuinam Reipublicæ cura demandanda eſſet? communi ſuffragio, JOVIANUS, *Varroniani*, domeſticorum Tribuni, filius, Imperator, an. 364, ſalutatur: turbatis autem jam rebus, & cohortibus inopia laborantibus, aliquoties a Perſis vincitur, quorum Regi, *Sapori*, inita pace ignobili, finibus Imperii mulctatus, nobiliſſimam Meſopotamiæ urbem, *Niſibin*, Romanorum hactenus propugnaculum, adverſus Parthos & Perſas, totiusque Provinciæ magnam partem tradere cogitur, quod nunquam contigit, ex quo Imperium conditum erat, ſequenti anno 365, *Dadaſtanæ*, in Bithyniis, has res relinquens. Vid. *Sexti Rufi Breviarium*, cit. §. 29, pag. 65, & 66; *Oroſius*, l. c., cap. 31, p. 571, & 572; *Ammianus Marcell.*, lib. XXV, p. 319, & lib. XXVI, pag. 349; *Eutrop.*, l. c., cap. IX, pag. 271, &c.; *Zoſimus*, l. c., cap. XXX, &c., p. 326 ad 341; *Hieronymus*, l. c., ad an. 365, p. 185; *Philoſtorgius*, lib. VIII, *Hiſt. Eccl.*, cap. 1; *Socrates*, lib. 3, cap. 22, pag. 195, & cap. 26, pag. 205; *Sozomenus*, lib. 6, cap. 3, p. 639, & cap. 6, pag. 644; *Theodoretus*, lib. 4, cap. 1, pag. 107, &c.; *Idacius*, l. c., ad an. 364; *Caſſiodorus*, *Hiſt. Tripart.*, lib. 7, cap. 1, pag. 107, & in *Chronico*, l. c.; Auctor vitæ *Divi Germani de Rota*, Epiſcopi Eccleſiarum de *Flamanvilla & Carteret*, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, pag. 716; *Nicephorus Calliſtus*, lib. 10, cap. 38, pag. 612, & lib. 11, cap. 1, p. 621.

(6) Variis iterum de Succeſſore habitis ſermonibus, unanimi conſenſu, Prætorio Præfectus, *Salustius*, electus, ſenectutis ob incommoda, laborantibus rebus ſe ſuffecturum negabat: Filium poſtulantibus, Reipublicæ molem virum præſtantiſſimum, nec juvenem requirere, reſpondit. Demandatum ergò *Nicææ*, an. 365, Imperium VALENTINIANO, Cibalo-Pannonio, Viro, *Paulo Diacono* Auctore, lib. XII, de *Romanorum Geſtis*, p. 155, &c., Magnanimo, præſenti ſemper fortuna meliori, prudentia, temperantia, fortitudine, juſtitia, militari experientia, & magnitudine corporis, præfulgenti, eruditionis licet alias omnis experti, qui, ſub *Juliano* Apoſtata Tribunus ſcutariorum, aut immolare idolis, aut militia excedere juſſus, Deum timens, ſponte diſceſſit, ſed &, retribuente Deo, purpuram reportavit; Conſtantinopolim

profectus, fratem VALENTEM in Regiminis conſortium admiſit, cedens ei *Oriente*, ad *Ægyptum* usque, *Bithynia* & *Thracia; Illyricas* urbes, *Italiam*, Nationes *Tranſalpinas*, *Hiſpaniam*, *Britanniam*, totamque *Africam* ipſe ſortitus, diviſa ſic altera vice Republica. Vid. *Ammianus Marcellinus*, l. c., lib. XXV, pag. 317, qui *Salutio* nomen *Salluſtii* tribuit, & lib XXVI, p. 333. ad 338: *Zoſimus*, l. c., cap. 36, pag. 341, & 342; *Hieronymus*, l. c., ad an. 365, p. 186; *Oroſius*, l. c., lib. VII, cap. 32, p. 572, &c.; *Socrates*, lib. 4, cap. 1, pag. 210; *Sozomenus*, lib. 6, cap. 6, pag. 644; *Theodoretus*, lib. 4, c. 5, p. 111; *Idacius*, l. c.; *Jornandes*, lib. 1, de *Regnorum Succeſſione*, apud *Sylburgium*, Tom I *Rerum Romanarum*, p. 651; *Caſſiodorus*, *Hiſt. Tripart.*, lib. 7, cap. 7, p. 112; *Paulus Diaconus*, l. c., p. 155 ad 159; *Nicephorus Calliſtus*, l. c., lib. 11, cap. 1, pag. 621, &c. *Valentis* Imperium citò turbatum fuit. *Gothi* uamque, trans Danubium habitantes, inteſtino bello inter ipſos orto, duas in partes dirempti ſunt: quarum alteri *Fritigernus*, alteri *Athanaricus* præerant; prævalente *Athanarico*, confugiens ad Imperatorem *Fritigernus*, auxilia Romanorum imploravit, quorum beneficio copias *Athanarici* feliciter etiam in fugam conjecit, inque Cæſaris gratiam Arianæ Sectæ dogmata amplexus eſt. Non multo poſt, redintegrata invicem amicitia, *Gothi*, à vicinis Barbaris, *Hunnis*, bello ſuperati, ſuisque pulſi ſedibus, ad Romanorum ditionem tranſvecti, ſamulaturos ſe Imperatori, &, quidquid imperatum fuerit, facturos ſe, pollicentur, modo incolenda ipſis loca concederet; *Valens*, perpetuum hoc modo militem limitaneum, tutosque habiturum fines arbitratus, *Thraciam* eis dari jubet, de ſupplendo in poſterum Romanæ militiæ numero parum ſollicitus. Verum, hanc eandem ob cauſam, Reſpublica, brevi poſt, inſignem fortunæ cataſtrophen experta fuit. Barbari enim, acceptâ Thraciâ, felicitate ſua moderate uti neſcientes, ipſos benefactores bello aggreſſi, cuncta, per *Thraciam*, & finitimas regiones, ſubverterunt. Quo perturbatus nuncio Cæſar, confeſtim *Antiochia Conſtantinopolim* ſe confert, ubi, die tertio Kalendas Junias, Conſulatu ſexto, Populum ingenti affectum mœſtitia offendit, eò quod Thraciam depopulantes Barbari ipſa quoque Conſtantinopoleos ſuburbana vaſtaſſent; accedente ſubditorum murmure, cum Equeſtre ageretur certamen, alta voce clamantium: *Da nobis arma*, *ipſi pugnabimus;* Urbe tandem indignabundus, die tertio Idus Junii, egreditur, Barbarosque, procul repulſos, ad *Adrianopolim* usque perſequitur. Ibi autem, die tertio Idus Auguſti, cum hoſtibus congreſſus, miſerè vitam finit. Vid. *Hieronymus*, l. c., ad an. 379, p. 188, ubi: *Deſerente Equitum præſidio*, *Romanæ legiones à Gothis cinctæ*, *usque ad internecionem cæſæ ſunt. Ipſe Imperator*, *Valens*, *quum ſagitta ſancius fugeret*, *&*, *ob dolorem nimium*, *ſæpe equo laberetur*, *ad cujusdam villulæ caſam deportatus eſt: quo perſequentibus Barbaris*, *& incenſa domo*, *ſepultura quoque caruit*, *&c.* Conf. *Ammianus Marcellinus*, lib. 31, pag. 490 ad 495, &c.; *Oroſius*, l. c., lib. 7, cap. 33, pag. 576, & 577; *Zoſimus*, lib. 4, cap. 3, &c., p. 346 ad 399; *Iſidorus*, *Hiſtor. Gothor.*, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, p. 62; *Socrates*, lib. 4, cap. 33, 34, 35, & 38, p. 251 ad 255; *Sozomenus*, lib. 6, cap. 37 ad 40, p. 696 ad 703; *Theodoretus*, lib. 4, cap. 31, p. 142; *Idacius*, l. c., ad an. 378; *Gregorius Turonenſis*, lib. I, cap. 37, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Gall.*, p. 22; *Caſſiodorus*, *Chron.*, p. 696, & lib. 8 *Hiſtor. Tripartitæ*, cap. 15, p. 139; *Nicephorus Calliſtus*, lib. XI, cap. 48, p. 699, &c.

(7) Animadvertens *Valentinianus*, Occidentis Imperator, Trans-Rhenanos Barbaros, ab obitu *Juliani*, cujus vel ſola nominis appellatione trepidaverant, ſat habere, ſi nemo eis, in nativo ſolo quieſcentibus, moleſtiæ quid exhiberet, ſuis interim continuò ſedibus egreſſos, ad inferenda Romanis arma, ſe parare, neceſſaria ad Rhenum Oppidis præſidia imponit. Vid. *Ammianus Marcellinus*, lib. 28, p. 392, & 393; *Zoſimus*, lib. 4, cap. 3, p. 348; Re tandem in prælium abeunte, Victores prius *Germani*, reſtauratâ pugnâ, octoginta millium ſuorum jacturam patiebantur, vix ſuperſtite, qui concivium ſtragem domum referret. Vid. *Zoſimus*, l. c., cap. 9, p. 361, &c. In ſpecie, eundem de *Saxonibus* triumphaſſe, docet *Oroſius*, l. c., lib. 7, cap. 32, p. 573, ubi: *Valentinianus Saxones*, *Gentem in Oceani litoribus*, *& paludibus inviis ſitam*, *virtute atque agilitate terribilem*, *periculoſam Romanis finibus eruptionem*, *magna mole*, *meditantem*, *in ipſis Francorum finibus*, *oppreſſit*, *&c.;* quæ *Paulus Diaconus*, in Addit. *Eutropiana*, Edit. Baſil., an. 1532, lib. 12, pag. 158, repetit. Hoſtibus debellatis, firmataque Celticarum Nationum ſecuritate, gravi Imperator morbo corripi cœpit; quo liberatus, ad Aulicorum Procerum orationem, GRATIANUM, filium, utut plenos pubertatis annos nondum ingreſſum, Anno 368, *Ambianis* Conſortem Principatus ſibi aſſociavit, ne Reſpublica detrimentum pateretur, ſi forte fragilitatis humanæ ſubiret fata. Vid. *Ammianus Marcellinus*, lib. 27, pag. 367, & 368; *Zoſimus*, l. c., cap. 12, pag 369, &c.; *Hieronymus*, *Contin. Chronici Euſebiani*, ad annum 368, pag. 186; *Idacius*, l. c., ad annum 367; *Caſſiodorus*, *Chron.*, pag. 696; *Jornandes*, de *Succeſſione Regnorum*, lib. I, apud *Sylburgium*, Tom. I *Scriptor. Roman.*, p. m. 651; *Paulus Diaconus*, de *Geſtis Romanorum*, lib. 12, p. 156. Biennio poſt, exigendo, ultra morem conſuetum, à ſubditis tributa, intolerabilis evaſit, civilibus hinc inde obortis motibus. Hac rerum facie, *Afri* Magiſtrum militum apud Mauros, *Firmum*, purpura amictum, impoſito capiti Ejus torque, Imperatorem ſalutabant, poſtea licet de clavo, parieti infixo, propriis mani-

Google

manibus ſuſpenſum. Allaturus malo remedium, cum Pannoniæ, Myſiæque Superioris terminos cuſtodientes Cohortes in Africam navigare juberet, *Sarmatæ, Quadique* iſtorum locorum Præſidi, *Celeſtio*, jam pridem infenſi, provincias iſtas invadentes, in vicinos usque *Iſtros* graſſabantur. *Quadi* inſuper, per Legatos, Imperatori verba modum excedentia denunciarunt, ob quæ indignatus, &, æſtuante ira, redactus propemodum ad inſaniam, ſanguine in os delapſo, *Brigitione*, in Illyrico, an. 376, ſpiritum emiſit. Vid. *Ammianus Marcellinus*, lib. 29, p. 430 ad 436, & lib. 30, p. 456, & 457; *Zoſimus*, l. c., cap. 16, & 17, p. 377 ad 381; *Oroſius*, l. c., pag. 574, & cap. 33, p. 575; *Hieronymus*, l. c., ad an. 376, pag. 187; *Socrates*, lib 4, cap. 31, pag. 249; *Sozomenus*, lib. 6, cap. 36, pag. 695; *Proſper Aquitanicus*, in *Chron.*, *Gratiano & Equitio* Coſſ., apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, p. 44; *Idacius*, l. c., ad an. 375: *Caſſiodorus*, *Chron.*, p. 696, & lib. 8 *Hiſtor. Tripart.*, cap. 11, p. 137; *Paulus Diaconus*, l. c., p. 159.

(8) *Gratiano* apud Occidentales Gallos commorante, Legionum Tribuni, *Merobaudes & Equitius*, fratrem Ejus natu minorem, VALENTINIANUM JUNIOREM, quinque annorum puerum, in Regiam deducunt, ornantque purpura. Secuta mox inter fratres Occidentalis Imperii ſubdiviſione, prout iis viſum, qui Principum, adhuc minorennium, res moderabantur, *Gratiano* Celticæ Nationes, Hiſpaniæ, & Britannia in portionem cedebant, *Valentiniano* Italia, Illyriis, totaque Africa attributis, an. 376. Vid. *Ammianus Marcellinus*, lib. 30, p. 463, & 464; *Oroſius*, lib. 7, cap. 32, p. 574; *Zoſimus*, lib. 4, cap. 19, p. 383; *Hieronymus*, l. c., ad an. 376, p. 187; *Socrates*, lib. 4, cap. 31, pag. 249, & lib. 5, cap. 2, pag. 260; *Sozomenus*, lib. 6, cap. 10, pag. 649; *Jornandes*, l. c., pag. 652; *Nicephorus Calliſtus*, lib. 12, cap. 1, pag. 705. Biennio poſt rediit *Alamannis* vindicandæ nuperæ cladis animus, aſt parum feliciori eventu, quandoquidem, apud *Argentariam*, Galliæ oppidum, denuo triginta amplius eorum millia, à *Gratiani* Exercitu, ſtrata ſunt; Vid. *Oroſius*, lib. 7, cap. 33, pag. 576; *Hieronymus*, l. c., ad annum 378, p. 187; *Proſper*, l. c: *Gratiano* IV. & *Merobaude* Coſſ.; *Caſſiodorus*, l. c., ſub eorundem Coſulatu; *Paulus Diaconus*, l. c., pag. 163, qui tamen locum prælii perperam *Argentoratum* vocat; Rectius B. *Rhenanus*: *Excidium Argentuariæ Colmariam nobis peperit, Allemannorum opus, diſtantem non multis ab eo paſſibus, & paulum ſubductam ab Ello flumine*; quibus addit *P. Bertius*, lib. 3 *Commentar. Rer. German.*, voc. *Colmaria*, p. 87: *Certè Argentuariam, cujus Ptolemæus, Eutropius, Antoninus, aliique meminere, evertit Attila, à Gratiano antea, ob victoriam à Suevis, atque Alemannis reportatam, ſatis nobilem; locus ejus fuit, ubi nunc eſt Harburgum, vicus cum ſacello B. Virginis, & arce, à Georgio, Comite Wirtenbergico, Richenwilæ Domino, exſtructa, ad quam hæc legitur Inſcriptio, facta ab eo, quem dixi, Rhenano: In ruinis veteris Argentuariæ, ab Allemannis, in hanc Provinciam irrumpentibus, funditus everſæ, Harburgum ipſi dictitabant, Gratiani victoria, cæſis haud procul hinc triginta quinque Alemannorum Lentienſium millibus, Anno à Chriſto nato 380, ut B. Hieronymus auctor eſt, nobilitatæ, Antonino Cæſari, Ptolemæo, Marcellino, aliisque commemoratæ, Clariſſimus Princeps, Georgius, Comes à Wirtenberg, hoc ædificium exſtrui fecit, Anno 1543, ſane quam multis Romanæ vetuſtatis monumentis, dum fundamenta locantur, repertis erutisq. Ex hujus igitur ruinis, ut ſunt humana, crevit Colmaria, quæ antea non videtur fuiſſe niſi forum carbonarium, &c.* Conf. *Meriani Topograph. Alſatiæ*, p. 12; *Hofmanni Lexicon univerſ.*, voc. *Argentuaria*, p. 171; *Corvini Fons Latinitatis*, part. 2, voc. *Colmaria*, p. 128, & 129; Clariſſ. Dn. *Cellarius*, *Geograph. Antiqu.*, lib. 2, c. 3, p. 192, & 193.

(9) Mortuo, ut dictum, an. 379, *Valente*, *Gratiani* Patruo, Orientis Imperatore, impar adminiſtrandis rebus *Gratianus*, THEODOSIUM, Cauca-Gallicium, militaris Imperii haud ignarum hominem, an. 380, 17 Cal. Febr., *Auſonio & Olybrio* Coſſ., apud *Syrmium* Pannoniæ, Collegam ſibi aſciſcit, tradito Ei, cum *Thracia*, *Orientis* Regno, tertia ſic vice diviſo in *Orientale & Occidentale* Imperio, Ipſe ad Occidentales Gallos, quorum Provincias Alamanni populabantur, rediens. Vid. *Oroſius*, lib. 7, Cap. 34, pag. 579; *Iſidorus*, l. c., pag. 62; *Zoſimus*, lib. 4, Cap. 24, pag. 400, &c.; *Socrates*, lib. 5, Cap. 2, pag. 260; *Sozomenus*, lib. 7, Cap. 2, pag. 705, &c.; *Marcellinus Comes*, Chron., apud *Scaligerum*, Edit. an. 1658, p. 34; *Proſper Aquit.*, *Contin. Chron. Euſebio-Hieronymiani*, ap. *Scaligerum*, Edit. 1658, ad an. 380, pag. 188; *Gregorius Turonenſis*, lib. I, cap. 38, pag. 22; *Caſſiodorus*, lib 9 *Hiſtor. Tripart.*, cap. 4, pag 141; *Jornandes*, de *Succeſſione Regnorum*, lib. I, apud *Sylburgium*, Tom. 1 *Scriptor. Rer. Roman.*, pag. 652; *Paulus Diaconus*, l. c., pag. 164.

(10) Novus hic Imperator *Thraciam* purgare ſtudens ab ingentibus Trans-Iſtrianorum *Scytharum*, *Gothorum* ſcil., *Alanorum*, *Taifalorum*, aliarumque Gentium copiis, quæ, ſub *Valente* Auguſto, ab *Hunnis* poſſeſſionibus mulctatæ, loca iſta, publica partim auctoritate, partim perfidè, *Fritigerno & Athanarico* Ducibus, occupaverant, arma arripit, pulſisque ſecundo Marte hoſtibus, *Conſtantinopolim* Victor intrat, &, *Gratiano* procurante, fœdus cum *Athanarico*, an. 381, pangit, Romanorum fines nullatenus infeſtaturum ſe, ſpondente. Vid. *Oroſius*, lib. 7, cap. 34, pag. 579, *Proſper*, l. c., ad an. 380, & 381, pag 188; *Zoſimus*, lib. 4, cap. 25, pag. 401, &c.; *Socrates*, lib. 5,

Digitized by Google

cap. 6, pag. 262. Hæc dum aguntur, ſecundo Danubio, per Pannoniam vecti *Germani*, quibus, ſub *Allotho* & *Saſrace* militantibus, *Gratianus* Imperator, ut Regiones Celticas crebris eorum incurſibus ſubduceret, Pannoniæ, Myſiæque Superioris adeundæ fecit poteſtatem, in Epirum irrumpunt, Græcasque, *Acheloo* transmiſſo, aggredi Civitates cogitant: Ne verò à tergo quem haberent, ipſorum conatui impedimento futurum, *Athanaricum* prius longè removere decernunt, nec ſpe fruſtrati; nam copias ejus non ſolum undique profligarunt, ſed & Principem ipſum fuga ſalutem quærere coëgerunt, qui, fœderis memor, ad *Theodoſium*, Conſtantinopolim ſe contulit, ubi, an. 383, peramanter exceptus, pauloque poſt mortuus, Regia ſepultura donatus eſt. Quam Cæſaris benignitatem Scythæ reliqui, qui adhuc Imperii hoſtes erant, ita admirati ſunt, ut, ſubjectione ſpontanea, Romanorum dominationi ſe ſubderent. Vid. *Oroſius*, l. c., pag. 580; *Zoſimus*, lib. 4, Cap. 34, pag. 425, &c.; *Iſidorus*, l. c., pag. 63; *Ammianus Marcellinus*, lib. 27, pag. 366; *Socrates*, lib. 5, cap. 10, pag. 267; *Proſper*, l. c., ad an. 383; *Idacius*, l. c., pag. 14. qui *Athanarici* obitum an. 381, *Syagrio* & *Eucherio* Coſſ., & Gothorum ſubjectionem, an. 382, ſub *Antonii* & *Syagrii* Conſulatu, contigiſſe ſcribit; *Caſſiodorus*, Chron., p. 696; *Paulus Diaconus*, l. c.

(11) Non diu poſt, *Gratianus* Auguſtus, ob Alanos quosdam transfugas, quos, militum numeris adſcriptos, largiter muneribus cohoneſtabat, tantique æſtimabat, ut, nulla ſuorum militum ratione habita, maximi eis momenti res crederet, in acerbum odium apud exercitum venit; in primis deſuper ſtomachabantur Britannicis in Inſulis conſtituti, adeò, ut, concordi eorum ſententia, *Gratiano* bello adverſus *Alamannos* occupato, MAXIMUS, Hiſpanus, *Theodoſii* Principis in Britannia commilito, invitus propemodum, an. 385, Imperator ſalutaretur; qui, purpura etiam amictus, ad Gallias mox transfretavit, *Trevíris* ſedem figens. Subita cujus incurſione perterritus *Gratianus*, clam in Italiam tranſire conſultum ducit, enim verò à Magiſtro Militum, *Merobaudo*, Pariſiis proditus, & aufugiendo *Lugduni* captus, ab *Andragathio*, *Maximi* belli Duce, ibi interficitur. Vid. *Oroſius*, l. c.; *Socrates*, lib. 5, cap. 11, pag. 270; *Sozomenus*, lib. 7, cap. 13, pag. 720; *Theodoretus*, lib. 5, Cap. 12, pag. 155; *Proſper*, l. c., ad an. 385, pag. 189; *Zoſimus*, l. c., cap. 35, pag. 429, &c.; *Marcellinus Comes*, l. c., pag. 35; *Gregorius Turonenſ.*, lib. I, Cap. 38, pag. 23; *Caſſiodorus*, lib. 9 *Hiſtor. Tripart.*, Cap. 20, & 21, pag. 149, & in *Chronico*, pag. 697; *Jornandes*, l. c., p. 652; *Paulus Diaconus*, l. c., p. 165; *Nicephorus Calliſtus*, lib. 12, Cap. 19, & 20, pag. 730 ad 732.

(12) Remoto *Gratiano*, ictoque in ſpeciem, *Maximum* inter & *Theodoſium*, fœdere, Imperatorio titulo utrique communi, prior *Valentinianum* quoque Regno exuere meditatur: obducendo conſiliis velamine, firmiorem pacem contrahendam proponens, Barbaris *Thraciam*, cum *Illyrico*, interum infeſtantibus. Delegat *Aquilejâ Valentinianus*, qui *Maximum* de amicitiæ nexu redderent certiorem. Ille, rem ſibi gratiſſimam ſimulans, *Domninum*, Oratorem, viciſſim honore & muneribus ſatiat, inſuperque exercitus partem, auxilio quaſi adverſus Barbaros, re vera, per Alpes viam in Italiam expiſcatum, *Valentiniano* mittit, ſicuti & omni cum celeritate, nemine præpediente, an. 389, Italiam ingreſſus copias *Aquilejam* duxit, *Valentiniano* vix Theſſalonicam aufugiente. Detecta fraude, advolat *Theodoſius* ex Oriente, junctusque *Valentiniano*, ad internecionem cædit *Maximi* exercitum; Quem ipſum, tertio ab *Aquileja* lapide, captum, indumentis regiis ſpoliari, & carnifici tradi jubet, filio Ejus, *Victore*, quem Pater, Cæſaris dignitate ornatum, apud Tranſalpinas Gentes reliquerat, eodem mandante, à Magiſtro Militum *Arbogaſte*, è Francorum Gente oriundo, ne novos motus moliretur, itidem occiſo, reſtituta ſic *Valentiniano* Republica, prout Parens Ejus eam habuerat, præter quod *Theodoſius* Eidem res Italicas, Celticas, aliasque Imperii ſui diſponendas permiſerit. Vid. *Oroſius*, lib. 7, Cap. 35, p. 581, &c.: *Zoſimus*, lib. 4. cap. 37, pag. 436, &c., & Cap. 42 ad 47. pag. 452 ad 467. &c.; *Socrates*, lib. 5, Cap. 12, & 14, pag 271 ad 273; *Sozomenus*, lib. 7, cap. 14. pag. 722; *Theodoretus*, lib. 5, cap. 12, pag. 155; *Marcellinus Comes*, l. c., pag. 35, & 36; *Idacius*, l. c., ad an. 388, pag. 14; *Proſper*, l. c., ad an. 389; *Caſſiodorus*, lib. 9 *Hiſt. Tripart.*, cap. 23, pag. 150; *Paulus Diaconus*, lib. 13, pag. 166. Sublato è medio Tyranno, *Arbogaſtes* adverſus *Valentinianum* juſto in dies factus liberior, eo tandem Principem adegit, ut Magiſtratum Ei abrogaret. Jam nova factio. Perdendo Imperatore, commendat, multis nominibus, *Richomeris*, è Procerum Francorum numero, *Arbogaſti*, Oratorem quendam, *Eugenium*, qui, homo audax, relicta Schola, ſcriniorum Magiſterium apud Imperatorem meruit, petens, ut eo in primis familiaribus uteretur. Contractâ amicitiâ, offert *Arbogaſtes* amico Imperium, eoque annuente, adit Imperatorem, apud *Viennam* Allobrogum, ludicra cum militibus quibusdam exercentem, Eumque, an. 393, fracta gula, facinoroſus necat, EUGENIUM Imperatorem declarans, omnibus ſpem bonam de eo concipere juſſis. Vid. *Oroſius*, l. c., pag 583; *Zoſimus*, lib. 4. cap. 53, & 54, pag. 480, &c.; *Socrates*, lib. 5, cap. 25, pag. 293, & 294; *Sozomenus*, lib. 7, cap. 22, pag. 739; *Idacius*, l. c., ad an. 392; *Proſper*, l. c., ad an. 392; *Caſſiodorus*, *Chron.*, l. c., pag. 697; *Jornandes*, l. c., pag. 652; *Nicephorus Calliſtus*, lib. 12, cap. 38, pag. 766.

(12) De FRANCORUM ORIGINE hic aliquid dicendum. Quæ *Gregorius Turonenſis*, vel quisquis Author eſt, lib. de *Geſtis Regum Francorum*, quatuor Capi-

Digitized by Google

Capitibus prioribus, apud *Freherum*, Tom. I *Scriptorum Rerum Franc.*, p. 57, & 58; Auctor *Geſtorum Francorum epitomatorum*, Cap. 2, ibidem, pag. 93; *Hincmarus Remenſis*, in *Vita S. Remigii Remenſis*, cap. XXIX, apud *Surium*, de *Vitis Sanctorum*, XIII Januar., pag. 193; Auctor *Chronici Regum Francorum*, anno 855 florens, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth.* MS., pag. 330; *Aimoinus*, ejusdem ætatis ſcriptor, lib. I, de *Geſtis Francorum*, cap. 1, 2, & 3, apud *Freherum*, l. c., Tom. 2, p. 254, & 255; *Ado Viennenſis*, ætat. 6, *Chronic.*, pag. 153; *Ademarus Chabannenſis*, Monachus *S. Eparchii Engolismenſis*, in Chronico, ad annum 1029 deducto, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, pag. 151, cap. 1; *Ivo Carnotenſis*, ſub initium *Chronici*, de *Regibus Francorum*, apud *Freherum*, l. c., Tom. I, pag. 51; *Sigebertus Gemblacenſ.*, ad an. 385, *Otto Friſingenſis*, lib. IV *Chronic.*, cap. 32, p. m. 98; *Gotfridus Viterbienſis*, part. XVII Chronicorum, pag. 431; *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. I, de *Geſtis Regum Anglorum*, p. m. 24, & 25; *Henricus Huntindonienſis*, lib. VII *Hiſtoriarum*, in vita *Henrici* 2, Regis Angliæ, p. m. 383; *Rogerus de Hoveden*, part. I *Annal. Angl.*, ad an. 1127, p. m. 478; *Conradus Urſpergenſis*, Chron., p. m. 66; *Albericus*, Monachus *trium Fontium*, Chron., ad an. 389, p. m. 30; multique recentiorum, de ea, in medium proferunt, ſcil., artibus *Ulyſſis*, expugnata, an. Mundi 2788, à Græcis *Troja*, Regem *Trojanorum*, *Æneam*, aufugiſſe in Italiam, &, ex Ejus Principibus, *Priamum* & *Antenorem*, cum duodecim millibus ſuperſtitibus, altum petiiſſe Mare, tándemque *Tanais* fl. ingreſſos oſtia, *Meotides* paludes transmeaſſe, & in Pannoniorum finibus, arridente locorum amoenitate, caſtra metantes, ædificaſſe Civitatem, *Sicambriam* dictam, imperante poſtmodum *Valentiniano* Auguſto, in auxilium vocatos à Cæſare, contra atrociſſimam *Alanorum* Gentem, dictis paludibus inſidentem, inde eam pepuliſſe, obtenta, præter *Francorum* nomen, *Attica* lingua *ferocem* denotans, (*Aimonio*, l. c., cap. 2, pag. 255, *Henrico Huntindonienſi*, l. c., aliisque etymon a *Francione* quodam, eorum Duce, derivantibus,) in remunerationem, decem annorum tributi remiſſione, iisque finitis, cum conſuetas exactiones repetentibus Romanis denegaſſent, hique propterea irati in eos vertiſſent arma, quorum impetum ſuſtinere non valerent, occiſo *Priamo*, mutata ſede, extremas *Rheni* oras, *Marcomiro*, *Priami*, & *Sunnone*, *Antenoris* filiis, Ducibus, appuliſſe, ibique *novam Sicambriam* condentes, Germaniarum Oppida inhabitaſſe, donec, unanimi conſenſu, crinitum ſuper ſe Regem, *Pharamundum*, *Marcomiri* filium, levaſſent; à vero aliena eſſe, poſt *Hermannum*, *Comitem Neuvenan*, *Cranzium*, lib. I *Saxon.*, cap. XVI, *Pontanum*, lib. 2, de *Orig. Franc.*, Cap. 5, & lib 3, cap. 2, & 3, *Marquardum Freherum*, in Notis ad *Petrum de Andlo*, lib. I, c. 15, *Gryphiandrum*, *de Weichbildis*, cap. 56, §. 9, &c., p. 140, *Carolum Cointium*, *Annal. Eccleſ. Franc.*, ad an. 417, aliosque, Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, in *Lemmatibus Antiquitatum Francicarum*, an. 1679, Wittebergæ publicê ventilatis, §. X, pag. 6, Conſultiſſ. Dn. *Gundlingius*, Diſſert. de *Statu Reipublicæ Germanicæ ſub Conrado* I, an. 1706, Hallæ habita, §. I, lit. b, pag. 2, &c., & Dn. *M. Petrus Janichius*, Luſatus, Diſſert. de *Clodoveo Magno*, *Wittembergæ*, An. 1704, defenſa, *th.* I, (*Sicambriam*, ad Rheni fluenta, perperam cum *Sicambria* quadam Orientali, ſimiliter *Priamum*, *Marcomiri* Patrem, & *Pharamundi* Avum, de quo *Proſper*, in *Chronico*, Edit. Vulg., ad annum quartum, ab obitu *Valentis* Auguſti, i. e. à N. C. 383, ait: *Priamus quidam regnat in Francia, quantum altius colligere potuimus, &c.*, cum *Priamo*, Trojanorum Rege, confundi, oſtendentes) probatum dederunt. Nec firmiori fundamento nituntur, quæ *Sulpitius Alexander*, lib. 3 *Hiſt. Regum Francorum*, apud *Gregorium Turonenſem*, lib. 2 Hiſt., Cap. IX, pag. 34, de adventu Francorum in Germaniam memoriæ prodidit, inquiens: *Eo tempore*, (quo *Maximus*, Tyrannus, à *Valentiniano* & *Theodoſio*, Imperatoribus, apud Aquilejam, male habitus,) *Genobaldo*, *Marcomere*, *&* *Sunnone Ducibus, Franci in Germaniam prorupere, ac, pluribus mortalium, limite inrupto, cæſis, fertiles maxime pagos depopulati, Agrippinenſi etiam Coloniæ metum incuſſere. Quod ubi Treveros perlatum eſt, Nannius, & Quintinus, Militiæ Magiſtri, quibus infantiam filii*, (Victoris) *& defenſionem Galliarum Maximus commiſerat, collecto exercitu, apud Agrippinam convenere. Sed onuſti præda hoſtes, Provinciarum opima depopulati, Rhenum tranſiere, pluribus ſuorum in Romano relictis ſolo, ad repetendam depopulationem paratis, cum quibus congreſſus Romanis accommodus fuit, multis Francorum, apud Carbonariam, ferro peremptis. Cumque conſultaretur de ſucceſſu, an in Franciam tranſire deberent? Nannius abnuit, quia non imparatos, & in locis ſuis indubie fortiores futuros, ſciebat. Quod cum Quintino, & reliquis Viris militaribus diſplicuiſſet, Nannio Mogontiacum reverſo, Quintinus, cum exercitu, circa Nivifium* (Noveſium, Neus) *Caſtellum, Rhenum transgreſſus, ſecundus* (ſejunctis) *à fluvio Caſtris, caſas habitatoribus vacuas, atque ingentes vicos deſtitutos offendit. Franci enim, ſimulato metu, ſe in remotiores ſaltus receperant, concidibus per extrema ſilvarum procuratis. Itaque univerſis domibus exuſtis, in quas ſævire ſtoliditas ignava victoriæ conſummationem reponebat, noctem ſollicitam milites, ſub armorum onere, duxerant. Ac primo diluculo, Quintino prælii Duce, ingreſſi ſaltus, in medium ferè diem, implicantes ſe erroribus viarum, toto pervagati ſunt; tandem, cum ingentibus ſeptis omnia à ſolido clauſa offendiſſent, in paluſtres campos, qui ſilvis jungebantur, prorumpere molientibus hoſtium rari apparuere: qui conjunctis arborum truncis, vel concidibus ſuperſtantes, velut è faſtigiis turrium, ſagittas, tormentorum ritu, effudere, illitas herbarum venenis, ut ſummæ cuti, neque letalibus inflicta locis vulnera haud dubiæ mortes ſequerentur. . . . . perturbatis ergo ordinibus, cæſæ Legiones; Heraclio, Jovinianorum Tribuno, ac pene omnibus, qui militibus præerant, extinctis, paucis effugium tu-*

ſum nox & latibula ſilvarum praſtiere, &c.; Item lib. IV: *Eo tempore* (quo Victor, Maximi filius, interfectus, adeoque an. 389) *Carietto & Syrus, in locum Nanneni, ſubrogati, in Germania, cum exercitu, oppoſito Francis, diverſabantur, &c.*, paucisque interjectis, ubi Francos de Germania prædas tuliſſe recenſet: *Nihil Arbogaſtes* (profugus ad Romanos) *differre volens, commonet Cæſarem, pœnas debitas à Francis exigendas, niſi univerſa, quæ, ſuperiori anno, cæſis Legionibus, diripuerant, confeſtim reſtituerent, auctoresque belli traderent, in quos violatæ pacis perfidia puniretur, &c.*; Rurſus, neceſſitates *Valentiniani* Imperatoris deſcribens: *Dum diverſa in Oriente, per Thracas, geruntur, in Gallia ſtatus publicus perturbatur. Clauſo apud Viennam, Palatii ædibus, Principe Valentiniano, & pene infra privati modum redacto, militaris rei cura Francis ſatellitibus tradita, civilia quoque officia transgreſſa in conjurationem Arbogaſtis, nullusque ex omnibus, ſacramentis militiæ obſtrictus, reperiebatur, qui familiari Principis ſermoni, aut juſſis obſequi auderet, &c.*; & iterum docens, quod, eodem anno, *Arbogaſtes, Sunnonem & Marcomerem, Sub-Regulos Francorum, Gentilibus odiis inſectans, Agrippinam, rigente maxime hyeme, petiit, ratus, tuto omnes Franciæ receſſus penetrandos, urendosque, cum, decuſſis foliis, nudæ atque arentes ſilvæ inſidiantes occulere non poſſent. Collecto ergo exercitu, transgreſſus Rhenum, Bricteros ripæ proximos, Pagum etiam, quem Chamavi incolunt, depopulatus eſt, nullo unquam occurſante, niſi quod pauci ex Ampſivariis, & Chattis, Marcomere Duce, in ulterioribus collium jugis apparuere. .... Dehinc Eugenius, Tyrannus, ſuſcepto expeditionali procinctu, Rheni limitem petit, ut, cum Alamannorum & Francorum Regibus vetuſtis fœderibus ex more initis, immenſum ea tempeſtate exercitum Gentibus feris oſtentaret, &c.*; Quæ etiam ſententia Auctoribus, modo nominatis, quibus omnibus perſuaſum eſt, *Francos, Valentiniano* Imperatore, primum in Germaniam prorupiſſe, & quidem ad *Coloniam* usque *Agrippinam*, occurrentibus eis *Nannio & Quintino*, Militum Magiſtris, primum apud *Carbonariam* Victoribus; Victoriam vero proſequente *Quintino*, &, militiæ Romanæ Principibus, *Heraclio & Jovíniano*, accedentibus, reſtaurata pugnâ, tantam Francos, *Heraclio & Joviniano* in fugam conjectis, edidiſſe ſtragem, ut cunctis in circuitu Nationibus, hæc audientibus, terrorem virtutis ſuæ incuterent: hæc, inquam, non minus ſubleſtæ ſunt fidei, quandoquidem *Francos* non ſolum diu antea, tempore ſcil. *Diocletiani & Maximiani*, Imperatorum, in *Germania* jam habitaſſe, *Eutropii* auctoritate probari queat, cujus lib. IX *Hiſtoriæ Romanæ*, *Flavio Valenti* Auguſto dedicatæ, Cap. XIII, §. 5, p. m. 236, & 237, hæc ſunt verba: *Per hæc tempora* (quibus *Diocletianus* Imperator, ad ſubigendos *Amandum & Ælianum*, *Bagaudarum*, id eſt, tumultum in Gallia concitantium ruſticanorum Duces, *Maximianum Herculium* Cæſarem, levibus prœliis agreſtes domantem, pacemque Galliæ reformantem, miſerat,) *etiam Carauſius, qui viliſſime natus, in ſtrenuæ militiæ ordine famam egregiam fuerat conſecutus, cum apud Bononiam, per tractum Belgicæ & Amoricæ, pacandum mare accepiſſet, quod FRANCI & Saxones infeſtabant, multis Barbaris ſæpe captis, nec præda integra aut Provincialibus reddita, aut Imperatoribus miſſa, cum ſuſpicio eſſe cœpiſſet, conſulto ab eo admitti Barbaros, ut tranſeuntes cum præda exciperet, atque hac ſe occaſione ditaret, à Maximiano juſſus occidi, purpuram ſumſit, & Britannias occupavit, &c.*; & iterum, lib. X, cap. 2, §. 8, &c., p. 249, & 250: *Inde ad Gallias profectus eſt*, (Herculius Maximianus) *dolo compoſito, tanquam à filio* (Maxentio) *eſſet expulſus, ut Conſtantino Genero jungeretur: moliens tamen Conſtantinum, reperta occaſione, interficere, qui in Galliis, & Militum & Provincialium ingenti jam favore, regnabat, cæſis FRANCIS atque ALAMANNIS, captisque eorum REGIBUS, quos etiam beſtiis, cum magnificum ſpectaculum muneris paraſſet, objecit, &c.*; conſentiente *Paulo Oroſio*, lib. VII, cap. 25, p. m. 553, ubi hæc leguntur: *Carauſius quidam, genere quidem infimus, ſed conſilio & manu promptus, cum, ad obſervanda Oceani litora, quæ tunc FRANCI & Saxones infeſtabant, poſitus, plus in perniciem, quam in profectum Reipublicæ ageret, &c.* Add. *Zoſimus*, lib. 3, cap. I, pag. 234, & cap. VI, pag. 252, ad ſeq. lit. q: ſed &, ex ipſorum Germaniæ Populorum numero eos fuiſſe, opuſculum D. *Hieronymi*, de Vita *S. Hilarionis*, Abbatis, cap. X, ap. *Aimoinum*, lib. 2, de *Geſtis Francorum*, cap. X, pag. 278, *Cranzium*, l. c., & *Surium*, 21 Octob., pag. 321, teſtatur; ibi: *Candidatus Conſtantii Imperatoris, rutilus coma, & candore corporis, indicans Provinciam*, (*inter Saxones quippe & Alamannos gens ejus, non tam lata, quam valida, apud Hiſtoricos Germania, nunc VERO FRANCIA vocatur*,) *antiquo, hoc eſt, ab infantia poſſeſſus à dæmone, qui noctibus eum ululare, ingemiſcere, fremere dentibus compellebat, ſecretò ab Imperatore evectionem petiit, &c.* Quo ſimul ex loco conſtat, *Francos*, etiam ſolos, ſpeciale *Germanorum* nomen retinuiſſe, ad ætatem usque dicti Viri ſancti. Nec confundi mallem *Francos* cum *Gallis*, de quibus *Ammianus Marcellinus*, lib. XV, p. m. 55, ait: *Ajunt quidam, paucos, poſt excidium Trojæ, fugitantes Græcos, ubique diſperſos, loca hæc* (Galliæ) *occupaſſe, tunc vacua, &c.*, quæ recentiores malè de *Francis* interpretati ſunt, longè poſt demum *Gallias* legibus ſuis ſubjicientibus. Omnino huc faciunt, quæ Illuſtr. Dn. *Coccejus*, in *Prolegomenis Jur. Publ. Prudent.*, §. 20, pag. 13, &c., hanc in rem collegit; add. Dn. *Janichius*, Diſſert. de *Clodoveo Magno*, *t.* 1. Id interea verum eſt, *Francos* ſubinde ſuos dilatari terminos curaſſe, Gentium cæterarum exemplo, teſte vel ſola expeditione ſupradicta, *Valentiniano* imperante, *Coloniam* verſus *Agrippinam*, quam magna Romanorum ſecuta clades: Nondum autem exinde ſequitur, eos nec Germanos fuiſſe, neç antea in Germania habitaſſe. Jam ad priora.

(14) Facinore patrato, *Theodoſii* Conjux, *Galla*, *Valentinianum* fratrem deplorans, totam Aulam turbavit. Ipſe Princeps moerore confectus magno, quod Affinem, & Imperii conſortem tali modo amiſerit, vindictam coquere meditabatur. Conſultationis tempore advolat *Rufinus* Athenienſis, *Eugenii* Legatus, quæſitum: Num Ejus Co-Imperium adprobaret, numve rejiceret? anxius hærens Cæſar clam in auxilium vocat Barbaros, ad amicitiam, bellorumque admiſſos ſocietatem, cum Imperium auſpicaretur, decepto interim, munerum mole, & verbis, Legato. Rebus bene ordinatis, & Oriente, ſub Aulæ præfecto, *Rufino*, curæ ARCADII filii, renunciati Imperatoris, demandato, arripit, an. 394, arma, Romanis exercitibus *Timaſium & Stelichonem*, neptis ſuæ ex fratre maritum, Duces præficiens, *Gaino & Saulo* fœderatos Barbaros moderantibus. Alpium aditu præter ſpem potitus, inopinato adventu ad fluvium, quem *Frigidum* vocant, ab *Aquileja* triginta ſex millibus paſſuum diſtantem, hoſtes circumvenit. Sed ecce! commiſſa pugna cadunt *Theodoſiani* catervatim; ubi vero, noctis interventu, exercitus ſe recollegiſſent, elatusque, ob res proſpere geſtas, *Eugenius*, dona in bene meritos diſtribuiſſet, cœnandi poteſtate Tribunis conceſſa, ac ſi de hoſte jam actum foret, adpetentem conſpicatus auroram *Theodoſius*, ſigno belli dato, faventeque æthere, ſpirantibus in eorum perniciem ventis, univerſis cum copiis feroces hoſtes, magna in Deum fiducia, bonam cauſam tuiturum, aggreditur, die octavo Idus Septembris necat, jugulat obvios quoscunque; abſciſſum *Eugenio* caput, longiſſimæ præfixum haſtæ in caſtris circumlatum, aſſeclis ejus, qui veniam admiſſorum efflagitabant, in gratiam receptis, ſolo *Arbogaſte* ad montes aufugiente, ubi tantorum malorum auctor, cum nullam ſpem ſalutis ſibi ſupereſſe intelligeret, ſuo ſe gladio jugulans, αὐτόχειρ periit. Operæ pretium eſt, audiri *Oroſium*, l. c., lib. VII, c. 35, p. 583, &c., prædicta ita deſcribentem: *Potentia Dei, non fiducia hominis, victorem ſemper exſtitiſſe Theodoſium, Arbogaſtes iſte præcipuum in utroque documentum eſt: qui & tunc, cum Theodoſio paruit, tantis inſtructum præſidiis Maximum ipſe minimus cepit: & nunc, cum, adverſus eundem Theodoſium, collectis* Gallorum Francorumque *viribus exundavit, nixus etiam præcipuo cultu idolorum, magna tamen facilitate ſuccubuit. Eugenius atque Arbogaſtes inſtructas acies campis expedierant, arcta Alpium latera, atque inevitabiles tranſitus, præmiſſis callidè inſidiis, occuparant: ut, etiamſi numero ac viribus impares, forent ſola tamen belli diſpoſitione victores. At vero Theodoſius, in ſummis Alpibus conſtitutus, expers cibi ac ſomni, ſciens, quod deſtitutus à ſuis, neſciens, quod clauſus alienis, Dominum Chriſtum ſolus, ſolum qui poſſet omnia, corpore humi fuſus, mente cœlo fixus, orabat; dehinc, poſtquam inſomnem noctem, precum continuatione, tranſegit, & teſtes propemodum, quas in pretium præſidii cœleſtis appenderat, lachrymarum lacunas reliquit, fiducialiter arma corripuit, ſolus ſciens, ſe eſſe non ſolum ſigno crucis tuendum, ſed & victoriam adepturum; ſigno crucis ſe muniens, ſignum victoriæ dedit, ac ſe in bellum, etiamſi nemo ſequeretur, Victor futurus immiſit. Prima ſalutis via extitit Arbitrio, hoſtilium partium comes, qui, cum ignarum Imperatorem circumpoſitis excepiſſet inſidiis, converſus ad reverentiam præſentis Auguſti, non ſolum periculo liberavit, verum etiam inſtruxit auxilio. At ubi ad contigua immiſcendæ pugnæ ſpatia perventum eſt, continuo magnus ille & ineffabilis turbo ventorum in ora hoſtium ruit. Ferebantur per aërem ſpicula miſſa noſtrorum, atque, ultra menſuram humani jactus, manu in aëre portata, nuſquam propemodum cadere, priusquam impingerent, ſinebantur. Porro autem turbo continuus ora pectoraque hoſtium nunc illis graviter ſcutis everberabat, nunc impreſſis pertinaciter obſtructa claudebat, nunc avulſis violenter deſtituta nudabat, nunc oppoſitis jugiter in terga trudebat: tela etiam, quæ ipſi vehementer intorſerant, excepta ventis, impetu ſupinata, ac retrorſum coacta, ipſos infeliciter configebant. Proſpexit ſibi humanæ conſcientiæ pavor: nam continuo ſeſe, parva ſuorum manu fuſa, Victori Theodoſio hoſtilis proſtravit exercitus, Eugenius captus, atque interfectus eſt. Arbogaſtes ſua ſe manu perculit, &c.* Jungamus adhuc D. *Auguſtinum*, lib. V, de *Civitate Dei*, cap. 26, Tom. V operum, p. m. 330, & 331; ubi, ad *Marcellinum*, hæc extant: *Contra cujus* (Eugenii) *robuſtiſſimum exercitum, magis orando, quam feriendo, pugnavit. Milites nobis, qui aderant retulerunt: extorta ſibi eſſe de manibus, quæcunque jaculabantur, cum, à Theodoſii partibus, in adverſarios vehemens ventus iret, & non ſolum, quæcunque in eos jaciebantur, concitatiſſime raperet, verum etiam ipſorum tela in eorum corpora retorqueret. Unde & Poëta Claudianus, quamvis à Chriſti nomine alienus, in Ejus tamen laudibus dixit:*

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad claſſica venti.

Conf. *Zoſimus*, lib. 4, cap. 55, &c., pag. 485 ad 494; *Claudianus*, Poëta, in *Panegyrico*, ad *Honorium* Cæſarem; *Socrates*, lib. 5, cap. 25, pag. 293; *Sozomenus*, lib. 7, cap. 24, pag. 741, &c.; *Theodoretus*, lib. 5, cap. 24, p. 166; *Marcellinus Comes*, l. c., pag. 36; *Proſper*, l. c., ad an. 394; *Caſſiodorus*, lib. 9 *Hiſt. Tripart.*, cap. 45. p. 162, & in *Chronico*, p. 697; *Nicephorus Calliſtus*, l. c., lib. 12, cap. 10, pag. 768, & ſeqq.

Sic Triumphator ingreditur *Theodoſius* Romam, ibique filium, HONORIUM, declarat Imperatorem, *Stelichone*, militum Præfecto, dato Ei tutore, ſubjectisque dominationi Ejus Italiæ Populis, Hiſpania, Celtica, & remotiſſimis Africæ ditionibus. Quibus, ritè diſpoſitis, cum Conſtantimopolim reverteretur, *Mediolani* obiit, an. 396. Vid. *Oroſius*, l. c., pag. 586; *Proſper*, l. c., ad ann. 394, & 396; *Zoſimus*, l. c., cap. 55, &c., pag. 485 ad 494; *Marcellinus* Comes, l. c., pag. 36; *Socrates*, l. c., lib. V, Cap. XXV, pag. 254, & Cap. XXVI,

Google

XXVI, p. 295; *Aurelius Victor*, Epitom.; *Sozomenus*, lib. 8, cap. 1, p. 753; *Theodoretus*, lib. 5, cap. 25, p. 168; *Caſſiodorus*, lib. 9 *Hiſt. Tripart.*, c. 50, p. 169; & in *Chronico*, p. 697; *Nicephorus*, l. c., lib. 13, c. 1, p. 787, &c.; *Paulus Diaconus*, l. c., lib. 13, p. 174.

(15) Imperatorum nomina præ ſe ferentibus *Arcadio*, & *Honorio*, *Theodoſii* filiis, reapſe Principatus poteſtas per Orientem, penes *Arcadii* Aulæ Præfectum, *Rufinum*, ſtabat, *Stelichonis* juſſa ſuſcipiente Occaſu; hac rerum facie, *Rufinus*, de paranda ſibi ad Imperium via, tradendaque Principi in matrimonium filia, cogitare cœpit, ſpe licet inani; *Stelicho* contra, ex *Maria* filia, factus *Honorii* ſocer, & Princeps ſimul copiarum, *Rufino* ſuccenſuit, poteſtatem parem ambienti, prætendens, à *Theodoſio* moribundo ſibi in mandatis datum, ut omni cura Principes ambos complecteretur. Metu ergo, ne *Stelicho* re vera in Orientem veniret, pepigit *Rufinus* clandeſtinum fœdus cum *Alaricho*, Gothorum Rege, cui, fines Imperii invaſuro, proſpera quæque ſucceſſura pollicetur. Hiſce inductus promiſſis, è *Thracia* in Macedoniam, Theſſaliamque deſcendit *Alarichus*, An. 401, interjectis omnibus excidio datis. Mandante inſuper *Rufino*, *Thermopylas* deſerentibus *Antiocho* Pro-Conſule, & *Gerontio* Arcium Præfecto, ruunt Gothi in Græciam, &, quicquid virilis ſexus eſſet, ætatisque puberis, interimunt, puellas cum opibus, ceu partam prædam, abigentes. Obviam iturus malo, appellit *Stelicho* Claſſem Peloponeſum, Barbaroſque in Epirum ſecedere cogit, *Rufino*, annitentibus *Eutropio* Eunucho, *Arcadio* Imperatori inter paucos chariſſimo, & *Gaine* Barbarorum Duce, qui rem peregit, per partes gladiis diſcerpto. Vid. *Oroſius*, l. c., lib. VII, cap. 36, & 37, pag. 586, &c.; *Hieronymus*, Epiſt. 3; *Philoſtorgius*, lib. 11, cap. 3; *Zoſimus*, lib. V, cap. 1, &c., pag. 498 ad 518; *Proſper*, l. c., ad ann. 397, & 401; *Iſidorus*, *Hiſt. Gothor.*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, p. 63; *Socrates*, lib. 6, cap. I, p. 299; *Sozomenus*, lib. 8, cap. 1, p. 754; *Caſſiodorus*, lib. 10 *Hiſt. Tripart.*, cap. 1, p. 164, & in *Chronico*, pag. 697; *Paulus Diaconus*, l. c.; *Nicephorus Calliſtus*, l. c., lib. 13, c. 1, p. 788. Facinore illato, ſuadet *Stelicho* Principi, convocare Senatum, cujus ſententia *Eutropius*, in cujus domum trucidati *Rufini* pecuniæ derivabantur, hoſtis Imperii eſſet declarandus; conſpirantibus in ejuſdem ruinam *Gildone*, totius ad Carthaginem pertinentis Africæ Duce, *Gaine*, *Rufini* occiſore, & *Tribigildo*, Barbaris Cæſari in Phrygia merentibus præfecto, varias Reſpublica experitur calamitates, *Tribigildo*, ſub ſpecie luſtrandi in Phrygia exercitus, Conſtantinopolim tendente, & totam Aſiam in extremum diſcrimen adducente. Hæc ubi *Arcadio* Principi nunciata eſſent, ſumma rerum committitur *Eutropio*, qui, ſolvenda factione, *Gainem* ipſum, cujus nutu omnia contigiſſe probe norat, & *Leonem* quendam, Duces deligit, hunc in Aſia, illum per Thraciam & Helleſpontum *Tribigildo* occurſuros. *Leone* vero congredi non audente, & *Gaine* nolente, *Tribigildus*, vaſtata penitus Phrygia, *Piſidiam* & *Pamphyliam* depopulaturus ingreditur, tantam ubique edens ſtragem, ut *Gaines* Imperatori diceret, niſi poſtulatis ejus aſſentiretur, perituram ſine dubio Rempublicam. Petierat autem *Tribigildus*, dari ſibi *Eutropium*, cum poteſtate in ipſum ſtatuendi, quidquid vellet. Dura lex! nihilominus ad incitas ferè redactus *Arcadius*, dimittit *Eutropium*, qui mox in *Cyprum* deportatus, apud *Chalcedonam* tandem jugulatur; *Gaine*, à *Frajuto*, ſemel in *Cherſoneſo* fuſo, & paulo poſt, in prælio cum *Ulde*, Hunnorum Principe, occiſo. Vid. *Zoſimus*, l. c., Cap. VIII ad XXII, pag. 519 ad 562; *Philoſtorgius*, lib. 11, Cap. 6, &c.; *Marcellinus Comes*, l. c., pag. 37; *Socrates*, lib. 6, c. 6, p. 305; *Sozomenus*, lib. 8, Cap. 4, p. 760; *Caſſiodorus*, lib. 10 *Hiſtor. Tipart.*, Cap. 4, & 6, p. 165, & 166; *Nicephorus*, l. c., lib. 13, C. 4, p. 795, &c. *Arcadii* mandatum, *de deportando Eutropio*, extat l. 17 *de Pœnis*, Cod. Theodoſ.

(16) Liberatus ab hoſtibus *Stelicho*, ſocium ſibi legens *Alarichum*, Gothorum Principem, cunctas in Illyriis Nationes *Honorii* Regno adjicere meditatur; aſt cognitis ejus conſiliis, *Rodogaiſus*, Scytha genere, immanitatis Barbaricæ feritati dedititiſſimus, & ex Trans-Iſtrianis, atque Trans-Rhenanis Celticis & Germanicis Nationibus collecti exercitus quadringentorum millium bellatorum Imperator, ad transeundum in Italiam verſa vice ſe parat. Surgente inde prælio, fundit *Stelicho*, An. 406, maſculè Barbaros, ipſumque *Rodogaiſum* in captivitatem abducit. Biennio poſt, *Conſtantinum* perduellem, ex Inſula Britannia tranſvectum, ad Tranſalpinas Gentes acceſſiſſe, & in Civitatibus pro Imperatore ſe jam geſſiſſe, ferente nuncio, proficiſcitur *Stelicho* Romam, de rebus agendis cum aliis conſulturus. *Alarichus* interim in Noricum uſque penetrat; de cujus moliminibus clam informatus *Stelicho*, in ſpeciem duntaxat percontatur conſcriptos Romæ Patres: Num bellum *Alaricho* eſſet declarandum? plurimis affirmantibus, in contrariam ipſe ſententiam ibat, contrahendæ cum eo pacis auctor. Placuit itaque Senatui, quatuor librarum millia, hoc titulo, ſolvi *Alaricho*, quod multi ſervitutis pactionem vocabant. Anno ſequenti 409, mortuo Imperatore, *Arcadio*, *Honorius* in Orientem proficiſci ſtatuit, THEODOSII Principis, adhuc pueri octo annorum, ſub quo, *Anthemius*, Prætorio Præfectus, ſummam rerum adminiſtrabat, Imperium ordinaturus, *Stelicho* eodem ire cupiens, deterret à propoſito Principem, in rationem adductis faciendorum in itinere ſumptuum mole, & *Conſtantini* rebellis fortuna, qua univerſam Galliam percurrendo jam *Arelati* degeret, quarum intuitu, nequaquam longius ab Italia, nedum Roma, abſcedendum, invaſuro facile *Alaricho*,

richo, homine perfido & barbaro, Provinciam ope deſtitutam. Salvanda Republica, *Alaricho* ante omnia inferendum bellum, ſeque, ubi opus, in Orientem mittendum, ſuadet, cuncta tamen non alio proferens fine, quam ut, *Theodoſio*, puero, per inſidias vivis erepto, vel ipſe Regnum ad ſe raperet, vel filio, *Eucherio*, compararet. Poſtquam autem *Olympius*, Palatii Comitum primus, fida oratione, verum Reipublicæ ſtatum Imperatori *Honorio* expoſuiſſet, omnes fere Magiſtratus in *Stelichonem*, Patriæ veluti proditorem, inſurrexere, ſatellitibus ejus à *Sarone*, Barbarorum Duce, trucidatis, ipſo, An. 409, 10 Kal. Septemb., capite truncato, ejusque filio, *Eucherio*, Anno proxime ſequenti, interfecto. Vid. *Oroſius*, l.c., Cap. 37, & 38, p. 592, &c.; *Socrates*, lib. 7, Cap. 1, p. 334; *Zoſimus*, l.c., Cap. 26 ad 35, p. 577 ad 604, &c.; *Sozomenus*, lib. 8, Cap. 25, p. 793, & lib. 9, Cap. 4, pag. 805; *Marcellinus Comes*, l.c., pag. 37; *Proſper*, l.c., ad Annos 406, 408, & 409; *Caſſiodorus*, *Chron.*, p. 697; *Paulus Diaconus*, l.c., pag. 176; *Nicephorus Calliſtus*, l.c., lib. 13, Cap. 35, pag. 843; *Baronius*, Tom. V *Annal.*, ad an. 408, p. 267, & 268. Deploratum Galliæ ſtatum, ſub *Stelichonis* præfectura, hiſce delineat D. *Hieronymus*, Epiſt. 11: *Innumerabiles & fortiſſimæ Nationes univerſas Gallias occuparunt, quicquid inter Alpes & Pyrenæum eſt, quod Oceano & Rhodano includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gepedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & hoſtes Pannonii vaſtarunt, &c.*

(17) Extincto *Stilichone*, univerſæ res Palatinæ *Olympii* arbitratu adminiſtrabantur, delata in eum Magiſtri poteſtate. *Alarichus*, utut à *Stelichonis*, aliorumque occiſorum propinquis, numerum 30000 ſuperantibus, in ſocietatem belli vocaretur, pacem tamen prætulit, conventa ſub *Stelichone* ſervari petens, darique obſides *Aetium Jovii*, & *Jaſonem Gaudentii* filios, totidem ex ſuis Nobilibus viciſſim daturus, & poſtmodum copias è Norico in Pannoniam abducturus. Rejectis autem poſtulatis, *Honorius* Imperator Barbarum gladio ab ulteriori progreſſu excludendum ſtatuit. *Saro* militum Princeps deligitur, bellicæ rei peritia abundans pariter, & incutiendo hoſtibus terrori ſufficiens; reliqui contra Duces, *Turpillio* Equitum, *Varanes* Peditum, & *Vigilantius* Prætorianorum, contemtum ſui in hoſtium animis largiter excitabant. Quibus ita ſe habentibus, adoritur *Alarichus* expeditionem Romanam, *Ataulfo*, Conjugis ſuæ fratre, ex ſuperiori Pannonia, in auxilium vocato, tranſiensque, curſu velociſſimo, *Aquilejam*, & urbes ordine trans Eridanum ſitas, veluti *Concordiam*, *Altinum*, *Cremonam*, &, ſuperato flumine, *Bononiæ* Caſtellum *Occubariam*, totam *Æmiliam* peragrat, relictâque *Ravennâ*, *Ariminum* accedens *Flaminiæ*, in *Picenum* tandem ſe diffundit. Hinc *Romam* verſus promotis caſtris, obvia Caſtella cuncta diripit, ipſique mundi capiti circumponit obſidium, occupato Tiberi flumine, ſubminiſtratione commeatus è portu impediens. Conſpicati hoc Romani, obdurare ſtatuerunt, veluti qui propemodum in ſingulos dies *Ravennâ* venturum urbi ſubſidium expectarent. Cum autem, nemine ſuccurrente, ſpes eos feſelliſſet, annonæ menſuram diminuendam eſſe placuit, dimidiamque duntaxat ejus partem coquendam, quod antea ſingulos in dies erogaretur; &, augeſcente penuria, tertiam. Famem excepit peſtis; Metu igitur, ne ſemetipſos tandem vorandi neceſſitudine obruerentur, legationem mittendam ſtatuunt, quæ *Alaricho* nunciaret, ſe ad pacem ineundam paratos. Legatis mandata ſua exponentibus, Barbarus omnem inſolentiam verbis excedentibus utebatur, non aliter ſe finem obſidionis facturum inquiens, niſi & aurum omne, quod in urbe eſſet, & argentum accepiſſet, præterea quicquid ſuppellectilis ibi reperiretur, itemque mancipia barbara. Percontantibus Legatis: Quid ergò oppidanis eſſet relicturus? ferociter: Animas, reſpondit. Urgente neceſſitate, decretum fuit: magnum auri pondus, in mulctam erogandi, *Alaricho* ſolvendum, dandoſque obſides; quo concluſo, permiſit *Alarichus* urbanis triduo forum, addita per quaſdam portas exeundi licentia, ſubvehendæque è Portu annonæ poteſtate. Refectis Civibus, quum Imperator nec obſides daret, nec poſtulatis omnibus ſatisfaceret, *Ravennam* delegantur a Senatu *Cecilianus*, *Attalus* & *Maximianus*, pericula expoſitum, in quæ denuo prolapſuri forent, niſi conventa adimplerentur; ſed irrito conatu, *Olympio* omnia perturbante, qui tamen paulo poſt, tanquam Auctor caſuum, qui Reipublicæ adverſi accidiſſent, Magiſtratu exutus, fuga ſe in Dalmatiam recepit. Quo ab adminiſtratione rerum ſubmoto, commiſſiſque, ab Imperatore, *Attalo*, Fiſci hactenus Præſidi, Romanæ urbis præſidio, & *Generido* copiarum, per Dalmatiam, Pannoniam Superiorem, Noricum, Rhætiam & Alpes, Præfectura, Prætorio præfectus, ſimulque Patricii cohoneſtatus dignitate, *Jovius*, vir ſummæ auctoritatis, ſeriò contrahendam pacem ſuadet. *Alarichus*, literis Principis, & *Jovii*, *Ravennam* invitatus, tractando ibi negotio, *Ariminum* proficiſcitur, quo celeriter & *Jovius* ſe contulit. Poſtulata Barbari erant: Ut in annos ſingulos auri certa ſumma ſolveretur; & quædam annonæ menſura ſuppeditaretur; Venetiæ inſuper, cum Norico & Dalmatia, ſibi ſuisque inhabitandæ traderentur. Tranſmittit hæc Cæſari *Jovius*, cum literis, quibus Eum cohortabatur, *Alarichum* utriusque militiæ Magiſtrum conſtitueret, hoc modo delinitum, conditionum aſperitatem mitigaturum; reſcribente Cæſare: Ducis officium nunquam ſe *Alaricho*, nec ejus gentilibus conceſſurum, ira permotus *Alarichus Romam* contendere Barbaros ſuos jubet, quaſi confeſtim, factam ſibi, totique Genti, ulturus injuriam, *Jovio Ravennam*

nam redeunte, ubi, convocato Senatu, juramento ſtatim Cæſar & Purpurati omnes ſe obſtringunt, nunquam pacem cum *Alaricho* ſe facturos, ſed bellum perpetuo geſturos. Barbarus, pœnitentia ductus ſuſceptæ adverſus Romam expeditionis, ablegat Urbium Epiſcopos, qui *Honorio* auctores eſſent, ne culpa ſua urbem, quæ mille amplius annis magnæ parti orbis terrarum imperaſſet, deleri ſineret; ſe *Norico*, ad extremas Iſtri partes ſito, continuis incurſionibus vexato, & tenue adhuc Fiſco inferente tributum, contentum fore, modò Princeps tantum annonæ, in annos ſingulos, adjiceret, quantum ipſi ſatis videretur; ab auri poſtulato, & reliquis ſe diſceſſurum, nectenda invicem firma belli ſocietate, adverſus quemvis. Ludibrio autem habitus *Alarichus*, pergit *Romam*, intrepidè in Urbis obſidione perſtiturus. Primò potitur Portu, ubi cum omnem urbis annonam inveniſſet, eam ſe in milites ſuos expenſurum minatur, ni celeriter imperata facerent. Inſtituta deliberatione, quum Senatus, ejus placitis in omnibus ſe aſſenſurum, ſponderet, mandat ATTALUM, urbis Præfectum, purpura coronaque cingi. Qui extemplo *Lampadium* Prætorii Præfectum, & *Marcianum* urbis declarat, *Alaricho & Valenti* præfecturis militaribus demandatis. Poſtridie Senatum ingreſſus, orationem ſingularis arrogantiæ plenam habuit, qua ſe Romanis univerſum orbem Terrarum acquiſiturum jactitabat. Orta mox quæſtione de copiis in Africam mittendis, adverſus *Heraclianum*, partes *Honorii* ſectantem, ſuadet *Alarichus*, perficiendum opus *Drumæ*, Barbarorum belli Duci, credendum, *Heraclianum* facili negotio poteſtate dejecturo; poſthabito autem ſalutari Ejus conſilio, tradit *Attalus*, (cui Vates perſuaſerant, ipſum, citra pugnam, totam ſuis Legibus ſubjecturum Africam,) *Conſtantino* cuidam in Africanos milites Imperium, nec tamen firmas ei ſubdens copias. Quo in Africam miſſo, ipſe bellum *Honorio* Principi inferendum molitur, conſtituto Prætorii Præfecto *Jovio Honorii* Aulam deſerente, Legatiſque Ejus, *Attalo* Imperii ſocietatem offerentibus, oggranniente: ne nomen quidem Imperatoris *Honorio*, nec integrum corpus relictum iri, in Inſulam quandam deportando, & parte aliqua corporis mutilando. In auram vero hæc dicebantur. Vix enim appulerat *Conſtantinus* Africam, cum ab *Heracliano* proſterneretur, in portubus ac littoribus Africæ cuſtodes apponente, & naves inſuper mercatorum *Romam* navigare vetante, unde fames rediit. Rogant ergò *Attalum* Romani, deſperatis rebus ſubveniret, qui etiam *Romam* revertitur, tanquam cum Senatu conſulturus; ſed malum jam eo usque ſerpſerat, ut haud ſemel, in Circenſibus ludis, vox emitteretur: PRETIUM PONE CARNI HUMANÆ. Has ob cauſas *Alarichus* ad abrogandum *Attalo* Imperium ſpectare cœpit; reapſe conſilium exſequens, conſentiente *Jovio*, extra urbem Ariminum, in qua commorabatur, productum *Attalum* diademate ſpoliat, & exuit purpura, apud ſe tamen, cum filio, *Ampelio*, retentum, donec, pace cum *Honorio* conſtituta, incolumitatem vitæ eis impetraſſet. Non multo poſt occupabat *Alarichus* Alpes, cum Imperatore de pace locuturus; *Saro* autem, Imperatoris belli Dux, fœdus Romanos inter Gothosque haudquaquam è re ſua fore reputans, irruit intempeſtive in Gothos, quosdam interficit. Irritatus inde *Alaricus* revertitur *Romam*, reſtaurat obſidium, Urbemque, dira fame maceratam, ad deditionem tandem compellit, an. 411, edicendo prius, iis parcendum, qui ad *Petri & Pauli* templa confugiſſent, militibusque temperandum à ſanguine, in quantum poſſent. Vid. *Hieronymus*, Epiſt. 16; *Oroſius*, lib. 7, cap. 39, pag. 595, &c.; *Zoſimus*, lib. 5, cap. 35, ad finem, & lib. 6, c. 1, ad finem, pag. 604 ad 670; *Socrates*, lib. 7, c. 10, pag. 346, &c.; *Sozomenus*, lib. 9, c. 6 ad 9, pag. 807 ad 812; *Iſidorus*, l. c., pag. 63; *Proſper*, l. c., ad an. 411; *Marcellinus Comes*, l. c., pag. 38; *Caſſiodorus*, lib. 11 *Hiſtoria Tripartitæ*, c. 9, pag. 180, & in *Chronico*, pag. 698; *Paulus Diaconus*, lib. 13, pag. 177; *Nicephorus Calliſtus*, lib. 13, c. 35, pag. 843, &c. Circa annum hujus excidii, multum inter ſe diſcrepant Auctores; *Hermannus Contractus*, apud *Piſtorium*, pag. 115, & ex eo *Baronius*, Tom. V *Annal.*, pag. 292, &c., atque *Vorburgius*, Vol. 4 *Hiſtor.*, pag. 241, &c., illud referunt in annum 410; *Proſper Aquitanicus*, l. c., & *Marianus Scotus* habent. an. 411; *Sigebertus Gemblacenſis*, & *Otto Friſingenſis*, lib. 4 *Chron.*, c. 21, pag. 92, ponunt An. 412; *Alberico*, *Monacho trium fontium*, placet annus 413; *Regino*, (*Alarico Odoacri* nomen imponens) & *Albertus Stadenſis* producunt annum 414; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 91, prolabitur in annum usque 415. Ne dicam de die, quem, poſt *Paulum Diaconum*, *Sigebertus* 9 Cal. Septemb., i.e., 24 Auguſti; *Albertus Stadenſis* 8 Cal. Septemb., ſive 25 Aug.; *Cedrenus* 26 Aug.; *Blondus*, & alii Cal. April. fuiſſe ſcribunt.

(18) Hæc dum in Africa & Italia geruntur, nova, milites Britanni, concitata ſeditione, MARCUM Regem eligunt, locorum iſtorum Præſidem. Quo Gentis moribus non reſpondente, brevique trucidato, GRATIANUM quendam ſolio imponunt, quadrimenſtruum licet duntaxat; poſt cujus fata, CONSTANTINUS, ex infima militia, propter ſolam ſpem nominis, ſine virtutis merito, conſtitutus Rex, relicta Britannia, omnes ſibi Exercitus, ad Alpes usque, Galliam & Italiam diſterminantes, conciliabat, *Stelicho*, adhuc Pro-Rex Occidentalis Imperii, ſub *Honorio* Auguſto, *Sarum*, belli Ducem, cum Barbaris, opponit Tyranno; qui equidem militiæ ejus Principes, *Juſtinianum & Nevigaſtem*, ſatis feliciter proſtravit, ipſumque, *Valentiæ*, in Galliis, latitantem, obſedit, ſuffectis autem, in occiſorum locum, *Edobincho* Franco, & *Gerontio* Britanno, maximisque viribus in eum irruenti-

entibus, ægre ſalvus in Italiam evaſit. Ita liberatus *Conſtantinus* idoneo præſidio Rhenum firmat, rebusque univerſam per Galliam conſtitutis, filiorum natu maximum, CONSTANTEM, habitu Cæſaris ornatum, An. 410, in *Hiſpaniam* ablegat, prolatandorum pariter Imperii limitum, & exſcindendæ, in iſtis locis, *Honorii* Principis propinquorum potentiæ gratia. Habebat ſecum *Conſtans Terentium* Ducem, & *Apollinarem*, Prætorio Præfectum, quorum fortitudine ſuffultus, hoſtes undique in fugam conjecit, è quibus *Verenianus* & *Didymius* captivitatem ſubibant. Expeditione confecta, relictoque *Gerontio*, qui, cum Gallicis militibus, iter è *Celtis* in Hiſpaniam ducens, cuſtodiret, revertitur *Conſtans* ad Parentem. Sumto tamen de *Vereniano*, & *Didymio* ſupplicio, rediit in Hiſpaniam, *Juſtum* Ducem ſecum vehens. Offenſus inde *Gerontius*, conciliatis ſibi militibus, Barbaros, in Celtarum Regione, ad deſerendum *Conſtantinum* impellit, qui ſtatim, reſiſtente nemine, cuncta pro lubitu invadunt, *Britanniæ* incolas, & ex Celticis Nationes quasdam eo adigentes, ut, jugo Romanorum penitus excuſſo, poſthac arbitratu ſuo viverent. Hac occaſione *Britanni*, ſumtis armis, Civitates ſuas in libertatem vendicarunt; totus itidem tractus *Armoricus*, cæteræque *Gallorum* Provinciæ, *Britannos* imitantes, Magiſtratibus Romanorum ejectis, conſimili modo ſe liberarunt, Republica pro arbitrio ſuo conſtituta. *Hiſpania* quoque, *Gerontio* auctore, *Conſtanti* ablata, *Maximo* eidam ceſſit; adverſa vero fortuna, *Conſtantinus*, an. 412, ab *Honorii* militiæ Principibus, *Conſtantio* & *Ulfula*, apud *Arelatenſe* Oppidum, victus, captus & trucidatus fuit; filio ejus, *Conſtante*, ab ipſo *Gerontio*, apud *Viennam* Allobrogum, occiſo, cujus ſucceſſori, *Maximo*, an. 413, *Hiſpania* iterum erepta eſt, vita tamen donato, eò, quod modeſtia hominis, humilitasque affectati imperii invidiam non mererentur. Vid. *Oroſius*, lib. 7, c. 40, pag. 598, &c., & cap. 42, pag. 602, &c.; *Zoſimus*, lib. VI, c. 2, 3, 4, & 5, pag. 648 ad 657; *Marcellinus* Comes, p. 38; *Proſper*, l. c., ad ann. 410, 412, & 413, pag. 191; *Idacius*, l. c., ad an. 411, pag. 15; *Gregorius Turonenſis*, lib. 2, cap. 9, pag. 35.

(19) Eodem tempore, anno ſcil. 413, *Ataulfus*, defuncto in Italia *Alaricho*, Gothis imperans, *Gallias* ingreditur, & *Placidiam*, *Honorii* Imperatoris ſororem, expugnatà ab *Alaricho* Româ, captam, in uxorem aſſumit; Anno ſequenti. *Burgundiones* partem *Galliæ*, Rheno propinquantem, occupabant. Anno 415, *Attalus*, Romanorum Ex-Rex, Gothorum conſilio præſidioque, in iiſdem *Galliis* tyrannidem reſumſit; An. 416 verò, â *Gothis* ad Hiſpanias migrantibus, neglectus, & præſidio carens, interceptus, & *Conſtantio* Patricio vivus oblatus, à quo ad *Honorium* miſſus, an. 418, currum præibat, cum Cæſar triumphans *Romam* reverteretur, *Liparæ* tandem vivere juſſus; *Ataulpho*, quod de Pace cum Romanis tractaſſet, an. 416, à quodam ſuorum, apud *Barcinonem*, occiſo, ſucceſſore Ejus, *Segerico*, eandem ob cauſam, interfecto, quem ſecutus *Vallia*. Vid. *Proſper*, l. c., ad ann. cit., pag. 191, & 192; *Oroſius*, lib. 7, c. 43, pag. 605, &c.; *Marcellinus Comes*, l. c., pag. 38; *Iſidorus*, *Hiſt. Gothor.*, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth.* MS., pag. 64; *Caſſiodorus*, Chron., pag. 698; *Paulus Diaconus*, l. c., lib. 13, pag. 177, & 178, *Jornandes, de rebus Geticis*, §. 14, pag. 728, &c. Summam Exprimit *Gervaſius Tilberienſis, de Imperio Romano*, &c, p. m. 21: *Anno Regni Alarici ſexto, Gothi Gallias capiunt, &, anno ſeptimo, Hiſpanias proficiſcuntur. Poſt captam Romam, mortuo Alarico, Rege Gothorum, in duo Capita dividuntur; Qui erant in Italia, ditioni Romani ſe tradunt Imperii: reliqui in Civitate Aquitaniæ, Toloſa, ſedem Regni ſui elegerunt, in qua regnavit Athalfus. Qui cum Romanis, orante Placidia, pacem tractans, à ſuis doloſè perimitur, apud Barcinonam. Cui ſucceſſit Segerius, qui, ob ſimilem cauſam, à ſuis interficitur. Huic Valea ſucceſſit, &c.*

(20) Hac ætate *Franci*, arcto hactenus fœderis nexu ſibi invicem devincti, aliarum Gentium exemplo, communem Regem creaſſe videntur, quem *Gregorius Turonenſis*, lib. 2, cap. 9, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Franc.*, p. 35, & *Excerpta Chronica*, cap. IX, apud eundem, l. c., Tom. 1, pag. 95, *Theudemerem*, *Richemeris* filium, qui in prœlio à Romanis interfectus eſt, reliqui omnes vero PHARAMUNDUM, *Marcomiri* filium, nuncupant. Ita *Proſper*, in Chronico *Pithœano*, quod R. P. *Labbeus*, Tom. 1 *Bibliothecæ MS.*, edidit, pag. 58, ad annum 26 *Honorii* Imperatoris: *Faramundus regnat in Francia.* (Cœpit autem *Honorius*, juxta eundem *Proſperum*, edit. Scaliger., an. 1658, pag. 189, anno 394, cujus verba ſic ſe habent: *Theodoſius, quum jam per 14 regnaret annos, regnat cum Arcadio, & Honorio, filiis, annos tres.* Ergò *Pharamundi* initium in annum 420 referendum eſt.) Conf. *Geſta Francorum epitomata*; Cap. IV, apud *Freherum*, l. c., Tom. 1, pag. 58. Verba præcedenti pag. 41 occurrunt. Idem docet *Pipino* coævus Auctor *Hiſtoricorum, ex Veteri Stemmate Genealogico Regum Franciæ excerptorum*, apud Dn. *Labbeum*, l. c., pag. 331, ubi: *Gennobaldus, Marchomerus, Sunno, Theodomeris, iſti Duces, vel Reguli extiterunt, à principio Gentis Francorum, diverſis temporibus, ſed incertum reliquunt Hiſtorici, quali ſibi procreationis linea ſucceſſerunt. Pharamandus: Sub hoc Rege ſuo primo Franci Legibus ſe ſubdunt, quas Priores* (Primores) *eorum tulerunt, Wiſogaſtus, Atrogaſtus, Salegaſtus, &c.* Sic & Monachus *Egoliſmenſis S. Eparchii, in vita Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 230: *Franci, adhuc Pagani, primum Reges habere cœperunt de ſemet ipſis. Primus itaque Rex Francorum fuit nomine Faramandus, filius Marcomiris, ejusdem Gentis Illuſtris Viri, &c.* Auctor *Chronici Regum Francorum*, an. 855 florens, apud *Labbeum*, l. c., pag. 330, *Pharamundi* Patrem *Sunnonem* vocat, ſcribens: *Succedente tempore, ſicut in Hiſtorio-*

graphus legimus, *fuerunt Duces eorum*, (Francorum) *Sunno*, *Marcomirus*, *&* *Gennebodus. Sunno genuit Ferramundum*, *qui fuit primus Rex Francorum crinitus*, *&c.* *Aimoinus* vero, de *Geſtis Francorum*, lib. 1, Cap. 4, apud *Freherum*, l. c., Tom. 2, pag. 256, rectius Eum *Marcomiri* filium conſtituit. Add. *Ado Viennenſ.*, ætat. 6 *Chronicor.*, pag. 153; *Hugo Flaviniacenſis*, *in Chronico Virdunenſi*, apud *Labbeum*, l. c., pag. 85; *Chronicon S. Maxentii in Pictonibus*, vulgo *Malleacenſe*, lib. 1, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, pag. 191; *Ivo Carnotenſis*, apud *Freherum*, l c., Tom. 1, pag. 51; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 419; *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. 1, de *Geſtis Regum Anglorum*, pag. 25; *Henricus Huntindonienſis*, lib. 7 *Hiſtor. Angl.*, in vita *Henrici* Regis, p. m. 383; *Rogerus de Hoveden*, part. priori *Annalium*, in vita *Henrici I*, ad an. 1127, p. m. 478, & 479; Chronicon *Leodienſe*, ad an. 418, apud *Labbeum*, l. c, Tom. 1, pag. 334; *Otto Friſingenſis*, lib. 4 Chron., cap. 32, pag. 98; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, pag. 432; *Conradus Urſpergenſis*, Chron., pag. 66; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad an. 400, pag. 32; Aliique. *Pharamundum* Regem fuiſſe electum, antequam trans Rhenum Franci ditionem extenderint, vel propterea ſtatuendum videtur, quod ad eadem tempora Regni Francici, & Legum Salicarum incunabula Scriptores referant, quas poſteriores in Germania, adeoque cis Rhenum conditas, contra *Chifletium* & *Wendelinum*, *Conringius*, de *Origine Juris German.*, tot. cap. VII, probavit. Id notari peto, me, in ſolo Germanico exiſtentem, *Franciam Cis-Rhenanam* vocare, quæ Gallis *TransRhenana* eſt. Chronologiam hujus Regni amplius enucleat Dn. *Vorburgius*, Tom. IV *Hiſtor.*, ad annum 414, pag. 294, & 295, & Tom. V, ad an. 449, pag. 155, & 156, ubi initia ejus in annum 421 rejicit.

(21) *Pharamundi* filius, CLODIO, Regum ſecundus, (*Ivo Carnotenſis*, l. c., pag. 51, *Didionem*, *Pharamundi* primogenitum, interponit) dominationis ſuæ terminos trans Rhenum, ad *Somenam* (La Somme) fluvium usque, qui ex Ambianis Picardiæ in Oceanum prolabitur, *Diſpargo*, *Tornaco*, *Cameraco*, locisque aliis ei ſe ſubmittentibus, protulit; ita enim *Gregorius Turonenſis*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. IX, circa finem, p. 35: *Ferunt etiam*, *tunc Chlogionem utilem ac nobiliſſimum in gente ſua Regem Francorum fuiſſe*, *qui apud Diſpargum Caſtrum habitabat*, *quod eſt in termino Thoringorum*; *in his autem partibus*, *i. e.*, *ad Meridionalem Plagam*, *habitabant Romani*, *usque Ligerim fluvium. Ultra Ligerim vero Gothi dominabantur. Burgundiones quoque*, *Arrianorum ſectam ſequentes*, *habitabant trans Rhodanum*, *qui adjacet Civitati Lugdunenſi. Chlogio autem*, *miſſis exploratoribus*, *ad Urbem Camaracum*, *perluſtrata omnia Ipſe ſecutus*, *Romanos proterit*, *Civitatem adprehendit*, *in qua paucum tempus reſidens*, *usque Suminam fluvium*, *occupavit*, *&c.* Quæ in *Geſtis Francorum epitomatis*, l. c., cap. 5, pag. 58, repetuntur; add. *Excerpta Chronica* apud *Freherum*, l. c., cap. IX, pag. 95; *Aimoinus*, lib 1, de *Geſtis Francorum*, cap. 4, & 5, apud eundem, l. c., Tom. 2, p. 256, *Clodionem Disbargi* ſedem ſuam fixiſſe, teſtatur: *Finitimos itaque bello laceſſendo*, *Thoringorum*, *qui Germaniæ incolunt fines*, *depopulantes Caſtellum quoddam*, *Disbargum nomine*, *occupant*, *in quo Rex Clodio ſedem ſui conſtituit Regni*, *&c.* Idem docet *Chronicon Malleacenſe*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, p. 192; nec non *Hincmarus*, in Vita *S. Remigii*, Archi-Epiſcopi Remenſis, cap. 29, apud *Surium*, 13 Januar., pag. 149, & *Sigebertus Gemblacenſ.* ad an. 431, & 445. Plura ſuppeditat *Marianus Scotus*, ad annum 438, ibi: *Batavos*, *Tungros*, *Menapios*, *Teravanos*, *Morinos*, *Ambiones*, *Cameracenſes*, *Tornacenſes*, *Atrebatenſes*, *Beluacenſes*, *&* *quicquid his Regionibus interjacet*, *ultraque Sequanam & Ligerim*, *Clodius Francorum Regno adjecit*, *&c.*; &, poſt eum, *Otto Friſingenſ.*, l. c. ajens: *Franci*, *Rheno transmiſſo*, *Romanos*, *qui ibi habitabant*, *primò fugant*, *poſt*, *captis Tornaco*, *&* *Cameraco*, *Galliæ Urbibus*, *ac inde paulatim progredientes*, *Remis*, *Sueſſonam*, *Aurelianum*, *Agrippinam*, *Treverim*, *ac penè totam Galliam*, *atque Germaniam*, *ab Aquitania usque in Bajoariam*, *ſibi ſubjugant*, *&c.*, repetita à *Gotfrido Viterbienſi*, l. c. Multa hic diſputatio de *Diſpargo*, in termino *Thoringorum* ſito. Vetuſtiſſimum *Turonenſis* manuſcriptum, *Thuringorum*, ſeu *Thoringorum* loco, habere *Tungrorum*, in Editione ſua *Fridericus Morelius* aſſerit. Eandem lectionem præ ſe fert Editio *Aſcenſiana*, quam *Jodocus Badius*, an. 1512, *Guilielmo Petit*, Regi à Confeſſionibus, Pariſiis procudit, quam & calculo ſuo comprobant *Gotfridus Wendelinus*, *in Natali ſolo Legum Salicarum*, cap. 14; *Gotfridus Henſchenius*, *in Diatriba*, *de Tribus Dagobertis*, lib. 4, cap. 8; *Ægydius Bucherius*, *in Belgio Romano*, lib. 15, cap. 10; Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, in *Lemmatibus Antiquitatum Francicarum*, t. 5, p. 4, It. in *Hiſtoria*, *de Veteri Regno Populoque Burgundionum*, c. 4, t. 3, pag. 55, ut & in *Characteribus Eventorum*, t. 6, pag. 4; *Schaten*, *Hiſtor. Weſtfaliæ*, lib. 5, pag. 271; Pluribus conf. *Vorburgius*, Tom. V, ad an. 425, pag. 10, &c.; *Sagittarius*, *Antiquit. Regni Thuringici*, lib. 2, cap. 2 tot.; Doctiſſ. Dn. *Gundlingius*, de *Statu Reipublicæ Germanicæ*, *ſub Conrado I*, §. 1, pag. 2, &c.; Dn. *Werlhof*, *Notit. Imperii enucleata*, lib. 1, cap. 2, §. 80, pag. 90. Dn. *Mart. Chriſtoph. Laurentius*, in *Monumentis Romanorum in Thuringia*, part. 2, cap. 1, pag. 28, & 29, &c., rectè legi putat *Turingos*, ſed per eos intelligendos eſſe *Tulingos* veteres, Moſellam inter & Vogeſum habitantes, quorum Regio nunc *Lotharingia* vocatur. Conf. idem, in *Originibus Doringicis*, cap. 2, p. m. 11; Hinc aliis, quorum Anteſignani *Jacobus Chifletius*, *Lumine L. Salico*, & *Wendelinus*, l. c., ſuffragante *Henſchenio*, l. c., *Diſpargum* eſt *Dieſthemium* Brabantiæ, (*Dieſt*) ad *Demeram* fl., ab arce olim *Dieſtburg* dictum; Mutata hac ſententia, *Chifletio*, in *Anaſtaſi Childerici I*, cap. 1, viſum fuit, *Diſpargum* denotare *Duysburgum*, Brabantiæ municipium, juxta *Furam*, *Lovanium* inter & *Bruxellas*; *Bucherius*, l. c., id de *Heinbergo*, Juliacenſis Ducatus oppido, ad *Worms* fl., interpre-

pretatur; alii de *Duuburgo*, ſeu *Teutoburgo*, in Ducatu Cliviæ, *Ruram* inter & *Angeram* fl.; alii de *Doësburgo* Zutphaniæ Comitatus, ad *Iſalam* alii aliter. Vid. *Sagittarius*, l. c., §. 26, &c., pag. 126, &c., Dn. *Werlhoſ*, l. c. Id certum eſt, *Theodoſio* Orientis, & *Valentiniano*, amitæ ejus filio, Occidentis Imperatoribus, poſt fata *Honorii*, *Felice* & *Tauro* Coſſ., an. 429, Galliarum partem Rheno propinquam, quam Franci poſſidendam occupaverant, *Aëtii* Comitis armis fuiſſe receptam; docent hoc, totidem verbis, *Proſper*, *Contin. Chronici Euſebio-Hieronymiani*, ad h. a., apud *Scaligerum*, pag. 194, & *Caſſiodorus*, in *Chronico*, ſub prædictorum Conſulatu, p. m. 698; Add. *Idacius*, in *Chronico*, apud *Scaligerum*, pag. 23, §. 8; Conſultiſſ. Dn. *Werlhoſ*, l. c., pag. 91, lit. d, & e, ubi disquirit, num per partem Galliarum, Rheno propinquam, cum *Bucherio*, *Ripuarea*, vel *Germaniæ ſecundæ* pars, Moſæ Rhenique fluxibus ferè intercluſa, intelligenda ſit, nec ne?

Clodium excepit MEROVEUS, de Cujus natalibus hanc fabulam *Excerpta Chronica Turonenſis*, Cap. IX, apud *Freherum*, l. c., Tom. I, pag. 95, ſubminiſtrant: *Fertur, ſuper litore maris, æſtatis tempore, Chlodeone, cum Uxore, reſedente, meridie, cum Uxor ad mare lavatum vaderet, Moroveho, beſtiam, Neptuni Minotauri ſimilem, eam adpetiſſe. Cumque in continuo aut à beſtia, aut à Viro fuiſſet concepta, peperit filium, Meroveum nomine, per quem Reges Francorum poſtea vocantur Merovingi, &c.*; propagatam à *Conrado Urſpergenſi*, in *Chron.*, pag. 92, & *Alberico*, *Monacho trium fontium*, ad an. 420, pag. 33. Attamen filium Eum *Clodioni* dat Monachus *Egolismenſis S. Eparchii*, in *Vita Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 230, ibi: *Poſt Clodionem regnavit Meroveus, filius ejus, &c.*; nec non *Egilwardus*, Monachus *S. Burchardi*, prope *Herbipolim*, in vita *S. Burchardi*, Herbipolenſis Epiſcopi, Lib. 2, Cap. I, apud *Surium*, 19 Oct., pag. 217, in fin., cujus hæc ſunt verba: *Solebant Franci, ex antiqua Regum ſtirpe, Reges habere, qui è Meroveo, Clodii, ſecundi Regis eorum, filio, Merovingi dicebantur, &c.*; & *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 448, *Otto Friſingenſ.*, lib. 4 *Chron.*, Cap. 32, pag. 98, *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 432. aliique. Auctor *Chronici Regum Francorum*, in *Pipino* deſinens, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 1, pag. 330, indiſtinctè, Eum *de Stirpe Clodionis* ortum, perhibet. Ab *Aimoino*, lib. 1, Cap 6, pag 256, & Auctore *Chronici S. Maxentii*, vulgò *Malleacenſis*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, pag. 192, audit *Clodionis Affinis*. *Wilhelmo Malmesburienſi*, l. c., p. 25, eſt *Pharamundi Nepos*, *Henricus Huntindonienſis*, l. c., pag. 383, & *Henricus ab Hoveden*, l. c., pag. 479, Eum *Clodionis Cognatum* conſtituunt. Conf. Dn. *Janichius*, Diſſert. de *Clodoveo Magno*, §. 2, lit. b. Sufficit, Eum defuncto *Clodio* in Regno ſucceſſiſſe, *Merovingicæ Stirpis* conditorem. Quo anno? dubium eſt. *Sigebertus Gemblacenſis*, apud *Piſtorium*, pag. 499, & *Chronicon Leodienſe*, quod anno 1132 explicit, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 1, pag. 334, ponunt annum 448; latius deductum à Dn. *Vorburgio*, Vol. V *Hiſtoriarum*, ad an. 449, pag. 156; Juxta *Albertum Stadenſem* vero, & *Trithemium*, *de Origine Francorum*, apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 158, id contigit circa annum 451; calculus hic eſt: Cœpit, juxta utrumque, *Clodius*, Anno Chriſti, 431; regnavit, *Aimoino*, lib. 1, Cap. 6, pag. 256, & *Chronicis Regum Francorum*, apud *Labbeum*, l. c., pag. 330, & 332, teſtibus, annos viginti; ergò *Meroveus*, utpote poſt fata *Clodii*, faſces demum obtinens, prædictum circa tempus, Regnum orſus eſt. Minimum errat *Albericus*, *Monachus trium fontium*, pag. 35, annum 440 hoc titulo producens. Conf. *Bucherii Belgicum Romanum*, lib. 16, cap. 9, *Schateni Hiſtoria Weſtfaliæ*, lib. 5, pag. 281. Trans *Somonam* arma ferens *Meroveus*, ad *Sequanam* usque, loca pleraque occupavit; *Hunnis*, *Attila* Duce, ex altera parte, *Galliam*, everſis plurimis Urbibus, quas *Cruſius*, lib. 7 *Annal. Suev.*, part. I, & *Lehman.*, *Chron. Spir.*, lib. 1, cap. 31, pag. 50, recenſent, immaniſſima rabie vaſtantibus, per quam totam ſæva bellorum exardeſcebant incendia, luctus ubique, ubique dolor, & plurima mortis imago: latius Barbari alas extendiſſent, niſi Romanis tempeſtivam opem validamque *Franci* ipſi, quibus periculoſum videbatur, *Hunnorum* victoriis favere, tuliſſent. Horrenda erat clades, qua *Aëtius Patricius*, *Valentiniani* Principis copiarum Imperator, *Theodoricus*, Gothorum Rex, cum filio *Thorismundo*, *Meroveus*, Rex Francorum, aliique fœdere juncti, liberantes prius *Aurelias* ab Hunnorum obſidio, muris jam, ab arietum impetu mox ruituris, trementibus, in *Mauriaco*, ſeu *Catalaunico* campo (*Chaalon ſur Marne*) ferocem *Attilam*, ad internecionem usque, proſtravit. Audiamus *Jornandis*, ſive *Jordani*, qui, ex Notario, Gothorum factus Epiſcopus Ravennæ, *Juſtiniani* Imp. ætate floruit, relationem, quam in Chronico, *de Origine Gentis Gothorum*, *Caſſiodori* Operibus, An. 1650, Genevæ excuſis, annexo, exhibet, pag. 73; ſcribens: *A parte vero Romanorum, tanta Patricii Aëtii providentia fuit, cui tunc innitebatur Reſpublica Heſperiæ Plagæ, ut, undique bellatoribus congregatis, adverſus ferocem & infinitam multitudinem, non impar occurreret; his enim adfuere auxiliares* Franci, *Sarmatæ, Armoritiani, Litiani, Burgundiones, Saxones, Ripariolì, Ibriones, quondam milites Romani, tunc vero jam in numero Auxiliatorum exquiſiti, aliæque nonnullæ Celticæ, vel Germanicæ Nationes, &c.*; & pag. 737: *In hoc famoſiſſimo & fortiſſimarum Gentium bello, ab utrisque partibus, centum ſexaginta duo millia cæſa referuntur, exceptis nonaginta millibus Gepidarum &* Francorum, *qui, ante congreſſionem publicam, noctu ſibi occurrentes, mutuis concidere vulneribus,* Francis pro Romanorum, *Gepidis pro Hunnorum parte pugnantibus.* Conf. *Gregorium Turonenſis*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 7, apud *Freherum*,

Digitized by Google

l. c., Tom. 2, pag. 32, & 33, ubi: *Igitur Aëtius, cum Francis, Gothiſque conjunctus, adverſus Attilam confligit: At ille, ad internecionem vaſtari ſuum cernens Exercitum, fuga ailabitur. Theudo vero, Gothorum Rex, huic certamini ſuccubuit, &c.* Add. *Evagrius*, lib. 1 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 17, p. m. 503; *Idacius Epiſcopus*, in *Chronico*, apud *Scaligerum*, p. 25, §. 28, trecenta ferme millia hominum in iſto certamine occubuiſſe commemorans; *S. Iſidorus, Hiſtor. Gothor.*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. I, p. 65; *Theodoricus*, Rex Italiæ, in Epiſt. ad *Alaricum*, Viſigothorum Regem, apud *Caſſiodorum*, lib. 3 *Variarum*, Epiſt. I, p. m. 84; Idem *Caſſiodorus*, in *Chronico*, pag. 698, & 699; *Paulus Diaconus*, lib. XV, de *Geſtis Romanor.*, cap. 15, pag. 189, centum & octoginta millia utrinque ibi deleta tradens, numero & *Sigeberto Gemblacenſi*, ad annum 453, probato, à *Conrado Urſpergenſi* vero, pag. 79, ad 170000 reducto; *Aimoinus*, lib. 1, cap. VI, pag. 256; Chronicon *Malleacenſe*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, pag. 192; *Hugo Flaviniacenſis*, in *Chronico Virdunenſi*, apud eundem, l. c., Tom. I, p. 84; *Nicephorus Calliſtus*, lib. 14, c. 57, p. 954; De tempore memorabilis hujus cladis non minus variant Auctores; *Albertus Stadenſis* ponit Annum 445; *Merula*, lib. 3 *Coſmogr.*, Cap. 23, & *Hermannus Contractus* habent Annum 450; *Baronius*, Tom. VI Annal., p. 139, & 140, mavult An. 451; *Mariano Scoto*; Auctori *Hiſtoriæ Archi-Epiſcoporum Bituricenſium*, in vita *Palladii* 2, cap. 13, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, p. 17, & *Vorburgio*, Tom. V *Hiſtor.*, pag. 156, placet Annus 452; *Sigebertus Gemblacenſis*, & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, pag. 36, excurrunt in Annum 453. Ego ſic computo: Commiſſum eſt prælium, *Marciano* Auguſto, & *Adelphio* Conſulibus, teſte *Caſſiodoro, in Chronico*, p. m. 699; fuit autem Conſulatus iſte ſeptem annis recentior Conſulatu *Theodoſii XVIII, & Albini*, ſub quo *Attila* fratrem *Blebam* peremit, ut ſolus regnaret; quod Anno Chriſti 445 contigit, ſi vel *Proſpero, in Contin. Chronici Euſebio-Hieronymiani*, apud *Scaligerum*, pag. 196, fidem adhibeamus; ideoque his in unum ſumptis, profluit omninò annus 452. His tamen non obſtantibus, anno proximè ſequenti, *Herculano*, & *Aſporatio* Coſſ., *Attila, redintegratis viribus, Aquilejam, magna vi dimicans, introivit, cum quo à Valentiniano Imperatore Papa Leo directus pacem fecit, &c.* Hæc *Caſſiodorus*, l. c., pag. 699, mox addens: *Opilione & Vincomalo Conſulibus, Attila in ſedibus ſuis moritur, &c.* Conf. *Marcellinus Comes*, in *Chron.*, p. 42; *Gregorius Turonenſis*, l. c.; *Jornandes*, l. c., pag. 737; *Proſper*, in *Chronico*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. I, p. 54; *Paulus Diaconus*, l. c., pag. 189; ſubnectens, præter *Aquilejam, Ticinum* quoque & *Mediolanum* cum ſolo æquaſſe, pace demum inita, cum & *Romam* progredi pararet.

(22) Expleto bello, ut eo majorem gloriam conſequeretur *Aëtius*, hoc dolo utebatur: *Ait Thoriſmodo* (Gothorum Principi): *Feſtina velociter redire in Patriam, ne, inſiſtente Germano, Patris Regno priveris. Hæc ille audiens, cum velocitate diſceſſit, quaſi anticipaturus fratrem, & prior Patris cathedram adepturus. Simili & Francorum Regem dolo fugavit. Illis autem recedentibus, Aëtius, ſpoliato campo, Victor in Patriam cum grandi eſt reverſus ſpolio, &c.* ita *Gregorius Turonenſis*, l. c.; eninverò, ut idem cap. 8 annectit: *Adultus autem Valentinianus Imperator, metuens, ne ſe per tyrannidem Aëtius opprimeret, eum, nullis cauſis extantibus, interemit. Ipſe poſtmodum Auguſtus, dum, in campo Martio, pro tribunali reſidens, concionaretur ad populum, Occylla, Buccellarius Aëtii, ex adverſo veniens, eum gladio perfodit, &c.* Sic & *Caſſiodorus*, l. c., pag. 699, *Aëtio* & *Studio* Coſſ., qui præfatos *Opilium* & *Vincomalum* ſecuti, adeoque An. 455: *Aëtius Patricius, in Palatio, manu Valentiniani Imperatoris, extinctus eſt. Boëtius vero, Præfectus Prætorio, amicis ejus circumſtantibus, interemptus, &c.*; & anno ſeq. 456, *Valentiniano* VIII, & *Anthemio* Coſſ: *In Campo Martio, ab amicis Aëtii, Valentinianus occiditur. Poſt quem Maximus invaſit Imperium, qui intra duos menſes à militibus extinctus in Tiberim projicitur. Eodem anno, per Ginſerium, omnibus opibus ſuis Roma vacuata eſt; Poſt Maximum, Avitus in Galliis ſumit Imperium.* Tantas turbas falſa dabat ſuſpicio. *Valentinianus* malè rebus ſuis conſuluit, conductis delatoribus in *Aëtii* Miniſtri perniciem, aures, veritate nondum detecta, porrigendo; ſed nec *Maximus* Senator firmiori ſundamento pudicitiam Conjugis ſuæ læſam putans, *Valentinianum* trucidari curavit, re vera patrato facinore, ut viduam Ejus, *Eudoxiam*, ſuis conciliaret amoribus, invitam licet, meritas propterea, brevi poſt, luens pœnas, *Eudoxia Genſericum*, Vandalorum Regem, vindicem mariti necis implorante, qui, precibus ejus locum concedens, *Maximum* bello petiit, Eumque, vix bimeſtrem, inter arma occiſum, in Tiberim projecit, funeſta Reipublicæ facie. E medio namque ſublato *Maximo*, *Avitus* Imperium ſuſcepit, quo, depoſita, anno eodem 456, purpura, Epiſcopo *Placentiæ* ordinato, *Majorianus* Cæſar effectus, Anno 461, apud *Dertonam* Hiſpaniarum, *Severi*, ſeu *Severiani* fraude, jugulatur; Hunc, *Ricimeris* dolo, Anno 465, Rom.. pariter occumbentem, excepit à *Leone*, Orientis Imperatore, miſſus *Anthemius*, qui, anno 472, ſumma cum clade Romanæ urbis, periit, ſuccedente *Olibrio*, quem *Glicerius*, apud *Ravennam*, ſumpto Imperio removit, & ipſe mox à *Nepote* privatus, Portuenſem nactus Epiſcopatum; *Nepotem*, adhuc eodem anno, iterum Regno expulit *Oreſtes* Patricius, anno ſequenti 473, fœdere, cum *Genſerico*, Rege, pacto, filium *Auguſtulum* ſolio imponens; Qui vero, victo, capto, & occiſo Parente, apud *Papiam*, Victori *Odoacri*, Herulorum Principi, è Pannonia Italiam invadenti, ann. 476, Imperio cedere coactus fuit, Gothis poſthac obnoxio. Vid. *Caſſiodorus*

Digitized by Google

dorus, l. c., pag. 699. & 700; *Victor Tunuenſis*, in *Chronico*, apud *Scaligerum*, pag. 2; *Idacius* Epiſcopus, apud *Scaligerum*, p. 25, &c. ad 29; *Marcellinus Comes*, in *Chron.*, Indictione 7, 8, & 10, pag. 42, & Indict. 14, p. 43, nec non Indict. 3, & 5, ibidem, & Indict. 10, 11, 12. & 14, pag. 44; *Paulus Diaconus*, l. c., lib. 15, ſub *Marciano, Leone, & Zenone* Auguſtis, pag. 189, & 190; *Marianus Scotus*, ad annos 454, 455, 456, 457, 458, 461, 465, 472, ad 476; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad eosdem Annos; niſi quod *Auguſtuli* Imperii finem Anno 474 inſcribat, aſſeclam habens *Albericum, Monachum trium fontium*, h. a. pag. 37; *Vorburgius*, Vol. 5, ad Ann. 456, pag 218, &c.; Ann. 461, pag. 241, &c.; Ann. 465, pag. 256, &c.; An. 472 ad 476, p. 300 ad 339; *Baronius*, Tom. VI *Annal.*, ad Ann. 456, pag. 213; Ann. 461, pag. 253; Ann. 465, pag. 274; & An. 472 ad 476, pag. 301 ad 322. Add. ſeq. Tit. 4, §. 5.

(23) Obiit interea *Merovens*, Francorum Rex, cujus filius, CHILDERICUS, Anno 458, (juxta *Leodienſe Chronicon*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. I, p. 334, *Sigebertum Gemblacenſem*, ad h. a., & *Petavii Rationarium Temporum*, part. 1, lib. VI, cap. 13, p. m. 369,) Regnum auſpicatus, flagitiorum libidinumque licentia, qua nobilioribus etiam corporibus vim intulit, brevi inviſum ſe reddidit ſubditis, à quibus etiam, an. 461, Regno pulſus, per octo annos, exilii ærumnas deguſtabat, *Winomadi*, ſeu *Widomani* licet interveniente fidelitate in integrum poſtea reſtitutus. *Gregorius Turonenſis*, lib. 2, cap. 12, p. 36, & 37, rem ita enarrat: *Childericus, cum eſſet nimia in luxuria diſſolutus, & regnaret ſuper Francorum Gentem, cœpit filias eorum ſtuproſè detrahere. Illique ob hoc indignantes, de Regno Eum ejiciunt. Comperto autem, quod Eum etiam interficere vellent, Thoringiam petiit, relinquens ibi hominem ſibi charum, qui virorum furentium animos verbis lenibus mollire poſſit: dans etiam ſignum, quando redire poſſit in Patriam: i. e., diviſere ſimul unum aureum, & unam quidem partem ſecum detulit Childericus, aliam vero amicus ejus retinuit, dicens: Quando hanc partem tibi miſero, pareſque conjunctæ unum effecerint ſolidum, tunc tu ſecuro animo in Patriam repedabis. Abiens ergo in Thoringiam, apud Regem Biſinum, uxoremque Ejus, Baſinam, latuit. Denique Franci, hoc ejecto, Egidium ſibi, quem ſuperius Magiſtrum militum à Republica miſſum diximus, unanimiter Regem adſciſcunt. Qui cum octavo anno ſuper eos regnaret, amicus ille fidelis, pacatis occulte Francis, nuncios ad Childericum, cum parte illa diviſi ſolidi, quam retinuerat, mittit. Ille vero certa cognoſcens indicia, quod à Francis deſideraretur, ipſis etiam rogantibus, à Thoringia regreſſus, in Regnum ſuum eſt reſtitutus. His ergo regnantibus, ſimul Baſina illa, quam ſupra memoravimus, relicto viro ſuo, ad Childericum venit; Qui cum ſollicitè interrogaret: qua de cauſa ad Eum, de tanta Regione, veniſſet: reſpondiſſe fertur? Novi, inquit, utilitatem tuam, quod ſis valde ſtrenuus, ideoque veni, ut habitem tecum; nam noveris, ſi, in transmarinis partibus, aliquem cognoviſſem utiliorem Te, expetiſſem utique cohabitationem Ejus. At Ille gaudens, Eam ſibi in Conjugio copulavit: quæ concipiens, peperit filium, vocavitque nomen Ejus Clodoveum, &c.* Eadem occurrunt in *Geſtis Francorum epitomatis*, cap. VI, & VII, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Franc.*, p. 59, ubi *Childerici* amicus *Wiomadus* vocatur; nec non Lib. 1 *Aimoni*, cap. VII, pag. 256, à quo idem *Winomadus* audit, & cap. VIII, pag. 258; Conf. *Hincmarus*, in vita *S. Remigii*, Archi-Epiſcopi Remenſis, Cap. 29, apud *Surium*, 13 Januar., pag. 194; Chronicon *S. Maxentii*, vulgo *Malleacenſe*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, p. 192; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad An. 461, *Winomado Widiomari* nomen imponens; & ad An. 469, in quem reſtitutionem Regis collocat; *Lehman.*, *Chron. Spirenſ.*, lib. 3, cap. 1, p. 21c, &c.; *Sagittarius*, *Antiq. Regni Thuring.*, lib. 2, cap. 9, p. 214, &c. Per *Thuringiam* hic intelligendam eſſe *Tulingiam*, ſeu modernam *Lotharingiam*, in qua *Childericus* exilium egerit, toto capite ſecundo, Part. 2 *Monumentorum Romanorum in Thuringia*, probandum ſibi ſumit Dn. *Laurentius*; cujus inſuper *Origines Doringicæ*, ſeu *Monumenta Suevorum in Doringia*, cap. 2, 3, & 5, evolvi merentur. Quousque Regni limites dilataverit, deſcribit coævus Auctor, *Hunibaldus* Francus, (de quo tamen conferas *Gerhardum Johannem Voſſium*, lib. 2 *Hiſt. Latin.*, p. 277) apud *Lehmannum*, lib. I cit. *Chron.*, cap. ult., p. 52: *Hildericus*, inquiens, *Rex Francorum, congregato ſuorum Exercitu maximo, per univerſam Galliam, anno 475, potenti manu diſcurrit, omnia, quæ reſtabant, ſuo Regno ſubjecit, &c. Eodem tempore Franci Coloniam Agrippinam, de poteſtate Romanorum, in manu valida, eripientes, etiam ſuo dominio ſubdiderunt; proinde Moguntiam, Spiram, &, non diu poſt, Argentinam, cum oppidis & munitionibus univerſis, per omnem Regionem Cisrhenanam, à Conſtantia, civitate Alemanniæ, usque ad mare, & deinceps per omnem Galliam, usque ad Ligerim, in ſuam poteſtatem, nullo reſiſtente, redegerunt, &c.*; nec non Auctor *Geſtorum Francorum epitomatorum*, l. c., cap. 8, p. 60, verbis: *In illis diebus ceperunt Franci Agrippinam Civitatem, ſuper Rhenum, vocaveruntque eam Coloniam, multumque populum Romanorum, à parte Egidii, occiderunt ibi, Egidiusque exinde, per fugam lapſus, evaſit. Venerunt autem Treveris Civitatem, ſuper Muſellam fluvium, vaſtantes Terras illas; ipſamque urbem ſuccedentes ceperunt. Nam ante à Chunis fuerat diſrupta atque adflicta. Eo tempore mortuus eſt Egidius Dux, Romanorum tyrannus; Syagrius, filius Ejus, in Regnum reſedit, habitavitque in Sueſſionis Civitate, ubi ſedem Regni tenebat. Tunc Childericus Rex, commoto magno Exercitu hoſtium, usque Aurelianis Civitatem perrexit, Terras quoque*

que

Digitized by Google

que illas vaſtavit. At Onagrius, Saxonum Dux, cum navale hoſte Andegavis Civitatem venit, magna tunc cæde Populum vaſtavit. Adovagrius itaque de Andegavis, vel de aliis Civitatibus obſides accepit. Redeunte quoque Adouagrio de Andegavis, Childericus Rex, cum Francorum exercitu, ibidem advenit, interfecto Paulo Comite, qui in ipſa civitate præerat, ipſamque urbem cepit, & domum, (Templum) *quæ in ea civitate erat, igne combuſſit.* Et l. c., Cap. IX: *Eo tempore mortuus eſt Childericus Rex, regnavitque annos viginti quatuor, &c.* Quæ comprobant *Gregorius Turonenſis*, lib. 2, cap. 18, & 19, p. 39, aſſerens inſuper, *Childericum* cum *Odovacrio* pepigiſſe fœdus, Alamannosque, qui partem Italiæ pervaſiſſent, ſubjugaſſe; verba ad ſeq. lit. q occurrunt; *Aimoinus*, lib. 1, Cap. 7, p. 257, & Cap. 12, p. 262; *Hincmarus*, in vita *S. Remigii*, l. c.; Chronicon *S. Maxentii*, vulgo *Malleacenſe*, l. c. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad An. 458, Regnum Ejus 26 Ann. duraſſe, perhibet, addens, Francos, *Ægidio* fugato, *Coloniam Agrippinam*, an. 475, expugnaſſe, & ſequenti 476 cepiſſe *Trevirim*; an. 480 *Andegavum* à Saxonibus vaſtatum; Annoq; 481 defunctum *Ægidium* excepiſſe filium *Siagrium*; *Childericum* & *Odovacrium*, quem *Audovachrium* vocat, fœderatos, ſubjeciſſe ſibi Alamannos, *Andegavumque* à *Childerico* incenſum, *Paulo*, urbis Comite, trucidato; Regem denique Anno 484 abiiſſe ad plures; qui & *Baronio*, Tom. VI Annal., ad An. 484, p. 425, in fine, arridet; cum potius Annus 482 ponendus veniat; Conf. Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, *Not. Imper. Enucleata*, lib. 1, Cap. 2, §. 83, pag. 94, lit. a. Dn. *Vorburgius*, l. c., ad annum 481, pag. 357, argumenta *Baronii* impugnando, Regem hoc ipſo anno 481 exuvias mortales depoſuiſſe, arbitratur, contra propriam vero hypotheſin, qua, l. c., ad an. 514, pag. 615, & T. VI, an. 547, & 552, pag. 441, & 489, Ejus obitum in an. 514 refert. Cæterum hac ætate Provincias Galliarum, à Viſigothis, Franciſque occupatas, Imperatores Romanos derelictui jam habuiſſe, non ſine ratione, ex fœdere harum Gentium, contra *Attilam*, concludit Ill. *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. V, §. 8, p. 19.

(24) Tranſgreſſus Majorum gloriam CLODOVEUS MAGNUS, *Childerici* & *Baſinæ* filius, quindecim Annorum Princeps, Regale ſolium, Anno circiter 482, conſcendit. Quod ſic probo: Juxta præmiſſa cœpit Ejus Parens, An. 458, & Regno præfuit An. 24; ergò incidit Ejus obitus, hujusque initium in An. 482. Aſſenſit *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, h. a., pag. 37; Auctor *Chronici Leodienſis*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. I. p. 334, in annum 483 progreditur; de iis, qui hæc anno 484 inſcribunt, modò dictum eſt. In genere, de Eo ait *Gregor. Turon.*, lib. 2, c. 12, in fine, pag. 37: *Hic fuit magnus & pugnator egregius*; & Auctor *Geſtorum Francorum epitomatorum*, Cap. VII, in fine, pag. 59: *Hic fuit Rex magnus, ſuper omnes Reges Francorum, pugnator bellicoſiſſimus, atque egregius, &c.*; quæ *Hincmarus*, in *Vita S. Remigii* Remenſis, cap. 29, apud *Surium*, 13 Januar., pag. 194, repetit; Ab *Aimoino*, lib. I, cap. 12, pag. 262, audit *Vir, in rebus bellicis ſtrenuus, nullique priorum virtute ſecundus*; Chronicon *Virdunenſe Hugonis Flaviniacenſis*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. I. pag. 85, Eum vocat *Virum Bellicoſiſſimum & Potentiſſimum*; Auctori *Chronici S. Maxentii*, vulgo *Malleacenſis*, apud eundem, Tom. 2, p. 192, eſt *virtutibus bellicis ſtrenuus, &c.* Re vera res magnas peregit. Anno Regni quinto, h. e. 487. *Syagrium*, *Ægidii* filium, Romanorum Regem, in Galliis penitus delet; ita enim *Gregorius Turonenſis*, lib. II, cap. 27, p. 42: *Anno quinto Regni Ejus, Syagrius, Romanorum Rex, Egidii filius, ad Civitatem Sueſſionas, quam quondam ſupra memoratus Egidius tenuerat, ſedem habebat. Super Quem Chlodoveus, cum Ragnachario, Parente ſuo, quia & Ipſe Regnum tenebat, veniens, campum pugnæ præparari depoſcit. Sed nec iſte diſtulit, ac reſiſtere metuit. Itaque inter ſe utrisque pugnantibus, Syagrius eliſum cernens Exercitum, terga vertit, & ad Alaricum Regem, Tholoſam, curſu veloci perlabitur. Chlodoveus vero ad Alaricum mittit, ut Eum redderet: alioquin noverit, ſibi bellum, ob ejus retentionem, inferri. At ille metuens, ne propter eum iram Francorum incurreret, ut Gothorum pavere mos eſt; vinctum Legatis tradidit. Quem Chlodoveus receptum, cuſtodiæ mancipari præcepit, Regnoque ejus accepto, eum gladio clam feriri mandavit, &c.* Idem teſtantur *Geſta Francorum epitomata*, Cap. IX, pag. 60; *Aimoinus*, lib. I, cap. 12, pag. 262, & 263; *Hincmarus*, Remenſis, l. c.; *Hugo Flaviniacenſis*, l. c.; *Sigebertus Gemblac.*, ad An. 489; *Ivo Carnotenſis*, Chron. de *Regibus Francorum*, apud *Freherum*, T. 1, p. 51; *Otto Friſingenſ.*, lib. 4 *Chron.*, cap. 32, pag. 98; *Sigonius*, de *Occident. Imperio*, lib. 15, p. 375; *Baronius*, Tom. VI *Annal.*, ad an. 489, p. 445, &c.; *Vorburgius*, Vol. V *Hiſtor.*, ad an. 485, p. 437, &c.; *Bucherius*, lib. 19 *Belgii Romani*, c. 8, §. 4. Quale Regnum autem, nece *Siagrii*, obtinuerit, docet Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, *Not. Imper. Enucleat.*, lib. 1. c. 2, §. 83, p. 94, inquiens: *Quicquid, poſt tot barbararum Gentium invaſiones, Romanis in Galliis ſupererat, in Belgica Gallia: Sueſſiones, Remos, Catalaunos; in Lugdunenſi Quarta: Senones, Tricaſſos, Antiſſiodorenſes, cætera, victo & occiſo Ægidii filio, Siagrio, ditioni Franciæ adjecit.* Confecto hoc bello, novum aggrediebatur, an. 492, cujus *Gregorius Turon.*, l. c., in fine capitis 27, p. 43, meminit: *Decimo Regni ſui anno Thoringis bellum intulit, eosdem ſuis ditionibus ſubjugavit, &c.* Add. *Geſta Francor. epitom.*, C. 10, in fin., pag. 61; *Hincmarus*, l. c., Cap. 31; *Sigebertus Gemblac.*, ad annum 495; Conf. *Petavius*, *Rationar. Tempor.*, part. 1, lib. 7, c. 2, ad an. 491, p. 405, & 406; *Bucherius*, l. c., §. 11; *Schaten*, *Hiſtor. Weſtphal.*, lib. 5, pag. 293; Dn. *Werlhof*, l. c., §. 84, p. 94; Dn. *Schurtzfleiſch*, *Lemmat. Antiquitatum Francic.*, §. 15,

Digitized by Google

§. 15, p. 10, & 11; *Vorburg*, l. c., ad an. 491, p. 460; Dn. *Laurentius*, part. 2 *Monument. Romanor. in Thuringia*, cap. 3, p. 41; qui de *Tungris*, *Weſtphaliam* inhabitantibus, id interpretatur; Dn. *Jænichius*, de *Clodoveo Magno*, §. 4, lit. b, &c. Armis quieſcentibus, nuptias Sueſſionis celebrat, anno, ut *Baronius*, Tom. VI *Annal.*, p. 492, exiſtimat, quadringenteſimo nonageſimo quarto, cum *Chrothilde*, (quam alii *Rothildim*, *Chrodchildim* it. *Chrodigildim* appellant,) filia *Chilperici*, tertio loco nati *Gundeucho*, Burgundionum Regi, à primogenito Fratrum, *Gundobaldo*, ferro transfixi. Vid. *Gregor. Turon.*, lib. 2, cap. 28, p. 43; *Geſta Franc. Epitom.*, c. 11 ad 14, p. 61 ad 63; *Aimoinus*, lib. 1, cap. 13, & 14, pag. 263, & 264, & lib. 2, cap. 7, pag. 276; *Hincmarus*, l. c., c. 32, pag. 194; *Conradus Urſpergenſ.*, pag. 95; *Hugo Flaviniacenſis*, l. c., pag. 86. Tertium deinde bellum orditur cum *Alamannis*, cujus ſummam exponit *Gregorius Turon.*, lib. 2, cap. 30, pag. 44, ubi: *Factum eſt autem, utem, ut, confligente utroque exercitu, vehementer cæderentur: atque exercitus Chlodovei valde ad internecionem ruere cœpit; quod ille videns, elevatis ad cœlum oculis, compunctus corde, commotus in lachrymis, ait: Jeſu Chriſte, quem Chlothildis prædicat eſſe Filium Dei vivi, Qui dare auxilium laborantibus, victoriamque in Te ſperantibus tribuere diceris, Tuæ opis gloriam devotus efflagito: ut, ſi mihi victoriam ſuper hos hoſtes indulſeris, & expertus fuero illam virtutem, quam de Te Populus, Tuo nomini dicatus, probaſſe ſe prædicat, credam Tibi, & in Tuo nomine baptizer. Invocavi enim Deos meos, ſed, ut experior, elongati ſunt ab auxilio meo: unde credo, Eos nullius eſſe poteſtatis præditos, qui ſibi obedientibus non ſuccurrunt. Te nunc invoco, & Tibi credere deſidero, tantum, ut eruar ab adverſariis meis. Cumque hæc diceret, Alamanni terga vertentes, in fugam labi cœperunt. Cumque Regem ſuum cernerent interemptum, Chlodovei ſe ditionibus ſubdunt, dicentes: Ne amplius, quæſumus, pereat Populus: jam tui ſumus. At Ille, prohibito bello, coarctatoque populo, cum pace regreſſus, narravit Reginæ, qualiter, per invocationem nominis Chriſti, victoriam meruit obtinere, &c.* Conf. *Albinus Flaccus Alcuinus*, in vita *S. Vedaſti*, Atrebatenſis Epiſcopi, Cap. 1, apud *Surium*, 6 Februar., pag. 67; *Aimoinus*, lib. I, cap. 15, p. 265; *Hincmarus*, l. c., Cap. 34, pag. 194; *Flodoardus*, lib. I *Hiſtor. Rhemenſ.*, cap. 13; *Rorico*, *Monachus*, lib. 2 *Geſt. Franc.*, apud Dn. *Obrechtum*, l. c., Cap. 10, pag. 213: *Hermannus Contractus*, ad an. 494, apud *Urſtiſium*, pag. 273; *Sigebertus Gemblac.*, An. 499; in primis Epiſtola *Theodorici*, Italiæ Regis, ad ipſum *Chlodoveum*, quem *Ludwin*, id eſt, *Ludovicum*, vocat, apud *Caſſiodorum*, lib. 2 *Variarum*, Epiſt. 41, p. 82, & 83, ubi fortè vox: *gentilitas*, ex qua *Fornerius*, in Not. ibidem, argumentum ducit, *Chlodoveum* jam tum ad Chriſtianorum caſtra tranſiiſſe, non pro *paganiſmo*, ſed pro *affinitate*, admittenda, quo ipſius etiam Epiſtolæ initium reſpicere videtur: *Glorioſa quidem veſtræ virtutis affinitate gratulamur, &c.* *Theodoricum* enim, ut Regni vires ſtabiliret, ſororem, *Adelphedam*, Francorum Regi copulaſſe, *Matthæus Palmerius* auctor eſt. Locum prælio fuiſſe *Tolbiacum*, ſeu *Tulbiacum*, hodiè, corrupta enunciatione, *Zülch*, vel *Zülpich*, in Agrippinenſium finibus, quatuor leucas, *Treveros* verſus, à *Colonia Agrippina*, *Lambecio*, lib. 2 *Commentar. Biblioth. Cæſar.*, cap. 8, pag. 706, obſervante, diſtans oppidum, *Tacito*, lib. 4 *Hiſtor.*, cap. 79, jam notum, ex *Gregorio Turonenſi*, lib. 2, cap. 37, diſcere eſt. Conſentiunt *Bucholcerus*, *Ind. Chronolog.*, ad an. 499; B. *Rhenanus*, lib. 2 *Rer. German.*; *Dionyſius Petavius*, part. 1 *Rationarii Tempor.*, lib. 7, cap. 2, pag. 406; *Guillimannus*, *Epiſc. Argent.*, cap. 3; & *Helvet.*, lib. 2, cap. 10, & lib. 3, cap. 6; Illuſtr. *Obrechtus*, *Prodrom. Rer. Alſat.*, cap. X, pag. 210, &c., & qui ibi nominantur teſtes; *Hachenberg*, *German. Med.*, Diſſ. 3, §. 6, p. 67; Dn. *Schurtzfleiſchius*, *Lemmat. Antiq. Franc.*, §. 16, pag. 11; Dn. *Werlhof*, l. c., §. 85, pag. 95, ad *Baudrandi* Lexicon provocans, cujus verba quoque Dn. *Laurentius*, part. 2 *Monument. Roman.* in *Thuringia*, cap. 3, pag. 41, recitat; *Vorburgius*, l. c., ad annum 499, p. 530, multique alii. De Anno prælii diſputatio eſt. Sic ego argumentor: Conſcendit *Chlodoveus* ſolium, juxta probata, an. 482; pugna hæc commiſſa, anno Regni Ejus quinto decimo, ut ex *Geſtis Francorum Epitomatis*, cap. 15, p. 64, & *Hincmaro*, l. c., cap. 34, pag. 195, patet; ergò incidit illa in annum 497, vel, ut *Petavius*, l. c., *Aubertus Miræus*, *Auctar. de Scriptorib. Eccleſ.*, cap. 138, *Lambecius*, l. c., pag. 703, Dn. *Schurtzfleiſchius*, l. c., & Dn. *Werlhof*, l. c., computant, an. 496; *Baronio*, Tom. VI Annal., ad an. 499, pag. 536, *Bucholzero*, l. c., *Baudrando*, l. c., *Surio*, die 6 Febr., p. 68, in margine, *Vorburgio*, l. c., *Conringio* de *Civibus Imperii*, c. 22, p. 13, &c. annum 499 hoc titulo producentibus. Hinc & ratio diverſitatis, quo tempore laudatus Rex, ſacro baptiſmatis fonte, à S. *Remigio*, Remorum Antiſtite, ablui ſe fuerit paſſus; de facto teſtantur ipſe S. *Remigius*, in ultimæ voluntatis ſuæ tabulis, apud *Labbeum*, l. c., Tom. I, p. 806, Regem *Hlodowicum* nuncupans; *Gregorius Turon.*, lib. 2, cap. 31, pag. 44, &c., addens, ultra 3000 de Ejus Exercitu ſimul idolorum cultum deſeruiſſe; ſuffragante *Aimoino*, lib. 1, cap. 16, pag. 265; *Geſta Francor. Epitom.* verò, l. c., pag. 64, *Albinus Flaccus Alcuinus*, l. c., cap. 4, apud *Surium*, 6 Febr., p. 68, & *Hincmarus*, l. c., c. 35, &c., pag. 195, & 196, *omnem Francorum Populum* unà ad fidem converſum, affirmant; Add. Monachus Cœnobii *Egolumenſis S. Eparchii*, in Vita *Caroli Magni*, apud *Pithæum*, p. 230, & 231; Vita S. *Launomari* Abbatis, cap. 1, a-

Bb pud

pud *Surium*, 19 Januar., p. 291; *Theodoricus* Abb., in Vita S. *Landradæ*, cap. 1, apud eundem, 8 Julii, pag. 139; Vita. *S. Theodardi*, Epiſc. Traject., cap. 1, apud eundem, 10 Septemb., p. 111; *Aſſo*, Abbas *Dervenſis*, in Paſſione *S. Bercharii*, Abbatis *Altvillarenſis*, c. 9, apud eundem, 16 Octob., p. 272; Vita *S. Leonhardi* Confeſſoris, ibid., 6 Novemb., p. 165; Vita *S. Euſitii*, *Bituricenſis*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, pag. 375; &c. Annum exprimunt *Chronicon Fiſcarienſe*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. I, pag. 325, CCCCLXXXVI, quod apertè falſum; *Chronicon Remenſe*, ibid., pag. 358, CCCCXCIV; *Hermannus Contractus*, Cod. Nov., apud *Urſtiſium*, pag. 273, CCCCXCV; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, pag. 38, CCCCXCVII; *Sigebertus Gemblacenſis*, & Aſſeclæ, CCCCIXC; *Hugo Flaviniacenſis*, l. c., p. 86, DII; &c. Hæc obiter. Num ſtatim omnia, quæ hactenus *Alemannici Juris* fuerint, plenis titulis Regno Francico acceſſiſſe, cum Dn. *Conringio*, l. c., & lib. 1 de *Finib. Imper.*, cap. 2, §. 2, pag. 5. ſtatuendum ſit, præſertim, ſi de *Bavaria* quæſtio moveatur, quam Ille ſubactis Provinciis annumerandam pro manifeſto habet? diſputari video, nec pondere carere, quæ, poſt *Vorburgium*, Vol. V, ad annum 499, pag. 533, Ill. *Obrechtus*, l. c., pag. 211, &c., & Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, l. c., lib. 1, cap. 2, §. 85, lit. e, pag. 95, & 96, hanc in rem proferunt. *Quartum* Bellum inter Eundem, & *Alaricum*, Wiſigothorum Regem, exarſit, & quidem leves ob cauſas, ceu ex *Theodorici*, Italiæ Regis, Epiſtolis, quibus eis compoſitionem amicabilem ſummopere commendabat, apud *Caſſiodorum*, lib. 3 *Variarum*, Epiſt. 1, & 4, p. 84, & 86, nec non ex aliis, ad *Gundibadum* Burgundiæ Regem, pariterque ad Herulorum, Guarnorum, & Thoringorum Reges, quos omnes, ad conciliandos diſcordes inter ſe Principes, efflagitabat Mediatores, ibidem, Epiſt. 2 & 3, pag. 85, & 86, cernere eſt; minimum invalidam illam puto, quam Gregorius *Turonenſis*, lib. 2, cap. 37, p. 48, producit, inquiens: *Chlodoveus Rex ait ſuis: Valde moleſte fero, quod hi Ariani partem teneant Galliarum. Eamus, cum Dei adjutorio, & ſuperatis redigamus terram in ditionem noſtram;* quoniam Religionis diverſitas Jus inferendi arma nemini largitur. Wiſigothi æque, ac Franci, Advenæ in Gallia erant, nec majori titulo alter Populus altero poſſeſſiones ſuas tueri valebat, Romanis, ad quos antea Galliæ ſpectabant, utrisque portiones occupatas vel vi, vel pacto relinquentibus. *Alioqui Religio omnino ad defenſionem valet, & ratio tuendæ libertatis poſtulat, ut propugnatio, vel vita fortunarumq; omnium diſcrimine, pro ea, ſuſcipiatur. Si enim, pro libertate, arma ſumere, Divinum humanumque Jus concedit, multo magis concedit, pro ea libertate, qua nulla, in rebus humanis, ſanctior potiorque eſt, ut certe illa ipſa æſtimatur, qua cum Deo conjungimur, quæ libertas conſcientiæ vocatur. Loquimur autem de iis, qui in tali ſtatu ſunt, in quo Jus armorum, ſaltem defenſionis cauſa, Lege aut pacto, Civibus conceditur. Itaq; extra hanc quæſtionem ſunt, qui ita ditioni Imperantis ſubjecti ſunt, ut nullam ejusmodi libertatem pacto, aut quavis alia honeſta ratione ſibi reſervarint, ſineque exceptione Privilegiorum ad parendum ſeſe obligarint, &c.;* Judice Dn. *Schurtzfleiſchio*, *Lemmat. Antiq. Franc.*, θ. 13, p. 9. Cum vero *Theodoricus* neque à Burgundo, neque à *Chlodoveo* eſſet auditus, præſto eſſe *Alarico*, gentili ſuo, animo decernens, expeditionem adverſus eos adornat. Interea, Anno 507, *Chlodoveus Rex, cum Alarico, Rege Gothorum, in campo Vocladenſe, decimo ab Urbe Pictava miliario, convenit, & confligentibus his eminus reſiſtunt, cominus illi; cumque, ſecundum conſuetudinem, Gothi terga vertiſſent, Ipſe Rex Chlodoveus victoriam, Domino adjuvante, obtinuit. Habebat autem in adjutorium ſuum filium Sygiberti Claudi, nomine Chlodericum. Hic Sygibertus, pugnans contra Alamannos, apud Tulbiacenſe Oppidum, percuſſus in geniculo, claudicabat. Porro Rex, cum, fugatis Gothis, Alaricum Regem interfeciſſet, duo ex adverſo ſubitò advenientes, cum contis utraque Ei latera feriunt, ſed auxilio tam loricæ, quam velocis equi, ne periret, exemptus eſt. Maximus ibi tunc Arvernorum Populus, qui cum Apollinare venerat, & primi qui erant ex Senatoribus, corruerunt. De hac pugna Amalaricus, filius Alarici, in Hiſpaniam fugit, Regnumq; Patris ſagaciter occupavit. Chlodoveus vero filium ſuum, Theodoricum, per Albigenſem ac Rutenam Civitatem, ad Arvernos dirigit. Qui abiens, Urbes illas, à finibus Gothorum usque Burgundionum terminum, Patris ſui ditionibus ſubjugavit. Regnavit autem Alaricus viginti duos annos. Chlodoveus vero apud Burdegalenſim urbem hyemem agens, cunctos theſauros Alarici à Tholoſa auferens, Engoliſmam venit, cui Dominus tantam gratiam tribuit, ut, in ejus contemplatione, muri ſponte corruerent. Tunc excluſis Gothis, Urbem ſuo dominio ſubjugavit. Patrata poſt hæc victoria, Turonos regreſſus eſt, &c.* Hæc Gregorius *Turonenſis*, l. c., pag. 49. Conf. *Iſidorus Hiſpalenſis*, *Hiſtor. Gothor.*, Æra 521, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 1, p. 66; *Procopius*, de *Bello Gothico*, lib. 1, §. 11, p. 176, &c.; *Cyprianus*, *Meſſianus* & *Stephanus*, in *Vita S. Cæſarii Arelatenſis*, Cap. 13, apud *Surium*, 27 Aug., p. 286; *Geſta Francorum epitomata*, cap. 17, p. 65; *Aimoinus*, lib. 1, cap. 20, p. 267; *Hincmarus*, in *Vita S. Remigii Remenſis*, cap. 51, & 52, apud *Surium*, 13 Januar., pag. 198; *Ivo Carnotenſis*, de *Regib. Francorum*, apud *Freherum*, l. c., T. I, pag. 51; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad An. 509; *Hugo Flaviniacenſis*, *Chron. Virdunenſ.*, apud *Labbeum*, l. c., pag. 86, & 87; *Otto Friſingenſis*, lib. IV *Chron.*, Cap. 32, p. 99, & lib. 5, cap. 1, p. 101; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, pag. 39, ad An. 508; *Vita S. Euſitii* Bituricenſis, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, p. 375; Chronicon *Aquitanicum*, ibid., pag. 735; *Baronius*, Tom. VI *Annal.*, ad An. 507, pag. 584 ad 586; *Petavius*, part. I *Rationar. Tempor.*, lib. VII,

VII, cap. 2, pag. 407; *Vorburgius*, Vol. V *Hiſtor.*, ad Ann. 506, p. 568, &c., & An. 507, p. 571, &c.; Dn. *Werlhof, Not. Imper. ennel.*, lib. I, cap. 2, §. 86, pag. 97, & 98, & quos ibi citat teſtes; Dn. *Schurtzfleiſch*, l. c., §. 18, p. 13. Obſidio premebant Franci *Carcaſonam*, cum *Theodoricus*, Italiæ Rex, Gothorum exercitum Wiſigothis auxilio adduceret, quibus adventantibus, trepidanter Franci obſidionem prædictam ſolvunt, *indeq; profecti, eam Galliarum, & præter Rhodanum flumen mox occupant Regionem, quæ in Oceanum vergit: quos cum loco depellere Theodoricus nil poſſet, ut ſibi haberent, quæ jam occupaſſent, permiſit, Ipſe vero reliquam Galliarum tunc partem recuperavit, &c.* Sunt verba *Procopii*, l. c., ex quibus patet, *Caſſiodorum*, ſub Conſulatu *Venantii Junioris* & *Celeris*, pag. 701. impenſius, quam par eſt, rebus Gothorum ſtudere, ſcribendo: *Hic Conſulibus, contra Francos à Domino noſtro deſtinatur exercitus, qui Gallias, Francorum deprædatione confuſas, victis hoſtibus ac fugatis, ſuo acquiſivit Imperio, &c.* Remotior adhuc à veritate *Jornandes*, lib. de *Rebus Geticis*, cap. 88, p. m. 751, ait: *Non minus trophæum de Francis, per Hibbam, ſuum Comitem in Galliis, acquiſivit, plus triginta millibus Francorum in prælio cæſis, &c.*, quæ *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 511, aliique recoquunt; quibus apprimè *Baronius*, l. c., ad An. 508, p. 589, objicit: *Quomodo potuiſſet protritus adeo ingenti ſtrage Francorum exercitus, ad tertiam usq; Indictionem, perſeveraſſe in obſidione Civitatis Arelatenſis? & quomodo profligatus à Gothis Francorum Exercitus, ut idem Caſſiodorus, Variar. lib. 8, Epiſt. 10, teſtatur, auſus eſt, in Urbe munitiſſima, atq; fortiſſima, obſidere Gothos?* cum Victoris ſit, & non victi, obſidere, in urbe Regni primaria, hoſtes. Add. *Petavius*, l. c., pag. 409. *Quintum Bellum* Ei fuit cum *Gundebaldo*, *Burgundionum* Rege, *Chrotildis*, Conjugis ſuæ, Patruo, quem, auxilia ferendo Ejus fratri, *Godegiſilo*, frangendæque inſuper tyranni potentiæ, ex ruinis fratrum vehementer auctæ, ſibique multum pertimeſcendæ, obviam eundo, armis proſtratum, vectigalem ſibi reddidit; Vid. *Gregorius Turonenſ.*, lib. 2, cap. 32, & 33, p. 45, & 46; *Geſta Francorum Epitom.*, Cap. 16, p. 64; *Hincmarus*, in vita *S. Remigii*, Archi-Ep. Remenſ., cap. 50, apud *Surium*. 13. Januar., p. 198; & *Ado Viennenſis*, ætat. 6 Chron., ad An. 452, arma utrique fratrum illata, extra dubium ponunt; *Aimoinus*, lib. I, c. 19, p. 267, inter cauſas belli, & hanc collocat, quod *Gundebaldus*, *S. Evodio*, in *vita S. Epiphanii*, cap. 16, apud *Surium*, 21. *Januar.*, pag. 353, *Gondovadus* dictus, *Chrotildis* Patrem gladio interemerit, Matremque, ad collum ligato lapide, in fluvium projici juſſerit. *Ivo Carnotenſ.*, de *Regibus Francor.*, apud *Freherum*, l. c., in genere docet: *Clodoveus Rex Burgundiam ſibi ſubegit, &c.*; & *Sigebertus Gemblac.*, ad An. 501: *Clodoveus Rex Gundebaudo, Regi Burgundionum, congreſſus, eo victo, Burgundiam redegit ſub tributo, &c.* Add. *Hugo Flaviniacenſis*, l. c., p. 86; *Petavius*, l. c., pag. 406, & 407; *Maderus*, præfat. in *Gervaſii Tilbertenſis Commendationem, de Imperio Romano*, &c., pag. 14, &c. Communis horum ſententia eſt, bellum Burgundicum fuiſſe prius geſtum, quam *Chlodoveus* arma in *Alaricum* verterit. Mihi contrà non ſpernendæ *Baronii*, l. c., ad An. 508, p. 596, videntur rationes, quibus motus in diverſas abit partes, inquiens: *Integras fuiſſe res Burgundionum, cum Clodoveus adverſus Alaricum parabat arma, litteræ Theodorici, (apud Caſſiodorum, Variar. lib. 3, Epiſt. 2,) ad ipſorum Regem, Gundebadum, ſcriptæ, declarant, cum Eum rogat, ut in conciliandis inter ſe Alarico & Clodoveo laboret. Sed et Athalaricus, Rex Italiæ, qui Theodorico ſucceſſit, dum Toli, ſtrenui Ducis, ſub ipſo Theodorico, recenſet ſtrenue facta, primò quidem miſſum ipſum fuiſſe, poſt Alarici obitum, ad defendendam Arelatenſem Civitatem, tradit; inde vero, occaſione bellorum, inter Burgundiones & Franchos ortorum, ipſum Provinciam illam acquiſiviſſe Theodorico;* apud *Caſſiodorum*, l. c., lib. 8, Epiſt. 10. Compoſitis rebus bellicis, *ab Anaſtaſio Imperatore Codicillos de Conſulatu accepit, & in Baſilica B. Martini* (Turonii) *tunica blatea* (blattea, *Purpurfarb*) *indutus eſt & chlamyde, imponens vertici diadema; tunc, aſcenſo equo, aurum argentumque, in itinere illo, quod inter portam atrii & Eccleſiam Civitatis eſt, præſentibus Populis, manu propria ſpargens, voluntate benigniſſima erogavit, &, ab ea die, tanquam Conſul & Auguſtus eſt vocitatus. Egreſſus autem à Turonis, Pariſios venit, ibique Cathedram Regni conſtituit, &c.* Quæ *Gregorii Turonenſ.* verba, lib. 2, cap. 38, pag. 49, comprobant *Geſta Franc. Epitom.*, l. c., cap. 17, in fine, p. 66; *Aimoinus*, lib. 1, cap. 21, in fine, p. 269; *Hincmarus*, l. c., cap. 53, pag. 198; *Ado Viennenſ.*, pag. 165, & 169; *Hugo Flavimac.*, l. c., pag. 87; *Sigebertus Gemblac.*, ad An. 510; *Conradus Urſpergenſis*, p. 95, in fine; *Baronius*, l. c., pag. 588, & 597; *Petavius*, l. c., pag. 408; *Bucherius*, *Belg. Roman.*, lib. 2, Cap. 9, §. 1, & 13; Dn. *Werlhof*, l. c., §. 87, p. 98; Dn. *Schurtzfleiſch*, l. c., §. 18, pag. 13, & §. 20, pag. 14, ubi rite dignitatem *Patriciatus* Regi oblatam, tanquam altius aliquid excellentiusque, quam alias denotare ſolebat, ſignificantem, interpretatur, utpote qua Franci poſthac viam ſibi muniverint, ad patrocinium, ſeu Advocatiam, ſupremumque Romæ, ac totius Italiæ dominium acquirendum; Et in Diſſ. de *Titulo Auguſti*, §. 16, p. 28, & 29, ubi contra Gallos diſputat, de *Imperio Auguſto* Turonenſem exponentes. Dn. Auctor *des Pæbſtlichen Unfugs, wider die Krone Preuſſen, welchen* Clemens *der* XI *in einem, den* 16. *April.*, *An.* 1701, *ausgeſtreueten irrigen* Brevi, *zu Verkleinerung aller gekrœneten Heupter, begangen*, cap. 2, §. 5, p. 42, v. 15, varia, ex *Flacio, de Translat. Imper.*, cap. 4, pag. 38; *Jacobo Philippo Bergomate*, Chron., p. 406, & *Alteſerra*, in dictum locum Turonenſis, annotavit. Præter hæc, interfecto *Sigeberto Claudo*, Colonienſium Rege, à filio *Chloderico*, nefan-

da regnandi cupidine, ad committendum deteſtabile parricidium, impulſo, paulo poſt vero, permittente criminum vindice, Deo, bipenni à ſuis trucidato, *Chlodoveus in eundem locum adveniens, convocat omnem Populum illum, dicens: Audite, quid contigerit. Dum ego per Scaldem fluvium navigarem, Chlodericus, filius Parentis mei, patrem ſuum inſequebatur, verbo ferens, quod Ego Eum interficere velim. Cumque Ille per Burconiam Sylvam* (hod. Weſterwald) *fugeret, immiſſis ſuper Eum latrunculis, morti tradidit & occidit. Ipſe quoq; dum theſauros Ejus aperit, à neſcio quo percuſſus interiit. Sed in his Ego nequaquam conſcius ſum; nec enim poſſum ſanguinem Parentum meorum effundere; quod fieri nefas eſt. Sed quia hæc evenerunt, conſilium vobis præbeo, ſi videtur acceptum, convertimini ad Me, ut ſub mea ſitis defenſione. At illi, iſta audientes, plaudentes tam palmis, quam vocibus, Eum clypeo evectum ſuper ſe Regem conſtituunt. Regnumque Sygiberti, acceptum cum theſauris ipſis, quoq; ſua ditioni adſcivit, &c.* Hæc *Gregorius Turonenſis*, lib. 2, Cap. 40, pag. 50; Conf. *Chronica Francorum Epitom.*, cap. 26, apud *Freherum*, l. c., pag. 101, & *Aimoinus*, lib. I, cap. 18, p. 266, & 267; ubi, ex Vita *S. Furſei*, cap. XX, apud *Surium*, 16 Januar., pag. 262, meminit *Sigeberti*, Saxoniæ Regis, ad quem *S. Furſeus*, per Britannias, transvectus ſit, dubitans, num dicta hic de Eo ſint accipienda. *Beda*, lib. 3 *Hiſt. Eccleſ. Angl.*, cap. 19, *Saxoniam* hanc vocat Provinciam Anglorum Orientalium; Quid autem Orientalium Anglorum Principi negotii in Sylva *Burconia*? Tutius ergo per *Sigebertum*, intelligimus, cum *Johanne Iſacio Pontano*, lib. V *Orig. Franc.*, cap. 3, & *Vorburgio*, Vol. 5 *Hiſt.*, ad annum 512, p. 604, Regem, qui Agrippinenſibus, cis ultraque Rhenum, haud exiguis finibus, imperitabat; Poſt hæc *Chararicum* Regem, quod, in pugna cum *Syagrio*, ad auxilium evocatus eminus ſtetiſſet, captum totondit, & *Presbyterum* ordinari curavit, filiumque Ejus *Diaconum*, ambos tandem trucidari juſſos, Regno eorum in fiſcum redacto. Vid. *Gregor. Turon.*, lib. 2, cap. 41, p. 50; *Chronica Francor. Epitom.*, l. c., cap. 27, p. 101; *Aimoinus*, lib. 1, cap. 23, p. 269; Nec meliora fata expertus eſt *Ragnacharius*, Cameracenſium & Atrebatum Rex, quem, effrenem penitus in luxuria, unà cum fratre, *Richario*, in bello prehenſos, ſecuri plecti juſſit, tertio fratrum, *Rignomere*, apud *Cenomanniam* Civitatem, jugulato. Vid. *Gregorius Turonenſ.*, lib. 2, cap. 42, pag. 50, & 51, ubi annectit: *Omne Regnum eorum, & theſauros Chlodovæus accepit. Interfectisq; & aliis multis Regibus, vel parentibus ſuis primis*, (agnatis, vel cognatis) *de quibus Zelum habebat, ne Ei Regnum auferrent, Regnum ſuum, per totas Gallias, dilatavit, &c.* Add. *Geſta Francor. Epitom.*, cap 18, p. 66, & 67; *Chronica Francor. Epitom.*, cap. 28, p. 101; *Aimoinus*, lib. I, cap. 23, p. 269; *Hugo Flaviniacenſis*, l. c., pag. 88; *Bucherius*, *Belg. Roman.*, lib. 20, cap. 10; *Schaten.*, lib. V *Hiſt. Weſtphal.*, p. 296; *Pontanus*, l. c.; *Vorburgius*, l. c.; *Petavius*, l. c., p. 409; Dn. *Schurtzfleiſch*, *Lemmat. Antiquit. Francic.*, c. 19, p. 13; Ipſe denique, anno Regni 30, ætatis 45, gloria, quam ætate, major, apud Pariſios vita exceſſit. *Gregorius Turon.*, lib. 2, Cap. 43, p. 51, de Ejus obitu ait: *Migravit autem, poſt Vocladenſe bellum, anno quinto, fueruntque omnes dies Regni Ejus triginta anni; ætas tota quadraginta quinque anni. A tranſitu ergò S. Martini, usq; ad tranſitum Chlodovei Regis, qui fuit undecimus annus Epiſcopatus Lycinii, Turonici Sacerdotis, ſupputantur anni centum duodecim, &c.* Idem confirmant *Geſta Franc. Epitom.*, cap. 18, in fin., p. 67; *Chron. Francor.* Epitom., cap. 29, p. 101; *Aimoinus*, lib. I, cap. 25, p. 271; *Hincmarus*, l. c., cap. 55, p. 198; *Chronica Regum Franc. digeſta*, apud *Labbeum*, T. I *Biblioth. MS.*, pag. 330; *Otto Friſing.*, lib. 5 *Chron.*, cap. 2, in fin., p. 102; Quo anno Chriſti id contigerit, variæ iterum ſunt ſententiæ: *Hermannus Contractus Urſtiſii*, & *Joſephus Scaliger, de Emendat. Temporis*, apud *Vorburgium*, Vol. 5, p. 647, & 648, habet An. 509; *Chronicon S. Vincentii Metenſis*, apud *Labbeum*, l. c., pag. 344; *Sigonius*, lib. 16, de *Imper. Occid.*; *Petavius*, l. c., pag. 409; &, quos Dn. *Werlhof.*, l. c., §. 87, lit. c, pag. 98, allegat, ponunt An. 511; *Aimoinus*, l. c., id rejicit in Annum quintum ab interitu *Alarici*, adeoque 512, quem & *Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, l. c., pag. 334, profert; *Alberto Stadenſi*, *Conrado Urſpergenſi*, pag. 96, & *Alberico, Monacho trium Fontium*, pag. 39, placet An. 513; *Sigebertus Gemblacenſis*, *Baronius*, Tom. VI Annal., ad An. 514, pag. 641, &c., *Bucholcerus*, *Ind. Chron.*, ad eundem, p. m. 265, & *Vorburgius*, l. c., ad eundem An., p. 615, & Tom. VI, An. 547, p. 441, & An. 552, p. 489, ſtant pro Anno 514. Mea computatio hæc eſt: Regnum orſus eſt *Chlodoveus* An. 482; regnavit Ann. 30; Ergò obiit vel ſub finem Anni 511, cujus diem, 21 Novemb. exprimit Dn. *Vorburgius*, l. c., Tom. V, ad An. 516, p. 651, vel An. 512; & rurſus: Clades *Vocladenſis* incidit in An. 507; *Chlodoveus*, quinto anno poſt, animam efflavit; Ergò An. 512.

(25) *Chlodovei* obitum memorabilis ſecuta eſt REGNI FRANCICI, inter quatuor Ejus filios, DIVISIO, qua *Orientalis Francia*, ſeu *Auſtraſia*, natu maximo, *Theodorico*, utut ex illegitimo matrimonio ſuſcepto, tributa, ſeparatas rationes à *Neuſtria*, ſeu *Occidentali* habere coepit. Audiamus de ea *Gregorium Turonenſem*, lib. 3, cap. 1, p. 52: *Defuncto igitur Chlodoveo Rege, quatuor filii Ejus, id eſt Theodoricus, Chlodomeris, Childebertus, atq; Chlotharius, Regnum Ejus accipiunt, & inter ſe, æqualance, dividunt, &c.* Clarius loquitur *Aimoinus*, lib. 2, cap. 1, pag. 272: *Quatuor Filii Clodovei, i. e. Theodoricus, Chlodomirus, Childebertus, atq; Clotharius, Regnum inter ſe, æqua lance, dividunt, & THEODORICUS quidem ſedem Regni ſortitus eſt Metis: CLODOMIRUS Aurelianis: CLOTHARIUS Sueſſionis: CHILDEBERTUS Parrhiſiis*,

quo

quo & Pater eorum. Conf. *Geſta Francor. Epitom.*, cap. 19, p. 67; *Chronica Francor. Epitom.*, cap. 30, pag. 101; *Agathias*, ſive, ut ſemet ipſum, in Epigrammatis, vocat, *Agathius, Scholaſticus*, homo gentilis, lib. I, *de Imperio, & rebus geſtis Juſtiniani*, p. 8; *Ivo Carnotenſis*, de *Rebus Francorum*, apud *Freherum*, l. c., Tom. I, p. 51; *Hugo Flaviniacenſ.*, l. c., pag. 88; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 514; *Otto Friſing.*, lib. 5 *Chron.*, cap. 2, in fin., pag. 102; Vita *S. Genulphi*, lib. 2, cap. 4, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, p. 364; *Chronicon S. Vincentii Metenſis*, ad An. 511, apud eundem, l. c., Tom. I, pag. 344; *Conradus Urſpergenſ.*, pag. 67, & 96, & 146; *Baronius*, Tom. VI Annal., ad Ann. 514, pag. 643; *Pontanus*, l. c.; *Petavius*, l. c., pag. 410; *Vorburgius*, l. c., pag. 617, & Vol. VI, ad ann. 528, pag. 123, &c.; Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Regno Auſtraſiæ*, cap. 1, §. 3, 4, 5 & 6; Dn. *Werlhof*, l. c., §. 88, 89, 90, p. 98, & 99; qui Vir Doctiſſimus, ſeqq. paragraphis 91, 92, & 93, pag. 99 ad 109, fuſe *Auſtraſiam*, ſeu *Franciam Orientalem*, & *Neuſtriam*, ſeu *Franciam Occidentalem*, quæ proprie Regnum Galliæ conſtituit, delineat. Operæ pretium eſt evolvere *Hadrianum Valeſium*, T. I *Rer. Francicar.*, lib. 7, (unde ſua hauſit Illuſtr. *Obrechtus*, cap. V *Prodrom. Rer. Alſatic.*, pag. 34, & 35,) cujus hæc ſunt verba: *Mortuo Clodoveo, Francorum Rege, quatuor Ejus filii Regnum paternum inter ſe diviſere: Theodoricus, natu Major, Albienſes, Rutenos, Cadurcos, & Arvernos, Aquitanorum Populos, quos, Patris auſpiciis, poſt proelium Vogladenſe, ſubegerat, præterea Provinciam Belgicam Primam, Superiorem Inferioremque Germaniam, Alamanniam, una cum Suevia, & Franciam Veterem, vel Transrenanam ſortito obtinuit: ita, ut fines Ejus initium caperent à Rutenis, Provinciæ Narbonenſis Primæ conterminis, & ad Saxoniam pertinerent. Tum primum nova nomina ab Francis excogitata ſunt, & Galliarum Provinciis impoſita. AUSTRIAM vel AUSTRASIAM appellavere Franci partem Galliæ, ad Orientem ſolem, Meridiemque ſpectantem, quæ Rheno & Moſa fluminibus continetur, cum Transrenanis Gentibus; Francicæ ditionis partem, ad Septentriones Occaſumque ſolis vergentem, quæ inter Moſam & Ligerim interjacet, NEUSTRIAM, vel NEUSTRASIAM, nonnunquam Neptricum, vel Neptriam vocavere. Burgundia, & Aquitania ſua nomina reliquere, & Franci quidem, qui Neuſtriam incolebant, Neuſtraſii, qui Auſtriam habitabant, Auſtraſii ſunt dicti, &c.* Confuſionem Auſtraſiæ Veteris, cum Regno Lotharingico, reſpuit *David Blondellus*, in *Adnimadverſionibus, ad Jacobi Caſſani Inquiſitionem Jurium Regiorum, Aſſertioni Genealogiæ Francicæ* inſertis, apud laudatum Dn. *Obrechtum*, l. c., p. 35, inquiens: *Metenſe Regnum, ſive Auſtraſia, Lotharienſi Regno longe amplius fuit, idque, quantum quantum fuit, Auſtraſiæ Veteris portio non fuit, ſed ex parte tantum* Et rurſus: *Ab Oriente, ultra Rhenum, quicquid à Clodoveo, & poſteris Francico Regno adjunctum eſt, Auſtraſiæ, ſeu Regno Francorum Orientali acceſſit. Ab Occidentali Moſæ ripa, Rhemenſe & Catalaunenſe Territoria, quæ Lotharingica nunquam fuerunt, Auſtraſia, ſeu Metenſe Regnum complexum eſt, ut & Moguntinam, Wormatienſem, & Spirenſem dioeceſes, quas, Regno transRhenano, Anno Domini 843, junctas, Lothariorum nemo poſſedit, &c.* Primus igitur AUSTRASIÆ Rex fuit THEODORICUS, *Clodoveo* è concubina, *Anaflede*, natus, ut *Gregorius Turon.*, lib. 2, cap. 28, p. 43, & *Aimoinus*, lib. 2, cap. 7, p. 276, ſcribunt. Uxor Ei fuit *Sigismundi*, Burgundionum Regis, filia, teſte *Aimoino*, l. c. Conf. *Gregorius Turon.*, lib. 3. cap. 6, p. 54; Quot Populos ſub dominio habuerit, innuunt Leges *Francorum, Alamannorum, Bojorum, Thuringorum*, & *Ripuariorum*, quas vel condidit, vel correxit, ceu præced. pag. 42, 43 & 44 monuimus. De ſingulis alibi dicendi erit occaſio.

(*k*) *ALEMANNIS.* Scil. apud *Tolbiacum*, Anno 497. Vid. præced. lit. J, v. 24, pag. 193.

(*l*) *BAVARIA, &c.* Vid. ſeq. Tit. XVI, §. 11, de *Ducatu Bavarico.*

(*m*) *HERMENFRIDO, &c.* *Gregorius Turonenſis*, lib. 3, cap. 4, pag. 53, rem ita recenſet: *Porro tunc apud Thoringos tres fratres Regnum Gentis illius retinebant: id eſt, Badericus, Herminefredus, atque Bertharius. Denique Herminefredus Bertharium, fratrem ſuum, vi opprimens, interfecit. Is moriens Radegundem, filiam, orphanam dereliquit, reliquit autem & alios filios. Herminefredi vero uxor iniqua atque crudelis, Almaberga nomine, inter hos fratres bellum civile diſſeminat. Nam veniens quadam die ad convivium Vir ejus, menſam mediam opertam reperit; cumque uxorem, quid ſibi hoc velit? interrogaret, reſpondit: Qui, inquit, à medio Regno ſpoliatur, decet eum menſæ medium habere nudatum. Talibus, & his ſimilibus ille permotus, contra fratem inſurgit, ac, per occultos Nuncios, Theodoricum Regem, ad eum perſequendum, invitat, dicens: Si hunc interficis, Regionem hanc pari ſorte dividemus. Ille autem gaviſus, hæc audiens, cum exercitu ad eum dirigit, conjunctique ſimul, fidem ſibi invicem dantes, egreſſi ſunt ad bellum, confligentesque cum Baderico, exercitum ejus adterunt, ipſumque obtruncant gladio, &, obtenta victoria, Theodoricus ad propria eſt reverſus. Protinus Herminefredus oblitus fidei ſuæ, quod Regi Theodorico indulgere pollicitus eſt, implere deſpexit, ortaque eſt inter eos grandis inimicitia, &c.* Conf. *Chronica Francor. Epitomata*, cap. 33, apud *Freherum*, T. I *Rer. Franc.*, p. 102. Exitum hiſce depingit *Gregorius*, l. c., cap. 7, pag. 55; *Theodoricus non immemor perjurii Herminefredi, Regis Thoringorum, Chlodarium, fratrem ſuum, in ſolatium ſuum evocat, & adverſum eum ire diſponit, promittens Regi Chlodario partem prædæ, ſi eis munus victoriæ divinitus conferretur. Convocatis igitur Francis, dicit ad eos: Indignamini, quæſo, tam meam injuriam, quam interitum Parentum veſtro-*

Digitized by Google

rum - - - nunc autem Herminefredus, quod mihi pollicitum eſt, fefellit, & omnino hæc adimplere diſſimulat: ecce Verbum directum habemus: Eamus, cum Dei adjutorio, contra eos. Quod illi audientes, & de tanto ſcelere indignantes, uno animo, eademque ſententia Thoringiam petierunt - - - Thoringi vero venientibus Francis dolos præparant; in campo enim, in quo certamen agi debebat, foſſas effodiunt, quarum ora, operta denſo ceſpite, planum adſimulant campum. In has ergo foveas, cum pugnare coepiſſent, multi Francorum equites corruerunt. Et fuit eis valde impedimentum: ſed, poſt cognitum hunc dolum, obſervare coeperunt. Denique, cum ſe Thoringi cædi vehementer viderent, fugato, præ timore, Herminefredo, Rege ipſorum, terga vertunt, & ad Oneſtrudem fluvium usque perveniunt. Ibique tanta cædes ex Thoringis facta eſt, ut alveus fluminis congerie cadaverum repleretur, & Franci, tanquam per pontem aliquem, ſuper ea, in litus ulterius tranſirent. Patrata ergo victoria, Regionem illam capeſſunt, & in ſuam redigunt poteſtatem. Chlotharius vero rediens, Radegundem, filiam Berthari Regis, ſecum captivam abduxit, ſibique eam in matrimonium ſociavit, &c.; cap. 8, pag. 56, de interitu *Hermenfridi*, addit: *Idem vero* (Theodoricus) *regreſſus ad propria, Herminefredum ad ſe, data fide, ſecurum venire præcepit, quem & honorificis ditavit muneribus. Factum eſt autem, dum quadam die, per murum Civitatis Tulbiacenſis, confabularentur, à neſcio quo impulſus de altitudine muri ad terram corruit, ibique ſpiritum exhalavit. Sed quis eum inde dejecerit, ignoramus, multi tamen adſerunt, Theodorici in hoc dolum manifeſtiſſime patuiſſe, &c.* Conf. *Geſta Francor. Epitomat.*, cap. 22, pag. 68; *Chronica Francorum Epitomata*, cap. 33, pag. 102, in quibus, *Theudeberti*, *Theodorici* filii, inſidiis, *Hermenfridus* periiſſe dicitur; ibi: *Ipſe vero* (Hermenfridus) *à Theudeberto, filio Theuderici, interfectus eſt, &c.* Dolum hunc ipſi *Theodorico* impingit *Aimoinus*, lib. 2, cap. 9, pag. 278, verbis: *Quem* (Hermenfridum) *poſtea Theodoricus, fide data, Tulbiacum ad ſe venire mandavit: eumque, dum deambulatum, per murum Urbis, irent, & inter ſe alterutrum ſermocinarentur, præcipitem deorſum egit, qui ruens, comminuto cerebro, exanimatus eſt; ex Eo quoque genitis minime pepercit, ſed eos ſtrangulari præcipiens, univerſas Thoringorum Civitates Francis ſubjugavit, &c. Idem affirmat Ado Viennenſis*, pag. 180. Juxta *Procopium*, lib. I *Hiſt. Gothic.*, interprete *Grotio*, vitam in prælio amiſit: *Poſtquam mortalitatem explevit Theudericus*, (Rex Italiæ) *Franci, nemine jam ſatis valido, ipſis ut reſiſteret, in Thuringos bellum movent, occiſoque eorum Principe Hermenfrido, Gentem ipſam ſuæ ditionis faciunt, &c.* Ex mente *Witichindi*, Monachi *Corbejenſis*, lib. 1 Annal., apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 633, ad deditionem compulſa arce *Scheidinga*, impellente Victore, à proprio Armigero, *Hiringo*, jugulatus eſt. Ut alia mittam. Duo hic potiſſimum examinanda veniunt: Locus prælii, & tempus. Illum vocat *Gregorius*, l. c., fluvium *Oneſtrudem*, & *Aimoinus*, l. c., *Oneſtrudh*; *Witichindus*, l. c., p. 631, duo loca indicat, alterum, ubi bellum cœptum, alterum, ubi confectum fuit; en! ejus verba: *Cum gravi exercitu appropians terminus Turingorum, invenit, cum valida quoque manu, generum ſuum, ſe exſpectantem, in loco, qui dicitur* Runibergum, *&, commiſſo certamine, pugnatum eſt, ancipiti bello, una die, & ſecunda; tertia vero die victus Irminfridus ceſſit Thiaderico, & fugiens tandem ſe recepit, cum reliquo Comitatu, in Urbem, quæ dicitur* Schidingi, *ſita ſuper fluvium, qui dicitur* Unſtrode, &c. Aliam vero belli cauſam profert, quam & apud *Conradum Urſpergenſem*, pag. 146, nec non in *Chronico Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 10, offendis. *Adamo Bremenſi*, lib. I, cap. 4, pag. 7, eſt: *Unſtrote*; *Urſpergenſi*, l. c., *Oneſtrod*; *Siffrido* Presbytero Miſnenſi, lib. I *Epitom.*, apud *Piſtorium*, pag. 682, *Ungeſtrute*; De aliis nominibus vid. *Meibomius*, ad dictum locum *Witichindi*, pag. 668, & 669; ubi ſimul oſtenditur, dari tres fluvios ejusdem nominis, quorum unus *Haſſiæ* campos rigat, alter *Alveldium* & *Hildeſiam* præterlabens, prope *Sarſtedium*, in *Leinam* ſe exonerat, & tertius, qui in *Eichsfeldia* ortus, inter S. *Gebulffenberg* & S. *Katernberg*, duo millia paſſuum ſupra *Mülhuſium*, ex multis collectus fontibus, leni alveo *Thuringiam* pertranſit, &, haud procul *Numburgo*, *Salam* ingreditur; hinc Dn. *Laurentio*, in *Monumentis Roman. Thuring.*, part. 2, c. 4, p. 43, & 44, dubitandi nata occaſio, ad quemnam eorum præfata clades ſit referenda? interponentibus *Witichindi* auctoritatem, *Unſtrutam Thuringorum*, à cujus oſtio, quo in *Salam* ſe ingurgitat, duo circiter paſſuum millia ſitum caſtrum *Schidingi*, hodiè *Scheidingen*, hoc titulo nominantis, reſpondet: totam Corbejenſis Monachi narrationem de hac re eſſe falſam; veluti: *Clodoveo* unicam fuiſſe hæredem. *Amelbergam* filiam, eam nupſiſſe *Hermenfrido*, facemque & tubam belli Francici extitiſſe, &c.; confundi inſuper Saxonum pugnam, ad *Unſtrutam*, qua, ex Italia reduces, cum *Suevis*, eorum Regionem, ſub *Thuringorum* nomine, occupantibus, conflixerant, cum Francorum prælio, quo *Tungrorum*, ſive *Weſtphalorum* Regnum deletum, diu ante commiſſo; *Scheidingam* monumentum pacis eſſe, *Saxones* inter reduces, *Suevosque*, novos colonos, initæ, nec unquam arcem quaſi limitaneam, Francos à Saxonibus diſtinguentem, conſtituiſſe, l. c., c. 5, pag. 45, arbitratur.

De *Runibergo*, cujus *Witichindus*, l. c., meminit, non minor diſputatio eſt. Auctori *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, cap. V, & *Meibomio*, l. c., videtur locus hic fuiſſe *Roneburgum*, inter *Altenburgum* & *Geram*; *Sagittarius*, in *Antiquit. Regni Thuringici*, lib. 2, c. 11, pag. 253, ex manuſcripto quodam *Martini Poloni*, eum vocat *Tenebergk*; Dn. *Laurentius*, l. c., cap. 3, pag. 41,

ad

Digitized by Google

ad *Ruram* fl., quem, prope *Duisburgum*, Rhenus abſorbet, eum quærendum ſtatuit, in modernum *Sigeburgum* fortè mutatum, (quippe qui, l.c., cap. 2, pag. 37, & c. 6, pag. 47, & 48, totam hanc expeditionem *Tungros* reſpexiſſe putat, nequaquam *Thuringos*, utpote à *Clothario* demum, circa annum 569, Saxonibus in Italiam digreſſis, in antiquis ſedibus victos, & in Saxoniam, incolis vacuam, migrare juſſos.) In *Monumentis Sueborum in Doringia*, cap. 5, pag. 36, commendat hoc titulo *Roncburgum*, Alſatiæ arcem, haud procul *Hagenoa*, inter fluvios *Suram & Motteram*. Sed nec, de *Tempore*, concors Auctorum ſententia; *Hermenfridum* à *Theodorico* debellatum, exiſtimat Dn. *Laurentius*, l.c., cap. 2, pag. 37, Anno 519; Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuring.*, cap. V, Anno 520; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 524, *Lehmannus*, lib. 3 *Chron. Spirenſ.*, cap. 3, pag. 214, *Conringius*, *de Finib. Imper.*, lib. 1, cap. 2, §. 3, pag. 5, It. de *Civibus Imperii*, c. 23, pag. 13, Illuſtr. Dn. *Coccejus*, *Jur. Publ. Prudent.*, cap. 3, Sect. 3, §. 31, & 32, pag 48, *Schurtzfleiſch*, *Lemmat. Antiquit. Franc.*, 8.15, pag. 10, *Sagittarius*, l. c., cap. 14, §. 18, pag. 328, aliique, Anno 524; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, pag. 41, Anno 525; *Baronius*, Tom. VII *Annal.*, pag. 142, Anno 527; *Vorburgius*, Vol. VI *Hiſtor.*, pag. 125, Anno 528, vel 529. Veritati valdè conſentaneum eſt, Arma à Francis, durante vita *Theodorici*, Italiæ Regis, illata non eſſe, (1) quia *Procopius*, lib. I *Hiſt. Goth.*, expreſſis verbis, paulo ante recitatis, id aſſerit; (2) non credibile eſt, *Theodoricum* non fuiſſe officii admoniturum neptem ſuam, (è ſorore, *Amalafreda*, *Traſemundi*, Wandalorum Regis, conjuge,) *Amalabergam*, tantopere commendatam, cùm eam *Hermenfrido* nuptum daret, apud *Caſſiodorum*, lib. 4 *Variar.*, Epiſt. I, p. 123; Conf. *Jornandes*, de *Rebus Geticis*, cap. 88, p. m. 750; nec (3) auctoritatem ſuam interpoſiturum, cum Civile bellum, fratres inter cognatosque, oriretur, qui, Europæ arbiter, tanto ſtudio, Alamannorum, & Viſigothorum cauſam egit; (4) nec *Thuringis*, quorum res geſtas tanti facit, ut triumphos nominet, laturum auxilia; nec (5) *Baldericum* Ejus opem imploraturum, fratre *Hermenfrido*, ad nefarium bellum, Francos evocante. Vid. Dn. *Vorburgius*, l. c. Jam inquirendum in annum *Theodorici* obitus, quem *Baronius*, Tom. VII Annal., pag. 116, quingenteſimum, à Chriſto nato, vigeſimum ſextum eſſe ſcribit, & rectè; teſte enim *Anaſtaſio*, in vita *Johannis*, p. m. 49, ad plures abiit, nonageſimo octavo die, ab obitu *Johannis*, P. R., de quo conſtat, quod, ex *Theodorici* mandato, *Ravennæ* cuſtodibus traditus, 15 Cal. Junii, *Olybrio* Conſule, ſpiritum emiſerit; ſic legitur in *Catalago Pontificum Romanorum*, temporibus *Juſtiniani* Imperatoris conſcripto, & in Bibliotheca Sereniſſimæ Reginæ Sueciæ, *Chriſtinæ*, reperto, apud RR. PP., *Henſchenium* & *Papebrochium*, in *Actis Sanctorum* Menſ. April., Tom. I, fol. 36 Prolegomen: *Joannes, natione Tuſcus, ex Patre Conſtantio, ſedit annos duos, menſes octo, dies quindecim, à Conſulatu Maximi, usque ad Conſulatum Olybrii ---- ut B. Joannes Papa, in cuſtodia afflictione maceratus, deficiens moreretur, qui defunctus eſt Ravennæ, cum gloria, 15 Kal. Junii, in cuſtodia Regis Theoderici, &c.* Idem ait *Liber Pontificalis*, quem perperam *Damaſo* vindicant, Tom. I Conciliorum omnium, edit. Colon., Ann. 1538, fol. 567, excepto, quod, loco 15 Kal. Junii, 6 ejusd. ſcribatur; nec non *Anaſtaſius*, l c., aliique: Incidit autem *Olybrii* Conſulatus in *Indictionem IV*, teſte *Marcellino Comite*, in *Chronico*, apud *Scaligerum*, pag. 51, quæ anno 526 exactè reſpondet; ut adeo verum putem, *Theodoricum* hoc ipſo anno, circa 24 Aug., deceſſiſſe. Conf. *Vorburg.*, l. c., ad h. a. pag. 79; Cæterum, quotquot vel ego, hac de re, evolvi Auctores, unanimi voce *Theodoricum*, *Clodovci* filium, Auſtraſiæ Regem, *Thuringos* ſubegiſſe commemorant; filio ejus, *Theodeberto*, minimùm eos paruiſſe, ex Ipſius Epiſtola, ad *Juſtinianum* Imperatorem, quæ, inter editas à *Frehero*, Tom. I *Rer. Franc.* decima nona eſt, reſultat; ubi, pag. 198, & 199: *Id vero quod dignamini eſſe ſoliciti, in quibus Provinciis habitemus, aut, quæ Gentes noſtræ ſint, Deo adjutore, ditioni ſubjectæ, Dei noſtri miſericordia feliciter ſubactis THURINGIS, & eorum Provinciis acquiſitis, extinctis ipſorum tunc temporis Regibus, Norſavorum Gentis nobis placata Majeſtas colla ſubdidit*, &c. De *Excidio Thuringiæ* proſtat *Venantii* carmen, à *Chriſtophoro Browero*, in Bibliotheca Treverenſi repertum, annoque 1603, & rurſus 1617 editum; quod poſtea, Tom. VI *Biblioth. Patrum*, edit. noviſſ., inſertum, *Sagittarius*, l. c., pag. 323, & nuper Illuſtr. Dn. *Leibnitius*, in *Codice Scriptorum Rerum Brunſuic.*, pag. 59, &c., recudi curarunt. Qui *Radegundim* neptem fuiſſe negant *Hermenfrido*, è fratre *Berthario*, ut *Gregorii Turonenſis* præmiſſa verba docent, conſulant *Fortunatum* Epiſcopum, tunc viventem, *in vita S. Radegundis*, lib. I, cap. 1, apud *Surium*, 13 Auguſti, pag. 116, ibi: *Beatiſſimæ igitur Radegundis, natione Barbara, de Regione TURINGA, Avo Rege Baſino, Patruo Herminefrido, Patre Rege Berthario, &c.* Num Saxones huic bello interfuerint, vid. ſeq. lit. q. *Haſſos*, eâdem victoriâ, in Auſtraſiæ ditionem conceſſiſſe, & *Franckenbergam* tunc à Francis conditam, refert *Schatenus*, lib. 5 *Hiſt. Weſtphal.*, p. 302.

(n) RATBODO, &c. Potens olim fuit *Friſiorum* Regnum, omnem oram maritimam, ab *Eidora* fl. ad *Rheni* usque oſtia, adeoque & *Bataviam* omnem, *Noviomagum* usque, occupans, jam *Tacito* notum, qui, cap. 34, de *Morib. German.* ita de eo ſcribit: *Angrivarios & Chamavos à tergo Dulgibini, & Chaſuari cludunt, aliæque Gentes, haud perinde memoratæ; à fronte FRISII excipiunt. Majoribus Minoribusque FRISIIS vocabulum eſt, ex modo virium: utræque Nationes, usque ad Ocea-*

ceanum, Rheno prætexuntur, ambiuntque immenſos inſuper lacus, & Romanis Claſſibus navigatos, &c. Quem locum accuratiſſimus Dn. *Cellarius*, in *Notit. Orb. Antiq.*, lib. 2, c. 5, pag. 296, ita illuſtrat: *At*, (Tacitus) *diſtingui ſic ex modo virium, quod argumento eſt, plus terrarum, & ſpatioſiores campos tenuiſſe Majores, qui utique inter Flevum lacum, ſeu Rhenum, à Druſo abactum, & flumen ſunt Amiſium.* *Ex quo conſequitur, Minores Friſios circa ipſos lacus, & inter Rheni alveos, unà cum aliis Gentibus ---- coluiſſe, &c.* Plura ibidem ſcitu digna, ut & l. c., cap. 3, pag. 226, & 227, habentur. Conf. *Claudii Ptolemæi Geographia*, lib. 2, cap. 2, ubi: *Phriſſii usque ad Amiſium fluvium. Poſt hos Cauchi, qui appellantur parvi, usque ad fluvium Viſurgim. Poſt hos Cauchi majores dicti, usque ad Albim fl.* Add. *Cluverii German., Antiq.*, lib. 3, cap. 17; *Ubbo Emmius*, lib. I *Rer. Friſic.*, pag. 9; Illuſtr. Dn. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.*, cap. 3, ſect. 3, §. 28, &c., pag. 46, &c.; Conſultiſſ. Dn. *Werlhof, Not. Imper. Enucl.*, lib. I, cap. 2, §. 68, p. 76, & 77, qui rectè docet, *Friſios*, ex quo à *Francis*, & *Saxonibus* disjungi cœperint, ſeparatam conſtituiſſe Rempublicam, propriosque habuiſſe Reges. Horum numero fuit notiſſimus & noviſſimus *Radbodus*, de quo *Venerabilis Beda*, lib. 5 *Hiſtor. Angl.*, cap. 11, apud *Surium*, 3 Octob., pag. 17, ait: *Divertentes* (S. Willibrordus, cum 12 ſociis) *ad Pipinum, Ducem Francorum, gratanter ab illo ſuſcepti ſunt: & quia nuper Citeriorem Friſiam, expulſo inde Radbedo Rege, ceperat, illò eos ad prædicandum miſit, &c.* Per *Friſiam Citeriorem* intelligit *Conringius*, in Annot. ad lib. 1, de *Finib. Imper.*, cap. 2, §. 5, pag. 7, omnem Friſiæ partem, quæ à Rheno ad Viſurgim usque exporrigitur, *ulteriori*, trans Albim, oram occupante maritimam; ei tamen non aſſentior, locum hunc de *Pipino, Caroli Martelli* filio, interpretanti, cum de *Pipino Craſſo*, ſeu *Heriſtallio*, *Martelli* Parente, loquatur; Eum enim *Radbodum* viciſſe, teſtatur omnis antiquitas; ne dicam, *S. Willibrordum* exuvias mortales depoſuiſſe, *Pipino*, *Martelli* filio, vix ſacro baptiſmatis fonte abluto, ſi vel *Caroli Magni* Præceptori, M. *Albino Flacco Alcuino*, in *Willibrordi* Vita, lib. I, cap. 22, & 23, apud *Surium*, 7 Nov., pag. 178, & 179, fidem adhibeamus.

Suffragantur dictis *Geſta Francorum Epitomata*, cap. 49, apud *Freherum*, Tom. I *Rer. Franc.*, p. 83: *Pippinus quoque multa bella geſſit contra Radboden gentilem, vel alios Principes, &c.*; nec non *Paulus Diaconus*, de *Geſtis Longobard.*, lib. 6, cap. 12: *Bella quoque multa, cum Saxonibus, & maxime cum Ratpoto, Phriſiorum Rege, fortiter geſſit, &c.*; in primis *Fredegarius Scholaſticus*, Chron., cap. 102, apud *Freherum*, l. c., pag. 155: *Pippinus contra Ratbodem, Ducem Gentilem Friſionum Gentis, adverſus alterutrum bellum intulerunt, Caſtro Dureſtate, illic belligerantes invicem. Pippinus Victor extitit, fugatoque Ratbodo Duce, cum Friſionibus, qui evaſerant, idem Pippinus, cum multis ſpoliis & præda, reverſus eſt, &c.* Annum Exprimit *Erchanbertus*, in *fragmento de Pipino, Anſegiſi filio*, apud *Freherum*, l. c., pag. 170; ibi: *Anno, ab Incarnatione Dominica, 692 Pippinus exercitum univerſalem Francorum adunare -- tractaturus de utilitate --- rii conſiliis occurrit Ratbodi, Friſionum Ducis, obviare ſuperbiæ, qui tantæ ſtultitiæ involutus caligine fuit, ut Pippino -- præcipi --- parare præſumſerit -- victus atque fugatus magnam partem exercitus ſui perdidit -- tandem pœnitentia ductus, Legatos ad Pippinum dirigens, pacem poſtulat, ſe -- ditioni ſubdidit, obſidibusque datis -- efficitur, &c.* Sequentem 693 profert *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., pag. 65: *Pipinus Rabbodum, Ducem Friſonum, vicit, &c.* Suſpicor tamen, vivente adhuc *Pippino*, *Radbodum* bonam amiſſorum partem, ſi non omnia, recuperaſſe, quia, eo vix mortuo, *Caroli Martelli*, Ejus filii, hoſtes, *Chilpericum* Regem, & *Raginfredum*, Majorem domus, fœdus cum eo contraxiſſe, *Fredegarius*, l. c., cap. 105, p. 156, teſtatur, non levi argumento potentiæ Ejus bene iterum conſtitutæ. Accedit infauſta clades, quam *Martellus*, Anno ſequenti 715, ſubiit, de qua, in *Geſtis Francorum Epitomatis*, cap. 52, l. c., pag. 84, hæc extant: *Eo tempore denuo exercitum moventes, usque ipſum fluvium Moſam contra Carolum dirigunt: ex alia parte Frigiones, cum Ratbodo Duce, conſurgunt. Carolus quoque ſuper ipſos Frigiones irruit, ibique maximum diſpendium de ſodalibus ſuis perpeſſus eſt, atque per fugam dilapſus abſceſſit, &c.*; rem confirmantibus *Fredegario*, l. c., cap. 106, pag. 156; *Othlono* Presbytero, in vita *S. Bonifacii* Archi-Epiſc. Mogunt., cap. VI, apud *Surium*, 5 Junii, pag. 59; *Annalibus Fuldenſibus*, ad Annum 715, apud *Freherum*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 1, & *Lambecium*, *Comment. Biblioth. Vindob.*, lib. 2, cap. 5, pag. 366; *Annalibus Pithœanis*, pag. 1, ad eundem annum; *Mariano Scoto*, & *Sigeberto Gemblacenſi*, ad eundem; *Alberico, Monacho trium fontium*, pag. 73, ad Ann. 716; Monacho *Herveldenſi*, in Chron., ad eundem, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 372; *Ubbone Emmio*, lib. 4 *Rer. Friſic*, pag. 54; *Vorburgio*, Vol. IX *Hiſtor.*, ad Ann. 715, pag. 181, qui, pag. 187, prælium hoc An. 716 commiſſum, propugnat. Caſtigatis autem, 12 Cal. April., An. 717, apud *Vinciacum*, (*la cenſe de Vinci*) in Cameracenſi agro, verſa vice, *Chilperico*, & *Raginfredo*, acri clade, quam *Geſta Francor. Epitom.*, cap. 53, pag. 85, *Fredegarius*, l. c., Annales *Pithoeani*, ad An 717, *Fuldenſes*, An. eod., *Marianus Scotus*, h. a., *Sigebertus Gemblacenſ.*, an. 718, *Albericus*, l. c., an. eod., *Valeſius, Notit. Gall.*, voc. *Vinciacum*, p. 609, aliique comprobant, *Radbodi* res ſimul infirmari cœperunt, tempore quo curà animæ agitatus, zelum quendam ad Chriſtianorum tranſeundi caſtra præ ſe ferre viſus eſt, in ſpeciem licet duntaxat; *Cum enim ad percipiendum baptiſma imbueretur, percontabatur à Sancto Epiſcopo Vulfranno, juramentis eum, per nomen Domini,*

ni, adſtringens, ubi eſſet major numerus Regum & Principum, ſeu Nobilium, Gentis Friſonum: in illa videlicet coeleſti Regione, quam, ſi crederet, & baptizaretur, percepturum ſe, promittebat: an in ea, quam dicebat tartaream Regionem? Tunc B. Vulfrannus: Noli, inquit, errare, Inclyte Princeps! apud Deum certus eſt numerus ſuorum electorum. Nam Prædeceſſores tuos, Principes Gentis Friſonum, qui, ſine Baptiſmi ſacramento, deceſſerunt, certum eſt damnationis ſuſcepiſſe ſententiam. Qui verò abhinc crediderit, & baptizatus fuerit, cum Chriſto gaudebit in æternum. Hæc audiens Dux incredulus, (nam ad fontem proceſſerat, ut ferunt,) à fonte pedem retraxit, dicens: Non ſe carere poſſe conſortio Prædeceſſorum ſuorum, Friſonum Principum, & cum parvo pauperum numero reſidere in illo coeleſti Regno. Quin potius non poſſe facile novis dictis aſſenſum præbere; ſed potius permanſurum ſe in his, quæ multo tempore, cum omni Friſonum Gente, ſervaverat. At B. Pontifex: Heu proh dolor, inquit, deceptum Te video à ſeductore, qui humanum decipit genus, ſed, niſi poenitentiam egeris, & credideris, & in nomine Trinitatis baptizatus fueris, januam Regni perennis non intrabis, ſed æternæ damnationis poena plecteris. Hæc dicente, & docente S. Pontifice, multi Friſonum credebant, & baptizabantur, prædicto Rege in Paganiſmo perſeverante, nam à ſacro fonte infeliciter receſſit, & jam Willebrordum, cognomento Clementem, Epiſcopum & doctorem præfatæ Gentis, accerſiri fecit, ut ad ejus conſulta ſimul cum B. Vulfranno, in doctrina ſuæ Religionis concordante, efficeretur Chriſtianus. Sed, quoniam, ut ſcriptum eſt, in malevolam animam non introibit ſapientia: quia, dubitando per omnia in fide Catholica, & tentando Sanctos Antiſtites, loquebatur, ideo obtinere non meruit, quod fictè quærebat, &c. ſunt verba *Jonæ*, Monachi *Fontanellenſis*, coævi, in *Vita S. Vulfranni*, Senonenſis Archiepiſcopi, cap. 8, ad Annum 719, apud *Surium*, 20 Mart., p.m. 212; conf. *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 718; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad eundem annum, pag. 74; *Baronius*, Tom. IX Annal., ad an. 719, pag. 25, §. 6. Re vera etiam paganus ſepulchra Parentum ingreſſus eſt, an. 719, teſte *Jona*, l. c., cap. 10, in fine, p. 213, ubi: *Mortuus eſt autem infeliciter præfatus Dux Radbodus, Anno Domini, Dei noſtri Jeſu Chriſti, in quem ipſe credere contempſit, 719, qui erat annus ſeptimus Inclyti Principis Caroli, &c*; add. *Baronius*, l. c., & *Vorburg.*, Vol. IX *Hiſtor.*, An. 719, pag. 215; Corrigendi hinc, poſt *Reginonem*, ad an. 650, *Sigebertus*, l. c., *Albericus*, l. c., *Ubbo Emmius*, lib. 4 *Rer. Friſic.*, ad an. 718, aliique, qui obitum ejus anno 718 inſcribunt. *Marcellinus* Presbyter, in vita *S. Swiberti*, Werdenſis Eccleſiæ Epiſcopi, apud *Surium*, 1 Mart., pag. 5, cap. 13, pag. 9, annectit: *Mortuo Radbodo, Rege Friſonum, Chriſtiani liberè permiſſi ſunt, ubique per Friſiam publicè Evangelium Chriſti prædicare, &c.* Unde cum grano ſalis accipiendum eſt, quod *Albinus Flaccus Alcuinus*, in Vita *S. Willibrordi*, lib. I; cap. 12, apud *Surium*, 7 Novembr., p. 177, de *Carolo Martello* recenſet: *Multas Gentes ſceptris adjecit Francorum, inter quas etiam, cum triumphi gloria, Friſiam, devicto Radbodo, paterno ſuper addidit Imperio, &c.*, quoniam *Friſia* anno demum 729, adeoque diu ſatis, poſt mortem *Radbodi*, à Francis ſubacta fuit ad deditionem; Si enim prius id contigiſſet, cur non, niſi eo defuncto, Chriſti Evangelium liberè, & ubique per *Friſiam* annunciari populis potuit, ut *Marcellinus* fatetur? aut, qua ratione ſcriberet *Altfridus*, Monaſterienſis Epiſcopus, *in vita S. Ludgeri*, c. 4, apud Excell. Dn. *de Leibnitz*, *Cod. Scriptorum Rerum Brunſvic.*, p. 86: *Contigit autem, Pippinū, Ducem Francorum, de hac luce migraſſe, & filium ejus, Karolum, Regno potiri Patris, qui multas Gentes ſceptris adjecit Francorum, inter quas etiam, cum triumphi gloria, Freſiam, extincto Radbodo, paterno addit Imperio?* Quovè referenda eſſent *Martelli* bella cum ſuperſtite Gentis Duce, *Poppone?* hoc ſanè debellato, & occiſo, *Friſiam* demum *Francis* accreviſſe, auctoritate *Annalium Francicorum* probatur, apud *Pithoeum*, pag. 3, ubi, ad an. 729: *Carlus navali evectione Regnum Friſonum ingreditur, interfectiſque quamplurimis,* **Popponem, Ducem Eorum, interemit**, *ſubverſisq; lucis, fanis, victor cum præda magna revertitur, &c.*; quæ etiam in *Annalibus Fuldenſibus*, ad h. a., apud *Freherum*, nec non apud *Lambecium*, l. c., lib. 2, c. 5, pag. 367, conſentientibus *Hermanno Contracto*, ad An. 729, apud *Urſtiſium*, p. 295, *Mariano Scoto*, eod. anno, apud *Piſtorium*, p. 435, *Vorburgio*, l. c., ad An. 729, pag. 307, Dn. *Werlhofio*, l. c., lib. 1, cap. 2, §. 175, pag. 162, & aliis, occurrunt; *Sigebertus Gemblacenſis* licet, *Annales Francorum Maſciacenſes*, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, pag. 733, Chronicon *Herveldenſe*, apud *Schardium*, l. c., p. 372, *Ubbo Emmius*, l. c., ſub an. 734, horumque ſequaces id in Annum 734 rejiciant. *Albericus* pag. 80 ponit An. 733; Circumſtantias quaſdam addit *Fredegarius*, Cap. 109, pag. 158, ibi: *In Gentem duriſſimam maritimam Friſionum, nimis crudeliter rebellantem, præfatus Princeps (Martellus) audacter navali evectione properat, certatim ad mare ingreſſus, navium copia adunata. Aniſtrachiam, & Auſtrachiam, Inſulas Friſionum, penetravit, ſuper Burdine fluvium caſtra ponens: Poponem, gentilem Ducem illorum, fraudulentum conſiliarium, interficit, exercitum Friſionum proſtravit: fana eorum idololatriæ contrivit, atque combuſſit igni, cum magnis ſpoliis, & prædis victor reverſus eſt in Regnum Francorum, &c.* Add. *Aimoinus*, lib. 4, cap. 55. Multum ergò à vero abſunt, qui *Carolum Magnum* Friſiam prima vice ſubjugaſſe putant; Interim verum eſt, rebelles eos Cæſarem in ordinem iterum redegiſſe, teſtibus Francorum *Annalibus*, vivente *Carolo* adhuc ſcriptis, apud *Lambecium*, l. c., pag. 379, ad an. 797: *Tulit inde* (de Saxonibus) *aut obſides, aut de ipſis,*

quantum ipſe ſolvit, & de Freſionibus ſimiliter, & Rex Carolus rediit in Franciam, &c.

(*o*) *BURGUNDIONES*, &c. De Scriptoribus Rerum Burgundicarum legas Clariſſimorum Virorum, Dn. *Schurtzfleiſchii Veteris Regni Populique Burgundionum Hiſtoriam*, quæ, inter Diſſertationes Ejus Hiſtoricas, decimum locum occupat, & Dn. *Burcardi Gotthelffi Struvii Selectam Bibliothecam Hiſtoricam*, cap. 14, §. 18, pag. 339, & 340. *Burgundos* origine Germanos eſſe, Genteque Vandalos, qui, relictis, apud Sinum Codanum, hodie *Balticum* Mare dictum, primis ſedibus, Regiones priſci Romanorum Imperii infeſtarunt, & pleraſque etiam in poteſtatem ſuam redegerunt, in Germaniam interiorem usque progreſſi, & ad Albim conſidentes, Dn. *Schurtzfleiſchius*, l. c., Cap. I, latius probat. Flexo hinc Occaſum verſus itinere, finitimam Albis oram cum Rhenana, circa Annum Chriſti 374, commutantes, & cupiditate invadendæ Galliæ flagrantes, primi Germanorum, in Romanæ Ditionis provinciis, An. 414. Regnum condiderunt. Teſtem habeo *D. Hieronymum*, in *Contin. Chronici Euſebiani*, ad An. 374, Edit. Scalig. pag. 187. ubi: *Burgundionum octoginta ferme millia, quod nunquam ante, ad Rhenum deſcenderunt, &c.*, nec non *Paulum Oroſium*, cujus, lib. 7 *Hiſt. Rom.*, cap. 32, pag. 573, hæc ſunt verba: *Burgundionum quoque, novorum hoſtium, novum nomen, qui, plus, quam octoginta millia, ut ferunt, armatorum, ripæ Rheni fluminis inſederunt; hos quondam, ſubacta interiore Germania, à Druſo & Tiberio, adoptivis filiis Cæſaris, per Caſtra diſpoſitos, ajunt, in magnam coaluiſſe Gentem, atque ita etiam nomen ex opere præſumpſiſſe, quia crebra per limitem habitacula conſtituta* Burgos *vulgo vocant, eorumque eſſe prævalidam & pernicioſam manum, Galliæ hodieque teſtes ſunt, in quibus præſumpta poſſeſſione conſiſtunt, quamvis providentia Dei omnes Chriſtiani modo facti, Catholica fide, noſtrisque Clericis, quibus obedirent, receptis, blande, manſuete, innocenterque vivant, non quaſi cum ſubjectis Gallis, ſed verè cum fratribus Chriſtianis*, &c. Loquitur autem de tempore *Valentiniani* Imperatoris; Add. *Caſſiodorus*, Chron., *Valentiniano IV* & *Valente IV* Conſulibus, p. 696; *Gervaſius Tilberienſis*, de *Regno Roman.*, p. m. 20, minus rectè ſcribit, *Burgundionum* 80000, ex Inſula *Scandinavia*, jam *Tiberii* ætate, aſcendiſſe ad Rhenum, ejusque juſſu, ultra fluvium illum, per longa tempora, ducentos cuſtodiviſſe Burgos, unde & natum ipſis nomen, donec, ſub Imperatoribus *Valentiniano* & *Valente*, Gallias invaſerint; hoc enim ſerius contigiſſe, & quidem An. 414, adeoque ſub *Honorii* & *Theodoſii* Imperio, *Luciano* & *Heracliano* Coſſ., docet *Proſper*, in *Continuat. Chronici Euſebio-Hieronymiani*, ad h. a., pag. 191; ibi: *Burgundiones partem Galliæ, propinquantem Rheno, obtinuerunt &c.* Conf. *Caſſiodorus*, l. c., ſub *Luciani* Conſulatu, p. 698. Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſchius*, l. c., cap. 2, pag. 18, &c., addit, ipſum Cæſarem *Honorium* iis cis Rhenum ſedes attribuiſſe, pacemque cum iis, anno 413, confirmaſſe, vi cujus in poſterum *Germaniam primam* poſſiderent, reque publica, more aliarum Germaniæ Gentium, in Regni formam deſcripta, tranquille perfruerentur; eos autem, obtenta cis Rhenum habitandi facultate, inflatos, magna vi, nec ſine Romani nominis contumelia, Belgarum fines infeſtaſſe, adeo, ut & commotus inde *Aetius*, Romanæ militiæ Præfectus, Francos Hunnosque in ipſorum perniciem excitaret, an. 436 ipſe ſigna cum iis conferens, eorumque Regem ad petendam pacem adigens, poſtea ab Hunnis occiſum. *Proſper*, l. c., ad an. 436, p. 194, hæc ita deſcribit: *Gundicarium, Burgundionum Regem, intra Gallias habitantem, Aetius bello obtrivit, pacemque ei ſupplicanti dedit: qua non diu potitus eſt; Siquidem illum Hunni, cum populo ſuo, ac ſtirpe, deleverunt.* Add. *Idacius* Epiſcopus, in *Chron.*, apud *Scaligerum*, pag. 23, *Olymp.* 303; *Caſſiodorus*, Chron., *Theodoſio XV & Valentiniano IV* Coſſ., p. m. 698; *Paulus Diaconus*, lib. 14 *Rer. Romanar.*, p. m. 183; *Hermannus Contractus*, ad An. 435, apud *Urſtiſium*, p. 268; *Marianus Scotus*, ad An. 436; *Sigebertus Gemblac.*, ad An. 441; *Conradus Urſpergenſis*, ad Annum 439, pag. 92. Has poſt calamitates, habita refectarum virium ratione, addixerunt Burgundis Romani, nominatim *Valentinianus* Cæſar, opimos *Sabaudorum*, apud Ararim Rhodanumque, agros, ubi accommodantes ſe fortunæ præſenti, & priſtinas obliti errantis fallacias, novo cum inſtituto Regno, novum quoque *Burgundiæ* nomen, iſtis in oris, auſpicabantur. Id addendum, *Proſperi*, l. c., *Gundicarium*; *Gregorii Turonenſis*, lib. 2, cap. 28, pag. 43, *Gundeuchum*; Auctoris *Chronicorum Francorum excerptorum*, cap. 17, apud *Freherum*, p. 98, *Gundiochum*; *Caſſiodori*, l. c., pag. 698, *Cundicharium*; *Adonis Viennenſis*, in *Chron.*, p. 168, *Gundoveum*; *Alberici*, monachi *trium fontium*, pag. 39, ad Annum 513, *Godoneum*; & *Conradi Urſpergenſis*, pag. 67, *Gundebaudum*, multis eſſe ſynonyma. De ſobole quæſtio eſt; *Gregorius Turonenſis*, l. c., quaternos Eum auctum refert; verba hæc ſunt: *Fuit autem & Gundeuchus, Rex Burgundionum, ex genere Athanarici, Regis perſecutoris. Huic fuerunt quatuor filii, Gundobaldus, Godegiſilus, Chilpericus, & Godomarus, &c.*, quæ *Chronica Francorum epitomata*, l. c., repetunt; ſed cur non potior fides *Proſpero*, centum annis *Gregorio* antiquiori, habeatur, *Gundicarii* ab Hunnis penitus deletam ſtirpem aſſerenti? Quod ſi *Gundeuchus* alius fuerit à *Gundicario*, manifeſta hæc conciliandi ratio adeſt. Quicquid ſit, damnoſa potentiæ æmulatio, inter neceſſarios certe acerrima, Germanos in bella concitavit, ut nec proprio ſanguini parcerent, ſecuta inde Regni ruina; perfide enim oppreſſis *Chilperico* & *Godomaro*, à fratre natu maximo, *Gundebal-*

Digitized by Google

debaldo, ſuperſtitem *Godegiſilum*, juncto affinitati & æquitati, vicinitatis fœderisque jure, *Clodoveus*, Francorum Rex, ſanguinariis fratricidæ conatibus eripuit, ejusque ſævo animo, potentiæ inſtrumenta inhumanitate quæſitum eunti, obviam proceſſit, inſtigatus maximè à Conjuge, *Chrotilde*, occiſi *Chilperici* filia, vindictam ſpirante, illato ei bello, quo ad Legem ſolvendi tributi eum redegit. Vid. præced. lit. i.

(2) Mortuo, anno 509, ut *Sigebertus Gemblac.*, ad h. a., pag. 510, vel 506, ut *Albericus*, l. c., ad h. a., pag. 38, habent, *Gundobaldo*, ſuccedebat *Sigismundus* filius, qui, poſterioris Conjugis inſtinctu, filium unicum, *Sigericum*, è priori matrimonio, quod cum *Theodorici*, Italiæ Regis, filia contraxerat, ſuſceptum, & doloſè inſidiarum, quas Ei ſtrueret, accuſatum, dormientem ſtrangulari juſſit; vid. *Gregorius Turon.*, lib. 3, cap. 5, pag. 54. Conf. *Chronica Francorum Epitomata*, cap. 34, pag. 102; *Aimoinus*, lib. 2, cap. 4, pag. 273; *Surius*, 1 Maji, p. 9. Non multo poſt, extincto etiam *Clodoveo*, Francorum Rege, *Chrotildis Regina Chlodomerem, & reliquos filios ſuos alloquitur, dicens: Non me pœniteat, Chariſſimi! vos dulciter enutriſſe: indignamini, quæſo, injuriam meam, & Patris, matrisque meæ mortem ſagaci ſtudio vindicate. Hæc illi audientes, Burgundias petunt, & contra Sygimundum, & fratrem ejus, Godomarum, dirigunt: devictoque exercitu eorum, Godomarus terga vertit, Sygimundus vero, dum ad ſaltus Agaunos fugere nititur, à Chlodomere captus, cum uxore & filiis captivus abducitur, atque, intra terminum Aurelianenſis Urbis, in cuſtodia poſitus, detinetur. Diſcedentibusque his Regibus, Godomarus, reſumptis viribus, Burgundiones colligit, Regnumque recipit. Contra quem Chlodomeris iterum ire diſponens, Sigimundum interficere deſtinavit -- ſtatimque interfecto Sygimundo, cum uxore & filiis, apud Columnam, Aurelianenſis Urbis vicum, in puteum jactari præcipiens, Burgundias petiit, vocans in ſuppetias Theodoricum Regem. Ille autem injuriam ſoceri ſui vindicare volens, ire promiſit. Cumque pariter apud Viſorontiam, locum Urbis Viennenſis, conjuncti fuiſſent, cum Godomaro confligunt. Cumque Godomarus cum exercitu terga vertiſſet, & Chlodomeris inſequeretur, ac de ſuis non modico ſpacio elongatus eſſet, adſimilantes illi ſignum ejus, dant ad eum voces, dicentes: Huc, huc convertere, tui enim ſumus. At ille credens, abiit, inruitque in medium inimicorum ſuorum, cujus amputatum caput, & conto defixum, elevant in ſublime: quod Franci cernentes, atque cognoſcentes, Chlodomerem interfectum, reparatis viribus, Godomarum fugant, Burgundiones opprimunt, patriamque in ſuam redigunt poteſtatem. Nec moratus Chlodarius, Uxorem germani ſui, Guntheucam nomine, ſibi in matrimonium ſociavit: filios quoque ejus Chrothildis Regina, exactis diebus luctus, ſecum recepit, ac tenuit, quorum unus Theodovaldus, alter Guntharius, tertius Chlodovaldus vocabatur. Cundomarus iterum Regnum recepit, &c.* ſunt verba *Gregorii Turonenſ.*, lib. 3, c. 6, p. 54, & 55; Conf. *Agathias*, lib. I, p. 8, & Edit. Grotianæ p. 532; *Geſta Francorum Epitomata*, cap. 20, & 21, pag. 67, & 68; *Chronica Francorum Epitomata*, Cap. 35, 36, & 37, pag. 102, & 103; *Aimoinus*, lib. 2, Cap. 3, & 4, pag. 275, & 276; *Hugo Flaviniacenſis*, *Chron. Virdunenſ.*, *apud Labbeum*, T. I Biblioth. MS., pag. 89; *Sigebertus Gemblac.*, qui *Sigericum* à Patre *Sigismundo*, anno 515, necatum ſcribit, annoque 520 *Clodovei* filios dicto *Sigismundo*, ejusque fratri, *Godemaro*, intuliſſe arma, & anno ſequenti, occiſo *Sigismundo*, *Clodomirum*, reſtaurato bello contra *Godemarum*, trucidatum; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 67; *Albertus Stadenſis*, fata *Sigismundi* in annum 526 referens, quem & *Baronius*, Tom. VII Annal., h. a., pag. 121, laudat. Juxta *Petavium*, part. 1 *Rationarii Temporum*, lib. 7, cap. 6, p. m. 426, periit hic Rex, una cum *Clodomiro*, An. 528; *Vorburgio*, Tom. V *Hiſtor.*, ad An. 516, pag. 654, & Tom. VI, ad Ann. 528, pag. 125, & 126, &c., *Chlodomirum*, demum poſt mortem *Theodorici*, in bello Burgundico occiſum, exiſtimanti, reſpondet Conſult: Dn. *Werlhof*, lib. 1 *Not. Imper. enucl.*, cap. 2, §. 101, pag. 120.

(3) Contigit hæc clades, vivente adhuc *Theodorico*, Auſtraſiæ Rege; Burgundiam vero tunc nondum à Francis in Provinciam fuiſſe redactam, ex verbis *Gregorii* præmiſſis, ſub finem, judicandum eſt, ubi: *Cundomarus iterum Regnum recepit.* Imò addit *Gregorius*, lib. 3, cap. 11, pag. 57, fratres Ejus, repetita in *Godomarum* expeditione, Regno iſto fuiſſe potitos, tempore quo ipſe in Arvernos moverit, inquiens: *Poſt hæc Chlotharius, & Childebertus Burgundias petere deſtinant, convocatusque Theodoricus in auxilium eorum, ire noluit. Franci vero, qui ad eum aſpiciebant, dixerunt: Si cum fratribus tuis ire deſpexeris, Te relinquimus, & illos ſatius ſequi præoptamus. At Ille infideles ſibi exiſtimans, ad Arvernos ait: Me ſequimini, & Ego vos inducam in Patriam, ubi aurum & argentum accipiatis, quantum veſtra poteſt deſiderare cupiditas, de qua pecora, de qua mancipia, de qua veſtimenta in abundantiam adſumatis, tantum hos ne ſequamini. His promiſſionibus hi inlecti, ſuam voluntatem facere promittunt. Ille vero illuc tranſire diſponit, promittens iterum atque iterum exercitui, cunctam Regionis prædam cum hominibus in ſuas Regiones transferri permittere. Chlotharius vero & Childebertus in Burgundiam dirigunt, Auguſtodunumque obſidentes, cunctam, fugato Godomaro, Burgundiam occupaverunt, &c.* Add. *Chronica Francorum Epitomata*, cap. 37, pag. 103, & *Aimoinus*, lib. 2, cap. 7, pag. 276, rationem ſimul, cujus intuitu *Theodoricus* auxilia fratribus denegaverit, hanc exprimens: *Theodoricus, quem Clodoveus ex concubina ſuſceperat, fratribus auxilium præbere detrectavit, eò, quod filia Regis Sigismundi eſſet nupta illi, neptis videlicet Regis Godmari, &c.* Enimverò, epocham deleti Regni Burgundici recentiorem

eſſe *Theodorici* obitu, docet nos tunc florens ſcriptor, *Caſſiodorus*, lib. XI *Variarum*, Epiſtola 1, ad ipſum urbis Romæ Senatum ſcripta, pag. 357, verbis: *Franci etiam, tot Barbarorum victoriis præpotentes, quam ingenti expeditione turbati ſunt? Laceſſiti metuerunt cum noſtris inire certamen, qui, præcipitatis ſaltibus, prælia ſemper Gentibus intulerunt. Sed quamvis ſuperba Natio declinaverit conflictum, vitare tamen proprii Regis nequivit interitum. Nam Theodoricus ille, diu potenti nomine gloriatus, in triumphum Principum noſtrorum, langoris* (languoris) *potius pugna ſuperatus occubuit, ordinatione, credo, Divina, ne Nos aut affinium bella pollueren, aut juſte productus exercitus vindictam aliquam non haberet. Macte procinctus Gothorum omni felicitate jucundior, qui hoſtem Regalem capite cadis, & Nobis nec unius ultimi facta ſubducis. Burgundio quin etiam, ut ſua reciperet, devotus effectus eſt, reddens ſe totum, dum accepiſſet exiguum. Elegit quippe integer obedire, quam imminatus* (imminutus) *obſiſtere: tutius tunc defendit Regnum, quando arma depoſuit. Recuperavit enim prece, quod amiſit in acie*, &c. Ex quibus manifeſtum puto enucleari poſſe argumentum, *Theodoricum* non amplius extitiſſe in vivis, cum *Godomarus* Regnum recuperaret, quod, *Gregorio* teſte, l. c., cap. 6, in fine, pag. 55, factum, antequam Ejus fratres, *Clotharius* & *Childebertus*, ultimam operi manum admoverint. Simul inde certum eſt, nec ex Burgundiæ Regno, jam anno 526, ut *Sigebertus Gemblacenſis* ſibi perſuadet, Provinciam Franciæ fuiſſe conflatam, quandoquidem *Theodoricus* diu poſt demum univerſæ carnis ingreſſus viam. De anno diſputatio eſt. *Vorburgius*, Tom. V *Hiſtor.*, ad an. 516, pag. 651, & Tom. VI, ad annum 528, pag. 127, exitum *Theodorici* ſub finem anni 533, ſive ſub initium 534 accidiſſe, retur, quæ ſententia & Dn. *Werlhofio*, l. c., §. 104, pag. 121, & Dn. *Henrico Vagedes*, Diſſ. de *Regno Auſtraſiæ*, an. 1682 *Rintelii* ventilata, quæque, inter *Opera* ejus *Academica*, ſeptimum occupat locum, t. 6, p. m. 187, arridet; quam ego ſic probo: Obiit *Clodoveus Magnus*, Anno 511, ut ſupra lit. i, v. 24, p. 196, deductum; ab ejus tranſitu ad tranſitum *Theodoberti*, ejus nepotis, numerantur anni 37, teſte *Gregorio Turonenſi*, lib. 3, cap. 37, pag. 68, & lib. 4, cap. 46, pag. 91; ergò regnare deſiit anno 548; tenuit autem ſceptra ann. 14, eodem Auctore, lib. 3, c. 37, pag. 68; quibus à 548 deductis, remanet An. 534, pro termino, quo ipſe cœpit, Paterque ſimul mortuus eſt. *Albericus, Monachus trium fontium*, pag. 41, & *Chronicon S. Vincentii Metenſis*, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, pag. 344, ponunt annum 535; *Sigebertus Gemblacenſis*, *Conradus Urſpergenſis*, pag. 88, & *Albertus Stadenſis* habent annum 537; ſolus *Hugo Flaviniacenſis*, in *Chronico Virdunenſi*, apud *Labbeum*, l. c., pag. 89, in annum 541 excurrit. *Albericum* autem, & reliquos nimium prolabi, documento ſunt, quæ *Baronius*, Tom. VII Annal., ad annum 530, pag. 168, congeſſit, *Caſſiodori* epiſtolam anno 534 exaratam, probaturus. Remanet autem nihilominus incerta Burgundicæ cataſtrophes vera epocha, cum vix probabile ſit, *Clotharium* & *Childebertum*, à funere *Theodorici* fratris condito, ad arma ſtatim Burgundis inferenda rediiſſe, quos tunc eripiendæ *Theodeberto*, Nepoti, Auſtraſiæ vanam agitaſſe cupidinem, ſatis conſtat; quare & Dn. *Vorburgius*, l. c., ad an. 537, pag. 258, excidii præfati terminum huic ipſi anno inſcribit, inquiens: *Burgundiæ Regnum hoc anno penitus ſubactum, &c.*; licet, l. c., pag. 290, hoc nomine, annum 538 producat. Hunc exitum habuit Reſpublica, de qua *Aimoinus*, lib. 1, cap. 14, pag. 264, prædicabat: *Burgundiones omnes plus conſiliis, quam armis, ſuam tutantur Rempublicam.* Quo ordine reliqui Franco-Merovingi Reges in novam hanc patrimonii ſui portionem ſucceſſerint, hic dicendi locus non eſt; legas interim Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſchii Hiſtoriam veteris Regni Populique Burgundionum*, cap. 5, t. 2, & 3, pag. 62, &c. Add. Conſult. Dn. *Werlhof*, l. c., §. 118, pag. 130, §. 124, pag. 132, §. 133, pag. 138, §§. 137, 138, & 140, pag. 139. §. 141, pag. 140, §. 146, pag. 143, §. 153, pag. 147, §. 156, pag. 148, §. 157, pag. 149, §. 160, pag. 152, &c., & quos ipſi teſtes nominant.

(*p*) CAP. 29, &c. Verba præced. lit. d, poſt annum 813, habentur, pag. 79.

(*q*) EO NOMINE, &c. Primam *Saxonum* mentionem fieri, ſub *Antonino* Imperatore, ſeculo à N. C. ſecundo, apud *Claudium Ptolemæum*, lib. 2 *Geographiæ*, cap. 2, ubi: *Supra dorſum Cimbricæ Cherſoneſi, Saxones, &c.*, nuper adhuc Illuſtr. Dn. *Leibnitius*, de *Scriptorib. Rer. Brunſvic.*, pag. 15, docuit. Manifeſtum hinc eſt, *Saxones*, ab initio Oceani Marisque Baltici accolas, eam Cimbricæ Peninſulæ partem, quæ nunc Holſatis paret, incoluiſſe, &, ad *Travæ*, *Albisque* oſtia, fixiſſe ſedes. Seculo tertio, imperante *Diocletiano*, *Carauſium*, apud *Bononiam*, per Belgicæ & Armoricæ tractum, mare pacandum accepiſſe, quod *Franci* & *Saxones* infeſtabant, teſtantur *Eutropius*, lib. IX, cap. 13, §. 5, pag. 236, & 237, & *Oroſius*, lib. 7, cap. 25, pag. 553, quorum verba ad præced. lit. i occurrunt. Seculo quarto, latius ſe extendentes, ad *Viſurgim* usque, imò *Rheni* oſtia progrediebantur; Sic enim *Zoſimus*, lib. 3 *Hiſtor.*, cap. 1, p. m. 234, Interprete *Johanne Leunclavio*: *E Pannonia Conſtantius in Italiam tranſiit. Quum autem videret, omnes Romanis ubique ſubditas Provincias Barbaricis incurſionibus interceptas, Francos, & Alemannos, & Saxones jam quadraginta ſitas ad Rhenum urbes cepiſſe*, &c.; cap. VI, p. m. 252, & 253, pergit: *Omnes jam propemodum in iis locis Barbari ſpem omnem abjecerant, tantumque non*

ad

Digitized by Google

ad internecionem perituras exiſtimabant ſuorum reliquias, quum Saxones, omnium eas Regiones incolentium Barbarorum, & animis, & corporum viribus, & laborum in prælis tolerantia, fortiſſimi habiti, Quados, Nationis ſuæ partem, in ſolum, ab Romanis occupatum, emittunt. At finitimis Francis eos tranſitu prohibentibus, qui metuerent, ne juſtam Cæſari cauſam præberent, ſe rurſus invadendi, navibus conſtructis, Rheno prætervecti parentem Francorum Imperio Regionem, in Romani Juris ſolum contenderunt; &, adpulſis ad Bataviam navibus, quam diviſus Rhenus Inſulam efficit, quavis inſula fluminea majorem, Saliorum Nationem, Francorum à parte profectam, &, vi Saxonum, in hanc Inſulam ſuis è ſedibus rejectam, expulerunt, &c. Ecce, jam Juliani ætate, à Saxonibus ejectos Batavorum Inſula Francos; Quadosque tunc eorum conſtituiſſe partem, quos Marcomannis vicinos, à tergo Bohemicorum montium, ad Danubii ripam conſediſſe, auctoritate Veterum probat Dn. Cellarius, Geograph. Antiqua, lib. 2, cap. 5, p. 308, & 309, niſi, cum Cluverio, quem Dn. Conringius, de Antiquiſſimo Statu Helmſtadii, pag. 83, ſequitur, loco κουάδους legendum arbitreris καύχους, quorum majores Albim intra & Viſurgim & Amiſim, fluvios, habitaſſe notum eſt; quamquam, hac in re Cluverium erraſſe, viri docti dudum obſervarunt. Interim negari nequit, eo usque tunc Saxones dilataſſe terminos, ut confines Francorum dicerentur; teſtis eſt Oroſius, lib. 7, cap. 32, pag. 573, Valentinianum eos in ipſis Francorum finibus oppreſſiſſe, affirmans; verba, præced. lit. i, exhibui; Sic & D. Hieronymus, in Chronico, apud Scaligerum, pag. 187, ad annum 374: Saxones cæſi Deuſone, in Regione Francorum, &c., & in Vita S. Hilarionis, apud Surium, 21 Octob., pag. 321, verbis ſupra, lit. i, extantibus; Add. Ammianus Marcellinus, lib. 27, pag. 371: Gallicanos vero tractus Franci, & Saxones, iisdem confines, quo quisque erumpere potuit, terra vel mari, prædis acerbis, incendiisque, & captivorum funeribus hominum violabant, &c., & rurſus l. 28, pag. 403: Erupit, Auguſtis (Valentiniano & Gratiano) ter Conſulibus, Saxonum multitudo, &, Oceani difficultatibus permeatis, Romanum limitem gradu petebat intento, ſæpe noſtrorum funeribus paſta: cujus eruptionis primæ procellam Nannenus ſuſtinuit Comes, Regionibus iisdem adpoſitus, diuturno bellorum labore compertus. Sed tunc ad mortem deſtinatæ plebi congreſſus, cum milites quosdam ruiſſe, & ſe vulneratum imparem fore certaminibus adverteret crebris, docto Imperatore, quid agi deberet, id eſt adeptus, ut Peditum Magiſter, Severus, opitulatum rebus dubiis adveniret. Qui ducens militem rei ſufficientem, cum veniſſet ad loca, diſcriminatis ordinibus, Barbaros, ante colluctationem, adeò terruit, & turbavit, ut nec controverſas opponerent manus, ſed ſignorum Aquilarumque fulgore præſtricti venialem poſcerent pacem; diuque variatis conſiliis, cum id Reipublicæ conducere videretur, pactis induciis, & datis, ex conditione propoſita, juvenibus multis, habilibus ad militiam, diſcedere permiſſi ſunt Saxones, ſine impedimento, unde venerant, reverſuri, &c. Ergò & in Galliæ tunc littora jam irrumpebant. Conf. Claudianus, ejusdem ſeculi Scriptor, apud Dn. de Leibnitz, l. c., pag. 22. Hac rerum facie inſignia ſubinde Saxones ſenſiſſe incrementa, ex damno, illis quandoque illato, judicandum eſt; nec dubito, quin, Francorum exemplo, plures ex Germanicis Nationes, veluti Cheruscos, Chaucos, Chamavos, Angrivarios, Bructeros, Marſos, Uſipetes, Tencteros, aliosque Albis, Viſurgis, Amiſis, & Rheni accolas, partim acceſſione ſpontanea, partim adhibita vi, ſub communi Saxonum nomine, pedetentim unius Reipublicæ Cives fieri cœpiſſe, ſtatuendum ſit. Conf. Meibomius, Introduct. ad Hiſtoriam Saxoniæ Inferioris, p. m. 3, &c.; Conringius, l. c., pag. 80, &c.; Illuſtr. Dn. Coccejus, Jur. Publ. prudentia, cap. 3, ſect. 3, §. 29, pag. 47, &c.; Conſult. Dn. Werlhof, Not. Imper. enucl., lib. 1, cap. 2, §. 71, &c., p. 81, &c.; & quos ibi teſtium loco habet. Anno 449, à Britannis, quibus tunc Vortigernus, præ reliquis, imperabat, contra Scotorum Pictorumque incurſiones, in auxilium vocati, Britanniam allabuntur, & quidem, ut Wilhelmus Malmesburienſis, de Geſtis Anglorum, cap. 1, p. 8. & 9, ad an. 449, ſcribit: parva quidem manu, ſed quæ paucitatem ſuam virtute fulciret, Ducibus Hengiſto & Horſa, commodæ indolis fratribus, haud obſcura ſtirpe apud ſuos oriundis; erant enim Abnepotes illius antiquiſſimi Woden, de quo omnium pene barbararum Gentium Regium Genus lineam trahit, quemque Gentes Anglorum Deum eſſe delirantes, ei quartum diem ſeptimanæ, & ſextum uxori ejus, Fresæ, perpetuo ad hoc tempus conſecraverunt ſacrilegio, &c. Quomodo Inſulam poſtea ſuis ſubdiderint Legibus, ſequentibus docet, quæ huc non ſpectant; Conf. Henricus Huntindonienſis, lib. 1 Hiſt. Angl., p. m. 298, ſeptem nominans Regna, in quæ Provinciam illam diviſerant, ibi: Quando autem Saxones hanc terram ſibi ſubjugaverunt, Reges ſeptem ſtatuerunt, Regnisque nomina pro libitu impoſuerunt. Primum Regnum vocatum eſt Kent; ſecundum Sudſeax, in quo ſita eſt Cicestria; tertium Weſtſeax, cujus caput erat Wiltonia, quæ nunc data eſt Sanctimonialibus, in quo ſunt urbes: Wincaſtria, Salesburia, & plures aliæ; Quartum Regnum Eſtſeax, quod non duravit, ſed cæteris Regnis ſubjugatum eſt; Quintum Eaſtangle, in quo ſunt Provinciæ, quæ vocantur Nordfolc & Sudfolc; Sextum Merce, in quo eſt Lincolnia, & aliæ complures; Septimum Nordhumbre, in quo eſt Eboracum. Poſtquam autem Reges Weſtſeax cæteris prævaluerunt, & Monarchiam obtinuerunt, terras per 35 Provincias ſibi diviſerunt, &c. Add. Ethelwerdus, lib. 1 Chronic. Angl., ad an. 449, p. m. 832, & 833, ubi: Brittannia nunc Anglia appellatur, aſſumens nomen victorum; præfati enim Duces eorum inde venerunt Britanniam primi, hoc eſt:

Hengeſt & Horſa, filii Wyrhtelſi, avus eorum Witta, & proavus eorum Withar, atavus quidem eorum Wothen, *qui & Rex multitudinis Babarorum. In tanta etenim ſeductione oppreſſi Aquilonales increduli, ut Deum colunt usque in hodiernam diem. Sigebertus Gemblacenſis,* Saxonum adventum in Britannia jam an. 431 contigiſſe, putat; *Guilielmus Camdenus*, in *Britannia* ſua, p. m. 55, ſtat pro anno 450; *Meibomius*, l. c., pag. 6, ponit an. 449; & *Conringius*, l. c., pag. 83, an. 460. Quid rei *Childericus*, Francorum Rex, circa an. 480, cum *Odovacrio*, Saxonum Rege, in Galliis habuerit, dictum eſt, ad præced. lit. i. Saxones excidio Thuringico, circa 528, *Theodorico*, Francorum Rege, victoriam reportante, ceu præced. lit. m. latius deductum, interfuiſſe, ſententia eſt *Witichindi Corbejenſis*, lib. 1 Annalium, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 631, &c., ubi: *Placuit Thiaderico, omnibusque gloria victoriæ avidis, manere in caſtris, & mittere ad* Saxones, *qui jam olim erant Thuringis acerrimi hoſtes, quatenus ei eſſent auxilio: ſi quidem vincerent Erminfridum, urbemque* (Scheidingam) *caperent, terram eis in poſſeſſionem æternam traderet.* Saxones, *nihil cunctati, novem Duces cum ſingulis milibus militum deſtinare non dubitant. Et ingreſſi Duces in caſtra, ſinguli cum centenis militibus, reliqua multitudine extra caſtra dimiſſa, ſalutant Thiadericum verbis pacificis. At illi, Populus, ajunt, Saxonum Tibi devotus, & tuis parens Imperiis, miſit nos ad Te: & ecce adſumus, parati ad omne, quodcunque voluntas tibi ſuggeſſerit; parati, ut aut hoſtes tuos vincamus, aut, ſi fortuna aliud juſſerit, pro te moriamur: aliam enim cauſam nullam Saxonibus eſſe ſcias, niſi vincere velle, aut certe vivere nolle: neque enim gratiam majorem amicis exhibere poſſumus, quam ut pro eis mortem contemnamus: &, ut hoc experimento diſcas, omnino deſideramus,* &c. Expugnatâque eorum ope Scheidinga, & Thuringis ad internecionem cæſis, pergit, pag. 633: *His itaque omnibus peractis, reverſi ſunt ad Thiadericum in caſtra, & ab eo ſuſcepti, ſatisque laudati, & in terra præſenti in æternam poſſeſſionem donati ſunt.* Socii quoque Francorum, & Amici appellati, *urbem, cui ab igne, ut propriis mœnibus pepercere, primum incoluerunt, &c.*; & pag. 634: *Saxones igitur poſſeſſa terra ſumma pace quieverunt,* ſocietate Francorum atque amicitia uſi: *parte quoque agrorum cum amicis auxiliariis, vel manumiſſis diſtributa, reliquias pulſa Gentis tributis condemnavere: unde usque hodie Gens Saxonum triformi genere ac lege, præter conditionem ſervilem, dividitur, &c.* Antiquior *Witichindo Eginhardus* idem docet, apud *Adamum Bremenſem*, lib. 1, cap. 4, p. m. 7, Ducem Saxonum, à quo *Theodoricus* auxilia petierit, *Hadugatum* vocans. Scio equidem, Dn. *Vorburgium*, Tom. VI *Hiſtor.*, ad an. 528, pag. 134, negare, *Saxones* excidio præfato adfuiſſe, quia *Gregorius Turonenſis*, & *Aimoinus* de eo tacent; bene tamen reſpondet Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, lib. 1 *Notit. Imper. Enucl.*, cap. 2, §. 96, lit. b, pag. 114, ſilentium Francicorum Scriptorum rebus, per Saxones fortiter geſtis, valide opponi non poſſe; adde, quæ amplius ibi exponuntur. Partem *Saxoniæ*, voluntaria Gentis deditione, in poteſtatem ſuam redegit *Theodorici* filius, *Theodebertus*, Auſtraſiæ Rex, vel ipſius teſte Epiſtola ad *Juſtinianum* Imperatorem, quæ inter editas à *Frebero*, Tom. I *Rer. Franc.*, p. 198, & 199, decima nona eſt; ibi: *Deoque propitio, Wiſigothis, qui incolebant Franciæ ſeptentrionalem plagam, Pannoniam, cum* Saxonibus Eucius, (Eudeſiis) *qui ſe Nobis voluntate propria tradiderunt, per Danubium, & limitem Pannoniæ, usque in Oceani littoribus, cuſtodiente Deo, Dominatio noſtra porrigitur, &c.*

(2) Sub *Clothario* I, defuncti *Theodeberti* Patruo, totius Franciæ Monarcha, primum cœpit Francos inter Saxonesque bellum, per ſecula deinceps continuatum. Cauſam ſubminiſtrabat, ſine dubio, tributum quingentarum vaccarum, quo, neſcio qua lege, ſingulis annis ei tenebantur, ceu ex *Aimoino*, lib. 4, c. 26, pag. 371, diſcimus, cujus hæc ſunt verba: *Quingentas namque vaccas inferendales à Clothario ſeniore, Clodovei filio, Chilperici Patre, Regiæ menſæ inferre juſſi fuerant: quæ ideo* inferendales *dicebantur, eo quod ſingulis inferrentur annis, &c.*; cum quibus concordant, quæ ſeq. v. 6, ex *Fredegario*, cap. 26, adducam. Videtur autem tributum illud fuiſſe antiquius, & forte à fœderis formula, *Childericum* Francorum Regem inter & *Odovacrium*, Saxonum Principem, initi, repetendum, cujus *Gregorius Turonenſis*, lib. 2, c, 19, p. 39, meminit: *Inter Saxones atque Romanos bellum geſtum eſt; ſed Saxones, terga vertentes, multos de ſuis, Romanis inſequentibus, gladio reliquere: inſulæ eorum, cum multo populo interempto, à Francis captæ, atque ſubverſæ ſunt. Eo anno, menſe nono, terra tremuit.* Odovacrius cum Childerico fœdus iniit, *Alamannosque, qui partem Italiæ pervaſerant, ſubjugarunt.* vid. præced. lit. i; quò trahi poſſunt præfata Principum eorum militiæ, *Theodorico*, adverſus Thuringos, auxilio miſſæ, verba: *Populus Saxonum Tibi devotus, & Tuis parens Imperiis, miſit nos ad Te, &c.* Hinc ait *Gregorius*, lib. 4, cap. 10, pag. 72: *Eo anno* (quo Chlotharius Theodovaldo, Auſtraſiæ Regi, ſucceſſit,) rebellantibus Saxonibus, *Chlotharius Rex, commoto contra eos exercitu, maximam eorum partem delevit, pervagans totam Thoringiam, ac devaſtans, pro eo, quod Saxonibus ſuppetias præſtitiſſent, &c.*; & rurſus cap. 14, pag. 75: *Igitur Chlotharius, poſt mortem Theodovaldi, cum Regnum Franciæ ſuſcepiſſet, atque illud circumiret, audivit à ſuis, iterata inſania effervescere Saxones,* ſibique eſſe rebelles, & quod tributa, quæ annis ſingulis conſueverant miniſtrare, contemnerent reddere, &c. Clare hic dicitur, bel-

lum,

lum, ob denegata tributa, quæ ſingulis annis Saxones miniſtrare *conſueviſſent*, exortum, & quidem ſub initium *Clotharii* ſucceſſionis in Auſtraſia, unde neceſſarium fuit argumentum, conſuetudinem illam Regimine *Clotharii* fuiſſe priorem. Magis hoc illuſtrat Legatorum, quos, alterum bellum deprecaturi, Saxones ad *Clotharium* direxerant, mandatum, apud *Gregorium*, l. c: *Non enim ſumus contemptores Tui. & ea, quæ* ***Fratribus***, (Theodorico, Regi Auſtraſiæ) *ac Nepotibus tuis*, (ex dicto fratre; ſcil. Theodeberto, ejusque filio, Theodovaldo,) *reddere conſuevimus, non negamus, & majora adhuc, ſi quæſieris, reddemus: Unum tantum expoſcimus, ut ſit pax, ne tuus exercitus, & noſter Populus conlidatur, &c.* De loco primi prælii legitur in *Geſtis Francorum Epitomatis*, cap. 27, pag. 71: *Rebellantibus Saxonibus, Clotharius Rex, commoto Francorum exercitu contra eos, pugnam iniit, ſuper Wiſeram fluvium, exercitum eorum maximum interfecit, terramque eorum vaſtavit, pervagans totam Toringam, ac depopulans, pro eo, quod Saxonibus ſolatium præbuiſſent, &c.* Quæ *Aimoinus*, lib. 2, cap. 27, pag. 290, Appendix, ad *Marcellini Comitis Chronicon*, & alii comprobant. Tempus fuit annus obitus *Theodovaldi*, tertii Auſtraſiæ Regis, cui *Clotharius*, patruus ejus magnus, ſucceſſit, adeoque Annus 555; hanc enim inſtituo computationem: Obiit *Theodericus*, primus Auſtraſiæ Rex, ſub finem anni 533, vel initia ſequentis, juxta dicta, præced. lit. o, circa finem; Filius ejus, *Theodebertus*, ad plures abiit, anno Regni decimo quarto, teſtibus coævo Monacho, *Fauſto*, in vita *S. Mauri*, cap. 40, apud *Surium*, 15 *Januar.*, pag. 243, & *Browerum*, lib. 6 *Annal. Trevir.*, cap. 19, pag. 318; *Gregorio Turonenſi*, lib. 3, cap. 37, pag. 68; *Geſtis Francorum epitomatis*, cap. 27, pag. 71, & *Chronicis Francorum epitomatis*, cap. 46, pag. 104, *Aimoinus* licet, lib 2, cap. 25, pag. 289, unum inde detrahat; conſequenter, vel anno 547 exeunte, juxta *Dionyſium Petavium*, part. 2 *Rationarii Temporum*, lib. 4, cap. 14, pag. 271, *Browerum*, l. c., *Henricum Vagedes*, Diſſert. de *Regno Auſtraſiæ*, §. VI, pag. 10, &, inter *Opera ejus Academica*, p. 187; vel, anno 548 inchoante; quem malunt *Marius Aventicenſis*, in Chronico, apud Clar. Dn. *Schurtzfleiſchium*, de *Regno Auſtraſiæ*, cap. 1, §. 8, p. 5; Chronicon *S. Vincentii Metenſis*, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, pag. 344; Vita S. *Bertradæ Buuricenſis*, ibidem, Tom. 2, pag. 365; Dn. D. *Werlhof, Notit. Imper. enucleata*, lib. 1, cap. 2, §. 110, p. 125; Dn. *Schurtzfleiſch*, l. c.; & alii; *Alberico, Monacho trium fontium*, pag. 42, Annum 549; *Sigeberto Gemblacenſi* Annum 550; *Conrado Urſpergenſi*, in vita *Juſtiniani* Imp., p. m. 88, annum 551; *Procopio*, lib. 3 *Belli Gothici*, §. 24, *Chronographo Saxone*, p. 85, *Baronio*, Tom. VII Annal., pag. 415, & *Vorburgio*, Tom. VI *Hiſtor.*, ad an. 547, p. 441, & An. 552, p. 489, Annum 552, & *Hermanno Contracto*, apud *Urſtiſium*, pag. 279, annum 560 hoc nomine producentibus; Jam porro conſtat ex *Gregorio Turonenſi*, lib. 4, cap. 9, pag. 72, *Mario Aventicenſi*, l. c., *Hermanno Contracto*, ad an. 568, aliisque bene multis, Eum, anno Regni *ſeptimo*, ultima expertum fata, etiamſi *Aimoinus*, l. c., octavum, & *Trithemius*, de *Origine Francorum*, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. Germ.*, p. 160, nonum addant; quare & obitus ejus vel ad annum 454, ſecundum *Petavium*, l. c., Part. 1, lib. 7, c. 6, pag. 430, & Part. 2, lib. 4, cap. 14, pag. 271, *Browerum*, l. c., lib. 6, cap. 31, pag. 321, *Vagedes*, l. c., vel ad ſequentem 555, ut *Baronius*, l. c., pag. 475, ex falſa licet hypotheſi, Dn. *Werlhofius*, l. c., §. 111, pag. 129, & Dn. *Schurtzfleiſchius*, l. c., arbitrantur, referendus erit, *Sigeberto Gemblacenſi, Chronico S. Vincentii Metenſis*, l. c., Vitaque *S. Bertradæ*, l. c., in annum 556, *Chronographo Saxone*, p. 86, in annum 559, *Trithemio*, l. c., in annum 560, *Surio*, ad cap. 40 *vitæ S. Mauri*, 15 Januar., pag. 243, in margine, in An. 562, & *Hermanno Contracto*, l. c., pag. 280, in An. 568 excurrentibus. Eodem itaque anno, nulla majoris natu, *Childeberti*, ſenectæ ſatis longæ Principis, nec beati ſobole, viribusque inſuper inferioris, habita ratione, *Clotarius*, animo ferox, & numeroſæ prolis maſculæ ſator, *Auſtraſiam* ad ſe rapuit, defuncto etiam *Childeberto*, totius Franciæ Monarcha. Conf. *Agathias*, lib. 2, pag. 572 Edit. Grotianæ.

(3) Altera *Clotharii* expeditio in Saxones Anno 556, ut *Schateno*, lib. 5 *Hiſtoriæ Weſtphalicæ*, pag. 308, vel, ut aliis, videtur, an. 561 ſuſcepta, non eodem Marte ſuffulciebatur. Superba initia. Exitus triſtis. Multis precibus eorum Legati, *veſtimenta, pecora, & omne facultatis ſuæ corpus*, exceptis duntaxat uxoribus & liberis, offerendo, pacem obtinere eum non poſſent, *tunc illi, ira commoti, contra Chlotharium Regem, ſuper Eum irruunt, & ſcindentes tentorium Ejus, Ipſum quoque conviciis exaſperantes, ac vi detrahentes, interficere voluerunt, ſi cum illis abire differret. Hæc videns Chlotharius, invitus fuit cum eis. At illi, inito certamine, maxima ab adverſariis internecione cæduntur: tantaque ab utroque exercitu multitudo cecidit, ut nec æſtimari, nec numerari penitus poſſit. Tunc Chlotharius, valde confuſus, pacem petiit, dicens: Se non ſua voluntate ſuper eos veniſſe. Qua obtenta, ad propria rediit.* Hæc *Gregorius Turonenſ.*, lib. 4. cap. 14, pag. 75; add. *Aimoinus*, lib. 2, cap. 27, pag. 290. Inter pacis capita & hoc fuiſſe, ut Franci agro, Viſurgim inter & Rhenum, cederent, conjecturat *Vorburgius*, Tom. VII, ad Annum 561, pag. 104, ſcribens: *Hanc enim Legem, ut iſti agro inter Viſurgim & Rhenum decederent, & aliò migrarent, ab iis dictatam, ex omnibus adjunctis colligo: quippe deinceps Francos Teutonicos, ſicut hactenus fuerant, in eo nequaquam amplius, ſed circa Mœnum, Salam & Lonam, ex quibus alii Francorum nomen retinuerint, & Oſtro-Franci, alii Haſſi dicti ſint, reperiemus, nec*

ulla

ulla eorum in veteribus ſedibus, de quibus perſæpe egimus, renovabitur mentio. Imò totum Francorum nomen in illis peribit, nec alibi, quam circa Moenum, medium Rhenum, Moſellam, & Regiones adiacentes, audietur. Circa Rhenum vero Inferiorem, inter hunc & Viſurgim, Franci minimè, ſed Saxones nominabuntur. A Rheno ergò Inferiori, & ex agro inter hunc, & Viſurgim, abiiſſe, & alio ſe contuliſſe, neceſſe eſt, &c. Conf. idem, Tom. VI, ad an. 538, pag. 298; Add. *Conringius*, in Addit. ad lib. I, de *Finibus*, cap. 2, §. 3, pag. m. 6, Dn. *Werlhof*, l. c., §. 116, lit. c, pag. 128, & 129; Minimum, poſt hanc Francorum cladem, Saxonum potentiæ, Viſurgim inter & Rhenum, multum acceſſiſſe incrementi, extra dubitationis limites ponendum eſt.

(4) Obiit tandem *Clotharius*, Anno 562 exeunte, vel 563 ineunte. Rationes ita inſtituo. Deductum eſt, præced. lit. i, circa finem n. 24, *Clodoveum* exuvias depoſuiſſe mortales, vel vertente anno 511, vel ſub initium ſequentis: docet autem *Gregorius Turonenſis*, lib. 4, cap. 21, pag. 78, *Clotharium*, ejus filium, anno quinquageſimo primo, febri graviter vexatum, ſpiritum exhalaſſe, alta voce clamantem: *Wa, quid putatis, qualis eſt ille Rex cœleſtis, qui ſic tam magnos Reges interficit?* conſentientibus *Geſtis Francorum epitomatis*, cap. 29, pag. 72; *Chronicis Francorum epitomatis*, cap. 55, pag. 106; *Aimoino*, lib. 2, cap. 37, pag. 296; *Fortunato* Presbytero, in vita *S. Medardi*, Noviomenſis Epiſcopi, cap. 32, apud *Surium*, 8 Junii, pag. 137; *Conrado Urſpergenſi*, pag. 67; Ergò ſi prius elegeris, habebis Annum 562, ſin poſterius, Annum 563. *Sagittarius*, *Antiq. Ducat. Thuring.*, lib. 1, cap. 4, §. 5, pag. 7; Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Regno Auſtraſia*, cap. 1, §. 10, pag. 61; & *Vagedes*, l. c., referunt ejus obitum in Annum 561; Dn. *Werlhof*, l. c., lib. 1, cap. 2, §. 117, pag. 129, in finem an. 561, vel cap. an. 562, quem poſteriorem etiam *Chronicon S. Vincentii Metenſis*, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 344, exprimit; *Chronographus Saxo*, pag. 86; *Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, l. c., pag 334; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, pag. 43, defendunt Annum 563; *Sigebertus Gemblacenſis*, *Trithemius*, l. c., & *Albinus*, *Specim. Hiſtor. Thuring. novæ*, ſtant pro Anno 564; *Lehmannus*, lib. 3 *Chron. Spirenſ.*, cap. 5, pag. 215, & Dn. *Vorburgius*, Tom. VII, pag. 165, & 176, & 219, propugnant Annum 565; ſolus *Hermannus Contractus*, apud *Urſtiſium*, pag. 280, manifeſto errore, in Annum 574 prolabitur. Quicquid ſit, Regnum Francorum, elato ejus funere, in quatuor iterum partes fuiſſe diſcerptum, ex *Gregorio*, l. c., cap. 22, pag. 79, diſcimus, ſcribente: *Chilpericus vero, poſt Patris funera, theſauros, qui in villa Brannaco erant congregati, accepit, & ad Francos utiliores petiit, ipſosque muneribus mollitos ſibi ſubdidit. Et mox Pariſios ingreditur, ſedemque Childeberti Regis occupat, ſed non diu hoc ei licuit poſſidere. Nam conjuncti fratres ejus Eum exinde repulere, & ſic inter ſe hi quatuor, id eſt Charibertus, Gunthramnus, Chilpericus atque Sygibertus, diviſionem legitimam faciunt, deditque ſors CHARIBERTO Regnum Childeberti, ſedemque habere Pariſios: GUNTHCRAMNO vero Regnum Chlodomeris, ac tenere Sedem Aurelianenſem: CHILPERICO vero Regnum Chlotharii, Patris Ejus, Cathedramque Sueſſionas habere: SYGIBERTO quoque Regnum Theodorici,* (Auſtraliæ) *ſedemque habere Remenſem, &c.:* comprobantibus factum *Geſtis Francorum epitomatis*, cap. 29, pag. 72; *Chronicis Francorum epitomatis*, cap. 55, pag. 106; *Aimoino*, lib. 3, cap. 1, pag. 297; *Paulo Diacono*, lib. 2, de *Geſtis Longobardorum*, cap. 8, p. m. 370; *Adone Viennenſi*, in vita *S. Deſiderii Viennenſis*, cap. 2, apud *Surium*, 11 Febr., pag. 119; *Ivone Carnotenſi*, in Chronico *de Regibus Francorum*, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Franc.*, pag. 51; Auctore *Vitæ S. Verani*, Epiſcopi Cavallicenſis, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, pag. 693; *Sigeberto Gemblacenſi*, ad An. 564; *Alberico*, l. c.; &c. Obtigit itaque *Sigeberto*, fratrum natu minimo, AUSTRASIA, ab Hunnis brevi poſt armis petito, victor licet tandem abſceſſerit; ita enim *Gregorius*, l. c., c. 23, pag. 79; *Poſt mortem Chlotharii Regis, Chuni Gallias adpetunt, contra quos Sigibertus exercitum dirigit: &, geſto contra eos bello, vicit, atque fugavit: ſed poſtea Rex eorum* (Caganus) *amicitias cum eodem, per Legatos, meruit, &c.* Conf. *Geſta Francorum Epitomata*, cap. 30, pag. 72; *Chronica Francor. epitom.*, cap. 61, pag. 108; *Aimoinus*, lib. 3, cap. 6, pag. 300; *Paulus Diaconus*, l. c., locum prælii exprimit: *Huni, qui & Abares, comperta Clotharii Regis morte, in Sigebertum, ejus filium, irruunt, quibus Ille in Thuringia occurrens, eos, juxta Albim fluvium, potentiſſimè ſuperavit, pacemque petentibus dedit, &c.* Add. *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 567; *Johannes Tilius*, *Annal. Franc.*, ad eundem Annum; Rebelles Saxones & Thuringos Hunnis tunc adhæſiſſe, probabile eſt. Vid. Conſult. Dn. *Werlhof*, l. c., §. 120, pag. 130. Longè majus bellum poſtea exortum, *Saxones* inter & *Suevos*, de quo *Gregorius Turonenſis*, lib. 5, cap. 15, pag. 100, & 101, hæc habet: *Quia tempore illo, quo Alboinus in Italiam ingreſſus eſt, Chlotharius & Sygibertus Suavos, & alias Gentes in loco illo poſuerunt, hi, qui tempore Sygiberti regreſſi ſunt, id eſt, qui cum Alboino fuerant, contra hos inſurgunt, volentes eos à Regione illa extrudere ac delere, &c.* Clarius loquitur *Paulus Diaconus*, l. c., l. 2, c. 6, p. 368, & 369: *Alboinus itaq. ad Italiam cum Langobardis profecturus, ab antiquis amicis ſuis, Saxonibus, auxilium petiit, quatenus ſpatioſam Regionem poſſeſſurus, cum plurimis intraret. Ad quem Saxones plus, quam viginti milia virorum, cum uxoribus ſimul & parvulis, ut cum eo ad Italiam pergerent, juxta ejus voluntatem, venerunt. Hoc audientes Clotharius & Sigisbertus, Reges Francorum, Suevos, aliosque Gentes in locis, de quibus iidem Saxones exierant, poſuere. Tunc Alboinus ſedes proprias, hoc eſt, Pannoniam amicis ſuis, Hunnis, contribuit, eo quidem pacto, ut, ſi*

que

quo tempore Langobardis neceſſe foret reverti, ſua rurſum arva reciperent. Igitur Langobardi, relicta Pannonia, cum uxoribus & natis, omnique ſuppellectile, Italiam properant poſſidere. Habitaverunt autem in Pannonia annos quadraginta duos: de qua egreſſi ſunt menſe Aprili per Indictionem primam, altero die poſt ſanctum Paſcha, cujus feſtivitas eo anno, juxta calculi rationem, ipſis Calendis Aprilis fuit, cum jam à Domini Incarnatione anni quingenti ſexaginta octo eſſent evoluti &c. Miror, *Gregorium* pariter, & *Paulum* tanta confidentia aſſerere: præter *Sigebertum*, *Clotharium* quoque, in vacuas abeuntium in Italiam *Saxonum* ſedes, Suevos, aliasque nationes repoſuiſſe; cum, juxta modò probata, *Clotharius* diu jam fuerit defunctus; errorem hunc notante etiam *Vorburgio*, l.c., pag. 219; Longobardos, Anno 568, *Alboino* Duce, in Italiam migraſſe, ſupra monui, pag. 42; *Saxones* eos ſecutos, præfati Auctores omnes, quibus *Gotfridum Viterb.*, part. 17 *Chron.*, p.m. 450, addas, perhibent. De reditu quæſtio eſt: quam ob cauſam contigerit? quomodo? & quo tempore? *Paulus Diaconus*, lib. 3, cap. 3, pag. 379, ait: *Certum eſt, Saxones, cum uxoribus & parvulis, ideo in Italiam veniſſe, ut in ea habitarent, ſed, quantum datur intelligi, noluerunt Longobardorum Imperiis ſubjacere, ſed neque eis permiſſum eſt à Longobardis, in proprio Jure ſubſiſtere, ideoque exiſtimantur in ſuam Patriam repedaſſe, &c.* Conf. *Vorburg.*, l.c., ad an. 575, pag. 250; Dn. *Werlhof*, l.c., §. 121, pag. 131; Hac de cauſa igitur anno 575, ut *Vorburgius*, l.c., probat, domum reverſuri in Gallias prorumpunt, *& infra Territorium Regenſe, id eſt, apud Stablonem villam, caſtra ponunt, diſcurrentes per villas urbium vicinarum, diripientes prædas, captivos abducentes, vel etiam cuncta vaſtantes. Quod cum Mummolus comperiſſet, exercitum movet, irruensq; ſuper eos multa ex his milia interfecit, & usq; ad veſperam cædere non deſtitit, donec nox quietem faceret, ignaros enim repererat homines, & nihil de his, quæ acceſſerunt, autumantes. Mane autem facto, ſtatuunt Saxones Exercitum, præparantes ſe ad bellum, ſed, intercurrentibus nunciis, pacem fecerunt; datisque muneribus Mummolo, relicta univerſa Regionis præda, cum captivis diſceſſerunt, jurantes prius, quod ad ſubjectionem, Regnumque Francorum* (Regumque Francorum ſolatium) *redire deberent in Gallias. Igitur regreſſi Saxones in Italiam, adſumptis ſecum uxoribus & parvulis, vel omni ſupellectile facultatis, &c.* Hæc *Gregorius*, lib. 4, cap. 37, pag 85, & 86; mox pergens, *redire in Gallias deſtinantes, ſcil.* (Anno 576) *ut à Sygiberto Rege collecti, in loco, unde egreſſi fuerant, ſtabilirentur, fecerunt ex ſe duos, ut ajunt, cuneos, & unus quidem, per Niceam urbem, alius vero, per Ebredunenſem, venit, illam revera tenentes viam, quam anno ſuperiore tenuerunt: conjunctique ſunt in Arvernico territorio, erat enim tunc tempus meſſium, &c. verum, poſtquam, expenſis fructibus, ad litus Rhodani amnis acceſſerunt, ut, tranſacto torrente, Regno ſe Regis Sygiberti conſerrent, occurrit eis Mummolus, dicens: Non tranſibitis torrentem hunc: ecce, res Domini mei Regis depopulaſtis, collegiſtis Regis pecora, devaſtaſtis, trucidaſtis, domos incendiſtis, oliveta ac vineta ſuccidiſtis, non aſcendetis, niſi ſatisfaciatis prius his, quos exiguos reliquiſtis, alioquin non effugietis manus meas, niſi ponam gladium ſuper vos, & uxores, & parvulos veſtros, & ulciſcar injuriam Domini mei, Guntechramni Regis. Tunc illi timentes valde, dantes multa numismatis aurei milia, pro redemptione ſua, tranſire permiſſi ſunt, & ſic* (Anno 577) *Arvernum pervenerunt, erat tunc vernum tempus . . ad Sygibertum Regem tranſeuntes, in loco, unde prius egreſſi fuerant, ſtabiliti ſunt, &c.* Quomodo autem à *Suevis* fuerint excepti, commemorat lib. V, cap. 15, pag. 100, & 101: *Hi, qui tempore Sygiberti regreſſi ſunt, id eſt, qui cum Alboino fuerant, contra hos* (novos colonos) *conſurgunt, volentes eos à Regione illa extrudere, ac delere. At illi obtulerunt eis tertiam partem Terræ, dicentes: Simul vivere, ſine colliſione, poſſumus. Sed illi contra eos irati, eo quod ipſi hoc antea tenuiſſent, nullatenus pacificare voluerunt. Dehinc obtulerunt eis iterum iſti medietatem: poſt hæc duas partes, ſibi tertiam relinquentes. Nolentibus autem illis, obtulerunt, cum terra, omnia pecora, tantum ut à bello ceſſarent. Sed nec hoc illi adquieſcentes, certamen expetunt. Et inter ſe, ante certamen, qualiter uxores Suavorum dividerent, & qui quam, poſt eorum exitum, acciperet, tractant, putantes, eos jam quaſi interfectos habere. Sed Domini miſeratio, quæ juſtitiam facit, in aliam partem voluntatem eorum retorſit. Nam confligentibus illis: erant autem viginti ſex milia Saxonum, ex quibus viginti milia ceciderunt: Suavorum quoque ſex milia, ex quibus quadringenti & octoginta tantum proſtrati ſunt: reliqui vero victoriam obtinuerunt. Illi quoque, qui ex Saxonibus remanſerant, deteſtati ſunt: nullum ſe eorum barbam, neque capillos inciſurum, niſi prius ſe de adverſariis ulciſcerentur. Quibus iterum decertantibus, in majore excidio corruerunt, & ſic à bello ceſſatum eſt, &c.* Quæ confirmat *Paulus*, l.c., lib. 3, cap. 3, pag. 379, & 380; Add. *Chronica Francorum epitomata*, cap. 75, & 76, apud *Freherum*, pag. 111; *Aimoinus*, lib. 3, cap. 7, pag. 301, licet Saxones, cum Longobardis in Italiam euntes, cum iis, qui, *Theodeberti Senioris* juſſu, eò demigraverant, confundat; *Witichindus*, lib 1 Annal., apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 634; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 29, apud eundem, l.c., p. 223; *Cranzius*, lib. I *Saxon.*, cap. 29, & 30, ubi vero falſa interſerit, ultimam victoriam *Saxonibus* vindicans; *Baronius*, Tom. VII *Annal.*, ad an. 568, pag. 560, &c.; *Vorburgius*, Vol. 7 *Hiſtor.*, ad annos 568, 575, 576, & 577, pag. 217, 250 ad 254; Illuſtr. Dn. *Leibnitius*, de *Scriptoribus Rerum Brunſuicenſium*, pag. 65, lit. 1, exiſtimans, pro: *Suavos*, legendum eſſe: *Slavos*; vel dicendum, *Saxones*, cum

Lon-

Longobardis in Italiam profectos, non amplius in Saxonia, ſed in Superioris Germaniæ parte quadam, Longobardis, in Pannonia tunc agentibus, vicina, habitaſſe; *Schatenus*, lib. 5 *Hiſtor. Weſtfal.*, pag. 317, & 319, ubi Saxonum Legem, *qua mulieres Gentis ſuæ, Suevo nubentes, hæreditate paterna excluſerunt*, ab inveterato illo erga Suevos odio derivat, qua de re vid. etiam *Cranzius*, l. c.; Conſultiſſ. Dn. *Werlhof, Notit. Imper. enucleat.*, lib. 1, cap. 2, §. 120, & 121, pag. 130, & 131. De tempore addendum eſt, dictum Saxonum reditum ex Italia perperam à *Sigeberto Gemblacenſi* ad annum 582 referri, deceptis ab eo *Fabricio*, lib. 1 *Annal. Saxon.*, ad ann. 582, 583, 584; *Cruſio*, *Annal. Suev.*, part. 1, lib. 9, cap. 10; *Spangenbergio*, *Chron. Manſfeld.*, cap. 62, &c., cum omnes teſtentur, ex *Sigeberti* gratia, conceſſo per Auſtraſiam tranſitu, priſtina eos arva repetiiſſe; Principem autem hunc an. 582 non amplius fuiſſe in vivis, itidem manifeſtum eſt. Conf. *Vorburgius*, l. c., ad ann. 577, 578, 581, & 582, pag. 254, 263, 276, 284.

(5) Poſt hæc tempora nihil memoratu digni de Saxonibus occurrit, ad ætatem uſque *Theodoberti* & *Theodorici*, illius Auſtraſiæ, hujus Burgundiæ & Aureliorum Regis, *Sigeberti*, ex filio *Childeberto*, Nepotum, quorum memor *Paulus Diaconus*, l. c., lib. 4, cap. 10, pag. 400, inquit: *Francis cum Saxonibus pugnantibus, magna ſtrages ab utriſque partibus facta eſt, &c.*; quæ totidem verbis *Aimoinus* lib. 3, cap. 89, pag. 347 repetit, cauſa belli omiſſa. Secutam inde pacem teſtatur *Schatenus*, lib. 6 *Hiſtor. Weſtfal.*, pag. 326. Anno 614 auxilia *Saxones* tuliſſe *Theodeberto*, Auſtraſio, contra fratrem *Theodoricum*, docet *Fredegarius*, c. 38, apud *Freherum*, pag. 131, ubi: *Anno XVII Regni --- Theudebertus cum Saxonis, Thoringis, vel cæteris Gentibus, quas de Ultra-Renum, vel undique potuerat adunare, contra Theudericum, Tholbiacum perrexit, ibique denuo commiſſum eſt prælium. Fertur, à Francorum cæteriſque Gentibus ab antiquitus ſic forte, nec aliquando, fuiſſe prælium conceptum; ibique tantæ ſtrages ab utroque exercitu factæ ſunt, ubi Falanges ingreſſu certaminis contra ſe præliabant, cadavera vero occiſorum undique non haberent, ubi inclines jacerent, ſed ſtarent mortui, inter cæterorum cadavera ſtricti, quaſi viventes; ſed, domino praecedente, iterum Theudericus Theudebertum ſuperat, &, à Tholbiaco uſque Coloniam, exercitus Theudeberti gladio trucidatur, per loca oram terræ cooperuit. Ipſoque die Coloniam perrexit, omneſque theſauros Theudeberti inibi recepit; dirigenſque Theudericus ultra Renum, poſt tergum Theudeberti, Berthariumcubicularium, qui diligenter Theudebertum inſequens, cum jam cum paucis fugeret, Theudebertum captum Bertharius Coloniam, in conſpectum Theuderici præſentat. Et ibi tum veſtes regales Theudebertus expoliatur, equuſque ejus, cum ſtratura Regia, hoc totumque Berthario à Theuderico conceditur, &c.* Conf. *Aimoinus*, lib. 3, cap. 98, pag. 352. Annum ita deduco: *Theodebertus Senior*, Rex Auſtraſiæ, mortuus eſt an. 548; vid. præced. lit. o, in fine; Ab Ejus obitu ad tranſitum *Sigeberti* ſunt anni 29, teſte *Gregorio Turonenſi*, lib. 4, cap. 46, pag. 91, adeoque obiit *Sigebertus* anno 577; Filius Ejus, *Childebertus*, regnavit an. 20, juxta *Geſta Francorum epitomata*, cap. 37, pag. 78; ergò obiit 597, quo filii ejus, *Theodebertus* & *Theodoricus* ſucceſſerunt, ut adeo annus 17 Regni *Theodeberti* idem ſit cum anno Chriſti 614.

(6) Poſtquam vero *Clotharius* 2, *Chilperici*, Sueſſionum Regis, filius, extinctis modo laudatis Principibus, agnatis, eorumque ſpuriis è medio partim ſublatis, partimque fuga ſalutem ſibi quærentibus, *univerſum Francicum imperium* ad ſe rapuiſſet, cruentum rurſus bellum, Francos inter & Saxones, exarſit, cujus origo à ſuperba *Bertoaldi*, Saxonum Principis, Legatione repetenda eſt, de qua in vita *S. Faronis*, annuente ipſo *Clothario*, in locum *Walberti* Fratris, conſtituti Meldorum Epiſcopi, cap. 71, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Rer. Brunſuic.*, pag. 62, hæc ſubminiſtrantur: *Gens Saxonum illo in tempore fide inſtabilis effecta, efferataque duris animis, ad dinoſcendum, quod ſub nullius ditione eſſe decreviſſet, mittit nuncios, una cum conſilio Regis ſui, nomine Bertoaldi, Regem ad Francorum, in hæc verba: Scio, inquit, quia non colligis Tu, Clothari, vires, bellandi in animo, adverſus potentiam virtutis meæ, nec tantam ſpem concipis in robore corporis; quapropter mitius agam, ne depopuletur Terra, jam non Tua, ſed mea, ubi glorioſus reſidere, fida diſpoſitione, diſpono, &, occurrere mihi obviam, ductoremque mei per ignotam Terram, Te præmoneo. Ibi enim conſilio meorum tractandum eſt, bella cum quibus agenda erunt, quoniam in Te, & in Tuis imbellibus non experiemur ea, &c.* Cap. 72 pergit Auctor: *At Legatorum verba dum per aures uſque ad notitiam animi Regis Clotharii perveniſſent, illico ejus fel immoderate efferbuit, moxque furibunda voce tulit irretractabiliter in eos capitalem ſententiam, &c.* Conf. Excerpta vitæ *Faronis*, apud *Surium*, 28 *Octob.*, pag. 395, §. 2. *Cranzius*, lib. 1 *Saxon.*, cap. 31, cauſam belli fuiſſe lites de limitibus, exiſtimat, ſua auctoritate. Ex altera igitur parte, rationis & modeſtiæ, &, ex altera, Juris Gentium violatis terminis, itum ad arma. Tempus deſignat Anonymus, *de Geſtis Dagoberti, Regis Francorum*, cap. 14, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 65, & 66, verbis: *Dagobertus itaque pulcherrimus juvenis, efficax atque ſtrenuus, in omnibus ſolertis ingenii probatiſſimus, cum Pippino Duce, in Hoſte* (Oſte, i. e. Auſtraſia) *regnaturus, à Patre dirigitur. Auſtraſii vero Franci ſuperiores, congregati in unum, Dagobertum ſuper ſe Regem ſtatuunt. In illis quoque diebus Saxones, nimium rebelles, cum Bertoaldo Duce, commoverunt exercitum*

Gen-

Gentium plurimarum, contra Dagobertum, Regem Auſtraſiorum, &c. Eadem continent *Geſta Francorum Epitomata*, cap. 41, pag. 79, & 80. Conf. *Aimoinus*, lib. 4, cap. 8, & 18, pag. 360, & 365; *Sigebertus Gemblae.*, ad ann. 628; Inquirendum itaque in annum, quo *Dagobertus* Auſtraſiis fuit præfectus. *Fredegarius* Scholaſticus, cap. 47, apud *Freherum*, pag. 135, ait: *Anno XXXVIII Regni Clotharii*, (Clotharius) *Dagobertum, filium ſuum, conſortem Regni fecit, eumque ſuper Auſtraſios Regem inſtituit, retenens ſibi, quod Ardenna & Uvogaſus, verſus Neuſter, & Burgundiam, excludebant, &c.*, qui, juxta meum calculum, quadrat anno 624. Rationes ſic inſtituo: obiit *Clotharius I* an. 563, ceu ſuperius, v. 4, probavi; *Chilpericus*, ejus filius, occiditur à *Landerico, Fredegundis* Reginæ inſtinctu, anno Regni 23, teſtibus *Geſtis Francorum epitomatis*, c. 35, pag. 77; defunctus itaque eſt anno 586; quo *Clotharius* 2 Ei ſucceſſit; conſequenter annus ejus regiminis 38 erit idem cum anno 624. Quoad belli hiſtoriam, pergit auctor *Vitæ S. Faronis*, cap. 77, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 63: *Poſtmodum autem ipſa eſt Gens* (Saxonum) *à Clothario Rege depopulata, ex humano ſemine, in tota terra illa, neminemque reliquit majorem, niſi ad eam menſuram, qua Regis enſis ſe attollebat, &c.*; & clarius adhuc Auctor *Geſtorum Dagoberti*, l. c: *Dagobertus vero & ipſe, collecto hoſte plurimo, Rhenum tranſit, contra Saxones ad pugnam exire non dubitat, illisque valde pugnantibus, Dagobertus ſuper galea capitis ſui percuſſus eſt, atque, abſciſſa particula de capite cum capillis, ad terram decidit. Adtira autem, armiger ejus, à retro ſtans, collegit eam. At Ille læſum cernens exercitum ſuum, dixit ad ipſum juvenem: Perges velociter, feſtinus deferens crines capitis mei, nuncia Patri meo, quatenus veniens ſuccurrat nobis, antequam cunctus corruat exercitus. Qui ſtatim curſum arripiens, Rhenum tranſiit, atque in Ardennam ſilvam, eò quod Rex Clotharius eo tempore ibi moraretur, Longolarium usque pervenit; cumque nunciaſſet ea, quæ contigerant, & deferens Regi abſciſſam particulam de capite filii ſui adpræſentaſſet, Rex nimio dolore commotus, cum ſtrepitu tubarum, & exercitu Francorum illicò de nocte conſurgens, velociter Rhenum tranſiit, atque in auxilium filii ſui celerrimè pervenit; cumque ſimul conjuncti in unum, hilari corde, manibus jocundiſſimè plauderent, ſupra Wiſera fluvium tendentes, fixère tentoria. Bertoaldus vero, Dux Saxonum, ex alia parte ripæ fluminis ſtans, paratus, ut ad pugnam procederet, audiens tumultum Francorum, interrogabat: Quid hoc eſſet? At illi reſponderunt, dicentes: Dominus Clotharius Rex advenit, & ob hoc lætantur Franci. Quibus reſpondit, cum cachinno dicens: Formidantes vos nimium! mentimini delirantes: Clotharium enim, quem vobiscum habere dicitis, nos, mortuum eſſe, auditum habemus. Rex autem ſuper ripam fluminis ſtans, galea induto capite, crinesque cum canitie variata obvolutos habens, & hæc audiens, galeam celerrime à ſuo capite depoſuit. Cum nudatum à galea apparuiſſet caput Regis, agnovit eum Bertoaldus Regem eſſe, & irridens ait: Tu hic eras hale jumentum?* (quaſi diceret: *wahrſt du da, du fables Aaſ?*, vale enim Germanis griſeum eſt) *Rex vero hæc audiens valde indignatus, & hoc convicium graviter ferens, Wiſera fluvium impatienter ingreſſus, cum equo velociſſimo transnatavit, atque ferus, ut erat, corde Bertoaldum perſequebatur, Francorumque exercitus, ſequentes Regem, natando vix fluvium cum Dagoberto tranſiebant, per gurgites immenſos. Rex itaque Clotharius, perſecutus Bertoaldum, certabat valde cum eo, dixitque Ei Bertoaldus: O Rex, recede à me, ne forte interficiam Te; quod ſi prævalueris adverſum me, ita omnes homines dicent, quod ſervum tuum Bertoaldum gentilem interemeris; ſi autem ego interfecero Te, tunc rumor magnus in cunctis Gentibus audietur, quod fortiſſimus Rex Francorum à ſervo ſit interfectus. Rex vero nequaquam adquievit dictis ejus, ſed fremens ira, magis magisque inſurgebat ſuper eum. Equites itaque, à longe ſequentes Regem, clamabant, dicentes: Confortare contra adverſarium tuum, Domine Rex; erantque manus Regis valde graves; erat enim Rex loricatus, & aqua ſinum ejus, dum transnataret fluvium, replens, indumenta omnia nimium adgravaverat. Sed diu multumque decertantes, tandem inſurgens Rex ſuper Bertoaldum, interfecit Eum, tollensque caput ejus in conto, reverſus eſt ad Francos; illique lugentes, (neſciebant enim, quid Regi contigiſſet) viſo Eo, gaviſi ſunt gaudio magno. Rex vero totam Terram Saxonum devaſtans, & omnem Populum interficiens, non ibidem majorem hominem viventem reliquit, quam longitudo gladii ſui, quem Spatam vocant, habere videbatur. Hoc itaque ſignum in Regionem illam ſtatuit, ſcil. ut poſteri diſcerent, quanta Saxonum perſidia extiterit, & quanta Francorum polleret potentia, quantaque Regum provocata prævaleret animoſitas, &c.* Eadem ferè verba produnt *Geſta Francorum epitomata*, cap. 41, pag. 80; add. *Aimoinus*, lib. 4, cap. 18, pag. 365; *Regino*, ad annum 572; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad annum 630; *Cranzius*, lib. I *Saxon.*, cap. 31; *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 66; *Fabricius*, *Orig. Saxon.*; *Schaten*, *lib. 6 Hiſtor. Weſtfal.*, pag. 621, &c. *Vorburgius*, Tom. VIII Hiſtor., ad ann. 629, pag. 147, totum bellum fabulis annumerat, quia *Fredegarius* ejus nullam injicit mentionem, cum tamen nec bellum, Slavos inter & Hunnos, nec alterum, inter Francos & Slavos, prætererit, inſuperque *Aimoinus*, & præfati Scriptores Saxonici in circumſtantiis variant. Quousque autem objectio hæc, contra teſtimonia antiquiora, valere queat, judicium penes te, Lector, eſto.

(7) Anno 632, qui erat Regni *Dagoberti* octavus, ut modò probavi, exortum eſt dictum bellum, *Francos* inter & *Slavos*, ſpeciali nomine vocatos *Winidos*, qui, anno 626, quadrageſimo ſcilicet Regni *Clotharii*, Hunnicum jugum excutientes, *Samonem* quendam, Natione Francum, Regem ſibi elegerant, *Fredegario*, cap. 48, pag. 135, & *Aimoino*, lib. 4, cap. 9, pag. 360, teſtibus. Anno octavo Regni Dagoberti, id eſt, à Chriſto nato 632, *Slavi, cognomento Winidi, in Regno Samonis, negotiantes Francorum cum plurima multitudine interfeciſſent, & rebus expoliaſſent, hoc fuit initium ſcandali inter Dagobertum, & Samonem, Regem Sclavorum - - Auſtraſii vero cum caſtrum Vogaſtenſe, ubi plurima manus fortium Winidorum immoraverat, circumdantes triduo præliantes, plures idemque de exercitu Dagoberti gladio trucidantur, & exinde fugaciter omnes, tentoria & res, quas habuerunt, relinquentes, ad propriis ſedibus revertuntur. Multis poſthæc vicibus Winidi in Thoringiam, & reliquos vaſtandum pagos, in Francorum Regnum inruunt*, &c. Hæc *Fredegarius*, cap. 68, pag. 142, & 143; qui cap. 74, pag. 145, pergit: *Anno decimo Regni Dagoberti, cum Ei nunciatum fuiſſet, exercitum Winidorum Thoringiam fuiſſe ingreſſum, cum exercitu de Regno Auſtraſiorum de Metis Urbe promovens, tranſita Ardenna, Maganciam, magno cum exercitu, adgreditur, diſponens Regnum tranſire, ſcaram de electis viris & fortibus de Neauſter & Burgundia, cum Ducibus & Graſionibus, ſecum habens. Saxones miſſos ad Dagobertum dirigunt, petentes, ut eis tributa, quæ Fiſci ditionibus diſſolvebant, indulgeret. Ipſi vero eorum ſtudio & utilitate Winidis reſiſtendum ſpondent, & Francorum limitem de illis partibus cuſtodire promittunt. Quod Dagobertus, conſilio Neauſtraſiorum, adeptus præſtitit. Saxones, qui hujus petitionis ſuggerendum venerant, ſacramentis, ut eorum mos erat, ſuper arma, placata, pro univerſis Saxonibus, firmant. Sed parum hæc promiſſio ſortitur effectum; tamen tributum Saxones, quod reddere conſueverant, per præceptionem Dagoberti habent indultum, quingentas vaccas inferendales, annis ſingulis, à Clothario ſeniore cenſiti, reddebant, quod à Dagoberto caſſatum eſt, &c.* Quæ confirmat *Aimoinus*, lib. 4, cap. 26, pag. 370, & 371. *Sigebertus Gemblacenſis* male hæc anno 642 inſcribit; *Crantzius*, lib. 1 *Saxon.*, cap. 32, & lib. 2 *Vandal.*, cap. 17, *Winidos*, manifeſto errore, cum *Vandalis* confundit. *Spangenberg*, lib. 1 *Chron. Mansfeld.*, cap. 67; *Schaten*, *Hiſtor. Weſtfal.*, lib. 6, pag. 337; *Vorburg*, Tom. VIII, ad an. 640, pag. 213, & 214; Dn. *Werlhof*, *Notit. Imper. enucl.*, lib. 1, cap. 2, §. 143, pag. 142.

(8) Summam rerum per Auſtraſiam dirigente *Pipino*, recruduit bellum Francorum cum Saxonibus, de quo *Erchanbertus* Monachus, in *Fragmento de Regibus Francorum & Majoribus domus*, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Franc.*, pag. 168, & *Sagittarium*, lib. 1 *Antiquit. Ducatus Thuringici*, cap. 15, §. 3, pag. 63, ſcribit: *Anno Incarnationis Domini 687 ſuſcepit* (Pipinus) *Principatum, hinc Suavos, & Bajuwarios, Toringos, & Saxones, crebris irruptionibus, frequentibusque præliis contritos, ſuæ ditioni ſubjugavit. Hæ etenim Gentes, & aliæ plurimæ, multis ſudoribus adquiſitæ, Francorum ſummo obtemperabant Imperio; ſed, propter deſidiam Regum, domeſticasque diſſenſiones, & bella civilia, quæ in multas partes diviſi Regni ingruerant, legitimam dominationem deſerentes, ſinguli, in proprio ſolo, armis libertatem moliebantur defendere, &c.* Idem docet *Paulus Diaconus*, cujus verba præced. lit. n extant. Quantum negotii filius Ejus, *Carolus Martellus*, iſdem Princeps Francorum, cum iisdem Saxonibus rebellibus habuerit, palam eſt. Originem belli innuit Auctor *Annalium Francorum*, apud *Pithoeum*, p. 1, ad annum 715, verbis: *Dagobertus Rex mortuus eſt, & Saxones devaſtaverunt Terram Bazzoarionum*, &c.; quæ etiam in *Annalibus Fuldenſibus Freheri*, ad h. a., occurrunt, ubi in margine *Freherus*, loco *Bazzoarionum*, legendum putat *Bajowariorum*; conf. Dn. *Werlhof*, *Notit. Imp. enucl.*, §. 169, pag. 159. Exitum hisce delineant dicti *Annales Pithoeani*, ad an. 737, pag. 4: *Carlus Saxones tributarios fecit, &c.*; & ad annum 740: *Pax & quies Regno Francorum, per Carlum, redditur ad tempus, Gothis ſuperatis, Saxonibus & Freſonibus ſubactis, expulſis Sarracenis, Provincialibus receptis, &c.* totidem vocabulis eadem ſubminiſtrant *Annales Fuldenſes Frehcriani*, ad ann. 737, & 740; nec aliud docent *Annales Francorum Lambeciani*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, pag. 368, ad Annos 23, & 26 *Caroli* Principis; nec *Fredegarius Scholaſticus*, in *Chronico*, apud *Freherum*, cap. 108, pag. 157, ubi ait: *Rebellantibus Saxonibus, Carolus Princeps veniens eos praeoccupavit, ac debellavit, victorque revertitur, &c.*; & cap. 109, pag. 158: *Rebellantibus Saxonibus Paganiſſimis, (qui) ultra Rhenum fluvium conſiſtentibus, ſtrenuus Vir, Carolus Dux, commoto exercitu Francorum, in loco, ubi Lippia fluvius Rhenum amnem ingreditur, ſagaci intentione tranſmeavit, maxima ex parte Regionem illam dirisſimam ſtravit, Gentemque illam ſæviſſimam ex parte tributarios eſſe præcepit, atque quam plures obſides ab eis accepit, ſicque, opitulante Domino, victor remeavit ad propria*, &c.; conſentientibus *Annalibus Francorum Maſsiacenſibus*, ad Ann. 728, & 738, apud *Labbeum*, T. 2 Biblioth. MS, pag. 733; *Adone Viennenſi*, ætat. 6, ad. an. 717; *Ivone Carnotenſi*, de *Regibus Francorum*, apud *Freherum*, pag. 52; *Hermanno Contracto*, ad an. 737; *Lamberto Schafnaburgenſi*, ad an. 739; *Sigeberto Gemblacenſi*, ad ann. 727, & 740; Monacho *Herveldenſi*, ad Ann. 718, 720, & 739, apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 372; *Alberto Crantzio*, lib. 1 *Sax.*, cap. 33; *Schateno*, lib. 6 *Hiſtor. Weſtfal.*, p. 371, & 383; *Vorburgio*, Tom. IX, ad ann. 721, pag. 222, & an. 737, pag. 345.

(9) Extincto, An. 741, *Carolo Martello*, filii ejus, *Caro-*

Digitized by Google

Carolomannus & *Pipinus*, juxta diſpoſitionem paternam, prævio Optimatum conſenſu roboratam, Regnum ita inter ſe diviſerunt, ut prior cum Auſtraſia Sueviam & Thuringiam inde conſequeretur, Neuſtria, Burgundia, & Provincia Pipino aſſignatis. Nituntur hæc auctoritate *Fredegarii*, cap. 110, pag. 159, ubi: *Memoratus Princeps*, (Carolus Martellus) *conſilio Optimatum ſuorum expetito, filiis ſuis Regnum dividit. Itaque primogenito ſuo, Carolomanno nomine, Auſter, & Suaviam, quæ nunc Alemannia dicitur, atque Thoringiam tradidit. Alterum vero, ſecundum filium, juniorem, Pippinum nomine, Burgundiæ, & Neuſtraſiæ, & Provinciæ præfecit, &c.* Conf. *Annales Fuldenſes Freberiani*, ad An. 741; & *Pithoeani*, ad eundem annum, pag. 4; & *Lambeciani*, l. c., ad annum 1 *Carolomanni & Pipini*, pag. 368; *Adelmus*, *Annal. Franc.*, Ann. 741, & 742, apud *Freherum*, p. 381, qui *Griſonem* pro natu maximo habet, inquiens: *Hoc anno Carolus, Major domus, diem obiit, tres filios heredes relinquens, Carlomannum ſcil., Pipinum, atque Griſonem. Quorum Griſo, qui cæteris Major natu erat, matrem habuit nomine Swanahildem, neptem Odilonis, Bajoariorum Ducis*, &c. Ex quibus corrigendus *Friſingenſis* locus, mox producendus, nec non *Albericus*, ad An. 747, qui non tantum eum pro natu minimo, ſed & matrem pro conjuge ejus habent; *Regino*, ad an. 742, ubi diviſionis locus *vicus Pictavis* nominatur. *Chronicon Lemovicenſe*, ad an. 741, apud *Labbeum*, l. c., Tom. I, p. 333; vita *S. Godehardi*, Hildeſienſis Epiſcopi, l. 1, c. 1, apud *Surium*, 4 Maji, p. 56; *Hermannus Contractus*, ad. an. 741, apud *Urſtiſium*, p. 296; *Lambertus Schafnaburg.*, h. a.; *Marianus Scotus*, *h. a.*; *Sigebertus Gemblac.*, h. a. *Otto Friſingenſis*, lib. 5 *Chronic.*, cap. 19, & 20, pag. 111, rejicit judicium hoc familiæ erciſcundæ in annum 743, victo ſcil. prius, captoque à fratribus *Griſone*, &, à Parentis obitu, arma arripiente; in ordinem non minus redacto *Hunaldo*, Provinciæ Duce. Verba hæc ſunt cap. 19: *Carolus, Pipini filius, moriens, tres filios, Carolomannum, Pipinum, & Griſonem reliquit. Horum Griſo, qui minor natu erat, conſilio uxoris ſuæ, Schuanehildæ, Udulionis, Bajoariorum Ducis, conſanguineæ, occupata Lauduno, fratribus bellum indicit. Qui, collecto milite, Laudunum obſidione cingunt, fratremque in deditionem acceptum, in caſtello, juxta Alvernam, cuſtodiæ mancipârunt, &c.*; & cap. 20: *Anno ab Incarnatione Domini 743 Pipinus & Carolomanus primò in Aquitania contra Hunaldum, ejusdem Provinciæ Ducem, procinctum movent, captoque caſtello, quod Lucas dicitur, in loco, qui Vetus Pictavis vocatur, Regnum dividunt: Carolomanno Auſtriam, Alemanniam, Thuringiam; Pipino vero Burgundiam, Neuſtriam, provinciam, ſortito, &c.* Ejusdem ſententiæ ſunt *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 Chronic., pag. 437; *Chronographus Saxo*, ad annos 742, & 743, pag. 113; & *Conradus Urſpergenſis*, pag. 121, in fine. Add. *Albericus*, *Monachus trium fontium*, Ad an. 741, pag. 82; *Albertus Stadenſis*, ad an. 743; *Gervaſius Tilberienſis*, de *Imperio Romano, &c.*, ad an. 741, pag. 59; *Vorburgius*, Tom. IX, ad an. 741, pag. 379, & 380, & ad an. 742, pag. 385, 397, &c.; *Baronius*, Tom. IX *Annal.*, ad an. 741, §. 22, pag. 157; *Schatenus*, l. c., pag. 387. ab his duobus fratribus armis laceſſiti *Saxones*, magno ſatis numero capti, Chriſtianam Religionem amplexi ſunt; ita enim *Fredegarius*, poſt caput 110, apud *Freherum*, pag. 160: *Evoluto triennio*, (ſcil. an. 745) *iterum Carlomannus confinium Saxonorum, ipſis rebellantibus, cum exercitu irrupit, ibique captis habitatoribus, qui ſuo Regno adfines eſſe videbantur, absque belli diſcrimine feliciter adquiſivit, & plurimos eorum, Chriſto Duce, baptiſmi Sacramento conſecrati fuerunt, &c.* Conf. Annales *Fuldenſes Freberiani*, ad eundem annum: *Carlmannus & Pipinus ſimul Saxonum perfidiam, vaſtata eorum Regione, ulciſcuntur, & caſtrum Ohſeburg capiunt, &c.* Eadem proferunt *Annales Pithoeani*, h. a.; nec non *Lambeciani*, l. c., ad annum quartum laudatorum Principum, pag. 368; & *Maſciacenſes*, ad ann. 744, & 745, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, pag. 734; *Regino*, lib. 2, ad Annos 743, 744, pag. 21; *Marianus Scotus*, ad an. 745; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 743; *Schaten*, l. c., pag. 387 ad 398; Notari hic meretur deſumtum, majori ex parte, ex *Ambroſio*, lib. 1 de *Sacramentis*, cap. 2, Tom. 4, pag. 429, & *Tertulliano*, de *Corona militum*, cap. 3, p. 102, ut & de *Spectaculis*, cap. 13, pag. 79, Decretum *Liptinenſis* concilii, an. 743, quoad ſuſcipiendos ad Chriſtianorum ſacra Gentiles, ex veteri quodam Codice manuſcripto Palatino Vaticanæ Bibliothecæ à Reverendiſſimo Præſule Paderbornenſi, *Fürſtenbergio*, erutum, Ejusque *Monumentis Paderbornenſibus*, pag. 336, inſertum; ibi, part. 1, can. 5:

(1) *Forſachiſtu Diabolae?* & reſpondebatur: *Ec forſacho Diabolae.*

(2) *End allum Diabol Gelde?* Reſp. *End ec forſacho allum Diabol Gelde.*

(3) *End allum Diaboles wercum?* Reſp. *End ec forſacho allum Diaboles wercum, und wordum; Thuna eren, de Woden, end Saxnote; ende allem them Unholdum, the hira Genotas ſint.*

(4) *Gelobiſtu in Got, Almehtigan Fadaer?* Reſp. *Ec gelobo in Got Almehtigan Fadaer.*

(5) *Gelobiſtu in Criſt, Godes Suno?* Reſp. *Ec gelobo in Criſt, Gotes Suno.*

(6) *Gelobiſtu in Halogan Gaſt?* Reſp. *Ec gelobo in Halogan Gaſt.*

Vix vetuſtius Antiquitatis Germanicæ hoc extare monumentum, poſt *Chriſtophorum Browerum*, itidem illud, ex MS. Palatino, producentem, judicat Dn. *Conringius*, in fine Tractat. de *Origine Juris Germanici*, pag. 339; idem reperitur in *Simonis Pauli*, Bibliopolæ Argentoratenſis. *Miſcellis antiquæ lectionis*, pag. 74; nec non inter *Opera Academica Henrici*

Vageler, Quæſt. 5, pag. 283, & 284; It. in Dn. *Johannis Chriſtophori Langii* Diſſert. de *Oſtera Saxonum*, an. 1700, 23 Maji, Præſide Dn. *Lunebergio Mushardo*, *Bremæ* habita, §. 4, pag. 6, & 7; & in Dn. *Jacobi Andreæ Cruſii*, Conſil. Brand., *Wittikindo*, anno 1707 recuſo, cap. 14, pag. 113. Ego illud ſic verto:

(1) *Entſageſt du dem Teuffel?* Renunciasne diabolo!

Reſpond. *Ich entſage dem Teuffel:* Renuncio diabolo.

(2) *Und allem Teuffels Dienſt?* Et omni Diabolico cultui?

Reſp. *Und ich entſage allem Teuffels Dienſt*: Et renuncio omni cultui diabolico.

Gelde cultum denotare, innuit vetuſtiſſima translatio Teutonica *Iſidori Hiſpalenſis*, de *Nativitate Domini*, *contra Judæos*, cap. 3, §. 3, ubi de Cyro: *Dher Heidheno Abgudim gheldendo*, id eſt: *Qui gentilium idola coluit.*

(3) *Und allem Teuffels Werck?* Et omnibus diabolicis operibus?

Reſp. *Und ich entſage allem Teuffels Werck, und Worten, denen Haynen, dem* Wodan, *und der Saſſen* Otin, *ſampt allen Unholden, die ihre Genoſſen ſind.* Et renuncio omnibus diaboli operibus, & verbis, lucorum cultui, Wodano, & Saxonum Otino, & omnibus dæmonibus, qui eorum ſocii ſunt.

Thuna eren, quaſi *die Zäüne verehren*, i. e. lucos colere. Inferiori enim Germaniæ *Thun* idem eſſe, quod ſuperiori *Zaun*, vulgo notum. Spectant huc ex MS. Chronico Bremenſi, fol. 132, ſequentia: *Underwegen qwæmen ſe* (Exercitus Chriſtianorum) *in enem Woldt, dar was ein hillig Buſch, von olden Ekenboemen, der Wenden Affgode, Prone genæmet, thogeeignet, dar ginck* einen Hæge und Thun umme, *wohl verwahret, darin man nicht kamen kunde, dan alleine dorch twe Porten. Hier hedden de Wenden des Ordes ein grot weſen, mit æhren affgœdiſchen und Heidniſchen Gelover. Dar qwam alle Mandage de Fürſte, de Affgaden Prieſter, und dat Volck, thoſamende, dar dan Gericht geholden wurd. In düſſen billigen Buſche averſt mœchte nemand gahn, dan alleine de Prieſter, und welche de Offerhande dohn wolden. Ock was hier ein Todſchlager frig, &c.*

De *Wodano* ſcribit *Paulus Diaconus*, lib. 1 de *Geſtis Longobardorum*, cap. 8, p. m. 357: *Vodan ſane, quem, adjecta litera,* Guodan *dixerunt,* (Wandali) *ipſe eſt, qui apud Romanos* Mercurius *dicitur, &, ab univerſis Germaniæ Gentibus, ut Deus adoratur, &c.* Add., præced. v. 1, locus *Wilhelmi Malmesburienſis*, de *Geſtis Anglorum*, cap. 1, ad an. 449, pag. 8; *Ethelwerdus*, lib. 1 Chron., ibidem; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 856, pag. 186, & 187; *Gobelinus Perſona*, ætat. 2 *Coſmodromii*, cap. 4, pag. 81, & ibi Dn. *Meibomius*, in Notis T. 1 *Rer. German.*, pag. 355, & 356; *Hachenberg*, *German. Media*, Diſſert. 8, *de Religione Gentili Veterum Germanorum*, §. 14, pag. 168; Dn. *Johannes Georgius Eccardus*, Diſſert. Inaug. de *Uſu & Præſtantia Studii etymologici in Hiſtoria*, Helmſtadii habita, anno 1706, membro 2, p. 21, &c., clare deducens, quomodo *Wodanus*, potens olim Princeps circa paludem Mæotidem, & tempore belli Pompejo-Mithridatici, imminentium Romanorum metu, in Septentrionales magis Regiones ſecedens, pulſiſque Finnis, Scandinaviam occupans, pro *Mercurio*, ſeu *Scientiarum Patrono* fuerit habitus.

Odinum, ſeu *Otinum* Saxonum eundem fuiſſe cum *Wodano*, docet *Hugo Grotius*, in *Prolegomenis Gothicis*, pag. 22, verbis: *Wodan à Woden, quod eſt ferocire, creditus Germanis Veteribus præſidere paci ac bellis Deus, quem, ob duplicem poteſtatem, Latinorum alii Mercurium, alii Martem dicere maluerunt. Idem eſt, qui, omiſſa litera duriore,* Othinus *aliis ſcribitur, &c.* Conf. *Du Freſne*, Gloſſar., voce *Othan*, pag. 77; Illuſt. Dn. *Leibnitius*, de *Scriptoribus Rer. Brunſuic.*, pag. 33, ſub ſigno X X; Dn. *Eccardus*, l. c., in fine.

(4) *Glaubeſt du in GOtt den Allmæchtigen Vatter?* Credis in Deum Patrem Omnipotentem?

Reſp. *Ich glaube in GOtt den Allmæchtigen Vatter:* Credo in Deum Patrem Omnipotentem.

(5) *Glaubeſt du in Chriſtum, Gottes Sohn?* Credis in Chriſtum, Dei Filium?

Reſp. *Ich glaube in Chriſtum, Gottes Sohn:* Credo in Chriſtum, Dei filium.

(6) *Glaubeſt du in den H. Geiſt?* Credis in Spiritum Sanctum?

Reſp. *Ich glaube in den H. Geiſt*: Credo in Spiritum Sanctum.

Conf. *Rabanus*, de *Inſtitut. Clericor.*, lib. 1, cap. 27, apud *Gratianum*, Diſt. IV, de *Conſecratione*, can. 95: *Primum, &c.*; *Lambecius*, lib. 2 *Commentar. Biblioth. Cæſar.*, cap. 8, pag. 758. Linguam tamen *Germanicam* longè antiquiorem eſſe, innuunt, quæ Cl. Dn. *Schurtzfleiſchius*, de *Lemmat. Antiq. Francic.*, §. XXI, pag. 14, hanc in rem profert; nec non Salutatio Angelica, *Luc. I*, quam *Victor Capuanus*, ex *Harmonia Evangeliorum Titiani*, circa annum 671, vulgavit, apud *Hachenbergium*, in *Germania Media*, Diſſ. VII, de *Lingua Veterum Germanorum*, pag. 244: *Heil wiſtho gebono follu. Truchtin mit Dir; Giſegenot ſis thu in Wiben, inti giſegenot ſie thie Inwasmi tinero Wamba, &c.* i. e. *Heil wirſt du geben die Fulle. Der HErr iſt mit dir. Geſegnet biſt du unter den Weibern. Und geſegnet iſt die Frucht deines Leibes, &c.* Hæc obiter.

(10) *Pipinus*, circa medium Seculi Octavi, ut præced. lit. d, dictum, ſolio Francici Imperii impoſitus, bellum Saxonicum continuavit, rebelles anno 753 armis petens, annoque 758 reddens ſibi vectiga-

ctiga-

ctigales. Vid. *Annales Francorum Pithoeani*, ad ann. 753, pag. 6: *Pipinus iterum Saxonum perfidia provocatus, Regiones eorum devaſtat, in qua expeditione Hildigarius, Colonienſis Archi-Epiſcopus, à Saxonibus interimitur, &c.*, & pag. 7, ad ann. 758: *Pipinus Saxonibus tributum impoſuit, ut trecentos equos, ſingulis annis, ſibi ſolverent, &c.* Conf. *Annales Fuldenſes Freheriani*, ad annos 753, & 758; *Annales Francorum Lambeciani*, l. c., lib. 2, c. 5, p. 370, ad annos *Pipini* XIII, & XXII; *Marcellinus*, in *vita S. Swiberti*, c. 32, apud *Surium*, 1 Mart., pag. 15; *Annales Francorum Maſciacenſes*, ad ann. 753, & 758, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, pag. 734; *Ado Viennenſ.*, ætat. 6, ad ann. 758; *Adelmus*, Benedictinus, Annal., ad an. 735, apud *Freherum*, p. 383, de loco hæc habet: *Hoc anno Pipinus Rex, cum exercitu magno, Saxoniam ingreſſus eſt, & quamvis Saxones ei obſtinatiſſimè reſiſterent, pulſi tamen ceſſerunt. At ipſe usque ad locum, qui dicitur* Rum, *qui eſt ſuper fluvium Wiſuram, acceſſit, in qua expeditione Hildegarius Archi-Epiſcopus interfectus eſt, in monte, qui dicitur* Duburg, *&c.*, & ad an. 758, pag. 385: *Pipinus Rex, cum exercitu, Saxoniam aggreſſus eſt, &, quamvis Saxonibus validiſſime reſiſtentibus, & munitiones ſuas tuentibus, pulſis prælio propugnatoribus, per ipſum, quo Patriam defendere conabantur, vallum intravit: commiſſisque paſſim præliis, plurimam ex ipſis multitudinem cecidit, coegitque, ut promitterent:* ***Se omnem voluntatem illius eſſe facturos, &, annis ſingulis, honoris cauſa, ad Generalem Conventum, equos trecentos, pro munere, daturos.*** *His itaque compoſitis, &, more Saxonico, ut rata eſſe deberent, confirmatis, in Galliam ſeſe, cum exercitu ſuo, recepit, &c.* In poſteriori expeditione Saxones cæſos, in loco, *Sitina* dicto, docet *Regino*, ad an. 757: *Pipinus Rex in Saxoniam iter fecit, & in munitiones Saxonum, per virtutem, introivit, & in loco, qui dicitur* **Sitina**, *multæ ſtrages factæ ſunt de populo Saxonum. Et tunc promiſerunt: ſe omnem voluntatem Regis facturos, tributum etiam præſentandum, equos ſcil. 300, per ſingulos annos.* Add. *Ivo Carnotenſis*, Chron., pag. m. 53; *Marianus Scotus*, ad an. 758; *Lambertus Schafnab.*, ad eundem annum; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 757; *Otto Friſingenſis*, lib. V *Chron.*, c. 25, p. 113; *Chronographus Saxo*, ann. 754, pag. 117, & ann. 753, pag. 119; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 758, pag. 96; *Albertus Stadenſis*, ad annos 754, & 758; *Conradus Urſpergenſis*, ad eosdem annos, pag. 123, & 124; Monachus *Herveldenſis*, an. 758, apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. Germ.*, p. 372; *Cranzius*, lib. 2 *Saxon.*, cap. ult.; *Fabricius*, lib. 1 *Orig. Saxon.*, An. 757; *Vorburg.*, Tom. IX, ad an. 753, pag. 519, & An. 758, pag. 580; *Schatenus*, lib. 6 *Hiſtor. Weſtfal.*, pag. 402, & 411; Nulla interim Saxonum ſecuta deditio, ferocia licet eorum tributo paululum fuerit frænata.

(11) *Carolus Magnus*, filius & ſucceſſor *Pipini*, rediit, an. 772, ad arma, contra Saxones. Cauſam belli exprimit *Eginhartus*, Ejus Miniſter Status, in vita Ejus, apud *Freherum*, p. 435: *Poſt ejus* (belli Longobardici) *finem, Saxonicum, quod quaſi intermiſſum videbatur, repetitum eſt, quo nullum neque prolixius, neque atrocius, Francorumque populo laborioſius ſuſceptum eſt, quia Saxones, ſicut omnes fere Germaniam incolentes Nationes, & Natura feroces, & cultui dæmonum dediti, Noſtræque Religioni contrarii, neq. divina neq. humana Jura vel polluere, vel transgredi, inhoneſtum arbitrantur. Suberant & cauſæ, quæ quotidie pacem conturbare poterant, termini videlicet noſtri & illorum pene ubique in plano contigui, præter pauca loca, in quibus vel ſylvæ majores, vel montium juga interjecta, utrorumque agros certo limite diſterminant, in quibus cædes, & rapinæ, & incendia viciſſim fieri non ceſſabant. Quibus adeo Franci ſunt irritati, ut jam non vices reddere, ſed apertum contra eos bellum ſuſcipere dignum judicarent. Susceptum eſt igitur contra eos bellum, quod magna utrimque animoſitate, tamen majore Saxonum, quam Francorum damno, per continuos triginta tres annos, gerebatur. Poterat ſiquidem citius finiri, ſi Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dictu eſt, quoties ſuperati ac ſupplices Regi ſe dediderint; imperata facturos polliciti ſint; obſides, qui imperabantur, abſque dilatione dederint; Legatos, qui mittebantur, ſuſceperint; aliquoties ita domiti, & emolliti, ut, & cultum dæmonum dimittere, & Chriſtianæ Religioni ſe ſubdere velle, promitterent. Sed ſicut ad hæc facienda aliquoties proni, ſic ad eadem pervertenda ſemper fuere præcipites; nec ſit ſatis æſtimare, ad utrum horum faciliores verius dici poſſint, quippe cum, poſt inchoatum cum eis bellum, vix annus ullus exactus ſit, quo non ab eis hujuscemodi facta ſit permutatio. Sed magnanimitas Regis, ac perpetua, tam in adverſis, quam proſperis, mentis conſtantia nulla eorum mutabilitate vel vinci poterat, vel ab iis, quæ agere cœperat, defatigari, &c.* Primam expeditionem, anno 772 ſuſceptam, deſcribit *Adelmus*, *Annal. Franc.*, ad annum hunc, apud *Freherum*, pag. 389: *Rex Carolus, congregato apud Wormaciam Generali Conventu, Saxoniam bello aggredi ſtatuit, eamque ſine mora ingreſſus, ferro & igni cuncta depopulatus,* Eresburgum *caſtrum cepit, Idolumque, quod* Irminſul *à Saxonibus vocabatur, evertit. In cujus deſtructione, cum eodem loco per triduum moraretur, contigit, ut, propter continuam cœli ſerenitatem, exſiccatis omnibus illius loci rivis, ac fontibus, aqua ad bibendum inveniri non poſſit; ſed, ne diutius ſiti confectus laboraret exercitus, divinitus factum creditur, ut quadam die, cum, juxta morem, tempore meridiano cuncti quieſcerent, juxta montem, qui caſtris erat contiguus, tanta vis aquæ in concavo ejusdem torrentis erumperit, ut cuncto exercitui ſufficeret. Tunc Rex, idolo deſtructo, ad Wiſaram fluvium acceſſit, ibique à Saxonibus duodecim obſides accepit, inde in Franciam reverſus, &c.* Comprobant hæc *Annales Francorum Pithœani*, h. a., pag. 8; *Fuldenſes*, h. a., pag. 5; *Lambeciani*, in annum Chriſti 817 ſaltem deducti, ad annum 4 *Caroli*

roli Magni, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, p. 371; It. *Maſciacenſes*, h. a., apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, pag. 735; Monachus *Egolumenſis S. Eparchii*, in *vita Caroli Magni*, apud *Pithoeum*, pag. 237, & *Schilterum*, pag. 47. & 48; Poëta *Saxo*, *Arnolpho* Imp. coævus, lib. 1, ad h a., apud Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 121, & *Schilterum*, pag. 4; *Ado Viennenſis*, ætat. 6, an. 771, &c.; *Regino*, h. a.; *Lambertus Schafnaburgenſis*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a.; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Rogerus de Hovedæn*, *Annal. Angl.*, pag. 403; *Otto Friſingenſ.*, lib. 5 *Chron.*, c. 26, pag. 114; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chronic.*, pag. 442; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 122; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 126; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 773, pag. 107; *Albertus Stadenſis*, an. 772; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Cosmodromii*, cap. 38, pag. 235, &c., ubi ſimul etymologia vocabuli: *Eresburgum*, hodiè *Sattberg*, ad fl. *Dimolam*, in *Corbejenſi* Abbatia, quo Franci potiti ſunt, ſiſtitur, ſcil: *Quod in loco prædicto concurſus, pro ſacrificiis, ipſi Idolo faciendis, ex omni Regione fiebat, à veneratione locus ille Eresberg, id eſt mons venerationis, dictus eſt, &c.* Cur autem vulgo *Mersberg* dicatur, rationem hanc reddit, p. 236: *Si hæc oratio Latina: Vado ad montem Venerationis, transfertur ad Linguam vulgarem, dicitur: Ick ga tho dem Eresberge; unde tandem uſus inolevit, quod, cauſa prolationis celerioris, dicebatur: Ik ga tho dem Mersberge. Nam ſi diceretur: tho dem Ersberge, turpiter ſonaret illa Syncopatio; nam ſonaret dicere: ad montem culi; quare hæc litera M proponitur huic dictioni Ersberg, & dicitur Mersberg: & inde ſupradicti accipientes occaſionem, dixerunt montem Martis, &c.* Horum anteſignanus eſt *Witichindus Corbejenſis*, lib. 1 Annal., apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 633, ſcribendo: *Hirmin, vel Hermes Græcis Mars dicitur, &c.*; verum, *Mercurium* hoc vocabulo denotari, non *Martem*, auctoritate *Auguſtini*, de *Civitate Dei*, lib. 7, cap. 14. & *Iſidori*, lib. 8 *Etymologiarum*, cap. 11, probat Dn. *Meibomius*, cap. V, de *Irminſula Saxonica*, Tom. 3 *Rer. German.*, p. 11. Præter rem, à *Ditmaro Merſburgico*, lib. 2, haud procul ab initio, p. m. 15, decepti, *diſputant Cranzius*, lib. 2 *Saxon.*, cap. 9, & *Georgius Spalatinus*, de *Arminio*, cap. 33, apud *Schardium*, T. I *Rer. German.*, pag. 268, num id de *Ersburgo* Weſtphaliæ, an vero de *Merſpurgo* ad Salam, olim Epiſcopali, nunc Ducali ſede, intelligendum ſit. Idolum ipſum ita depingit *Fabricius*, lib. 6 *Originum Saxon*: *Imago Statuæ erat Vir, armis terribilis, & gladio accinctus: in galea ſtabat gallus, loco coni; in thorace, expreſſus Urſus: in clypeo, Leo. Manu dextera ferebat vexillum, cum inſigni roſæ rubeæ: in ſiniſtra, lancem æquilibrem, quæ item in clypeo ſpectabatur, &c.* vid. *Meibomius*, l. c., cap. 3, pag. 9, ubi adhuc aliæ deſcriptiones habentur. Neſcio, an non hæc ficta, cum vetus Poeta *Saxo*, l. c., ſaltem canat:

Gens eadem coluit ſimulacrum, quod vocitabant
Irmenſul, cujus factura, ſimulque columna
Non operis parvi fuerat, pariterque decoris, &c.;

Et *Adamus Bremenſis*, lib. I *Hiſt. Eccleſ.*, Cap. VI, p. 9: *Truncum quoque ligni, non parvæ magnitudinis, in altum erectum, ſub dio colebant, Patria eum lingua Irminſul appellantes, quod Latine dicitur univerſalis columna, quaſi (jedermans Seul) ſuſtinens omnia. Hæc tulimus excerpta ex Scriptis Einhardi, de Adventu, moribus, & ſuperſtitione Saxonum, &c.*, quæ *Conradus Urſperg.*, pag. 149, repetit. Quid hic de forma hominis? Plura ſcire cupiens adeat Reverendiſſimi Præſulis *Fürſtenbergii monumenta Paderbornenſia*, pag. 102, 104, & 105; Dn. *Meibomii* laudatum Tractatum de *Irminſula, &c.*; E. C. *Waſſerbachium*, *de Herminſula Saxonica, cum appendice, de ſtatura Harminii, Wittekindi, & Coroli Magni*, an. 1698, Lemgoviæ; Dn. *Schatenum*, lib. 7 *Hiſtor. Weſtfal.*, pag. 428 ad 433, quamvis varia Vir doctiſſimus immiſceat, in Pontificiæ Religioni non addictos valde acerba. Ignoſcendum vero, præ nimio Zelo, unicè duntaxat intra Romanæ Eccleſiæ limites quærendam Chriſtianis ſalutem, arbitrantium fragilitati; Clariſſ. Dn. *Scurtzfleiſchium*, Diſſert. de *Arminio*, an. 1677 Wittebergæ habita, *t.* 13, pag. 8, & de *Wittekindo Magno*, *t.* 12, pag 22.

(12) Dicendum hic aliquid de publica re Saxonum. Dictus *Poeta Saxo*, Seculo IX clarus, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 121, & B. Dn. *Schilterum*, pag. 3, ad annum 772, de *Carolo Magno*, & *Francis*, ait:

Hanc unam (Saxonum) *poterant nimirum vincere Gentem,*
Quæ nec Rege fuit ſaltem ſocieta ſub uno,
Ut ſe militiæ pariter defenderet uſu,
Sed, variis diviſa modis, plebs omnis habebat,
Quot Pagos, tot pene Duces, velut unius artus
Corporis in diverſa forent hinc inde revulſi.
Sed generalis habet Populos diviſio ternos,
Inſignita quibus Saxonia floruit olim.
Nomina nunc remanent, virtus antiqua receſſit.
Denique Weſtfalos vocitant in parte manentes
Occidua, quorum non longe terminus amne
A Rheno diſtat. Regionem, Solis ad ortum,
Inhabitant Oſterlingi, quos nomine quidam,
Oſtvalos alii vocitant, confinia quorum
Infeſtant, conjuncta ſuis, Gens perfida, Sclavi.
Inter prædictos, media Regione, morantur
Angarii, Populus Saxonum tertius. Horum
Patria Francorum terris ſociatur, ab Auſtro,
Oceanoque eadem conjungitur ex Aquilone.

Ni-

Digitized by Google

Nituntur hæc *Capitulari Caroli Magni*, cujus Præfatio, apud Dn. *Conringium*, de *Origine Juris Germanici*, pag. 336, ſic ſe habet: *Anno, ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, DCCXCVII, & XXI, ac XXII, regnante Domno Carolo, præcellentiſſimo Rege, convenientibus in unum Aquis Palatio, in Ejus obſequio, Venerabilibus Epiſcopis, & Abbatibus, ſeu Illuſtris Viris Comitibus, 5. Kal. Nov., ſimulque congregatis Saxonibus, de diverſis Pagis, tam de Weſtfalahis & Angrariis, quam & de Ooſtfalahis, omnes unanimiter conſenſerunt, & aptificaverunt, ut de illis Capitulis, pro quibus Franci, ſi Regis bannum transgreſſi ſunt, ſolidos LX componunt, ſimiliter* Saxones ſolvent, ſi alicubi contra ipſos bannos fecerint, &c. Add. *Lex Saxonum* ipſa, Art. VII, de *Dote, apud Dn.* Leibnitium, l. c., pag. 80: Dotis ratio duplex eſt. *Oſtfalai & Angrarii volunt: ſi foemina filios genuerit, habeat dotem, quam in nuptiis accepit, quamdiu vivit, filiisque dimittat, &c. Apud Weſtfalaos, poſtquam mulier filios genuerit, ad dies ſuos dotem poſſideat. &c.*; & Art. VIII, de *Adquiſitis*, l. c: *De eo, quod Vir & mulier ſimul conquiſierint, mulier mediam portionem accipiat; hoc apud Veſtfalaos: apud Oſtfalaos & Angrarios nihil accipiat, ſed contenta ſit dote ſua, &c.*; & Art. XVIII, pag. 81: *Weſtfalajorum, & Angrariorum, et Oſtfalajorum ſolidus eſt, ſecalis ſceffila XXX, &c.* Apud *Reginonem*, ad An. 775, legitur: *Rex habuit Synodum in Villa, quæ dicitur Duria, & inde Saxoniam pergens Sigiburgh Caſtrum cepit, Heresburch readificavit. Super Wiſaram fluvium venit in locum, qui dicitur Brunisberg, ubi occurrerunt Ei Saxones, volentes ripam ſupradicti fluminis defendere. Auxiliante Deo, & Francis decertantibus, fugatis Saxonibus, Franci ambas ripas occupaverunt, & multi Saxones occiſi ſunt. Tunc Rex, dividens exercitum, ſumpſit ſecum partem, perrexitque uſque ad Obacrum fluvium, ubi omnes Orientales Saxones venientes, cum Haſſinone, Duce eorum, dederunt obſides, juxta quod placuit Regi, & juraverunt ſacramenta. Simul Eo revertente, venerunt Angrarii in Pagum, qui dicitur Bucki, unà cum Brunone, Duce eorum, & fecerunt, ſicut Orientales Saxones fecerant. Interea cum Francis, qui ſuper fluvium Wiſaram remanſerant, Saxones pugnam commiſerant, &, Deo largiente, Franci victoria potiti ſunt, & plures ex Saxonibus interfecti ſunt. Hac audiens Rex, iterum ſuper Saxones cum exercitu irruens, multam ſtragem fecit, & prædam copioſam cepit ſuper Weſtphalos, & coacti obſides dederunt. Obſidibus itaque receptis, & præda multa capta, Rex in Franciam reverſus, &c.* Sic & *Witichindus Corbejenſis*, lib. 1 Annal., pag. 634: *Uſque hodie Gens Saxonum triformi genere ac Lege, præter conditionem ſervilem, dividitur: A tribus etiam Principibus totius Gentis Ducatus adminiſtrabatur, certis terminis exercitus congregandi poteſtate contentis, quos ſuis locis ac vocabulis novimus ſignatos, in Orientales ſcil. Populos, Angarios, atque Weſtvalos. Si autem univerſale bellum ingrueret, forte* (forte) *eligitur, cui omnes obedire oporteat, ad adminiſtrandum imminens bellum; quo peracto, aquo jure, ac lege, propria contentus poteſtate, unusquisque vivebat*, &c. Id quod Venerabilis *Beda*, lib V *Hiſtoriæ Anglorum*, Cap. XI, de duobus *Exaldis* Presbyteris, apud *Surium*, 3 Octob., pag. 17, §. 2, confirmat: *Non enim habent Regem iidem antiqui Saxones, ſed Satrapas plurimos, ſuæ Genti præpoſitos, qui, ingruente belli articulo, mittunt æqualiter ſortes*, (fortes) *&, quemcunque ſors oſtenderit, hunc, tempore belli, Ducem omnes ſequuntur, & huic obtemperant. Peracto autem bello, rurſum æquales potentia omnes fiunt Satrapæ, &c.* Quæ omnia *Reinerus Reineccius*, ad librum IV Poëtæ Anonymi, de *Vita Caroli Magni*, præclare explicat, nec non Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſert. *de Wittekindo Magno*, c. 3, lit. c, pag. 6, ubi: *Tres Principes Gentis audiunt apud Monachum Corbejenſem. Horum alii aliam Gentis partem moderati. Horum diverſa ſedes, diverſa quoque Reſpublica fuit. Suum quæque jus imperandi pro ſe habuit. Nulla ab alia pependit. Sua ſingulis ſuprema poteſtas, ſuprema ſtatuendi facultas. Quanquam alia rogare aliam ſubinde, & aſciſcere in fœdus poterat, imperare tamen nunquam poterat. Imperii adminiſtratio non diſſimilis apparuit. Hæc Proceribus commiſſa, eodem apud omnes inſtituto, eadem ferme juris forma. Idem Procerum numerus apud Angrivarios, qui apud Oſtphalos, & Weſtphalos, &c.* Conf. idem, in *Vita Alberti Animoſi*, Duc. Sax., pag. 4, & 5, & Diſſert. de *Antiqua Saxonum dignitate*, c. 3, pag. 5. Patet hinc, quid ponderis tribuendum opinioni *Johannis Trithemii*, *de Grammatica Theotiſca Caroli Magni*, cap. 3, apud *Lambecium*, lib. 2 Comment. *Biblioth: Cæſar.*, Cap. V, pag. 464, ſcribentis: *Triginta millia* (Saxonum) *trans Rhenum locavit in Galliam, cum filiis & uxoribus, quos ferociores animis fuerat expertus. In quorum locum ex Gallis triginta millia ſimiliter in Saxoniam tranſtulit, quos, ad aliorum differentiam, Weſt-Gallos, vulgariter autem Weſt-Walen, nuncupavit, qui hodiè, corrupto vocabulo, ſed mendoſe, Weſtphali vocantur, &c.*; cum translatio Saxonum ſerius contigerit, *Weſtfalorum* nomine dudum jam cognito.

(13) Terminos Saxonum delineat *Adamus Bremenſis*, lib. 1 *Hiſtor. Eccleſ.*, cap. 4, pag. 7: *Cætera loca ipſi poſſederunt; à Meridie quidem Francos habentes, & partem Thuringorum, quos præcedens hoſtilis turbo non tetigit, alveoque fluminis Unſtrote dirimuntur; à Septentrione vero Nordmannos, Gentes ferociſſimas; ab Ortu Solis Obotritos; & ab Occaſu Friſos, à quibus, ſine intermiſſione, vel foedere, vel concertatione, neceſſaria finium ſuorum ſpatia tuebantur, &c.* Quibus limitibus comprehendebantur verus Ducatus Saxonicus, cum Angaria & Weſtphalia, Ducatus ad Werram, Mar-

Marchionatus Thuringiæ, Marchia Miſnenſis, Palatinatus Saxoniæ, Archi-Epiſcopatus Hamburgenſis, Bremenſis, & Magdeburgicus, Epiſcopatus Halberſtadienſis, Hildeſienſis, Paderbornenſis, Oſnabrugenſis, Monaſterienſis, Mindenſis, Miſnenſis, & Mörſeburgicus, Comitatus Anhaltinus, Oldenburgicus, Daſſelenſis, Daſenburgicus, &c., &c. Illuſtrant hæc *Annales Francorum Fuldenſes*, ad annum 822: *In parte* **Orientalis Saxoniæ**, *quæ* **Sorraborum finibus contigua eſt**, *in quodam deſerto loco, juxta lacum, qui dicitur Arnſeo, terra in modum aggeris intumuit, &c.*; & *Luitprandus*, lib. 2, cap. 9, pag. 107: *Rex nonnulla his ſimilia dicere coeperat, quum volipes nuncius, Hungaros in Meresburgo, quod Caſtrum in confinio Saxonum, Thuringorum, & Sclavorum, eſſe, nunciabat, &c.*; nec non *Regino*, lib. 2, ad an. 797: *Ipſe vero, Novembri menſe mediante, ad hyemandum cum exercitu Saxoniam intravit, poſitisque caſtris juxta Wiſaram fluvium, locum caſtrorum Heriſtellium vocari juſſit, &c.*, & ad an. 798: *Rex itaque, collecto exercitu, de Heriſtellio ad locum, qui Minda dicitur, perrexit, &, facto conſilio in deſertores, arma corripuit, & totam, inter Albiam & Wiſaram, Saxoniam depopulando peragravit, &c. Situm autem eſt Heriſtellium* in confinio Epiſcopatus Paderbornenſis. *Lambertus Schaſnaburg.*, ad Annum 1073, pag. 192, recenſens conſpirationem adverſus *Henricum IV*, inquit: *His authoribus orta ſeditio ita brevi totum Saxoniæ Populum, quaſi rabie quadam, infecit, ut omnis dignitas, omnis conditio, omnis ætas, quæ modo ſaciendis ſtipendiis idonea foret, uno animo, pari voluntate, ad arma conclamaret, &, ſe, ſub ſacramento promitteret, aut obſtinate morituros, aut Gentem ſuam in libertatem vindicaturos. Erant autem in ea conjuratione Principes iſti: Wezel, Magdeburgenſis Archi-Epiſcopus: Bueco, Halberſtatenſis Epiſcopus: Hezel, Hildenesheimenſis Epiſcopus: Werenher, Merſporgenſis Epiſcopus: Eilberthus, Mindenſis Epiſcopus: Immet, Poderbrunnenſis Epiſcopus: Friderich, Mimegardeſurdenſis Epiſcopus: Benno, Miſnenſis Epiſcopus: Otto, Dux quondam Bajoariæ: Uto, Marchio: Dedi, Marchio: & omni Marchione animoſior, atque implacatior, Uxor ejus, Adela: Egbertus, Marchio Thuringorum, puer adhuc infra militares annos: Friderich, Palatinus Comes: Diedericus Comes: Adelbertus Comes: Otto Comes: Conradus Comes: Heinricus Comes, &c.* Conf. *Hieronymi Emſeri* Vita *Bennonis*, Miſnenſis Epiſcopi, cap. 20, apud *Surium*, 16 Junii, pag. 236; Idem docet *Helmoldus*, lib. 2 *Chronic. Slavic.*, cap. 7, pag. 226, memor Saxonum conſpirationis, adverſus Henricum Leonem: *Omnibus Saxoniæ tam Principibus, quàm Nobilibus, importabilis viſus eſt. Sed manus Principum formido Cæſaris continuit, ne concepta molimina transferrent in effectum. Poſtquam autem Cæſar quartam profectionem paravit in Italiam, & opportunitatem tempus adduxit, ſtatim inveterata conſpiratio proceſſit in publicum, & facta eſt conjuratio valida omnium, contra unum. Fueruntque inter eos primi: Wichmannus, Magdeburgenſis Epiſcopus, Hermannus, Hildenſemenſis Epiſcopus: Poſt hos fuerunt Principes ii: Ludovicus, Provincialis Comes Thuringiæ, Adelbertus, Marchio de Soltwedele, & filii ejus, Otto, Marchio de Camburg, & fratres Ejus, Adelbertus, Palatinus Comes de Someresburg. Hos adjuverunt Nobiles ii: Otto de Asle, Wedekindus de Daſenburg, Chriſtianus de Aldenburg, quæ eſt in Amerland, &c.*

(24) *Saxoniæ* pars trans Albim complectebatur non ſolum totam *Nordalbingiam*, Holſatis, Ditmarſis, & Stormariis inhabitatam, ſed & alios Populos, ad *Peinam* uſque fluvium, *Eldamque*. De *Nordalbingia* res clara eſt. *Adamus Bremenſis*, lib. 2 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 8, pag. 48, ait: *Tranſalbianorum Saxonum tres ſunt Populi: Primi ad Oceanum* **Thiatmarsgoi**, *& eorum Eccleſia Mildinthorp: Secundi* **Holtzati**, *dicti à ſylvis, quas accolunt; eos Sturia flumen interfluit, quorum Eccleſia Sconenfeld: Tertii, qui & nobiliores,* **Sturmarii** *dicuntur, eò, quod ſeditionibus illa Gens frequenter agitur. Inter quos Metropolis, Hammaburg, caput extollit, &c.* Falſam *Stormariorum* nominis à *frequentibus ſeditionibus* derivationem, à *Stora* fluvio repetendam, eſſe, docet *Lambecius*, *Orig. Hamburg.*, An. 832, p. 5. Eodem ſtylo utitur *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slavor.*, cap. 6, pag. 21: *Habet utique Hammenburgenſis Eccleſia præſcriptos terminos ſuæ Parochiæ, ultimam ſcil. partem Saxoniæ, quæ eſt trans Albiam, & dicitur* **Nordalbingia**, *continens tres Populos,* **Thetmarſos**, **Holſatos**, **Stormarios**. *Inde extenduntur termini ad Winithos, &c.*; & rurſus cap. 47, pag. 114: *Tres autem ſunt* **Nordalbingorum** *Populi:* **Sturmarii**, **Holzati**, **Thetmarzi**, *nec habitu, nec lingua multum diſcrepantes, tenentes Saxonum Jura, & Chriſtianum nomen, &c.* Sic & Auctor *Chronicorum Slavicorum*, cap. V, apud *Lindenbrogium*, pag. m. 190: *Trans Albeam eſt* **Nordalbingia**, *quæ habet* **Thedmarcos**, **Holzatos**, & **Stormarios**, *deinde incipiunt termini Winitorum, qui dicuntur Wagiri, &c.*, quæ repetit cap. XIII, p. 193, & cap. XIV, pag. 194; Add. *Chronicon vetus Holſaticum*, cap. XV, in *Acceſſionibus Hiſtoricis* Illuſtr. Dn. *Leibnitii*, p. 29: *Et tres Nationes, ſcilicet* **Sturmaria**, **Dithmaria**, & **Holſatia**, **Nordalwingi**, *ultra Albeam, Saxones fuerant vocitati,* &c. *Bardos* eis nonnunquam fuiſſe aſſociatos, probare videntur verba *Helmoldi*, l. c., lib. 1, cap. 25, §. 8, pag. 67: *Dabo tibi Bardos, Sturmarios, Holzatos, atque Thetmarchios, &c.*; & *Alberti Stadenſis*, ad an. 1066, pag. 132: *Deditque ei Dux Bardos, Sturmarios, Holtſatos, atque Tietmarſos, in adjutorium, &c.* Reliqua illuſtrantur ex Diplomate *Caroli Magni*, de *Fundatione Epiſcopatus Verdenſis*, dat. 3 Kal. Julii, anno Dominicæ Incarnatio-

nis

Digitized by Google

nis 786, Indict. XII, Anno Regni Domini Karoli XIIX, *Maguncia*, apud *Conringium*, in Annot. ad. lib. 1, de *Finibus Imperii*, cap. 4, pag. 16, *Maderum*, in append. ad *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Adami Bremenſis*, pag. 178, & Dn. *Chriſtianum Schlæpken*, Part. 1 *Chronici Bardewicenſis*, cap. 10, §. 8, pag. 130, ubi: *Dehinc trans Albiam, ubi Bilena mergitur in Albiam, dehinc in ortum Bilene, inde ubi Travena abſorbetur à mari, deinde usque quoque perveniatur, ubi Pene fluvius currit in mare barbarum. Inde in Ortum ejusdem fluminis. Hinc in Eldam. Dehinc in Albiam. Inde in rivum Alend, &c.* Unde *Conringius*, lib. 1, de *Finib. Imper.*, cap. 4, pag. 16, rectè concludit, Saxonum res tunc fuiſſe latiores, quam termini dictorum trium Populorum deſignent, quandoquidem *Elda* fluvius Ducatum Megapolitanum rigat, & *Pene*, apud *Anclamum*, Pomeranicum mare, vulgò *das friſche Haff* ingreditur. Non autem ſine cauſa, de fide dicti diplomatis, dubitat *Meibomius*, in *Introductione ad Hiſtoriam Saxoniæ Inferioris*, pag. 54, ſi vel S. *Suiberti*, Saxonum Friſiorumque Apoſtoli, vita, à *Marcellino*, Presbytero coævo, deſcripta, apud *Surium*, 1 Mart., pag. 3, &c., genuina eſt, cum ibi jam anno 717 defunctus dicatur, quem *Carolus Magnus*, in noſtro diplomate, primum à ſe conſtitutum Verdenſis Eccleſiæ Epiſcopum jactitat. Conf. *Baronius*, T. IX Annal., ad an. 717, & 754, p. 20, 235, & 236; Verùm, ipſum quoque *Marcellinum* haud parum eſſe interpolatum, vel ſola narratio itineris *Suiberti Brunſvicum*, l.c., c. 17, & 18, pag. 11, oſtendit, *Brunſuico* tunc nondum condito, ut rectè monet *Conringius*, *de Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, c. VI; quare, in *Faſtis Turkio-Carolinis*, à Viro Clariſſimo, Dn. *Conrado Bertoldo Behrens*, editis, ad an. 786, pag. 30, duo *Suiberti* ſtatuuntur, alter, de quo *Marcellini* hiſtoria, & alter, de quo *Caroli Magni* diploma intelligantur. Interim nec *Indicto XII* convenit anno 786, quem fundationis charta præ ſe fert, nec tempori congruunt ejus verba: *Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, quod Saxones, qui hactenus Deo & Nobis, ob ſuæ pertinaciam perfidiæ, ſemper cervice indomabili, & rebelles, obſecundare detrectarunt, modo tandem aliquando, virtute Chriſti propitiante, bellorum inſtantia vicimus, & ad baptiſmi gratiam divina miſeratione perduximus, &c.*, cum Gentis ſubactio demum an. 804 contigerit. Vid. *Gryphiander*, *de Weichbildis Saxon.*, cap. 23, pag. 83; conf. ſeq. v. 20. Quicquid ſit, de dictis Populis maximè accipiendum eſt, quod *Eginhartus*, in vita *Caroli Magni*, apud *Freherum*, pag. 436, commemorat: *Omnibus, qui reſiſtere ſolebant, profligatis, & in ſuam poteſtatem redactis; decem hominum millia ex iis, qui utrasque ripas Albis fluminis incolebant, cum uxoribus & parvulis ſublatos tranſtulit, & huc atque illuc, per Galliam & Germaniam, multimoda diviſione diſtribuit, &c.* Ejusdem translationis meminit *Ludovicus Pius*, Imperator, in Privilegio, anno 834 Eccleſiæ Hamburgenſi dato, apud *Erpoldum Lindenbrogium*, de *Scriptoribus Rerum Septentrionalium*, p. m. 125; *Maderum*, in Append. *Adami Bremenſis*, pag. 181; *Lambecium*, in append. ad lib. 1 *Originum Hamburgenſium*, p. m. 35; R. P. Dn. *Johannem Mabilionem*, in *Actis Sanctorum* Seculi IV, part. 2, fol. 121; & Clariſſ. Dn. *Tenzelium*, *in Vindiciis, pro Hermanni Conringii Cenſura Diplomatis Lindavienſis*, Append. 1, pag. 26, verbis: *Poſtquam Terra, Nord-Albingorum, laxatâ captivitate, quam, ob multam perfidiam, in ipſis Chriſtianitatis initiis patratam, per ſeptennium paſſi ſunt, ne locus ille à Barbaris invaderetur, Ecberto Comiti reſtituere præceperat, non jam vicinis Epiſcopis locum illum committere voluit, &c.* Tempus deſignant *Annales Francorum Pithoeani*, p. 18, ubi ad An. 804: *Carlus Saxones Tranſalbianos, cum mulieribus & natis, tranſtulit in Franciam, & Pagos Tranſalbianos Obodritis dedit, &c.* Eadem continent *Annales Lauriſhamenſes*, an. 817 conſcripti, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, pag. 375, ad annum *Caroli* trigeſimum ſextum; *Karlus Imperator Saxones, absque bello, à propriis finibus expulſos, in Franciam conlocat, &c.*; nec non *Annales Fuldenſes*, ad h. a. *Monachus Egoliſmenſis*, in *Vita Caroli Magni*, apud *Pithoeum*, pag. 265, & 266, & *Schilterum*, de *Script. Rer. German.*, pag. 59, ait: *Æſtate autem in Saxoniam ducto exercitu, omnes, qui trans Albiam, & in Wimuadi habitabant, Saxones, cum mulieribus & infantibus, tranſtulit in Franciam, & Pagos Tranſalbianos Abodritis dedit*, &c. Conf. *Adelmus*, *Annal. Franc.*, ad an. 804, pag. 406: *Imperator Aquisgrani hyemavit: æſtate autem in Saxoniam ducto exercitu, omnes, qui trans Albiam & in Wibinuodi habitabant, Saxones, cum mulieribus & infantibus, tranſtulit in Franciam, & Pagos Tranſalbianos Abodritis dedit, &c.* Nec aliter loquuntur *Regino*, ad h. a.; *Adamus Bremenſis*, lib. 1, cap. XII, pag. 15; *Hermannus Contractus*, ad An. 804; *Sigebertus Gemblac.*, ad An. 803; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slavor.*, cap. 3, pag. 14; Monachus *Herveldenſis*, ad annum 803, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 373; *Chronographus Saxo*, ad An. 804, pag. 131; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad An. 803, pag. 141; *Albertus Stadenſis*, an. 804; *Conradus Urſperg.*, pag. 149; *Annales Hildenſemenſes*, apud Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſ.*, pag. 714; & hos ſecuti Recentiores, *Cranzius*, lib. 2 *Saxon.*, cap. 19, & lib 5, cap. 27, & lib. 1 *Metrop.*, cap. 15; *Baronius*, Tom. IX Annal., ad an. 804, pag. 557, §. 8; *Vorburg.*, Vol. IX, ad eundem annum, pag. 306, &c. Licet autem Tranſalbianorum Pagi dati fuerint *Obotritis*, Genti Venedicæ, Agrum Megapolitanum incolenti; attamen, ſeptimo exilii anno, domum redeuntibus, Cæſaris gratia, priſtini videntur reſtituti agri. Vid. *Conring.*, de *Finib. Imper.*, lib. 1, cap. 4, pag. 16; *Meibom.*, *Introd. ad Hiſtor. Saxon. Infer.*, pag. 16, & 17; Dn. *Werlhof*, *Not. Imp. enucl.*, lib. 1, cap. 2, §. 209, pag.

177; *Bangertus*, ad lib. 1 *Helmoldi*, cap. 12, pag. 36. Jam ad priora.

(15) Deſtructo deaſtro *Irmenſul*, & confecto penitus bello Longobardico, reſumſit *Carolus* victor adverſus Saxones arma, denuo, Italici belli occaſione, in *Haſſia* terminos Francorum vaſtantes; vid. *Annal. Fuldenſ.*, ad an. 774, qui an. 775 pergunt: *Carlus, Saxonum perfidiam ultus, omnes eorum Regiones, ferro & igni, depopulatur. Sigiburgum caſtrum capit; Æresburgum reædificat. Duobus præliis eos ſuperat, uno, juxta Brunesberge, ripas Viſurgis fluminis defendere conantes; & altero, in* Lidbeki, *maxima eorum multitudine interfecta, &c.* De his clarius *Adelmus Benedictinus*, ad annum 775, apud *Freberum*, pag. 390: *Cum Rex in Villa Cariſiaca hyemaret, conſilium iniit, ut perfidam, ac fœderifragam Saxonum Gentem bello aggrederetur, & eo uſque perſeveraret, dum aut victi Chriſtianæ Religioni ſubjicerentur, aut omnino tollerentur. Habitoque apud Duriam villam Generali Conventu, Rheno quoque transmiſſo, cum Regni viribus Saxoniam petiit: &, primo ſtatim impetu, Sigiburgum caſtrum, in quo Saxonum præſidium erat, pugnando cepit. Eresburgum, aliud caſtrum, à Saxonibus deſtructum, munivit, & in id Francorum præſidium poſuit. Inde ad Wiſaram fluvium veniens, in eo loco, qui Brunesberg vocatur, congregatam multitudinem offendit, quæ Eum tranſitu fluminis arcere conabatur, ſed fruſtra; nam in prima congreſſione pulſi, fugatique ſunt: & magnus eorum numerus ibidem interfectus eſt. At Rex, amne trajecto, cum parte exercitus ad Ovarium fluvium contendit: ubi Ei Heſſi, unus ex Primoribus Saxonum, cum omnibus Oſtfalais, occurrens, & obſides, quos Rex imperaverat, dedit, & ſacramentum fidelitatis juravit. Inde regreſſo, cum in Pagum, qui* Buki *vocabatur, perveniſſet, Angarii, cum ſuis Primoribus, Ei occurrerunt, &, ſicut Oſtfalai, juxta quod imperavit, obſides ac ſacramenta dederunt. Interea pars exercitus, quam ad Wiſaram dimiſit, in eo loco, qui* Hudbeki *vocatur, caſtris poſitis, incaute ſe agendo, Saxonum fraude circumventa, atque decepta eſt. Nam, cum pabulatores Francorum, circa nonam diei horam, reverterentur in caſtra, Saxones eis, quaſi & ipſi eorum ſocii eſſent, ſeſe miſcuerunt, ac ſic Francorum caſtra ingreſſi ſunt, dormientesque, ac ſemiſomnos adorti, non modicam incautæ multitudinis cædem feciſſe dicuntur. Sed vigilantium, ac viriliter reſiſtentium virtute repulſi, caſtris exceſſerunt, & ex pacto, quod inter eos in tali neceſſitate fieri poterat, diſceſſerunt. Quod cum Regi fuiſſet relatum, quanta potuit celeritate, adcurrens, fugientium terga inſecutus, magnam ex eis proſtravit multitudinem, &, tum demum Weſtfalaorum obſidibus acceptis, ad hyemandum in Franciam revertitur, &c.* Conf. Annal. *Francor. Pithœani*, ad an. 774, & 775; *Monachus Egoliſmenſis S. Eparchii, in vita Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 239, & 240; *Regino*, ad ann. 774, & 775, ubi Orientalium Saxomum Ducem, *Haſſionem*, & Angratiorum, *Brunonem*, vocat; verba præced. v. 12 habentur; *Annales Fraucorum Maſciacenſes*, ad an. 775, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth.* MS., pag. 735; *Sigebertus Gemblac.*, ann. 774, & 775; cæteri. Anno ſequente 776, res novas moliente *Rodgaudo*, Forojulienſium Duce, in Italia, *vix Alpes transgreſſo* (Carolo Regi) *occurrere, qui nunciarent, Eresburgum caſtrum à Saxonibus expugnatum, ac præſidium Francorum, quod in eo poſuerat, expulſum. Sigisburgum, aliud caſtellum, oppugnatum quidem, ſed non captum ---- Hæc cum Regi delata fuiſſent, conventu apud Wormaciam habito, Saxoniam, ſine mora, ſtatuit, cum exercitu eſſe petendam. Contractis ingentibus copiis, tanta celeritate ad deſtinatum à ſe in Saxoniam locum pervenit, ut omnes hoſtium conatus, quibus ei reſiſtere parabant, illa feſtinatione præverteret. Nam ad fontem Lippiæ veniens, univerſam illius perfidi Populi multitudinem, velut devotam, ac ſupplicem, & quam erroris ſui pœniteret, veniam poſcentem invenit. Cui cum & miſericorditer ignoviſſet, & eos, qui ſe Chriſtianos fieri velle affirmabant, baptizari feciſſet, datis & acceptis, pro fide ſervanda, fraudulentis eorundem promiſſionibus, obſidibus quoque, quos imperaverat, receptis, Eresburgo caſtro, quod dirutum erat, reſtaurato, alioque caſtello ſuper Lippiam conſtructo, & in utroque non modico præſidio relicto, ipſe iu Galliam reverſus, &c.* Hæc *Adelmus*, h. a., pag. 390, & 391. Conf. *Annal. Fuldenſ.*, h. a.; & *Pithœani*, h. a.; & Monachus *Egoliſmenſis*, l. c., pag. 242; *Regino*, h. a., pag. 27; *Annal. Maſciacenſes*, l. c., ad hunc annum; *Sigebertus*, h. a.; *Albericus*, h. a., pag. 112; *Albertus Stadenſis*, h. a. His non obſtantibus, anno 777, *poſt celebratam* (Noviomagi) *Paſchalis feſti ſolennitatem, propter fraudulentas Saxonum promiſſiones, quibus fidem adhibere non poterat, ad locum, qui Padrabrunno vocatur, generalem Populi ſui Conventum habiturus, cum ingenti exercitu in Saxoniam profectus eſt. Eo cum veniſſet, totum perfidæ Gentis Senatum ac Populum, quem ad ſe venire juſſerat, morigerum, ac fallaciter ſibi devotum invenit. Nam cuncti ad Eum venerunt, præter Widichindum, unum ex Primoribus Weſtfalaorum, qui, multorum ſibi facinorum conſcius, & ob id Regem veritus, ad Sigefridum, Danorum Regem, profugerat. Cæteri, qui advenerant, in tantum ſe Regis poteſtati permiſere, ut, ea conditione, tunc veniam accipere mererentur, ut, ſi ulterius ſua Statuta violarent, & Patria, & libertate privarentur. Baptizata eſt ibidem ex eis maxima multitudo, quæ ſe, quamvis falſo, Chriſtianam velle fieri promiſerat, &c.* Sunt verba *Adelmi*, h. a., quæ corroborant *Annales Fuldenſes*, h. a.; *Pithœani*, h. a., pag. 9, & 10; *Monachus Egoliſmenſis*, apud *Pithœum*, pag. 242; *Regino*, h. a., p. 27; *Annal. Maſciacenſes*, l. c., ad h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a., apud *Urſtiſium*, p. 299; *Sigegebertus Gemblac.*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 123; *Otto Friſingenſ.*, l. 5 *Chronic.*, cap. 27, pag. 114; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 443; *Conradus*

Urſper-

Urſpergenſis, pag. 134; *Albericus*, h. a., pag. 113; *Albertus Stadenſ.*, h. a.

(16) Omnia vero in ſpeciem faciebant; vacante namque *Carolo*, Rege, Bello Hiſpanico, anno 778, *Saxones, Widichindo Tyranno annitente, Francorum terminos, usque ad Rhenum, ferro & igne devaſtant; ſed non impune revertuntur; nam ab exercitu Regis, quem contra eos miſerat, in loco, qui dicitur Lieſi, ſuper fluvium Adarna, pars maxima eorum interfecta eſt.* An. 779, *Carlus, more ſuo, Saxonum perfidiam, in loco, qui dicitur Hocholtz,* (Bucholtz) *per ſe vicifcitur, & omnes, acceptis obſidibus, firmat in loco, qui vocatur Medofulli.* An. 780, *Carlus, habito Conventu in Saxonia, iterum eam ſubigit.* An. 782, *Carolus habuit conſlictum* (Conventum) *in loco, ubi Lippia oritur, cum omnibus Primatibus Saxonum, excepto Widichindo rebelle, & eis, qui cum Eo erant --- Saxones vero, ſuadente Widikindo, iterum rebelles effecti, Legatos Regis, Adalgiſum & Gailonem, in Sclavos cum exercitu miſſos, conſerto cum eis prælio, in loco, qui dicitur Suindtal, non ſine grandi clade ſuorum, occiderunt: quorum mors quatuor millium & quingentorum hominum decollatione vindicata eſt.* An. 783, *Carlus Saxones duobus prælis magnis vicit, uno in Thiotmellie, altero juxta fluvium Baſa, immenſa eorum multitudine interfecta.* An. 784, *Carlus Junior, à Patre cum exercitu in Saxoniam miſſus, Waſtfalaos in prælio ſuperavit, & domuit.* Totidem verbis extant hæc in *Annalibus Pithœanis*, ad hos annos, pag. 10, & 11, cum quibus conveniunt Monachus *Egoliſmenſis*, apud *Pithœum*, pag. 243 ad 248; *Adelmus*, l. c., ad eosdem annos, pag. 392 ad 395; *Annales Fuldenſes*, ad eosdem; *Annales Maſciacenſes*, ad eosdem, apud *Labbeum*, l. c., pag. 735; *Poeta Saxo*, ad eosdem annos, apud Illuſtr. *Leibnitium, de Script. Rer. Brunſuic.*, pag. 128 ad 133; *Regino*, ad eosdem; *Sigebertus*, ad eosdem. Anno ſequente 785, *cum vaſtationibus, per totum hyberni ſpatium temporis, omnes ferè Saxonum regiones ingenti clade affeciſſet; transacta tandem hyeme, & adductis ex Francia commeatibus, publicum Populi ſui Conventum, in loco, qui Padrabrunno vocatur, more ſolenni habuit, ac, peractis his, quæ ad illius Conventus rationem pertinebant, in Pagum, vocabulo Bardengoum, proficiſcitur; ibique audiens, Widikindum ad Albionem eſſe, intrans Albinam Saxonum Regionem, primo eis per Saxones, ut, omiſſa perfidia, ad ſuam fidem venire non ambigerent, ſuadere cœpit. Cumque ipſi, facinorum ſuorum conſcii, Regis fidei committere ſe dubitarent, tandem, accepta ab eo, quam optabant, impunitatis ſponſione, atque impetratis, quos ſibi dari precabantur, ſuæ ſalutis obſidibus, quos eis Amalwinus, unus Aulicorum à Rege miſſus, adduxerat, cum eodem ipſo, ad ejus præſentiam, in Attiniacum Villam venerunt, atque ibi baptizati ſunt, &c.* Hæc *Adelmus*, h. a., pag. 395, & 396; Conf. *Monachus Egoliſmenſis*, l. c., pag. 248; *Cum ipſis* (obſidibus) *adjunxerunt ſe ad Dominum Regem Carolum, ad Villam Attiniacum, ibi baptizati ſunt Windochindus & Albio, unà cum ſociis eorum, & tunc tota Saxonia ſubjugata eſt, &c.* Idem docent *Annales Pithœani*, h. a., pag. 11, & *Fuldenſes*, h. a, pag. 7, & *Lambeciani*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, Cap. V, pag. 373; licet de *Albione* nihil meminerint; *Regino*, h. a.; *Poëta Saxo*, l. c., ad an. 785, pag. 133, qui *Albioni* Abbonis nomen imponit; Author *vitæ S. Ludgeri*, Monaſterienſis, apud *Surium*, 25 Mart., cap. 17, pag. 255; vita S. *Willehadi*, Bremenſis, apud eundem, 8 Nov., §. 4, & 5, pag. 207; *Annales Maſciacenſes*, l. c., ad h. a.; *Vita S. Mathildis*, *Henrici Aucupis* conjugis, juſſu *Henrici Sancti* collecta, cap. 1, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 193, ubi *Witichindus* audit: *Dux glorioſus in Occidentali Regione, &c.*; *Hermannus Contractus*, h. a.; *Marianus Scotus*, an. 786; *Sigebertus Gemblac.*, an. 785; *Conradus Urſperg.*, pag. 134; *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 125, & 126; *Albertus Stadenſ.*, h. a.; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., pag. 118; *Compilatio Chronologica*, apud *Maderum*, *Gervaſio Tilberienſi* annexa, pag. 118, ad ann. 785; Hæcque eſt prima epocha totius Saxonum Gentis ſubactæ.

(17) Bono fundamento igitur rejicit Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſchius*, in Notis ad *Michaelis Bojemi vitam Alberti III, Duc. Saxon.*, pag. 117, *Bojemi* ſententiam, exiſtimantis, *Wittekindum* ſacro baptiſmatis fonte ablutum *Mittebachii*, ſive *Medebaci*, Weſtphaliæ; ut & *Cranzium*, lib. 2 *Saxon.*, cap. 23, dubie, hoc titulo, *Bardewicum & Mindam*, in Viſurgis ripa, proferentem, & *Rolewinckium*, lib. 2 de *Situ & Moribus Weſtphal.*, cap. 7, qui id *Bethlehemi*, in Weſtphalia, contigiſſe arbitratur; cum Annales Francici in ſpecie *Attiniacum* Villam nominent. Errant præterea, qui *Wittekindum*, quem Annales, ut modò vidimus, *unum è Primoribus Weſtphalorum* vocant, Regem conſtituunt, quo nomine veniunt *Ditmarus Merſeburgicus*, lib. 1 *Chron.*, p. m. 10, inquiens: *Filiam Theodorici, & Reinildæ, ex Widikindi Regis tribu exortam, appellat, &c.*; & Dn. de *Leibnitz, de Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 260, ubi ad annum 780; *Epiſcopatum Mindenſem fundavit, in honorem B. Petri, in loco, ubi Rex Angarorum, Wedekindus, caſtrum habuit, &c.*; Et Chronicon *Epiſcoporum Mindenſium*, apud *Piſtorium*, pag. 726, §. 17: *Quicquid prius Imperator Carolus, & Wedekindus, Rex Mindenſium & Angarorum, ex magnificentia Regia, in ornamentis & donariis plurimis reliquerant, ad honorem & decorem ſæpe dictæ Eccleſiæ, per flammam ignis conſumptum, &c.*; nec non Chronicon *Andegavenſe*, ad an. 784, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, p. 283; ibi: *Wittichindus, Rex Alborum & Saxonum, debellatus à Karolo, cum ſuis baptizatur, &c.* De *Cranzio*, lib. 2 Saxon., cap. 22, & aſſeclis ne dicam; tantæ enim auctoritatis hi omnes non ſunt, ut teſtimonia longè antiquiora evertant,

tant, quibus conſtat, eum ne quidem omnium Saxonum Ducem, ſed unum è Primoribus duntaxat Weſtphalorum, multo minus Regem fuiſſe. Saxones enim non Reges, ſed plures Satrapas habuiſſe, præced. v. 12 probavi. Conſ. *Conring.*, ad *Lampadium*, part. 3, cap. 5, §. 18, pag. 183, & 184, & 294; *Meibom.*, in Not. ad ætat. 6, cap. 38 *Gobelini Perſonæ Coſmodromii*, Tom. I *Rer. German.*, p. 356; Dn. *Schurtzfleiſch.*, l. c., pag. 106, & 107; Patet hinc ſimul, quanti æſtimandum ſit Ejus Epitaphium, in *Monumentis Paderbornenſibus* Reverendiſſimi Præſulis *Fürſtenbergii*, his abſolutum verbis:

Monumentum Wittikindi, Warnechini filii, Angrivariorum Regis XII, Saxoniæ Procerum Ducis fortiſſimi. Hoc Collegium Dionyſianum in D. O. M. honorem, privilegiis, reditibusque donatum, fundavit & confirmavit. Obiit 807, relicto filio, & Regni hærede, Wigberto.

Quis, quæſo, inveſtivit *Wittekindum* de Regno, & quidem hæreditario? quis veterum Inveſtituræ ejus ſolennia deſcripſit? A *Witichindo* Monacho, lib. 1 Annal., pag. 638, audit quidem *magnus Dux*, ſed non *Rex*; præter, quod denominatio illa pro minus adhuc ſolenni cenſenda veniat, *Magnorum Ducum* titulis, reſpectu ad modernum Curiæ ſtylum habito, tunc nondum cognitis. Nec oſtendi poterit, Eum *Saxoniam* quocunque alio titulo, hæreditatis lege, ad poſteros devolvendæ, unquam poſſediſſe; Saniori longè judicio ſcribit Clar. Dn. *Schurtzfleiſchius*, l. c., pag. 107: *Dabimus, Carolum Magnum, poſtquam Saxoniam in Regni Oſtrofranciæ Provinciam redegerat, Witekindum Saxonibus Transveſeranis, dicundi juris cauſa, præfeciſſe, tamen non eo pertinebit, ut continuo exiſtimetur, Wittikindum, cum plena ac hereditaria poteſtate, Ducem Saxoniæ inſtitutum fuiſſe, ac jam illa ætate heredem, ut hodie loquuntur, feudalem reliquiſſe; ſiquidem tale jus poſt demum, quam auctoritatis Imperatorum Francicorum imminutio facta, reique publica ipſorum bellis attrita concuſſaque eſt, acquiſitum, & non dubie à Ludolfo, Henrici Aucupis, Francorum Saxonumque Regis, Avo, ad Succeſſores atque Poſteros Wittikindeæ ſtirpis, juſto ac legitimo ordine, devolutum fuit, &c.*

(18) Quieti erant Saxones ad annum uſque 793, quo, commiſſo inter Francos & Sarracenos, in Gothia, prælio, in quo Sarraceni ſuperiores extiterunt, *more ſolito defecerunt*; ita *Annal. Fuldenſ.*, h. a., & *Pithœani*, h. a., pag. 13. *Adelmus*, ad h. a., pag. 400, addit: *Cum Rex bellum*, (cum Hunnis) *a ſe inchoatum, conficere cuperet, & Pannoniam iterum petere conſtituiſſet, allatum eſt ei, copias, quas Theodoricus Comes per Phriſiam ducebat, in Pago Hrinſtri,* (Hriuſtri) *juxta Wiſuram fluvium à Saxonibus eſſe interceptas, atque deletas, &c.* Conſ. *Regino*, h. a., Monachus *Egoliſmenſis S. Eparchii*, apud *Pithæum*, pag. 256. Coërcenda remediis convenientibus perfidia, anno 794 *motus eſt exercitus in Saxoniam per duas turmas. In una fuit Domnus glorioſiſſimus Rex, Carolus, in altera miſit Carolum, filium ſuum, per Coloniam. Saxones autem congregati præparaverunt ſe ad bellum, in campo Sinitfelt. Sed cum audiſſent, ſe ex duabus partibus eſſe circundatos, timore pleni promiſerunt, ſe eſſe Chriſtianos, & fideles Domno Regi Carolo. Et Rex ad Palatium Aquis rediit, &c.* Hæc *Monachus Egoliſmenſis*, l. c., pag. 256, & 257, conſentientibus *Adelmo*, h. a., pag. 400, & *Reginone*, h. a., licet illi deditionis locus *Smetfeldus*, & huic *Finisfelt* dicatur; In pervetuſto Codice Bibliothecæ Cæſareæ, Anno 803 ſcripto, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Vindobon.*, cap. 5, pag. 378, ad h. a., occurrit, hoc titulo, *Eresburgum*; ibi: *Rex inde* (à Synodo Francofurtenſi) *revertens perrexit in Saxoniam, & Saxones venerunt Ei obviam ad Eresburg, promittentes Chriſtianam fidem, & jurantes, quod ſæpe fecerunt; & tunc Rex credidit eis, & dedit eis Presbyteros, & reſedit apud Aquugranum, &c.* In *Annalibus Maſciacenſibus*, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, pag. 736, ad h. a., neuter locus exprimitur, dicto ſaltem: *Domnus Carolus, commoto exercitu, venit in Saxoniam, & Saxones polliciti ſunt emendari, fœdusque pepigerunt Rege Carolo, una cum ſuis fidelibus: deinde, cum ſuis Optimatibus, rediit Franciam.* In *Pithœanis* vero, pag. 13, & *Fuldenſibus*, apud *Freberum*, pag. 8, ad h. a., prior habetur, cum additamento tamen: *Saxones in Sinifelde congregati, à Carlo ſubacti ſunt, & tertius ex eis homo translatus, &c.*; de qua translatione reliqui tacent, rectius ad annum 795 referenda, teſtibus *Annalibus Fuldenſibus & Lauriſhamenſibus*, in annum quartum *Ludovici Pii*, ſive 817 Chriſti perductis, apud *Lambecium*, l. c., pag. 374, ad annum XXVI *Caroli*, ubi: *Karlus, in Saxoniam pergens, Saxones obtinuit; & tertium de eis hominem in Franciam educens conlocavit, &c.* Quadrat equidem Annus Caroli vigeſimus ſextus Anno Chriſti 794; quia vero *Synodum Francofurtenſem*, anno 794 celebratam, anno laudati Regis vigeſimo quinto Auctor inſcribit, ultro patet, prædictam translationem anno ſequenti, id eſt, 795 contigiſſe; nec aliud fortè volunt præfati antiquiſſimi *Annales*, de an. 803, l. c., pag. 378, ad annum 795, verbis: *Apud Aquis-Palatio Domnus Rex celebravit Paſcha, & infidelitas, unde conſueverat, à parte Saxanorum exorta eſt; quia, cum Domnus Rex ſuper alias Gentes venire voluiſſet, nec ipſi ad Eum pleniter venerunt, nec Ei ſolatium, ut Ipſe juſſerat, transmiſerunt. Tunc iterum cognita infidelitate eorum, Rex, cum exercitu ſuo, ſuper eos veniens, alii Ei pacificè obviam venientes ex parte Saxanorum, & cum Eo in ſolatio ſuo ipſum iter expleverunt; & Ipſe cum exercitu ſuo ad Albiam pervenit, ſed alii, circa paludes Albiæ, & in Wihmuodingas, ad Eum pleniter non venerunt. Domnus Rex tamen reſedens apud Bardunwih, tantam multitudinem obſidum inde tulit, quantam nunquam, in diebus ſuis, aut in diebus Patris ſui, aut in diebus Regum Fran-*

Digitized by Google

Franchorum, inde aliquando tulerint. Sed & tunc omnes ad Eum venientes, excepto his, quos jam ſupra commemoravimus; & hi, qui trans Albe erant, ipſi ad Eum pleniter adhuc non venerunt, eò, quod Vaſſum Domni Regis, Wizzin, Regem Abotridarum, occiderunt; ideò non credebant, quod in gratia Ejus pervenire potuiſſent. Cæteri autem ad Eum omnes pacifice venerunt, & juſſionem ſuam promittentes implere, & ita Domnus Rex iterum credens eis, nullum voluntate interficiens, fidem ſuam ſervando, &c.; adſtipulantibus Annalibus Maſciacenſibus, l. c., ad an. 795: Domnus Carolus, commoto magno exercitu, iterum venit in Saxoniam, omnemque Terram illam circuivit, venitque in Widmodinga, deinde Bardinc Pago, vaſtavitque & ſubjugavit has Regiones: acceptis obſidibus, ſoſpes & alacer remeavit Franciam, &c.; nec non Adelmo, h. a., pag. 401; & Monacho Egoliſmenſi, l. c., pag. 257, qui addit: Domnus Rex Carolus in Saxoniam intrans, pervenit ad fluvium Albin, in locum Luini, ubi, facto prælio, Winutzin, Abodritorum Rex, à Saxonibus occiſus eſt. Rex verò, afflictis Saxonibus valdè, & cæſis gladio triginta millibus pugnatorum ex eis, terra vaſtata, & acceptis obſidibus, rediit Aquis, &c. Conf. Annal. Fuldenſes, h. a., pag. 8; & Pithoeani, h. a., pag. 13, & 14; Regino, h. a., pag. 31, & 32; Alii. Anno 796, pergit vetuſtiſſimus Codex Viennenſis, anno 803 exaratus, apud Lambecium, l. c., pag. 379: Rex Carolus demoratus eſt in Saxonia, cum duobus filiis ſuis, id eſt, Carolo & Clodoveo, & circuivit Terram Saxanorum, ubi rebelles fuerunt, incendendo & vaſtando eam, & captivos inde ducebat viros, & mulieres, & parvulos, & præda innumerabilem multitudinem, &c. Sic & Annales Maſciacenſes, l. c., pag. 736, ad an. 796, in quo deficiunt: Iterum Domnus Carolus, moto exercitu ſuo, venit Saxoniam, tunc, cum magna providentia, & decertatione, vaſtavit Saxoniam, & præda magna, acceptis obſidibus in Drachina; feceruntque Franci pontem ſuper amnem Wiſera, in loco, cujus vocabulum eſt Aliſni. Exinde perrexit Wimodin deinde vaſtavit Regiones illas, cum ſuis omnibus proſpere & incolumis remeavit ad propria, &c. Conf. Annales Fuldenſes, h. a., pag. 8; & Pithoeani, h. a., pag. 14; Monachus Egoliſmenſis, l. c., pag. 258; Adelmus, h. a., pag. 402; Regino, h. a., pag. 32. Anno ſequenti 797 iterum introivit Rex Carolus in Saxonia, & pervinit ad Pagum, qui dicitur Wihmuoti, ubi firmitas eorum facta fuit, (eine Schantze) &, ipſa firmitate interrupta, introivit Rex, cum exercitu ſuo, in Pagum illum, vaſtavit & incendit Pagum illum. Et tunc denno venerunt ad Eum omnes Saxoni, de univerſis finibus & angulis, ubi habitabant; & tulit inde aut obſides, aut de ipſis, quantum Ipſe voluit, & de Freſionibus ſimiliter. Et Rex Carolus rediit in Franciam. Et poſt aliquantas hebdomadas iterum intravit in Saxonia, & ibi habitavit ipſam hyemem, & fecit ſedem ſuam juxta locum, ubi Timella fluit in Wiſaraha, quem etiam Heriſtelli appellavit, eo, quod ab exercitu ſuo conſtructa ipſa manſiones, ubi habitabant, &c. Sunt verba Codicis Viennenſis, de An. 803, apud Lambecium, l. c. Nota hic uſum Linguæ Germanicæ; Heer enim exercitum, & Stell locum denotant, unde compoſitum vocabulum Heriſtelli. Conf. Adelmus, h. a., pag. 402; Monachus Egoliſmenſis, l. c., pag. 258 annectens: Rex, facta expeditione in Saxoniam, trans omnes paludes, & invia loca, uſque ad Hadduloba, hoc enim loco nomen, ubi Oceanus Saxoniam adluit, tranſiit, &c. Locus hic in Annalibus Pithoeanis, h. a., p. 14, & Fuldenſibus, h. a., p. 8, vocatur Oloba; ſine dubio autem Typographi errore, qui immediatè præcedens ad præpoſitionis inſtar habuit, cum ſit vocabuli initium, ita, ut legendum ſit: Adoloba; corruptè adhuc apud Reginonem, h. a., p. 32, Adulo audit. Add. Poëta Saxo, de Vita Caroli Magni, h. a., apud Dn. Leibnitium, de Script. Rerum Brunſuic., p. 146. En! altera vice, Saxoniam univerſam in ordinem redactam.

(19) An. 798, recrudeſcente bello, in ipſa æſtate, pervenit (Rex) cum exercitu ſuo ad Bardunwih, & illi omnes ſe tradiderunt in manus Ejus, & tulit inde illos Capitanios, quos voluit, & de obſidibus, quantum Ei voluntas fuit; & interim congregati ſunt Sclavi noſtri, qui dicuntur Abotridi, cum Miſſis Domni Regis, ad illos Saxones, qui in Aquilonis parte abierant, & vaſtaverunt Terram illam, & incenderunt, & illi Saxones congregaverunt ſe in unum, & commiſſum eſt forte prælium inter eos, & quamvis illi Abotridi fanatici erant, tamen fides Chriſtianorum, & Domni Regis adjuvit eos, & habuerunt victoriam ſuper Saxones, & ceciderunt de ipſis Saxonibus ante eos, in ipſa pugna, duo millia DCCCCI; & in North-Thuringos, ibi pervenerunt ipſi Sclavi ad Domnum Regem, & honoravit eos Domnus Rex, ut digni erant, mirificè; & inde Domnus Rex remeavit ad Franciam, & de ipſis Saxonibus tulit ſecum, quos voluit, & quos voluit, dimiſit, & Ipſe pervenit ad Aquis palatio, &c. Hæc antiquiſſimus Codex Viennenſis, an. 803, apud Lambecium, l. c., p. 380. Apud Adelmum, ad h. a., p. 402, & 403, clarius hæc enarrantur: Saxones Tranſalbiani occaſionem nacti, Legatos Regis, qui ad eos, ob juſtitias faciendas, miſſi erant, comprehenſos interficiunt, paucis eorum, quaſi ad redimendum, ſervatis; trucidantes cum cæteris & Godeſcalcum, Regis Legatum, quem Ille, ante paucos dies, ad Sigeſridum, Regem Danorum, miſerat. Is cum eodem tempore reverteretur, ab hujus ſeditionis auctoribus interceptus, atque occiſus eſt. Quibus acceptis, Rex graviter commotus, congregato exercitu in loco, cui Mitidam (Minda) nomen, ſuper Wiſuram caſtra poſuit, atque in foedifragos, ac deſertores arma corripuit, & ultor necis Legatorum ſuorum, quicquid Saxoniæ inter Albiam & Wiſuram interjacet, totum ferro & igni vaſtavit. Tranſalbiani autem ſuperbia elati, eò quod Regis Legatos impune occidere potuerunt, arreptis armis, contra Abodritos proficiſcuntur. Nam Abodriti auxiliares Francorum ſemper fuere, ex quo ſemel ab eis in ſocietatem recepti ſunt.

Quo-

Digitized by Google

Quorum Dux Thaſco, cognito Tranſalbianorum motu, eis, cum omnibus copiis ſuis, in loco, qui Suentana vocatur, occurrit, commiſſoque prælio, ingents eos cæde proſtravit. Nam, in prima congreſſione quatuor millia eorum cecidiſſe, narravit Legatus Regis, Eburis nomine, qui in eodem prælio fuit, & in Abodritorum acie dextrum cornu tenuit. Fuſi igitur fugatique, & multis ſuorum amiſſis, cum magna calamitate ad loca ſua reverſi ſunt. At Rex in Franciam regreſſus, &c. Idem docent *Annales Pithœani*, h. a., pag. 15; & *Fuldenſes*, h. a., pag. 8; qui Obodritorum Ducem Traſugonem vocant; Monachus *Egolismenſis S. Eparchii*, apud *Pithoeum*, pag. 259, cui Idem Princeps *Traſico* dicitur; *Regino*, h. a., pag. 32, ubi eidem *Tranaſchonis* nomen datur. Confecta clade, Rex A. 799 *introivit in Saxoniam, & reſedit ad Padresbrunna, & ibi venit ad Eum Domnus Leo, Apoſtolicus, quem antea volebant Romani interficere, & ſuſcepit Eum Domnus Rex honorifice, & multis donis & honoribus Eum honoravit, & poſtea, cum pace & honore magno, Eum remiſit ad propriam Sedem, & Miſſi Domni Regis deducebant Eum honorifice, & eos, qui in mortem Ejus conſiliati ſunt, tranſmiſerunt ad Domnum Regem, & ſunt modo, ut digni ſunt, in exilio. Et Domnus Rex inde tulit multitudinem Saxanorum, cum mulieribus & infantibus, & collocavit eos per diverſas Terras in finibus ſuis, & ipſam Terram eorum diviſit inter fideles ſuos, id eſt, Epiſcopos, Presbyteros, Comites, & alios Vaſſos ſuos, & ibi ad Padresbrunnun ædificavit Eccleſiam miræ magnitudinis, & fecit eam dedicare, & poſt hæc reverſus eſt in pace ad Aquis Palatium, &c.* Sunt verba vetuſtiſſimi *Codicis Viennenſis*, h. a., apud *Lambecium*, l. c., pag. 380, ex quibus patet, (1) Auctorem horum Annalium hoc tempore vixiſſe, (2) Saxones denuo hinc inde translatos, & (3) ipſorum Terram inter Epiſcopos, aliosque Regi fideles fuiſſe diviſam. In alio *Codice Viennenſi*, in annum 817 usque producto, apud *Lambecium*, l. c., pag. 374, ad annum 29 *Caroli*, extat ſaltem: *Karlus in Saxoniam Francos conlocat, Saxones inde educens, cum uxoribus & liberis, id eſt, tertium hominem, &c.* Conf. *Monachus Egolismenſis*, l. c., pag. 260; *Adelmus*, ad an. 799, pag. 404; *Annales Pithœani*, h. a., p. 15, & 16; & *Fuldenſes*, h. a., pag. 9; *Regino*, h. a., p. 33. Errant itaque, Saxoniam Epiſcopis dono datam, exiſtimantes: nec patrocinatur horum ſententiæ *Ægilas*, Abbas Fuldenſis, in Vita *S. Sturmi* Anteceſſoris ſui, *Carolo Magno* coævi, cap. 13, apud *Surium*, 17 Dec., pag. 289, ſcribendo: *Poſt non longum tempus totam Provinciam illam* (Saxoniæ) *in Parochias Epiſcopales diviſit, &c.*, cum longè aliud ſit: varios fundare Epiſcopatus in Provincia quadam; & aliud, eam Epiſcopis donare. Rectè hinc in diverſas partes abeuntibus opponis Dn. *Schurtzfleiſchii* theſium decimam quartam, quas, ex *Hiſtoria Civili* deſumptas, reſpondente Dn. M. *Elia Weihenmeiero*, publicè defendit, quæque inter diſputationes Ejus loco octavo veniunt, ita ſonantem: *Fallunt, qui Saxoniam Epiſcopis donatam affirmant, quod neque ex Caroli Codicillis, neque ex Epiſtola Leonis Pontificis, qui in Saxoniam venit, & Paderbornæ, ac Merſeburgi ad Dimolam, colloquii & conſilii cauſa, Carolo Magno affuit, oſtendi, aut ulla ſpecie probari poteſt. Fruſtra repugnat P. Joſ. Cantelius, in Hiſtoria Metropolitanarum urbium, part. 2, cap. 7.*

(20) Subſtitit ita res, ad annum usque 802, quo Tranſalbiani Saxones novum perfidiæ ſpecimen ediderunt, quibus propterea caſtigandis, Imperator *Carolus, miſſo in Saxoniam exercitu, Tranſalbianos Saxones vaſtavit, &c.* Hæc *Adelmus*, h. a., pag. 406, collaudantibus ea Annalibus *Pithœanis*, h. a., pag. 17; & *Fuldenſibus*, h. a., pag. 9; *Monacho Egolismenſi*, l. c., pag. 265; *Reginone*, h. a., pag. 34; Tandem, anno 804, terribili huic bello impoſitus fuit finis, translatis decem Saxonum millibus in Franciam, Pagisque eorum Obotritarum Genti conceſſis; Vid. præced. v. 14, ubi rerum adſunt teſtimonia. Conf. Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Freherum*, pag. 450, cap. 4, *Ivo Carnotenſis*, in *Chron.*, apud eundem, pag. 53. Conditiones annexas exponit ipſe *Eginhartus, in Vita Caroli Magni*, apud *Freherum*, pag. 436: *Eaque conditione à Rege propoſita, & ab illis ſuſcepta, tractum per tot annos bellum conſtat eſſe finitum, ut, abjecto Dæmonum cultu, & relictis Patriis cerimoniis, Chriſtianæ fidei atque Religionis ſacramenta perciperent, & Francis adunati, unus cum Eis Populus efficerentur*, &c. Clarius vero *Poëta Saxo, Arnolpho* Imp. coævus, lib. IV Annalium, de *Vita Caroli Magni*, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Rerum Brunſuicenſium*, pag. 153, ad annum 803:

Nobilis hic annus longi certamina belli
Tandem, Saxones inter Francosque peracti,
Firmo perpetuæ concluſit fœdere pacis.
Auguſtus Pius ad Sedem Saltz nomine dictam
Venerat: huc omni Saxonum Nobilitate
Collecta, ſimul has pacis leges inierunt:
Ut, toto penitus cultu rituque relicto
Gentili, quem dæmonica prius arte colebant
Decepti, poſt hæc fidei ſe ſubdere vellent
Catholicæ, Chriſtoque Deo ſervire per ævum.
At vero cenſum Francorum Regibus ullum
Solvere nec penitus deberent, atque tributum,
Cunctorum pariter ſtatuit ſententia concors;
Sed tantum Decimas, Divina lege ſtatutas,
Offerrent, ac Præſulibus parere ſtuderent,
Ipſorumque ſimul Clero, qui dogmata ſacra,
Quique fidem Domino placitam, vitamque doceret.
Tum ſub Judicibus, quos Rex imponeret ipſis,
Le-

Digitized by Google

Legatisque ſuis, permiſſi Legibus uti
Saxones patriis, & Libertatis honore.
Hoc ſunt poſtremo ſociati Fœdere Francis,
Ut Gens & Populus fieret concorditer unus,
Ac ſemper Regi parens æqualiter uni.

Conf. Witichindum, Monachum *Corbejenſem*, lib. 1 *Annal.*, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 634, qui, Saxonum memor, ait: *Qui olim ſocii & amici erant Francorum, jam fratres, & quaſi una Gens, ex Chriſtiana fide, veluti modo videmus, facta eſt, &c.* Retinuerunt itaque Saxones, exceptis hic excipiendis, privatam pariter libertatem & publicam, veluti Francis adæquati, nec Provincia eorum in Fiſcum regium redacta eſt, ut aliæ Terræ à Francis jure belli occupatæ. Fruſtra in contrarium adducitur Diploma *Caroli Magni*, an. 788, 2 Id. Julii, Indict. XII, Bremenſi Eccleſiæ datum, apud *Adamum Bremenſem*, l. 1 *Hiſt. Eccleſ.*, c. 10, pag. 12, &c., *Albertum Stadenſem*, ad annum 788, p. 81, *Cranzium*, lib. 1 *Metropol.*, cap. 7, & lib. 2 *Saxon.*, Cap. 15, ubi: *Proinde omnem Terram eorum*, (Saxonum) *antiquo Romanorum more, in Provinciam redigentes, & inter Epiſcopos certo limite diſterminantes, &c.*, cum (1) ſtatus Saxonum, qualis erat, bello penitus finito, & pace, an. 804, cum Francis concluſa, perperam confundatur cum eorum fatis, quæ anno 788 ſubierant. Poſſe enim liberum Populum, duris ſub Legibus, debellari, armisque rurſus in priſtinam ſe vindicare libertatem, & iterum, minus tamen acerbis conditionibus, ſe alteri ſubjicere, extra dubium eſt; ut adeo otioſe quæratur: quæ fuerit Saxonum conditio, anno 788? Sed in hoc cardo rei vertitur: Quibus Legibus arma depoſuerint, paciſque foedus cum Francis an. 804 pepigerint? ad quod ex *Eginbardo*, *Poëta Saxone*, & *Witichindo* reſpondendum eſt; (2) Ipſum diploma non malè examini ſubjiciatur; quomodo enim potuit Rex omnem Saxonum terram in Provinciam redigere, quos nondum devictos habuit? Quinam erant Epiſcopi, inter quos, certo limite, Provinciam iſtam diſterminavit? Quales fundavit *Carolus* in Saxonia Epiſcopales ſedes, durante bello, quo nullum unquam atrocius geſtum, Populis pertinaciter Chriſtiana ſacra reſpuentibus? Cur nulla hujus rei facta mentio in Pacificationis inſtrumento an. 804? Quo jure ademit tunc Præſulibus Imperator, quæ, ſemel inter eos diviſa, dudum ſacris uſibus mancipaverat? Quid ſibi vult Annus Dominicæ Incarnationis 788? Audi R. P. *Johannem Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 2, cap. 26, §. 4, pag. 189: *In ſecunda ſtirpe* (Regum Francorum) *omnia fere diplomata Regia, quæ ad res Eccleſiarum, Monaſteriorum, privatarumque perſonarum pertinent, carent annis Incarnationis. Sed nonnulla, quæ rem publicam maximè ſpectant, eum annis Regum adjunctos habent annos Incarnationis. In his primam invenio Caroli Magni epiſtolam, quæ Capitulis, ad Legem Langobardicam, anno 801, additis, præfixa eſt, ſub hac initiali formula, poſt inſcriptionem: Karolus, Divino nutu coronatus, &c. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti DCCCI, Indict. IX, Anno vero Regni Noſtri in Francia XXXIII, in Italia XXVIII, Conſulatus autem Noſtri primo, cum in Italiam, &c. Ubi Conſulatus annus primus eſt etiam primus Imperii, &c.*; & pag. 190: *In aliis communibus Diplomatibus pauciſſima prorſus ſincera invenias, annis Incarnationis prædita, ante Carolum Craſſum, &c.* Cujus etiam ſententiæ aſſecla Auctor *der gründlichen Ausführung der Reichſſtadt* Lindaw, *die ohnverſehens abgelœßte Reichspfandſchafft betreffend*, pag. 865, omnia diplomata, ante *Carolum Craſſum*, Incarnationis annos præ ſe ferentia, pro ſuppoſitis, vel interpolatis habet; conf. *Nicolaus Vignierius*, *Chron. Burgund.*, ad annum 885; *Gryphiander*, *de Weichbildis*, cap. 33, §. 14, & 15, pag. 84; *Limnæus*, ad *Capitulat. Caroli V*, Art. 34, voc. *Nach Chriſti Geburt, &c.*, p. 368; Clariſſ. Dn. *Tenzelius*, *Vindic. pro Conringii Cenſura Diplomatis Lindavienſis*, cap. VI, §. 6, pag. 125. Add. tamen ſeq. Tit. V, §. 11, vita *Caroli Calvi*, v. 6. Cur ponitur *Indictio XII* loco undecimæ? Cur ſcribitur annus Carolini Regni XXI, qui fuit XX? &c., &c. Nec obſtat Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, ad an. 814, apud *Pithoeum*, pag. 362, inquiens: *Quo etiam tempore Saxonibus, atque Friſonibus Jus paternæ hæreditatis, quod ſub Patre*, (Carolo Magno) *ob perfidiam, legaliter perdiderant, Imperatoria Clementia reſtituit, &c.* (Ludovicus Pius Imperator;) quia hic locus de rebellibus duntaxat loquitur, patriaque pulſis, non de iis, qui, anno 804, voluntate libera, cum *Carolo* Imperatore tranſigentes, ad ejus obitum usque in fide permanſerant. vid. *Conring.*, *de Urbibus Germanicis*, §. 65. Multo minus attendenda verba *Adami Bremenſis*, l. c., cap. IX, pag. 12: *Widekind, incentor rebellionis, ad fidem Caroli venit, baptizatus eſt ipſe, cum aliis Saxonum Magnatibus, & tunc demum Saxonia ſubacta in Provinciam redacta eſt, &c.*, quæ Helmoldus, lib. I *Chron. Slav.*, cap. 3, §. 5, pag. 14, *Albertus Stadenſis*, l. c., & recentiores repetunt. Plura, de hac quæſtione: *Num Carolus Saxoniam in Provinciæ formam redegerit, ſimulque inter Antiſtites diviſerit?* differit Dn. *Schatenius*, lib. VIII *Hiſt. Weſtphal.*, pag. 518; add. *Conringius*, l. c., & de *Civibus Imperii*, §. 26, & 27, pag. 15, &c.; Illuſtr. Dn. *Coccejus*, *Juris Publici Prudentia*, cap. 3, Sect. 3, §. 37, pag. 54; Dn. *Schilter*, *Inſtit. Jur. Publ.* part. 1, lib. 1, Tit. 4, §. 8, pag. 67, &c.; Dn. *Schurtzfleiſch*, in Notis ad *Michaelis Bojemi vitam Alberti III, Ducis Saxoniæ*, pag. 109, & 119, & in *Wittekindo Magno*, §. 13, lit. cc, pag. 24; Ampliſſ. Dn. *An-*

Andreas Ockel, de Regali Poſtarum Jure Electorum Principumque Imperii, cap. 2, *ſ*. 14, pag. 12, & 13; &, ante omnes, *Gryphiander, de Weichbildis*, cap. 22 ad 25, pag. 53 ad 65, & cap. 31, pag. 78, &c., & cap. 43, pag. 109, &c., acerrimus Saxonicæ libertatis impugnator.

(r) DELIBERATIVA, &c. Status nonnunquam, etiam ante *Ottonum* tempora, votis deciſivis fuiſſe gaviſos, exemplis, præcedenti litera d. allatis, probari poteſt; v. g. Qvando *Clotharius*, Sueſſionenſium Rex, jus ſuum in Auſtraſiam Ordinum deciſioni ſubjecit; *Brunhildis*, Auſtraſiæ Regina, ad ultimum ſupplicium rapta; *Pipinus*, ejusque filii, *Carolus* & *Carolomannus*, Francorum Reges electi, an. 750, 768, & 771; *Thaſſilo*, Bavariæ Dux, an. 788 damnationis ſubiit ſententiam; *Carolus Magnus*, an. 806, diviſionem Terrarum inter filios confirmari fecit; an 813 *Ludovicus*, Aquitaniæ Rex, Imperialis nominis conſors Patris, & *Bernhardus*, ejus nepos ex fratre, Rex Italiæ conſtituti; an. 814 dictus *Ludovicus* defuncto Patri in Imperio ſucceſſit; annoque 821, & 840 diſpoſitionem ſuam, quoad futuram Liberorum ſucceſſionem in Bona, comprobari curavit; Regnum Franciæ, an. 843, inter filios Ejus diviſum; anno 855 *Lotharius* Patri ſurrogatus; an. 887 *Arnolphus* Rex Germaniæ proclamatus; Ejusve Spurii an. 889 legitimi hæredes declarati, in caſum, niſi Ei legitimus naſcatur; an. 895 *Zundeboch* Regnum Lotharingiæ obtinuit; *Ludovicus IV*, anno 900, ſub tutela, Germaniæ Regnum conſecutus; annoque 905 *Adelberto*, Bambergenſi Comiti, dictata capitis pœna; an. 912 *Conradus*, Francorum Orientalium Dux, ſucceſſor *Ludovici IV*, Regis, dictus; anno 917 *Bertoldus* & *Erchangerus*, Cameræ Nuncii in Alemannia, gladio puniti, & *Burchardus* Dux Alemanniæ creatus; an. 919 *Henrico* Aucupi Germaniæ Regni demandata adminiſtratio, &c. Subſequenti tempore nactos Status laxiorem modò poteſtatem, modò reſtrictiorem, ex habitu rei Imperatoriæ, quatenus ſcil. Imperatorum potentia comparata fuerit, hiſtoriæ coævæ teſtantur.

11. Receſſus Imperii fiunt vel ab ipſo Imperatore, & (*a*) Statibus omnibus, vel à quibusdam, nomine Imperatoris, & Statuum. Ad illos referimus Auream Bullam, & plerosque alios Receſſus. Huc referimus Receſſus Deputationum, (*b*) Viſitationum, & Capitulationes.

NOTÆ.

(a) ET STATIBUS, &c. Hic ſedes Quæſtionis: *Quis Leges Imperii ferre queat?* Qui Majeſtatem in Statibus venerantur, jus ferendæ Legis Imperii ad Comitia ſpectare, in quibus Cæſar & Status concurrunt, collatisqve ſignis, more ſolito, Leges condunt, pro certo habent. Nititur hoc aſſertum non ſolum antiquis Receſſuum formulis, v. g. Prooemii *Ordin. Regimenti Auguſtani*, an. 1500: *Mit Einmüthigem zeitigem Rath, und Willen, auch zugeben und annehmen der --- Stand des H. R. Reichs, &c.*; It. R. J. *Colon.*, de an. 1512, prooem: *Uns mit des H. Reichs Standen, und Sie mit Uns, nachfolgende Artickel und Meinung, als ein chriſtlich Corpus und Verſammlung, gegen und mit einander vereiniget, verpflicht, und vertragen, &c.*; It. R. J. *Spirenſ.*, an. 1526, prooem: *Darauf dann wir, in eigener Perſon, als verordnete Kayſerliche Stadthalter und Commiſſarien, dergleichen Churfürſten, Fürſten, und Stande des H. Reichs, und derſelben Bottſchafften, in tapfferer Anzahl, erſchienen ---- die Puncten und Articul, in Ihrer Kayſerl. Majeſt. Ausſchreiben, und ſonderlich Uns, den Commiſſarien, zugeſchickter Inſtruction verleibt, für Handen genommen, dieſelbige, mit zeitigem tapfferem Rath, berathſchlaget, und uns darauf ſamtlich eines Abſchieds aller unſer gehabter Rathſchlæg, und Handlung vereinigt, und verglichen, &c.*; Reformation *guter* Policey *zu Augſpurg*, an. 1530, §. XXXIX, *von geſchenckten und ungeſchenckten Handwerckern, &c.*, v. 3: *Und daß alle und jede obgemelte* Puncten, *und* Articul *dieſer unſer Ordnung, ſo zu Wohlfahrt, Aufnehmen und Gedeyen gemeines Nutzens, mit Rath, Wiſſen,* und Willen *Churfürſten, Fürſten und Stand, alſo fürgenommen und aufgericht ſeind ---- ſtrenglich gehalten, und vollzogen werden, &c.*; It. *Reformation des Kayſerl. Cammer-Gerichts*, de An. 1531, §. 1: *Demnach ſetzen und ordnen wir, als die verordnete Commiſſarien, im Namen, und von wegen Ræmiſcher Kayſerlicher Majeſtæt*, auch *Churfürſten, Fürſten, und Stænden des H. R. Reichs, &c.*, & §. 58: *Demnach thun wir hiemit, an ſtatt, und von wegen Ræm. Kayſ. Maj.*, auch *Churfürſten, Fürſten, und Stænden des Reichs ---- ernſtlich befehlen*, &c.; It. *Cammer-Gerichts-Ordnung zu Speyer*, de anno 1533, §. 16: *Obge-*

Obgemelten Abſchied wollen wir, *an ſtatt und von wegen R. K. Maj.*, auch *Churfürſten, Fürſten, und Stænden des Reichs ---- ernſtlich befohlen haben*, &c.; R. J. Auguſt., an. 1555, §. 4: *Auch vollmæchtige, abſolute, und ohn hinter ſich bringen, Gewalt gegeben, mit Churfürſten, Fürſten und gemeinen Stænden, auch der abweſenden Ræthen, Bottſchafften und Geſandten alles das fürzunehmen, zu handeln, und zu beſchlieſſen, das dem H. Reich zu Ehren, Aufnehmen ---- immer gereichen mæcht*, &c., quæ §. 6 repetuntur, & rurſus §. 144: *Und wir verordnete Churfürſtliche Ræthe, erſcheinende Fürſten, Prælaten, Graffen, und Herren ---- bekennen offentlich, mit dieſem Abſchied, daß alle und jede obbeſchriebene Puncten und Articul alſo, wie obſteht, mit unſerm guten Willen, Wiſſen, und Rath fürgenommen, und beſchloſſen ſind, willigen auch dieſelben alle, ſampt und ſonderlich hiemit, &c.*; It. *Kayſerl. Cammergerichts-Ordnung zu Augſpurg*, an. 1555, part. 3, §. 55: *Solches alles und jedes, ſo beſchrieben ſtehet, haben wir, Kænig Ferdinand, ---- uns mit der Churfürſten Ræthen, erſcheinenden Fürſten, und Stænden, und der abweſenden Bottſchafften, und Geſandten,* Und Sie Sich hinwiederumb mit Uns, *alſo zu halten, und zu vollziehen, vereiniget, und verglichen, &c.*; It. *Abſchied des* Deputations-*Tags zu Worms*, an. 1564, v. 13: *Unſer und des Reichs Ordnungen, Conſtitutionen, und Satzungen, &c.*; It. R. J. Ratisbon., an. 1654, §. 199: *Und wir die Chur-Fürſten, und Stænd, und der Abweſenden Verordnete Ræthe, Botſchafften, und Geſandte bekennen auch œffentlich, mit dieſem Abſchied, daß alle und jede obbeſchriebene Puncte und Articul, als wie obſtehet*, mit unſerm guten Wiſſen, Willen, und Rath *vorgenommen, und beſchloſſen ſeind, &c.*; infinita loca alia ut mittam; ſed & propria confeſſione *Ferdinandi* 2 Imper., Legatis Circuli Franconici, an. 1629, 28 Aug., hanc dantis reſponſionem: *Es erinnere ſich Ihre Kayſ. Maj., daß in denjenigen Sachen, da man neue Geſetze, und Conſtitutiones aufrichten wolle, deme im Reich Herkommen nach ſolches auf gemeinen Reichsverſammlungen conſtituirt werden ſolle, &c.*; nec non reſponſione eminentiſſimi judicii Aulici, eodem adhuc die, laudatique Auguſti juſſu, ad literas Saxonum Electoris data: *Neue Geſetze kænnen Ihr. Majeſt. nicht machen, ohne Conſens der ſæmmtlichen Reichsſtænde, &c.*; imò Art. VIII Inſtr. Pac. Weſtphal., §. 2: *Gaudeant*, verb. *Nihil horum, aut quicquam ſimile poſthac unquam fiat, vel admittatur, niſi de Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum conſilio, & conſenſu, &c.*; & Art. 2 Cap. Leopoldi, & art. 2 Cap. Joſephi: *Mit Rath und Conſens unſer und des H. Reichs Churfürſten, Fürſten, und anderer Stænde, &c.*; unde varia hanc theſin firmantia argumenta deſumi poſſunt. Nec opus eſt privatorum Doctorum, ita ſentientium, addere calculos, ubi publica auctoritate aliquid probandum: Solius auctoris Autonomiæ, ſive *Freyſtellung mehrer* Religionen, quem *Andream Erſtenbergerum*, Colonienſis Archi-Epiſcopi Cancellarium, fuiſſe credunt, verba, part. 3, cap. 37, locum adhuc merentur: *Daß der Punct, davon deliberirt werden ſoll, proponirt, berathſchlaget, referiret, correferiret, und durch diejenigen, denen es gebühret, Reichs-Satzungen zu machen, das iſt, durch die Kayſerl. und Kænigl. Maj., auch Churfürſten, Fürſten, und Stænde des Reichs beſchloſſen, und verabſchiedet werde, &c.* Conf. adhuc *Carpzov.*, de *Regia Lege German.*, Cap. 3, Sect. I, p. 54, & 55; Ill. Dn. *Rhetius*, Diſſ. de *Jurib. Imp. circa Subditos*, cap. 2, §. 8, n. 95, & *Inſtit.* J. P., lib. 4, T. 23, §. 13, pag. 639; inprimis Auctor *der Grundveſte des H. R. Reichs*, P. 1, cap. 1, pag. 9, & 10; Dn. *Ockel, de Regali Poſtarum Jure*, p. 60, & 61. Qui vero, cum *Weſenbecio*, ad Tit. ff. de LL., §. 3, Cæſarem, pro unico & ſolo Germaniæ Legislatore, agnoſcunt, Statibus, per dictum §. *Gaudeant*, aliud datum non eſſe arbitrantur, quam *liberrimum ſuffragii jus, in omnibus deliberationibus*, adeo, ut efficientes duntaxat cauſæ ſint *Comitialis Placiti*, ſine quo *prævio* Cæſar Legem non fert, indeque meram *conditionem, ſine qua non* (ſit Lex,) conſtituant, aperturæ libri exemplo, quæ cauſa lectionis; addentes, ſicut Imperii Status nunquam ſubditos ſuperioritatis ſuæ reddunt participes, cum, provinciales Leges condendo, eorum monita (*der Landſtænde unterthænige Erinnerungen*) attendant; ita nec Juribus imperatoriis adverſari, ſi, Statibus inconſultis, nec Leges ferunt Imperii. Sed quid ſi, de facto, Statuum conſilia ſpernens Cæſar, hoc ſuo Jure uteretur? tenerenturne tot Auguſta Imperii Membra, cæco obſequio, placitis Ejus ſtare? hoc certè caſu nec Religioni, nec Statuum Juribus ſatis cautum eſſet, vel ſolo paragrapho 18 R. J. Auguſt., de An. 1555, teſte; nec vera dixiſſent *Ferdinandus* 2 Auguſtus, & Judicium Aulicum, anno, ut monitum, 1629, quod vel cogitare, profanum eſt. Non verſamur in Quæſtione Conſilii: *Num Cæſari commodum ſit, ferre Leges*

Imperii, *Statibus invitis*, *vel non auditis?* ſed in Quæſtione Juris: *An Ei Liceat?* poſtquam publica auctoritate deciſum, Leges in Comitiis univerſalibus, *liberrimo omnium Statuum ſuffragio & conſenſu*, eſſe condendas; alias non valere. De diſcrimine inter *Status Imperii*, reſpectu Imperatoris, & *Status Provinciales*, reſpectu alicujus Principis, legi meretur Auctor *diſcurſus von den Landſtænden*, edit. Colon., 1709; addas tamen Auctorem *Continuationis* Ejus.

(b) DEPUTATIONUM, &c. Vid. ſeq. lib. IV Tit. 2.

12. *Aurea Bulla (a) eſt pragmatica ſanctio, ab Imperatore Carolo IV, & Statibus Imperii, (b) ad annum Chriſti 1356, Meti (c) & Norimbergæ, de Imperatoris Electione inprimis, & Electorum Juribus, lata & promulgata.* Carolus IV, in Baptiſmate Wenceslaus, *(d)* in Confirmatione poſtea, auctore Rege Franciæ, *Carolo Pulchro*, apud quem pueritiæ rudimenta exegit, Carolus appellatus, filius fuit *Joannis*, Regis Bohemiæ & Comitis Lüzelburgenſis, ex altera ejus uxore, Eliſabetha, Wenceslai Senioris filia: eximiis quidem virtutibus celebris extitit, & ſcriptoribus *(e)* audit religioſus, patronus & cultor juſtitiæ, miles ſtrenuus, linguarum quinque *(f)* peritiſſimus, ſcilicet Italicæ, Gallicæ, Alemannicæ, Bohemicæ, & Latinæ, ſtudiorum cultor ac promotor, cujus teſtis eſt Univerſitas Pragenſis, quæ ipſum fundatorem habet: verum etiam vitiis *(g)* ſuis actus eſt, & Maximilianus Primus ſæpius dixit, Carolo IV peſtilentiorem *(h)* peſtem nunquam Germaniæ contigiſſe. Falſo tamen Magiæ ſtudium ipſi impingitur, & unicus tantum teſtis eſt, ſcilicet Hiſtoriographus quidam Colonienſis, isque obſcuri nominis, qui hujus rei facit mentionem. *Vide Limn. in A. B. ad Proœm. Obſerv. V.* Hic Carolus, poſtquam ad Imperium pervenit, ut inpoſterum diſſidia evitarentur, quæ oriri ſolebant in electione Imperatoris, hanc auream Bullam, conſenſu omnium Statuum, quorum mentio fit in proœmio, & fine, ipſe conſcribi curavit, partim Meti, partim Norimbergæ, ubi & promulgata eſt. *Conſ. Limn. in A. B. ad Proœm. Obſ. 3.*

NOTÆ.

(a) AUREA BULLA, &c. De Commentatoribus in Auream Bullam evolvas *Boecleri Nott. Imper.*, lib. XII, cap. 2, pag. 217; Dn. *Thulemarii* Tr. de *Aurea Bulla*, cap. VII, §. 23, pag. 75; Dn. *Burcardi Gotthelfi Struvii Bibliothecam Juris ſelectam*, cap. XI, §. 4, pag. 366, &c., & conſignationem, de *Præcipuis Scriptoribus Juris publici*, calci harum Inſtitutionum annexam; quibus addendi Illuſtr. Baro *de Lyncker*, de *Libertate Statuum Imperii*, quo Tractatu continetur *Series Aureæ Bullæ Carolinæ, cum Introductione præmiſſa, & obſervationibus Tabulæ ſubjectis*; & *Johannes Schilterus*, Tom. 2 *Inſtit. J. P.*, Tit. XIX, pag. 267, &c., ubi *Annotationes ejus in A. B.* proſtant.

(b) IMPERII, &c. Anceps Quæſtio eſt: *Quis A. B. condiderit?* Solum Cæſarem auctorem ejus dicendum, non ſatis probant præfationis verba: *De Imperialis poteſtatis plenitudine edidimus, &c.* Qui, auctoritate Gloſſ. ad Conſtit. *Heinrici VII*, *Qui ſint rebelles*, qua conſtat, *Bartolum* Cæſari, *Carolo IV*, fuiſſe à conſiliis, id JCto huic tribuunt, manifeſtè errant; præter enim, quod non ſit credibile, hominem Italum ad Germanorum fuiſſe adhibitum conſilia, non patet, eum in Aula vixiſſe, quem inſuper *Trithemius*, de *Script. Eccl.*, p. m. 91, *Bucholcerus*, *Ind. Chronol.*, p. m. 375, *Morery*, voc. *Barthole*, p. m. 362, aliique multi, jam anno 1355, obiiſſe teſtantur. Propius accedunt, qui latam eam rentur à Cæſare & Statibus ſimul; *quomodo autem id contigerit?* eſt illud ipſum, in quo controverſiæ cardo vertitur, & quod definitu non tam facile. Quidam Status Imperii Romano-Catholici, in literis Ratisbonæ, 10 Nov. 1692, ad Pontificem Romanum datis, in negotio Electoratus Noni, ap. Dn. *Lunigium*, Tom. 1 *Negotior. Publicor.*, p. 1210, hac utuntur formula: *Stat equidem pro Principibus, jam ultra tria ſecula, firma Regula, ac Lex Imperii pragmatica, à Carolo feliciſſimæ memoriæ IV, cum Omnium S. R. I. Ordinum conſenſu & placito, ſancita*, &c. Præterea nec pauci, nec obſcuri nominis Viri alii, prooemii A. B. verbis: *Aſſidentibus Nobis omnibus Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & Civitatum multitudine numeroſa, &c.*, defendunt, Legem hanc integram *ab unanimi Cæſaris Ordinumque conſenſu* profluxiſſe. Alii vero reſpondent: confundi, hac ratione, Statuum præſentiam cum jure ſuffragii, Legumque promulgationem cum rogatione; præfata verba non plus ponderis dare illis, quæ in

in præfatione Conſtitutionis *Metenſis* occurrunt: *Præſentibus Dominis, Venerabili in Chriſto Patre, Domino Theodorico, Epiſcopo Albanenſi, S. R. E. Cardinali, ac Carolo, Regis Franciæ primogenito, Normandiæ Duce Illuſtri, ac Delphino Viennenſi, &c.*, unde perperam quis inferret, Albanenſem Præſulem, Franciæque Delphinum, inter vota exponentes & ſuam dixiſſe ſententiam; firmiori fundamento ſtatui, plures eſſe Conſtitutiones, majori ex parte, à ſolo Cæſare & Electoribus latas temporibus diverſis, uno eodemque die autem, quarto ſcil. Idus Januarii, An. 1356, *Norimbergæ* promulgatas, parte reliqua in ipſa Nativitatis Domini feſtivitate, anni ejuſdem, accedente; *primam*, duobus prioribus capitibus, conducendi Jus, & Romanorum Regis electionem exponere; *Secunda*, quatuor ſequentibus, contineri Electorum Eccleſiaſticorum Seſſionem; ordinem Electorum omnium & officia, in Romani Regis electione; Palatini & Saxonis Vicariatus jura; & Electorum ad Principes alios comparationem; præfixa cap. 3 ſpeciali Rubrica: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Carolus IV, Divina favente Clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam, &c.* Capite ſeptimo, octavo, nono, decimo, & undecimo, ſub pari exordio, abſolvi *Tertiam*, circa Succeſſionem Electorum; Jura Regis Bohemiæ, ejusque Subditorum immunitatem; Jus metallifodinarum Electoribus competens; Jus monetandi; & Jura Electorum de Non appellando, & Non evocando. *Quartam*, ſimili præfatione præmiſſa, à capite XII ad XIX usque, agere de Congregatione Principum Electorum; de Revocatione Privilegiorum; de his, quibus, ut indignis, bona feudalia auferantur; de Conſpirationibus; Pfalburgeris; Diſſidationibus; literis intimationis celebrandæ Romanorum Regis electionis; & forma Procuratorii per Electorem mittendi, qui Nuncios ad electionem deſtinandos duxerit. *Quintam*, ultimis quatuor Capitibus, tractare de Principatuum Electorum unione, cum annexis; Ordine proceſſionis Archi-Epiſcoporum; Ordine proceſſionis reliquorum Electorum, & per quos Inſignia deportentur; & tandem de Archi-Epiſcoporum Benedictionibus, Imperatore præſente: harum etiam intuitu legi, cap. XXI, verba: *Quoniam autem ſuperius, in principio Conſtitutionum noſtrarum præſentium, &c.* Proindeque nec *Lambecium*, lib. 2 *Commentar. Bibliothecæ Cæſar.*, Cap. VIII, pag. 816. rem acu tangere, utut ſcribentem: *Corrigendus itaque eſt vulgaris & inveteratus error, ſecundum quem Aurea Bulla, quaſi unica tantum conſtans Conſtitutione, in triginta dividitur Capita, vel Titulos, cum tamen illa revera duas comprehendat Conſtitutiones, quæ, tam temporis, quam loci reſpectu, ideoque etiam ratione diviſionis in Capita, à ſe invicem diverſæ ſunt, &c.*; cum ultra numerum binarium aſcendant: *Primam* harum Conſtitutionum natales ſuos debere Cæſari & Statibus omnibus; reliquas, Electores veluti in ſpecie reſpicientes, ſolis Cæſari & Electoribus; ideo etiam de his ſolis dici, cap. XII, §. 2: *Habita cum eisdem Principibus Electoribus deliberatione, & de ipſorum conſilio, &c.*; & Cap. XVI, §. 1: *Omnium Principum Electorum, Eccleſiaſticorum & Secularium, ſano accedente conſilio, &c.*; rurſus, in præfatione Conſtitutionis Metenſis, Cap. XXIV: *Aſſiſtentibus ſibi* (Cæſari) *omnibus S. R. J. Electoribus, &c.*: & notandum eſſe, nullam prorſus, in promulgatione hac poſteriori, Statuum reliquorum fieri mentionem; Sanæ inſuper rationi conſentaneum non eſſe, Status cæteros eo usque Jura propria fuiſſe neglecturos, ut vel ſoli augendæ Electorum auctoritati navaſſent ſtudia, ſi ſuffragandi jure, in confectione A. B., gaviſi forent. Quærentibus: *Unde ergò A. B. univerſalis Imperii Legis nacta ſit vigorem?* reſpondendum eſſe: ab ipſa promulgatione, præſentibus Statibus multitudine numeroſa, nec contradicentibus, *Norimbergæ* facta, & *Metis*; ſtatum Reipublicæ, ab hodierno, plane tunc fuiſſe diverſum, nec condendam Legem omnibus indiguiſſe requiſitis, quibus hodie, præter, quod tot aliarum Legum confirmationes acceſſerint, v. g. *Reformat. Francof.* an. 1442, §. 1: *Was Kæyſers Caroli - - gülden Bull, von dem Abſagen, Tit. XVII, eigentlich inhælt, und ausweiſet, &c.*; R. J. Spirenſ., an. 1544, §. 92, in fine: *Doch unabbrüchig der gülden Bull, &c.*; Capitul. *Caroli V*, Art. II, &c: *Wir ſollen und wollen auch die ſonderlich vorgemelte gülden Bull, Kæniglichen Landfrieden, und andere des H. Reichs Ordnung und Geſetz confirmiren, erneuern, &c.*; add. ibid. Art 5, 15, 26, 28, & 32; Capitul. *Ferdinandi I*, Art. 2, 4, 14, 26, & 29; *Maximiliani 2*, Art. 3, 14, & 16; *Rudolphi 2*, Art. 2, 4, 14, & 33; *Matthiæ*, Art. 2, 4, 15, 16, 36, 37 & 39; *Ferdinandi 2*, Art. 2, 4, 14, 36, & 38; *Ferdinandi III*, Art. 2, 5, 17, 38, & 40; aliorumque. Publica definitione hæc cum egeant, mihi ſacra ſunto. Vid. *Lampadius*, de *Republ.*, part. 3, cap. 2, §. 25, pag. 21; *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 17, pag. 133; Illuſtr. Dn. *Cocceyus, Publici Juris prudentia*, cap. XIII, §. 3, pag. 228; Illuſtriſſimi Comites *de Noſtitz, Johannes Carolus Chriſtophorus*, & *Otto Wenceslaus*, Diſſert. de *Novemviratu*, Præſide Dn. *Joſepho Bernhardo Gletle*, an. 1693, *Salisburgi* habita, & à Dn. *Caſſandro Thucelio Electis Juris Publici curioſis* inſerta, Membr. 2, p. m. 100 ad 102; *Quadriga Quæſtionum Problematicarum, ad Rempublicam pertinentium*, & quidem Quæſtio I, *An A. B. omnium Statuum Imperii conſenſu ſit condita?* ap. Dn. *Lunigium*, Tom. 1 *Syllog. Publicor. Negotior.*, p. 1224, &c. Auctor *Negativam* propugnat; Reſponſio ad e-

jus argumenta habetur ibidem, pag. 1234, &c., hujusque refutatio, l. c., pag. 1247, &c.; Dn. D. *Werlhoſ, Jur. Enucleati Proœm.* cap. 1, §. 4, lit. b, pag. 5; Dn. *Jacobus Brunnemannus*, in *Delibatis Juris Publici*, Halæ Magdeb., reſpondente Dn. *Johanne Erdvino Cathe*, Sundia-Pomerano, an. 1699, ventilatis, *c.* VI, pag. 7; Quidam *Gibellinus de Lindenfels*, dictus Nobilis Batavus, in Epiſtola *Amici ad Amicum*, Quæſt. I, apud *Antonium Fabrum*, Tom. VI *der Europæiſchen Staats-Cantzley*, pag. 284, & 285.

(*c*) METI, &c. Viginti tria priora Capita an. 1356, Indict. IX, quarto Idus, ſive die decimo Januarii, aſſidentibus omnibus principibus Electoribus, Eccleſiaſticis & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & Civitatum multitudine numeroſa, à Carolo IV, in Solio Majeſtatis Cæſareæ, Imperialibus infulis, inſignibus, & diademate coronato, in Curia *Norimbergenſi*, promulgata fuiſſe, ex præfatione A. B. manifeſtum eſt. Septem vero Capita poſteriora, præfatione Capitis XXIV teſte, promulgavit idem Cæſar, in Curia *Metenſi*, in die Natalis Chriſti, ſive 25 Decemb., anno eodem, præſentibus *Theodorico*, Albanenſi Epiſcopo, & *Carolo*, Delphino Viennenſi. Conf. *Levoldi de Northof Chron. Marcan.*, apud *Meibomium*, T. I *Rer. German.*, p. 406, &c. Hinc nec *Sigismundus* Cæſar, in ſua A. B., Cap. I, de *Pfalburgeris*, nec *Trithemius, Chron. Hirſaug.*, p. 58, errant, dictam Bullam *Metis* promulgatam, dicentes, modo Capita diſtinguantur. Id tamen falſum eſt, quod Auctor *Magni Chronici Belgici*, apud *Piſtorium*, p. m. 306, promulgationem Norimbergenſem in annum 1354, & Metenſem in annum 1355 referat.

(*d*) WENCESLAUS, &c. Confirmant hoc *Æneas Sylvius*, *Hiſtor. Bohem.*, cap. 33, p. m. 139, ajens: *Nomen huic Carolo in Baptiſmo Venceslaus fuit, quod in Confirmatione à Carolo, Francorum Rege, mutatum eſt, apud quem pueritiæ rudimenta peregit, &c.*; *Lehmannus*, lib. VII *Chron. Spir.*, cap. 34, p. m. 779: *Carolus der IV dieſes Nahmens, Ræmiſcher Kayſer, Kœnigs Johannis zu Bœhmen, und Graf zu Lützelburg Sohn, iſt zu Prag gebohren, an. 1316, den 14 Majs, und bey der Tauff Wenceslaus gerant. A. 1323, im 17 Jahr ſeines Alters, ward er von ſeinem Vater zum Kœnig Carolo in Franckreich, welcher Kœnig Johannis zu Bœhmen Schweſter, Mariam, zum Gemahl gehabt, verſchickt, bey denen Er ſehr lieb und werth gehalten, weil ſie ehelicher Leibes-Erben gemangelt. Kœnig* Carolus *hat den jungen Herren firmen, und bey der Firmung* Carolum *nennen laſſen, welchen Nahmen Er behalten, &c.* Add. *Johan. Dubravius*, *Lib. 22 Hiſtor. Bohem.*, pag. 184: *Cuſtodiæ illorum* (clinodiorum) *cauſa, arcem, de nomine ſuo, Karolſteynam appellatam, tertio à Praga lapide intra montes ædificavit, &c*; de hac confirmatione etiam intelligenda verba *der Ordnung des Gottesdienſts und Erhaltung der Kirchen und Kirchen-Herrn zu* Carolſtein, apud Goldaſtum, quibus docet Cæſar, arci iſti ſe nomen ſuum impoſuiſſe. Errat ergò *Chronicon Magdeburgicum*, *Meibomii* Tom. 2 *Rer. German.*, in vita *Petri de Brunna*, 31 Archi-Epiſcopi, p. 348, inquiens: *Carolus IV, Bohemiæ Rex .... anno Domini* 1348 *electus fuit in diſcordia, & prius vocabatur Wenceslaus, & poſt Electionem Carolus vocatus eſt, &c.*, quia dudum antea hoc nomine inclaruit, ut modò dictum; Conf. *Rumelini Diſſertationes in Auream Bullam*, Diſſ. 1, *c.* 3, pag. 11, & ibi *Nicolaus Mylerus, in Additionibus*, lit. b, pag. 13; Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, Diſſ. *Quod Carolus IV non diſſipaverit Imperii Patrimonium, quatenus pertinet ad Regnum Arelatenſe*, an. 1684 Witteberg. habita, *c.* 27, pag. 19.

(*e*) SCRIPTORIBUS, &c. ſcil. *Ænea Sylvio*, l. c., *Dubravio*, l. c., pag. 179, &c., *Lehmanno*, l. c., aliis.

(*f*) QUINQUE, &c. Ita *Dubravius*, l. c., lib. XXI, pag. 174: *Nullus autem Ordo in Bojemia erat, quem non mirifico gaudio Caroli in Patriam reditus* (ex Italia) *afficeret, propter eximias Ejus animi corporisque dotes; decora in corpore formæ dignitas; commoda proceritas; virilis firmitas membrorum; Ingenium liberale, come, & totum ad demerendos homines expoſitum; ſine ullo Interprete, ſive Latine, ſive Italice, ſive Gallice, ſive Germanice, ſive Bojemice ſermocinandum eſſet, &c.* Conf. *Jaſonis Mayni*, Equitis Romani, oratio ad *Maximilianum* Imper., cum nuptias celebraret, an. 1494, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 224; *Benevenutus de Rambaldis, Libr. Auguſtal.*, ibid. pag. 13; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, pag. 419; *Lehman. Chron. Spir.*, lib. VII, cap. 34, pag. 779. Add. ſeq. Tit. 5, §. 11, Ejus vita, v. 4.

(*g*) VITIIS, &c. Nemo enim ſine crimine vivit. In ſpecie de *Caroli* vitiis ſcribit *Æneas Sylvius*, cap. 33 *Hiſt. Bohem.*, pag. 139: *Clarus profecto Imperator, niſi Bohemici Regni gloriam magis, quam Romani Imperii quæſiviſſet. Illud quoque nomini ſuo non parvam immiſit maculam, quod Venceslaum, ex filiis ſuis natu majorem, in Imperio ſibi ſucceſſorem adhuc vivens ordinare conatus eſt, idque pecunia. Nam cum Principes Electores haud facile ad eam rem trahi poſſint, quod virtute obtinere non potuit, precio comparavit, promiſſis cuique Electori centum millibus aureis, quos cum repræſentare non poſſet, publica illis Romanæ Reipublicæ vectigalia obligavit, perpetuum Imperii malum. Hinc Romana poteſtas ad nihilum redacta, nec poſthac attollere caput Imperium potuit, cum Principes Electores omnia ſibi retinerent, Imperatoremque jurejurando adigerent, ne pignora revocaret, &c.* Coævus *Carolo* Scriptor, *Albertus Argentinenſis*, ad annum 1376, apud *Urſtiſium*, Tom. 2, pag. 166, de poſteriori hac macula ait: *Anno Domini* 1376, *feria tertia infra hebdomadam feſti Pentecoſtes, electus eſt Wenceslaus, filius Caroli Bohemi Imperatoris, in Romanorum Regem, Patre ſuo adhuc vivente, & eandem electionem fieri procurante, per omnes Imperii Electores concorditer, non ſine magna pecu-*

Digitized by Google

cunia. Quæ facta & celebrata eſt in Franckfort, in Eccleſia S. Bartholomæi Apoſtoli, &c. Idem docet *Chronicon Magdeburgicum*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.*, in vita *Petri de Brunna*, XXXI Archi-Epiſcopi, pag. 348: *Cui ſucceſſit filius ſuus, Wenceslaus, quem, eo vivente, in Regem Romanorum & Bohemiæ, fecit eligi, promittendo cuilibet Electorum centum millia florenorum, quæ cum poſtea ſolvere non potuit, Regalia eis pro his impignoravit, videlicet tholonia & vectigalia, & ſic Imperium nimium debilitavit, quod nequaquam reſpirare poteſt, &c.*; nec non *Mutius*, lib. 25 *Chron.*, pag. 255, ad annum 1370: *Incipit cogitare, quo pacto poſſet filium ſuum, Wenceslaum, Regem Romanorum facere: tentat igitur Principum Electorum animos, muneribus & officiis, allicere, ad ſuum filium eligendum. Sunt Authores, qui ſcribunt, ſingulis Electoribus Principibus centena millia florenorum promiſſa. Poſt electionem vero, cum Patri Carolo ſolvendo non eſſet, Principibus Electoribus obligaſſe, pignoris loco, vectigalia, oppida, & telonia Imperialia, &c.* Sic & *Cranzius*, lib. X *Saxon.*, cap. 3: *Karolus multa peregit, ut filius Ejus, Wentzlaus, Rex Bohœmiæ & Romanorum quoque Rex eligeretur; inde eviſceratum eſt Imperium. Reni vectigalia, quæ pro patrimonio erant Imperio, inde partita ſunt, ut unusquisque Electorum non modicum quid acciperet; deplumata eſt Aquila, ut in reliquum cæteris ſit animantibus contemptui: quid enim poteſt ſine pennis? &c.* Conf. idem, lib. VIII *Vandal.*, cap. 43, in fine, & lib. IX, cap. 6; *Dubravius*, lib. 22 *Hiſt. Bohem.*, p. 186; *Cuſpinianus*, in Ejus vita; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 46, ad an. 1370, p. m. 1018; *Rolewinckius*, *Faſcic. Tempor.*, ætat. 6, ad ann. 1354, p. m. 85; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, in vita *Caroli IV*, p. m. 433; *Morerus*, *Dictionaire*, voc. *Vencēslas*, p. m. 527; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in vita Caroli IV, pag. 422; *Spangenberg.*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 296, p. 346; *Lehman.*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 40, pag. 785; *Lambecius*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 8, pag. 817, in margine; *Conringius* ad *Lampadium*, part 2, paragr. XII, pag. 90, & part. 3, cap. 2, §. 6, pag. 116; *Europ. Herold.*, Tom. I, cap. 1, pag. 68; *Philip. Henricus Gotfart*, Diſſert. de *Regno Arelatenſi*, an. 1674, Præſide Dn. *Strauchio*, Jenæ habita, cap. 3, §. 6; Dn. *Johan. Franciſcus Berndes*, diſſ. Inaugur. de *Negotiis Capitulatione Cæſarea annullatis*, an. 1703 Halæ Magdeb. ventilata, cap. 3, §. 19, pag. 64; Dn. *Joh. Eberhard. Pregizer*, diſſert. Inaugur. de *Domanio S. R. J.*, Tubingæ, an. 1703 defenſa, *t.* 32. Addendum his nævis, quod *Cranzius*, lib. X *Saxon.*, cap. 3, tradit; *Idem Imperator Karolus, neſcio, ſi ad interpretationem verbi, quam nunc faciunt, bene Auguſtus, Imperii nervos exhauſit, viresque conſcidit. Sedecim in Suevia urbes, ſine medio recognoſcentes Imperium, vendidit vicinis Principibus; aliæ quatuordecim, cum intelligerent, conſpirarunt invicem, fœdere mutuo ſe conſtringentes, ut non ſe patiantur, in morem pecudum, venales exponi, &c.*; & paulo poſt: *Tum quoque nonnulli ex his, ſalva libertate ſolita, Principibus Auſtriæ ad protectionem ſe commendavere, non ut Dominis parituri, ſed ut Protectoribus viciſſim obſequuturi, &c.* Add. *Sebaſtianus Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. XIX, fol. 434: Anno Chriſti 1376, *macht Er* (Carolus IV) *mit Verwilligung der Churfürſten, ſeinen æltern Sohn*, Wenceslaum, *zum Römiſchen Kœnig; verhieß jedem Churfürſten hundert tauſent Gülden, deßhalben Er Ihnen verſetzt die Zoll am Rhein, und beſonder im Schwabenland Sechzehen Statt, ſo ohn Mittel an dat Reich gehærten, &c.*; & paucis interjectis: *Do dieſer Kayſer die Stett alle verſetzt, von dem Römiſchen Reich, verbünden ſich 14 Stett zuſammen, etlich nahmen den Hertzogen von Oeſterreich an, zu einem Schirmherrn, doch vorbehalten ihre Freyheiten, &c.* *Stumpfius*, in *Chron. Helvet.*, ad an. 1377, numerat 16 civitates, fœdere invicem junctas; ibi: *verband ſich die Statt* Gallen, *mit den Stetten*, Ulm, Coſtentz, Rotwyl, Wil, Uberlingen, Rutlingen, Memmingen, Biberach, Ravensburg, Lindow, Kempten, Kouffbüren, Leutkirch, Wangen, *und* Iſſni, &c. *Diß wort genant der Großbund, &c.* Conf. *Lehman*, l. c.; *Mylerus ad Rumelinum*, l. c., diſſert. 1, *t.* 3, lit. c, p. 14; Dn. *Datt*, lib. 1 *Rer. German.*, c. VI, §. 21, pag. 35; Dn. *Pregizer*, l. c.

(*b*) PESTILENTIOREM, &c. *Jacobus Spiegelius*, in *Scholiis* in lib. V *Ligurini*, *Guntheri Poëtæ*, de *Rebus geſtis Friderici Aenobarbi*, apud *Reuberum*, de *Scriptorib. Rer. German.*, p. m. 347, hanc in rem ſcribit: *Minimè vanam exiſtimant eorum opinionem, qui volunt illum nuper aſcitum à Carolo IV, quo peſtilentior peſtis nunquam alias contigit Germaniæ, ut ſæpius dicere ſolebat Heros ille maximus, multisque incomparabilis nominibus, Cæſar Maximilianus: quo cum Germanici Imperii corona tranquillitasque concidiſſe hactenus viſa eſt, &c.* In ſuſpicionem Eum venire, quaſi prodigus largitor Burgundiæ Regni Jure ceſſerit, in propatulo eſt. Audiamus *Theodoricum de Niem*, Verdenſem Epiſcopum, Virum gravem & coævum: *Ecce Carolus IV, Auguſtus, & Bohemorum Rex, hypocrita inſignis, & avaritia alter Craſſus, cum æquali pertinacia & calliditate, ad Imperii culmen aſcendit: & ecce, quales fructus attulit illi! nam quondam Ludovico Andegavenſi, Caroli, Francorum Regis, Germano, ſuisque heredibus, pro uno ſolenni prandio, ſibi, apud Villam Novam, prope Avenionem, præparato, Regnum Arelatenſe ab Imperio dimembrando ſive ſeparando, conceſſit, &c.*; cujus ſententiæ ſubſcribunt: *Aventinus*, lib. VII *Annal. Bojor.*, p. m. 639, ajens: *Galliam Narbonnenſem, quam Viennæ Principatum, Delphinatum, Regnum Arelatenſe vocamus, ab Imperio abalienavit*, (Carolus) *Johanni, ſororis ſuæ marito, Ejusque filio, Carolo V, Regibus Occidentalis Franciæ, tribuit. Sigismundus, filius Ejus, qui poſt rerum potitus eſt, approbavit. Diploma, in Bibliotheca Pariſiorum ampliſſima, quæ in Templo ſuburbano, D. Victori dedicato, extat, legi, anno abhinc duodeviceſimo, dum Lu-*

tetia Philoſophiæ operam navabam, &c.; Auctor *Paraleipomenon Conradi Urſperg.*, pag. 276; *Cruſius*, lib. 5 *Annal. Suev.*, part. 3; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 46, pag. 1019; *Michaël Coccinius*, de *Translatione Imperii à Græcis ad Germanos*, apud *Schardium* de *Juriſd. Imper.*, pag. 429; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 40, pag. 785; *Limnæus*, *Jur. Publ.*, lib. 1, cap. IX, §. 11, p. 125, & ad *Capitul. Caroli V*, Art. IX, verb. *dasjenige, ſo davon kommen, &c.*, §. 10, pag 167 & 168; infiniti alii. Crimen autem tale, non ſine ſumma injuria, Ei imponi, integra diſſertatione, cui tit: *Quod Carolus IV Auguſtus non diſſipaverit Imperii patrimonium, quatenus pertinet ad Regnum Arelatenſe*, an. 1684, quæque inter *Diſputationes ejus Hiſtoricas Civiles* locum occupat undecimum, probatum dedit Clariſſimus Dn. *Schurtzfleiſchius*. Quid per *Regnum* hoc intelligatur, docet *Gervaſius Tilberienſis*, dicti Regni, ſub *Ottone IV*, Mareſchallus, in *Otiis Imperial.*, cap. 10, de *Gallia*, Diſtinct. 2, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Rer. Brunſuic.*, pag. 914, verbis: *Narbonenſis Provincia, pars Galliarum, habet ab Oriente Alpes Cottias; inter quas, & mare ſunt hæ Provinciæ: Arelatenſis, quæ caput eſt Regni; Viennenſis, quæ Cancellaria Regni gaudet; Tarentaſienſis, Ebredunenſis, & Aquenſis; &, pro aliqua ſui parte, Lugdunenſis & Biſuntina, &c.*; & rurſus, l. c., cap. XII, pag. 922: *Regnum enim Arelatenſe, quod, ut eſt in antiquiſſimis Imperii regionibus*, (forte regiſtris) *continetur Biſuntina, Tarentaſienſi, Lugdunenſi; pro capite ſuo antiquiſſimo Vianenſi, Arelatenſi, Aquenſi, Ebredunenſi Provinciis circumcluditur, &c.* Hinc eſt, quod *Guilielmus Paradinus*, de *Antiquo Statu Burgundiæ*, pag. 53, plenius membra dicti Regni depingat, ajens: *Ditionem Burgundionicam exornarunt, ut hodie vocant, Ducatus Comitatusque Allobrogum, Sabaudiæ, Octodorenſium, Aſtenſium, (Nam Alpes quoque ſupergreſſos, ne ipſa quidem Italia temperantes, Scriptores commemorant) Auraſienſis, Pedemontenſis, Landgraviatus Alſatiæ, Comitatusque Sequanicus, (qui eſt hodie penes Cæſarem) Palatinatus Ferratenſis, (quem jam olim divulſum per aliquot annos, Patrum memoria, Carolus Dux à Sigismundo, Auſtriæ Archiſtratego, ſive ArchiDuce, Cæſaris Friderici Fratre, publico commercio redemit) Montis Bericardi, Quadrelenſis, Nivernenſis, Matiſconenſis, Cabilonenſis, (qui à Rege Ludovico Juniore, Regis Craſſi filio, legitur translatus in poteſtatem Ducis Burgundiæ) Antiſſiodorenſis, Turnodorenſis, Suniacenſis, Foreſtenſis, Valentinenſis, Avenionenſis, aliæque Ditiones permultæ, cujusmodi ſunt: Sebuſianorum, Salinenſium, Nuceriorum, Vindeliorum, Foſſinorum. Sunt, qui adjiciant Juga Helvetiorum, & quicquid fuit in amplexu Maxima Sequanorum, &c.* Audiamus *Coccinium*, l. c: *Regnum illud Arelatenſe continuit Delphinatum, Sabaudiam, Tractum Sequanorum, i. e., Comitatum Burgundiæ; item Tractum Helvetiorum. Conſtat enim, quod Duces de Zaringen Regnum illud Arelatenſe in feudum ab Imperio recognoverint. Et conſtat etiam, quod ipſi Tractum Bernenſium, & Lucernenſium tenuerint, cum & Friburgum in Nichtlandia* (Uchtlandia) *ipſi conſtruxerint, &c.* Brevior eſt *Cluverius*, *Introd. Geograph.*, lib. 2, cap. 13, §. 4: *Complectebatur utramque Burgundiam, Lugdunenſem Agrum, Delfinatum, Sabaudiam, & Provinciam, &c.* Add. *Spiegelius*, l. c., pag. 353, &c.; *Lehmannus*, l. c.; *Meibomius*, ad vitam *Johannis XXIII*, P. R., Tom. I *Rer. German.*, pag. 51; *Maderus*, Præf. *Otiis Imperialibus Gervaſii Tilberienſis* præfixa, fol. 30; *Conringius*, in *Additionibus ad lib.* 1, *de Finibus Imperii*, cap. 12, p. 72, &c.; B. Dn. *Strauchius*, *Diſſert. Exoter.* 2, §. 9; Dn. *Philippus Henricus à Gottfart*, Eq. Thuring., Diſſert. de *Regno Arelatenſi*, an. 1674, Dn. *Strauchio* Præſide, Jenæ habita, cap. 2, §. 1; Dn. D. *Titius*, *Specim. Jur. Publ.*, lib. 1, cap. 2, §. 58, &c., pag. 56. Loquimur hic de *Burgundico* Regno, quale *Carolingorum* ævo fuerit. En Summam! *Carolum Magnum*, & *Ludovicum Pium* Burgundiæ Dominos fuiſſe, extra dubium eſt. Diviſis poſtea, an. 843, *Viroduni*, inter hujus filios, Regni Provinciis, obtigit *Lothario*, natu maximo, præter Auguſtam Imperii dignitatem, Regnaque Italiæ, & urbem Romam, Lotharingia, & *tota Provincia*; vid. præced. pag. 56. Ingreſſo deinceps, an. 855, *Prumiam*, Monaſterium, Imperatore *Lothario*, filiorum Ejus natu minimus, *Carolus*, *Burgundiam Transjuranam*, & *Provinciæ Regnum* ſortitus eſt. (Regino ad h. a.) Enimverò, Principe hoc, anno 863, ſine prole mortuo, ſuperſtites ejus fratres, *Ludovicum* 2, Imperatorem, & *Lotharium*, Lotharingiæ, & *Burgundiæ Cis-juranæ* Regem, pingui hereditate defraudaturus eorum Patruus, *Carolus Calvus*, Occidentalium Francorum Rex, contra juratæ diviſionis *Virdunenſis* pactum, quo, ſeparato plane jure, Galliam obtinuit, in poſſeſſionem *Burgundici* Regni admitti voluit. Strenuè verò titulos ſuos propugnarunt Germani, donec *Lotharius* ex iis, an. 869, efflaverit animam. Confeſtim tunc *Gallus* ad priſtinos rediit conatus, *Reginone* teſte, ad h. a., ubi: *Carolus* (Calvus) *certa relatione comperiens, Lotharium Regem obiiſſe, mox illius occupare Ditionem nititur, Metasque perveniens, ab Adventio, præfatæ urbis Epiſcopo, & nonnullis aliis Primoribus favorabiliter exceptus, in Regnum ſublimatus, indeque digrediens, Aquisgrani Palatium ingreſſus eſt, eo, quod ſedes Regis eſſe videretur, ubi multo plures ad eum confluxere. - - - - Dum hæc in Regno Lotharii aguntur, Ludovicus Rex,* (Germaniæ, Calvi frater) *infirmitate detentus, in Bajoariorum finibus lecto decumbebat. Audiens itaque, à Fratre ſæpe dictum Regnum taliter invaſum, ægre tulit, &, cum omni feſtinatione, Legatos direxit, qui Eum obnixè rogarent, ut ab hac temeraria invaſione ceſſaret, nec ſolus indebita præſumptione uſurparet, quod utrisque, hæreditario jure, competebat, Regno decederet, quousque, Deo priſtinam ſoſpitatem reddente, venire poſſet, ut pariter colloquerentur, & de ejusdem Regni ſtatu, quod juſtitia & æquitatis jura dictabant, pari voluntate decernerent, &c.* Quæ lis, anno ſequenti, in *Procaſpide*, ſopita eſt, æquis partibus diviſo

inter

inter fratres *Lotharii* Regno; notari ex iſtis tabulis, quas apud *Pithoeum*, pag. 490, reliquoſque ſupra, pag. 59, hunc in finem adductos, integras habes, *Caroli* portio meretur: *Hæc eſt portio, quam Karolus de eodem Regno ſibi accepit: Lugdunum, Veſontium, Viennam --- Vivarias --- Salmoringum,* (Semurre in Ducatu Burgundico) *Lugdunenſe*, (le Lyonnois) *Viennenſe*, (le Viennois) *Vivarias*, (le Vivarez) *Ucetium*, (l'Uſez) &c. Inde enim conſtat, *Lotharium* pariter Burgundiæ Regem obiiſſe, &, poſt Ejus demum fata, ex Procaſpidana Transactione, *Carolum Calvum* hanc *Burgundici Regni* partem fuiſſe conſecutum, accedente reliqua, cum *Ludovicus* 2, Imperator, ſuperſtes defuncti *Lotharii* frater, & Jure hæres, Anno 874, vel 875 mundanis valediceret.

(2) Inſigni hoc auctus incremento Cæſar, *Carolus Calvus*, beneficiis aſſinem, *Boſonem*, ſibi devincturus, creat Eum Mediolani Ducem, ut *Aimoinus*, vel potius ejus *Continuator*, lib. V, cap. 32, apud *Freherum*, pag. 490, auctor eſt, verbis: *Anno* 876 --- *Roma exiens* (Carolus Imp.) *Papiam redut, ubi & Placitum ſuum habuit, &, Boſone, uxoris ſuæ fratre, Duce ipſius Terræ conſtituto, & corona Ducali ornato, cum Collegis Ejus, quos idem Dux expetiit, in eodem Regno relictis, per montem Jovis --- iter acceleravit, &c. Boſo vero, poſtquam Imperator ab Italia in Franciam rediit, Berengarii, Eurardi filii, factione, filiam Ludovici Imperatoris Hyrmengardem, quæ apud Eum morabatur, iniquo conludio in conjugium ſumpſit*, &c. Conf. *Annales Bertiniani*, ad an. 876, & *Pithœani*, ad an. 878, pag. 100. Brevi poſt *Provinciæ* addidit diadema; qua de re *Regino*, ad annum 877: *Carolus Senior Romam ſecundo profectus eſt ---- ab urbe Roma in Longobardiam reverſus eſt. BOSONI, Germanichildis* (Germano Richildis) *Reginæ, Hirmingardem, filiam Ludovici Imperatoris, in matrimonium jungit ---- dedit inſuper eidem Boſoni Provinciam, &, corona in vertice capitis impoſita, Eum Regem appellari juſſit, ut, more priſcorum Imperatorum, Regibus videretur dominari, &c.*; Et *Marianus Scotus*, ad an. 876: *Carolus Imperator Romam ſecundo profectus eſt, & ab urbe Roma in Pragam reverſus, Boſoni, Germano ſuo, Richildis Reginæ filio, Irmingardam, filiam Ludovici Imperatoris, cum maxima gloria uxoravit, deditque Ei Provinciam, &, corona capiti Ejus impoſita, Regem Eum juſſit appellare*, &c., qui locus & ipſe mendoſus; *Boſo* enim nec Germanus *Caroli* Imp. fuit, nec filius *Richildis*, ſed illius affinis, hujusque frater. Rectius hinc *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 878: *Carolus Imperator, Romam ſecundo profectus, Boſoni, Germano Uxoris ſuæ, neptem ſuam, filiam Ludovici Imperatoris, uxorem dedit, &, datâ Ei Provinciâ, in Regem Eum coronavit, ut etiam Regibus imperare videretur, &c.* Add. *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 877, pag. 205. Totum autem Burgundicum Regnum ei ceſſum non eſſe, argumento eſt ingratitudinis Ejus ſpecimen, erga Benefactoris liberos, *Carolomannum & Ludovicum Balbum*, quorum ſpreta ætate elatior, condito Cæſaris funere, totum demum iſtud Regnum occupare inſtituit. Favebat molitionibus ejus *Ludovici Balbi* obitus, cujus *Odoranni* Chronicon meminit, apud *Pithoeum*, pag. 214, ad annum 879: *Obiit Ludovicus, Rex Burgundionum, frater Karoli, &c.*, defuncti ſcil. Aquitaniæ Ducis; nam, ut *Reginonis* ad h. a. verbis utar, *Boſo, audita morte Ludovici, à Provincia egreditur, totamque Burgundiam occupare nititur. Denique nonnullos Epiſcopos, partim minis, partim ſuaſionibus, in ſocietatis foedera colligit, & Lugdunum ingreſſus, ab Aureliano, ejusdem Urbis Metropolitano, & aliis Pontificibus in Regem, ſuper præfatum Burgundiæ Regnum, inungitur, pro nihilo ducens Adoleſcentes filios Ludovici,* (Ludovicum & Carolomannum,) *& velut degeneres deſpiciens, eo, quod, juſſu Caroli, eorum Genitrix* (Ansgarda) *ſpreta, atque repudiata fuerit. Quæ res obtulit illi magis continuum clam odium, ac periculorum diſpendium, quam gloriæ & dignitatis emolumentum. Siquidem jam dicti Adoleſcentes, Ludovicus & Carolomannus, induſtria ac ſtudio Hugonis Abbatis, & aliorum Procerum in Regnum ſublimatorum, & eundem Boſonem, diebus vitæ ſuæ, omni inſtantia, ſunt perſecuti. Nec ſolum illi, verum etiam alii Reges Francorum, per ſuccedentia tempora, adeo graviter nomen Ejus tulerunt, atque exoſum habuerunt, ut irrecuperabili Ejus dejectione, & mortis exitio, non modo Principes ac Duces, ſed etiam eorum ſatellites, ſacramentis & execrationibus, obligarentur, &c.* Idem docet *Continuator Aimoini*, lib. V, de *Geſtis Francorum*, cap. 39, ad annum 879, apud *Freherum*, pag. 503: *Boſo, perſuadente uxore ſua, quæ nolle ſe vivere dicebat, ſi filia Imperatoris Italiæ, & deſponſata Imperatori Græciæ, maritum ſuum Regem non faceret, partim comminatione conſtrictis, partim cupiditate illectis, pro Abbatiis & villis, eis promiſſis, & poſtea datis, Epiſcopis illarum partium perſuaſit, ut ſe in Regem ungerent, & coronarent, &c.* Conf. *Marianus Scotus*, l. c.; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 880; *Otto Friſing.*, lib. VI *Chron.*, cap. VI, pag. 122. His tamen non obſtantibus, *Filii Ludovici, quondam Regis Francorum, profecti ſunt Ambianos, &, ſicut Fideles illorum invenerunt, Regnum Paternum inter ſe diviſerunt, id eſt: Ut Ludovicus, quod de Francia reſiduum erat, ex Paterno Regno, ſed & Neuſtriam, cum Marchiis ſuis, haberet; & Carlomannus Burgundiam & Aquitaniam, cum Marchiis ſuis, obtineret - - - indeque, cum exercitu ex Regnis ſuis, una cum ſeara Ludovici Regis Germaniæ, prædicti Reges, ordinatis, qui Regnum ſuum contra Nortmannos, in Ganto reſidentes, cuſtodirent, in Burgundiam, verſus Boſonem, per menſem Julium, à Tre-*

carum Civitate perrexerunt: Carolo Rege illuc eum exercitu ſuo in Boſonem venturo. In quo itinere ejectis de Caſtro Matiscano Boſonis hominibus, ipſum Caſtellum ceperunt, & eum Comitatum Bernardo, cognomento Planta Piloſa, dederunt, perrexeruntque ſimul Carolus, Ludovicus, & Carlomannus, ad obſidendam Viennam, in qua Boſo uxorem ſuam, cum filia, & magnam partem de ſuis hominibus relinquens, fugam ad montana quadam arripuit, &c. Hæc *Continuator Aimoini*, lib. 5, *de Geſtis Francor.*, cap. 40, ad an. 880, pag. 504; conſentientibus *Annalibus Pithoeanis*, h. a., pag. 103: *Cumque illi, qui de Villa Gundolfi, & illi, qui de prælio reverſi fuerant, in unum conveniſſent, pari intentione cum filiis Hludovici, contra Boſonem, in Galliam, pugnaturi perrexerunt, & Madaſconam Urbem expugnantes, Bernardum, qui in ea Principatum tenebat, in deditionem accipiunt. Buoſo vero fugiens ultra Rodanum fluvium, in urbe Vienna ſe tutatus eſt, &c.* Munitiſſimam tamen Urbem hanc & ipſam ad deditionem fuiſſe compulſam, innuunt ſequentia *Continuatoris Aimoini* verba, cap. 41, ad an. 882, pag. 505: *Menſe Septembrio nuntiatum eſt illi* (Carlomanno Regi) *certo nuntio, quia, captâ Vienna, uxorem Boſonis, & filiam ejus Richardus, frater ipſius Boſonis, ad Comitatum ſuum Auguſtidunenſem adductam habebat, &c.*; & ſic *Boſo* totius Burgundiæ cis-Araricæ jacturam fecit; de qua ſine dubio accipienda, quæ ibidem, l. c., pag. 507, traduntur: *Odonem Franci, Burgundiones, Aquitanienſesque Proceres, congregati in unum, licet reluctantem, Tutorem Caroli pueri,* (Simplicis) *Regnique elegere Gubernatorem, quem unxit Galtherius, Archi-Epiſcopus Senonum, &c.* Eandem forte Burgundiæ partem tunc *Boſonis* frater, *Richardus*, in præmium, durante *Viennenſi* obſidio, ſtrenuè navatæ operæ, obtinuit, inde *Burgundiæ Dux* nominatus, de quo idem Auctor l. c. ait: *Obeunte*, (laudato Odone) *recepit Regnum* (Galliæ) *Carolus Puer, qui vocabatur Simplex, filius Ludovici. Sub ipſo tempore venerunt Normanni in Burgundiam, ad S. Florentinum: Occurrit autem illis Richardus, Dux Burgundiæ, cum ſuo exercitu, in Territorio Tronoderenſi, irruensque in eos, percuſſit multitudinem ex eis, in ore gladii, & reliqui fugerunt, &c.* Conf. *Albericus, Monachus trium fontium*, an. 904, pag. 243; *Richardum* hunc, circa annum 920, vel 921 efflaſſe animam, *Continuatore Aimoini*, lib. V, cap. 42, apud *Freherum*, pag. 509, & *Frodoardi Chronico*, ad an. 921, ap. *Pithoeum*, pag. 112, probari poteſt. Provinciam vero *Arelatenſem*, cum Metropoli ejusdem nominis, in fide & ditione *Boſonis* manſiſſe, veritati perquam conſentaneum eſt, ſumta inde appellandorum Regum occaſione, ut, qui hactenus *Burgundici*, poſthac *Arelatenſes*, novo nomine, vocarentur, ævo licet *Carolino* titulus hic, ſolemni Curiæ ſtylo, nondum fuerit receptus. Obiit tandem *Boſo* circa an. 889, Pater (1) LUDOVICI, vulgò *Boſonidis*, ex *Hermengarda* nati, creatique, contra *Berengarium*, Romanorum Regis, de quo mox plura;

(1) Conjugis *Carolomanni*, Burgundiæ & Aquitaniæ Regis, cujus modo facta mentio. Vid. *Continuator Aimoini*, lib. V, cap. 37, in fine, pag. 500. De hactenus dictis conf. *Guilielmi Paradini Hiſtor. Burgund.*, lib. 1, pag. 105, &c.; *Maderi* dicta *Præfatio in Gervaſium; Goldaſti Epiſt. Dedicator. Der Reichshandlungen*, unde ſua hauſit *Limnæus*, ad lib. I *Jur. Publ.*, cap. IX, pag. 80, &c.; Dn. *Strauchius*, l. c.; Illuſtr. Dn. *Coccejus, Jur. Publ. Prudent.*, cap. 5, ſect. 2, §. 23, pag. 115, &c; Dn. à *Gottfart*, l. c., cap. 2, §. 4; Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch, de Veteri Regno Populoque Burgundionum*, Cap. VI, pag. 73, &c. Antequam hinc abeam, examini tuo relinquendum cenſui, amice Lector! num ad *Boſonem* noſtrum non alludere videatur vetuſtiſſimus ille Poëta, cujus Ἐπινίκιον, Rhythmo Teutonico, *Ludovico* Regi acclamatum, cum de Nortmannis, an. 881, triumphum duceret, R. P. Dn. *Johannes Mabillon*, ex Codice MS. Monaſterii Elnonenſis, ſive S. Amandi, in Belgio, deſcripſit, & B. Dn. *Joh. Schilterus*, anno 1696, interpretatione Latina, & commentatione hiſtorica, Argentorati, illuſtravit, §. 2, pag. 10, canens:

Deß warth ihme ſehr Boß.

Quæ quidem Dn. Schilter vertit: *Id quod Ipſi erat valde noxium*; pag. 33 verò hæc eadem de *Boſone* interpretatur.

(3) Defuncto, An. 888, *Carolo Craſſo*, inquit *Regino*, ad h. a., *Regna, quæ Ejus ditioni paruerant, veluti legitimo deſtituta hærede, in partes à ſua compage reſolvuntur, & jam non naturalem Dominum præſtolantur, ſed unumquodque de ſuis viſceribus Regem ſibi creare diſponit --- Per id tempus RUDOLPHUS, filius Conradi, Nepos Hugonis Abbatis, de quo ſupra meminimus, Provinciam, inter Juram, & Alpes Penninas, occupat, & apud S. Mauritium, accitis ſecum quibusdam Primoribus, & nonnullis Sacerdotibus, coronam ſibi impoſuit, Regemque ſe appellari juſſit. Poſt hæc mittit Legatos, per univerſum Regnum Lotharii, &, ſuaſionibus pollicitationibusque, Epiſcoporum ac Nobilium mentes in ſui favorem demulcet. Quod cum nunciatum eſſet Arnolpho, illico cum exercitu ſuper Eum irruit. Ille, per artiſſima itinera, fuga dilapſus, in tutiſſimis rupium locis ſalutis præſidium quæſivit, omnibusque diebus vitæ ſuæ Arnolphus, & Zundibaldus, filius Ejus, eundem Rudolphum perſecuti ſunt, nec tamen Eum lædere potuerunt, &c.* Ejusdem tenoris ſunt *Annales Fuldenſes*, h. a: *Rex Arnolfus, Urbe Radiſpona receptis Primoribus Bajowariorum, Orientales Francos, Saxones, Duringos, Alamannos, magna parte Sclavanorum, Natalem Domini & Paſcha ibidem honorifice celebravit. Illo diu morante, multi Reguli in Europa,*

&

Digitized by Google

& Regno Karoli, ſui patruelis, excrevere. Nam Berengarius, filius Eberhardi, in Italia ſe facit Regem. Rudolfus vero, filius Chuonradi, ſuperiorem Burgundiam apud ſe ſtatuit Regaliter retinere. Inde itaque HLUDOWICUS, filius Buoſeni, & Wito, filius Lamberti, Galliam Belgicam, nec non Provinciam, prout Reges, habere propoſuerunt. Odo, filius Rodberti, usque ad Ligerim fl., & Aquitanicam Provinciam, ſibi in uſum uſurpavit, &c. Conf. Ethelwerdi Chronicon Angl., apud Savile, p. m. 846, ad An. 887: Partitur Regnum (poſt fata Caroli Imp.) in quinque; Regesque totidem functi in eodem: attamen permiſſu fiunt Earnulfi (Arnolfi) cuncta, nec non promittunt, ſe eſſe Ejus ſub manu, dominiique juvantes, ideo, quoniam non eſſent, ſicut ipſe, ſulco de paterno nullus iorum; habitavitque, poſt functionem Regni, in parte orientali fluvii Hreni. Hrodulfus vero medias partes Regni; Odda quoque Occidentalem partem; Beorngar etiam cum Witha Longobardorum Regnum obtinuere, &c.; Nec non Aſſer Menevenſis, in vita Aelfredi, Anglorum Regis, ad an. eundem: Eodem anno (887) Farlus (Carolus) Francorum Rex, viam univerſitatis adiit. Sed Earnulf, (Arnolfus) filius fratris ſui, ſexta, antequam defunctus eſſet, hebdomada, Illum Regno expulerat. Quo ſtatim defuncto, quinque Reges ordinati ſunt, & Regnum in quinque partibus conſciſſum eſt. Sed tamen principalis Sedes Regni ad Earnulf, juſte & meritò, pervenit, niſi ſolummodo, quod in Patruum ſuum indignè peccavit. Ceteri quoque quatuor Reges fidelitatem & obedientiam Earnulfo, ſicut dignum erat, promiſerunt. Nullus enim Eorum quatuor Regum hæreditarius illius Regni erat in paterna parte, niſi Earnulf ſolus. Quinque itaque Reges confeſtim, Farlo moriente, ordinati ſunt. Sed Imperium penes Earnulf remanſit. Talis ergo illius Regni diviſio fuit. Nam Earnulf Orientales Regiones Hreni fluminis; Hrodulf (Rudolphus) quoque internam partem Regni accepit: Oda etiam Occidentale Regnum; Beorngar & Witha Langobardiam, nec non & illas Regiones, quæ in illa parte Montis ſunt. Et tamen tanta & talia Regna perſæpe devaſtaverunt invicem, & unusquisque alterum expulit de Regno, &c. Add. Chronicon Laureshamenſe, ad An. 883, ap. Freherum, T. I Rer. German., pag. 67; Sigebertus Gemblac., ad an. 890; Gotfridus Viterbienſ., part. 17 Chron., p. m. 468, &c.; Otto Friſing., lib. 6 Chron., cap. IX, X, & XI, pag. 123; Ademarus, Monachus S. Eparchii, Chron., apud Labbeum, T. 2 Biblioth. MS., pag. 163; Chronicon S. Maxentii, vulgò Malleacenſe, ibid., pag. 200, quæ duo tamen correctione egent; Albericus, Monachus trium fontium, ad an. 890, p. m. 221, &c., qui Regis noſtri Patrem Richardum vocat, inquiens: Notandum, quod in Collectaneo S. Benigni Divionenſis legitur, quod Dux Burgundiæ, Richardus, tres habuit filios, Regem, de quo nunc agitur, Rodulphum, & Hugonem, Inferioris Burgundiæ Ducem, Capito cognominatum, & Boſonem, Vitriaci Comitem. Fuerunt autem hi Nepotes Superioris Boſonis, &c. Confundit autem Rudolphum 2 cum primo. Infenſus Ei valde erat Arnolfus, ſine dubio, quod, ſe inſcio, coronam uſurpaverit, quam dare penes ſe eſſe, putabat, hinc etiam, adverſus Eum, Eliſaciam progreditur, inde ad Eum miſſo Alamannico exercitu, Ipſe, per Franciam, Bajowariam reverſus. Rudolphus enim inito conſilio cum Primoribus Alamannorum, ſponte ſua ad Regem, Urbem Radaſponam usque, pervenit, multaque inter illos convenienter adunata, Ipſe à Rege cum pace permiſſus, (dimiſſus) ſicut venit, ad ſua remeavit, &c. Hæc Annales Fuldens., an. 888; non obſtante autem compoſitione hac, recrudeſcente inter eoſdem ſimultate, laudatus Rex Arnolfus ex Italia redux, an. 894, per Alpes Penninas, Galliam intravit, & ſanctum usque Mauricium pervenit, Rudolpho, quem quærebat, nocere non potuit, quia montana conſcendens, in tutiſſimis locis ſe abſconderat. Regionem, inter Juram & Montem Jovis, exercitus graviter aſtrivit. Poſt Wormatiam venit, ibique Placitum tenuit --- ſoluto Conventu, cum ad Loraham idem Princeps veniſſet, Ludovico, filio Boſonis, Matre Hirmingarde interveniente, quasdam Civitates, cum adjacentibus Pagis, quas Rudolphus tenebat, dedit. Sed & hoc ei in vacuum ceſſit, quia eas nullo modo de poteſtate Rudolphi eripere prævaluit, &c. Hæc Regino, h. a., ab Alberico, Monacho trium fontium, pag. 233, non ſatis accuratè, ad annum 897 relata. Idem deinceps Ludovicus, Provinciæ Regulus, Anno 901 Italicum Solium conſcendit. Occaſionem ita enarrat Regino, l. c: Eodem anno, (894) Guido, qui Italiam regebat, & Imperatoris tenebat nomen, moritur, Lambertus, filius Ejus, Regnum obtinuit, & Romam veniens, diadema Imperii à Præſule Sedis Apoſtolicæ Ei imponi fecit, &c. conf. Luitprandus, lib. I Hiſt., Cap. X, apud Reuberum, pag. 99; Marianus Scotus, an. 895; Otto Friſing., lib. VI Chron., cap. 12; Godefridus Viterbienſ., part. 17 Chronic., pag. 469. Re cognita, Anno Dominicæ Incarnationis 896 Arnolphus ſecundò Italiam ingreſſus, Romam venit, & Urbem Romanam, cum conſenſu Summi Pontificis, armis cepit --- Civitatem ingreſſus, à Formoſo, Apoſtolicæ Sedis Præſule, magno honore ſuſceptus, ante confeſſionem S. Petri coronatus, Imperator creatus eſt. Inde revertens, paralyſi, morbo gravatur, ex qua infirmitate diu langueſcit. Eodem anno Lampertus, filius Guidonis, de quo ſuperius mentionem fecimus, vita decedit, & Ludovicus, filius Boſonis, à Langobardis invitatus, à Provincia egreſſus, Italiam intrat, &c. Hæc iterum Regino, h. a. Immemor Inaugurationis hujus, indiſtinctè ſcribit Luitprandus, lib. 2, cap. X, pag. 108: Dum hæc aguntur, Italienſes pene omnes Ludovicum quendam, Bur-

gundionum genitum proſapia, nunciis directis, invitant, ut ad ſe veniat, Regnumque Berengario auferat, ſibi obtineat. Hujus vero tam turpis ſceleris Autor Adelbertus, Iporegiæ Civitatis Marchio, erat. - - - - hujus itaque, aliorumque, ac nonnullorum Italienſium hortatu, præfatus Ludovicus in Italiam venit. Cui mox Berengarius, ut audivit, obviam venit. Quumque Ludovicus Berengario, ſibi obviam venienti, magnas adeſſe copias, ſibi vero paucas, cerneret, jurejurando ei, hoc terrore compulſus, promiſit, ut, ſi ſeſe dimitteret, quibuſcunque promiſſionibus accitus, amplius in Italiam non veniret. Fecerat namque ſibi Berengarius, plurimis collatis muneribus, Adelbertum, Tuſcorum præpotentiſſimum Marchionem, valde fidelem, atque ideo Ludovicus tam facile eſt expulſus. Modica vero temporis tranſcurſa intercapedine, Rex Berengarius nominato Adelberto gravis eſt viſus. Cui rei Berta, conjunx ſua, Hugonis Regis, qui noſtro poſt tempore in Italia regnavit, mater, non modice fomitem miniſtravit. Unde factum eſt, ut, conſulto eodem Adelberto, Marchione, cæteri Italienſes Principes, propter eundem Ludovicum, ut advéniret, tranſmitterent. Qui, cupiditate regnandi, oblitus jurisjurandi, venit concitus in Italiam. Videns itaque Berengarius, quod Ludovicus tam ab Italienſium, quam à Tuſcorum ſuſciperetur Principibus, Veronam profectus eſt. Ludovicus vero, cum Italienſibus, eum proſequi non deſiſtens, Verona etiam Illum expulit, totumque Regnum ſibi ſtrictiter ſubjugavit, &c. Re vera autem *Arnolfum* Romæ fuiſſe coronatum, ſat illuſtrant *Annales Fuldenſes*, ad an. 895. p. m. 52: *Omnibus in pugna par voluntas, nec mora advenerunt murum lapidibus, defenſores murorum depellunt, multitudo virorum portis ſe conſtipat, alii ſecuribus & ſpadis portam & vectes ferratos incidunt, alii murum perfodiunt, alii per ſcalam muros aſcendunt, ſicque, Dei providentia, firmiſſima & nobiliſſima urbs, nullo, ex parte Regis, de tanto exercitu ſuccumbente, jam veſperaſcente die, nobiliter cum triumpho expugnata eſt, Apoſtolico, & urbe de inimicis liberato. Omnis namque Senatus Romanorum, nec non Græcorum Schola, cum vexillis & crucibus, ad Pontem Milvium venientes, Regem honorifice, cum hymnis & laudibus, ſuſcipientes, ad urbem perduxerunt. Jam Apoſtolicus, paterno amore diligendo Regem, ante paradiſum, loco, qui dicitur Gradibus S. Petri, ſuſcipiens, & honeſte ad Baſilicam BB. Principum Apoſtolorum, lætificando, introduxit, &, ſecundum morem Anteceſſorum ſuorum, Imperialem conſecrationem capiti ſibi imponens, Cæſarem Auguſtum appellavit; diſpoſitis ibi multimodis rebus, omnis Romanorum Populus, ad S. Paulum, cum juramento Imperatori fidem promittentes. Juramentum vero illud, ne quem lateat, hic inſerere propoſuimus: Juro, per hæc omnia Dei miſteria, quod, ſalvo honore, & lege mea, atque fidelitate Domini Formoſi Papæ, fidelis ſum, & ero, omnibus diebus vitæ meæ, Arnolfo Imperatori, & nunquam me, ad illius infidelitatem, cum aliquo homine ſociabo, & Lamberto, filio Agildrudæ, & ipſi matri ſuæ, ad ſecularem honorem, nunquam adjutorium præbebo, & hanc Civitatem Romam ipſi Lamperto, & Matri ejus, Agildrudæ, & eorum hominibus, per aliquod ingenium, aut argumentum, non tradam, &c.* Eadem docent *Hermannus Contractus*, ad an. 896, apud *Urſtiſium*, pag. 309; *Marianus Scotus*, h. a.; *Otto Friſing.*, lib. VI *Chron.*, cap. 13, pag. 124; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Godefridus Viterbienſ.*, l. c., pag. 469; *Annales Hildesheimenſes*, h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Rer. Brunſvic.*, p. 717; *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 147; *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, ad an. 897; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 898, pag. 234; *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3 *Speculi Hiſtorialis*, lib. 24, cap. 56.; *Albertus Stadenſis*, an. 896; *Conradus Urſpergenſ.*, h. a., pag. 142; Et, ex Recentioribus, *Sigonius*, *de Regno Italiæ*, lib. 6, ad an. 896, pag. 234. Incaute aſſerit *Luitprandus*, lib. 1, cap. 9, & 10, *Widonem*, non ſolum poſt captam ab *Arnolfo* Romam, fuiſſe adhuc in vivis, ſed &, redactâ penitus in ordinem Italiâ, revertentem Auguſtum cum exercitu fuiſſe inſecutum; nec ulla ratione, ex hoc loco, *Reginonem* & aſſeclas, quorum ſententiâ *Wido* an. 894 obiit, corrigendos arbitratur *Baronius*, Tom. X Annal., ad an. 899, pag. 628, lit. D; reclamantibus geſtorum eventorumque Commentariis omnibus; majori longè jure, ob hunc ipſum errorem, carpit Illuſtr. Dn. *Leibnitius*, l. c., pag. 249, lit. 11, *Panegyriſtam Berengarii*, lib. 2, qui, pari confuſione, res, priori *Arnolfi* expeditione Italica, an. 894, geſtas, miſcet iis, quæ an. 896, cum Roma poteretur, & ſolenni more à Papa inaugurаretur, contigerunt. Quicquid ſit, redeunte in Germaniam *Arnolfo*, novas in Italia *Berengarius* turbas ciebat, *Ludovicum*, *Boſonis* filium, inde deturbaturus. Meminit earum *Marianus Scotus*, ad an. 898: *In Italia, inter Ludovicum, filium Boſonis, & Berengarium, multa certamina ſunt geſta, &c.* Plura addit *Regino*, h. a: *Inter Ludovicum & Berengarium in Italia plurima congreſſiones fiunt: multa certaminum diſcrimina viciſſim ſibi ſuccedunt. Noviſſimè Ludovicus Berengarium fugat, Romam ingreditur, ubi à Summo Pontifice coronatus, Imperator appellatur, &c.* Momenta temporum rectè expendens *Sigonius*, l. c., pag. 241, 242, & 243, *Ludovicum* tradit an. 898 in Italiam vocatum, &, proximè ſequenti, eo venientem à *Berengario* in eas fuiſſe compulſum anguſtias, ut eandem ejuraret; nihilominus, poſt obitum *Arnolfi*, creſcente *Berengarii* ſuperbia, denuo, an. 900, invitatum, *Adelberti*, Tuſciæ Marchionis potentiſſimi favore, cedente *Berengario*,

Papi-

Google

Papiam ingreſſum, magna Principum & Populorum gratulatione, Regiis inſignibus exornatum eſſe, annoque 901, à *Benedicto* Papa, Romæ, corona auctum. Ita quoque ſe habet *Chronologia* Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 256, in *Panegyricum Berengarii*, ad annos 899 & 901. Quæ ſufficiunt, ad conſignanda tempora, & intelligenda præmiſſa *Luitprandi* verba, lib. 2, cap. X, nec non dictam inaugurationem ad annum 905 referentes *Marianum Scotum*, h. a., *Ottonem Friſing.*, l. c., cap. 15, pag. 125, *Godefridum Viterb.*, l. c., &c. Videamus jam triſtem *Ludovici* exitum, quem *Regino*, ad ann. 904, ita depingit: *Ludovicus, filius Boſonis, quem ſupra meminimus Imperatoris nomen eſſe ſortitum, Berengarium de Italia expulit, atque omne illud Regnum ſuæ Ditioni ſubegit. Cernens autem, nullum eſſe, qui poſſet nocere, ultra quam oportebat, de ſecuritate præſumens, ea, quæ pacis & quietis ſunt, cœpit cogitare. Abſoluto itaque exercitu, cum perpaucis Veronam ingreſſus eſt, adhortante Adelhardo, præfatæ urbis Epiſcopo. Cives autem hoc Berengario, ſumma cum feſtinatione, notum fecerunt, qui in eo tempore in Bajoaria exulabat. Ille nil moratus, contractis undique copiis, Veronam pervenit, atque improvidum Virum dolo cepit, & captum luminibus privavit: ſiquidem Cives, qui partibus Ejus favebant, portas Civitatis Ei aperientes, Eum nocturno tempore intra muros receperunt, & inſperatò, & abſque præmeditatione, Ludovicus non ſolum Regno, ſed & oculis privatus eſt. Tandem itaque Berengarius Regnum Italiæ, multis cædibus cruentatum, infauſtis infortunatisque præliis diu quæſitum, cum hujuſcemodi triumpho, obtinuit, &c.* Suffragatur *Luitprandus*, lib. 2, cap. XI, pag. 109, & 110; nec non *Marianus Scotus*, l. c.; *Otto Friſing.*, l. c.; & *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c., pag. 470, qui tres eundem annum 905 proferunt; *Sigebertus Gemblacenſis* verò, & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, pag. 253, & 254, id contigiſſe putant an. 915, quod omnino erroneum. Si fidem *Sigonio* adhibeamus, l. c., pag. 244, cæcatus fuit *Ludovicus* jam an. 902, ſimulque abdicare ſe Regno coactus; conf. Dn. de *Leibnitz*, l. c., ad an. 902. Reliqua Ejus fata exprimit *Maderus*, in *præfatione* ad *Gervaſii Tilbérienſis Otia Imperialia*, p. 21, ut & Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Veteri Regno Populoque Burgundionum*, cap. VI, §. 3, pag. 79; de quibus vid. ſequ. v. 4. Vt ad ipſum *Rudolfum*, Superioris Burgundiæ, ſive Juranæ, ſive, ut aliis vocatur, Galliæ Ciſalpinæ Regem, revertamur; obiit ille an. 912, *Hermanno Contracto* teſte, h. a., apud *Urſtiſium*, p. 311, ubi: *Ruodolphus, Rex Burgundiæ, obiit, pro quo Ruodolphus filius regnavit annis 25, &c.* Sed *Alberto Stadenſi* placet annus 914.

(4) RUDOLFUM 2, anno 912, in Jurana, ſive Superiori Burgundia, primo ſucceſſiſſe, modo monitum eſt. De terminis iſtius Regni ſcribit Dn. *Schurtzfleiſch*, l. c., pag. 80: *Complectebatur Helvetios Orientales, (occidentales enim Cis-juranæ annumerantur) partem Allobrogum, ubi Sabaudi colunt, Brisgoviam, Suntgoviam, Uchtlandiam, Cremerlandiam, & Præfecturam Tigurinam, ubi ſiti ſunt Cantonum, qui vocantur Pagi, &c.* Quæſtio eſt de Principis hujus Parente; *Hermannus Contractus*, ut jam audivimus, &, ex Recentioribus; *Conringius*, lib. 1, de *Finibus Imper.*, cap. XII, §. 8, pag. 109, Eum filium conſtituunt *Rudolfi primi*; & quidem recte, cum Richardus, cujus Aſſo Dervenſis meminit, Pater fuerit Rudolfi, Anti-Regis Galliæ, & Hugonis Capeti, cogn. Nigri, Ducis Burgundiæ; aſt *Aſſo*, *Dervenſis* Abbas, ſcriptor coævus, in vita S. *Berchárii*, *Altivillarenſis* Abbatis, lib. 2, cap. 5, apud *Surium*, 16 Octob., pag. 276, Patrem ejus *Richardum* vocat; ibi: *Regimine Rodulfi, filii Nobiliſſimi Richardi, Burgundiæ Ducis, &c.* ejuſdem ſententiæ eſt *Frodoardus*, in *Chronico*, ad an. 922, apud *Pithœum*, pag. 113: *Robertus igitur, ſuper Maternam fluvium, Rodulfo, filio Richardi, genero ſuo, procedit obviam ---- Robertus etiam, præfato Rodulfo cum Burgundionibus veniente, fluvium tranſiens ſubter Sparnacum, non longius tribus leugis ab exercitu Karoli, caſtra metatus eſt, &c.*, & paſſim alibi; nec non *Continuator Aimoini*, lib. V, cap. 42, pag. 509; de quibus mox; ut adeo de hoc *Rudolfo* intelligenda veniant, quæ *Monachus trium fontium*, *Albericus*, ad an. 890, pag. 221, ex *Collectaneo S. Benigni Divionenſis*, *Rudolfo* primo vindicat, verbis, præc. v. 3, extantibus. Quoad fata Ejus, notum eſt, inter Eum, & Alamannorum Ducem, *Burchardum*, exortum bellum, de quo *Hermannus Contractus*, ad an. 919: *Burchardus, Dux Alemanniæ, Rodolphum Regem, apud Winterturum pugna vicit, &c.*; & *Hepidannus*, cœnobita *S. Galli*, in Chronico, ad h. a: *Ruodolfus Rex, & Purchardus, Dux Alamannorum, pugnaverunt ad Wintertura, & Rex ſuperatus eſt, &c.* Victoria hæc origo fortè fuit conjugalis vinculi, quo dictus Rex, poſt obitum prioris Conjugis, *Emmæ*, *Burchardo* natam, *Bertam*, ſibi devinxit, *Luitprando* teſte, lib. 2, cap. 16, pag. 113, ubi: *Rodolfus, Rex ſuperbiſſimus, Burgundionibus imperabat, cui in augmentum potentiæ hoc acceſſit, ut potentiſſimi Suevorum Ducis, Burchardi, filiam, nomine Bertham, ſibi conjugio copularet, &c.* Annum 922 exprimit *Hepidannus*, l. c: *Ruodolfus, Rex, filiam Purchardi Ducis accepit, &c.* Conf. *Frodoardus*, l. c., *Albericus*, ad ann. 923, & 925, pag. 259, & 262. Idem circa tempus, de Regno Galliæ invicem certantibus *Roberto*, & *Carolo Simplice*, & priori in Sueſſionenſi prælio occiſo, *Karolo trans Moſam refugiente, Rodulfum cuncti eligunt. Rodulfus, filius Richardi, Rex, apud urbem Sueſſionicam, in monaſterio S. Medardi, conſtituitur, &c.* Hæc *Frodoardus*, ad an. 923, pag. 117; add. *Odorannus*, ad an. 922, apud *Pithœum*, p. 215: *Robertus Princeps unctus in Regem. Eodem Anno, 17 Kal. Jul. in bello interfectus eſt. Karolus Rex victor reverſus, ab Heriberto, infidelium nequiſſimo, ſub fictæ pacis ſimulatione, Parona, caſtro, captivus detinetur; Illic poſitus Karolus Anno 923 Rodulfum, Nobilem filium Richardi, Principis Burgundionum, una cum conſilio Hugonis Magni, Francorum Ducis, & Procerum Francorum, in Regno ſublimavit, &c.* Apud *Continuatorem Aimoini* cuncta clarius deſcribuntur:

Mortuo prædicto Duce Richardo, ſecundo anno poſt mortem ejus rebellavit Robertus Princeps, contra Carolum Simplicem: & quia pars ei regiminis, quam Germanus ſuus, Odo, Francorum Rex, tenuit, non redhibebatur, palam tyrannidem invaſit. Qui magis cupiens eandem tyrannidem exercere, à quibuſdam Epiſcopis diademate ſe Regio coronari, ac ſceptro Regni inſigniri, ac inungi, partim blanditiis, partim minis extorſit. Sed nequaquam hujus præſumptionis lætos habuit exitus. Nec dum enim expleto anno, factum eſt bellum, apud Sueſſionenſem Civitatem, inter Carolum Simplicem, & ipſum Robertum, ubi ipſe Robertus à Ducibus Caroli interfectus eſt, licet exercitus Ejus victoriam obtinuerit, Ipſe tamen nefariæ temeritatis pretium luit. Nec tamen ſocii defectionis Ejus territi, perfidiæ deſeruere contumaciam. Carolo itaque à cæde revertente, occurrit Ei Herbertus, Comes Virmandenſis, iniquorum nequiſſimus, & fictæ pacis ſimulatione deceptum, in Parronanſe caſtrum hoſpitandi gratia compulit, & ſic Eum dolo captum tenuit, vinculiſque irretitum tenebroſo domicilio recluſit. Habebat enim idem Robertus ſupradictus ſororem hujus Herberti, de qua natus eſt Hugo magnus. Et quia ſtatus Regni, ſine Principe, agebatur in incertum, ideo Carolus, poſitus in cuſtodia, Rodulfum, filium Richardi, Ducis Burgundionum, quem de ſacro fonte ſuſceperat, cum conſilio Hugonis Magni, filii ſupradicti Roberti, & Procerum Francorum, in Regem ordinari præcepit, unctuſque eſt in Regem Rudolfus Sueſſionis. Carolus autem, poſt longam carceris macerationem, defunctus eſt in ipſa cuſtodia, &c. Conf. *Reginonis* Contin., ad an. 922, & 925; *Sigebertus Gemblac.*, ad annos 922, 924, & 926; *Albericus*, ad eoſdem, pag. 258 ad 263. Hæc dum aguntur, oritur anno 920, occaſione *Lamberti*, Mediolanenſium conſtituti Præſulis, ſeditio in Italia, adverſus *Berengarium* Regem, *Adelberto*, Eporegiæ Marchione, *Olderico*, Comite Palatii, Gileberto Comite, aliiſque terræ Dominis auctoribus, quorum conſenſu *Rodolphus, Rex Burgundionum, ab Italienſibus, ad regnandum, contra Berengarium, invitatus, conſerta cum Berengario pugna, eoque victo & expulſo, Regnum Italiæ tribus annis tenuit*, ſunt verba *Sigeberti Gemblac.*, ad an. 924, quæ repetit *Albericus*, ad an. 923, pag. 259, auctoritate niſus *Luitprandi*, lib. 2, cap. 16, p. 113, dicentis: *Italienſes, nunciis directis, hunc* (Rodolphum) *ad ſe venire, Berengarium vero expellere petunt, &c.*, & cap. 17: *Adelbertus, cæterique, qui cum illo rebelles extiterant, accepti immemorem* (immemores) *beneficii, ad Rudolphum, ut adveniat, dirigunt. Profectus itaque eodem Gilibertus, ante triginta dies in Italiam Eum adventare coëgit. Qui ſuſceptus ab omnibus, nil Berengario, ex omni Regno, præter Veronam, dimiſit, totumque tenuit per triennium viriliter Regnum, &c.* Enimvero, ad priſtinam inconſtantiam redeuntibus Italis, *Rex Rodulfus quibuſdam bonus, aliis gravis eſt viſus. Unde factum eſt, ut totius Regni media pars Populi Rodulfum, media Berengarium vellet; parant itaque Civile bellum non modicum, &c.* Hæc idem *Luitprandus*, l. c., addens cap. 18, pag. 114: *Dederat Rex Rodulphus Waldradam, ſororem ſuam, tam forma, quam ſapientia, quæ nunc uſque ſupereſt, honeſtam Matronam, Conjugem Bonifacio, Comiti potentiſſimo, qui noſtro tempore Camerinorum ac Spoletinorum extitit Marchio. Hic, collecta multitudine, cum Gariardo Comite, Rudolfo Regi in auxilium veniebat, atque, ut erat vir tam callidus, quam audax, maluit potius, in inſidiis poſitus cum ſuis, rei exitum expectare, quam primum belli impetum ſuſtinere. Jam Rodulfi pene omnes milites fugerant, & Berengarii, dato victoriæ ſigno, colligere ſpolia ſatagebant: quum Bonifacius, atque Gariardus, ſubito ex inſidiis properantes, hos tanto levius, quanto inopinatius, ſauciabant. Pepercerat Gariardus nonnullis, haſta eos, & non ferro percutiens, Bonifacius nulli parcens immenſam fecerat ſtragem, ſignum itaque victoriæ Bonifacius ceperat, conveniuntque, qui ex Rodulfi parte confugerant, perſequenteſque Berengaricos, fugam illos inire cogebant. Berengarius vero in incognitum à Domino Veronæ perrexit aſylum. Tanta quippe tunc interfectorum ſtrages facta eſt, ut militum uſque hodie permagna raritas habeatur. His ita peractis, Regnum ſibi Rex Rodulfus potentiſſimè ſubjugavit, Papiamque concite veniens, congregatiſque omnibus, Quoniam, inquit, ſuperni muneris largitate, mihi contigit, devictis hoſtibus, Regni Solium adipiſci, nunc cordi eſt, meum veſtræ Regnum fidei commendare, Burgundiamque, Patriam veterem, viſere. Cui mox Italienſes: Si bonum tibi, inquiunt, videtur, præſto ſumus, &c.* Perperam hæc *Sigonius*, lib. 6, de *Regno Italiæ*, pag. 252, anno 922 inſcribit. Abſente *Rudolfo*, interficiebatur *Berengarius*, *à Flamberto* quodam, cujus filium è ſacro fonte ſuſceperat, anno, ut *Sigebertus* docet, 925, ſuffragante *Alberico*, h. a., pag. 262; *Sigonio* vero, l. c., annum 923 hoc titulo proferente; de facinore teſtante *Luitprando*, lib. 2, cap. 20, pag. 115. Re patefacta, *Rex Rodulfus Italiam reverſus, aliquantis diebus, Regnum potenter obtinuit, & Archi-Epiſcopus Mediolanenſis, Lambertus, fuit in parte Ejus. Sed, occaſione dictæ Ermengardis*, (viduæ Adelberti, Eporegiæ Marchionis, quæ in corpore quæſtum facere conſueverat) *idem Rex Italos offendit, & prædictus Archi-Epiſcopus, de conſenſu omnium, Comitem Hugonem Arelatenſem, ad Regnum Italiæ obtinendum, invitavit. Rodulphus autem, in Burgundia profectus, Ducem Buchardum*, (Burchardum) *ſocerum ſuum, ad auxilium ſuum, adducit; Buchardus Mediolanum profectus, cum vidiſſet muros Civitatis, dixit ſuis Teutonicè: Si non fecero omnes Italienſes uno tantummodo uti calcare, informeſque equas caballicare, non ſum Buchardus. Intellexit hoc quidam pannoſus, qui verbum Archi-Epiſcopo retulit. Paulo poſt idem Bucharius Novariam venit, ubi abſque miſericordia interficitur cum ſuis, &*

Rodul-

Rodulfus fugiens in Burgundiam rediit, & Hugo, per Tirrenum mare, in Italiam venit. Italienſes Ei, apud Piſam, occurrunt, ubi aſſuerunt & Joannis Papa Nuncii, quorum hortatu Papiam pergens, Rex efficitur. Ab hoc anno ſex annis imperavit. Annus iſte fuit quartus annus in Francia Regis Rudolfi, &c. Hæc omnia *Albericus*, ad annum 925, pag. 262; conf. *Luitprandus*, lib. 3, cap. 3, & 4, pag. 118, & 119; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 927; *Sigonius*, lib. 6, ad an. 926, p. 254, & 255. Quod de *Rudolpho* dicendum reſtat, unionem reſpicit *Superioris Burgundiæ Regni cum Arelatenſi Provincia*, quam ut intelligamus, ſchema hoc præmittendum eſt.

Lotharius I. Imp. ✠ 855. Ux. *Irmengarda*, fil. *Hugonis* Com. vid. ſeq. Tit. V, Ejus Vita, p. 451, &c.

Ludovicus 2. Imp. ✠ 874. Ux. *Angelberga*; vid. Ejus vita, ſeq. pag. 456, & 457.

Lotharius 2, *R. Auſtraſiæ*, ✠ 869; vid. vita Ejus patris, l. c., p. 452. Pater, ex *Waldrada*:

Carolus, *R. Burgundiæ*, ✠ 862, vel 863. vid. vita Ejus Patris, l. c., p. 454.

Ermengard. Ux. *Boſonis*, *R. Burgund.* vid. præc. p. 233, 235, & ſeq. pag. 456.

Hugo, D. Alſat. Ux. *Friderach*, l. c., p. 452, &c.

Giſela, Ux. *Godefridi R. Normann.*, l. c., p. 453.

Bertha, Ux. *Theobaldi*, Dynaſtæ Burgund., l. c., p. 453, & 454, & ſeq. Tit. XVI, §. 10, lit. g.

Hugo, Com. *Arelat.*, & Rex *Roman.* ✠ 947. vid. ſeq. Tit. V, p. 453, & XVI, §. 10, lit. g. Ux. (1) *Alda*, Alamanna, (2) *Marozia*, Vidua *Widonis*, uterini Fratris, (3) *Berta*, fil. *Burchardi* 2, *D. Alamann.*, vidua *Rudolphi* 2, *R. Burgund.* vid. præc. p. 237, & ſeq. Tit. V, *Geneal.* F. p. 477. Pellices erant (4) *Wandelmoda*, (5) *Bezola*, (6) *Roza*, (7) *Stephania*; vid. cit. *Geneal.*, p. 477.

Boſo, March. Tuſciæ; Ux. *Willa*, Burgunda. vid. *Luitprand.*, lib. 4, c. 4, p. 29, & c. 5, p. 130, & 131.

Willa, Ux. *Berengarii*, March. *Eporegiæ*, l. c.

Ludovicus, *R. Provinc.* & *Italiæ* excæcatus. vid. præc. p. 234, ad 237.

Uxor *Carolomanni*, *R. Aquit.* & *Burgund.* vid. præc. p. 234.

Carolus Conſtantinus, Dux *Viennenſis*, vid. ſeq. p. 240.

Lotharius, *R. Italiæ*, ex (1) ✠ 950. Ux. *Adelheida*, fil. *Rudolphi* 2, *R. Burgund.*, & Materteræ, *Bertæ*, nupta deinde *Ottoni I*, Imp. vid. ſeq. p. 240, &c.

Alda, ex (1) Ux. *Alberici*, Principis Romani.

Hubertus, (Obertus, Albertus) &c. ex (4) March. *Tuſciæ*. *Luitprand.*, lib. 3, c. 5, p. 120. *Petrus Damiani*, ap. *Baron.*, Tom. XI *Annal.*, an. 1002, §. 4, p. 9; §. 9, p. 10, & §. 10, pag. 11, Ux. *Willa*, fil. *Bonifacii* Marchionis, l. c., §. 4, p. 9.

Emma, Ux. *Lotharii R.* Galliæ, vid. ſeq. p. 465.

Hugo, Dux, & Marchio *Tuſciæ* ✠ 1001, 21 *Dec.*, herede fratre, *Bonifacio*. vid. *Petrus Damiani*, l. c., ad an. 1002, §. 5, p. 9, & *Baron.*, l. c., §. 3, pag. 9, & §. 9, pag. 10.

Bonifacius, fratris ſucceſſor. *Baron.*, l. c., §. 10, p. 11; non tamen confundendus cum *Bonifacio*, *Mathildis*, Italiæ Principis Potentiſſimæ, Patre, cujus Genealogiam ſeq. Tit. 4, p. 323, exhibebo.

Nituntur hæc auctoritate *Luitprandi*, lib. 3 *Hiſtor.*, cap. 2, pag. 117, & cap. 4, pag. 119, cap. 13, pag. 126; & lib. IV, cap. 1, pag. 128, cap. 4, pag. 129, cap. 6, pag. 131; & lib. V, cap. 2, p. 140, & cap. 14, pag. 149. Conf. *Sigonius*, lib. VI, de *Regno Italiæ*, ad ann. 917, 926, 928, 932, 933, 946, 947, & 949, *Onuphrius*, lib. 3 *Principum Romanorum*, pag. 182, &c., aliique. Hiſtoria hæc eſt. *Berengarii* ſententia Italiæ Regno & oculis orbato *Ludovico*, Provinciæ Rege, committebatur filius Ejus, adhuc puer, *Carolus Conſtantinus*, fidei & curæ *Hugonis*, Arelatenſium, ſeu Provincialium Comitis, ut *Luitprandus*, lib. 3, cap. 4, pag. 119, *Sigebertus Gemblacenſis*, an. 927, *Albericus*, *Monachus trium fontium*, an. 925, & alii Eum vocant, *Frodoardo*, ad ann. 924, pag. 121, *Viennenſem*, & ad an. 926, pag. 127, ſuppreſſo Patris nomine, *filium Bertæ* dictum. Hoc altiora ſpirante, Patrimonium pupilli variè diſſipatum. Stantibus ita rebus, *inter Rodulfum Regem*, (Burgundiæ) & *Heribertum* (Veromanduorum) *Comitem, pro Laudunenſi Comitatu, quem Heribertus Odoni, filio ſuo, dari petebat, concedente illum Rege cuidam filiorum Rotgarii, nomine Rotgario, ſimultas exoritur, &c.* ſunt verba *Frodoardi*, an. 927, pag. 128. Cauſæ Patronum quærens *Heribertus Comes*, *Legatos ſuos trans Rhenum dirigit, ad Heinricum*, (Aucupem) *quibus reverſis, evocatur ad colloquium Heinrici, pro eodem*, (per eosdem) *ad quod properans, cum Hugone, Rotberti filio, pace firmata, muneribus Heinricum honorat, & honoratur ab Illo, &c.* Hæc idem, l. c. Ejusdem partibus favente Galliarum Rege, Carolo, *anno 928 inchoante, in ipſis ſolemniis ortus Chriſti, Rodulphus de Burgundia, cum hoſtili Burgundionum manu, venit in Franciam, prædando, & etiam loca quædam incendendo. Cui Hugo, filius Roberti, obviam properat, veniensque ſuper Iſaram, inter Rodulfum & Heribertum Comitem ſequeſter & medius fuit, & ab Heriberto obſides accepit, donec iterum ad denominatum Placitum convenirent. Quo facto, Rodulfus in Burgundiam revertitur, &c.* Id., h. a., pag. 129, & 130. Vocatus inter-

Digitized by Google

interim, ad capeſſendum Italiæ Regnum, *Hugo*, amicitiam *Rudolfi*, Burgundiæ Regis, inde deturbati, aucupaturus, participem litis præfatæ ſe conſtituit, & *habens Colloquium cum Rodulfo, dedit Heriberto Comiti Provinciam Viennenſem, vice filii ſui, Odonis*, utque plenior eſſet tranſactio, *Rodulfus Rex, Remis veniens, pacem facit cum Karolo, reddens Ei Attiniacum, muneribusque honorans Illum*; ita *Frodoardus*, l.c., pag. 131. Enimverò, ſucceſſu temporis, regimine *Hugonis*, *Lambertum*, Tuſciæ Marchionem, *Widonis* Principis fratrem, metu, ne ab Italis Rex conſtitueretur, luminibus orbantis, Marchia Ejus fratri ſuo, *Boſoni*, tradita, indignati Lombardi denuo *in Burgundiam, ad Regem Rodulfum, mittunt, ut adveniat: quod Hugo Rex ut cognovit, Nunciis ad Eum directis, omnem Terram, quam in Gallia, ante Regni ſuſceptionem, tenuit, Rodulfo dedit, atque ab Eo jusjurandum, ne aliquando in Italiam veniret, accepit, &c.* Hæc *Luitprandus*, lib. 3, cap. 13, pag. 126, quæ *Albericus*, ad annum 931, pag. 269, & *Sigonius*, lib. 6, de *Regno Italiæ*, eod. an., pag. 259, repetunt, quo *Carolum Conſtantinum* eidem *Rudolfo* ſe ſubjeciſſe, *Frodoardus*, h.a., pag. 133, affirmat, inquiens: *Anno* 931 *Rodulfus Viennem* (Viennam) *profectus, Karolo Conſtantino, Lugdovici Orbi filio, qui eam tenebat, ſubjectionem pollicitante, revertitur, & Turonum, ad S. Martinum, orationis gratia proficiſcitur, &c.* ad annum 933, pag. 138, annectit: *Vienna Rodulfo Regi, tradentibus eam his, qui eam tenebant, deditur.* Ita coaluit *Superioris Burgundiæ* Regnum cum *Arelatenſi Provincia*, cujus reunionis memor *Guillimannus*, lib. 4 *Origin. Habſpurg.*, pag. 108, ait: *Rex Burgundus*, (Rudolfus 2) *damnata Gentis Italicæ mobilitate, in Patrium ſe Regnum recepit, & cum Guidone*, (Hugonem vult dicere) *Arelatenſi Comite, quem Itali Regem nominarant, tranſegit, Arelatenſis Regni titulum, primis Burgundiæ Regibus celebratum, & quicquid Guido in Provincia habuerat, ab Eo accepit. Cæterum Italiæ Regnum ejuravit, &c.* ſic & Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Veteri Regno Populoque Burgundionum*, cap. 6, §. 3, p. 79: *Captus*, (Ludovicus, Provinciæ Rex) *indigneque habitus, impuberem filium, Carolum Conſtantinum, in Regno Burgundiæ Inferioris ſucceſſorem habuit, cujus Tutor, Hugo, ad capeſſendum Italiæ Regnum accitus, inſigniorem ejus partem, dolo malo, abalienavit, & Rudolfo, antehac ad eam dignitatem conſequendam, à Principibus Italiæ evocato, poſteaque in odium ipſorum adducto, ceſſit. Ea vero jactura Carolum Conſtantinum permovit, ut factus adultior nomen dignitatemque Regis cum titulo Ducis commutaret, & partem Provinciæ Lugdunenſis, Viennamque retineret, quippe potentia & opibus impar futurus Rudolfo æmulo, &c.* Quæ, ex *Ponto Heutero*, poſt *Jonſtonum, Maderus*, in Præfatione, *Otiis Imperialibus Gervaſii Tilberienſis* præfixa, pag. 21, comprobat, in primis Dn. *Couringius*, lib. 1, de *Finibus Imperii*, cap. 12, §. 9, pag. 110, ubi: *Id certum eſt, hac ratione Regni Arelatenſis dignitatem cum Burgundico conjunctam, & in unum quaſi corpus duo Regna illa coiiſſe, cujus fines ex eo, à monte Jura, quem D. Claudii montem vulgo appellant, Rheno, Arari, & Rhodano, usque ad Alpes, & Mare Liguſticum pertinuere; quod ipſum & Joannes Bodinus, lib. 1, de Republ., pag. 128, ingenue profeſſus eſt, &c.*, ad cujus verba Dn. *Philippus Henricus à Gottfart*, diſſert. de *Regno Arelatenſi*, cap. 2, §. 5, provocat. Obiit tandem *Rudolfus* anno 937; ita enim *Frodoardus*, h.a., p. 145: *Rodulfus, Jurenſis ac Ciſalpinæ Galliæ Rex, obiit; cui filius parvus, Conradus, in Regno ſuccedit, &c.*; & *Reginonis Continuator*, h.a: *Rudolphus, Rex Burgundiorum, & Arnolphus, Dux Bavarorum, obierunt, &c.*; nec non *Witiehindus Corbejenſis*, in fine lib. 3 Annal., ad an. 937: *Rudolphus, Rex Burgundiæ, & Arnoldus, Dux Noricorum, obierunt, &c.*; & *Hermannus Contractus*, h.a., apud *Urſtiſium*, pag. 313: *Rudolphus, Rex Burgundiæ, obiit, pro quo filius Ejus, Cuonradus, Regnum ſuſcepit, &c.* *Sigebertus Gemblacenſis*; *Albericus*, pag. 272, & *Sigonius*, l.c., pag. 261, id referunt ad annum 936; *Chronographo Saxoni*, pag. 157, placet annus 939; juxta calculum contrà *Continuatoris Aimoini*, lib. 5, cap. 42, pag. 599, jam mortuus eſt an. 935, anno ſcil. Regni Galliæ duodecimo, quod, ut dictum, anno 923 ſuſcepit, *Ludovico, Caroli Simplicis* filio, ab ejus obitu, *Hugonis Magni* favore, Solium Francicum conſcendente. Filia Ejus, *Adelheida*, nupſit (1) an. 936, *Hugonis*, ditiſſimi Italiæ Regis, filio & Succeſſori, *Lothario*; teſte *Alberico*, h.a., pag. 172; conf. *Odilo*, Abbas Cluniacenſis, in vita *S. Adelheidis*, Imperatricis, apud *Surium*, 16 Dec., pag. 278, cap. 2; *Domnizo* Presbyter, in vita *Mathildis*, Principis Italiæ, apud Dn. de *Leibnitz*, *de Scriptoribus Brunſuic.*, pag. 634; Chronicon *Caſſinenſe*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, in lib. 3 *Witiehindi* Monachi, pag. 696; &c. (2) *Ottoni Magno*, Imperatori, ann. 951; vid. *Reginonis Contin.*, h. a: *Domina Adelheid, Deo amabilis Regina, ſua ipſius prudentia, à cuſtodia eſt, Deo propitio, liberata, & Ottoni Regi, felici, Deo auſpicante, copula conjuncta*; add. *Hroswita* Monialis, in Panegyrico *Ottonis Magni*, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 719, & 720:

Interea Rex Italicus gravido Lotharius
Infectus morbo, mundo diſceſſit ab iſto;
Italiæ Regnum linquens merito retinendum
Summæ Reginæ, ſibi quam ſociavit amore,
Regis Rodulfi fuerat quæ filia Magni,
Edita magnorum longo de ſtemmate Regum,
Cui nomen clarum dictavit ſumma Parentum
Nobilitas, illam digne vocitans Athelheidam, &c.

Nuptiarum Solennia longo carmine, l. c., p. 723, deſcribit *Odilo*, Abbas, in præfata Ejus vita, apud *Surium* l.c., cap. 3, & 4, pag. 278; *Luitprandus*, lib. 4, cap. 6, pag. 131, ubi: *Burgundionum præterea Rex, Rodulfus, mortem obiit, cujus viduam, nomine Bertam, Rex Hugo, Alda, Lotharii Regis, filii ſui, matre, defuncta, maritali ſibi conjugio ſociarat. Sed & filio ſuo, Regi Lothario, Rodulfi & ipſius Bertæ natam, nomine Adelheidam,*

heidam, tum forma honeſtiſſimam, tum morum probitate gratioſam, Conjugem tulit. Quod Græcis omnibus non videtur idoneum, ſcil. ut, ſi Pater matrem, quum ſint duo unum, uxorem accipiat, filius filiam non ſine reatu valeat ſibi conjugio ſociare, &c. Add. *Domnizo*, l. c., pag. 634, &c.; *Leo Oſtienſ.*, lib. I *Chron. Caſſinenſ.*, Cap. ult.; *Ekkehardus Junior, de Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 5, ap. *Goldaſtum*, Tom. I *Rer. Aleman.*, p. 1, pag. 34; *Lambertus Schafnaburg.*, an. 951; *Annales Hildenſemenſes*, h. a., apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 718; Monachus *Hamerslebienſis*, de *Geſtis Imperatorum*, ab *Henrico Aucupe* ad *Henricum V* usque, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 138, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 708, ad an. 952; *Hermannus Contractus*, apud *Urſtiſium*, pag. 314, ad eundem annum; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 19, pag. 128; *Godefridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, pag. 475; *Conradus Urſperg.*, pag. 160; *Chronographus Saxo*, pag. 160, & 161, ad an. 951; *Albericus, Monachus trium fontium*, anno 954, pag. 288; *Albertus Stadenſis*, an. 952; *Hoppenrodius, Annal. Gernrodenſ.*, apud *Meibomium*, l. c., Tom. 2, pag. 419; *Sigonius*, lib. VI *Ital.*, ad an. 951, pag. 268; *Baronius*, T. X Annal., ad an. 951, p. m. 730; Dn. de *Leibnitz*, l. c., in *Introductione*, §. XXI, p. m. 11; quorum omnium concors ſententia eſt, *Ottonis I* alteram Conjugem, *Adelheidam*, *Rudolphi* Burgundi filiam, fuiſſe viduam *Lotharii*, Regis Italiæ; unde error notandus *Witichindi Corbejenſis*, lib. 3, apud *Meibomium*, l. c., Tom. I, pag. 652, *Ditmari* Mersburgici, lib. 2, p. m. 16, & *Sigeberti Gemblac.*, ad an. 954, viduam *Ludovici* Regis eam conſtituentium. Conf. ſeq. Tit. IV, §. 3, lit. m, v. 5. Obiiſſe eam an. 999, 16 Dec., docent *Odilo*, l. c., cap. 12, pag. 281, Monachus *Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. I *Rer. German.*, p. 376, & *Chronographus Saxo*, h. a., p. 210, & 211. Quod de *Berta*, *Rudolfi* vidua, ab *Hugone*, Italiæ Rege, modo dicti *Lotharii* Patre, ducta, ex *Luitprando* protuli, confirmant Monachus *Hamerslebienſis*, l. c., *Albericus*, ad an. 936, p. 272; *Sigonius*, l. c., ad annos 926 & 936, p. 255, & 261; aliique. De filio Ejus, *Conrado*, Burgundionum Rege, mox dicam. Quid negotii inter eundem, & *Henricum Aucupem*, ob *Lanceam Imperialem*, interceſſerit, ſequenti v. 6 explicabitur.

(v. 5) Fratres huic *Rudolpho* fuiſſe *Hugonem Capetum, Inferioris Burgundiæ Ducem*, & *Boſonem*, Vitriaci Comitem, ex *Collectaneo S. Benigni Divionenſis*, apud *Albericum*, *Monachum trium fontium*, ad annum 890, p. 221, & 222, perſpicuum eſt, verbis præced. v. 3 exhibitis. En Schema!

Bovinus, Com. Arduennæ.

Filii / liberi:
- *Boſo*, Rex Burgundiæ creatus, an. 877. † 889; Ux. Ermengard, fil. Ludovici 2, Imperat.
- Richildis, Ux. Caroli Calvi Imperatoris.
- Richardus, Dux Burgundiæ, & Comes Auguſtodunenſis; Uxor Alheida; vid. *Alberic.*, an. 906, p. 245.

Ex Boſone:
- Ludovicus, Rex Provinciæ, coronatus Imperator, A. 901, poſtea excæcatus.
- N. Uxor. Carolomanni, Regis Burgundiæ & Aquitanniæ.

Ex Ludovico:
- Carolus Conſtantinus, Dux Viennenſis.

Ex Richardo:
- Rudolphus 2, Rex Burgundiæ, an. 912, † 937; Ux. Berta, fil. Burchardi, Duc. Alamanniæ.
- Hugo, Dux Burgundiæ Infer., cognom. *Capito*, ut & Niger.
- Boſo, Comes Vitriacenſis, † 935. Vid. *Frodoard.*, h. a.; *Vita Johannis* Gortiæ Abb., ap. *Labbeum*, Tom. I *Bibl.*, p. 768, &c.
- Waldrada, Ux. Bonifacii, Marchionis Camerinorum & Spoletanorum.

Ex Hugone:
- N. uxor Roberti, Regis Galliæ. Vid. *Alberic.*, ann. 922, & 988.

Ex Rudolpho 2:
- Ludovicus, ex (1,) † ante Patrem. Vid. *Alberic.*, anno 923.
- Conradus, ex (2,) Rex Burgundiæ.
- Adelheida, Ux. (1) Lotharii, R. Italiæ, (2) Ottonis Magni Imperat.

Hugonis meminit *Frodoardus*, ad an. 922, pag. 114, quod *Roberto*, Galliam, contra *Carolum Simplicem*, occupatum eunti, auxilio fuerit, & *Albericus*, ad an. 926, pag. 263, quod, ab ejus obitu, ipſius frater, *Rudolfus* Rex, cauſas apud Divionem egerit, præſentibus *Roberto*, Comite Palatii, & *Burgundiæ Comite*, *Gisleberto*. Filiam Ejus in mundum edidiſſe *Hugonem Magnum*, *Hugonis Capeti*, Galliarum Regis, Patrem, *Albericus*, verbis mox ſecuturis, aſſerit. De *Boſone*, an. 923, *Frodoardo* teſte, h. a., pag. 116, *Ricuinum*, in lecto languentem, occidente, varia ibidem, ut & ad A. 924, 928, 929, 930, 931, 932, & 935 proferuntur Conf. ſeq. v. 6. *Hugo Capito* igitur *Burgundiam Inferiorem* moderatus eſt, ab Ejus obitu, præfato *Gisleberto* obvenientem, cujus gener, *Otto*, alterius *Hugonis Capeti*, Francorum Principis, filiorum natu ſecundus, *Lotharii*, Regis Galliæ, beneficio, An. 960, ut *Frodoardus*, h. a., pag. 193, notat, in eadem ſucceſſit. Obiiſſe hunc *Ottonem* an. 965, apud eundem, h. a., pag. 196, reperitur, ubi: *Otho, filius Hugonis, qui Burgundiæ præerat,*

obiit, & Rectores ejusdem Terræ ad Hugonem, & Odonem Clericum, fratres ipſius, ſeſe convertunt, &c. Aſt *Odorannus*, ad an. 956, pag. 215, ſucceſſorem Ei dat *Henricum* fratrem; ibi: *Gislebertus, Comes Burgundionum, obiit, & honorem Ejus, cum filia, nomine Leudegarde, ex qua poſtea, à Rodulfo Divionenſi, Pipicus factus eſt, Otto, frater Hugonis Ducis, recepit ---- mortuo vero Ottone, Ainricus, frater ejus, Ducatum ſuſcepit Burgundiæ.* Hæc amplius illuſtrat *Albericus*, ad an. 958, p.291: *Hugo Magnus, Francorum Dux, moritur, qui dicebatur Capito, ſive Cappatus, & in Sigeberto vocatur Comes Pariſienſis. Iſte de Hawide, ſorore Imperatoris,* (Ottonis I) *tres habuit filios: Ducem Hugonem in Francia, qui poſtmodum Regnum obtinuit, & alios duos, Ottonem & Henricum. Otto factus eſt Dux Burgundiæ, & habuit uxorem filiam Gisleberti, qui poſt primum Hugonem Capito, fratrem Rodulphi Regis, Ducatum Burgundiæ tenuit. Sed eo, in adoleſcentia, ſine liberis defuncto, ſucceſſit ei Henricus, frater ſuus, bonis moribus, & manſuetudine adornatus. Tres iſti ſororem habuerunt Beatricem, de qua Fridericus, Dux Moſellanorum, genuit Ducem Theodericum, & fratrem ejus, Alberonem, Epiſcopum, &c.*; & ad an. 922, pag. 258: *Roberto Regi non in Regnum, ſed in Ducatum ſucceſſit filius Ejus, Hugo, qui Magnus eſt, & Cappatus, à Cappa Domini, quam, de Terra promiſſionis, transvexiſſe fertur in Franciam, appellatus. Hujus mater Hugonis filia fuit, Ducis Burgundiæ, unde & hæredes ejus adhuc Ducatum retinent, &c.*; rurſusque ad an. 988, pag. 29: *Avia autem hujus Regis Hugonis,* (Capeti) *mater videlicet Hugonis* (Magni) *Capet, fuit, per conſequentiam, filia illius Hugonis Capeti, qui erat Dux Burgundiæ Inferioris, & fuit frater Regis Rudolphi, & Comitis Vitriaci, Boſonis, &c.*

Generationum Tabula hæc eſt:

Robertus Fortis, à Carolo Calvo Imperatore creatus Marchio, & Comes Andegavenſis, à Nortmannis Paganis occiſus. Ux. *Regina*. Vid. *Albericus*, ad an. 988.

Odo, Tutor Caroli Simplicis, Regis Galliæ, & poſtea ipſe Rex Galliæ. Vid. *Albericus*, l. c.; *Aimoini Contin.*, lib. 5, cap. 41, pag. 507.

Robertus, Rex, ſeu potius Anti-Rex Galliæ, in prælio cum Carolo Simplice, an. 923, commiſſo occiſus. Vid. *Odorannus*, h. a., pag. 215; *Frodoardus*, an. eod., pag. 116. Ux (1) N. Soror Herberti, Comitis de Vermandois; (2) N. Soror *Rudolphi*, Anti-Regis Galliæ.

Emma, ex (1,) Uxor *Rudolphi*, Anti-Regis Galliæ.

Hugo Magnus, ex (2,) cogn. *Capetus*, it. Albus, Dux Francorum, & Comes Pariſienſis; ob. an. 958. Ux. Hawida, Henrici Aucupis filia. Vid. ſeq. Tit. V, §. 11, Vita Henrici Aucupis, v. 3.

N. ex (2,) Uxor *Heriberti*, Com. Vermandiæ. Vid *Albericus*, an. 988.

Hugo Capetus, electus an. 987, Rex Galliæ; ob. 996. Vid. *Albericus*, ann. 987, 988, & 996. Ux. *Aiſa*, fil. *Wilhelmi*, Ducis Aquitaniæ.

Otto, Dux Burgund. Inf. Ux. N. fil. *Giſleberti*, Ducis Burgund. Vid. *Alberic.* an. 958, 988. † an. 965. Vid. *Frodoardus*, h. a.; *Odorannus*, ad an. 956, p. 215.

Henricus, Dux Burgund. Inf. † 1002; Vid. *Albericus*, ann. 958, 988, 995, & 1002; *Odorannus*, anno 956, pag. 215.

Beatrix, Uxor *Friderici*, Ducis Moſellani; *Vid. Frodoardus*, an. 954; *Albericus*, an. 988; Vita *Adalberonis*, Ep. Metenſ., apud *Labbeum*, T. 1 Biblioth. MS., p. 670.

Odo Clericus. *Frodoardus*, an. 965.

Robertus, Rex Galliæ. Ux. *Conſtantia*, fil. *Wilhelmi*, Pr. Provinciæ; Vid. *Alberic.* ann. 991, 997, 1025, 1031.

Hawida, Ux. *Raineri*, Com. Hannoniæ. *Alberic.* an. 1031.

Guilielmus Otto, fil. adoptivus, † 1027. Ux. Ermentruda. Vid. *Albericus*, ann. 1002, 1005, & 1027.

Hugo, Rex, † 1025. Vid. *Albericus*, h. a., & 1031.

Robertus, Dux Burgundiæ, poſt fratrẽ juniorem. Vid. *Albericus*, anno 1025.

Odo, Dux. Vid. *Albericus*, ann. 1025, & 1031.

Henricus, Dux Burgund., poſtea Rex Gall. Uxor *Anna*, fil. Georgii, Regis Sclavonum. *Alberic.* an. 1015, 1025, 1031, 1052.

Alda, Ux. *Balduini*, Comitis Flandriæ. *Alberic.* ann. 1031, & 1060.

Guido, † ante Patrem. Vid. *Albericus*, anno 1005.

Otto. Vid. *Albericus*, ann. 1005, & 1027.

Rainaldus; Vid. *Albericus*, an. 1027.

Philippus, nat. 1052; Rex coronatus, 1058; excommunicatus, 1095, † 1109. Ux. Berthreda, Vidua Fulconis, Com. Rechiæ. Vid. *Albericus*, Ann. 1052, 1058, 1060, 1087, 1095, & 1109.

Robertus, Vid. *Albericus*, A. 1060.

Hugo Magnus, Com. Veromandenſ. Vid. *Albericus*, an. 1060, 1096, & 1098.

Ludovicus Craſſus, Rex Gall. Vid. *Albericus*, ann. 1108, & 1109.

Hæc ſi vera ſint, falſa eſſe oportet, quæ *Aimoini Continuator*, l. 5, c. 42, p. 509, tradit: *Habebat idem Robertus ſupradictus* (Rex Galliæ) *ſororem hujus Herberti*, (Veromandenſis Comitis, qui Carolum Simplicem, Galliæ Regem, captivum tenebat, cujusque Genealogiam apud Albericum, ad an. 924, pag. 260, offendis,) *de qua natus eſt Hugo Magnus*, &c., quia *Robertus* ſocer *Herberti* erat, *Alberico*, ad an. 988, teſte, non affinis. Recentiores interim ſequi malunt *Continuatoris Aimoini* ſententiam, *Roberti* conjugem, quam *Beatricem* vocant, ex Comitibus Veromandenſibus deducentes. Quod ſi vero *Alberico* ſubſcribamus, ratio ſuccedendi adeſt *Roberti* Poſteritatis in Inferiorem Burgundiam, *Provincia Arelatenſi* excepta, quam, ſub *Rudolfo* 2, Rege, cum ſuperiori Burgundia iterum coaluiſſe, præced. v. 4 expoſitum eſt. Sed jam novum dubium. Ponamus, *Roberti*, Galliæ Regis, conjugem fuiſſe *Hugonis Capeti*, Burgundiæ Ducis, *Rudolfi* R. Burgundiæ Germani, filiam, & *Hugonis Magni*, Francorum Ducis, Matrem: Quomodo ſic *Hugonis magni* ſoror, *Emma*, *Rudolfo* Regi nubere potuit?

(v. 6) *Rudolfum* 2 excepit filius, CONRADUS, unitæ Burgundiæ Rex; quam filiationem v. 4 probavi. Hujus ætate Principis, priſtina Germaniæ Jura in avulſas Regni partes repetens *Otto Magnus*, Rex, poſtea creatus Imperator, *Burgundiam* quoque clientelæ ſuæ reſtituit. Frangentibus fidem Lotharingis, & in *Ludovici*, Galliarum Regis, partes pronioribus, *Otto Rex*, *Reno tranſmiſſo*, *Regnum Lotharienſe perluſtrat*, & *incendiis*, *prædisque plura loca devaſtat*, &c. Hæc *Frodoardus*, ad an. 939, pag. 147, & 148, ubi addit. *Otto Rex in Regnum Lotharienſe regrediens*, *pene cunctos ad ſe redire coëgit Lotharienſes*, &c. anno 940 *Hugo Princeps*, *filius Rotberti*, (R. Gall.) *junctis ſibi quibusdam Epiſcopis*, *tam Franciæ*, *quam Burgundiæ*, *cum Heriberto Comite*, (Vermandiæ, Campaniæ, & Peronæ) & *Wilhelmo*, *Nordmannorum Principe*, *Remenſem obſidet urbem. Sexta obſidionis die*, *deſerente omni pene militari manu Artaldum Epiſcopum*, & *ad Heribertum transeunte*, *idem Comes Heribertus ingreditur*, &c. Hæc idem, h. a., pag. 150; Qua Urbe capta, *Hugo* & *Heribertus*, *locuti cum quibusdam Lotharienſibus*, *ad obſidionem Lauduni proficiſcuntur cum Willelmo*, *relicto Remis Hugone Diacono*, *Heriberti filio*, *jam pridem ad Epiſcopatum ipſius Urbis evocato. Ludovicus Rex*, *poſt ſex vel ſeptem ebdomadas*, *à Burgundia rediens*, *aſſumpto ſecum Artaldo Archi-Epiſcopo*, *cum propinquis ipſius*, *pariter cum eo comitantibus*, *quorum Beneficia Heribertus Comes abſtulerat*, *in Remenſem venit Campaniam*, *tranſitoque fluvio Axona*, *Laudunum contendit. Quo comperto*, *Hugo* & *Heribertus*, *relicta obſidione Lauduni*, *noctu ad munitionem Petræpontem depreperant*, *indeque Ottoni Regi obviam proficiſcuntur*, *cui conjuncti*, *ad Atiniacum Eum perducunt*, *ibique*, *cum Rotgario Comite*, *ipſi Odoni ſeſe committunt. Ludovicus Rex ingreſſus Laudunum*, *victus ſui providet neceſſaria*, *ſicque*, *cum Hugone Nigro*, & *Willelmo Pictavenſi*, *Burgundiam repetit. Otto Rex Heinrico*, *fratri ſuo*, *Regnum Lotharienſe committit*, *tumque cum diverſarum gentium*, *quas ſecum adduxerat*, *multitudine poſt Ludovicum in Burgundiam proficiſcitur*, *habens ſecum* Conradum, *filium* Rodulfi, Regis Jurenſis, *quem*, *jam dudum dolo captum*, *ſibique adductum*, *retinebat*; *Caſtraque metatus ſuper Sequanam*, *obſides ab Hugone Nigro accepit*, *cum juramento*, *ne eſſet nocumento Hugoni*, *vel Heriberto*, *qui ſe ſubdiderant eidem Oddoni. Quo facto revertitur ad ſua*, &c. inquit idem, l. c. Occaſione itaque Lotharingici Belli *Otto Magnus* Germaniæ Jura in Burgundiam reſtituit. Summam proponit *Witichindus Corbejenſis*, lib. 2 *Annal.*, apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 649: *Rex autem* (Otto) *de die in diem proficiens*, *Paterno Regno nequaquam eſt contentus*, *ſed abiit Burgundiam*, *Regem*, *cum Regno*, *in ſuam accepit poteſtatem. Hugonem alterum armis edomuit*, *ac ſibi ſubjectum fecit*, &c. Factum comprobant *Monachus Hamerslebienſis*, *de Imperatorum rebus praclare geſtis*, ap. *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 137, & Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rerum Brunſuic.*, p. 708; *Albertus Stadenſis*, ad an. 941; *Sigebertus Gemblac.*, an. 945; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, an. 946, pag. 283; &, ex Recentioribus, Dn. *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 12, §. 10, pag. 111, &c., & Dn. à *Gottfart*, de *Regno Arelatenſi*, cap. 2, §. 6; Hiſce temporibus *Boſo quidam*, *filius dudum Principis Burgundionum*, *Richardi*, *partem aliquam Regni ſibi evindicans*, *caſtrisque ſe continens munitiſſimis*, *Dominatum cujusquam prorſus reſpuerat*, *Victoriacum*, *Campaniæ caſtrum*, *obtinens*, *inter reliqua circumpoſitorum*, *poſſeſſiones quasdam Monaſterii Gorzienſis*, *acſi jure hæreditario*, *uſurparat*, &c. Extant hæc in *Vita Joannis*, *Gorziæ* Abbatis, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 768. Fuiſſe *Boſonem*, *Richardi*, Burgundiæ Ducis, filium, Comitemque Vitriaci, præced. v. 5 deductum. Eundem, jam anno 928, turbas excitaſſe, *Frodoardus* commemorat, ad h. a., pag. 131; ibi: *Heinricus*, *Germanicus Princeps*, *cum multitudine Germanorum*, *Rhenum tranſiit*, & *ſupra Moſam veniens*, *obſidet quoddam caſtrum Boſonis Comitis*, *nomine Durofoſtum*, *pro eo*, *quod Boſo ad legem venire nolebat*, *de quibusdam Abbatiis*, & *terra Epiſcopii*, *quam poteſtatis auctoritate ceperat*, & *pertinaciter Heinrici præcepta ſpernens*, *detinebat*; *mittensque ad Boſonem*, *pacem ſpondet*, *ſi ad ſe veniat. Qui*, *acceptis obſidibus*, *pacto ſecuritatis*, *ab Heinrico*, *venit ad Eum*, *Eique fidelitatem*, & *pacem Regno juramento promittit*, *terram*, *quam vi ceperat*, *reddit*, *data ſibi alia recompenſationis gratia*, &c.; Ad an 929, pag. 131, & 132, pergens: *Heribertus*, & *Hugo*, *Comites*, *contra Boſonem*, *Rodulfi Regis fratrem*, *proficiſcuntur*, *propter quosdam Rothildis alodes nuper defunctæ*, *quos*, *à Boſone*

Digitized by Google

ſone pervaſos, repetebat Hugo, gener ipſius Rothildis. At Heribertus Comes Victoriacum, Boſonis Caſtellum, cepit, & poſt hæc inducias dant Boſoni, usque ad finem Maji menſis. Boſo, ad Heinricum profectus, pacem publicè jurare compellitur, &c. Anno tamen ſequenti, mediante *Rudolfo* Rege, Caſtellum hoc Boſoni fuiſſe reſtitutum, ex eodem diſcimus, ad an. 930, pag. 132. Verſa vice, anno 931, *inter Giſlebertum Lotharienſem, & Boſonem ſimultas exoritur, pacato Boſone cum Heriberto, Caſtrumque Boſonis, Duroſoſtum, à Giſleberto capitur - - - Boſo, relicto Heinrico, ad Rodulfum Regem vadit, indeque rediens, Catalaunicum caſtrum vi cepit - - - - Rodulfus Rex, cum Hugone & Boſone, cæterisque ſuis, Remorum obſident urbem, &c.* Hæc idem, h. a., pag. 134, & 135; Rediiſſe autem, anno 935, in *Henrici* gratiam, majorem amiſſorum partem recuperando, idem teſtatur, h. a., pag. 141: *Heinricus, Boſone recepto, Terram, quam prius habuerat, ei, ex magna parte, reſtituit, &c.*, indignatione *Rudolfi* ſusque deque habita, qui propterea, ut l. c. dicitur, *Divionum Caſtrum, quem* (quod) *Boſo Comes ceperat, ejusque complices retinebant, obſidet. Lotharienſes cum quibusdam Comitibus è Saxonia, Heriberti ſcilicet amicis, quaſi ad colloquium Hugonis, cum multo exercitu veniunt. Sed quia Hugo Caſtellum S. Quintini Heriberto renuit reddere, ipſam munitionem obſident, belloque preſſam, tutantium tandem redditione, recipiunt, atque ſubvertunt, parantesque Laudunum obſidere, mandatu Rodulfi Regis, in propria revertuntur. Interea Boſo, frater Rodulfi Regis, in expeditione obſidionis Caſtri S. Quintini moritur, & delatus ad S. Remigium ſepelitur, &c.* Obiit ergo *Boſo* noſter, vivente adhuc *Henrico Aucupe;* quomodo igitur ſub *Ottone Magno* partem aliquam Regni ſibi evindicare potuit? Sola *Frodoardi*, Viri coævi, quique rebus geſtis interfuit, auctoritas omnium recentiorum dicta elidit. Nec hinc verum, quod *Gotfridus Viterbienſis*, part. XIX *Chronic.*, pag. 532, & 533, (non part. XVII, pag. 504, ut nonnulli tradunt,) & *Theodoricus à Niem*, in *Nemore Unionis*, Tractat. VI, cap. 33, cujus verba *Meibomius*, T. I *Rer. German.*, p. 664, repetit, affirmant, *Ottonis Magni* tempore regnaſſe *Boſonem* quendam *Arelati*, à Clero, ob verbera, Epiſcopo loci, Eum non invitanti, cum ſacra eſſet facturus, impacta, Regiâ ejectum, qui ſe, Regnumque tandem *Ottoni* Regi ſubmiſerit. *Viterbienſis* ſic canit:

Tempore Natalis Domini Rex (Boſo) *eſt Arelati,*
Pontifices Sacri ſurgunt, ad feſta parati,
Noctis ad officia laude canore dati.
Dumque gerit ſacrum Præſul, quo Miſſa canatur,
Rex venit iratus, quia non fuit ante vocatus,
Fuſteque mitratum percutit ipſe caput.
Res plangenda ſatis, Præſul, cum Sanctificatis,
Percutitur, gratis ſolennibus evacuatis.
A modò noſcatis, quid Deus inde facit.
Tam male tractati tunc Pontifices Arelati,
Milite collecto, veniunt ad bella, parati
Cœleſtis ſati digna patrare, pati.
Unde coarctatus Rex ſurgit ad arma vocatus.
Vincitur, ejicitur, ſtat Præſul honorificatus.
Rex dolet iratus, ludibrioque datus.
Mens devicta dolet, nimio confuſa pudore,
Nec regnare volet, quia bello perdit honorem.
Optat, ut & Monachi jam ſibi vita foret.
Imperii ſolium cum Maximus Otto teneret,
Et valitura ſatis mundi fortuna faveret,
Huic REX BOSO *loquens verba gemendo refert:*
Trado Tibi REGNUM, *cunctos depono decores,*
A modo noſtra Tibi ſacra Lancea præſtet honores,
Sola mihi Monachi vita colenda foret.
Do Tibi Vivarium, Lugduni ſede ſedebis.
Hæc duo cis Rhodanum, me traduce, caſtra tenebis.
Rex ibi Francigenus prædia nulla petit.
Lancea Mauricii, mea quam Tibi dextera tradit,
Eſt Caput illorum, quæ nunc mea Regna notavi,
Nunc caput Imperii lancea Sancta dabit.
Qua dubius Sauna, Rhodanus fluit, eſtque Vienna,
Cis mare Tyrrhenum fuerant Boſonica Regna,
Huic ſimul Allobroges & Morienna favent.

Præter enim, quod apud Scriptores coævos, de *Boſone*, Arelatenſium Rege, qui ſub *Ottone Magno* vixerit, altum ſit ſilentium, ex *Luitprando*, tunc florente, lib. IV *Hiſtor.*, cap. 12, pag. 135, patet, lanceam ſacram, cujus hic mentio ſit, *Henricum Aucupem* jam à *Rudolfo* 2, Burgundionum Rege, obtinuiſſe; ibi: *Burgundionum itaque Rex Rudolfus, qui nonnullis annis Italicis imperavit, lanceam illam* (ſanctam) *à Samſone Comite dono acceperat - - - - Henricus itaque Rex, ut erat Domini timens, totiusque Religionis amator, audito, Rodulfum tam inæſtimabile donum habere cæleſte, nunciis directis tentavit, ſi præmiis aliquibus id poſſet acquirere, ſibique, adverſus viſibiles inviſibilesque hoſtes, arma invictiſſima, triumphumque perpetuum præparare. Quod quum Rex Rodulfus modis omnibus ſe nunquam facturum ediceret, Rex Henricus, quia mollire hunc muneribus non potuit, minis terrere magnopere curavit, omne quippe Regnum Ejus cæde atque incendiis ſe depopulaturum eſſe promiſit. Quia vero, quod petebatur, munus erat, quo cæleſtibus terrea Deus conjunxerat, lapis ſcil. angularis, faciens utraque unum, Rodulfi Regis emollivit cor, juſtoque Regi juſta juſte petenti cominus dedit - - - - quanto autem amore Rex Henricus præfatum inæſtimabile donum acceperit, tum in nonnullis rebus, tum in hoc præſertim claruit, quod non ſolum eo donantem ſe auri argentique muneribus, verum etiam Suevorum Provinciæ parte non minima honoravit, &c.* Annum exprimit *Sigebertus Gemblacenſis*, ſcil. 929, ajens: *Lanceam mirandi operis, & clavis Jeſu Chriſti crucifixi ſanctificatam, quæ dicitur primi & Magni Conſtantini fuiſſe, donatam Rodulpho, Regi Burgundionum & Italiæ, à Samſone Comite,*

Rex Henricus precibus, minis, muneribus, addita etiam parte Provinciæ Suevorum, à Rodulpho Comite extorquet, & hanc, ad inſigne & tutamen Imperii, poſteris relinquit, &c. Conf. *Otto Friſing.*, lib. 6 Chron., cap. 18, pag. 127, *Rudolfo* licet perperam *Arnolfi* nomen tribuat; *Chronographus Saxo*, an. 925, pag. 152; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 153, & 154; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 929, pag. 266; *Albertus Stadenſis*, ad an. 920; *Woltherus, Chron. Bremenſ.*, in vita *Willerici* Præſulis, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 24; Auctor *Hiſtoriæ Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, apud *Lindenbrogium*, in vita *Unnonis*, p. m. 73; *Henricus Bodo*, Syntagm. de *Cœnobio Gandeſiano*, apud *Meibomium*, l. c., pag. 491; *Theodoricus Engelhuſius*, de *Imperatoribus è domo Brunſuicenſi oriundis*, apud *Maderum*, de *Antiquitatibus Brunſuicenſ.*, p. 28; &c., qui omnes, cum aliis multis, *Henricum Aucupem* à *Rudolfo* Burgundo *ſacram lanceam*, quam *Conſtantini*, alioque nomine, *S. Mauricii* vocant, accepiſſe ferunt. *Ingulphus* contrà, Abbas Monaſterii *Croylandenſis*, Sec. XI ſcriptor, in Hiſtoria ſua, apud *Savile*, pag. m. 878, eam *Athelſtano*, Angliæ Regi, tunc miſſam arbitratur, & quidem, ut *Wilhelmo Malmesburienſi*, lib. 2 *Hiſtor. Angl.*, pag. 51, & *Hugoni*, apud *Albericum*, ad an. 987, pag. 27, videtur, ab *Hugone*, Galliæ Rege, ſororem ejus in matrimonium petente. Si verò *Witichindo*, ejusdem ætatis Monacho, fidem adhibeamus, jam dudum inter pretioſa Imperii locum antea habuit hæc lancea; ita enim, lib. 1 *Annal.*, apud *Meibomium*, l. c., Tom. I, pag. 636, moribundum *Conradum*, Germaniæ Regem, fratri dicentem inducit: *Fortuna, frater, cum nobiliſſimis moribus, Henrico cedit: rerum publicarum ſecus Saxones ſumma eſt. Sumptis igitur his inſignis, lancea ſacra, armillis aureis, cum chlamyde, & veterum gladio Regum, ac diademate, ito ad Henricum, facito pacem cum Eo, ut Eum fœderatum poſſis habere in perpetuum, &c.* Nec eam cum *lancea Domini*, qua nebulo ille, quem ſtolidè, *Longini* appellatione, Albo Sanctorum inſeruunt, Salvatoris crucifixi latus aperuit, tempore Belli ſacri, anno 1098, *Antiochiæ* inventa, confundendam arbitrantur *Conradus Urſperg.*, pag. 179, & *Albericus*, ad an. 987, pag. 27, & ad an. 1098, pag. 166; Alia omnino lancea fuit *Rudolphi*, Anti-Cæſaris *Henrici IV*, de qua *Conradus Urſpergenſ.*, ad an. 1079, pag. 172, ſcribit: *Iterum bellum ſit inter Heinricum, & Rudolphum, in loco, qui dicitur Fladcheheim, hieme nimis aſpera, ubi, in primo congreſſu, Saxones terga vertunt. Ibi Dux Boemiæ, Fratizlaus, Regalem lanceam Rudolphi adeptus eſt, qua exinde, permiſſione Regis Heinrici, ſemper quemvis illius Gentis Ducatu inſignem, in omni feſtiva proceſſione, præcedit, &c.* Quæ *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 263; *Albertus Stadenſis*, h. a.; Auctor *Chronici Bigaugienſis*, ad an. 1078, apud *Maderum*, in *Chronico Montis Sereni*, pag. 245; *Levoldus de Northof*, in Chronico Comitum *de Marca*, ad eundem annum, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 382, aliique comprobant. Plura qui deſiderat, evolvat *Maderi Præfationem*, in *Gervaſii Tilberienſis Otia Imperialia*, pag. 23, &c.; *Conringium*, de *Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 12, §. 8, pag. 109, & ibidem in Additionibus, p. m. 69; Illuſtr. *Obrechtum*, de *Clenodiis S. R. Imperii*, quæ diſſertatio, inter *Opera Ejus Academica*, locum decimum ſeptimum occupat, *θ.* XI ad XVIII, p. 353 ad 358; Dn. *Philippum Henricum à Gottfart*, de *Regno Arelatenſi*, cap. 2, §. 4; *Johannem Fridericum Artzbergerum*, Diſſ. de *Henrico Aucupe Imperatore*, Sect. 2, *θ.* 2, p. m. 14. De *Longini lancea* in ſpecie diſſerit Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, in *Tmematibus, quibus primi Chriſtianorum Imperatoris antiquitates illuſtrantur*, §. 11, pag. 17, &c. Commentum igitur eſt, quicquid de *Boſonis* præfati Regno circumfertur; ſolus *Conradus*, ætate iſta, Burgundiæ, & Arelatenſis Provinciæ Rex fuit, quem & hoc titulo Cluniacenſis Abbas, *Odilo*, in vita *S. Adalheidis*, *Ottonis I* Imp. Conjugis, ſororis Ejus, cap. VII, apud *Surium*, 16 Decemb., pag. 279, *Ekkardus Junior*, de *Caſibus S. Galli*, cap. V, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Rerum Alemannicarum*, part. 1, pag. 34, & alii multi compellant. *Frodoardus*, ad an. 946, p. m. 165, auctor eſt, eundem *Ottonis* latus ſtipaſſe, cum *Ludovico*, Galliarum Regi, auxilio eſſet; ibi: *Regina Gerberga* (Ludovici R. G. uxor) *nuper ad Ottonem, fratrem ſuum, Legationem direxerat, auxilium depoſcens ab eo. Qui maximum colligens, ex omnibus Regnis ſuis, exercitum, venit in Franciam, Conradum quoque ſecum habens, Ciſalpinæ Galliæ Regem, &c.* Interim negari nequit, regnante *Conrado*, *Carolum Conſtantinum*, Viennenſium Principem, *Boſonis*, Burgundiæ Regis, nepotem, & *Ludovici* Regis filium, quorum ſtemma præced. v. 4 habetur, aliquoties nutaſſe, in Gallorum partes propendendo; ita *Frodoardus*, ad an. 941, pag. 154: *Ludovicus Rex* (Galliæ) *à Karlo Conſtantino in Vienna recipitur*, &c.; & rurſus, ad an. 951, pag. 181: *Ludovicus Rex Aquitaniam cum exercitu petit. Sed antequam eandem ingrederetur Provinciam, Karlus Conſtantinus, Viennæ Princeps, & Stephanus, Arvernorum Præſul, ad Eum venientes, ſui efficiuntur, &c.* Uxoris Ejus meminit Anonymus, Abbas *Fingenii & Sviardi*, in vita *B. Adalberonis*, Metenſis Epiſcopi, Promotoris ſui, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, pag. 674, verbis: *Domnus Otto Dux, Pater iſtius Venerabilis Conradi Ducis,* (Carinthiæ) *nobis conſedentis, natus ex* (Luitgarda) *filia Magni Ottonis eſt, cujus ſoror, Girbergia, dedit filiam ſuam* (Mathildim) *Conrado, Burgundionum Regi; ex Conradi autem filia,* (Mechtildi) *nata eſt Domina Mathildis, hujus Conradi aſſidentis uxor, &c.* En ſchema plenius!

Hen-

Henricus Auceps; Ux. *Mechtildis*, fil. *Theodorici*, Comitis Saxonici, (Ringelheimenſis.) Vid. ſeq. Tit. V, §. 11, *Vita Heinrici Aucupis*, verſ. 2.

Otto Magnus, Imp. Ux. Editha, (Otgit) filia *Edmundi*, Reg. Anglor. vid. ſeq. Tit. V, §. 11, Vita *Ottonis I*, verſ. 2.

Luitgarda, Ux. *Conradi*, Duc. Franconiæ, Lotharingiæ, &c., qui ✠ ann. 955. vid. infra l. c. v. 3.

Otto, Dux Franconiæ, &c., de quo hîc ſermo. Ux. *Juditta*. Vid. *Chron. Regum Francorum*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Bibliothecæ Cæſar.*, cap. 5, p. 394; Charta Donationis *Conradi Salici*, ann. 1026 Eccleſiæ Wormatienſi factæ, ante *Burchardi*, Wormat. Epiſc., libros XX *Decretorum*, Sec. XI congeſtos, pag. 3; *Wippo*, in *Vita Conradi Salici*, apud *Piſtorium*, p. 425; Epitaphium *Gregorii V*, P. R., apud *Baronium*, Tom. X *Annal.*, ad an. 999, pag. 914.

Conradus, Dux Carinthiæ, ſeu *Auſtraſiorum*, ut in Vita *Adalberonis Metenſis*, apud *Labbeum*, l. c., vocatur, *Wipponi*, l. e., *Cono* dictus. Ux. *Mechtildis*, ſeu *Mathildis*, fil. *Hermanni*, Duc. Alaman., & *Gerburgis*, Princ. Burgundiæ.

Cuno Junior, ✠ 1039, 13 Kal. Aug. vid. *Wippo*, l. c.; *Annal. Hildeshemenſes*, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Rer. Brunſ.*, p. 730, ad an. 1039, ubi *Chuonradus*, *Carentanorum Dux*, audit.

Gerberga, Uxor (1) an. 929, *Giſiberti*, D. Lotharing. (2) 939, *Ludovici IV*, Reg. Galliarum; vid. ſeq. Tit. V, §. 11, Vita *Henrici Aucupis*, v. 3.

Mathildis, ex (2) Uxor *Conradi*, Regis Burgundiæ, qui ✠ an. 994. vid. *Frodoard.* an. 966, pag. 198; *Albericus*, ann. 986, & 1024, pag. 29, & 57.

Gerburgis, ſeu *Gepa*, Ux. *Hermanni* 2, Ducis Alamanniæ; vid. *Liber Miraculorum B. Adelheidis*, Prolog. apud *Surium*, 16 Decemb. pag. 282, §. 4; *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, apud *Piſtorium*, pag. 428; *Albericus*, ad ann. 986, & 1024, p. 29, & 57.

Mathildis, ſeu *Mechtildis*, Uxor *Conradi*, (Cononis) Ducis Carinthiæ, ſeu Auſtraſiorum, cujus Auctor Vitæ *Adalberonis*, apud *Labbeum*, l. c., meminit.

Cuno (Conradus) *Junior*, Dux Carinthiæ. *Wippo*, l. c.; *Annal. Hildeshemenſ.*, apud Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſ.*, pag. 730, ad an. 1039.

Giſela, Ux. (1) *Brunonis*, Marchionis Saxoniæ; (2) *Erneſti*, Ducis Alamanniæ; (3) *Conradi Salici*, Imperatoris. Vid. ſequ. Tit. 5, vita *Conradi Salici*, v. 2.

Vixit ergò *Conradus* noſter in matrimonio *Mechtildis*, *Ludovici* IV, Regis Galliarum, & *Gerbergæ*, *Ottonis Magni* Imp. ſororis, filiæ, de cujus fratribus, *Lothario* Rege, *Carolo* & *Henrico* gemellis, & *Carolomanno*, atque ſorore *Alberada* evolvas *Frodoardum*, ad annos 953, 954, & 956, pag. 186, 187, & 198; *Odoranmum*, an. 966, pag. 215; *Fragmentum Hiſt. Franc.*, apud *Pithœum*, pag. 515; *Wittichindum*, lib. 2 *Annal.*, l. c., pag. 650. Dotem, quam *Mechtildis* Marito attulit, deſcribit *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 986, pag. 29; *Huic ergò Conrado* (Regi Burgundionum) *Rex Francorum, Lotharius, dederat ſororem ſuam, Mathildem, & cum ea, Civitatem Lugdunenſem, in matrimonium, de qua Mathilde Conradus iſte genuit Rodulphum II, & ſororem ſuam, Gepam*, (Gerbergam) *Matrem Imperatricis Giſelæ*, &c. Eam antea fuiſſe nuptam *Balduino*, Flandrenſium Comiti, docet idem *Albericus*, ad an. 1024, p. 57: *Soror autem ultimi Lotharii, Francorum Regis, & Ducis Caroli, nomine Mathildis, poſt mortem primi mariti, Tertii Balduini, Flandrenſis Comitis, Regi Burgundiæ cuidam, Conrado, peperit Regem Rodulphum, & ſororem Ejus, Gepam, quæ fuit Mater hujus Giſelæ, &c.* Omnium Ejus Liberorum hæc eſt ſeries:

Conradus, Rex Burgundiæ Superioris, ſive Juranæ, ſive Galliæ Ciſalpinæ; Ux. *Mathildis*, fil. *Ludovici IV*, Regis Galliæ.

Conradus, ✠ ante Patrem.

Rudolfus III, de quo ſeq. v. 7.

Giſala, Ux. *Henrici* 2, Ducis Bavariæ.

Henricus Sanctus, Imperator. Vid. ſeq. Tit. V, §. 11, Vita hujus Imperatoris.

Bertha, Ux. (1) *Eudonis*, Com. Carnut. & Campaniæ, (2) *Roberti*, R. Galliæ.

Gepa, ſeu *Gerberga*, Ux. *Hermanni* 2, Ducis Alamanniæ.

Mathildis. vid. *Frodoardus*, ad ann. 966, p. 198.

Vid.

Vid. *Henningeſ.*, part. 1 *ſecundi & tertii Regni* in *Quarta Monarchia*, pag. 39, & 57; *Morery*, voc. *Conrad le Pacifique, Roi de Bourgogne*, pag. 240; Dn. *Im-Hof*, *Geneal. Gal.*, Tab. I, & pag. 11. Spiritum tandem emiſit, an. 994, teſte *Hermanno Contracto*, h. a., ubi: *Conrado, Rege Burgundiæ, mortuo, Rudolphus, filius Ejus ignavus, ſucceſſit, &c.* *Morery*, l. c., diem obitus addit 19 Oct. *Henningeſius*, l. c., pag. 57, Eum extinctum putat an. 990; *Albericus* contrà, pag. 39, anno milleſimo.

(v. 7) Ultimus Regum Galliæ Ciſalpinæ, ſeu Burgundiæ Superioris, & Arelatenſis Provinciæ, fuit RUDOLPHUS III, *Conradi*, ut audivimus, filius; meminit ejus *Tangmarus* Presbyter, in vita S. *Bernwardi*, XIII Hildesheimenſis Epiſcopi, cap. 23, apud *Surium*, 20 Nov., pag. 451; & *Ademarus*, Monachus *S. Eparchii*, in Chronico, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, pag. 171, ubi tamen perperam Nepos *Henrici S.* Imperatoris vocatur; nec ſatis accuratè in Chronico *S. Maxentii*, vulgò *Malleacenſi*, l. c., ad an. 996, pag. 205, *Dux* ſaltem *Burgundiæ* dicitur; à *Ditmaro Merſpurg. Reſtituto*, lib. VII, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 407, audit *Rex mollis, & effeminatus, &c.*, & ab *Hermanno Contracto*, ad an. 994, & 1032, apud *Urſtiſium*, pag. 317, & 321, *Rex ignavus*. Cum eſſet hic Princeps ἄκακος pariter, & *Henrici Sancti* Imper. avunculus, reſtitui curavit Imperio, quod tam diu inde avulſum fuit. Summam exprimit *Ditmarus Merſpurg.*, lib. VII *Chron.*, pag. 92, & apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 406, inquiens: *Proximam Palmarum jucunditatem Imperator*, (Henricus S.) *cum Henrico, Venerabili Wirciburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo, complens*, (an. 1016.) *quarta feria ad Bavenberg venit, ibique Cœnam Domini, & Paſſionem, cum Paſchali tripudio, honorabiliter peregit. Et quia Rudolphus, Burgundionum Rex, Avunculus Ejus, ſicut vocatus erat, huc venire non potuit, Nepotem ſibi dilectum obviam ſibi pergere rogavit. Fit eorundem Conventio, in urbe Argentina, & mutuæ charitatis invicem larga benignitas conſociis arriſit utriſque. Fuit quoque ibidem Rudolphi Regis inclyta conjux, quæ, familiaritatis hujus adjutrix, filios ſuimet duos, Senioris autem ſui privignos, Cæſari commendavit; & dilectis ſibi Militibus hoc totum dedit in Beneficium, quod ſibi ab Avunculo ſuimet tum conceſſum, & quod Wilhelmus Pictavenſis hactenus habuit Regio munere praſtitum. Imperator, ſapiente uſus conſilio, hoc voluit, cum his id ſibi firmius ſubdere, quod longe prius Rex prædictus Ei ſacramentis, poſt mortem ſuam, ſancierat. Omnem namque Burgundiæ Regionis primatum, per manus, ab Avunculo accepit, & de maximis rebus, ſine Ejus conſilio non fiendis, ſecuritatem firmavit, &c.* Donationem hanc ſecuta eſt alia, de qua l. c., Lib. VIII, pag. 107, & apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 420, ad annum 1018, pergit: *Jam declinam ab his, & loquar Imperatoris Noſtri proſperitatem, nuper ſibi exortam. Avunculus namque ſuus, Burgundionum Rex, Rudolphus, coronam ſuimet, & ſceptrum, cum Uxore ſua, & privignis, ac Optimatibus univerſis, ſibi conceſſit, reiteraturque ſacramenti confirmatio. Actumque eſt illud Magontiæ, & in prædicto menſe prodigium fit in Malazin, 13 Cal. April., &c.* Paulo aliter rem recenſente *Sigeberto*, ad an. 1020. Enimverò, mortuo prius Imperatore, in ejus demum ſucceſſore, *Conrado Salico*, adimpleta eſt donatio. Utriusque memor *Wippo*, in Vita *Conradi Salici*, apud *Piſtorium*, p. 431, ait: *Rudolphus, Rex Burgundiæ, dum, in ſenectute ſua, Regnum molliter tractaret, maximam invidiam apud Principes Regni ſui comparans, ſecundum Heinricum Imperatorem, filium ſororis ſuæ, in Regnum invitavit, Eumque, poſt vitam ſuam, Regem Burgundiæ deſignavit, & Principes Regni jurare ſibi fecit. Ad quam rem commendandam, Imperator Heinricus infinitam pecuniam ſæpe & ſæpiſſime conſumpſit, ſed, defuncto Imperatore, Heinrico, Rudolphus, Rex, promiſſa ſua irrita fieri voluit. Chonradus autem Rex magis augere, quam minuere, Regnum intentus, Anteceſſoris ſui labores metere volens, Baſileam ſibi ſubjugavit, ut animadverteret, an Rex Rudolphus promiſſa attenderet. Quos poſtea Giſela Regina, filia ſororis ipſius Regis Rudolphi, bene pacificavit, &.*; Anno ſcil. 1027, eodem teſte, l. c., pag. 435, ubi Pacificatio ſic recenſetur: *Imperator, pertranſiens Alemanniam, cunctos, qui ſibi rebelles fuerant, in deditionem recepit, & munitiones eorum dejecit, & perveniens uſque ad Baſileam, Rudolphum, Regem Burgundiæ, alloquitur, qui illuc ſibi occurrebat, extra urbem, juxta vicum, qui Mittenha dicitur, &, habito familiari colloquio, Imperator Regem ſecum duxit in urbem: Confirmata inter eos pace, Giſela Imperatrice hæc omnia meditanſe*, (mediante) *Regnoque Burgundiæ Imperatori tradito, eodem pacto, quemadmodum prius Anteceſſori ſuo, Heinrico Imperatori, datum fuerat; Rex iterum donis ampliatus, cum ſuis reverſus eſt in Burgundiam, &c.* Ad annum 1032, pag. 438, rei exitum ita deſcribit: *Anno Domini 1032, Rudolphus, Rex Burgundiæ, Avunculus Giſelæ Imperatricis, obiit in pace, cujus Regnum Comes Odo, Francigena, filius ſororis ſuæ, invaſit, & quædam Caſtra munitiſſima, ſive Civitates, ſeu dolo, ſeu bello, ceperat: nec ſe Regem auſus eſt facere, nec tamen Regnum voluit dimittere. Referebat quidam, Illum dixiſſe ſæpe, quod nunquam Rex fieri, ſed tamen ſemper Magiſter eſſe Regis vellet. Eo modo magnam partem Burgundiæ diſtraxit, licet Regnum Burgundiæ Cunrado Imperatori, & filio Ejus, Henrico Regi à Rudolpho Rege, poſtquam ipſe ſuperſtes non eſſet, per juſjurandum, jam dudum confirmatum eſſet, &c.*; annectens, paucis interjectis: *anno Domini 1033 Imperator Cunradus, cum filio ſuo, Rege Henrico, Natalem Domini in Argentina Civitate celebravit. Inde, collecto exercitu, per Solodurum, Burgundiam intravit, & veniens ad Paterniacum Monaſterium, in Purificatione S. Mariæ, à Majoribus & Minoribus Regni, ad regendam Burgundiam, electus eſt, & in ipſa die pro Rege coronatus eſt. Deinde quædam Caſtella, quæ Odo invaſerat, obſedit, &c.*

dit, &c. Audiamus de his *Hermannum Contractum*, apud *Urſtiſium*, ad an. 1032, pag. 321: *Rodulphus, Rex Burgundiæ, moriens diadema ſuum Conrado miſit, &c.*, & in Novo Codice, ibidem: *Ruodolphus, Rex Burgundiæ, ignavus, obiit, & Cuonrado Imperatori diadema ſuum transmiſit. Cujus Regnum Odo, ſororis ſuæ filius, Princeps Galliæ Campaniæ, inbaſit, &c.*; Nec non *Marianum Scotum*, ad eundem annum: *Rudolphus, Rex Burgundiæ, obiit, diadema ſuum Conrado Imperatori miſit, &c.*; Et *Sigebertum Gemblacenſem*, ad an. 1034: *Burgundionibus non deſiſtentibus à conſueta, contra Regem ſuum, inſolentia, Rex Rodulphus Regnum Burgundiæ Conrado Imperatori tradidit, quod, à tempore Arnulphi Imperatoris, per annos plus quam centum triginta, Gentis ſuæ Reges tenuerant, ſicque Burgundia iterum redacta eſt in Provinciam, &c.*, & ad ann. 1035: *Odo Campanenſis Regnum Rodulphi Regis, avunculi ſui, à Conrado Imperatore, nepote ſuo, repetens, ut ſub eo regat Burgundiam, efflagitat*, &c. Conf. *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 30, pag. 133: *Rudolphus, Burgundiæ, ſeu Galliæ Lugdunenſis Rex, moriens, Henrico, filio Regis, nepoti ſuo, Regnum, cum diademate, aliisque inſignibus, ſub teſtamento reliquit, &c.* Et lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, cap. 29, p. m. 471: *Reinaldus iſte, de antiqua & illuſtri Burgundionum proſapia originem trahens, illius Burgundiæ Comes dicebatur, quæ olim, à Rudolfo Rege, Imperatori Henrico, Conradi filio, cum Teſtamento relicta, Regnum erat, &c.*; & *Godefridus Viterbienſis*, part. 17 *Chronic.*, pag. 486: *Radulphus, Burgundiæ Rex, moriens, Henrico, filio Imperatoris Conradi, nepoti ſuo, Regnum, cum Corona, aliisque Inſignibus, ſub teſtamento reliquit. Unde Comes Celticus, Otho, aſſerens, ad ſe Regnum Burgundiæ, ſeu Lugdunenſis Galliæ pertinere, invadit illud, &c.* Add. Monachus *Hamerslebienſis*, de *Rebus Imperatorum præclare geſtis*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſ.*, pag. 141: *Rodulfus, Rex Burgundiæ, moriens, diadema ſuum Conrado miſit* 1032, &c.; *Conradus Urſpergenſ.*, pag. 165; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 1034, & 1035, pag. 65, & 66; *Albertus Stadenſ.*, an. 1032, & 1033. Qui tamen omnes vel ſoli *Conrado* Imperatori, vel ejus filio ſoli factam donationem exiſtimant, cum utrumque reſpiciat. Durante bello cum *Ottone*, Campaniæ Principe, defuncti *Rudolfi*, ex ſorore *Berta*, nepote, *Imperator, cum exercitu ſuo, ſuper Odonem, Comitem, in Gallias Francorum venit, dicens: Si Odo in Burgundia res alienas injuſte quæreret, de ſuo proprio, juvante Deo, aliquid perdere deberet. Tunc in Regno Henrici, Regis Francorum, in prædiis tamen & Beneficiis Odonis, tantas devaſtationes & incendia fecit Imperator, ut ipſe Odo, neceſſitate compulſus, humiliter veniens, quæreret veniam, promittens, Burgundiam dimittere, &, ſecundum juſſionem illius, ſibi ſatisfacere. Sic Imperator, cum ſuo honore, & Odonis damno, reverſus eſt, &c.* Sunt verba *Wipponis*, l. c., ad ann. 1033, pag. 439. anno ſequenti, inquit idem, l. c., ad h. a.: *Dum Odo præfatus promiſſa non attenderet, ſed adhuc quandam partem Burgundiæ, quam injuſte invaſerat, obtineret, Imperator Cunradus, expeditis* (expetitis) *Teutonicis & Italis, Burgundiam acutè adiit. Teutones ex una parte, ex altera Archi-Epiſcopus Mediolanenſis, Heribertus, & cæteri Italici, ductu Huperti, Comitis de Burgundia, usque Rhodanum fluvium convenerunt. Auguſtus veniens ad Genevenſem Civitatem, Geroldum, Principem Regionis illius, & Archi-Epiſcopum Lugdunenſem, atque alios quam plures ſubegit, & reverſus, Caſtrum Murat, cum fortiſſimis militibus Odonis munitum, obſidens, vi cepit, & quos intus invenerat, captivos duxit. Cæteri Fautores Odonis, hoc audientes, ſolo timore Cæſaris fugerunt, quos perſecutus Cæſar omnino exterminavit de Regno, &, acceptis de Principibus Burgundiæ multis obſidibus, rediit, per Alſatiam, ad Imperatricem, &c.* Hoc modo rediit ad Imperium Superioris Burgundiæ Regnum, cum Arelatenſi Provincia. Conf. *Hermannus Contractus*, ad ann. 1033, & 1034, pag. 321, & 322; *Marianus Scotus*, ad ann. 1033; *Otto Friſing.*, l. c., cap. 31; *Godefridus Viterbienſis*, pag. 486; Monachus *Herveldenſis*, an. 1033, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 376; *Annales Hildesheimenſes* Dn. de *Leibnitz*, ad an. 1033, pag. 726; *Albericus*, ad an. 1036, pag. 67; *Albertus Stadenſis*, an. 1034; *Sigonius*, de *Regno Italiæ*, lib. 8, ad ann. 1034, pag. 320; *Paulus Æmilius*, lib. 3 *Rer. Gallic.*, cujus verba *Conringius*, lib. 1, de *Finib. Imp.* Cap. XII, §. 12, pag. 114, reddit. Non multo poſt Eum *Henrico* 3, filio, illo ceſſiſſe, docet *Wippo*, l. c., ad an. 1038, pag. 442: *Ejusdem anni Autumno Burgundiam adiit, &, convocatis cunctis Principibus Regni, Generale Colloquium habuit cum eis: & diu deſuetam, atque pene deletam Legem tunc primum Burgundiam prælibare fecerat. Transactis tribus diebus, Generalis Colloquii quarta die, Primatibus Regni cum univerſo Populo laudantibus, atque rogantibus, Imperator filio ſuo, Heinrico Regi, Regnum Burgundiæ tradidit, Eique fidelitatem denuo jurare fecit. Quem Epiſcopi, cum cæteris Principibus, in Eccleſiam S. Stephani, quæ pro Capella Regis Soloduri habetur, deducentes, hymnis & canticis Deum laudabant, Populo clamante, & dicente, quod pax pacem generaret, ſi Rex cum Cæſare regnaret. Reverſus Imperator, per Baſileam deſcendens, Franciam Orientalem, & Saxoniam, atque Friſiam,*

Pacem firmando, Legem faciendo, reviſit.

(v. 8) Qua ratione ſequentes Imperatores jura ſua in dictum Regnum conſervaverint, è *Conringio*, l. c., Cap. XIII, p. 116, &c., petendum eſt. Addi meretur diploma *Conradi III*, Imp., quod, infelici fato defunctus, *Chriſtianus Matthæus Kneſebeck*, Vir cætera doctiſſimus, in *Prodromo Juris Publici univerſalis, Prætenſiones Illuſtres continentis, ex Petri Saxii Pontificio Arelatenſi*, libro repertu rariſſimo, deprompſit:

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Ego Con-

Digitized by Google

interim, ad capeſſendum Italiæ Regnum, *Hugo*, amicitiam *Rudolfi*, Burgundiæ Regis, inde deturbati, aucupaturus, participem litis præfatæ ſe conſtituit, & *habens Colloquium cum Rodulfo, dedit Heriberto Comiti Provinciam Viennenſem, vice filii ſui, Odonis*, utque plenior eſſet tranſactio, *Rodulſus Rex, Remis veniens, pacem facit cum Karolo, reddens Ei Attiniacum, muneribusque honorans Illum*; ita *Frodoardus*, l. c., pag. 131. Enimverò, ſucceſſu temporis, regimine *Hugonis*, *Lambertum*, Tuſciæ Marchionem, *Widonie* Principis fratrem, metu, ne ab Italis Rex conſtitueretur, luminibus orbantis, Marchia Ejus fratri ſuo, *Boſoni*, tradita, indignati Lombardi denuo *in Burgundiam, ad Regem Rodulfum, mittunt, ut adveniat: quod Hugo Rex ut cognovit, Nunciis ad Eum directis, omnem Terram, quam in Gallia, ante Regni ſuſceptionem, tenuit, Rodulfo dedit, atque ab Eo jusjurandum, ne aliquando in Italiam veniret, accepit, &c.* Hæc *Luitprandus*, lib. 3, cap. 13, pag. 126, quæ *Albericus*, ad annum 931, pag. 269, & *Sigonius*, lib. 6, de *Regno Italiæ*, eod. an., pag. 259, repetunt, quo *Carolum Conſtantinum* eidem *Rudolfo* ſe ſubjeciſſe, *Frodoardus*, h. a., pag. 133, aſſirmat, inquiens: *Anno 931 Rodulfus Viennem* (Viennam) *profectus, Karolo Conſtantino, Lugdovici Orbi filio, qui eam tenebat, ſubjectionem pollicitante, revertitur, & Turonum, ad S. Martinum, orationis gratia proficiſcitur, &c.* ad annum 933, pag. 138, annectit: *Vienna Rodulfo Regi, tradentibus eam his, qui eam tenebant, deditur.* Ita coaluit *Superioris Burgundiæ* Regnum cum *Arelatenſi Provincia*, cujus reunionis memor *Guillimannus*, lib. 4 *Origin. Habſpurg.*, pag. 108, ait: *Rex Burgundus*, (Rudolfus 2) *damnata Gentis Italicæ mobilitate, in Patrium ſe Regnum recepit, & cum Guidone*, (Hugonem vult dicere) *Arelatenſi Comite, quem Itali Regem nominarant, tranſegit, Arelatenſis Regni titulum, primis Burgundiæ Regibus celebratum, & quicquid Guido in Provincia habuerat, ab Eo accepit. Cæterum Italiæ Regnum ejuravit, &c.* ſic & Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Veteri Regno Populoque Burgundionum*, cap. 6, §. 3, p. 79: *Captus*, (Ludovicus, Provinciæ Rex) *indigneque habitus, impuberem filium, Carolum Conſtantinum, in Regno Burgundiæ Inferioris ſucceſſorem habuit, cujus Tutor, Hugo, ad capeſſendum Italiæ Regnum accitus, inſigniorem ejus partem, dolo malo, abalienavit, & Rudolfo, antehac ad eam dignitatem conſequendam, à Principibus Italiæ evocato, poſteaque in odium ipſorum adducto, ceſſit. Ea vero jactura Carolum Conſtantinum permovit, ut factus adultior nomen dignitatemque Regis cum titulo Ducis commutaret, & partem Provinciæ Lugdunenſis, Viennamque retineret, quippe potentia & opibus impar futurus Rudolfo æmulo, &c.* Quæ, ex *Ponto Heutero*, poſt *Jonſtonum, Maderus*, in Præfatione, *Otiis Imperialibus Gervaſii Tilerienſis* præfixa, pag. 21, comprobat, in primis Dn. *Conringius*, lib. 1, de *Finibus Imperii*, cap. 12, §. 9, pag. 110, ubi: *Id certum eſt, hac ratione Regni Arelatenſis dignitatem cum Burgundico conjunctam, & in unum quaſi corpus duo Regna illa coiiſſe, cujus fines ex eo, à monte Jura, quem D. Claudii montem vulgo appellant, Rheno, Arari, & Rhodano, usque ad Alpes, & Mare Liguſticum pertinuere; quod ipſum & Joannes Bodinus, lib. 1. de Republ., pag. 128, ingenue profeſſus eſt, &c.*, ad cujus verba Dn. *Philippus Henricus a Gottfart*, diſſert. de *Regno Arelatenſi*, cap. 2, §. 5, provocat. Obiit tandem *Rudolfus* anno 937; ita enim *Frodoardus*, h. a., p. 145: *Rodulfus, Jurenſis ac Ciſalpinæ Galliæ Rex, obiit: cui filius parvus, Conradus, in Regno ſuccedit, &c.*; & *Reginonis Continuator*, h. a: *Rudolphus, Rex Burgundiorum, & Arnolphus, Dux Bavarorum, obierunt, &c.*: nec non *Witichindus Corbejenſis*, in fine lib. 3 Annal., ad an. 937: *Rudolphus, Rex Burgundiæ, & Arnoldus, Dux Noricorum, obierunt, &c.*; & *Hermannus Contractus*, h. a., apud *Urſtiſium*, pag. 313: *Rudolphus, Rex Burgundiæ, obiit, pro quo filius Ejus, Cuonradus, Regnum ſuſcepit, &c. Sigebertus Gemblacenſis; Albericus*, pag. 272, & *Sigonius*, l. c., pag. 261, id referunt ad annum 936; *Chronographo Saxoni*, pag. 157, placet annus 939; juxta calculum contrà *Continuatoris Aimoini*, lib. 5, cap. 42, pag. 599, jam mortuus eſt an. 935, anno ſcil. Regni Galliæ duodecimo, quod, ut dictum, anno 923 ſuſcepit, *Ludovico, Caroli Simplicis* filio, ab ejus obitu, *Hugonis Magni* favore, Solium Francicum conſcendente. Filia Ejus, *Adelheida*, nupſit (1) an. 936, *Hugonis*, ditiſſimi Italiæ Regis, filio & Succeſſori, *Lothario*; teſte *Alberico*, h. a., pag. 172; conf. *Odilo*, Abbas Cluniacenſis, in vita *S. Adelheidis*, Imperatricis, apud *Surium*, 16 Dec., pag. 278, cap. 2; *Domnizo* Presbyter, in vita *Mathildis*, Principis Italiæ, apud Dn. de *Leibnitz*, *de Scriptoribus Brunſuic.*, pag. 634; Chronicon *Caſſinenſe*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, in lib. 3 *Witichindi* Monachi, pag. 696; &c. (2) *Ottoni Magno*, Imperatori, ann. 951; vid. *Reginonis Contin.*, h. a: *Domina Adelheid, Deo amabilis Regina, ſua ipſius prudentia, à cuſtodia eſt, Deo propitio, liberata, & Ottoni Regi, felici, Deo auſpicante, copula conjuncta*; add. *Hroswita* Monialis, in Panegyrico *Ottonis Magni*, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 719, & 720:

Interea Rex Italicus gravido Lotharius
Infectus morbo, mundo diſceſſit ab iſto;
Italiæ Regnum linquens merito retinendum
Summæ Reginæ, ſibi quam ſociavit amore,
Regis Rodulfi fuerat quæ filia Magni,
Edita magnorum longo de ſtemmate Regum,
Cui nomen clarum dictavit ſumma Parentum
Nobilitas, illam digne vocitans Athelheidam, &c.

Nuptiarum Solennia longo carmine, l. c., p. 723, deſcribit *Odilo*, Abbas, in præfata Ejus vita, apud *Surium* l. c., cap. 3, & 4, pag. 278; *Luitprandus*, lib. 4, cap. 6, pag. 131, ubi: *Burgundionum præterea Rex, Rodulfus, mortem obiit, cujus viduam, nomine Bertam, Rex Hugo, Alda, Lotharii Regis, filii ſui, matre, defuncta, maritali ſibi conjugio ſociarat. Sed & filio ſuo, Regi Lothario, Rodulfi & ipſius Bertæ natam, nomine Adelheidam,*

Google

heidam, tum forma honeſtiſſimam, tum morum probitate gratioſam, Conjugem tulit. *Quod Græcis omnibus non videtur idoneum, ſcil. ut, ſi Pater matrem, quum ſint duo unum, uxorem accipiat, filius filiam non ſine reatu valeat ſibi conjugio ſociare*, &c. Add. *Domnizo*, l. c., pag. 634, &c.; *Leo Oſtienſ.*, lib. I *Chron. Caſſinenſ.*, Cap. ult.; *Ekkehardus Junior*, *de Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 5, ap. *Goldaſtum*, Tom. I *Rer. Aleman.*, p. 1, pag. 34; *Lambertus Schaſnaburg.*, an. 951; *Annales Hildenſemenſes*, h. a., apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 718; Monachus *Hamerslebienſis*, de *Geſtis Imperatorum*, ab *Henrico Aucupe* ad *Henricum V* usque, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 138, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 708, ad an. 952; *Hermannus Contractus*, apud *Urſtiſium*, pag. 314, ad eundem annum; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 19, pag. 128; *Godefridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, pag. 475; *Conradus Urſperg.*, pag. 160; *Chronographus Saxo*, pag. 160, & 161, ad an. 951; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, anno 954, pag. 288; *Albertus Stadenſis*, an. 952; *Hoppenrodius*, *Annal. Gernrodenſ.*, apud *Meibomium*, l. c., Tom. 2, pag. 419; *Sigonius*, lib. VI *Ital.*, ad an. 951, pag. 268; *Baronius*, T. X Annal., ad an. 951, p. m. 730; Dn. de *Leibnitz*, l. c., in *Introductione*, §. XXI, p. m. 11; quorum omnium concors ſententia eſt, *Ottonis I* alteram Conjugem, *Adelheidam*, *Rudolphi* Burgundi filiam, fuiſſe viduam *Lotharii*, Regis Italiæ; unde error notandus *Witichindi Corbejenſis*, lib. 3, apud *Meibomium*, l. c., Tom. I, pag. 652, *Ditmari* Merſburgici, lib. 2, p. m. 16, & *Sigeberti Gemblac.*, ad an. 954, viduam *Ludovici* Regis eam conſtituentium. Conf. ſeq. Tit. IV, §. 3, lit. m, v. 5. Obiiſſe eam an. 999, 16 Dec., docent *Odilo*, l. c., cap. 12, pag. 281, Monachus *Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. I *Rer. German.*, p. 376, & *Chronographus Saxo*, h. a., p. 210, & 211. Quod de *Berta*, *Rudolfi* vidua, ab *Hugone*, Italiæ Rege, modo dicti *Lotharii* Patre, ducta, ex *Luitprando* protuli, confirmant Monachus *Hamerslebienſis*, l. c., *Albericus*, ad an. 936, p. 272; *Sigonius*, l. c., ad annos 926 & 936, p. 255, & 261; aliique. De filio Ejus, *Conrado*, Burgundionum Rege, mox dicam. Quid negotii inter eundem, & *Henricum Aucupem*, ob *Lanceam Imperialem*, interceſſerit, ſequenti v. 6 explicabitur.

(v. 5) Fratres huic *Rudolpho* fuiſſe *Hugonem Capetum*, *Inferioris Burgundiæ Ducem*, & *Boſonem*, Vitriaci Comitem, ex *Collectaneo S. Benigni Divionenſis*, apud *Albericum*, *Monachum trium fontium*, ad annum 890, p. 221, & 222, perſpicuum eſt, verbis præced. v. 3 exhibitis. En Schema!

Bovinus, Com. Arduennæ.

- *Boſo*, Rex Burgundiæ creatus, an. 877. † 889; Ux. Ermengard, fil. Ludovici 2, Imperat.
  - Ludovicus, Rex Provinciæ, coronatus Imperator, A. 901, poſtea cæcatus.
    - Carolus Conſtantinus, Dux Viennenſis.
  - N. Uxor. Carolomanni, Regis Burgundiæ & Aquitanniæ.
- Richildis, Ux. Caroli Calvi Imperatoris.
- Richardus, Dux Burgundiæ, & Comes Auguſtodunenſis; Uxor Alheida; vid. *Alberic.*, an. 906, p. 245.
  - Rudolphus 2, Rex Burgundiæ, an. 912, † 937; Ux. Berta, fil. Burchardi, Duc. Alamanniæ.
    - Ludovicus, ex (1,) † ante Patrem. Vid. *Alberic.*, anno 923.
    - Conradus, ex (2,) Rex Burgundiæ.
    - Adelheida, Ux. (1) Lotharii, R. Italiæ, (2) Ottonis Magni Imperat.
  - Hugo, Dux Burgundiæ Infer., cognom. *Capito*, ut & Niger.
    - N. uxor Roberti, Regis Galliæ. Vid. *Alberic.*, ann. 922, & 988.
  - Boſo, Comes Vitriacenſis, † 935. Vid. *Frodoard.*, h. a.; *Vita Johannis* Gortiæ Abb., ap. *Labbeum*, Tom. I *Bibl.*, p. 768, &c.
  - Waldrada, Ux. Bonifacii, Marchionis Camerinorum & Spoletanorum.

Hugonis meminit *Frodoardus*, ad an. 922, pag. 114, quod *Roberto*, Galliam, contra *Carolum Simplicem*, occupatum eunti, auxilio fuerit, & *Albericus*, ad an. 926, pag. 263, quod, ab ejus obitu, ipſius frater, *Rudolfus* Rex, cauſas apud Divionem egerit, præſentibus *Roberto*, Comite Palatii, & *Burgundiæ Comite*, *Gisleberto*. Filiam Ejus in mundum edidiſſe *Hugonem Magnum*, *Hugonis Capeti*, Galliarum Regis, Patrem, *Albericus*, verbis mox ſecuturis, aſſerit. De *Boſone*, an. 923, *Frodoardo* teſte, h. a., pag. 116, *Ricuinum*, in lecto languentem, occidente, varia ibidem, ut & ad A. 924, 928, 929, 930, 931, 932, & 935 proferuntur Conf. ſeq. v. 6. *Hugo Capito* igitur *Burgundiam Inferiorem* moderatus eſt, ab Ejus obitu, præfato *Gisleberto* obvenientem, cujus gener, *Otto*, alterius *Hugonis Capeti*, Francorum Principis, filiorum natu ſecundus, *Lotharii*, Regis Galliæ, beneficio, An. 960, ut *Frodoardus*, h. a., pag. 193, notat, in eadem ſucceſſit. Obiiſſe hunc *Ottonem* an. 965, apud eundem, h. a., pag. 196, reperitur, ubi: *Otho, filius Hugonis, qui Burgundiæ præerat*,

obiit, & Rectores ejusdem Terræ ad Hugonem, & Odonem Clericum, fratres ipſius, ſeſe convertunt, &c. Aſt *Odorannus*, ad an. 956, pag. 215, ſucceſſorem Ei dat *Henricum* fratrem; ibi: *Gislebertus, Comes Burgundionum, obiit, & honorem Ejus, cum filia, nomine Leudegarde, ex qua poſtea, à Rodulfo Divionenſi, Pipicus factus eſt, Otto, frater Hugonis Ducis, recepit ---- mortuo vero Ottone, Ainricus, frater ejus, Ducatum ſuſcepit Burgundiæ.* Hæc amplius Illuſtrat *Albericus*, ad an. 958, p. 291: *Hugo Magnus, Francorum Dux, moritur, qui dicebatur Capito, ſive Cappatus, & in Sigeberto vocatur Comes Pariſienſis. Iſte de Hawide, ſorore Imperatoris,* (Ottonis I) *tres habuit filios: Ducem Hugonem in Francia, qui poſtmodum Regnum obtinuit, & alios duos, Ottonem & Henricum. Otto factus eſt Dux Burgundiæ, & habuit uxorem filiam Gisleberti, qui poſt primum Hugonem Capito, fratrem Rodulphi Regis, Ducatum Burgundiæ tenuit. Sed eo, in adoleſcentia, ſine liberis defuncto, ſucceſſit ei Henricus, frater ſuus, bonis moribus, & manſuetudine adornatus. Tres iſti ſororem habuerunt Beatricem, de qua Fridericus, Dux Moſellanorum, genuit Ducem Theodericum, & fratrem ejus, Alberonem, Epiſcopum, &c.*; & ad an. 922, pag. 258: *Roberto Regi non in Regnum, ſed in Ducatum ſucceſſit filius Ejus, Hugo, qui Magnus eſt, & Cappatus, à Cappa Domini, quam, de Terra promiſſionis, transvexiſſe fertur in Franciam, appellatus. Hujus mater Hugonis filia fuit, Ducis Burgundiæ, unde & hæredes ejus adhuc Ducatum retinent, &c.*; rurſusque ad an. 988, pag. 29: *Avia autem hujus Regis Hugonis,* (Capeti) *mater videlicet Hugonis* (Magni) *Capet, fuit, per conſequentiam, filia illius Hugonis Capeti, qui erat Dux Burgundiæ Inferioris, & fuit frater Regis Rudolphi, & Comitis Vitriaci, Boſonis, &c.*

Generationum Tabula hæc eſt:

Digitized by Google

Robertus Fortis, à Carolo Calvo Imperatore creatus Marchio, & Comes Andegavenſis, à Nortmannis Paganis occiſus. Ux. *Regina*. Vid. *Albericus*, ad an. 988.

Odo, Tutor Caroli Simplicis, Regis Galliæ, & poſtea ipſe Rex Galliæ. Vid. *Albericus*, l. c.; *Aimoini Contin.*, lib. 5, cap. 41, pag. 507.

Robertus, Rex, ſeu potius Anti-Rex Galliæ, in prælio cum Carolo Simplice, an. 923, commiſſo occiſus. Vid. *Odorannus*, h. a., pag. 215; *Frodoardus*, an. eod., pag. 116. Ux (1) N. Soror Herberti, Comitis de Vermandois; (2) N. Soror *Rudolphi*, Anti-Regis Galliæ.

Emma, ex (1,) Uxor *Rudolphi*, Anti-Regis Galliæ.

Hugo Magnus, ex (2,) cogn. *Capetus*, it. Albus, Dux Francorum, & Comes Pariſienſis; ob. an. 958. Ux. Hawida, Henrici Aucupis filia. Vid. ſeq. Tit. V, §. 11, Vita Henrici Aucupis, v. 3.

N. ex (2,) Uxor *Heriberti*, Com. Vermandiæ. Vid *Albericus*, an. 988.

Hugo Capetus, electus an. 987, Rex Galliæ; ob. 996. Vid. *Albericus*, ann. 987, 988, & 996. Ux. *Aiſa*, fil. *Wilhelmi*, Ducis Aquitaniæ.

Otto, Dux Burgund. Inf. Ux. N. fil. *Guleberti*, Ducis Burgund. Vid. *Alberic.* an. 958, 988. † an. 965. Vid. *Frodoardus*, h. a.; *Odorannus*, ad an. 956, p. 215.

Henricus, Dux Burgund. Inf. † 1002; Vid. *Albericus* ann. 958, 988, 995, & 1002; *Odorannus*, anno 956, pag. 215.

Beatrix, Uxor *Friderici*, Ducis Moſellani; *Vid. Frodoardus*, an. 954; *Albericus*, an. 988; Vita *Adalberonis*, Ep. Metenſ., apud *Labbeum*, T. I Biblioth. MS., p. 670.

Odo Clericus. *Frodoardus*, an. 965.

Robertus, Rex Galliæ. Ux. *Conſtantia*, fil. *Wilhelmi*, Pr. Provinciæ; Vid. *Alberic.* ann. 991, 997, 1025, 1031.

Hawida, Ux. *Raineri*, Com. Hannoniæ. *Alberic.* an. 1031.

Guilielmus Otto, fil. adoptivus, † 1027. Ux. Ermentruda. Vid. *Albericus*, ann. 1002, 1005, & 1027.

Hugo, Rex, † 1025. Vid. *Albericus*, h. a., & 1031.

Robertus, Dux Burgundiæ, poſt fratrẽ juniorem. Vid. *Albericus*, anno 1025.

Henricus, Dux Burgund., poſtea Rex Gall. Uxor *Anna*, fil. Georgii, Regis Sclavonum. *Alberic.* an. 1015, 1025, 1031, 1052.

Alda, Ux. *Balduini*, Comitis Flandriæ. *Alberic.* ann. 1031, & 1060.

Guido, † ante Patrem. Vid. *Albericus*, anno 1005.

Rainaldus; Vid. *Albericus*, an. 1027.

Otto. Vid. *Albericus*, ann. 1005, & 1027.

Odo, Dux. Vid. *Albericus*, ann. 1025, & 1031.

Philippus, nat. 1052; Rex coronatus, 1058; excommunicatus, 1095, † 1109. Ux. Berthreda, Vidua Fulconis, Com. Rechiæ. Vid. *Albericus*, Ann. 1052, 1058, 1060, 1087, 1095, & 1109.

Robertus, Vid. *Albericus*, A. 1060.

Hugo Magnus, Com. Veromandenſ. Vid. *Albericus*, an. 1060, 1096, & 1098.

Ludovicus Craſſus, Rex Gall. Vid. *Albericus*, ann. 1108, & 1109.

Hæc ſi vera ſint, falſa eſſe oportet, quæ *Aimoini Continuator*, l. 5, c. 42, p. 509, tradit: *Habebat idem Robertus ſupradictus* (Rex Galliæ) *ſororem hujus Herberti*, (Veromandenſis Comitis, qui Carolum Simplicem, Galliæ Regem, captivum tenebat, cujusque Genealogiam apud Albericum, ad an. 924, pag. 260, oſtendis,) *de qua natus eſt Hugo Magnus*, &c., quia *Robertus* ſocer *Herberti* erat, *Alberico*, ad an. 988, teſte, non affinis. Recentiores interim ſequi malunt *Continuatoris Aimoini* ſententiam, *Roberti* conjugem, quam *Beatricem* vocant, ex Comitibus Veromandenſibus deducentes. Quod ſi vero *Alberico* ſubſcribamus, ratio ſuccedendi adeſt *Roberti* Poſteritatis in Inferiorem Burgundiam, *Provincia Arelatenſi* excepta, quam, ſub *Rudolfo* 2, Rege, cum ſuperiori Burgundia iterum coaluiſſe, præced. v. 4 expoſitum eſt. Sed jam novum dubium. Ponamus, *Roberti*, Galliæ Regis, conjugem fuiſſe *Hugonis Capeti*, Burgundiæ Ducis, *Rudolfi* R. Burgundiæ Germani, filiam, & *Hugonis Magni*, Francorum Ducis, Matrem: Quomodo ſic *Hugonis magni* ſoror, *Emma*, *Rudolfo* Regi nubere potuit?

(v. 6) *Rudolfum* 2 excepit filius, CONRADUS, unitæ Burgundiæ Rex; quam filiationem v. 4 probavi. Hujus ætate Principis, priſtina Germaniæ Jura in avulſas Regni partes repetens *Otto Magnus*, Rex, poſtea creatus Imperator, *Burgundiam* quoque clientelæ ſuæ reſtituit. Frangentibus fidem Lotharingis, & in *Ludovici*, Galliarum Regis, partes pronioribus, *Otto Rex, Reno transmiſſo, Regnum Lotharienſe perluſtrat, & incendiis, prædinque plura loca devaſtat*, &c. Hæc *Frodoardus*, ad an. 939, pag. 147, & 148, ubi addit. *Otto Rex in Regnum Lotharienſe regrediens, pene cunctos ad ſe redire coegit Lotharienſes*, &c. anno 940 *Hugo Princeps, filius Rotberti*, (R. Gall.) *junctis ſibi quibusdam Epiſcopis, tam Franciæ, quam Burgundiæ, cum Heriberto Comite*, (Vermandiæ, Campaniæ, & Peronæ) *& Wilhelmo, Nordmannorum Principe, Remenſem obſidet urbem. Sexta obſidionis die, deſerente omni pene militari manu Artaldum Epiſcopum, & ad Heribertum transeunte, idem Comes Heribertus ingreditur*, &c. Hæc idem, h. a., pag. 150; Qua Urbe capta, *Hugo & Heribertus, locuti cum quibusdam Lotharienſibus, ad obſidionem Lauduni proficiſcuntur cum Willelmo, relicto Remis Hugone Diacono, Heriberti filio, jam pridem ad Epiſcopatum ipſius Urbis evocato. Ludovicus Rex, poſt ſex vel ſeptem ebdomadas, à Burgundia red ens, aſſumpto ſecum Artaldo Archi-Epiſcopo, cum propinquis ipſius, pariter cum eo comitantibus, quorum Beneficia Heribertus Comes abſtulerat, in Remenſem venit Campaniam, tranſitoque fluvio Axona, Laudunum contendit. Quo comperto, Hugo & Heribertus, relicta obſidione Lauduni, noctu ad munitionem Petræpontem deproperant, indeque Ottoni Regi obviam proficiſcuntur, cui conjuncti, ad Atiniacum Eum perducunt, ibique, cum Rotgario Comite, ipſi Odoni ſeſe committunt. Ludovicus Rex ingreſſus Laudunum, victus ſui providet neceſſaria, ſicque, cum Hugone Nigro, & Willelmo Pictavenſi, Burgundiam repetit. Otto Rex Heinrico, fratri ſuo, Regnum Lotharienſe committit, tumque cum diverſarum gentium, quas ſecum adduxerat, multitudine poſt Ludovicum in Burgundiam proficiſcitur, habens ſecum* **Conradum, filium Rodulfi, Regis Jurenſis**, *quem, jam dudum dolo captum, ſibique adductum, retinebat; Caſtraque metatus ſuper Sequanam, obſides ab Hugone Nigro accepit, cum juramento, ne eſſet nocumento Hugoni, vel Heriberto, qui ſe ſubdiderant eidem Oddoni. Quo facto revertitur ad ſua, &c.* inquit idem, l. c. Occaſione itaque Lotharingici Belli *Otto Magnus* Germaniæ Jura in Burgundiam reſtituit. Summam proponit *Witichindus Corbejenſis*, lib. 2 *Annal.*, apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 649: *Rex autem* (Otto) *de die in diem proficiens, Paterno Regno nequaquam eſt contentus, ſed abiit Burgundiam, Regem, cum Regno, in ſuam accepit poteſtatem. Hugonem alterum armis edomuit, ac ſibi ſubjectum fecit, &c.* Factum comprobant *Monachus Hamerslebienſis, de Imperatorum rebus præclare geſtis*, ap. *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 137, & Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scripſ. Rerum Brunſuic.*, p. 708; *Albertus Stadenſis*, ad an. 941; *Sigebertus Gemblac.*, an. 945; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. 946, pag. 283; &, ex Recentioribus, Dn. *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 12, §. 10, pag. 111, &c., & Dn. à *Gottfart*, de *Regno Arelatenſi*, cap. 2, §. 6; Hiſce temporibus *Boſo quidam, filius dudum Principis Burgundionum, Richardi, partem aliquam Regni ſibi evindicans, caſtrisque ſe continens munitiſſimis, Dominatum cujusquam prorſus reſpuerat, Victoriacum, Campaniæ caſtrum, obtinens, inter reliqua circumpoſitorum, poſſeſſiones quasdam Monaſterii Gorzienſis, acſi jure hæreditario, uſurparat, &c.* Extant hæc in *Vita Joannis, Gorziæ* Abbatis, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 768. Fuiſſe *Boſonem*, *Richardi*, Burgundiæ Ducis, filium, Comitemque Vitriaci, præced. v. 5 deductum. Eundem, jam anno 928, turbas excitaſſe, *Frodoardus* commemorat, ad h. a., pag. 131; ibi: *Heinricus, Germanicus Princeps, cum multitudine Germanorum, Rhenum tranſiit, & ſupra Moſam veniens, obſidet quoddam caſtrum Boſonis Comitis, nomine Durofoſtum, pro eo, quod Boſo ad legem venire nolebat, de quibusdam Abbatiis, & terra Epiſcopii, quam poteſtatis auctoritate ceperat, & pertinaciter Heinrici præcepta ſpernens, detinebat; mittensque ad Boſonem, pacem ſpondet, ſi ad ſe veniat. Qui, acceptis obſidibus, pacto ſecuritatis, ab Heinrico, venit ad Eum, Eique fidelitatem, & pacem Regno juramento promittit, terram, quam vi ceperat, reddit, data ſibi alia recompenſationis gratia, &c.*; Ad an 929, pag. 131, & 132, pergens: *Heribertus, & Hugo, Comites, contra Boſonem, Rodulfi Regis fratrem, proficiſcuntur, propter quosdam Rothildis alodes nuper defunctæ, quos, à Boſone*

ſone perVaſos, repetebat Hugo, gener ipſius Rothildis. At Heribertus Comes Victoriacum, Boſonis Caſtellum, cepit, & poſt hæc induciàs dant Boſoni, usque ad finem Maji menſis. Boſo, ad Heinricum profectus, pacem publicè jurare compellitur, &c. Anno tamen ſequenti, mediante *Rudolfo* Rege, Caſtellum hoc Boſoni fuiſſe reſtitutum, ex eodem diſcimus, ad an. 930, pag. 132. Verſa vice, anno 931, *inter Giſlebertum Lotharienſem, & Boſonem ſimultas exoritur, pacato Boſone cum Heriberto, Caſtrumque Boſonis, Duroſoſtum, à Giſleberto capitur - - - Boſo, relicto Heinrico, ad Rodulfum Regem vadit, indeque rediens, Catalaunicum caſtrum vi cepit - - - - Rodulfus Rex, cum Hugone & Boſone, cæterisque ſuis, Remorum obſident urbem, &c.* Hæc idem, h. a., pag. 134, & 135; Rediiſſe autem, anno 935, in *Henrici* gratiam, majorem amiſſorum partem recuperando, idem teſtatur, h. a., pag. 141: *Heinricus, Boſone recepto, Terram, quam prius habuerat, ei, ex magna parte, reſtituit, &c.*, indignatione *Rudolfi* ſusque deque habita, qui propterea, ut l. c. dicitur, *Divionum Caſtrum*, *quem* (quod) *Boſo Comes ceperat, ejusque complices retinebant, obſidet. Lotharienſes cum quibusdam Comitibus è Saxonia, Heriberti ſcilicet amicis, quaſi ad colloquium Hugonis, cum multo exercitu Veniunt. Sed quia Hugo Caſtellum S. Quintini Heriberto renuit reddere, ipſam munitionem obſident, belloque preſſam, tutantium tandem redditione, recipiunt, atque ſubvertunt, parantesque Laudunum obſidere, mandatu Rodulfi Regis, in propria reVertuntur. Interea Boſo, frater Rodulfi Regis, in expeditione obſidionis Caſtri S. Quintini moritur, & delatus ad S. Remigium ſepelitur, &c.* Obiit ergo *Boſo* noſter, vivente adhuc *Henrico Aucupe*; quomodo igitur ſub *Ottone Magno* partem aliquam Regni ſibi evindicare potuit? Sola *Frodoardi*, Viri coævi, quique rebus geſtis interfuit, auctoritas omnium recentiorum dicta elidit. Nec hinc verum, quod *Gotfridus Viterbienſis*, part. XIX *Chronic.*, pag. 532, & 533, (non part. XVII, pag. 504, ut nonnulli tradunt,) & *Theodoricus à Niem*, in *Nemore Unionis*, Tractat. VI, cap. 33, cujus verba *Meibomius*, T. I *Rer. German.*, p. 664, repetit, affirmant, *Ottonis Magni* tempore regnaſſe *Boſonem* quendam *Arelati*, à Clero, ob verbera, Epiſcopo loci, Eum non invitanti, cum ſacra eſſet facturus, impacta, Regiâ ejectum, qui ſe, Regnumque tandem *Ottoni* Regi ſubmiſerit. *Viterbienſis* ſic canit:

Tempore Natalis Domini Rex (Boſo) *eſt Arelati,*
Pontifices Sacri ſurgunt, ad feſta parati,
Noctis ad officia laude canore dati.
Dumque gerit ſacrum Præſul, quo Miſſa canatur,
Rex Venit iratus, quia non fuit ante Vocatus,
Fuſteque mitratum percutit ipſe caput.
Res plangenda ſatis, Præſul, cum Sanctificatis,
Percutitur, gratis ſolennibus evacuatis.
A modò noſcatis, quid Deus inde facit.
Tam male tractati tunc Pontifices Arelati,
Milite collecto, veniunt ad bella, parati
Cœleſtis fati digna patrare, pati.
Unde coarctatus Rex ſurgit ad arma Vocatus.
Vincitur, ejicitur, ſtat Præſul honorificatus.
Rex dolet iratus, ludibrioque datus.
Mens deVicta dolet, nimio confuſa pudore,
Nec regnare Volet, quia bello perdit honorem.
Optat, ut & Monachi jam ſibi vita foret.
Imperii ſolium cum Maximus Otto teneret,
Et Valitura ſatis mundi fortuna faVeret,
Huic REX BOSO loquens verba gemendo refert:
Trado Tibi REGNUM, cunctos depono decores,
A modo noſtra Tibi ſacra Lancea præſtet honores,
Sola mihi Monachi vita colenda foret.
Do Tibi Vivarium, Lugduni ſede ſedebis.
Hæc duo cis Rhodanum, me traduce, caſtra tenebis.
Rex ibi Francigenis prædia nulla petit.
Lancea Mauricii, mea quam Tibi dextera tradit,
Eſt Caput illorum, quæ nunc mea Regna notavi,
Nunc caput Imperii lancea Sancta dabit.
Qua dubius Sauna, Rhodanus fluit, eſtque Vienna,
Cis mare Tyrrhenum fuerant Boſonica Regna,
Huic ſimul Allobroges & Morienna favent.

Præter enim, quod apud Scriptores coævos, de *Boſone*, Arelatenſium Rege, qui ſub *Ottone Magno* vixerit, altum ſit ſilentium, ex *Luitprando*, tunc florente, lib. IV *Hiſtor.*, cap. 12, pag. 135, patet, lanceam ſacram, cujus hic mentio fit, *Henricum Aucupem* jam à *Rudolfo* 2, Burgundionum Rege, obtinuiſſe; ibi: *Burgundionum itaque Rex Rudolfus, qui nonnullis annis Italicis imperavit, lanceam illam* (ſanctam) *à Samſone Comite dono acceperat - - - - Henricus itaque Rex, ut erat Domini timens, totiusque Religionis amator, audito, Rodulfum tam ineſtimabile donum habere cœleſte, nunciis directis tentaVit, ſi præmiis aliquibus id poſſet acquirere, ſibique, adVerſus viſibiles inviſibilesque hoſtes, arma invictiſſima, triumphumque perpetuum præparare. Quod quum Rex Rodulfus modis omnibus ſe nunquam facturum ediceret, Rex Henricus, quia mollire hunc muneribus non potuit, minis terrere magnopere curavit, omne quippe Regnum Ejus cæde atque incendiis ſe depopulaturum eſſe promiſit. Quia Vero, quod petebatur, munus erat, quo cœleſtibus terrea Deus conjunxerat, lapis ſcil. angularis, faciens utraque unum, Rodulfi Regis emolliVit cor, juſtoque Regi juſta juſte petenti cominus dedit - - - - quanto autem amore Rex Henricus præfatum ineſtimabile donum acceperit, tum in nonnullis rebus, tum in hoc præſertim claruit, quod non ſolum eo donantem ſe auri argentique muneribus, Verum etiam SueVorum ProVinciæ parte non minima honoraVit, &c.* Annum exprimit *Sigebertus Gemblacenſis*, ſcil. 929, ajens: *Lanceam mirandi operis, & clavis Jeſu Chriſti crucifixi ſanctificatam, quæ dicitur primi & Magni Conſtantini fuiſſe, donatam Rodulpho, Regi Burgundionum & Italiæ, à Samſone Comite,*

Rex Henricus precibus, minis, muneribus, addita etiam parte Provinciæ Suevorum, à Rodulpho Comite extorquet, & hanc, ad inſigne & tutamen Imperii, poſteris relinquit, &c. Conf. *Otto Friſing.*, lib. 6 Chron., cap. 18, pag. 127, *Rudolfo* licet perperam *Arnolfi* nomen tribuat; *Chronographus Saxo*, an. 925, pag. 152; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 153, & 154; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 929, pag. 266; *Albertus Stadenſis*, ad an. 920; *Woltherus, Chron. Bremenſ.*, in vita *Willerici* Præſulis, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 24; Auctor *Hiſtoriæ Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, apud *Lindenbrogium*, in vita *Unnonis*, p. m. 73; *Henricus Bodo*, Syntagm. de *Cœnobio Gandeſiano*, apud *Meibomium*, l. c., pag. 491; *Theodoricus Engelhuſius*, de *Imperatoribus è domo Brunſuicenſi oriundis*, apud *Maderum*, de *Antiquitatibus Brunſuicenſ.*, p. 28; &c., qui omnes, cum aliis multis, *Henricum Aucupem* à *Rudolfo* Burgundo *ſacram lanceam*, quam *Conſtantini*, alioque nomine, *S. Mauricii* vocant, accepiſſe ferunt. *Ingulphus* contrà, Abbas Monaſterii *Croylandenſis*, Sec. XI ſcriptor, in Hiſtoria ſua, apud *Savile*, pag. m. 878, eam *Athelſtano*, Angliæ Regi, tunc miſſam arbitratur, & quidem, ut *Wilhelmo Malmesburienſi*, lib. 2 *Hiſtor. Angl.*, pag. 51, & *Hugoni*, apud *Albericum*, ad an. 987, pag. 27, videtur, ab *Hugone*, Galliæ Rege, ſororem ejus in matrimonium petente. Si verò *Witichindo*, ejusdem ætatis Monacho, fidem adhibeamus, jam dudum inter pretioſa Imperii locum antea habuit hæc lancea; ita enim, lib. 1 *Annal.*, apud *Meibomium*, l. c., Tom. I, pag. 636, moribundum *Conradum*, Germaniæ Regem, fratri dicentem inducit: *Fortuna, frater, cum nobiliſſimis moribus, Henrico cedit: rerum publicarum ſecus Saxones ſumma eſt. Sumptis igitur his inſignis, lancea ſacra, armillis aureis, cum chlamyde, & veterum gladio Regum, ac diademate, ito ad Henricum, facito pacem cum Eo, ut Eum fœderatum poſſis habere in perpetuum, &c.* Nec eam cum *lancea Domini*, qua nebulo ille, quem ſtolidè, *Longini* appellatione, Albo Sanctorum inſerunt, Salvatoris crucifixi latus aperuit, tempore Belli ſacri, anno 1098, *Antiochia* inventa, confundendam arbitrantur *Conradus Urſperg.*, pag. 179, & *Albericus*, ad an. 987, pag. 27, & ad an. 1098, pag. 166; Alia omnino lancea fuit *Rudolphi*, Anti-Cæſaris *Henrici IV*, de qua *Conradus Urſpergenſ.*, ad an. 1079, pag. 172, ſcribit: *Iterum bellum fit inter Heinricum, & Rudolphum, in loco, qui dicitur Fladcheheim, hieme nimis aſpera, ubi, in primo congreſſu, Saxones terga vertunt. Ibi Dux Boëmiæ, Fratizlaus, Regalem lanceam Rudolphi adeptus eſt, qua exinde, permiſſione Regis Heinrici, ſemper quemvis illius Gentis Ducatu inſignem, in omni feſtiva proceſſione, præcedit, &c.* Quæ *Chronographus Saxo*, ad h. a., pag. 263; *Albertus Stadenſis*, h. a.; Auctor *Chronici Bigaugienſis*, ad an. 1078, apud *Maderum*, in *Chronico Montis Sereni*, pag. 245; *Levoldus de Northof*, in Chronico Comitum *de Marca*, ad eundem annum, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 382, aliique comprobant. Plura qui deſiderat, evolvat *Maderi Præfationem*, in *Gervaſii Tilberienſis Otia Imperialia*, pag. 23, &c.; *Conringium*, de *Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 12, §. 8, pag. 109, & ibidem in Additionibus, p. m. 69; Illuſtr. *Obrechtum*, de *Clenodiis S. R. Imperii*, quæ diſſertatio, inter *Opera Ejus Academica*, locum decimum ſeptimum occupat, *θ.* XI ad XVIII, p. 353 ad 358; Dn. *Philippum Henricum à Gottfart*, de *Regno Arelatenſi*, cap. 2, §. 4; *Johannem Fridericum Artzbergerum*, Diſſ. de *Henrico Aucupe Imperatore*, Sect. 2, *θ.* 2, p. m. 14. De *Longini lancea* in ſpecie diſſerit Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, in *Tmematibus, quibus primi Chriſtianorum Imperatoris antiquitates illuſtrantur*, §. 11, pag. 17, &c. Commentum igitur eſt, quicquid de *Boſonis* præfati Regno circumfertur; ſolus *Conradus*, ætate iſta, Burgundiæ, & Arelatenſis Provinciæ Rex fuit, quem & hoc titulo Cluniacenſis Abbas, *Odilo*, in vita *S. Adalheidis*, *Ottonis I* Imp. Conjugis, ſororis Ejus, cap. VII, apud *Surium*, 16 Decemb., pag. 279, *Ekkardus Junior*, de *Caſibus S. Galli*, cap. V, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Rerum Alemannicarum*, part. 1, pag. 34, & alii multi compellant. *Frodoardus*, ad an. 946, p. m. 165, auctor eſt, eundem *Ottonis* latus ſtipaſſe, cum *Ludovico*, Galliarum Regi, auxilio eſſet; ibi: *Regina Gerberga* (Ludovici R. G. uxor) *nuper ad Ottonem, fratrem ſuum, Legationem direxerat, auxilium depoſcens ab eo. Qui maximum colligens, ex omnibus Regnis ſuis, exercitum, venit in Franciam, Conradum quoque ſecum habens, Ciſalpinæ Galliæ Regem, &c.* Interim negari nequit, regnante *Conrado*, *Carolum Conſtantinum*, Viennenſium Principem, *Boſonis*, Burgundiæ Regis, nepotem, & *Ludovici* Regis filium, quorum ſtemma præced. v. 4 habetur, aliquoties nutaſſe, in Gallorum partes propendendo; ita *Frodoardus*, ad an. 941, pag. 154: *Ludovicus Rex* (Galliæ) *à Karlo Conſtantino in Vienna recipitur*, &c.; & rurſus, ad an. 951, pag. 181: *Ludovicus Rex Aquitaniam cum exercitu petit. Sed antequam eandem ingrederetur Provinciam, Karlus Conſtantinus, Viennæ Princeps, & Stephanus, Arvernorum Præſul, ad Eum venientes, ſui efficiuntur, &c.* Uxoris Ejus meminit Anonymus, Abbas *Fingenii & Sviardi*, in vita *B. Adalberonis*, Metenſis Epiſcopi, Promotoris ſui, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth.* MS., pag. 674, verbis: *Domnus Otto Dux, Pater iſtius Venerabilis Conradi Ducis*, (Carinthiæ) *nobis conſedentis, natus ex* (Luitgarda) *filia Magni Ottonis eſt, cujus ſoror, Girbergia, dedit filiam ſuam* (Mathildim) *Conrado, Burgundionum Regi; ex Conradi autem filia*, (Mechtildi) *nata eſt Domina Mathildis, hujus Conradi aſſidentis uxor, &c.* En ſchema plenius!

Hen-

Digitized by Google

Henricus Auceps; Ux. *Mechtildis*, fil. *Theodorici*, Comitis Saxonici, (Ringelheimenſis.) Vid. ſeq. Tit. V, §. 11, *Vita Heinrici Aucupis*, verſ. 2.

Otto Magnus, Imp. Ux. Editha, (Otgit) filia *Edmundi*, Reg. Anglor. vid. ſeq. Tit. V, §. 11, Vita *Ottonis I*, verſ. 2.

Luitgarda, Ux. *Conradi*, Duc. Franconiæ, Lotharingiæ, &c., qui ✠ ann. 955. vid. infra l. c. v. 3.

Otto, Dux Franconiæ, &c., de quo hîc ſermo. Ux. *Juditta*. Vid. *Chron. Regum Francorum*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Bibliothecæ Cæſar.*, cap. 5, p. 394; Charta Donationis *Conradi Salici*, ann. 1026 Eccleſiæ Wormatienſi factæ, ante *Burchardi*, Wormat. Epiſc., libros XX *Decretorum*, Sec. XI congeſtos, pag. 3; *Wippo*, in *Vita Conradi Salici*, apud *Piſtorium*, p. 425; Epitaphium *Gregorii V*, P. R., apud *Baronium*, Tom. X *Annal.*, ad an. 999, pag. 914.

Conradus, Dux Carinthiæ, ſeu *Auſtraſiorum*, ut in Vita *Adalberonis Metenſis*, apud *Labbeum*, l. c., vocatur, *Wipponi*, l. c., *Cono* dictus. Ux. *Mechtildis*, ſeu *Mathildis*, fil. *Hermanni*, Duc. Alaman., & *Gerburgis*, Princ. Burgundiæ.

Cuno Junior, ✠ 1039, 13 Kal. Aug. vid. *Wippo*, l. c.; *Annal. Hildesheimenſes*, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Rer. Brunſ.*, p. 730, ad an. 1039, ubi *Chuonradus*, *Carentanorum Dux*, audit.

Gerberga, Uxor (1) an. 929, *Giſiberti*, D. Lotharing. (2) 939, *Ludovici IV*, Reg. Galliarum; vid. ſeq. Tit. V, §. 11, Vita *Henrici Aucupis*, v. 3.

Mathildis, ex (2) Uxor *Conradi*, Regis Burgundiæ, qui ✠ an. 994. vid. *Frodoard.* an. 966, pag. 198; *Albericus*, ann. 986, & 1024, pag. 29, & 57.

Gerburgis, ſeu *Gepa*, Ux. *Hermanni* 2, Ducis Alamanniæ; vid. *Liber Miraculorum B. Adelheidis*, Prolog. apud *Surium*, 16 Decemb. pag. 282, §. 4; *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, apud *Piſtorium*, pag. 428; *Albericus*, ad ann. 986, & 1024, p. 29, & 57.

Mathildis, ſeu *Mechtildis*, Uxor *Conradi*, (Cononis) Ducis Carinthiæ, ſeu Auſtraſiorum, cujus Auctor Vitæ *Adalberonis*, apud *Labbeum*, l. c., meminit.

Cuno (Conradus) *Junior*, Dux Carinthiæ. *Wippo*, l. c.; *Annal. Hildesheimenſ.*, apud Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſ.*, pag. 730, ad an. 1039.

Giſela, Ux. (1) *Brunonis*, Marchionis Saxoniæ; (2) *Erneſti*, Ducis Alamanniæ; (3) *Conradi Salici*, Imperatoris. Vid. ſequ. Tit. 5, vita *Conradi Salici*, v. 2.

Vixit ergò *Conradus* noſter in matrimonio *Mechtildis*, *Ludovici* IV, Regis Galliarum, & *Gerbergæ*, *Ottonis Magni* Imp. ſororis, filiæ, de cujus fratribus, *Lothario* Rege, *Carolo* & *Henrico* gemellis, & *Carolomanno*, atque ſorore *Alberada* evolvas *Frodoardum*, ad annos 953, 954, & 956, pag. 186, 187, & 198; *Odorannum*, an. 966, pag. 215; *Fragmentum Hiſt. Franc.*, apud *Pithœum*, pag. 515; *Witichindum*, lib. 2 *Annal.*, l. c., pag. 650. Dotem, quam *Mechtildis* Marito attulit, deſcribit *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 986, pag. 29; *Huic ergò Conrado* (Regi Burgundionum) *Rex Francorum, Lotharius, dederat ſororem ſuam, Mathildem, &, cum ea, Civitatem Lugdunenſem, in matrimonium, de qua Mathilde Conradus iſte genuit Rodulphum II, & ſororem ſuam, Gepam,* (Gerbergam) *Matrem Imperatricis Giſelæ*, &c. Eam antea fuiſſe nuptam *Balduino*, Flandrenſium Comiti, docet idem *Albericus*, ad an. 1024, p. 57: *Soror autem ultimi Lotharii, Francorum Regis, & Ducis Caroli, nomine Mathildis, poſt mortem primi mariti, Tertii Balduini, Flandrenſis Comitis, Regi Burgundiæ cuidam, Conrado, peperit Regem Rodulphum, & ſororem Ejus, Gepam, quæ fuit Mater hujus Giſelæ, &c.* Omnium Ejus Liberorum hæc eſt series:

Conradus, Rex Burgundiæ Superioris, ſive Juranæ, ſive Galliæ Ciſalpinæ; Ux. *Mathildis*, fil. *Ludovici IV*, Regis Galliæ.

Conradus, ✠ ante Patrem.	*Rudolfus III*, de quo ſeq. v. 7.	*Giſala*, Ux. *Henrici* 2, Ducis Bavariæ. *Henricus Sanctus*, Imperator. Vid. ſeq. Tit. V, §. 11, Vita hujus Imperatoris.	*Bertha*, Ux. (1) *Eudonis*, Com. Carnut. & Campaniæ, (2) *Roberti*, R. Galliæ.	*Gepa*, ſeu *Gerberga*, Ux. *Hermanni* 2, Ducis Alamanniæ.	*Mathildis*. vid. *Frodoardus*, ad ann. 966, p. 198.

Vid.

Vid. *Henningeſ.*, part. 1 *ſecundi & tertii Regni* in *Quarta Monarchia*, pag. 39, & 57; *Morery*, voc. *Conrad le Pacifique, Roi de Bourgogne*, pag. 240; Dn. *Im-Hof, Geneal. Gal.*, Tab. I, & pag. 11. Spiritum tandem emiſit. an. 994, teſte *Hermanno Contracto*, h. a., ubi: *Conrado, Rege Burgundiæ, mortuo, Rudolphus, filius Ejus ignavus, ſucceſſit, &c. Morery*, l. c., diem obitus addit 19 Oct. *Henningeſius*, l. c., pag. 57, Eum extinctum putat an. 990; *Albericus* contrà, pag. 39, anno milleſimo.

(v. 7) Ultimus Regum Galliæ Ciſalpinæ, ſeu Burgundiæ Superioris, & Arelatenſis Provinciæ, fuit RUDOLPHUS III, *Conradi*, ut audivimus, filius; meminit ejus *Tangmarus* Presbyter, in vita S. *Bernwardi*, XIII Hildesheimenſis Epiſcopi, cap. 23, apud *Surium*, 20 Nov., pag. 451; & *Ademarus*, Monachus *S. Eparchii*, in Chronico, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, pag. 171, ubi tamen perperam Nepos *Henrici S.* Imperatoris vocatur; nec ſatis accuratè in Chronico *S. Maxentii*, vulgò *Malleacenſi*, l. c., ad an. 996, pag. 205, *Dux* ſaltem *Burgundiæ* dicitur; à *Ditmaro Merſpurg. Reſtituto*, lib. VII, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 407, audit *Rex mollis, & effeminatus, &c.*, & ab *Hermanno Contracto*, ad an. 994, & 1032, apud *Urſtiſium*, pag. 317, & 321, *Rex ignavus*. Cum eſſet hic Princeps [illegible] pariter, & *Henrici Sancti* Imper. avunculus, reſtitui curavit Imperio, quod tam diu inde avulſum fuit. Summam exprimit *Ditmarus Merſpurg.*, lib. VII *Chron.*, pag. 92, & apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 406, inquiens: *Proximam Palmarum jucunditatem Imperator*, (Henricus S.) *cum Henrico, Venerabili Wirciburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo, complens*, (an. 1016.) *quarta feria ad Bavenberg venit, ibique Cœnam Domini, & Paſſionem, cum Paſchali tripudio, honorabiliter peregit. Et quia Rudolphus, Burgundionum Rex, Avunculus Ejus, ſicut vocatus erat, huc venire non potuit, Nepotem ſibi dilectum obviam ſibi pergere rogavit. Fit eorundem Conventio, in urbe Argentina, & mutuæ charitatis invicem larga benignitas conſociis arriſit utrisque. Fuit quoque ibidem Rudolphi Regis inclyta conjux, quæ, familiaritatis hujus adjutrix, filios ſuimet duos, Senioris autem ſui privignos, Cæſari commendavit; & dilectis ſibi Militibus hoc totum dedit in Beneficium, quod ſibi ab Avunculo ſuimet tum conceſſum, & quod Wilhelmus Pictavenſis hactenus habuit Regio munere præſtitum. Imperator, ſapiente uſus conſilio, hoc voluit, cum his id ſibi firmius ſubdere, quod longe prius Rex prædictus Ei ſacramentis, poſt mortem ſuam, ſancierat. Omnem namque Burgundiæ Regionis primatum, per manus, ab Avunculo accepit, & de maximis rebus, ſine Ejus conſilio non fiendis, ſecuritatem firmavit, &c.* Donationem hanc ſecuta eſt alia, de qua l. c., Lib. VIII, pag. 107, & apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 420, ad annum 1018, pergit: *Jam declinam ab his, & loquar Imperatoris Noſtri proſperitatem, nuper ſibi exortam. Avunculus namque ſuus, Burgundionum Rex, Rudolphus, coronam ſuimet, & ſceptrum, cum Uxore ſua, & privignis, ac Optimatibus univerſis, ſibi conceſſit, reiteraturque ſacramenti confirmatio. Actumque eſt illud Magontiæ, & in prædicto menſe prodigium fit in Malazin, 13 Cal. April., &c.* Paulo aliter rem recenſente *Sigeberto*, ad an. 1020. Enimverò, mortuo prius Imperatore, in ejus demum ſucceſſore, *Conrado Salico*, adimpleta eſt donatio. Utriusque memor *Wippo*, in Vita *Conradi Salici*, apud *Piſtorium*, p. 431, ait: *Rudolphus, Rex Burgundiæ, dum, in ſenectute ſua, Regnum molliter tractaret, maximam invidiam apud Principes Regni ſui comparans, ſecundum Heinricum Imperatorem, filium ſororis ſuæ, in Regnum invitavit, Eumque, poſt vitam ſuam, Regem Burgundiæ deſignavit, & Principes Regni jurare ſibi fecit. Ad quam rem commendandam, Imperator Heinricus infinitam pecuniam ſæpe & ſæpiſſime conſumpſit, ſed, defuncto Imperatore, Heinrico, Rudolphus, Rex, promiſſa ſua irrita fieri voluit. Chonradus autem Rex magis augere, quam minuere, Regnum intentus, Anteceſſoris ſui labores metere volens, Baſileam ſibi ſubjugavit, ut animadverteret, an Rex Rudolphus promiſſa attenderet. Quos poſtea Giſela Regina, filia ſororis ipſius Regis Rudolphi, bene pacificavit, &.*; Anno ſcil. 1027, eodem teſte, l. c., pag. 435, ubi Pacificatio ſic recenſetur: *Imperator, pertranſiens Alemanniam, cunctos, qui ſibi rebelles fuerant, in deditionem recepit, & munitiones eorum dejecit, & perveniens uſque ad Baſileam, Rudolphum, Regem Burgundiæ, alloquitur, qui illuc ſibi occurrebat, extra urbem, juxta vicum, qui Mittenha dicitur, &, habito familiari colloquio, Imperator Regem ſecum duxit in urbem: Confirmata inter eos pace, Giſela Imperatrice hæc omnia meditante*, (mediante) *Regnoque Burgundiæ Imperatori tradito, eodem pacto, quemadmodum prius Anteceſſori ſuo, Heinrico Imperatori, datum fuerat; Rex iterum donis ampliatus, cum ſuis reverſus eſt in Burgundiam, &c.* Ad annum 1032, pag. 438, rei exitum ita deſcribit: *Anno Domini 1032, Rudolphus, Rex Burgundiæ, Avunculus Giſelæ Imperatricis, obiit in pace, cujus Regnum Comes Odo, Francigena, filius ſororis ſuæ, invaſit, & quædam Caſtra munitiſſima, ſive Civitates, ſeu dolo, ſeu bello, ceperat: nec ſe Regem auſus eſt facere, nec tamen Regnum voluit dimittere. Referebat quidam, Illum dixiſſe ſæpe, quod nunquam Rex fieri, ſed tamen ſemper Magiſter eſſe Regis vellet. Eo modo magnam partem Burgundiæ diſtraxit, licet Regnum Burgundiæ Cunrado Imperatori, & filio Ejus, Henrico Regi à Rudolpho Rege, poſtquam ipſe ſuperſtes non eſſet, per jusjurandum, jam dudum confirmatum eſſet, &c.*; annectens, paucis interjectis: *anno Domini 1033 Imperator Cunradus, cum filio ſuo, Rege Henrico, Natalem Domini in Argentina Civitate celebravit. Inde, collecto exercitu, per Solodurum, Burgundiam intravit, & veniens ad Paterniacum Monaſterium, in Purificatione S. Mariæ, à Majoribus & Minoribus Regni, ad regendam Burgundiam, electus eſt, & in ipſa die pro Rege coronatus eſt. Deinde quædam Caſtella, quæ Odo invaſerat, obſedit, &c.*

Digitized by Google

dit, &c. Audiamus de his *Hermannum Contractum*, apud *Urſtiſium*, ad an. 1032, pag. 321: *Rodulphus, Rex Burgundiæ, moriens diadema ſuum Conrado miſit, &c.*, & in Novo Codice, ibidem: *Ruodolphus, Rex Burgundiæ, ignavus, obiit, & Cuonrado Imperatori diadema ſuum transmiſit. Cujus Regnum Odo, ſororis ſuæ filius, Princeps Gallicæ Campaniæ, invaſit, &c.*; Nec non *Marianum Scotum*, ad eundem annum: *Rudolphus, Rex Burgundiæ, obiit, diadema ſuum Conrado Imperatori miſit, &c.*; Et *Sigebertum Gemblacenſem*, ad an. 1034: *Burgundionibus non deſiſtentibus à conſueta, contra Regem ſuum, inſolentia, Rex Rodulphus Regnum Burgundiæ Conrado Imperatori tradidit, quod, à tempore Arnulphi Imperatoris, per annos plus quam centum triginta, Gentis ſuæ Reges tenuerant, ſicque Burgundia iterum redacta eſt in Provinciam, &c.*, & ad ann. 1035: *Odo Campanenſis Regnum Rodulphi Regis, avunculi ſui, à Conrado Imperatore, nepote ſuo, repetens, ut ſub eo regat Burgundiam, efflagitat*, &c. Conf. *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 30, pag. 133: *Rudolphus, Burgundiæ, ſeu Galliæ Lugdunenſis Rex, moriens, Henrico, filio Regis, nepoti ſuo, Regnum, cum diademate, aliisque inſignibus, ſub teſtamento reliquit, &c.* Et lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, cap. 29, p. m. 471: *Reinaldus iſte, de antiqua & illuſtri Burgundionum proſapia originem trahens, illius Burgundiæ Comes dicebatur, quæ olim, à Rudolfo Rege, Imperatori Henrico, Conradi filio, cum Teſtamento relicta, Regnum erat, &c.*; & *Godefridus Viterbienſis*, part. 17 *Chronic.*, pag. 486: *Radulphus, Burgundiæ Rex, moriens, Henrico, filio Imperatoris Conradi, nepoti ſuo, Regnum, cum Corona, aliisque Inſignibus, ſub teſtamento reliquit. Unde Comes Celticus, Otho, aſſerens, ad ſe Regnum Burgundiæ, ſeu Lugdunenſis Galliæ pertinere, invaſit illud, &c.* Add. Monachus *Hamerslebenſis*, de *Rebus Imperatorum præclare geſtis*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſ.*, pag. 141: *Rodulfus, Rex Burgundiæ, moriens, diadema ſuum Conrado miſit* 1032, &c.; *Conradus Urſpergenſ.*, pag. 165; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 1034, & 1035, pag. 65, & 66; *Albertus Stadenſ.*, an. 1032, & 1033. Qui tamen omnes vel ſoli *Conrado* Imperatori, vel ejus filio ſoli factam donationem exiſtimant, cum utrumque reſpiciat. Durante bello cum *Ottone*, Campaniæ Principe, defuncti *Rudolfi*, ex ſorore *Berta*, nepote, *Imperator, cum exercitu ſuo, ſuper Odonem, Comitem, in Gallias Francorum venit, dicens: Si Odo in Burgundia res alienas injuſte quæreret, de ſuo proprio, juvante Deo, aliquid perdere deberet. Tunc in Regno Henrici, Regis Francorum, in prædiis tamen & Beneficiis Odonis, tantas devaſtationes & incendia fecit Imperator, ut ipſe Odo, neceſſitate compulſus, humiliter veniens, quæreret veniam, promittens, Burgundiam dimittere, &, ſecundum juſſionem illius, ſibi ſatisfacere. Sic Imperator, cum ſuo honore, & Odonis damno, reverſus eſt, &c.* Sunt verba *Wipponis*, l. c., ad ann. 1033, pag. 439. anno ſequenti, inquit idem, l. c., ad h. a.: *Dum Odo præfatus promiſſa non attenderet, ſed adhuc quandam partem Burgundiæ, quam injuſte invaſerat, obtineret, Imperator Cunradus, expeditis* (expetitis) *Teutonicis & Italis, Burgundiam acutè adiit. Teutones ex una parte, ex altera Archi-Epiſcopus Mediolanenſis, Heribertus, & cæteri Italici, ductu Huperti, Comitis de Burgundia, usque Rhodanum fluvium convenerunt. Auguſtus veniens ad Genevenſem Civitatem, Geroldum, Principem Regionis illius, & Archi-Epiſcopum Lugdunenſem, atque alios quam plures ſubegit, & reverſus, Caſtrum Murat, cum fortiſſimis militibus Odonis munitum, obſidens, vi cepit, & quos intus invenerat, captivos duxit. Cæteri Fautores Odonis, hoc audientes, ſolo timore Cæſaris fugerunt, quos perſecutus Cæſar omnino exterminavit de Regno, &, acceptis de Principibus Burgundiæ multis obſidibus, rediit, per Alſatiam, ad Imperatricem, &c.* Hoc modo rediit ad Imperium Superioris Burgundiæ Regnum, cum Arelatenſi Provincia. Conf. *Hermannus Contractus*, ad ann. 1033, & 1034, pag. 321, & 322; *Marianus Scotus*, ad ann. 1033; *Otto Friſing.*, l. c., cap. 31; *Godefridus Viterbienſis*, pag. 486; Monachus *Herveldenſis*, an. 1033, apud *Schardium*, T. I *Rer. German.*, pag. 376; *Annales Hildesheimenſes* Dn. de *Leibnitz*, ad an. 1033, pag. 726; *Albericus*, ad an. 1036, pag. 67; *Albertus Stadenſis*, an. 1034; *Sigonius*, de *Regno Italiæ*, lib. 8, ad ann. 1034, pag. 320; *Paulus Æmilius*, lib. 3 *Rer. Gallic.*, cujus verba *Conringius*, lib. 1, de *Finib. Imp.* Cap. XII, §. 12, pag. 114, reddit. Non multo poſt Eum *Henrico* 3, filio, illo ceſſiſſe, docet *Wippo*, l. c., ad an. 1038, pag. 442: *Ejusdem anni Autumno Burgundiam adiit, &, convocatis cunctis Principibus Regni, Generale Colloquium habuit cum eis: & diu deſuetam, atque pene deletam Legem tunc primum Burgundiam prælibare fecerat. Transactis tribus diebus, Generalis Colloquii quarta die, Primatibus Regni cum univerſo Populo laudantibus, atque rogantibus, Imperator filio ſuo, Heinrico Regi, Regnum Burgundiæ tradidit, Eique fidelitatem denuo jurare fecit. Quem Epiſcopi, cum cæteris Principibus, in Eccleſiam S. Stephani, quæ pro Capella Regis Soloduri habetur, deducentes, hymnis & canticis Deum laudabant, Populo clamante, & dicente, quod pax pacem generaret, ſi Rex cum Cæſare regnaret. Reverſus Imperator, per Baſileam deſcendens, Franciam Orientalem, & Saxoniam, atque Friſiam,*

Pacem firmando, Legem faciendo, reviſit.

(v. 8) Qua ratione ſequentes Imperatores jura ſua in dictum Regnum conſervaverint, è *Conringio*, l. c., Cap. XIII, p. 116, &c., petendum eſt. Addi meretur diploma *Conradi III*, Imp., quod, infelici fato defunctus, *Chriſtianus Matthæus Kneſebeck*, Vir cætera doctiſſimus, in *Prodromo Juris Publici univerſalis, Prætenſiones Illuſtres continentis, ex Petri Saxii Pontificio Arelatenſi*, libro repertu rariſſimo, deprompſit:

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Ego Conradus,

radus, D. G. Romanorum Rex Secundus, Reverendo Raimundo, Urbis Arelatenſis Archi-Epiſcopo, ejusdem Civitatis Clero, & Populo gratiam ſuam, & omnem bonam voluntatem. Antiqua Regni conſuetudo celebris, & Imperatorum inſtituta Regum Romanorum diſcretionem noſtram ſollicitant, quatenus Eccleſiarum utilitatibus noſtro Imperio ſubjectarum, & ſpecialiter Arelatenſi Eccleſiæ, cui quadam prærogativa privilegiorum tenemur, ſtudeamus ſubvenire, &, ut propriæ ſedi noſtræ, providere, Clericos defendere, bona illorum, ad laudem & gloriam nominis Chriſti, illibata ſervare, &, ne aliqua imperiorum tiremnide (tyrannide) *affligantur, maxime operam dare, ſi qua etiam eisdem damna injuſte, & abſque ratione ab aliquibus inferantur, pie & miſericorditer reformando, eadem reſarcire. Imperialia itaque decreta ſequentes, & Anteceſſorum noſtrorum clementiam imitantes, tibi, Venerande Raimunde, Arelatenſis Civitatis Archi-Epiſcope, &, per te, Eccleſiæ tuæ, & Succeſſoribus tuis noſtra Regalia, in Urbe Arelatenſi, & totius tui Archi-Epiſcopatus diœceſi, concedimus: Scil. juſtitias, monetam, Judæos, fornarias, cordam, quintale, ſeſtarium, reditus navium, montationes, ſtagna ſalinarum, lacus, paludes, paſcua de Cravo, ut habeas perpetuo tu, & Arelatenſis Eccleſia, auctoritate noſtræ munificentiæ, in pace poſſideas, &, per te, tui Succeſſores, quicunque in Eccleſia Arelatenſi Catholica extiterint. Concedimus etiam Tibi jurisdictionem, N. B. poſt Nos, in Civitate Arelatenſi. Inſuper confirmamus tibi Dominium de Trencatalliis; Caſtrum de Salone; Caſtrum de Alvernico; Caſtrum de Avalone; Caſtrum S. Amantii; Caſtrum Vercum; Caſtrum de Mornacio; Caſtrum Montis Draconis; Caſtrum de Nioms; Caſtrum de Vinzobrio; Abbatiam S. Gervaſii, cum omnibus ſuis pertinentiis; piſcaria de Ponte; & quicquid Arelatenſis Eccleſia, in Civitate, vel extra, per ſeculares, ſeu Eccleſiaſticas perſonas, habet & poſſidet, vel juſte habere debet, vel inantea acquirere poterit. Tibi, jam dicto Raimundo, & Eccleſiæ Arelatenſi, & ſucceſſoribus tuis concedimus. Verum, ut iſta donatio, ſeu hujus privilegii confirmatio firma & ſtabilis poſteris tuis æternaliter permaneat, præſentem paginam Bulla Noſtra antea muniri juſſimus; ſi qua vero improborum temeritas confirmationem iſtam inquietare voluerit, banno Regali ſubjaceat, &, pro poena, quadraginta libras auri ſe daturum cognoſcat, cujus dimidium Fiſco Noſtro, & dimidium Arelatenſi Archi-Epiſcopo fore, cognoſcimus. Hujus autem donationis, ſeu privilegii confirmationis teſtes eſſe volumus Henricum, Moguntinum Archi-Epiſcopum, Epiſcopos, Buccani Germacienſem, Olibrium Baſileenſem, Surcardum Argentinum, Titerium Archidiaconum, Albertum Notarium, & alios multos. Factum eſt hoc privilegium anno, ab incarnatione Domini, 1144, Anno quinto, VII Regni Ejus.*

Manifeſtum inde ſit, quanta Romanorum Regi tunc temporis in Arelatenſium Primatem competierit Jurisdictio. *Friderico* Barbaroſſa Imperante, Regnum hoc, Zæringiæ Ducibus, magna ex parte, aliquandiu obnoxium, denuo acceſſiſſe Imperio, ſequenti Tit. V, in vita hujus Cæſaris, v. 4, ad an. 1157, exponam.

(v. 9) De alienatione ejus variæ ſunt ſententiæ. *Carolum* IV, Imperatorem, à multis atro propterea colore depingi, ſub initium hujus Lit. h monui. *Goldaſtus*, in Epiſt. dedicat. *ſeiner Reichshændel*, ait: *Es ſeind noch aber Kœnigliche Diplomata verhanden, darinnen ſich befindet, daß der Rœmiſche Kœnig, Wilhelm aus Holland, an. 1251, alle ſeine Gerechtigkeit, Renten, Gülten, Einkommen, und Nutzbarkeiten, ſo er, als Rœmiſcher Kœnig, im Kœnigreich Arles, und den Reichs-Stætten, Biſanz und Loſannen, hatte, den Grafen in Burgund, um zehen tauſend Marck Silbers, verſezt und verpfændet hat. Doch iſt es bald, nach Kayſer Wilhelms Todt, durch Reicharden aus Engelland, erwehlten Rœmiſchen Kœnig, wieder abgelœſet, und darnach von Rudolfſen von Habſpurg, auch erwehlten Rœmiſchen Kœnig, mit Hülff und Beyſtand der Fürſten, Herren und Stætte, im Oberland, zu des Reichs Hænden, mit Gewalt erobert, und wiedergebracht worden. Als aber der Kœnig in Franckreich, in Zwytracht und Uneinigkeit der Teutſchen Fürſten, die Gelegenheit bey den Haren erhaſcht, und den beſten Theil dieſes herrlichen Kœnigreichs unter ſeine Klauen, mit Hülff und Zuthun des Pabſts von Rom, geriſſen, thät Kayſer Adolph von Naſſau, an. 1295, den Frantzoſen in ſeine und des Reichs Acht, zoge drauf mit, einem teutſchen Heer, ſonderlich der Oberlændiſchen Fürſten, Herren und Stædten, in Franckreich, den Kœnig zu bekriegen, und das Kœnigreich Arles wiederum zu dem H. Reich, als deſſelben getreuen Voget, und Gerhab, zu bringen. Aber der Pabſt verſchaffet ſo viel, durch Kœnigs Albrechts Anhang, daß Kayſer Adolph von ſeinem Heldenmuth, und heroiſchen Fürnehmen muſte abſtehen, die Heeresfarth quittiren, und ſeinem Feind in Teutſchland begegnen. Nach Kayſers Adolfen Niederlag, als Albrecht im Kayſerthum confirmirt und beſtætigt worden, ſoll er haben einen Reichstag in Lothringen ausgeſchrieben, auf welchen auch der Kœnig in Franckreich beruffen, und erſchienen ſey. Da, ſchreibt man, ſey die Erbeinung zwiſchen den Teutſchen und Frantzoſen erneuert, und der Spann beyder Reichen, und Marchen auf folgende Maniere entſchieden, daß nemlich der Kœnig von Franckreich behalten und haben ſoll alle Fürſtenthum, Land, und Herrſchafften, die ſeine Vorfahren, und er, in dem Kœnigreich Arles, dem Teutſchen Reich abgenommen, und entzogen; Hingegen ſoll der Kayſer fur ſich eigenthümlich beſitzen und herrſchen alle Fürſtenthum, Stædt, und Herrſchafften, in Lothringen und Elſaß gelegen, zu welchen der Franzoß vermeinet Anſprach, und Gerechtigkeit zu haben, &c.* Ejusdem ſententiæ eſt *Nicolaus Viegnierus*, part. 3 *Biblioth. Hiſtor.*, pag. 423, ſtatuendo, Albertum Imperatorem, an. 1299, in favorem Philippi, Regis Galliæ, renunciaſſe omnibus Juribus in dictum Regnum, ægre ferentibus tamen Moguntino, Trevirenſi, & Colonienſi Archi-Epiſcopis. Rurſus aliter

ſen-

ſentit *Bodinus*, lib. I, de *Republica*, Cap. IX, §. 128, pag. 201: *Philippus Valeſius, Caroli VI proavus, Arelatenſis Regni ditionem univerſam, ac Jura Majeſtatis ſibi coëmit ab Henrico V, Cæſare, cui argenti pondo ducenta milia, pretii nomine, ſolvit; coëmptionem vero Imperii ordines ratam habuerunt, cujus ratihabitionis prædem dedit Cæſar Joannem, Bohemiæ Regem. Emtionum Tabulæ, & ſolutionis, & ratihabitionis exſtant in Archivis Regum noſtrorum, quas legi decuiſſet ab Rege Henrico. Legati ad Allobrogum Ducem, ad controverſias utriusque Principis componendas, miſſi ſunt, an. 1562. Illud autem animadverſione dignum mihi viſum eſt, quod emptionum Tabulis omnia Jura Majeſtatis comprehenſa ſunt, quæ Imperatores Germani ſibi tribuunt, in omnes Arelatenſis Regni Regiones, quibus continentur Allobroges, Bellojoci, Provinciales, Burgundia libera, quam Carolus IV, Cæſar, Philippo Audaci, Burgundiæ Duci, prole maſcula Comitum extincta, Imperiali Jure fruendam dedit. Ex quo planum fit, Reges Francorum in omnes Arelatenſis Regni Populos Jura Majeſtatis habere, nec Imperii Germanorum fiduciarios eſſe, &c.* En genuinum Gallum! De aliis ne dicam. Verum, multa hic confundi, nemo non videt. Removendi ante omnia ſunt, qui *Aventini* ſententiam, lib. 7 *Annal. Boicor.*, p. 639, *Galliam Narbonnenſem, Viennæ Principatum, Delphinatum, & Regnum Arelatenſe* eandem rem eſſe exiſtimantis, amplectuntur; Conſtat inſuper, nec unquam Galliæ Regem omnia ſibi Jura in dictum Regnum vindicaſſe, nec Imperatorem & Imperium iis valedixiſſe, vel ſolo Sabaudo, cum Principe Montis Pelicardi, parteque Superioris Alſatiæ teſtibus, de quibus, aliisque integrum Caput XXV, lib. II, de *Finib. Imper.*, compoſuit Illuſtris *Conringius*. Quam mutationem Arelatenſe Regnum ſub *Rudolpho Habſpurgico* ſubierit, docent *Annales Colmarienſes*, apud *Urſtiſium*, part. 2, pag. 54, verbis: *Circa idem tempus Rex Arelatenſis ſine hæredibus moritur, & hæreditas ad Regnum devolvitur Romanorum. Rudolphus tunc temporis Rex extitit Romanorum, qui, propter nimias occupationes, quas habuit in Teutonia, ad Regnum Arelatenſe non poterat provenire, ut illud in propriam poteſtatem traheret. Intelligens hæc Rex Franciæ, mandavit Baronibus, quibus Rex Regnum Arelatenſe commiſerat cuſtodiendum, ut ſibi Regnum in poteſtatem ſuam darent, alioquin totum Regnum cum armatis hominibus devaſtaret. Cuſtodes Arelatenſis Regni Regem Franciæ ſuppliciter rogaverunt, quatenus Regnum non ſuum deleret. Vellent enim voluntatem ſuam Regi Romanorum demandare, & quod Regnum, contra voluntatem Regis Franciæ, non poſſent per tempus aliquod retinere, quia poſſet Regnum cum armatis hominibus facile devaſtare. Cum hæc, & his ſimilia Cuſtodes Regni Arelatenſis Regi Romanorum demandaſſent, ſcripſit eis, quod ſe defenderent, vel componerent, ſicut poſſent, quia, ſecundum temporis ſtatum, non poſſet iis in aliquo ſubvenire. Hæc audientes Arelatenſis Regni cuſtodes, Regnum Regi tradiderunt, tali conditione, ſeu pacto: Ut Regi Romanorum Regnum redderet, vel cum Eo pacifice componeret, temporibus opportunis. Rex autem Franciæ, accepto Regno, filiam cum eo matrimonio copulavit, &c.* Sine dubio per *Arelatenſem Regem* intelligitur hic *Raymundus Berengarius*, Provinciæ Comes, de quo Dn. *Philippus Henricus à Gottfart*, in ſæpius laudata Diſ. de *Regno Arelatenſi*, cap. 3, §. 1, ait: *Mortuo Raymundo Berengario, hujus Provinciæ Comite, Generi Illius extitere duo, Carolus Andegavenſis, poſtea Siciliæ Rex, & Ludovicus IX, Galliæ Rex. Poſt Soceri mortem adibat hæreditatem Carolus, at Rudolphus, ad Imperii Jura pertinere aſſerens, hac de cauſa etiam poſſeſſione illum exuere cogitabat. Nicolaus Pontifex vero, arbitrio partium, Arbiter factus, Matthæo Urſino, Cardinali, & Benedicto Anagnino, Notario, quicquid controverſiæ erat, commiſit, ut cognoſcerent, & diſcordes reconciliarent animos. Convenit: Ut Carolus Siculus, beneficiario Jure, Provinciam retineret, & Rudolphus Clementinam, filiam, Carolo, Principi Salernitano, Caroli, Regis Siciliæ, primogenito, in matrimonium collocaret, dotisque nomine Comitatum Provinciæ concederet. Carolus Rex, & Princeps, ex formula, à Rudolpho Cæſare præſcripta, Imperatori, & Imperio homagium præſtiterunt, &c.* Deſumpta hæc ſunt ex *Abrahami Bzovii* Tom. XIII *Annal.*, ad an. 1279, & 1280, cujus narratione ipſe utitur *Conringius*, l. c., cap. 24, §. 10, p. m. 360, & 361. Ex *Nicolai* Pontificis Epiſtolis *Bzovius* l. c. clarum cum reddat, *Rudolphum* Imp., beneficiaria lege, *Provinciam* (non totum *Arelatenſe Regnum*) in Regiam Galliæ Familiam tranſtuliſſe, vi pacti memorati, cum *Arelatenſibus* initi, deſuper cum *Rudolfo* prius transactum fuiſſe oportet; nec ſtatim *Colmarienſes* nugari cenſendos arbitror, quod defunctum Provinciæ Dominum *Arelatenſis Regis* appellatione dignentur. Sed factum hoc, cujuscunque ſit naturæ, multis diſplicuiſſe, iidem teſtantur *Colmarienſes*, l. c., ſequentibus: *Audiens Rex Angliæ,* (Eduardus) *quod Rex Franciæ* (Philippus Pulcher) *Regnum Arelatenſe Regi Romanorum ſubtraxiſſet, atque filiæ tradidiſſet, mandavit Regi Romanorum Adolfo, quod, ſi vellet Eum juvare, quo civitatem, quam ſibi Rex Franciæ ſubtraxerat, recuperaret, vellet Eum, ut Arelatenſe Regnum recuperaret, cum propria perſona, cum Hominibus, cum pecunia fideliter adjuvare. Audiens hæc Rex Romanorum, gaviſus Angliæ Regi mandavit, quod Eum vellet fideliter adjuvare; Inſuper mandavit, quod homines multos habere poſſet, ſi eis victualia miniſtraret. Tunc Rex Angliæ miſit Regi Romanorum triginta millia marcarum (ut retulit, qui vidit,) ut hominibus armatis neceſſaria miniſtraret. Acta ſunt hæc anno Domini M. CC. XCVI, &c.* Conf. *Eberhardi Ratisbonenſis* Chronicon, ad an. 1294, apud Dn. *Conring.*, l. c., cap. 24. §. 11, pag. 362. Per *Arelatenſe Regnum* aut partes inde avulſæ, v. g. *Provincia*, fiduciario Jure, *Carolo Andegavenſi*, Siciliæ Regi, ceſſa, accipiendæ veniunt, aut Galliæ Rex, poſt *Rudolfi* fata, Regnum illud invaſit. Schema tale eſt.

Ludovicus VIII, R. Gall.

Ludovicus IX, ſeu ſanctus Rex, ✠ 1270. Ux. Margaretha, fil. Raimundi Berengarii, Com. Provinciæ, ✠ 1285.	Carolus, Dux Andegavenſis, & Rex Siciliæ, ✠ an. 1285. Ux. Beatrix, fil. Raimundi Berengarii, Com. Provinciæ, ✠ 1267.
Philippus III, Audax, Rex, ✠ 1285. Ux Iſabella, fil. Jacobi, R. Arragon. ✠ 1271.	Carolus 2, Rex Siciliæ, ✠ 1309. Ux. Maria, fil. Stephani, R. Hungar. ✠ 1323.
Philippus IV, Pulcher, Rex, ✠ an. 1314.	Carolus Martellus, de quo hic ſermo. Ux. Clementia, fil. Rudolfi Imperat.

Non unius anni hæc lis erat, *Raimundo Berengario* jam circa annum 1245 defuncto. Proſtat etiam ratio, cur *Eduardus I*, Angliæ Rex, rebus iſtis ſe immiſcuerit, quia à natu tertia extincti Comitis filiarum, *Eleonora*, in mundum editus eſt. Vid. *Morery*, voc. *Raimond I, dit Beranger*, pag. 238; Nemo tamen hactenus valide probavit, Imperium hujus Regni, ſub *Rudolpho* Imperatore, jacturam paſſum eſſe.

(v. 10) *Albertum* Auſtriacum, *Rudolphi* filium, quem alii, donatione liberali, illud in *Philippum Pulchrum*, Regem, transtuliſſe clamant, de prodigalitatis crimine purgat Dn. *Conringius*, l. c., §. 12, pag. 362, &c. Cui addi poteſt *Clementis V* Bulla ad laudatum Regem, de an. 1309, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, in *Mantiſſa Codicis Juris Gentium Diplomatici*, part. 2, §. 44, pag. 244, ubi: *Attendentes itaque, quod ex donationis conceſſione, vel translatione Regnorum Arelatenſis & Viennenſis, **Romani Imperii membrorum**, vel alterius eorundem, ſi eas, per dictum Henricum, Regem Romanorum, in alium, ſeu alios, quam in Romanam, vel aliam Eccleſiam, fieri fortaſſe contingeret, inter Te, ac Regem præfatum, & utriusque Regis & Regni Vaſallos, Fideles, & ſubditos ſuboriri poſſent in poſterum ſimultates & odia, commotiones guerrarum, & periculoſæ diſſenſiones, & ſcandala multipliciter pervenire, ac volentes tot & tantis periculis, malis & ſcandalis, paternæ ſollicitudinis ſtudio, congruis remediis obviare, Tibi, tenore præſentium, intimamus, quod ipſi Regi, ſuper donatione, conceſſione, ſeu translatione hujusmodi, de Regnis prædictis, vel eorum altero, per eundem Regem, in alium, ſeu alios, quam in Romanam, vel aliam Eccleſiam, ut præmittitur, faciendis, non intendimus Noſtrum impertiri aſſenſum. Datum Avenioni, Cal. Maji, Pontificatus noſtri anno ſexto, ſub plumbo, cum cordula canapis, &c.* Certè, ſi, anno 1309, Arelatenſe & Viennenſe Regna adhuc *Membra Imperii* extiterint, manifeſtum eſt, *Albertum* Auſtriacum ea non alienaſſe. Teſtatur id amplius epiſtola Electorum præfati Imperatoris, *Henrici VII*, ad Pontificem Romanum, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 252, ubi: *Baldewinus, D. G. Trevirorum Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii, per Regnum Arelatenſe, Archicancellarius, &c.*: Quo titulo Eminentiſſimus Elector Trevirenſis vel adhuc hodiè utitur. Pacem quidem, anno 1299, inter *Albertum* & *Philippum*, concluſam, oſtendunt tabulæ, apud Dn. *Conringium*, l. c., lib. 1, cap. 8, §. 9, pag. 51; de alienatione vero Arelatenſis Regni nihil hactenus productum eſt.

(v. 11) Num *Henricus VII* illud vendiderit, examinat idem Vir doctiſſimus, l. c., lib. 2, cap. 24, §. 13, pag. 364, &c., fabulis contractum iſtum annumerans, quem *Bodinus*, allegatis v. 9 verbis, inter *Philippum Valeſium*, Proavum *Caroli VI*, & *Henricum V*, Imperatorem, celebratum fingit. Præter enim, quod *Philippus Valeſius*, anno 1328, 28 Maji, Rex inauguratus, anno 1350, 22 Aug. exuvias mortales depoſuerit, nedum *Henricorum* Germanis imperante, vel tonſoribus notum eſt, *Henricum V* jam anno 1125 obiiſſe. Si *Henricum VII* intelligat, grave adhuc ſatis σφάλμα, Imperatore hoc, anno 1313, jam extincto. Age, *Philippum Pulchrum*, *Valeſii* loco, legendum eſſe; ſed quis ignorat, quales inimicitiæ inter Eum, & *Henricum VII*, Imperialis ſceptri ergo, quod Gallus toto niſu ambibat, interceſſerint? congruitne ſanæ rationi, Cæſarem hoſtium vires tam pingui agro fuiſſe aucturum? aut, quid reſpondendum percontantibus, quo jure *Carolus IV*, Imperator, anno 1378, Vicariatum Imperii, per Arelatenſe Regnum, in *Carolum*, Delphinum, transferre potuerit, ſi Regnum iſtud jam ſub *Philippo* Valeſio Gallis acceſſerit?

(v. 12) *Ludovico* Bavaro Cæſare, an. 1343, die ultima menſis Julii, contigit *Delphinatus* translatio in Domum Regiam, coronamque Galliæ, per *Humbertum*, Viennenſem Delphinum, in favorem primogenitorum Regum Galliæ facta. Occaſionem, ex *Paulo Æmilio*, l. 9, recenſet Dn. *Conringius*, l. c., §. 14, p. 366, & 367; add. Ampliſſ. Dn. *ImHof*, *Geneal. Gall.*, part. 1, pag. 28. Tabulas ceſſionis inſeruit Illuſtr. Dn. *Leibnitius* parti 1 *Codicis Juris Gentium Diplomatici*, §. 84, pag. 158, & ſeqq.; inde huc facit §. 4: *Pour ce eſt il, que Nous Dauphin deſſus dict, eue ſur tout grande & meure deliberation, avec pluſieurs Prelats, Barons, Nobles, & autres nos feaux Conſeillers & Sujets, & pour l'evident & commun proffit de nos dicts Sujets & terres, de notre certaine ſcience, & de propos bien adviſé, & de notre pure & franche volonté, ſans contrainte & malengin, ſous les convenances, pactions & conditions, formes & manieres, cy deſſous eſcrites, avons donné, cedé, & transporté, donnons,*

cedons,

Digitized by Google

cedons, & transportons, par ces preſentes, dés maintenant à touſjours, en poſſeſſion, comme en proprieté, à Monſieur Philippes, filz du Roy, (Philippi VI Valeſii) notre dict Seigneur, &, au cas, que en iceluy ne ſe puiſſe accomplir la dicte Donation, pour cas de mort, dont Dieu le garde, ou pour autre legitime empeſchement, à un Filz de noſtre tres cher Seigneur & Couſin, le Duc de Normandie, (Jean) deſſus dict, ou de leurs Succeſſeurs, Roys de France, que le Roy, noſtre dict Seigneur, ou noſtre dict Couſin, le Duc de Normandie, ou leurs Succeſſeurs, Roys de France, voudront eslire, par Donation entre Viſz, ſans nul rapel, noſtre dict Dauphiné, (de Viennois) & noſtre Duché de Chamſour, la Principauté de Briançonnois, le Marquiſat de Ceſanne, la Comté de Vienne, la Comté de Albon, la Comté de Graiſinoudan, la Comté d' Ambrunois, la Comté de Gappenſois, la Baronnie de la Tour, la Baronnie de Valbone, la Baronnie de Fucuir, (Fuſſigny) la Baronnie de Meullon, la Baronnie de Montalban, & generallement, & ſpecialle-ment toutes nos autres Terres, Comtez, & Baronnies, que nous tenons à preſent, ou autres pour nous, ou devons tenir, ou à nous peuvent, ou doivent apartenir, en quelque maniere que ce ſoit, avec tous Droicts, Juſtices, & Seigneuries, Fiefs nobles, honneurs; & dignitez, preéminences, prérogatives, mere & mixte Empire, & toutes les appartenances & deſpendances, ſi, & au cas, que nous faudrions de ce Siecle, ſans Hoirs masles, ou femelles, deſcendans de noſtre corps, nays en loyal mariage; nec non §. 5, pag. 168: Excepté nos Terres de Puille, & d' Auvergne, & deux mil livres de rentes, que nous prenons au treſor de noſtre dict Seigneur à Paris, & ſauf, & reſervé à nous, & excepté auſſy dix mil livres de rente annuelle & perpetuelle, que nous retenons au dict Dauphiné à prendre ſur les chaſteaux, & Villes de Quirieu, de Cremieu, de Sablonnieres de la Balme, & de tout ce, qui eſt dans l' Isle de Charnie, & les chaſteaux & Villes de Sainct Donnat, & de Bellegarde en Viennois, de Montfort, de Montbunond, de Monſlury, de Vizille, de la Maure, de Corp, & de Beaulmont en Graiſioudan, & de Valpute en Briançonnois, & de Chaſteillon, & de Salanche en la Terre de Fauſſigny, avec toute Juſtice, mere & mixte Empire, pour en faire & ordonner à toute noſtre volonté, ſoit en Egliſes, ou autre part; les Fiefs & la Souverainete demeurant touſjours à celuy, qui ſera Dauphin, &c.; & §. 6: Et par telle condition & maniere auſſy, que le dict Monſieur Philippe, ou celuy, qui ſera Dauphin, & ſes Hoirs & ſes Succeſſeurs au Dauphiné ſ' appelleront, & ſeront tenus ſoy faire appeller Dauphin de Viennois, & porteront les Armes du dict Dauphiné, eſcartelées, avec les Armes de France, & ne laiſſeront, & ne puiſſent laiſſer le nom de Dauphiné, ni les dicts armes, & ne ſera ni puiſſe eſtre uny, ni adjouſté le dict Dauphiné au Royaume de France, fors entant comme l' Empire y ſeroit uny, &c. Hæc eſt famoſiſſima illa donatio Delphinatus, quam Aulæ Gallicæ mancipia de toto Arelatenſi Regno interpretantur, errore craſſo, quem dudum B. Dn. Conringius, l. c., cap. 24, §. 14, pag. 367, proſcripſit, oſtendens ſimul, quomodo Philippus, Rex, ratihabitionem translationis hujus à Ludovico, Imperatore, efflagitaverit, precibusque fruſtra effuſis, eam demum à Pontifice Romano confirmari curaverit, novo argumento Imperii Jurium in donatas Terras.

(v. 13) Pronior in Gallos fuit Carolus IV, Imperator. Teſtem habes fœdus, an. 1347, Non. Maji, Tridenti, inter Eum & Johannem, Normanniæ Ducem, Philippi Valeſii Regis filiorum natu maximum, ejusque filios, Carolum, Ludovicum, Johannem, & Philippum, initum, cujus vigore, jurata Cæſar fide, dictis Principibus omne auxilium & conſilium pollicetur, adverſus quemlibet, in ſucceſſione in Galliam eos perturbare auſurum. Extant ejus Capita apud Illuſtr. Dn. Leibnitium, Tom. 1 Codicis Juris Gentium Diplomatici, §. 88, pag. 189. Jam tunc animus Imperatoris à Gallis placatus videtur, quoad Delphinatum, alias enim vix neglecturus fuiſſet vindicandæ injuriæ occaſionem, Eduardi III, Angliæ Regis, Galliam ad ſe ſpectare prætendentis, favendo partibus. Magnum pondus conjecturæ meæ adderent Goldaſti verba, in Epiſtola dedicatoria der Reichshandel, ſi & apud coævos ſcriptores reperirentur: Kayſer Maximilianus Ausſchreiben, wieder den Frantzoſen, lehret mich, daſs der Kœnig in Franckreich mehrbenante Fürſtenthum und Herrſchafften vom Römiſchen Kayſer, und dem H. Reich, zu rechtem ordentlichen Lehen, empfangen. Und ſoll mit Namen Carolus, Delphin aus Franckreich, (dicti Johannis, jam Regis, filiorum natu primus) als ein Fürſt des Reichs, auf den Reichs-Tag gen Metz, anno 1356, beruffen, ſeinen Sitz, und Ort, neben andere Fürſten des Reichs, vertreten, und Kayſer Carolo dem vierten, in Gegenwart aller Chur-und Fürſten des Reichs, und Pæbſtlichen Legaten, den Lehen-Eyd œffentlich geleiſtet, und die Regalia der Hertzogthum Wien und Delphinat, Provintzien, &c., von Ihrer Majeſtæt, als ordentlichen Lehen-Herren, empfangent haben. Die Lehenbrieffe ſollen noch vorhanden, und im Kloſter S. Victors, bey Pariſs, zu finden ſeyn, &c. Carolum Delphinum Metenſibus Comitiis interfuiſſe, Rubrum cap. XXIV A. B. innuit. Vid. præced. lit. b. Add. Magnum Chronicon Belgicum, p. m. 306, ex Emundo, ubi: Carolus, in ſolemni Curia Metenſi, aſſidentibus omnibus S. R. J. Electoribus, præſentibus Dominis, Venerabili in Chriſto Patre, Domino Theodorico, Albanenſi Epiſcopo S. R. E. Cardinali, ac Illuſtri Carolo, Regis Franciæ (Johannis) Primogenito, Nortmanniæ Duce, Delphino Viennenſi, alias Leges, quatuor capitula continentes, promulgavit, &c. De homagio autem præfato nullum ibi veſtigium. Id interim certum eſt, neminem Cæſarum ætate iſta juribus Imperii in Arelatenſe Regnum renunciaſſe, vel ſolo confirmationis diplomate teſte, quo laudatus Imperator, ſub

dato *Gerlitzii*, Cal. Nov. anni 1348, conſenſum largitus eſt *Clementi VI*, P.R., die nona Menſis Junii, mediante octoginta millium florenorum auri Florentinorum pretio, à *Johanna*, *Roberti*, Neapolitani Regis, è filio, *Carolo*, nepte & Regina, pecunia indigente, civitatem Provinciæ *Avenionenſem*, cum omnibus ejus juribus, eodem anno ſibi comparanti, apud *Bzobium*, *Annal. Eccleſ.*, ad h. a., notante *Spondano*, Tom. I *Continuat. Annal. Baronii*, h. a., §. 4, pag. 496; conf. *Platina*, in Vita *Clementis* VI, p. m. 233; *Petavius*, *Rationar. Tempor.*, part. 1, lib. IX, cap. V, pag. 583, & 584; *Conringius*, de *Finib. Imper.*, lib. 2, cap 24, §. 15, pag. 370; cum Pontifex nunquam confirmationem Ejus fuiſſet expetiturus, ſi Cæſarum in Provinciam, nobilem veluti Arelatenſis Regni partem, Jura jam extincta agnoviſſet. Accedit confirmatio Privilegiorum Archi-Ep. Trevirenſis, facta in Comitiis Moguntinenſibus an. 1348, teſte Auctore *Geſtorum Balduini Trevirenſis*, cujus verba Dn. *Schurtzfleiſchius*, in Diſſ: *Quod Carolus IV Regnum Arelatenſe non diſſipaverit*, §. 19, p. 8, mutuatur: *In curia Domini Karoli Imp., Moguntia celebrata, confirmationem Privilegiorum ſuorum, & ſuper Archicancellariatu Regni Arelatenſis obtinuit, &c.*, ſcil. El. Trevirenſis; Ejusdemque perpetuus Titulus, cap. 1 A.B., §. 12: *Item Archi-Epiſcopum Trevirenſem Sacri Imperii, per Galliam & Regnum Arelatenſe, Archi-Cancellarium, conducent Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, &c.*; ut & Cæſaris laudati Inauguratio, anno 1365 *Arelati* peracta, de qua *Beneſſius*, Pragenſis Canonicus, judice Clar. Dn. *Schurtzfleiſchio*, l.c., §. XX, pag. 9, *oculatus plurimorum Caroli actorum teſtis, & diligens, gravis, eruditaque ætate conjunctus Scriptor*, ad an. 1365, hæc prodidit memoriæ: *Eodem anno coronatus eſt D. Imperator* (Carolus IV) *corona Regni Arelatenſis, quod Romano ſubeſt Imperio, in Civitate Arelatenſi, cum maxima ſolennitate, &c.* Idem tradit *Chriſtophorus Marcellus*, lib. 1 *Ceremonialis Romanæ Eccleſiæ*, Sect. 5 cap. de *Triplic. Imperatoris corona*, ajens: *Legimus & in aliis Hiſtoriis, quosdam Imperatores Arelate etiam Coronam ſuſcepiſſe, de Regno Arelatenſi, & alibi alios, pro aliis Regnis, nam & Carolus IV Avenionem venit, ad Urbanum quintum, anno ſalutis milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quinto, multo ante, juſſu Innocentii VI, Romæ Imperator coronatus. Qui, rebus, quarum gratia ad Pontificem venerat, abſolutis, Arelate profectus eſt, &c.*; nec non Auctor Vitæ *Urbani V*, P. R., unde ſua hauſit *Spondanus*, l.c., ad an. 1365, §. V, pag. 563, conſecratorem Archi-Epiſcopum Arelatenſem, *Guilielmum de Gardia*, Hieroſolymitanum Patriarcham, poſtea creatum Cardinalem vocans; *Albertus Crantzius*, lib. IX *Saxon.*, cap. 33, ſolemnitatem hanc licet in annum 1364 referat; &, ex Recentioribus, Dn. *Conringius*, l. c., pag. 370, rectè concludens, magnum inde argumentum nondum perditi Juris Cæſarei in dictum Regnum deſumi poſſe, cum, ut Dn. *Schurtzfleiſchius*, l. c., loquitur, *in alieno, aut abalienato Regno Jus coronandi nemo habeat*; major adhuc vis facto eſt, quod occidentales Franci ſcirent, nec ſe opponerent, cum, ſolemni pompa, & publico apparatu, hæc agerentur. Ultimum largitur ipſe *Bodinus*, lib. 1, de *Republica*, cap. IX, §. 128, pag. 200, inquiens: *Quin etiam Carolus IV, Imperator, Carolum VI, Viennenſium Delphinatem, Vicarium perpetuum creavit M. CCC LXXVIII, &, quia nondum exceſſerat ex ephebis, adjecit ætatis beneficium copioſiſſimo & gratioſiſſimo Diplomate, unde aurea ſigilla dependent, quod in Archivis Regum noſtrorum me legiſſe memini. Vicarium autem perpetuum Arelatenſi Regno præfecit, excepta Sabaudia, Eique jus vitæ ac necis in Imperii ſubditos, ac poteſtatem, quæ à Regia proximè abeſſet, conceſſit, id eſt, ut capite damnatos ſupplicio eximere; tributa imperare; vectigalia indicere; vacationes munerum concedere; beneficia ac munera publica largiri; bellum decernere ac finire; Leges jubere; aut latas antiquare; provocationes ad Cæſarem diſceptare; & id genus alia efficere poſſet, &c.* Rogo, quicunque partium ſtudia execrantur, num, ſtantibus ita rebus, ſana ratione affirmari queat, plenum jus in dictum ſæpe Regnum penes Galliæ Reges tunc ſtetiſſe. Nonne is pro ſummo habetur, qui Vicarium conſtituit? ſed hoc de Cæſare hic dicitur. Jungatur *Caſſanus, dans la Recherche des Droits de France*, lib. 2, pag. 281 *L' Empereur Charle IV bonora Charle VI, Dauphin du Viennois, de la dignité de Vicaire general & perpetuel de l' Empire, l' an. 1378, le 13 Janvier, &c.* Vicariatum hunc ad dies vitæ ſaltem præfati *Caroli* Delphini ſe extendiſſe, ſolida probatio eſt Imperatoris *Ruperti* Conſtitutio de *Vicariatu Imperii, Imperatore abſente*, ſub *dato Augſpurg, tertia feria poſt feſtum Nativitatis B. Mariæ Virginis glorioſæ, anno Domini M CCCCI*, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imperial.*, pag. 381, &c.; *Freberum*, in *Originib. Palatinis*, cap. XVI, p. m. 133, &c., & in Notis *ad Petrum de Andlo*, lib. 2, cap. 10, p. 199, & 200; Ill. Dn. *Leibnitium*, part. 1 *Codic. Diplomatici Juris Gentium*, §. 113, p. 263; & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplomat Palat.*, §. 190, p. 136, &c.; ibi, §. 2: *Sane cum, diſponente Altiſſimo, pro corona Imperialis diadematis ſuſcipienda, ad præſens partes Italiæ ſimus ingreſſuri, & ut S. R. J. Status, ſalubris tranquillitas, & Reſpublica interim, in Germania, Gallia, & Regno Arelatenſi, in abſentia Noſtri, copioſius atque fructuoſius procuretur, de Illuſtris & Magnifici Principis, Ludovici, C. P. R., & Bavariæ Ducis, filii noſtri Chariſſimi, legalitatis & gratæ circumſpectionis induſtria præſumptionem & fiduciam utique habentes indubiam, præcipue etiam advertentes, à Divis Romanis Imperatoribus & Regibus, Prædeceſſoribus Noſtris, hactenus extitiſſe obſervatum, ac etiam de Jure Comitatus Palatinatus Rheni fuiſſe, & eſſe, quod, cum Romanus Imperator, vel Rex ultra montes Italiam ingreſſus fuerit, in Ipſius abſentia Vicariatum Imperii, in Germania, Gallia, & Regno Arelatenſi,*

ad

ad Comitem Palatinum Rheni pertinuiſſe, & pertinere; eundem dilectum filium noſtrum, Ludovicum, animo deliberato, non per errorem, aut improvide, ſed ſano & maturo Electorum, & aliorum Principum, Comitum, & Nobilium noſtrorum, & Imperii ſacri fidelium freti conſilio & conſenſu, de certa noſtra ſcientia, & Regia plenitudine poteſtatis, per Sacri Romani Imperii, in Germania, Gallia, & Regno Arelatenſi, Provincias, Principatus, Dominia, Diſtrictus, Civitates, Oppida, Caſtra, Villas, & eorundem pertinentias, qualitercunque nominatis omnibus, jure, via, & modo, quibus melius & efficacius poſſumus, & debemus, facimus, conſtituimus, & ordinamus Noſtrum & S. R. J., in Germania, Gallia, & Regno Arelatenſi, Vicarium Generalem, &c. Faciunt non minus ad rhombum, quæ *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1378, §. 3, pag. 596, ex *Continuatore Nangii*, qui rebus præſens fuit, profert, ceremoniarum memor, quibus Cæſar *Pariſiis* fuerit exceptus, ſcribens: *Imperatorem, antequam abiret, Delphino dediſſe triplices Tabulas, Aureo ſigillo munitas; quarum unis Eum Vicarium ſuum & Imperii conſtituit, ad vitam, in Delphinatu, Ejusque pertinentiis quibuscunque; alteris itidem Vicarium in Regno Arelatenſi; tertiis denique diſpenſavit cum Eo, ſuper defectu ætatis, quoad effectum prædictorum Vicariatuum, &c.* Conf. *Schütz. Jur. Publ.*, Vol. 1, Exercit. V, *t.* 9, lit. E, pag. 323; *Strauchius, Differt. Exot.* 2, *t.* 9; *Limnæus*, Addit. ad lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. IX, p. m 79; *Sprenger, Font. Jur. Publ.*, cap. 18, pag. 1224; *Conringius*, l. c., §. 17, pag. 371. Per *Galliam* hic intelligendam eſſe *Galliam Belgicam*, alibi probabo.

(v. 14) Hucusque igitur rerum omnium circumſtantiæ *Carolum IV* à prodigalitate liberant. Ecce! quid tandem donavit. *Nicolaus Viegnier, dans ſa Bibliotheque Hiſtoriale*, part. 3, pag. 547, apud *Limnæum*, Addit. ad lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. 9, pag. 79, ait: *Il fit preſent particulierement au Duc d' Anjou de quelques pieces, que les Empereurs avoient encore au Dauphiné, comme Pompe & Charnaux, le faiſant quant & quant Vicaire irrevocable de Sa Majeſté, ſa vie durant, en ce qu'il tenoit au Royaume d' Arles, &c.* In eandem ſententiam ſcribit Nobiliſſima Virgo, *Chriſtiana Piſana*, in *Hiſtoria Caroli V, Regis*, apud *Chiſletium*, in *Vindiciis Hiſpanicis*, & *Conringium*, lib. 2, de *Finib. Imper.*, cap. 24, §. 17, pag. 372: *Imperator, motu proprio, in gratiam Regis, & filii Ejus natu majoris, Delphini, conſtituit, & fecit Locumtenentem ſuum, & Vicarium Generalem, in Regno Arelatenſi, dictum Delphinum, voluitque idem obtinere ad vitam dicti Delphini irrevocabiliter, & ea de re literas ſuas ſigillo aureo munivit, tanta tamque ampla cum facultate, quanta concedi poteſt, quæque antea dari minime ſolita fuit. Et pariter eundem Locumtenentem & Vicarium ſuum Generalem creavit, aliis quibusdam literis, pari modo ſigillatis, parique cum facultate, in Delphinatu, feuduque, immediatis & mediatis, & aliis quibuscumque clientelis, ſine ulla exceptione. Deditque & conceſſit Caſtellum Pompeti ſupra Viennam, alteramque domum in dicta Urbe, Chamaux appellatam. Similiter eidem Beneficium ætatis impertivit, & alia omnia ſupplevit, quæ, ob ætatis defectum, dicto Delphino, dictis gratiis & præfecturis obtinendis, impedimento eſſe poſſent. Quæ quidem ut rite perficerentur, & alia nonnulla, in gratiam & emolumentum Regis, ejusque liberorum, Cancellarium ſuum Pariſiis, triduum aut quatriduum, à ſuo diſceſſu, reliquit, literis ſuis obſignandis tradendisque, &c.* Præter hæc hactenus nihil ſolidi, quod *Carolum* diſſipationis Imperii bonorum convinceret, Ejusve, hac ex parte, læderet famam, allatum eſt. Ne dicam, de *ſolenni illo prandio*, propter quod Cæſar tam prodigus fuerit, ne quidem apud Gallos coævos ullum extare veſtigium.

(v. 15) Summa dictorum hæc eſt: *Carolus IV, Imperator, Arelatenſe Regnum non abalienavit.* Contrariæ ſententiæ Sectatores (1) probent factum evidenter & ſolidè; (2) proferant donationis literas authenticas; (3) oſtendant, Cæſarem tanti momenti rem, non conſentiente Imperio, alienare potuiſſe; aut (4) Imperii conſenſum acceſſiſſe; (5) infringant Imperii Jura, quæ, vel ſolo Archicancellariatu, per Regnum quæſtionis Eminentiſſimo Trevirorum Archi-Epiſcopo & Electori competente, teſte, in præſentem usque diem ſarta tectaque conſervantur. Id præſtare ſi nequeant, quærant viaticum. Conf. Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſchium*, l. c., §. XXIII, pag. 11, &c.

13. Aurea Bulla dicitur à ſigillo aureo, quod huic inſtrumento appenſum eſt. Sigilla enim *(a)* bullæ dicebantur, quæ variæ erant, aureæ *(b)* ſcil., argenteæ, *(c)* cereæ, *(d)* & plumbeæ. *(e)*

In hoc ſigillo ex uno latere apparet *Imperator*, *(f)* inſidens throno, cum Corona Imperiali in capite, manu dextra tenens ſceptrum, ſiniſtra pomum cum cruce; à latere dextro clypeus cum aquila, à ſiniſtro clypeus cum forma leonis conſpicitur; in circumferentia leguntur

tur (g) hæc verba: *Carolus IV, divina favente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex:* ab altero latere eſt caſtrum magnum, cum duabus turribus, habens portam in medio, cum inſcriptione: (h) *Aurea Roma*, (i) *caput mundi, regit orbis frena rotundi.* Liber ipſe, ſecundum alios, conſtat 24, ſecundum alios 36 (k) foliis, literis (l) monachalibus in pergameno ſcriptus eſt, transfixis filis ſericis glauci & nigri coloris involutis, ex quibus ſigillum aureum (m) pendet. Exemplaria (n) originalia ſunt tria: unum Heidelbergæ, quod nunc Romæ (o) eſt; alterum Moguntiæ; tertium Francofurti, quod reliquis præfertur. (p) Hæc Exemplaria, præter alia, (q) diſcrepant numero titulorum. Moguntinum 26, Heidelbergenſe (ex quo Goldaſtinum deſumptum eſt) 30 conſtat. Titulus 24, in Moguntino, habetur apud Goldaſt. c. 24, 25, & 26. Tit. 25, in Mogunt., continetur in Goldaſt. c. 27, & 28. Tit. 26, in Mogunt., eſt apud Goldaſt. c. 29, & 30. Quia Aurea Bulla Latinè (r) conſcripta eſt, ergo DD. in dubio textum Latinum (s) Germanico præferunt: cujus rei exempla inferius videbimus. Imperatorem & Status ſimul hanc Auream Bullam (t) mutare poſſe, eamque interpretari, prout exempla (u) ſunt obvia, dubio caret; Qui enim poteſt ferre legem, eam etiam interpretari, (w) & mutare poteſt.

NOTÆ.

(a) BULLÆ, &c. De varia ſignificatione vocabuli *Bullæ* evolvas *Theodori Hopingii* Tr. de *Jure Inſignium*, an. 1642 Norimbergæ editum; & Lexicographos: *Du Fresne*, voc. *Bulla*, pag. 638, &c.; *Beſoldum*, voc. *Bull*, p. m. 116, &c.; *Spelmannum*, voc. *Bulla*, p. m. 89; *Wehnerum*, *Obſ. Pract.*, voc. *Bull*, p. m. 65; *Speiaelium*, voc. eadem, p. m. 148; Ejusdem Diſſ. 1 ad A. B.; *Limnæum*, lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. XI, pag. 162, &c.; Ampliſſ. Dn. *Thulemarium*, Tr. de *Bulla Aurea*, an. 1687; Clariſſ. Dn. *Georgium Engelbrechtum*, Diſſert. Inaug. de *Jure Diplomatum*, ann. 1703, 27 Sept. in *Julia* defenſa, cap. IV, §. XI, pag. 78, &c. Sumitur autem *primò* pro qualibet materia, utplurimum *cerea*, literis publicis appenſa, impreſſo certo ſigno; deinde pro *Sigillo*, quod bullis imprimitur; rurſus pro *capſula*, bullam continente; iterum pro ipſo *Diplomate*, appenſa bulla munito. Alia huc non ſpectant.

(b) AUREÆ, &c. Græci eam χρυσόβουλον vocarunt. Vid. Dn. *Meibomius*, Not. ad *Auream Bullam Andronici*, Imperatoris Conſtantinopolitani, anno 1330, 6 Januar., *Henrico*, Brunſuicenſium & Luneburgenſium Duci, datam, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 475. Utebantur ea Cæſares in rebus magni momenti. *Carolum Magnum* ejusmodi Bullas jam adhibuiſſe, probat Dn. *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 2, cap. 16, §. 16, pag. 141, Diplomate Monaſterio *Farfenſi* dato, duobus *aureis ſigillis* obſignato; idem affirmat *Du Chêne*, Tom. 3, pag. 670, &c.; nec non *Arthurius Duckius*, Tr. de *Authoritate Juris*. *Auream Bullam*, à laudato Imperatore Venetis conceſſam, Venetiis ſe vidiſſe, aſſerens. Privilegii Ejusdem, appenſa *Aurea Bulla*, Friſonibus dati, meminit *Limnæus*, l. c., §. 20, pag. 165. *Carolum Calvum* Monaſterio Sandionyſiano *Chartas auro bullatas* largitum eſſe, docet *Sugerius* Abbas, apud *Doubletum*, pag. 873. De alia *bulla aurea*, qua idem Cæſar Diploma fundationis Monaſterii S. *Cornelii Compendienſis* munivit, legas Tom. X *Spicilegii Acheriani*, pag. 157, & *Du Fresne* gloſſ., voc. *Bullas Aureas*, p. 639; qui ſeq. pag. 640 addit: *Apud Imperatores Germanicos longe frequentior fuit Aurearum Bullarum uſus: quippe Arnulphi Imperatoris Bullæ Aureæ recenſentur apud anonymum Haſenrietanum, in Epiſcopis Eyſtetenſibus: Henrici I, in Chronico Caſinenſi, lib. 2, cap. 31: Henrici III, cap. 81, eod. lib., & cap. 49, lib. 3: Conradi, apud Buchelium, in Notis ad Wilhelmum Hedam, pag. 166, Guichenonum, in Bibliotheca Sebuſiana, lib. 1, cap. 17, & Johannem à Boſco, in Vienna; Henrici Junioris, apud Ottonem Friſingenſem, lib. 1, de Geſtis Friderici, cap. 55: Ejusdem Friderici, apud Godefridum Monachum, in Chronico, an. 1167, & alios: Henrici VI, apud eundem Buchelium, pag. 178: Friderici II, apud Joannem Villaneum, lib. 6, cap. 25; Goldaſtum, T. 1 Conſtit. Imper., p. 289, 305; in Notis noſtris ad Joinvillam, p. 57; apud Buchelium, pag. 202, ubi Bullam ipſam exhibuit; Freherum, in Appendice ad T. I Scriptorum Germanicorum, p. 2;* &c. In Coenobio *S. Apri* Tullenſis extat *Friderici 2 Aurea Bulla*, ex ſerico rubeo pendens, eminente in antica Imperatoris, in throno, duobus liliis ſuperne ornato, ſedentis, dextera Virgam, cruce inſignitam, & ſiniſtra globum, cum cruce, geſtantis, effigie, addita in orbem inſcriptione: ✠ *Frideric' Di grã Romanor' Rex & ſemp. Auguſtus & Rex Sicilie:* in poſtica

Ro.

Digitized by Google

Roma Urbe conſpicua, cum verbis: *Aurea Roma*, & in circulo: ✠ *Roma Caput Mundi regit orbis frena rotundi*; Vid. Dn. *Mabillon*, l. c. De Ejusdem *Aurea Bulla*, in favorem *Libertatis Eccleſiaſticæ*, an. 1213 emiſſa, vid. præced. pag. 67, & *Lehman. Chron. Spir.*, lib. V, cap. 77, pag. 580. In fine Diplomatis, quo, an. 1222, idem Auguſtus Bona, ad Laurishamenſem Eccleſiam ſpectantia, Moguntinæ Sedi dono dedit, legitur: *Ad hujus itaque Donationis & conceſſionis noſtræ memoriam, & ſtabilem firmitatem, præſens privilegium fieri fecimus, & Bulla aurea, typario Noſtræ Majeſtatis impreſſa, juſſimus communiri, &c.* Add. *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, p. m. 981: *Fridericus* (ſecundus) *multis Regionibus & Civitatibus magnifica privilegia conceſſit, eaque Aurea Bulla confirmavit, quarum duæ in Archivo Inclytæ Reipublicæ Lubecenſis adhuc aſſervantur; una Ille Avi ſui, Friderici I, cognomento Barbaroſſæ, Privilegia, Urbi Lubecæ, anno Chriſti* 1188, *conceſſa, confirmat; altera Eam Liberam Imperii Urbem pronunciat, & novis inſuper Beneficiis cumulat. In harum antica parte viſitur effigies Imperatoris, in Solio ſedentis, & tenentis dextera Sceptrum, ſiniſtra Globum cruciferum, cum hac inſcriptione: Fridericus D. G. Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Rex Jeruſalem, & Siciliæ. In parte poſtica, Caſtrum turritum, cum hac Inſcriptione: Roma, Caput Mundi, regit orbis frena rotundi.* Noſtris temporibus eædem Bullæ in uſu ſunt; vide Diploma *Leopoldi I*, Imp., an. 1663, 16 April., quo Illuſtr. *Johannem Caſparum à Dæringen* Baronum ordini aſſociavit, ita ſubſcriptum: *Deſſen zu wahrer Urkund haben wir unſere Kayſerliche güldene Bullam an dieſen Brieff hangen laſſen, der geben iſt in unſerer Stadt Wien, den 16 Tag Monats Aprilis*, &c. Anno 1674 *Albertum Erneſtum*, Comitem Oettingenſem, cum ad Principale faſtigium eveheretur, itidem *Auream Bullam* accepiſſe, ex Ampliſſ. Dn. *ImHofii* Notitia S. R. J. Procerum, lib. V, Cap. XI, §. 9, p. m. 270, conſtat. Ejusdem Auguſti *Auream Bullam*, an. 1677, 14 Dec., qua *Johanni Georgio*, Principi Anhaltino, &, ab ejus obitu, ſemper Familiæ Seniori prædicatum: *Durchlauchtig*, conceſſit, exhibet Dn. *Thulemarius*, de *Bulla Aurea*, Cap. X, p. m. 99, &c. Nuperrimè Sacratiſſimus Imperator *Joſephus* Diploma, quo, an. 1705, 14 Nov., Sereniſſimum Ducem, *Johannem à Marlborough*, Principem S. R. J. declaravit, Ejusque auxit Inſignia, ita ſignavit: *Harum teſtimonio literarum, manu noſtra ſubſcriptarum, & Bulla Noſtræ Aureæ typario munitarum, quæ dabantur*, &c. Vid. *Der neubeſtelte Agent von Hauß aus, Zweyte Fonction, dritte depeche*, §. 225, pag. 196. De aliis Regibus, vel Pontificibus, Aureas Bullas adhibentibus, hic non dicendi locus eſt. Conf. tamen *Du Fresne* l. c., & ſeq. Tit. IV. §. 9, lit. a.

(*c*) *ARGENTEÆ*, &c. *Bernhardus à Mallinkroth*, de *Archi-Cancellar.*, pag. 115, Argenteas Bullas apud Latinos Imperatores nec olim in uſu fuiſſe, nec hodie eſſe, ſcribit. Dn. *Mabillon*, l. c., lib. 2, cap. 16, §. 16, pag. 142, Orientis Imperatores nonnunquam eas adhibuiſſe, commemorans, unicum ex Occidentalibus *Ludovicum Pium* producit, cujus Bullam reperiri ait in penu literario *S. Genovefæ* Pariſiorum, in cujus antica ejus thorax cernitur, cum inſcriptione: *XPE protege Ludovicum Imperatorem*; poſticâ vacuâ; quare de ea ſic judicat: *Verum, non ſigillum, ſed ſigilli ectypum eſſe, inde colligimus, quod nulla fiſſura, per quam dependere ex charta potuerit, in eo appareat, &c.* Conf. *Du Freſne*, l. c., voc. *Bulla argenteæ*, pag. 641; *Spelman*, ead voc., pag. 90; Dn. *Thulemarius*, l. c., cap. 3, §. 7, pag. 25; Dn. *Georgius Engelbrecht*, de *Jure Diplomatum*, cap. 4, §. 11, pag. 79, & 80.

(*d*) *CEREÆ*, &c. Ut plurimum utebantur his Bullis Imperatores, literas ad Matres, Conjuges, Liberos, &c. dantes. Vid. Dn. *Thulemarius*, l. c., cap. 5, pag. 43, &c. *Petrus Diaconus*, lib. 4 *Chronici Caſſinenſis*, c. 109, teſtatur, coram *Lothario* Imp. prolata eſſe *Præcepta Imperatorum, Caroli, Lodoici, Ugonis, Lotharii, Berengarii, Alberti, trium Ottonum, quinque Henricorum, & Conradi, quæ Caſſinenſi Monaſterio fecerant, Cera, plumbo, aureisque ſigillis ſignata, &c.* In rebus altioris indaginis præfertur cera rubri coloris, quo & Judicia, Aulicum & Camerale, pariterque Electores, Principes, & Comites Imperii, &, ex privilegio, Civitates Norinbergenſis, Hamburgenſis, Bremenſis, Biberacenſis, Conſtantienſis, &c. utuntur. Vid. Illuſtr. Dn. *Stryck*, Diſſert. de *Cera rubra*, cap. 3; *Hopingk*, de *Jur. Sigill.*, cap. 3; *Beſoldus*, voc. *Wachs*, p. m. 983, & 984; *Limnæus*, J. P., lib. 1, cap. XI, §. 26, &c., pag. 166, &c.; *Oldenburg*, *Limn. Enucl.*, lib. 1, cap. XI, §. 2. Regem Galliæ *cera candida* uti, Ejusque Principes Vaſallos *flava*, refert *Arniſæus*, *de Jur. Majeſt.*, lib. 3, cap. 1, §. 1. *Jean du Tillet*, *au Recueil des Roys de France*, pag. 175; & *Fauyn*, au *Theatre d'honneur*, livr. 2, c. 12, pag. 292, &c., & liv. 3, pag. 683, *Bodino*, de *Republ.* lib. 1, cap. 10, pag. 270, *Ludovico Guyon*, Tom. 3 de *Diverſes Leçons*, lib. 3, cap. 25, pag. 490, aliisque, Reges Galliæ ipſosmet *flavam* adhibere dicentibus, reluctantur. Conf. tamen *Beſoldus*, l. c., & Dn. *Bechman*, ad A. B. procem., §. 351; Dn. *Ertelius*, Prax. de *Jurisdictione Civili*, cap. 22, pag. 160, & 161; Dn. *Engelbrecht*, l. c., §. 12, pag. 81. *Wenceslaum* Imp. Privilegium, Balneatoribus conceſſum, *cera candida* roboraſſe, ex *Goldaſti* Tomo 2 *derer Reichsſatzungen*, p. 82, patet; eandem in aliorum Imperii Principum literis conſpici, docet Dn. *Thulemarius*, l. c., §. 11, p. 47. Nonnunquam Galliæ Reges *cera viridi* ſignaſſe, æquè ac hodie Oxonienſis Academia, oſtendit *Limnæus*, l. c., §. 33, & 34, pag. 167; Academias, *ceræ rubræ* privilegio gaudentes, recenſet Dn. *Thulemarius*, l. c., §. 10, pag. 47.

Digitized by Google

(*e*) PLUMBEÆ, &c. Utebantur his Imperatores, quoties Clericis ſeribebant. *Vadianus*, de *Collegiis & Monaſteriis veteribus Germaniæ*, lib. 2, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Rerum Alamannicarum*, pag. 53, ait: *Craſſi* (Caroli) *Diploma extat Sangalli, nuper à me viſum, in cujus ſigillo plumbeo Ipſe Imperator laureatus cernitur, cum hac inſcriptione: Carolus M. Auguſtus; & in altera ſigilli parte hæc verba, itidem laureo ſertulo incluſa, leguntur: Renovatio Regni Fran. In fine autem Diplomatis hæc verba ſcripta ſunt: Data Non. Octob. Anno Incarnationis Domini DCCC LXXXIII, Indictione II, Anno vero Imperii Domini Caroli in Italia III, in Francia II. Actum Papiæ, in Dei nomine, feliciter.* Ejusdem Bullæ meminit Dn. *Mabillon*, *de Re Diplom.*, lib. 2, cap. 16, §. 17, pag. 142, ut & Dn. *Tentzel*, *in Vindic. Conring. pro Cenſura Diplomatis Lindavienſis*, cap. 7, §. 14, pag. 152. De Diplomate *Ottonis III*, an. 998, juſſu *Benedicti XII*, P. R., anno 1338 ex Archivo Aſſiſinatenſi ſumto, atque à Tabellionibus publicis deſcripto, inquit *Johannes de Amelio*, Forojulienſis Archi-Diaconus, Cameræque Papalis Clericus, delegatus ad id Specialis Commiſſarius, in Inſtrumento publico, deſuper confecto, apud *Baronium*, Tom. XII *Annal.*, ad an. 1191, §. 56, pag. 860: *Inter alia vero elegimus, ac vidimus, & diligenter inſpeximus quoddam Privilegium, cum quadam Bulla plumbea parva in pendenti, ſive in fine dicti Privilegii cum pergameno alligata; in qua quidem Bulla, ab una parte, in circumferentia ejusdem, ſcriptum erat: Otto Imperator Romanus; ab alia vero parte erat quoddam caput hominis, cum pilis criſpis, & cum ſpatulis, ſcriptumque erat in circumferentia: Aurea Roma, &c.* Unde, ſine dubio, ſua hauſit *Goldaſtus*, Tom. I *Conſtit. Imperial.*, pag. 227; peculiari Commentario Diploma hoc, an. 1607, illuſtravit *Freherus*; quod fictitium eſſe, multis argumentis evincere conatur *Baronius*, l. c., §. 70, &c., pag 829, &c. Extare interim de hoc Cæſare *Bullam plumbeam* in Coenobio *S. Felicis* Metenſium, in cujus parte altera conſpicitur Ejus thorax, cum redimiculo gemmeo, tribus liliis ſuperne diſtincto, & inſcriptione: *Otto --- Imperator Auguſtus*; eminente, in altera, Imagine Ejus laureata, cum vexillo, in dextra, & umbone in ſiniſtra, adjecta epigraphe: *Imperii Romanorum*, teſtatur Dn. *Mabillon*, l. c. Ad exemplum Conſtantinopolitani Patriarchæ Archi-Epiſcopos Germaniæ adhibuiſſe quondam *Bullas plumbeas*, Magnumque Teutonici Ordinis Magiſtrum adhuc facultate gaudere, *mit Bley zu ſiegeln*, demonſtrat Dn *Engelbrecht*, *de Jure Diplomatum*, cap. 4, §. 11, pag. 80; de Imperatoribus Græcis, aliisque Palatii Proceribus, ut & Epiſcopis idem aſſerit *Du Fresne*, l. c., pag. 642. *Alphonſus*, Caſtellæ Rex, Tractatum, an. 1345, cum *Philippo*, R. Gall., initum, ita ſignavit: *Præſentes litteras ſigilli noſtri Plumbei appenſione fecimus communiri.* vid. Ill. Dn. *Leibnitz*, T. I *Cod. Diplom. Jur. Gent.*, §. LXXXV, pag. 186; In præſentiarum hoc Bullarum genus ſibi ſoli vindicare videtur Romanus Pontifex, vid. lib. 1 *Ceremon. Eccleſ. Roman.*, cap. 2, in fine. *Polydorus Virgilius*, de *Inventione Rerum*, lib. 8, cap. 2, p. m. 529, repetit uſum hunc à Seculo octavo, ſcribens: *Cum Romanus Pontifex multa irrogaret privilegia, ut Diplomata diuturniora forent, placuit Stephano III, ac deinde Hadriano I, tabulas Apoſtolicas plumbo obſignari. Fuit is annus ſalutis DCCLXXII, cum Ipſe Hadrianus factus eſt Pontifex: nam antiquius non reperitur Sigillum plumbeum*, &c. Enimvero *Dominicus Raynaldus*, Bibliothecæ Vaticanæ cuſtos, apud *Allatium*, de *Conſenſu utriusque Eccleſiæ*, lib. 1, cap. 6, §. 2, *Bullam plumbeam Sylveſtri I*, Seculi IV Pontificis, in Archivo *Aretino* reperiri aſſirmat, aliasque *Leonis I*, *Gregorii Magni*, & *Sergii*, in Tabulario Caſtri S. Angeli Romæ. Fidem etiam facit Dn. *Mabillon*, l. c., lib. 2, cap. 14, pag. 128, duo Privilegia ſe vidiſſe, à *Johanne IV*, & *Sergio I*, Seculi VII Præſulibus Romanis, Coenobio *S. Benigni* Divionenſis cum *Bullis plumbeis* data. Minimum, *Ottonis I*, Imp., ætate, ejusmodi Bullas Pontificibus fuiſſe communes, ex *Luitprando*, coævo Scriptore, lib. 6 *Hiſtor.*, cap. 6, apud *Reuberum*, p. m. 155, diſcendum eſt, ubi: *Hæc Dominum Papam, nullis narrantibus, feciſſe crederemus, niſi literæ fidem admitterent, quæ plumbo ſignatæ, ejus nominis characteres monſtrant, &c.* Singulare narrat *Spelmannus*, l. c., voc. *Bulla plumbea*, pag. 90: *Aureas* (Bullas) *plures vidimus è ſolido metallo, ſcilicet Franciſci I, Regis Franciæ, fœdus cum Henrico VIII* (R. Angl.) *contrahentis, Anno Domini 1572, cujus parte altera ſic inſcribitur:*

Plurima ſervantur fœdere, cuncta fide.

Item Clementis VII, titulum Defenſoris Fidei eidem Henrico conferentis, &c. Venetorum Ducibus *Alexander III*, Papa, jus *plumbo* ſignandi conceſſiſſe fertur, quare & *Baldo*, in l. 32, ff de LL., literæ Ducum laudatorum, *non plumbatæ*, ſuſpectæ ſunt. Formam Bullarum Papalium exhibet *Lambecius*, lib. IV *Comment. Biblioth. Vindobon.*, pag. 319, nominatim *Nicolai V*, *Leonis X*, & *Urbani VIII*, hoc tamen diſcrimine, ut in antica primæ, ſuper imaginibus Pauli & Petri, in una linea conſpiciantur literæ: SPA SPE, denotantes *S. Paulum Apoſtolum*, & *S. Petrum Epiſcopum*; in altera vero ita: SS; & in tertia, hoc modo: S

PP	P P
AE	A E

(*f*) IMPERATOR, &c. Veteres Francorum Reges, primique à Carolo Magno Imperatores imagines

Digitized by Google

nes ſuas Bullis exhibebant. Pontificibus antiquis, Bullarum anticæ nudum nomen ſuum, & poſticæ *Papæ* vocabulum imprimere, uſitatum fuiſſe, *Johannis V*, *Sergii I*, *Stephâni III*, aliorumque exemplis probat Dn. *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 2, cap. 14, pag. 129. Ab ætate *Urbani* 2, ſub finem Seculi XI exſpirantis, iconibus *Petri & Pauli* Apoſtolorum utuntur. Vid. Idem, l. c., pag. 130; conf. præced. lit. e.

(*g*) LEGUNTUR, &c. Carolingi Imperatores variis Inſcriptionibus Bullas ſuas ſignarunt. *Carolum Magnum* hanc adhibuiſſe : XPE (Chriſte) *protege Carolum*, *Regem Francorum*, auctor eſt Dn. *Mabillon*, l. c., cap. 16, pag. 138; idem, de *Ludovico Pio*, l. c. affirmans. *Lotharius* hac uſus eſt : *XPE adjuva Hlotharium Aug.* Vid. Idem, l. c.

(*h*) AUREA, &c. Et quidem, juxta veterum Monachorum orthographiam, ita, ut AUR primam lineam conſtituat, EAR alteram, & OMA tertiam; Vid. Ectypon apud Ampliſſ. Dn. *Thulemarium*, *de Bulla Aurea*, cap. 8, §. 4, & 5, pag. 78, & 79.

(*i*) CAPUT MUNDI, &c. Apud *Lipſium*, lib. I, de *Magnitudine Romæ*, cap. 2, Romam vocari *caput mundi*, conſtat. *Aurelius Victor*, de *Viris Illuſtribus Urbis Romæ*, eandem *Caput Gentium* nominat. Pari modo ait *S. Iſidorus*, Hiſpalenſis, in *Hiſtoria Gothorum*, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, pag. 61, ſub initium : *Te* (Hiſpaniam) *jam pridem Aurea Roma, Caput Gentium, concupivit*, &c.; & Auctor *Chronici Moiſſiacenſis*, quod in anno 818 explicit, ad an. 801, apud *Du Cheſne*, Tom. III, pag. 143: *Quia* (Carolus M.) *ipſam Romam*, *Matrem Imperii*, *tenebat*, &c. Add. *Johannis XIII*, P. R., Bulla *de Erectione Archi-Epiſcopalis Eccleſiæ Magdeburgenſis*, apud *Sagittarium*, *in Antiquitatibus Archi-Epiſcopatus Magdeburgici*, §. 97, pag. 67: *Roma*, *Caput totius Mundi*, *&c.* Huc inſuper ſpectant *Reginonis* verba, ad an. 842 : *Cum ipſa Romana Urbe, quæ & modo ab omni Sancta Eccleſia, propter præſentiam Apoſtolorum, Petri & Pauli, ſpeciali quodam veneratur privilegio, & quondam, propter Romani nominis invictam potentiam*, *Orbis Terrarum Domina dicta fuerat*, *&c.* Conf. Diploma *Ottonis III*, cujus, præced. lit. e. memini, ſub initium : *In nomine S. & Individuæ Trinitatis, Ottho, Servus Apoſtolorum, &, ſecundum voluntatem Dei Salvatoris, Romanorum Imperator Auguſtus.* *Romam Caput Mundi profitemur, &c.*; licet titulus hic mihi valde ſuſpectus videatur. *Ditmarus Merſeburg.*, lib. VII *Chron.*, p. m 103, ait : *In arce Romulea, quæ Omnium Caput Urbium, &c.* In Diplomate *Friderici I*, Imp., de an. 1189, apud *Goldaſtum*, l. c., pag. 286, legitur : *In Urbe enim Roma, quæ Domina & Caput Orbis dicitur*, &c. Hinc jam olim *Modeſtinus*, lib. 4 *Differentiarum*, l. 33 ff. *ad Municipalem*, lib. 50, Tit. I : *Roma communis noſtra Patria eſt.* Conf. ſeq. Tit. 5, §. 7.

(*k*) FOLIIS, &c. Ampliſſ. Dn. *Joachimus Hagemeierus*, Exercit. Prælim. ad Diſſertationes *Bernhardi Sutholti*, §. 78 ait : *Aurea Bulla Caroli IV*, *Imp.*, *authenticum exemplar ſervatur Francofurti ad Moenum, quod nuper vidimus. Conſtat ex quadraginta tribus foliis : Bulla vero, ſeu ſigillum, ex auro factum, refert uno latere effigiem ipſius Caroli, altero Caſtrum Magnum cum duabus turribus. Fila ſerica, quibus liber transfixus eſt, ſunt flavi & nigri coloris*, &c. Conf. Dn. *Conring.*, de *Orig. Jur. German.*, cap. XXVII, pag. 164, & 165; Ill. Dn. *Fritſchius*, de *Jure Idiomatis*, cap. VI, §. 1; Ill. Dn. *Schwederus*, *Introduct. ad Jus Publ.*, part. General., cap. 2, §. 7, pag. 19; Ampliſſ. Dn. *Thulemarius*, de *Bulla Aurea*, cap. 7, §. 9, pag. 69, & 70. Aliud autem Exemplar fuit, quod *Pileus* Cardinalis, *Urbani VI* in Germaniam Legatus, vulgò *Cardinanalis trium Pileorum* dictus, (*Spondanus*, Contin. *Annal. Baron.*, ad an. 1386, §. IX, pag. 632.) apud *Marquardum Freherum*, ad *Petrum de Andlo*, lib. 2, cap. 5, verb. *Bulla*, deſcribit : *Prædictus liber erat ſcriptus in pergameno, in 24 foliis, cum coopertura groſſa, in quo erant ſcripta diverſa negotia, Sacrum Imperium, & ejusdem Electores tangentia, qui quidem liber transfixus erat, cum filis ſericis, glauci & rubei coloris, involutis, cum Bulla, ſeu ſigillo aureo rotundo Imperiali appenſo, in cujus uno latere apparebat figura Imperialis, in Majeſtate ſedens, cum Corona Imperiali in capite, habens in manu dextera ſceptrum, & in ſiniſtra manu Pomum, cum Cruce deſuper, modo Imperiali, & à latere dextero, clypeum cum Aquila, & ſiniſtro, clypeum cum forma Leonis. In circumferentia vero legebantur hæc verba :* *Carolus IV*, *Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex*, *Ab alio vero latere caſtrum magnum, cum duabus turribus, habens portam inferius in medio, cum literis :* *Aurea Roma.* *In circumferentia vero legebantur hæc verba :*

Roma caput Mundi regit Orbis frena rotundi.

Sicut & de *Heidelbergenſi* Dn. *Thulemarius*, l. c., §. 6, pag. 67, ait : *Conſtat autem ex viginti quatuor foliis membranaceis, in Quarto, ceu dicunt, involucrum ex alba, aſt groſſa membrana habentibus. Per folia iſta infra ducta ſunt tenuiſſima fila ſerica, unius, & quidem flavi coloris, ex quibus dependet ſigillum aureum, quod Francofurtenſi adeo in omnibus ſimile eſt, ut ovum ovo, &c.* Numerus igitur foliorum à varietate Exemplarium dependet.

(*l*) MONACHALIBUS, &c. Orthographia quoque Monachalis eſt, nullis plane, ſeculi vitio, occurrentibus Diphthongis.

(*m*) AUREUM, &c. Illuſtris Baro de *Lyncker*, in *Introduct. ad Auream Bullam*, §. 1, pag. 3, & 4, per *Bullam auream*, quam nonnulli Gallorum imperitè

la Bulle dorée, Bullam inauratam, pro *la Bulle d' or*, vocant, intelligendam eſſe ſcribit *capſulam*, Bullam, ſive ceram continentem, hodienum, in Imperiali Cancellaria, 40 ducatis redimi ſolitam. Dn. *Thulemarius* autem, qui eam manibus trivit, cujusque ectypon, l. c., cap. 8, §. 5, pag. 79, ſiſtit, ipſam *Bullam* ſolidi auri eſſe, teſtatur, craſſitudine duplicem Joachimicum æquantem thalerum, latitudine adhuc majorem.

(n) EXEMPLARIA, &c. Laudatus modò Dn. *Thulemarius*, l. c., C. VII, §. 1, p. 66, *ſcribit: Latina Exemplaria Aureæ hujus Bullæ ſunt vel autographa, vel apographa. Licet autem illorum numerum haut exactè noverim, pro certo tamen habeo, Carolum IV, Imperatorem, ſibi unum ſervaſſe, & cuilibet Electori peculiare exemplum, aureo ſigillo roboratum, dediſſe. De Moguntino authentico illud conſtat ex diverſis ejus hactenus editis Copiis. Bohemicum. Originale, aureo ſigillo ſigillatum, contulit Goldaſtus cum aliis, ceu teſtatur Tomo I Conſtit. Imper., p. 352. In Archivo Electoris Trevirenſis hodienum Originale Carolinæ illius Sanctionis, ſigillo aureo conſpicuum, reperiri, ad me, die 19 Febr. Anni 1682, Vir Illuſtr. & Excell. Dn. Antonius Soblerus, S. Cæſ. Maj. in Senatu Imperii aulico Conſiliarius, & Eminentiſſimi Electoris Trevirenſis Pro-Cancellarius, Ehrenbreitſteinio ſcripſit. Archivum Colonienſis Electoris tale autographum quoque cuſtodire, dictis literis laudatiſſimus Soblerus ſe audiviſſe refert ex illis, qui illud inſpexerint. Electores quoque Saxonum & Brandeburgicum Aureæ Bullæ Originale poſſidere, mihi narratum eſt. Authenticum Sereniſſ. Electoris Palatini omnibus innotuit, ex quo tempore copia ejus, Anno* 1594, *Heidelbergæ, curante forſan Marquardo Frebero, impreſſa, & poſtea à Goldaſto Conſtitutionibus Imperialibus, anno* 1607 *editis, inſerta fuit.*

(o) ROMÆ, &c. Turbarum Palatinarum tempore, proſcripto, ob impoſitam Coronam Bohemicam, *Friderico V* Electore, cum *Johannes Tilly*, copiarum *Maximiliani*, Bavariæ Ducis, cui executio demandata erat, Imperator, 6. Sept. an. 1622, armatu manu, *Heidelberga* potiretur, &, ſecuto proximè Decembri, Electoralem Bibliothecam, in ſtupendum Vaticanæ incrementum, *Gregorio XV*, P. R., transmitteret, nullum omnino dubium eſt, quin authenticum Aureæ Bullæ exemplar unà Romam fuerit translatum, de cujus reſtitutione poſtea *Spanhemius* multa verba incaſſum fecit. Illud tamen melioris ſucceſſu temporis Sereniſſimo Electori fuiſſe redditum, vel inde conſtat, quod Ampliſſ. Dn. *Thulemarius*, l. c., §. 5, p. 67, ſe originale iſtud nitidiſſimum, 6 Dec. 1681 ibi in manibus habuiſſe & diligenter perluſtraſſe, teſtetur.

(p) PRÆFERTUR, &c. Exemplar hoc, *Francofurtenſi* Reipublicæ datum, ut, ſurgentibus forſan, tempore eligendi Romanorum Regis, litibus, ad manus eſſet, maximi ſemper æſtimatum fuit. Hinc & Eminentiſſimus Elector Moguntinus, *Anſelmus Caſimirus*, tanquam Imperii Archi-Cancellarius per Germaniam, an. 1642 omnem lapidem movebat, ut corrupta vetuſtate fila ſerica, quibus bulla appendit, præſentibus *Gernardo Philippo de Swalbach*, Eccleſiæ Cathedralis Moguntinenſis Cantore, & *Thoma Diſſelio*, Sanctioris Senatus Adſeſſore, nec non ſex Deputatis dictæ Reipublicæ, duobus Notariis Immatriculatis, & quatuor rogatis teſtibus, die 10 Dec. in Curiæ Electionis conclavi (in der Wahlſtuben, auf dem Römer) ab artis ſericæ perito reficerentur, & per 43 folia membranea, ſigillumque aureum traherentur, confecto deſuper à Notariis publico Inſtrumento, quod hodienum oſtenditur. Vid. Dn. *Thulemarius*, l. c., cap. 7, §. 9, p. 69, & 70.

(q) ALIA, &c. Quæ in ipſo textu occurrunt, v. g. In Exemplari Moguntino, Tit. I, §. 5, in fin., legitur: *atque Jure*; in Heidelbergenſi verò extat: *cavere*. Sic illud, Tit. 3, in princ. habet: *Inconvulſæ Trinitatis*; hoc vero, *Individuæ Trinitatis, &c.* In illo Capitis VII Heidelbergenſis præfatio planè deeſt. De multis aliis evolvantur Ill. Dn. *Rhetii Inſtitutiones Jur. Publ.*, ubi variantes A. B. lectiones ſiſtuntur. Reperitur autem *Goldaſtinum* Exemplar Tom. I *Conſtit. Imper.*, pag 352.

(r) LATINE, &c. Editiones Latinas in unum collegit, poſt Ampliſſ. Dn. *Thulemarium*, l. c., cap. 7, §. 13, p. 71, &c., Dn. *Schilterus*, Tom. 2 *Inſtit. Jur. Publ.*, Tit. XIX, §. 7, pag. 271, & 272, quibus ipſa *Schilteriana*, l. c., Tit. XVIII, p. 126, &c., addenda eſt. Primam earum anno 1530, in calce Tom. I Conciliorum, Coloniæ comparuiſſe, ex *Goldaſti Rationali*, T. I, pag. 96, ibidem, pag. 271, probat. Cur latine fuerit conſcripta & promulgata, ratio forſan eſt, ut et ab Exteris, Gallis, Romano Pontifice, Italis, &c., intelligeretur: præter, quod Clerus ejusmodi Expeditiones, majori ex parte, ſibi adhuc vindicaverit. vid. Dn. *Thulemarius*, l. c., cap. 6. §. 24, p. 62; Dn. *Conringius*, de *Origine Juris*, cap. 27, pag. 166; Dn. Baro de *Lyncker*, *Introduct.* ad A. B., §. 5, p. 7.

(s) GERMANICO, &c. Germanicum Exemplar Latino prius, & quidem Venetiis, juſſu *Friderici III*, Imp., an. 1476, à *Johanne Jenſon* typis fuiſſe excuſum, docet Dn. *Schilter*, l. c., Tom 2, Tit. XIX, §. 6, pag. 271, ex *Goldaſto*, l. c. Quibus annis ſequentes editiones prelum ſubierint, exponitur ibidem. Add. Illuſtriſſ. Baro *de Lyncker*, l. c., & Dn. *Thulemarius*, l. c., cap. IX, §. 8, pag. 85, &c. Antiquiſſimum textum Teutonicum ex Codice MS. optimæ notæ, quem, ex Bibliotheca *Hortlederiana*, Illuſtris *Hortlederi* Gener, *Zacharias Prüeſchenck de Lindenhoven*, ei dono dedit, nuper edidit Dn. *Schilterus*, l. c., Tom. 2, Tit. XIX, pag. 195, &c. De omnibus autem verſionibus Germanicis in genere dicendum, quod multis in locis à Lati-

no idiomate deflectant; quare nec bene ſibi conſulunt, qui, ſpreto Latino, ad textum conſugiunt Teutonicum. Lepida verſio eſt verborum prooemii: *Sevientibus gladiis ad inteſtina prelia*: *Den Streit mit ſcharffen Schwertern biß auf das Gederm*; ita enim Exemplar *Schilterianum*, l. c., pag. 196; qui ipſe Vir Conſultiſſ., l. c., pag. 274, §. IX. interpretem ridet. Sic cap. V verba: *ratione Principatus, ſiu Comitatus Palatini*, non ſatis accuratè redduntur in Editione Moguntina Noviſſ. an. 1692, p. m. 13: *Von dis Churfurſtenthums, und Pfaltzgrafſchafft Freyheit wegen, &c.* rectius interpres *Schilterianus*, l. c., pag. 219: *Von der Pfaltzgrafſchafft wegen*; vid. *Schilter*, l. c., §. 29, p. 291; Illuſtr. tamen *Coccejus*, in Oratione Inaugurali, de lege Salica, p. m. 52, &c., & *Juris Publici Prudentia*, cap. XVI, §. 5, pag. 277, dictam verſionem defendit, ſtatuendo: *Churfurſtenthum und Pfaltzgrafſchafft* eſſe ſynonyma, nec aliud denotare quam Principatum ipſum, non tamen confundendum cum dignitate Electorali. Id interim certum eſt, dicti Capitis verba ſequentia: *Feudis Principum duntaxat exceptis, & illis, quæ Vanlehen vulgariter appellantur, &c.*, perperam verti: *Außgenommen der Fürſten Fahnleben, &c.*; quaſi *Fürſtenlehen* nihil differrent à *Fahnlehen*, cum ſe habeant invicem, generis inſtar & ſpecierum; Omne quidem Feudum Principis ſeculare eſt *Fahnlehen*, ſed non omne *Fahnlehen* ſtatim fit feudum Principis, id quod Dn. *Schilterus*, in Comment. ad cap. 42 *Juris Feudalis Alamannici*, §. 2, p. m. 239, contra *Buxtorfium* ad A. B. c. 5, §. 1, ſ. 68, &c., latius propugnat. Clarior iterum Interpres *Schilterianus*, l. c., pag. 219: *allein ausgenommen der Fürſten Leben, und Vanleben*; additâ copulâ: *Et*. In eodem Capite, verbis: *Ipſi tamen Comes Palatinus omne genus alienationis, ſeu obligationis rerum Imperialium, hujusmodi proviſionis tempore, expreſſè ſibi noverit interdictum*, in verſione Moguntina præponitur parentheſis: *Und derſelbe Pfaltzgraff hat aus Kayſerlicher Gnade zu verbieten*; cujus nulla plane mentio in textu Latino. Ut alia ſilentio prætercam, de quibus vid. *Limn. Obſervat prælim.* ad A. B. 3, n. 5, & paſſim alibi; add. Illuſtr. Dn. Baro de *Lyncker*, l. c, pag. 8; Ill. Dn. *Schweder*, part. gener. *Introduct. in Jus Publ.*, cap. 2, §. 6, p. 19; Dn. *Thulemarius*, l. c., cap. IX, §. 9, pag. 86.

(*t*) MUTARE, &c. Omnis Lex poſitiva cum, ceſſante cauſa, propter quam fertur, tolli queat, multoque magis mutari, nulla ſubeſt ratio, cur non idem judicium de *Aurea Bulla* feramus. Innuit hoc ipſius Bullæ caput XII, §. 2, in fine, ubi: *Hac noſtra Ordinatione, ad Noſtrum* (Imperatoris) *& ipſorum* (Principum Electorum) *duntaxat beneplacitum, duratura, &c.* Nec obſtant verba initialia Capitis I ejusdem Legis: *Decernimus, & præſenti Edicto Imperiali, perpetuo valituro, ſancimus, &c.*, cap. VIII, IX, & paſſim alibi repetita; modo ſano ſenſu accipiantur, rebus ſcil. in eodem ſtatu manentibus. Peſſimè profectò Reipublicæ conſultum foret, ſi Leges ſemel latæ nulla ratione corrigi poſſent. Quis futura contingentia ſemper prævidet? Nonne publicarum rerum ſaluti ſecundum circumſtantias, quotidie occurrentes, proſpiciendum? longè aliter Art. 2 Capitulat. Sacratiſſimi Imperatoris *Joſephi*: *Desgleichen ſollen und wollen wir auch andere des H. Rœm. Reichs Ordnungen und Geſetze, ſo viel die in dem obgemeldten angenommenen Reichs-Abſchied, im 1555ten Jahr, zu Augſpurg aufgerichtet, und mehrerwehnten Friedenſchluß nicht zu wider ſeynd, confirmiren, erneuern, und dieſelbe, mit Rath und conſens Unſer und des H. Reichs Churfürſten, Fürſten und anderer Stænde, wie das des Reichs Gelegenheit, zu jederzeit, erfordern wird, beſſern, &c.* Conf. *Strauchius*, *Diſſert Exoter.* IV, §. 14, p. 106; *Carpzovius*, de L. R. G., cap. 3, ſect. 3, §. 7, p. 59; *Limn.*, *Jur. Publ.*, lib. 1, cap. XI, §. 120, &c., pag. 183; *Beſoldus*, voc. *Bulla*, p. m. 117; Illuſtr. Baro de *Lyncker*, l. c., §. 8, p. 10.

(*u*) EXEMPLA, &c. Quo titulo dicunt (1) contra A. B., cap. 1, §. 19, & cap. XXVIII, §. 5, tenorem, ſæpius Romanorum Reges alibi, quam *Francofurti*, fuiſſe electos; (2) nec ſemper obſervata, quæ cit. cap. 1, §. 22, de Comitatu ducentorum equitum, & quinquaginta armatis, ſtatuuntur; nec (3) quoad ejectionem peregrinorum, è loco electionis, ſemper deciſioni cap. 1, §. 25 & 26, ſatisfieri; (4) Electores Proteſtantes, eorumve Oratores Miſſæ non amplius intereſſe, contra cap. 2, §. 1; (5) Juramenti, ab Electoribus præſtandi, formulam Latinam, l. c., §. 3 expreſſam, in deſuetudinem abiiſſe; (6) Diſpoſitionem l. c., §. 5, quod, ſub pœna panis & aquæ, ſpatio triginta dierum Rex ſit eligendus, nullius eſſe roboris; (7) Moguntinum coronationis Regiæ factum participem, contra cap. 4, §. 4; (8) Trevirenſem non ſemper primam vocem expoſuiſſe, juxta l. c.; (9) Cæſarem non amplius liberè de vacantibus feudis majoribus diſponere poſſe, juxta cap. VII, §. 5; (10) Subditos Archi-Epiſcoporum Moguntini, Trevirenſis & Colonienſis, contra cap. XI, §. 2, impunè ad alia judicia, Imperii ſcil. ſumma, evocari; (11) Caput XII, §. 2, quoad annua Electorum comitia, obſoletum; (12) Intimationem celebrandæ electionis non amplius fieri ex præſcripto cap. XVIII; nec (13) concipi Procuratorium, quo abſentium Electorum Legati inſtructi accedant, juxta cap. XIX; (14) Palatinum aliquamdiu deſiiſſe fungi officio Archidapiferi, ſecundum cap. XXVII, §. 4, nec priſtinum amplius occupare locum, quem demum anno 1708 recuperaſſe noſcitur; (15) Solennibus in conviviis, capitis XXVIII, §. 2, diſpoſitionem, quoad numerum graduum menſarum altitudinis, toties non attendi; (16) Inaugurationem rarò *Aquisgrani* celebrari, pariter ac prima Comitia *Norimbergæ*, utut ita cautum cap. cit.,

§. 5; de quibus, aliisque vid. *Carpzovius*, l. c., §. 8, &c., pag. 59, & 60; *Limnæus*, l. c., §. 101 ad 120, pag. 178 ad 183; *Wurmſer*, *Exercit. Jur. Publ. I*, Quæſt. 6, pag. 11; Dn. *Hertzler*, l. c., §. 8, pag. 21; Conſultiſſ. Dn. *Thulemarius*, de *Octoviratu*, cap. VI, §. 14, pag. m. 68; Dn. *Titius*, *Specim. Jur. Publ. Rom. German.*, lib. 2, cap. 3, §. 8, &c., pag. 188; In quæſtione conſilii, ait *Spangenbergius*, in Chronico Saxonico, cap. 289: *Da biſ- hero in allen Puncten der gülden Bull wær gemæs gelebt worden, ſolte es freilich beſſer allenthalben im Reich ſtehen, dann leyder für Augen; Aber es gehet, wie ſonſt in andern Sachen mehr, daſ, was unſere Vorfahren wohl geſtellet, und geordnet haben, von denen Nachkommen übel wird gehalten, &c.*, cui tamen non aſſentior, mirorque, Paſtorem Proteſtantium Religionis talia ſcripſiſſe.

(w) INTERPRETARI, &c. Definitio, num hic vel ille actus ſit *contra*, num ſaltem *præter* Auream Bullam? privatis eſto ſacra. Publica diſputatio hæc fuit inter Cæſarem & Electores ab una, & Status reliquos ab altera parte, in Inſtitutione Noni Electoratus, quam Illi *præter A. B.* à ſe ſolis fieri poſſe dicebant, Statibus reliquis, eam *contra A. B.* eſſe, clamantibus, proptereaque, ſe inſciis, nec conſentientibus, factam valere non poſſe. Certum interim eſt, erectionem Octavi Electoratus alterius fuiſſe naturæ, nec argumentum inde, in Comitiorum favorem, deſumi poſſe. Conf. Dn. *Titius*, l. c., §. 11, pag. 189.

Quæſt. *Quid ſit Aurea Bulla Brabantina?*

Reſp. Conſtitutio *Caroli IV*, Aurea Bulla munita, qua, ſub dato *Aquisgrani*, *anno Dn.* 1349, *Indict.* 2, *octavo Calend. Auguſti*, *Johannis*, Lotharingiæ & Brabantiæ Ducis, ejusque ſucceſſorum ſubditis Brabantinis conceſſit, ut ad nullum externum Tribunal evocari poſſint, nec, ob noxas quascunque, ſeu debita, corporis bonorumque moleſtari arreſto. Extat ejus formula apud *Limnæum*, lib. V *Jur. Publ.*, cap. 2, §. 53, pag. 66, &c., & Ampliſſ. Dn. *Thulemarium*, de *Bulla Aurea*, p. m. 151, &c. Promiſerat Imperator, ad Weſtphalicorum Ordinum varias, contra Bullæ hujus abuſus, motas querelas, de ann. 1582, & 1594, per §. 72 R. J. Ratisbon., an. 1598, *Ihren Hn. Brudern, Ertz-Herzog* Albertum, General Gubernatorn *der Niederland, nochmahls, zu deſ Reichs und der klagenden Stände Beſtes, zu endlicher Abhelffung der Beſchwerung zu erſuchen, und an Ihnen nichts ermangeln zu laſſen, ohne zweiffel, S. Ld. werde ſich alſo darauf erzeigen, daſ es keines weitern* procedirens *bedærffe. Solte es aber, über geſchæpffte Zuverſicht, je nicht helffen, und keine Abſchaffung der geklagten Ding an berührten Orthen erfolgen, ſondern des Reichs Stand und Unterthanen, einen weg als den andern, mit den Brabantiſchen* Proceſſen *und* Evocationen *angefochten werden, wolten Sie alsdann gern ferner thun, was nach Befindung Ihnen, Ihres Kayſerl, Ampts halben, obliegt, und Ihnen ſonſt von den Standen an die Hand gegeben worden.* Curia vero Bruxellenſi parum hæc curante, novæ, à læſis Imperii Statibus, in Comitiis Ratisbonenſibus, an. 1603, motæ ſunt querelæ, rurſusque aliæ an. 1641, quas, 9 Sept. dictatas, *Lundorpius*, Tom. V Act. Publ., lib. 1, cap. 169, pag. 685, &c., exhibet, concernentes: *Daſ (1) die Brabandiſche Regierung niemand anders, alſ ſich ſelbſten, vor den* Interpretem *Ihrer Bull erkenne; (2) ermelter Rath kein Scheu trage, œffentlich zu behaupten, und ihre vermeinte Bullam, auf ihre Weiſ, ſo weit mit Gewalt zu erſtrecken, daſ wieder die Brabandiſche Unterthanen, oder welche ſich auf eine zeitlang daſelbſten keuflichen niederlaſſen, im Ræmiſchen Reich, ſo wenig in* Realibus, in loco rei ſitæ, *als in* criminalibus & civilibus, in loco delicti, vel contractus, *einige* Judicatur, *viel weniger Straff vorzunehmen, und zu verhengen ſich gebühre; ja auch dergeſtalt, wann jemands in einer Reichsſtatt den Bürgermeiſter ſelbſten, oder, im ganzen Ræmiſchen Reich, einen andern, wes Stands oder Würden der auch wære, ermorden thæte, und bey gemeltem Rath von Braband, daſ man gegen ihm,* in loco delicti, judicialiter procedirte, *geklagt würde, daſ ſie alsdann denſelben zu* reclamiren, *und, bey Verweigerung der erforderten Lieferung, die* repreſſalien, contra quoscunque S. R. J. ſubditos, *mit Gewalt vorzunehmen, befugt wæren*, &c.; (3) *auch dieſes fürgetrungen worden, wenn jemand, in* Imperio *wohnhafft, aus demſelben*, etiam poſt latam ſententiam definitivam in Imperio, vel propter rem in eo ſitam, *für den Rath von Braband* evocirt *wird, und, nur* ad declinandum Forum, compariret, quod, propter comparitionem & intromiſſionem, ſe faciat ſubjectum, *im fall er dann nicht erſcheinet, würde gegen ihme* in contumaciam *unverzüglich verfahren, gleich einem andern Brabandiſchen Unterthanen,* condemnirt, *und, durch Repreſſalien, gegen den unſchuldigen Reichsſtænden, und Unterthanen, die* Execution, *ſo weit ihre Waffen reichen kœnnen, vorgenommen;* (4) *Alle Brabandiſche Unterthanen von ihren im Ræmiſchen Reich* ſituirten *Gütern, zu der Türckenſteur, Cammergerichts Unterhalt, auf Reichs- und Craiſ-Tægen einverwilligter Ræmer-Monath, und andern Reichs-Anlagen, keinen Pfennig* contribuiren *wollen;* (5) *Wenn ein Fürſt, Graf, Herr, oder Edelman einen Beambten, oder Berechneten Diener, in ſeinen in Reich gelegenen Graff- und Herrſchafften, in Beſtallung nimbt, und denſelben* amoviren, *oder zu Ablegung ſeiner Rechnung halten will, dem Diener aber weder eines, noch das andere geſtellet, überall dieſe vermeinte güldene Bulla ihme zu einer* manutenentz, *oder Diebſtall dienen müſſen, indem der Rath von Braband zuforderſt durch* manutenentz-*Brieff, nachgehends aber, durch* Arreſt *und* Repreſſalien, *den Herren dahin* aſtringirt, *ihn bey ſeinem Dienſt, entweder, wider ſeinen Willen, zu* continuiren, *oder alles, was man wieder ihn hat, vorm Brabandiſchen* Judicio *vorzutragen, wie nicht weniger die Rechnungen über die Einkommen, ſo er im Reich erhebt*, contra omnia Jura, quæ locum adminiſtrationis, in reddendis rationibus, reſpiciunt, *vor gemeltem* Judicio *anzuhæren, &c.;* (6) *Bey 30 Jahr hero, faſt alle 4 oder 5 Jahr, offtgemelter Rath,* armata manu,

an

Digitized by Google

an allen Orten ihre limites *bezogen, da ſie denn allemahl weiter und weiter eingreiffen, auch wohl gar Dœrffer, und Clœſter, ihren Gefallen nach, zu ſich ziehen*, &c.; (7) *Wann ein Brabandiſcher Unterthan von einem Reichsſtand ein* Feudum *beſitzt*, Feloniam *begehet, von dem* Domino directo *auf die* caducitæt, coram Paribus Curiæ, *wie Rechtens*, procedirt *wird, auch der* Reus & Condemnatus *ſelbſten an das Kayſerl. Cammergericht* appellirt *hat, ſie ſich dannoch ebenesfals der* Repreſſalien *gebrauchen, biß man alle* Proceſſus *aufhebt, und vor ihrem* Judicio *zu Recht ſtehet, &c.* Concluſum etiam fuit, teſte *R. J.* Ratisb. ejusdem anni, *§. 94, & 95*, denuo horum exceſſuum Hiſpaniæ Regem, & Pro-Ducem Belgii certiores reddendos, junctis comminationibus adhibendorum remediorum, quæ neceſſitas eſſet poſtulatura; ſusque deque habita Legatorum Burgundicorum Anti-Informatione, 11--21 Sept. ejusdem anni in comitiis dictata, quam *Lundorpius*, l. c., cap. 170, pag. 690, &c.; *Fritſchius*, in *Electis Juris Publici*, cap. 12, pag. 147 ad 153; & Dn. *Thulemarius*, l. c., pag. 139 ad 148, ſiſtunt. In Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ, Art. IX, rurſus, Bullæ hujus abuſus, Repreſſalias & Arreſta omnino tollenda eſſe, cautum ſcimus, vano tamen ſucceſſu; quare nec Ordinum Imperii gravaminibus finis, de quibus Capitulationes *Ferdinandi IV*, Art. VI, *Leopoldi*, Art. VIII, & *Joſephi*, Art. VIII, ſatis teſtantur. Conf. *Eitel Friderich von Heerden, Grundveſte des H. R. Reichs*, part. 5, cap. 3, pag. 219; Viri Illuſtres: *Obrecht. Expoſ. Inſtrumenti Pacis*, Art. IX, p. m. 184; *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.*, lib. 2, Tit. 10, §. 2, pag. 412; Baro de *Lyncker*, ad *Capitul. Joſephi*, Art. VIII, pag. 13; *Coccejus, Juris Publici Prudentia*, cap. 32, §. 47, pag. 466; Author *des* Europæiſchen *Herolds*, Tom. I, part. 2, cap. 2, p. m. 420; & Dn. *Schilter, Inſtit. Jur. Publ.*, Tom. 1, lib. 4, Tit. 12, pag. 389.

14. De Capitulationibus diſputatio eſt, an ad Receſſus (*a*) Imperii referendæ ſint? Quidam diſtinguunt inter Capitulationes Imperii, quæ factæ ſunt ante Inſtrumentum Pacis, & eas, quæ factæ ſunt poſt I. P. Illas inter Receſſus Imperii vix referre audent; quia ab Electoribus ſolis ſcriptæ ſunt: Has eò referre non verentur; tum, quia in I. P. art. 8 de perpetua Capitulatione, ab omnibus Statibus conficienda, conſtitutum; tum, quia in Capitulationibus Ferdinandi IV, & Leopoldi Invictiſſimi Imperatoris, in proœmio & fine, leguntur hæc verba: *Daß Chur-Fürſten ſolches, vor ſich und ſæmptliche Fürſten und Stænde des Heil. Ræm. Reichs, verglichen.* Nos & anteriores inter Receſſus Imperii referendas eſſe non dubitamus; quia Capitulatio eſt neceſſarium medium electionis in effectum deducendæ: & cum nomine Statuum Electores ſemper elegerint Imperatorem, ergo nomine Statuum ſemper præſcripſerunt Capitulationem. Nec obſtat, quod Principes imperii ſe oppoſuerint, & quod Electores mandati terminos egredi exiſtimaverint, & propterea de hoc in Inſtrumento Pacis aliter diſpoſuerint; Mandatum enim, ſicut revocari, re integra, poteſt, ita & mutari: Antequam mutatum non eſt, is qui mandat actum, etiam mandare videtur media ad actum neceſſaria: Niſi ſpecialiter aliquid de mediis diſpoſitum fuerit. Cum itaque ſecundum diſpoſitionem Aureæ Bullæ, tit. 2, juſtum, bonum & utilem eligere debeant, & verò ſine Capitulatione ultimis his temporibus hæc obtineri non potuerint, etiam Capitulationis præſcriptio mandata præſumebatur, de qua, poſtquam aliter nunc eſt diſpoſitum, & illud obſervandum erit.

NOTÆ.

(*a*) Vid. Ill. Baro de *Lyncker*, in *doctrina communi de Capitulatione Cæſarea*, §. 10, pag. 46, &c. Conf. ſeq. Tit. VII, §. 3, lit. b.

15. Pacem *Religioſam* (*a*) & Profanam (*b*) huc referimus: quia utraque confirmata eſt R. I. de Anno 1555.

NOTÆ.

(*a*) RELIGIOSAM, &c. De Scriptoribus, hiſtoriam ſaluberrimæ hujus Pacis illuſtrantibus, evolvas Conſultiſſ. Dn. *Burcardi Gotthelfi Struvii Bibliothecam Juris ſelectam*, cap. XI, §. 8, pag. 390, &c. Add. in calce libri IV harum Inſtitutionum *Conſignatio de Scriptoribus Juris Publici, §. De Pace Religionis.* Præcipuam hic operam navavit B. Dn. *Joh. Schilter*, cujus Liber ſingularis *de Pace Religioſa*, an. 1700, *Argentorati* typis excu-

excuſus. Acta publica dudum antea collegit *Chriſtophorus Lehmann*, edita primum, *Francofurti*, an. 1631, in 4to; deinde ann. 1640; nuperque in folio, ann. 1707, ſumptibus *Chriſtiani Genſchenii*, ſub tit: *De Pace Religionis Acta Publica & Originalia, das iſt, Reichs-Handlungen, Schrifften und Protocollen, über die Reichs-Conſtitution des Religion-Friedens, in 3 Bücher abgetheilet, &c.* Conf. *Strauchius, Diſſert. Jur. Publ.* XIV, p. m. 381, &c.; *Boeclerus, Notit. Imper.* lib. XII, cap. V, pag. 223, &c.; *Mauritius*, de *Receſſibus Imperii*, c. 9, pag. 10; *Limnæus*, lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. 13, pag. 233, &c.; Dn. *Werlhof, Juris, maximè quo in foro Germani utimur, enucleati* Specim. 1, Proœm. cap. 1, §. 5, lit. c, pag. 9; Alii multi.

(2) Eſt autem Pacificatio Religioſa Lex Imperii fundamentalis, perpetuò valitura, an. 1552, 2 Aug., conſenſu Imperatoris & Statuum Imperii, *Paſſavii* lata, annoque 1555, 25 Sept. in Comitiis Auguſtanis confirmata, plenam conſcientiarum libertatem tam Proteſtantibus, quam Romano-Catholicæ Religioni addictis, indulgens, prohibensque, *daß kein Theil, oder Stand den andern, mit was geſuchtem Schein das geſchehen mœchte, mit der That, oder ſonſt einiger Geſtalt, heimlich oder œffentlich, weder ſelbſt, noch durch andere, beſchweeren, überziehen, vergewaltigen, bekriegen, tringen, beleydigen, oder betrüben ſolle, noch wolle, &c.* Vid. *Tranſact. Paſſav.* an. 1552, §. 8, & 9, & R. I. Auguſt. an. 1555, §. 31; add. *Fritſchius*, in Addit. ad *Limnæum*, lib. 1 *Jur. Publ.*, cap 13, pag. 66; *Blumius, de Juribus, circa Religionis Diſſidium, in Germania receptis*, cap. 2, §. 4.

(3) Origo ejus à Reformatione Lutheri repetenda eſt. *Tributorum Jure*, quod *Martinus V*, Pontifex, in Dominatus ſui complementum, per Germanias affectabat, in *Jus*, *Indulgentiarum* diplomata promulgandi, defluente, poſt fata *Julii 2*, *Leo X* negotio huic præfecit *Albertum* Brandenburgicum, Archi-Epiſcopum Moguntinum, redimendum Pallium habentem, qui viciſſim *Johanni Tezelio, Dominici* Regulis viventi Monacho, id muneris demandavit, non erubeſcenti, peccatorum, commiſſorum, pariter & futurorum, veniam, ſex & amplius millium annorum, paratis nummis opponere, dicendo: *So bald das Geld im Kaſten klingt; ſo bald die Sünd vergeben ſind.* Acquirendæ hunc pecuniæ modum, Seculo XV, *Weſſelo* Grœningenſi, Doctori Theologo, jam improbatum, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Monarchiæ*, pag. 575, &c., impugnare aggreſſus eſt *Martinus Lutherus*, Islebienſis, Auguſtinianus Eremita, Presbyter, SS. Theol. Doctor, & Profeſſor Wittenbergæ, nonaginta quinque theſibus, valvis Templi omnium Sanctorum, quod Wittebergæ eſt, publicè affixis, an. 1517, 31 Octob. Vid. *Melchior Adami*, in Ejus Vita, p. m. 101, &c. Nomine ejus delato Romam, citatur à Pontifice, impoſtor velut, Deorumque contemptor. Non comparens excommunicatur. Cœpit tunc de aliis quoque fidei myſteriis ſcribere, ſub clypeo magni nominis Principum, quos, rationibus ſolidis, in ſuas partes pertraxerat, tutus. *Maximilianus* Imperator, cui res erat inaudita, Imperii Ordines, an. 1518, *Auguſtam Vindelicorum* evocando, literas dabat ad Pontificem, 5 Aug., quicquid contra creſcens malum decreturus eſſet, ſe laudaturum pollicitus. Mitior tamen in eum fuit, lectis ejus theſibus, *Seckendorfio* teſte, in *Hiſtor. Lutheraniſmi*, lib. 1, Addit. 3, fol. 42, ubi: *Cum Maximilianus, Auguſtæ, in Comitiis, an. 1518, Theſes Lutheri legiſſet, Pfeffingero, Friderici Electoris* (Saxoniæ) *Conſiliario, dixit: Quid agit Veſter Monachus? certè non ſpernendæ ſunt theſes ejus: Sacerdotibus negotium faceſſet. Er wird ein Spiel mit den Pfaffen anfangen, &c.*; frendente Papa, laudatoque *Pfeffingero*, primo Electoris Status Miniſtro, propterea has literas exarante:

Leo Papa X

Dilecto Filio, Degenhardo Pfeffinger, Dilectiſſimi Filii, Nobilis Viri, Friderici, Ducis Saxoniæ, Conſiliario.

Dilecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem! Quanto affectu, paternoque amore ſacratiſſimam Auream Roſam, quotannis à Romanis Pontificibus, quarta Dominica Sacratiſſimæ Quadrageſimæ, conſecrari magno myſterio, & alicui ex Primoribus Chriſtianorum, Regi vel Principi, dicari & mitti ſolitam, hoc anno, Dilecto Filio, Nobili Viro, Friderico, Duci Saxoniæ, utpote, ſuorum Clariſſimorum Progenitorum more, de Nobis, & Sancta Apoſtolica Sede benemerito, utque poſthac magis mereri poſſit, dicaverimus, ex dilecto Filio, Carolo Miltitz, Nuncio Cubiculario ſecreto, ac Familiari noſtro, & quædam, quæ nos, Sedisque prædictæ dignitatem, authoritatemque reſpiciunt, Devotio tua plenius intelliget. Scientes inſuper, & meritò quidem, quanta ſit Devotionis tuæ apud eundem Ducem gratia, quantive Ille ſalubre ac prudens conſilium tuum faciat, Devotionem tuam ipſam hortamur in Domino, ac paterne requirimus, ut, pro ſua debita erga Nos, eandemque Sedem devotione & obſervantia, rectè conſiderans, quanto decore, quove munere eundem Ducem dignum duxerimus: conſiderans etiam, quam deteſtabilis ſit unius Satanæ filii, Fratris Martini Lutheri, nimia temeritas, quæ etiam & notiſſimam hæreſin ſapit, & tanti Ducis clarum Nomen, claram etiam ſuorum Progenitorum famam denigrare poteſt, eodem Carolo, Nuncio noſtro, audito, ea eidem Duci ſuo, ſano conſilio, perſuadere velit, per quæ noſtræ & dictæ Sedis dignitati, & ejusdem Ducis decori recte conſulatur, & dicti Martini temeritas comprimatur, & error, heu nimium gravis! qui in Populo, plerumque nimium credulo, ita ſeminatur, te uno potiſſimum rem juvante, teque bono Conſultore, tollatur.

In

Digitized by Google

In quo Devotio eadem tua Deo, Salvatori noſtro, cujus cauſa agitur, rem acceptam, & nobis, qui nihil magis, quam zizaniam loliumquè hujusmodi ex agro Domini extirpare, pro poſſe ſtudemus, gratiſſimam faciet. Pro qua, in ſuis etiam piis votis & deſideriis, Devotio eadem tua Nos, Sedemque prædictam magis ſibi propicios inveniet atque benignos; prout ex eodem Carolo, à Nobis plene inſtructo, eadem Devotio plenius intelliget. Datum Civitatis Veteris, Viterbienſis Diœceſis, ſub Annulo Piſcatoris, Kal. Januarii, Anno 1519, *Pontificatus noſtri anno ſeptimo.*

In firmamentum harum literarum, quas B. *Lutherus* Tom. I *Operum Wittebergenſium Latinorum*, pag. 233, inſeruit, Cancellarius Pontificis ſequentes ſcribere juſſus eſt:

Magnifico Domino, Degenhardo Pfeffinger,
Illuſtriſſimi Saxoniæ Ducis Conſiliario,
Amico noſtro præcipuo.

Magnifice Domine, Amice noſter chariſſime! Cum in præſentia contingat, Venerabilem Dominum, Carolum de Miltitz, Sanctiſſimi Domini noſtri Cubicularium ſecretum, iſtuc concedere, ob quædam ſuæ Sanctitatis negotia, noluimus illum, ſine noſtris ad Veſtram Magnificentiam literis, proficiſci. Scimus enim, quantum ob egregias ejus virtutes, & animi dexteritatem, apud iſtum Illuſtriſſimum Principem valeat & autoritate & gratia, quantumque ſemper rebus Sanctiſſimi Domini noſtri & Sedis Apoſtolicæ affecta fuerit. Idcirco rogamus eandem, velit continuo in eadem ſententia permanere, ac, nacta (nata) *occaſione, res hujus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Iſti Illuſtriſſimo Principi commendare, perſuadens Excellentiæ ſuæ, velit ſancta Prædeceſſorum ſuorum veſtigia imitari, qui inimicos S. R. Eccleſiæ ubique perſecuti ſunt, nec unquam eorum Civitates & loca incolere paſſi ſunt. Quod etiam iſtum illuſtriſſimum Principem facturum, & ſanctiſſimus Dominus Noſter, & tota Romana Curia ſibi perſuadet. Nam illud & Ipſius Nobilitas, & candidiſſimi mores omnibus pollicentur. Cæterum ipſum Dominum Carolum Veſtræ Magnificentiæ enixè commendamus, rogantes eandem, velit illum, & negotia ſua apud iſtum Illuſtriſſimum Principem fovere. In quo Magnificentia Veſtra & Sanctiſſimo Domino noſtro, & nobis ſatisfaciet. Bene valeat. Ex Capite Montis, 5 Jan. an.* 1519, &c. Vid. *Lutherus*, l. c. Hæc ad gentilem meum, brevi poſt, die 3 ſcil. Julii, & quidem, quantum ex epitaphio ejus æneo, in Templo Sanctorum Wittebergæ, conjicere licet, in vera fide in Salvatorem, defunctum. (4) Cæſare prius mortuo, nactus eſt *Lutherus* ab Ejus ſucceſſore, *Carolo V*, mandatum, *Wormatiam* veniendi ad Comitia, cujus tenor, apud *Strauchium*, *Diſſert. Exoter.* VI, *t.* 19, hic eſt:

Honorabili Noſtro Dilecto, Devoto Doctori, Martino Luthero, Auguſtiniani Ordinis

Karolus V, D. G. Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, &c. Honorabilis, Dilecte, Devote. Quoniam Nos & S. R. Imperii Status, nunc hic congregati, propoſuimus, & concluſimus, propter doctrinam & libros, aliquamdiu hactenus abs te editos, ſcrutinium de te ſumere, dedimus tibi, ad veniendum huc, & iterum hinc, ad tuam ſecuram tuitionem Noſtram & Imperii directam ſecuritatem, & conductum, quem tibi circa hæc mittimus, deſiderantes, ut velis te ſtatim accingere itineri, ita, ut intra viginti & unum dies, in hujusmodi Conductu Noſtro, nominatus omnibus modis, hic apud Nos ſis, & non domi maneas, neque ullam vel violentiam, vel injuriam timeas. Volumus enim te, in præfato Noſtro conductu, firmiter manutenere, & Nobis perſuadere, te venturum. In hoc namque facies Noſtram ſeveram ſententiam. Datum Wormatiæ, 6 Mart. Anno Domini 1521.

Parens mandato Lutherus Wormatiam proficiſcitur, &, præſente totius Imperii Magiſtratu, 17, & 18 April., intrepido animo, cauſam ſuam agit. Vid. *Sleidanus*, de *Statu Relig.*, lib. 3. Summam rei continent ipſius literæ ad *Lucam Cranach*, pictorem Wittebergenſem, apud *Strauchium*, l. c.; ibi: *Man hat ſich meiner Zukunfft zu Worms nicht verſehen, und, wie mir das Geleit gehalten iſt, wiſſet ihr alle wohl, aus dem Gebott, das mir entgegen kam. Ich meinete, Kayſerl. Maj. ſollt ein Doctor oder funffzig haben verſammlet, und den Münch redlich überwunden, ſo iſt nichts mehr hier gehandelt, denn ſo viel: Sind die Bücher dein? Ja: wilt du ſie wiederruffen? Nein: So hebe dich.* Hac rerum facie oneravit Cæſar, Wormatiâ, 25 April., diſcedere juſſum Lutherum, Imperiali Banno, 8 Maji, cujus verba apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imper.*, p. 143, habentur. Rigida præ reliquis ſunt, quæ §. 25 extant: *Quandoquidem igitur - - - Martinus Lutherus tam obſtinate ac perverſe in opinionibus, manifeſtè hæreticis, perſeverat, ideoque eum omnes pii, & intelligentes, tanquam furioſum, & à Dæmone correptum, fugiant, & execrentur, Nos, juxta noſtrarum tenorem literarum de ſecuritate, die proximo menſis Aprilis* 25 *abire illum è conſpectu noſtro juſſimus, caduceatoremque rurſus adjunximus, ut, ſecundum hunc viceſimum quintum diem Aprilis, adhuc viginti dies conſequentes conductu ſalvo muniatur, hisque tranactis, nihil à Nobis præſidii defenſionisque habeat amplius*, &c.; & §. 27: *Imperantes, inquam, Romana Cæſareaque poteſtate, ſeverè, hoc Edicto, volumus, ut, elapſis præfatis* 20 *diebus, qui* 14 *hujus menſis Maji terminabuntur, prædictum Martinum Lutherum nemo Veſtrûm hoſpitio, tecto, lectove recipiat ac foveat, nemo cibo potuque alat & ſuſtentet, nec quisquam, verbis ac factis, clam palamve, conſilio vel auxilio, juvet aut promoveat, ſed ubicunque locorum in eum incideritis, ſi tantum habebitis virium, vinctum comprehendatis, &c.* Conf. Ejusdem *Edictum*, eodem die promulgatum, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. I, pag. 441, &c.; *Sleidanus*, lib. 3. Redux, mandante pio Saxonum Electore, *Friderico Sapiente*, à Præfecto Arcis *Wartburgenſis*, *Berlepſio*, & *Bernhardo Hundio* de *Wangenheim*, haud procul *Mohra*, interceptus, *Wartburgum* ducitur, ubi per decem menſes delituit. Acceſſit banno Vaticanum fulmen, quod 15 Jun. Pontifex in eum evibrabat. Caruit tamen

Digitized by Google

men fervor uterque deſiderato effectu, Ordinibus Imperii mandata exequi nolentibus, ne inteſtina bella orirentur, Populo hinc inde jam clamante, *Luthero* fieri injuriam, Ejusque doctrina puriori errores antiquos meritò impugnari. Vid. Dn. *Johannes Joachimus Müller*, Hiſt. *Von der Evangeliſchen Stænde* Proteſtation, *wider den Reichs-Abſchied zu Speyer*, an. 1529, lib. 1, cap. 1, §. 4, p. 4, & 5.

(5) Anno 1522 convocabantur Comitia *Norimbergenſia*, in quibus varia Gravamina, contra Romanæ Curiæ uſurpationes, prolata ſunt, de quibus legas *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 447; & *Hortlederum*, *von Urſachen des teutſchen Kriegs*, Tom. 1, lib. 1, cap. 1, pag. 9, &c. Occupabat tunc Romanam Sedem *Hadrianus VI*, *Caroli V* Imperatoris quondam Præceptor, qui, totis viribus, Cæſarem & Imperii Proceres in Lutherum impellere ſtuduit, querelas in primis movens, quod nullum hactenus Bullæ Anteceſſoris, Edictoque Imperatorio, in eum, præſtitum ſit obſequium. Vid. Ejus *Breve* ad Imperii ordines, ſub dato *Romæ*, 25 Nov. 1522, apud *Goldaſtum*, l. c., pag. 448, & *Hortlederum*, l. c., pag. 1, &c.; ibi: *Veſtrum Imperiale Edictum, ſuper ejusdem ſententiæ executione, in proximis Comitiis, Wormaciæ habitis, mature decretum, & per totam fere Germaniam promulgatum, non modo, per quos deceret, non punitum, &c.* Add. Ejusd. Inſtructio, *Franciſco Cheregato*, Nuncio, ad dicta Comitia delegato, data, apud *Goldaſtum*, l. c., pag. 450, &c., & *Hortlederum*, l. c., pag. 3, &c. obtinuit etiam, ut Receſſui clauſula, *Lutheri* Libris & doctrinæ admodum moleſta, inſereretur, prohibere tamen non potuit, quo minus *Philippus* de *Feilitzſch*, Saxoniæ Electoris orator, extemplo Proteſtationem deſuper interponeret, quam, ſub dato *am Eilfften Tag* Februarii, an. Domini 1523, Dn. *Müllerus* l. c., §. 7, pag. 8, ſubminiſtrat, ordinesque, de convocando Libero Concilio in Germania, & purganda Eccleſia, invicem colloquerentur, ipſique Nuncio reſponderent: *Daß aber Bæpſtliche Heiligkeit als beſchwærlich anregt, daß die Bæpſtlichen Urthel, und die Kayſerl. Mandat, wider den Luther ausgangen, bisher nicht gehandhabt ſeyn, iſt nicht ohne merckliche Urſach unterlaſſen; wann alle Stænde Teutſcher Nation ſeynd, durch mannigfaltige Mißbræuche des Hoffs zu Rom, und Geiſtlicher Stænde, ſo untræglich beſchwæret, und jetzt, durch Luthers Schreiben, ſo viel unterrichtet, wo man dagegen mit Ernſt, oder That, nach Inhalt gemelter Urthel, oder Mandat, handeln ſolte, daß es gewiſſlich bey ihnen dafür geachtet würde, als wolte man, durch Tyranney, Evangeliſch Wahrheit verdrücken, und unchriſtliche beſchwærliche Mißbræuche handhaben, daraus dann unzweifflich eine groſſe Empœrung, Abfall und Widerſtand wider die Obrigkeit erweckt würde, &c.* Vid. *Hortleder*, l. c., pag. 7, §. 22; Conf. Dn. *Müller*, l. c., §. 5, pag. 6; miror, in ipſo Receſſu nullam hujus rei fieri mentionem, ſed demum in R. J. *Norimbergenſi*, an. 1524, §. 28, & 29; quo ſimul loco Cæſaris querelæ, contra Wormatienſis Edicti neglectores, habentur. Id verum eſt, ab eo tempore negotium hoc Comitiale factum. Vid. R. J. *Auguſt.*, an. 1525, §. 1, & *Spirenſ.*, an. 1526, §. 1, &c. In ſpecie hujus paragraphus Quartus notari meretur, origo veluti multarum litium; verba hæc ſunt: *Demnach haben wir, auch Churfürſten, Fürſten und Stænde, und derſelben Bottſchafften uns jetzo, alhie auf dieſem Reichstag, einmutiglich verglichen und vereiniget, mitlerzeit des* Concilii, *oder aber National Verſammlung, nichtsdeſtoweniger mit unſern Unterthanen, ein jeglicher in Sachen, ſo das Edict, durch Kayſ. Maj. auf dem Reichstag, zu Worms gehalten, ausgangen, belangen mœchten, für ſich alſo zu leben, zu regieren, und zu halten, wie ein jeder ſolches gegen Gott, und Kayſerl. Maj. hoffet und vertrauet zu verantworten.* De qua clauſula evolvas *Hortlederum*, l. c., lib. 1, cap. 2, pag. 26, &c.

(6) *Clemens VII*, pacto cum Gallis Venetisque fœdere, occaſionem, præbuit Imperatori expugnandæ, an. 1527, 6 Maji, Romæ, & licentiæ militari ſubjiciendæ. Durante bello, & Turcis, vaſtatâ Hungariâ, Imperio arma minantibus, quietem quandam ſenſere Proteſtantes, in conſcientiarum libertatem jam an. 1526, die Mercurii poſt *Cantate*, *Torgaviæ*, iterumque 12 & 14 Junii, *Magdeburgi*, fœderibus juncti, de quibus *Hortlederus*, l. c., lib. 8, cap. 2, 3, 4, & 5, pag. 1490, &c., evolvendus. Imo R. J. *Spirenſi* an. 1529, §. 10, inſertum legitur: ſub pœna fractæ Pacis publicæ, nemini, Religionis intuitu, ullam vim inferendam eſſe: *Wir, auch Churfürſten, Furſten, Prælaten, Graffen, und Stand haben Uns einmüthiglich verglichen, und einander, in guten Wahren und Treuen, zugeſagt und verſprochen, daß keiner, vom geiſtlichen oder weltlichen Stand, den andern, Glaubens halben, vergewaltigen, dringen, oder überziehen, noch auch ſeiner Rent, Zinß, Zehenden, und Güther entwehren; deßgleichen keiner des andern Unterthanen und Verwandten, des Glaubens und anderer Urſachen halben, in ſonder Schutz und Schirm, wider ihre Oberkeit, nehmen ſollen, noch wollen; alles bey Pœn und Straff des Kayſerlichen, zu Worms aufgerichten Landfriedes, welcher alles ſeines Inhalts in Wurden bleiben, feſtiglich gehalten, und vollzogen werden ſoll, &c.* Cum vero præfatus Articulus Quartus R. J. Spirenſis, an. 1526, per §. 5 Receſſus Spirenſis, an. 1529, ſimul abrogatus fuerit, verbis: *Und ſonderlich ſoll etlicher Lehr und Secten, ſo viel die dem Hochwürdigen Sacrament des wahren Frohnleichnams, und Bluts unſers Herrn JEſu Chriſti zugegen, bey den Stænden des H. Reichs Teutſcher Nation, nicht angenommen, noch hirfür anzupredigen geſtatt, oder zugelaſſen, desgleichen ſollen die Aempter der H. Meß nicht abgethan, auch niemands an den Orten, da die andere Lehr entſtanden, und gehalten wird, die Meß zu horen verbotten, verhindert, noch darzu oder davon gedrungen werden, &c*; *Johannes*, Elector Saxoniæ: *Georgius*, Marchio Brandenburgicus; *Erneſtus* & *Franciſcus*, Germani, Duces Brunſuicenſes & Luneburgenſes

ſes; *Philippus*, Provincialis Haſſiæ Comes, & *Wolfgangus*, Aſcanius Princeps, nomine omnium Evangelicæ Religionis ſociorum, mediante ſolemni Appellatione ad Cæſarem, 25 Aprilis deſuper *proteſtabantur*, vel orto inde *Proteſtantium* vocabulo. Extat Appellationis Inſtrumentum, apud Dn. *Müllerum*, l. c., lib. 1, cap. 5, pag. 52, &c., præcedentibus cap. 2, 3 & 4, p. 13, &c., de reliquis etiam, hactenus dictis, teſtantem. Quo minus vero *Proteſtatio* iſta ſeu *Appellatio* ſupprimeretur, ſub dato *Weymar, am Donnerſtag nach Exaudi, Anno Domini* 1529, publici Juris eam fecit Saxo, teſte Ejus Edicto, apud *Hortlederum*, l. c., lib. 1, cap. 4, pag. 42, & 43, & Dn. *Müllerum*, l. c., cap. VI, pag. 125; idem feciſſe *Philippum* Landgravium, d. 5 Maji, ex *Hortledero*, l. c., cap. 5, pag. 43, diſcere eſt.

(7) Cæſar ut eo ſecurius ageret, componebat litem ſuam cum Papa, *Barcinonæ*, 26 Junii, nec non cum Gallis, *Cameraci*, 5 Aug., Proteſtantibus interim Norimbergæ Conventum agentibus, in quo *Johannes Ebinger*, Conſul Memmingenſis, *Alexius Frauentraut*, *Georgio* Brandenburgico à Secretis, & *Michaël de Kaden*, Syndicus Norimbergenſis, eligebantur, qui Cæſari Gravamina exponerent, Articuli quarti R. J. Spir., Anni 1526, reſtitutionem in integrum peterent, &, ſi opus fuerit, Proteſtationem ipſam inſinuarent; auditi etiam, 12 Sept., *Placentiæ*, ubi Cæſarem, relictâ Hiſpaniâ, Italiam jam ingreſſum, offenderant; Vid. Dn. *Müller*, l. c., lib. 2, cap. 1 ad 6, pag. 143 ad 190. Reponente vero Cæſare, 12 Oct. ejusdem anni 1529: *daß Sie* (Proteſtantes) *den gemachten Abſchied (zu Speyer, 1529,) nochmahls annehmen, dem Gehorſam geleben, und dawider, durch ſich ſelbſt, noch die Ihren, nichts fürnehmen, oder handeln, als Sie dann des aus ihren Pflichten, damit ſie Ihrer Majeſt. und dem H. Reich verwand, zu thun ſchuldig ſeyn, mit der gnædigen Warnung, wo ſie darüber ferner ungehorſam erſcheinen würden, daß Ihre Majeſt. nicht umgeben mœcht, zu Erhaltung ſchuldigen Gehorſam im H. Reich, gegen ſie ernſtliche Straff fürzunehmen, &c.*, (Vid. Dn. Müller, l. c., cap. 8, pag. 196, &c.) dictisque Legatis *Alexandro Schweis*, Imperatori à Secretis, 13 Oct. ſæpe nominatam *Proteſtationem* inſinuantibus, utut arreſto deſuper gravatis, à cujus moleſtiis ſero ſatis laxabantur, (Dn. *Müller*, l. c., cap. IX, XI, & XIV, p. 201 ad 219, &c.) Elector Saxoniæ, qui variis interea in Conventibus, *Rotachiæ*, in Ducatu Coburgico, *Salfeldiæ*, *Schlaizæ*, & *Suabaci* celebratis, partes ſuas firmabat, (idem, l. c., cap. XVI, XVII, XVIII, & XIX, pag. 228 ad 280) de Legatorum fatis redditus certior, celebratiſſimum *Smalcaldiæ* Conventum in diem 29 Novemb. edicit, juxta Suabacenſem licet Receſſum 13 Dec. demum cogendum. Comparebant ibi Elector laudatus, *Johannes*, cum filio, *Johanne Friderico*; *Erneſtus & Franciscus*, Duces Brunſ. & Luneb.; *Philippus*, Haſſiæ Landgravius; *Georgii* Brandenburgici Conſiliarii; *Albertus* & *Gebhardus*, Comites Mansfeldenſes; Civitatumque Argentoratenſis, Ulmenſis, Norimbergenſis, Heilbronnenſis, Reutlingenſis, Conſtantienſis, Memmingenſis, Campidunenſis, & Lindavienſis Deputati. Receſſum, ſub dato *Schmalkalden*, *Samſtags nach Andreæ*, ſuppeditat Dn. *Müller*, l. c., cap. XXII, §. 6, pag. 330, &c. Ex condicto novum Conventum agebant, die trium Regum, an. 1530, *Norimbergæ*, cujus Receſſum, die Mercurii poſt Trium Regum ſignatum, legas ibidem, cap. 23, p. 348.

(8) Comitabantur hæc Comitia *Auguſtana*, in quibus *Johannes*, Elector Saxoniæ; *Georgius*, Marchio Brandenburgicus; *Erneſtus*, Dux Brunſ. & Luneb.; *Philippus*, Provincialis Haſſiæ Comes; *Wolfgangus*, Princeps Anhaltinus, &, ex Civitatibus Imperii, *Norimberga* atque *Reutlinga*, (quibus perperam, ut Dn. *Müllerus*, l. c., lib. 3, cap. 17, §. 4, 5, & 6, pag. 572, &c., probat, *Johannes Fridericus*, Saxonici Electoratus hæres, & *Franciſcus*, præfati *Erneſti* Luneburgici Germanus, ſociantur.) anno 1530, 25 Junii, hora pomeridianarum tertia, in Epiſcopali Aula, *Confeſſionem* dogmatum ſuorum, inde *Auguſtanam* dictam, in Lingua patria, Imperatori, *Carolo V*, & Imperio ſolenniter exhibuerunt, lectam à Saxonis Cancellario, *Chriſtiano Beyer*, poſteaque, per Ex-Cancellarium Saxonicum, *Gregorium Brück*, vulgò *Pontanum*, una cum Exemplari Latino, Cæſari traditam. (Vid. *Cæleſtinus, Hiſt. Comit. Auguſt.*, Tom. I, pag. 141; *Chytræus, Hiſtor. Auguſt. Confeſſ.*, p. 56; Dn. *Seckendorf, Hiſt. Lutheraniſmi*, l. 2, ſect. 29, §. 65; *Schilter, de Libertate Eccleſ. German.*, lib. 7, cap. 4, §. 8, &c., p. 951; Dn. *Müller*, l. c., cap. 18, pag. 580, &c.) Examinanda poſtridiè dabatur octodecim Theologiæ Doctoribus, quorum nomina Dn. *Müllerus* l. c., cap. 20, §. 5, pag. 655, & 656, exprimit, & Fratri *Medardo*, Franciſcani Ordinis, *Ferdinando* Regi à concionibus; qui novendecim Theologi, per ſex ferè hebdomadas collatis conſiliis, *Confutationem* tandem, ut vocant, Proteſtantium Confeſſionis componebant, Cæſari & Romanæ fidei aſſeclis Principibus oblatam, quam Imperator, à virulentis dictionibus prius purgatam, in eodem conclavi, in quo exhibita fuit laudata Confeſſio, 3 Aug., ab *Alexandro Schweis*, Proteſtantibus prælegi juſſit. (Dn. *Müller*, l. c., c. 24, §. 1, 2, &c., pag. 697, &c.) Denegata verò iis ſcripti communicatione, gravatos deſuper ſe ſentientibus, quod hac ratione ad illud reſpondere non poſſent, nominatur à Cæſare *der weitere Ausſchuß*, id eſt: *Albertus* Moguntinus; *Joachimus*, Elect. Brand.; Legat. Trevirenſis, Colonienſis, & Palatini Electorum; Archi-Epiſcopus Salisburgenſis; *Georgius Truchſeſſius*, Domus Auſtriacæ Legatus; Epiſcopi: Wormatienſis, Argentoratenſis, & Auguſtanus; Duces: *Georgius* Saxoniæ, *Henricus* Brunſuicenſis, & *Albertus* Megapolitanus

nus; *Philippi*, Marchionis Badenſis, Legatus; Abbas Weingartenſis, nomine Prælatorum, & Martinus, Com. Octingenſis, vice Comitum; coram quibus Religionis controverſiæ amicabili via componerentur. Domum rediens Landgravius, 6 Aug., inſalutato Cæſare, remoram negotio facturus videbatur, poſtridiè tamen tractatio proceſſit, Electore Brandenburgico Proteſtantes ad reditum in Eccleſiam, qua modò exiiſſent, non ſine comminatione ſecuturi belli, ſi Cæſari diutius reluctarentur, exhortante. (Dn. *Müller*, l. c., cap. 24, 25, 26, 27, & 28, pag. 697 ad 715.) Reſpondebant autem, biduo poſt, *Johannes*, El. Sax., *Georgius*, Marchio Brandenb., *Erneſtus*, Dux Brunſ. & Luneb., *Philippus*, Landgravius, *Johannes Fridericus*, Dux Saxoniæ, *Franciſcus*, D. Brunſ. & Luneb., *Wolffgangus* Anhaltinus, *Albertus*, Comes Mansfeldenſis, & Civitates: *Norimberga*, *Reutlinga*, *Campidunum*, *Winshemium*, *Heilbrunna*, & *Weiſſenburgum*, ſe, ex ſacra Scriptura non convictos, nunquam ad alia tranſituros ſacra; bella ſe nulla meditari, dolere tamen, facultatem reſpondendi ad *Confutationem* ſibi ademtam, nec, toties in Comitiis efflagitatum, & promiſſum, liberum Univerſale Concilium hactenus fuiſſe convocatum; ſperare interim, litem amice iri compoſitum. (Dn. *Müller*, l. c., cap. 28, §. 3, pag. 716, &c.) Regerentibus Deputatis: prohibitum eſſe, de fidei myſteriis diſputare; & Concilium inane ſemper futurum, quamdiu Proteſtantes Concilia erroris arguerent; reponebant hi 13 Aug., ſe nunquam cogitaſſe fidei articulos in controverſiam trahere; quæſtionem eſſe de abuſibus, quibus Sancta noſcatur contaminata Eccleſia, in Univerſali libero Concilio in integrum reſtituenda; nec aliter ſe, Concilia errare poſſe, credere, quam quatenus humanos ad affectus impetu rapti Epiſcopi Vota ſua Sacræ Scripturæ oraculo non muniant. (Vid. Dn. *Müller*, l. c., §. 8, & 11, pag. 722 ad 741.) Irrito igitur Deputationis hujus Conventu, placuit, nominari *einen Engern Ausſchuß*, & quidem, à parte Romano-Catholicorum, duos Principes: *Chriſtophorum*, Epiſcopum Auguſtanum, & *Henricum*, Ducem Brunſ. & Luneb., &, ab ejus diſceſſu, *Georgium* Saxonem; totidem JCtos: *Bernhardum Hagenum*, Cancellarium Colonienſem, & *Hieronymum Vehum*, Cancellarium Badenſem; & tres Theologos: *Johannem Eccium*, *Conradum Wimpinam*, & *Johannem Cochleum*; à parte Proteſtantium itidem duos Principes, ſcil. *Johannem Fridericum*, Electoratus Saxonici hæredem, & *Georgium*, Marchionem Brandenb.; duos JCtos: *Gregorium Pontanum*, Cancellarium Saxonicum, & *Sebaſtianum Hellerum*, Cancellarium Brandenburgicum; atque tres Theologos: *Philippum Melanchthonem*, *Erhardum Schnepffium*, & *Johannem Brentium*. Cœpit hic Conventus 16 Aug., in quo examinati Auguſtanæ Confeſſionis Articuli; aſt vano iterum labore; (Dn. *Müller*, l. c., cap. 29, pag. 741 ad 800.) Hinc, tertia vice, tribus ſaltem, & quidem præfatis *Hageno*, *Vebo*, & *Eccio*, nomine Pontificiorum, & *Pontano Hellero*, & *Melanchthoni*, ex Proteſtantibus, compoſitionis negotium commiſſum fuit; ſed & horum diſputationes, die *Bartholomæi* inchoatæ, & 31 Aug. finitæ, fruſtra erant; (Dn. *Müller*, l. c., cap. 30, & 31, pag. 800 ad 835.) quare Elector quoque Saxoniæ, ulterioris moræ pertæſus, veniam abeundi ab Imperatore petiit, cumque diu multumque quæſitam impetrare non poſſet, una cum *Erneſto*, & *Franciſco*, Ducibus Brunſ. & Luneb., & *Wolfgango* Anhaltino, filio *Johanne Friderico* jam præmiſſo, 23 Sept. Auguſta tandem diſceſſit, Miniſtris ſuis ibi relictis. (Dn. *Müller*, l. c., cap. 33, & ſeqq., pag. 842 ad 933.) Sequenti 19 Nov. ipſa Comitia diſſoluta ſunt, & inter alia Receſſui, §. 61, inſertum, *Daß ſich Kayſerl. Maj., mit Ihren und des H. Reichs Churfürſten, Fürſten, und Stænden, endlich entſchloſſen, bey Pæbſtlicher Heiligkeit ſo viel zu fœrdern, und zu verfugen, daß, durch Ihre Heiligkeit, ein gemein Chriſtlich Concilium, innerhalb ſechs Monathen, nach Endung des Reichstags, an gelegene Malſtadt, angeſchrieben, und das zum fœrderlichſten, und længſt in einem Jahr, nach ſolchem Ausſchreiben, angefangen und gehalten werden ſoll, &c.*; & §. 65: *Daß ſich Kayſerl. Majeſt., auch Churfürſten, Fürſten, Prælaten, Graffen und Stænd, ſo dieſen Abſchied angenommen und bewilliget, einmüthiglich verglichen, und einander, in gutem wahren Treuen, zugeſagt und verſprochen, daß keiner, von geiſtlichen oder weltlichen Stand, den andern, des Glaubens halben, vergewaltigen, tringen, oder überziehen, noch auch ſeiner Obrigkeit Rent, Zinß, Zehend, und Guter entwehren; desgleichen keiner des andern Unterthanen und Verwandten, des Glaubens, oder anderer Urſachen halben, in ſonder Schutz und Schirm, wider ihre Oberkeit, nehmen ſollen noch wollen, alles bey Pœn und Straff des Kayſerlichen zu Worms aufgerichten Landfriedens, &c.*

(9) Hoc rerum ſtatu ſaluti ſuæ conſulturi Elector Saxoniæ, & Confeſſionis Evangelicæ Socii, exeunte anno triceſimo, ſecundum agunt Conventum *Smalcaldiæ*, in quo initia *Fœderis*, loci nomen præ ſe ferentis, jacta. Receſſum, die ultimo anni 1530 ſignatum, exhibet *Hortlederus*, Tom. 1, *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 8, cap. 7, p. m. 1498, &c.; ad quem etiam *Sleidanus* reſpicit, lib. 7 ajens: *ubi Smalcaldiam omnes venerunt, fœderis conſcipiunt formulam, non quidem offendendi quenquam, ſed ſui defendendi cauſa. Subſcripſerunt huic continuo Principes, item Albertus & Gebhardus Mansfeldici, Magdeburgum etiam atque Brema, &c.* Ferente fama, Pontificem nolle Concilium convocare, quale Imperator & ordines Imperii deſiderabant; pepigiſſe potius cum Imperatore, in Proteſtantium exitium, fœdus, electo, in ejus firmamentum, *Ferdinando*, Romanorum Rege, quod Proteſtantes Libertati Germaniæ, ipſique Aureæ Bullæ contrariari arbitrabantur; adeſſe inſuper Diploma, (apud *Pallavicinum*, lib. 3, c. 9,) per quod Pontifex Jus ſuf-

fragii

fragii Saxonum Electori, ob hæreſin, abrogavit, utut ab Imperatore nunquam promulgatum, ne Pontifici Juriſdictio in Imperii Proceres concederetur; Elector Saxoniæ, cui Cæſar continuò Inveſtituram Electoratus denegabat, cum filio, *Johanne Friderico*, *Philippus*, *Erneſtus*, & *Franciſcus*, Duces Brunſ. & Luneb., *Philippus*, Landgravius, *Wolfgangus* Anhaltinus, *Gebhardus*, & *Albertus*, Comites Mansfeldenſes, & Civitates: *Argentoratenſis*, *Ulmenſis*, *Conſtantienſis*, *Reutlingenſis*, *Memmingenſis*, *Lindavienſis*, *Biberacenſis*, *Isnenſis*, *Lubecenſis*, *Magdeburgenſis*, & *Bremenſis*, die Lunæ poſt Dominicam *Invocavit*, an. 1531 (non 1535, ut *Nicol. Mamerano, in Catal. Exped. Rebellium Principum contra Carolum V*, videtur) Smalcaldicum fœdus, in Evangelii, & conſcientiarum libertatis defenſionem, conficiunt, cujus formulam exhibet *Hortlederus*, l. c., lib. 8, cap. 8, pag. 1501, &c. Ejusdem meminit *Philippus*, Landgravius, in *Apologia*, contra *Henricum Jun.*, Duc. Brunſ. & Luneb., apud *Hortlederum*, l. c., lib. 4, cap. 7, §. 107, 108, & 109, p. 1070; nec non *Johannes Fridericus*, Elect. Saxon., in Apologia, contra eundem *Henricum* Ducem, apud *Hortlederum*, l. c., lib. 4, cap. 9, §. 141, &c., pag. 1134, &c.; add. *Goldaſti Polit. Imperial.*, p. 31, diſp. 1, *t.* 14. &c.; *Coleri Diſſ. Jur. Publ.*, T. 2, diſp. 4, Sect. 73. Sugillat illud *Henricus* Brunſuic., in Reſponſione ad Saxonis & Landgravii ſcripta, apud *Hortlederum*, l. c., lib. 4, cap. 6, §. 95, &c., p. 1009; It. lib. 4, cap. 11, §. 45. pag. 1181, §. 105, & 106, pag. 1209, & cap. 16, §. 81, &c., pag. 1363, &c. de Privatis ne dicam.

(10) Videns Cæſar, non ſolum Proteſtantes viribus in dies creſcere, ſed & Gallorum & Anglorum ſtudia in eorum fœdus non vani eſſe rumoris, teſtibus actitatis *Franciſci*, R. Gall., cum fœderatis Smalcaldicis, apud *Freherum*, Tom. 3 *Rer. German.*, nec, durantibus hiſce turbis, Turcarum ferocitati valide reſiſti poſſe, remiſit tandem ab Executione Wormatienſis Edicti, & Noviſſimi Receſſus, Pacem indulgens utrique Religioni, ad Concilium usque duraturam. Tractari cœpit iſta Pacificatio, *Schweinfurti*, Aprili menſe, anno 1532, (*Sleidan.* Comment. lib. 8) ad finem perducta, *Norimbergæ*, 23 Julii, ejusdem anni; Extat ejus formula Germanica apud *Hortlederum*, l. c., lib. 1, cap. X, p. 64, &c., & Latina, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imper.*, pag. 172, &c., & Dn. *Schilterum*, de *Pace Religioſa*, cap. 2, §. 15, p. 52, &c. Inde huc ſpectat Art. 4: *Daß demnach, auf ſolche unſere gebte Unterhandlung, unterthæniglich Anſuchen und Bitt, die R. K. Maj., unſer Allergnædigſter Herr, als das oberſte Haupt im H. Reich, aus ſonderer Zuneigung und Begierde, ſo Ihro Maj. zu gemeinem Friede tragen, zulezt gnædiglich bewilliget, einen gemeinen bewilligten Frieden, zwiſchen Ihrer Maj. und allen Stænden des H. R. Reichs Teutſcher Nation, Geiſtlichen und Weltlichen, aufzurichten, biß zu einem gemeinen, freyen, Chriſtlichen* Concilio, *wie ſolches zu Nurnberg auf dem Reichstag* (an. 1522 & 1524) *beſchloſſen iſt; oder, ſo das ſeinen Fortgang nicht haben würde, biß die gemeinen Stænde des Reichs, auf eine gelegene Mahlſtatt, wieder berufft und beſchrieben würden, wie dann hernach, in einem ſondern Articul, begriffen wird, dergeſtalt,* (ſequitur jam Art. 5) *daß hiezwiſchen demſelben* Concilio, *oder, daß die Stænde, wie jezt gemeldt, wieder zu einander kommen, und anders berathſchlaget wird, keiner den andern, des Glaubens, noch ſonſt keiner andern Urſachen halben, beleydigen, bekriegen, berauben, fahen, überziehen, belagern, auch darzu, durch ſich ſelbſten, oder jemand anders von ſeinet wegen, nicht dienen, noch einige Schlæſſer, Stætte, Mærckte, Befeſtigungen, Dœrffer, Hæff, oder Weyler abſteigen, oder ohne des andern Willen, mit gewaltiger That, frevenlich einnehmen, oder gefæhrlichen, mit Brand, oder andere Wege, dermaſſen beſchædigen, noch niemands ſolchen Thætern Rath, Hülff, und in andere Weiß keinen Beyſtand, oder Fürſchub thun, auch Sie wiſſentlich und gefæhrlich nicht beherbergen, behauſen, etzen, trancken, enthalten, oder gedulden, ſondern ein jeder den andern, mit rechter Freundſchaft, und Chriſtlicher Liebe, meynen ſoll.* (Art. 6) *welchen jetzgemelten gemeinen Frieden die Kayſerl. Maj. allen Stænden im H. Reich aus und verkünden, und, bey einer næmlichen, ſchweeren, anſehnlichen Pœn, zu halten gebieten, &c.* Gratiarum actiones, hujus pacis intuitu, *Alberto* Moguntino, & *Ludovico* Palatino, Electoribus, deberi, nemo diffitebitur. Vid. Dn. *Schilter*, l. c., §. 16, pag. 64. Specialis Cæſarea Confirmatio, ſeu, ut vulgo dicitur, *Mandatum Ratisbonenſe*, eodem anno, 2 Aug. emiſſum, extat apud *Hortlederum*, l. c., cap. 11, pag. 67, *Goldaſtum*, l. c., Tom. 2, pag. 174, & *Fabricium*, *Orig. Saxon.*, lib. 8; *Sleidano*, lib. 8 *Comment.*, & *Chytræo*, lib. 13 *Saxon.*, aliquam duntaxat mentionem ejus facientibus. Solemnis promulgatio acceſſit ſequenti die 3 Aug. Ratisbonæ, in Comitiis, quam apud *Lutherum*, Tom. 2 *Islebienſ.*, f. 312, & *Hortlederum*, l. c., cap. 12, p. 68, &c., deprehendis. Minus itaque accuratè ſcribit *Petrus Friderus*, Mindanus, lib. 1, de *Proceſſibus*, cap. 28, pag. 103, primam Religionis pacem anno demum 1541 fuiſſe concluſam, cum extra dubium ſit, titulum hunc præfatæ Pacificationi Norimbergenſi competere. Conf. Dn. *Schilter*, de *Libertate Eccleſ. German.*, lib. 7, cap. 5, §. 1, p. 963, &c., & quæ ſeq. Tit. V, §. 11, in vita *Caroli V*, v. 4, ad an. 1532, dicuntur.

(11) Cautum etiam fuit Art. 7 dictæ Pacificationis: *Daß Ihr Maj. alle Rechtfertigungen, in Sachen, den Glauben belangend, ſo durch Ihrer Maj. Fiſcal, und andere, wider den Churfürſten zu Sachſen, und ihre zugewandten, angefangen worden, oder noch angefangen werden mæchten, anſtellen wolle, biß zu nechſtkünfftigem* Concilio, &c. Mota ſtatim Quæſtione: Quid, per *Sachen, den Glauben belangend*, intelligatur? ſtatuebant Proteſtantes, in primis hoc titulo accipiendas

Digitized by Google

eſſe de occupatis *Bonis Eccleſiaſticis* querelas, ceu ex eorum Reſponſo, an. 1537, in Conventu Smalcaldico, die *Matthiæ*, oratori Cæſareo, *Matthiæ Heldio*, dato, apud *Hortlederum*, l.c., lib. 7, cap. 2, §. 5, pag. 1416, patet: *Einmahl ſo ſeind die Sachen alſo gelegen, und wir haben es auch anfänglich zu Nürnberg, den beyden Churfürſten, unterhændlern, nachfolgend auch Kayſ. und Kœnigl. Maj. mehr dann zu einem mahl, beydes in Schrifften und mündlich, angezeigt, und anzeigen laſſen, daſs ſolche Sachen, durch uns, für Religions-Sachen geachtet, und gehalten werden, als ſie auch in der Wahrheit ſeind, welche, ohne daß der Zwieſpalt des Glaubens und der Religion zuvor, durch ein gemein, frey, Chriſtlich* Concilium, *entſcheiden ſey, nicht rechtmæſſig, oder gebührlich mœgen erœrtert werden, &c.*; & paulo poſt, p. 1417: *Darum ſo muß der einfallende Præjudicial-Artickel des Glaubens, für allen Dingen, in einem Chriſtlichen* Concilio, *abgehandelt ſeyn, ehe dann man zu ſolcher Erleuterung, von Rechts und Billigkeit wegen, kommen mag, &c.*; rectè addente *Hortledero*, l.c., pag. 1417: *Præjudicialis eſt, de Religionis ipſius veritate ac ſinceritate, controverſia, ideoque legitimo prius decidenda Conſilio ---- quam lis, de Bonis, ad veram Religionem unicè pertinentibus, c. 1, cauſ. 23, q. 7, verſ: Quisquis, dijudicanda ſuſcipiatur*, &c.; (quæ *Schilterus*, de *Pace Religioſa*, cap. 2, §. 19, pag. 68, repetit) Romano-Catholicis contrà exiſtimantibus, ſola doctrinalia hoc nomine intelligi poſſe, &, ſalva dicta clauſula, judicari, in Imperiali Camera, de dictorum bonorum occupatione. Cumque hac ratione Camera contra Status nonnullos Proteſtantes procederet, hique viciſſim interpretationi ſuæ inhærerent, novi motus pullulabant, quorum favore *Ulricus*, Würtembergicus Dux, amicorum ope, *Philippi* Landgravii præſertim, qui, vel ob hanc cauſam, Norimbergenſis Pacificationis inſtrumentum ſubſcribere tergiverſabatur, proſperâ, ann. 1534, 5 Maji, ad Lauſenam, commiſſâ contra Cæſareos pugnâ, avitum Ducatum, in bello Suevico, ob vexatam *Rentlingam*, amiſſum, annoque 1520, 6 Febr. Imperatori, à Fœderis Suevici Sociis, ſumptus bellicos ſibi compenſaturis, venditum, poſteaque *Ferdinando*, Ejus fratri, traditum, recuperavit. Vid. *Jovius*, lib. 32 *Hiſtor.*, *Nicolaus Aſclepius Barbatus*, Orat. de *Expulſo & Reſtituto Duce Würtembergenſi*, apud *Schardium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 285, &c., *Hortlederus*, l.c., lib. 3, cap. 12, pag. 894, &c. Finiendis turbis, terminandaque, circa electionem *Ferdinandi* laudati, Romanorum Regis, oborta lite, novum convocari Conventum, reipublicæ intereſſe viſum eſt. Locus Congreſſus erat *Annenberga*; mox vero placuit *Cadanum*, Bohemiæ Oppidum, ad ripam *Egra*, male *Cadaw* vulgo dictum, ubi, mediantibus *Alberto* Moguntino, & *Georgio*, Duce Saxoniæ, eodem adhuc anno 1534, die Lunæ poſt *Johannis Baptiſtæ* feſtum, celebratiſſima Transactio, à loco nomen ſortita, confecta eſt. Formulam ſiſtunt *Hortlederus*, l.c., lib. 3, cap. 13, p. 872, &c., & *Schilterus*, de *Pace Religioſa*, cap. 2, pag. 73, &c., &, ex parte, *Goldaſtus*, Tom. 2 *Conſtit. Imper.*, pag. 177. En ſummam! (1) Confirmatur Pax Norimbergenſis anni 1532; (2) pollicetur *Ferdinandus*, Rex, eò rem ſe deducturum, apud Cæſarem, *daſs mit den Proceſſen am Kayſerlichen Cammergericht, zu Erhaltung ſolches Friedenſtands, wider die, ſo darinnen bewandt ſind, ſtill geſtanden, auch alle biſshero fürgenommene Proceſſe würcklich abgeſchafft werden ſollen, &c.*; (3) *Solle kein Theil den andern, in der Religion-Sachen, uberziehen, vergewaltigen, noch des Seinen entſetzen, bey Verluſt aller ſeiner Regalien, Privilegien und Lehen, &c.*; (4) *In allen andern Sachen ſoll ihm ein jeder Theil, gegen dem andern, an Gleich und Recht begnügen laſſen, &c.*; (5) *Der Churfürſt von Sachſen, ſamt ſeinen Mitverwandten, erkennet den Rœmiſchen Kœnig, wie andere Churfürſten und Stande, für einen Rœmiſchen Kœnig, und ſtehet von der Wahlſache ab, &c.*; (6) Spondet Rex, *bey Kayſerl. Maj. zu erlangen, und bey den Churfurſten zu ſollicitiren, daſs künfftiglich, wann, bey Leben eines Rœmiſchen Kayſers, oder Kœnigs, ein Rœmiſcher Kœnig ſoll erwehlt werden, alle Churfürſten zuvor zuſammen beſcheiden werden mœgen, davon zu reden: Ob Urſach genug vorhanden, und dem Reich fürträglich ſey, einen Rœmiſchen Kœnig, bey Leben eines Rœmiſchen Kayſers, oder Kœnigs, zu erwæhlen? und wann ſie ſich des vereinigt, alsdann, und nicht eher, die Churfürſten, Vermœge der gülden Bull, zur Kœniglichen Wahl erfordert, und zur Wahl geſchritten, und derſelben Gülden Bullen unverrücklich, in allem, nachgegangen werden ſolle, &c.*, ſalvo Saxonis, & ſociorum jure, hæc ſi non adimpleantur; (7) Promittitur Inveſtitura Saxoni, ejusque fratribus; (8) impetrabit Rex, à Cæſare, Jurium Saxonis, in Ducatus Juliacenſem & Cliviæ, confirmationem; (9. *Solle Kayſerl. Maj. den Titul: Hertzog von Würtenberg, behalten, das Fürſtenthumb Würtenberg aber des Hauſes Oeſtreich Affterlehen ſeyn, doch dem H. Reich ſeine Oberkeit und Gerechtigkeit, auch dem Hertzog von Würtenberg ſein Stand und Stimm im Reich, wie er ſolches zuvor gehabt, an gemeltem Hertzogthum in alleweg vorbehalten*; (10) Agnoſcit Würtembergicus *Ferdinandum*, pro legitimo Romanorum Rege; (11) Idem Dux, & *Philippus* Landgravius omnia occupata, ad dictum Ducatum non pertinentia, priſtinis Dominis reſtituant; (12) Iidem Principes, vel ipſorum Legati, flexis genubus, admiſſorum veniam apud laudatum Regem quærant; (13) eodem die, Würtembergico Inveſtitura conferatur; (14) Ambo, in genua procubituri, factorum oblivionem ab Imperatore, quamprimum in Germaniam redierit, petant, Rege pro iis, in gratiam recipiendis, interceſſuro; (15) Procurabit Rex Germani Imperatoris transactionis hujus confirmationem, &c. &c. Conf. de hac Transactione *Limn.* ad Prœmium *Capitulationis Ferdinandi I*, pag. 426; &

lib. 2

lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 15, §. 33, pag. 167; *Burgoldenſ.*, *Not. Imp.*, part. 1, Diſcurſ. 19, §. 16; *Strauchius*, Diſſert. Exoter. X, de *Ejectione & Reſtitutione Ducis Wurtembergici*, c. 21, p. 288, &c.; *Sagittarius*, in Hiſt. *Johannis Friderici I, El. Saxon.*, c. 8, p. 15, &c.; *Schilter*, *de Libertate Eccleſ. German.*, lib. 7, cap. 5, §. 3, p. 966, &c.; add. ſeq. Tit. V, §. 11, in vita *Ferdinandi I*, v. 4, ad an. 1534.

(12) His tamen non obſtantibus, Camera ſemper proceſſit, præſertim contra Hamburgenſes & Mindenſes, volens, ut ad Romana ſacra reverterentur, & Clericis exulibus Eccleſiaſtica Bona reſtituerent. Hinc moti Proteſtantes, novos *Smalcaldiæ* Conventus agunt, 1535, rurſusque an. 1536, & 1537, in quibus de cohibenda in Religionis ſuæ Cauſis Camera: Salvandis Norimbergenſi & Cadanenſi Transactionibus: Concilio univerſali, à *Paulo III*, Pontifice, in annum 1537. d. 23 Maji, *Mantuam* indicto, &c. tractarunt. Vid. Cæſaris literas, *Sibiliæ*, 7 Jul. 1536, ad Eos datas, horumque reſponſionem, 9 Sept. exaratam, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imp.*, pag. 178 ad 180; Acta collegit *Sleidanus*, lib. XI Comment., & *Hortlederus*, l. c., lib. 7. Aderant Galliæ quoque & Magnæ Britanniæ Oratores, fœderis participes fieri petentes; eodem miſit Pro-Cancellarium ſuum, D. *Matthiam Heldium*, Imperator, cujus propoſitionem, an. 1537, die Jovis poſt Dominicam: *Eſto Mihi*, prolatam, *Hortlederus*, l. c., lib. 7, cap. 1, pag. 1410, recenſet. Quid Proteſtantes, eodem anno, die *Matthiæ*, ad eam dederint reſponſi, habetur ibidem, cap. 2, pag. 1415, &c.; maximè de Camera conqueſti, in fraudem Norimbergenſis Pacificationis, quotidie Religionis ſuæ cauſarum cognitionem affectante, in ſpecie exemplum *Hamburgi* urgent, l. c., §. 7, pag. 1418. Legati *Replica* extat ibidem, cap. 3, pag. 1421, &c.; & Proteſtantium *Duplica*, die Mercurii, poſt *Reminiſcere*, oppoſita, l. c., cap. 4, p. 1425, &c. Conſ. *Goldaſtus*, T. 2 *Conſt. Imper.*, pag. 176, 180, &c. Nec magis auditus eſt *Heldius* in Concilii negotio, quod Evangelicæ Veritatis Proceribus, magno ſtudio, perſuadere conabatur. Siſtit indictionis Bullam, an. 1536, 2 Junii emiſſam, Germanicè *Hortlederus*, l. c., lib. 1, cap. 22, pag. 87, &c. Conciliare non poterant Proteſtantes Oecumenicæ, Liberæ, & Chriſtianæ Synodi naturam cum Romanæ Aulæ Bullis. *Paulum III*, Pontificem, Actoris pariter & Judicis munere fungi, ſanæ rationis principiis reluctari, arbitrabantur. Quæſtio erat: *Num Lutheri doctrina conſona eſſet Sacris literis, nec ne?* in univerſali Concilio, liberis votis, remotisque omnibus partium ſtudiis, juxta Sacri Codicis regulas, Spiritus Sancti auxilio, examinanda & decidenda; & tamen Pontifici, in omnibus propemodum Bullis, damnanda hæreſis vocabatur. Legas ejus Bullam, qua, an. 1535, 3 Kal. Sept., *Henricum VIII*, Angliæ Regem, ob repudii libellum, *Catharinæ* Conjugi datum, ductâ *Annâ Bolenâ*, diris devovit, apud *Angelum Cherubinum*, in *Magno Bullario Romano*, T. I, pag. 704, §. 1, ubi: *Diverſorum hæreticorum errores, ſæpe ab Apoſtolica Sede, & Sacris Conciliis, præteritis temporibus, damnatos, & noviſſimè, noſtra ætate, per perditionis alumnum, Martinum Lutherum, ſuſcitatos, &c.*; & in Conſtitutione, de *Hæreticis*, de an. 1535, 12 Oct., ibidem, p. 709, §. 1: *Alii Lutheranam, & alias depravatas hæreſes, & errores ſequi, &c.*; Rurſus in Conſtitutione, vulgò *Bulla in Cœna Domini* dicta, de an. 1536, Id. April., apud eundem, l. c., pag. 714, §. 1: *Excommunicamus & anathematizamus, ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti - - - - per fel. record. Leonem, PP. X, Prædeceſſorem noſtrum, ſuperioribus annis, damnatam, impiam, & abominabilem Martini Lutheri hæreſin ſequentes - - - - libroſque ipſius Martini, aut quorumvis aliorum ejusdem Sectæ, ſine auctoritate noſtra & Sedis Apoſtolicæ, quomodolibet legentes, aut in ſuis domibus tenentes, imprimentes, aut quomodolibet defendentes, ex quavis cauſa, publicè vel occultè, quovis ingenio vel colore: & generaliter quoslibet defenſores eorundem, &c.* Quid opus eſt longa conſultatione, in re jam deciſa? ſi falli neſcia Romana Sedes Lutheri dogmata hæreticorum cenſu habuit, quid opus erat Concilio? ne quidem temperabat ſibi Pontifex, in ipſa Indictionis Bulla, odioſo *hæreſis* vocabulo Proteſtantes irritare; Quare tot etiam in publicum Eorum extant querelæ. Facit huc *Warhafftiger Unterricht etlicher Handlungen, die ſich, Bapſt* Pauli III Concilii *halben, das er, den nechſt künfftigen 23 Tag des Mayen, gegen Mantua beſtimmt hat, zwiſchen Rœmiſcher Kayſ. Maj. Oratorn und Vice-Cantzler*, D. *Mathias Held*, *und den Churfürſten, Fürſten, Grafen, Herren, auch den Stætten, ſo der warhafftigen Evangeliſchen Bekantnis und* Confeſſion *verwandt ſeyn, auf nechſtberührter Stænde zu Smalkalden gehaltenen Tag zugetragen haben*, edit. Wittebergæ, ann. 1537, apud *Hortlederum*, l. c., lib. 1, cap. 25, pag. 98; conf. *Oper. Lutheri, Isleb.* Tom. 2. Eadem acta refert *Caſpar Gennepus*, lib. 3 Hiſtor., ad an. 1537, ſed exiliter admodum & jejunè, quapropter à *Spangenbergio*, in libro, cui tit. *Wider die bœſe Sieben ins Teuffels Carnuffels-Spiel*, cap. *wider den alten Gecken*, Caſpar Gennep, *Buchdrucker zu Cœlln*, vapulat. Pari malitia, ſcurrilibusque calumniis eorundem meminit *Surius*, in Comment., ad an. 1537. Cauſas Proteſtantium, propter quas *Mantuanum* Concilium rejecerant, continet *der Chriſtlichen Confeſſions-Verwandten, Churfürſten, Fürſten, Graffen, Herrn, Stænde, und Stædte Antwort auf Kayſerl. Maj. Oratoris und Vice Cantzlers Antwort, ſo viel das Concilium anlangt. Datum Schmalkalden, auf Sonnabend, am Tag* Matthiæ, Anno Domini 1537, apud *Hortlederum*, l. c., cap. 26, p. 94, &c., ſcil. ſe nolle in Concilio (1) extra Germaniam, adeoque contra R. J. Norimb. an. 1524, §. 28, *Auguſtanum*, an. 1525, §. 5, *Spirenſes*, ann. 1526, §. 1, & ann. 1529, §. 1, & *Ratisbonenſem*, ann. 1532, art. 2: Concilium *betref-*

Digitized by Google

b. treffend, &c., indicto, (2) nec *libero*, dum Pontifex Actoris & Judicis vices obire prætendat, (3) nec *Chriſtiano*, cum doctrina, in cujus veritatem inquirendum, jam ante omnes conſultationes, ut hæreſis execranda, proſcribatur, & Pontifex in Diplomate Indictionis, nec non in alio, quo Curiæ Romanæ emendationem ſimulat, apertis verbis profiteatur, Concilium, *ad extirpandam Lutheranorum hæreſin*, convocatum, nec (4) *tuto*, veluti in Italia, ad Pontificis nutum intenta, coacto, ubi vota non niſi ex præſcripto Romanæ Curiæ, ſub vitæ periculo, proferre liceret, comparere, nec ſalva conſcientia poſſe. Reponebat quidem nonnulla *Heldius*, ceu ex *Hortledero*, l. c., cap. 27, pag. 98, conſtat; repetebant autem Proceres fœderati priora, l. c., cap. 28, pag. 100. Bonitate etiam cauſæ freti excudi curarunt *Urſachen, ſo die Chur- und Fürſten, auch Stænde und Stædte, der Bekantniſs wahrhaſſtiger, Gœttlicher, und Evangeliſcher Lehr, allen Kœnigen, Hoheiten und Potentaten der Chriſtenheit, durch ihre Schreiben zu erkennen gegeben, darum ſie Pabſt Pauli, des Nahmens des III, ausgeſchriebenen Concilium, daſs auf den 23ſten Tag Maji, ſchirſtkünſſtig, gegen Mantua angeſetzt, billig verdæchtig, auch zu gemeiner Chriſtlicher Einigkeit nicht dienlich achten, und halten. Datum Schmalkalden, am 5 Martii, im Jahr* 1537; *gedruckt zu Wittenberg, durch Georgen Rhaw*; apud *Hortlederum*, l. c., cap. 29, pag. 104. De Conventu *Smalcaldico* plura referunt *Chytræus*, lib. 15 *Saxon.*, p. 378; *Sleidanus*, lib. XI Comment., pag. 296 ad 320; *Seckendorf.*, *Hiſt. Luther.*, lib. 3, §. 51, p. 143, &c., & 151, &c.; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 9, & ſeqq., p. 446, &c. Conf. *Lambertus Hortenſius Montfortius*, lib. I, de *Bello Germanico*, apud *Schardium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 446, &c. Ejusdem ſententiæ fuiſſe *Henricum VIII*, Angliæ Monarcham, docet *des Durchleuchtigſten und Mæchtigſten Kœnigs, Herrn Henrichs, dieſes Nahmens des VIII, in Engelland und Franckreich, und des gantzen Reichs Engelland Bedencken: von dem erdichteten ausgeſchriebenen, und darnach aufgeſchobenen Mantuaniſchen Concilio Pauli, des Rœmiſchen Biſchoffs*, an. 1538, apud *Hortlederum*, l. c., cap. 30, pag. 111; præter alia libello quoque inſertum: Convocandi Concilii Jus ad Reges, non ad Epiſcopos pertinere; needum interpoſitam cautionem, publicam fidem ſervatum iri, multo minus de Salvo conductu conſtare. Acriter inſuper perſtringit novum Pontificis Diploma, quo ad Kal. Novembr. usque, omiſſo Loco, Concilium prorogavit, apud *Sleidanum*, lib. XI, p. 320; ita enim §. 22, ap. *Hortlederum*, l. c., pag. 115: *Wer iſt je ſo frevel, kühn, und unverſchæmt geweſt, der die Kœnige zu einem Concilio erfordert, und keine gewiſſe Mahlſtatt, daſelbſt zu rathſchlagen, angezeigt hætte? aber Bapſt Paulus fordert die Kœnige zu einem Concilio; Wohin? Nirgends hin. Iſt das nicht die Kœnige æffen und narren? &c.*; & §. 24, p. 116; *Du wilt, ſie ſollen alle, auf den erſten Tag Novembris, bey dir gegenwærtig ſeyn, und du ſelbſt weiſſt noch nicht, wo du ſeyn wilt. Aber was liegt daran, wohin du Uns forderſt, dieweil es gleich ſo viel iſt: Nirgend ſeyn; und an dem Ort ſeyn, da das Concilium nicht kan gehalten werden. Keine Stadt dienet dir eben ſo wohl, als eine jegliche Stadt, dieweil du beſchloſſen haſt, kein Concilium gar überall zu halten, &c.* Revera etiam Concilium evanuit. Vid. *Sarpi*, *Hiſt. Conc. Trident.*, lib. 1, p. 135. Pontifex itaque, novo Diplomate, aliud, an. 1538, Kal. Maji inchoandum, *Vincentiam* edixit. Aſt, iisdem de cauſis, Proteſtantes pariter & Angliæ Rex illud viſitare reluctabantur, quas contra Mantuanum adduxerant. Lectu dignum eſt, hoc titulo, *Henrici* Regis Diploma, apud *Sleidanum*, lib. XII, & *Hortlederum*, l. c., cap. 31, p. 117, ſub rubrica: *Des Durchlauchtigſten, Groſsmæchtigſten Herren, Herrn Heinrichs des VIII, Kœnigs in Engelland und Franckreich, Schrifft, an Kayſerl. Maj., und alle andere Chriſtliche Kœnige und Potentaten, in welcher der Kœnig Urſach anzeiget, warum er gen Vincentz zum Concilio, welches, mit falſchem Titul, General genandt, nicht kommen ſeye, &c. datum zu Londen*, 6 Id. April., an. 1539. Conf. *Sarpi*, l. c., pag. 139, &c.

(13) Hæc dum aguntur, celebrarunt Proteſtantes, anno 1538, Conventum Brunſwici, vulgo *den Bundstag zu Braunſchweig*, præcipuè, ob rejiciendas in Religionis cauſis Cameræ ſententias, indictum. Propoſitionis Capita erant: (1) *Ob man das Kayſerliche Cammergericht, als das ordentliche und hœchſte Gericht, oder deſſelben Richter und Beyſitzere, von gemeines Rechtens wegen, recuſiren mœge?* (2) *Ob eine Recuſation in weltlichen Sachen den vereinigten Stænden auch werde nutz, und zu rathen ſeyn?* Concluſum fuit, *Dienſtags nach Palmarum*: Fœderis ſociorum quemlibet mentem ſuam ſcripto deſuper Saxonum Electori, & *Philippo* Landgravio declarare debere. Vid. *Hortlederus*, l. c., lib. 7, cap. 5, & 6, pag. 1434, &c. Rejecerunt autem dictum Judicium, veluti ſuſpectum, graviſſimas ob rationes, ceu apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imp.*, p. 177, §. 24, loqui amant. Nervum rei tetigit *der Stadt Minden Recuſation-Libell des Kayſerl. Kammergerichts, in einem Gezeugnis-Brief, oder Inſtrument verfaſſt, zu Braunſchweig, den 11 Aprilis*, an. 1538, apud *Hortlederum*, l. c., cap. 7, p. 1437, &c.; cum quo tamen conferatur *der Hertzogen zu Pommern Bedencken, daſs ſichs zu Recht nicht leyden wolle, das Cammergericht in weltlichen Sachen zu recuſiren, ſolches auch zu thun nichts nütz, &c. geben Mittwochs im Pfingſten*, an. 1538, l. c., cap. IX, p. 1446; ut & *Hertzog Ernſtens, und Hertzog Frantzens, zu Braunſchweig und Lüneburg, Bedencken, daſs den Einigungs Verwandten Stænden nicht bequem, oder nütz ſeyn wird, das Cammergericht in allen Sachen zu recuſiren, &c.*, ibidem, l. c., cap. 10, p. 1448, &c.; & *Hamburgiſch Theologiſch Bedencken*, l. c., cap. 11, pag. 1450; nec non *Hamburgiſcher Juriſtiſcher Rathſchlag, und Bedencken, daſs, ohne Beſchwærung der Conſcientien, und andere Ærgerniſs, das Cammergericht, in*

welt-

Digitized by Google

weltlichen Sachen, nicht mæge recuſirt werden, &c., de an. 1538, *Mittwochs nach* Trinitatis, ibid., l. c., cap. 12, pag. 1453; & *Bürgermeiſter und Rath der Stadt Ulm, Reutlingen, Memmingen, Iſny und Kempten bedencken, wiewohl das Cammergericht mit Fug recuſirt werden mæg, daß doch die Beſchwærung über daſſelbig auf einen Reichstag zu verſchieben, und immittelſt denen Beſchwær-ten Schutz und Rettung zu leiſten ſey*, an. 1538, *den* 23 Junii, l. c., cap. 13, pag. 1455; Add. *Der Furſtlichen Würtembergiſchen Rathe zu Stuttgart Rathſchlag und Bedencken*, de an. 1538, 12 Julii, l. c., cap. 14, pag. 1456, &c.; It. *des Raths zu Straßburg Bedencken: Daß des Cammergerichts Perſohnen, ſo wohl in weltlichen, als in Religions-Sachen, von Rechtswegen, recuſirt werden mægen; Solche recuſation auch den vereinigten Standen nütz und gut, &c.; überſchickt gen Eiſenach*, an. 1538, 28 Julii, l. c., cap. 15, pag. 1458, &c. Jungantur alia Reſponſa, l. c., cap. 16, 17, & 18; pariterque *Ausſchreiben an alle Stande des Reichs, in der Chriſtlichen Religion Einungs-Verwandten Namen, die beſchwærung des Kayſerl. Cammergerichts belangende; ausgangen den* 13 Nov., 1538, ibid., l. c., cap. 19, pag. 1468. Conf. de *Brunſuicenſi* Conventu *Chytræus*, lib. 15 *Saxon.*, p. 382; *Sleidanus*, lib. 12 Comment., pag. 330; *Lambertus Hortenſius Montfortius*, lib. 1, de *Bello Germanico*, apud *Schardium*, Tom. 2 *Rer. German.*, p. 448.

(14) Venetis interea *Vincentiam* denegantibus, ut *Onuphrius*, in Vita *Pauli III*, pag. 366, auctor eſt, principio anni 1539 Conventus habitus fuit *Francofurti ad Moenum*, quo Cæſar Legatum miſit. Ibi, poſt multam diſputationem, die 19 April. Calendæ Auguſti ad Colloquium *Norimbergæ* ſunt conſtitutæ, in quo de Religionis negotio amicè & placidè ageretur. Pertinet huc *Decretum Comitiorum Imperialium Francofurtenſium, de Pace, in cauſa Religionis ſervanda, & Conventu componenda Religionis habendo, factum anno* 1539, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, pag. 562, quod Germanicè exhibet *Hortlederus*, lib. 1, cap. 32, pag. 120, ſub titulo: *Friedlicher Anſtand des Glaubens und Religion, auch anderer, über der wahren Meinung und Deutung des Nürnbergiſchen Religion-Friedens, furgefallener Mißverſtande halben; abgeredt zu Franckfurth am Meyn, den* 19 April., an. 1539. Emiſſum eſt à Cæſareis Commiſſariis, & Mediatoribus, *Ludovico* Palatino, & *Joachimo* Brandenburgico, Electoribus. Summa eſt: Dantur Auguſtanæ Confeſſionis Statibus quindecim menſium induciæ, à proximis Cal. Maji inchoandæ: Confirmatur Pax Norimbergenſis anni 1532: Proceſſus, in Camera, aliisque Imperii Judiciis adverſus eos inſtituti, ſuſpenduntur: indicitur Conventus, ad Calendas Auguſti, *Norimbergam*, in quo, convocandi hoc nomine, ex utraque parte, viri probi, juſti, prudentes, timentes Deum, amantes pacem, & honeſtatem vitæ amplectentes, non protervi, contentioſi, aut præfracti, Theologi pariter & Politici, amicè & benevole, de fidei controverſiis, invicem colloquantur: quicquid de communi ſententia decretum fuerit, ad ordines referatur Imperii, in proximis Comitiis à Cæſare confirmandum. Enimverò & hoc conſilium in nihilum redactum eſt, ægrè ferente Papa, ſe inſcio, res Religionis tractari, miſſoque in Hiſpaniam Monte Pulciano Præſule, Imperatorem rogante, decreta iſtius Conventus non comprobaret, vel potius circumduceret. Vid. *Paulus Sarpi, Hiſt. Concil. Trident.*, lib. 1, p. m. 143, &c.; *Mutius*, lib. 31 *Chron.*, ad an. 1539, pag. 321; *Sleidanus*, lib. XII Comment., pag. 341, &c.; *Seckendorf.*, lib. 3 *Hiſtor. Luther.*, p. 200, &c.; *Spondanus*, Tom. 2 *Contin. Annal. Baron.*, h. a., §. 1, &c., pag. 454, &c.; *Palatius*, T. 4 *Geſtorum Pontif. Roman.*, in vita *Pauli* 3, pag. 132; *Schilter*, de *Pace Religioſa*, cap. 2, §. 25, pag. 105, & §. 26, pag. 106, rectè carpens *Goldaſtum*, quod Decretum Francofurtenſis Conventus *Decretum Comitiorum Imperialium* vocet, cum nulla tunc ibi habita Comitia noſcantur. Id., de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. 7, cap. 6, §. 1, pag. 976, &c.

(15) Anno 1540 celebravit Rex *Ferdinandus* Conventum novum *Hagenoæ*, Trevirenſi & Palatino Electoribus, *Ludovico* Bavaro, & *Guilielmo*, Argentoratenſi Epiſcopo, nominatis Interceſſoribus, magnoque numero Theologis utriusque Religionis eòdem confluentibus, de Religionis capitibus controverſis, ſerio acturis. Cum vero de forma futuræ actionis arduæ mox lites orirentur, prætendentibus Romano-Catholicis, initium de reſtituendis Eccleſiæ bonis faciendum, reponentibus Evangelicis, componenda prius eſſe doctrinalia, & poſtea de Bonorum poſſeſſoribus loquendum, Conventus irritus fuit; rationes exprimit *Waremundus* quidam *Luitboldus*, in ſcripto, *vom Tag zu Hagenaw, und wer verhindert habe, daß kein Geſpræch, von Vergleichung der Religion, daſelbſt furgegangen, &c.*, apud *Hortlederum*, lib. 1, cap. 35, pag. 171; Conſ. *Sarpi*, l. c., pag. 151, Dn. *Schilter*, de *Libert. Eccleſ.*, l. c., §. 4, p. 983; Receſſum tamen aliquem ibi conſectum eſſe, innuunt verba *Lamberti Hortenſii Montfortii*, lib. 1, de *Bello Germanico*, apud *Schardium*, T. 2 *Rer. Germ.*, p. 448, & *Schilterum*, l. c., pag. 984: *Poſt altercationem leviuſculam decernitur ad hunc modum: Ut dies Wormaciam, ſi Cæſari ita videretur, alius indiceretur, in quo Confeſſio Auguſtana ab undenis, adhibitis Scribis fidis, pari numero, qui, fideliter & raptim, non argumenta ſolum, ſed verba ipſa etiam excepta chartis traderent, diſcuteretur. Interea loci utrinque ab injuria abſtineretur: eò Septemviri Electores ſuas Legationes una mitterent, & cum his Magdeburgenſis, Salisburgenſis, Argentoratenſisque Epiſcopi; Guilielmus item, Dux Clivenſis, & Guilielmus ac Ludovicus Bavari. Approbatur à Cæſare Decretum, &c.* Conſ. *Sarpi*, l. c., pag. 151, & 152. Mentio hujus Con-

ventus occurrit etiam in R. J. *Ratisbonenſi*, de an. 1541, §. 8, 9, & 11; de eodem vid. *Sleidanus*, lib. 13 Comment., p. 367, &c.; *Chytræus*, lib. 15 *Saxon.*, an. 1539, p. 391; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 4, & 5, p. 461; *Browerus*, lib. 21 *Annal. Trevir.*, h. a., §. 14, p. 364; *Palatius*, de *Geſtis Pontificum*, in vita *Pauli III*, p. 134; *Seckendorf*, l. c., pag. 270, 282, &c.

(16) Coepit igitur *Wormatienſe* Colloquium, 28 Oct., 1540, re vera demum 14 Januar., an. 1541, præſentibus *Nicolao Perrenot de Granvella*, vulgò *Granvellano*, Oratore Cæſareo, *Thoma Campegio*, Feltrenſi Epiſcopo, *Pauli III* Nuncio, & *Petro Paulo Vergerio*, Juſtinopolitano Præſule, ab eodem Pontifice miſſo, quod Germanorum ingenia apprimè calleret, Legationem autem à Rege Galliarum obtendente, ut, alicui nominis obtentu, Papæ rebus magis inſerviret. Fruſtra diu de forma Colloquii, actis non evulgandis, numero Doctorum, &c. diſceptatum fuit. Tandem, de communi Pontificiorum conſenſu, *Johannes Eccius*, & Proteſtantium, *Philippus Melanchthon* delecti ſunt Collocutores, qui diſputationem de *Peccato Originis* auſpicarentur. Verum, poſt tertium Colloquii diem, advolant Imperatoris literæ, quibus *Granvellanus* revocatur, & Colloquium abrumpitur, negotio ad Ratisbonenſia Comitia rejecto. Vid. *Geſprachs-Handlung zu Worms, von Kayſer Carln dem V, zu Vergleichung der Streitigen Glaubens-Artickel, angeſtellt anno* 1540, *aber erſt recht angangen den* 14 Januar., an. 1541, apud *Hortlederum*, l. c., lib. 1, cap. 36, pag. 277, &c. Conf. *Sarpi*, l. c., pag. 152, & 153; *Melanchthon ad Camerarium*, pag. 322, 329, 342, &c.; *Lambertus Hortenſius Montfortius*, de *Bello Germanico*, lib. 1, apud *Schardium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 448, &c.; *Sleidanus*, lib. 13 Comment., p. 371; *Browerus*, l. c., §. 18, pag. 365; *Spondanus*, l. c., §. 5, pag. 461; *Palatius*, l. c.; *Seckendorf*, l. c., lib. 3, p. 294, &c.; *Schilter*, de *Libertate Eccleſ. German.*, lib. 7, cap. 6, §. 4, p. 984.

(17) Excepit Colloquium hoc aliud, *Ratisbonæ*, in Comitiis, anno 1541, celebratis, ipſo Cæſare, conſenſu Ordinum & Legati Pontificis, *Caſpari Contareni*, Cardinalis, Collocutores eligente *Julium Pflugium*, *Johannem Eccium*, & *Johannem Gropperum*, Romano-Catholicos, &, ex altera parte, *Philippum Melanchthonem*, *Martinum Bucerum*, & *Johannem Piſtorium*, graviſſimis verbis admonitos, ut, affectibus ſegregatis, ad ſolius Dei gloriam reſpicerent. Præſides erant *Friedericus* Palatinus, & *Granvellanus*. Actio prima 5 April. inchoata. De multis Articulis invicem convenit, ad Ordines mox delatis & confirmatis; reliquos, in quibus adhuc diſſidebant, ne quidem ſaluti neceſſarios eſſe, vel ipſe *Bucerus* judicabat. Nuncio interim contra totam tractationem, quatenus Pontifici injurioſa eſſet, declamante, Cæſar, 28 Julii, finem Conventui impoſuit, omnem Colloquii actionem ad Generale Concilium, aut Germaniæ Nationale, aut Imperii Ordinum Conventum referens. Promiſit inſuper, in ſua per Italiam profectione ſe de Concilio cum Pontifice acturum, &, ſi nec Univerſale, nec Provinciale obtinere poſſet, intra octodecim menſes, Religionis componendæ gratia, Conventum Imperii convocaturum. Proteſtantibus, ne, præter conciliata dogmata, novi quid admitterent, mandavit, & Epiſcopis, ut Eccleſias à vitiis purgarent. Vetuit etiam æquari Solo Monaſteria: Eccleſiæ bona interverti: & homines ad diverſam Religionem perduci, admittendos tamen, ſponte ſua tranſituros. In dogmatibus, adhuc controverſis, nullum modum Proteſtantes præſcriptum habeant, &c. Acta collegit *Goldaſtus*, Tom. 2 *Conſtit. Imper.*, pag. 182 ad 235; *Sarpi*, *Hiſtor. Concilii Tridentini*, lib. 1, pag. 153 ad 163; *Hortlederus*, l. c., lib. 1, cap. 37, pag. 303, &c.; *Pallavicini*, *Hiſt. Concil. Trident.*, lib. 4, c. 14; *Sleidanus*, lib. 13, p. 374, &c., & lib. 14, p. 384, &c.; *Montfortius*, l. c., pag. 449; *Chytræus*, lib. 15 *Saxon.*, p. 395; *Zenocarus*, lib. 3, *de Geſtis Caroli*; *Browerus*, l. c., an. 1541, §. 20, p. 366; *Spondanus*, l. c., an. eod., § 1, &c., p. 466, &c.; *Seckendorf*, l. c., pag. 349, &c.; *Boeclerus*, Hiſt. Sec. 16, pag. 32; *Schilter*, *de Libert. Eccleſ. German.*, l. c., §. 5, &c., pag. 985, &c. Addendum, per R. J. *Ratisbon.* hujus anni, §. 4: *Als wir nun, &c.*, Cæſarem, Majorum more, in propria perſona, Generali Concilio ſe præſuturum, declaraſſe; ibi: *Damit wir uns auf vorgemelt Concilium, in eigener Perſon, verfügen, und demſelben vorſeyn mœchten, &c.*, & §. 26, *und damit im H. Reich, &c.*, Pacificationem Norimbergenſem an. 1532 denuo confirmatam eſſe, prohibitumque, ſub fractæ pacis poena, *daß hinfüran in der Religion, und Glaubens-Sachen, auch ſonſt keiner andern Urſachen halben, wie die Nahmen haben mœchten, niemand, hohes oder nieder Stands, den andern, biß zu Endigung eines gemeinen, oder National-Concilii, oder künfftigen Reichstags, befehden, bekriegen, berauben, fahen, überziehen, belagern, &c. ſolle, &c.*; Proceſſus etiam Camerales circa Religionem ſuſpenſos, demto Cameræ Jure decidendi: quæ cauſæ ſint Religionis, quæ non? facultate hac Cæſari & Imperio reſervata. Vid. l. c., §. 28.

(18) In Italiam profectus Cæſar, de Concilio cum Papa egit, pollicente, in proximis Imperii Comitiis, per Legatum, Se deſuper declaraturum. Vid. præfat. *R. J. Spir.*, an. 1542. Habebantur ea, ut modo dictum, *Spiræ*, an. 1542, quo *Paulus III Johannem Moronum*, Modenenſem Epiſcopum, ablegavit, qui, ex mandato, locum futuro Concilio, electuris Ordinibus, *Mantuam*, *Ferraram*, *Bononiam*, *Placentiam*, *Tridentum*, & *Cameracum* propoſuit. Vid. R. J. cit., §. 128: *Alsdann auch die Bæpſtliche Heyligkeit, &c.* Laudantibus Romano-Catholicis *Tridentum*, renitebantur Proteſtantes, utut *Religioſa pace* ad Quinquennium, ab exitu Belli Turcici, tunc flagrantis, numerandum, prorogata,

ſuſpen-

ſuſpenſaque, in Religionis, aliisque Proteſtantium cauſis, Jurisdictione Cameræ. Vid. Rec. cit., §. 129: *Haben aber dargegen &c.*, & 131: *Und damit die Zeit, &c.* Nihilominus Papa d. 22 Maji Concilium *Tridentum* indixit, proximis Calendis Novemb. inchoandum. Extat Bulla apud *Cherubinum*, Tom. I *Magni Bullarii Romani*, pag. 753, &c., ſubſcripta: *Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ* 1540, 11 *Kal. Junii*, *Pontificatus noſtri anno octavo*; errore vero typographico loco anni 1542, qui erat Pontificatus Ejus octavus, quem & Appendix ad *Pauli Sarpi Hiſtoriam Concilii Tridentini*, p. m. 13, & exemplar Germanicum, apud *Hortlederum*, l. c., lib. I, cap. 38, pag. 566, præ ſe ferunt. Summam continent *Sleidanus*, lib. XIV *Comment.*, & *Sarpi*, l. c., lib. 1, pag. 166. Imperatori licet, bello Gallico diſtracto, intempeſtiva videretur Concilii convocatio, vel literis ejus, an. 1542, d. 25 Aug., *Montiſoni* Arragonum, ad Pontificem datis, teſtibus, apud *Hortlederum*, l. c., cap. 39, p. 567, *Sleidanum*, lib. 14, ſub finem, & *Sarpi*, l. c., pag. 167, attamen eo miſit Supremum ſtatus Conſiliarium, *Nicolaum Perrenot de Granvella*, ejusque filium, *Antonium*, Atrebatenſium Præſulem, cum *Johanne Ferdinando Manriquez*, Marchione de *Aquilar*, & *Didaco de Mendoza*; mandatum, *Barcinonæ* ſcriptum, 18 Oct. 1542, quo eos inſtruxit, legitur apud Dn. *Le Vaſſor, dans les Memoires de Vargas du Concile de Trente*, p. m. 7, &c. Nuncii Papales erant *Petrus Paulus Pariſius*, *Johannes Moronus*, & *Reginaldus Polus*. Illucente ſtatuto die, præſentium numerus tam exiguus fuit, ut vel hanc ob cauſam Nuncii Concilium auſpicari detrectarent, Cæſareis fruſtra reclamantibus, nihil obſtare, quo minus de Reformatione ageretur. Sic longæ lites. Tranſactis tandem otioſè ſeptem menſibus, abiit *Mendoza*, cum Epiſcopis Cæſareis, ſecutis mox Pontificiis, abrupto Concilio. Vid. *Pallavicini*, lib. 5, cap. 4, §. 5, &c.; *Sarpi*, l. c., pag. 167 ad 173; *Schilter*, de *Libert. Eccleſ. German.*, l. c., lib. 7, cap. 7, §. 1, p. 996;

(19) In Comitiis *Norimbergenſibus* ejusdem anni 1542, aliisque, an. 1543 ibidem celebratis, de Bello Turcico actum; in *Spirenſibus* vero an. 1544, §. 78: *dieweil aber*, & ſeqq., Univerſalis, vel Nationalis Concilii, in quo Religionis lites dirimerentur, mentio iterum occurrit. Optimè judicans Cæſar, §. 79 dicti Receſſus, *daß die angeregte Spaltung in der Religion nicht wohl anders fuglich, und gentzlich hingelegt werden mag, dann durch Chriſtliche Reformation, und Erorterung eines Gemeinen Chriſtlichen*, *Freyen* Concilii, *in Teutſcher Nation*, addit, propterea etiam ſe curaturum, ut tale Concilium quantocyus convocetur, reaſſumendis interea, in Comitiis in Autumno habendis, de Religione tractatibus, conceſſa Proteſtantibus libertate concipiendæ Reformationis formulæ, ad conſultandum proponendæ, Romano-Catholicis idem facturis: *Mitlerweil, durch gelæhrte, Gute, Ehr-und Friedliebende Perſohnen, eine Chriſtliche Reformation verfaſſen zu laſſen, gleichergeſtalt mægen die Stænde, durch die Ihren, auch thun, und ſolch aller Theil bedencken alsdann gemeinen Stænden fürlegen, und mit Ihnen auf freundliche und Chriſtliche Vergleichung handeln, wie, und welcher maſſen es, in den ſtreitigen Articuln der Religion, biß zu würcklicher Erlangung und Vollziehung eines* General-Concilii, *wie obſtehet, in H. Reich Teutſcher Nation gehalten, und dadurch die ſchwere eingeriſſene Mißbræuche gebeſſert, &c. werden ſolle.* Sunt verba §. 80 dicti Receſſus. Sequenti §. 82: *Als wir aber in der Handlung, &c.*, Pax Religioſa Norimbergenſis, de an. 1532, denuo confirmatur, ſub pœna fractæ pacis publicæ inviolabiliter ſervanda; §. 83, &c. habetur diſpoſitio de Bonis Eccleſiaſticis; & §. 92, &c. ſuſpenditur iterum Cameræ Jurisdictio in cauſis Proteſtantium. Conf. *Sarpi*, l. c., pag. 173, &c., *Schilter*, l. c., §. 3, &c., pag. 997, &c. Ægerrimè tulit Pontifex, ſe præterito, in Germania hæc deciſa, teſtibus ejus exprobratoriis ad Cæſarem, apud *Pallavicinum*, l. c., lib. 5, cap. 6, non minus tamen falsè reſpondit Imperator, l. c., cap. 7. Turbabat inſuper Papam, quicquid, conciliatâ Cæſarem inter & Galliarum Regem pace *Creſpinenſi*, 24 Sept., cujus ſummam *Paulus Sarpi*, l. c., lib. 2, p. m. 177, recenſet, de Romanæ Curiæ emendatione ibi definitum.

(20) Stantibus ita rebus, novo Pontifex diplomate, 13 Cal. Decemb. dato, ut *Spondanus*, *Contin. Annal. Baron.*, ad an. 1544, §. 16, pag. 485, docet, reſtaurat Concilium, Idibus Mart. 1545 inchoandum, termino vix mittendis ubique nunciis, nec ad iter accingendis ſe Præſulibus ſufficiente. Hinc repetitæ Rationes: *Warum von den Stænden Augſpurgiſcher Confeſſion das vermeint Tridentiniſch* Concilium *weder zu beſuchen, noch darin zu willigen ſey*; Auctore *Melanchthone*, an. 1546, apud *Hortlederum*, l. c., lib. 1, cap. 43, pag. 608; acceſſit Recuſation-*Schrifft*, *in welcher alle Proteſtirende Religions- und Einungs-Verwandt Stænde rechtmæſſige, und ergründete Urſach anzeigen, warumb Ihre Chur- und Fürſtliche Gnaden, und Sie, das vermeinte, vom Bapſt Paulo dem III, zu Trient angeſetzt* Concilium *zu beſuchen, nicht ſchuldig, noch auch daſſelbe dem Bapſt, des Orts, uber die aufgerichte Reichs-Abſchiede, und geſchehenen Vertræſtungen, anzuſtellen gebuhret habe. Gedruckt zu Nurnberg*, an. 1546; ibid., l. c., cap. 44, p. 622, &c. Contenta ſunt, quia (1) à Papa, nec à Cæſare & Regibus indictum, l. c., §. 3, ad 8, pag. 623 ad 625; (2) non convocatum in Germania, ſed in Civitate Italiæ, nimis remota, ſubjecta Epiſcopo, Pontificis partibus dedito, & ne quidem ſatis ſpatioſa, l. c., §. 8 ad 18, pag. 625, & 626; (3) non *Oecumenicum* dicendum, ob denegatum Laicis votum deciſivum, §. 18 ad 26, pag. 626, & 627; (4) neque *liberum*, ob rationes, §. 26 ad 32, p. 627 ad 629, allatas; (5) neque *Chriſtianum*, quod §. 33 ad 35, pag. 629 & 630, probatur; (6) Papa cum Aſſeclis, ad nutum E-

Digitized by Google

jus intentis, Judicis partes ſibi vindicat, cum tamen reus ſimul, ſive Actor ſit, & infenſiſſimus Proteſtantium hoſtis, l. c., §. 35 ad 40, pag. 630 ad 632; (7) alias ob cauſas ſibi ſuſpectum, de quibus §. 41, &c., p. 632 &c., agitur. Provocant tandem, §. 44, pag. 634, *an ein Gemein, Frey, Chriſtlich, und unpartheyiſch* Concilium, *in Teutſcher Nation, an einer gelegenen Mahlſtatt, zu halten, und durch die Rœmiſche Kayſ. Maj., mit zuthun auch anderer Chriſtlichen Potentaten und Hæupter, zu beruffen, und zu verſammlen, welches von Gottesfurchtigen, Gelæhrten, Unpartheyiſchen, und dem Rœmiſchen Biſchoff unverpflichteten Perſonen beſetzt, darzu auch nicht allein die genannten Geiſtlichen, ſondern auch* (hæc ſcribentium) *Gnædigſte, Gnædige, und Günſtige Herren* Principales, *und andere Gottsfürchtige, bewæhrte, und guter Gewiſſen, Mænner, wes Standes die ſeyen, beruffen, frey, ſicher, und ohne Gefahr zugelaſſen und gehœrt, und darauf alſo die ſtreitigen Puncten der Heyligen Chriſtlichen Religion, in allewege, und zuforderſt nach Gœttlicher Schrifft, und dann aus glaubwürdigen Zeugniß der alten wahren Apoſtoliſchen Kirchen, mit gemeiner, freyer, und unverſtrickter* vocation, examiniret, *erſucht und erœrtert werden mœgen, &c.*; ſed fruſtra. Eodem anno 1545 habuit Cæſar Comitia Wormatiæ, in quibus placuit, ad finem anni habendum Ratisbonæ Colloquium, in quo Controverſiæ Religionis amicabili via componerentur; Vid. Receſſus ibi confectus, §.7; modus & forma §§. 8, & 9 exprimuntur. Religioſæ Pacis Norimbergenſis, ſæpius dictæ, confirmationem continet ejusdem §. 11. Compoſitionem hanc impediturus Pontifex, Concilium prædictum totis viribus maturavit, cujus Seſſio I, Idibus Decembris, Dominica *Gaudete*, celebrata eſt, *Didaco* de *Mendoza*, Oratore Cæſareo, *Johanne Maria del Monte*, & *Marcello Cervino*, tit. S. Crucis, Cardinalibus & Legatis Pontificis, una cum quatuor Archi-Epiſcopis, quinque Generalibus Ordinum Mendicantium, ſcil. *Minorum Obſervantium, Conventualium, Eremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum*, & *Servorum*, & viginti duobus Epiſcopis præſentibus, promulgato Romæ Jubileo, pleniſſimaque omnium peccatorum remiſſione, pro felici ejus ſucceſſu, ſupprimendisque Hæreticis, preces ad Deum effuſuris promiſſa. Vid. *Spondanus*, l. c., ad an. 1545, §. 14, pag. 490 & 491; de initiali pompa legas Scriptum: *Was für Ordnung und Ceremonien des Pabſts Legaten, Cardinæl und Biſchœffe, zu Trient verſammlet, in der Erœffnung des* Concilii *daſelbſt, gebraucht und gehalten*, an. 1545, apud *Hortlederum*, l. c., cap. 42, pag. 606. Conf. *Sarpi*, l. c., lib. 2, p. 178, 212. &c., *Pallavicini*, lib. 5, c. 8. Lepidum eſt, congregatos Patres declaraſſe: Concilium Oecumenicum, ad quod convocati eſſent, eſſe Oecumenicum; ſeque legitimè congregatos. Vid. *Spondanus*, l. c., §. 17, p. 491, & 492.

(21) Proceſſit nihilominus *Ratisbonenſe Colloquium*; utut more conſueto. Initia ejus refert *Georgius Major*, (*in ſeinem kurtzen und wahrhafftigen Bericht von dem* Colloquio, *ſo im Jahr* 1546, *zu Regenſpurg, der Religion halben, gehalten*, apud *Hortlederum*, l.c., cap. 40, §. 10, pag. 575.) ad an. 1546, 27 Januar. Conf. *Sleidanus*, lib. 16 Comment. Præſides Cæſar conſtituit *Mauritium*, Aichſtadienſem Epiſcopum, & *Fridericum*, Comitem Fürſtenbergium, quibus poſtea *Julium*, Numburgenſem Epiſcopum, addidit. Leges erant: Examinandam *Confeſſionem Auguſtanam*: Notarios à Præſidibus eligendos: Protocolla & Acta, in arca ferrea, à Præſidibus cuſtodienda: Geſta, usque dum Cæſari & Statibus relata forent, ſub fide celanda: Proteſtantes nullum Præſidem confeſſionis ſuæ habituros. Sic diſputare cœpit, 5 Febr. dicti anni, *Petrus Malvenda*, Doctor Sorbonicus, de *Juſtificatione Hominis coram Deo*; theſes ejus ſophiſticas, cum Dn. *Majoris* refutatione, legas apud *Hortlederum*, l. c., §. 17, &c., pag. 578, &c. Enimvero, cum diſputationes in infinitum trahi viderentur, Acta occluderentur, nec Proteſtantibus Collocutoribus fas eſſet, de geſtis Dominos ſuos inſtruere, Hi, inſinuatâ Præſidibus, 20 Mart., ſolenni proteſtatione, cujus formulam *Hortlederus*, l. c., §. 59, &c., p. 597, &c., exhibet, Superiorum mandato, domum reverſi ſunt, abrupto Colloquio. Conf. *Thuanus*, lib. 2 *Hiſtor.*, p. 40; *Sarpi*, l. c., lib. 2, p. m. 245, &c.; *Schilter*, de *Libert. Eccleſ. German.*, lib. 7, cap. 7, §. 6, 7, & 8, pag. 1002, &c. Obiit interea & B. *Lutherus*, 18 Febr., in patria, die, malo omine, S. *Concordiæ* ſacra. Ubi Cæſar *Ratisbonam* venit, de Proteſtantium Collocutorum diſceſſu graviter queritur, manifeſtum licet eſſet, nec animum Romano-Catholicis fuiſſe, amicabili compoſitione Religionis diſſidia tollendi, nec Proteſtantes abruptæ Collationis fuiſſe Authores. Quicquid ſit, anſam inde captabat Auguſtus ſuccenſendi Proteſtantibus, pariterque ſatisfaciendi Papæ & Concilio, præſertim, cum Moguntini & Trevirenſis Electorum Legati, mota de pacandæ Germaniæ mediis quæſtione, à reliquorum Electorum Legatis ſeceſſionem facientes, Epiſcopis ſe jungerent, reque deliberata Tridentinum Concilium approbarent, Cæſaremque, ut illud tueretur, & ſimul Proteſtantibus perſuaderet, eodem venire, ejusque cognitioni ſe ſubjicere, orarent. Apparuit tunc, quod Proteſtantium hoſtes tamdiu in cordium ſcriniis reconditum habebant. Reclamantibus enim Proteſtantibus, carere Concilium conditionibus, toties in Imperii conventibus promiſſis, & ad legitimam Germaniæ Synodum, vel Imperii Comitia provocantibus, pangitur Romæ, 25 Junii, Cæſarem inter & Papam, adverſus eos, fœdus, cujus capita *Sarpi*, l. c., lib. 2, p. m. 313, ipſamque formulam *Goldaſtus*, part. 16 *der Reichshændel*, cap. 3, p. 592, & 593, & *Hortlederus*, l. c., Tom. 2, lib. 3, cap. 3, pag. 248, &c., recenſent. Summa eſt: decretum in eos Bellum. Obducendo rebus velamine, in publicum Proteſtantibus crimini dabatur, quod Cæſari non obtemperarent: Religionis colore,

lore, apud Exteros, contra Eum machinarentur: nullis Legum vinculis aſtringi vellent: alienas poſſeſſiones, ſacras in primis, invaderent: Epiſcopatus, & Abbatias, hæreditario Jure, famililis ſuis vindicarent, haud ſemel lenitatis vià incaſſum tentatà, ſacti inſolentiores. Vid. *Hortlederus*, l. c., lib. 3, cap. 2, §. 8, 9, &c., pag. 242; *Sarpi*, l. c., p. 314, & 315. Proteſtantes contra, publico ſcripto, cujus *Sleidanus*, lib. 17 Comment., meminit, & *Hortlederus*, l. c., lib. 3, cap. XI, p. 280, &c., nec non *Lambertus Hortenſius*, de *Bello Germ.*, lib. 2, p. 57, &c., integrum ſiſtunt tenorem, 15 Julii, ab Electore Saxoniæ, *Johanne Friderico*, & Haſſiæ Landgravio, *Philippo*, emiſſo, propugnabant, Religionis cauſa bellum ſuſcipi, licito modo defendendæ. Arma igitur utrinque parantur. Saxo & Landgravius 20 Julii publicè proſcribuntur, declarati Imperii hoſtes. Banni libellus extat apud *Hortlederum*, l. c., lib. 3, cap. 16, p. 312, &c. Conf. *Hortenſius*, l. c., lib. 2, cap. 64. Quid Principes, ad ſibi impoſita crimina, reſponſi dederint, docet eorum *Fernere Ausfuhrung ihrer Unſchuld, etlicher Auflagen halber*, de an. 1546, 21 Julii, apud *Hortlederum*, l. c., cap. XIX, pag. 324, &c., quam, ſub dato: *Im Feldlager bey Petmeß, Mittwoch, den* 11 *Auguſti*, infelix belli declaratio ſecuta eſt, Imperatori, ſub tit. *einer Verwahrungs-Schriffi der Chur- und Fürſten, auch Graffen, Herren, Statte und Stande, der Augſpurgiſchen Confeſſion Einungs-Verwandten, ihrer genothdrangten, und verurſachten Kriegsrüſtung halben*, in caſtra Landshutana transmiſſa, ibid., cap 24, p. 410; hancque, à Cæſare remiſſam, nec acceptatam, acrior excepit *des Churfürſten zu Sachſen, und Landgraffen zu Heſſen Ausforderungs-Brief*, ibid., cap. 28, pag. 430. Proſcriptionis refutationes duæ, ſive proſcriptorum Apologiæ continentur ibidem, cap. 29, & 30, pag. 431 ad 458; conf. *Hortenſ.*, lib. 2; *Sarpi*, l. c., pag. 315, 334, 335, &c.; *Schilter*, l. c., §. 10, pag. 1005.

(22) Infauſtus tamen, ex parte Proteſtantium, belli exitus fuit: Cæſar enim, cum inſtructiſſimo exercitu, in Saxoniam profectus, 24 April., 1547, id eſt die Dominico: *Miſericordias Domini*, caſtra poſuit ad Albim, trajectoque flumine, apud *Mülbergam*, in *Lochavienſi* campo, Electoris exercitum proſtravit, ipſumque Principem, qui, in *Schweinhardiana* Sylva, à Germanis, Hiſpanis, & Hungaris cinctus, Germano Nobili, *Tilo von Trot*, ſe dedidit, duxit captivum. Vid. pluribus *Hortleder.*, l. c., cap. 69, p. 569 ad 574; *Lambertus Hortenſius Montfortius*, lib. 7. de *Bello Germ.*, apud *Schardium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 498, &c.; Auctor deſcriptionis hujus prælii, ibid., pag. 506, &c.; *Mameranus*, de *præcipuis Geſtis Caroli V*, ibid., p. 606; *Sleidanus*, lib. 19 Comment., p. 576, & 577; *Thuanus*, lib. 4 Hiſtor., h. a., pag. 97, &c.; *Chytræus*, lib. 16 *Saxon.*, in eod., p. 421; *Pontus Heuterus*, lib. 12 *Auſtr.*, cap. 13; *Browerus*, lib. 21 *Annal. Trevir.*, h. a., §. 53, pag. 374; *Spondanus*, Tom. 2 *Contin. Annal. Baronii*, ad h. a., §. 8, p. 503; *Palatius*, Tom. 4, de *Geſtis Pontificum Romanorum*, in vita *Pauli III*, p. 144; *Paulus Sarpi*, lib. 3 *Hiſtor. Concilii Tridentini*, h. a., pag. 460, &c.; *Bucholzerus*, *Ind. Chron.*, h. a., pag. 567, & 568; *Bæclerus*, *Hiſtoria Sec. XVI*, h. a., pag. 78; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita *Caroli V*, p. 174; *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 381, p. 454, &c.; *Fabricii Orig. Sax.*, lib. 8, pag. 43, & lib. 9, pag. 99. Hinc *Wittebergam* movit, eoque, 4 Maji, cum exercitu veniens, triduo poſt Electorem capitis damnat. Vid. *Sleidanus*, lib. 19, pag. 579; formula ſententiæ proſtat apud *Hortlederum*, l. c., cap. 70, p. 575, & 576; inter alia: *Daß bemeldter Hans Friderich, der Æchter, Ihm zu Beſtraffung, und andern zu einem Exempel, durch das Schwerdt, vom Leben zum natürlichen Gericht fürgebracht werden ſoll--- und befehlen unſern Officialen und Befehlshabern, daß ſie dis unſer Urtheil würcklich vollenziehen, dergeſtalt, daß ſie Ihn auf die darzu im Feld aufgerichtete Wahlſtatt fuhren, und daſelbſt ſolche unſer Urtheil und Erkentniß an Ihm würcklich vollziehen.* Publicatio facta eſt 10 Maji, vid. l. c., pag. 576, & cap. 81, §. 291, &c., pag. 722. Quibus conditionibus vitam ſervaverit, dicitur ibidem, lib. 3, cap. 70, §. 2, pag. 576, & cap. 81, §. 245, p. 723; *Sarp.* l. c., lib. 3, pag. 460. Duriſſima erat renunciatio Electoratus, *Mauritio* agnato addicti; in eam tamen piiſſimus Princeps nunquam conſentire voluit, qua futura Tridentinorum Patrum de Religione decreta comprobare jubebatur, poſtea etiam omiſſam. Vid. *Sarpi*, l. c. Infractis itaque Proteſtantium viribus, *Philippus*, Landgravius, *Mauritio* Electore, ipſius Genero, & *Joachimo*, Electore Brandenburgico, intercedentibus, publicamque fidem interponentibus, abſque ulla incarceratione (*ohne einige Gefängniß*) incolumem Eum iterum dimiſſum iri, Halæ Saxonum ſupplicem ſe ſiſtit Imperatori, 19 Junii; aſt, citra conventum, à Duce Albano cuſtodibus traditus, voce: *einige*, mala fide *Granvellani*, Atrebatenſis Epiſcopi, *in ewige* mutata; unde filii Ejus, *Wilhelmi*, querelæ, de an. 1552, apud *Hortlederum*, l. c., lib. 5, cap. 9, §. 2, pag. 1305; Capitulatio, ante deditionem cum eo inita, extat ibidem, lib. 3, cap. 75, pag. 579, &c. Quomodo in genua demiſſus, clementiam Cæſaris, ore cancellarii ſui, *Tilemanni Günterrode*, imploraverit, veniamque admiſſorum petierit, & quid Cæſar, per *Seldenum*, (al. *Johannem Marquardum*, Judicii Imperialis Aulici Senatorem) reſponderi juſſerit, habetur l. c., cap. 76, pag. 581, &c. notanda in *Seldeni* reſponſione phraſis: *weder mit ewigem Gefängnis*, loco: *einigen*; repetita *in der R. K. Maj. Publication der Aufhebung Landgräfflich. Acht*, ſub dato Nürmberg, *den* 16 Julii, an. 1547, apud eundem, l. c., c. 78, p. 583; ibi: *weder mit ewiger Gefängniß, &c.* Conf. *Sleidanus*, l. c., p. 581, &c.; *Hortlederus*, l. c., cap. 76, pag. 581, & 582; *Hortenſius*, l. c., pag. 503, & 504; *Thuanus*, l. c., pag. 108, & 109. per-

 peram

peram licet, Landgravii ſubmiſſionem detentionemque 20 Junii factas, arbitretur; *Bucholzerus, Ind. Chronol.*, h. a., pag. 569; *Spondanus*, l. c., §. 10, pag. 504; *Pantaleon*, l. c., & in vita *Philippi* Haſſi, l. c., pag. 295; *Bœclerus*, l. c., pag. 79. Errore typographico reperiuntur hæc apud *Chytræum*, lib. 16 *Sax.*, pag. 421, ſub 10 Junii.

(23) Excipiebant hæc Comitia Auguſtana, ann. 1547, & 1548. in quibus Concilii Tridentini recognita auctoritas, teſte Receſſu, ibi condito, §. 4, verb: *Daß die Erœrterung bemelter ſtreitigen Religion, für das allgemein Chriſtlich Concilium, ſo albereit, auf unſer Anhalten, und fürgewendten Fleiß, gen Trient indicirt, und daſelbſt angefangen, gewieſen, ordentlich gehalten, und continuirt werden ſoll, &c.:* attamen concluſum ſimul fuit, §. 6 dicti Rec: *Daß diejenigen, ſo der Augſpurgiſchen Confeſſion anhængig geweſen, und derſelben Geſandten in ſolchem Concilio erſcheinen mœgen, und daß ſie darzu, darinn, und davon, biß wieder an ihr Gewahrſam, geſichert und vergleitet, auch nothdürfftiglich gehœrt, und die gantze Tractation und Beſchluß, Gottſeliglich, und Chriſtlich, alle affect hindan geſetzt, nach Gœttlicher, und der alten Vater H. Schrifft und Lehr, furgenommen, gehandelt, und beſchloſſen, und auch eine Chriſtliche nützliche Reformation der Geiſtlichen und Weltlichen aufgericht, und alle unrechte Lehr und Mißbrauche, der Gebuhr nach, abgeſtellt werden, &c.* Inſigne ſpecimen Cæſareæ poteſtatis circa Sacra hic edidit Imperator. Quod magis erat, dabatur *Julio Pflugio*, Numburgenſi, *Michaeli Sidonio*, Merſeburgenſi, Epiſcopis, & *Johanni Agricolæ*, Islebienſi, facultas componendæ Religionis formulæ, ad finem concilii usque ſervandæ, indito ei propterea INTERIM nomine. Vid. *Sarpi*, l. c., lib. 3, p. m. 492; Publicatio facta eſt 15 Maji, ejusdem anni, teſte, in Corpore Receſſuum, *der R. K. Maj. Erklerung, wie es der Religion halben, im H. Reich, biß zu Austrag des gemeinen Concilii, gehalten werden ſoll, auf dem Reichs-Tag zu Augſpurg, den 15 Maji, im Jahr 1548, publicirt und erœffnet, und von gemeinen Stænden angenommen,* Articulorum ſunt viginti ſex. Conf. *Sarpi*, l. c., pag. 498, &c. Gravia in *Interim* ſcripta *Calvini & Bullingeri*, quorum *Melchior Adami*, in vita *Bullingeri*, p. m. 488, meminit. Hujus loci eſt ſcriptum *Johannis Amſtelodami*, Paſtoris Bremenſis, *was vor groſſe, und mannichfaltige Sünde, Unehre, und Fahrlichkeit alle diejenigen, ſo das Interim, oder Adiaphora annehmen, oder einigerley weiſe bewilligen, auf ſich laden*, de an. 1549. Strenuus propugnator Interimiſticus erat *Johannes Pfeffingerus*, ſupra laudati *Degenhardi* è fratre nepos, SS. Theol. Doctor, Profeſſor, & primus Proteſtantium Religionis, apud Lipſienſes, Superintendens, quem propterea, ſurgente Clericali bello, quod *Interimiſticum* vocant, totis viribus aggreſſi ſunt *Nicolaus Galius*, Paſtor ad D. Ulrici, Magdeburgi, edito, an. 1550, 1 Nov., Magdeburgi, *Gegenbericht, auf D. Pfeffingers, und der Adiaphoriſten geſuchte Gloſſen, über ihr Leipziſch Interim, mit einer treuen Warnung an alle Chriſten;* & *Matthias Flacius Illyricus*, cujus *gründliche Widerlegung aller Sophiſterey, ſo D. Pfeffinger, mit den andern Adiaphoriſten, das Leipziſche Interim zu beſchœnen, gebraucht*, excuſa Magdeburgi, ann. 1551, apud Chriſtianum Rœdingerum. Re vera videntes tandem Proteſtantes, omnia eo fine fieri, ut Romano-Catholici ſatis ſpatii delendæ penitus Evangelicæ Religionis lucrarentur, ad alia tranſierunt. *Mauritium* Electorem in ſpecie ſoceri Landgravii torquebat injuſta captivitas: alios irritabant exteri homines, quorum Cæſar conſilia in negotiis maximi momenti, indigenis ſpretis, adhibuit: aliis intolerabile Germanorum libertatis ſtudium fuit, quo, diſſidii Religionum favore, hæreditariam Imperator Germaniæ ſucceſſionem *Philippo* filio parabat: alii de Juribus ſuis actum clamabant: alii de violata, toties præſcripta Cæſari, Capitulatione querebantur: aliis, Tridentinorum Patrum decreta præſtolari, res viſa periculoſiſſima: aliis alia proferentibus, de quibus legi meretur *der Auszug der Beſchwerden, ſo, wieder die Freyheit Teutſcher Nation, eingefuhret, und zum Krieg Urſach gegeben, der Rœmiſchen Kœniglichen Majeſt. zu Paſſaw uberreicht*, an. 1552, apud *Hortlederum*, T. 2, lib. 5, cap. 13, pag. 1315, &c.; ut & *Auſſchreiben etlicher Churfurſten, Fürſten und Stande des H. R. Reichs, darin angezeigt ſeyn die Urſachen, derowegen Sie, und andere Chriſtliche Kœnige, Potentaten, Fürſten, Stadt und Stande, zu gegenwartigem Feldzug, und Kriegs-Rüſtung, gedrungen worden*, an. 1552, ibidem, l. c., cap. 4, pag. 1294; nec non memorabilis illa *Henrici* 2, Galliæ Regis, Epiſtola ad univerſos Imperii Proceres, in qua, *Henricum* 2, *Francorum Regem, Libertatis Germaniæ, & Principum captivorum vindicem*, ſe vocavit, apud eundem, l. c., cap. 3, pag. 1290, &c.; add. *Alberti*, Marchionis Brandenburgici, *Auſſchreiben, und Urſachen fürgenommener Expedition*, de eodem anno, ibid., cap. 5, pag. 1298, &c.; Ejusdem *Auſſchreiben an die Graffen und Ritterſchafft der Sechs Ort des Franckenlands, ſub dato Feldlæger vor Nordlingen, den letzten Aprilis*, 1552, l. c., c. 7, pag. 1303, &c.; ejusdem *Schreiben an die Stædte, Nordlingen, Schwabiſch Hall, Rotenburg an der Tauber, &c., ſub dato, Dünckelſpühl*, 25 *Mart.*, 1552, l. c., cap. 8, p. 1304, &c.; It. Landgravii *Wilhelmi Verwahrungs-Brieff. ſub dato im Feldlæger vor Schwabmeuchingen*, 8 *April.*, 1552, l. c., cap. 9, p. 1305, &c.; *Sleidanus*, lib. 24 Comment.; *Sarpi*, lib. 5.

(2) Verſabatur tunc Imperator *Oeniponte*, cum nuncius advolaret, Galliæ Regem & Proteſtantes, icto fœdere, in armis ſtare. *Mauritius* Elector, Cal. April., *Auguſta* obſidium circumpoſuit, tertio die pandenti portas. Re *Tridenti* cognita, certatim Patres inde diſcedunt; Legato etiam *Creſcentio*, ingraveſcente morbo, ſæpius delirante, Pontificis juſſu,

Seſ-

Digitized by Google

Seſſione XVI, 28 April., ipſum ſuſpenditur Concilium, Nunciis & Præſulibus Italis primum, deinde Hiſpanis, & Oratoribus Cæſareis abeuntibus. Vid. *Sarpi*, l. c., lib. 4, p. m. 643 ad 646. Appropinquante *Mauritio* ad *Oenipontem*, Cæſar, cum Comitatu Aulico, per noctem fugam capeſſit, ſumma trepidatione *Villacum*, in *Carnis*, ſe recipiens, captivo Electori, *Johanni Friderico*, 19 Maji, libertate ſimul reddita, ne *Mauritius*, paucis horis poſt *Oenipontem* victor ingreſſus, id gloriæ haberet; quod etiam Principi pergratum fuit, qui Auguſto, hoſti ſuperiori, beneficium acceptum ferre maluit, quam inimico pari, & æmulo. Vid. *Haræus*, p. 664, &c.; *Sleidanus*, lib. 23, p. 749, & 767; *Thuanus*, lib. 9, ad h. a., pag. 265, &c., & lib. 10, p. 284, &c.; *Hortlederus*, T. 2 *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 3, cap. 87, p. 933, &c., ubi Ipſius Electoris relatio liberationis ſuæ; Conf. Ejusdem Cuſtodia & liberatio, ibid., cap. 88, pag. 940, &c. ad 960; *Paulus Sarpi, Hiſt. Concil. Trident.*, lib. 4, h. a., pag. 621, &c.; *Omphrius*, in vita *Julii III*, p. 381, &c.; *Chytræus*, lib. 17 *Saxon.*, h. a., pag. 461; *Bucholzerus, Ind. Chron.*, an. eod., p. 88, &c.; *Spondanus*, T. 2 *Contin. Annal. Baron.*, h. a., §. 4, 6, 10, &c., p. 540, &c.; *Palatius*, Tom. 4, de *Geſtis Pontificum*, in vita *Julii III*, p. 174, &c.; *Fabricius*, *Orig. Saxon.*, lib. 8, p. 48; Dn. *Müllerus*, *Annal. Saxon.*, an. 1552, pag. 115, 116, &c. Interim *Mauritius* de pace cum *Ferdinando* Rege tractare cœpit. Convenerant, *Lintii*, 1 Maji, (1) proximo Pentecoſtes feſto novum Conventum *Paſſavii* celebrandum; (2) eoque vocandos, præter *Maximilianum*, Bohemiæ Regem, quatuor Electores Rhenanos, & Brandenburgicum, Archi-Ep. Salisburgenſem, Epiſcopos Herbipolenſem, Aichſtadienſem, & Paſſavienſem, nec non *Albertum* Bavarum, *Johannem* Brandenburgicum, *Henricum*, D. Brunſ. & Luneb., *Wilhelmum* Juliacenſem, *Philippum*, D. Pomeraniæ, & *Chriſtophorum* Würtembergicum, veluti Mediatores; (3) Salvum conductum hinc inde partibus dandum; (4) ſuſpendenda, durante tractatione, arma; (5) quicquid deciſum fuerit, à Cæſare confirmandum, &c. Extat Receſſus apud *Hortlederum*, l. c., lib. 5, Cap. XI, p. 1311, &c. Statuto die cœpit etiam tractatio *Paſſavii*, &, largiente Deo, 2 Auguſti, has de Religione paciſcentes tandem Leges tulerunt: (1) *Intra ſemeſtre Ordinum Imperii Conventus à Cæſare cogantur, in quibus expeditiſſime opportuna componendi ſuper Religione diſſidii ratio ineatur, ſive per Concilium Generale, ſive Nationis Concilium, ſive per Colloquium, ſive per hunc ipſum publicum omnium Ordinum Conventum*; (2) *ut tum temporis Viri pii, pacifici, ac prudentes, utriusque Religionis, æquali numero deligantur, qui in placidis & æquis diſſidiorum componendorum rationibus inveſtigandis ſedulo incumbant, easque proponant; interea neque à Cæſare, neque ab alio quovis hominum mentibus ac conſcientiis vis inferatur: nec facto, nec verbis contumelioſis, Religionis cauſa, cuiquam creetur moleſtia, ſed quiete ac pace frui omnibus permittatur*; (3) *Ut Principes, qui ſunt Auguſtanæ Confeſſionis, Eccleſiaſticis, aut diverſæ Religionis Secularibus, negotium non faceſſant, ſed in libera facultatum, dominiorum, ditionum, Jurisdictionum, ac Ceremoniarum ſuarum poſſeſſione eos relinquant*; (4) *ut in Camera Imperiali cuique jus dicatur, nullo Religionis diſcrimine, atque in Conſeſſus Judicialis partem, Aſſeſſorum numerum etiam, qui prædictæ Confeſſionis ſunt, admittantur, liberumque ipſis ſit, dum in eum locum cooptantur, per Deum & Divos, an, per Deum & Evangelia, jurisjurandi formulam malint concipere; Quod ſi* (5) *pacandæ Religionis ratio facilis non occurrat, hæc nihilominus pax & concordia in perpetuum firma rataque permaneat.* Hæc omnia *Sarpi*, l. c., lib. 4, in fine, p. m. 649, & 650. Integra formula extat in Corpore Receſſuum Imperii, nec non apud *Hortlederum*, l. c., lib. 5, cap. 14, pag. 1327, &c., *Lehmannum*, in Actis Publicis, de *Pace Religionis*, lib. 1, cap. 1, pag. 1, &c.; & Latinè, Interprete *Juſtino Goblero*, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imperial.*, p. 566, &c., & *Schilterum*, de *Pace Religioſa*, cap. 2, §. 32, pag. 120, &c. Utrumque Exemplar, anno 1707, edidit Ampliſſ. Dn. *Adamus Cortrejus*, Tom. 2 *Corporis Juris Publici*, p. 1, &c. Conf. *Haræus*, p. 666; *Chytræus*, lib. 17 *Saxon.*, p. 458, &c., & lib. 23, pag. 632; *Sleidanus*, lib. 24, pag 770, &c.; *Thuanus*, lib. 10 *Hiſtor.*, h. a., pag. 292; *Fabricius*, lib. 9 *Originum Saxon.*, pag. 106, &c.; *Browerus*, lib. 21 *Annal. Trevir.*, h. a., §. 75, p. 379; *Spondanus*, l. c., §. 10, p. 542; *Bucholzerus*, l. c., pag. 584; *Palatius*, l. c., pag. 176, & 177, & in vita *Pauli IV*, pag. 216; Dn. *Heineccius*, lib. 6 *Antiquitatum Goslarienſium*, h. a., pag. 500; Dn. *Müllerus*, *Annal. Saxon.*, ad an. 1552, p. 116, &c. Hæcque eſt ſaluberrima illa *Pax Religioſa*, perpetuo duratura, cui tot encomia competunt, in Comitiis *Auguſtanis*, an. 1555, unanimi Imperatoris, Regis Romanorum, & Statuum Imperii conſenſu confirmata. Spectat huc in primis §. 15 R. J. Auguſt., an. 1555: *Und damit ſolcher Fried auch, der ſpaltigen Religion halben, wie, aus hiebevor bemelten und angezogenen Urſachen, die hohe Nothdurfft des H. Reichs Teutſcher Nation erfordert, deſto beſtændiger, zwiſchen der Røm. Kayſ. Maj. Uns, auch Churfürſten, Fürſten und Stænden des H. Reichs Teutſcher Nation, angeſtellt, aufgericht, und erhalten werden mœchte: ſo ſollen die Kayſ. Maj. Wir, auch Churfürſten, Fürſten und Stænde des H. Reichs keinen Stand des Reichs, von wegen der Augſpurgiſ. Confeſſion, und derſelbigen Lehr, Religion und Glaubens halben, mit der That, gewaltiger weiß überziehen, beſchædigen, vergewaltigen, oder in andere wege, wider ſein Conſcientz, Wiſſen und Willen, von dieſer Augſpurgiſchen Confeſſions-Religion, Glauben, Kirchengebræuchen, Ordnungen und Ceremonien, ſo ſie aufgericht, oder nochmahls aufrichten mœchten, in ihren Fürſtenthumern, Landen, und Herrſchafften, dringen, oder durch Mandat, oder, in einiger anderer Geſtalt, beſchweren oder verachten, ſonder bey*

ſolcher

Digitized by Google

ſolcher Religion, Glauben, Kirchen-Gebræuchen, Ordnungen und Ceremonien, auch ihren Haab, Gütern, liegend oder fahrend, Land, Leuten, Herrſchafften, Obrigkeiten, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten, ruhiglich und friedlich, bleiben laſſen, und ſoll die ſtreitige Religion nicht anders, dann durch Chriſtliche, freundliche, friedliche Mittel und Wege, zu einhelligem Chriſtlichen Verſtand und Vergleichung gebracht werden, alles, bey Kayſerlichen, und Kœniglichen Würden, Fürſtlichen Ehren, wahren Worten, und Pœn des Land-Friedens, &c. Conf. *Sleidanus*, lib. 25, p. 831, &c., & lib. 26, p. 848, &c. *Chytræus*, lib. 18 *Saxon.*, ad ann. 1555, pag. 480, & 481, malè tamen *Auguſtam Vindeliciæ*, cum *Auguſta Rhætiæ*, confundens; *Thuanus*, lib. 16 Hiſt., ad h. a., pag. 462, &c.; *Lehmannus*, de *Pace Religionis*, lib. 1, cap. 2 ad 35, ubi Acta Publica; *Fabricius*, l. c., lib. 9, p. 113; Spondanus, l. c., ad an. 1555, § 3, p. 555; *Bucholzerus*, h. a., pag. 592; *Palatius*, l. c., in vita *Pauli IV*, pag. 216. Denuo hæc ratihabita ſunt R. J. *Ratisb.*, an. 1557, §. 69: *Alsdann auf Gutachten*, &c.; R. J. *Auguſt.*, an. 1559, §. 3, &c.; *Auguſt.*, an. 1566, §. 6: *Und nachdem dann, &c.*; *Spirenſ.*, an. 1570, §. 19, 21, &c; *Auguſtan.*, an. 1582, §. 9: *welche von wegen, &c.*; *Ratisbon.*, an. 1613, §. 4: *So ſeynd wir auch, &c.*; *Ratisbon.*, an 1641, §. 15: *Als auch bey, &c.*; *Ratisbon.*, an. 1654, §. 193: *wir ſetzen, und ordnen auch, &c.*; *Inſtr. Pac. Weſtphal. Cæſareo-Suecico*, Art. V, §. 1, & 10, 16, 25, 28, 29. 30, 45, & 50; It. Art. VII, §. 1; *Inſtr. Pac. Noviomag.*, an. 1679, art. 3; *Inſtr. Pac. Ryſwic.*, an. 1697, art. 3; *Capitul. Maximiliani* 2, an. 1562, §. 16: *wir ſollen auch, &c.*; *Rudolphi* 2, an. 1575, §. 2: *wir ſollen und wollen auch*, & §. 33: *wir wollen auch, &c.*; *Matthiæ*, an. 1612, §. 2: *wir ſollen und wollen auch*, & §. 39: *wir wollen auch, &c.*; *Ferdinandi* 2, an. 1619, §. 2, & 38; *Ferdinandi* 3, an. 1636, §. 2, & 40; *Ferdinandi IV*, an. 1653, §. 2, & 38; *Leopoldi I*, an. 1658, §. 2, & 38; & *Joſephi*, an. 1690, §. 2, & 37.

(25) Turbulenti hominis, fractæque pacis publicæ ſubjiciendi pœnis eſt, Pacificationi huic pragmaticæ Sanctionis denegare naturam. *Dillingenſium* impertinentem ſententiam, qua, in Tract. de *Compoſitione Pacis*, cap. 4, Quæſt 25, §. 14 usque ad 26, pag. 105 ad 112, ſolam vim fœderis, ſeu conventionis alicujus temporariæ ei tribuendam, nullatenus vim conſtitutionis Imperii, arbitrantur, dudum profligatam ſcimus. *Erneſti de Euſebiis*, civis Romani, octo Rationes, quas in *Judicio Theologico*, ſuper Quæſtione: *An Pax, qualem Proteſtantes deſiderant, ſecundum ſe ſit illicita?* contra laudatam Pacem profert, in nihilum redigit Dn. *Conringius*, Tr. de *Pace Perpetua*, lib. 1, Sect. 3, pag. 35, &c. Pontificum Romanorum fundamenta, ac ſi nulla Pacificatio Religioſa, citra ipſorum conſenſum inita, valere queat, rident *Rumelinus, ad A. B.*, Part. 3, Diſſ. 1, §. 1, p. m. 186, & *Mylerus*, ibidem, in Additionibus, pag. 687, &c. conf. *Carpzov.*, *de Lege Regia German.*, cap. 3, Sect. 7, pag. 67, &c.; *Schilter*, de *Pace Religioſa*, c. 3, §. 1, p. 188, &c.; Dn. *Cortrejus*, T. 2 Corporis Juris Publici, p. 2, §. 6. Diſputationum publicarum meminit *Lundorpius*, T. 1, l. 1, p. 122, & 142, c. 38, & p. 189, c. 58; Tom. III, l. 7, p. 558, §. 29, &c., & l. c., l. 7, cap. 12, pag. 682, &c., & lib. 8, c. 153, p. 1048, &c., ubi Edictum *Ferdinandi* 2, Imp., de *Reſtituendis Bonis Eccleſiaſticis*, ſub Dato *Wien, 6 Mertz*, an. 1629, in quo, §: *Ob dann wol*, l. c., pag. 1052, notanda verba: *Als anno 1556, wie auch hernacher, in anno 1557 und 1559, dagegen proteſtirt werden wollen, iſt es doch bey dem Religion-Frieden, als einem bereit geſchloſſenen, und mit Eydſchwur bekræfftigten Fundamental-Geſetz und Ordnung, durch welche auch der Catholiſche Theil albereit ein* Jus Acquiſitum, *ſo Ihnen nicht mehr entzogen werden kœnnen, erhalten, allerdings verblieben, &c.*; It. Tom. IV, lib. 1, cap. 3, p. 4, &c., ubi, ex literis Electoris Saxoniæ, ſub dato *Dresden*, 28 April., 1629, contra præfatum Edictum: *Religion-Friede ſey ... auf œffentlichen Reichstag geſchloſſen, und*, in forma Pragmaticæ Sanctionis, *im Reich publicirt worden, &c.*; & paulo poſt: *Religion-Frieden ſey kein* Temporal-*Werck, ſondern ein* vinculum perpetuum, *und immerwæhrendes Werck, cum* clauſula derogatoria in præteritum & futurum, *&c.* Conf. ejusdem Electoris reſponſio, an. 1631, 20 Maji, St. v., *Johanni Ruperto Hegenmüllero*, Miniſtro Cæſareo, data, l. c., cap. 44, §. 19, pag. 162; It. Memoriale circuli Franconici, in conventu Compoſitionis *Francofurti*, (*auf dem Compoſitions-Tag*) Electori Bavariæ, an. 1631, 1 Jul., St. nov., oblatum, ibidem, lib. 2, cap. 1, §. 3, pag. 221, verb: *Religion und Prophan Frieden, auch all andere heilſame Fundamental-Satzungen, Reichs-und Craiſs-Verfaſſungen, &c.*; It. Proteſtantium Replica, ad propoſitionem Cæſaream, 5-15 Sept., l. c. §. 6, p. 226: *Veſter Obſervantz des H. Reichs-Conſtitutionen, Religion-und Prophan-Friedens, und andern Fundamental-Geſetzen, &c*; Eorundem ſcriptum, 14-24 Sept. ibidem productum, l. c., §. 7, p. 226; ubi eadem occurrunt; Declaratio Romano-Catholicorum, 21 Sept., l. c., §. 8, p. 229, & 230; ibi: *was Ihnen, wieder ſolchen Vertrag, den Religion-Frieden, und andere des H. Reichs Fundamental-Geſetze, zur Ungebühr entzogen*, &c.; Gravamina Civitatum Imperii Auguſtanæ Confeſſionis, de ann. 1641, apud eundem, Tom. V, cap. 93, pag. 220, & cap. 99, p. 246: *wider den Religion-und Prophan-Frieden, auch andere heilſame Reichs-*Conſtitutiones, &c.; Gravamina Proteſtantium in genere, ann. 1641, ibid., cap. 100, pag. 247: *was für das andere erreget, ob waren etliche der* Gravaminum *durch den Religion-Frieden erlediget, welchen doch Fürſten und Stænde Augſpurgiſcher* Confeſſion *ſelbſt*, pro Sanctione pragmatica, eaque perpetua ac ſtabili, *angezogen, &c.*; Gravamina Romano-Catholicorum ejusdem anni, ibid., cap. 7, p. 327: *In dem Religion-Frieden, und andern*

dern

dern Reichs-Conſtitutionen ihre Erledigung haben, &c.; & paulo poſt: *Daß der Religion-Fried nur für ein temporal Werck, und tolerans gehalten werde, und diejenige, welche darwieder proteſtirt, nicht darzu verbunden ſeyn ſollen, hat man ſich Catholiſchen Theils, aus den alten Reichshandlungen zu erinnern, daß die Herren Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten Chur-Fürſten und Stande dergleichen auch bey vorigen Reichs-Tægen, und zwar bald nach dem aufgerichteten Religion-Frieden, als* 1557, 1559, *und* 1566, *vorgebracht, aber die Catholiſche haben ſich zu ſolchem Vorgeben niemahlen bekennet, ſondern allezeit nicht allein auf den lautern klaren Inhalt des Religion-Friedens beruffen, darinn mit ausdrücklichen Worten verſehen, daß der Religion-Fried, biß zu endlicher Vergleichung der Glaubens-Sachen, für einen beſtændigen, beharrlichen, unbedingten, für und für ewig wæhrenden Frieden, wie die* Formalia des anno 1555 *aufgerichten Religion-Friedens*, §: *und müſſen, &c., lauten, zu halten; ſondern die Catholiſche haben, noch zu allem Uberfluß, mit und neben den Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten, in dem Regenſpurgiſchen Abſchied, im Jahr* 1557, §: *ſo haben wir, &c.*, It. *Augſpurg., im Jahr* 1559, *und abermal, im Jahr* 1566, *unter Kayſer* Maximiliano 2, §: *und nachdem, &c., den Religion-Frieden, mit den darinn begriffenen, und obangezogenen* formalibus, *beſtettigt; dergleichen iſt in dem Prager Friedensſchluß auch verſehen, und in den Kayſerlichen hochbeteurten Capitulationen die Ræmiſche Kayſer, von Zeit des Religion-Friedens, allezeit ſonderbahr darzu verbunden worden, &c.* Et paſſim alibi.

(26) Atrocius in Imperii Leges peccatum committit *Burchardus* ille perſonatus, (*Andreas Erſtenberger*,) virulenti & famoſi *Autonomiæ* ſcripti Auctor, lib. 3, cap. 10, Transactionem Paſſavienſem ferro, vi, & metu, *mit Schwerd und Stangen*, per Smalcaldici fœderis ſocios, Romano-Catholicis extortam eſſe, vocandam *ein geharniſchter Friede, ein erzwungener Vertrag, welcher ein Fundament des Freyſtellionats, &c.*, jactitans; nec prudentiores ſunt *Dillingenſes*, cap. 4 *Compoſitionis Pacis*, q. 21; *Joh. Paulus Windeck*, in *Deliberationibus de hæreſibus extirpandis*, p. 324, &c. Quam nefariè hoc affirmetur, oſtendunt hactenus prolata, quibus jungendum Saxoniæ Electoris ſcriptum, de an. 1629, 28 April., Edicto Cæſareo, de *Reſtituendis Bonis Eccleſiaſticis*, oppoſitum, apud *Lundorpium*, Tom. IV, lib. 1, cap. 3, pag. 4: *der Religions-Friede ſey zwiſchen der Kayſerl. Maj. und der Kænigl. Maj. und den Catholiſchen Churfürſten und Stænden, wie auch der Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten Chur-Fürſten und Stænden*, an. 1555, *mit Ihrer allerſeits Einwilligung, auf offentlichen Reichstag, geſchloſſen, und*, in forma pragmaticæ Sanctionis, *im Reich publicirt worden. Sey zu der Zeit geſchehen, da kein Stand* in armis *ſich befunden; und dahero kein Zwang, Furcht und Betrohung vorgangen, und hætten beydertheil, nemlich die Catholiſche, und Augſpurgiſche Confeſſions-Verwandte Stænde, den beſchloſſenen Friede acceptirt, beliebet, und angenommen, &c.*

Conf. *Carpzov.*, de *Lege Regia Germanor.*, cap. 3, Sect. 6, pag. 65, &c.; *Limn.*, Tom. 1 *Jur. Publ.*, lib. 1, c. 13, §. 19, &c., pag. 241, &c.; *Strauch.*, *Diſſert. Jur. Publ. XIV, de Statu Germaniæ, poſt debellatos Smalcaldici fœderis ſocios*, t. 2, &c., p. m. 378, &c.; Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.*, *part. general.*, cap. 3, § 20, p. 57.

(*b*) PROFANAM, &c. Infelici Hildebrandinæ tyrannidis periodo, ſurgentibus in legitimum à Deo conſtitutum Magiſtratum, qui ſuperſtitioſis Cleri retibus tenebantur, publica rerum confuſio, indeque *juris manuarii*, quod vocant, *Fauſt- und Kolben-Recht*, immanitas Germaniam obruerunt, qua liberanda, *pax* quædam *Publica*, aliis *Profana*, vulgo *Landfriede*, dicta, quæ violentas invaſiones, publicas & clandeſtinas diffidationes, ambitioſas colliſiones, latrocinia, rapinas, privata bella, & quicquid Reipublicæ damno eſſet, in Imperii Provinciis ſupprimeret, viceque verſa redderet quietem, ſingulisque juribus ſuis & privilegiis pacificè gaudendi facultatem, conſtitui cœpit. *Fridericum I*, Imperatorem, jam anno 1157, in Comitiis *Roncalienſibus*, rurſusque an. 1187, in *Norimbergenſibus*, de *Pace* Edicta promulgaſſe, ſuperiori §. 10, lit. d, dictum eſt. *Philippi* Conſtitutio de *Diffidamentis*, an. 1201, extat apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, p. 367; ſub *Ottone IV* Germaniam *Pace publica* gaviſam eſſe, ex relatis ſupra, l. c., ad annos 1208 & 1209, conſtat. Non minus hos imitatus Imperator *Fridericus* 2, *Pacem Publicam*, in Comitiis *Francofurtenſibus*, an. 1234 ſanxit; vid. *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, h. a., pag. 549; ibi: *Statuimus, ut nullus, in perſona vel in rebus, alicui damnum inferat, &c.*; nec non anno 1235, in *Moguntinis*, ceu ſupra, p. 68, monitum; conf. præc. §. 10, lit. d. Conſtitutionem *Wilhelmi* Regis, an. 1255, de *Pace Publica*, legas apud Ill. Dn. *Dattum*, Vol. *Rer. German.*, lib. 1, c. IV, §. 20, p. 22. De *Rudolphi I* Conſtitutione Pacis, an. 1291, vid. ſupra l. c., ad an. 1287; *Adolfum* Naſſovium eam an. 1293 confirmaſſe, l. c., ad h. a., notavi. Has *publica* de *Pace* conſtitutas Leges novis capitibus auxit *Albertus* Auſtriacus, cujus *Erneuerte Satzung* legi meretur, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *derer Reichs-Satzungen*, in fol. 14. *Ludovici Bavari* memor *Trithemius*, in Chronico *Hirſaugienſi*, ad an. 1316, ait: *Ludovicus Rex, convocatis Principibus, cunctisque ſibi fideliter adhærentibus, Pacem, in omni Regno Germanorum, ſervandam conſtituit, latrocinia prohibuit, &c.*; & ad an. 1327: *Anno Sigismundi Abbatis decimo, in principio menſis Martii, Conventus Principum, Rege Ludovico mandante, in civitate Spirenſi habitus eſt, in quo pax Regni, per ipſum Regem, ſtatuta & confirmata fuit, Principibus, Prælatis, & Oratoribus Civitatum, & Oppidorum Regni, Germanici Regni, ſpontanea voluntate conſentientibus, &c.* Circa idem tempus, anno ſcil. 1325, in gratiam *Pacis publicæ*, Civitates, *Moguntia*, *Argentoratum*, *Wormatia*, *Spira* & *Oppenhemium*, fœdus pepigerunt, cujus formula apud *Lehmannum*, lib. VII *Chronici Spirenſis*, cap. 27,

p. 766, &c., reperitur; extenſionem ejus, biennio poſt factam, commemorat, l. c., pag. 768. de novo harum Civitatum fœdere, in favorem *Pacis* laudatæ, à *Ludovico* Imp. ſancitæ, an. 1332 inito, evolvas *Lehmannum*, l. c., cap. 30, p. 770, &c., ubi ſimul Pacis tenor. Comitiorum *Norimbergenſium* memor *Mutius*, lib. 24 *Chronicorum*, pag. 231, ait: *Imperator celebravit Norinbergæ Conventum Principum, in quo egit de Pace communi Germaniæ, & imprimis Eccleſiæ, &c.* Ad annum 1333 ſcribit *Trithemius*, l. c: *Ludovicus Imperator Conventum Principum Regni, apud Spiram, ad Feſtum S. Bartholomæi, magnum indixit, quibus ad diem præfixum convenientibus, multa ibidem, pro communi hominum pace, tractata ſunt, & in raptores atque latrones, qui viatoribus inſidiabantur, acies ordinatæ, &c.* Conf. *Bruſchius*, in *Catalogo Epiſcoporum Spirenſ*: *Habita ſunt Spiræ, anno Domini 1333, maxima Comitia ab Imperatore Ludowico Bavaro, quibus omnes Imperii Status præſentes fuerunt. Ibi de Pace, per totum Imperium Germanicum conſtituenda, & prædonum & latronum tollenda tyrannide, habitæ ſunt utiliſſimæ & graviſſimæ deliberationes, &c.* Add. *Lehman*, l. c., cap. 32, pag. 774; Dn. *Datt*, l. c., cap. 5, §. 14, pag. 27. De *Generali* ejuſdem Cæſaris *Pace*, an. 1340 in Suevia publicata, teſtatur Dn. *Datt*, l. c., §. 95, pag. 31; In Annalibus *Hainrici Rebdorfienſis*, ad an. 1345, apud *Freherum*, pag. 433, legitur: *Regni ſui XXVIII* (anno) *Idem Ludwicus Generalem Pacem in Alemania fecit, in Suevia, Bavaria, Franconia, & circa Rhenum, qualis antea longo tempore citra non eſt audita; quam juramentis ſuis firmaverunt Principes, Domini, & Civitates, & Judices ſpeciales hujus pacis ſunt dati, &c.*; & paucis interjectis: *Anno Regni ſui XXX, propter prædictam pacem, oritur diſcordia, inter Dominos & Nobiles ex una parte, & Civitates de altera, maxime in Franconia, quia tractatus Pacis prius habitos Civitates voluerunt immutare, de voluntate Ludwici, & facere firmiores: ſed Principes & Nobiles contradicunt. Unde uterque ſe parat ad arma: ſed Ludwicus intercipit, & partes concordat, &c.*

(2) *Carolum IV*, Imperatorem, de eadem pace ſolicitum fuiſſe, videre eſt ex Ejus *Landfrieden*, an. 1351, cum Electore Palatino, & Civitatibus Moguntinenſi, Argentoratenſi, Wormatienſi, & Spirenſi, ſtabilita, apud *Lehmannum*, lib. VII *Chronici Spirenſis*, cap. 47, p. 794, *&c.* Idem docet *Trithemius*, l. c., in vita Abbatis *Wichardi*, ad an. 1354: *In principio menſis Januarii Rex Carolus Conventum Principum ſolemnem habuit in Moguntia, ad quem confluentibus Principibus multis, Rex Pacem omnes jurare compulit, firmiter ſervandam, per univerſum Germaniæ Regnum, maximè in Francia Orientali, in Bavaria, in Auſtria, in Suevia, in Alſatia, in Thuringia, in Saxonia, in Marchia, in Polonia, & circa Rhenum, in Weteraugia quoque, in Haſſia, & in omnibus Provinciis aliis Regno ſubjectis. Omnes namque Principes, Epiſcopi, Duces, Marchiones, Comites, Burggravii, Landgravii, & Barones totius Regni Pacem firmam, in manus Regis Caroli, juraverunt, promittentes, ſub juramento, quod ſubditos ſibi, omnes & ſingulos, Milites, Nobiles, & Miniſteriales ad Pacis obſervantiam velint compellere, & contemptores mandatorum, juxta meritum, punire. Hac provida Regis Conſtitutione Pax confirmata, per totum Regnum optimè viguit, &c.* Nulla temporis habita ratione, in genere ſcribit *Henricus Rebdorfienſis*, l. c., p. m. 443, de Carolo IV: *Generalem Pacem fecit in Alemania, &c.* Huc etiam ſpectat *Aureæ Bullæ*, de an. 1356, cap. XVII, de *Diffidationibus, &c.* Patrem ſecutus *Wenceslaus*, itidem an. 1389, in Comitiis Francofurtenſibus, *Pacem Publicam* edixit, teſte formula, apud *Lehmannum*, l. c., lib. 7, cap. 63, p. 829, &c. Ejusdem *Pax Publica* Egrana, an. 1389, ſiſtitur à Dn. *Datto*, l. c., lib. 1, cap. IX, §. 51, &c., pag. 66, &c. De *Sigismundo* Imperatore proſtat *Publica Pax* Norimbergenſis an. 1438, ibidem, lib. 1, cap. XXII, §. 26, pag. 176. Eadem cura agitabatur *Fridericus III*, Imp., præfationi *Reformationis Francofurtenſis*, de an. 1442, propterea inſeri curans: *Wann wir nun in Anbegin unſers Regiments, auch jetzund, nach unſer Kœniglichen Krœnung, eigentlich und mannigfaltiglich unterwieſen ſeynd, und vernommen haben, daß in dem H. R. Reich, und ſonderlich in Teutſchen Landen viel Ungemacht, Vergewaltigung, auch anderer unziemlicher, und unehrlicher Angriff, und Beſchædigung geſchehen ſind, und noch beſchehen, mit Raub, Mord, und Brand, davon das H. Reich, des wir ein Mehrer genannt ſind, gar ſchædlich gemindert, und viel des Reichs Unterthanen und Getreuen, geiſtlich und weltliche Perſohnen, groß Noth, Verderbniß und Schaden tæglich leiden, als dann leider groß Klag durch die Land gehet, dadurch gemeine Nutz græßlich geirret, geſchwæcht, und unterdruckt wird; So haben wir Uns, von der Burde wegen Unſers Kœniglichen Ampts, die wir Gott zu Lob, dem H. Reich zu Ehren, und um gemeines Nutzens willen, auf Uns genommen, dazu geben, daß wir, mit allem Fleiß, ſolch Unrath, und bœſe Sachen, mit zeitigem Rath und Hülff Gottes, auch Beyſtand Unſer und des Reichs Getreuen, nach allem Unſern Vermœgen, zu tilgen bearbeiten wollen, &c.* anno 1466, in Comitiis Norimbergenſibus, novam edidit Conſtitutionem *Publicæ Pacis* Quinquennalis, apud *Goldaſtum*, *Reichs-Satz*: Tom. 2, fol. 159, & *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtit. Jur. Publ.*, pag. 154, &c., confirmatam anno 1467, in Mulbenſtadianis, apud *Goldaſtum*, l. c., pag. 182; &, an. 1471, in quatuor annos prorogatam; vid. *Kayſer Friderich des III Conſtitution und Ordnung des vierjæhrigen Landfriedens, auf dem Reichstag zu Regenſpurg*, anno Domini 1471, *am Tag Mariæ Magdalenæ aufgericht*, apud eundem, l. c., pag. 165. Quæ in Comitiis Francofurtenſibus, an. 1486, Norimbergenſibus, an. 1487, & Francofurtenſibus, an. 1489, circa eandem Pacem geſta ſint, exponit Dn. *Datt*, l. c., lib. 1, cap. 29, pag. 204, &c.

(3) Anno tandem 1495, felicibus auſpiciis, unanimi Imperatoris, *Maximiliani I*, & Statuum Imperii con-

Digitized by Google

conſenſu, lata eſt, in Comitiis Wormatienſibus, vulgatiſſima illa de *Pace Publica* Conſtitutio, (*Der Kœnigliche Landfried zu Worms*,) quæ in ſpecie hoc titulo celebratur, in perpetuum nempe duratura, nec in certum duntaxat tempus, ut præcedentes, ad Tranquillitatem publicam pertinens, cujus præſidio Imperii Cives liberè Juribus ſuis uti, & tutò vitam ducere queant. Legi hic merentur Præſationis ejus verba: *Darum, mit einmüthigem zeitigen Rath der Ehrwurdigen, Hochgebornen, unſern lieben Neven, Oheimen, Churſnrſten, Fürſten, Geiſtlichen nnd Weltlichen, Prælaten, Grafen, Herrn und Stand, haben wir, durch das heilige Reich, nnd Teutſche Nation, ein gemeinen Fried fürgenommen, aufgericht, geordnet, nnd gemacht, richsen auf, ordnen, und machen den auch, in nnd mit Krafſs dieſes Briefs, &c.; Art. I: Als daß von Zeit dieſer Verkündigung Niemands, von was Wurden, Stand, oder Weſen der ſey, den andern bevehden, bekriegen, berauben, fahen, uberziehen, und belægern ſoll, auch durch ſich ſelbſt, oder jemand anders, von ſeinet wegen, nit dienen, noch auch einig Schloß, Stædt, Mærckt, Befeſtigung, Dærffer, Hœff, oder Weyler abſteigen, oder, ohn des andern Willen, mit gewaltiger That freventlich einnehmen, oder gefæhrlich mit Brand, oder in ander weg dermaſſen beſchædigen ſoll. Auch niemands ſolchen Thætern Rath, Hülff, oder, in kein ander weiß, Beyſtand oder Fürſchnb thun; auch ſie wiſſenslich, oder gefæhrlich nicht beherbergen, behanſen, ætzen, oder trancken, enthalten, oder gedulten: ſondern, wer znm andern zu ſprechen vermeines, der ſoll ſolches thun an den Enden nnd Gerichten, da die Sach, hievor, oder jetzt in der Ordnung des Kammer-Gerichts, zu Austrag verthedingt ſind, oder künfftiglich wurden, oder ordentlich hingehœren; Art. II: Darauf haben wir alle offne Væhd und Verwahrung, durch das gantze Reich, aufgehoben und abgethan. Heben die auch hiemit auf, und thun die ab, von Rœmiſcher Kœniglicher Macht, und mit Krafft dieſes Brieffs, &c.: Art. IX: Darauf befehlen wir allen und jeden obgeſchriebenen euch auch hiemit, aus Rœmiſcher Kœniglicher Macht, bey den Eyden nnd Pflichten, die ihr uns, von des Reichs wegen, inſonderheit gethan, und bey der Gehorſame, die ihr uns, als Rœmiſchen Kœnig, ſchuldig ſeyd, nnd bey Verluſt aller Gnaden, Privilegien, nnd Rechten, ſo ihr von uns und dem H. Reich, oder andern habt, ernſtlich und feſtiglich gebietend, daß ihr dieſen obgeſchrieben Fried, nnd unſer Gebott, mit allen Puncten, Artickeln und Inhalt, ſtæt und veſt haltet, &c.* Ut ſtrictius hæc obſervarentur, promulgavit Cæſar, eodem anno, *Handlung des Friedens, Rechtens, nnd der Ordnung, zu Worms aufgericht*, an. 1495, qua nova Lege, §. 8: *nnd darauf befehlen wir*, &c., violatoribus laudatæ Pacis pœna duorum millium Marcarum auri puri, & privationis omnium Jurium & poſſeſſionum in Imperio impoſita. In Comitiis *Auguſtanis*, anno 1500, nova Capita addita ſunt, per *Erklærung des Landfriedens, zu Augſpurg, an. 1500, aufgericht*; confirmata in R. J. *Auguſt.*, an. 1510, §. 17: *weiter ſo wollen wir*, &c.; R. J. *Trevirenſ.*, & *Colonienſ.*, an. 1512, §. 3: *wir ſollen nnd wollen, &c.*, §. 8: *und ob jemands, &c.*, §. 18: *Und als eben, &c.* conf. *Ordnung des Land-Friedens zu Worms*, de an. 1521; R. J. *Wormat.*, an. 1521, §. 22, & 23, &c.; *Handhabung des Landfriedens zu Nürnberg*, an. 1522, &c.; R. J. *Spirenſ.*, an. 1529, §. 10 ad 13, &c.; *Ratisbon.*, an. 1541, §. 26, 27, & 28; *Norimberg.*, an. 1542, §. 39; *Norimberg.*, an. 1543, §. 32; *Wormat.*, an. 1545, §. 11; *Auguſt.*, an. 1548, §. 17 ad 20; *Landfried zu Augſpurg*, an. eod.; R. J. *Augnſt.*, an. 1551, §. 14 ad 26; *Auguſt.*, an. 1555, §. 11, &c.; *Kammergerichts-Ordnung zu Augſpurg*, ejusdem anni, part. 2, Tit. 9, &c.; R. J. *Ratisbon.*, an. 1557, §. 69; *Spirenſ.*, an. 1557, §. 22; *Auguſt.*, an. 1559, §. 21, &c.; *Wormat.*, an. 1564, præfat., §. 1, &c.; *Auguſt.*, an. 1566, §. 6, &c.; *Francofurt.*, an. 1569, præf., & §. 1, &c.; *Spirenſ.*, an. 1570, præfat., & §. 1, &c.; *Augnſt.*, an. 1582, §. 9, &c.; *Ratisbon.*, an. 1594, §. 25, 28, 39, 69, &c.; *Ratisbon.*, 1613, §. 4; *Ratisbon.*, an. 1641, §. 15; Capitulat. *Caroli V*, Art. 2; *Ferdinandi I*, Art. 2; *Maximiliani* 2, Art. 16; *Rudolphi* 2, Art. 2, & 33; *Matthiæ*, Art. 2, & 39; *Ferdinandi* 2, Art. 2, & 38; *Ferdinandi III*, §. 2, & 40; *Ferdinandi IV*, Art. 2, & 38; *Leopoldi*, Art. 2, & 38; *Joſephi*, Art. 2, & 37.

(4) Scriptores, qui de *Pace Publica* bene ſunt meriti, adducuntur à Dn. *Burcardo Gotthelfo Struvio*, in *Bibliotheca Juris ſelecta*, cap. XI, §. VIII, p. 389; add. *Carpzov.*, de *Regia Lege Germanorum*, cap. 3, Sect. IV, pag. 60, &c., Dn. *Datt*, per totum Opus ſuum, de *Pace Imperii Publica*, in ſpecie, lib. V, cap. 1, pag. 783, &c.

16. De *Inſtrumento Pacis* idem aſſerimus; quia & illud inſertum Receſſui Imperii, 1654.

NOTÆ.

Intelligitur hic Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, an. 1648, cum Gallis, *Monaſterii*, & Suecis, *Osnabrugæ*, uno die, ſcil. 14-24 Octob., perducto ad finem tricennali bello, initæ. Hinc vocatur *Fritſchio*, in *Manuali Juris Publici*, voc. *Pacificatio Osnabrugo-Monaſterienſis*, p. 297, *Transactio, ſive ſolennis & perpetuò duratura Conventio, inter Imperatorem ac Status imperii inter ſe, (& Regem Regnumque Galliæ, & Reginam Regnumque Sueciæ, ejusque Confœderatos,) de facienda Pace, deponendis armis, & tollendis gravaminibus, controverſiis, circa Religionem, Bona Eccleſiaſtica, adminiſtrationem juſtitiæ, aliaque negotia Imperii ſubortis, ſopiendis, anno*

1648, *unanimi conſenſu ſolenniter inita.* Commentatores ſiſtit Dn. *Struvii Bibliotheca Juris ſelecta*, cap. XI, §. VI, pag. 380, &c., & *Conſignatio Scriptorum Juris Publici*, calci *Inſtitutionum* harum annexa, tit. de *Inſtrumento Pacis.* Eminent inter eos *Tobias Pfannerus*, cujus *Hiſtoria Pacis Weſtphalicæ*, tertia vice, an. 1697, Gothæ prodiit; *Philippus Andreæ Burgoldenſis*, (Oldenburgerus) cujus *Diſcurſus in Inſtrumentum Pacis Osnabrugo-Monaſterienſe*, an. 1669, *Freiſtadii*, prelum ſubierunt; Illuſtriſſimus Auctor *Arcanorum Pacis Weſtphalicæ*, an. 1698, Francofurti, in officina *Friderici Knochii*, excuſus; & *Ahasveri Fritſchii Annotationes ad Inſtrumentum Pacis, &c.* Durior in Proteſtantes eſt Dn. *Godofredus Ferdinandus de Buckiſch & Læwenfele*, in *Obſervationibus Hiſtorico-Politicis in Inſtrumentum Pacis Ocnabrugo-Weſtphalicum*, Viennæ an. 1696 editis, audacter ſatis ſcribens ad Art. VII, Obſervat. 7, p. 585: *Hac ratione denique Religio Lutherana, & Calviniſtica, cum Catholica, in Noſtro Imperio Romano-Germanico nuper recepta, ſed non eodem modo, quoad prærogativam. Catholicorum enim, ut antiqua & univerſalis, per ſe & proprio Jure; Lutheranorum, à Catholicis ut permiſſa; Reformatorum vero, vigore Inſtrumenti Pacis, hic, in poſterum toleranda eſt. Status enim Reipublicæ tum, ita erat perturbatus, ut, ſine totali internecione, aut ſanguinis effuſione, res aliter componi nequiret. Quieſcendum ergo, & tempori aliquid condonandum erat, ne alias tota Reſpublica, &, cum ea, Eccleſia hoſpitium periret. Aliquid mali, propter vicinum malum, tolerandum eſt, &c.* Lepida eſt Innocentii X, P. R., *declaratio nullitatis* laudatæ Pacis articulorum, anno 1651 divulgata, tenorem ejus referente *Limnæo*, ad *Art. 2 Capitulationis Ferdinandi IV*, p. m. 805, & *Conringio*, de *Pace Perpetua*, pag. 108, &c.; in primis huc ſpectant verba: *Hæreticis Auguſtanæ, ut vocant, Confeſſionis liberum ſuæ hæreſeos exercitium, in plerisque locis, permittitur, & locorum, pro ædificandis ad hunc effectum templis, aſſignatio permittitur, ipſique, cum Catholicis, ad publica munia, & officia, ac ad nonnullos Archi-Epiſcopatus, Epiſcopatus, aliasque dignitates, & Beneficia Eccleſiaſtica, precumque primariarum, eidem Ferdinando in Imperatorem electo, à præfata Sede Apoſtolica conceſſarum, participationem admittuntur; Annatæ, Jura Pallii, Confirmationes, Menſes Papales, & hujusmodi Jura, ac Reſervationes in Bonis Eccleſiaſticis dictæ confeſſionis Auguſtanæ excluduntur; Confirmationes Electionum, ſeu Poſtulationum prætenſorum Archi-Epiſcoporum, aut Prælatorum, ejusdem Confeſſionis, Poteſtati ſeculari attribuuntur; Plures Archi-Epiſcopatus, Epiſcopatus, Monaſteria, Præpoſituræ, Ballivia, Commendæ, Canonicatus, & alia Beneficia, & Bona Eccleſiaſtica Principibus hæreticis, eorumque hæredibus, etiam ſublata denominatione Eccleſiaſticâ, in Feudum perpetuum, ſub dignitatis ſecularis titulo, conceduntur - - - Numerus ſeptem Electorum Imperii, olim Apoſtolica autoritate præfinitus, ſine noſtro, & Sedis noſtræ præfatæ beneplacito, augetur, & Octavus Electoratus, in favorem Caroli Ludovici, C. P. R. hæretici, inſtituitur, &c.* Quæ Vaticani Præſulis lenitatem omnino ſpirant. Quid ponderis autem iis tribuendum ſit, innuunt inſerta Articulo V Inſtr. Pac., §. 1: *Quæ vero de nonnullis in ea articulis controverſis, hac Tranſactione, communi partium placito, ſtatuta ſunt, ea, pro perpetua dictæ pacis declaratione, tam in judiciis, quam alibi, obſervanda habebuntur, donec, per Dei gratiam, de Religione ipſa convenerit, non attenta cujusvis, ſeu Eccleſiaſtici, ſeu Politici, intra vel extra Imperium, quocunque tempore interpoſita contradictione, vel proteſtatione, quæ omnes inanes, & nihili, vigore horum, declarantur, &c.* Apprimè hæc, ſpiritu quaſi Prophetico, ponuntur, quibus pariter Papali arrogantiæ obviam itum, & ſimul Proteſtationis libello, quem *Petrus à Weyms*, Burgundicæ Domus Miniſter, ipſo anno 1648, 15 Octob., *Monaſterii*, Hiſpaniarum Regis nomine, protulit, cujus formulam *Chifletius*, *in Alſatia, jure proprietatis & protectionis, Regi Catholico vindicata*, cap. 12, pag. 72, &c., & *Limnæus*, ad Art. 2 *Leopoldi I Capitulationis*, pag. 902, &c., exhibent. Utque majorem vim Inſtrumenti Pacis verba conſequerentur, denuò Art. 2 Capitulationis *Leopoldi* cautum legitur: *Auch alle wieder den Friedenſchluſs eingewendete Proteſtationes, & Contradictiones, ſie haben Nahmen, wie ſie wollen, und rühren, woher ſie wollen, nach Beſag erſtgedachten Frieden-Schluſſes, verwerffen, &c.*, quæ Art. 2 Capit. *Joſephi* repetuntur. Peculiari ſtudio Pontifici ſatisfacit B. *Conringius*, cujus *Animadverſio in Bullam Innocentii X, qua utrumque Pactum Pacis Germaniæ irritum reddere eſt conatus, &c.*, proſtat indicto Ejus Tr. de *Pace perpetua*, pag. 123, &c. Conf. Dr. *Joh. Franciſcus Berndes*, Diſſ. Inaugural., de *Negotio Capitulatione Cæſarea annullatis*, Præſide Illuſtri Dn. *Stryckio*, c. 2, §. 7, pag. 37, &c.

(2) Conſtat utrumque Inſtrumentum Prooemio, Tractatione, & Concluſione. *Cæſareo-Gallicum*, ſeu *Monaſterienſe*, mediante Venetorum Republica, confectum abſolvitur XIII Articulis. Formula reperitur apud *Lundorpium*, Tom. VI *Act. Publ.*, lib. IV, cap. 2, pag. 407, &c., ut & Tom. 1 *Theatri Pacis*, p. 206; & Illuſtr. *Puſendorf*, lib. 20 *Rer. Suec.*, §. 210, pag. 876; contenta tredecim verſibus exprimit *Rachelius*, in *Otio Noviomagenſi*, pag. 58, &c. conf. *Theatri Pacis*, l. c., pag. 205; & *Fritſchius*, *Manual. Jur. Publ.*, l. c., pag. 299, &c. Summa eſt:

(1) Sit perpetua, vera, & ſincera Pax.

(2) Sit amneſtia generalis omnium præteritorum.

(3) Paciſcentium neuter alterius hoſtes, præſentes vel futuros, nullo unquam prætextu, nullove modo juvet.

(4) Con-

(4) Controverſia Lotharingica via amicabili componatur.

(5) Dignitas Electoralis, Superior Palatinatus, & Comitatus Chamenſis maneant penes *Maximilianum*, Bavariæ Ducem, & Lineam Guilhelminam, in perpetuum, renunciantem viciſſim debito tredecim Millionum, omnique prætenſioni in Auſtriam Superiorem.

(6) In favorem *Caroli Ludovici*, ejusque Hæredum & Agnatorum, Comitum Palatinorum Rheni, Lineæ Rudolphinæ, introducitur Octavus Electoratus, reſtituto Ei, pleno Jure, Palatinatu Inferiori.

(7) Extinctâ Lineâ *Guilhelminâ*, ſuperſtes Palatina recuperet priſtinam dignitatem Electoralem, cum Superiori Palatinatu, Octavo Electoratu tunc expungendo.

(8) Controverſia *Kitzingenſis*, inter Domum Brandenburgicam, & Epiſcopos Bambergenſem & Herbipolenſem, amicabili compoſitione, aut ſummario Juris proceſſu terminetur.

(9) Domus Würtembergica reſtituatur à Gallis in integrum; ut &

(10) Domus Badenſis; &

(11) Haſſiaca, ea cum extenſione, ut Linea Caſſellana Abbatiam Hirſchfeldenſem, cum omnibus pertinentibus, ſalvo duntaxat antiquo Jure Saxonum, teneat, inſuperque in perpetuum Jure directi & utilis Dominii in Præfecturas *Schaumburg*, *Bückenburg*, *Saxenhagen*, & *Statthagen*, Epiſcopatui Mindano antehac aſſerto, fruatur, ſalva iterum Tranſactione, inter domum Brunſ. & Luneb., & Haſſiacum, *Philippumque* Lippiæ Comitem. Pro evacuatione locorum, durante bello occupatorum, ſolvatur Landgraviæ Caſſellanæ, ex Archi- & Epiſcopatibus Moguntino, Colonienſi, Paderbornenſi & Monaſterienſi, ut & Abbatia Fuldenſi, ſpatio 9 menſium, ſumma ſexcentorum millium thalerorum; habituræ interea, hypothecæ loco, *Nuſſiam*, *Coſeldium*, & *Neuhauſium*.

(12) Ratihabetur Tranſactio Landgraviorum, ſuper Succeſſione Marpurgenſi, de ann. 1648, 14 April.

(13) Confirmatur Jus Primogenituræ, tam in domo Caſſellana, quam Darmſtatina, introductum.

(14) Gaudeant Status Imperii, ſine contradictione, Jure ſuffragii, in omnibus deliberationibus, ſuper Imperii negotiis, præſertim ubi Leges ferendæ, vel interpretandæ; Bellum decernendum; Pax aut fœdera facienda, &c.

(15) In proximis Comitiis emendentur anteriorum Conventuum defectus, agaturque de concipienda conſtanti & perpetua Capitulatione Cæſarea; modo & ordine declarandi ſtatus alicujus in Bannum; redintegrandis Circulis; renovanda matricula; reducendis Statibus exemptis, &c.

(16) Competat Liberis Imperii Civitatibus non minus, quam cæteris Statibus, *Votum deciſivum*, in omnibus Imperii Conventibus; itemque Jura reliqua, ab Imperatore & Imperio legitimè impetrata.

(17) Nova vectigalia, durante bello tricennali, propria auctoritate, citra conſenſum Imperatoris & Electorum, invecta, itemque abuſus Brabantinæ Bullæ tollantur.

(18) Obtineat Rex Galliæ, in perpetuum, *Jus Superioritatis*, aliaque Jura, in Epiſcopatibus Metenſi, Tullenſi, & Virodunenſi, ad Imperium hactenus ſpectantia, ſalvo Trevirenſis Metropolitano Jure.

(19) Epiſcopatus Virodunenſis reddatur Præſuli *Franciſco*, Lotharingo.

(20) Cedant Imperator & Imperium Gallis, in perpetuum, Jure directi dominii, ſuperioritatis, &c., in *Pignarolum*.

(21) Iidem transferant in Regem Regnumque Galliæ, omnia Jura, proprietates, dominia, poſſeſſiones, & Juriſdictiones, quæ hactenus Eis, & domui Auſtriacæ competebant in *Briſacum*, *Alſatiam* utramque, *Sundgoviam*, Præfecturam Provincialem *Hagenoënſem* decem Civitatum Imperialium, in Alſatia ſitarum, cum omnimoda Juriſdictione, & Superioritate, ſupremoque dominio, absque ulla reſervatione, aut contradictione.

(22) Sit Regi Galliæ, ejusque Succeſſoribus perpetuum Jus tenendi præſidii in Caſtro Philipsburg, protectionis ergò, ſumptibus Coronæ Gallicæ ſuſtentandi.

(23) Reſtituat Rex Galliæ domui Auſtriacæ quatuor Civitates Sylveſtres: *Rheinfelden*, *Seckingen*, *Lauffenburg*, & *Waldshut*, cum omnibus eo pertinentibus; itemque Comitatum *Hawenſtein*, Sylvam Nigram, *Briſgoviam* totam, *Ortnaviam* totam, cum Civitatibus Imperialibus, *Offenburg*, *Gengenbach*, & *Cell am Hammersbach*.

(24) Immedietas Epiſcoporum Argentoratenſis & Baſileenſis, Civitatis Argentoratenſis, Præfecturæ Hagenoënſis decem Civitatum Imperii Alſaticarum, reliquorumque Imperii Ordinum maneat ſalva, ita, ut Rex Galliæ nulla Jura alia in eos prætendere queat, quam quibus Domus Auſtriaca gaviſa eſt.

(25) Rex Galliæ, in compenſationem partium ſibi ceſſarum, ſolvi curet *Ferdinando Carolo* Archi-Duci tres milliones librarum Turonenſium, annis 1649, 1650, & 1651, teneaturque duas tertias debitorum Cameræ Enſisheimenſis in ſe recipere.

(26) Confirmatur tranſactio *Cheraſcenſis*, de an. 1631, 6 April., inter Duces Sabaudiæ & Mantuæ, ratione *Montisferrati*, excepto *Pignarolo*, cum eò pertinentibus, Regi Galliæ ceſſo, qui, verſa vice, parata pecunia, Mantuano Duci, nomine Sabaudi, ſummam quadringentorum & nonaginta quatuor millium aureorum ſe ſoluturum, ſpondet.

(27) Cæſar concedet Duci Sabaudiæ, una cum Inveſtitura antiquorum Feudorum & Statuum, qualem *Ferdinandus* 2, Imp., Duci *Victori Amadeo* conceſſerat,

Digitized by Google

Inveſtituram quoque locorum, Statuum, ditionum, omniumque Jurium *Montisferrati*, cum omnibus, Tractatus *Cheraſcenſis* indeque ſubſecutæ executionis vigore, ec ſpectantibus.

(28) Cæſar non turbet Sabaudum in Jure Superioritatis, quod habet in Feudis *Rocheverano*, *Olmi*, & *Ceſola*.

(29) Cæſar declarabit, Caſtra *Reggioli* & *Luzzara*, cum territoriis, & inde pendentibus, quorum poſſeſſionem Guaſtallæ Dux Mantuano reddere teneatur, ſimul in Inveſtitura Mantuæ Ducatus comprehendi.

Reliqua evacuationem locorum reſtituendorum, ut & dimiſſionem Militum concernunt.

Inſtrumenti *Cæſareo-Suecici*, ſeu *Osnabrugenſis* Articuli ſunt XVII, quorum tenor extat apud *Lundorpium*, Tom. VI *Actor. Publ.*, lib. 4, cap. 1, pag. 382, &c.; *Theatr. Europ.*, Tom. VI, ad an. 1648, p. 658, & 690; *Theatr. Pacis*, part. 1, pag. 81, &c.; Ill. Dn. *Puſendorf.*, l. c., §. 210, pag. 854 ad 876; Ill. Dn. *Rhetz*, *Inſtit. Jur. Publ.*, in Addit.; alibi. Contenta octodecim Verſibus complectitur *Burgoldenſis*, l. c., part. 1, diſc. 2, memb. 2. Conf. *Theatr. Pacis*, l. c., pag. 80; & *Fritſchii Manuale Jur. Publ.*, l. c., pag. 298, &c. Summa hæc eſt:

(1) Sit Pax Chriſtiana, univerſalis, perpetua, & vera.

(2) Sit perpetua oblivio & Amneſtia durante bello geſtorum.

(3) Cautum eſt de dignitate Electorali Bavarica, & octavo Electoratu; nec non de reſtitutione in integrum Ducum Wiirtembergicorum, Marchionum Badenſium, aliorumque, & controverſia *Kitzingenſi*, quod in Inſtrumento Cæſareo-Gallico, §. 5, 6, 7, 8, 9, & 10, modò annotavi.

(4) Controverſia *Juliacenſis* via amicabili componatur.

(5) Tranſactio Paſſavienſis, an. 1552, & Pax Religioſa, an. 1555, confirmantur, non attenta contradictione vel proteſtatione cujusvis, in & extra Imperium, tempore quocunque interpoſita.

(6) Terminus *à quo* Reſtitutionis in Eccleſiaſticis, & quæ, intuitu eorum, in Politicis mutata ſunt, ſit dies prima Januarii anni 1624, caſſatis omnibus interim, in iſtiusmodi cauſis, latis, publicatis, & inſtitutis ſententiis, Decretis, Tranſactionibus, pactis, &c.

(7) Pluralitas votorum, in cauſis Religionem, directè vel indirectè, concernentibus, non attendatur.

(8) Si Archi-Epiſcopus, Epiſcopus, aut Prælatus, ſive Romano-Catholicorum, ſive Proteſtantium ſacra profiteatur, Religionem ſuam deſerat, eo ipſo excidat Jure ſuo, honore tamen famaque illibatis; & integrum ſit Capitulo, alium eligere Præſulem, juxta tenorem prædicti Reſtitutionis termini, adeò, ut, quæcunque Bona Eccleſiaſtica immediata, die prima Januarii anni 1624, Catholico Præſule regebantur, Catholicum Caput recipiant, verſaque vice Auguſtanæ Confeſſioni addictum, quæ Proteſtantibus tunc parebant.

(9) Jura eligendi & poſtulandi Capitulis maneant integra.

(10) Poſtulati, ſeu Electi Epiſcopi ſpondeant: ſe ſuſceptos Principatus Eccleſiaſticos, dignitates, & Beneficia nequaquam hæreditario jure poſſeſſuros, aut id acturos, ut hæreditaria fierent.

(11) Ubi Cæſar Jus Primariarum precum exercuit, exerceat etiam in poſterum, dummodo, decedente Aug. Conf. addicto, in ejus Religionis Epiſcopatibus alius ejusdem Religionis precibus Ejus fruatur.

(12) Pontificis Romani poteſtas circa ſacra in Terris Proteſtantium ceſſet.

(13) Libera & immediata Imperii Nobilitas pari Jure cum Statibus Imperii, in bonis ſuis, immediatè ab Imperatore & Imperio dependentibus, Religioſæ Pacis & hujus Tranſactionis beneficio fruatur.

(14) Statibus immediatis competat, cum Jure Territorii & Superioritatis, Jus reformandi exercitii Religionis, quoad ſubditos, conceſſo tamen Religionem mutare nolentibus emigrandi beneficio, habitaque ſemper ratione præfati Reſtitutionis termini, ne quid in ejus fraudem fiat.

(15) Pacta, inter Status Imperii, eorumque ſubditos, circa Religionem valeant, quatenus obſervantiæ dicti anni 1624 non adverſentur.

(16) Sileſii Principes Proteſtantes, Duces ſcil. in Brieg, Lignitz, Münſterberg, & Oels, itemque Civitas Vratislavienſis in libero ſuorum, ante bellum tricennale obtentorum, Jurium & Privilegiorum, nec non Auguſtanæ Confeſſionis exercitio, ex gratia Cæſarea ipſis conceſſo, manutenebuntur.

(17) Sub pœna fractæ pacis nemo Tranſactionem Paſſavienſem, Pacem Religioſam, vel hanc Tranſactionem, nec concionando, nec docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo, nec alio modo, uſpiam impugnet, dubiam faciat, aut aſſertiones contrarias inde deducere conetur.

(18) In Conventibus Imperii Deputatorum ordinariis numerus ex utriusque Religionis Proceribus æquetur. In Extraordinariis vero, ſi res inter Proteſtantes verſetur, non niſi eidem Religioni addicti deputentur; ſolique Romano-Catholici, cum controverſia Romano-Catholicos tangat; ſique lis utriusque Religionis ſocios reſpiciat, utriusque quoque confeſſionis pari numero Commiſſarii denominentur.

(19) Camera Imperii ordinatur, tam quoad paritatem Religionis, quam quoad quatuor Præſides, & quinquaginta Aſſeſſores, horumque præſentationem.

(20) Reſpublica Helvetiorum, in poſſeſſione, vel quaſi,

quaſi, plenæ libertatis, & exemptionis ab Imperio, eſſe declaratur.

(21) Reformati participes fiunt Pacis Religioſæ, hujusque Transactionis, ſalvis tamen Statuum Proteſtantium, inter ſe, & cum ſubditis ſuis, Pactis conventis, privilegiis, Reverſalibus, & diſpoſitionibus, &c.

(22) Status Imperii gaudeant iis Juribus, quorum §. 14 Inſtr. Pacis Cæſareo-Gallici memini.

(23) Non minus huc ſpectant, quæ l. c., §. 15, 16, & 17, de Perpetua Capitulatione, Voto Civitatum deciſivo, & abuſu Bullæ Brabantinæ dicta ſunt.

(24) Suecis traditur, in compenſationem ſumptuum bellicorum, (1) Tota citerior Pomerania, vulgo *Vor-Pommern*, cum Inſula Rugia, (2) è Pomerania ulteriori *Stetinum*, *Gartz*, *Dam*, *Golnau*, & Inſ. *Wollin*, cum interlabente Odera, & Mari, *das friſche Haff* vocato; annexis omnibus Juribus & poſſeſſionibus, quibus Pomeraniæ Duces gaviſi erant, in perpetuum Feudum Imperii, nec non expectantia in reliquam partem, extincta domo Brandenburgica in maſculis, (3) Quicquid Juris Duces Pomeraniæ Citerioris in Collatione Prælaturarum, & Præbendarum Capituli Caminenſis antehac habuerunt, (4) Civitas & Portus *Wiſmarienſis*, cum fortalitio *Walfiſch*, itidem perpetui Feudi Imperii jure, (5) Archi-Epiſcopatus Bremenſis & Epiſcopatus Verdenſis, (6) Jus ſuffragii inter Principes Imperii, rat. Ducatus Bremenſis, Verdenſis, & Pomeraniæ, (7) Directorium Circuli Saxoniæ Inferioris, alternis vicibus, cum Duce Magdeburgico, exercendum, ſalvo Domus Brunſuic. & Luneb. perpetui condirectorii Jure, (8) Privilegium de non appellando, (9) Jus erigendæ Academiæ, &c.

(25) Elector Brandenburgicus habeat (1) reliquam Pomeraniæ ulterioris partem, (2) Epiſcopatum *Caminenſem*, (3) Epiſcopatum *Halberſtadenſem*, cum voto & ſeſſione in comitiis, (4) Epiſcopatum *Mindanum*, cum voto & ſeſſione in comitiis, (5) Expectantiam in Archi-Epiſcopatum *Magdeburgicum*, ab obitu Adminiſtratoris *Auguſti* occupandum.

(26) Pro ceſſa Suecis Wismaria, reddantur Duci Megapolitano Epiſcopatus Suerinenſis, & Razeburgicus, titulo Principatuum Imperii ſecularium, cum voto duplici & ſeſſione in Comitiis, nec non Commendis, *Nemerow* & *Nirow*.

(27) Domus Brunſ. & Luneb. fruatur (1) Jure alternarum in Epiſcopatu Osnabrugenſi, cum Romano-Catholicis, declarato Sereniſſimo Duce *Erneſto Auguſto* futuro ſucceſſore, additaque regula, ut lineæ Ducis *Georgii* ſemper potior ratio habeatur, eaque extincta, lineæ demum Ducis *Auguſti* Guelferbytani; (2) Eidem in perpetuum Imperii feudum cedat Prælatura *Walckenried*, cum dominio *Schawen*; (3) Sereniſſimis *Anthonio Ulrico* & *Ferdinando Alberto* conferantur diræ Præbendæ in Epiſcopatu Argentoratenſi, primo vacaturæ.

(28) Satisfactio *Chriſtiani Wilhelmi*, March. Brandenb., pro ceſſa ſumma 12000 Imperialium, ſingulis annis ex Archi-Epiſcopatu Magdeburgico ſolvendorum.

Reliqua evacuationem Locorum, & exauctorationem Militum, &c. reſpiciunt.

(29) Sequitur Satisfactio Caſſellana, prout in Inſtrumento Cæſareo-Gallico, §. 11, 12 & 13, expoſita eſt.

(3) De Verſionibus Germanicis tenendum eſt, eas non valere, niſi quatenus cum textu Latino conveniant, multa enim menda complectuntur; unicum Art. V, §. 26, exempli loco, adducam, ubi, in cauſa reſtitutionis *Lindavienſis* & *Weiſenburgenſis* in Norico, verba: *reddita Sorte* vertuntur: *Bey Wieder-Erſtattung vorigen Stands*: pro: *Wieder-Erſtattung des vorgeſtreckten Capitals, &c.*; præter quod *Weiſſenburgum in Noricis* perperam reddatur: *Weiſſenburg im Nurnbergiſchen;* pro Nortgow; cum Territorium Norimbergenſe pars ſaltem ſit Norici; ceu vulgo notum.

(4) Addi poſſunt Inſtrumenta Pacis (1) *Neomagienſis*, an. 1679, 5 Febr., inter Imperatorem & Imperium ab una, Regemque Galliæ ex altera parte, mediante *Carolo* 2, Rege Britanniarum, initæ, cujus formulam legas apud *Lundorpium*, Tom. X *Act. Publ.*, cap. 200, p. 691, &c.; *Theatr. Pac.*, T. 2, p. 725, &c.; *Diarium Europ.*, Contin. 37, Append., p. 243, &c. Acta Publica ſiſtunt *Lundorp.*, l. c., ad ann. 1678, & 1679; *Theatr. Europ.*, T. XI, paſſim; *Diarium Europ.*, Contin. 37 ad 43; *Europ. Herold.*, p. 42, &c.; Dn. *Cortrejus*, T. I *Corp. Jur. Publ.*, part. 1, per tot.; Dn. *Johannes Chriſtianus Lunigius*, in *Sylloge Publicorum Negotiorum*; *Hartnac*, ad *Micrælium*, lib. 2, Sect. V, p. 550, &c. de aliis Scriptoribus, huc facientibus, evolvas Dn. *Struvii Bibliothecam Juris ſelectam*, cap. XI, §. 6, pag. 386, & Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, *Juris, quo in foro Germanè utimur, Enucleati* Procem., cap. 1, §. 12, lit. a, pag. 85; quibus jungi merentur Ill. Dn. *Ahasveri Fritſchii Adnotamenta ad Pacificationem Noviomagenſem*, de an. 1679. Summa eſt: Confirmatur Pax Weſtphalica: Renunciat Rex Galliæ juri tenendi præſidii in Caſtro *Philipsburg*: Ceditur Gallo *Friburgum*: Reſtituitur, certis legibus, Dux Lotharingiæ in integrum: *Wilhelmus Ego*, Pr. Fürſtenbergicus, libertatem conſequitur, & una cum fratre, *Franciſco Egone*, Argentoratenſi Præſule, Agnatoque, *Anthonio*, priſtinum ſtatum recuperat: Controverſia Bullionenſis amicabili via componatur, &c. (2) *Ryswicenſis*, de an. 1697, 30 Oct., mediante *Carolo XII*, Suecorum Rege, inter eosdem firmatæ. Notitiæ Ejus inſervit *Relation de ce qui s'eſt paſſé, devant & dans la Negotiation de la Paix, à Ryſwic; à la Haye*, 1697; Eandem Notis illuſtravit Ill. Dn. *Fritſchius*, an. 1699, *Rudolſtadii* excuſis. Acta Publica, doctis obſervationibus interdiſtincta, collegit Ampliſſ. Dn. *Cortrejus*, l. c., part. 3, anno 1707 edita. Conf, *Lunigius*, l. c., & *Memoires* *Poli-*

Politiques, pour ſervir à la parfaite intelligence de l' Hiſtoire de la Paix de Ryſwick, par Du Mont. Hag. 1699; Præcipua ejus Capita ſunt: Sit Pax perpetua & vera, nec non amneſtia & oblivio omnium durante bello geſtorum: Fundamentum hujus Pacis conſtituant Weſtphalicæ & Noviomagenſis formulæ: reſtituat Rex Galliæ Imperatori & Imperio, quæ, *Unionum* ſeu *Reunionum* titulo, ex ſententia dicaſterii *Metenſis & Veſontini*, Conſiliique *Briſacenſis*, via facti, iis ablata ſunt: Electori Trevirenſi reddatur *Trevirorum Auguſta*, &c., & Palatino *Germersheimium*, omniaque, vigore Pacis Weſtphalicæ, Ei competentia loca, & Jura: Controverſia Aurelianenſis, ſecundum Compromiſſi formulam, ab Imperatore & Rege Galliæ, tanquam Arbitris, juxta Leges & Conſtitutiones Imperii, decidatur; iis diſcordibus, à Papa, veluti Super-Arbitro, finienda; ſolvendis interim, ad deciſionem cauſæ usque, ſingulis annis, ab Electore Palatino, Aurelianenſi Ducіſſæ ducentis Librarum Turonenſium millibus: Sueciæ Regi integer Ducatus *Bipontinus*, ad normam Pacis Weſtphalicæ, reſtituatur: Reddantur pariter Teutonico Ordini ablata, ut & Electori Colonienſi, tanquam Principi Leodienſi, *Dinantum*; *Georgio*, D. Wurtembergico, Principatus Mompelgardenſis; Domui *Naſſovienſi*, & Comitibus *Leiningenſibus*, aliisque ſingulis ſua: Cedant Imperator & Imperium Regi Galliæ in perpetuum *Argentorato*, cum omni Jure, viciſſim reddenti Imperatori *Friburgum*, & *Briſacum*, & *Philipsburgum* illæſum: Idem Rex, propriis impenſis, ſolo æquari curabit munimenta, è Regione *Hunninga*, in dextra ripa, & Inſula Rheni, exſtructa, fundo cum ædificiis domui Badenſi reddendo, ponteque, Rheno ibi impoſito, deſtruendo; ut & munimentum, in dextra Rheni parte, è regione fortalitii *Fort Louis*, ædificatum; & novum opus, poſt Pacem Noviomagenſem, caſtro *Trarbacenſi* additum, ſicut & Fortalitium *Montroyal* ad Moſellam, *Trarbaco*, cum annexis, priſtino Domino reddendo: Arx *Kiburgenſis* itidem munimentis denudetur, in integrum reponenda Domo Salmenſi: Dux Lotharingiæ, juxta ſtatum anni 1670, exceptis hic mutatis, avitum Ducatum, omniaque ad eum ſpectantia loca & Jura recuperet: *Wilhelmus Ego Fürſtenbergius*, Cardinalis, & Argentoratenſis Præſul, reſtituatur in omnia Jura, bona feudalia, & allodialia, beneficia, honores, & prærogativas, quæ S. R. I. Membris competunt, tam ratione dicti Epiſcopatus, quam Abbatiæ *Stabloënſis*, aliasvè, &c.: Landgravii Haſſo-Rhinfelſenſes reponantur in eum ſtatum, quoad arcem *Rheinfels*, totumque Comitatum Inferiorem Catimelibocenſem, in quo eorum Pater, *Erneſtus*, ante bellum extitit, ſalvis Juribus, Landgravio Caſſellano competentibus: confirmatur Pax, anno 1696, 29 Aug., inter Regem Galliæ, & Ducem Sabaudiæ, Auguſtæ Taurinorum concluſa. Reliqua executionem Tractatus, eorumque nomina, qui hujus Pacis ſimul fiant participes, concernunt.

17. Ex dictis diſtinguunt DD. Receſſus Imperii in *Univerſales* & *Particulares*. Illos dicunt, qui in Comitiis univerſalibus ab omnibus fiunt; *Hos*, qui in particularibus, cujusmodi ſunt conventus Deputationum, ab aliquibus fiunt.

18. Præterea dividunt Receſſus in Primarios & Secundarios *(Neben-Abſcheid)*. Poſteriores concipi ſolent, quando in Comitiis concluduntur quædam, quæ in typis excuſo exemplari, propter certas cauſas, tempore promulgati Receſſus, ab omnibus adhuc legi nolunt Imperii Status, aut aliis ex cauſis, & ſervandi traduntur Moguntini Electoris *(a)* Archivo. Extat ejus exemplum in Comitiis Ratisbonenſibus, in cauſa ſubſidii Turcici, 1541, §: *Und nachdem wir ſampt Chur-Fürſten, Fürſten, &c.*, & anno 1555. Cujus ſecundarii Receſſus hæc initialia verba ſunt: *Die hernach geſchriebene Articul.* In ultima editione Receſſuum Imperii Moguntina, Anno 1660, hic Receſſus Secundarius legitur, in prioribus omiſſus. Reliqua Receſſus concernentia *vid. inf. (b) de Comitiis Imperii.*

NOTÆ.

(a) ARCHIVO, &c. Tanquam Archi-Cancellarii Imperii per Germaniam.
(b) INFERA, &c. Scil. lib. IV, Tit. 1, & 2.

19. Conſtitutiones Goldaſti omittimus; Multas enim ſuſpectæ fidei merces pro veris erudito orbi *(a)* obtrudit, cui cæteroquin diligentiæ laudem non negamus: Et hinc in re, cui aliunde fides fieri non poteſt, vix quisquam ejus ſolius authoritate ſibi aliquid plane perſuaderi patietur. *Maurit. Diſp. de Matr. Imp. theſ. 12.*

NOTÆ.

NOTÆ.

(*a*) OBTRUDIT, &c. Quam multum *Goldaſto* ab *Haimensfeld*, Nobili Helveto, debeamus, agnovit Ill. *Conringius*, in epiſtola dedicatoria, ad *Gotliebium*, Comitem de *Windiſchgratz*, diſſertationibus de *Republica* præfixa, ſtudii Juris Publici memor, ſcribens: *Cumprimis autem in Germania certius meliusque hoc ſtudiorum genus incenſum fuit initio hujus Seculi, auctore Melchiore Goldaſto, cui nemo Germaniæ rebus illuſtrandis par fuit, nec forte erit quisquam. Et vero, illius ductu, paulatim cœpit apud nos ſolito exquiſitior Reipublicæ cognitio, &c.* Idem, in Præfat. ad *Tacitum*, *de Morib. German.*, de eo ait: *Vir editis antiquis Germaniæ monumentis tam bene de Patria meritus, ut absque dubio Athenienſes illum in Prytaneo aluiſſent, ſi quidem illud in ævum incidiſſet, &c.* Pari ratione in laudes ejus ſe diffundit, cap. 21, de *Origine Juris Germanici*, pag. 124, & 125, & cap. 27, pag. 161, & paſſim alibi; aliorum encomia, in eum collata, ſiſtit *Tobiæ Magyri Eponomologium Criticum*, Edit. *Eyben.*, an. 1687, voc. *Goldaſtus*, p. m. 393, & 394. Negandum interim nec eſt, ſæpius Eum humani quid paſſum, varia Collectaneis ſuis inſerendo, quorum Originalia non in rerum Natura, minimùm quoad formam; multa enim forma literarum authenticarum Eum donaſſe, quæ ex Hiſtoricis hauſit, extra dubium eſt. Hinc idem *Conringius*, de *Orig. Jur. Germ.*, cap. 7, pag. 27, & 28, occaſione *Salicarum Legum*, quas *Goldaſtus* Tom. 3 *Conſtit. Imp.* intulit, ita de eo judicat: *Hæc Goldaſtiana ſi integræ fidei eſſent, jam Quæſtio eſſet deciſa. Verum ſunt hæc omnia, illaudabili facinore, perquam tamen Goldaſto familiari, efficta, quo nomine Goldaſtum, ex merito, acerrime increpavit Wendelinus*, cap. 2, de Lege ſcil. Salica; & cap. XVII, p. 90: *Arnolphi Leges quasdam recitat Goldaſtus, ſed non niſi ex lectione Hiſtoriarum illius ævi conſictas. Ejusdem notæ ſunt, quas Henrico I Regi adſcribit, Tomo item III Conſtitutionum. Neque enim ſtylus illam ætatem ſapit: & facile liquet, conficta eſſe ex iis, quæ narrat Witikindus*, lib. 1, *de muniendis Urbibus*, *ex conſtituto Regis illius, &c.* Acri etiam ſcripto in eum inſurrexit *Jacobus Gretſerus*, Jeſuita Theologus, cui tit: *Indiculus impoſturarum & criminum falſi, quæ Goldaſtus Calviniſta, in tertio Tomo Conſtitutionum Imperialium, commiſit, confectus ſtudio & opera Jacobi Gretſeri, Societatis Jeſu Theologi*; edidit illud *Gerhoſus Reicherſpergenſis*, in Bavaria Præpoſitus, in *Syntagmate*, *de Henricis IV & V, imperatoribus, nec non Gregorio VII, aliisque Pontificibus*, Ingolſtad., an. 1611, p. m. 93, &c.; cui tamen reſpondit *Goldaſtus*. Conf. Ampl. Dn. *Werlhof*, *Juris, quo Germani utimur, enucleati Proœm.*, cap. 1, §. 13, lit. c, p. 98, &c.

20. An Jus Juſtinianeum (*a*) pro principio Juris Publici habendum ſit? magna animorum contentione actum eſt. Putamus, Jus publicum, quod Jure Romano-Civili continetur, ad Notitiam hodierni Imperii in paucis & fortè generalibus tantùm pertinere, nec, ſine incommodis & abſurditatibus, ubique applicari poſſe; quia forma Reipubl. noſtræ & Status alius eſt. Quæ autem de cætero ex Jure civili privato afferuntur, videndum, an quæſtionis ſedes ſit in Jure privato principaliter, an in Jure publico? Si illud; non dubitamus, Jus civile privatum ut principium adduci poſſe. Exempla (*b*) ſunt: An Illuſtres Imperii noſtri pactis hæreditatem ſibi invicem deferre poſſint? an Principes Imperii tutorem teſtamento liberis dare poſſint? de Teſtamentis Principum: de jurisdictione Cameræ, an ſit delegata, an ordinaria? Si hoc; huc non niſi per comparationem pertinet. *Vide de hac quæſtione Conring. in libello de author. Juris publ. Juſtinianei in German. Dn. Tabor de Metatis & Epidemeticis*, qui Conringio contrarius eſt.

NOTÆ.

(*a*) JUSTINIANEUM, &c. In publicum proſtant *Taboris*, de *Metat.*, c. 5, §. 4, &c., adverſus *Conringium*, pro *auctoritate Juris Publici Romani*, collecta argumenta. Nucleum inde porrigit Dn. *Titius*, in *Specim. Jur. Publ.*, lib. 2, cap. 9, §. 21, &c., pag. 243, &c. Eſſe uſum *Juri Juſtinianeo* in decidendis Juris Publici controverſiis, nemo negat; quoniam vero non in totum, ſed, in ſubſidium ſaltem *Juris proprii*, receptum eſt, ideoque nec ei *legalis auctoritas* tribuenda eſt, niſi quatenus *ejus receptio* probetur. Aliud de *uſu* ejus *doctrinali* dicendum, in quantum ſcil. rationes, illuſtrantes, vel corroborantes, ſubminiſtrat. Vid. Dn. *Schilter*, *Inſtit. J. P.*, l. 1, Tit. 2, §. 13, pag. 23; Dn. *Titius*, l. c., §. 7, &c., p. 239, &c. Plura de hac materia complectitur *Conringius*, in Epiſtola ad *Chriſtianum Ludovicum*, Duc. Brunſ. & Luneb., *Taciti*, de *Germanorum moribus*, libello, quem an. 1635, & 1652 edidit, præmiſſa, quæque inter ejus Epiſtolas loco ſeptimo venit, p. m. 24, 27, & 28; nec non in Epiſtola

la, ad Dn. *Henricum Langenbeck*, Cancellarium Brunſ. & Luneb., *Joachimi Hopperi* Tr. de *Vera Jurisprudentia*, an. 1656 recuſo, præfixa, quæ inter Epiſtolas ejus quinquageſima prima eſt, §. 2, p. m. 287. & 288; It. de *Germanorum Imperio Romano*, cap. XI, §. 5, &c., pag. 105; in ſpecie in Diſſert. *de Auctoritate Juris Publici Juſtinianei in Germania*, Libro ejus de *Origine Juris Germanici*, Ed. an. 1695, annexa, p. m. 271, &c. Re vera nullatenus Germanis, Populo libero & Victori, honorificum eſſet, Legibus ſubjici Romanorum, Gentis devictæ, vel, ut mitiori vocabulo utar, in perpetuum fœdus cooptatæ; Imperator etiam, qua talis, Germanis ne quidem imperat, ſed qua Rex Germaniæ; quo fundamento itaque obſtringant Romanæ Leges Germanos, aliter, quam quatenus ſpontè, in complementum patriorum Jurium, ab iis admittuntur? & hoc eſt, quod, occurrentibus cauſis, vel Legibus Imperii, vel Obſervantia probandum venit, priusquam eis legalis adſcribatur auctoritas. Introductum autem eſſe *Jus Romanum*, in Scholas & Fora Germaniæ, ſeculo, à Nato Chriſto, decimo Quinto, pluribus clarum facere ſtudet *Conringius*, de *Orig. Jur. Germ.*, toto cap. 32, pag. 194, &c. Conf. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 78, pag. 84. Modum exponit *Conringius*, l. c., cap. 33, pag. 205; add. præced. pag. 47, lit. c. Fruſtra ex *Adelmi* Annalibus, ad an. 801, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Franc.*, p. 405, objiciuntur verba: *Poſt paucos vero dies, jubente Ipſo*, (Carolo M.) *ii, qui eundem Pontificem* (Leonem III) *anno ſuperiore depoſuerunt, in judicium adducti, &, habita de eis quæſtione*, ***ſecundum Legem Romanam***, *ut Majeſtatis rei, capite damnati ſunt, &c.* Hæc enim *Romæ* geſta Germaniam non reſpiciunt.

(*b*) EXEMPLA, &c. Conf. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, cap. VI, §. XI, &c.

21. Omne hoc Jus vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones, & alia, de quibus, *lib. 4.*

TITULUS III.

DE PERSONIS.

SUmma perſonarum diviſio hæc eſt, quod omnes homines in Imperio noſtro aut Imperantes ſint, aut parentes.

1. *Imperantes* ſunt Imperator, Rex Romanorum, Vicarii Imperii, Status Imperii, *(a)* Electores, Principes Eccleſiaſtici & Seculares, Liberæ Imperii Civitates. Imperantes vel jure independenti, & proprio, præſunt; vel jure dependenti & mandato, ut Rex Romanorum, *Vicarii Imperii.*

NOTÆ.

(*a*) IMPERII, &c. Turbam vocat Ill. Dn. Baro de *Lincker*, in Comment. ad *Capitulationem Joſephi*, Art. 37, pag. 98, qui Status Imperii *coimperantes* conſtituunt. *Limnæus* contrà, ad *Capitulationem Ferdinandi IV*, Art. 2, verb: *Haupt und Gliedern*, pag. 817, &c., inſurgit *Stamlero*, de *Reſervatis Imperatoris*, §. 12, n. 1, p. 42, Status Imperii, etiam *collectivè* ſumptos, Subditorum cenſu habenti. Ob eandem theſin carpit Ampliſſ. Dn. *Ockel*, in Diſcurſu de *Regali Poſtarum Jure Electorum & Principum Imperii*, perſonatum Dn. *Cæſareum Turrianum, in dem glorwürdigen Adler*, Oppoſ. 5, *&*. 8, pag. 60, &c. Dudum *Boeclerus*, ad *Ottonis Jus Publ.*, cap. 7, p. m. 132; *Burgoldenſ.*, ad *Inſtr. Pac.*, diſc. 23; *Cæſarinus Fürſtenerius*, cap. 19, &c.; & alii, contra *Reinkingium*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.*, lib. 1, Claſſ. 2, cap. 2, §. 71, &c., pag. 61, &c., & aſſeclas, probarunt, Imperii Status *merè & abſolutè ſubditos* non eſſe. Præjudicialis Quæſtio eſt: *Num ſumma poteſtas ſit penes unum duntaxat*, (Imperatorem) *num vero penes uno plures?* (Imperatorem & Status) In omni Civitate dari *Imperantes* & *parentes*, natura ſingularum Rerumpublicarum demonſtrat. Ea tamen non ubique eſt ſtatuenda *imperantium & parentium* conditio, ut non iidem, qui *imperant*, ſimul *parere* quandoque dici queant; alias & *Politia*, & *Ariſtocratia*, & *Oligarchia* numero Rerumpublicarum eliminandæ forent, utpote in quibus vel univerſus Populus, vel Optimates, vel Ditiſſimi *univerſim* impe-

Digitized by Google

peraut ; *ſinguli* licet obtemperent ; ceu ex Politicis notat Ill. Dn. *Conringius*, Not. ad *Lampadium*, §. XI, pag. 17. Conf. *Carpzovius*, *de Lege Regia*, cap. 13, ſect. 6, §. 29, &c., p. 344, & 345, *Ottonis* argumenta evertens; Dn. *Bohmer*, *Introd. Jur. Publ.*, part. ſpec., lib. 1, cap. 3, §. 19, lit. h, pag. 212, &c., & §. 21, lit. K, pag. 214. De *Minori* ex Receſſibus Imperii, præſertim Art. VIII, §. 2: *Gaudeant*, *Inſtr. Pac. Weſtphal.*, judicandum eſt, ubi Jus ferendarum Legum, quod præcipuus imperantium character, *aliaque Jura Majeſtatica* Imperii Statibus confirmantur; Vid. præced. Tit. 2, §. 11, lit. a. Sunt enim *Cives*, & veri Socii fœderatæ Civitatis Germanicæ, quidni ergo & ſententiam dicant de rebus, ad Societatem pertinentibus? Vid. *Conring.*, de *Republica Imperii*, Exerc. 1, de *Civib. Imperii*, *t.* 5, & 7, pag. 3, & 4. Idque fundamentum eſt formulæ: *Unſer und des H. Reichs*, *&c.*; It: *Haben ſie* (Status) *ſich mit uns*, *und wir* (Imperator) *uns mit ihnen verglichen*, *&c.* Interim tamen Status, certo reſpectu, *Subditi* quoque ſunt, quat. ſc. appellationes ad Summa Imperii Tribunalia dirigere tenentur, qui Jure *de non appellando non gaudent*, inſuperque ſententiis, adverſus ſe ibi latis, ſtare. Contra Dn. *Itterum*, de *Feudis Imperii*, cap. XIX, §. 9, pag. 839, Status Imperatori veram ſubjectionem & obedientiam debere, docentem, argumentis à *Juramento Subjectionis*, ſive *homagio*; *formulis Imperioſis*, quibus Cæſar, in Imperii Conſtitutionibus, utitur, ſub ſeveriſſimis ſæpe comminationibus & pœnis multam injungens; *modo procedendi Summis Tribunalibus uſitato*; *Læſæ Majeſtatis crimine*, quod ſtatus etiam in Imperatorem & Imperium committere queant; *propria Ordinum Confeſſione*, & denique à *nexu feudali ligio* deſumtis, quibus etiam pleriſque utitur *Limnæus*, lib. IV *Jur. Publ.*, cap. 7, §. 44, &c., p. 80, &c., Laconicè diſputat Dn. *Titius*, Diſſ. de *Habitu Territoriorum Germanicorum*, §. 67, cum quo tamen conferas, quæ §§. 60 ad 66 in medium profert. Add. Dn. *Rhetius*, *Inſtit.* J. P., lib. 4, Tit. 23, §. 13, p. 639; Ill. Dn. *Coccejus*, *Jur. Publ. Prudentia*, cap. VII, §. 5, pag. 150, &c. Injurioſus minimum in Status ſcribit *Æneas Sylvius*, in *Germania*, cap. 43, apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 237: *Quamvis Imperatorem & Regem, & Dominum Veſtrum eſſe fatemini, precario tamen Ille imperare videtur: Nulla Ejus potentia eſt: tantum Ei paretis, quantum vultis, vultis autem minimum: libertas omnibus in commune placet: neque Civitates, neque Principes, quod ſuum eſt, Imperatori præbent. Nulla Illi vectigalia, nullum ærarium: quisque ſuæ rei moderator & arbiter eſſe vult. Hinc diſcordiæ inter vos crebræ, & aſſidua bella graſſantur, ex quibus rapinæ, incendia, cædes, & mille malorum emergunt genera; quemadmodum ibi intervenire neceſſe eſt, ubi plura dominantur Capita; nam, quo pacto aliis dominentur, qui ſibi ipſis neſciunt imperare. Nulla unquam Civitas, nulla Gens, nulla Natio in aliam protraxit Imperium, niſi prius ipſa Imperium ſubivit. Diſcant ſuo Principi ſervire, oportet, qui aliis cupiunt imperare. Quod ſi vos Germani ſic divo Friderico Cæſari obedivetis, ut veſtri Progenitores primo Carolo paruerunt, haud dubium, quin priſca ad vos gloria rediret; quando viris, equis, armisque, & rei militaris peritia, non minus quam Veteres, abundatis, &c.*

2. *Parentes* ſunt omnes, præter *Imperatorem*: De quibus ſuo loco.

TITULUS IV.

DE IMPERATORE.

QUia Imperator eſt Caput Imperii, Aur. Bul. tit. 2, §: *Ich N. Ertzbiſchoff*, *&c.*; ib. *ein weltlich Haupt*, Status verò ſunt membra, unde dicuntur *Glieder des Reichs*, R. I. 1546; Prius de capite, quàm ejus membris, agendum erit. *Primò* de titulis Imperatoris. *Secundò* de Imperatoris definitione, requiſitis, præeminentia, dignitate, & inſignibus. *Tertiò* de modo eum conſtituendi. *Quartò* de Capitulatione. *Quintò* de Coronatione. *Sextò*, quibus modis eſſe deſinat.

NOTÆ.

Perantiqua eſt Ordinum Imperii Germanici diviſio in Septem clypeos militares, vulgo *die Heerſchilde*, quorum *Jus Feudale Alemannicum*, c. 1, hiſce meminit: *Alrerſt ſullent wir mergken, was die Kunig hant*

Digitized by Google

geſetzt Süben Herſchilte, der furt der Künig den Erſten; *die Pfaffen-Fürſten* den Andern; *die Leigen-Fürſten* den Ditten; *die Frigen-Herren* den Vierden; *die Mittel-Frigen* den Fünfften: *der Dienſtman* den Sechſthen; *die Semper-Lüte* den Sübenden, &c. i. e: Ante omnia notandum, ordinaſſe Reges ſeptem Nobilitatis claſſes, quarum *primam* Rex conſtituit; *ſecundam* Principes Clerici; *tertiam* Principes Laici; *quartam* Domini liberi; *quintam* Domini mediæ libertatis; *ſextam* Miniſteriales; *ſeptimam* Semper-*Leute*. In *Speculo Saxonico* antiquiſſimo, an. 1488, die Sabbati penultima Auguſti, Lipſiæ impreſſo, lib. 1, Art. 3, hæc ita redduntur: *Tu derſulven wys ſynt de Herſchilde utgelecht, der dy Koninck den Erſten het; de Biſſcope, und de Ebbete, und de Ebbetiſſen den anderen; Dy Leygen Forſten den Drudden, ſint ſe der Biſſcope Man worden ſint; De Vryen Heren den Verden; De Schepenbar Lude, und den Vrien Heren Man den Veſten; Ere Manvert de Seſte ---- alſo en weit man ok an dem Sovenden Schilde, efft he Leenrecht heben mote, &c.* Sub *Henrico IV* fieri jam doctorum Clypeorum mentionem, teſtatur *Chronicon Laurishamenſe Freheri*, pag. 78; ibi: *Communicato XII Illuſtrium Fidelium ſuorum conſilio, quo numero etiam beneficialis ſumma militaris clipei, qui vulgo dicitur Hereſchildt, Laureshamenſis Eccleſiæ adtinens, includitur, ſingulis pro quantitate Beneficiis centenos milites armatos, ut traditur, aſſignavit, &c.*; & rurſus p. 88: *Nam ſeptem Principalia Beneficia, quæ vulgo appellantur Volleben*, (forte *Vonleben* quaſi *Fanleben*) *morte ſeptem Nobiliſſimorum Eccleſiæ Fidelium, in unam perſonam Godefridi, in brevi, devoluta ſunt, &, poſt ipſum, ad Generum ejus, Ducem Welephonem, transierunt, &c.*; Rurſus, p. 91: *Militari clypeo, qui vulgo dicitur Herſchildt, &c.* Conf. *Du Freſne*, voc. *Clypeus*, p. m. 1031; *Webner, Obſ. Pract.*, voc. *Heerſchild*, p. 218, &c.; inprims Dn. *Schilteri Comment. ad Jus Feudale Alaman.*, cap. 1, §. 1, pag. 19, &c., & *Inſtit. Jur. Publ.*, lib. 1, Tit. 3, §. 6, pag. 43, & Tit. 5, §. 3, pag. 71, &c. Ampliſſ. Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione immemoriali*, p. 47, hos clypeos ita partitur, ut *primum* aſſignet Imperatori, ſeu Regi, l. c. c. 24; *ſecundum* Electoribus, c. 25; *tertium* Principibus, Marchionibus, Landgraviis, & Burggraviis, c. 26, pag. 49; *Quartum* Comitibus, & Baronibus, c. 27, pag. 50; addens, hos quatuor abſolviſſe *den Hoben Adel*; *Quintum* Miniſterialibus, l. c., pag. 62; Schöppenbaren *Leuthen*, l. c., c. 35, pag. 63; Militibus, l. c., c. 37, pag. 65; Servientibus, ſeu Gleven, l. c., c. 38, pag. 67; Armigeris, ſeu Scutiferis, l. c., c. 39, p. 71; Satellitibus, l. c., p. 74; & *denen Ehrbaren Mænnern*, l. c., pag. 76; *Sextum* recens Nobilitate donatis, nec non Equitum Subvaſallis, l. c., pag. 78; & *Septimum* Civibus, exigua Feuda poſſidentibus, de quibus tamen militares operæ non præſtandæ, l. c., c. 43, p. 80.

1. *Tituli* (*a*) alii ad antiquos tantum pertinent Imperatores; alii retinentur a noſtris. Ad iſtos refertur titulus: *Pontifex maximus*, (*b*) *Dominus*, (*c*) *Conſul*, (*d*) *Flavius*, (*e*) *&c.*, de quibus videndus *Jul. Cæſar Bulengerus, Gallus natione, Piſæ Theologiæ Profeſſor, in lib. de Imperatore & Imperio. In his ſunt Cæſaris* (*f*) *& Auguſti* nomina; quorum *illud* à Julio Cæſare, *hoc* ab Octavio Cæſare, Romanis Imperatoribus, primis quidem, quia adoptati erant, (adoptati enim patris arrogatoris prænomen, nomen & cognomen aſſumpſerunt,) poſterioribus autem, pro auſpicato omine, & propter ſingularem nominis dignitatem, placuit.

NOTÆ.

(*a*) TITULI, &c. De Titulis Imperatoris, Ejusque Inſignibus diſſertationem habuit Dn. *Fridericus Wilhelmus Ebnerus*, Patric. Norimb., Altorfii, an. 1674, Præſide Dn. *Joh. Chriſtoph. Wagenſeilio*. Addi poteſt Cl. Dn. *Becmanni Syntagma dignitatum Illuſtrium*, Diſſert. 1, cap. 3, & 4, pag. 50, &c., & diſſ. 2, de *Titulis Regiis ſpecialibus*, p. 96, &c.

(*b*) MAXIMUS, &c. Ipſos Reges *Pontificis Maximi* munus quondam obiviſſe, vel ſolus hic titulus, quo utebantur, ſucceſſuque temporis Pontificum ædes, inde *Regia* dictæ, argumento ſunt. Vid. *Iſidorus* lib. 7 *Etymolog.*, cap. 12, cujus verba *Gratianus* reperit, Diſt. XXI, C. 1; ibi: *Antea autem, qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam Majorum hæc erat conſuetudo, ut Rex eſſet etiam Sacerdos & Pontifex. Unde & Romani Imperatores PONTIFICES dicebantur, &c.* Conf. *Polydorus Vergilius*, de *Inventione Rerum*, lib. 2, cap. 2, p. 107, & lib. 4, cap. 14, pag. 373; unde ſua hauſit *Nicolaus Hunnius*, in *Apoſtaſia Romanæ Eccleſiæ*, . 316, & 317, p. m. 416, &c.; *Bellarminus*, de *Romano Pontifice*, l. 5, cap. IX, §. igitur, p. m. 897, &c., quem iterum teſtem producit *Hunnius*, l. c., §. 526, p. 778, &c. *Numa Pompilius*, *Livio* teſte, lib. 1, Sacrificiis Flamini Diali commiſſis, ad plures abiit. *Cajum Julium Cæſarem*, cum ſucceſſoribus, eundem adhibuiſſe, res eſt exploſa. Legi meretur inſcriptio illa *Claudii*, in ponte, *Danubio* impoſito:

CLAUDIO. CÆS.
AUG. GERM. PONT. MAX.

PRO-

Digitized by Google

PROVIDENTIA. AUGUSTI. VERE. PONTIFICIS. VIRTUS. ROMANA. QUID. NON. DOMET. SUB. JUGUM. ECCE. RAPITUR. ET. DANUBIUS.

Vulgatiſſimus eſt *Veſpaſiani* nummus æneus, de *Judæa capta*, cujus antica continet verba: JUDÆA CAPTA, & poſtica:

IMP. CÆS. VESP. AUG. P. M. (Pontifex Maximus) TR. PPP. COS. VIII.

Romæ, in pede Obeliſci, ab Auguſto in *Campo Martio* erecti, legitur:

CÆSAR. DIVI. J. F. AUGUSTUS. PONTIFEX. MAXIMUS. IMP. XII. COS. XI. TRIB. POT. XIV. ÆGYPTO. IN. POTESTATEM. POPULI. ROMANI. REDACTA. SOLI. DONUM. DEDIT.

Vid. *Kirchcri Oedip. Ægypt.*, Tom. 3, Syntag. 3; de L. *Septimio Severo*, ejusque filio, *Antonino Caracalla*, loquitur columna, ad viam, inter Vicum *Straswalden*, & *Salisburgum*, à Romanis militibus, per undecim millia paſſuum, ſtratam, erecta, apud *Stephanum Vinandum Pighium*, in *Hercule Prodicio*, p. 213, *Janum Gruterum*, in *Syntagmate Antiquarum Inſcriptionum*, pag. 157, & *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Vindobon.*, cap. 8, p. 666, & 667; ibi:

IMP. CAES. L. SEPTIMIO.
SEVERO. PIO. PERTINACI. AUG.
ARAB. ADIAB. PARTHICO. MAX.
BRITAN. MAX. PONTIF. MAX. TRIB.
POTES. III. IMP. VII. COS. II. P. P. PROCOS.
ET. IMP. CAES. M. AUREL. ANTONINO.
PIO. INVICTO. AUG. PARTHICO. MAX.
BRITANNICO. MAX. GERMANICO.
MAX. PONTIF. MAX. TRIB. POTES. XVI.
IMP. III. COS. IIII. P. P. PROCOS. FORTISSIMO. AC FELICISSIMO. PRINCIPI.
DOMINO. INDULGENTISSIMO.
M. (millia) P. (paſſuum) XI.

Gruterus, l. c., malè ponit M. P. LI, loco M. P. XI. De iisdem Principibus clarior eſt alia Inſcriptio, apud *Pighium*, l. c., pag. 247, & 248, *Marcum Velſerum*, *Antiq. Monument. Auguſt.*, p. 250, & 260, *Gruterum*, l. c., *Lambecium*, l. c., p. 717:

IMP. CAES. L. SEPTIMIUS. SEVERVS.
PIUS. PERTINAX. AVG. ARABICUS.
ADIABENICUS. PARTHICUS. MAX.
PONT. MAX. TRIB. POT. VIIII. IMP. XII.
COS. II. P. P. PRO. COS. ET. IMP. CAES.
M. AURELIUS. ANTONINUS. PIUS. AUG.
TRIB. POT. IIII. PRO. COS. ET. IMP.
P. SEPTIMIUS. GETA. ANTONINUS.
VIAS. ET. PONTES. REST. AB. AUG.
MIL. PAS. CX.

De aliis vid. *Roſinus*, *Antiquit. Rom.*, lib. X, cap. 39, *Boxhornius*, *ad Suetonii Cæſares*, p. 349, &c. Sed & *Conſtantinum Magnum*, reliquosque Chriſtianos Imperatores, ad *Gratianum* usque, *Pontifices Maximos* ſe vocaſſe, Auctor eſt Scriptor Ethnicus, *Zoſimus*, l. 4 *Hiſt.*, cap. 36, p. m. 435: *Conſtantinus etiam, potitus Imperio, licet is à recta ſacris in rebus via deflexerit, & fidem Chriſtianorum amplexus ſit: itemque poſt illum reliqui ordine ſequuti, & Valentinianus, & Valens*, (amictum ſacerdotalem à Pontificibus acceperunt) *Quum ergo Pontifices, ex more, talem Gratiano amictum attuliſſent, averſatus eſt id, quod petebant; ratus, non eſſe fas, ejusmodi habitu Chriſtianum uti. Quumque ſtola flaminibus reddita fuiſſet, ajunt, eum, qui dignitate princeps inter eos erat, dixiſſe: Si Princeps non vult adpellari Pontifex, admodum brevi Pontifex Maximus fiet, &c.* Quadrat huc Nummus aureus *Conſtantini*, apud Dn. *Ezechielem Spanhemium*, de *Uſu Numiſm.*, p. 711:

CONSTANTINUS. P. F. AUG. P. M. TR. PL. P. P. COS. IV. PROCOS.

ut & Inſcriptio, in Ponte Ceſtio, inſulæ Tiberinæ Romæ juncto, conſpicua, apud *Baronium*, Tom. 3 *Annal. Eccleſ.*, ad an. 312, §. 96, p. m. 95, & *Bertium*, Lib. 1 *Rer. German.*, p. 104:

DOMINI. NOSTRI. IMPERATORES. CÆSARES.
FL. VALENTINIANUS. PIUS. FELIX. MAXIMUS. VICTOR. AC.
TRIUMF. SEMPER. AUG. PONTIFEX. MAXIMUS.
GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAXIM. FRANC. MAX. GOTHIC.
MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II. P. P. P. ET.
FL. VALENS. PIUS. FELIX. MAX. VICTOR. AC. TRIUMF. SEMPER. AUG. PONTIF. MAXIMUS.
GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAXIM. FRANC. MAX. GOTHIC.
MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. COS. II. P. P. P. ET.
FL. GRATIANUS. PIUS. FELIX. MAX. VICTOR. AC. TRIUMF.
SEMPER. AUG. PONTIF. MAXIMUS.
GERMANIC. MAX. ALAMAN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC.
MAX. TRIB. POT. III. IMP. II. CONS. PRIMUM. P. P. P.
PONTEM. FELICIS. NOMINIS. GRATIANI. IN. USUM. SENATUS.
AC. POPULI. ROM. CONSTITUI. DEDICARIQUE. JUSSERUNT.

Verum, diu poſt *Gratianum*, *Anaſtaſium* quoque & *Juſtinum* Pontifices fuiſſe vocatos, probat *Goldaſtus*, in Epiſt. dedicat. Tom. III *Conſtit. Imperial.*; ut & Dn.

Thulemarius, Octovirat., cap. V, §. 26, p. m. 53; & Dn. *Becmannus*, l. c., Diſſ. 2, cap. 1, §. 8, pag. 112; Totus contrà in eo verſatur *Gretſerus*, in *Indiculo Impoſturarum & criminum falſi, quæ Goldaſtus Calviniſta, in Tertio Tomo Conſtitutionum Imperialium, commiſit*, cap. 3, p. m. 103, ut Imperatores indignos hoc titulo efficiat. Qua ratione vero Chriſtiani Principes eum admiſerint, non ſatis clarum eſt. *Baronius*, l. c., §. 98, p. 95, id propterea factum arbitratur, ut ſic Imperatoriæ dignitati Summus Pontificatus adjunctus videretur, inſuperque Summi Pontificis poteſtas foret ampliſſima, ſupra ipſos quoque Conſules, quippe qui Comitia, Religionis intuitu, ne fierent, prohibere, factaque irrita reddere potuerit, &c.; quæ & *Gretſero*, l. c., cap. 4, arrident. Verior mihi eorum eſt ſententia, qui fundamentum rei in *Poteſtate* Regum, ſeu Imperatorum, *circa Sacra*, quærunt. Vid. Dn. *Becman.*, l. c., pag. 111. Ex occidentalibus Imperatoribus *Maximilianum* I Pontificalem tiaram iterum ambiviſſe, eumque in finem Cardinalibus trecenta ducatorum millia, ſi, poſt fata *Julii*, in ejus locum eligeretur, fuiſſe pollicitum, patet ex Ipſius literis ad *Paulum Liechtenſteinium*, ſub dato *Brixen*, 16 Sept. 1511, apud *Goldaſtum*, part. 12 *der Reichshandlungen*, §. 4. p. m. 428, & 429, Dn. *Thulemarium*, l. c., §. 22, p. 50, &c., & Ill. Auctorem *des Europaiſchen Herolds*, Tom. 1, part. 4, cap. 3, p. m. 864; factum conteſtante *Spondano, Contin. Annal. Baron.*, ad annum 1511, §. 16, pag. 284; quicquid etiam *Gretſerus*, l. c., cap. 5, p. m. 123, de eo ſentiat contrarii.

(c) DOMINUS, &c. Priſcos Imperatores Paganos, titulo *Domini*, Nobilitatem ſuam potentiamque oſtendiſſe, dubio caret. Vid. *Hachenberg*, *German. Med.*, Diſſ. 2, §. 4, p. 29; de Chriſtianis Principibus teſtantur Inſcriptiones, præced. lit. b allatæ; de iisdem ſcribit *Rabanus Maurus, ad Otgarium, in Gloſſ. ad Leges Antiq: Regis Noſtri, propter Excellentiam, commune nomen Domini, ſive Dompni, effecerunt ſuum, &c.* non integrum eos nomen, ex ſacra quadam verecundia, & divinam erga Majeſtatem reverentia, adhibuiſſe, veroſimile eſt. In *Monumentis Paderbornenſibus Ferdinandi Fürſtenbergii*, p. 333, occurrit Capitulare *Caroli Magni*, cui tale initium: *Anno ab Incarnatione DOMINI Noſtri Jeſu Chriſti DCCXCVII, & XXI, ac XXII, regnante DOMNO Carolo, præcellentiſſimo Rege, &c.*; & fin. cap. 1: *De exercitu nullus, ſuper bannum DOMNI Regis, remanere præſumat, &c.* Conf. ibid. Cap. XI: *DOMNUS Rex, &c.* De *Ludovico Pio* ibidem, p. 131, proſtat Diploma, ann. 823 *Novæ Corbejæ* datum, ita ſubſcriptum: *Data VI Kal. Aug., anno, Chriſto propitio, decimo Imperii DOMNI Hludowici, piiſſimi Auguſti, Indictione prima, Actum Ingelheim, &c.* Add. Dn. *Tenzel*, in *Vindic. Conring.*, pro *Cenſura in fictitium Diploma Lindavienſe*, Append. pag. 10; alias Chartas ejuſdem Principis, idem docentes, ſiſtit Dn. *Tenzel*, l. c., pag. 3, 4, 8, 13, 19, 24, 27, 29, 31, 32, 34, 36, 47, 49, 57, 58, & paſſim alibi; de *Carolo Calvo* vid. idem, l. c., pag. 44; ibi: *Datum tertio Nonas Maji, Indictione X, Anno XXXVII Regni DOMNI Karoli, Imperatoris in Francia, &c.* Inſtrumentum *Henrici* 2, quo an. 1021, 14 Kal. Mart., donationem *Todiconis*, Warbergici Comitis, Eccleſiæ Paderbornenſi factam, confirmavit, ſignatum eſt: *Data XIIII Kal. Mart., Indictione IV, An. Dominicæ Incarnationis Milleſimo viceſimo primo, Anno vero DOMNI Henrici Secundi, regnantis XIX, Imperii autem VIII. Actum Paderbrun feliciter Amen.* Vid. *Monum. Paderborn.* cit. p. 161; de *Conrado* 2 vid. l. c., pag. 163. Ut alia multa prætercam. Pari modo Græci Cæſares Κύριοι, non Κύρ..., vocati ſunt. De Pontificibus Romanis idem notum eſt, vid. *Hadriani IV* diploma, ann. 1154, *Guichaldo*, Corbejenſi Abbati, datum, apud *Fürſtenbergium*, l. c., p. 116, ubi: *B. memoriæ DOMNII, Leo Papa, &c.* Sic & inſcriptio literarum *Hattonis* Moguntini ad Pontificem, apud *Hundium*, T. 1 *Metropol.*, p. 46: *DOMNO Sanctæ & Apoſtolicæ & Univerſalis Romanæ Eccleſiæ Papæ, &c.* Dantur tamen innumera quoque exempla, integram *Domini* appellationem præ ſe ferentia, v. g. Diploma *Ludovici Pii*, Cœnobio Montis-Olivi, Carcaſſonenſis diœceſeos, an. 815, datum, in *Appendice Capitularium Francicorum, Stephani Baluzii*, §. 28: *Datum VI Idus Decembris, Anno, Chriſto propitio, ſecundo Imperii DOMINI Ludovici, piiſſimi Auguſti, Indictione VIII, &c.* Conf. Ejuſdem Auguſti Diploma, an. 816, Cœnobio S. Michaëlis, prope Virodunum, conceſſum, apud Dn. *Mabillon*, Tom. 2 *Veterum Analectorum*, p. 408, ubi: *Detulit Nobis immunitatem DOMINI & Genitoris Noſtri, Caroli, &c.* Similiter in Privilegio immunitatis, ab eodem Principe, Abbati Bavonici Cœnobii, in Urbe Gandenſi, an. 819 conceſſo, apud *Aubertum Miræum*, in *Codice piarum donationum*, p. 55, legitur: *Detulit obtutibus Noſtris auctoritatem immunitatis DOMINI & Genitoris Noſtri, Caroli, &c.* Aliud Exemplum, de an. 828, ex *Simonis Rettenpacheri Annalium Cremsfanenſium*, lib. 1, Cap. IX, habes apud Dn. *Tenzelium*, l. c., pag. 54; & aliud, de an. 838, ex *Baluzio*, lib. 3 *Miſcellan.*, p. 155, &c., ibid., p. 61. De *Carolo Calvo* vid. Charta an. 877, qua immunitatem coenobio *S. Theofred.* confirmat, ap. Dn. *Mabillon*, lib. 6, de *Re Diplomatica*, p. 546, ubi: *Datum Kalend. Auguſti, per manus Frotarii Archi-Epiſcopi Ambaciatoris, indict. X, anno* 38 *Regni DOMINI Karoli in Francia, &c.* De *Carolo Craſſo* teſtatur diploma ann. 885, quo *Cuciacum* Nivernenſi Epiſcopo ſubjicitur, apud eundem, l. c., p. 554: *Data XVI Kal. Septembris, Anno Incarnationis Domini* 885, *Indict. IV, anno autem Regni DOMINI Karoli, piiſſimi Imperatoris, in Italia V, in Francia IV, in Gallia II. Actum Attiniaco Palatio, &c.* Ex Recentioribus nominari meretur fœderis formula Civitatum Moguntiæ, Argentorati, Spiræ, Wormatiæ, & Oppenheimii, de an. 1332, apud *Lehmannum*, lib. 7

Chron.

Digitized by Google

Chron. Spirenſ., cap. 30, p. 770: *Daß wir den Landfrieden, den der Uſſerlüchte Herr, unſer HERR Kayſer Ludewig, gemacht, &c.* Reges hodiè indiſtinctè compellantur: SIRE, vocabulo DOMINUM per eminentiam denotante, Conſ. Dn. *Becmann*, Syntagm. *Dignitatum Illuſtr.*, Diſſ. 1, cap. 4, §. 3, p. 71.

(*d*) CONSUL, &c. Uſi ſunt hoc titulo Imperatores, in memoriam Conſulum, penes quos Summa rerum ſtabat. Abolevit eum *Juſtinianus*, *Triboniano* impellente, arg. Nov. 105, à *Juſtino*, an. 566, reſtauratum, iterumque, ſucceſſu temporis, extinctum. *Clodoveum*, Francorum Regem, ab *Anaſtaſio* Imperatore Codicillos de *Conſulatu* accepiſſe, præced. Tit. 2, §. 10, lit. i, v. 24, dictum eſt; de *Theodorico* Rege, à *Zenone* Imperatore, *Conſule* creato, legas *Jornandem*, de *Rebus Geticis*, cap. 86, p. m. 749: *Rex Theodemir, in Civitate Certas, fatali ægritudine occupatus, vocatis Gothis, Theodericum filium Regni ſui deſignat hæredem, & ipſe mox rebus humanis exceſſit. Theodericum vero Genti ſuæ Regem, audiens, ordinatum, Imperator, Zeno, grave ſuſcepit, eique evocatoria deſtinata, ad ſe in Urbem venire præcepit, dignoque ſuſcipiens honore, inter Proceres ſui palatii collocavit; &, poſt aliquod tempus, ad ampliandum honorem Ejus, in arma ſibi Eum filium adoptavit, de ſuisque ſtipendiis triumphum in Urbe donavit; factusque eſt Conſul ordinarius, quod ſummum bonum, primumque in mundo decus edicitur, &c.* Conſ. *Conring.*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 5, §. 10, pag. 21. Ipſum *Carolum Magnum* Conſulatus vocabulo ab initio delectatum fuiſſe, *ex præfatione Capitulorum Legibus Longobardicis adjectorum*, an. 801, ubi: *Anno Regni noſtri in Francica 33, in Italia 22, Conſulatus autem Noſtri primo, &c.*, obſervavit Dn. *Schilterus*, *Inſtit. Jur. Publ.*, lib. 1, Tit. 14, §. 7, p. 132, & 133.

(*e*) FLAVIUS, &c. Deſcendit hic titulus à *Tito Flavio Veſpaſiano*, *Titi Flavii Sabini* filio, & *Titi Flavii*, Pompejanarum partium Centurionis, nepote, qui; Populo acceptus, admittendi ejus Succeſſoribus auctor fuit. Vid. *Inſcriptiones Gruterianæ*, paſſim. Totam Gentem *Flaviam*, ab Italo capillitii flavi, vocari, docet *Corvinus*, in *Fonte Latinitatis*, p. 2, tit. *Flavius*. *Juſtinianus* eo uſus noſcitur, vel ſolo proœmio Inſtitutionum teſte: *Imperator, Cæſar, Flavius, Juſtinianus, &c.* Longobardi eundem Regibus ſuis dederunt; vid. *Paulus Diaconus*, lib. 3, de *Geſtis Longobardorum*, cap. 8, p. m. 384: *Langobardi, cum per annos decem ſub poteſtate Ducum fuiſſent, tandem communi conſilio Autharum, Clephonis, ſupra memorati Principis, filium, Regem ſibi ſtatuerunt; Quem etiam, ob dignitatem, Flavium appellaverunt. Quo prænomine omnes, qui poſtea fuere Langobardorum Reges, feliciter uſi ſunt, &c.* Perinde & Hiſpaniæ Reges Gothicos cognomen hoc ſibi arrogaſſe, & quidem, ut *Chiffletius*, in *Vindiciis Hiſpan.*, p. 350, putat, Auctore *Ricaredo I*, in Concilio Toletano III, refert *Du Freſne*, Gloſſar., voc. *Flavi*, p. 462, ubi plura, hæc illuſtrantia. Add. *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 2, p. 100.

(*f*) CÆSARIS, &c. *Cajus Julius Cæſar*, Gentis *Juliæ*, à *Julio Aſcanio*, de quo *Glandorpii Onomaſticon Romanum* inſpicias, nomen ducentis, *Regium* titulum Romano Populo nauſeæ eſſe animadvertens, Rex ſalutatus, *Cæſarem ſe, non Regem eſſe*, reſpondit; vid. *Suetonius*, in Ejus vita, cap. 79, p. m. 49; maſcula prole orbatum ad plures ſe abiturum cum cerneret, hæredem ſcribebat *Octavium*, ſeu *Octavianum*, qui, Romanorum more, de quo l. 63, §. 10 ff., ad *SCt. Trebell.*, fidem facit, aſſumpto Teſtatoris nomine, *Cæſarem* ſe vocare cœpit; à quo tempore Familiæ titulum in dignitatem tranſiiſſe, in aprico eſt. Quam celebre nomen fuerit, docet *Juſtinianus*, Nov. 30, princ: *Apud omnes Terræ populos nominatiſſimum Cæſaris nomen eſt, & Nos, præter omnes alias Imperatoriæ Majeſtatis notas, eo gloriamur, &c.* Evenit autem deinceps, ut ii tantum *Cæſares* vocarentur, qui, viventibus Imperatoribus, deſtinati erant ſucceſſores; Sed ubi Regiminis facti ſunt participes, æquali cum Imperatoribus titulo & honore utebantur, quod primum, imperante *Marco Antonino*, qui fratrem, *Lucium Verum*, Imperii declaravit ſocium, *Cæſaremque Auguſtum* dixit, duobus ſic *Auguſtis*, novo plane exemplo, ſummam rerum, pari auctoritate, adminiſtrantibus, contigiſſe, ex *Ælio Spartiano*, in *Ælio Vero*, Cap. V, & *Julio Capitolino*, in *Marco*, cap. 7, diſcere eſt. Diſcriminis exemplum præbet *Eutropius*, lib. X *Hiſt.*, cap. 4, §. 4, p. m. 253, ubi: *Res Romana ſub uno Auguſto, & tribus Cæſaribus, quod nunquam alias, fuit, &c.*; & Auctor *Vitæ Conſtantini Magni*, lib. 4, cap. 68, p. m. 561: *Nec multo poſt eosdem non Cæſares appellari voluerunt, ſed Auguſtos: quod nomen Summi Imperii velut quoddam inſigne eſt, &c.* Nonnunquam tamen pro ipſo *Imperatore* uſurpatum fuiſſe, ex *Tacito* probat Dn. *Schilterus*, *Inſtit. J. P.*, lib. 1, Tit. 14, §. 3, p. 129; conſ. *Limn.*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 1, §. 22, &c., pag. 3; Dn. *Becman*, de *Dignit. Illuſtr.*, Diſſ. 2, cap. 1, §. 1, &c., pag. 96, &c.; Clariſſ. Dn. *Seburtzfleiſch*, Diſſ. de *Titulo Auguſti*, §. 9, & 10, pag. 7, &c.

2. Cæſaris appellationem (*a*) non admiſit *Carolus M.* & ejus Poſteri; quia *Auguſti* & *Imperatoris* nomina, Romæ delata, uſurparunt. His titulis poſtea abſtinuit (*b*) *Carolus Calvus*, & ejus Poſteri, antequam à Pontificibus coronati & uncti eſſent. *Onuphrius Panvinius de Co-*

mi-

Digitized by Google

mitiis Imper. c. 5. Fridericus II, in epiſtola ad S. P. Q. R., ſe vocat Romanum Cæſarem. Goldaſt. *Tom. 3, pag. 394.* Limnæus *(c)* putat, *Wilhelmum*, Hollandiæ Comitem, hoc primum feciſſe. *Ludovicus IV* ſe appellat Cæſarem Auguſtum. *Goldaſt. Tom. 3 Conſt. pag. 410.*

NOTÆ.

(*a*) NON ADMISIT, &c. Niſi raro. Admiſit tamen, in formula *Diviſionis Regni inter Filios*, in Comitiis Theouvillanis, an. 806, apud *Pithæum*, pag. 283, *Baronium*, Tom. IX *Annal.*, ad h. a., pag. 532, & *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, p. 145, quam ſic orditur: *In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Imperator, CÆSAR, Carolus, Rex Francorum Invictiſſimus, & Romani Rector Imperii, Pius, Felix, Victor ac Triumphator, Semper Auguſtus, &c.* Conf. Capitulare ejusdem, de an. 806, apud *Baluzium*, Tom. 1 *Capit.*, col. 439; Dn. *Mabillon, de Re Diplomatica*, lib. 2, cap. 3, pag. 74: & Dn. *Schilterum, Inſtit. Jur. Publ.*, Tom. 1, lib. 1, Tit. XIV, §. V, p. 130.

(*b*) CAROLUS CALVUS, &c. *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imper.*, cap. V, p. m. 57, & 58, *Carolum Craſſum* hoc nomine producit, re vera *Calvum* intelligens, teſtibus ejus verbis: *Illud autem non ignorandum, à quatuor primis Francorum Imperatoribus minimè obſervatum fuiſſe, quod ſequentes Principes religioſe admodum coluere. Ipſi enim, cum ex ſola hæreditate, nullo Electionis jure, ſibi invicem ſucceſſiſſent, AUGUSTI, vel IMPERATORIS nomen, non die ſuæ Coronationis, à Romano Pontifice aſſumpſere, ſed eo potiſſimum die, quo à Patre appellabantur IMPERATORES, à quo etiam die Imperii annos numerare ſolebant, nulla habita conſecrationis Pontificiæ ratione. Id autem ſatis ex Eorum Privilegiis & Diplomatibus liquet, in quibus, tam ante, quam poſt Romani Pontificis Coronationem, ſe ipſos Imperatores Cæſares Auguſtos appellant. Quod nullus ſequentium deinceps Imperatorum fecit: Qui, ante Pontificiam Coronationem, ſe Reges tantum, vel Electos Imperatores appellare conſueverunt: poſt ſupremam vero, quæ Romani Pontificis erat, Unctionem omnes Antiquorum Auguſtorum titulos aſſumere ſolebant. Idque primus omnium obſervavit Carolus 2, cognomine Craſſus, Ludovici Pii Imperatoris natu minor filius;* (ergo Calvus) *Qui cum, poſt mortem Ludovici 2 Imperatoris, fratris ſui, Lotharii Auguſti, filii, ſtatim Imperator appellatus fuiſſet, non tamen ſe Imperatorem, vel Auguſtum nominavit, ſed tantum Regem Francorum, uſque ad 8 Kal. Januar. proximas ineuntis Anni Chriſti 866, quo die, à Joanne Papa VIII, Romæ inunctus, & Imperator coronatus fuit; à quo tempore deinceps ſe & Imperatorem, & Auguſtum dixit, &c.* Rationem facti exponit, pag. 59: *Ejus autem rei cauſa fuit, quod Ipſe primus omnium Imperium, nec ſola hæreditate, nec ſola Electione, habuit. Nam neque hæres à Ludovico 2, Imperatore,* (ejus, è fratre Lothario, nepote) *ſine liberis decedente, inſtitutus fuerat, neque ab ullo electus, ſed, per ſe ipſum, Imperii titulum accipiens, (tanquam is, ad quem hæreditario jure pertineret, quod Ipſe Imperatoris filius, & defuncti Auguſti Patruus fuiſſet,) Pontificiam Imperii coronam, Romanique Populi conſenſum, magna pecunia, emit: multi enim præterea tunc erant Ludovici Imperatoris mortui Propinqui, qui ad Imperium aſpirabant: ut Ludovicus, ipſiuſmet Caroli natu grandior frater, & Ejus filii, Germaniæ Reges, &c.* Senſus non eſt, ac ſi Pontificis eſſet, Imperatoribus largiri titulos, ut *Hildebrandina* hæreſis poſtea introduxit; Ratio Status erat, aliter non agi, ne *Carolus* vi & impetu Imperium invadere, ſeque invitis obtrudere videretur. Conſultum igitur fuit, reverentia quadam, auro ſociata, delectabili Romanis condimento, ſummi Pontificis, primarii veluti Civis, reliquorumque Romanorum favorem demereri. Quid autem præjudicii hoc afferat Ejus Succeſſoribus? Vid. ſeq. Tit. VIII, §. 2, lit. z.

(*c*) LIMNÆUS, &c. i. e. lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. 1, §. 27, p. 4, qui l. c., §. 25, *Canin.* diſcurſ. ad A. B., p. 12, producit, *Henricum Sanctum* hoc nomine laudantem. *Boeclerus, Notit. Imper.*, cap. 4, p. 64, & 65, eſt pro *Ludovico Bavaro*, argumento Ejus Edicti, de an. 1338, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, pag. 410, ubi: *Imperator Ludovicus IV, divino duntaxat munere Cæſar Auguſtus, univerſis Chriſtianis ſalutem, &c.* De *Friderico* 2 teſtatur ejus Epiſtola ad S. P. Q. R., apud *Goldaſtum*, l. c., p. 394, verb: *Noſtrum ſanguinem, utpote Romani Cæſaris, Catholicæ fidei defenſoris, ſic unanimiter ſitiebant, &c.*

3. (*a*) *Auguſti* titulus, quamvis in Poſteris Caroli M. eviluerit *(b)*; tamen à tempore *Ottonum* ſemper poſtea in uſu fuit, cui *Fridericus I (c)* adjecit vocabulum: *ſemper. vid. Gold. Tom. 1, pag. 270, & alibi.* Non videtur hoc factum eſſe ex conſilio Doctorum Romani Juris, tunc in Italia refloreſcentis; ſed ut, ſicut Imperium eſt ſacrum, & à Deo pendet, ita etiam ipſius perſonam, contra Pontificum machinationes, & excommunicationum fulmina, ſemper ſanctam & inviolabilem oſtenderet. Ante ipſum, ſeculo quarto, Imperatores *perpetui &*

ſem-

Digitized by Google

ſemper Auguſti audierunt, ut *Maximinianus* & *Conſtantinus*, quos reliqui Græci Imperatores poſtea ſecuti, & ſe ἀεὶ σεβαστὸς dixerunt, quod & *Juſtinianus* fecit, & ſe in prooemio Inſtitutionum dixit *ſemper Auguſtum. Henricus VI*, & *Fridericus II* Imperatorio titulo conſtanter adjecerunt (*d*) nomen *Regum* Siciliæ, (*e*) & *Hieroſolymorum.* Seculo XIV *Carolus IV*, & *Wenceslaus* hos imitati ſunt, & (*f*) *Regis Bohemiæ* titulo nunquam abſtinuerunt, ut & *Sigismundus*, qui titulos *Hungariæ* (*g*) *Regum* adjecit. *Fridericus III* addidit titulos Auſtriacos, (*h*) planè novo exemplo, itidem tamen abhinc recepto ab omnibus Succeſſoribus. Hujus filius, *Maximilianus*, omnium primus (*i*) *Germaniæ Regem* ſe appellavit: *Wir* (*k*) Maximilian *von Gottes Gnaden, erwehlter Rœmiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, &c. Kœnig*, ut Imperium Romanum à Regno Germaniæ diſtinctum eſſe oſtenderet. *R. I.* 1512. Propter ampliſſimas poſſeſſiones, ab Imperatoria dignitate diſtinctas, omnium longiſſimo titulo uſus eſt *(l) Carolus V. Conring. in not. ad Lamp. p. 3, c. 2, §. 2, de Imp. Germ. Rom. c. 12, pag. 106*, ex quo deſcripſit ſua *Limnæus*, quæ habet *Tom. V, ad lib. 1, c. 12, pag. 228. 3* illud, quod factum eſt *Cæſaris* & *Auguſti* nomine, etiam factum eſt nomine *Imperatoris*, adjecto *Romani* Elogio. *Imperator* prænomen fuit, & belli ducem ſignificavit; Poſtea, in honorem *Auguſti*, cognomen factum, eumque notavit, in quem ſumma rerum erat translata. Imperio in *Carolum* translato, ipſe ſe vocavit Imperatorem Auguſtum. *Carolus* tamen, ut dictum, & ejus poſteri hoc titulo uſi non ſunt, ante unctionem & coronationem Pontificis. Poſt *Ludovicum Germanicum* omnino eviluit. *Otto I* tandem hunc titulum, felicibus armis, de novo (*m*) acquiſivit, & primò quidem pactum initum eſt cum Pontifice, ut, qui Rex Germanorum eſſet electus, ſimul Imperator eſſet. Conſtitutionem vid. *c. 23, diſt. 63*, cujus veritatem contra *Baronium* evincit *Conringius*, *de Germ. Imp. Rom. c. 10, p. 78, & 79. Junge caput 10, de Finibus Imp.* Succeſſores tamen quidam abſtinuerunt Imperatorio titulo, antequam coronati & uncti fuerunt à Pontifice, & ſe tantum electos Reges Romanos appellarunt; de quo infra.

Titulus, *Imperator Romanus*, tribuit Imperatori poteſtatem in Papam, (*n*) urbem Romam, & patrimonium Petri, (*o*) quibus ferè anguſtis terminis vaſtitas olim Romani Imperii tum circumſcribebatur; & ſic inutilis Imperio non eſt. *Vid. Limn. ad A. B. obſ. VII ad proœm.*

NOTÆ.

(*a*) AUGUSTI, &c. de *Auguſti titulo* diſſertationem peculiarem ventilavit M. *Joh. Erdmannus Daſchizky*, Vratisl., Præſide Clariſſ. Dn. *Conrado Samuele Schurtzfleiſchio*, 9 Kal. Auguſti, 1696, *Wittebergæ*. Multa de eodem, poſt *Berneggerum*, ad *Suetonii Auguſtum*, 7, 4, collegit Dn. *Becmannus*, in Syntagmate *Dignitatum Illuſtrium*, Diſſ. 2, cap. 1, §. 5, pag. 101, &c.; nec non *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 1, §. 30, &c., pag. 4, &c. Suſceptum hoc Sacrum nomen ab *Octaviano*, quem *C. J. Cæſar* adoptaverat, teſtis eſt *Vellejus Paterculus*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 91: *Signa Romana, quæ, Craſſo oppreſſo, Orodes; quæ, Antonio pulſo, filius ejus, Phraates, ceperant, Auguſto remiſſa ſunt, quod Cognomen illi Viro, Planci ſententia, conſenſus univerſi Senatus Populique Romani indidit, &c.*; &, poſt eum, *Florus*, lib. IV, cap. 12, §. 66, p. m. 392: *Ob hæc tot facta ingentia Dictator perpetuus, & Pater Patriæ dictus.* (Octavius) *Tractatum etiam in Senatu: An, quia condidiſſet Imperium, Romulus vocaretur; ſed Sanctius & reverentius viſum eſt nomen Auguſti, ut ſcil. jam tum, dum colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur, &c.* Idem probat *Suetonius*, in *Octavio*, cap. 7, p. m. 60, & 61, in originem ſimul appellationis *Auguſti* inquirens, verbis: *Caji Cæſaris, & deinde Auguſti cognomen aſſumſit: alterum, teſtamento majoris avunculi: alterum, Munatii Planci ſententia: cum, quibusdam conſentientibus, Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem Urbis, prævaluiſſet, ut Auguſtus potius vocaretur, non tantum novo, ſed etiam ampliore cognomine: quod loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, Auguſta dicantur, ab auctu, vel ab avium geſtu, guſtuve, &c.* Add. *Dion. Caſſ.*, lib. 53: *Auguſtus, quaſi hominis natura amplior, cognominatus eſt. Au-*

Pp

guſta

guſta enim ea, quæ honore digniſſima, ac ſanctiſſima ſunt, dicuntur, &c. Ab hoc tempore & reliqui Imperatores hoc veneratione ſacrato, & divinitatis æmulo cognomine uſi ſunt. Exempla Statuæ, lapides, nummi porrigunt, à quibus hiſtoriæ firmamentum ſæpè petamus. Summum ſemper, & maximum in Terrarum orbe fuit, adeo, ut vel propterea omnia, ab *Auguſto* conſtituta, & acquiſita, quæque ullo modo ad Eum ſpectabant, *rerum ſacrarum* appellatione celebrarentur, humano veluti nexu ſoluta, & exempta commercio. Hinc ſacræ Leges, ſacra veſtis, ſacrum patrimonium, ſacrum palatium, ſacra domus, &c. Quæ & ratio, cur radicem vocabuli *Auguſti*, utut minus accurate, in *augmento* quærant, quaſi dicas *augentem*, Germ. *ein Mehrer*, cujus poſſeſſiones violari profanum; qui contrà, Imperium ſemper augeat. Ita *Fridericus III, in Reformatione Francofurt.*, de an. 1442, præfat: *Davon das H. Reich, des wir ein Mehrer genandt ſind, gar ſchadlich gemindert, &c.* Et in literis ad Senatum *Eslingenſem*, de an. 1478, apud Dn. *Dattum*, de *Rebus German.*, lib. 1, cap. 29, §. 14, p. 208: *Das euch, und andern Unterthanen des Reichs, und Deutſcher Nation, zu ewiger unwiederbringlicher Verlezung keme, darein Uns als Rœmiſcher Kayſer, **Mehrer und Hanthaber des H. Reichs**, zu ſehen, und das zu fürkommen gepürt, &c.* Eodem reſpexiſſe videtur *Jus Provinciale Alamannicum*, cap. 146: *Wenn man den Kœnig kieſet, ſo ſoll Er dem Reich Hulde ſchweren, und ſoll in dem Eyd vier Ding nemen: Daß er das Recht ſterk: Das Unrecht krenck: und daß Er das **Reich allzeit mehre**, und nicht minder, &c.* Inter Articulos, *Wenceslao* objectos, cum Solio deturbaretur, *quartum* fuiſſe: *Quod Rempublicam non auxiſſet, ſed magis diſſipaſſet, & ob hoc Auguſtus de cætero vocari non deberet*, docet *Siffridus Presbyter*, lib. 2 Epitomes, ad an. 1296, apud *Piſtorium*, pag. 701. Rectius autem de his *Laurentius Valla*, in Declamatione *de Falſa Donatione Conſtantini Magni*, apud *Schardium*, de *Imperiali Juriſdictione*, p. m. 423: *Non ea re tamen vocati Auguſti, quod Imperium augere deberent, ut aliqui ſentiunt Latinæ Linguæ imperiti. Eſt enim Auguſtus, quaſi ſacer, ab avium guſtu, dictus, quæ in auſpiciis adhiberi ſolebant; Græcorumque teſtante lingua, apud quos Auguſtus Σεβαστὸς dicitur: unde Sebaſtia vocata. Melius Summus Pontifex, ab **augendo**, Auguſtus diceretur, niſi quod, dum temporalia auget, ſpiritualia minuit, &c.* Conf. *Conring.* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 1, §. 1, pag. 96. Interim tamen & Cæſarei muneris eſt, Rempublicam ſibi commiſſam, modis omnibus, juſtè tueri, damna proſcribere, incrementa promovere, & actu *augentem* ſe conſtituere; boni viri exemplo, cui ſua ſemper curæ ſunt. Ut adeò non tam longè à vero ſe abripiant, qui, & *ſanctimoniam*, & *officium Auguſti* ſimul vocabulo dicto ineſſe, arbitrantur. Vid. Dn. *Becmann*, l. c., *Schilter*, *Inſtit. Jur. Publ.*, lib. 1, Tit. 14, §. 5, p. 131. Addendum adhuc, hunc titulum Imperatoribus noſtris, non qua *Germaniæ Regibus*, ſed qua talibus, competere, quatenus ſcil., inter omnes Terrarum Reges, eos eminere faciat, & ſingularem eis conciliet venerationem; ut vel ex hoc ſolo capite Imperatoris præeminentiæ, ſeu *præcedentiæ* jus validè deducatur. Vid. *Conring.*, l. c., pag. 95; Dn. *Schurtzfleiſch*, l. c., §. 15, p. 24, &c.

(*b*) EVILUERIT, &c. *Carolum Magnum* in pretio habuiſſe *Auguſti* titulum, innumera teſtantur documenta, apud Dn. *Mabillon*, *de Re Diplomatica*; Dn. *Schatenum*, in *Annalibus Paderbornenſibus*; *Stephanum Baluzium*, in *Capitularibus*; *Goldaſtum*, in Tomo III *Conſtit. Imperial.*, p. 147; alioſque multos. Teſtimonii cauſa adducam ſaltem Privilegium Ejus, an. 803 Eccleſiæ Osnabrugenſi datum, in Reverendiſſ. *Fürſtenbergii Monumentis Paderbornenſibus*, p. m. 325, ubi: *In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Karolus, Sereniſſimus AUGUSTUS, à Deo coronatus, Magnus, Pacificus, Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui &, per miſericordiam Dei, Rex Francorum, & Langobardorum, &c.* Sic & in Renovatione Teſtamenti *Abbonis* Patricii, pro Cœnobio *Novalicienſi*, de an. 805, apud Dn. *Mabillon*, l. c., lib. 6, cap. 62, pag. 507: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Karolus, Imperator AUGUSTUS Piiſſimus, à Deo coronatus, Magnus, Pacificus, Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui &, per miſericordiam Dei, Rex Francorum, & Longobardorum*; Add. Teſtamentum Ejus, an. 806, &c., præced. §. 2, lit. a. Rurſus in Præcepto, pro *Adalrico* Saxone, de an. 813, apud eundem, l. c., cap. 64, p. 512: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Karolus, Sereniſſimus AUGUSTUS, à Deo coronatus, Magnus, Pacificus, Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui &, per miſericordiam Dei, Rex Francorum, & Langobardorum, &c.* Ejusdem Privilegium, de inſtituendis Scholis Græcis & Latinis, Osnabrugenſi Eccleſiæ, an. 804, conceſſum, & tale initium præ ſe ferens, apud *Cranzium*, lib. 1 *Metropol.*, cap. 2, p. m. 4, ut & in laudatis *Monumentis Paderbornenſibus*, pag. 327: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Karolus Imperator AUGUSTUS, Romanum gubernans Imperium, qui & Rex Francorum & Langobardorum, nec non modo Dominator & Saxonum*, doctiſſimus *Carolus Cointius*, Tom. VI *Annal. Eccl. Franc.*, pag. 825, non uno modo ſuſpectum reddere conatur, inſuperque *Daniel Papebrochius*, in *Propylæo*, *Actis Sanctorum Menſ. Aprilis*, T. 2 præfixo, part. 1, §. 28, acriter impugnat, &, tam quoad ſtylum, quam quoad verba initialia, ſubſcriptionem, & ſigillum, impoſturam ſapere aſſerit, licet Reverendiſſimus *Fürſtenbergius* pro genuino illud agnoſcat, &, *aut fidem illud obtinere, aut nullam humanam fidem, ex Cæſarum Tabulis aſſertam, valere*, aſſeveret. Plura de eo vid. apud Dn. *Meibomium*, *Introduct. ad Hiſtoriam Saxoniæ Inferioris*, p. m. 20, & 21, Conf. Dn. *Mabillon*, l. c., lib. 2, cap. 3, §.

Digitized by Google

3, §. XI, pag. 74; *Conring.*, Diſſ. de *Republica*, Diſſert. 1, de *Civibus Imperii*, §. 27, pag. 16, & de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 9, §. 4. pag. 66; Dn. *Schurtzfleiſch*, in *Vita Alberti III*, p. m. 119.

(2) De *Ludovico Pio* loquitur Diploma, anno decimo Ejus Imperii, *Corbejenſi* Eccleſiæ datum, apud Reverendiſſ. Principem *Furſtenbergium*, in Monumentis ſæpe laudatis, pag. 130: *In Nomine Domini Dei & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti, Hludowicus, Divina ordinante Clementia, Imperator AUGUSTUS, &c.*, & in ſubſcriptione, p. 131: *Data VI Calend. Auguſti, anno, Chriſto propitio, decimo Imperii Domni Hludowici, Piiſſimi AUGUSTI.* Sic & in alio Ejus Diplomatum, l. c., pag. 131: *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri, Jeſu Chriſti, Hludowicus, divina ordinante Providentia, Imperator AUGUSTUS, &c.*, & pag. 132, in fine: *Data Kal. Junias, Anno, Chriſto propitio, XX Imperii Domni Hludovici, Piiſſimi AUGUSTI.* Fundationis Archi-Epiſcopatus Hamburgenſis Diploma, de an. 834, ita incipit, apud *Maderum*, in fine *Adami Bremenſis*. p. 179; *Lindenbrogium*, de *Script. Rer Septentr.*, pag. 125; & *Lambecium*, in fine lib. I *Originum Hamburg.*, p. m. 35: *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludovicus, Divina favente & propitiante Clementia, Imperator AUGUSTUS, &c.* Et Epiſtola Ejus ad *Hilduinum*, Abbatem *S. Dionyſii*, ap. *Surium*, 9 Octob., pag. 116, ita: *In nomine Domini Dei, & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti, Ludovicus, Divina propitiante Clementia, Imperator AUGUSTUS, &c.* Farraginem aliorum exemplorum ſiſtit Dn. *Tenzelius*, in *Vindiciis Conringianis*, pro *Cenſura Diplomatis Lindavienſis*, in Append., pag. 4, 5, 7, 8, 12, 13, 20, 21, 25, 28, 30, 32, 33, 35, 37, 42, 46, 47, 49, 50, 51, 52, 54, 56, 58, 59, 60, 62, 63, 65, 67, 70, 73, 77, 79, 96; *Mabillon*, de *Re Diplom.*, lib. VI, §. 66, pag. 513, & §. 67, pag. 514, & 515, §. 69, pag. 515, §. 72, pag. 516, §. 76, pag. 521, §. 77, pag. 522, §. 80, pag. 525, §. 200, pag. 612, & paſſim alibi; Id., Tom. 4 *Analectorum*, pag. 470, &c., & in *Actis SS. Benedictinorum Seculi IV*, part. 1, fol. 220, 221, &c.; *Goldaſtus*, Tom. I *Conſtit. Imperial.*, p. 188, Tom. 2, pag. 19, &c.

(3) *De Lothario* res non minus clara eſt. Vid. Diploma, apud Dn. *Furſtenbergium*, in *Monumentis Paderbornenſibus*, p. 113: *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Hludovicus & Hlotharius, Divina ordinante Providentia, Imperatores AUGUSTI, &c.*; & pag. 114, in fine: *Signum Hludowici, Sereniſſimi Imperatoris. Signum Hlotharii, Glorioſiſſimi AUGUSTI, &c.* Conf. *Mabillon*, de *Re Diplom.*, lib. VI, §. 69, pag. 515, & §. 72, pag. 516; *Goldaſtus*, Tom. I *Conſtit Imperial.*, pag. 189; *Gretſerus*, de *Divis Bambergenſibus*, pag. 523, & 524.

(4) *Ludovicus* 2 eodem uſus eſt, teſte Reſcripto, ad *Baſilium*, Imperatorem Conſtantinopolitanum, an. 871, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imper.*, pag. 195: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei æterni, Ludovicus, Divina ordinante Providentia, Imperator AUGUSTUS Romanorum, &c.*

(5) *Carolum Calvum* eundem titulum adhibuiſſe, docet Ejus Præceptum, quo, an. 877, Cœnobio *S. Theofredi* immunitatem largitus eſt, apud Dn. *Mabillon*, l. c., lib. 6, §. 107, pag. 546: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Karolus, ejusdem Dei omnipotentia miſericordia, Imperator AUGUSTUS, &c.*; & in fine: *Signum Karoli, glorioſiſſimi Imperatoris AUGUSTI, &c.* Conf. *Goldaſtus*, Tom. 2 *Conſtit. Imper.*, p. 34.

(6) *Caroli Craſſi* Diploma, de an. 883, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, pag. 515, ita incipit: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Karolus, divina favente Clementia, Imperator AUGUSTUS, &c.* Aliud, de an. 885, non 880, ut falſò ibi legitur, quippe qui nec Indictioni III, nec reliquorum Regnorum conſignationi congruit, ſimilis tenoris, exhibet, l. c., pag. 517, & aliud, ſine die & Conſule, p. 516. De alio diplomate, anno 883, ſcripto, vid. præced. Tit. 2, §. 13, lit. e. In alia charta, de an. 884, qua reſtitutionem Monachorum in cœnobio *S. Apri* confirmat, apud Dn. *Mabillon*, l. c., lib. 6, §. 114, pag. 552, legitur: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Karolus, Divina favente Clementia, Imperator AVGVSTVS, &c.*; & pag. 553, in ſubſcriptione: *Signum Domni Karoli, Sereniſſimi Imperatoris AVGUSTI, &c.* Pari modo ſe habet ejusdem Diploma, de an. 886, ibid., pag. 554, §. 116; nec non illud, quod, an. 887, Herifienſi Parthenoni indulſit, in *Monumentis Paderbornenſibus Fürſtenbergicis*, pag. 263: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Karolus, divina favente gratia, Sereniſſimus Imperator AVGVSTVS, &c.*; & in fine, pag. 265: *Signum Domni Karoli, Sereniſſimi Imperatoris AVGVSTI, &c.*

(7) De *Arnolfo* vid. Diploma, quo Friſingenſibus libertatem quaquaverſum vehendi ſalis largitus eſt, apud *Hundium*, Tom. 1 *Metropol.*, pag. 128, ubi: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Arnolfus, Divina favente Clementia, Imperator AVGVSTUS. &c.*; & aliud ibid., p. 125: *Arnolphus, Divina favente gratia, Imperator AVGVSTVS.* Add. aliud, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, pag. 520: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Arnulphus, Divina favente Clementia, Imperator AVGVSTVS, &c.*; nec non aliud ap. Dn. *Schatenum*, lib. 3 *Annal. Paderbornenſ.*, ad an. 893, p. 228: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Arnolfus, Divina providente Clementia, Imperator AVGVSTVS, &c.*

(8) *Ottonem I* eodem uſu eſſe, oſtendit Ejus Diploma, de Eccleſiis Hamburgenſi ſuffraganeis, de an. 965, apud *Lambecium*, in fine lib. 1 *Originum Hamburgenſium*, p. m. 39, ubi: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Otto, divina favente Clementia, Imperator AVGVSTVS, &c.*; Ut & illud, de Imperio Hamburgenſis Archi-Epiſcopi in Urbem *Bremenſem*, de an. 966, ibid: *In nomine Sanctæ & Individuæ Tri-*

Trinitatis. Otto, Dei Clementia Imperator AVGVSTVS, &c. Alia Exempla produnt *Sigonius*, lib. VII, de *Regno Italiæ*, ad an. 964, pag. 280, &c.; *Goldaſtus*, Tom. 2 *Conſtit. Imper.*, p. 44; *Meibomius*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 746, &c.; *Sagittarius*, in *Antiquitatibus Archi-Epiſcopatus Magdeburgici*, §. 80, pag. 45, & 46; §. 84, p. 48, &c.; §. 85, p. 50, &c.; §. 88, p. 53, &c.; §. 89, pag. 54, &c.; §. 90, pag. 55; §. 116, p. 88; §. 117, pag. 88, & 89; §. 123, pag. 94; §. 124, p. 95; §. 125, p. 96; §. 126, pag. 97; §. 127, p. 98; Dn. *Leuckfeldus*, in *Antiquitatibus Poeldenſibus*, cap. 5, pag. 18. De reliquis Imperatoribus minus eſt dubii:

(c) FRIDERICUS I, &c. *Poſt Octavium, Claudios, Flavios, & Antoninos, Semper Auguſti titulus aſcitus & receptus, ac titulo Triumphatoris ſubjunctus, & C. Septimio Severo adſcriptus, ſed Conſtantiniano, inprimisque Theodoſiano ævo magis invaluit, & frequentatus, ac deinde conſtanter ſervatus, atque Imperatoribus, etiam Germanicæ Nationis, attributus, ac perpetua Lege continuatus, omniumque Gentium ac Populorum ſcito comprobatus fuit. Inſcriptio Severi, quamvis mutila, & in Jani Gruteri theſaurum relata, atque exinde à Felice Oſio repetita:*

PROPAGATORI. ORBIS.
AC. ROMANÆ. REI.
- - - - -
VICTORI. AC.
TIUMPHATORI.
SEMPER. AUG.

Hæc Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſchius*, in Additamentis ad diſſertationem de *Titulo Auguſti*, pag. 2; exiſtimans, locum vacuum occupare debere vocem RESTITUTORI. Ergò nec *Grutero*, originem tituli hujus ab *Antonino Caracalla*, nec *Laurentio Pignorio*, ad *Alberti Muſſati Hiſtor. Henrici VII*, Imp., pag. 15, à *Diocletiano & Maximiano Herculio* eam repetentibus, credendum eſt, *Septimio Severo* antiquiori. Noti ſunt Aurei numi, quos *Tyberius*, Imp., *Chilperici*, Francorum Regis, Legatis, Domino afferendos, dono dedit, apud *Gregorium Turonenſem*, lib. 6, cap. 2, p. m. 123, ibi: *Aureos etiam, ſingularum librarum pondere, quos Imperator miſit, oſtendit, habentes ab una parte iconem Imperatoris pictam, & ſcriptum in circulo: TYBERII CONSTANTINI PERPETVI AUGVSTI: ab alia vero parte habentes Quadrigam, & aſcenſorem, continentesque ſcriptum: GLORIA ROMANORVM, &c.* Idem docet *Paulus Diaconus*, lib. 3, de *Geſtis Longobardorum*, cap. 7, p. m. 383; Huc etiam facit Epiſtolæ *Childeberti*, Francorum Regis, ad *Mauritium* Imp., apud *Freherum*, Tom. 1 *Rer. Franc.*, pag. 202, Epiſt. 24, inſcriptio: *Domino Glorioſo, Pio, Perpetuo, Inclito, Triumphatori, SEMPER AVGVSTO, Patri Mauricio Imperatori, Childebertus Rex, &c.*, pariter & *Brunehildis* Reginæ, miſſa eidem Auguſto, ibid. Epiſt. 25: *Domino Glorioſo, Pio, Perpetuo, Inclito, Triumphatori, ac SEMPER AVGVSTO, Mauricio Imperatori, Brunehildis Regina, &c.* Græcè ἀεὶ Σεβαςοὶ, Semper inviolabiles, vocabantur, *Theodoſio Juniore* in Novellis, & *Juſtiniano* teſtibus. Nonnunquam voce: *perennis*, uſi ſunt. Documento eſt Inſcriptio apud *Lambecium*, lib. 2 Commentar. *Vindobon.*, cap. 8, p. 637:

D. D. D. N. N. N. VALENTINIANI. VALENTIS.
ET GRATIANI. PERENNIUM. AUGUSTORUM.
SALUBERRIMA. JUSSIONE. HUNC. BURGUM. &c. &c.

Imperatores Occidentis *Semper Auguſtos* ſe vocaſſe, imitatione Græcorum, pro certo habetur. *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, pag. 103, & *Bæclerus*, lib. 47 *Notit. Imp.*, cap. 1, p. m. 65, *Fridericum* Barbaroſſam Anteſignanum conſtituunt. Adſunt autem Exempla vetuſtiora. De *Carolo Magno* teſtatur Diviſio Regni inter Filios Ejus, de an. 806, præced. §. 2, lit. a. Epiſtola *Leidradi*, Lugdunenſis Archi-Epiſcopi, apud *Mabillonium*, Tom. 3 *Analectorum*, pag. 28, ita Ei inſcripta eſt: *Domino Glorioſiſſimo & verè piiſſimo Imperatori, & in Chriſto Victori ac Triumphatori Invictiſſimo, Semper AUGUSTO, Leidradus, &c.* Simili modo ſe habet Præfatio *Albini Flacci Alcuini*, ad laudatum Imperatorem, in *Vita B. Richarii* Presbyteri, apud *Surium*, 26 April., p. m. 329: *Domino ſemper Venerabili, ſemperque deſiderabili, Piiſſimo Sanctæ Eccleſiæ Tutori, Gratia Dei, SEMPER AUGUSTO, Carolo, &c.* Hujus etiam loci eſt, quod Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, cap. 2 *Juris Publici enucleati*, §. 7, lit. a, p. m. 25, ſcribit: *Exhibet Leblancus, c. 4 Diſſert. Hiſtor., ſur quelques monnoys de Charlemagne, inſigne monumentum Sigilli plumbei, cum Caroli Magni effigie, circumpoſitis his, quæ abbreviata, verbis: Dominus noſter Carolus Imperator, Pius, Felix, PERPETUO AUGUSTUS; &, in averſa parte, figura urbis, crucem ſuperimpoſitam habentis, ſub qua vocabulum: ROMA; ad latera vero hæc verba leguntur: RENOVATIO ROMAN. IMP.*

(2) Eundem *Ludovico Pio* datum titulum, probat Reſponſio *Hilduini*, Abbatis S. Dionyſii, apud *Surium*, d. 9 Oct., pag. 117: *Domino, benignitate Admirabili, & authoritatis reverentia Honorabili, Ludovico Pio, SEMPER AUGUSTO, Hilduinus, humilis Chriſti famulus, &c.*

(3) De *Lothario I* teſtantur Acta Comitiorum Romanorum, apud *Anaſtaſium Bibliothecarium*, in vita *Sergii* 2, p. m. 252: *Tunc demum, in eadem Eccleſia ſedentes pariter tam Beatiſſimus Pontifex, quam magnus Rex, & omnes Archi-Epiſcopi, atque Epiſcopi, ſtantibus reliquis Sacerdotibus, & Romanorum ac Francorum Optimatibus, fidelitatem Lothario, Magno Imperatori, SEMPER AUGUSTO, promiſerunt, &c.*; quæ *Goldaſtus* repetit, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, pag. 270.

(4) De *Carolo Calvo* legas Sermonem *Johannis VIII*, P. R.

P. R., an. 876, in Synodo habitum, apud *Pithœum*, de *Scriptorib. Rer. Franc.*, p. m. 499: *Hludowicus Maximus Imperator, Pater hujus à Deo electi Principis, Caroli, SEMPER AUGUSTI, &c.*; & pag. 501: *Deinde non hic PERPETUUS AUGUSTUS ad tanta faſtigia ſe vel ut improbus intulit, &c.* Totius Synodi epiſtola ad dictum Auguſtum, l. c., pag. 506, hanc inſcriptionem præ ſe fert: *Glorioſiſſimo, & à Deo coronato, Magno & Pacifico Imperatori, Domino noſtro, Karolo, PERPETUO AUGUSTO, &c.* Conf. *Baronius*, Tom. X *Annal.*, ad an. 876, §. 4, & 8, p. 499, & §. 17, p. 501; *Conring.*, *de Finib. Imper.*, lib. 1, cap. 9, §. 2, p. m. 54.

(5) *Ottonem Magnum* celebrat Diploma Magdeburgenſibus datum, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 215, ubi: *In nomine Domini, Amen. Nos Otto, Romanorum Imperator, SEMPER AUGUSTUS, ſignificamus, &c.* In fine dicitur: *Obſignavimus ſigillo aureo Majeſtatis noſtræ Cæſareæ, quod appenſum eſt. Datum à Nativitate Chriſti, anno noningenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Imperii noſtri anno ſecundo, die ſeptima menſis Junii, eo in loco, ubi nunc Civitas Maydeburg ſituata eſt, &c.* Subſcriptio licet vitioſa videatur, anno 947 non conveniente *Imperii* Ejus *Secundo*, illuſtrat tamen theſin *Fridericus*, Imp., Diplomate *de Libertate omnium Eccleſiarum*, de an. 1158, apud *Lindenbrogium*, *Scriptor. Rer. Septentrion.*, p. m. 161, Dipl. 53, ubi: *Adaldagus, Sanctæ Hammaburgenſis Eccleſiæ Venerabilis Archi-Epiſcopus, adiit Excellentiam Serenitatis Imperatoris Ottonis, SEMPER AUGUSTI, ab ejus pietate expetivit, &c.*

(6) *Ottonis* 2 Privilegium, an. 978 Magdeburgenſibus datum, apud *Goldaſtum*, l. c., pag. 225, incipit: *Nos Otto, D. G. Romanorum Rex, SEMPER AUGUSTUS, &c.* In Syntagmate *Henrici Bodonis*, de *Conſtructione Cœnobii Gandeſiani*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 495, extat Charta talis initii: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, Divina favente Clementia, Imperator, & SEMPER AUGUSTUS, &c.* Aliud, de an. 980, ibidem, p. 496, ita ſubſcriptum eſt: *Signum Domini Ottonis 2, Invictiſſimi Imperatoris, & SEMPER AUGUSTI, &c.* conf. Dn. *Leuckfeldi Antiquit. Gandesheimenſ.*, cap. 14, §. 7, lit. 2, p. 108.

(7) *Henrici IV* Reſcriptum, de an. 1083, de *Receptione Clementis*, P. R., & rejectione *Hildebrandi*, exhibet *Goldaſtus*, l. c., Tom. 1, pag. 243; *Rex Henricus D. G. Romanorum Imperator, SEMPER AUGUSTUS, &c.*

(8) Romani, ſcribendo ad *Conradum III* Imp., apud *Ottonem Friſingenſem*, lib. 1 *Hiſtor. Friderici* 1, cap. 28, Edit. *Urſtiſ.*, pag. 422, & *Goldaſtum*, l. c., pag. 261, hac inſcriptione utebantur: *Excellentiſſimo atque Præclaro urbis & orbis totius Domino, Conrado, P. G. Romanorum Regi, SEMPER AUGUSTO, Senatus Populusque Romanus ſalutem, & Romani Imperii felicem & inclytam gubernationem, &c.*

(9) Reges Romanorum, viventibus etiam Imperatoribus, nonnunquam hunc titulum adhibuiſſe, docet *Henrici, Friderico* 2, Imp., anno demum 1250 defuncto, nati, Diploma, de Dato *Northuſen*, 11 Cal. Oct., 1223, Cœnobio *Walckenredenſi*, in confirmationem Privilegiorum, datum, apud *Eckſtormium*, in *Chronico Walckenredenſi*, p. m. 135, verb: *Henricus VII, Divina favente Clementia, Romanorum Rex, & SEMPER AUGUSTUS, &c.* Simile plane habetur, ſub eodem anno, in Dn. *Johannis Georgii Leuckfeldii Antiquitatibus Walckenredenſibus*, cap. XIII, pag. 196; & aliud, ejusdem anni, apud eundem, in *Antiquitatibus Blanckenburgicis*, pag. 94; confirmant hæc Inveſtiturarum literæ, an. 1224, *Hermanno*, primo Dorpatenſium Epiſcopo, ab eodem conceſſæ, apud *Lundorpium*, Tom. VIII *Actor. Publ.*, lib. IX, cap. 1, §. 11, pag. 658, ubi: *Henricus, D. G. Romanorum Rex, & SEMPER AUGUSTUS, &c.*; nec non confirmationis Privilegiorum diploma, in caſtris apud *Blekede*, an. 1224, 7 Kal. Octob., Cœnobio *Pœldenſi* conceſſum, apud Dn. *Leuckfeldium*, in *Antiquitatibus Pœldenſibus*, cap. 12, §. 3, lit. c, p. 44; ibi: *Henricus VII, D. G. Romanorum Rex, & SEMPER AUGUSTUS.* Repetit eundem titulum, in literis Inveſtiturarum, an. 1226, *Alberto*, tertio Livoniorum Præſuli, datis; vid. *Lundorp.*, l. c. Diploma Privilegiorum *Leopoldo* Auſtriaco conceſſorum, an. 1228, apud *Cuſpinianum*, in *Auſtria*, pag. 27, & *Limnæum*, lib. V *Jur. Publ.*, cap. 2, pag. 27, idem inchoat: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen. Heinricus, D. G. Rex Romanorum, SEMPER AUGUSTUS, &c.* conf. ejusdem Privilegium, de ann. 1233, quo Spirenſes a ſolvendo telonio Oppenheimenſi liberantur, apud *Lehmannum*, lib. V *Chron. Spir.*, cap. 86, pag. 595, & *Limnæum*, l. c., lib. VII, cap. 46, pag. 448; ibi: *Heinricus, D. G. Romanorum Rex, & SEMPER AUGUSTUS, &c.*; & aliud, de an. 1234, de Renunciatione exactionum, & omnium impedimentorum, quæ Sculteti Imperii hominibus Eccleſiæ Würtzburgenſis inferre ſolebant, apud Dn. *Leuckfeldium*, in Appendice ad *Antiquitates Pœldenſes*, §. 4, p. 257, cui tale initium: *In nomine Domini, Amen. Henricus D. G. Romanorum Rex, & SEMPER AUGUSTUS.* Add. aliud, de an. 1233, ibid., pag. 288; Alia, de ann. 1234, & 1238, l. c., pag. 289; Adeſt & *Wenceslai* Exemplum; literis Ejus teſtibus, de an. 1376, ad *Gregorium* P. R., apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, Tom. 2 *Cod. D pl m. Jur. Gent.*, in Mantiſſ., §. 50, pag 267, quibus tale exordium: *Sanctiſſimo in Chriſto Patri, ac Domino Noſtro, Dn. Gregorio, Divina Providentia Sanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Wenceslaus, D. G. in Regem Romanorum electus, SEMPER AUGUSTUS, & Rex Boemiæ, cum reverentia debita pedum oſcula beatorum, &c.* Alias, de ann. 1377, quibus certos Procuratores & Nuncios ad dictum Papam, ratione Electionis ſuæ, conſtituit, pariter orditur: *Wenceslaus, D. G. Rex Romanorum electus, SEMPER AUGUSTUS, & Boemiæ*

Rex; vid. ibid., pag. 268. Illuſtrare hæc poſſunt illa *Limnæi*, ad *Capitul. Maximiliani* 2, Art. 18, §. 18, pag. 497: *Licet enim Imperator Semper Auguſtus; Rex vero Auguſtus tantùm dicitur, &c.*

(10) In Conventu Monaſterienſi controverſiam movit, hujus tituli ergo, Imperatori, Orator Regis Galliæ, *Abel Servient*, prætendens, à Regibus Galliæ eum nunquam Imperatoribus datum, vid. *Theatr. Europ.*, Tom. VI, pag. 568: *Bey Angreiffung der Materialien war die Erſte Differentz uber den Titul*, Semper Auguſti, *welchen der Rœmiſchen Kayſ. Maj. zu geben die* Deputati, nomine *der Stænde, behaupten; Herr Servient aber, nicht daß Ihro Kayſerl. Maj. er den Titul diſputiren, ſondern allein, daß es bey Franckreich, den Rœmiſchen Kayſern ſolchen zu geben, nicht herkommens, und eine novitæt, ſo ihm nicht zu verantworten ſtünde, denegiren wollen. Auf gemachte Inſtantien der* Deputatorum, *daß Sie ſolches, zu præjuditz Ihrer Kayſerl. Maj., und des gantzen Reichs, deſſen Regierender Kayſer ſolchen Titul*, à Cæſare Auguſto, ſucceſſivè *geführt, und behalten, nicht kœnten geſchehen laſſen; auch auf angeführte Exempel, ſelbſt* in contrarium, *hat Herr Servient ſich endlich erklært, er habe es bereits an Kœniglichen Hoff berichtet; verhoffe, eheſtes Tages, darauf Reſolution, daß es verhoffentlich keine Difficultæt geben werde:* Interim *kœnne er es geſchehen laſſen, doch allein* ſub ſpe rati, &c. *Arcanorum Pacis Weſtphalicæ*, quæ an. 1698 edita Francofurti ad Mœnum, ſumptibus *Friderici Knockii*, cap. 25, p. m. 357, cap. 29, pag. 416, & cap. 30, pag. 440, & 441, Auctor, Suecos quoque prædicatum hoc Imperatori denegaſſe, docet, donec ipſis oſtenſa fuerint *Johannis*, Suecorum Regis, ad *Maximilianum* 2, Imp., literæ, in quibus diſertè *Semper Auguſtus* vocetur. Gallis itidem probatum fuit, jam an. 1525 *Franciſcum I*, Regem, Cameraci, *Carolo V Auguſtalem* titulum dediſſe. Vid. Auctor *Hiſtoriæ Romano-Gallo-Sueticæ Pacis, Osnabrugis & Monaſterii factæ*, qui an. 1679 prodiit, lib. 5, pag. 682, &c. Ab hoc tempore imperturbatus Cæſar hoc ſuo jure gaviſus eſt, vel Inſtrumentis *Noviomagenſis* Pacis, an. 1679, Vicennalis *Armiſtitii Ratisbonenſis*, an. 1684, & Pacificationis *Ryswicenſis*, an. 1697, teſtibus. Add. Dn. *Beeman. Notit. Dignit. Illuſtr.*, Diſſ. 2, cap. 1, §. 6, pag. 105, &c.; Dn. *Buckiſch*, ad Procem. *Inſtrum Pac.*, Obſervat. 9, pag. 13, & 14; Dn. *Schilter.*, *Inſtit. Jur. Publ*, Tom. 1, lib. 1, Tit. 14, §. 5, pag. 131; Dn. *Engelbrecht*, de *Jure Diplomatum*, cap. 4, §. 6, pag. 63, & 64.

(*d*) ADIECERUNT, &c. Dudum Imperatores Regnorum nomina, quæ ſub Legibus habebant, titulis inſerunt. *Carolum Magnum ſe Regem Francorum & Longobardorum*, &, juxta *Fürſtenbergii* Principis *Monumenta Paderbornenſia*, nonnunquam *Dominatorem Saxonum* vocaſſe, præced. lit. b dictum eſt. Conf. ſeq. §. 5, lit. a, v. 29. De *Carolo Craſſo* vid. *Wilhelmus Malmesburienſis*, de *Geſtis Regum Anglorum*, lib. 2, cap. 2, p. m. 38, & 39, ubi: *In nomine Domini, Summi Regis Regum. Ego Carolus, Dei gratuito dono, Imperator, Rex Germanorum, & Patricius Romanorum, atque Imperator Francorum, &c.* Conf. *Albericus, Monachus trium fontium*, ad annum 889, pag. 219. Diploma, quo, ſublato cambio, per quod, inter *Ottonem* Magnum, & *Billingum* Comitem, Bona quædam, in Pago *Neletice*, commutata erant, Bona illa, an. 966, Monaſterio Magdeburgico donantur, ſic incipit: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, Divina favente Clementia, Imperator Auguſtus Romanorum ac Francorum, &c.* Vid. *Sagittarii Antiquit. Magdeburg.*, p. 50; B. Dn. *Meibomio*, ipſo teſte, *in Introduct. ad Hiſtoriam Saxoniæ Infer.*, pag. 21, communicavit *Joh. Henr. Hofmannus*, αὐτογρ., Diploma *Ottonis III*, de an. 1001, ſic inchoatum: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Otto III, Romanus, Saxonicus & Italicus, Apoſtolorum Servus, Dono Dei, Romani Orbis Imperator Auguſtus, &c.*

(*e*) SICILIÆ, &c. *Henricus VI*, mortuo *Wilhelmo* 2, Siculorum Rege, cujus amitam, *Conſtantiam*, in matrimonio habebat, Regnum Neapolitanum, cum utraque Sicilia, adverſus *Tancredum*, *Rogerii*, Regis ſoceri, filium naturalem, obtinuit, titulosque novos Siciliæ Regis Imperatorio adjecit, teſte Ejus Edicto, de *inducendis militiæ Sacræ Privilegiis*, an. 1195, apud *Godofredum Colonienſem*, Annal., ad an. 1195, p. m. 261, Tom. 1 *Freheri Rer. Germ.*, & *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, p. 287, ubi: *Heinricus, D. G. Romanorum Imperator, Rex Siciliæ, & ſemper Auguſtus, &c.*; nec non Diplomate ejusdem anni, de *Ducatu Transalbino*, apud Clar. Dn. *Joh. Petrum Ludewig*, de *Formula Brandenburgici Ducatus*, §. 4, lit. h, pag. 40: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Henricus VI, divina favente Clementia, Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, & Rex Siciliæ, &c.* Auxit hos titulos *Hieroſolymitano Fridericus* 2, ejus filius. Exemplum præbet Diploma, quo *Viennam* in clientelam ſuſcepit, & privilegiis ditavit, apud *Wolfgangum Lazium*, lib. 2 *Rerum Viennenſium*, cap. 5, & *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Bibliothecæ Vindobon.*, cap. 5, pag. 79, talis initii: *Fridericus, D. G. Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, Hieruſalem & Siciliæ Rex, &c.* Idem Confirmationem Privilegiorum, ab *Adolfo*, Comite Holſatiæ, Hamburgenſibus datorum, apud *Utinum, in Foro Julii, an.* 1232, referente eodem, lib. 1 *Origin. Hamburg.*, p. m. 98, inchoat: *Fridericus, D. G. Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex, &c.* In fine legitur: *Acta ſunt Anno Domini Incarnationis 1232, Menſe Majo, quintæ Indictionis, imperante Domino noſtro Friderico 2, D. G. Invictiſſimo Romanorum Imperatore, Semper Auguſto, Jeruſalem & Siciliæ Rege, Romani Imperii Ejus duodecimo, Regni Jeruſalem ſeptimo,*

Digitized by Google

ptimo, & Regni Siciliæ triceſimo quarto, feliciter, &c. Conf. idem, l. c., lib. 2, p. 33; *Goldaſtus*, Tom. 1 *Conſtit. Imperial.*, p. 294, 302, 306, &c.; Dn. *Leuckfeld, Antiquit. Blanckenburg.*, p. 95, &c.; Dn. *Tentzel, Vindic. Conring.* pro *Cenſura Diplomatis Lindav.*, in Appendice tertia, Dipl. 4, p. 85. Eodem Seculo *Alphonſus* Reſcriptum: de *Officio Boni Regis*, edidit, apud *Goldaſtum*, l. c., pag. 308, tali cum præfatione: *Alphonſus, D. G. electus Romanorum Rex, & Rex Caſtellæ, Legionis, Galleciæ, Toleti, Murciæ, Cordubæ & Jehenni, &c.* Quo etiam ſpectant ejusdem Inveſtiturarum literæ, *Friderico*, Lotharingiæ Duci, datæ, an. 1258, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1 *Cod. Diplom. Juris Gentium*, §. XIII, pag. 18; ibi: *Alfonſus, D. G. Romanorum Rex, Semper Auguſtus, & Caſtellæ, Tolcti, Legionis, Galleciæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, Giennii & Algarbii Rex, &c.* Ann. 1310 orditur *Henricus* VII mandatum, de *Coronatione Lombardica*, hoc modo: *Henricus, D. G. Romanorum Rex, Semper Auguſtus, & Rex Francorum & Longobardorum*, &c., ibid., l. c., pag. 320.

(*f*) BOHEMIÆ, &c. Documento eſt Diploma Ejus, ſub dato *Treviris*, 3 Dec., an. 1346, quo fatetur, ſe Marchionatum de *Arluno* à *Balduino*, Archi-Epiſcopo Trevirenſi, in feudum recognoſcere, apud *Browerum, Annal. Trevir.* Tom. 2, ad h. a., lib. 17, §. 132, pag. 218; ibi: *Carolus, D. G. Romanorum Rex, Semper Auguſtus, Rex Bohemiæ, & Comes Lutzelburgenſis, &c.*; ut & Confirmatio Privilegiorum Civitatis Spirenſis, de an. 1347, apud *Lehmannum*, lib. 7 *Chron. Spirenſ.*, cap. 41, p. 786: *Carolus, D. G. Romanorum Rex, Semper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, &c.*; nec non ipſa *Aurea Bulla*, in præfat., & cap. 3, 7, 12, 20, & 24. Add. Ejusdem Reſcriptum *de Primariis Precibus*, an. 1353, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, p. 343, aliaque ejusdem diplomata, de an. 1354, l. c., p. 343, & 345, &c.; an. 1358, l. c., p. 368; an. 1363, l. c., pag. 371; an. 1376, l. c., pag. 372; an. 1359, l. c., Tom. 2, pag. 92; ann. 1378, l. c., pag. 93; ann. 1377, l. c., Tom. 3, pag. 415; quibus jungas Privilegium, ſub dato *Budiſſin*, an. 1350, 8 Id. Febr., quo Thuringis Jus acquirendi Feuda Equeſtria conceſſit, apud Dn. *Paullini*, in *Annalibus Iſenacenſibus*, §. 91, p. m. 83. Filius Ejus, *Wenceslaus*, nonnunquam titulum *Regis Poloniæ* addidit, arg. Reſcripti, *de Impedimentis, cur de Schismate, inter Bonifacium IX & Benedictum Papas, cognoſcendo & tollendo nondum inſtituta ſit tractatio*, de an. 1398, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, pag. 378, verb: *Wenceslaus, D. G. Romanorum Rex, Semper Auguſtus, & Rex Bohemiæ ac Poloniæ, &c.*

(*g*) HUNGARIÆ, &c. Facit huc *Sigismundi* Edictum, de *Salvo Conductu Johannis Huſſi*, an. 1414, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Conſt. Imper.*, pag. 389: *Sigismundus, D. G. Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex.* Conf. Ejus *Sacra* ad Concilium Conſtantienſe, ann. 1416, in fine, p. 390: *Sigismundus, D. G. Romanorum & Ungarorum, &c. Rex, Semper Auguſtus, &c.* Ejusdem Laudum, in cauſa, Archi-Epiſcopum & Civitatem Colonienſem inter, & Ducem Montenſem, ſuper Erectione novi telonii, & exſtructione novarum munitionum ad Rhenum, vertente, ann. 1417, l. c., pag. 393; Ejusdem Conſtitutio *de Officio Vicarii Generalis, & Jure Primogeniture*, an. 1434, l. c., pag. 395; Ejusd. bulla *de Jure & Succeſſione Electorum Palatinorum*, anno 1434, l. c., pag. 398, &c. Pleniſſimo titulo uſus eſt in diplomate erecti Ducatus *Sabaudiæ*, dato 19 Febr., 1416, *Camberiaci*, ap. Dn. de *Leibnitz*, T. 1 *Cod. Diplom. Jur. Gent.*, p. 309; ibi: *Sigismundus, D. G. Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serbiæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, ac Marchio Brandenburgenſis, nec non Bohemiæ & Lucenburgenſis hæres, &c.* paulo aliter in Sigillo, Diplomati, ann. 1417, Luneburgentibus dato, in favorem commercii ſalis, appenſo, ubi: *Sigismundus, Dei gratia, Romanorum Rex, Semper Auguſtus, Hunga, Dalma, Croa. Ranie*, (Poloniæ pars, à Sclavis Ranis inhabitata) *Serbie*, (inter Bosniam & Bulgariam) *Gallicie*, (Wallachiæ) *Lodomerie*, (pars Moſcoviæ) *Romanie, Bulgarieque Rex, Marchio Brandenburgenſis, nec non Bohemie & Lucenburgenſ. Dux.* Add. *Goldaſt.*, T. 3 *Conſtit.*, p. 442, in Decretis Poſonienſibus, an. 1434: *Sigismundus, divina favente Clementia, Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramiæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, Archi-Princeps Brandenburgenſis, Seleſiæ & Lützemburgenſis Dux, Marchioque Moraviæ & Luſatiæ, &c.* Eundem, Imperiali & Brandenburgico exceptis, adhibuit *Ludovicus*, Hungariæ Rex, an. 1519, apud *Goldaſtum, Reichs Handel*, part. 1, Tit. XV, pag. 26, debitum victoriis *Caroli Roberti*, Regis, de quibus Hungaricarum rerum Scriptores evolvendi.

(*h*) AUSTRIACOS, &c. Spectant huc Ejus literæ, queis, an. 1440, Regem Galliæ, tollendi ſchismatis ergò, confirmandorumque Baſileenſis Concilii Decretorum, ad Comitia Moguntinenſia invitavit, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Conſtit. Imp.*, p. 407: *Fridericus, Romanorum Rex, Semper Auguſtus, Auſtriæ, Stiriæ, Karinthiæ & Carniolæ Dux, Comes Tirolis, &c.* Plenior conſpicitur Ejus titulus, in fœderis formula, cum *Matthia*, Hungariæ Rege, an. 1463, initi, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1 *Cod. Dipl. Juris Gentium*, p. 422; cui ſimilem Confirmationi Privilegiorum Domus Auſtriacæ, ſub dato *Franckfurt am dem Meyne*, an. 1442, præfixit: *Wir Friederich von Gottes Gnaden, Ræmiſcher Kœnig, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, Hertzog zu Oeſterreich, zu Steyer, zu Karndten und zu*

Krayn,

Krayn, Herre auf der Windiſchen Marche und zu Portenau, Graff zu Habſpurg, zu Tyrol, zu Phyrt und zu Küburg, Marggraf zu Burgaw, und Landgraf im Elſaß, &c. Vid. *Diplomata & documenta, res Friderici III illuſtrantia*, edita ann. 1702, in Corpore *Scriptorum rerum Germanicarum*, à B. Dn. *Schiltero*, Dipl. 2, pag. 4; quem & in reliquis omnibus retinet. An. 1648 multum litis fuit, circa *Landgravii Alſatiæ* titulum, quem Auſtriacæ Domui Galliæ Miniſter Plenipotentiarius, *Abel Servient*, dare recuſabat, teſte *Adamo Adami, Arcanorum Pacis Weſtphalicæ* cap. 25, pag. 350, & 357, & cap. 30, pag. 440; reponentibus autem, 14 Aug., Ordinum Legatis, Oſnabrugæ præſentibus: eum aut ab utroque, tam Cæſare, quam Rege, uſurpandum, aut hocce adhibendum eſſe medium, ut in Inſtrumento Pacis Gallicano integer titulus, inſerto etiam *Alſatico*, defuncti Cæſaris *Ferdinandi* 2 exprimatur, *Ferdinandi III* vero ponatur brevior; Utque deinde, extra Inſtrumentum, libertati Cæſaris relinquatur, hocne titulo uti, numve Rex Chriſtianiſſimus eundem Ei dare velit? vid. l. c., pag. 441, & 442; placuit, 18 Aug., Imperatorem, in Inſtrumento Gallico, *Landgravii Alſatiæ* appellatione non uſurum; vid. l. c., pag. 442, & 443; quod nec factum, Cæſare ſe ſaltem vocante *Electum Romanorum Imperatorem Semper Auguſtum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Regem, Archi-Ducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxenburgiæ, Superioris ac Inferioris Sileſiæ, Wurtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habſpurgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Luſatiæ, Dominum Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c.*; cum contrà, in formula Pacis Cæſareo-Suecicæ, poſt vocabulum *Goritiæ*, etiam *Alſatiæ Landgravium* ſe ſcribat. Idem obſervatum, in Pacificatione *Noviomagenſi*, an. 1679, Armiſtitio *Ratiſbonenſi*, an. 1684, & Inſtrumento Pacis *Ryſwicenſis*, an. 1697; in aliis vero Scriptis publicis, Galliam non reſpicientibus, conſtanter *Landgravius Alſatiæ* audit. Teſtis eſt Diploma Sacratiſſimi Imperatoris *Joſephi*, ann. 1705, 14 Nov., quo Celſiſſimum Ducem, *Johannem de Marlborough*, S. R. J. declaravit Principem, Ejusque auxit inſignia, *in des neubeſtellten Agenten von Haus aus zweyter* Fonction *dritten* Depeche, §. 225, pag. 189, &c.; nec non Tranſactio Cæſareo-Suecica Alt-Ranſtadienſis, 21 Aug., St. v., an. 1707, & quidem ipſum Diploma Potentiſſimi *Caroli*, Suecorum Regis, in quo *Joſephus* Imperator non ſolum: *Allzeit Mehrer des Reichs*, ſed & *Landgraf in Elſaß* nominatur; Vid. ejusdem *Agenten Dritten* Fonction *Erſte* Depeche, §. 356, pag. 48, & 49.

(*i*) OMNIUM PRIMUS, &c. Ita & *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 2, p. 104, & de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 12, §. 19, p. 124; *Limnæus, ad A. B.* Procemium, obſervat. 7, pag. 113; *Schilterus, Inſtit. Jur. Publ.*, Tom. 1, lib. 1, Tit. 14, §. 7, pag. 133; & alii. Ante hæc tempora factam quandoque, in Regum titulis, *Germaniæ* mentionem, in aprico eſt. *Juſtinianus*, Imper., Inſtitutionibus Juris jam præfixit titulum: *Imperator, Cæſar, Flavius, ALAMANICUS, Gotthicus, Francicus, GERMANICUS, Anticus*, &c.; licet, ut Dn. *Joh. Adamus ab Hammerſtein*, in Diſſ. de *Nomothetica, ſeu Recta Legum ferendarum ratione*. Præſide Ill. *Conringio*, an. 1663 habita, *t*. 62, in fine, rectè judicat, cognomina iſta à Populis nactus ſit, partim nunquam, partim ſemel duntaxat victis, nec tamen domitis; conſ. Conſultiſſ. Dn. *Werlhof, Notit. Imper. Enucl.*, l. 1, c. 2, §. 110, p. 125. Idem dicendum de titulo *Mauricii* Imp., in Epiſtola ad *Childebertum*, Regem Francorum, apud *Freherum*, de *Script. Rer. Francor.*, Tom. 1, pag. 209, Epiſt. 11, & in alia, ad *Gregorium Papam*, apud *Baronium*, Tom. VIII Annal., ad an. 590, §. 28, pag. 16; in quibus, inter alia, & ALAMANNICUS audit; Propius accedit Reſcriptum *Caroli Magni*, de an. 794, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imp.*, p. 2, ita inchoatum: *In nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Karolus, nutu Dei Rex Francorum, Gallias, GERMANIAM, Italiamque, ſive harum finitimas Provincias, Domino opitulante, regens, &c.* In Charta *Wenilonis* LXVIII, apud eundem, Tom. 2 *Antiquitatum Alamannicarum*, part. 1, pag. 48, legitur in epilogo: *Notavi, die Sabbati, VI Kal. Novemb., anno XXXIV, regnante Domno noſtro Carolo. Rege Franchorum, ac Patricio Romanorum & ALAMANNORUM, &c.* In Diplomate Fundationis Monaſterii *Neuenſtadienſis*, in Sylva Speshardiana, de an. 794, vocatur *Carolus, ſuperna favente Clementia, FRANCORUM Rex.* vid. Dn. *Leuckfeld Antiq. Poeldenſes*, pag. 241; Varios Germaniæ titulos in ſpecie admiſit *Ludovici Pii* cognominis filius, inde & *Germanicus* dictus, v. g. in *Otfridi*, Monachi S. Galli, poëmate, ipſi ſacrato, referente *Lambecio*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Vindob.*, cap. 5, pag. 421: *Rex Orientalium Regnorum*; ibi: *Ludowico, ORIENTALIVM REGNORVM REGI, ſit ſalus æterna*; in ipſo carmine ait:

Er Oſtarrichi rihtit al,
So Frankono Kuning ſcal,
Vbar Frankono Lant,
So gengit ellu ſin Giwalt, &c.

quæ *Lambecius*, l. c., p. 422, rectè interpretatur:

Er richtet die Oſter-Reiche all,
Wie ein Kœnig der Francken ſoll,
Vber der Francken Land
Gehet überal ſein Gewalt.

Quorſum faciunt variæ Chartæ apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Antiquitatum Alamannicarum*, part. 1, §. 17, p. 30, in fin: *Anno XXVII Regni Hludowici in Orientali Francia, &c.*; §. 26, pag. 33; §. 70, pag. 48; & *Joachi-*

Digitized by Google

chimum Vadianum, de Monaſteriis Germaniæ, lib. 2, ibid., Tom. 3 *Antiq. Alam.*, pag. 46; In Charta 31, ibid., Tom. 2, pag. 34, appellatur Rex *de Bajovaria*; ibi: *In Chriſto nomine, Annu XIV. Regn. Lodovicu Rege de* **Bajovaria**, *filiu Lodovici Imperatoris, ſcripſi ego, Laveſa Presbyter, &c.*; ut & in Diplomate Parentis Ejus, de an. 828, apud Clariſſ. Dn. *Tenzelium*, in *Vindiciis Conringianis, pro Cenſura Diplomatis Lindavienſis*, Append. ſecund. Dipl. 8, pag. 54, verb: *Quia, ad deprecationem dilecti Filii noſtri, Ludwici, Regis* **Bajoariorum**, *&c.* Conf. *Aimoinus*, de *Miraculis S. Germani, Epiſcopi Pariſienſis*, cap. 7, apud *Surium*, 25 Jul., pag. 305: *à Fidelibus miſſis Ludovici,* **Bewariorum** *Regis, &c.* In Charta 56, Tom. 2 *Goldaſti Antiq. Alaman.*, pag. 43, dicitur *Rex Alamannorum*; ibi: *Notavi diem Lunis, prid. Kal. April. Annum III Hludowici, Regis* **Alamannorum**, *&c.*; eodem titulo occurrente in Chartis 63 & 64, l. c., pag. 46, & Tom. 3, p. 52, ex dicto *Vadiani* lib. 2 de *Monaſteriis*. In Charta 83, apud eundem, Tom. 2, pag. 53, celebratur *Rex Auſtriæ*; ibi: *Notavi diem Jovis 8 Kalend. April. anno quinto Ludowici* **ſuper Auſtriam**, *&c.*; & in Diplomate ipſius *Ludovici*, an. 871, Monaſterio S. *Stephani* Argentoratenſis dato, apud *Guillimannum*, cap. 5 *Epiſcopor. Argentinenſ.*, pag. 32, & Dn. *Tenzelium*, l. c., append. tertia, pag. 100, *Rex in Alſatia*, vid. ibi ſubſcriptio: *Data 2 Id. Septembris, Anno, Chriſto propitio, XXIII Domni Ludowici, Sereniſſimi Regis* **in Alſatia**, *&c.* Quæ omnia de *Orientalis Regni Franciæ* partibus admittenda ſunt, de quibus *Otto Friſingenſis*, lib. 6 *Chron.*, cap. XI, pag. 123, & 124: *Porro Arnolfus totam Orientalem Franciam, quæ modo* **Teutonicum Regnum** *vocatur, id eſt,* **Bajoariam, Saxoniam, Thuringiam, Friſiam, Lotharingiam** *rexit, &c.* Poſt *Gotfridum Viterbienſem*, part. 17 *Chron.*, in *vita Arnolfi*, pag. 469, repetit *hæc Albericus, Monachus trium Fontium*, ad. an. 893, p. m. 225, eademque *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 42, p. 242, reddit clariora, ſcribens: *Lodewicus recepit partem Regni Orientalem, videlicet; Bavariam, Sueviam, Auſtriam, Franconiam, Thuringiam, Saxoniam, & cæteras Provincias Teutoniæ, &c.* Conf. *Vadianus*, l. c., apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Antiquit. Alaman.*, p. 47; Dn. *Meibomius*, in Notis ad lib. 1 *Witichindi* Corbejenſis, Tom. I *Rer. German.*, pag. 678; *Conringius*, lib. 1, de *Finib. Imp.*, cap. 3, & 4. Coepiſſe autem *Ludovicum* in *Francia Orientali* regnare an. 833, clarum facit Cl. Dn. *Tenzel*, l. c., Cap. VI *Vindiciarum*, §. 1, p. 111, & in Appendice ſecunda, p. 42.

(2) De *Caroli Craſſi* Conſtitutione, de *Expeditione Romana*, inquit Dn. *Mabillon*, de *Re Diplom.*, lib. 2, cap. 4, p. 82: *Hanc formulam, inito, poſt mortem Carolomanni, Italiæ Regno, ante acceptum Imperium, adhibuerat, in Miſcellaneis Labbeonis, ex Marquardo Frebero: In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Carolus,* Divina *favente gratia, Rex Francorum & GERMANORUM, &c.* Reperitur etiam hoc Diploma apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imper.*, p. 207, & *Lehmannum*, lib. 2 *Chron. Spir.*, cap. 42, pag. 177. Primus illud produxit *Welſerus*, ex MS. *Codice Legum Bavaricarum*, *Conrado Rittershuſio* communicatum, qui illud publici Juris fecit; *Marquardus Freherus* commentarium adjecit, annexum *Bœclerianæ Notitiæ Imperii*, de an. 1692. Subleſtæ autem fidei eſſe hoc documentum, dudum probarunt *Boeclerus*, *Notit. Imper.*, lib. 15, c. 2, p. 243, & 244; *Conringius*, de *Origine Juris Germ.*, cap. 17, p. 89, & 90; *Obrechtus*, Diſſ. de *Expeditione Romana*, *t.* 6, &c.; Dn. *Itterus*, *de Feudis Imperii*, cap. 20, §. 5. p. 870, &c.; Dn. *Schilterus*, Comment. ad *Jus Feud. Aleman.*, cap. 8. §. 10, pag. 98, &c.; queis *Strauchium* addas, Diſſ. de *Hoſtenditiis*, *t.* 50, & Dn. Auctorem Noſtrum, ſeq. Tit. XII, §. 7; Adeſt minimum (1) Exemplarium diſparitas, quandoquidem Goldaſtinum habet: *Coronaque perceptione*; Lehmannianum ſaltem: *coronæ perceptione*; illud: *cum quam multis*; hoc: *cum quum multis*; illud: *Suis ducere*: hoc, *ſuis ſibi ducere*; illud: *ſi ad Curiam Gallorum*; hoc: *Et ad Curiam Gallorum*; illud: *Rungalle*; hoc: *Rungalle dicitur*; illud: *Pendat*; hoc: *Pendeat*; illud: *addantur*; hoc: *addatur*; illud: *Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti 890*; hoc: *Anno, ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti*, 790; Ambo legunt: *Rex Francorum & Romanorum*; Mabillon vero, l. c: *Rex Francorum & Germanorum*; (2) Subſcriptio: *Data VIII Id. Jun., anno, ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, DCCXC, Regni autem Ejus XXII, ante conſecrationem. Actum Wormatiæ feliciter, Amen*, non congruit ætati *Caroli Craſſi*, nec altera, annum 890 præ ſe ferens, Imperatore, jam an. 888, defuncto; (3) idem Princeps 22 annos non regnavit; inſuperque (4,) jam an. 881, Imperiali Corona ornatus eſt. Qui, in locum Ejus, *Carolum Magnum* ſupponunt, utpote cujus Regni initia in annum 768 incidunt, annusque 790 Regiminis Ejus vigeſimo ſecundo reſpondet, quo etiam Wormatiæ Paſchatos feſtum celebravit, *Reginone* & *Hermanno Contracto*, h. a., teſtibus, adverſum habent, quod (1) ſermo ibi fiat *Expeditionis Romanæ*, *à Caroli* Anteceſſoribus ſuſceptæ, cum non conſtet, Imperatores Byzantinos, Francorumve Reges unquam, ſuſcipiendæ coronæ gratia, Romam eſſe profectos; 2) Annales Francici teſtentur, dicto an. 790 *Carolum* Regem nullam Expeditionem adornaſſe, ſed Wormatiæ reſediſſe quietum; Vid. *Annal. Fuldenſ.*, h. a., *Pithoeani*, h. a., *Regino*, h. a.; (3) nullibi legamus, Principes, qui Cæſarem Romam comitati, ſtipatos fuiſſe Mareſchallis, Dapiferis, Pincernis, & Camerariis, &c.; (4) Vocabula *Feudi* & *Roncaliæ* temporibus iſtis fuerint barbara, &c. Sed nihil refert, ſive *Carolos*,

los, ſive, cum Dn. *Schiltero*, l.c., §. XI, pag. 99, *Conradum Salicum*, ſive, cum aliis, *Fridericum I*, Conſtitutionem de *Expeditione Romana* in Roncaliis re vera edentem, Auctorem chartæ credas, cum ſatis ſit, eam longe antiquiorem eſſe *Maximiliano I.* Aliâs *Carolum Craſſum Germanorum Regem* ſe vocaſſe, dictum præced. lit. d.

(3) *Ludovicus IV*, in Charta VII apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Antiquitatum Alemannicarum*, pag. 27, audit *Rex Alamannorum & Pejoariorum.*

(4) *Otto I*, in Diplomate de *Confirmatione & Privilegiis Monaſterii Gemblacenſis*, an. 946 promulgato, uſus eſt tali inſcriptione: *In nomine Domini Dei & Salvatoris æterni, Otto, divina favente Clementia, Rex* **Lotarienſium & Francigenum.** Quicquid *Germanenſium, ſub Imperii noſtri ditione, ac Religionis Dei nutu, à Venerabilibus, ac Dei timoratis agitur Viris, &c.* Vid. *Lambecius*, lib. 2 Comment. *Biblioth. Vindobon.*, cap. VIII, pag. 901, carpens *Aubertum Miræum*, quod, lib. 1 *Veterum Diplomatum Belgicorum*, diploma an. 948 datum, ſcribat. Conf. *Conringius*, lib. I, de *Finibus Imper.*, cap. VI, §. 8, p. m. 29; Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Regno Auſtraſiæ*, cap. 2, circa finem, p. m. 64. Eundem *& Romanorum, & Francorum* Imperatorem ſe vocaſſe, præced. lit. d monui. Privilegium libertatis, an. 963, Monaſterio Laurishamenſi conceſſum, idem orditur: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Otto D. G. Rex* **Francorum** *& Longobardorum, ac Patricius Romanorum, &c.*; ſubſcriptione ſic ſe habente: *Data 7 Kal. Febr., anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti* 963, *Indict.* 6, *regnante Pio Imperatore Ottone, anno* 28. *Actum Papiæ feliciter. Amen.* Vid. *Meibom.*, T. I *Rer. German*, p. 746, & 747.

(5) *Henricum Sanctum* eundem titulum adhibuiſſe, docet *Lupoldus de Babenberg*, lib. de *Jure Regni & Imp. Rom.*, cap. 5, apud *Shardium* de *Juriſdict. Imper.*, p. m. 180, inquiens: *Inter alia privilegia, in Eccleſia Herbipolenſi, habetur Privilegium dicti Heinrici*, (Secundi, Fundatoris Eccleſiæ Bambergenſis) *in quo idem Heinricus, ante unctionem & coronationem Imperialem ſe Regem* **Francorum**, *& Lombardorum nominavit, ſeu intitulavit. Cujus Privilegii forma data eſt, ſub Anno Domini* 1004, *Regni ſui Francorum tertio, &c.* Confer. *Conring.*, de *Germanorum imperio Romano*, Cap. XII, §. 2, p. 113.

(6) *Henricus V* à *Paſchali*, P. R., *Rex Teutonicorum* nominatur, in Transactionis formula *de Inveſtitura Eccleſiaſtica, an.* 1111, apud *Baronium*, Tom. XII *Annal.* ad an. 1111, §. 25, pag. 77, ex Actis *Sutrinis*, & *Petro Diacono*, lib. 4, cap. 42; *Albericum, Monachum trium Fontium*, h. a., pag. 217; & *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 255; ubi: *Paſchalis Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Cariſſimo in Chriſto filio, Henrico, Teutonicorum Regi, &, per Dei Omnipotentis gratiam, Romanorum Imperatori Auguſto, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, &c.* Eundem titulum *Friderico I* Imp. dedit *Manuel*, Græcorum Imperator, apud *Albertum Stadenſem*, ad an. 1179, p. m. 196, ſcribens: *Manuël, in Chriſto Deo fidelis Imperator, Porphyrogenitus, divinitus coronatus, Regnator potens, excelſus, & Semper Auguſtus, & moderator Romanorum Magnificus, Nobiliſſimo & Glorioſiſſimo Regi* **Alemanniæ**, *& Imperatori, ac dilecto Fratri Imperii noſtri ſalutem, & fraterni amoris affectum, &c.* Conf. Dn. *Werlhof, Jur. Publ. Enucl.*, cap. 2, §. 12, pag. 54; *Alberico, Monacho trium Fontium*, ad annum 1213, pag. 473, vocatur *Conſtantia, Friderici* 2 Imp. Uxor, *Imperatrix Alemanniæ, &c.* Extare nummos, hanc inſcriptionem præ ſe ferentes: IMP. CÆS. RUDOLPHUS, REX GERM. COM. HAB. (Habſpurgicus) LAN. ALS. (Landgravius Alſatiæ) docet Dn. *Wagenſeilius*, de *Republ. Norimberg.*, cap. 26, pag. 247; *Philippus Pulcher*, R. Gall., ſub dato, *Pariſiis, die Mercurii, ante mediam Quadrageſimam, An. Dn.* 1294, Reſponſionem ad literas diffidationis *Adolphi Naſſovii* ita orditur ap. Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1 *Cod. Juris Gentium Diplom.*, §. 18, pag. 32: *Philippus, D. G. Francorum Rex, Magnifico Principi, Adolpho,* **Regi Alemanniæ**, *&c.* In Transactione, inter eundem *Philippum*, atque *Florentium*, Hollandiæ Comitem, an. 1295, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, l. c., §. 20, pag. 34, & 35, de *Alberto* Imp. dicitur: *Sauf ce que du Roy d'* **Allemagne**, *nôtre Seigneur, il eſt accordé, en cette maniere, que, ſi le dict Roy de France aſſailloit le Royaume d' Allemagne, &c.* Ibid., pag. 43, §. 27, huc ſpectat Rubrica: *Traicté particulier, faict entre les Rois de France & d' Angleterre, par lequel ligue defenſive fut accordée entre eux, contre tous, fors contre l' Egliſe de Rome, & fors auſſy pour le Roy de France, Aubert* (Albert) *Roy d'* **Allemagne**, *& le Comte de Haynaut*, 1303.

(7) Hæc omni tamen non evincunt, perpetuo & ſolenni ſtylo, ante *Maximiliani I* tempora, Imperatores *Germaniæ Reges* ſe appellaſſe. Conſtat potius, hunc ipſum Principem diu ſatis titulo hoc abſtinuiſſe, teſtibus Ejus Reſcripto, ad Regem Angliæ, de an. 1492, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imper.*, p. 412; Conſtitutione, contra Blasphemos, in Comitiis Wormatienſibus, an. 1495, ibid., Tom. 2, pag. 110; Reformatione Liberorum Scabinorum Judicii Vetiti in Weſtphalia, an. eod. l. c. p. 112; *Kammergerichts-Ordnung zu Worms* ejusdem anni; *Kœniglicher Landfrieden zu Wormbs*, ejusdem anni; *Kœnigliche Satzung von den Gotteslaſterern zu Wormbs*, ejusdem anni; *Ordnung uber die Wein, zu Freyburg in Brisgau*, de an. 1498; Conſ. *Goldaſt.*, l. c., Tom. 2, pag. 114; *Erklærung des Landfriedens zu Augſpurg*, de an. 1500; Conſtitutione de Honore & Privilegiis Poëtarum, an. 1501, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 3, pag. 482; ab anno vero 1508

per-

Digitized by Google

perpetuo *Germaniæ Rex* vocatur; ſic literas ad *Eilingenſes*, ſub dato *Bulſan*, 1508, 8 Febr., apud Dn. *Datt*, lib. 3 *Rer. German.*, cap. 7, §. 30, p. 568, Ipſemet non ſolum inchoat: *Wir* Maximilian *von Gottes Gnaden Erwæhlter Ræmiſcher Kaiſer, zu allen Zeiten Merer des Reichs, in Germanien:----Künig, &c.*, ſed & dicto Senatui notum facit, ſe hunc titulum aſſumpſiſſe, poſthâc ſibi dandum. Vid. ſeq. Tit. 5, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1508; Eodem utitur, an. 1509, in Edicto, contra Rempublicam Venetam, in Comitiis Wormatienſibus promulgato, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 2, p. 117, ubi: *Maximilianus D. G. electus Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, &c., GERMANIÆ, Hungariæ, Dalmatiæ, & Croatiæ Rex, &c.*, quem titulum deinde retinuit, in proœmio R. J. Auguſt, an. 1510; It. in Edicto, de Celebratione Concilii *Piſani*, an. 1511, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, pag. 421; It. Part. 2 R. J. *Trevirenſ. & Colon.*, an. 1512; nec non in Conſtitutione, de *Notariis & Tabellionibus*, ejusdem anni, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, pag. 430; ut & in Mandato, de *abolendis Actis & decretis Conciliorum Turonenſis*, an. 1510, & *Piſani*, an. 1511 contra *Julium* 2 Papam celebratorum, de eodem anno, apud eundem, l. c., Tom. 3, pag. 484; quamvis hoc ipſo anno, & quidem Part. 1 dicti R. J. *Trevir. & Colon.*, errore forſan Scribentium, vocabulum *Germaniæ* omiſſum ſit, ſecutis temporibus ſemper retentum.

(*k*) WIR, &c. Vid. infr. lib. 3, Tit. 13, §. 4.

(*l*) CAROLUS V, &c. Facit huc Ejus Conſtitutio de *Judicio Cameræ*, de an. 1548, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imper.*, pag. 242, ubi: *Carolus, Divina favente Clementia, Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtiliæ, Aragonum, Legionum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, Indiarumque, & Terræ Firmæ Maris Oceani, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ & Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Craniæ, Limburgiæ, Lutzenburgiæ, Geldriæ, Calabriæ Athenarum, Neopatriæ, & Wirtembergæ, &c., Comes Habspurgi, Flandriæ, Tirolis, Gortiæ, Barcinonis, Arthois & Burgundiæ, Palatinus Comes Henegojæ, Hollandiæ, Selandiæ, Phirdæ, Kiburgi, Namurci, Roſſilionis, Certaniæ & Zutpheniæ, Landgravius Elſatiæ, Marchio Burgojæ, Oriſtani, Gotiani, ac S. R. J. Princeps in Suevia, Cathalonia, Aſturia, &c., Dominus Phriſiæ, Vandalicorum, Portenojæ, Piſcajæ, Molinis, Salinarum, Tripoli, & Mechliniæ, &c.* Germanicè occurrit in proœmiis R. J. *Wormat.*, an. 1521, *Norimb.*, an. 1522, *Auguſt.*, an. 1530, & *Ratisbonenſium*, de ann. 1532, 1541, & 1546; nec non *Conſtit. Criminal.*, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 3, pag. 139; conf. Dn. *Becmann*, *Synt. Dignitatum Illuſtr.*, Diſſ. 3, cap. 1, §. 7, p. m. 159, &c., cauſam tantæ amplitudinis, ex parte, Maurorum moribus adſcribens, l. c., Diſſ. 1, cap. 1, §. 5, pag. 9, quippe qui an. 813 Hiſpaniam ingreſſi, tot Regna numerabant, quot Provinciæ, vel urbes eminentiores ibi reperiebantur. *Conring.*, de *Finib. Imper.*, lib. 2, cap. 27, §. 18, p. m. 430, & cap. 28, §. 14, p. m. 451, & cap. 30, §. 3, pag. 500, ubi, ex *Seldeno*, jure corrigit, nomina: *& Terræ Firmæ Maris Oceani*, commate diſtinguentes, ac ſi Carolus Regem *Terræ firmæ* pariter, & *Maris Oceani* ſe dixiſſet, cum ſaltem, in publicis ſcriptis, *Rey de las Islas, y Terra del Mar Oceano*, id eſt: *Rex Inſularum, & Terræ firmæ Maris Oceani*, h. e. Inſularum Oceani, appellaretur; ex donatione ſcil. *Alexandri VI*, P. R., de anno 1493, cujus p. 22 memini, de qua etiam legas Dn. *Georgii Calixti* Reſponſ. ad actionem 3, P. *Valeriano Magno*, ejusque ſociis Capucinis datam, in Actis cum *Erneſto* Landgravio, pag. 259. Spectat huc Traditionis Inſtrumentum Præſulis Trajectenſis, an. 1529, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2 Cod. Dipl., in Mantiſſ. p. 219, in ſpecie verba: *en vaeſten Aerden van der Zee Oceane.* Luxurianti huic titulo *Franciſcus I*, Galliarum Rex, irridendo aliquando oppoſuiſſe dicitur toties repetitum *Galliæ* titulum, quot Regna, Provincias, &c. Hiſpanicus præ ſe tulerat, addito, in fine, pago *Goneſſe*, Pariſienſibus, à ſapidiſſimo pane, cognito. *Anthonius de Mont Chretien*, dans ſon *Oeconomie Politique*, Tit: *Du Commerce*, pag. 21, de his hæc profert: *A bon droit, nôtre Roi, Francois I, ſe mocquant un jour de la vanité de Titres de l' Empereur Charles V, ſon concurrent, voulut ſe qualifier Roi de France & de Goneſſe, lieu, ou l'on fait de fort bon pain, &c.* conf. *Gaſtelius*, de *Statu Publ. Europæ Noviſſ.*, cap. 31, §. 30, pag. 860; & *Limnæus*, *Notit. Franc.*, lib. 2, cap. 6, lit. oooo, pag. 447, ubi ſimul notat, alios, in locum *Goneſſe*, ponere *Gentilly*; ita ſane *Charron*, dans l' *Hiſtoire univerſelle*, Chap. 147, pag. 1182: *Francois ſe qualifia, par la Grace de Dieu, Roy de France, & Seigneur de Gennes: ou ſeulement, comme d autres diſent, Francois, par la grace de Dieu, Seigneur de Gentilly, &c.* add. *Limn.*, lib. IV *Jur. Publ.*, cap. VI, §. 37, pag. 60; & *Lanſius*, Orat: *Pro Hiſpania*, p. m. 463; Minimum, in provocationis inſtrumento, hoc titulo non eſt uſus, benè tamen *Genuenſium* Domini, formula teſte apud *Goldaſtum, in Reichs Handeln*, part. XI, p. m. 328. In literis ad Papam, de receptione *S. Franciſci de Paula* in numerum Sanctorum, ſub dato Pariſiis, 22 Mart. an. 1515, hunc admiſit in epilogo: *Veſter devotus Filius, Rex Franciæ, Dux Mediolanenſis, & Dominus Januenſis, Franciſcus, &c.*; Ejusque Conjux, iisdem die & conſule, in eadem cauſa hunc: *Veſtra devota filia, Regina Franciæ, Duciſſa Britanniæ ac Mediolanenſis, Claudia, &c.* vid. *Henſchenii & Papebrochii Acta Sanctorum*, in *Vita S. Franciſci di Paula*, 2 April., p. 192; Idem confirmationem *Concordatorum* cum Sede Romana, ſub dato Ambaſiæ, 1518, 12 April., orditur: *Franciſcus, D. G. Francorum Rex, Mediolani Dux, & Genuæ Dominus, &c.* Vid. Ill. Dn. *Leibnitii* Tom. 2 *Cod. Diplom.*, pag. 179. Pertinent huc etiam Oratorum Ejus querelæ, de

an. 1519, Electoribus Francofurdiam miſſæ, apud *Goldaſtum*, l. c., part. 1, Tit. XX, p. m. 33: *ut nobis, ſicut Sereniſſimi, Potentiſſimi, & Chriſtianiſſimi Domini, Domini Franciſci, Francorum Regis, Mediolani Ducis, & Januæ Domini Ambaſiatoribus, Oratoribus, & Nunciis, &c.* Anteceſſor Ejus, *Ludovicus XII*, debellato Mediolanenſium Duce, *Ludovico Moro*, primus hunc titulum uſurpavit; memoriam facti conſervat moneta aurea, quam cudi fecit, cum inſcriptione: LUD. XII. D. G. REX FRANC. DUX. MEDIOL. &, in altero latere: PERDAM BABYLONEM; vid. *Memoires de la Ligue* Tom. 5, p. 755, & *Limn. Notit. Franc.*, lib. 2, cap. 6, lit. n n n n, pag. 446, &c. Idem, in Diplomate inſtituti Parlamenti Aquenſis, an. 1501 vocatur: *Roy de Naples & de Jeruſalem, Comte de Provence, Forcalquier & Terres adjacentes, &c.* vid. *Limn.*, l. c. Edictum, de convocatione Concilii Piſani, an. 1511, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imp.*, p. 422, Idem ſic inchoat: *Ludovicus, D. G. Francorum Rex, Dux Mediolani, &c.* Jam ſeculo XII *Ludovicum VII*, contracto cum *Eleonora*, *Wilhelmi*, Aquitaniæ & Pictavorum Ducis, filia & hærede, matrimonio, *Regem Francorum & Ducem Aquitanorum* ſe ſcripſiſſe, probat Chronicon *Engoliſmenſe*, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, pag. 263, &c. de *Ludovico IX*, ſive *Sancto* id narrat memorabile *Martinus de Bellay* dans *ſes Memoires*, Lib. 3, fol. 104: *Louis IX, quand il uſoit de ſes hauts Titres, & de ſes plus inſignes qualitez, il ſ' appelloit Loüis de Poiſſi, pour ce qu'il avoit été baptiſé à Poiſſi, &c.* Conf. *Merula*, part. 2 *Coſmograph.*, lib. 3, cap. 21, pag. 243. *Limn.*, l. c. *Carolus VI* Tractatum cum *Gabriele Maria*, fratre Mediolanenſium Ducis, an. 1404, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., Tom. 1, pag. 277, incipit: *Carolus, D. G. Francorum Rex, & Dominus Januæ, &c.* de *Henrico III* proſtat: *Le Livre des Statuts & Ordonnances de l' Ordre & Milice du benoiſt S. Eſprit, etably par le Tres-Chreſtien Roy de France & de Pologne, Henry III de ce nom.* Ita Libri titulus, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., Tom. 2, in *Mantiſſ.*, pag. 39.; Conf. ibid. pag. 43, & 45. In Juramenti formula, quod *Urbanus de Brezé*, Franciæ Mareſchallus, an. 1640, *Ludovici XIII* nomine, Catalaunis præſtitit, audit Rex: *Rex Galliæ & Navarræ, Comes de Barcellona, Roſſiglione & Cerdania, &c.* Vid. *Vittorio Siri*, Tom. 2 *Hiſtor. de' correnti Tempi*, lib. 1, p. 137, &c. Edicto, *donné en faveur de l' ordre de Nôtre Dame du Mont Carmel, & de St. Lazare de Jeruſalem*, an. 1672, modernus Rex, *Ludovicus XIV*, hunc titulum præfixit: *Loüis, par la Grace de Dieu, Roy de France & de Navarre, Dauphin de Viennois, Comte Valentinois & Dyois, Comte de Provence, Forcalquier & Terres Adjacentes, &c.*, quem ipſum an. 1691, 15 Jan., in Edicto, quo ludos: *Pharaon; Du Hoca; Barbacole; La Baſſette; Pour & Contre*, proſcripſit, retinuit, &c. Hæc obiter. Add. *Speneri Op. Herald.*, part. ſpec. lib. 1, c. 24, §. 56, p. m. 125. Dn. *Becmann, Syntagm. dignitatum Illuſtr.*, Diſſert. 3, cap. 1, §. 8, pag. 163, &c

(*m*) DE NOVO, &c. Hic ſedes Quæſtionis: *Quomodo Imperium Romanum Germanis obvenerit?* Ecce rei ſeriem? Extincto Imperatore *Carolo Craſſo*, an. 888. fœdam Imperium ſciſſuram paſſum eſt, ſingulis Regnis, quæ partes ejus conſtituerant, Reges ſibi eligentibus, ceu præc. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 3, Scriptorum bonæ notæ teſtimonio probavi. Eadem calamitate Italiam obruente, *quædam pars Italici Populi Berengarium, filium Ennarhardi, qui Ducatum Forojulianorum tenebat, Regem ſibi ſtatuunt; quædam Guidonem, filium Lamperti, Ducem Spoletanorum, æque Regia dignitate ſublimandum decernunt: ex qua diſſenſionum controverſia tanta ſtrages, ex utraque parte, poſtmodum facta eſt, tantusque humanus ſanguis effuſus, ut, juxta Dominicam vocem, Regnum, in ſe ipſum diviſum, deſolationis miſeriam penè incurrerit. Ad extremum Wido, victor exiſtens, Berengarium Regno expulit, &c.* Hæc *Regino*, ad an. 888. Coævus *Luithprandus*, lib. 1 Hiſtor., cap. VI, p. m. 95, meminit conſpirationis, quam, vivente adhuc *Carolo*, contraxerant, nata inde belli materia; pollicebantur ſcil. ſibi invicem jurejurando, *quod, ſi Regi Carolo ſuperſtites forent, alterius alter ordinationi conniveret, ſimul ut Wido, quam Romanam dicunt, Franciam, Berengarius obtineret Italiam;* Francis autem, poſt *Caroli* fata, *Widonem* reſpuentibus, & *Odonem* in Regem aſciſcentibus, *frangere, quod Berengario fecerat, jusjurandum deliberat, collectoque, prout potuit, exercitu, Italiam concite ingreſſus, Camerinos, atque Spoletinos fiducialiter, ut propinquos, adiit. Berengarii etiam partibus faventes, ut infideles, pecuniarum gratia acquirit: itaque Berengario bellum parat. Copiis denique utraque ex parte collectis, juxta fluvium Terbiam, qui quinque à Placentia milliariis diſtat, civile bellum parant, in quo quum partibus ex utrisque caderent multi, Berengarius fugam petiit, triumphum Wido obtinuit. Nec mora, diebus paucis interpoſitis, collecta Berengarius multitudine, in Brixiæ latiſſimos campos Widoni bellum parat, ubi quum maxima ſtrages fieret, fuga ſeſe Berengarius liberavit, &c.* Sunt verba *Luitprandi*, l. c., cum quibus conferas Carmen Panegyricum, in laudem *Berengarii Auguſti* compoſitum, apud Ill. Dn *Leibnitium*, in Cod. *Scriptorum Rerum Brunſuic.*, pag. 237, &c.; *Marianum Scotum*, an. 889; *Ottonem Friſingenſem*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 10, p. m. 123; *Godfridum Viterbienſem*, part. 17 *Chronic.*, p. 469; *Albericum, Monachum trium fontium*, ad an. 892, p. m. 224, & 225; *Sigonium*, lib. VI, de *Regno Italiæ*, ad an. 888, 889, & 890, pag. 229, qui addit, an. 891, 9 Kal. Mart. *Widonem*, à Stephano Papa, Imperatorem Romæ inauguratum; quod, ex *Frodoardi Hiſtoria Epiſcoporum Rhemenſium*, lib. 4, cap. 2, *Baronius*, Tom. X Annal., ad an. 892, ſub initium, pag. 610, anno demum ſequenti factum arbitratur. Ejectus itaque ſede *Berengarius*, nec alia vindicandæ injuriæ arma habens, ab ipſo *Arnolpho*, Germaniarum Rege, auxilium petiit, *Wormatiæ*, in comitiis, ſpondens,

ſupe-

Digitized by Google

ſuperato *Widone*, totam Ei famulaturam Italiam. Accedentibus Pontificis precibus, quibus à tyrannide liberatum Italiam Eum invitabat, quarumque mentio fit in *Annalib. Fuldenſibus*, ad an. 893, ibi: *Miſſi autem Formoſi Apoſtolici, cum epiſtolis, & Primoribus Italici Regni, ad Regem, in Bajoaria advenerunt, enixè deprecantes, ut Italicum Regnum, & res S. Petri, ad ſuas manus, à malis Chriſtianis eruendum adventaret: quod tunc maxime à Widone tyranno affectatum eſt; quos Rex apud urbem Regino honorifice recipiens, & cum muneribus poſtulata annuens, abire permiſit, &c.*, filium, *Zuendebaldum*, valido cum exercitu, eo dirigit, pacataque Germania, Ipſe *Longobardiam* ingreſſus, *Berengarium Verona* conſtituit, & ſequenti an. 894, *Circa Purificationem S. Mariæ, Caſtrum, quod nuncupatur Pergamum, armis cepit, & Ambroſium, Comitem ipſius Civitatis, laqueo, ante portam ipſius urbis, in quadam arbore ſuſpendit. Unde tantus timor ſuper reliquas Civitates cecidit, ut nullus auderet contradicere, ſed omnes obviam procederent venienti. Pervenit autem uſque Placentiam, inde converſus eſt per Alpes Penninas, Galliam intravit, &c.* Hæc *Regino*, ad an. 894; conf. *Luithprandus*, lib. 1, cap. 7, pag. 96; *Panegyriſta Berengarii*, l. c., lib. 2, pag. 246, &c.; *Annales Francorum Fuldenſes*, an. 893, & 894; *Hermannus Contractus*, ad an. 890, 893, &c.; *Marianus Scotus*, an. 894; *Otto Friſing.*, l. c., cap. 12; *Godefridus Viterbienſ.*, l. c., pag. 469; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 897, pag. 232; *Sigonius*, l. c., ad ann. 893, & 894, p. 232. Italiâ ſic in ordinem redactâ, duxit *Arnolfus* exercitum in veterem hoſtem *Rudolfum*, Burgundiæ Regem; qua re cognita, *Wido*, collecto animo, fugam continuit, *Spoletum* verſus initam, &, converſo impetu, abeuntem inſequi cœpit. Verum, ad *Jarum*, Placentini agri amnem, cum perveniſſet, vomitu ſanguinis repentino oppreſſus interiit. Recuperabat equidem, ab ejus obitu, *Berengarius Papiam*, reliqui vero, qui *Widonis* partes ſequebantur, Itali, *Lamberto*, defuncti filio, *Spoleti* moranti, ſe ſubjiciebant, *Berengarii* adverſus ſe iracundiam veriti. Igitur *Lambertus*, *Spoleto* relicto, *Papiam* petiit, eamque, *Berengario* inde *Veronam* aufugiente, vacuam ingreſſus, Rex ſalutatus eſt, &, à Papa, Romæ Imperator coronatus. Vid. *Luitprandus*, lib. 1, cap. 9, & 10, p. m. 98, & 99; *Regino*, ad an. 894; *Marianus Scotus*, an. 895; *Godefridus Viterbienſ.*, l. c., pag. 469; *Otto Friſingenſ.*, l. c.; *Sigonius*, l. c., ad an. 895; ſolo *Baronio Lamberti* inaugurationem Romanam in annum 893 rejiciente, Tom. X *Annal.*, h. a., §. 8, p. 615.

(2) Enimverò *Lanthbertus Rex, quum eſſet vir ſeverus, Principibus gravis eſt viſus, unde & Legatos Veronam dirigunt, & Regem Berengarium ad ſe venire, Lanthbertum vero expellere petunt*, inquit *Luitprandus*, l. c., cap. 10, p. 99; Rebus eo melius ordinandis, ipſe Papa *Formoſus*, regiminis *Lamberti* pertæſus, clam *Arnolfum* Romam revocat, cuncta grata promittens. Ita *Annales Fuldenſes*, ad an. 894: *Iterum Rex* (Arnolfus *à Formoſo Apoſtolico, per Epiſtolas & Miſſos, enixè Romam venire invitatus eſt.* Ille, precibus locum dans, revertitur in Italiam, an. 895, ſuperatisque difficultatibus innumeris, *Romam* tandem, ab *Ageldrude*, *Widonis* vidua, adhuc inſeſſam, pervenit, convocatoque belli Senatu, an. 896, eam obſidet, & expugnat, in Triumphi gloriam à Pontifice Imperator coronatus. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 3. Inauguratione peracta, cunctisque ritè diſpoſitis, cum Cæſar domum rediret, obiit *Lambertus*, in cujus locum Longobardi, an. 898, *Ludovicum*, *Boſonis*, Provinciæ Regis, filium, Regem eligunt, qui etiam, anno 899, eo quidem venit, ſed à *Berengario*, magno ſibi cum exercitu occurrente, in eas redactus anguſtias, ut, facultatem revertendi pactus, Italiam ejurare cogeretur. Mortuo tamen, eodem anno, *Arnolfo*, cuncta hæc invertebantur; *Berengarii* enim ſuperbia irritati Romani Principes, auctore *Adelberto*, Potentiſſimo Tuſciæ Marchione, laudatum *Ludovicum*, an. 900, denuo, ad occupandum ſolium, invitant, Eumque, aufugiente *Berengario Papiam*, armata manu intrantem, Regiis inſignibus exornant, proximè ſequenti 901, à *Benedicto* Pontifice, Imperiali Diademate auctum; utut, haud multo poſt, mutatâ iterum fortunâ, à *Berengario* ſceptro pariter & oculis privatum. Vid. ſupra l. c. Miſera tunc *Romæ* facies erat, Pontificibus intruſis certatim ſe vulgantibus, Imperio ſcortis ſubjecto. Memor horum temporum, *Stephanique* VI, vel VII, Papæ, *Luitprandus*, lib. 2, cap. 13, pag. 111, ait: *Theodora, ſcortum impudens, hujus Alberici, qui nuper hominem exuit, avia, quod dictu etiam fœdiſſimum eſt, Romanæ Civitatis, non inviriliter, Monarchiam obtinebat: quæ diras habuit Natas, Maroziam atque Theodoram, ſibi non ſolum coæquales, verum etiam Veneris exortivo promptiores. Harum una, Marozia, ex Papa Sergio, cujus ſupra fecimus mentionem, Joannem, qui, poſt Joannis Ravennatis obitum, S. R. Eccleſiæ obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio; ex Alberto autem Marchione Albericum, qui, noſtro poſt tempore, Romanæ Urbis Principatum uſurpavit, &c.* In eandem ſententiam vel ipſe ſcribit *Baronius*, Tom. X Annal., ad an. 897, §. 4, p. 644: *Cum vero hos Romana Eccleſia paſſa eſt Tyrannos, Tuſciæ Principes, dominantes, ſive pecuniis, ſive armis, Populo Cleroque Romano, per quos intruſi in cathedram Petri, ſolium Chriſti, ſunt homines monſtruoſi, vita turpiſſimi, moribus perditiſſimi, uſquequaque fœdiſſimi; veſtimentis exuta gloria atque lætitia, mœrens, dolens, & lugens, ſedit in triſtitia Domina Gentium, &c.*; & ad an. 908. §. 6, *Theodoram* præfatam depingens, pag. 671, ait: *Hæc peſſima fœmina ea arte Dominium Urbis eſt conſecuta, poſſidens arcem, illudque in poſteros propagare curavit, filias preſtituens Pontificibus, Sedis Apoſtolicæ invaſoribus, & Tuſciæ Marchionibus, ex quibus tantarum invaluit meretricum Imperium, ut, pro arbitrio, legitimè*

[illegible] dimoverent Pontifices, & violentos ac nefarios homines, illis pulſis, intruderent, &c.; & rurſus, ad an. 912, §. 18, pag. 685: *Quæ tunc facies Sanctæ Eccleſiæ Romanæ? quam fœdiſſima, cum Romæ dominarentur potentiſſimæ æque ac ſordidiſſimæ meretrices? quarum arbitrio mutarentur Sedes: darentur Epiſcopi: &, quod auditu horrendum & infandum eſt, intruderentur in ſedem Petri earum Amaſii, Pſeudo-Pontifices, qui non ſunt, niſi ad conſignanda tantum tempora, in catalogo Romanorum Pontificum ſcripti. Quis enim à ſcortis hujusmodi intruſos, ſine lege, legitimos dicere poſſet Romanos fuiſſe Pontifices? &c.* Conf. *Albericus*, Monachus *trium Fontium*, ad an. 911, pag. 250; *Wernerus Rolewinckius*, ætat. 6 *Faſciculi Temporum*, in vita *Arnolfi* Imp., p. m. 68, & 69; *Crantzius*, lib. 2 *Saxon.*, cap. 32; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 27, p. 684, & Generat. 31, pag. 721; *Sigonius*, de *Regno Italiæ*, lib. 8, ad ann. 1046, p. 220; *Gilbertus Genebrardus*, Aquenſis Præſul, lib. 4 *Chronolog.*, ad an. 901; *Thomas Stapletonus*, lib. 1 *de Magnitudine Eccleſiæ Romanæ*, cap. 8; *Lehmannus*, *Chron. Spir.*, lib. 3, cap. 24, pag. 237; *Henſchenius & Papebrochius*, Tom. 1 Actor. Sanctorum, Menſ. April., p. 154 propylæi.

(3) Præfuit, in Italia regnante *Berengario*, Germaniæ *Ludovicus IV*, qui, domeſticis æquè & Hungarico bellis detentus, Italiam occupantibus relinquere cogebatur; pariter ac, Eo mortuo, *Conradus* atque *Henricus Auceps*, Principes cæteroquin validiſſimi. Stantibus ita rebus, coronam Imperialem impoſuit, an. 915, Pontifex *Johannes Berengario*, in remunerationem, ut *Sigonius*, lib. 6, de *Regno Italiæ*, ad hunc annum, pag. 250, opinatur, ſtrenuè, adverſus Sarracenos, in prælio Gariliano, navatæ operæ; biennio poſt, *Adelberto, Tuſciæ Marchione, ex humanis erepto, Vidoni, filio ejus, ditionem confirmavit. Berta, Vidonis mater, cum Dominatum Italiæ adipiſci, vivente marito, non potuiſſet, filio rerum potiente, ſe aſſequuturam arbitrata, varia moliri adverſus Berengarium cœpit. Quibus compertis, Berengarius, exercitu in Etruriam miſſo, ipſam, cum filio, cepit, ac Mantuæ in cuſtodiam tradidit. Cum autem Oppida Ejus neque vi, neque metu ſibi ſubjicere potuiſſet, tandem beneficio ſibi reconciliandam ratus, impunitam dimiſit, &c.* Sunt verba *Sigonii*, l. c., ad an. 917, p. 250, & 251. Triennio poſt, ob conſtitutum Mediolanenſium Præſulem, *Lambertum*, ſurgentibus in Italia novis motibus, *Berengarii* hoſtes diadema Regium *Rudolpho* Burgundio offerunt, qui etiam eo ſecedens, Regno cum gloria potitur, *Berengario* fugato, annoque 925, à *Flamberto* quodam, interfecto. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. b, v. 4. Sic Regem Italiæ ſe vidit Burgundus; aſt, Italis novitatibus aſſuetis, adhuc eodem anno, occaſione *Ermengardæ*, *Adelberti*, Eporegiæ Marchionis, viduæ, corpus lucro opponentis, infenſi *Rudolpho*, *Hugonem*, Arelatenſium Comitem, ad obtinendum Regnum, invitant. Quod ut quietè teneret *Hugo*, tranſegit poſtea cum *Rudolpho*, cedens ei, quicquid in *Provincia* poſſidebat, vice verſa juribus in Italiam renuncianti. Vid. ſupr. l. c. Obiit tandem & *Wido*, præfati *Adelberti*, Tuſciæ Marchionis, filius, Principatum Romæ uſurpans, poſtquam, impellente *Marozia* conjuge, *Johannem* Pontificem, ann. 928, ſede, & vita privaverat, repoſito in ejus locum *Johanne*, *Maroziæ* filio, *quem*, ut *Luitprandus*, lib. 3 Hiſtor., cap. 12, pag. 125, loquitur, *ex Sergio Papa, meretrix ipſa genuerat.* Elato *Widonis* funere, *Marozia*, *ſcortum impudens nimis, ſuos Nuncios Hugoni Regi dirigit, Eumque invitat, ut ſe adeat, Romamque, nobiliſſimam Civitatem, ſibi aſſumat. Hoc autem non aliter poſſe fieri teſtabatur, niſi eam ſibi Rex Hugo Uxorem faceret*; hæc idem, l. c., mox pergens: *Rex denique, ob munitionis confidentiam, relicto longe exercitu, cum paucis, Romam advenit. Qui decenter à Romanis ſuſceptus, in prædictam munitionem, ad prædictæ Maroziæ meretricis thalamum declinavit. Cujus inceſto cum potitus eſſet concubitu, Romanos, quaſi jam ſecurus, deſpicere cœpit. Habuerat ſane Marozia filium, nomine Albericum, quem, ex Alberico Marchione, ipſa genuerat. Qui dum, Matris hortatu, Regi Hugoni, vitrico ſcilicet, aquam funderet, ubi manus ablueret, ab eo, pro correctione, in faciem cæſus eſt, eo, quod non moderate & prudenter aquam effunderet. Is vero ut illatam ſibi poſſet ulciſci injuriam, congregatis in unum Romanis, hujusmodi eos ſermone convenit: Romanæ Urbis dignitas ad tantam eſt ſtultitiam ducta, ut meretricum etiam Imperio pareat. Quid enim fœdius, quidve turpius, quam ut unius mulieris inceſtu Romana Civitas pareat? Romanorum aliquando ſervi, ſcil. Burgundiones, Romanis imperent? Si meam, privigni ſcil. ſui, faciem cecidit, quum præſertim novus habeatur hoſpes, quid vobis jam inveteratum facturum creditis? an Burgundionum voracitatem atque ſuperbiam ignoratis? &c. His auditis, Hugonem Regem cuncti deſerunt, atque eundem Albericum ſibi Dominum eligunt, &, ne ſpatium quidem milites introducendi ſuos Rex Hugo haberet, munitionem confeſtim oppugnant. Liquet, divinæ diſpenſationis eſſe hoc conſilium, ut, quod Rex Hugo tam nefario turpiter cœperat ſcelere, id Eum omnimodo obtinere non poſſe. Tanto quippe eſt terrore coactus, ut præſertim ſe ipſum, ex ea parte, qua Civitatis muro munitio inhærebat, deponens, eam deſereret, atque ad ſuos confugeret. Expulſus igitur eſt Rex Hugo, &, cum præfata Marozia, Romanæ Urbis Monarchiam Albericus tenuit, fratre Joanne ſuo ſummi atque univerſalis Præſulatus Sedi præſidente, &c.* Eadem profert *Sigonius*, l. c., lib. 6, ad an. 928, p. 257, & 258; & ex parte *Goldaſtus*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, p. 301, qui tamen, ex *Alberici* oratione ad Romanos, Edictum fabricatur, de anno 933. Quæ *Frodoardus*,

in

in Chronico, ap. *Pithœum*, pag. 137, ad an. 933, profert: *Miſſi Remenſis Eccleſiæ, Giſo & Almalricus, Roma redeuntes, Pallium Artaldo Præſuli deferunt, nunciantque, Johannem Papam, filium Mariæ, quæ & Marozia dicitur, ſub cuſtodia detineri, à fratre ſuo, nomine Albrico, qui Matrem quoque ſuam, Marociam, clauſam ſervabat, & Romam, contra Hugonem Regem, tenebat, &c.*, male in temporis rationem trahit *Baronius*, T. X Annal., h. a., pag. 695, cum *Johannes* Pontifex, à *Widone* deturbatus, anteceſſor fuerit *Johannis*, *Maroziæ* filii, de quo *Frodoardus* loquitur, ceu ex *Luitprando*, l. c., manifeſtum eſt.

(4) *Igitur Rex Hugo, dum proſperè ſibi cuncta proſpiceret; filium ſuum, Lotharium, quem ex Alda, uxore ſua, genuerat, cunctis connibentibus, poſt ſe Regem poſuit. Quo conſtituto, qualiter Romam, ex qua ejectus turpiter fuerat, poſſet acquirere, cogitabat. Collecta itaque multitudine, proficiſcitur Romam. Cujus quanquam loca & Provincias circumcirca miſerè devaſtaret, eamque ipſam quotidiano impetu impugnaret, ingrediendi eam tamen effectum obtinere non potuit. Sperans denique, calliditate ſua Albericum poſſe decipere, ei denunciat, ut filiam ſuam Aldam, Lotharii Regis, nati ſui, Germanam, ſibi conjugio tollat, ſicque pace habita, ut ſuus ipſius filius, ſecurus permaneat. Albericus igitur, ut vir haud fatuus, filiam ipſius ſibi conjugio junxit. Romam autem, quam nimis ardebat, non tradidit, ſeque ei minimè credidit, &c.* Hæc *Luitprandus*, lib. 4 Hiſtor., cap. 1, pag. 128: contigiſſe hæc anno 936, ex *Frodoardo*, l. c., ad h. a., p. 143, diſcendum eſt, ubi: *Hugo, Italiæ Rex, Romam niſus capere, afflicto ſuo exercitu fame, & equorum interitu, pacta tandem pace cum Alberico, dans Ei filiam conjugem, ab obſidione deſiſtit, &c.* Meminit hujus pacis *Johannes* Cluniacenſis, *Odonis*, Cluniacenſis Abbatis, quem *Leo VII* Papa hunc in ſinem Romam accerſiverat, itineris comes, in Ejus vita, lib. 2, cap. 5, apud *Surium*, 18 Nov., p. m. 413, verbis: *Sub idem tempus Italiam miſſi ſumus à Leone, Summo Pontifice, ut Pacis legatione fungeremur, inter Hugonem, Longobardorum Regem, & Albericum, Romanæ urbis Principem, &c.* & cap. 6. p. 414: *Tempore præterito, dum Romuleam urbem, ob inimicitiam Alberici, jam facti Principis, prædictus obſideret Hugo Rex, cœpit Ille intra extraque diſcurrere, & pacis concordiæque monita inter utroſque diſſeminare, quatenus poſſet furorem prædicti Regis ſedare, & prædictam urbem tueri à tanta obſidione, &c.* Conf. *Baronius*, l. c., ad eundem annum 936, p. 700, *Sigonio*, lib. 6, de *Regno Italiæ*, p. m. 259, cuncta in annum 932 rejiciente. Rebus ſuis firmandis, confert *Hugo* Rex in Arelatenſium Epiſcopum, *Manaſſem*, affinitate ſibi conjunctum, Veronenſem, Tridentinam, & Mantuanam Eccleſias, una cum Tridentina Marchia; vid. *Luitprandus*, lib. 4, cap. 3, pag. 128; Neptem quoque ex fratre, *Boſone*, *Willam* nuptum dabat *Berengario*, Eporegiæ Marchioni, *Adelberti* Marchionis, & *Giſlæ*, *Berengarii Senioris* gnatæ, filio, ejusque fratrem, *Anſcarium*, è ſorore ſua uterina, *Ermengarda*, dicti *Alberici* altera conjuge, in lucem editum, mortui Camerinorum & Spoletanorum ditiſſimi Marchionis, *Theobaldi*, ditionibus auxit. Extincto præterea Burgundionum Rege, *Rudolfo*, *Bertam*, ejus viduam, non ſolum ſibimet ipſi junxit matrimonio, ſed & eorundem conjugum filiam, *Adelheidam*, filio ſuo, *Lothario* Regi, uxorem ſociavit. Fruſtra tamen hæc parabantur arma. Matrimoniis enim, quibus Pater & filius Matri & filiæ copulantur, raro felicibus, *Hugo* quoque concubinarum, *Bezolæ*, *Rozæ* & *Stephaniæ*, deceptus illecebris, omnibus modis *Bertham* execrari cœpit. Accedentibus propinquorum inſidiis, quas ei ſtruxerant, *Boſonem* fratrem *Tuſciâ* mulctare, *Huberto* traditâ, ejusque conjugem, *Willam*, in Burgundiam relegare cogitur. Vid. *Luitprandus*, lib. 4, cap. 4, 5, & 6, p. 129 ad 131; *Frodoardus*, l. c., ad an. 936, pag. 143; *Sigonius*, lib. 6, ad ann. 933, 935, & 936, pag. 260, & 261. Recruduit inſuper, ſeu potius continuatum eſt, inter Eundem, & *Albericum*, Generum, bellum, de quo *Luitprandus*, lib. 5, cap. 1, p. 140: *Eadem tempeſtate, Hugone Rege turpiter expulſo, Albericus, ut præfati ſumus, Romanæ Civitatis Monarchiam obtinebat. Quem Rex Hugo quotannis graviter opprimebat, gladio & igne, quæ poterat, univerſa conſumens, adeo, ut Civitates, præter Romam, in qua ipſe conſederat, omnes auferret. Sed & ipſam ſine dubio, tum depopulando, tum Cives Muneribus corrumpendo, conquiſiviſſet, niſi occulta & juſta juſti Dei ſententia illi prohibuiſſet, &c.*; laudato Cluniacenſi Abbate, *Odone*, incaſſum pro eorum reconciliatione laborante, cujus *Frodoardus*, ad an. 942, p. m. 154, meminit: *Domnus Odo Abbas, pro pace agenda inter Hugonem, Regem Italiæ, & Albricum, Romanum Patricium, apud eundem Regem* (Ludovicum R. Gall.) *laborabat &c.* Sed & *Anſcarius*, ejusque frater, *Berengarius*, beneficiorum obliti, ei adverſabantur; quorum caſtigandâ perfidiâ, per *Sarlionem* quendam, Spoletano agro, re confecta, ditatum, *Anſcario* Camerinorum & Spoletanorum Marchiam aufert, brevi poſt & vitâ exuto. Alter Fratrum, *Berengarius*, pœnis ſe ſubducens, Italiam, per Montem Jovis, deſerit, ſeque ad *Hermannum*, Alamannorum Ducem, recipit, à quo benigne exceptus, ad *Ottonem Magnum*, Germaniæ Regem, ducitur. *Luitprandus*, lib. 5, cap. 2, & 3, pag. 140; *Sigonius*, l. c., ad annos 939, & 940, pag. 261; *Baronius*, l. c., ad annum 942, pag. 710: *Rex Hugo, audita Berengarii fuga, nuncios ſuos Regi Othoni direxit, promittens, ſe, ſecundùm voluntatis Ejus deliberationem, auri argentique copiam Ei daturum, ſi Berengarium non ſuſciperet, eique adminicula non conferret. Quibus Rex apologeticum hujusmodi dedit: Berengarius non ob Domini veſtri dejectionem, verum, ſi potis eſt, ob reconciliationem, Noſtram adiit Pietatem, ſi qua in re adminiculari illi penes dominium veſtrum potero. Gazas, mihi ab illo promiſ-*

Google

miſſas, non ſuſcipio, verum illi meas libentiſſime tribuo. Berengario verò, ſeu cuilibet, Noſtræ Pietatis Clementiam imploranti, ſubſidium non præbere, ſummæ dementiæ eſt, &c. Hæc *Luitprandus*, lib. 5, cap. 5, p. 143. &, ex eo, *Albericus*, Monachus trium fontium, ad ann. 940, p. m. 276, & 277. Pergit *Luitprandus*, l. c., cap. 7, pag. 144: *Hugo Rex cum Saracenis hac ratione iniit fœdus, ut in montibus, qui Sueviam atque Italiam dividunt, ſtarent, ut ſi forte Berengarius exercitum per eos ducere vellet, tranſire eum omnimodo prohiberent, &c.* Non obſtantibus autem cautelis quibuscunque, redeunte domum *Amadeo*, aſtuto milite, quem, eodem teſte, lib. 5, cap. 8, p. 145, *Berengarius*, Principum animos exploratum, in Italiam miſerat, revertitur *Berengarius* ad Lares, *Manaſſe*, præfato Veronenſium, Tridentinorum & Mantuanorum Epiſcopo, relictis Patroni *Hugonis*, cui omnia debebat, partibus, ſpe obtinendi Mediolanenſis Archi-Epiſcopatus, omnes Italos in Ejus auxilium invitante. Accedentibus etiam *Milone*, Veronæ Domino, *Widone*, Mutinenſium Præſule, *Harderico* Mediolanenſi, aliisque Proceribus, à quibus Veronâ Mediolanum accitus, pro Rege ſe gerere auſus eſt; *Rex Hugo Lotharium, filium ſuum, non ad Berengarium ſolum, verum ad totius Populi præſentiam dirigit, petens, quia ſe, eis non morigerum, abdicaverunt, filium, qui nil in eos deliquerat, ſaltem, pro Dei amore, ſuſcipiant, ac voluntatibus eorum morigerum reddant. Lothario denique Mediolanum petente, Rex Hugo Papiâ, omni cum pecunia, egreſſus, Italiam deſerere, atque in Burgundiam ire cogitavit. Sed res iſta Eum retinuit, quoniam, dum miſericordia inclinati Lotharium, in Eccleſia Beatorum Confeſſoris & Martyrum, Ambroſii, Gervaſii, &. Protaſii, ante crucem proſtratum, erigerent, & Regem ſibi conſtituerent, quamprimum ad Hugonem dirigunt Nuncium, per quem illum iterum ſuper ſe regnare permittunt. Hoc plane conſilium, imò deceptionem non omnes, ſed Berengarius, ut erat calliditate ſuffarcinatus, adinvenit, non, quo Hos regnare diſponeret, ſed, uti poſt claruit, ne Hugo diſcederet, atque immenſa pecunia, quam habebat, Burgundionum, atque aliarum Gentium, ſuper ſe, Populos invitaret, &c.* Sunt verba *Luitprandi*, lib. 5, c. 13, pag. 148; tempus deſignat *Frodoardus*, apud *Pithœum*, pag. 163, ad annum 945 ſcribens: *Hugo quoque, Rex Italiæ, Regno depulſus à ſuis, & filius Ipſius in Regnum ſuſceptus eſt, &c.*; & ad an. 946, pag. 164: *Hugo, Rex Italiæ, à ſuis in Regnum recipitur, &c.* Enimverò, Pater & filius cum non niſi Regum præ ſe ferrent imagines, ſumma rerum à *Berengario* conſtituta, *Hugo, relicto Lothario, &, ſimulata pace, Berengarii fidei tradito, in Provinciam, omni cum pecunia, properavit - - - - brevi eſt viam univerſæ carnis ingreſſus.* Hæc iterum *Luitprandus*, lib. 5, cap. 14, pag. 149; confirmata à *Leone Oſtienſi*, qui, lib. 4 *Chronici Caſſin.*, cap. 64, in fine, ſimul, Eum Monachum effectum, tradit; ibi: *Hugo, cum omni theſauro ſuo, in Burgundiam properans, Monaſterium illic magnificum conſtruxit, ſumptibus propriis, quod, ſub titulo S. Petri, appellari voluit, ibique, omnibus traditis, ipſe Monachus effectus eſt, &c.* Conf. *Sigonius*, lib. 6, ad annos 946 & 947, pag. 263 ad 265; *Baronius*, Tom. X Annal., ad an. 945, p. 720.

(5) Subſtitit ita res, ad annum usque 950, quo *Berengarius quidam, Princeps Italiæ, veneno, ut ferunt, necato Lothario Rege, Hugonis filio, Rex efficitur Italiæ.* Hæc *Frodoardus*, ad h. a., apud Pithœum p. m. 181, corrigendo hinc *Sigonio*, qui, lib. 6, de *Regno Italiæ*, p. m. 266, *Lotharii* obitum an. 949 contigiſſe, docet. Tenebat autem Ejus vidua, *Adelheida*, *Rudolphi*, Burgundionum Regis, filia, dotalitii nomine, *Papiam*, cum *Berengarius*, *Veronæ* Rex conſtitutus, aſſumto in Regiminis conſortium *Adelberto*, filio, Regnum quam liberaliſſime auſpicaretur. Regiam hanc Longobardis imperantium aſtutia ſub poteſtatem redacturus, offert *Berengarius Adelheidæ Adelbertum* filium in matrimonium, quo recuſato, aggreditur Urbem armata manu, eaque in ordinem redacta, tradit Reginam cuſtodibus, utut, paulo poſt, Sacerdotis, *Martini*, ope, ex arce profugam, &, auctore *Adelhardo*, Regienſium Epiſcopo, *Athonis*, *Canuſii* Domini, fidei ſe committentem. Reddere eam *Atho* cum nollet, magno aſtu obſidium arci circumpoſuit *Berengarius*. Jam graves querelæ novam vim ſubeuntis *Adelheidæ*, imò & ipſius Romani Pontificis, *Agapiti*, pari ardore auxilia à Germanorum Rege, *Ottone Magno*, efflagitantium; de quibus hæc *Baronius*, Tom. X Annal., ad an. 950, p. 729, lit. E: *Uxor Lotharii, Adelais, filia Rodulphi Regis, intra munitionem Canuſinam ſe continens, litteris Ottonem Regem, ad ſui liberationem, vocare non deſiſtit, &c.*; & p. 730, lit. A: *At non litteris Adelaidis tantum, ſed & Agapiti, Romani Pontificis, vocatum epiſtola Ottonem Regem, ut liberaret Italiam à tyrannide Berengarii, teſtatur Anonymus, qui olim ſcripſit vitas Romanorum Pontificum.* Motus hiſce precibus, nec non vindicandis injuriis, quibus Romani *Stephanum* Pontificem, opera *Ottonis* electum, olim jam affecerant, ceu ex *Baronio*, l. c., ad an. 940, p. 706, & 707, liquet, accedente *Athonis* laudati, auctoritate *Adelheidæ*, miſſo Nuncio, ſignificante: ſi maturè obſeſſos ab hoſtibus liberaret, rem pariter virtute ſua dignam facturum, & *Adelheidam* conciliaturum ſibi uxorem, totâ, expulſo *Berengario*, Italiâ Leges Ejus ſuſcepturâ; decernit bellum, quod eo libentius parat, quo ſpes fuit ſubjiciendæ, pari felicitate, Germanorum Regno Italiæ, qua *Carolus Magnus*, ſuo tempore, eam Francorum Imperio addiderat. Igitur, valido cum exercitu, filium *Ludolfum*, in Italiam mittit, Ipſe, anno 951, ſecutus. Vid. *Sigonius*, l. c., ad an. 950, & 951, pag. 266, & 267. Geſtarum rerum ſummam, ex *Leonis Oſtienſis* Chronico, lib. 1, cap. ult., recenſet *Baronius*, l. c., ad an. 951, p. m. 730: *Otto Rex*,

in

Digitized by Google

in Italiam venient, fugatis Berengario, Regem agente, & Ejus filio, Adelberto, duabusque ejus filiabus captis, & in Germaniam miſſis, Adelaidam Reginam, Lotharii olim Conjugem, accepit uxorem, &c. Conf. *Frodoardus*, ad eundem annum, p. m. 183: *Ottho Rex Italiam adit, ad cujus adventum, Berengario, Langobardorum Rege, ab urbe Papia fugiente, ipſe Ottho eandem ingreditur urbem, uxorem quoque Lotharii, Regis defuncti, filii Hugonis, ſororem Chonradi, Regis Jurenſis, ſibi Conjugem ducit, &c.* Plura ſcribit *Reginonis Continuator*, ad eundem annum: *Rex Otto in Italiam ire volens, multo ſe, ad hoc iter, apparatu præſtruxit, quomodo Adelaidam, viduam Lotharii, Regis Italici, filiam Rudolphi Regis, à vinculis & cuſtodia, qua à Berengario tenebatur, liberare, ſibique eam in matrimonium aſſumere, Regnumque cum ea ſimul Italicum adquirere poſſet, deliberavit. Quod, inter filios Ejus, Luidolphus, cum Alemannis anticipans, Patrique, ſi quid ibi, ad ingreſſum ſuum fortiter ageretur, placere deſiderans, nihil tale, quod ſperaverat, peregit - - - mox ſubſequenter Rex Regnum Italicum ingreditur, Deoque ſibi aſſiſtente, totius Italiæ poſſeſſor efficitur. Sed & Domina Adelheid, Deo amabilis Regina, ſua ipſius prudentia, à cuſtodia eſt, Deo propitio, liberata, & Ottoni, Regi felici, Deo auſpicante, copula conjuncta, &c.* Notandum *vero*, *Adelheidam* non amplius in poteſtate *Berengarii* fuiſſe, cum *Otto* ei ferret ſuppetias, obſeſſæ licet *Canuſii*. Apud *Hermannum Contractum*, ad an. 950, Edit. Urſtiſ. p. m. 314, legitur: *Otto Rex Italiam petit, ſibique eam ſubjecit, &, pulſo Berengario, Dominam Adelheiden liberavit, &c.* Longo carmine hæc omnia depingit illuſtris fœmina *Hroſwitha*, Ganderſheimenſis Monialis, coæva *Ottoni*, apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 719 ad 723; Add. *Witichindus* Corbejenſis, lib. 3 *Annal.*, apud eundem, l. c., pag. 652, qui tamen *Adelheidæ* maritum *Lothowicum* vocat, errore, etiam *Ditmaro Merſburgico*, lib. 2, p. m. 16, & *Sigeberto Gemblacenſi*, ad an. 954, communi; *Lambertus Schafnab.*, an. 951; Vita *Mathildis* Comitiſſæ, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Brunſvic.*, pag. 690, & 691; *Otto Friſingenſ.*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 19, p. m. 128; *Godefridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. m. 475, &c.; *Conradus Urſpergenſ.*, p. m. 162; reliqui, quorum auctoritate nuptias *Ottonis* cum *Adelheida*, præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 4, pag. 240, probavi.

(6) Cunctis ritè diſpoſitis, Italiaque Generi *Conradi* demandata curæ, revertitur in Patriam *Otto* victor, annoque 952 Auguſtæ celebrans Comitia, *Berengarium*, & ejus filium, *Adelbertum*, factorum veniam implorantes, in gratiam recipit, *Berengariumque* clientelari ſub obſequio, ceu rectè judicant Clar. Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. de *Jure Auguſti in Italiam*, t. 6, p. m. 5; Dn. *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 9, §. 19, p. 73; & Dn. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. 3, cap. 5, §. 6, p. 313; &c., in Italiam redire permittit. Profert de his *Witichindus*, l. c., pag. 652, ſequentia: *Rex vero, in Italia celebratis, juxta magnificentiam Regalem, nuptiis, proficiſcitur inde, cum novi matrimonii claritate, alturuque proximum Paſcha in Saxonia, lætitiam Patriæ, magnamque gratiam conferens. Perſuaſus quoque Rex Berengarius à Chunrado Duce, cui Papia, cum præſidio militari, relicta erat cuſtodienda, Regem ſubſecutus eſt in Germaniam, pacem cum Eo facturus, & omnibus, quæ imperaviſſet, obtemperaturus. Cui Regiæ Urbi appropinquanti occurritur, miliario ab urbe, à Ducibus & Præfectis, Palatinorumque Primoribus, & regaliter ſuſceptus, ductus in Urbem, juſſus eſt in hoſpitio ſibi præparato manere. Neque enim faciem Regis, intra tres dies, videre promeruit. Quod ægrè ferens Chuonradus, qui eum adduxerat, unumque cum eo ſentiens filius Regis, Luidulfus, ſuſpectum ſuper hac cauſa Henricum, fratrem Regis, habentes, quaſi antiqua ſtimulatum invidia, devitaverunt eum. Henricus autem ſciens adoleſcentem maternis deſtitutum ſuffragiis, contemtui Eum coepit habere, in tantum, ut à convitiis Ei quoque non parceret. Interea Rex Regem alloquitur, in gratiamque Regis ac Reginæ ſuſceptus, deditionis ſponſionem dat, fœderis ſpontanei diem apud Urbem Auguſtam deſignans. Ubi cum Conventus fieret, Berengarius manus filii ſui Adelberti ſuis manibus implicans, licet, olim Hugonem fugiens, Regi ſubderetur, tunc tamen, renovata fide, coram omni Exercitu, famulatui Regis ſe, cum filio, ſubjugavit. Et ita dimiſſus, in Italiam remeavit cum gratia & pace, &c.* Confirmant hæc *Hroswitha* Monialis, l. c., pag. 723, & 724; *Frodoardus*, ad an. 952, apud *Pithoeum*, p. m. 184; Auctor Vitæ *S. Udalrici*, Auguſtani Epiſcopi, cap. 3, apud *Surium*, 4 Julii, pag. 78; *Reginonis Continuator*, ad an. 952; *Ditmarus Merſburg.*, l. c., pag. 16, & 17; *Leo Oſtienſis*, lib. 1 *Chron. Caſſin.*, cap. ult.; *Otto Friſing.*, l. c.; *Godefridus Viterb.*, l. c.; *Chronographus Saxo*, an. 925, p. m. 161; *Theodoricus de Niem*, *de Privilegiis & Juribus Imperii*, apud *Schardium*, *de Jurisdictione Imperiali*, p. m. 262; *Sigonius*, lib. 6, de *Regno Ital.*, ad an. 925, p. m. 268; *Baronius*, Tom. X Annal., ad eundem annum, p. 731; *Mariano Scoto* annum 950, *Hermanno Contracto*, Edit. Urſtiſ. pag. 314, *Alberto Stadenſi*, & *Conrado Urſpergenſi*, l. c., annum 951, & *Sigeberto Gemblacenſi*, cum aſſecla *Alberico*, *Monacho trium fontium*, p. m. 290, annum 955, non ſatis accuratè, ponentibus. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. D, ad an. 952, pag. 92.

(7) Vix autem in Italiam redierat *Berengarius*, cum innumeris injuriis *Ottonem* eò evocantes afficeret, omnium ſic odia denuo in ſe derivans. Teſtis eſt *Reginonis Continuator*, ad an. 952: *Berengarius*, inquiens, *in Italiam revertens, omnia hæc in Epiſcopos & Comites, cæterosque Italiæ Principes retorſit, omnes eos odiis & inimicitiis inſequens, inimiciſſimos ſibi fecit, &c.* Sic & *Hroswitha* Monialis, apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 724:

Aſt ubi ſublimem Regni poſſederat Arcem,
Læſus ſuadelis quorundam namque ſiniſtris,
Mox infelici graviora quidem juga Genti
Infert, vi magna, pro deſpectu ſibi facto:
Se Regnum pretio conteſtans emere magno,
Nec fore culpandum, ſi Jus fregiſſet Avorum,
Sed magis Oddoni culpæ meritum reputari
Ipſi, Primates plebis qui venderet omnes,

Conf. *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 19, p. 128; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chronic.*, p. 476. Certior de his redditus *Otto* Rex, filium *Ludolphum*, ſelecta militum manu, anno 956, altera vice, in Italiam mittit, laborantibus auxilia laturum, qui etiam, expulſo *Berengario*, totam propemodum Italiam in ordinem redegit, Pro-Rex Regni à Parente propterea conſtitutus. Vid. *Hroswitha*, l. c., pag. 725:

Grates atque Tibi dentur, Cariſſime Fili!
Quem conſtare quidem penitus cognoſco Fidelem,
Haud obſcura tuæ fidei quia ſigna dediſti.
Cum, per Te, Regnum cupiens augeſcere noſtrum,
Signaſti nobis propriis decus omne laboris;
Hinc Ego gratanter, quæ feciſti ſapienter,
Accipiens, vice converſa, condigna rependo,
Hoc ipſumque Tibi Regnum committo regendum,
Imperio ſubdi Noſtro quod conſtituiſti!
Præcipioque Tibi juſſis, Dilecte, Paternis:
Ut, quem Victrici Populum dextra ſuperaſti,
Abſque mora Tecum facias firmare tenendum
Foedus, cum juramento ſtructum metuendo:
Hæc Dux Luidulphus Decreta legens Venerandus,
Lætior ex mandatelis tantæ pietatis,
Juſſus cum juramento religat ſibi firmo,
Ad Patris obſequium, Populum digne moderandum.

Reginonis Continuator, ad an. 956, ait: *Eodem anno Ludolphus in Italiam*, ad deprimendam Berengarii tyrannidem, dirigitur, & in brevi, expulſo Berengario, totius pene Italiæ poſſeſſor efficitur, &c.* Conf. *Hermannus Contractus*, ad an. 956, p. m. 314; *Chronographus Saxo*, ad eundem annum, p. 168; *Conrad. Urſperg.*, ad eundem annum, p. 162; *Sigonius*, lib. 6, de *Regno Ital.*, h. a., pag. 270. Anno ſequenti 957, inita cum *Adelberto* pugna, occubuit quidem *Ludolphus*, *Atho* vero, Canoſſæ Dynaſta, reſtituens trepidantibus animos, *Adelbertum* in fugam conjicit, & reportat victoriam, quam Auctor Vitæ *Mathildis Ducatricis*, cap. 5, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, p. 691, pluribus exponit, inquiens: *Otto itaque filium ſuum Lithulphum, cum mille armatis, ſibi* (Athoni, Canuſiorum Domino) *miſit auxilio, qui in Italiam veniens, Veronam intravit. Quod audiens Adalbertus Rex, obſidione* (Canuſii, ſeu Canoſſæ) *relicta, Baſigium perrexit. Lithulphus vero Verona exiens, veſpertina hora Battonis pratum advenit, ubi aderat Atto; à quo ſuſceptus hilariter; male, inquit Atto, gatonem* (felem) *cum mure in arcto ſacculo ſimul eſſe fertur. - - - Hortatus itaque Lithulphum, ut, armis aſſumptis, irruat in Adalberti exercitum. Lithulphus igitur, prorumpente aurora, cum ſuis armatis, etiam ad Adalberti exercitum propinquat. Senſerunt illum excubiæ, & ſtatim Adalberto nunciarunt. Ipſe vero propterea ſtupefactus, juſſit rimari, qualia eſſent, ſuosque ſigno vocari; Interea, audita Miſſa, nunciatur Ei, mille numero hoſtes eſſe. Adalbertus igitur Rex, cum paucis armatis, exivit ad prælium; quem dum, conſerta pugna horribili, Lithulphus ferro impeteret, Adalbertus in eum haſtam vibravit, & thoracem perforans, ac per pectus educens, illum vita privavit: Alemani, ſuo deſtituti Duce, moerentes tremore concuſſi ſunt pariter & timore. Sed Atto, vir ſingularis magnanimitatis, ſtatim advenit, & eos cohortans ad bellum, viribus reſumptis & animis, eo Duce, duriſſimè præliatur. Tandem, licet cum magna ſuorum cæde, Atto cum ſuis victor exiſtit, & fugatum Adalbertum Regno privavit. Qui Regni confuſionem non ſuſtinens, pertranſivit Oceanum, ſeu Mare Adriaticum, amplius minime reverſurus - - - Corpus Lithulphi Atto habens, educta ex eo viſcera in Eccleſia S. Proſperi ſepelivit, &c.* Eadem carminicè deſcribit *Donnizo* Presbyter, in *vita Mathildis*, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. pag. 637 ad 639; Quibus illuſtranda ſunt, quæ *Frodoardus*, ad an. 957, p. m. 191, profert: *Liudulfus, Othonis filius, qui penè totam obtinuerat Italiam, obiit, ſepeliturque Maguntiæ, apud S. Albanum, &c.*, repetita à *Continuatore Reginonis*, h. a.; conſentientibus *Hermanno Contracto*, l. c., ad hunc annum; *Lamberto Schafnab.*, h. a.; Monacho *Hamerslebienſi*, de *Præclarè geſtis Imperatorum, ab Henrico Aucupe usque ad Henricum* V, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, p. m. 139, & Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rerum Brunſuic.*, p. m. 708; *Hepidanno*, ad h. a., apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1, licet ex febri Eum defunctum tradat; *Ekkehardo Juniore*, *de Caſib. Monaſterii S. Galli*, cap. 8, in fin., apud *Goldaſtum*, l. c., p. 36; *Sigeberto Gemblacenſi*, an. 957; *Chronographo Saxone*, h. a., pag. 169; *Conrado Urſpergenſi*, h. a., pag. 163; *Alberico, Monacho trium fontium*, h. a., pag. 290; Auctore *Chronici S. Benigni Divionenſis*, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, p. 294; Chronico *Rotbomagenſi*, h. a., ibid., p. 366; *Alberto Stadenſi*, h. a; *Annalibus Hildesbemenſibus*, h. a., apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 718; *Sigonio*, lib. 6, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 270; aliisque multis; ſolo *Mariano Scoto* annum 956, hoc nomine, producente.

(8) His tamen non obſtantibus nova tyrannidis edente ſpecimina *Berengario*, tota Italia in rabiem quaſi verſa, nec ipſo Pontifice Romano, *Johanne XII*, excepto, auxilium ab *Ottone Magno* efflagitavit. Audiamus *Luitprandum*, ipſius *Berengarii*, ad *Conſtantinum*, Imperatorem Græcum, Oratorem, lib. 6. *Hiſtor.*, cap. 6, p. m. 153: *Regnantibus, imo ſævientibus, in Italia, &, ut verius fateamur, tyrannidem exercentibus Berengario & Adelberto, Joannes, Summus Pontifex, & Univerſalis Papa, cujus tunc Eccleſia ſupradictorum Berengarii atque Adelberti ſævitiam erat experta, Legatos S. R. Eccleſiæ, Joannem videlicet Cardinalem Diaconum, & Azonem*

zonem Scriniarium, Sereniſſimo atque Piiſſimo tunc Regi, nunc Auguſto Cæſari, Othoni, deſtinavit, ſuppliciter, literis, & Regum ſignis, orans, quatenus pro Dei amore, Sanctorumque Apoſtolorum Petri & Pauli, quos delictorum ſuorum cuperet eſſe remiſſores, ſe, ſibique commiſſam S. R. Eccleſiam ex ſuorum faucibus liberaret, ac ſaluti ac libertati priſtinæ reſtitueret, &c. Immediatè his annectit: *Hæc dum Romani Legati conqueruntur, Vir Venerabilis, Walbertus, Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, ſemivivus ex prædictorum rabie Berengarii atque Adelberti liberatus, ſuperius memorati Othonis potentiam adiit, indicans, ſe non poſſe pati Berengarii, Adelbertique, nec non Willæ ſævitiam, quæ Manaſſen, Arelatenſem Epiſcopum, contra jus faſque, Mediolanenſis Eccleſiæ Sedi præfecerat. Ajebat ſane hanc Eccleſiæ ſuæ calamitatem, quæ, quod ſe ſuosque capere oporteret, interciperet. Sed Waldo, Cumanus Epiſcopus, hunc pone eſt ſequutus, non diſparem à Berengario, atque Adelberto, & Willa, quam Walbertum, contumeliam ſe eſſe perpeſſum, clamitans. Venerant & nonnulli alterius ordinis ex Italia viri, quos inter Illuſtris Marchio Otbertus cum Apoſtolicis cucurrerat nunciiis, à Sanctiſſimo Othone, tunc Rege, ut dixi, nunc Auguſto Cæſare, conſilium auxiliumque expetens, &c.* Quid porro? pergit *Luitprandus*, l. c: *Horum itaque Rex Piiſſimus lachrymoſis queſtibus inclinatus, non quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti, cogitans, filium ſuum, ſibi cognominem, contra morem, puerilibus in annis Regem conſtitutum, in Saxonia dereliquis: Ipſe, collectis copiis, in Italiam percitus venit. Qui tanto Berengarium atque Adelbertum celerius Regno expulit, quanto evidentius conſtat, quod commilitones Petrum & Paulum, ſanctiſſimos Apoſtolos, habuit. Bonus itaque Rex diſperſa colligens, & confracta conſolidans, quod cuique proprium fuit, reſtituit. Dehinc Romam, ſimilia facturus, adiit, ubi, miro ornatu, miroque apparatu, ſuſceptus, ab eodem Summo Pontifice, & Univerſali Papa, Joanne, unctionem ſuſcepit Imperii. Cui non ſolum propria reſtituit, verum etiam ingentibus gemmarum, auri, & argenti muneribus ipſum honoravit. Jusjurandum vero, ab eodem Papa, Joanne, ſupra precioſiſſimum corpus Petri, atque omnibus Civitatis Proceribus, ſe nunquam Berengario atque Adelberto auxiliaturum, accepit. Poſt hæc in Patriam properanter repedavit, &c.* Annum deſignat *Reginonis Continuator*, ſcil. 960, ubi: *Legati quoque ab Apoſtolica ſede veniunt, Joannes Diaconus, & Azo Scriniarius, vocantes Regem ad defendendum Italiam, & Romanam Rempublicam à tyrannide Berengarii. Waltbertus etiam, Archi-Epiſcopus Mediolanenſis, & Waldo, Cumanus Epiſcopus, & Opertus Marchio, Berengarium fugientes, in Saxonia Regem adeunt. Sed & reliqui pene omnes Italiæ Comites, & Epiſcopi, literis Eum, aut Legatis, ut, ad ſe deliberantos, veniat, expoſcunt, &c.* De Expeditione ipſa pergit ad annum 961: *Rex in Italiam ire diſponens, maximam ſuorum fidelium multitudinem Wormatiæ coadunavit: ubi, conſenſu & unanimitate Regni Procerum, totiusque Populi, filius Ejus, Otto, Rex eligitur, indeque progrediens, convenientia quoque & electione omnium Lotbarienſium, Aquis Rex ordinatur. Ordinato vero filio, Pater in Saxoniam rediens, diſpoſitis Regni negotiis, filium Wilhelmo Archi-Epiſcopo tuendum & nutriendum commiſit, ſicque, per Bavariam, & Terrentum, in Italiam ſe admiſit: ubi omnes pene Italiæ Comites, & Epiſcopos obvios habuit, &, ut decuit, ab eis honorificè ſuſceptus, poteſtative, & absque ulla reſiſtentia, Papiam intravit, & Palatium, à Berengario deſtructum, reædificare præcepit. Berengarius vero, & Willa,* (ejus uxor) *filiique eorum, quibus poterant munitionibus, aut caſtellis, includebantur, & nunquam forinſecus, contra Regem quid audentes, progrediebantur, &c.* Inaugurationis memor addit ad an. 962: *Rex Natalem Domini celebravit,* Papiæ) *indeque progrediens, Romæ favorabiliter ſuſceptus, acclamatione totius Romani Populi & Cleri, ab Apoſtolico Joanne, filio Alberici, Imperator & Auguſtus vocatur, & ordinatur. Papa quoque multa illum ſecum charitate detinuit, &, diebus vitæ ſuæ nunquam ſe ab eo defecturum, promiſit, &c.* Diem coronationis, 8 Kal. Januar., exprimit *Lambecius*, lib. 1 *Originum Hamburg.*, p. m. 12. Annum prædictum 962 probant duo diplomata, quorum alterum, de an. 964, exhibet *Sigonius*, lib. 7, de *Regno Italiæ*, p. 280, & *Meibomius*, Tom. 1 *Rer. German*, p. 747, licet ſub anno 963, ubi: *Data pridie Nonas Julii, Anno Domini Incarnationis 964, Indict. 4, Anno Imperii Magni Othonis Imperatoris Auguſti TERTIO. Actum ad Aquam pendentem, in Chriſti nomine. Amen.* Alterum aſſervatur in Archivo hujus Cœnobii S. Michaëlitani, de an. 965, quo Imperator Otto *Fratribus in Liuniburch, Deo Sanctoque Michaheli ſervientibus, quintam partem totius telonei, ad jus ſuum pertinentem, de mercato conceſſit in Liuniburch*, ubi in fine: *Data Kal. Octob., Anno Dominicæ Incarnat. DCCCCLXV, Indict. VIII, regnante Pio Ottone, anno XXX primo, Imperii autem IIII. Actum in Domino feliciter, Amen.* Totidemque alia apud *Lambecium*, l c., pag. 39. & in veteri Editione, pag. 142, & 143, quorum alterum: de *Eccleſiis, Hamburgenſi Eccleſiæ ſuffragantibus*, finitur; *Data VI Kal. Julii, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCC LXV, Indictione VIII, Domini Ottonis IMPERII QUARTO, Regni autem XXX, Actum Magdeburch, in Dei nomine, Amen*; & alterum: de *Imperio Archi-Epiſcopi Hamburgenſis in urbem Bremenſem*, ita: *Acta 4 Id. Auguſti, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCC LXVI, Indictione VIII, Anno Domini Ottonis Magni Imperatoris Regni XXXI, IMPERII vero IV. Actum Mersburg in Dei nomine, feliciter, &c.* In eandem ſententiam coævus ſcribit *Frodoardus*, ad an. 962, apud *Pithæum*, pag. 194: *Otho Rex Romam pacifice adiit, & amabiliter exceptus, atque honore illic Imperiali ſublimatus eſt, &c.*, quem ſequuntur *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 341; *Lambertus Schafnaburg.*, h. a.; *Conradus Urſpergenſ.*, h. a., pag. 163; *Lupoldus* de *Babenberg*, de *Juribus Regni, & Imperii*, cap. 2, p. m. 172, etiamſi, typographi errore, annus 862 ponatur; *Gobelinus Perſona*,

na, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 48, pag. 250; *Sigonius*, lib. 6, *de Regno Italiæ*, h. a., pag. 273; *Baronius*, Tom. X Annal., h. a., pag. 751; & recentiores, *Bæclerus*, de *Rebus Seculorum* IX & X, p. m. 317; *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 9, §. 14, p. m. 71; Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 78, pag. 79; *Vagedes*, Diſſ. de *Ludibriis Aulæ Romanæ*, cap 9, §. 1, inter *Opera Ejus Academica*, pag. 153. Minus igitur rectè, inaugurationem hanc anno 961 contigiſſe, arbitrantur *Marianus Scotus*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 170; *Monachus Hamerslebienſis*, de *Rebus Imperatorum præclare geſtis*, apud *Maderum*, de *Antiq. Brunſuic.*, pag. 139, & Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 708; Annales *Hildesheimenſes*, h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 718; *Albertus Stadenſis*, h. a; & Chronicon *Slavicum*, apud *Lindenbrogium*, de *Scriptorib. Rerum Septentrion.*, p. 253; Magis errantes *Sigebertus Gemblac.*, & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, part. 2, pag. 3, eam in annum 963 rejiciunt; *Otto Friſingenſis*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 22, pag. 129; *Hepidannus*, ad an. 964, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1; & alii annum plane 964 producunt; *Ditmarus Mersburgicus*, lib. 2 Chronic., pag. 18, habet annum Regni Ejus *vigeſimum nonum*, qui pag. 19, §. 10, annum 961 vocat annum Regni Ejus *vigeſimum quintum*, adeoque 965; Auctor *Vitæ Mathildis Reginæ*, cap. 5, §. 25, apud. Dn. *Leibnitium*, l. c., p. 204, *Godefridus Viterbienſis*, part 17 *Chronic.*, p. 476, & 477, *Helmoldus*, lib. 1, *Chronic. Slav.*, cap. 10, p. m. 28, & *Theodoricus de Niem*, de *Juribus Imperatorum*, *circa Inveſtituras Eccleſiaſticas*, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 262, de facto ſaltem teſtantur. Hæcque eſt epocha, qua Imperium Romanum, Germanorum armis opibusque acquiſitum, pleno perpetuoque Jure Germanicæ Nationi addictum eſt, & æterno fœdere conjunctum. Hinc ſimul falſitas adparet diplomatis apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, pag. 533, ita ſubſcripta: *Dat. Nonis Julii, anno Dominicæ Incarnationis DCCCC LXXIII, Regni vero ſecundi Ottonis XXV, Imperii autem XV, feliciter. Veronæ*; quæ nec Imperio ejus, anno, ut dictum, 962, inchoato, nec Regno, quod an. 936 orſus eſt, conveniunt; ita enim, in fine Diplomatis: *de Libertate Eccleſiæ Hamburgenſis*, apud *Lambecium*, l. c., pag. 38: *Data 2 Kal. Julii, Anno Domini 937, Indict. X, Anno Regni Ottonis, Piiſſimi Regis, PRIMO. Actum in Werlaha, in Dei nomine.*

(9) Coronationis ſolemnibus ad finem perductis cum Cæſar Româ Papiam diſcederet, &, de adigendo ad concepta verba *Berengario*, eſſet ſolicitus, *præfatus Papa* (Johannes 12) *juramenti & promiſſionis oblitus*, *quam fecerat Sancto Imperatori*, (ſcil. neque Berengario, neque Adelberto amplius ſe adhæſurum) *ad Adelbertum, ut ſe adeat, mittit, juramento Ei affirmans, ſe illum, contra Sanctiſſimi Imperatoris potentiam, adjuturum. Adeo enim eundem Adelbertum, Eccleſiarum Dei, ejusdemque Papæ Joannis perſecutorem, Imperator Sanctus terruerat, ut omnem Italiam deſerens, Fraxinetum adiret, ſeque Saracenorum fidei commendaret, &c.* Hæc *Luitprandus*, lib. 6 *Hiſtor.*, cap. 6, p. m. 154; Annum indicat *Reginonis Continuator*, ſcil. 963, ad quem ſcribit: *Rex iterum Papiæ Natalem Domini & Paſcha celebravit. Interim Adelbertus, huc illucque diſcurrens, quoscunque poterat, ſibi undique attraxit, ſed & Corſicam, ibi ſe tueri nitens, intravit. Romanum etiam Pontificem multipliciter in ſuum adjutorium ſollicitavit. Dum hæc igitur aguntur, Imperator à Papia movens iter, Berengarium in Monte S. Leonis obſedit, totamque ibi æſtatem ſedens, ſæpe Montem undique circumdedit, &, ne aliquatenus pateret exitus, vel introitus, prohibuit. Interim Joannes Papa, promiſſiones Imperatori factas oblivioni tradens, ab Eo deficit, & Berengarii, ſeu Adalberti partibus favens, Adalbertum Romam intromittit, &c.* Idem docent *Sigebertus Gemblac.*, an. 963; *Otto Friſingenſ.*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 23, pag. 129, &c.; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 477; *Chronographus Saxo*, an. 963, pag. 171; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, h. a., pag. 4; *Albertus Stadenſ.*, ad an. 961; *Sigonius*, lib. 7. de *Regno Italiæ*, an. 963, pag. 275. In dies Romæ rebus magis turbatis, Urbem ipſam adit Imperator, ad quam cum caſtra metaretur, *Papa ſimul atque Adelbertus aufugiunt. Cives vero Sanctum Imperatorem, cum ſuis omnibus, in Urbem ſuſcipiunt, fidelitatemque promittunt, hæc addentes, & firmiter jurantes, nunquam ſe Papam electuros, aut ordinaturos, præter conſenſum, atque electionem Domini Imperatoris, Othonis, Cæſaris Auguſti, filiique Ipſius, Regis Othonis, &c.* Hæc *Luitprandus*, l. c., pag. 155, mox pergens: *Poſt triduum, rogantibus tam Romanis Epiſcopis, quam Plebe, magnus in S. Petri Eccleſia fit Conventus, ſederuntque, cum Imperatore, Archi-Epiſcopi, &c.* Prolatis in Synodo variis & atrocibus, contra Papam, criminibus, quorum ibidem, l. c., cap. 7, & 8, pag 156 & 157, mentio, reſcripſit Cæſar Pontifici, l. c., cap. 9, pag. 157: *Summo Pontifici, & Univerſali Papæ, Domino Joanni, Otho, divinæ reſpectu Clementiæ Imperator Auguſtus, cum Archi-Epiſcopis Liguriæ, Tuſciæ, Saxoniæ, Franciæ, in Domino Salutem. Romam, ob ſervitium Dei, venientes, dum filios veſtros Romanos, ſcil. Epiſcopos, Cardinales, Presbyteros, Diaconos, & univerſam plebem, de veſtra abſentia, percontaremur, & quid cauſæ eſſet, quod Nos, Eccleſiæ Veſtræ Veſtrique defenſores videre noluiſſetis; talia de Vobis tanquam obſcœna protulerunt, ut, ſi de hiſtrionibus dicerentur, vobis verecundiam ingererent. Quæ ne magnitudinem veſtram omnia lateant, quædam vobis ſub brevitate deſcribimus: quoniam, ſi cuncta nominatim exprimere cuperemus, dies nobis non ſufficeret unus. Noveritis itaque, non à paucis, ſed ab omnibus, tam veſtri quam alterius ordinis, Vos homicidii, perjurii, ſacrilegii, &, ex propria cognatione, atque*

Digitized by Google

que ex duabus ſororibus, inceſti crimine eſſe accuſatos. Dicunt & aliud, auditu ipſo horridum, Diaboli Vos in amorem vinum bibiſſe; in ludo aleæ, Jovis, Veneris, cæterorumque Dæmonum auxilium popoſciſſe. Oramus itaque Paternitatem Veſtram obnixè, venire, atque ex his omnibus Vos purgare non diſſimuletis. Si fortè vim temerariæ multitudinis formidatis, juramento vobis affirmamus, nihil fieri præter Sanctorum Canonum ſanctionem. Data 8 Idus Novembris. Reponente Papa: *Joannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, omnibus Epiſcopis. Nos audivimus dicere, quod Vos vultis alium Papam facere: ſi hæc facitis, excommunico Vos de Deo Omnipotenti, ut non habeatis licentiam, ullum ordinare, & Miſſam celebrare, &c.* vid. l. c., cap. 10, pag. 157, acri ſtylo reſpondit Synodus, denuo vitia ei exprobrans, Cæſaremque ita alloquens: *Petimus Magnitudinem Imperii veſtri, monſtrum illud, nulla virtute redemptum à vitiis, à Sancta Romana Eccleſia pelli, aliumque loco Ejus conſtitui, qui Nobis exemplo bonæ converſationis præeſſe valeat, & prodeſſe ſibi: rectè vivat, ac bene vivendi Nobis exemplum præbeat. Tunc Imperator, Placet, inquit, quod dicitis, nihilque gratius Nobis, quam ut talis, qui huic ſanctæ & univerſali Sedi præponatur, inveniri poſſit.* l. c., p. 158, in fin. *His dictis, omnes una voce dixerunt: Leonem, Venerabilem S. R. Eccleſiæ Protoſcriniarium, Virum approbatum, ad Summum Sacerdotii gradum nobis in Paſtorem eligimus, ut ſit Summus & Univerſalis Papa Romanæ Eccleſiæ, reprobato, ob improbos mores, Joanne Apoſtata. Annuente Imperatore, nominatum Leonem ad Lateranenſe Palatium, ſecundum conſuetudinem, cum laudibus ducunt, &, certo tempore, in Eccleſia S. Petri, ad ſummum Sacerdotium, ſancta conſecratione, attollunt, &, fideles ſe ei affuturos, jurejurando promittunt,* l. c., cap. 11, p. 159. Conf. *Reginonis Contin.*, ad an. 963; *Arnulphus Aurelianenſis*, in *deſcriptione Synodi Rhemenſis* anni 991, cap. 28, apud *Flacium*, *in Catalogo Teſtium Veritatis*, p. 635; *Hroswitha Monialis*, apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 726; *Frodoardus*, ad an. 965, apud *Pithœum*, p. 197, confuſè tamen geſta referens, *Leonique*, Pontifici recens creato, nomen *Johannis* tribuens; *Adamus Bremenſ.*, lib. 2 *Hiſtor. Eccleſ.*, cap. 5, p. 45; *Johannes Scylizza Curopalates*, an. 1070 florens, in vita *Conſtantini* Cæſaris, cujus verba, quibus utitur, poſtquam nonnulla de *Theophylacto* & *Polyeucto*, Conſtantinopolitanis Patriarchis, pravis hominibus, recenſet, hæc ſunt: *Quaſi vero tempus ambitioſè decertaret, ut ſimul conſentientes & concordes oſtenderentur Patriarchæ; etiam Romanorum Occidentis Eccleſiam gubernandam ſortitus eſt Joannes, Alberici filius, ad omnem laſciviam & vitium propenſus. Quem Otto Francorum Imperator cum ejeciſſet, in Ejus locum alterum Paſtorem præfecit Eccleſiæ, &c.*; *Hermannus Contractus*, ad an. 963; *Lambertus Schafnab.*, an. eod., *Leonem* verò *Benedictum* vocans; *Walramus Numburgenſis*, de *Inveſtitura Epiſcoporum per Imperatores facienda*, circa finem, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 74; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 23, p. 130; *Godfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chronic.*, p. 477; *Sigebertus Gemblac.*, an. 963; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 171; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slav.*, cap. 10, p. m. 28; *Albertus Stadenſ.*, ad ann. 961; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, an. 964, part. 2, p. 5, & 6, & an. 965, p. 10, &c.; *Marſilius Patavinus*, de *translatione Imperii*, cap. 10, apud *Goldaſtum*, T. 2 *Monarchia*, p. m. 151, & 153, & *Schardium*, l. c., pag. 160; *Theodoricus de Niem*, *de Juribus & Privilegiis Imperii*, apud *Schardium*, l. c., p. m. 267; *Johannes Gerſon*, *de Modis uniendi & reformandi Eccleſiam*, *in Concilio Univerſali*, cap. 14, apud Dn. *von der Hardt*, in *Hiſtoria Concilii Conſtantienſis*, Tom. I, part. 5, pag. 99; *Platina*, in vita *Johannis XII*, p. m. 136; *Sigonius*, lib. 7, de *Regno Italiæ*, an. 963, p. 275, &c.; *Onuphrius Panvinius*, in Not. ad *Platinam*, in vita *Johannis VIII*; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 33, p. 736; *Baronius*, Tom. X *Annal.*, an. 963, pag. 756, &c.; *Launojus*, Tom. 2 Epiſtolarum, pag. 53, Epiſt. ad *Raymundum Formentinum*.

(10) His ita Romæ geſtis, an. 963, cum Cæſar aliquamdiu quietè ibi vivere ſe poſſe arbitraretur, & ſuperfluas cohortes extra Urbis mœnia duci juberet, perfidi Romani, anno 964, *Johannis*, dejecti Papæ, auro corrupti, ſtruunt Ei inſidias, irruentesque in ſuperſtites Ejus turmas, omni licentiæ, ſive petulantiæ fræna laxant. Enimvero *Imperator ſuper pontem Tiberis, quem Romani plauſtris impeditum habebant, occurrit. Cujus fortes milites, aſſuefacti bello, pectore & armis intrepidi, eos inter proſiliunt, & quaſi accipitres avium multitudinem, nullo reſiſtente, proterunt. Non latibula, non corbes, non concava ligna, non cryptæ, ſordium receptacula, fugientibus tutelæ eſſe poſſunt. Occiduntur itaque, &, ut aſſolet contingere viris fugientibus, paſſim à tergo vulnerantur. - - - - - Itaque devictis omnibus, atque iis, qui ſupererant, obſidibus acceptis, Venerabilis Papa Leo, pedibus Imperatoris provolutus, orat, ut Romanis obſides reddat, ſeque eorum fidei commendet. Rogatu denique Venerabilis Papæ Leonis, Imperator Sanctus Romanis obſides reddit - - - - - deinde Roma exiens, Camerinum Spoletumque verſus, ubi Adelbertum eſſe audierat, properavit. Interea mulieres, quibuscum Joannes, qui dictus eſt Papa, voluntatis ſuæ ludibrium exercebat, non ignobiles & plures concitaverunt Romanos, ut Leonem, ſummum & Univerſalem Papam, à Deo & ipſis electum, perderent, & Johannem in Urbem ſuſciperent. Quod cum feciſſent, - - - - Imperator - - - - reparato exercitu, Romam redire diſpoſuit. Priusquam tamen Sancti Imperatoris copiæ eſſent congregatæ, volens cunctis ſeculis innoteſcere Dominus, quam juſtè eſſet Joannes Papa à ſuis Epiſcopis, & omni plebe repudiatus, quamque poſtmodum injuſte receptus, quadam nocte extra Romam, dum ſe cum cujusdam viri uxore oblectaret, in temporibus adeo à Diabolo eſt percuſſus, ut, intra dierum octo ſpatium, eodem ſit vulnere mortuus. - - - Quo mortuo, Romani*

mani omnes, juramenti, quod Sancto Imperatori promiſerant, immemores, Benedictum, Cardinalem Diaconum, Papam conſtituunt, inſuper & juramento, nunquam ſe eum dimiſſuros, ſed eum, contra Imperatoris potentiam, defenſuros, promittunt. Quo audito, Imperator Urbem vallavit, neminem, qui non membris truncaretur, exire permiſit, machinis & fame usque adeo afflixit, donec, Romanis nolentibus, Urbem reciperet, Leonem, Virum venerabilem, debitæ Sedi reſtitueret, ac Benedictum, ſummæ Sedis invaſorem, ejus præſentiæ præſentaret, à quo etiam in exilium actus fuit, ab *Adaldago*, Hamburgenſi Archi-Epiſcopo, in Germaniam ductus, & *Hamburgi* cuſtodiæ mandatus, ibique, quarto Nonas Julii, an. 965, animam efflans. Hæc omnia *Luitprandus*, lib. 6, cap. 11, p. 159, & 160. *Berengarium & Willam* tunc jam ſubiiſſe captivitatem, docet *Reginonis Continuator*, ad an. 964: *Imperator Romæ Natalem Domini celebravit. Berengarius, cum ſuis, in Monte S. Leonis obſeſſus, vincitur, & id ipſum Caſtellum Imperatoris ditioni ſubditur, & Berengarius cum Willa in Bavariam mittitur, &c.* Jam ſequuntur, quæ, de Romanorum perfidiâ, expugnatâ Româ, interitu *Johannis* Papæ, electione *Leonis VIII*, & ejectione *Benedicti*, ex *Luitprando*, modo recenſui; cuncta confirmantibus *Hroswitha Moniali*, apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 726; *Ditmaro Magdeburgico*, lib. 2, p. m. 18, & 22; *Adamo Bremenſi*, lib. 2, cap. 5, pag. 45, & 46, & cap. 6, p. 46; *Helmoldo*, lib. 1 *Chron. Slav.*, cap. 10, pag. 28; *Lamberto Schafnab.*, an. 964, qui ſimul locum, in quo exilii ærumnas guſtarunt *Berengarius* & *Willa*, *Bambergam* nominat; *Hermanno Contracto*, an. eod.; *Sigeberto Gemblacenſi*, an. 963; *Ottone Friſingenſi*, lib. 6 Chron., cap. 24, p. 130; *Gotfrido Viterbienſi*, part. 17 Chron., pag. 477, & 478; *Annalibus Hildeshemenſibus*, an. 964, apud Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſ.*, pag. 718, *Chronographo Saxone*, an. eod., p. m. 172, &c.; Auctore veteris ſcripti de *Eccleſia Bremenſi*, apud *Lindenbrogium*, de *Script. Rer. Septent.*, pag. 117, & 118, ubi *Benedicti*, depoſiti Papæ, & Hamburgi in exilio mortui, epitaphium ſiſtitur, in quo quædam deſiderat *Lambecius*, lib. 1 *Originum Hamburg.*, p. m. 12, ſcil. loco: *Anno Domini DCCC XLI*, legendum eſſe: *DCCCC LXV*, quo obierit. *Alberico, Monacho trium fontium*, h. a., part. 2, pag. 5; *Theodorico de Niem*, *de Jurib. Imperii, circa Inveſtituram Eccleſiaſticam*, apud *Schardium*, l. c., p. m. 267; *Marſilio Patavino*, de *Translatione Imperii*, cap. 10, apud *Schardium*, l. c., pag. 160; *Radulpho de Columna*, de *Tranſlatione Imperii*, apud eundem, pag. 166; *Gobelino Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 48, apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 250, & 251; *Sigonio*, lib. 7, de *Regno Italiæ*, an. 964, pag 278, &c.; *Baronio*, Tom. X *Annal.*, eodem anno, pag. 766, &c.; *Petro de Marca*, de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, lib. 8, cap. 19. Hac occaſione convocatam Romæ Synodum Generalem, in eaque conditam fuiſſe Legem, qua Germaniæ Regibus perpetuum jus conſtituendi Regis Italiæ datum, ordinandæque Sedis Pontificiæ conceſſa facultas, jam dictum. Conf. præced. pag. 62, & 63.

(11) Hiſce titulis redegit *Otto Magnus*, in Gentis pariter, Nationisque Germanicæ patrimonium, Regnum Italiæ & Romanum Imperium; concurrunt hic (1) Reginæ *Adelheidæ*, Ordinumque Italiæ, ſeu Longobardorum Regni querelæ, & auxilii imploratio, adverſus *Berengarii* tyrannidem; (2) occupatio Regni, armata manu, an. 951; fuga *Berengarii*; nuptiæ cum liberata Regina, ad quam *Papia*, Regni ſedes, ſpectabat; vid. præc. v. 5, p. 312; (3) Submiſſio *Berengarii* à Victore in gratiam recepti, &, clientelari Lege, an. 952, Regno reſtituti; vid. v. 6, p. 313; (4) Secunda Italiæ in ordinem redactio, rebelli *Berengario*, an. 956, ejusque filio, *Adalberto*, an. 957, in fugam conjectis; v. 7, p. 313; (5) Ipſius Papæ, *Johannis XII*, Romanorumq; & Italiæ Procerum uniti clamores, & repetitæ adverſus Tyrannos ferendi auxilii preces, an. 960; (6) Expeditio nova, an. 961, qua *Berengarius* & *Adalbertus* iterum ad incitas redacti ſunt, Regnoque exuti; v. 8, p. 314; (7) Inauguratio ſolennis, qua, an 962, Victor Romam intrans *Otto*, acclamatione totius Populi Romani, & Cleri, Imperator & Auguſtus ſalutatur; l. c.; (8) Roma, altera vice, an. 963, capta, *Johanne* Pontifice, perfidiæ edito ſpecimine, una cum *Adalberto*, clam revocato, inde turpiter aufugiente, annoque ſequenti, publica ſententia, dignitatibus ſpoliato, *Leone VIII* ei ſurrogato, cum quo nova Pacta inita, vi quorum Germaniæ Reges æternum Jus in Italiam conſecuti ſunt, ceu ſupra, pag. 62, & 63, dictum, Romanis novum fidelitatis juramentum Imperatori præſtantibus; v. 9; (9) Ad deditionem, tertia vice, compulſa rebellis Roma: puniti *Leonis* Papæ deturbatores: intruſus à perfidis *Benedictus* in judicium vocatus, & exilio mulctatus, v. 10. Nec minus firmant hæc, quæ poſtea ſecuta; celebrante ſcil. Auguſto Natalem Domini, an. 965, *Papiæ*, diſpoſitisque in Italia Regni negotiis, in Patriam reverſo, *quidam ex Langobardis, more ſolito, ab Eo deficiunt, & Adalbertum in Italiam reducunt. Tunc Imperator Burchardum, Ducem Alamannorum, in Italiam miſit, cui, ad congrediendum ei, ubicunque inveniretur, cum Langobardis, Imperatoris fidelibus, & Alemannis, viſum, per Padum navigavit, & illuc, ubi Eum audierant eſſe, partibus navim applicuit. In quos, in prima fluminis egreſſione, Adalbertus inſiluit, ubi & frater Ejus, Guido, cum aliis quam pluribus, occubuit. Ipſe vero Adalbertus vix fuga evaſit, & montana quædam, ubi Imperatorem lateret, intravit. Hac igitur Dux lætus victoria, in Patriam repedavit, & quæ ſibi acciderant, Imperatori ſignificavit, &c.* Hæc *Reginonis Continuator*, h. a.; conf. *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 315; *Sigonius*, lib. 7, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 281. Teſtes victoriæ hujus Romani, nec officii ſui immemores fuerunt, mortuo, eodem adhuc anno, *Leone* Papa, de qua re *Reginonis Contin.* l. c. pergit: *Eodem etiam*

anno

Digitized by Google

anno (965) *Dominus Leo Papa obiit. Tunc Legati Romanorum, Azo videlicet Protoſcriniarius, & Marinus, Sutrienſis Eccleſiæ Epiſcopus, Imperatorem, pro inſtituendo, QUEM VELLET, Romano Pontifice, in Saxoniam adeuntes, honorifice ſuſcipiuntur, & remittuntur. Et Otgerus, Spirenſis Epiſcopus, & Linzo, Cremonenſis Epiſcopus, cum eisdem, Romam ab Imperatore diriguntur. Tunc, ab omni Plebe Romana, Joannes, Narnienſis Eccleſiæ Epiſcopus, eligitur, Sedique Apoſtolica Pontifex inthronizatur;* mox annectens: *Qui ſtatim majores Romanorum, elatiore animo, quam oporteret, inſequitur, quò in brevi inimiciſſimos & infeſtos patitur. Nam ab urbis Præfecto, & quodam Rotfredo comprehenditur, & urbe expulſus, in Campania cuſtodia mancipatur, &c.* Re cognita, anno 966, *Imperator iterum in Italiam ire diſponens, Aſſumptionem Sanctiſſimæ Mariæ Virginis Wormatiæ celebravit, ibique habito cum omnibus Regni Majoribus Concilio, inde, per Alſatiam, & Curiam, Alpes tranſcendens, Italiam intravit, & Sigolfum, Placentinum Epiſcopum, quosdamque ex Comitibus Italicis, propter Adalbertum, priori anno à ſe deficientes, in Tranſalpinas partes Franciæ vel Saxoniæ cuſtodiendos direxit. Tunc Romani, Imperatoris metuentes adventum, Rotfredo jam mortuo, à cuſtodia, qua tenebatur, Joannem Apoſtolicum abſolvunt, & veniam, pro malis, quæ Ei ingeſſerant, poſcentes, in locum & ſedem ſuam Illum reſtituunt.* Sunt verba *Reginonis Contin.*, h. a. His tamen non obſtantibus, anno 967 *Imperator Romæ Natalem Domini celebravit, &, excepto Præfecto Urbis,* (Petro) *qui aufugerat, tredecim ex Majoribus Romanorum, qui Authores expulſionis Domini Joannis Papæ videbantur, ſuſpendio interire juſſit. Inde progrediens per Spoletum, Ravennam adiit, ibique Paſcha celebrans, cum Domino Joanne Papa, plurimos ibi, ex Italia, & Romania, Epiſcopos coadunavit, &, habita Synodo, multa ad utilitatem Sanctæ Eccleſiæ adinvenit, & Apoſtolico, Joanni, Urbem & Terram Ravennatium, aliaque complura, multis retro temporibus Romanis Pontificibus ablata, reddidit, Eumque inde Romam, cum magna lætitia, remiſit. Ipſe vero in partes Tuſciæ ſeceſſit, &c.* Hæc idem, ad an. 967; conf. *Hermannus Contractus*, an. 970; *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chron. Caſſin.*, cap. 9. Annales *Hildesheimenſes*, ad an. 965, apud Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Rer. Brunſuic.*, p. 719; *Chronographus Saxo*, ad annos 965, 966, & 967, p. 174, & 175; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. 966, & 967, part. 2, pag. 14, & 15; *Martinus Polonus*, in vita *Joannis XIII*, p. m. 366; *Platina*, in vita *Johannis XIV*, p. m. 138; *Sigonius*, lib. 7, de *Regno Italiæ*, ad ann. 966, & 967, p. 281, &c.; *Baronius*, Tom. X. *Annal.*, ann. 965, 966, & 967, p. 776 ad 779.

(12) Judicatu ſimul ex dictis facile eſt, quid percontantibus: *Num Otto Imperator Familiæ ſuæ, an verò toti Germaniæ Italiam acquiſierit?* ſit reſpondendum? ſcil. Gratitudinis Leges voluiſſe, ut præcipua *acquirentis primi* Familiæ, quoad ſupereſſet, ratio haberetur; quoniam vero Regnum illud ſanguine & impendio Germanorum partum, omniaque *Ottonis* Reipublicæ Germanicæ fuerint, Juſtitiæ eſſe, extincta *Ottonum* Gente, nihilominus illud penes Germaniam permanere, pleno cum Jure conſtituendi Regis. Vid. Dn. *Conring.*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 10, §. 23, &c., p. 91, &c., & de *Finibus Imperii*, lib. 1, cap. IX, §. 12, & 13, p. 62, & 63; Dn. *Schweder*, part. Gen. *Introduct. in Jus Publ.*, cap. 4, §. 16, pag. 95; Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Jure Auguſti in Italiam*, §. 7, p. 5, &c., & de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 77, 78, &c., pag. 75. &c.

(*n*) IN PAPAM, &c. *Num Papa, præſcriptionis titulo, adverſus Imperatorem, ſe tueri valeat?* diſquirit *Conringius*, toto cap. 21 libri 2, de *Finib. Imperii*, pag. 281, &c. Argumenta Ejus, *negativam* includentia, & (1) ex Nomine *Romani Imperatoris*, conſtanter retento, (2) formulis, in ſolemnibus Inaugurationum Romæ uſitatis, v. g. *Da ſervo Tuo N. IMPERATORI NOSTRO*, (3) Petitione Pontificum, confirmationem donationum à novo Imperatore efflagitantium, (4) Creatione Equitum, Comitumque Lateranenſis Palatii, (5) Privilegiis Cæſarum, terris Papalibus conceſſis, (6) Prælatione Enſis, Præfecto urbis incumbente, cum Cæſar Romam ingrediatur, &c. deducta, compendio ſiſtit *Bæclerus*, lib. 2 *Notit. Imper.*, cap. 2, p. m. 26, &, poſt eum, Illuſtriſſimus Comes *Johannes Wilhelmus de Wurmbrand*, de *Foro S. R. J. Principum*, cap. 3, §. 2, pag. 66. Conf. Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *diviſione Imperii Carolini*, §. 78, p. 85, carpens Dn. *Hennigeſium*, in *Notis ad Guilielmi Beckeri Jus Publ.*, lib. 1, cap. 2, pag. 35, ſtatuentem, Pontifices omnino *præſcriptionis* titulum obtendere poſſe, minimùm ab eò tempore, quo *liberè* res adminiſtraverint, &, contemptu ac negligentia Cæſarum, quieta poſſeſſione ſint gaviſi; hanc ipſam contrà ob rationem laudatum Conſultiſſ. Dn. *Thomaſio*, ad *Monzamban.* cap. 1, pag. 77. Operam & oleum perdita eredo, in perveſtigatione vocabulorum, res deſignantium, quas ſemel amiſſas nulla recuperandi ſpes adeſt. Spectant huc, quæ *Grotius*, lib. 2 de J. B. & P., cap. 4 philoſophatur. Humanæ quidem ſocietatis natura non patitur, ut actibus animi, verbis factisve ſufficienter indicatis, nulla ſit efficacia; ſolenne quoque Principibus eſt, Provinciis, quarum poſſeſſione exutos ſe deplorant, retento titulo parentare, quod apud Eos, pro ſigno non derelicti Juris, & interruptæ præſcriptionis, habetur; quoniam vero, eodem auctore, l. c., §. 3, pag. 140, nulla ſigna de animi actibus certitudinem præbent Mathematicam, ſed probabilem tantum, dum verbis eloqui aliud poſſunt homines, quam quod volunt & ſentiunt, & factis ſimulare; Quæſtio eſt: *num Princeps non eo ipſo Juribus ſuis in priſtinas terras valedicat, dum cum eas occupante, tanquam cum libero Principe, à nemine dependente, publicè agit; fœdera pangit; pacificationum formulas concipit; Legatos ad Eum mittit; ab Eo miſſos ſolemni ritu ſuſcipit; data occaſione,*

ſua

ſua non reclamat; &c. *licet antiquo titulo utatur?* Religio mihi eſt, Imperatoris Jura in Italiæ partem, qua Pontificis Romani veneratur Leges, in dubium vocare, utut nihil referat, quid ego, homo privatus, hac de re ſentiam; id ſaltem dicam, argumentum, à titulo *Imperatoris Romani*, ſive *Auguſti* deſumtum, moderna Rerum publicarum in Europa facie, non ſatis firmum eſſe, nec reliquis magnam vim, ex quo inaugurationes Romano - Cæſareæ intermiſſæ fuerint. Interim nec toti Germanorum Reipublicæ fraudi eſto, quod Cæſares ſoli admittunt, vel ſi quæ Jura, deficiente occaſione, non exerceant, aut, obſtantibus temporum injuriis, exercere nequeant. Fundamenta Nationis Germanicæ nituntur pactis, quibus, ſub *Ottone Magno*, æternum Jus in Italiam Germanis ſemel aſſertum, adeò, ut electus à Germanis Rex ſimul Rex fiat Italiæ, & Imperator; de cujus jactura non conſtat. Animum retinendi potius omnes produnt Capitulationes; promiſit jam, poſt *Carolum V*, qui ultimus à Papa, ann. 1530, Bononiæ licet, Imperator inauguratus, *Ferdinandus I*, art. 27, *zum beſten ſich zu befleiſſigen, die Kayſerliche Cron, in ziemlicher gelegener Zeit, zum ſchierſten zu erlangen*; pariter & *Rudolphus* 2, Art. 31; *Matthias*, Art. 38; *Ferdinandus* 2, Art. 37; *Ferdinandus* 3, Art. 39; *Ferdinandus* 4, Art. 37; *Leopoldus*, Art. 37, quamvis ibi ſaltem *der Ræmiſchen Kæniglichen*, non *Kayſerlichen*, mentio fiat; & ſacratiſſimus Imperator modernus, *Joſephus*, Art. 36: *Wir wollen auch die Ræmiſche Kayſerliche Cron fürderlichſt empfangen, und bey allem demſelben das thun, ſo ſich deßhalben gebühret, &c.*; quæ poſteriora verba, procul dubio, Creationem Romanorum Equitum, Comitumque Lateranenſis Palatii; confirmationem Donationum Pontificibus factarum; prælationem enſis, Præfecto urbis incumbentem, &c. involvunt. Quouſque Imperatorum donationes, Pontificibus factæ, valeant, oſtendit, poſt reliquos, *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 20, p. m. 249, &c., cujus demonſtrationes in ſummam contrahit *Bœclerus*, l. c., pag. 24, &, ex eo, Illuſtr. Comes de *Wurmbrand*, l. c., pag. 66.

(*o*) PATRIMONIUM PETRI, &c. Veniunt, hoc titulo, Eccleſiæ Romanæ Prædia, & ditiones, olim etiam cenſus in Provinciis. *Anaſtaſius Bibliothecarius*, in vita *Cononis*, P. R., qui an. 686 vixit, p. m. 84, ait: *Hujus temporibus Pietas Imperialis relevavit, per ſacram juſſionem, ſua ducenta annonæ capita, quæ Patrimonii Cuſtodes Brutiis, & Lucaniæ annue perſolvebant, &c.* Referuntur huc omnes donationes, validè Pontificibus oblatæ. Vid. *Sigonius*, lib. 1 *de Regno Italiæ*, p. m. 3, ubi ita de Eccleſia Romana: *Opimis agrorum fundorumque poſſeſſionibus erat inſtructa, quæ, per omnes ferme Europæ Africæque Provincias, diſperſæ, Romanæ Eccleſiæ, ſive SS. Apoſtolorum Patrimonia dicebantur, &c.* In ſpecie producunt *Mathildinam*, cujus meminit ſcriptor coævus, *Donnizo* Presbyter, in vita *Mathildis*, celeberrimæ Principis Italiæ, apud quam, in Canuſina arce, degit, lib. 1, cap. 1, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 662:

Aſt Hera Mathildis deſpexit facta maligni,
Corde fidem veram peramabat munere plenam;
Poſtpoſuit Regem; per tres tenuit pia menſes
Gregorium (VII) *Papam, cui ſervit ut altera Martha;*
Auribus intentis capiebat ſedula mentis
Cuncta Patris dicta, ceu Chriſt. verba Maria;
Propria Clavigero SUA SUBDIDIT OMNIA Petro;
Janitor eſt Cœli SUUS HÆRES, ipſaque Petri;
Accipiens ſcriptum de cunctis Papa benignus, &c.

Nec non *Leo Oſtienſis*, lib. 3 *Chron. Caſſin.*, cap. 48, ſcribens: *Anno Dominicæ Incarnationis M. LXXIX Mathilda, Comitiſſa, Henrici Imperatoris exercitum timens, Liguriam & Tuſciam Gregorio Papæ, & S. R. Eccleſiæ devotiſſimè obtulit. Unde in primis cauſa ſeminandi inter Pontificem & Imperatorem odii initium fuit, &c.* Quæ *Baronius*, Tom. XI Annal., ad an. 1077, §. 21, pag. 492, repetit. Add. *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 3 *Chron. Slav.*, cap. 10, p. m. 325, §. 4: *Tractabant inter ſe Dominus Papa,* (Lucius III) *& Imperator,* (Fridericus I) *de Patrimonio Dominæ Mechthildis, Matronæ Nobiliſſimæ, quod Imperator in poſſeſſione habebat, dicens: ab eadem Imperio collatum. Et, è converſo, Dominus Papa, Sedi Apoſtolicæ ab Ea datum, affirmabat. Cumque in argumentum probandi teſtamenti, ex utraque parte, privilegia porrigerentur, nullo fine cauſa terminata eſt, &c.* Brevior eſt *Sigonius*, lib. IX, de *Regno Italiæ*, ad an. 1080, pag. 372; *Mathildis Eccleſiæ ditionem Lombardiæ & Tuſciæ teſtamento reliquit, &c.* Sic & *Onuphrius*, in vita *Gregorii VII*: *Mathildis, Bonifacii, maximi per Italiam Principis, filia & hæres, Imperatoris Henrici III* (IV) *vim timens, Longobardiæ, Tuſciæ & Liguriæ aliquot urbes, Jure hæreditario ad ſe pertinentes, Gregorio Papæ, & S. R. Eccleſiæ donavit. Hinc odii, inter Imperatorem & Pontificem, ſeminarium primo exortum, cum Imperator donationem illam, in Imperii, cujus Mathildis erat Beneficiaria, præjudicium, approbare nulla ratione voluiſſet, imò ea omnia occupare, tanquam ad ſe devoluta, tentaret, &c.* Unde ſua hauſit *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 35, pag. 469; Addit *Baronius*, l. c., pag. 493: *Ejuſdem donationis authographum cum perierit, alio eam Scripto legimus renovatam, &c.* Extat illud apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 687, & 688, hac formula:

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Anno, ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, M. C. II, quinto decimo die Kal. Decembris, Indictione X, tempore Domini Gregorii VII, Papæ, in Lateranenſi Palatio, in Capella S. Crucis, in præſentia Cencii Frangipane, Gratiani, Cencii Franculini, & Alberici de Petro Leone, & Benincaſa, fratris ejus, Uberti de Tuſcia, & aliorum plurium. Ego Mathildis, D. G. Comitiſſa, pro remedio animæ meæ, &

Pa-

Parentum meorum, dedi & obtuli Eccleſiæ S. Petri, per interventum Dn. Gregorii Papæ VII, omnia bona mea, jure proprietario, tam quæ tunc habueram, quam ea, quæ in antea acquiſitura eram, ſive jure ſucceſſionis, ſive alio quocunque jure ad me pertinent, & tam ea, quæ ex hac parte montium habebam, quam illa, quæ, in ultramontanis partibus, ad me pertinere videbantur, omnia, ſicut dictum eſt, per manum Dn. Gregorii VII, Papæ, Romanæ Eccleſiæ dedi, & tradidi, & chartulam inde fieri rogavi. Sed quia chartula nusquam apparet, & timeo, ne donatio, & oblatio mea in dubium revocetur; Ideo Ego, quæ ſupra, Comitiſſa Mathilda, iterum, à præſenti die, dono, & offero eidem Romanæ Eccleſiæ, per manum Bernardi Cardinalis, & Legati ejusdem Romanæ Eccleſiæ, ſicut in illo tempore dedi, per manum Dn. Gregorii, omnia bona mea, tam quæ nunc habeo, quam quæ in poſterum, Deo propitio, acquiſitura ſum, & tam ea, quæ ex hac parte montium, quam in ultramontanis partibus habeo, quam ea, quæ in poſterum, Deo propitio, acquiſitura ſum, alio quocunque jure, pro mercede & remedio animæ meæ, & Parentum meorum. Quæ autem iſta mea bona juris mei ſuperius dicta, una cum acceſſionibus, ſeu cum ſuperioribus & inferioribus ſuarum, qualiter ſupra legavi, in integrum, ab ea die, in eadem Eccleſia dono & offero, &, per præſentem Chartulam offerſionis ibidem habendam, confirmo. Inſuper, per cultellum, feſtucam nodatam, gantonem, (i. e. chirothecam) *& vaſcionem terræ,* (ceſpitem, *Waſen*) *atque ramum arboris,* (tradidi, vel tale quid) *& me exinde foras expuli, garpivi,* (ejeci) *& abſentem me feci, & à parte ipſius Eccleſiæ habendam reliqui, faciendum exinde pars ipſius Eccleſiæ, dederit, à præſenti die, quicquid voluerit,* (Baronius, Tom. X Annal., ad an. 1102, §. 26, p. 27, ubi idem Inſtrumentum habetur, hunc paragraphum ita legit: *Et à parte ipſius Eccleſiæ habenda reliqui, facienda exinde Papæ, aut cui Papa illius Eccleſiæ dederit, &c.*) *ſine omni mea, & heredum, ac prohæredum meorum contradictione. Si quid vero, quod futurum eſſe non credo, ſive Ego Comitiſſa, Mathilda, quod abſit, aut ullus de hæredibus, ac prohæredibus meis, ſeu qualibet oppoſita perſona contra hanc chartulam quandoque offerſionis ire, agere tentaverimus, aut tam per quodvis ingenium infringere quæſierimus, tunc inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerimus, mulctam, quod eſt pœna, auri optimi libras mille, argenti pondera quatuor millia, &, quo repetierimus, vindicare non valeamus; Sed præſens hæc chartula offerſionis omnibus temporibus firma permaneat, atque perſiſtat, & pergamena, cum atramentario, de terra levavi, paginæ Guidonis Notarii tradidi, & ſcribere rogavi. In qua ſubter confirmans, teſtibus obtuli roborandum. Actum Canuſiæ feliciter, Mathilda, D. G., ſi quid eſt in hac charta, à me facta, &c.*

† Ego Ardericus Judex interfui, &c.

Ego Ubaldus Judex interfui, &c.

Signum manu Attonis de Monte Barranzonis, & Bonvicini de Canuſia, rogati teſtes.

Ego Guido, Notarius Palatii, ſcriptor hujus chartulæ offerſionis, poſt traditam complevi, & dedi, &c.

Famoſiſſimam hanc donationem & hic legiſſe neminem pœniteat. Quid in ea deſiderandum, collegit *Conringius*, de *Finib. Imperii*, lib. 1, Cap. X, §. 20, &c., p. 80, &c. Præter enim, quod *Lambertus Schafnaburg.*; Ejus *Continuator*; *Marianus Scotus*; *Dodechinus*; *Sigebertus Gemblacenſis*; *Otto Friſingenſis*; *Godefridus Viterbienſis*; *Otto S. Blaſianus*; *Otto & Acerbus Morenæ*, aliique Scriptores, *Mathildæ* vel coætanei, vel immediatè ejus tempora ſecuti, nihil de liberalitate hac Poſteritati reliquerint, non conſtat (1) *Quid donatum ſit?* præfato Inſtrumento generalia ſaltem continente, & Auctoribus Italis ſibi non cohærentibus, aliisque alia proferentibus. Ne dicam, donationem omnium bonorum, præſentium & futurorum, Jure invalidam eſſe, ut pluribus *Carpzovius*, part. 2 *Jurisprud. Forenſ.*, Conſtit. XII, Definit. 26, p. 487, demonſtrat. (2) Variæ Ejus proſtant donationes aliæ, v. g. an. 1102, Abbati *Nonantulano*, &, an. 1106, Eccleſiæ *S. Geminiani* Mutinenſi factæ, de quibus *Sigonius*, lib. IX, ad an. 1102, p. 388, & lib. X, ad an. 1106, p. 398, evolvendus, manifeſto argumento, priorem donationem vel tacitè ab Ea revocatam. (3) Defuncta, an. 1115, *Mathilde*, (teſtibus *Donnizone*, l. c., pag. 685; Auctore ejusdem vitæ, cap. 17, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 700, ubi ſimul 24 Julii exprimitur, veluti dies ejus emortualis; Conrado Urſpergenſi, pag. 197; *Alberico, Monacho trium fontium*, h. a., part. 2, p. 228; *Sigonio*, lib. X, de *Regno Ital.*, an. eod., p. 410; & *Baronio*, l. c., ad h. a., §. X, p. 107; *Chronographo Saxone* obitum ejus, pag. 279, ad annum 1102, &, pag. 284, ad ann. 1116 referente, quem poſteriorem etiam præ ſe fert Chronicon *Leodienſe*, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, pag. 339.) *directi ab Italia Nuncii obitum illius Inclitæ Mathildis nunciant, Ejusque prædiorum terras ampliſſimas, hæreditario Jure poſſidendas, Cæſarem invitant, &c.* Sunt verba *Urſpergenſis*, l. c., quibus addas illa *Alberici*, l. c: *Henricus Imperator in Italiam ſecedit, propter maximos motus Regni, & maximè propter Marchiſæ Mathildis, cognatæ ſuæ, quæ recens obierat, hæreditatem, quæ ſibi jure competebat, obtinendam.* Ignorantiam prætendit *Baronius*, l. c., num Pontifex *Paſchalis*, à Principis obitu, poſſeſſionem bonorum illorum fuerit conſecutus; ibi: *Quid autem actum de bonis Mathildis, Eccleſiæ Romanæ relictis, ignoramus, an poſſeſſionem eorum Paſchalis Papa adeptus ſit?* certè non ignorat, quid controverſiæ deſuper inter *Fridericum I*, Imp., & *Hadrianum IV*, an. 1159, *Alexandrum III*, an. 1177, atque *Lucium III*, ann. 1185, Pontifices Romanos, interceſſerit, de qua mox plura. (4) *Radewicus*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, cap. 10, p. m. 512, clarè docet, Hereditatem Mechtildis variè fuiſſe diſtractam: ibi: *Reditus quoque Imperiales, quæ dicuntur* **Domus Mathil-**

thildis, à Duce Guelfone, ſeu ab aliis diſtractos & diſperſos, congregavit, quos poſtmodum eidem Nobiliſſimo Principi, adunatos & melioratos, liberali reſtitutione, noſcitur reddidiſſe. Quorum prædiorum magnitudinem, ejusque terræ copioſam opulentiam, qui ripas Eridani pervagati ſunt, non ignorant, &c. Illuſtrandæ rei inſerviunt, quæ in Chronico Weingartenſis Monachi, de Guelfis Principibus, apud Dn. de Leibnitz, l. c., p. 790, c. 13, habentur: Qui (Fridericus I, Imp.) Avunculo ſuo, Gwelfoni, Marchiam Tuſciæ, Ducatum Spoleti, Principatum Sardiniæ, Domum Comitiſſæ Machtildis in Beneficio tradidit. Reditus tamen illos, ad Fiſcum pertinentes, quorum jam mentionem habuimus, nihilominus recepit. Igitur, dignitatibus prænominatis ſuſceptis, Italiam intrat, (Guelfus Dux) ac Civitates, Caſtella, ſeu Villas, per totam Domum Machtildis, pertranſiens, negotia Terræ civiliter pertractat. Ibi Legati, de omnibus Civitatibus Tuſciæ, nec non & ex omnibus Civitatibus Spoleti, ad eum venientes, ac munera condigna offerentes, ſubjectionem voluntariam promittunt. Cum quibus Nuncios ſuos, ad omnes Civitates, dirigens, ac ſe, in brevi, illo venturum promittens, ſuis rite diſpoſitis, revertitur. Poſt, cum Imperatore, collecta multitudine, Terram ingreditur, ac, in obſidione Gremenſi, usque ad deſtructionem ejusdem caſtri immoratur. Deinde totam militiam ſuam in Tuſciam movens, maximum Conventum apud S. Geneſium habuit. Ibi Baronibus Terræ illius Septem Comitatus, cum tot vexillis, dedit, cæterisque nihilominus, de Civitatibus, ſeu Caſtellis, ad ſe confluentibus, unicuique, quod ſuum erat, tribuit; ſimul & ipſe ſua, quæ ſingulæ Civitates ad ſe injuſte contraxerant, recepit. Denique, Conventu diſſoluto, Piſam, in ſancto Sabbato, cum maximo totius Civitatis apparatu, ingreditur, ac ibidem Paſcha jocondiſſime celebrans, egreſſus inde, à Lucenſibus, non minori tripudio, ſuſcipitur. Sicque ab omnibus Civitatibus, ad quas declinaverat, honorifice ſuſceptus, atque habitus, negotia Terræ potenter pertractans, ſuosque ubique in Caſtellis, ſeu Villis, ad Fiſcum pertinentibus, relinquens, usque Ducatum Spoleti procinctum movet. Ibi ſimiliter, omnibus bene diſpoſitis, filio ſuo, Gwelfi, Terram illam, ac totam Italiam, ad ſe ſpectantem, commiſit, ac de ſuis ſtrenuiſſimos quosque ſecum relinquens, per Vallem Tridentinam revertitur, &c.; nec non ea, quæ aliud Chronicon Weingartenſe, ibid., p. 798, complectitur: Fridericus, Filius Friderici Ducis, & Ludwitæ, ſororis Welfonis, Rex, Anno ab Incarnatione Domini 1152; Hic Avunculo ſuo, Welf, Marchiam Tuſciæ, Ducatum Spoleti, Principatum Sardiniæ, Domum Comitiſſæ Machtildis in Beneficio tradidit, &c. Et Ladislaus Sundheimius, in Familia Welphonum, ibid., pag. 804: Fridericus I Cæſar, Dux Sueviæ, Welphoni Seniori, ut pio Avunculo ſuo, Marchiam Tuſciæ, Ducatum Spoleti, Principatum Sardiniæ, & Dominium Mechtildis, Comitiſſæ, tradidit, & prædictas Terras Welpho Senior commendat Welphoni juniori, filio ſuo, regendas, &c. Per Welfonem, Henrici Nigri, Bavariæ Ducis, Filium intelligi, caret dubio, oſtenditque Arbor Genealogica, antiquo Codici membranaceo MS. Hiſtoriæ de Guelfis Principibus præfixa, apud Ill. Leibnitium, l. c., pag. 800, cui, ex Donnizonis, Presbyteri, Vita Mathildis, apud Dn. Leibnitium, l. c., pag. 633, &c., & alio Auctore Vita Ejusdem Principis, l. c., pag. 689, &c., quorum alterum lit. A, alterum lit. B deſignent, ſequens jungatur Schema, diverſum licet ab iis, quæ Bucelinus, part. 2 Germaniæ Topo-Chrono-Stemmatographicæ, p. m. 388, & Henningeſius, parte 2 Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia, fol. 112 ad 115, ſubminiſtrant:

Sige-

Sigefridus, Com. *Lucenſis*, A. lib. 1, c. 2, pag. 633, B. c. 1, pag. 689.

A. denotat *Donnizon.* *vitam Mathildis*, ap. Dn. de *Leibnitz*, T. 1 *Rer. Brunſ.*
B. Anonymum, de Ejusdem vita, ibid.

Atto I, Princeps, ſeu Comes *Lucenſis*, A. l. c.

Sigefridus 2, *Parmæ* ſedens. A. l. c. B. l. c.

Atto 2, Com. *Canuſinus*, A. l. c. & c. 3, p. 640, B. l. c. Ux. *Hildegarda*, A. lib. 1, c. 3, p. 640. B. c. 4, p. 692.

Gerardus, *Parmæ* ſedens. A. lib. 1, c. 2, p. 633. B. l. c.

Rudolphus, ✠ puer, ante Patrem. A. lib. 1, c. 3, p. 640.

Gotefredus, Præſul Parmenſis, A. lib. 1. c. 3, p. 640.

Tedaldus, Com. *Canuſinus*, A. lib. 1, c. 3, p. 640. B. c. 4, p. 692. Ux. *Guillia*, *Ducatrix*. A. l. c. ſeu *Voilia*, B. l. c.

Tedaldus, Epiſcopus *Aretinus*. A. l. c., & cap. 5, p. 641. B. l. c.

Bonifacius, *Dux*, (Spoleti, &c.) & *Marchio*. (Tuſciæ) A. lib. 1, c. 4, p. 640, & c. 6, p. 642, B. l. c. ✠ 1052. *Herm. Contr.*, h. a., p. 324; *Albericus*, *Monachus*, ad an. 1056, p. 92; vel 1053. *Lamb. Aſchaff.*, h. a., p. 161; Monachus *Herſeldenſ.*, h. a., p. 378. Ux. (1) *Richilda Comitiſſa*, fil. *Giſelberti* Principis. A. lib. 1, c. 6, p. 642, B. l. c. (2) *Beatrix*, fil. *Friderici*, D. *Lothar.* Vid. ſeq. Tit. XVI, *Catal. Ducum Lothar.* in vita *Friderici*.

Conradus, *doctus*, A. lib. 1, c. 4, p. 640, & c. 6, p. 442. ✠ An. 1030. A. lib. 1, c. 6. p. 643. B. l. c.

Azo, Marchio *Eſtenſis*, ✠ 1097. centenario major. *Bertoldus Conſtant.*, h. a., p. 376. Ux. *Chuniza*, fil. *Welfonis* 2, Com. *Weingartenſ.* vid. ſeq. Tit. XVI, §. 10, lit. g.

Welphus IV, ſeu *Senior*, D. *Bavar.*, ✠ 1101. Ux. (1) *Ethilinda*, fil. *Ottonis* Anteceſſoris, (2) *Juditta*, fil. *Balduini*, *C. Flandr.* Vid. ſeq. Tit. XVI, Ejus vita.

Fridericus, ex (2) A. lib. 1, c. 10, p. 647, B. c. 5, p. 693. *Hermanno Contracto*, ad an. 1055, p. 336, dicitur *Bonifacius*, eodem anno puer defunctus.

Beatrix, ex (2) A. lib. 1, c. 10, pag. 647.

Mathilda, ex (2) A. lib. 1, c. 10, p. 646; Genealogia B. *Arnulphi*, ap. *Pithœum*, p. 222; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 33, p. 136; *Chronog. Saxo*, An. 1055, p. 253; *Albericus*, l. c.; B. c. 5, p. 693. ✠ an. 1115. Vid. præc. pag. 321. Ux. (1) *Godefridi Gibboſi*, Lothar.; (2) *Azonis*, Marchionis Eſtenſis; (3) *Welphi V*, Duc. Bavariæ, Vid. ſeq. Tit. XVI, *Cat. Ducum Lothar. & Bav.*

Welphus V, Dux Bavariæ, ✠ 1119 Ux. *Mathilda* hæc. Vid. ſeq. Tit. XVI, *Catal. Ducum Bavar.*, Ejus Vita.

Henricus Niger Dux *Bavariæ*, ✠ 1125. Ux. *Wulfildis*, fil. *Magni*, D. Saxoniæ, vid. ſeq. Tit. XVI, *Catal. Duc. Saxon.*, in Vita *Magni*, & *Ducum Bavar.*, Vit. *Henrici Nigri*.

Henricus Superbus, Dux *Sax.* & *Bavar.*, ✠ 1139. Ux. *Gertrudis*, fil. *Lotharii*, Imp. vid. ſeq. Tit. V, vita *Lotharii*, v. 2, & 3, p. 561, & Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.*, vit. *Henrici Superbi*.

Welphus VI, quem *Chron. Weingartenſe*, c. 13, p. m. 790, *Friderici I Imp. Avunculum* vocat, ab Eo *Tuſcia* Marchionatu, Ducatuque *Spoletano*, Principatu *Sardiniæ* & *Dominio Comitiſſæ Mathildis* inveſtitum.

Juditta, Ux. *Friderici*, D. Sueviæ, vid. ſeq. Tit. XVI, vita Ejus Parentis, & *Catal. Ducum Sueviæ*, vita *Friderici Coclitis*.

Henricus Leo, D. *Sax. & Bav.*, ✠ 1195. vid. Tit. XVI, Ejus vita.

Fridericus I, Imp. vid. ſeq. Tit. V, Ejus vita, p. 572.

Operæ pretium eſt, addere, quæ *Weingartenſis* Monachus, l. c., pag. 785. §. 9. de nuptiis *Welfonis V* cum *Mathilda* ſuppeditat: *Accepit autem Mathildam, Nobiliſſimi ac ditiſſimi Italici Marchionis, Bonifacii, filiam, in uxorem, fœminam virilis animi, quæ, ad inſtar fortiſſimi Principis, totam Terram illam ſuo Domino ſubjugavit, quam tamen poſtea, neſcio quo interveniente divortio, repudiavit, &c.* Annum deſignat *Bertoldus Conſtantienſis*, in Appendice ad *Hermannum Contractum*, p. m. 362, & 363, ſcil. 1089, *Sigonio*, l. c., pag. 379, præcedentem 1088 ponente, adeoque diu poſt factam donationem; novo argumento, voluntatem ſuam *Mathildem* mutaſſe, totam Terram paternam *Domino ſuo ſubjugando*, quem etiam, hoc titulo, an. 1090, *Mantuanis* Privilegium immunitatis vectigalium, & ripatici largientem, teſtatur formula, apud *Sigonium*, l. c., ad an. 1091, pag. 380; Hinc nec mirum, *Welfonem VI*, *Quinti* ex fratre, *Henrico Nigro*, nepotem, ſe pro hærede dictarum terrarum, utut, proſcripto fortè *Henrico Superbo*, rebus Guelfonum male ſe habentibus, in varias partes ſciſſarum, geſſiſſe, inve-

ſtitum quoque de iis, a Nepote ex ſorore, *Friderico I*, Imperatore, qui, *jus directi Dominii* ad ſe ſpectare, jure arbitrabatur. Teſtimonia modò allata ſunt, quibus verba *Güntheri*, lib. IX *Ligurini*, apud *Reuberum*, p. m. 415 & 416, addantur, ubi hæc de Cæſare:

Inde per Ethruſcas Legatos deſtinat urbes,
Campanasque domus, & quas in littore curvo
Æquorei lavat unda ſalis: qui debita Fiſco
Jura vetuſta petant, per quos ſtatuantur in omni
Urbe Magiſtratus, & Civica quæque poteſtas.
Præterea reditus, cunctis de finibus illis,
Quos famoſa prius poſſederat illa Mathildis,
Pluribus invaſos, Rex in SUA JURA RETRAXIT.
Inde recollectos, & tanquam corpus in unum,
Partibus ex multis, quadam gravitate, reductos,
Neſcio quid priſci ſe Juris habere volenti,
Ac velut HÆREDI, cumulato munere, Princeps
Conceſſit Catulo: Qui Regis Avunculus, illo
Tempore Dux validus, felicia caſtra Nepotis,
Milite non pauco, mentisque vigore, juvabat.

Quæ ſatis innuunt, quid Cæſar pariter, & *Welfus* Dux de Patrimonio *Mathildis* judicaverint, alter *directum* cjus *dominium*, alterq; *utile*, ſeu *poſſeſſionem* ſibi vindicantes. Valde quidem deſuper ſtomachatus *Hadrianus* IV, Pontifex, poſt reliqua temerè poſtulata, an. 1159 miſſa ad Imperatorem Legatione, loqui auſus eſt: *De Poſſeſſionibus Eccleſiæ Romanæ reſtituendis, & tributis Ferrariæ, Maſſæ, Ficorolu, totius Terræ Mathildis, totius Terræ, quæ ab Aqua pendente eſt usque Romam, Ducatus Spoletani, Inſularum Sardiniæ, Corſicæ, &c.*, ceu in Epiſtola *Eberhardi* Babenbergenſis, ad *Eberhardum* Salisburgicum, apud *Radevicum*, l. c., lib. 2, cap. 30, pag. 525, & *Baronium*, Tom. XII Annal., ad an. 1159, p. 416, habetur; carminicè ea deſcribente *Günthero* Poëta, l. c., pag. 422:

Quicquid ad eximii rectè Patrimonia Petri
Pertinuit dudum, Poſſeſſio, ſive tributum,
Reſtituatur Ei, (Papæ) *Comitiſſæ Terra Mathildis,*
Et Spoletanus, ſub eodem jure, Ducatus.
Quicquid ab excelſis Romanæ mœnibus urbis
Pendentem ſejungit Aquam, Ferraria, Maſſa,
Et, cum Sardois, uberrima Corſica, campus,
Pontifici Summo, priſco de more, tributum
Solvat, & antiquas, juſto ſub canone, Leges. &c.

Aſt re infecta: nam *Domino Imperatore ſuper his juſtitiam & conſilium conſtanter offerente, ſi & ipſi* (Nuncii Papales) *Juſtitiam vellent facere, & recipere; illis vero recipere tantum volentibus, & non facere, hac ratione, quod Dominum Apoſtolicum cauſæ ſubjicere, ac judicio ſiſtere non poſſent, & è contrario Domino Imperatore multa proponente de rupta concordia, &c.*, ut laudatus Bambergenſis Præſul l. c. pergit, negotium ruptum eſt, Papa eodem adhuc anno ad plures abeunte. Mortuo, an. 1166, peſtilentia, ap. *Sienam*, ut *Otto de S. Blaſio*, Append. ad *Ottonis Friſing. Chronicon*, cap. 20, ad h. a., p. 206, docet, & *Welfone* Jun., *Welf Dux, orbatus hærede, in amiſſo filio, cattusque dolore cordis intrinſecus, Henricum,* (Leonem) *Ducem Saxoniæ & Bavariæ, fratruelem ſuum, in hæredem adſcivit, ab eoque, pro hoc, quantitatem pecuniæ exigens, dum conſequi putat, fruſtratur promiſſis. Dux enim Henricus, quorundam pravorum conſilio, Welfonem, jam grandævum, cito moriturum præſagiens, argentum, pro conſtituto, dare diſtulit. Welf iratus, Imperatori Friderico, ſororio ſuo, recepta ab Eo prius, pro libito ſuo, pecunia, primo Beneficiis, ſcil. Ducatu Spoleti, Marchia Tuſciæ, Principatu Sardiniæ Ipſi reſignatis, omnia prædia ſua Ipſi condidit, eaque, usque ad terminum vitæ, pluribus aliis additis, recepit, &c.* Hæc *Otto de S. Blaſio*, cap. 21, ad an. 1167, p. m. 207, repetita à *Nauclero*, Vol. 2 Chronograph., Generat. 39, pag. 852; Conf. *Bünting. Chron. Brunſ.*, p. m. 138; Illuſtr. Dn. *Leibnitz*, l. c., p. 879, in Not. ad *Excerpta Rogerii de Hoveden*, *de Henrico Leone*, lit. r. Hinc litem recoxit, an. 1177, *Alexander III*, pacem cum Imperatore firmaturus Venetiis; in ultimo enim congreſſu *Pontifex ab Imperatore petivit, ut Regalia S. Petri, & Poſſeſſiones S. R. E., ſicut per Mediatores, Cardinales & Principes, apud Anagniam, conſtitutum fuerat & firmatum, ſibi reſtitui faceret; Cui reſpondens Imperator dixit: Regalia S. Petri, & Poſſeſſiones alias Romanæ Eccleſiæ, præter Terram Comitiſſæ Mathildis & Bertinorum, libere ad præſens reſtituam. Sed quia iſta mihi videntur ad Imperii Jus pertinere, vos eligite de Veſtris Cardinalibus tres, & Nos, de Noſtris Principibus, totidem eligemus, ad iſta tractanda quorum judicio pars utraque irrefragabiliter ſtare debeat. - - - ſtatimque Chriſtianum, Moguntinum Archi-Epiſcopum, & Wormatienſem Electum, & A. Protonotarium, qui præſentes aderant, ad id faciendum, delegit Imperator, & Alexander Papa ſuos, videlicet Oſtienſem, & Portuenſem Epiſcopos, & Cynthium Diaconum Cardinalem elegit, &c.* Hæc ex auctore coævo Geſtorum *Alexandri III*, P. R., apud *Baronium*, l. c., ad an. 1177, §. 58, pag. 685. Audiamus *Romualdum*, Salernitanum Archi-Epiſcopum, unum ex Legatis ipſius *Wilhelmi*, Siculorum Regis, Venetias miſſum, pro pace, per dictum Papam, cum Imperatore ineunda, ibid., l. c., §. 83, &c., pag. 693: *Epiſcopus autem Clarimontis, cum Abbate de Bonavalle, qui remanſerant, videntes, quod nullam à Papa poſſent habere reſponſum, licet inviti, petitionem Imperatoris Papæ expoſuerunt: Erat autem hæc petitio: Imperator Papæ, per Nuncios ſuos, promiſerat, quod, ſi pacem cum eo faceret, Terram Comitiſſæ Maltendis,* (Mathildis) *quam Ipſe tenebat, in manu Ejus, & Eccleſiæ poteſtate remitteret. Petebat ergo, ut liceret Ei, usque ad quindecim annos, videlicet, quousque pax Regis Siciliæ perduraret, ejusdem Terræ reditus, ſine contradictione, recipere: completis vero quindecim annis, volebat, poſſeſſione penes eum remanente,*

ſtatim

Digitized by Google

ſtatum de eadem Terra cum Eccleſia placuare, aſſerens: ***Illam ad Jus ſui Imperii pertinere.*** *Papa autem intuitu Regis Siciliæ, quem plurimum diligebat, usque ad condictum terminum Imperatori prænominatæ Terræ fructus habere conceſſit, hac tamen conditione, quod, completis quindecim annis, ad poteſtatem & poſſeſſionem Romanæ Eccleſiæ Terra illa rediret. Et tunc Eccleſia in poſſeſſione poſita, ſi Imperator vellet de proprietate Terræ illius agere, libenter Ei Eccleſia juſtitiam faceret. Poſtquam autem hic modus petitionis implendæ, per Epiſcopum Clarimontis, & Abbatem de Bonavalle, fuit Imperatori propoſitus, plurimum illi diſplicuit, & ſic concordia, per illos tractata, remanſit, &c.* Succeſſor Ejus, *Lucius III*, eadem preſſit veſtigia, an. 1185, apud *Arnoldum Lubecenſem*, l. c., pag. 32, & *Baronium*, l. c., ad h. a., §. 3, pag. 759, verbis ſub initium jam adductis; ſed pari eventu, manente *Guelfone* Duce in poſſeſſione, Cæſareque Jura ſua retinente ſalva, quorum etiam vigore filius Ejus, *Henricus* Imp., defuncto, an. 1191, laudato Duci, in dictis Terris, ſucceſſit, fratremque *Philippum*, an. 1195, viciſſim de iis inveſtivit, *Conrado Urſpergenſi* teſte, ad an. 1195, p. 232: *Philippo quoque, fratri ſuo, dedit Uxorem, Dominam Erinam, filiam Regis Græcorum, quam repperit in Palatio Panormitano; deſponſata ſiquidem fuerat filio præfati Dancredi; tradens ei dominium totius Tuſciæ, & Terram Dominæ Mathildæ, &c.;* ut & *Sigonio*, l. c., lib. 15, ad h. a., p. 578: *Quin etiam, Romanæ in detrimentum Eccleſiæ, Philippum Fratrem, cui Irenem, Rogerii uxorem, collocavit, Ducem Tuſciæ, ac Terræ Mathildis, Marcoaldum vero Ducem Ravennæ, & Marchionem Anconæ, & Conradum Spoleti Ducem conſtituit, &c.* Poſt fata *Henrici*, orto, circa Electionem Imperatoris, præfatum inter *Philippum* & *Ottonem IV*, *Henrici Leonis* filium, ſchiſmate, ille, ut Pontificis, *Innocentii III*, gratiam aucuparetur, ſolo *Flaſconis Monte* excepto, poſſeſſione illa omni ceſſit, quam tamen, eo mortuo, confirmatus Cæſar, *Otto*, an. 1209, habito cum JCtis conſilio, Imperio iterum vindicavit, à *Friderico* 2 poſtea, Pontificis favore, adverſus *Ottonem*, electo Imperatore, in remunerationis argumentum, Romanæ Sedi reſtitutam, tandemque conceſſo ſaniori rationi loco, tumultuantibus Papis, Imperio rurſus redditam. Vid. Dn. *Conring.*, de *Finib. Imper.*, lib. 1, cap. X, §. 21, pag. 82, &c. Ex quibus elucet, Seculo adhuc XIII *Patrimonium Petri*, ex hereditate *Mathildis*, exigua incrementa habuiſſe. (5) Hactenus dicta abunde teſtantur, *Mathildim* ne quidem facultate polluiſſe, omnes poſſeſſiones indiſtinctè donandi, immixtis multis Feudis, quorum alienatio, invito *Seniore*, ſeu Imperatore, Beneficiorum Legibus adverſabatur.

4. Et quia Imperatores tria regna habebant, Regnum Germaniæ, Regnum Italiæ ſive Longobardorum, & Imperium Romanum; (*a*) ab auguſtiore, & per omnem terram celebriore, Imperium ſuum vocare voluerunt *Romano-Germanicum*, (*b*) licet Germania Romam vicerit, & non Roma Germaniam: Id quod primis quidem temporibus non factum eſt; ſed Maximilianus I illud vocavit: *Das Heilige Ræmiſche Reich Teutſcher Nation*, & hinc iſte titulus in Receſſus Imperii tranſivit. *Bœcl. in Diſſert. de S. I. R. voce: Romanum.* Alii exiſtimant, rectiùs dici *Imperium Germano-Romanum*, non autem *Romano-Germanicum;* quia illud Imperium eſt Romanum, quod ſubjectum eſt Romanis, & quod leges accipit à Romanis: Atqui Imperium Germaniæ non eſt ſubjectum Romanis, & leges non accipit à Romanis: Ergo Imperium Germaniæ non eſt Romanum. Verùm hæc ratio non videtur ſufficiens, ut uſum & Curiæ ſtylum, tamdiu receptum, erroris arguere poſſit. Nam illud Imperium demum non eſt Romanum, quod nec ſubjectum eſt Romanis, nec leges ab iis accipit, & in quod dignitas antiqui Imperii Romani non eſt tranſlata.

NOTÆ.

(*a*) ROMANUM, &c. In *Ottone Magno* primum, æterno fœdere, Regna Germaniæ, & Italiæ, ſive Longobardorum, atque Imperium coaluiſſe, dictum ſupra, Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 62, &c., & præced. §. 3, lit. m. *Germaniam* quidem, *Electionis* via, obtinuit; vid. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an 936; *Italia armis* potitus eſt; Vid. præc. §. 3, lit. m, p. 308; *Imperium Romanum* à Pontifice, Senatu, Populoque Romano ultrò Ei oblatum fuit, *belli* tamen *titulo* non penitus excluſo, l. c., ubi ſimul monitum, latam tunc Legem, ut, in firmamentum Societatis dictorum Regnorum, non niſi *Germaniæ Rex* Italiæ & Imperio poſthac præeſſet, quam ſub *Ottone III* reſtauratam, præc. p. 63, & 64 memini.

(*b*) GERMANICUM, &c. Si, juxta Dialecticorum regulas, naturam rei intueamur, omnino dicendum potius eſt Imperium *Germanico-Romanum*, quam *Romano-Germanicum;* potioris enim partis ſemper habenda ratio. Jam nihil Germaniæ datum Romæ eſt;

verſa vice autem Germaniæ Reges perpetuum Imperium in Urbem, Papam, & Patrimonium Petri nactos ſcimus, utut Regnum Germaniæ, Imperium Romanum, & Regnum Longobardicum tres diſtinctæ maneant Reſpublicæ, quarum commune Caput *Imperator*, cujus conſtituendi Jus ſoli Germaniæ inhæret. Quod ſi vero & aliis Rebuspublicis fœderatis ſolenne ſit, uno, & quidem auguſtiori titulo uti, v. g. *Hollandis*, *Suiceris*, ſeu Helvetis, *Polonis*, &c., *Hollandia* licet nihil juris, multo minus dominii in reliquas ſex ſociatas Provincias, nec Pagus *Suicenſis* in reliquos duodecim Cantones fœderatos, nec *Poloni* in Lithuaniam habeant; mirum non eſt, Capiti dictarum trium Rerumpublicarum, æterno fœdere unitarum, *Imperatoris Romano-Germanici* placuiſſe elogium; cum, procul dubio, vocabulum *Romanum*, ex quo *Roma Gentium Caput* nuncupata, opinione vulgi, auguſtius *Germanico* fuerit habitum. Vid. plurib. Dn. *Conring.*, tot. Cap. XII, de *Germanorum Imperio Romano*; It. de *Republica*, Diſſ. 2, de *Imperatore Romano-Germanico*, *θ*. 40, &c., p. 56, &c., & diſſ. 10, de *Officialibus Imperii*, *θ*. 4, & 5, p. m. 637, &c.; It. de *Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 1, §. 2, p. 2, & 3; *Boeclerus*, Diſſ. de *Sacro Romano Imperio*, an. 1663 ſcripta, & *Notitia Imperii* ejus, an. 1692, annexa, p. m. 320; *Rumelinus* ad A. B., Diſſ. 1, *θ*. 5, p. 19, & ibi *Myleri Additiones*, p. 20; *Limnæus*, *Jur. Publ.*, lib. 1, cap. 4, p. 14, &c., & ad *Capitulat. Caroli V*, ad Procem. voc. *Rœmiſchen Reichs*, p. 100, &c., & ad *Auream Bullam*, Procem. Obſervat. 7, p. 114, &c.; Ill. Dn. *Obrechtus*, Diſſ. de *Unitate Reipublicæ, in Sacro Romano Imperio*, *θ*. 8, & 9, inter Opera Ejus Academica pag. 288, & 289; Illuſtr. Dn. *Stryckius*, *Prælect. ad Inſtit. Jur. Publ. Dn. Rhetii*, lib. 1, Tit. 2, §. 147; Illuſtr. Dn *Coccejus Juris Publici Prudentia*, cap. 7, §. 4, p. 150; Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 78, p. 85; *Vagedes*, de *Ludibriis Aulæ Romanæ, in Translatione Imperii Romani*, Cap. XII, inter Opera ejus Academica p. 170, &c.; Dn. *Joh. Adam ab Hammerſtein*, de *Recta ferendarum Legum Ratione*, *θ*. 62; Dn. *Carolus Andreas Seyfert*, Diſſ. *Von Reichs-Belehnungen*, cap. 1, *θ*. 6, p. 7, & 8.

5. Tres cauſas *(a)* translationis Imperii in *Carolum Magnum* allegant Romani, quarum *prima* eſt: quòd fuerint derelicti ab Imperatoribus Orientis. Hæc eadem cauſa allegata eſt in controverſia Pruſſica, & vehementer agitata; *Primò* enim videndum eſt, an revera auxilium ferre noluerit, qui ſuos defendere debebat? *Secundò* an potuerit ferre? *Tertiò* an expectatum ſit tempus neceſſitatis? *Quartò* annon potuerit translatio fieri, ſalvis priorum Dominorum juribus? *Bœcl. in Comm. ad Grot. lib. 2, c. 4, p. 143.* Hinc *Carolus Magnus* voluntariæ huic ſubjectioni nunquam multum tribuit: ſed transegit cum *Irene*, Imperatrice Orientali, *(b)* ut illa *Calabriæ* ultima, & Ducatum *Beneventanum*, quæ particulæ ipſi in Italia reſtabant, & in quibus fortunæ Græciæ tunc in Occidente erant ſitæ, retineret, ipſi verò totum Imperium Occidentis relinqueretur. Qui titulus longè plauſibilior eſt; licet alias Doctorum diſputationibus valde intricetur. *Grot. lib. 1. de Jur. B. & P. c. 4.* Præterea etiam titulo belli *(c) Carolum Magnum* ſibi Imperium acquiſiviſſe dicunt: Sed tamen hic titulus potius ad Regnum Longobardorum ſeu Italiæ pertinet: Non enim in Italiam venit, ut bellum Romanis inferret, ſed ut eos, contra vim Longobardorum *(d)* imminentem, defenderet.

Reliquæ duæ cauſæ ſubjectionis Romanorum voluntariæ *Carolo Magno*, nimirum: quòd Romani indignum putaverint, ſubeſſe mulieri, quæ tunc erat *Irene* Imperatrix; & quòd Imperatores ſuam Majeſtatem ſæpe proſtituerint mutilatione *(e)* corporis, oculos ſibi invicem eruendo, naſoſque truncando, etiam tanti momenti non ſunt, ut ſubditi legitimo Regi impiè ſe ſubtrahere, aliique ſe ſubjicere poſſint. Quicquid horum ſit, nos titulum *Imperii Romani* ab Ottone *(f)* acquiſitum, &, contra *Blondellum*, qui impiô conatu Imperatoribus noſtris eum denegare contendit, in noſtrum usque Imperatorem glorioſiſſimum continuatum aſſerimus. Vid. *Bœcl. de S. R. J. voce: Romanum.* Cauſa poſſeſſionis eſt *Jus belli;* Victores enim extiterunt Germani, & ſuo ſanguine ſibi acquiſiverunt Imperium: ut *Fridericus Primus* Imperator Romanis maſculè reſpondit, apud Ottonem Friſingenſem, *lib. 1, c. 21.* Cui adjungi debet Transactio Ottonis I cum Pontifice, ut ſupra diximus. *c. 23, diſt. 63.*

NOTÆ.

Digitized by Google

NOTÆ:

(*a*) TRANSLATIONIS, &c. Res ab ovo repetenda. *Valentiniano* & *Valente*, fratribus, an. 365, *Gratiano* & *Theodoſio*, an. 380, tandemque *Honorio* & *Arcadio*, *Theodoſii*, an. 396 defuncti, filiis, Romanum Imperium in *Occidentale* & *Orientale* dividentibus, vaſta hæc Reſpublica in interitum ruere coepit, Provinciis hinc inde Reges ſibi eligentibus, aut, armata manu, à Populis aliunde venientibus, a corpore avulſis; ceu præced. Tit. 2, §. 10, lit. 1, v. 6, 7, 8, 9, 14, & 15, latius expoſitum eſt. Eminebant inter eos *Gothi*, qui, *Honorio* Imperante, *Radagaiſo* & *Alarico* Ducibus, Italiam invadentes, ipſa *Roma*, an. 411, potiti ſunt; l. c., v. 17; *Vandalis* Africam; *Francis* & *Burgundionibus* Gallias; *Saxonibus*, *Anglis*, *Pictis* & *Scotis* Britanniam; *Hunnis*, *Gepidis*, & *Longobardis* Germaniam; *Oſtrogothis* & *Alanis* Hiſpaniam tumultuarie infeſtantibus; l. c., v. 19. Anno 476 *Auguſtulus*, Occidentis Imperator, ODOACRO, Herulorum Regi, è Pannonia Italiæ obducenti copias, Imperio planè cedere cogebatur; Vid. l. c., v. 22; conf. *Jornandes, de Rebus Geticis*, §. 76, p. m. 741: *Auguſtulo vero, à Patre Oreſte,* (Magiſtro Militum) *in Ravenna Imperatore ordinato, non multum poſt Odouacer, Turcilingorum Rex, habens ſecum Scyros, Herulos, diverſarumque Gentium auxiliatores, Italiam occupavit, & , Oreſte interfecto, Auguſtulum, filium ejus, de Regno pulſum, in Lucullano, Campaniæ Caſtello, exilii pœna damnavit. Sic quoque Heſperium Romanæ Gentis Imperium, quod, ſeptingenteſimo nono Urbis conditæ anno, primus Auguſtorum, Octavianus Auguſtus tenere cœpit, cum hoc Auguſtulo periit, anno deceſſorum, prædeceſſorumque Regni quingenteſimo vigeſimo ſecundo, Gothorum dehinc Regibus Romam Italiamque tenentibus. Interea Odouacer, Rex Gentium, omni Italia ſubjugata, ut terrorem ſuum Romanis indicaret, mox initio Regni ſui Brachilam Comitem, apud Ravennam, occidit, Regnoque ſuo conſortato, pene per quatuordecim annos, uſque ad Theodorici præſentiam, obtinuit, &c.* Conf. Id. de *Regnorum ſucceſſione*, lib. 1, cap. 47, apud *Sylburgium*, Tom. 1 *Rer. Roman.*, p. m. 654, & 655, ubi de THEODORICO hoc, *Oſtrogothorum* Rege, qui, pulſo *Odoacro*, quem *Eugippius*, Abbas, in vita S. *Severini*, Norici Apoſtolici, cap. 32, apud *Surium*, 8 *Jan.*, p. m. 118, malè *Odobagarum* vocat, novum Gentis ſuæ Regnum in Italia condidit, addit: *Theodericus vero, Zenonis Auguſti pellectus humanitate, Conſtantinopolim venit, ubi Magiſter Militum ſtatim effectus, Conſulis Ordinarii triumphum, ex publico dono, peregit. Sed quia tunc Odouacer Regnum Italiæ occupaſſet, Zenon Imperator, cernens, jam Gentes illam Patriam poſſidere, maluit Theodorico, ac ſi proprio jam clienti, eam committi, quam illi, quem nec noverat, ſecumque ita deliberans, ad partes eum Italiæ mittens, Romanum illi Populum Senatumque commendat, ovansque Rex Gentium, & Conſul Romanus, Theodoricus, in Italiam petit, magnisque prœliis Odouacrum vicit, & Ravennam in deditione ſuſcepit; deinde vero, ac ſi ſuſpectum, Ravennæ, in Palatio, jugulans, Regnum Gentis ſuæ, & Romani Populi Principatum, prudenter & pacificè, per triginta continuit annos, &c.* Sic & *Caſſiodorus*, in *Chronico*, ſub *Zenone* Imp., *Probino* & *Euſebio* Coſſ., p. m. 701: *Feliciſſimus atque fortiſſimus Dominus noſter, Rex Theodoricus, intravit Italiam, cui Odouacer ad Iſontium pugnam parans, victus, cum tota Gente fugatus eſt. Eodem anno, repetito conflictu Veronæ vincitur Odouacer.* Anno ſequenti, *Fauſto Jun.* Coſ., pergit, l. c: *Ad Ducam fluvium, Odouacrem Dominus Noſter, Theodericus Rex, tertio certamine ſuperavit, qui Ravennam fugiens, obſidetur incluſus, &c.*; & rurſus, ad annum ſeq., *Olybrio Jun.* Coſ: *Odouacer, cum Erulis, egreſſus Ravenna, nocturnis horis, ad Pontem Candidum, à Domino noſtro, Rege Theodorico, memorabili certamine ſuperatur, &c.* Sub *Anaſtaſio* Imp., & *Albido* Coſ., ait, l. c: *Rex Theodericus, Ravennam ingreſſus, Odouacrem, molientem ſibi inſidias, interemit, &c.*; & *Patricio* & *Hypatio* Coſſ: *Rex Theodericus Romam, cunctorum votis expetitus, advenit, & Senatum ſuum mira affabilitate tractans, Romanæ Plebi donavit annonas, atque admirandis mœnibus, deputata, per annos ſingulos, maxima pecuniæ quantitate, ſubvenit, ſub cujus felici Imperio plurimæ renovantur Urbes, muniſſima Caſtella conduntur, conſurgunt admiranda Palatia, magnisque Ejus operibus antiqua miracula ſuperantur, &c.* Contigiſſe hæc Imperatorio conſenſu, poſt *Procopium*, lib. 1 *Rer. Goth.*, teſtatur *Jornandes*, de *Rebus Geticis*, §. 86, p. m. 749, latè docens, quomodo *Zeno* Imp., aſſerentibus nunciis, *Theodericum* Gentis ſuæ ordinatum Regem, Eum Conſtantinopolim vocaverit, adoptivi filii honore dignatus ſit, Conſulem creaverit, tandemque precibus id efflagitantem, adverſus *Odoacrum*, in Italiam dimiſerit, Regno exuendum, clientelari lege poſſidendo; ita autem affabatur Auguſtum: *Heſperia Plaga, quæ dudum Deceſſorum, Prædeceſſorumve Veſtrorum Regimine gubernata eſt, & urbs illa,* (Roma) *Caput Orbis & Domina, quare nunc ſub Regis Turcilingorum & Rugorum tyrannide fluctuat? Dirige, cum Gente mea, ſi præcipis, ut hic expenſarum pondere careas, & ibi, ſi, adjutus à Domino, vicero, fama veſtræ pietatis irradiet. Expedit namque, ut ego, qui ſum ſervus veſter, & filius, ſi vicero, Vobis donantibus, Regnum illud poſſideam, haud ille, quem non noſtis, tyranni jugo, Senatum Veſtrum, partemque Reipublicæ captivitatis ſervitio premat. Ego enim, ſi vicero, veſtro dono, veſtroque munere poſſidebo: ſi victus fuero, veſtra Pietas nihil amittit, imò, ut diximus, lucratur expenſas, &c.* Quibus annectit: *Quo audito, quamvis ægre ferret Imperator diſceſſum ejus, nolens tamen eum contriſtare, annuit, quæ poſcebat, magnisque ditatum muneribus, dimiſit à ſe, Senatum Populumque ei commendans Romanum. Igitur egreſſus Urbe Regia Theoderi-*

Digitized by Google

dericus, & ad ſuos revertens, omnem Gentem Gothorum, quæ tamen ei præbuerat conſenſum, aſſumens, Heſperiam tendit, &c. Add. *Evagrius*, lib. IV *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 18, p. m. [illegible]84; *Paulus Diaconus*, lib. XV *Rer. Romanar.*, in Vita *Zenonis* & *Anaſtaſii*, Imperatorum, p. m. 190; Excerptæ è *Suida* Cæſarum Vitæ, apud *Sylburgium*, Tom. 3 *Script. Hiſtor. Roman.*, in vita *Anaſtaſii*, p. m. 887; *Nicephorus Calliſtus*, *Hiſt. Eccleſ.*, lib. 14, cap. XI, pag. 970; & lib. 16, c. 23, p. 1[illegible]7, & l. 17, c. 13, p. 1073; *Conradus Urſperg.*, p. m. 83; ex Recentioribus, *Pomponius Lætus*, *Compend. Hiſtoriæ Romanæ*, in vita *Flavii Valerii Leonis*, & *Flavii Valerii Zenonis*, Imperatorum, apud *Sylburgium*, l. c., Tom. 2, p. 551, & 552; *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imper.*, cap. 4, p. m. 46, &c.; conf. præc. §. 1, lit. d, & Tit. 2, §. 10, lit. i, v. 22.

(2) Ea *Romæ* novo Regi *THEODERICO*, Arianæ licet impietati dedito, erat auctoritas, ut, *Anaſtaſio*, P. R., an. 498, 6 Kal. Dec., defuncto, cum duo, *Symmachus* ſcil. Sardus, *Fauſto* Exconſule Patrono, in Baſilica Conſtantiana, & *Laurentius* quidam, *Feſti* & *Probini*, Patriciorum, favore, in Baſilica S. Mariæ eligerentur Præſules, *ambo ad Ravennam pergerent, ad Judicium Regis Theodorici, qui, dum ambo introiſſent in Ravennam, hoc judicium æquitatis invenerunt, ut, qui primo ordinatus fuiſſet, vel ubi pars maxima cognoſceretur, Ipſe ſederet in Sede Apoſtolica; quod tandem æquitas in Symmacho invenit, &c.* Sunt verba Anaſtaſii Biblioth., in vita *Symmachi*, p. m. 43; conf. *Theodorus Lector*, Author Græcus, tempore *Juſtini* Imp., lib. 2 *Collectaneorum*, interprete *Wolfgango Muſculo*, Edit. Colon. Allobrog. an. 1612, p. m. 186, ubi, poſt reliqua: *Cum ad hunc modum talis rerum confuſio triennium duraſſet, Theudericbus Apher, Romæ tum temporis potens, licet Arianus eſſet, collecta Epiſcoporum Synodo, Symmacho Romanum Epiſcopatum confirmavit; Laurentium vero unius Civitatis, nomine Nuceriæ, Epiſcopum conſtituit, &c.* In *Catalogo Pontificum Romanorum Seculi VI*, apud *Henſchenium* & *Papebrochium*, Tom. 1 Menſ. April. *Actorum Sanctorum*, f. 35 Prolegom., idem habetur: *Facta intentione* (contentione) *hoc conſtituerunt pariter,* (partes) *ut ambo Ravennam peterent ad Judicium Regni Theodorici; qui dum perveniſſent, hoc judicatum æquitatis invenit,* (invenerunt) *ut, qui prior ordinatus fuiſſet, vel, ubi pars maxima conſentiret, ipſe ſederet in Sede Apoſtolica, quod tunc æquitas in Symmacho invenit, & cognitio veritatis, & fuit Præſul Beatus, &c.*: rem comprobantibus *Aimoino*, lib. 1, de *Geſtis Francorum*, Cap. XI; *Hermanno Contracto*, ad an. 499; *Mariano Scoto*, an. 500; *Nicephoro Calliſto*, lib. 16 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 35, p. m. 1043; *Sigeberto Gemblac.*, an. 493; *Ottone Friſingenſi*, lib. 5 *Chronic.*, cap. 2, p. 102; *Jacobo de Kœnigshoven*, *Chron. Alſat.*, cap. 3, p. 167; *Gobelino Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 30, p. 224; *Wernero Rolewinckio*, ætat. 6 *Faſcic. Tempor.*, p. 53; *Onuphrio Panvinio*, ad an. 498, in vita *Symmachi*, 52 P. R.; *Baronio*, Tom. VI Annal., ad h. a., pag. 532; *Goldaſto*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, p. 612. Magis theſin meam firmant, quæ poſtea ſecuta ſunt, nam, *poſt annos quatuor, Zelo & dolo ducti aliqui ex Clero, & aliqui ex Senatu, incriminant Symmachum, & ſubornant teſtes falſos, quos miſerunt Romam,* (Ravennam) *ad Regem Theodericum hæreticum, accuſantes B. Symmachum, & occultè revocant Laurentium Romam, & fecerunt ſchiſma, & ſeparaverunt ſe ab invicem; & pars aliqua à communione Symmachi, mittentes relationes Regi, & petunt à Rege Theoderico Viſitatorem Sedis Apoſtolicæ, Petrum Altinatem*, &c. Hæc dictus Catalogus Paparum Seculi VI, l. c., &, ex eo, *Anaſtaſius*, l. c. Contigerant hæc, ne muſſitante quidem Imperatore *Anaſtaſio*, etiamſi, *Theodoro Lectore* teſte, l. c., *Laurentii* Patroni Auguſto pollicerentur, eo rem ſe deducturos, ut Pontifex *Zenonis*, Imp., *Concordiæ* libello, Catholicos inter & Eutychianos, ſubſcriberet; ibi: *Feſtus vero, ſicut fertur, Imperatori clanculum pollicitus eſt, perſuaſurum ſe Romano Epiſcopo,* (Anaſtaſio adhuc viventi) *ut Concordiæ Zenonis ſubſcriberet; cum autem Romam veniſſet, Anaſtaſium Epiſcopum mortuum reperit. Quapropter ſtudium impendit, ut, quod quærebatur, quibuſdam prætextibus ſubſcriberetur. Multis enim pecunia corruptis, id perfecit, ut præter conſuetudinem Epiſcoporum quidam eligeretur, Romanus Natione, nomine Laurentius*, quem, ſine dubio, Imperatoris voluntatem impleturum noverat; manifeſto argumento, *Theodoricum* pro ſummo Principe *Romanæ* Urbis fuiſſe habitum, cujus rei teſtimonia quoque ipſius præbent Epiſtolæ ad Senatum Romanum, apud *Caſſiodorum*, lib. 1 *Variarum*, Epiſt. IV, p. 8, &c.; VI, p. 11, &c.; XIII, p. 18; XXX, p. 30; XLIII, p. 41; & lib. 2, Epiſt. 3, p. 50; XVI, p. 60; XXIV, p. 66; XXXII, p. 72; & lib. 3, Epiſt. VI, p. 88; XII, p. 92; XXI, p. 104, &c.; & lib. 4, Epiſt. IV, p. 126; &c; *Ennodius*, in vita S. *Epiphanii*, Ticinenſis Epiſcopi, cap. 13, apud *Surium*, 11 *Januar.*, p. m. 351 & 352; & *Jornandes*, de *Rebus Geticis*, §. 8, p. 751, ubi: *Nec fuit in parte Occidua Gens, quæ Theoderico, dum viveret, aut amicitia, aut ſubjectione, non deſerviret;* mox addens: *Sed, poſtquam ad ſenium perveniſſet, & ſe, in brevi, ab hac luce egreſſurum cognoſceret, convocans Gothos Comites, Gentiſque ſuæ Primates, ATHALARICUM, infantulum adhuc, vix decennem, filium filiæ ſuæ Amalaſuenthæ, qui Eutharico Patre orbatus erat, Regem conſtituit, eiſque in mandatis dedit, ac ſi teſtamentali voce denuntians, ut Regem colerent, Senatum Populumque Romanum amarent, Principemque Orientalem* (Imperatorem Orientis) *placatum ſemper propitiumque haberent. Quod præceptum, quamdiu Athalaricus Rex, ejuſque Mater viverent, in omnibus cuſtodientes, pene per octo annos, in pace regnarunt . . . dum ergò ad ſpem juventutis Athalaricus accederet, tam ſuam adoleſcentiam, quam Matris viduitatem Orientis Principi*

Digitized by Google

Principi (Juſtiniano Imp.) *commendavit, ſed in brevi infeliciſſimus, immatura morte præventus, rebus humanis exceſſit. Tum Mater, ne, pro ſexus ſui fragilitate, à Gothis ſperneretur, ſecum deliberans, Theodatum, conſobrinum ſuum, germanitatis gratia, accerſitum à Thuſcia, ubi privata vita degens, in laboribus propriis erat, in Regnum collocavit, &c.* Facta hæc anno 534, docent *Marianus Scotus*, h. a.; *Baronius*, Tom. VII Annal., h. a., pag. 226; *Vorburgius*, Vol. VI *Hiſtor. Rom.*, h. a., pag. 185, & 201. *Hermannus Contractus*, p. m. 277, mavult an. 533, & *Sigebertus Gemblac.*, an. 531; rationes ego ſic inſtituo: Obiit *Theodoricus*, Italiæ Rex, an. 526, ut præced. Tit. 2, §. 10, lit. m, pluribus probatum; jam vero *Athalaricus*, ejus nepos & ſucceſſor, corruptis moribus adoleſcens, periit, ubi annos octo in Regno abſolviſſet, *Procopio*, lib. 1 *Belli Gothici*, & *Jornande*, l. c., teſtibus, ergò ad plures abiit an. 534; Rerum ſummas Eum *Romæ* tenuiſſe, oſtendit Ejus Epiſtola ad Imperatorem *Juſtinianum*, de *Tractanda Pace*, apud *Caſſiodorum*, l. c., lib. VIII, Epiſt. 1, pag. 254, in cujus firmamentum, ex *Lælio Paſqualino*, notabilem nummum aureum producit *Vorburgius*, l. c., an. 527, p. 95, in cujus altera parte Auguſti nitet imago, cum epigraphe: Dn. JUSTINIANUS AUG., in altera legitur: DN. ATHALARICUS REX; nec non Reſcriptum ad *Gothos*, primo Regni anno, apud *Caſſiodorum* l. c., Epiſt. V, pag. 268; Conſtitutio de *Electione Pontificis ſummi*, aliorumque Præſulum, *Johanni* P. R. transmiſſa, ibid., lib. IX, Epiſt. XV, pag. 308; Reſcriptum ad *Salvantium*, Præfectum Urbis, l. c., Ep. XVI, p. 310, & XVII, p. 311; Reſcripta alia ad *Senatum* ipſum, l. c., Ep. XIX, p. 315, XXI, pag. 317, XXIII, p. 320, & XXV, p. 324.

(3) Qua formula AMALASUENTHA, defuncti *Athalarici* mater, Imperatori *Juſtiniano*, cum quo magna familiaritate uſam tradit *Procopius*, notum fecerit, THEODAHATHUM, vulgo THEODATUM, conſobrinum, in Regni conſortium à ſe aſcitum, diſcere eſt ex *Caſſiodoro*, l. c., lib. X, Epiſt. 1, pag. 325. Summum & hujus Principis *Romæ* Imperium illuſtrant Reſcripta Ejus ad *Senatum*, ap. eund., l. c., Epiſt. IV, pag. 329, VII, p. 333, XII, p. 337, XVI, p. 340, &c.; & ad *Populum*, l. c., Epiſt. XIV, pag. 338, XVII, pag. 340, &c.; & *Juſtinian.* Imp. Edictum, de *Rebus Italiæ*, apud *Baronium*, Tom. VII Annal., ad an. 554, p. 468; aliaque. Floruerant ſane hactenus Gothorum res *Romæ* maximè; ex quo vero *Theodatus*, regnandi cupidine abreptus, immemor gratitudinis officii & *conſanguinitatis*, *poſt aliquantum tempus, à Palatio Ravennate abſtractam*, (Amalaſuentham) *in Inſulam laci Bulſinenſis eam exilio relegavit, ubi, pauciſſimos dies in triſtitia degens, ab Ejus ſatellitibus, in balneo eſt ſtrangulata, &c.*, ut *Jornandes*, l. c., p. 751, loquitur, paulo aliter rem recenſente *Gregorio Turonenſi*, lib. 3 *Hiſt.*, cap. 31, p. m. 65, & 66; labaſcere viſæ ſunt, penitus tandem deletæ. Arctum erat inter Imperatorem & *Amalaſuentham* amicitiæ fœdus, quo, Reginæ nece, anno eodem 534, ut *Marianus Scotus*, h. a., *Baronius*, Tom. VII Annal., h. a., pag. 227, & *Vorburgius*, l. c., affirmant, patrata, rupto, Auguſti ira æſtuare cœpit, *Beliſarium* propterea in Italiam avocantis, injurias vindicatum. Avertendo malo, impoſuit quidem *Theodatus* vel ipſi *Agapeto*, Papæ, difficillimæ legationis ad Imperatorem, Conſtantinopolim, onus, an. 536, *Baronio*, l. c., ad h. a., pag. 256, & 257, & *Vorburgio*, l. c., ad h. a., pag. 223, &c. auctoribus; enimvero, Legatione non obſtante, fruſtra etiam *Petro*, alio Legato, pacem efflagitante, Cæſar *eodem tempore, de Africa, a Wandalis, quum, per fideliſſimum ſuum Beliſarium, Patricium, reportaret triumphum, nec mora, in ipſo tempore, madentibus adhuc armis cruore Wandalico, contra Gothos, per eundem Ducem, movit procinctum. Qui Dux prudentiſſimus haud ſecus arbitratur Getarum ſubigere Populum, niſi prius nutricem eorum occupaſſet Siciliam, Quod & factum eſt ----- Quod Gothorum exercitus ſentiens, ſuſpectum Theodatum clamitat Regno pellendum, & ſibi ductorem ſuum, Witigem, qui Armiger Ejus fuerat, in Regem levandum. Quod & factum eſt. Et mox, in campis barbaricis, WITIGIS in Regnum levatus, Romam ingreditur, præmiſſiſque Ravennam fideliſſimis ſibi Viris Theodati necem demandat. Qui venientes imperata ſibi perficiunt, & occiſum Theodatum Regem, qui à Rege miſſus adveniebat, ut adhuc in campis barbaricis erat, Witigem Populis nunciat. Inter hæc Romanus exercitus, emenſo freto, Campaniam accedens, ſubverſaque Neapoli, Romam ingreditur. Unde, ante paucos dies, Rex Witigis egreſſus, Ravennam profectus, Mathaſuentam, filiam Amalaſuenthæ, Theoderici, quondam Regis, neptem, ſibi in matrimonium ſociarat; Cumque, his novis nuptiis delectatus, Aulam Regiam fovet Ravennæ, Roma egreſſus Imperialis Exercitus munita utriuſque Thuſciæ loca invadit. Ubi dum magnum comitem, cum parvo exercitu reſidentem, obſeſſione longa, evellere cupiunt, ſuperveniente Romano exercitu, ipſi evulſi & omnino extincti ſunt. Quod audiens Witigis, ut leo furibundus, omnem Gothorum exercitum congregat, Ravennamque egreſſus, Romanas arces obſidione longa fatigat. Sed fruſtrata ejus audacia, poſt 24 menſes, ab obſidione Romanæ urbis aufugit, & ſe, ad Ariminenſem oppreſſionem, præparat. Unde pari tenore fruſtratus, fugatuſque, Ravennam ſe recepit. Ubi obſeſſus, nec mora, ultrò ſe ad partes dedit Victoris, cum Mathaſuenta jugali, Regiiſque opibus. Et ſic famoſum Regnum, fortiſſimamque Gentem, diuque regnantem, tandem deinde (pene) milleſimo & trecenteſimo anno, Victor Gentium diverſarum, Juſtinianus Imperator, per fideliſſimum Conſulem vicit Beliſarium, & perductum Witigem Conſtantinopolim Patricii honore donavit. Ubi plus biennio demoratus, Imperatoriſque in affectu convictus, rebus exceſſit humanis. Mathaſuentham vero, jugalem ejus, fratri ſuo, Germano, Patricio, conjunxit Imperator, &c.* Hæc omnia, ex *Procopio*, qui rebus præſens fuit, l. 1 & 2 *Belli Gothici*, *Jornandes*, in libri fine de *Rebus Geticis*, p. m. 752 & 753; Conf. id., lib. 1, de *Regnorum Succeſſione*, p. m. 656 ad 658; *Evagrius*, lib. 4 *Hiſtor. Eccleſ.*,

cap. 18, p. m. 584, &c.; *Marcellinus Comes*, in *Chronico*, Indict. XIV, & XV, poſt Conſulatum *Beliſarii*, ap. *Scaligerum*, p. m. 56; *Anaſtaſius* Bibliothec., in vita *Agapeti & Silverii*, PP. RR., p. m. 52 & 53; *Cyrillus* Monachus, in vita S. *Sabæ*, cap. 95, apud *Surium*, 5 Decemb., pag. 178; *Paulus Diaconus*, lib. 16 *Rerum Roman.*, p. m. 196, &c., & lib. 1, de *Geſtis Longobard.*, cap. 17, p. 364; *Nicephorus Calliſtus*, lib. 17 *Hiſtor. Eccleſ.*, cap. 13, pag. 1073, &c.; *Hermannus Contractus*, an. 539; *Marianus Scotus*, an. 534, & 537; *Sigebertus Gembl.*, an. 534; *Godefridus Viterb.*, part. 16 *Chron.*, in vita *Juſtiniani*, pag. 414; *Otto Friſing.*, lib. 5 Chron., cap. 4, pag. 103; *Zonaras*, Tom. 3 Annal., in vita *Juſtiniani*, p. m. 129, &c.; *Pomponius Lætus*, *Compend. Hiſtor. Roman.*, in vita *Juſtiniani* Imp., apud *Sylburgium*, l. c., Tom. 2, p. 553, &c.; *Onuphrius Panvinius*, *de Comitiis Imperatorum*, cap. 4. §. 5, p. 48; *Baronius*, T. VII Annal., an. 537, p. 288, &c.

(5) Ne quis vero hæc omnia uno eodemque anno eveniſſe arbitretur, notandæ ſunt momentorum epochæ. Cœpiſſe *Theodabatum* an. 534, præced. v. 3 & 4 dictum eſt. Regnum tenuit in tertium annum, id eſt, 537, quo, à ſurgente in ejus locum *Witige*, partim ob ignaviam, qua, capta jam à *Beliſario Neapoli*, periculis imminentibus ibat obviam, partim ob ſuſpicionem, *Juſtiniano* Imperatori ultrò Gothorum res eum proditurum, modò ut quieſcendo vitam ducere poſſet, Regno exutus eſt, & vita privatus; Vid *Procopius*, lib. 1 de *Bello Gothico*, §. 9, unde ſua *Vorburgius*, l. c., ad an. 537, p. 249, & 256. Deſiit ergò regnare an. 537. Non ſufficiebat autem *Vitigi*, quod miſiſſet, qui *Theodatum* interficerent, ſed &, *quò ſibi agentes ubique Gothos redderet, ut Regi, in omnibus obſequentes, publicas omnibus ad omnes Gothos litteras dedit, ſcriptas ipſas quidem à Caſſiodoro, fungente Præfectura Prætorii, ab eodemque, inter cæteras ſuas Varias, aggregatas, quæ ſic ſe habent: univerſis Gothis Vitigis Rex, &c.* ita *Baronius*, Tom. VII Annal., ad h. a., pag. 287. Leguntur literæ apud *Caſſiodorum*, lib. X *Variarum*, Epiſt. 31, p. m. 351, repetitæ à *Baronio*, l. c., & *Vorburgio*, l. c., pag. 256. Hoc rerum tumultu, cum *Beliſarius Romæ* imminere videretur, eò ſe confert *Vitiges*, & *Theoduclum*, *Theodati* filium, tradit cuſtodibus; utque Regnum firmius ſibi ſtabiliret, *Ravennam* inde profectus, *Mathaſuentham*, *Theodorici*, ex *Amalaſuentha* filia, neptem, ducit uxorem; verùm hæc parum curans *Beliſarius* movet ad *urbem* exercitum, & 5 Id. Decemb., anno Imperii Juſtiniani undecimo, adeoque, poſt natum Salvatorem, 537, ſine pugna, victor eam ingreditur. Vid. Authores, ſub finem præced. v. 4 in teſtimonium adductos. quibus addas *Vorburgium*, l. c., ad h. a., pag. 259. Stantibus ita rebus, mittit *Vitiges* Legatos Conſtantinopolim, pacem petitum, literis apud *Caſſiodorum*, l. c., Epiſt. 32, p. 352, *Baronium*, l. c. pag. 288, & *Vorburgium*, l. c., pag. 261, extantibus. Sed fruſtra. Hinc ad obſidionem ſe convertit, Romam recuperaturus, an. 538; Vid. *Procop.*, l. c., §. 16, & 17; *Marcellinus Comes*, in Chronico, Indict. XV, poſt Conſulatum *Beliſarii*, & Indict. 1, *Johanne Conſ.*, apud *Scaligerum*, p. 52, & 53; *Baronius*, l. c., ad h. a., p. 291, &c.; *Vorburgius*, l. c., ad h. a., pag. 265, &c. Actum de Urbe videbatur, cum obſeſſis, auxilio deſtitutis, fames pariter & peſtis inſurgerent. Non minus tamen & Gothis moleſte fuit obſidium, propterea Legatos *Romam* mittentibus, qui *Beliſarium* ad pacem flecterent contrahendam. Notatu digna Gothorum oratio, apud *Procopium*, l. c., lib. 2, §. 5, & 6, & *Vorburgium*, l. c., pag. 278, &c: *Injuriam nobis intuliſtis Romani, quippe qui in Amicos & ſocios arma deſumitis. Sed dicturi jam ſumus, quæ ſingulos veſtrûm non ignorare exiſtimamus; Gothi quondam loca hæc ſibi Italiæ pepererunt, cum Romanis vobis nil violentius ademiſſent. Sed Odoacer olim, Imperatore ſublato, in Tyrannidem Rempublicam hanc immutatam obtinuit. Zenon interea, qui Orientis, tunc temporis, potiebatur Imperio, cum vindicare altius vellet (& Gothi) Imperatoris injuriam, & has terras Tyrannide liberare, Odoacrique vires diſſolvere de ſe minime poſſet, commemoratis Theodorico, Gothorum Duci, honoribus, quos ab ſe accepiſſet, (fuerat namque inter Romanos Patricios & Conſulares aſcriptus) facile ſuadet, etſi obſeſſurus is Bizantium erat, ut, depoſitis erga ſe odiis, ex Odoacro pœnas, ob injuriam Auguſtulo Imperatori illatam, exigeret, quibus exactis, & de Tyrannide Odoacro ejecto, ipſe ſibi & Gothi hæc loca recte juſteque parta haberent. Hunc igitur in modum ipſi, Italiæ ſuſcepto Imperio, Leges ſimul & Rempublicam ſalvas non minus reddidimus, quam ſuperiorum alius quiſpiam Imperatorum, &c.* Reponente vero Beliſario: *Zenon quidem Imperator in Italiam Theodericum tranſmiſit, Odoacro ut bellum inferret, non ſibi ut hujus Imperium vindicaret. Quid enim poterat apud Imperatorem à Tyranno Tyrannus differre? ſed ut ea Provincia, ab ſe liberata, Imperanti ſibi ſubjiceretur. Theodericus vero, adverſus Tyrannum ſtrenue omnibus conſtitutis, ingratitudine eſt, & in rebus quidem non mediocribus, uſus, quippe qui has Italiæ Terras Domino reſtituere haudquaquam decrevit. Sed ejus equidem ſententiæ ſum, ejuſdem eſſe criminis reos, qui vim cuiquam inferat, & qui res proximo non volens reſtituat, &c.*; re infecta utrinque diſceſſum. Protrahitur itaque obſidium, in ſequentem annum 539, quo preſſis lato auxilio, fameque nimium vel ipſos aggreſſores vexante, maximo horum damno, *Vitigis* inprimis, ſolutum referunt *Procopius*, l. c., l. 2, §. 8; *Marcellinus Comes*, l. c.; *Sigonius*, de *Imperio Occidentali*, lib. 18. licet an. 528, ponat; *Baronius*, l. c., ad an. 539, p. 316; *Vorburgius*, l. c., ad h. a., p. 318, &c. Anno 540, in poteſtatem redacta urbe *Auximo*, corona quoque militari circumdat *Beliſarius Ravennam*; tuebatur eam *Vitiges* ſatis diu, creſcente vero annonæ penuria, cum præſidiarii miſeriæ diutius reſiſtere non valerent, ne Imperatori tradere ſe cogerentur, offerunt *Beliſario* Regium Heſperiæ titulum; quo renitente, & ſine Au-

guſti

Digitized by Google

guſti permiſſu Regnum ſe ſuſcepturum negante, *Vitiges* ſeorſim ad ſuſcipiendum Imperium Eum hortatur, ſpondens, Gothos Italosque fideles fore; aſt eo in fide perſiſtente, imminentibus jam ultimis, pandunt tandem ad incitas redacti portas, & *Vitiges à Beliſario* honorificè cuſtoditur, deditionem mox faciente Italia reliqua. Vid., ex *Procopio*, *Sigonio*, *Guineto*, *Baronio*, l. c., an. 541, p. 330, aliisque, *Vorburgius*, l. c., ad h. a., p. 339.

(6) Reductâ ſic ſub Imperatoris poteſtatem Italiâ, & *Vitige* captivitatem ſubeunte, contra *Coſroëm*, Perſarum Regem, Romanas Provincias, impellentibus Gothis, infeſtantium, revocatur *Beliſarius* domum, an. 541, ſine tamen triumpho, & ſine Conſulatu, ab æmulis paſſus invidiam, & in ſuſpicionem adductus affectatæ tyrannidis, Byzantium ingreſſus, tempore, quo relicti Duces, corradendis deditì opibus, Italos offendunt. Nec THEUDIBALDUS, quem alii *Ildovaldum*, *Ildobaldum* & *Eldepadum* vocant, novus Gothorum Rex, rebus ſuis defuit, magno conflato exercitu, aliquo modo Rempublicam Gentis ſuæ, cui vix una Urbs, in Agro Piceno, ſuperſtes erat, per totam *Liguriam*, *Venetorumque* ditiones reſtaurans. Sed, circa finem anni, ex contentione mulierum, cum *Vrajæ*, fortiſſimi Belli Ducis, Uxor *Theudibaldi* Conjugem, in balneo, non ſatis venerarctur, diſſenſione orta, *Vrajas à Theudibaldo* interficitur, non diu poſt autem ipſe à *Bella*, *Vrajæ* fata dolente, viciſſim trucidatur. Vid. *Procopius*, l. c., lib. 2 *Belli Gothici*, §. 25, & lib. 3, §. 1, &c.; *Vorburgius*, l. c., ad an. 541, p. 364, &c., & an. 542, p. 379, &c.; *Baronius*, l. c., an. 541, p. 330. ARARICUS, Succeſſor ejus, aliis *Erarìcus*, it. *Erarius* dictus, à Gothis vix electus an. 542, repudiatur, ſolio *Badvillæ*, cognomento TOTILÆ, *Theudibaldi* nepoti, relicto. Solers hic Princeps, hoc ipſo ſtatim anno, Romanos, fraude *Veronam* intercipientes, & in dividunda præda nectentes moram, recuperando Oppidum, magna clade profligavit; quibus cæſis, pepulit hoſtium præſidia Thuſciæ locis; indeque in Samnites movens, *Beneventum* moenibus nudat, & *Cumis* potitur. Pari fortuna *Brutios*, *Lucanos*, *Apulos*, *Calabrosque* ſubigit, ſubactosque tractat clementer, Imperatoris contra Militibus, ob non ſoluta ſibi ſtipendia, hinc inde tumultuantibus, & Italos deprædantibus, ſpretis Ducum mandatis. Vid. *Procopius*, lib. 3 *Belli Gothici*, §. 2, 3, & 4; *Gregorius*, lib. 3 *Dial.*, cap. 6, 12, & 18, &c.; *Marcellinus Comes*, l. c., Indict. VII, VIII, IX, poſt Conſulatum *Baſilii*, apud *Scaligerum*, p. 54; *Anaſtaſius Biblioth.*, in vita *Silverii*, P. R., p. 58; *Baronius*, Tom. VII Annal., an. 542, p. 341, & an. 543, p. 344; *Vorburgius*, l. c., an. 542, p. 379, &c., & an. 543, p. 389, &c. Poſteriori hoc anno 543 ſecuta eſt *Neapolitanæ* Urbis deditio, auxiliis, quæ Militiæ Romanæ Princeps, *Demetrius*, in Sicilia collecta, laborantibus miſerat, à *Totila* debellatis, aliisque, ſub *Maximino*, tempeſtate disjectis, intercepto ipſo *Demetrio*. Vid. *Procopius*, l. c., l. 3, §. 4; *Vorburgius*, l. c., ad h. a., pag. 389; *Baronius*, l. c., ad h. a., pag. 347; Rebus itaque ubique fauſtè ſuccedentibus, literas mittit *Totilas* ad ipſum *Senatum Romanum*, exhortans eos, ut ad Gothos pacificé reverterentur; ſiſtit eas *Procopius*, l. c., §. 5, &, ex eo, *Vorburgius*, l. c. Nihil deſuper reſpondentibus, novas exarat, diro ſacramento pollicitus, Gothorum neminem ulli Romanorum quicquam mali illaturum; ad has cum iterum tacerent, Urbem obſidere decrevit; cujus profectione cognita, Imperator, etſi fortiſſimè adhuc ſibi inſiſtentibus Perſis, mittere rurſum in Italiam *Beliſarium* cogitur; transacto hiſce conſultationibus ann. 544, rediit quidem, ſequenti 545, *Beliſarius* in Italiam. (*Procopius*, l. c., & de *Bello Perſico*, lib. 2; *Baronius*, l. c., an. 545, p. 351; *Vorburgius*, l. c., an. 544, p. 395.) Deſtitutus autem eum eſſet ſtrenuus hic Belli Dux viris, armis, & pecuniis, *Totilas*, anno 546, *Firmum*, *Aſculum*, *Spoletum*, *Peruſiam*, aliaque loca multa commode expugnare potuit; receptis deinde in fidem *Placentinis*, ad ipſam tandem *Romam*, commeatu omni carentem, obſidendam progreſſus, impoſito jam dudum fœdis animantibus ſummo pretio, extrema miſeria laborantem, an. 547, 17 Januar. in *Gothorum* poteſtatem iterum redigit. Vid. *Procopius*, de *Bello Gothico*, lib. 3, §. 6, & 8; *Marcellinus* l. c., & Indict. X, poſt Conſulatum *Baſilii*, pag. 56; *Gregorius*, lib. 3 *Dial.*, c. 13, 35, &c.; *Evagrius*, lib. 4 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 20, p. m. 585; *Anaſtaſius*, l. c.; *Nicephorus Calliſtus*, lib. 17 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 13, p. 1073; *Baronius*, l. c., ad ann. 546, p. 356, &c., & 547, p. 373, &c.; *Vorburgius*, l. c., ad eosdem annos, p. 405, &c., & 424, &c.; unde corrigendi *Hermannus Contractus*, expugnationem hanc an. 541, & *Sigebertus Gemblac.* an. 543 inſcribentes

(7) Captâ *Roma*, dirigit *Totilas* Oratores Byzantium, pacem Imperatori oblatum; aſt, Eo reſpondente, *Beliſarium*, rebus bellicis præfectum, liberam habere poteſtatem, quæ *Totiam* reſpicerent, pertractandi, *Romam* ſolo æquare meditatur; verum, tertia murorum parte diruta, cum & ſuperbiora & magnificentiora ædificia incendio abſumere cogitaret, literas accipit *Beliſarii*, inſipientium eſſe, èa delere, quæ ad pulchritudinem *Romæ* extarent, quos minimè pudeat, in ſuæ malignioris naturæ argumentum, ejusmodi monumenta poſteritati relinquere. Quibus perlectis, Urbem inoffenſam ſervat. Recitant eas *Procopius*, lib. 3 *Belli Gothici*, §. 11; *Baronius*, l. c., ad. an. 547, p. 379, & *Vorburgius*, Tom. VI, ad eundem annum, p. 431: Relicto ergò ibidem majori exercitus parte, cum reliqua, adverſus *Johannem*, in Lucanos contendit. Hic ubi accepit, in ſe ire *Totilam*, citato curſu ex *Apulia* ad *Hydruntem* cum copiis ſe recipit. Gothorum interim rebus præſidio quoque Romano alibi indigentibus, aggreditur *Beliſarius* facinus audaciſſimum, quod tunc primum ſpectantibus & audientibus, furentis, non ſani hominis eſſe, viſum eſt. Cum mille enim delectis Viris ad Urbem contendit, prælioque fortiter geſto, in fugam conjectis hoſti-

hoſtibus, ad Portum properat, in cujus cuſtodiam cum paucos relinqueret, ipſe, cum cæteris, *Romam* pervenit, ibique mœnium partem, à *Totila* deſtructam, quanta potuit diligentia, lapidum cumulis, qui in proximo erant, nullo ordine compoſitorum, reſtaurat, & foſſa munit. Conabatur equidem *Totilas*, univerſo eum exercitu, mœnia iterum oppugnare, ſed irrito conatu, Romanis ſtrenuè ſua defendentibus, *Gothiique* nil niſi vulnera inde reportantibus. Contigiſſe hæc, ipſo anno 547, tradit *Baronius*, l. c. *Vorburgius* autem, l. c., pag. 433, ea in ſequentem rejicit; factum comprobantibus *Procopio*, l. c., §. 13; *Evagrio*, l. c.; *Nicephoro*, l. c.

(8) Anno 548 contrà, novis cladibus in Italia, diverſis in locis, affecto à Gothis Romano exercitu, *Buccelino* quoque, *Theodoberti*, Auſtraſiæ Regis, Italiam invadentis, militum Duce, *Beliſarium* haud ſemel protrudente, occaſione uſi Perſæ, denuo magnis viribus collectis, Romanorum fines deprædantur. Coactus igitur *Juſtinianus* Imperator *Beliſarium*, ex Italia revocatum, Perſis opponit; Qui Byzantium veniens an. 549, nulla militiæ decora ſecum tulit. Interim, eo abſente, cum ſtipendia tribus militum millibus, quæ præſidio *Romæ* reliquerat, non numerarentur, *Iſaurorum* proditione, *Totilas Urbem*, an. 550, altera vice, Victor ingreditur, ut ſuam munit, &, commeatu invecto, ludos ibi agit. Secutis & reliquis ferè omnibus Italiæ Oppidis, de *Sicilia* quoque recuperanda conſilia agitantur. Vid. *Procopius*, de *Bello Gothico*, lib. 3, §. 14, &c.; *Baronius*, Tom. VII Annal., ad an. 548, 549, & 550, p. 386, 393, 394, 395, 398; *Vorburgius*, l. c., ad an. 549, & 550, p. 451, &c., & 460, &c. Conſulturus rerum decremento Imperator, nepotis ex ſorore, *Germani*, quondam Thraciæ Præfecti, curæ Italiam committit; Eoque improviſa morte ſublato, priusquam munere defungeretur, *Johannem* exercitui in Italiam eunti præeſſe jubet. Tandem *Narſes*, *Beliſarii* aliquando miles in Italia, omnes belli, domique, in Aula, omnes vitæ Regiæ artes edoctus, veluti Evnuchus Illuſtrium, & apud Cæſarem & Palatinos gratioſarum fœminarum conſecutus benevolentiam, *Germano* ſucceſſor datur, an. 551; Is proximè ſequenti 552, cum ibi appelleret, *Totilam* exornanda *Roma* occupavit, Claſſem mox ad diripiendam Græciam mittentem, quæ, *Corcyra* direpta, in Peloponneſum abit, *Totila* interim *Anconam*, terra marique, claudente, fruſtra licet, ex quadraginta ſeptem navibus, quas adduxerat, vix undecim ſalvis. Vid. *Procopius*, l. c., §. 21, & 22: *Gregorius Turonenſ.*, lib. 3, cap. 32, p. m. 66; *Baronius*, l. c., ad ann. 551, p. 404; *Vorburgius*, l. c., an. 551, p. 479, &c., & an. 552, p. 480, &c. Novum hunc militum Imperatorem quam multum prædictus *Buccelinus* vexaverit, commemorat *Gregorius Turonenſis*, l. c: *Buccelinus vero contra Narſetem magna certamina geſſit, capta omni Italia, usque in mare terminum dilatavit; theſauros vero magnos ad Theodobertum de Italia direxit, &c.* Eadem innuit *Procopius*, l. c., §. 24: *Theudibertus interea, Francorum Dux, moritur, & Cottias deinde (Liguriæ loca nonnulla) Alpes, Venetorumque pleraque nullo ſibi jure ſtipendiaria fecit, &c.*, quibus ſimul verbis *Baronius*, l. c., ad an. 552, pag. 415, & *Vorburgius*, l. c., ad an. 547, p. 441, & an. 552, p. 489, nituntur, *Theodeberti* obitum hoc ipſo anno 552, qui decimus ſeptimus Belli Gothici numeratur, anno 537, *Vorburgio* teſte, l. c., ad h. a., pag. 219, inchoati, contigiſſe aſſerentes. Negandum non eſt, hunc *Procopii* locum multas parere difficultates. Si enim *Theodebertus* anno demum 552 exuvias mortales depoſuerit, nec *Vocladenſis* pugna, cujus, præced. Tit. 2, §. 10, lit. 1, v. 24, memini, *Baronio* tamen, Tom. VI Annal., ad h. a., pag. 584, & *Vorburgio*, Tom. V, ad h. a., pag. 571, affirmantibus, anno 507 commiſſa eſt; nec *Chlodoveus*, anno quinto poſt, animam efflavit, ut *Gregorius Turonenſis*, lib. 2, cap. 43, p. 51 refert; nec ſalvari poſſunt, quæ *Gregorius*, l. c., lib. 3, cap. 37, p. m. 68, tradit: *A tranſitu Chlodovei, usque in tranſitum Theodoberti, computantur anni triginta ſeptem. Mortuo ergò Theodoberto, quarto decimo Regni ſui anno, regnavit Theodovaldus, filius ejus, pro Eo*; & lib. 4, cap. 9, p. 72: *Septimo Regni ſui anno mortuus eſt*, (Theodovaldus) *Regnum Ejus Chlotarius Rex accepit, &c.* Nam, juxta hunc calculum, obiit *Chlodoveus*, vel exeunte anno 511, vel ineunte 512, tanquam quinto à *Vocladenſi* clade; jam vero, ab ejus tranſitu, ad tranſitum *Theodeberti*, computantur anni *triginta ſeptem*; deceſſit ergò *Theodebertus*, an. 548; & quia *decimo quarto* Regni anno mortuus dicitur, regnare cœpit anno 534, vel 533, quo etiam tempore *Theodoricum*, ejus Parentem, deceſſiſſe, ipſe *Vorburgius* T. V, an. 516, pag. 651, & T. VI, an. 528, pag. 127 teſtatur. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. o, v. 3, & lit. q, v. 2; inſuperque vera ſunt, quæ de *Theodobaldi*, tertii Auſtraſiorum Regis, *Theodeberti* filii, anno obitus *Baronius*, T. VII, ad an. 555, pag. 475, commemorat; quia, re vera, Princeps hic *anno ſeptimo*, poſt fata Parentis, ſepulchra Patrum ingreſſus eſt; quod tamen falſum, ſi Parens ejus, alio, quam dicto tempore, inter mortales verſari deſierit. Sed quomodo hæc concilianda? Adverbium *Interea*, quo *Procopius* utitur, forte de anno 552 accipiendum non eſt, ſed de antecedentium quodam; & apud *Gregorium*, l. 3, cap. 32, pag. 66, loco: *theſauros* ad Theodobertum *de Italia direxit*, legendum: *ad Theodovaldum*, ejus filium, ſub quo etiam dictus *Buccellinus* occiſus noſcitur; Vid. idem *Gregorius*, l. c., lib. 4, cap. 9, p. 72: *Sub eo enim* (Theodovaldo) & *Bucellinus, cum totam Italiam in Francorum Regnum redegiſſet, à Narſete interfectus eſt: Italia ad partem Imperatoris capta, nec fuit, qui eam ultra reciperet, &c.* Sed his diutius non immorabor.

(9) *Totilas* ex altera parte Eunuchum, *Narſetem*, veluti Aulicis magis, quam Martialibus innutritum diſcriminibus, adeo ſprevit, ut ne quidem in Italiæ fini-

finibus ei occurrere operæ duxerit pretium; *Tejam*, belli Ducem, *Veronæ* duntaxat ſubſiſtere jubens, Francosque, ne tranſitum, per Venetorum loca, quæ adhuc tenebant, Romanis concederent, rogans. *Narſes* autem, nihil his territus, univerſo cum exercitu, an. 553, adverſus *Totilam* Gothosque progreſſus eſt, eumque tranſitum per Venetorum dominia ſibi denegatum, & loca omnia circa Padum undequaque impervia, & flumina hinc inde ripas inundantia oſtendiſſet, ſecundum mare iter fecit, navibus nonnullis ſubſequi juſſis, & lemborum vi maxima, ex quibus pontes conſtruebantur, ubi exercitus, ad fluminum oſtia, trajiciendus eſſet, hocque modo, cum copiis, *Ravennam* pervenit, mox *Valeriano* & *Juſtino*, imperatoriis belli Principibus, junctus. Inde, ad *Rubiconem* fluvium, ab hoſtibus cuſtoditum, præſidia dejicit, & in *Thuſcia Totilam* attingens, aperto Marte cum eo congreditur. Decretoria erat pugna, in qua cæſis ſex Gothorum millibus, multis captis, reliquisque ſalutem fuga quærentibus, *Totilas* ipſe, per campos oberrans, lethali vulnere afficitur, ex quo, *Capras* delatus, paulo poſt mortuus eſt. Hic Imperii *Totilæ* vitæque finis fuit. Comitabantur Gothorum cladem *Narnia*, *Spoletum*, multaque loca alia, ſponte partim Romanis ſe ſubmittentia, partimque vi expugnata; ſed & *Roma* ipſa, præſidiariorum pacta ſalute, Victorem intromiſit. Reliquis interea Gothis, qui prælio non intererant, *Thejam*, Copiarum Imperatorem, *Totilæ* loco, Regem ſibi eligentibus, *Narſes* feliciter cœpta proſequitur, & *Cumas* obſidet, locum, in quem Gothi ſpem omnem collocaverant. Surgente itaque novo diſcrimine, *Thejas*, fortiſſime dimicans, vincitur & occiditur, præſidioque *Cumarum* præfectus, *Agilernus*, aliquot menſibus poſt, portas pandere compellitur. Acta hæc ſunt an. 554. Sequenti anno 555 duo Germani, iidemque Alemanni, *Leuthares*, & *Bucelinus*, aliis *Buccelinus* & *Bultinus* dictus, cujus ſupra memini, cum Francorum ingentibus copiis, poſt obitum *Theodeberti* Regis, Italiam invadentis, ſub auſpiciis filii Ejus, *Theodobaldi*, deſcendentes in agrum *Campanum*, *Lucanos*, *Brutios*, reliquasque interjacentes Provincias depopulantur. Alamannos ductabat *Leuthares*, Francos *Buccellinus*. Illi quidem, in *Siciliam* usque graſſantes, crudeliter in homines & templa ſævierunt. Spoliis vero onuſti, cum reditum ad penates pararent, appropinquante Romano exercitu, urgenteque, præda ferè omni exuuntur, & trepidè in vicina Venetorum loca aufugiunt, ubi poſtea, ingruente peſte, abſumpti ferè ſunt. Franci eadem experti fata. Anno 556, ſeptem *Gothorum* millibus, quibus Francorum conatus animum reddidit, *Caphum* Oppidum occupantibus, *Narſes*, tota hyeme, corona militari eos circumdat, &, cum, primo vere, eorum Præfectus cecidiſſet, in deditionem eos accipit, omnesque Byzantium tranſmittit. Anno 557 deletum tandem eorum nomen in Italia; Superato enim gravi bello, à *Narſete*, *Bucelino*, ſimulque occiſo, & *Leuthario*, ejus fratre, *Veronam* inter & *Tridentum*, cum ſarcinatus in Patriam reverteretur, propria morte defuncto, ſolus *Hamingus*, ſeu *Amingus*, reſtaurandis rebus non ſufficiens, circumcurrentes *Gothorum* reliquias in ſocietatem quidem trahere conobatur, *Narſetis* autem viribus reſiſtere non valens, & ipſe debellatus, gladio periit, *Gothis* ab eo tempore amplius ſe non moventibus, pauloque poſt & Francis ſuperſtitibus *Italia* ejectis. Hic fuit Belli Gothici exitus, hacque via acceſſit Provincia hæc *Juſtiniani* Imperio. Vid. *Procopius*, lib. 3 *Belli Gothici*, §. 24, ad finem usque; *Agathias*, Smyrnenſis Advocatus, vulgò *Scholaſticus*, ejus æqualis, per omnes quinque libros, quos de *Rebus geſtis Juſtiniani* Auguſti compilavit; *Marcellinus Comes*, *in Chronico*, Indictione XV, poſt Conſulatum *Baſilii* XI, apud *Scaligerum*, p. m. 56; *Evagrius*, lib. 4 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 23, p. m. 585; *Anaſtaſius Biblioth.*, in vita *Johannis* 3, P. R., p. m. 60; *Gregorius Turonenſis*, lib. 3, cap. 32, p. m. 66, & lib. 4, cap. 9, p. m. 72; *Paulus Diaconus*, lib. 2 de *Geſtis Longobard.*, cap. 1, & 2, p. m. 366; *Geſta Francorum epitomata*, ex *Fredegarii Scholaſtici Hiſtoria Miſcella*, cap. 44, & 45, apud *Freherum*, p. m. 104; *Aimoinus*, lib. 2, de *Geſtis Francorum*, cap. 5, 6, 15, 21, 23, 31, 33, & 34, & lib. 3, cap. 10; *Nicephorus Calliſtus*, lib. 17 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 13, p. m. 1074; *Hermannus Contractus*, ad an. 567, & 568, p. m. 280, calculo licet minus probato; id quod etiam in *Mariano Scoto*, ad an. 565, & *Chronographo Saxone*, ad an. 568, p. m. 87, notandum; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 16 Chronic., in vita *Juſtini* Imp., p. m. 416, &c.; *Otto Friſing.*, lib. 5 *Chron.*, cap. 4, & 5, p. 103, &c.; *Conradus Urſpergenſ.*, in Vita *Juſtini* Imp., p. m. 88; *Zonaras*, Tom. 3 *Annal.*, in vita *Juſtiniani* Imp., p. 130; *Pomponius Lætus*, *Compend. Hiſtor. Roman.*, in ejusdem Vita, apud *Sylburgium*, Tom. 2 *Scriptor. Romanor.*, p. m. 554; *Baronius*, Tom. VII *Annal.*, ad ann. 553, pag. 419, & 420, & an. 555, p. 473, &c.; *Vorburgius*, Tom. VI, ad ann. 553 ad 558, p. m. 491 ad 564.

(10) Purgata ſic, à Gothis, Francis, & Alamannis, Italia, *Narſes* Imperatoris vices gerentis nomen meruit, *Ravennæ* ſedem figens. Mortuo autem Imperatore, & *Juſtino*, ejus è filia Nepote, ad Imperium promoto, accuſatus fertur ab æmulis *Narſes* avaritiæ putidiſſimæ, aliorumque criminum, ob quæ Auguſti Auguſtæque odia in ſe derivaverit. Audiamus *Paulum Diaconum*, lib. 1 de *Geſtis Longobardorum*, cap. 5, pag. 368: *Narſes, dum multum auri, & argenti, aliarumque rerum divitias acquiſiviſſet, magnam à Romanis, pro quibus multum, contra eorum hoſtes, laboraverat, invidiam contraxit. Qui contra eum Juſtino Auguſto, Ejusque Conjugi, Sophiæ, in hæc verba ſuggeſſere, dicentes: Quod expedierat Romanis, ſervire potius Gothis, quam Græcis, ubi Narſes Eunuchus imperat, & nos ſervitute, opprimit, &*

hæc noſter piiſſimus Princeps ignorat; aut igitur liberanos de manu ejus, aut certe & urbem Romam, & noſmet ipſos Gentibus trademus. Cumque hoc Narſes audiſſet, hæc breviter retulit verba: Si male feci Romanis, male inveniam. Tunc Juſtinus Auguſtus in tantum adverſus Narſetem commotus eſt, ut ſtatim in Italiam Longinum præfectum mitteret, qui Narſetis locum obtineret. Narſes vero, his cognitis, valde timuit, & usque adeo ab Auguſta, Sophia, perterritus eſt, ut ultra regredi Conſtantinopolim non auderet. Cui, inter cætera, quia Eunuchus erat, Illa hoc fertur mandaſſe: ut eum puellis in Gynæceo lanarum penſa faceret dividere. Ad quæ Narſes reſpondiſſe fertur: talem ſe eidem telam orditurum, qualem ipſa, dum viveret, deponere ac detexere non poſſet. Itaque odio metuque exagitatus, Neapolim, Campaniæ Civitatem, ſecedit: unde Legatos mox ad Langobardorum Gentem dirigit, mandans, ut pauperrima Pannoniæ rura defererent, & ad poſſidendam Italiam, cunctis refertam divitiis, venirent, ſimulque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum ſpecies, quarum Italia ferax eſt, ad eos mittit, ut eos ad veniendum citius poſſit illicere. Langobardi vero læta nuntia, & quæ ipſi præoptaverant, gratanter accipiunt, deq; futuris commodis animos extollunt, &c. In eandem ſententiam ſcribunt *Aimoinus*, lib. 3 de *Geſtis Francor.*, cap. 10, p. m. 302; *Anaſtaſius Biblioth.*, in Vita *Johannis* 3, P. R., p. m. 60; *Hermannus Contractus*, ad an. 567, apud *Urſtiſium*, p. m. 280; *Marianus Scotus*, ad an. 566; *Sigebertus Gemblac.*, eod. an.; *Otto Friſing.*, lib. 5 *Chron.*, cap. 5, p. 104; *Gotfridus Viterb.*, part. 16 *Chron.*, pag. 416, & 417, & part. 17, pag. 449, & 450; *Chronographus Saxo*, an. 570; *Albertus Stadenſis*, an. 557; *Conradus Urſpergenſ.*, in Vita *Juſtiniani* Imp., p. m. 89; *Siffridus*, *Presbyter Miſnenſis*, lib. 1 *Epitom.*, an. 568, apud *Piſtorium*, p. m. 683; *Pomponius Lætus*, *in Compend. Hiſtor. Roman.*, in vita *Juſtini* Imp., apud *Sylburgium*, Tom. 2 *Scriptor. Roman.*, p. 554; *Sigonius*, lib. 1, de *Regno Italiæ*, ad an. 566, pag. 5, &c.; *Onuphrius*, lib. 5 *Antiq. Veronenſ.*, c. 25; *Brunner.*, in *Boicis*, P. 1, lib. 4, §. 6, &c.; *Johannes Langus*, in Not. ad lib. 17 *Nicephori Calliſti*, cap. 34, pag. 1099, aliique permulti; liberant autem *Narſetem* proditionis crimine *Baronius*, Tom. VII Annal., ad an. 567, p. m. 555, &c., & *Vorburgius*, Vol. VII Hiſtor., ad eundem annum, pag. 207, in fine, & 208; Quia (1) nec *Corippus*, æqualis *Juſtino* Imp. Grammaticus Afer, in libris de *Laude Juſtini*, nec ullus Veterum, ante *Paulum Diaconum*, hujus rei facit mentionem; (2) *Evagrius*, lib. 4 *Hiſtor. Eccleſ.*, cap. 23, p. 585; ipſe *Paulus*, l. c., lib. 2, cap. 3, p. m. 367; *Nicephorus Calliſtus*, lib. 17 *Hiſtor. Eccleſ.*, cap. 13, in fine, *Narſetem* multum, à *pietate* in Deum & Principem, commendant; (3) *Alboinus*, Longobardorum Rex, intuitu denegati Avaribus, amicis, tributi à *Juſtino*, ab Ejus anteceſſore promiſſi, jam prius de Bello Italiæ inferendo cogitavit, quam *Narſes* inde fuerit avocatus, teſtibus ejus magnis apparatibus, nequaquam tot ex diverſis Populis exercitum compoſituri, nec Pannoniam Avaribus conceſſuri, niſi, *Narſetem* conatibus ſuis ſe oppoſiturum, credidiſſet; (4) *Paulus*, l. c., lib. 2, cap. 8, p. m. 370, *Aimoinus*, l. c., & *Anaſtaſius*, l. c., Eum *Romæ* mortuum, fatentur, ejusque corpus, in locello plumbeo, cum divitiis, demum Conſtantinopolim tranſmiſſum eſſe, nemine de ejus reditu in Italiam quid commemorante; (5) Rationi adverſatur, Patriæ proditorem, projiciendum foras, magnifica ſepultura donari; (6) Urget *Baronius*, *Narſetem*, *Corippo* teſte, jam ante annum 567 Conſtantinopolim vocatum, magnumque honorem apud *Juſtinum* Imp. conſecutum, præ cæteris lateri ipſius inhærentem, cum Avarum Legatos audiret; benè tamen *Calviſius* & *Vorburgius* eum confundere docent *Narſetem*, de quo *Corippus*, lib. 3 de *Laude Juſtin*:

Comptus cæſarie, formaque inſignis, & ore,
Aureus omnis erat, cultuque habituque modeſtus,
Et morum probitate placens, virtute verendus,
Fulmineus, cautus, vigilans noctesque diesque
Pro rerum Dominis, &c.

cum Pro-Rege noſtro, jam Sene, nec amplius, ob juvenilem formam, producendo. Quicquid autem horum ſit, certum minimùm eſt, Longobardorum Regem, *Alboinum*, an. 568, ipſis Kal. April. Pannonia egreſſum, Italiam petiiſſe. Teſtes pag. 42 adduxi; conf. Tit. 2, §. 10, lit. q, v. 4.

(11) Inſignia, & tanta quidem erant Longobardorum apud Italos incrementa, ut reliquias Imperatores Græci, per *Exarchum*, regere cogerentur. Scribit de his *Sebaſtianus Münſterus*, in *deſcriptione Germaniæ*, apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 245: *Poſt Gothos venerunt Longobardi in Italiam, à quibus totum Romanum Imperium tremuit, præſentiens futura mala, quæ à Gente illa feroci paſſurum erat. Non habebat tunc Italia publicum aliquem Rectorem, nec exercitum aliquem Imperatorium, ſed quælibet Civitas, quantum valuit, hoſtium tyrannidi reſiſtebat. Miſit tamen Imperator, ex Græcia, Longinum quendam, qui tutaretur Ravennam, contra Longobardorum inſatiabilem cupiditatem, quique Imperatoris loco eſſet in Italia, &, ablato Regis atque Auguſtuli nomine, EXARCHUS vocaretur. Hæc Exarchatus poteſtas cœpit anno Chriſti 570, & duravit usque ad Annum Salutis 756.* Nomina exprimit *Sigonius*, lib. 3, de *Regno Italiæ*, ad an. 755, p. m. 130, ubi: *Cæterum EXARCHATUS complexus eſt Ravennam, Bononiam, Imolam, Faventiam, Forum Pompilii, Forum Livii, Cæſenam, Bobium, Ferrariam, Comaclum, Adriam, Ficoles, & Gabellum. PENTAPOLIS vero Ariminum, Piſaurum, Concham, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auximum, Humanam, Æſium, Forum Sempronii, montem Feretri, Urbinum, Territorium Balnenſe, Calles, Luceolos, & Eugubium, cum Caſtris & Finibus, ad hæc Oppida pertinentibus. Ut ex Ludovici Pii privilegio apparet, quo hæc Donatio confirmatur, &c.* Conf. *Franciſcus Guicciardinus*, lib. 4 *Hiſt. ſui temporis*, fol. 156; *Bodinus*, de *Republi-*

ca,

ea, lib. 1, cap. 9, p. m. 206 *Raphael Volaterranus*, lib. 4 *Geographiæ*, ſub *Gallia Togata*, p. m. 86; *Hofmannus*, *Lex. Univerſ.*, voc: *Exarchus*, p.m. 630, & voc: *Pentapolis*, p. m. 121. Addi meretur *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 20, p. m. 613: *Longinus novum in Italiam introduxit dignitatis nomen, EXARCHATUS Italiæ, id eſt Summus Magiſtratus, & Ravennæ ſe continens, nunquam ivit ad Urbem Romam. In adminiſtratione vero Italiæ, & Urbium, hunc primus ſervavit morem, ut non Provinciæ, aut Regioni præeſſet Præſes, ſed ſingulæ Urbes à ſingulis regerentur Magiſtratibus, quos appellavit Duces; parem itaque faciens Urbem Romam aliis Urbibus, vel Oppidis, hac una in re illam honoravit, quod impoſitum tunc Magiſtratum Præſidem appellavit: ſed, qui ſucceſſerunt, ſunt appellati Duces, ut poſtea, per multos annos, ſic Romanus appellaretur Ducatus; ſicut Narnienſis, Spoletanusque eſt dictus. Neque, poſt Narſetem & Baſilium, vel Conſules Roma habuit, vel Senatum legitimè coactum, ſed, Duce Græculo homine, quem Exarchus ex Ravenna mittebat, res Romana, per multa tempora, adminiſtrata eſt, &c.* Idem docet *Raphaël Volaterranus*, l. c., & *Sigonius*, lib. 1, de *Regno Italiæ*, an. 566, p. 7. Exarchorum mentionem hinc inde facit *Anaſtaſius*, Bibliothecarius, veluti in Vita *Theodori*, P. R., p. m. 68: *Imperator*, (Conſtans) *quia defunctus eſt Iſacius, miſit Theodorum Patricium Exarchum, cui cognomentum Calliopa, ad regendam omnem Italiam, &c.*; In vita *Martini*, p. m. 70: *Ipſis diebus* (an. 649, teſte *Baronio*, T. VIII Annal., ad h. a., pag. 437) *direxit Imperator*, (Conſtantinus Pogonatus) *in Italiam Olympium, Cubicularium & Exarchum, ad regendam omnem Italiam, &c.* Eo mortuo, pergit Anaſtaſius, p. 71: *deinde directus eſt ab Imperatore Theodorus Exarchus, qui cognomento Calliopa dicitur, &c.*, Papam *Martinum* Conſtantinopolin captivum mittens, l. c. In electione *Cononis*, P. R., an. 686, *Juſtiniano* 2 Imperatore, miſſos direxerunt exercitus, Clerus, & Populus, *ad Excellentiſſimum Theodorum Exarcham, UT MOS EST, &c.* Id. *Anaſtaſ.*, in vita *Cononis*. p. m 84. Anno 687, orto ſchiſmate in electione, miſit *Paſchalis*, qui, promiſſa pecunia, *Joannem Patricium, & Exarchum, cognomento Platyn*, Romam pertrahere ſtuderet, &c. Id., l. c., in Vita *Sergii*, pag. 85, & 86. An. 701, imperante *Tiberio*, *venit Theophylactus, Cubicularius, Patricius, & Exarchus Italiæ, de parte Siciliæ, in Urbem Romam*, Vid. Id., in vita *Johannis VI*, p. m. 89. An. 708 *Johannes Patricius & Exarchus, cognomento Rizocopus, veniens Romam, jugulavit Saulum Diaconum, &c.* Vid. Id., in vita *Conſtantini*, pag. 92. An. 713, ſub *Anaſtaſi*: Imperio, *Scholaſticus, Cubicularius, Patricius, & Exarchus Italiæ, Romam venit, & Sacram Anaſtaſii ſecum detulit, &c.* Vid. Idem, l. c., pag. 94. Anno 726 *Paulus, Patricius, & Exarchus, à Theodoſio Imperatore, in Italiam mittitur, Ravenna jam capta, &c.* Vid. l. c., in vita *Gregorii* 2, p. 98. De *Eutychio*, ultimo Exarcha, vid. l. c., pag. 99, & 100, & in vita *Gregorii III*, p. 103, & in vita *Zachariæ*, l. c., p. 110. Integrum eorum catalogum exhibet *Hofmannus*, in *Continuatione Lexici Univerſ.*, voc: *Exarchus*, p. m. 694; ibi: *Longinus præfuit an. 16; Smaragdus miſſus à Mauritio Imperatore, Anno Chriſti 583; Romanus ab eodem, A. C. 588; Callinicus ſimiliter A. C. 598; quo ab Imperatore revocato, Smaragdus iterum eam dignitatem tenuit, ab A. C. 602: Johannes Lemigius à Phoca illi ſuffectus eſt, A. C. 610; Eleutherius ab Heraclio miſſus eſt, A. C. 615; poſt quem præfuere: Iſaacus Patricius; Theodorus Calliopa; Olympius; Theodorus Calliopa iterum; Theodorus; Joannes Platon; Theophylactus; Joannes Tizocop; Scholaſticus; Paulus Patricius; Eutychius Patricius, ab Aiſtulpho, Longobardorum Rege, pulſus, A. C. 752, &c.* Conf. idem, voc: *Ravenna*, p. 248; & *Morery*, voc: *Ravenne*, p. 244; add. Dn. *Conring.*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. VI, §. 7, & 8, p. 30, &c.; Ill. Dn. *Coccejus*, *Juris Publ. Prudentia*, cap. VI, §. 5, p. 131; Exc. Dn. *Schweder.*, *Introd.* in *Jus Publ.*, part. Gener., Cap. 4, §. 10, pag. 83.

(12) Italiam itaque ingreſſus ALBOINUS, Longobardorum Rex, *Forojulianæ* Civitati, totique circumjacenti Regioni Ducem præfecit *Giſulfum*, nepotem ſuum & Stratorem, ſeu Mareſchallum. Vid. *Paulus Diaconus*, lib. 2, de *Geſtis Longobardor.*, cap. 7, p. m. 369; Inde progreſſus, *Vincentia*, *Verona*, multisque aliis *Venetorum* Oppidis potitur; quibus ſubactis, invaſit *Liguriam*, expugnatoque, anno 571, *Mediolano*, ſolenniter, ab Exercitu, Rex Italiæ proclamatus, univerſas *Liguriæ* civitates, maritimis exceptis, redegit in ordinem. Hinc *Tuſciam* petiit, omniaque, præter *Romam*, *Ravennam*, & caſtella quædam, ſui fecit juris. Anno 573, *Ticinum*, ſeu *Papiam*, per tres annos, & menſes aliquot, obſeſſam, itidem ad deditionem compellit; Tandem vero, cum, tres annos, & ſex menſes, Regia dignitate eminuerit, &, per ſeptem annos, in Italos fuerit dominatus, Conjugis *Roſimundæ*, Patris, *Chunimundi* Regis, necem vindicaturæ, inſidiis, à *Peredeo*, rei veſtiariæ præfecto, & *Helmige* Armigero, an. 574, obtruncatur. Vid. l. c., cap. 12, 13, & 14, p. 374 ad 376; *Gregorius Turonenſ.*, lib. 4, cap. 35, p. 85; *Aimoinus*, lib. 3, de *Geſtis Francor.*, cap. 17, p. 306, &c.; *Sigebertus Gemblac.*, an. 574; *Chronographus Saxo*, an. 571, p. m. 87; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad ann.

574.

Digitized by Google

574, p. 44; *Albertus Stadenſ.*, an. 570; *Sigonius, de Regno Italiæ*, lib. 1, ad ann. 568 ad 574, pag. 9 ad 13; *Baronius*, Tom. VII Annal., ad ann. 568 ad 571, p. 560 ad 573; *Vorburgius*, Vol. VII *Hiſtor.*, ann. 568 ad 574, p. 217 ad 244; *Ericus Puteanus*, *Hiſtor. Inſubriæ*, lib. 2, p. m. 38 ad 41. Electus in ejus locum, *Ticini*, CLEPHO Rex, non niſi annum unum, & ſex menſes, rebus præfuit, anno 575, à quodam Familiæ ſuæ, gladio jugulatus. Vid. *Paulus Diaconus*, l. c., lib. 2, cap. 17, p. 377; *Aimonius*, l. c.; *Sigebertus*, l. c.; *Albericus*, l. c.; *Sigonius*, l. c., an. 574, & 575, p. 14; *Baronius*, l. c., an. 571, & 573, p. 573, & 580; *Vorburgius*, l. c., an. 574, & 575, p. 244 ad 250; *Erycus Puteanus*, *Hiſtor. Inſubr.*, l. c., p. 41, & 42.

(13) Occiſo *Clephone*, ſeu *Clephe*, *Longobardi, per annos decem, Regem non habentes, ſub Ducibus fuerunt. Unusquisque enim Ducum ſuam Civitatem obtinebat: Zabanus Ticinum, Alboinus Mediolanum, Wallarus Bergamum, Alabis Brixiam, Comus* (Eoinus) *Tridentum, Giſulphus Forumjulii, ſed & alii, extra hos, in ſuis urbibus triginta Duces fuerunt; quibus diebus multi Nobilium Romanorum, ob cupiditatem Ducum, interfecti ſunt; reliqui vero, per partes diviſi, tertiam partem ſuarum frugum Langobardis perſolverunt, & tributarii efficiuntur - - Italia ex maxima parte capta, à Langobardis ſubjugata eſt, &c.* Hæc *Paulus Diaconus*, l. c., cap. 18, p. 377; conf. *Fredegarius Scholaſticus*, cap. 45, p. m. 134, *Aimoinus*, lib. 4, cap. 7, p. 359, & reliqui Auctores adducti, l. c. Triginta Ducum numero, quorum *Paulus* meminit, erant: *Amo* & *Rhodanus*, qui, una cum prædicto *Zabano*, Gallias incendiis & rapinis vaſtarunt; de quibus lib. 3, c. 4, p. 380, agit; *Pharoaldus*, Dux *Spoletanorum*, l. c., cap. 7, pag. 383; *Droctrulſus*, l. c., cap. 8, p. 384; *Ago*, ſeu *Agilulſus*, Dux *Taurinenſis*, l. c., cap. 14, p. 389, & lib. 4, cap. 1, p. 393; de quo mox plura; *Zoto*, Dux *Beneventanus*, l. c., lib. 3, cap. 16, p. 391; *Menulphus*, Dux *Inſulæ S. Julii*, l. c., lib. 4, cap. 1, pag. 393; *Ulfaris*, Dux *Tarviſinus*, l. c.; *Gandulſus*, Dux *Bergomenſis*, l. c.; *Mauritio*, l. c., cap. 3, pag. 394; *Zangrulſus*, Dux *Veronenſis*, l. c., cap. 4, pag. 396; *Arnulphus*, Dux *Tuſciæ*, apud *Baronium*, Tom. VIII, ad an. 592, §. 1, pag. 38; Effluxo decennio, *tandem communi conſilio, AUTHARUM, Clephonis, ſupramemorati Principis, filium, Regem ſibi ſtatuerunt. Quem etiam, ob dignitatem, Flavium appellaverunt; quo prænomine omnes, qui poſtea fuere Langobardorum Reges, feliciter uſi ſunt. In hujus diebus, ob reſtaurationem Regni, Duces, qui tunc erant, omnes ſubſtantiæ ſuæ medietatem Regalibus uſibus tribuunt, ut eſſe poſſit, unde Rex Ipſe, &, qui Ei aderant, Ejusque obſequiis, per diverſa officia, dediti, alerentur, &c.* Hæc iterum *Paulus*, l. c., lib. 3, cap. 8, pag. 384, repetita ab *Aimoino*, lib. 3, cap. 36, pag. 317; conf. *Sigebertus Gembl.*, an 586; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, anno eodem, p. 45; *Sigonius*, de *Regno Italiæ*, lib. 1, an. 585, p. 19; *Baronius*, Tom. VII Annal., ad eundem annum, pag. 648; *Vorburgius*, Tom. VII *Hiſtor.*, ad eundem, pag. 314; *Puteanus*, *Hiſt. Inſubr.*, l. c., pag. 43, &c. *S. Gregorio*, P. R., lib. 1, Epiſt. 17, dicitur hic Rex ANTHARIT, & *Gregorio Turonenſi*, lib. X, cap. 3, p. m. 221, APTACHARIUS; vid. *Baronius*, Tom. VIII, an. 590, §. 34, pag. 19. *Hoc tempore*, (pergit *Paulus*, l. c.) *Mauricius Imperator Childeberto, Regi Francorum, quinquaginta millia ſolidorum, per Legatos ſuos, dono miſit, ut cum exercitu ſuper Langobardos irrueret, eosque de Italia exterminaret. Qui, cum innumera Francorum multitudine, in Italiam ſubito introivit. Langobardi vero, in Civitatibus ſe communientes, intercurrentibus Legatis, oblatisque muneribus, pacem cum Childeberto fecerunt. Qui cum ad Gallias remeaſſet, Imperator Mauricius, cognito, quod cum Langobardis fœdus percuſſerat, ſolidos, quos ei, ob Langobardorum expulſionem, dederat, repetere cœpit. Sed ille, ſuarum virium potentia fretus, ne reſponſum quidem reddere dignatus eſt. His ita geſtis, Autharus Rex Brixellum Civitatem, ſuper Padi marginem poſitam, expugnare aggreſſus eſt - - - poſt hæc Autharus Rex cum Smaragdo Patricio, qui tunc Ravennæ præerat, usque in annum tertium, pacem, ſeu inducias fecit, &c.* Contigiſſe hæc anno 588, docet *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; de facto teſtantibus *Gregorio Turonenſi*, lib. 6, cap. 42, p. 145; *Aimoino*, lib. 3, cap. 37, p. 317; *Chronographo Saxone*, an. 589, p. m. 90; *Sigonio*, l. c., an. 586, p. 21; *Vorburgio*, l. c., ad an. 588, p. 338, &c. Literas *Mauricii* ad *Childebertum* exhibet *Freberus*, T. 1 *Rer. Franc.*, p. m. 209, & Vorburgius, l. c., an. 589, p. 388, & 389; His non obſtantibus, *rurſus Mauritius Auguſtus Legatos ad Childebertum mittens, ut, contra Langobardos, in Italiam exercitum trajiceret, ſollicitavit. Childebertus autem, exiſtimans ſuam ſororem* (Ingundem, viduam Herminigildi, Hiſpaniarum Regis, Levigildi, filii) *apud Conſtantinopolim vivere, Legationi acquievit, ſpe ſororis recipiendæ, iterumque, adverſus Langobardos, Francorum exercitum in Italiam miſit, contra quos dum Langobardorum acies properaret, Franci & Alemanni, diſſenſiones inter ſe habentes, ſine ullius conquiſitione, ad Patriam ſunt reverſi, &c.*; ita *Paulus*, l. c., cap. 10, p. 386; Conf. *Aimoinus*, l. c., cap. 38, p. 318; *Sigonius*, l. c., an. 587, p. 21; *Vorburgius*, l. c., pag. 341; anno ſequenti vero, orta, inter *Autharum*, & *Childebertum*, majori ſimultate, quod hic Genuanam *Autharo* in matrimonium dare promitteret, nec tamen fidem liberaret, cum tertia vice Italiam armatus ingrederetur, *Autharus Rex, cum Langobardis, non ſegniter obviam pergit, &, pro libertate, fortiter confligit, ita, ut Langobardi vincerent omnes; Galli autem vehementer afflicti, etſi multi capti, plurimi tamen per fugam elapſi, vix ad Patriam revertuntur. Tantaque ſtrages facta eſt de Francorum exercitu, quanta nunquam alibi commemoratur, &c.* Sunt verba *Pauli Diaconi*, l. c., cap. 13, p. 388; Conf. *Gregorius Turonenſ.*, lib. IX Hiſt., cap. 25, p. 204; *Sigonius*, l. c., ad an. 588, p. 23; *Vorburg.*, l. c., an. 589, p. 365; Cæſis hoſtibus, per *Spoletum*, *Beneventum* invaſit, potitusque tota illa Regione, ad *Regium* usque, extremam Italiæ, Sici-

Digitized by Google

Siciliam verſus, Civitatem, alas extendit; vid. *Paulus*, l. c., cap. 16, p. 391; *Childebertus* quidem, quarta expeditione in Italiam, damno ſuis illato conſulere ſtuduit, ſed, per tres menſes, Provinciam deprædantes ejus copiæ, ingraveſcente morbo, domum redire compulſæ ſunt. Quo cognito, *Aptacharius*, (Autharus) *Longobardorum Rex, Legationem ad Guntheramnum Regem, cum hujuscemodi verbis, direxit: Nos, Piiſſime Rex, ſubjecti atque fideles Vobis, Gentique Veſtræ, ſicut Patribus Veſtris fuimus, & eſſe deſideramus: nec diſcedimus à Sacramento, quod Prædeceſſores noſtri Veſtris Prædeceſſoribus juraverunt. Nunc autem deſiſtite à perſecutione noſtra, & ſit pax nobis & concordia; ut, ubi neceſſarium fuerit, contra inimicos auxilium præbeamus, ut, veſtra ſcil. noſtraque Gente ſalvata, ac Nos pacificos cognoſcentes, terreantur magis adverſarii, qui in circuitu obſtrepunt, de amicitia, quam de noſtra diſcordia gratulentur. Pacifice hac Guntheramnus Rex verba ſuſcepit, miſitque eos ad nepotem ſuum, Childebertum Regem. Dum autem, his narratis, in loco commorarentur, venerunt alii, qui mortuum Aptacharium Regem nunciantes, Paulumque* (Agilulfum) *in loco ejus ſubſtitutum, ejusmodi verba, quæ ſupra diximus, deferentes. Sed Childebertus Rex placitum cum eisdem ponens, ut, quid Ei in poſterum conveniret, enunciaret, eos abſcedere juſſit, &c.* Verba refero *Gregorii Turonenſis*, lib. X, cap. 3, pag. 221; quibus addantur, quæ *Paulus Diaconus*, l. c., cap. 18, p. 392, profert: *Autharis, apud Ticinum, Nonis Septemb., veneno, ut tradunt, accepto, moritur, poſtquam ſex regnaverat annos. Statimque à Langobardis Legatio ad Childebertum, Regem Francorum, miſſa eſt, quæ Autharis Regis mortem eidem nunciaret, & pacem ab eo expeteret. Quod ille audiens, Legatos quidem ſuſcepit, pacem vero in poſterum ſe daturum promiſit, & præfatos Legatos, poſt aliquot dies, promiſſa pace, abſolvit. Regina vero, Theodelinda, quia multum placebat Longobardis, permiſſa eſt in Regia perſiſtere dignitate, ſuadentibus ei, ut ſibi, quemcunque vellet, ex omnibus Langobardis maritum eligeret, talem ſcil., qui Regnum utiliter regere poſſit. Illa vero, cum prudentibus conſilium habens, Agilulfum, Ducem Taurinatum, & ſibi virum, & Langobardis Regem elegit - - - - celebrantur mox, cum magna lætitia, nuptiæ, ſuſcepitque Agilulfus, qui fuit cognatus Autharis Regis, initio menſis Novembris dignitatem Regiam. Sed tunc paucis tantum congregatis in unum Langobardis, poſtea, menſe Majo, ab omnibus in Regnum, apud Mediolanum, ſublimatus eſt, &c.* Facta hæc eſſe anno 592, docet *Sigebertus Gemblac.*, h. a., & *Albericus, Monachus trium Fontium*, pag. 46, anno 593; *Sigonius*, l. c., pag. 29, habet annum 590; *Baronius*, Tom. VIII Annal., an. 591, §. 41, pag. 36, & *Calviſius* eundem producunt; hos omnes tamen corrigens *Vorburgius*, l. c., ad an. 591, p. 414, an. 594, pag. 488, & an. 595, p. 505, obitum ejus in annum 594 refert.

(14) Confirmato AGILULFO varii Duces inſurgunt, quorum nomina *Paulus Diaconus* lib. 4, cap. 1, pag. 393 conſignat. Quibus in ordinem redactis, *Romanus Patricius, Exarchus Ravennæ, Romam properavit. Qui, dum Ravennam reverteretur, recepit Civitates, quæ à Langobardis tenebantur. Quarum iſta ſunt nomina: Sutrium, Polimartium, Horta, Tudertum, Ameria, Peruſium, Luceoli, & alias quasdam Civitates. Quod factum cum Regi Agilulfo nuntiatum eſſet, ſtatim Ticino egreſſus, cum valido exercitu, Peruſium petiit, ibique, per dies aliquot, Mauritionem, Ducem Langobardorum, qui ſe Romanorum partibus tradiderat, obſedit, & captum, ſine mora, vita privavit. - - - - nec multo poſt, ſuggerente maxime Theodelinda Regina, Conjuge ejus, ſicut eam B. Gregorius ſuis epiſtolis ſæpius admonuerat, cum eodem viro ſanctiſſimo Papa Gregorio, atque Romanis pacem firmiſſimam pepigit, &c.* Ita *Paulus Diaconus*, lib. 4, cap. 3, p. 394; quam pacem anno 598, præcedente Romana obſidione, contractam, tradit *Hermannus Contractus*, ad h. a., pag. 282 & 283, verbis: *His temporibus, cum Romanus Patricius aliquot urbes, à Longobardis dudum captas, per deditionem recepiſſet, & ob id Agilolfus, Rex Italiæ, & ipſe Romæ infeſto exercitu immineret: ſtudio S. Papæ Gregorii, & ſuffragio Theodelindæ, Religioſæ Reginæ, pax utrinque facta eſt, &c. Sigebertus Gemblac.* vero anno 596 initam ſcribit; *Sigonius*, lib. 1, de *Regno Ital.*, p. m. 34 ad 40, exiſtimat, Exarchum Ravennatenſem prædicta Longobardis loca an. 593 eripuiſſe, ſequentique *Agilulfum*, vindictam quærendo, *Romam* obſediſſe, pace cum Romanis demum anno 599 ſecuta; *Baronio* auctore, Tom. VIII Annal., contigit obſidium *Romanum*, an. 595, & Pax an. 598; vid. Eum, ad an. 595, §. 1, pag. 87, & an. 598, §. 8, pag. 130; juxta *Vorburgium*, Vol. VII, invaſit *Agilulfus* Romanorum Provincias, urbemque ipſam, an. 595, vid. ad h. a., pag. 505, &c.; de pace nihil refert, benè tamen an. 599, pag. 549, &c., quod inducias Longobardus cum Romanis contraxerit, ceu re vera fuerint, vel S. *Gregorio* teſte, lib. 8, Epiſt. 37, Indict. 3, ad *Innocentium*, ubi: *Solicitudinem veſtram deſiderato nuncio relevamus, indicantes, cum Longobardorum Rege, usque ad menſem Martium futuræ Quartæ Indictionis, de Pace, propitiante Domino, conveniſſe. Quæ ſi retineatur, ignoramus, quia idem Rex obiiſſe poſtea nunciatus eſt, licet adhuc habeatur incertum, &c.* Ejusdem conventionis meminit idem Vir Sanctus, in literis, ad ipſum *Agilulphum*, lib. 7, Epiſt. 41, Ind. 2, & in aliis, ad conjugem ejus, *Theodolindam*, l. c., Epiſt. 42. Firmior fuit pax, Longobardos inter & Francos, de qua *Paulus Diaconus*, lib. 4, cap. 4, pag. 396: *Agilulfus cum Theodorico, Francorum Rege, pacem perpetuam fecit, &c.* Annum 601 indicat *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Sigonius*, l. c., an. 600,

pag. 41, & *Vorburgius*, l. c., an. eod. pag. 557, habent annum 600; de confirmatione ejus pergit *Paulus*, l. 4, cap. 10, pag. 400: *Menſe Julio Adalvaldus, Agilulfi filius, creatus eſt Langobardorum Rex, apud Mediolanum, in circo, in præſentia Patru ſui, Agilulfi Regis, aſtantibus Legatis Theodeberti, & firmata eſt Pax perpetua cum Francis, &c.* Factum hoc cenſet *Sigonius*, lib. 2 *Regni Ital.*, p. m. 48, anno 604; *Baronius* vero, l. c., ad an. 605, §. 1, pag. 221, anno 605; conf. *Vorburg.*, Vol. VIII, an. 605, p. 24, & 606, pag. 27; Obiit tandem *Agilulfus* an. 617, teſte *Sigeberto*, h. a. Add. *Albericus, Monachus trium fontium*, an. 618, pag. 48; *Sigonius*, l. c., an. 615, pag. 53; *Baronius*, l. c., an. 616, §. 1, pag. 274; *Calviſius*, h. a.; *Vorburgius*, l. c., anno eodem, pag. 75.

(15) Succeſſit defuncto Patri præfatus ADALVALDUS, poſtea Regno pulſus; ita enim *Paulus Diaconus*, l. c., cap. 15, pag. 405. *Agilulfus, qui & Ago eſt appellatus, poſtquam 25 annos regnaverat, diem clauſit extremum, relicto in Regno filio ſuo, Adalvaldo, puero parvo, cum Theodelinda matre. ---- Sed dum Adalvaldus, everſa mente, inſaniret, poſtquam, cum matre, decem regnaverat annos, de Regno ejectus, & a Langobardis, in ejus loco, ARIOALDUS ſubſtitutus eſt, &c.*; p. 406 pergit: *Arioaldus autem, poſtquam ſuper Longobardos duodecim annos regnaverat, ab hac luce ſubtractus eſt. Langobardorum vero Regnum ROTHARIS, genere Harodus, ſuſcepit, &c.* Conf. de *Adalvaldo Fredegarius Scholaſticus*, cap. 49, & 50, p. m. 135; & de *Arioaldo*, quem *Charoaldum* vocat, cap. 50, 51, & 69, pag. 136, & 143; de utroque vid. *Aimoinus*, lib. 4, cap. 10, pag. 360; Juxta *Sigebertum Gemblac.* cœpit *Adalvaldus* an. 617, regnavit an. 13, & obiit an. 630; *Albericus*, l. c., rejicit initia *Adalvaldi*, quem *Adaloaldum* vocat, in annum 618, ejusque obitum in an. 630, quo, pag. 50, defuncto, *Arioaldum*, per biennium, ſucceſſiſſe docet. *Sigonio* Auctore, l. c., excepit Patrem *Adalvaldus* an. 615, depoſitus an. 624, ſucceſſore *Arioaldo*, l. c., ad h. a., pag. 56; cujus obitum, l. c., pag. 61, ad annum 637 refert. Ex ſententia *Baronii*, l. c., orſus eſt Regnum *Adalvaldus* an. 618, exauctoratus an. 626, l. c., ad h. a., §. 27, pag. 312, &c. Succeſſorem ejus, *Arioaldum*, an. 638, ultima traxiſſe fata, putat idem, l. c., ad h. a., §. 12, pag. 389. *Vorburgius*, l. c., arbitratur, initia Regni ejus numeranda ab anno 616; de ejus depoſitione vid. l. c., an. 630, pag. 148, &c. *Arioaldi* mortem inſeribit anno 639, l. c., ad h. a., pag. 209.

(16) *Rotharis* hic, *Arioaldi* ſucceſſor, Auctorque Longobardicarum Legum, (ut præced. p. 42 monui, & ex *Sigonio*, lib. 2 *Regn. Ital.*, ad an. 643, p. m. 64, amplius patet; annum licet malè ponat; vid. *Vorburg.*, Vol. 8, an. 645, p. 50.) *Romanorum Civitates, ab Luna, urbe Tuſciæ, univerſas, quæ in litore maris ſita ſunt, usque ad Francorum fines cepit. Opitergium quoque, & Civitates inter Tarviſium & Forum Julii poſitas, pari modo expugnavit, & diruit. Cum Ravennatibus & Romanis bella geſſit, ad fluvium Æmiliæ, qui Scultena dicitur, in quo bello Romanorum, reliquis aperte terga dantibus, octo millia ceciderunt. --- At vero Rotharis Rex, poſtquam, an. ſedecim, & menſes quatuor, Regnum tenuerat, vita decedens, Langobardorum Regnum Rhodoaldo, filio ſuo, reliquit. --- Rhodoaldus igitur, poſt funus Patris, Langobardorum Regnum adeptus, Gundibergam, Agilulfi, & Theodelindæ filiam, ſibi in matrimonio ſociavit, &c. Hæc Paulus Diaconus*, l. c., lib. 4, cap. 16, p. 407. Errat autem fortè, cum *Fredegario*, cap. 50, p. 135, & *Aimoino*, lib. 4, cap. 10, p. 360, *Gundiberga* hæc, *Arioaldi*, in locum depoſiti *Adalvaldi*, electi Longobardorum Regis, dicatur uxor; obſervante id etiam *Baronio*, T. VIII, an. 659, §. 5, p. 532; Eandem *Gundebergam*, cum *Rothario* quoque, quem *Chrotharium* nuncupat, thorum poſtea conſcendiſſe, *Fredegarius* auctor eſt, cap. 70, p. 143. Apud *Sigebertum Gemblac.*, ad an. 630, legitur: *Adaloaldo, Longobardorum Rege, mortuo, Rotharith regnavit, poſt eum, annis* 16; omiſſo ſic *Arioaldo* intermedio; & ad an. 646: *Rotharith, Longobardorum Rege, mortuo, RODOALDUS, filius ejus; regnat annis quinque, &c. Chronographus Saxo*, an. 656, p. m. 101, extendit ejus Regnum ad annum usque 656, *Grimoaldum* ei Succeſſorem dans, quod itidem falſum; ibi: *Rotario, Longobardorum Rege, mortuo, Grimaldus, Vir ſtrenuus, Regnum obtinuit, &c.* In Chronico *Alberici, Monachi trium Fontium*, ad an. 632, p. 50, hæc occurrunt: *Longobardis Rothorath annis XVI*; & ad annum 648, p. 72: *Longobardis Rodoaldus annis tribus.* Secundum *Sigonium*, lib. 2, de *Regno Italiæ*, p. m. 61, regnare cœpit *Rotharius* an. 637, & vivere deſiit an. 652, locum filio, *Rodoaldo*, relinquens, l. c., ad h. a., pag. 67. *Baronio*, Tom. VIII Annal., an. 638, §. 12, pag. 389, videtur *Rotharis* ſucceſſiſſe *Arioaldo*, hoc ipſo anno 638, & quia, cum *Paulo*, Regnum ejus 16 annos duraſſe docet, refert ejus obitum in annum 654, qui etiam dictis ejus quadrat, l. c., ad an. 659, §. 4, pag. 532: *Moritur hoc anno Longobardorum Rex, Rodoaldus, occiſus à Longobardorum homine, cujus uxorem adulterio polluerat, ubi regnaſſet, ut Paulus ait, annos quinque, & dies ſeptem, &c.* Dn. *Vorburgius*, Vol. VIII, pag. 209, *Rotharis* Regni initium ab anno 639 petendum cenſens, expeditionemque præfatam, pag. 294, & 295, an. 653 inſerendam, defunctum eum arbitratur an. 655; vid. eum, l. c., ad h. a., pag. 302.

(17) *Rhodoaldus autem, dum, ut fertur, uxorem cujusdam Langobardi ſtupraſſet, ab eodem interfectus eſt, poſtquam ſeptem dies, & quinque regnaverat annos. Huic ſucceſſit in Regimine ARIBERTUS, filius Gundoaldi, qui fuit Germanus Theodelindæ Reginæ ---- Circa hæc tempora, apud Forum Julii mortuo Grasulfo, Duce Forojulienſi, Ducatum Ago regendum accepit. Apud Spoletum quoque Theodelappio defuncto, Atto eidem Civitati ductor efficitur, &c.* Ita *Paulus Diaconus*, lib. 4, cap. 17, p. m. 408; *Aribertum* Regem factum anno 651, putant *Sigeber-*

Digitized by Google

gebertus Gemblac., & *Albericus*, p. 52, ad h. a.; *Sigonius*, lib. 2, de *Regno Ital.*, p. 68, ponit an. 656; *Baronius*, Tom. VIII, an. 659, §. 4, p. 532, & *Vorburgius*, Vol. VIII, h. a., pag. 313, rectius, hoc titulo, an. 659 producunt. Sed pergit *Paulus*, l. c., cap. 18, p. 409: *Aribertus vero, poſtquam apud Ticinum, per annos novem, Langobardos rexerat, Regnum duobus filiis ſuis, adhuc adoleſcentibus, PARTARITHO & GUNDEBERTO, regendum reliquit. Et Gundebertus quidem Ticini ſedem Regni habuit, Partaritbus vero in Civitate Mediolanenſi. Inter fratres, facientibus malis hominibus, diſcordiæ & odiorum fomes ſurrexit, in tantum, ut alter alterius Regnum invadere conaretur. Qua de cauſa Gundebertus Garibaldum, Taurinatium Ducem, ad Grimoaldum, Beneventanorum ſtrenuum ductorem, miſit, incitans eum, ut quamprimum veniret, & ſibi, adverſus germanum ſuum, Partarithum, auxilium ferret, Reguque filiam, germanam ſuam, ſi ei daturum conjugem promittens. Sed Legatus ipſe fraudulenter contra dominum ſuum agens, Grimoaldum exhortatus eſt, ut veniret, & Langobardorum Regnum, quod fratres adoleſcentes diſſipabant, ipſe arriperet, qui ætate maturus, conſilio providus, & viribus fortis exiſteret. GRIMOALDUS itaque id audiens, mox animum ad Regnum Langobardorum obtinendum erexit. - - - Quid plura? cum ad colloquium poſtridie veniſſent, & Gundebertum, poſt ſalutationem, Grimoaldus amplexatus eſſet, ſtatim ſenſit, quod loricam ſub veſte geſtaret, idque ad cædem ſui factum cauſatus, ilico evaginato gladio eum vita privabit, Regnumque ejus, & omnem potentiam invadens, ſuæ adjecit ditioni. Habebat autem Gundebertus jam tunc filium parvulum, nomine Rambertum, qui à Gundeberti fidelibus ſublatus, & occulte nutritus eſt. Nec eum Grimoaldus perſequi curavit, quippe qui adhuc infantulus eſſet. Quibus omnibus auditis, Partharitus, qui apud Mediolanum regnabat, quanta maxima potuit velocitate, fugam arripuit, atque ad Avarum, ſeu Hunorum Regem, Cacanum, pervenit, Rhodelindam uxorem, & filium parvulum, nomine Chunibertum, relinquens, quos Grimoaldus Beneventum in exilium miſit, &c.* De obitu *Ariberti* nova diſputatio eſt. *Sigebertus*, & *Albericus*, p. 54, habent annum 660; *Sigonius*, l. c., pag. 69, an. 661; *Baronius*. l. c., ad an. 663, §. 6, p. 558, hunc ipſum annum defendere videtur. De Filiis ejus vid. iidem, l. c. His ita geſtis, confirmatur *Grimoaldus*, an. 663, in Regno, filiamque *Ariberti* Regis, *Gundeberti* occiſi germanam, ſibi conjugem ſociat; quiete majori ut frueretur, affinem quoque *Partarithum*, gratiæ ſuæ ſe commendantem, gratioſè ſuſcipit, poſtea verò, inſtinctu malevolorum, eum jugulare meditatur, qui tamen, cognito facinore, artibus *Unulfi*, fideliſſimi miniſtri, ſervili habitu indutus, & ſarcina onuſtus, feliciter, inter verbera & convicia, ac ſi rem malè egiſſet, illuſis cuſtodibus, evaſit, & de muro fune demiſſus, evadens, *Taurinum* venit, indeque clauſtra Italiæ tranſgreſſus, ad *Francos* confugit. Vid. Idem, l. c., lib. 5, cap. 1, p. 411, & 412. Ad conſignanda tempora facit Edictum ipſius *Grimoaldi*, apud *Sigonium*, l. c., an. 668, p. 75: *Ideo Ego, Grimoaldus, Vir Excellentiſſimus, Rex Gentis Longobardorum, Anno, Deo propitio, ſexto Regni mei, menſe Julio, Indictione undecima, per ſuggeſtionem Judicum, &c.* Quibus verbis *Baronius*, l. c., an. 663, §. 6, p. 558, & *Vorburgius*, l. c., eod. an., p. 323, rectè probant, *Grimoaldum* anno 663 regnare cœpiſſe; quia annus 668 *Indictioni XI* reſpondet; corrigendis hinc *Sigeberto Gembl.*, an. 656, *Alberico*, an. 661, & *Sigonio*, ad eundem, p. 70, initia *Grimoaldini* Regni ad hos annos referentibus. Eſtque hic ipſe annus 663, quo Cæſar Italiam recuperare ſtuduit, *Anaſtaſio* teſte, in vita *Vitaliani*, P. R., p. m. 73: *Hujus temporibus venit Conſtantinus Auguſtus*, (qui & Conſtantius, & Conſtans,) *de Regia Urbe*, (Conſtantinopoli) *per litoraria, in Athenas, & exinde Tarantum, inde Beneventum & Neapolim, per Indictionem Sextam. Poſtmodum venit Romam, id eſt, quinta die menſis Julii, feria quarta, Indictione Supraſcripta, & occurrit Ei obviam Apoſtolicus, cum Clero ſuo, miliario ſexto ab urbe Roma, & ſuſcepit Eum - - - duodecim dies in Civitate Romana perſeverans, omnia, quæ erant in ære, ad ornatum Civitatis, depoſuit, ſed & Eccleſiam B. Mariæ ad Martyres, quæ de tegulis æreis erat cooperta, diſcooperuit, & in Regiam Urbem, cum aliis diverſis, quæ depoſuerat, direxit, &c.*, quæ *Paulus*, l. c., cap. 4, p. 415, comprobat, inverſo *licet ordine*, de quo *Vorburgius*, l. c., evolvatur. Conf. *Aimoinus*, lib. 4 *Geſt. Franc.*, cap. 32, p. m. 374; *Sigonius*, l. c., ad an. 663, p. 71; *Baronius*, l. c. *Sigeberto* hæc geſta ſunt an. 664. His geſtis, contra *Romualdum*, *Grimoaldi* filium, profectus, *Beneventum*, cujus Ducatui præerat, obſidet, ann. 664, re tamen infecta, *Saburro*, ex optimatum numero, cum manu viginti millium armatorum, in loco, cui *Formis* nomen eſt, infeliciter, cum *Romualdo*, præliante, Cæſare *Neapolim* reverſo. Vid. *Anaſtaſius*, l. c.; *Paulus*, l. c., cap. 5, p. 416, &c.; *Aimoinus*, l. c.; *Chronographus Saxo*, p. 101, perperam tamen ad annos 657 & 658; *Sigonius*, l. c., an. 663, p. 71; *Baronius*, l. c.; *Vorburgius*, l. c., an. 664, p. 330; Pari fortuna de Gallis, in favorem *Perthariti*, Italiam invadentibus, & in opimis caſtris, quæ fugam ſimulans avidis hoſtibus reliquerat, in ventris prædam effuſis, & in dolia præliantibus, haud procul *Aſtenſi* Civitate, victoriam reportavit; Vid. *Paulus*, l. c., cap. 3, p. 413; *Sigonius*, l. c., an. 652, p. 71; rectius *Vorburgius*, l. c., ad an. 664, pag. 331; add. *Eryci Puteani Hiſtor. Inſubrica*, lib. 2, p. 55, &c. Quæ *Paulus*, l. c., cap. 12, p. 420, & 421, refert, quod cum *Dagoberto*, Francorum Rege, *pacis firmiſſimæ fœdus icerit*, temporis rationi reluctantur, *Dogoberto* Rege dudum jam defuncto; ſubſtituendo *Chlodoveo*, vel hujus filio, *Clothario*; vid. *Vorburg.*, l. c., an. 646, p. 252, & an. 663,

p. 328; Obiit tandem *Grimoaldus*, juxta *Sigebertum*, an. 670, *Sigonium*, l. c., pag. 76, & *Vorburgium*, l. c., pag. 388, an. 672, *Baronium*, l. c., pag. 567, §. 1, an. 673; poſtquam *Edicto Rotharis*, *Regis*, *quadam Capita Legis*, (Longobardicæ) *quæ ei utilia viſa ſunt, adjecit, &c.* Hæc *Paulus*, l. c., cap. 12, p. 421; Conf. *Sigonius*, l. c., lib. 2, an. 668, p 75.

(18) Depoſuit autem exuvias mortales, *relicto GARIBALDO filio, quem Ei Ariberti Regis filia genuerat, Rege, adhuc puerili ætate, &c.* Ita *Paulus*, l. c., lib 5, cap. 12, p. 421; Icto jam Francos inter & Longobardos fœdere, veritus PARTHARITUS exul, ne iſtud ſibi funeſtum eſſet, relicta Francia, ad Saxones in Britanniam tendit, *cumque jam, per pelagus, aliquantulum navigaſſet, vox à litore audita eſt inquirentis: Utrum Partharitus in eadem navi conſiſteret? cui cum reſponſum eſſet: Quod ſic; ille, qui clamaverat, ſubjunxit: Dicite illi, ut revertatur in Patriam ſuam, qui tertia dies eſt hodie, poſtquam Grimoaldus ab hac ſubtractus eſt luce. Quod audiens Partharitus ſtatim reverſus eſt, veniensque ad littus, invenire eum, qui de Grimoaldi morte nuntiarat, non potuit, unde arbitratus eſt, eum non hominem, ſed divinum fuiſſe nuntium. Illincque ad Patriam properans, cum ad clauſtra Italiæ veniſſet, jam ibi omnia obſequia Palatina, omnemque Regiam dignitatem, cum magna Langobardorum multitudine, præparatam ſe reperit expectantem. Itaque Ticinum ingreſſus, exturbato Grimoaldi puerulo è Regno, ab univerſis Langobardis, menſe tertio poſt mortem Grimoaldi, in Regnum ſublimatus eſt. Erat autem vir pius, fide Catholicus, juſtitiæ tenax, pauperumque largiſſimus nutritor. Qui ſtatim Beneventum miſit, & inde Rodelindam Conjugem, & Chunibertum, filium ſuum, revocavit, &c.* Hæc *Paulus*, lib. 5, cap. 13, p. 421; conf. *Sigebertus Gemblac.*, an. 670; *Sigonius*, lib. 2, an. 672, p. 76; *Brunner.*, in *Boicis*, part. 1, lib. 5, §. 6; *Baronius*, Tom. VIII, an. 673, §. 1, p. 568; *Erycius Puteanus*, lib 3 *Hiſtor. Inſubricæ*, p. 59 &c; *Vorburgius*, Vol. VIII, an. 672, p. 388, &c.; recte hinc inſerens, judicari ex his poſſe, factum, inter *Romualdum*, Beneventanorum Ducem, utut *Grimoaldi* filium, & *Partheritum*, pacem, in cujus complementum novus Rex *Vinnilindam*, ſeu *Wigilindam*, filiam, *Romualdi* filio, *Grimoaldo*, ſociavit, vid. *Paulus*, l. 6, c. 1, p. 427; *Vorburg*, l. c., p. 389; *Igitur cum Partharitus ſolus, per annos ſeptem, regnaſſet, octavo anno CHUNIBERTUM, filium ſuum, conſortem in Regno aſcivit, cum quo pariter annis decem regnavit, &c.* ita *Paulus*, l. c., lib. 5, cap. 14, p. 422; perturbata pace ab *Abali*, Tridentinorum Duce, ab hac luce ſubtrahitur *Partharitus*; vid. *Paulus*, l. c. Contigit hoc, juxta *Sigebertum Gemblac.*, an. 687; *Albericum*, p. 63, anno 688; *Sigonium*, l. c., pag. 83, anno 690; *Baronium*, l. c., pag. 669, anno 691; *Vorburgium*, l c., Tom. IX, p. 55, & 56, anno 690; ſi coepit an. 672, & Regno præfuit annis octodecim; obiit omnino anno 690. Filius ejus, *Chunibertus*, jam ſolus rerum ſummam tenens, *Hermelindam*, Saxonum Anglorum genere, uxorem duxit; hoſtem acerrimum expertus dictum *Abalim*, utut *Brixia* Ducatu auctum, qui tantorum beneficiorum, quæ in eum impenderat, & jurisjurandi, quo fidelitatem ipſe juraverat, immemor, Regiam *Ticinum*, & Loca alia, armata manu, ſibi ſubjecit, meritas tamen pœnas luens, anno 692 occiſus. Vid. *Paulus*, l. c., & cap. 15, 16, & 18, pag. 422, & 426; *Sigebertus*, h. a.; *Albericus*, h. a., pag. 65; *Sigonius*, l. c., ad h. a., pag. 83 ad 85; *Brunner.*, in *Boicis*, part. 1, l. 5, §. 7; *Vorburg.*, l. c., an. 692, p. 69; *Erycius Puteanus*, lib. 3 *Hiſtor. Inſubr.*, pag. 60, &c. Mortuus tandem & ipſe *Chunibertus*, *cunctis amabiliſſimus, poſtquam duodecim annos Langobardorum Regnum, poſt Patrem, ſolus obtinuerat - - - Regnumque Langobardorum LIUTHBERTO, adhuc puerili ætate, reliquit, cui tutorem conſtituit Aſprandum, Virum ſapientem & illuſtrem, &c.* ita *Paulus*, lib. 6, cap. 5, p. 431; conf. *Sigebertus Gemblac.*, an. 699; *Chronographus Saxo*, an. 674, p. 103, manifeſto errore; *Conradus Urſperg.*, p. m. 110; *Albericus*, an. 699, p. 68; *Sigonius*, l. c., lib. 2, anno 703, p. 87; *Brunner.*, in *Boicis*, part. 1, lib. 5, §. 8, ad an. 699; *Vorburg.*, l. c., ad an. 703, p. 125; *Erycius Puteanus*, l. c., pag. 63, &c.

(19) Jam novum Civile bellum. RAGUMBERTUS, Taurinenſium *Dux*, *Gundeberti* Regis, à *Grimoaldo* occiſi, filius, avitum Regnum armis repetit; pro puero, *Liuthberto*, ſtrenuè pugnat *Aſprandus*, tutor, & *Rotharitus*, Bergomenſium Dux; utroque autem, apud *Novariam*, an. 704, fuſo, arripit *Ragumbertus* ſceptra, aſt eodem adhuc anno extinctus. Turbas continuans ARIBERTUS, auctore *Paulo*, *Ragumberti* frater, an. 705, profligatis, apud *Ticinum* è fuga convenientibus, *Aſprando*, & amicis, ipſum *Liuthbertum* captivum duxit; qua victoria in ſuperbiam elatus, fortunæque ſtimulis factus petulantior, in Regno ſimul confirmatus, non ſolum in Regiæ ſtirpis ſobolem, *Liuthbertum*, in balneo necatum, ſævit, ſed & *Sigibrandum*, *Aſprandi*, qui ad *Theodebertum*, Bajoariorum Ducem, aufugerat, filium natu majorem, oculis privavit, minori, *Liutbprando*, poſtea ad Patrem in Bavariam ſe recipiente, infantiæ tenerrimæ intuitu, vita donato, eorumque matri, *Theoderata*, & ſorori, *Autuna*, nares aureſque præcidi juſſit, barbaro more, miſeris fortunæ ludibrium exprobrans. Vid. *Paulus Diaconus*, lib. 6 *Geſt. Longobard.*, cap. 6, p. 431, & cap. 7, p. 432; conſ. *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 700, & 701; *Chronographus Saxo*, an. 676, p. 103, calculo plane rejiciendo; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, p. 68, & 69, ad ann. 700, & 701; rectius *Sigonius*, lib. 2, *de Regno Italiæ*, p. 87, &c., ad an. 704, & 705; cæterum *Aribertum* filium *Ragumberti* conſtituens, & in utroque aſſeclam habens *Vorburgium*, Vol. IX, ad eosdem annos, p. 126, &c.; add. *Baronius*, Tom. VIII Annal., an. 704, §. 1, p. 721, &c.; *Brunner*, *in Boicis*, part. 1, lib. 5, §. 8, ad an. 699; *Puteanus*, *Hiſtor. Inſubr.*, lib. 3, pag. 63, &c. Taceo charitatis officium,

Digitized by Google

cium, quo ſibi *Aribertus* Romanum Pontificem, *Johannem VII*, devinxit, *Paulo* teſte, l. c., cap. 10, p. 434: *Aribertus, Rex Langobardorum, donationem patrimonii Alpium Cocciarum, quæ quondam pertinuerant ad Apoſtolicam ſedem, ſed à Longobardis multo tempore fuerant ablatæ, reſtituit. Et hanc donationem, aureis exaratam literis, Romam miſit, &c.*; factum confirmantibus *Anaſtaſio*, in vita *Johannis VII*, P. R., pag. 90; *Mariano Scoto*, ad annos 705 & 715; *Alberico*, ann. 703, pag. 69; *Alberto Stadenſi*, an. 709; *Sigonio*, l. c., an. 706, p. 89; *Baronio*, l. c., an. 704, §. 1, p. 721, &c.; *Vorburgio*, l. c., an. 704, p. 127, &c. Foedus donatori exitus fuit. *Aſprando*, per multos annos, in Bavaria, exilii amaritudines guſtante, jamque cum Bavarico exercitu in Italiam reverſo, prælium in agro *Ticinenſi*, magna utrinque ſtrage, committitur, nocte diremptum. *Aribertus* tunc, fortunam metuens, in Regiam ſe recipit; mox de fuga ſolicitus, è gaza Regia, quantum auri ferre potuit, ſumit, & clam Urbe egreditur; verum, ignarus vadi, dum fluvium tranat, rapido gurgite ſe implicat, &, metalli depreſſus pondere, aquis abſorbetur. Cadaver poſtridie inventum, bello finem impoſuit. Elato ejus funere, ASPRANDUS victor ſolium ipſe conſcendit, tertio autem menſe poſt, animam efflans, LIUTHPRANDO filio, conſentientibus Longobardis, Regnum reliquit. Vid. *Paulus*, l. c., cap. 12, p. 435, & 436; *Sigebertus Gemblac.*, an. 710; *Chronographus Saxo*, an. 711, p. 107, & 108; *Albericus*, ad eundem annum, pag. 71; Conradus Urſperg., p. m. 110; *Sigonius*, l. c., an 712, p. 92, & 93; *Baronius*, l. c., eod. an., §. 8, p. 742, & rectè, auctoritate Edicti, quo Indictione XI, adeoque anno 713, quem Regni ſui *primum* vocat, *Liuthprandus* novas Leges *Edicto Rotharis* adjecit, apud *Sigonium*, l. c., lib. 3, an. 713, p. 58 & 59; ibi: *Ob hoc Ego, in Dei Omnipotentis nomine, Luitprand, Excellentiſſimus, Chriſtianus, & Catholicus, Deo dilectæ Gentis Longobardorum Rex, anno, Deo propicio, Regni mei primo, pridie Calen. Martias, Indictione undecima, una cum omnibus Judicibus, &c.*; *Putearus*, l. c., pag. 66, &c.

(20) Aucto *Rotharis Edicto*, novus Rex, *Liuthprandus*, idem circa tempus, donationem *Alpium Cottiarum*, ab *Ariberto* Rege, an. 704, ut modo commemoravi, Romanæ Sedi factam, confirmaſſe legitur in Epiſtola *Oldradi*, Mediolanenſis Præſulis, ad *Carolum Magnum*, apud *Baronium*, Tom. VIII Annal., an. 712, §. 9, pag 742, ubi: *Primo Regni ſui anno donationem, quam B. Petro Aripertus Rex donaverat, confirmavit, ſcil. Alpes Cottias, in quibus Janua eſt, & quicquid ab eis Alpes, usque ad Galliarum fines, continebant, &c.* Conf. *Anaſtaſius*, in vita *Gregorii* 2, p. m. 96; *Paulus Diaconus*, lib. 6, cap. 13, pag. 438; *Marianus Scotus*, an. 715; *Albertus Stadenſis*, eodem anno, licet falſo; *Sigonius*, lib. 3, an. 716, pag. 96; *Nec multo poſt Huntrudam, filiam Theodeberti, Bajoariorum Ducis, apud quem exulaverat, in matrimonium duxit, &c.* Hæc Paulus, l. c., mox addens: *Poſt hoc tempus Pharoaldus, Spoletanorum ductor, Claſſe Civitatem Ravennatium invaſit, ſed, juſſu Regis Luitprandi, Romanis reddidit, &c.* Subſtitit quietus magnanimus hic Princeps, ad annum usque 724, quo, exorta, inter *Leonem Iſaurum* Imperatorem, & *Gregorium* 2, P. R., propter *Sanctorum Imagines*, quibus Cæſar inſultabat, gravi lite, civile bellum Italiam perturbavit. Audiamus *Theophanem*, ſeu *Auctorem Hiſtoriæ Miſcellæ*, lib. 21, §. 18: *Anno nono Imperii ſui cœpit impius Imperator, Leo, depoſitionis, contra ſanctas & venerabiles Imagines, facere verbum. Quod cum didiciſſet Gregorius, Papa Romanus, tributa Romanæ urbis prohibuit, & Italiæ, ſcribens ad Leonem Epiſtolam dogmaticam, &c.*; cujus tenorem exhibent *Baronius*, Tom. IX Annal., an. 726, §. 28, p. 70, &c., & *Vorburgius*, Vol. IX, eod. an., pag 268; Eandem litem exponens *Paulus Diaconus*, l. c., cap. 14, p. m. 439, ait: *Leo Imperator apud Conſtantinopolim Sanctorum Imagines depoſitas incendit. Romano quoque Pontifici idem facere, ſi Imperialem gratiam habere vellet, mandavit. Sed Pontifex id facere contempſit. Omnis quoque Ravennatenſis exercitus, & Venetiarum talibus juſſis, uno animo, reſtitere, &, niſi eos Pontifex prohibuiſſet, Imperatorem ſuper ſe conſtituere aggreſſi fuiſſent, &c.*; quæ *Regino*, lib. 1, an. 655, p. m. 18, repetit; ſic & *Anaſtaſius*, l. c., pag. 99: *Cognita vero Imperatoris nequitia, omnis Italia conſilium iniit, ut ſibi eligerent Imperatorem, & Conſtantinopolim ducerent; ſed compeſcuit tale conſilium Pontifex, ſperans converſionem Principis, &c.* Plura ſcribit *Sigebertus Gemblac.*, an. 728: *Gregorius Papa, quia Leonem Imperatorem incorrigibilem vidit, Romam, & Italiam, & Heſperiam totam ab Ejus Jure deſcire facit, & vectigalia interdicit, &c.* eodem ſtylo utuntur *Otto Friſing.*, lib. 5 *Chronic.*, cap. 18, p. m. 110; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 16 *Chronic.*, in vita *Leonis* Imp., p. 430; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad ann. 722, 724, 729, & 750, pag. 76 ad 78, & 86; *Albertus Stadenſ.*, an. 731; *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3 *Speculi Hiſtorialis*, lib. 23, cap. 149; *Zonaras*, Tom. 3 Annal., in vita *Leonis Iſauri, & Irenæ*, p. m. 138, & 141; *Sigonius*, lib. 3, de *Regno Ital.*, an. 726, pag. 103, & an. 727, p. 105; *Bellarminus*, lib. 5, de *Romano Pontifice*, cap. 8, §: *Quintum eſt, &c.*, p. m. 894, &c. De *Gregorio III*, P. R., idem aſſerit *Sigebertus*, ad an. 731, verbis: *Gregorius Romanæ Eccleſiæ 89 præſidet, qui & ipſe Leonem Imperatorem erroris redarguit, & Populum Romanum, & vectigalia Heſperiæ ab Eo avertit, &c.*, &, poſt eum, *Conradus Urſperg.*, in Chronico, p. m. 121; *Albericus*, an. 750, pag. 86; *Vincentius Bellovacenſis*, l. c.; *Martinus Polonus*, in vita *Gregorii* 3, p. m. 360; *Marſilius Patavinus*, de *Translatione Imperii*, cap. 5, apud *Schardium*, de *Jurisdict.*

Imper., p. m. 157; *Radulphus de Columna*, de *Translat. Imperii*, in vita *Leonis* Imper., ibid., pag. 163: *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum Germanorum*, cap. 1, ibid., p. m. 210; *Centuriatores Magdeburgici*, Centur. 8, cap. 6, p. m. 357; *Alii*. Totam licet hiſtoriam, minimum quoad defectionem Italiæ, & excommunicationis vinculum, quo dicti Pontifices *Leonem* Auguſtum innodaſſe perhibentur, valde dubiam reddant *Baronius*, Tom. IX Annal., an. 726, §. 26, p. 68; *Guilielmus Barclajus*, de *Poteſtate Papæ*, cap. 40, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarch.*, p. m. 687; *Joh. Barclaji Vindiciæ, pro Regib.*, *adverſus Bellarminum*, cap. 41, ibid., pag. 1125, &c.; Dn. *Du Pin*, de *Antiqua diſciplina Eccleſ.*, Diſſ. VII, pag. 508; aliique, ex rationibus, quod (1) in Epiſtolis *Gregorianis* ne veſtigium quidem de his reperiatur; (2) *Gregorius* 2 Epiſtolas ſuas annis Imperii *Leonis* conſtanter conſignaverit, vel ſola Ejus univerſali, ad omnes Chriſtianos, teſte, apud *Othlonum* Presbyterum, in vita *S. Bonifacii*, lib. 1, cap. 17, referente *Surio*, 5 Junii, p. m. 62, ubi: *Data Calend. Decembr., Imperante Domino piiſſimo Auguſto, Leone, Imperii Ejus anno ſeptimo, ſed & Conſtantini Imperatoris, Ejus filii, anno quarto, Indictione ſexta, &c.*, adeoque an. 723; add. *Baronius*, l. c., an. 723, §. 7, p. 36; *Vorburg.*, l. c., anno eodem, pag. 234; conf. ejusdem literas ad *S. Bonifacium*, an. 727, apud *Baronium*, l. c., an. 726, §. 48, pag. 93, & *Vorburgium*, l. c., anno eodem, p. 284, ita ſubſcriptas: *Data 10 Cal. Decemb., imperante Domino piiſſimo Auguſto, Leone, à Deo coronato magno Imperatore, anno X Imperii Ejus; ſed & Conſtantino Magno Imperatore, Regni Ejus anno ſeptimo, Indictione decima, &c.* De *Gregorio III* extat itidem Epiſtola ad eundem Bonifacium, *data 2 Cal. Novemb., imperante Domino piiſſimo Auguſto Leone, Imperii Ejus anno XXIII, ſed & Conſtantini Imperatoris, Ejus filii, anno XX, Indictione VIII*, apud *Othlonum*, l. c., cap. 32; *Surium*, l. c., pag. 66; *Baronium*, l. c., an. 739, §. 4, pag. 139; *Vorburgium*, l. c., anno eodem, p. 357, ut alia taceam; (3) *Carolus Magnus*, in Epiſt. ad *Conſtantinum* & *Irenem*, diſſidii, circa imagines, memor, Pontifices non niſi precibus eas defendiſſe, doceat; (4) *Paulus Diaconus*, *Anaſtaſius*, & alii, locis nominatis, Pontificem impediviſſe plane, quo minus Itali alium Imperatorem elegerint, ultro fateantur; (5) teſtimonia Græcorum iratorum in propria cauſa non valeant; certum tamen manet, commotam tunc totam *Italiam*, hacque occaſione *Liutprandum*, Longobardorum Regem, à Pontifice in auxilium vocatum, Exarchatum invaſiſſe; ita enim *Paulus*, l. c., pag. 439: *Eo tempore idem Liuthprandus, Rex, Ravennam obſedit, claſſem ejus invaſit, atque deſtruxit. Tunc Paulus Patricius Ravennam miſit, qui Pontificem interimerent. Sed Langobardis, pro defenſione Pontificis, repugnantibus, Spoletanis in Solariopara, &, ex aliis partibus, Langobardis Tuſcis reſiſtentibus, conſilium Ravennatium diſſipatum eſt, &c.* Erumpente ſic undique belli flamma, *Rex Liuthprandus Caſtra Æmiliæ, Fenoriarum*, (Feronianum) & *Montem bellum, Buxeta, & Perſiceta, Bononiam, & Pentapolim, Auximumque, & pari modo Sutrium pervaſit, &c.* Idem *Paulus*, l. c.; quæ omnia *Anaſtaſius*, l. c., pag. 98, & 99, *Regino*, l. c., & alii confirmant; Non diu autem durabat Langobardos inter & Papam amicitia, ex quo enim *Liuthprandus* Rex cognovit, Pontificem male ſecum agere, & novi Exarchæ *Eutychii*, occiſo *Paulo* ſurrogati, gratiam demeriturum, clam Venetos in ſe concitare, literis teſtibus, apud *Baronium*, l. c., §. 27, pag. 68, quas ad *Urſum*, Venetiarum Ducem, dabat, inter alia ſcribens: *Quia, peccato faciente, Ravennatum Civitas, quæ caput extat omnium, à nec dicenda Gente Longobardorum capta eſt, & filius noſter, eximius Dominus Exarchus, apud Venetias, ut cognovimus, moratur, debeat Nobilitas Tua ei adhærere, & cum eo, noſtra vice, pariter decertare, ut ad priſtinum ſtatum Sanctæ Reipublicæ, in Imperiali ſervitio Dominorum Filiorum noſtrorum, Leonis & Conſtantini, magnorum Imperatorum, ipſa revocetur Ravennatum Civitas, ut Zelo & amore ſanctæ fidei noſtræ, in ſtatu Reipublicæ, & Imperiali ſervitio, firmi perſiſtere, Domino cooperante, valeamus, &c.*, ipſum, ut hoſtem, perſequi cœpit; quid, Indictione XII, adeoque anno 729, in eum fuerit molitus, refert *Anaſtaſius*, l. c., pag. 100; *Eo vero tempore* (Indict. XII,) *ſæpius dicti Eutychius Patricius, & Luitprandus Rex inierunt conſilium nefarium, ut, congregatis exercitibus, Rex ſubjiceret Duces Spoletanum, & Beneventanum, & Exarchus Romam, &, quæ pridem, de Pontificis perſona, juſſus fuerat, impleret. Qui Rex, Spoletum veniens, ſuſceptis ab utriſque Ducibus ſacramentis, atque obſidibus, cum tota ſua cohorte in Neronis campum ſeceſſit, &c.* Romana vero expugnatio, corona militari urbe utut jam circumdata, omittebatur, Pontifice, flexis genubus, gratiam Regis efflagitante. Vid. l. c.; conf. *Sigonius*, lib. 3, an. 729, p. 105, &c.; *Baronius*, l. c., an. 729, §. 1, p. 106, &c.; *Vorburgius*, l. c., Vol. IX, h. a., p. 303; *Erycius Puteanus*, lib. 3 *Hiſtor. Inſubr.*, pag. 70, &c. Expeditionem hanc malè in annum 732 rejiciunt *Sigebertus*, h. a., & *Albericus*, h. a., pag. 79.

(21) Extincto, an. 731, *Gregorio* 2, ejusque locum obtinente *Gregorio* 3, P. R., acriter iterum controverſia, de *Imaginibus*, agitata eſt; ſummam recenſet *Anaſtaſius*, in ejus vita, pag. 102, &c.; *Albericus*, an. 733, pag. 79; *Baronius*, l. c., ann. 731, & 732, pag. 113, &c.; *Vorburgius*, l. c., ad eosdem annos, p. 314, &c. Jam longe alia. *Traſimundo*, Spoletanorum Duce, quem fœdus, cum dicto Pontifice ictum, elatiorem reddidit, imperata *Luitprandi* Regis detrectante, ortum eſt, anno 738, novum bellum; confeſtim exercitum in rebellem duxit Rex, cui longe impar *Traſimundus Romam* aufugit, tutelæque *Gregorii* Pontificis, & *Stephani*, Romanorum Ducis, ſe commendat. *Luitprandus* interim Spoletano potitus Ducatu, *Hildericum* nepotem Ducem præficit, rebusque ibi ordinatis, Legatos *Romam* mittit, *Traſimundum* ſibi dedi poſtulans, ar-

mis

mis injuriam vindicaturus, ſi petitis reluctarentur. Cum igitur (inquit *Anaſtaſius*, in vita *Zachariæ*, P.R., p. m. 107, &c.) *à Gregorio Papa, atque ab Stephano, quondam Patricio, & Duce, vel omni exercitu Romano prædictus Traſimundus redditus non fuiſſet, obſeſſione facta, pro eo, ab eodem rege, ablatæ ſunt à Romano Ducatu Civitates quatuor, id eſt, Ameria, Hortas, Polimartium & Blera. Et ſic idem Rex ad ſuum Palatium eſt reverſus, per menſem Auguſtum, Indictione ſeptima.* (adeoque an. ſequenti 739.) *Tranſimundus vero Dux, habito conſilio cum Romanis, collectoque generali exercitu Ducatus Romani, ingreſſi ſunt,* (ingreſſus eſt) *per duas partes, in fines Ducatus Spoletani ---- ſed dum idem Traſimundus, Spoletinus Dux, noluit implere, quæ prædicto Pontifici, & Patricio, ſimul & Romanis promiſerat, pro recolligendis quatuor Civitatibus, quæ pro eo perierant, & alia, quæ ſpoponderat Capitula, & prænominatus Rex ad motionem,* (Vorburgius, l. c., ad an. 742, pag. 383, legit: *Ad Tranſamundi monitionem*; ſed princeps hic adhuc hoſtis Regis erat) *contra Ducatum Romanum ſe præpararet, in his prædictis, b. m. Gregorius Papa, divina vocatione, ex hac luce ſubtractus eſt, &, divino nutu, prænominatus Sanctiſſimus Zacharias in Pontificatum eſt electus. Cui omnipotens Deus tantam contulit gratiam, ut etiam, pro ſalute Populi Romani, ſuam ponere animam non dubitaret, &c.* Conf. *Paulus Diaconus*, lib. 6 *Geſt. Longobard.*, cap. 15, pag. 441, &c.; *Sigebertus*, an. 738, & 739; *Albericus*, an. 738, & 739; *Martinus Polonus*, in vita *Gregorii III*, p. m. 360; *Platina*, in ejusdem vita, p. m. 99, *Luitprandum*, interceſſione *Caroli Martelli*, Francorum Principis, obſidium Romanum ſolviſſe, exiſtimans, quod & *Sigonius*, lib. 3, ad an. 739, pag. 111, & *Erycus Puteanus*, lib. 3 *Hiſtor. Inſubr.*, pag. 72, aſſerunt; meminit hujus Legationis *Fredegarius*, cap. 110 *Hiſt. Franc.*, p. m. 159, verbis notatu dignis: *Eo etenim tempore* (quo de Sarracenis *Carolus Martellus* triumphavit) *bis à Roma, Sede S. Petri Apoſtoli, B. Papa Gregorius claves venerandi Sepulchri, cum vinculis S. Petri, & muneribus magnis & infinitis, Legatione, quod antea nullis auditis aut viſis temporibus fuit, memorato Principi deſtinavit; eo pacto patrato: ut ad partes Imperatoris recederet, & Romanum Conſulatum Præfato Principi Carolo ſanciret. Ipſe itaque Princeps, mirifico ac magnifico honore, ipſam Legationem recepit, munera pretioſa contulit, atque magna præmia, cum ſuis ſodalibus miſſis, Grimonem, Abbatem Corvenſis monaſterii, & Syzobertum, recluſum Baſilicæ S. Dionyſii martyris, Romam, ad limina S. Petri & Pauli deſtinavit,* &c. conf. *Aimoinus*, lib. 4 *Geſt. Franc.*, cap. 57; eadem recitat *Vorburgius*, Vol. IX, ann. 739, pag. 355, legendum tamen cenſens: *ut à parte Imperatoris recederet*, loco: *ut ad partes Imperatoris recederet, &c.* Prima vero vice Pontificem fruſtra *Caroli* expectaſſe auxilia, luculenter docent, quas vice altera, obſidio jam ſoluto, ad eundem dederat, literæ, apud *Baronium*, Tom. IX, an. 739, p. 141, & *Vorburgium*, l. c., pag. 354, & 355; qui rectè erroris inde arguit *Platinam*, *Sigonium*, & reliquos, Pontificem, non niſi mediante *Carolo*, periculis liberatum, putantes; prohibuerat ſanè &; gratitudinis officium, quo minus *Carolus* remorans *Luitprandi* victoriis opponeret, utpote cujus copiis, auxilio miſſis, triumphum, de Sarracenis modò ductum, acceptum ferendum habeat. Vid. *Paulus Diaconus*, l. c., cap. 15, pag. 441: *Iterato Sarraceni Gallorum fines ingreſſi, usque ad Provinciam venerunt, &, capta Arelate, omnia circumquaque demoliti ſunt. Tunc Carolus Legatos, cum muneribus, ad Liuthprandum Regem mittens, ab Eo, contra Sarracenos, auxilium popoſcit. Qui nihil moratus, cum omni Langobardorum exercitu, in ejus adjutorium properavit. Quo comperto, Gens Sarracenorum mox ab illis Regionibus aufugit, &c.* Conf. *Fredegarius*, l. c., cap. 109, p. 158; *Sigebertus Gemblac.*, an. 738; *Conradus Urſpergenſ.*, p. 121, an. 739; *Chronogr. Sax.*, p. 112, an. 740; *Albericus, Monachus* trium fontium, p. 81, an. 738; ipſumque Ejus Epitaphium, in Baſilica B. Petri Apoſtolici, apud *Baronium*, l. c., an. 744, §. 23, p. m. 185:

Roma ſuas (Ejus) *vires jam pridem, milite multo*
Obſeſſa, expavit. Deinceps tremuere feroces
Usque Saraceni, quos diſpulit impiger, ipſos
Cum premerent Gallos, Carolo poſcente juvari, &c.

Add. *Baronius*, l. c., an. 740, §. 25, pag. 149; Id interim certum eſt, ab hoc tempore *Romanos* ab Imperatoribus, ægre Regiam tueri valentibus, ſe derelictos putare cœpiſſe, proptereaque peregrina imploraſſe Francorum auxilia; licet *Carolus* non ſtatim aures clamantibus præbuerit, querelas deſuper, flebili voce, repetente *Gregorio*, in literis, per *Authardum*, an. 740 tranſmiſſis, apud *Baron.*, l. c., ad h. a., pag. 147, &c., & *Vorburgium*, l. c., ad h. a., pag. 361, ubi circa finem: *Conjuro te, per Deum vivum, & verum, & per ipſas Sacratiſſimas claves Confeſſionis B. Petri, quas vobis ad Regnum direximus, ut non præponas amicitiam Regum Longobardorum amori Principis Apoſtolorum, ſed velociter, ſub nimia feſtinatione, ſentiamus, poſt Deum, tuam conſolationem, ad noſtram defenſionem, ut in omnibus Gentibus declaretur Veſtra fides, & bonum nomen; quatenus & nos, cum Propheta,* (Pſal. 19,) *mereamur dicere: Exaudiat Te Dominus, in die tribulationis, protegat Te nomen Dei Jacob, &c.*

(22) Ad plures abeunti *Gregorio III* ſucceſſit in Romano Pontificatu *Zacharias*, an. 741; vid. *Anaſtaſius*, l. c.; *Hermannus Contractus*, h. a.; *Baronius*, h. a., Tom. IX, §. 7. p. 151; De ſtatu rei publicæ iſtius temporis inquit *Anaſtaſius*, in ejus vita, p. 107: *Hic invenit totam Italiam* (Italiæ) *Provinciam valde turbatam, ſimul & Ducatum Romanum perſequente Luitprando, Longobardorum Rege, ex occaſione Traſimundi, Ducis Spoletini, qui in hac Romana Urbe, eodem Rege perſequente, refugium fecerat, &c.* Annum memorabiliorem adhuc red-

Digitized by Google

reddunt ultima *Leonis Iſauri* Imperatoris Conſtantinopolitani, & *Caroli Martelli*, Francorum Principis, fata. De *Leonis* obitu teſtis *Theophanes* ſcriptor coævus: *Regnavit Leo ab 8 Kal. April. Quinta decima Indictionis uſque ad Quartum decimum Kal. Julii, Nonæ Indictionis*, (adeoque 741) *cum regnaſſet annis 25, menſibus duobus, diebus viginti, &c. Caroli Martelli* deceſſum probant Auctores, præced. Tit. 2, §. 10, lit. q, v. 5. p. 212 adducti; queis addas *Annales Francorum Lambecianos*, lib. 2 *Biblioth. Vindobon.*, c. 5, p. 368, & 400; *Annales Maſciacenſes*, ap. *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.*, an. 741, p. 734; Chron. *Andegavenſe*, h. a., ibid., p. 283; *Leodienſe*, h. a., ibid., p. 335: *Rotomagenſe*, h.a., ib., p. 365; *Wezeliacenſe*, h.a., ibid., p. 394; aliosque multos, *Hepidanno*, apud *Goldaſtum*,* male annum 740 producente. Elato vix Imperatoris funere, oritur grave bellum in Oriente, inter filium Ejus, *Conſtantinum Copronymum*, qui, auctore *Theophane*, fuit Princeps *perniciosiſſimus, & ſerus, tyrannicè, nec legitime abuſus Imperio, - - - magicis maleficiis, & luxuriis, cruentisque ſacrificiis, & caballinis ſtercoribus atque lotio delectatus, mollitiebus, ac dæmonum invocationibus gaudens, atque omnibus, animas corrumpentibus, adinventionibus, à tenera ætate, connivens, &c.*, atque *Artabasdum*, defuncti Generum, quorum ille *Armeniæ*, hic *Conſtantinopoli* imperabat; vid. *Zonaras*, Tom. 3 Annal., in vita *Conſtantini Copronymi*, p. m. 139, &c.; *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 2 *Romanorum Principum*, in ejusdem vita p. m. 579; *Sigonius*, lib. 3, de *Regno Ital.*, an. 741, p. 112, &c.; *Baronius*, Tom. IX, an. 742, pag. 159, &c.; *Vorburgius*, Vol. IX, an. 741, p. 371, &c., & an. 742, p. 381, &c. Hac rerum facie, imminuit *Liuthprandus*, Longobardorum Rex, Romanis, ob receptum in tutelam *Traſimundum*, Ducem Spoletanum, cujus intuitu quatuor Civitates, Ducatui Romano ablatas, adhuc tenebat; *miſſa igitur Legatione, apud jam dictum Regem Longobardorum, ſalutaria Illi prædicavit*, (novus Papa, Zacharias) *Cujus ſancti Viri admonitionibus inclinatus, prænominatas quatuor, quas à Ducatu Romano abſtulerat, Civitates reddere promiſit. Dumque, motione Militum facta, ad comprehendendum Traſimundum, Ducem Spoletinum, conjungeret ſe, exhortatione ſancti Viri, exercitus Romanus, in adjutorium prædicti Regis, egreſſi ſunt*; (egreſſus eſt) *Et dum ipſe Traſimundus ſuam deceptionem conſpiceret, egreſſus à Spoletana Civitate, ſeſe prædicto tradidit Regi, &c.* Hæc *Anaſtaſius*, in vita *Zachariæ*, P. R., p. m. 107, & 108. Reſtitutione tamen quatuor oppidorum, quam Pontifex efflagitabat, nondum inde ſecuta, Pontifex *egreſſus ex hac Romana Civitate, cum Sacerdotibus & Clero, fiducialiter, & audacter, in locum Interamnenſium urbis, ubi in finibus Spoletinis ipſe reſidebat Rex - - - - divina perfuſus gratia, Deo placitus admonitionibus, Eum eſt allocutus, prædicans ei, ab hoſtili motione, & ſanguinis effuſione quieſcere, & ea, quæ pacis ſunt, ſemper ſectari. Cujus piis eloquiis flexus, & conſtantiam ſancti viri, & admonitionem admiratus, omnia, quæcunque ab eo petiit, per gratiam Spiritus Sancti, obtinuit, & prædictas quatuor Civitates, quas ipſe, ante biennium, per obſeſſionem factam, pro prædicto Traſimundo, Duce Spoletino, abſtulerat, eidem ſancto, cum eorum habitatoribus, redonavit Viro. Quas &, per donationem, firmavit, in Oratorio Salvatoris, ſito intra Eccleſiam B. Petri Apoſtoli, in ejus nomine ædificato. Nam & Sabinenſe Patrimonium, quod, per annos prope triginta, fuerat ablatum, atque Narnienſe etiam, & Auximanum, atque Anchonitanum, nec non & Numanatenſe, & Vallem, quæ vocatur magna, ſitam in territorio Sutrino, per donationis titulum, ipſi B. Petro, Apoſtolorum Principi, reconceſſit, & pacem cum Ducatu Romano ipſe Rex in viginti confirmavit annos, &c.* Sunt verba ejusdem *Anaſtaſii*, l. c., pag. 108, & 109; conf. *Sigebertus Gemblac.*, an. 742; *Albericus*, eod. an., pag. 82; *Sigonius*, lib. 3, ad annum eundem, p. 113, &c.; *Baronius*, Tom. IX, eod. an., §. 30, & 31, p. 168, & 169; *Vorburgius*, l. c., pag. 383, &c. Nondum vero Romanos, ætate iſta, Imperatorum ſe ſubduxiſſe Imperio, vel ipſius Pontificis *Zachariæ* teſtes ſunt literæ, an. 742, Indictione decima, (per errorem licet ſcribæ *undecimam* præ ſe ferant,) datæ, apud *Othlonum* Presbyterum, in vita *Bonifacii* Archi-Epiſcopi, lib. 2, cap. 2, Tomo IV *Lectionum Antiquarum Henrici Caniſii*, & *Surium*, 5 Junii, p. m. 71, nec non *Baronium*, l. c., §. 17, p. 164, & *Vorburgium*, l. c., pag. 392, ubi in fine: *Data Kal. Aprilis, Imperante Domino piiſſimo Auguſto, Conſtantino, anno vigeſimo quarto*, (ex quo cum patre cœpit regnare) *Imperii Ejus* (ſolius) *anno ſecundo, Indictione undecima, &c.* Conf. ejusdem literæ ad Herbipolenſem Epiſcopum, ap. *Baronium*, l. c., §. 17, p. 164. & *Vorburgium*, l. c., pag. 393: *Data Kalendis Aprilis, Imperante Domino Conſtantino Magno Imperatore, anno vigeſimo quarto, Imperii Ejus ſolius anno ſecundo, Indictione decima, &c.*; & aliæ, ad *Auſtrobertum*, Viennenſem Archi-Epiſcopum, apud *Baronium*, l. c., §. 30, p. 168: *Data Nonis Martii, Conſtantino Auguſto, anno Imperii Ejus primo, &c.*; manifeſto argumento, vel in ſpeciem duntaxat Pontificem ſupremam Auguſti *Conſtantini* Jurisdictionem tunc agnoviſſe; qua de re etiam *Zonaras*, l. c: *Civilia bella orta ſunt, & Romani ſeſe mutuis cædibus confecerunt; nam utrique* (Conſtantino Copronymo, ejusque affini Artabasdo) *ſuo Imperatori adhærebant, &c.* conf. Dn. *Conring.*, de *Germanor. Imperio Romano*, cap. 6, pag. 27 ad 29; Poſtea vero Papam mentem mutaſſe, docet ejus epiſtola ad *Bonifacium*, apud *Othlonum*, l. c., lib. 2, cap. 4, pag. 78, *Baronium*, l. c., ad an. 743, §. VII, pag. 171, & *Vorburgium*, l. c., eod. an., pag. 412, & 413, cujus ſubſcriptio *Artabasdum*, Imperatorem, *Conſtantini* antagoniſtam, ejusque filium, *Nicephorum*, celebrat, verbis: *Data decimo Kalendas Julii, Imperante Domino Artabasdo, à Deo coronato Magno Imperatore,*

anno

Digitized by Google

anno tertio, & Nicephoro, magno Imperatore, anno tertio, Indictione undecima, &c.; aliaque, ad eundem, apud *Surium*, l. c., pag. 79; *Baronium*, l. c., §. XI, p. 172, & *Vorburgium*, l. c., pag. 414; *Data Nonas Novembris, Imperante Piiſſimo Auguſto, Artabasdo, à Deo coronato Magno Imperatore, anno tertio, Patriciatus Ejus anno tertio; Sed & Nicephoro, Magno Imperatore, Ejus filio, anno tertio, Indictione XI, &c.* Idem innuunt, quæ in fine Capitulorum Synodi, hoc ipſo anno *Romæ* celebratæ, apud *Baronium*, l. c., §. 26, p. 176, & *Vorburgium*, l. c., pag. 410, leguntur: *Factum eſt hoc Concilium anno ſecundo Ardabasdi Imperatoris, nec non & Luithprandi Regis, anno trigeſimo ſecundo, Indictione XII, feliciter, &c.* Quibus ita ſe habentibus, *undecima Indictione*, (ergo an. 742) *dum nimium opprimeret prædictus Rex Provinciam Ravennatium, fuiſſetque præparatus ad motionem faciendam, & obſidendam Ravennatium Urbem, cognita motione ejusdem Regis, Eutychius, Excellentiſſimus Patricius & Exarchus, una cum Joanne, Archi-Epiſcopo Eccleſiæ Ravennatis, utque univerſo Populo prædictæ Civitatis, ac Civitatum Pentapoleos, & Æmiliæ, facta in ſcriptis obſecratione, prædicto Sancto miſerunt Viro,* (Zachariæ P. R.) *petentes, ut pro eorum curreret liberatione. Qui ſanctus Vir --- relicta Romana Urbe jam dicto Stephano, Patricio & Duci, ad gubernandum, non ſicut mercenarius, ſed ſicut verè paſtor, relictis ovibus, ad eas, quæ perituræ erant, redimendas occurrit --- vigeſima octava Die menſis Junii ad Padum convenit. Ubi & ad ſuſcipiendum eum Rex ſuos miſit Optimates, cum quibus Ticinum conveniens, ubi Ipſe reſidebat Rex, --- ab eodem Rege nimis honorifice ſuſceptus, ſalutaribus monitis Eum allocutus eſt, obſecrans, ne amplius Ravennatium Provinciam opprimeret, facta motione, ſed magis & ablatas Ravennatium Urbes ſibi redonaret, ſimul & Caſtrum Ceſeinacenſe. Qui prædictus Rex, poſt multam duritiam, inclinatus eſt fines Ravennatium Urbes dilatare, ſicut primitus detinebantur; & duas partes Territorii Ceſenæ Caſtri ad partem Reipublicæ reſtituit; tertiam vero partem de eodem Caſtro ſub obtentu retinuit, inito conſtituto, ut, usque ad Calend. Junii, dum Ejus miſſi à Regia reverterentur Urbe, idem Caſtrum, & tertiam partem, quam pignoris cauſa detinebat, parti Reipublicæ reſtitueret --- operatus eſt autem Deus mirabiliter, & Ravennatium atque Pentapolenſium populos ab oppreſſione, & calamitate, qua detinebantur, liberavit, &c.* Hæc *Anaſtaſius*, l. c., pag. 109 ad 111. Quid plura? Pontifice vix Romam reverſo, advolat nuncius, *Luithprandum* diem obiiſſe ſupremum. Vid. idem, l. c.; *Paulus Diaconus*, lib. 6, cap. ult., p. m. 443; *Sigebertus*, an. 742; *Albericus*, an. 743; *Sigonius*, l. c., an. eod., p. 115, & 116; *Baronius*, l. c., an. 744, §. 21, p. 184, &c.; *Erycius Puteanus*, lib. 3 *Hiſt. Inſubr.*, p. 72, & 73; *Vorburg.*, l. c., an. eod., pag. 421.

(23) Mortuum *Luitprandum* excepit nepos, *HILDEBRANDUS*, *Anaſtaſio*, l. c., pag. 112, ALDEPRANDUS dictus, moribundi avi deſignatus à Populo ſucceſſor, ab eoque, recuperata ſanitate, particeps factus Regiminis. Vid. *Paulus Diaconus*, lib. 6, cap. 16; aſt, non multo poſt, ſede pulſus. Defuncto enim *Luithprando, factum eſt gaudium, non ſolum Romanis, & Ravennatibus, ſed etiam Genti Longobardorum, quoniam & Aldebrandum, nepotem ſuum, quem ipſe reliquerat Regem, malivolum projecerunt de Regno, & RACHISUM, qui fuerat Dux,* (Forojulienſium,) *ſibi Longobardi elegerunt in Regem, &c.* Ita *Anaſtaſius*, in vita *Zachariæ*, P. R., pag. 112; Conf. *Sigebertus*, an. 742; *Albericus*, an. 743, p. 82; *Sigonius*, lib. 3, an. 744, pag. 117; *Erycius Puteanus*, lib. 3 *Hiſt. Inſubr.*, p. 73, &c.; *Baronius*, l. c., Tom. IX, an. 744, §. 25, p. 186, &c.; *Vorburgius*, Vol. IX, an. 745, pag. 438; Re vera *Rachiſum* an. 745 cœpiſſe, monet Prooœmium, reſtauratæ ab Eo & correctæ Longobardorum Legi præfixum, apud *Sigonium*, an. 746, p. 118; *Baronium*, l. c., an. 746, §. 6, p. 202; & *Vorburgium*, l. c., eod. an., pag. 451 ubi: *Ego, divino auxilio fretus, Rachis, præcellentiſſimus & eximius Princeps, anno Regni mei ſecundo, die Kalendarum Martiarum, Indictione Quartadecima, dum cum Gentis noſtræ, i. e. Longobardorum, Judicibus, tam de Auſtriæ, quam de Tuſciæ, vel Neuſtriæ finibus, univerſa, quæ à deceſſoribus noſtris ſtatuta ſunt, ſollicitè conſideraſſem, quædam ibi juſta, & quædam purganda cognovimus, &c.* Sanè, ſi *Indictio XIV*, annum denotans 745, reſpondeat *anno* Regni Ejus *ſecundo*, Eum anno præcedenti ſolium prima vice conſcendiſſe, omnino ſequitur. Adhuc ſacra erat, tunc temporis, Auguſti *Conſtantini*, *Romæ*, memoria; teſtantur hoc Actorum Synodi Romanæ, an. 746, initia, apud *Othlonum* Presbyterum, in vita *S. Bonifacii*, Lib. 2, cap. 4, Tomo IV *Lectionum antiquarum Henrici Caniſii*, & apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 71, nec non apud *Baronium*, l. c., an. 745, §. 22, p. 193, & *Vorburgium*, l. c., pag. 441: *In nomine Domini noſtri JEſu Chriſti, Imperante Domino piiſſimo Auguſto, Conſtantino Imperatore, Anno XXVI Imperii Ejus, menſe Octob., die 25, Indictione XIV, præſidente Sanctiſſimo Domino, Zacharia Papa, in Patriarchio Lateranenſi, &c.* Huc inſuper facit ſubſcriptio laudati Papæ literarum ad *S. Bonifacium*, apud *Othlonum*, l. c.; *Surium*, l. c., p. 74; *Baronium*, l. c., §. 45, p. 199; & *Vorburgium*, l. c., pag. 447; ibi: *Data pridie Calend. Nov., Imperante Domino Auguſto Conſtantino, Anno XXVII Imperii Ejus, Indictione XIV, &c.*; Ut & epiſtola ejusdem ad eundem, ap. *Baronium*, l. c., an. 748, §. XII, p. 210, & *Vorburgium*, l. c., an. eod., p. 467, in cujus calce habetur: *Datum Kalendis Maji, imperante piiſſimo Auguſto, Conſtantino, anno XXIX Imperii Ejus, Indictione prima*, id eſt, an. 748; add. alia ex *Othlono*, l. c., apud *Surium*, l. c., pag. 74: *Data Nonis Januariis, Imperante Domino NOSTRO Auguſto, Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, Imperii Ejus anno VI,*

Indictione XV, &c. Aliam Exhibet *Othlonus*, l.c., apud *Surium*, l.c., p. 80, *Baronium*, l. c., an. 751, §. XIV, p. 219, & *Vorburgium*, l. c., an. eod., pag. 493, cum hac inſcriptione: *Data pridie Nonas Novembris, Imperante Domino Auguſto Conſtantino, Imperii Ejus anno XXXII*, (Vorburgii exemplar hic annexum habet: *a tempore, quo cum Patre regnavit, numerando*) *indictione Quinta, &c.* de aliis vid. *Othlonum*, l. c., apud *Surium*, l.c., pag. 81; *Baronium*, l. c., §. XV, & XVII, p. 220; *Vorburgium*, l. c., p. 493, & 494. Ex quibus literis conſtat, è medio ſublato *Artabasdo, Pontificem ad Conſtantinum rediiſſe.* Subſtitit ita res ad annum usque 749, quo, Imperatore bello Saracenico adhuc occupato, *Rachis Rex, exemplum deceſſoris ſui ſequutus, ut Regni fines amplificaret, pacis ſtudia, quæ adhuc ſumma cum ſua laude coluerat, intermiſit, ac, paratis armis, Pentapoli bellum intulit, atque, Oppidis ejus plerisque primo adventu captis, demum etiam in Ducatum Romanum, Pontificiamque ditionem trajecit, ac Peruſiam acri premere obſidione inſtituit, Imperatore longe remoto, atque omnino à rebus Italiæ, ut videbatur, averſo: Exarcho vero parum nervorum, ad Ravennæ fines tuendos, ne dum ad longinquiores protegendos, habente, Zacharias, ut ſerpens adverſus ſe incendium propulſaret, quod armis non poterat, auctoritate ſibi tentandum exiſtimavit. Itaque, decoro Optimatium comitatu aſſumpto, Urbe egreſſus, Rachim in Caſtris Peruſinis convenit, ac benigne ab eo exceptus, ita agere cum illo cœpit, ut - - - Rachis, religione perfuſus, non ſolum à Peruſiæ oppugnatione receſſerit, ſed etiam Oppida Pentapolis occupata reddiderit. - - - -* (annoque 750) *repentino Religionis amore flagrarit, ac Regno ſe abdicarit, & Clericus factus, ipſe cum uxore,* (Theſia) *& filia*, (Ratruda) *Monaſticæ ſe vitæ devoverit, &c.* Hæc *Sigonius*, lib. 3, de *Regno Ital.*, ad ann. 749, & 750, p. 119, & 120; de quibus vid. *Anaſtaſius, in vita Zachariæ*, p. m. 113, & 114; *Leo Oſtienſis, Chron. Caſſin.*, c. 8; *Sigebertus Gembl.*, an. 749; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. 750, pag. 87; *Erycius Puteanus*, lib. 3 *Hiſt. Inſubr.*, p. 73, & 74; *Baronius*, l. c., an. 750, §. 1, & 2, p. 214; *Vorburgius*, l. c., an. 749, p. 472, 473, 476, 477, & an. 750, p. 482, & 483.

(24) *Longobardi, ſimul ac, Rachim abdicaſſe Regno ſe, audiverunt, Comitiis habitis, AISTULFUM, fratrem, ei ſubſtituerunt - - - is, initio Regni, fratrem imitatus, ſingulare pacis, atque Eccleſiæ ſtudium præ ſe tulit. Nam & fœdus cum Pontifice Zacharia, id ipſum poſtulante anxiè, renovavit, &c.* Sunt verba *Sigonii*, lib. 3 *Regn. Ital.*, an. 750, p. 121; Biennio poſt, extincto *Zachariæ* Pontifici ſuccedens *Stephanus* 2, aliis 3, cum eodem inducias 40 annorum contrahit, de quibus *Anaſtaſius*, in vita ejus, p. m. 116, ait: *Dum magna perſecutio, à Longobardorum Rege, Aiſtulfo, in hac Romana Urbe, vel ſubjacentibus ei Civitatibus, extitiſſet, & vehemens ejusdem Regis ſævitia immineret, illicò isdem Beatiſſimus Papa, tertio Apoſtolatus ordinationis ſuæ menſe, diſponens ſuum Germanum, ſanctiſſimum ſcil. Paulum Diaconum, atque Ambroſium Primicerium, plurimis cum muneribus, ad eundem Longobardorum Regem, Aiſtulphum, ad pacis ordinandum atque confirmandum fœdera, miſit. Qui præfati Viri, ad eum convenientes, impartitis muneribus, quo facilius eadem pro re apud eum impetrarent, in quadraginta annorum ſpatia pacis fœdus cum eo ordinantes confirmaverunt, &c.* Conf. *Sigebertus*, an. 752; *Albericus*, an. 753, p. 90; *Sigonius*, lib. 3 *Ital.*, an. 752, p. 122; *Erycius Puteanus*, lib. 3 *Hiſt. Inſubr.*, p. 74; *Baronius*, Tom. IX Annal., an. 752, §. XIII, pag. 226; *Vorburgius*, Vol. IX, an. eod., pag. 506, &c. Gentis autem more, in ſpeciem modo, fœdus hoc pepigerat, ut eo tutius Italia potiretur, *Conſtantinum* Imperatorem, bello cum Armeniis detentum, impeditumque peſtilentia, totam Græciam Aſiamque urente, opem in tempore nec ſanctorum imagines, quarum cultum dudum jam Orientales ſuperſtitioſum vocabant, venerantibus laturum, nec multum Provincias, à Romanis Pontificibus, non uno artificio, occupatas, curaturum, ratus. Exarchatum igitur invaſit, & quidem tanta vi, ut *Eutychius*, Exarcha, omni deſtitutus auxilio, *Ravennam*, viris opibusque ſuperiori bello exhauſtam Urbem, dedere cogeretur, in Græciam ſe recipiens. Qua capta, nullo negotio cætera quoque Exarchatus Pentapoleosque oppida in ditionem irrumpentis hoſtis venerunt; talisque fuit Præfecturæ iſti finis, quæ ſuperbè, per ducentos ferè annos, Italiæ imperaverat. Confecta expeditione, ſalva fide, fœdus quadraginta annorum, ante quatuor menſes cum Pontifice percuſſum, vel propterea rumpi poſſe, exiſtimabat, quod, ex antiquo inſtituto, Ravennatenſes Exarchæ & *Romanis* præeſſe debeant; conſequenter, ſe quoque, Exarchatu in ordinem jam redacto, *Romanos* ſubditos habere, æquum eſſe interpretabatur. Nec diu moratus, Romanæ Ditioni milite obducto, *Narniam* expugnat. Indeque ad Pontificem, veluti malæ fidei poſſeſſorem, mittit, qui arma minarentur, malaque cuncta, non ſponſuris Romanis, aureum ſolidum quotannis ſe, pro cujusque capite, ipſi depenſuros. Aſperitate denunciationis permotus Pontifex continuò ablegat, multis cum muneribus, qui *Aiſtulphum* ad fœdus ſervandum hortarentur; verùm, rejectis Legatis & muneribus, priora urget Rex; *tunc præfatus Sanctiſſimus Vir, agnito maligni Regis conſilio, miſit in Regiam Urbem ſuos Miſſos & Apoſtolicos, afflatus cum Imperiali Miſſo*, (Johanne, Silentiario) *deprecans Imperialem Clementiam, ut, juxta quod Ei ſæpius ſcripſerat, cum exercitu, ad tuendas has Italiæ partes, modis omnibus adveniret, &, de iniquitatis filii morſibus, Romanam hanc Urbem, vel cunctam Italiam Provinciam liberaret, &c.* Hæc *Anaſtaſius*, l. c., pag. 117. Anno ſequenti 753, revertente in Italiam *Johanne, Silentiario*, cum literis Cæſareis ad Regem, & Pontificem, Longobardus nihil aliud reſpondit, quam, ea de re ſe Nuncium ad Imperatorem miſſurum. Interim Caſtra ditionis Romanæ capere, ferro igne-

que

Digitized by Google

que agros villasque vaſtare, & incolas in ſervitutem abſtrahere cœpit; deinde Urbi ipſi admoto exercitu, Pontifici & Romanis, excidii ſub pœna, deditionem denuo imperat. Hac rerum facie, vocatis in concionem Romanis, iisque conſentientibus, *Cernens*, ut *Anaſtaſius*, l. c., pag. 119, loquitur, Pontifex, *ab Imperiali potentia nullum eſſe ſubveniendi auxilium*, clam fidum ad ſe hominem accerſit, eumque, peregrino habitu, ne à Longobardis interciperetur, in Galliam veſtitum deſtinat, *Pipini*, nuper demum *Zacharia* Pontifice multum eò contribuente, ſolium Regni Francici conſcendentis, opem implorans. Paulo poſt advolat *Pipini* Legatio, una cum *Johanne, Silentiario*, Imperatori placere, narrante, ut ipſe Pontifex ad Regem iret, quantumque precibus & auctoritate proficere valeret, experiretur. His itaque Comitibus, *Papiam* adit *Stephanus*, prohibente vero ſtatim *Aiſtulpho*, *Ravennam*, aut Exarchatum, aliave occupata Reipublicæ loca à ſe repeti, infecto negotio, cum dictis Legatis, veniam hanc à Rege ei procurantibus, in Franciam proficiſcitur, & à *Pipino*, quicquid vult, obtinet; anno enim 754 Princeps hic, compenſaturus ſimul Pontificis, *Carolum* & *Carolomannum*, filios ſuos, inaugurantis, benevolentiam, fuſis, in Alpium faucibus, Longobardis, tanta fortunæ gratia Italiam cum exercitu ingreſſus eſt, ut *Aiſtulfum* ad contrahendam pacem compelleret, vi cujus, Exarchatus, cum *Ravenna*, *Pentapoli*, locisque reliquis, durante bello captis, à Longobardis redderentur, inſuperque quadraginta darentur obſides, in Franciam deducendi. Quibus juramento firmatis, rediit *Pipinus* domum, & Papa *Romam*. Vid. *Eginhartus*, in Vita *Caroli Magni*, ap. *Freherum*, p. 435; *Anaſtaſius*, l. c., p. 119 ad 124; *Annal. Francor. Nazariani*, ad an. 753, apud *Freherum*, p. m. 87; *Laureshamenſis*, ap. *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Vindobon. Biblioth.*, p. 370, §. XV ad XIX; *Revelatio, facta Stephano Papæ*, ap. *Surium*, 9 Octob., p. 130; *Annal. Francor. Reuberiani*, an. 754, & 755, p. 16, & 17; *Annal. Fuldenſes Freheriani*, an. 753, & 754; *Annal. Pithœani*, ann. 753, & 754, p. 6; *Fredegarius*, in *Chronico*, apud *Freherum*, p. m. 161; *Adelmus*, *Annal. Franc.*, 753, 754, & 755, ibid., p. 383, & 384; *Regino*, an. 753; *Marianus Scotus*, an. 755, & 754; *Wilhelmus Malmesbur.*, Hiſt. Angl., lib. I, p. 25; *Hermannus Contract.*, an. 754; *Sigebertus Gemblac.*, an. 753; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. 438, & 440; *Otto Friſing.*, lib. 5 *Chronic.*, cap. 22, ad an. 753, & cap. 25, an. 755, p. 112, & 113; Monachus *Herveldenſis*, an. 753, & 754, ap. *Schardium*, Tom. 1 *Script. Rer. German.*, p. 372; *Chronographus Saxo*, an. 754, & 755, p. 117, & 118; *Annal. Hildeshemenſes*, an. 754, & 755, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, p. 712; *Conradus Urſpergenſis*, an. 754, & 755, p. 123, & 124; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, an. 753, & 754, p. 92, &c.; *Albertus Stadenſ.*, an. 755; *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3 *Spec. Hiſtor.*, lib. 33, cap. 156; *Platina*, in vita *Stephani* 2, p. m. 102; *Sigonius*, lib. 3 *Ital.*, an. 753, & 754, p. 123 ad 128; *Baronius*, Tom. IX *Annal.*, ann. 753, & 754, p. 228, &c.; *Vorburgius*, Vol. IX, ad eosd. annos, p. 516 ad 548.

(25) *Cum ab invicem eſſent ſegregati, ſolitum in perjurii reatum infidelis ille Aiſtulphus, Longobardorum Rex, incidens, quod jurejurando promiſit, reddere diſtulit. Dum enim ſæpefatus Sanctiſſimus Papa conjungeret Romam, poſt aliquanti temporis ſpatium furore vehementi repletus adverſarius ille, & ſuæ animæ inimicus, Aiſtulphus, Deo ſibi contrario, non ſolum quia ea, quæ promiſerat, minime adimplevit, ſed etiam & generalem faciens commotionem, cum univerſo Regni ſui Longobardorum populo, contra hanc Romanam venit Urbem, quam, per trium menſium ſpatia, obſidens, atque ex omni circundans parte, quotidiè fortiter eam expugnabat; omnia, quæ erant extra Urbem, ferro & igne devaſtans, atque funditus demoliens, conſumſit.* Hæc *Anaſtaſius*, in vita *Stephani* 3, p. 124; Flebiles hinc miſit literas Pontifex in Galliam, quarum tenor apud *Centuriatores Magdeburgicos*, Cent. VIII, Cap. X, p. m. 707, &c., *Baronium*, Tom. IX, an. 755, §. X, &c., p. 248, &c., *Vorburgium*, Vol. IX, eod. an., p. 553, &c., &, nonnullis mutatis, apud Dn. *Du Chêne*, Tom. 3, p. 715, unde ſua hauſit Dn. *Werholf*, *Jur. Publ. Enucl.* cap. 2, §. XI, p. 37; Inſcriptio hæc eſt: *Dominis Excellentiſſimis, Pipino, Carolo, & Carolomanno, tribus Regibus, & NOSTRIS ROMANIS PATRICIIS, ſeu omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Presbyteris & Monachis, ſeu glorioſis Ducibus, Comitibus, vel cuncto exercitui Regni & Provinciæ Francorum, Stephanus Papa, & omnes Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, ſeu Duces, Chartularii, Comites, Tribum tenentes, & univerſus Populus, & exercitus Romanorum, omnes in afflictione poſiti.* Jam ſequitur initium ipſum: *Quanta luctuoſa & amariſſima triſtitia circumvallati, quantaque anxietate atque anguſtia coarctati ſimus, & quantas, crebreſcentibus continuis malis, oculi noſtri deſtillantes profundant lacrymas, credimus, quod & ipſa omnium elementorum ſegmenta enarrent, &c.* Ex contextu notandæ formulæ: *Dilectiſſimi nobis, peto vos, & tanquam præſentialiter aſſiſtens, cum divinis myſteriis, conjuro, coram Deo vivo & vero, & Ejus Principe Apoſtolorum, B. Petro, ut, ſub nimia feſtinatione, nobis ſubveniatis, ne pereamus: cum, poſt Deum, in manibus veſtris noſtras omnium Romanorum commiſimus animas. Non nos derelinquatis: Sic non vos derelinquat Dominus in omnibus veſtris actibus. Non nos ſpernatis: Sic non vos ſpernat Dominus, Ejus invocantes potentiam. Ne elongetis à nobis auxilium veſtrum, Chriſtianiſſimi: Sic non elonget Dominus auxilium ſuum à vobis, dum ingreſſi fueritis, contra inimicos veſtros, ad dimicandum. Adjuvate nos, ſub magna velocitate, dilectiſſimi nobis, occurrite, occurrite, & ſubvenite nobis, antequam gladius inimicorum ad cor noſtrum pertingat. Peto vos, ne pereamus: Ne quando dicant Gentes, quæ in cuncto orbe Terrarum ſunt: Ubi eſt fiducia Romanorum, quam, poſt Deum, in Regibus & in Gente Francorum habebant? Ne*

nos permittatis perire, & ne differatis nobis ad ſolatia dandum, nec à veſtro ſeparetis auxilio . . . audite nos, dilectiſſimi, audite nos, & ſubvenite nobis. Ecce, adeſt tempus ſalvandi nos: Salvate nos, antequam pereamus, Chriſtianiſſimi . . . . . Conſiderate, dilectiſſimi! & omnino percogitate, per Deum vivum vos conjuro, quoniam, poſt Deum, & Ejus Principem Apoſtolorum, noſtræ omnium Romanorum animæ in vobis pendent . . . . Conjuro vos, per Deum vivum & verum, ut nequaquam amplius diſcredatis noſtras afflictiones . . . . ſed magis magisque vos, ut prædictum eſt, conjuramus, per Patrem, & Filium, & S. Spiritum, Trinitatem indiviſam, ut noſtras tribulationes, & anguſtias, atque dolores, & deſolationes credere, ſine qualibet ambiguitate, jubeatis, (debeatis) & nobis, propter Deum, ſubvenire, & ad liberandum nos, de manibus Longobardorum, inimicorum noſtrorum, nimis feſtinanter occurrere jubeatis, ut fructum afferentes copioſum, vita æterna, intercedente B. Petro, perfrui mereamini, &c. His, aliiſque ſimilibus, in quibus ipſe D. Petrus clamans ſiſtitur, ceu, ex Centuriatoribus Magdeburgicis, Cent. VIII, cap. 10, p. 711, &c., Baronio, l. c., §. XVII, &c., p. 251, &c., & Vorburgio, l. c., pag. 554, &c., ad confuſionem omnium, qui infinitam potentiam D. Petro affingunt, nec tamen propria tueri valentem hic fatentur, diſcendum, Pipino transmiſſis, Rex iterum cum exercitu Italiam intravit, & Aiſtulphum, in Papia Civitate ſe includentem, obſedit, & obſidione ad impletionem promiſſorum ſuorum compulit, redditamque ſibi Ravennam, & Pentapolim, & omnem Exarchatum, ad Ravennam pertinentem, ad Sanctum Petrum tradidit. Atque, his peractis, in Galliam eſt reverſus. Haiſtulphus autem, poſt abſceſſum Ejus, cum meditaretur, quomodo non tam impleret promiſſa ſua, quam doloſe ea, quæ impleta fuerunt, commutaret, in venatione, de equo ſuo caſu prolapſus eſt, atque, ex hoc ægritudine contracta, intra paucos dies, vivendi terminum fecit. Cui DESIDERIUS, qui Comes ſtabuli Ejus fuerat, ſucceſſit in Regnum, &c. Sunt verba Adelmi Benedictini, in Annal. Franc., ad an. 756, p. m. 384, conſentientibus Anaſtaſio, in vita Stephan. 3, p. 124 ad 127, recenſente ſimul reſtituta loca p. 126; ibi: De quibus omnibus receptis Civitatibus, donationem in ſcriptis, à B. Petro, atque à S. Romana Eccleſia, vel omnibus in perpetuum Pontificibus Apoſtolicæ Sedis, miſit, poſſidendam, quæ & usque hactenus in Archivo Sanctæ noſtræ Eccleſiæ recondita tenetur. Ad recipiendas vero ipſas Civitates, miſit ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex ſuum Conſiliarium, id eſt, Fulradum, Venerabilem Abbatem & Presbyterum . . . prænominatus autem Fulradus, Venerabilis Abbas & Presbyter, Ravennatium partes, cum miſſis jam fati Aiſtulphi Regis, conjungens, & per ſingulas ingrediens Civitates, tam Pentapoleos, quam & Æmiliæ, easque recipiens, & obſides per unamquamque auferens, atque Primates ſecum, una cum clavibus Portarum Civitatum, deferens Romam conjunxit; & ipſas Claves tam Ravennatium Urbis, quam diverſarum Civitatum ipſius Ravennatium Exarchatus, una cum ſupraſcripta donatione, de eis a ſuo Rege emiſſa, in confeſſione B. Petri ponens, eidem Apoſtolo, & ejus Vicario, Sanctiſſimo Papæ, atque omnibus ejus ſucceſſoribus Pontificibus, perenniter poſſidendas, atque diſponendas, tradidit, id eſt: Ravennam, Ariminum, Piſaurum, atque Fanum, Ceſenas, Senogallias, Eſium, Forum Pompilii, Forum Livii, cum caſtro Suſſubio, Montem Feretri, Acerragio, Montem Lucari, Serram, Caſtellum Sancti Mariani, Bobrum, Urbinum, Callium, Luculos, Eugubium ſeu Comiaclum, nec non & Civitatem Narnienſem, quæ a Ducatu Spoletino, à parte Romanorum, per evoluta annorum ſpatia, fuerat invaſa, &c.; Fredegario, in Chron., apud Freherum, p. m. 162; Annal. Francor. Nazarianis, apud Freherum, pag. 87, ad an. 755; Eginharto, in vita Caroli Magni, apud Freherum, p. m. 435; Annalib. Francor. Laureshamenſ., apud Lambecium, lib. 2 Comment. Biblioth. Vindob., cap V, §. XX, & XXI, pag. 370; Annalib. Pithœanis, an. 755, 756, & 757, p. 6, & 7; Reuberianis, an. 756, pag. 17; Fuldenſibus, an. 755, 756, & 757; Reginone, an. 755; Adone Viennenſi, ætat. 6, p. m. 215; Ivone Carnotenſi, pag. 53, licet, Stephani loco, Zachariam Pontificem nominet; Hermanno Contracto, an. 755, & 756, p. m. 398; Mariano Scoto, an. 754; Leone Oſtienſi, lib. 1 Hiſtor. Caſſin., cap. 7; Sigeberto, an. 755, & 756; Gotfrido Viterbienſi, part. 17 Chron., p. 441, & 442; Ottone Friſing., lib. 5 Chron., cap. 25, p. 113; Chron. Saxone, an. 756, p. 118; Alberico, an. 756, & 757, p. 95, & 96; Annalib. Hildeshem., apud Ill. Leibnitium, de Scriptorib. Rer. Brunſ., pag. 712; Conrado Urſpergenſi, an. 756, & 757, p. m. 124; Alberto Stadenſi, ad eosdem annos; Vincentio Bellovacenſi, part. 3 Spec. Hiſtor., lib. 23, cap. 158; Lupoldo de Babenberg, de Zelo veterum Principum Germanor., cap. 5, apud Schardium, de Juriſd. Imper., p. m. 217; Martino Polono, in vita Conſtantini, LXIX Imperat., p. m. 361; Marſilio Patavino, de Translatione Imperii, cap. 7, ap. Schardium, l. c., pag. m. 158, & Goldaſtum, Tom. 2 Monarch., p. 150, & 151; Nicolao Cuſano, de Concordantia Catholica, lib. 3, cap. 2, apud Schardium, l. c., pag. 357: Radulpho de Columna, de Tranſlatione Imperii, in vita Stephani 2, apud eundem, p. 164, & apud Goldaſtum, Tom. 2 Monarchiæ, p. 88; Platina, in Ejusdem vita, p. m. 102; Sigonio, lib. 3 Regn. Ital., ann. 755, & 756, p. 128 ad 130; Baronio, l. c., ad ann. 755, §. XXIV, &c., & 756, §. 1, &c., pag. 253 ad 262; Eryco Puteano, lib. 3 Hiſt. Inſubr., pag. 75, & 76; Vorburgio, l. c., an. 755, p. 559, &c., & 756, p. 569, &c.; &, ex Proteſtantibus, Lehmanno, lib. 3 Chron. Spir., cap. 23, pag 230, & 231; Conringio, cap VI, de Imperio Germanorum Romano, §. 6, p. 29, &c.; Schiltero, de Libertate Eccleſiar. German., lib. 2, cap. 9, §. 9, pag. 200, &c. Hæcque eſt decantatiſſima illa donatio Pipini, quam tanto encomio Romana celebrat Eccleſia. Miror ergo,

(1) for-

(1) formulam ejus neminem hactenus produxiſſe, quo conſtet: Quid? Quo tempore? & Quomodo donatum ſit? *Anaſtaſio* interim, *Sigonio*, *Baronio*, aliisque conſtanter aſſerentibus, documentum hoc in ſcriniis Romani Præſulis conſervari; Ipſe *Stephanus* 2, Papa, in literis ad *Pipinum*, ejusque filios, an. 755, ejus meminit, apud *Baronium*, l.c., ad h. a., §. 5, pag. 247: *Quæ per donationem B. Petro offerenda promiſiſtis, Ei poſſidenda contradere debeatis, &c.*; & §. 6: *Sicut chirographariam Veſtram Donationem Princeps Apoſtolorum firmiter tenet, ita neceſſe eſt, ut ipſum chirographum explicatis, &c.*; & Paulo poſt: *Velociter, & ſine ullo impedimento, quod B. Petro promiſiſtis, per Donationem Veſtram, civitates & loca, atque omnes obſides, & captivos B. Petro reddite, &c.*; conf. *Vorburg.*, l.c., eod. an., p. 552; (2) à nonnullis latioribus terminis eam extendi, *Leone Oſtienſi* teſte, qui, l.c., ait: *Fecit autem idem inclytus Rex, una cum filiis, conceſſionem B. Petro, ejusque Vicario, de Civitatibus Italiæ, & Territoriis, per deſignatos fines, à Lunis, cum Inſula Corſica, inde Suranum, inde in montem Bardonem, Vercetum, Parmam, Regium, Mantuam, & Montem Silicis, ſimulque univerſum Exarchatum Ravennæ, ſicut antiquitus fuit, cum Provinciis Venetiarum & Iſtriæ, cunctumque Ducatum Spoletanum & Beneventanum. Eamque donationem manu propria & filiorum, plurimorumque Judicum & Optimatum ſubſcriptione roboravit. Demum idem Rex, una cum Romano Pontifice, in Italiam veniens, Ravennam, & alias viginti civitates, eidem Aiſtulpho memorato ſublatas, Apoſtolicæ ſedi ſubjecit, cujus rei gratia Romanus Patricius conſtitutus eſt, &c.*; quæ totidem verbis repetunt *Baronius*, l.c., an. 755, §. 27, pag. 254, & *Vorburgius*, l.c., eod. an., pag. 559, & 560; (3) *Ottonem III*, Imperatorem, Præceptori quondam ſuo, *Sylveſtro* 2, P. R., non ſolum, *tanquam de ſuo*, & *ex propria liberalitate*, dono dediſſe octo Comitatus, ſcil. *Piſaurum*, *Fanum*, *Senogalliam*, *Anconam*, *Foſſabrum*, *Callium*, *Heſium*, & *Auſimum*, ad *Pentapolim* ſpectantes, (ut præced. v. 11, p. 334, dictum,) à *Pipino*, ut volunt, jam D. *Petro* traditam, ſed & præcedentes Donationes pro *imaginariis* habuiſſe; ſcribendo: *Spretis ergo commentitiis præceptis, & imaginariis ſcriptis, ex Noſtra liberalitate, S. Petro donamus, quæ Noſtra ſunt: non ſibi, quæ ſua ſunt, veluti noſtra, conferimus. Sicut enim, pro amore S. Petri, Dn. Sylveſtrum, Magiſtrum noſtrum, Papam elegimus, &, Deo volente, ipſum Sanctiſſimum ordinavimus, & creavimus: ita, pro amore ipſius Dn. Sylveſtri Papæ, S. Petro, de publico noſtro, dona conferimus, ut habeat Magiſter, quod Principi noſtro, Petro, à parte ſui diſcipuli, offerat. Octo igitur Comitatus, pro amore Magiſtri noſtri, Dn. Sylveſtri Papæ, S. Petro offerimus & donamus, ut, ad honorem Dei & S. Petri, cum ſua & noſtra ſalute, habeat & teneat, & ad incrementa ſui Apoſtolatus, noſtrique Imperii ordinet. Hos autem ſibi ad ordinandum concedimus: Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Foſſabrum, Callium, Heſium, & Auſimum, &c.*; quam chartam apud Authores legas, præc. pag. 63, voc: *Ottonis III*, adductos. Conf. *Lehman.*, l.c., lib. 5, cap. 15, p. 401, & *Conring.*, diſſ. de *Imperatore Romano-Germanico*, §. 22, p. m. 42. (4) Diſputari video donationis naturam; ſummum Imperium inde vindicant Romano Pontifici ejus Majeſtatis cauſidici; *Bodinus* contrà, lib. 2, de *Republ.*, cap. 2, p. m. 206, inquit: *Tum quidem* (cum Francos auxilio vocaſſet) *Pontifex ipſe, ſi Pipinus Longobardos ſubegiſſet, Exarchatum Ravennæ ſibi, fiduciæ nomine, pactus erat, id eſt, tredecim urbes, & Pentapolim Provinciam, quæ urbibus ſexdecim continebatur. Parta victoria, Pipinus, ut promiſſum impleret, harum Urbium claves ſacris D. Petri altaribus impoſuit, prius tamen utriusque Provinciæ Dominatum, ac Jura Majeſtatis ſibi, poſterisque ſuis, ac Romani Pontificis deinceps eligendi poteſtatem ſibi reſervarat: quibus rebus non modo libenter Pontifex annuit, ſed etiam, ut Pipinus Imperatorem ſe appellaret, pene perſuaſit, qua appellatione nemo, exceptis Conſtantinopoleos Imperatoribus, utebatur, &c.* (5) Conſiderandum & hoc eſt, *Pipinum* ne quidem facultate donandi fuiſſe præditum; cum res donatæ non ejus fuerint, cui auferebantur, ſed Cæſaris, quo cum nihil negotii habuit; imò, ne quidem legitimi belli titulo, *Aiſtulphus* Longobardus iis potitus erat, ſed tempore, quo, creſcentibus, ob ſpretum ab Orientalibus Imaginum cultum, in Italia turbis, Pontificis Romani, ejusque aſſeclarum animi acerbiores in Imperatorem reddebantur, temeraria Romani Imperii occupandi cupiditate inflatus, Imperatore reſiſtendi viribus deſtituto, eas ad ſe rapuit. Cæſarem vero retinendi animum nunquam depoſuiſſe, ex Legatione Ejus, reclamandorum amiſſorum gratia, in Italiam Franciamque miſſa, judicandum eſt: *unus ex ipſis*, (Legatis Cæſareis) *Gregorius videlicet Protoſecreta, præcedens Apoſtolicæ ſedis Miſſum, celeriter prænominatum Francorum aſſecutus eſt Regem, quem & in finibus Longobardorum, non procul à Papia, reperit, Civitate, & nimis Eum deprecans, atque plura ſpondens, tribui* (tribuit) *Imperialia munera, ut Ravennatium Urbem, vel cæteras ejusdem Exarchatus Civitates & caſtra Imperiali tribuens concederet Ditioni. At nequaquam valuit firmiſſimum jam fati Chriſtianiſſimi, atque benigniſſimi fidelis Dei, & amatoris B. Petri Apoſtoli, ſcil. antefati Pipini, Francorum Regis, inclinare cor, ut eaſdem Civitates & loca Imperiali tribueret Ditioni. - - - - & hæc prædicto Imperiali Miſſo reddens in reſponſis, continuò Eum, ad propria remeandum, per aliam viam, abſolvit, qui & ſine effectu Romam conjunxit, &c.* Hæc *Anaſtaſius*, l.c., recenſendo geſta anni 755, p. 125. Conf. *Pluma*, in vita *Stephani* 2, p. m. 103; Lepidus autem eſt Biblio-

thecarius, ſactum *Pipini* juſtum judicans declarandum, ex juramento Pontifici prius præſtito, ſe loca, Longobardis erepta, D. *Petro* oblaturum; quaſi viro bono liceret, res alterius, non hoſtis, per tertium violenter occupatas, invadere, & quarto donare, domino invito. Interim (6) probabile valde eſt, Imperatorem, redeuntibus domum Legatis, ſtatumque reipublicæ in Italia procul dubio ſat depingentibus, tacitè in *Pipini* donationem, ſi quæ facta ſit, conſenſiſſe, quandoquidem, anno 757, variis & pretioſis donis Eum affecit, de quibus *Adelmus, Annal. Franc.*, ad h. a., pag. m. 385, ait: *Conſtantinus*, (Copronymus) *Imperator miſit Pipino Regi multa munera, inter quæ & organum, quæ ad Eum Compendium perlata ſunt, ubi tunc Populi ſui generalem Conventum habuit, &c.*; confirmantibus hæc Annalib. *Pithœanis*, h. a., pag. 7; *Reuberianis*, h. a., pag 17; *Fuldenſibus*, h. a.; *Nazarianis*, h. a., apud *Freherum*, p. 87; *Hermanno Contracto*, h. a., pag. 398; *Mariano Scoto*, h. a.; *Gotfrido Viterbienſi*, part. 17 Chron., pag. 442, h. a.; *Ottone Friſing.*, lib. 5 Chron., cap. 25, p. 113, h. a.; *Chronographo Saxone*, h. a., p. 118; *Conrado Urſpergenſi*, pag. 124; *Alberico*, h. a., pag. 96; *Alberto Stadenſi*, h. a.; & recentioribus; ſolo *Reginone* annum 756 producente. Add. *Schilter*, de *Libertate Eccleſ. German.*, lib. 2, cap. 9, §. 10, p. 201, ex *Adone*, pacem plane inter eos contractam, commemorans. Nec ignorare potuit Imperator Decreta Conſtantinopolitanæ Synodi trecentorum triginta & octo Patrum, anno 754 à ſe convocatæ, &, apud Græcos, nomen *ſeptimæ Oecumenicæ* merentis, Italos omnes in rabiem quaſi conjeciſſe, eò, quod, præter *cultum Imaginum*, etiam *Traditiones* peſſundederint; quare ab iis non niſi *Conciliabulum*, & *Satanæ Synagoga* audit; vid. Epiſt. Patriarcharum reliquorum ad *Taraſium*, Conſtantinopolitanum, apud *Baronium*, Tom. IX, ad an. 785, §. 46, p. 411, &c., de cujus auctoritate tamen hic non diſputabo; Conſ. *Theophanes*, *Joh. Damaſcenus*, *Cedrenus*, & *Zonaras*, apud *Goldaſtum*, in *Decretis Imperialibus, de Cultu Imaginum*, p. m. 23 ad 27, & *Baronium*, l. c., ad an. 754, §. XVII, p. 238, &c. quibus jungas *Sigebertum*, an. 755; *Albericum*, an. 754; *Vincentium Bellovacenſem*, part. 3 *Speculi Hiſtor.*, lib. 23, cap. 158; *Sigonium*, lib. 3 *Regn. Ital.*, an. 754, p. 126; *Centuriatores Magdeburgicos*, Cent. VIII, cap. IX, p. 550, &c.

(26) Occaſione Donationis hujus, præſtitique Eccleſiæ auxilii, *Pipinum* dignitate *Romani Patricii* auctum eſſe, docet *Walthramus*, Numburgenſis, de *unitate Eccleſiæ conſervanda*, apud *Schardium*, de *Juriſdict. Imper.*, p. m. 1: *Legitur, Stephanum Papam veniſſe ad Regem Pippinum, & poſtulaſſe Patrocinium Ejus, contra Haiſtulfum, Regem Longobardorum, ac, ipſius Patrocinii gratia, decreviſſe, quemlibet deinceps Regem Francorum Patricium eſſe Romanorum, &c.* Conf. *Leo Oſtienſis*, verbis modo adductis: *Cujus rei gratia Romanus Patricius conſtitutus eſt, &c.*; &, poſt eum, *Martinus Polonus*, in vita *Conſtantini*, LXIX imperatoris, p. m. 361; *Siffridus* Presbyter, lib. 1 *Epitomes*, ad ann. 781, apud *Piſtorium*, p. m. 686; *Baronius*, Tom. IX, an. 755, §. 27, p. 254; *Spelmannus*, Gloſſ. voc: *Patricii*, pag. 454; *Vorburgius*, Vol. IX, an. eod., p. 560; minimùm, anno 755, *Stephanum* 2, vel, ut aliis placet, Tertium *Pipino*, ejusque filiis, *Carolo & Carolomanno*, *Patriciorum* appellationem jam tribuiſſe, præc. v. 25, p. 347, ex literarum Ejus ad hos Principes initiis, cerni poteſt; conf. ejusdem literas, ad eosdem, cum inſcriptione pari: *Dominis Excellentiſſimis Filiis, Pipino Regi, & noſtro ſpirituali Compatri, ſeu Carolo, & Carolomanno, Regibus, & utrisque PATRICIIS ROMANORUM, Stephanus Papa, &c.*, apud *Baronium*, l. c., an. 755, §. 2, p. 246, & *Vorburgium*, l. c., an. eod., pag. 551, in fine; adde alias, an. 756 exaratas, hoc titulo præfixo: *Domino Excellentiſſimo filio, & noſtro ſpirituali Compatri, Pipino, Regi Francorum, & PATRICIO ROMANORUM, Stephanus Papa, &c.*, apud *Baronium*, l. c., ad h. a., §. 8, pag. 263, & *Vorburgium*, l. c., ad h. a., pag. 569; de aliis ne dicam. Cœpit eminentiſſima hæc dignitas, (quatenus diſtincta eſt à veteribus *Romanorum Patriciis*, de quibus toto libro primo: *de Origine & Jure Patriciorum*, agit *Joh. Jacobus Draco*, Duci Saxo-Coburgico à Conſiliis, edit. Baſil. 1627;) ſub *Conſtantino Magno*, de cujus origine hæc tradit *Zoſimus*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 40, p. m. 201: *Optato quoque, cum hoc, interfici juſſo, qui Patricii dignitatem adeptus à Conſtantino fuerat. Eum honoris titulum primus Conſtantinus excogitaverat, lataque Lege ſanxerat: ut, qui hunc conſequuti fuiſſent, ſupra ipſos Præfectos Prætoriorum ſeſſitarent, &c.* Magis adhuc elucescit ex Conſtitutione *Zenonis* Imp., Cod. de *Conſul.* lib. l. 3; ibi: *Nemini ad ſublimem Patriciatus honorem, qui cæteris omnibus anteponitur, adſcendere liceat, niſi prius aut conſulatus honore potiatur, aut præfecturæ Prætorio, &c.* §. 4 J. *Quib. modis Jus Patr. poteſt. ſolv.*, vocantur planè *Majeſtatis Imperatoriæ Patres*: quo reſpicit *Caſſiodorus*, lib. VI *Variar.*, Epiſt. 2, pag. 204; Ad ſummum honoris apicem aſcendit præfata dignitas, ex quo Imperatores Regibus exteris, aliisque magni nominis Principibus, ſibi fœdere junctis, eam largirentur, varia ſuppeditantibus exempla *Dracone*, l. c., lib. 2, cap. 2, §. 5, p. m. 102; *Gotofredo*, ad L. 1 Cod. Theodoſ., de *Conſulib.*; *Du Fresnio*, Gloſſ., voc: *Patricius*, p. 195 & 196; quibus *Exarchæ Ravennatenſes* jungendi, quorum præced. v. 11, paſſimque alibi facta mentio. Primariam *Patriciorum* curam ſe circa Eccleſiarum defenſionem exeruiſſe, monet conſtituendi Patricii forma, quam, ex *Pauli Diaconi Hiſtoria Longobardica*, Biblioth. Vatican., *Draco*, l. c., cap. 3, pag. 116; *Calvinus*, Lex. Jurid., voc: *Patriciatus*, p. m. 680; *Du Fresne*, l. c., pag. 196, aliique producunt; inter alia: *Dum autem venerit Patricius, in primis oſculetur pedes Imperatoris, deinde genu, ad extremum oſculetur Ipſum:*

tunc

Google

tunc oſculetur omnes Romanos circumſtantes, & dicant omnes: Benevenatis: Nobis nimium laborioſum eſſe videtur, conceſſum Nobis à Deo miniſterium ſolum procurare: quocirca Te Nobis adjutorem facimus, & hunc honorem Tibi concedimus: ut Eccleſiis Dei, & pauperibus Legem facias, & inde apud altiſſimum Judicem rationem reddas. Tunc induat Eum Imperator mantum, & ponat ei in dextro indice annulum, & det ei bombacinum propria manu ſcriptum, ubi taliter contineatur ſcriptum: Eſto Patricius, miſericors & Juſtus. Tunc ponat ei in caput aureum circulum, & dimittat, &c. Hocque innuunt Annales *Metenſes*, ad an. 773: *Ibi venit ad Eum* (Carolum) *Miſſus D. Adriani Papæ, nomine Petrus, obnixe poſtulans, ut, ad defendendam Eccleſiam Romanam, feſtinaret, & ut Populum Romanum de manibus ſuperbis Regis Deſiderii liberaret: adjungens, quod ipſe legitimus Tutor & Defenſor eſſet ipſius Eccleſiæ; quoniam illud Prædeceſſor ſuus, ſanctæ memoriæ Stephanus Papa, unctione ſacra liniens, in Regem, ac Patricium Romanorum ordinavit, &c.* Ob hanc etiam defenſionem, *Pipinum*, & filios *Patriciorum* dignitate donatos fuiſſe, procul dubio eſt; ea tamen nondum omnia tunc complectebatur, quæ poſtea, cum *Carolus Magnus*, deſtructo Regno Longobardico, *Patriciatum* obtineret, ceu, ſeq. v. 29, dicam, licet *Du Freſne*, l. c., p. 198, in contrariam abiens ſententiam, ſcribat: *Non deſunt, atque in iis Lalandius, qui, neſcio quo argumento, aliam fuiſſe in Pipino & Carolomanno, aliam in Carolo Magno Patricii dignitatem, contendunt, quod ſanè ægre ii poſſint firmare, &c.*; contra quem propterea diſputat Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, cap. 2 *Enucleati Juris Publici*, §. 6, pag. 8, & 9. Magna tamen conjectura eſt, aliquid inter *Stephanum* Papam, & Defenſorem ejus liberatoremque, *Pipinum*, de transferenda in Francos, occaſione data, Romanorum Imperii dignitate actum fuiſſe. Meminit pacti ejusmodi *Siffridus*, l. c., p. 686: *Pipinus Rex, Pater Caroli Magni, Romanos ab Haiſtolpho liberavit, & factus eſt Romanus Patricius, & multas Gentes vicit. Intervenerat enim pactio inter Papam, & Principes Teutoniæ,* (Franconiæ ſeu Franciæ) *& Romanos, ut, devictis Langobardis, & aliis, Imperium vaſtantibus, Imperium ad Teutonicos transferretur. Translatum ergò eſt ad eos, in perſonam Caroli Magni, filium Regis Pipini, &c.* Simile quid tangit *Martinus Polonus*, in vita *Stephani*, 96 Pontificis, p. m. 360, rudiori quamvis ſtylo: *Hic* (Stephanus) *ultimo anno Pontificatus ſui,* (qui juxta Baronium, fuit 757.) *Imperium à Græcis tranſtulit in perſonam Magnifici Karuli, tunc in juvenili ætate conſtituti, &c.* Illuſtrat hæc *Marſilius Patavinus*, de *Tranſlatione Imperii*, Cap. VII, apud *Schardium*, de *Jurisdict. Imper.*, p. m. 158, & *Goldaſtum*, Tom. 2 *Monarchiæ*, p. 151, inquiens: *His autem beneficiis* (liberatus à Longobardis, & dotatus Exarchatu, & Pentapoli) *Stephanus Papa allectus, & videns illius temporis Imperatoris imbecillitatem, procuravit Romanum Imperium, de Græcis, transferri in Francos: minime reminiſcens beneficiorum, per Imperatores Romanæ Eccleſiæ conceſſorum, in alienos atque remotos Imperium transferre ſatagens, ut, Græcis oppreſſis, Gallicis hæc parum curantibus, poſſet Papa Italiæ liberius dominari. Sic ergo ſcripturæ omnes, recitantes: quod, tempore hujus Stephani Papæ, translatum ſit Imperium à Græcis in Francos, debent intelligi, ſcilicet, quod tempore ſuo fuerit ordinata translatio; tempore namque alterius Papæ, & Leonis III fuit conſummata talis translatio, &c.* Nec aliter ſentit *Radulphus de Columna*, de *Translatione Imperii*, in vita *Stephani* 2, apud *Schardium*, l. c., pag. 164, & *Goldaſtum*, l. c., pag. 92, cap. 5; conf. Dn. *Bœclerus*, de *Geſtis Seculorum IX, & X*, in vita *Caroli Magni*, pag. 25, ubi locus *Gotefridi Viterbienſ.*, part. 17 *Chronic.*, p. 443, & 444, adducitur, quem Dn. D. *Werhof*, l. c., §. XI, p. 38, &c., perſpicuum reddit; conf. ſeq. v. 39.

(27) Ad plures abeuntem *Aiſtulfum* excepiſſe DESIDERIUM, Ejus Mareſchallum, auctoritate *Adelmi*, ad an. 756, præc. v. 25, p. 347 probavi. Idem docent *Annales Nazariani*, apud *Freherum*, p. m. 87, ad an. 755, qui & *Reginoni* placet; *Annales Reuberiani*, ad an. 756, quem & *Sigebertus Gemblacenſis*; *Chronographus Saxo*, pag. 118; *Conradus Urſpergenſis*, p. 124; *Albertus Stadenſis*, pag. 69; *Sigonius*, lib. 3, de *Regno Italiæ*, p. 130; *Baronius*, Tom. IX Annal., h. a., §. 1, pag. 262; *Vorburgius*, Vol. IX, pag. 569, aliique proferunt; *Annales Francorum Pithœani*, pag. 7, ad an. 757, pro quo *Annales Fuldenſes*, *Marianus Scotus*, *Albericus*, *Monachus trium fontium*, pag. 97, & alii loquuntur. Iniit hic novus Rex novum pactum cum Pontifice, de quo ita *Anaſtaſius*, in vita *Stephani* 3, p. m. 126, & 127: *Deſiderius quidam, Dux Longobardorum, qui, ab eodem nequiſſimo Aiſtulpho, Tuſciæ in partes erat directus, audiens, præfatum obiiſſe Aiſtulphum, illicò aggregans ipſius Tuſciæ univerſum exercitum* (univerſi exercitus) *multitudinem, Regni Longobardorum arripere nixus eſt faſtigium. Cujus perſonam deſpectui habens Radebiſus, dudum Rex, & poſtmodum Monachus, Germanus præfati Aiſtulphi, ſed & alii plures Longobardorum optimates, cum eo, eundem Deſiderium ſpernentes, plurimam, tranſalpinum, vel cætera Longobardorum, exercituum multitudinem aggregantes, ad dimicandum contra eum profecti ſunt. Ad hæc præfatus Deſiderius obnixè præfatum Beatiſſimum Pontificem deprecatus eſt, ſibi auxilium ferre, quatenus ipſam Regalem valeret aſſumere dignitatem, ſpondens, jurejurando, omnem præfati Beatiſſimi Pontificis adimplere voluntatem; inſuper & reipublicæ ſe redditurum profeſſus eſt Civitates, quæ remanſerant, imò & copioſa daturum munera. Tunc idem præcipuus Pater, & bonus Paſtor, inito conſilio, cum ſæpefa-*

to

to Fulrado, Venerabili Presbytero & Abbate, atq; Conſiliario Chriſtianiſſimi Pipini, Francorum Regis, miſit ſuum Germanum, Paulum ſcil. Diaconum, atque Chriſtophorum Conſiliarium, una cum præfato Fulrado, in partes Tuſciæ, ad prædictum Deſiderium, cum quo loquentes, confeſtim per ſcriptam paginam, terribili juramento, iſdem Deſiderius cunctam profeſſus eſt ſuperius annexam ſponſionem adimplere. Poſt hæc vero peracta, ſtatim ſuum Miſſum, i. e. Stephanum, Venerabilem Presbyterum, cum Apoſtolicis exhortatoriis literis, præfato Radchiſo, vel cunctæ Genti Longobardorum direxit, properans & prædictus Fulradus Venerabilis, cum aliquantis Francis, in auxilium ipſius Deſiderii, ſed & plures exercitus Romanorum, ſi neceſſitas exigeret, in ejus diſpoſuit occurri adjutorium, &c. hacque via Regnum obtinuit *Deſiderius*, & Pontifex, juxta conventa, *Faventiâ*, cum caſtro Tiberiano, *Gabello*, totoque Ducatu *Ferrariæ*, potitus eſt, paulo poſt defunctus. Vid. l. c. Succeſſit Ei *Paulus*, teſte *Anaſtaſio*, in ejus vita, p. m. 127; qui, non obſtantibus, quæ hactenus geſta ſunt, literas ſuas annis Imperatorii regiminis iterum conſignavit. Exemplum præbet documentum immunitatis, Monaſterio S. *Hilarii Galiatenſis*, Ravennatenſi ſub Eccleſia poſito, anno 759 conceſſum, apud *Hieronymum Rubeum*, lib. 5 *Hiſtoriæ Ravennatenſis*, ad an. 759, & *Baronium*, l. c., eod. an., §. 1, &c., pag. 270, & 271, ubi in ſine: *Dat. Non. Februar., Imperante Domino piiſſimo Auguſto, Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, an. XL, & pacis Ejus an. XX, ſed & Leone Imperatore, Ejus filio, anno VII, Indictione XII, &c.* idem patet ex ſubſcriptione *Conſtituti* Ejus, ut vocant, *de Eccleſia & Monaſterio*, ſub tit. SS. *Stephani & Sylveſtri*, P. P. R. R., in paternis ædibus, an. 761, ſolemni in Concilio Romæ facti, apud *Baronium*, l. c., ad h. a., §. 12, p. 278, & *Vorburgium*, l. c., eod. an., p. 812: *Datum quarto Nonas Junii, Imperante Domino Conſtantino Auguſto, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno quadrageſimo primo, ex quo cum Patre regnare cœpit; &, poſt Conſulatum ejus, anno vigeſimo primo, Indictione XIV, &c.*; inferius legitur: *Menſe Julii, die decima nona, introduximus in hoc oraculum corpus B. Sylveſtri, Epiſcopi & Confeſſoris Chriſti. Menſe Auguſti, die ſeptima decima, introduximus corpus B. Stephani, Martyris atque Pontificis, tempore Conſtantini & Leonis, Auguſtorum, & Pipini, Excellentiſſimi Regis Francorum, & Defenſoris Romani, Indictione XIV, &c.* Vid. iidem, l. c.; manifeſto rurſus argumento, Romanos tunc Imperiali Juriſdictioni nondum penitus ſe ſubduxiſſe, indies licet, ob perſecutionem, quam cultus Imaginum ſectatores ſuſtinebant, & barbarum vitæ genus, in Aula introductum, magis magisque in libertatem ſe vindicare fuerint conati. Obſtabat eorum conſiliis ſubſiſtens adhuc Longobardorum Regnum, cujus potentiam haud ſemel experti erant, pertimeſcendam ulterius, ne, mutato Orientis publicarum rerum ſtatu, compoſitoque Cæſarem inter & Longobardos fœdere, armata manu, & Pontifex, & Romani, de negotiis hactenus geſtis, rationes aliquando reddere cogerentur.

(28) Pacificus fuit *Romæ* ſtatus ad annum usque 767, quo, poſt fata *Pauli*, impellente *Deſiderio*, Longobardorum Rege, *Toto*, Nepeſinus Dux, urbem invaſit, fratremque *Conſtantinum* Pontificali ſedi impoſuit, qui ſtatim *univerſum Populum ſibi ſacramentum præbere fecit*, ut *Anaſtaſius*, in vita *Stephani IV*, p. m. 131, loquitur, quæ quidem verba eo notatu digniora, quod inde doceamur, quanta tunc Pontificis poteſtas fieri cœperit. Verum, factione *Chriſtophori*, Primicerii, *Sergiique*, Secundicerii, (de quibus *Sigonius*, lib. 3 *Regni Ital.*, ad an. 768, p. m. 133: *Primicerius & Secundicerius Aſſeſſores Pontificis erant, atque latera Ejus incedentis tegebant, & proximum locum, poſt Præfectum Urbis, ſive Ducem, tenebant.*) *Conſtantino*, pauloque pôſt, *Philippo*, quem *Waltibertus* Presbyter, & nonnulli Romanorum Procerum in ejus locum elegerant, ſede deturbatis, conſenſuque unanimi Sacerdotum, Primorum Cleri, Optimatum Militiæ, totius exercitus, Populique Romani, *Stephano IV* iis ſubſtituto, *Deſiderius* alia molitus eſt; Romanos in ordinem redacturus amicum ſibi, munerum mole, reddit Urbis Ducem, *Paulum Affiartam*; inſuperque filiam *Carolo*, Francorum Regi, cujus Pater, *Pipinus*, anno 768 obierat, deſpondet, ne ſibi, à parte Francorum, aliquid adverſi objiciatur: in primis dictos *Chriſtophorum* & *Sergium*, Patrem & filium, ob pulſum *Conſtantinum*, quodque *Juſtitias B. Petri* ſemper *exigerent*, morte puniendos ſtatuit; ita enim *Anaſtaſius*, l. c., pag. 139: *Pro exigendis à Deſiderio, Rege Longobardorum, Juſtitiis B. Petri, quas obdurato corde reddere S. Dei Eccleſiæ nolebat, nimia furoris indignatione, contra prænominatos Chriſtophorum & Sergium exardeſcens, ipſe Deſiderius nitebatur eos extinguere ac delere.* Movente Exercitum ad Urbem Rege, ipſe Pontifex cum eo egit, quamvis fruſtra, Rex enim non quieverat, priusquam captis eruiſſet oculos. Vid. Idem, l. c., pag. 140, & 141; *Sigonius*, l. c., an. 769, pag. 135. Ex matrimonio vero filiæ cum *Carolo* parum hauſit incrementi, quandoquidem an. 772 non ſolum illud ruptum vidit, *Adelmo* teſte, ad h. a., apud *Freherum*, p. 389, ſed &, anno ſequenti, ſe à *Carolo* armis petitum. Fomes malorum, quibus obruebatur, præfatus erat Papa, cujus literæ ad *Carolum* & *Carolomannum*, fratres, occaſione dicti matrimonii, datæ, in publicum proſtant, ap. *Baronium*, l. c., ad an. 770, §. 9, &c., & p. 328, &c, *Vorburgium*, Vol. X, ad an. 769, p. 9, &c., cum inſcriptione: *Dominis Excellentiſſimis, Filiis, Carolo & Carolomanno, Regibus Francorum, & Patriciis Romanorum, Stephanus Papa.* In contextu legitur: *Noſtræ perlatum eſt notioni, quod certè cum magno cordis dolore dicimus, eò quod Deſiderius, Longobardorum Rex, veſtram perſuadere dignoſcitur Excellentiam, ſuam filiam uni ex veſtra fraternitate in conjugio copulari. Quod certè ſi ita eſt, hæc pro-*

priè

priè diabolica eſt immiſſio, & non tam matrimonii conjunctio, ſed conſortium nequiſſimæ adinventionis eſſe videtur ---- Quæ eſt enim, Præcellentiſſimi Filii Magni Regis! talis deſipientia, ut penitus vel dici liceat, quod veſtra præclara Francorum Gens, quæ ſuper omnes Gentes eminet, & tam ſplendiflua ac nobiliſſima Regalis veſtræ potentiæ proles perfidâ, quod abſit, ac fœdentiſſima Longobardorum Gente polluatur, quæ in numero Gentium nequaquam computatur: de cujus Natione & leproſorum genus oriri, certum eſt. Nullus enim, qui mentem ſanam habet, hoc vel ſuſpicari poteſt, ut tales nominatiſſimi Reges tanto deteſtabili atque abominabili contagio implicentur: quæ enim ſocietas luci ad tenebras? aut quæ pars fideli cum infideli? ---- Quis de Veſtro Nobiliſſimo Genere ſe contaminare, aut commiſcere cum horrida Longobardorum Gente dignatus eſt, ut nunc Vos ſuademini, quod avertat Deus, eadem horribili Gente pollui? &c. Commendatitias has ſecuto divortio jeciſſe fundamenta, in aprico eſt. *Hadrianus*, ſucceſſor ejus, eadem premens veſtigia, nec oblatam à *Deſiderio* pacem ſalutavit, nec defuncti *Carolomanni* filios, eo intercedente, utpote ad quem confugerant, coronare voluit; vid. *Anaſtaſ.* in ejus vita, pag. 143; *Sigonius*, l. c., an. 772, p. 136; *Baronius*, l. c., an. eod., §. VI, &c., p. 339, &c.; *Vorburgius*, Vol. X, an. eod., pag. 28, &c. Quo facto offenſus *Deſiderius*, an. 772, Exarchatum invaſit, &, primo impetu, *Ferrariam*, *Comaclum* & *Faventiam* occupavit, inde in *Pentapolim* deſcendens, fines *Senogalliæ*, *Æſii*, *Montisferetri*, *Urbini*, *Eugubii*, aliarumque, cædibus, prædationibus & incendiis, pervaſtavit. Hinc frequens miſſorum ablegatio, capta loca repetentium; quibus Rex ſemper reſpondit, ſeriò Pontificis voluntatem ſe adimpleturum, ſi ipſe venerit, de pace, & tranquillitate Italiæ ſecum collocuturus; minas tandem addens, eum exercitu *Romam* ſe iturum, ſi reluctaretur, urbemque militari cincturum corona. Miſit igitur Pontifex, maritimo itinere, Legatum *Petrum*, in Franciam, *Carolum* Regem oratum, ut, Avi, Patrisque exemplo, nutantibus Eccleſiæ rebus opem ferret, & *Deſiderio*, jam pridem ſaluti & libertati Italiæ inſidianti, ereptisque D. *Petro* permultis locis, ipſi Romanæ Urbi extrema quælibet minitanti, poneret obicem. *Carolus*, bello Saxonico jam implicitus, amicabili via lites ſedare ſtudens, per Oratores, quatuordecim ſolidorum millia *Deſiderio* offert, ſi ablata redderet Pontifici; iis autem re infecta domum redeuntibus, ingenti cum exercitu, perruptis, an. 773, Alpium faucibus, Italiam invadit, fuſisque, *Novariam* inter & *Papiam*, nato inde prælii loco *Mortariæ* nomine, Longobardis, *Papiam* obſidet, cujus negotii cura *Bernhardo* demandata, ipſe *Veronam* claudit, urbeque an. 774 potitus, *Girbergam*, (ut in Annal. Metenſib., ad an. 771, vocatur) *Carolomanni* Fratris viduam, & ejus duos filios, in poteſtatem redactos, in Franciam mittit, ac ſummo honore habet. Tunc reliqua Transpadana Oppida, fortunam belli deteſtantia, in fidem recipit, indeque, orandi gratia, *Romam* pergit, &, peracta Paſchali devotione, ad obſidionem revertitur, cujus is erat exitus, ut, pandente portas *Papia*, *Deſiderius* Victoris clementiæ ſe ſubmittere cogeretur, poſtmodum, unacum uxore, *Anſa*, & filia, cuſtodiendus *Agilfredo*, Leodienſium Præſuli, adductus, filio, *Adalgiſo*, navi Conſtantinopolim ſe recipiente; erepta Romanis loca reſtituerentur, ſicque, expuncto nomine, finis Longobardorum Regno imponeretur. Summam belli exprimit *Eginhartus*, in vita *Caroli Magni*, apud *Freherum*, p. m. 435: *Compoſitis in Aquitania rebus, eoque bello finito, Regni quoque ſocio* (Carolomanno) *jam rebus humanis exemto, rogatu & precibus Adriani, Romanæ urbis Epiſcopi, exoratus, bellum contra Longobardos ſuſcepit ---- non prius deſtitit, quam & Deſyderium Regem, quem longa obſidione fatigaverat, in deditionem ſuſciperet, & filium Ejus, Adalgiſum, in quem ſpes omnium inclinatæ videbantur, non ſolum Regno, ſed etiam Italia decedere compelleret; omnia Romanis erepta reſtitueret; Ruodgauſum, Forojuliani Ducatus præfectum, res novas molientem, opprimeret, totamque Italiam ſuæ ditioni ſubjugaret, ſubactæque filium Pipinum Regem imponeret, ---- finis tamen hujus belli fuit ſubacta Italia, & Rex Deſyderius perpetuo exilio deportatus, & filius ejus, Adalgiſus, Italia pulſus, & res, à Longobardorum Regibus ereptæ, Hadriano, Romanæ Eccleſiæ Rectori, reſtitutæ. Poſt ejus finem, Saxonicum, quod quaſi intermiſſum videbatur, repetitum eſt, &c.* Conf. *Anaſtaſius*, l. c., pag. 152, &c.; *Annales Francorum Reuberiani*, ad ann. 773, & 774, p. m. 21, ubi de *Adalgiſo* in ſpecie refertur: *At Rex, ſubacta, & pro tempore ordinata Italia, in Franciam revertitur, captivum ducens Deſyderium Regem. Nam Adalgiſus, filius ejus, in quo Longobardi multum ſpei habere videbantur, deſperatis Patriæ rebus, relicta Italia, in Græciam, ad Conſtantinum Imperatorem, ſe contulit, ibique, in Patritiatus ordine atque honore, conſenuit, &c.* Add. *Annales Pithœani*, ad eosdem annos, p. 9; *Egolismenſis Monachi S. Eparchii*, ap. eundem, p. 238, & 239; *Lambeciani*, lib. 2 *Commentar. Biblioth. Cæſar*, cap. V, §. VI, pag. 371, & §. VII, p. 372; *Fuldenſes*, ad ann. 773, & 774; *Nazariani*, ad eosdem annos, apud *Freherum*, pag. 87; *Maſciacenſes*, ad eosd., apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, p 735; *Paulus Diaconus*, in *ſupplemento Hiſtor. Longobard.*, apud *Freherum*, pag. 179; Auctor vitæ *Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 237, & 238; *Adelmus*, ad ann. 773, & 774, ap. *Freherum*, p. 389, & 390; *Poëta Saxo*, ad eosdem annos, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 122, & 123; *Regino*, ad eosdem annos; *Eutropius*, Presbyter Longobardus, de *Juribus ac Privilegiis Imperatorum in Imperio Romano*, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Monarchiæ*, pag. 9; *Ado Viennenſis*, ætat. 6. p. 219, ad annos eosdem; *Hermannus Contractus*, ad eosdem; *Lambertus Schafnab.*, ad eosdem; *Marianus Scotus*, ad an. 774; *Ivo Carnotenſ.*, in *Chron. Reg. Franc.*,

apud *Freherum*, p. 53; *Annales Hildenſemenſes*, an. 773, ap. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 712, & 713; *Rogerus de Hoveden*, *Annal. Reg. Angl.*, part. 1, ad an. 774, p. 403, & 404; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 773, & 774, ubi vero, loco: *à Gilfredo, Laodicenſium Epiſcopo*; quam lectionem *Anſelmus Legienſis*, ſive Leodienſis, ſub *Henrico III* florens, in *Geſtis Pontificum Trajectenſium & Leodicenſium*, cap. 23, probat: *Præfatum vero Regem, & ejus conjugem ſecum in Franciam deportavit, & in exilium eos, ad ſupradictum Dn. Agilfridum, Epiſcopum, apud Leodium, miſit*; *Hepidannus*, Annal., ap. *Goldaſtum*, de *Reb. Alaman.*, an. 774; Chron. *Andegavenſe*, ad an. 777, ap. *Labbeum*, l. c., Tom. 1, pag. 283; Chron. *Leodienſe*, ad an. 774, ibid., p. 335; *Otto Friſing.*, lib. 5 *Chron.*, cap. 26, p. 113, &c., cujus verba repetit *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 Chron., p. m. 442; Chron. *Herveldenſe*, ad ann. 773, & 774, ap. *Schardium*, Tom. 1 *Rer. Germ.*, p. 372; *Chronographus Saxo*, an. 773, p. 122, &c.; *Conradus Urſperg.*, p. 125, 126, & 132, ad annum 773; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad ann. 774, & 775, p. 108, & 111; *Albertus Stadenſ.*, an. 773; *Martinus Polonus*, in vita *Adriani Papæ*, p. m. 361; *Vincentius Bellovacenſ.*, part. 3 *Speculi Hiſtor.*, lib. 23, cap. 168, & 169, ad an. 32 *Conſtantini* Imp., quem, cap. 151, an. 742 cœpiſſe docet; *Theodoricus de Niem*, de *Jurib. Cæſar. circa Inveſtituras Eccleſiaſticas*, apud *Schardium*, *de Juriſd. Imp.*, pag. 248; *Lupoldus de Babenberg*, *de Jure Reg. & Imp. Rom.*, cap. 1, ibid., p. 170; *Nicolaus Cuſanus*, lib. 3, de *Concordia Catholica*, cap. 2, ibid., pag. 357; *Marſilius Patavinus*, de *Translatione Imperii*, cap. 8, ibid., pag. 158; *Radulphus de Columna*, de *Translatione Imperii*, in vita *Adriani*, P. R., ibid., p. 165; Hiſtoria *Patriarcharum Bituricenſium*, in vita S. *Dacberti*, cap. 56, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, pag. 85; *Sigonius*, lib. 3 *Ital.*, ann. 773, & 774, pag. 138, &c.; *Baronius*, T. IX, ad eoſdem annos, p. 347, &c.; *Vorburg.*, Vol. X, ad eoſdem, p. 36, &c.

(29) Tria hic ponderanda ſunt, ſplendorem *Caroli* non parum augentia: ampliſſimi *Patriciatus* honor: *Principatus Romani* natales: *Longobardorum Regis* titulus, res eminentiſſimæ unius anni 774. Præcedenti v. 26 monui, *Pipinum*, & filios, *Carolum Magnum* atque *Carolomannum*, *Patriciorum* dignitate jam anno 755, à Romano Pontifice, *Stephano*, donatos eſſe, eam tamen, ultra *patrocinium Eccleſiæ*, parum vel nihil involviſſe, temporis docet hiſtoria. Aliud verò de *Patriciatu* dicendum, quem Longobardorum Regnum deſtruens *Carolus*, an. 774 obtinuit, initio facto, cum, corona militari clauſa *Papia*, *Romæ* Paſchatos feſtum, cum *Adriano* Pontifice, celebraret; audiamus *Anaſtaſium*, in vita *Adriani*, p. m. 154, &c: *Dum, per ſex menſium ſpatium, ipſe Francorum Rex Papiæ demoraretur, in obſeſſione ipſius Civitatis, magnum deſiderium habens ad limina Apoſtolorum properandi, conſiderans, quod & ſacratiſſima Paſchalis, feſtivitas appropinquaſſet ---- Cujus adventum audiens antedictus Beatiſſimus Hadrianus Papa, quod ſic repente Ipſe Francorum adveniſſet Rex, in magno ſtupore, & extaſi deductus, direxit in Ejus occurſum univerſos Judices, ad fere triginta millia, ab hac Romana urbe, in locum, qui vocatur Novas, ubi Eum, cum Bandora,* (vexillo militari) *ſuſceperunt. Et dum appropinquaſſet ferè unius milliario à Romana urbe, direxit univerſas Scholas Militiæ, una cum Patronis, ſimulque & pueris, qui ad diſcendas literas pergebant, deportantes omnes ramos palmarum, atque olivarum, laudeſque omnes canentes, cum acclamationum earundem laudum vocibus, ipſum Francorum ſuſceperunt Regem, obviam Illi ejus Sanctitas dirigens venerandas Cruces, id eſt, Signa, ſicut mos eſt ad Exarchum, aut Patritium ſuſcipiendum,* (ſignificatu ſolemniori) *Eum, cum ingenti honore, ſuſcipi fecit. Ipſe vero à Deo inſtitutus benigniſſimus Carolus, magnus Francorum Rex, & Patritius Romanorum, qua hora eaſdem ſacratiſſimas cruces, ac ſigna ſibi obviam adveniſſe conſpexit, deſcendens de equo, quo ſedebat, ita cum ſuis Judicibus ad B. Petrum pedeſtris properare ſtuduit ---- & ita uſque ad prænominatum pervenit Pontificem; ubi* (qui) *in atrio ſuper gradus, juxta fores Eccleſiæ, aſſiſtebat, eoque ſuſcepto, mutuo ſe amplectentes, tenuit idem Chriſtianiſſimus, Carolus Rex, dexteram manum antedicti Pontificis, & ita in venerandam aulam B. Petri, Principis Apoſtolorum, ingreſſi ſunt, laudem Deo, & ejus Excellentiæ decantantes. ---- quarta Feria egreſſus prænominatus Pontifex, cum ſuis Judicibus, tam cleri, quamque militiæ, in Eccleſia B. Petri Apoſtoli, pariterque cum eodem Rege ſe ad loquendum conjungens, conſtanter Eum deprecatus eſt, atque admonuit, & paterno affectu adhortari ſtuduit, ut promiſſionem illam, quam Ejus Sanctæ memoriæ Genitor, Pipinus Rex, & Ipſe Præcellentiſſimus Carolus, cum ſuo Germano, Carolomanno, atque omnibus Judicibus Francis, fecerant B. Petro, & Ejus Vicario, ſ. m. Domno Stephano, Juniori Papæ, quando in Franciam perrexit, pro concedendis diverſis Civitatibus ac Territoriis iſtius Italiæ Provinciæ, & contradendis B. Petro, ejuſque omnibus Vicariis, in perpetuum poſſidendis, adimpleret in omnibus. Cumque ipſam promiſſionem, quæ in Francia, in loco, qui vocatur Cariſiacus, facta eſt, ſibi relegi feciſſet, complacuerunt Illi, & Ejus Judicibus omnia, quæ ibidem erant adnexa, & propria voluntate, bono ac libenti animo, aliam Donationis promiſſionem, ad inſtar anterioris, Ipſe antedictus Præcellentiſſimus, & re vera Chriſtianiſſimus Carolus, Francorum Rex, aſcribi juſſit, per Etherium, Religioſum ac prudentiſſimum Capellanum, & Notarium ſuum, ubi conceſſit eaſdem Civitates, & Territoria B. Petro, eaſque præfato Pontifici contradi ſpopondit, per deſignationem confinium, ſicut in eadem Donatione continere monſtratur, i. e. à Lunis, cum Inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone, inde in Verceto, deinde in Parma, deinde in*

in Regio, & exinde in Mantua, atque ponte ſilices, ſimulque & univerſum ExarchatumRavennatium, ſicut antiquitus erat, atque Provincias Venetiarum, & Hiſtriam, nec non & cunctum Ducatum Spoletinum, & Beneventanum. Factaque eadem Donatione, & propriis ſua manu Ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex eam corroborans, univerſos Epiſcopos, Abbates, Duces etiam & Graphones eam ſubſcribere fecit - - - - reverſusque cum ſuis exercitibus, Ticinum, ipſe Excellentiſſimus Francorum Rex, fortiterque debellans, atque obſidens Civitatem Papiam - - - - ſimulque & Deſiderium, Longobardorum Regem, atque cunctos, qui cum eo erant, Ipſe Excellentiſſimus Francorum Rex comprehendit, & ſua poteſtati cunctum Regnum Longobardorum ſubjugavit. Præfatum vero Deſiderium, Longobardorum Regem, & ejus Conjugem ſecum in Franciam deportavit, &c. Hac igitur occaſione, ſtylo ſolemniori, *Carolus*, ut *Patricius Romanus*, Romæ ſuſceptus eſt; utque, devicto jam *Deſiderio*, deletoque Longobardorum Regno, Pontifex, Senatus, Populusque Romanus gratum, erga Benefactorem, animum teſtarentur, ſolenniſſimo in Conventu centum quinquaginta trium Epiſcoporum, inter alia & *Patriciatus dignitas*, publico nomine, Ei delata eſt. Teſtem producit *Gratianus*, Diſt. 63, C. 23: *In Synodo, &c.*, *Leonem* VIII, P. R., hæc aſſerentem: *Ad Exemplum B. Hadriani, Apoſtolicæ Sedis Antiſtitis, qui Domino Carolo, Victorioſiſſimo Regi Francorum & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Apoſtolicæ Sedis, & inveſtituram Epiſcoporum conceſſit, Ego quoque Leo Epiſcopus, &c.*; nec aliud continet Diſt. 63, C. 22: *Hadrianus &c.*; idemque deſignat Monachus *Egoliſmenſis S. Eparchii, in vita Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 233, & *Schilterum*, p. m. 46, verbis: *Poſt Pipinum Pium regnavit Domnus Carolus, filius Ejus, quem poſtea Romani elegerunt ſibi Advocatum S. Petri, contra Longobardorum Reges. Deinde Ipſum Domnum Carolum elegerunt ſibi in Patricium Romanorum,* (an. ſcil. 774.) *Deinde elevaverunt in Imperatorem & Auguſtum*, (An. 801,) quæ momenta notatu digna. Magis rem illuſtrant Diplomata, ab hoc tempore *Patriciatum* hunc celebrantia. Ita enim, in Epiſtola *Hadriani* Pontificis, ineunte anno 775, ſcripta *Bertherio*, Viennenſium Antiſtiti, apud *Hugonem Flaviniacenſem*, in *Chronico Virdunenſi*, Tom. 1 *Bibliotheca MS. Labbeana*, p. 109, legitur: *Dilectus, & Illuſtris, ac Religioſus filius Noſter, Carolus Rex, & Patricius Romanorum, Romam venit, & Paſcha Domini apud. S. Petrum nobiſcum egit - - - Data kalend. Januariis, Imperante Piiſſimo Auguſto Conſtantino, anno Decimo, & à Deo coronato Piiſſimo Rege Carolo, anno primo Patriciatus Ejus, &c.* conf. *Baronius*, Tom. IX, an. 787, §. 71, pag. 444, & 445; claro teſtimonio, *Patriciatum Caroli*, anni 774, paternum, cujus & ipſe particeps erat, celebritate longè ſuperaſſe. Hinc & eundem titulum publicis ſcripturis inſerere, operæ duxit pretium, teſte charta, qua, an. 777, Privilegium *Salonæ*, contra Epiſcopum Metenſem, confirmat, apud *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 6, §. 52, p. 499; ibi: *Carolus, Gratia Dei, Rex Francorum & Longobardorum, atque Patricius Romanorum, &c.* Sic & alia, de an. 778, ibid., §. 53, p. 500; ann. 782, & 783, §. 54, & 55, pag. 501; an. 790, §. 56, pag. 502; an. 793, §. 58, pag. 503; an. 797, §. 59, pag. 504; nec non apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, ad an. 794, p. 19, & Tom. III, pag. 122, an. 779; pag. 136, an. 787; p. 137, an. 790; p. 141, an. 796; p. 146, an. 798; Eund., in *Collectione Conſuetudinum & Legum Imperii*, p. 120; *Schatenum*, *Annal. Paderborn.*, paſſim; & alios; in tantum, ut Dn. *Mabillon*, l. c., lib. 2, cap. 3, §. 7, p. 72, ex hoc titulo genuina *Caroli* Diplomata, ab anno 774 ad 800 usque, cognoſcenda putet, ajens: *In Ejus diplomatibus tria conſideranda ſunt tempora. Primum ab initio Regno Francorum ad Regnum Langobardicum ſcilicet, ab anno 768 ad 774 excurrente. Alterum, ab eodem anno ad annum 800, quo coronatus eſt Imperator. Tertium, inde ad finem vitæ. Primo illo tempore hanc formulam adhibuit: Carolus, Gratia Dei, Rex Francorum, Vir Inluſter. Qualem etiam uſurpavit Carolomannus, Ejus frater. Secundo intervallo hac formula uſus eſt: Carolus, Gratia Dei, Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, addendo ſæpiſſime, Vir Inluſter. Tertio, in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, Carolus, Sereniſſimus Auguſtus, à Deo coronatus, Magnus & Pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui & (aliis: quin &,) per miſericordiam Dei, Rex Francorum & Langobardorum, &c.* Nituntur hæc auctoritate præfati Monachi *Egoliſmenſis*, l. c., ap. *Pithœum*, pag. 263, & *Schilterum*, pag. 58; qui, inaugurationis *Carolinæ* memor, inquit: *Antea enim Domnus Carolus vocabatur ab omnibus Rex Francorum, & Patricius Romanorum; ſed poſt laudes, à Domno Apoſtolico, more antiquorum Principum, adoratus eſt, atque ablato Patricii nomine, Imperator & Auguſtus eſt appellatus, &c.*; idem docentibus *Annalibus Francorum Pithœanis*, an. 801, pag. 16; *Reubertanis*, eod. an., p. 33; *Fuldenſibus*, eod. anno; *Adelmo*, eodem anno, apud *Freherum* pag. 405; *Reginone*, eod. anno; *Poëta Saxone*, eodem anno, apud Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Rer. Brunſvic.*, p. m. 152; & recentioribus. Rectè hinc pergit Dn. *Mabillon*, l. c., §. 9, pag 73: *Eam Patricii dignitatem Pippino, ejusque filiis, Carolo & Carolomanno, contulerat Stephanus Papa IV, eoque nomine ipſos compellare ſoliti ſunt Romani Pontifices, usque ad Leonem III; ſed tamen nullum ex his tribus, Pippino ſcil. ejusque duobus filiis, hoc titulo uſos invenio, niſi Carolum, qui nec ſtatim ab exordio Francici Regni ſui, ſed, ab initio*

Lau-

Langabardorum Principatu, Patricium ſe dixit in ſuis litteris, quæ omnes, ante id tempus, banc præferunt inſcriptionem: Carolus, Gratia Dei, Rex Francorum, Vir Inluſter; nulla Patriciatus mentione facta. Cujus rei banc ſubeſſe cauſam exiſtimo, quod honorarius duntaxat, ſine re, titulus Pippino, ejusque filiis primum à Stephano conceſſus eſt: deinde res ipſa Carolo, anno 774, cum Rex Langobardorum ſalutatus, Præfecturam urbis, & circumjacentium Regionum, (quæ ipſamet eſt Patricii dignitas, ut Freſnius in Gloſſario recte probat,) ab Hadriano accepit, &c. conf. Sigonius, lib. 4 Ital., an. 774, p. 146; Conring., de Imperio Romano Germanorum, cap. VI, §. 14, p. 36; Dn. Schurtzfleiſch, Diſſ. de Diviſione Imperii Carolini, §. 16, pag. 8; & Diſſ. Quid expediat Imperio? pag. 7, & 8, §. 5, & 6; Dn. Tenzel, Append. tertia, ad Vindicias pro Conringii Cenſura, in fictitium Diploma Lindavienſe, Dipl. 3, p. m. 79; Dn. Werlhof. Jur. Publ. enucl. cap. 2, §. 6, p. 8, & ſeqq. Initia itaque Patriciatus hujus referenda ſunt ad iter Romanum, quod Carolus in ſe ſuſcepit, durante obſidione Ticinenſi; conſummatio vero ad deſtructionem Regni Longobardici; hocque ſenſu intelligendus Martinus Polonus, in vita Hadriani Papæ, p. m. 361: Veniens Romam, reddidit omnia, quæ Pater Ejus, Pipinus, dederat B. Petro, adjuncto quoque ei Ducatu Spoletano, & Beneventano, &, ob hoc, Ipſe Patritius Romæ eſt effectus. Nec tamen ſtatuendum eſt, vel Patricii titulum apertè Majeſtati orientalis Imperii derogaſſe; vel, per Patriciatum, quem Du Freſne, voc. Patriciatus Caroli, p. m. 197, & Mabillon, l. c., Præfecturam Urbis, & circumjacentium Regionum vocant, Carolum obnoxium ſe reddidiſſe Imperatori Conſtantino. Prius non fuiſſe, vel ipſius Pontificis dictæ modò literæ, ad Viennenſium Præſulem, de an. 775, teſtantur, utpote datæ: Kal. Januar. Imperante Piiſſimo Auguſto, Conſtantino, anno decimo, &c., manifeſto reverentiæ ſigno, erga Imperatorem Græcum, quam tunc Roma, qualemcunque etiam, adhuc conſervabant; ſumma enim poteſtas nondum abſolute penes Romanos ſteterat. Nec poſterius, nullo in contrarium extante exemplo, quod vel Imperator Pipino mandata transmiſerit, vel Pipinus ea ſuſceperit. Vid. Petrus de Marca, Præſul Pariſinus, de Concordia Sacerdotii & Imperii, lib. 2, cap. 2, §. 7, p. 89, &c., & lib. 3, cap. 11, §. 6, & 7, pag. 267, &c. Quicquid interim Juris vel Pontifici, vel Populo, Romæ competierit, in Carolum tunc tranſiiſſe, docent ea, quæ præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 49 allata ſunt, unde probe notanda verba: Populus itaque Romanus conceſſit Carolo, & in Eum tranſtulit omne Jus ſuum & poteſtatem. Ad eorum quoque exemplum, præfatus Adrianus Papa, cum omni Clero & Populo, ac univerſa S. Synodo, conceſſit Carolo Auguſto omne Jus ſuum, & poteſtatem eligendi Summum Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam Sedem, dignitatemque Principatus, &c. De Titulo Longobardorum Regis, quem Carolus, à devictis ſtatim Longobardis, admiſit, non eſt, cur multa dicam. Satis cognoſci poteſt ex Diplomatibus, præced. §. 3, lit. b, p. 298, & hoc ipſo Paragrapho adductis; add. Goldaſtus, Tom. 3 Conſtitut. Imp., an. 802, p. 147, & de Conſuetud. Imper., p. 122; Mabillon, l. c., lib. 2, pag. 72; Lambecius, l. c., l. 3, p. 337; Conringius, de Republ., Exercit. 2, §. 23, & 30, p. 42, 43, & 50, & de Imperio Romano German., cap. 5, §. 13, pag. 23, & 24, & cap. 9, §. 4, p. 66, &c.; Ill. Dn. Coccejus, Jur. Publ. Prudent., cap. VI, §. 1, pag. 129; Conſultiſſ. Dn. Werlhof, l. c., cap. 2, §. 6, p. 18. Cæterum, ex effato Grotii, de Jure Belli & Pacis, lib. 3, cap. VI, §. 7, p. m. 482, ubi: Extra controverſiam eſt, ſi Jus Gentium reſpicimus: Quæ hoſtibus per nos erepta ſunt, ea non poſſe vindicari ab his, qui, ante hoſtes noſtros, ea poſſederant, & bello amiſerant: quia Jus Gentium hoſtes primum Dominos fecit, dominio externo, deinde nos, &c., Jus Caroli in tuto collocari poſſe, quoad occupationem Regni Longobardici, adverſus objicientes, illegitimè illud Græcis ereptum, & conſequenter ab iis, à Carolo pulſis uſurpatoribus, iterum vindicari potuiſſe, pro certo habet Dn. Culpiſius, in Not. ad Monzambano, cap. 1, §. 11, p. 66; Neſcio autem, annon tutius cum Ampliſſ. Dn. Thomaſio, ad eundem locum, §. 12, lit. g, p. m. 58, derelictionis titulum addas, ob rationes ab eo expoſitas, ſecundum quas Jus pariter Naturæ ſalvatur, & officium hominis circa res tertio injuſtè ablatas; & tamen juſtus Carolo accreſcit titulus, in quantum nemo reſtitutionis occupatorum actionem ei intenderit.

(30) Rebus in Italia ordinatis, reverſoque ad arma contra Saxones Carolo, an. 775, Indict. XIII, Conſtantinus Imperator diem ſupremum obivit. Leo, filius, cognomento Porphyrogenitus, excepit Imperium: Ad hunc, Imperii initio, Adalgiſus, (Deſiderii filius) qui fuerat Rex Longobardorum, (extorris) acceſſit, & benigne exceptus Patriciatus dignitatem obtinuit. Nemini dubium videbatur, quin Italia, inſigni Caroli victoria, pacata & conſtituta, bello, dum Francorum florentia arma vigerent, eſſet vacatura. Quod ne eveniret, Longobardi Duces, qui ab Eo relicti fuerant, impedimento fuerunt, qui, Imperii ſummam Longobardo nomini ademptam, & ad Francos translatam, indigne paſſi, ac vetere libidine dominandi accenſi, res moliri novas nunquam deſtiterunt. In primis Rodgandus, Forojulienſium Dux, proximis ſolicitatis ad defectionem Civitatibus, magnos motus excivit, &c. Hæc Sigonius, lib. 4, de Regno Ital., ad an. 775, p. 148; & nititur Annalibus Francorum Pithœanis, p. 9, ad an. 775, ubi: Ruodgandus Longobardus Italiæ Regnum affectat certior autem de ejus moliminibus redditus Carolus, anno ſequenti 776, in

Forum

Digitized by Google

Forum Julii, armata manu, deſcendit, captumque Ducem rebellem decollari curat, reddita Italis quiete; de quibus *Adelmi Annales Francici*, ad an. 776, ap. *Freherum*, p. 390: *Rege domum revertente, nuntiatur, Rodgandum Langobardorum, quem Ipſe Forojulienſibus Ducem dederat, in Italia res novas moliri, & jam complures ad Eum Civitates defeciſſe. Ad quos motus comprimendos, cum ſibi feſtinandum judicaret, ſtrenuiſſimum quemque ſuorum ſecum ducens, raptim in Italiam proficiſcitur. Rodgando, qui Regnum affectabat, interfecto, Civitatibus quoque, quæ ad Eum defecerant, ſine dilatione receptis, & in eis Francorum Comitibus conſtitutis, eadem, qua venerat, via velociter reverſus eſt, &c.* nec alia produnt *Pithœani*, h. a., pag. 9; *Nazariani*, h. a., ap. *Freherum*, p. 87, *Rodgando* nomen *Rotganzi* dantes; *Reuberiani*, h. a., p. 21, eundem *Rotgaudum* vocantes; *Lambecianı*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, p. 372, ubi *Hruotgauzus* audit; *Fuldenſes*, ad ann. 775, & 776, *Hruodgaudum* eum appellantes; *Paulus Diaconus*, in *ſupplemento Hiſt. Longobard.*, ad an. 776, ap. *Freherum*, p. 179, cui *Rotchaus* dicitur; *Poëta Saxo*, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 125, ad an. 776, legens *Hrodgaudum*; Auctor vitæ *Caroli Magni*, ap. *Pithœum*, p. 240; *Ado Viennenſis*, ætat. 6, p. 221; *Regino*, ad ann. 775, & 776, in ſpecie commemorans: *Rotgandum rebellem captum decollari juſſit, &c.*; *Marianus Scotus*, an. 776; *Sigebertus Gemblac.*, an. eod.; *Hermannus Contractus*, an. eod., p. m. 399; *Albertus Stadenſ.*, eod. an.; *Annales Hildenſemenſes*, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 713; Ex Recentioribus, *Sigonius*, l. c., eod. anno, p. 148; *Baronius*, Tom. IX Annal., eod. an., §. 3, p. 364; *Vorburgius*, Vol. X, eod. an., p. 72, &c.; *Conringius*, de *Imperio Romano Germanorum*, cap. 5, §. 14, p. 24; *Alberico*, *Monacho trium fontium*, p. 113, perperam annum 777 hoc titulo proferente.

(31) Anno 780, quo, defuncto *Leoni* Imperatori *Conſtantinus Porphyrogenitus*, puer, una cum *Irene* Matre, *excelſi*, ut *Sigonius*, lib. 4, de *Regno Ital.*, ad h. a., pag. 149, loquitur, *animi, ſummique conſilii fæmina*, in Imperio ſucceſſit, *Carolus*, videns, aſſiduis ſe Saxoniæ & Hiſpaniæ bellis implicitum, haud facile Italiam pacatam retenturum, Pipinum filium Regem cis dare decernit, cui etiam, anno 781, corona impoſita. *Annales Francorum Reuberiani*, p. 23, ad an. 780, hæc ita reddunt: *Inito conſilio, orandi ac vota ſolvendi cauſa, Romam ſtatuit proficiſci*, (Carolus) *ſumptaque ſecum uxore ac liberis, ſine mora in Italiam profectus eſt, celebravitque Natalem Domini, Ticini, atque ibi reſiduum hyemis manſit.* Et ad an. 781: *Inde Romam veniens, honorifice ab Adriano Papa ſuſceptus eſt, & cum ibi ſanctum Paſcha celebraret, baptizavit idem Pontifex filium Ejus, Pipinum, unxitque in Regem. Unxit etiam Ludovicum, fratrem Ejus, quibus & coronam impoſuit. Quorum major, Pipinus, in Langobardia; Minor vero in Aquitania Rex conſtitutus eſt, &c.* Quæ omnia *Eginhartus*, ap. *Freherum*, p. 435; *Annales Pithœani*, p. 10, ann. 780, & 781; *Nazariani*, ap. *Freherum*, p. 88, ad eosdem annos; *Fuldenſes*, ad eosdem; *Lambeciani*, l. c., pag. 372, & 373, §. XIV; *Paulus Diaconus*, in *ſupplemento Hiſt. Longobard.*, ad an. 781, ap. *Freherum*, p. 179; *Adelmus*, l. c., ad ann. 780, & 781, p. 393; Monachus *Egolumenſis S. Eparchii*, ap. *Schilterum*, p. m. 50; Auctor *Vitæ Caroli Magni*, ap. *Pithœum*, p. 244; Auctor *Ludovici Pii*, ibid., p. 340, & 341; *Poëta Saxo*, l. c., ad ann. 780, & 781, p. 129, & 130; *Regino*, ad eosd. ann., *Hermannus Contractus*, ad eosdem; *Lambertus Schafnaburg.*, ad eosd.; *Ado Viennenſis*, æt. 6, p. 222, perperam tamen ad an. 778; *Marianus Scotus*, ad an. 782; *Sigebertus Gemblacenſis*, an. 781; *Otto Friſing.*, l. 5 *Chron.*, cap. 28, p. 114, an. 781; *Gocfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, in vita *Caroli Magni*, pag. 453, male licet id in annum *Conſtantini* Imp. tertium, quem an. 781 coepiſſe docet, referat; *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Script. Rer. German.*, ad ann. 779, & 780; Monachus *Herbildenſis*, ad an. 781, ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 372; *Chronographus Saxo*, ann. 780, & 781, pag. 124; *Conradus Urſperg.*, p. 126; *Annales Hildenſemenſes*, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 713; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, an. 782, p. 117; *Albertus Stadenſis*, ann. 780, & 781; Ex Recentioribus, *Sigonius*, lib. 4, de *Regno Italiæ*, an. 780, & 781, p. 149; *Baronius*, Tom. IX, an. 780, §. 8, p. 381, & an. 781, §. 1, p. 382; *Vorburg.*, Vol. X, an. 780, & 781, p. 112, & 130, confirmant, quorum unanimi conſenſu, paucis exceptis, *Carolus*, an. 781, *Romam* venit, ejusque filius, *Pipinus*, Rex Italiæ coronatus eſt.

(32) Rebellantibus denuo Italis, an. 786, *cum exercitu Italiam ingreſſus, ac per Romam iter agens, Capuam, Campaniæ Urbem, acceſſit; atque ibi poſitis Caſtris, bellum Beneventanis, ni ſeſe dederent, comminatus eſt. Prævenit hoc Dux Gentis, Aragiſus, filios ſuos, Rumoldum & Grimoaldum, cum magna pecunia, obviam Regi mittens, rogat, ut filios obſides ſuſcipiat, ſeque, cum Gente, imperata facturum pollicetur: præter hoc ſolum, ſi ipſe ad conſpectum venire non cogeretur. Rex, utilitate Gentis magis, quam animi ejus obſtinatione, conſiderata, & obſides ſibi oblatos ſuſcepit, eique, ut ad conſpectum venire non cogeretur, pro magno munere, conceſſit; unoque ex filiis, qui minor erat, obſidatus gratia, retento, majorem Patri remiſit, Legatisque, ob Sacramenta fidelitatis a Beneventanis exigenda, atque ſuſcipienda, cum Aragiſo dimiſſis, Romam redit, conſumtisque ibi, ſanctorum in veneratione locorum, aliquot diebus, in Galliam revertitur, &c* Sunt verba *Eginharti*, in vita *Caroli Magni*, ap. *Freherum*, p. 436, & 437; *Eadem docent Annales Francorum Reuberiani*, ad an. 786, p. 26, addentes: *Accepit inſuper à Populo obſides undecim, miſitque Legatos, qui & ipſum Ducem, & omnem Beneventanum Populum per ſacramenta obſtringerent. Ipſe poſt hæc cum Legatis Conſtantini Imperatoris, qui, ad petendam filiam ſuam, ad ſe miſſi fuerant, locutus eſt, atque,*

illis dimiſſis, Romam reverſus, Sanctorum Paſcha, magna cum hilaritate, celebravit, &c. In Codice *Nazariano* Annal. Francor., ap. *Freherum*, p. 88, ad an. 786, legitur: *Rex ergò illæſus atque incolumis permanens, optime regens Regnum Francorum atque Langobardorum,* **Romanorumque**, *eò, quod cœlorum Rex protector ejus eſſe comprobatur; etiam præfatus Rex ad Romam perrexit;* & ad an. 787: *Carolus, Rex Francorum, de Roma revertens, ad Paucia Civitatem Langobardos congregavit, & exinde fraudulentiſſimos eorum in Franciam exiliavit, &c.* Conſentiunt Annales *Pithœani*, an. 786, p. 396; *Lambeciani*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, pag. 373, §. XIX; *Fuldenſes*, ann. 786, & 787; *Ratisbonenſes*, an. 787, ap. *Mabillon*, Tom. IV *Analect.*, p. 476; *Loiſeliani*, an. 787; *Paulus Diaconus, in ſupplemento Hiſt. Longobard.*, ad an. 787, ap. *Freherum*, p. 180; *Adelmus*, ad an. 786, ibid., p. 396; Auctor Vitæ *Caroli Magni*, apud *Pithœum*, p. 248, & 249; *Poëta Saxo*, an. 786, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, p. 134, & 135; *Regino*, ann. 786, & 787; *Ado Viennenſ.*, ætat. VI, p. 223; *Ivo Carnotenſis*, ap. *Freherum*, p. 53; *Leo oſtienſis, Chron. Caſſinat.*, lib. 1, cap. 13, & 14, qui ſingulare hoc, cap. 11, de *Arigiſo*, prodit: *Primus Beneventi Principem ſe appellari juſſit: cum eatenus, qui Beneventi præfuerunt, Duces vocarentur. Nam & ab Epiſcopis ungi ſe fecit, & coronam ſibi impoſuit, atque in ſuis chartis ita in fine ſcribi præcepit: Scriptum in noſtro Sacratiſſimo Palatio,* &c.; *Hepidannus*, ad ann. 784, & 785; apud *Goldaſtum*, T. 1 *Scripl. Rer. Alamann.*, ab initio; *Hermannus Contractus*, an. 786, pag. 300; *Lambertus Schafnab.*, an. 787; *Marianus Scotus*, ann. 787, & 788; *Sigebertus*, an. 787; Monachus *Herveldenſis*, an. 787, ap. *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 372; *Chronographus Saxo*, an. 786, & 787, pag. 126; *Albericus*, an. 787, p. 119; *Annales Hildenſemenſes*, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 713; *Conradus Urſperg.*, p. 127; *Albertus Stadenſ.*, an. 786, & 787; Ex Recentioribus, *Sigonius*, lib. 4, de *Regno Italiæ*, an. 786, & 787, p. 151; *Baronius*, Tom. IX, ad ann. 786, §. 7, p. 416, & an. 787, §. 64, &c., p. 441, &c., *Vorburgius*, Vol. X, an. 786, p. 154, & an. 787, p. 156, &c.; Dn. *Joh. Georgius Eccardus, in Genuino Stemmate Deſideriano*, §. V.

(33) Hæc circa tempora Romanos auctoritatem Cæſaream quodammodo adhuc coluiſſe, oſtendunt literæ *Hadriani* Pontificis ad *Conſtantinum Porphyrogenitum*, Imperatorem, ejusque Matrem, *Irenen*, pro reſtituendo Imaginum cultu per Orientem, datæ 7 Kal. Novemb., Indict. IX, adeoque 785, ap. *Baronium*, Tom. IX, ad h. a., §. 14, &c., p. 398, &c., circa finem §. 31, &c., p. 405, & 406, ſic ſe habentes: *Ideo DOMINI RERUM, à Deo coronati Magni Principes, & Sereniſſimi Imperatores, petimus, & obnixe iterum deprecamur à Deo illuſtratam Clementiam veſtram* - - - *ut pio intuitu veſtras clementiſſimas aures noſtræ humillimæ deprecationi inclinare jubeatis, ipſasque Sacratiſſimas Imagines in priſtino ſtatu conſtituere, ut omnes Chriſtiani in univerſo mundo exultent, & magno lætentur gaudio* - - - - *eritis in triumphis Victores, ſicuti filius, & ſpiritualis compater Noſter, Dominus Carolus, Rex Francorum & Longobardorum,* **ac Patricius Romanorum**, *noſtris obtemperans monitis, atque adimplens in omnibus voluntates, omnes Heſperiæ, Occiduæque partis barbaras Nationes ſub ſuis proſternens conculcavit pedibus, omnipotentatum illarum domans, & ſuo ſubjiciens Regno adunavit. Unde per laborioſa certamina, eidem Dei Apoſtolicæ Eccleſiæ, ob nimium amorem, plura dona perpetuò contulit poſſidenda, tam Provincias, quam Civitates, ſeu Caſtra, & cætera Territoria. Imò & Patrimonia, quæ à perfida Longobardorum Gente detinebantur, brachio forti, eidem Dei Eccleſiæ reſtituit, cujus & Jure eſſe dignoſcebantur* - - - - *idcirco nimium diligentes, ac venerantes Veſtrum à Deo conceſſum Imperium, magnopere ſuggerentes quæſumus, ut, præſentium transvectores* - - - - *ſoſpites iterum ad nos remeare, diſponere jubeat veſtra Sereniſſima Imperialis clementia, ut, dum de veſtra orthodoxa fide, quam cœpiſtis, nos reddiderint certiores, nosque ex hoc veſtro propoſito lætos efficientes, altiſſimas Domino Deo noſtro referre ſtudeamus laudes, divinam, pro immenſa piiſſimæ Serenitatis Veſtræ lætitia, exorantes Clementiam, atque conſona cum Propheta inquientes: Domine, ſalvos fac Invictiſſimos NOSTROS PRINCIPES, & Magnos Imperatores, &c.* Cernimus interim ex iisdem, Populos, à *Carolo* devictos, non amplius pro ſubditis Græcorum Imperii fuiſſe habitos; ſed & earundem notanda inſcriptio: *Hadrianus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Dominis piiſſimis, ac beatiſſimis, Victoribus, Imperatoribus, ac Triumphatoribus, Filiis diligendis in Deo, Domino Noſtro Jeſu Chriſto, Conſtantino & Irenæ, Auguſtis, &c.*, qua Pontificis nomen Imperiali præfertur, citra morem hactenus uſitatum, novo argumento viteſcentis, imò exoleſcentis Orientalium Imperatorum auctoritatis Romæ. De literis his quid alias Synodus *Pariſienſis*, an. 825, judicaverit, innuit ejus epiſtola ad *Ludovicum Pium* & *Lotharium*, apud *Goldaſtum*, in *Imperialib. decretis, de Cultu Imaginum*, pag. 627, verbis: *Epiſtolam Dn. Hadriani Papæ, quam pridem, pro Imaginibus erigendis, Conſtantino Imp. & Helenæ,* (Irenæ) *Matri ejus, ad eorum deprecationem, in transmarinis partibus direxit, coram nobis legi fecimus; &, quantum noſtræ parvitati res patuit, ſicut juſtè reprehendit illos, qui Imagines Sanctorum, temerario auſu, in illis partibus confringere, & penitus abolere præſumpſerunt; ſic indiſcretè noſcitur feciſſe, in eo, quod ſuperſtitioſe eas adorare juſſit, &c.*, Seductis re vera inde Græcis, in Synodo *Nicæna*, anni 787, in qua, teſte *Zonara*, T. 3 Annal., p. m. 141, *decretum: Venerabiles Imagines & ADORANDAS & COLENDAS ESSE;* (τὰς σεπτὰς εἰκόνας καὶ προσκυνεῖσθαι καὶ σέβεσθαι.) nec non *Cedreno: Imagines cum Cruce ADORANDAS definiverunt;* (τὰς εἰκόνας σὺν τῷ σταυρῷ διορίσαντες προσκυνεῖσθαι.) Conf. ſeq. v. 35.

(34) Ma-

(34) Malo conſilio *Irene*, anno 788, in Italia bellum movit. Cauſa duplex erat: (1) Subjugatus à *Carolo* Ducatus Beneventanus, quem, una cum Duce, Imperatores Orientales in patrocinium ſuſceperant; & (2) denegata ab Eo filia *Rhotrudu*, Imperatori *Conſtantino*, anno tamen 786 deſponſata, ſi vel *Annalibus Francorum Pithœanis*, p. 12, ad h. a., fidem adhibeamus, ubi: *Hruodtrudis, filia Regis, à Conſtantino Imperatore deſponſatur, &c.* Igitur, ut *Adelmus*, ad an. 788, ap. *Freherum*, p. m. 398, ſcribit, *Conſtantinus Imperator, propter negatam ſibi Regis filiam, iratus, Theodorum Patricium, Siciliæ Præfectum, cum aliis Ducibus ſuis, fines Beneventanorum vaſtare juſſit. Qui cum imperata exequerentur, Grimoldus, qui, eodem anno, poſt mortem Patris, Dux Beneventanus à Rege datus eſt, & Hildebrandus, Dux Spoletanorum, cum copiis, quas congregare potuerunt, in Calabria eis occurrerunt, habentes ſecum Legatum Regis, Winnigiſum, qui poſtea, in Ducatu Spoletano, Hildebrando ſucceſſit, commiſſoque prælio, immodicam ex eis multitudinem ceciderunt: ac, ſine ſuo ſuorumque gravi diſpendio, Victores facti, magnum captivorum ac ſpoliorum numerum in ſua caſtra retulerunt, &c.* In eodem prælio occubuiſſe *Adalgiſum, Deſiderii*, Longobardorum Regis, filium, docet *Theophanes*: *Interea*, inquiens, *Irena miſit Joannem Sacellarium, & Logothetam, in Longobardiam, una cum Aldegiſo, dudum majoris Longobardiæ Rege, quem illi à Deo datum dicebant, ad ultionem inferendam, ſi poſſent, in Carolum, & quosdam ſubducendos ab illo. Deſcenderunt ergo, cum Theodoro Patricio, Exarcho, Prætore Siciliæ, &, inito bello, temtus à Francis, amare interemptus eſt, &c.* Conf. *Annales Francor. Pithœani*, an. 788, p. 12; *Reuberiani*, eod. an., p. 27; *Fuldenſes*, eod. an.; Author *vitæ Caroli Magni*, ap. *Pithœum*, p. 254; *Poëta Saxo*, an. 788, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Rer. Brunſ.*, p. 137, & 138; *Regino*, h. a., *Sigebertus*, h. a.; *Albericus*, h. a., pag. 119; *Sigonius*, lib. 4, de *Regno Ital.*, h. a., pag. 153, & 154; *Baronius*, Tom. IX, h. a., §. 3. & 4, p. 446, & 447; *Vorburgius*, Vol. X, h. a., pag. 165, &c. Id autem inde lucrabantur Imperator & Ejus Mater, ut, ab hoc tempore, nulla eis auctoritas in Italia ſupereſſe videretur; cruentiſſimum enim & decretorium prælium fuit, *Sigonio*, l. c., teſte, ubi: *Pugnatum eſt in Calabria, magno, ſi quando unquam ante alias, armorum atque animorum ardore, cum & Longobardi fidem, & Græci virtutem probare Regibus ſuis ſtuderent. Æquata per aliquot horas pugna, demum Græcorum acies inclinavit. Fuſus fugatusque exercitus, multi occiſi, pluresque in prælio capti ſunt, ſpoliorum quoque præda ingens parta. Inter cætera Adelgiſus ipſe in poteſtatem conceſſit, atque in tormentis habitus, expiravit.* Acceſſit, an. 789, domeſticum bellum, de quo *Theophanes*: *Anno decimo Imperii Irenæ movit diabolus livore Impietatis Imperatorum homines, qui inſtigarent matrem, adverſus filium, & filium adverſus matrem, &c.* Summam exprimit *Sigonius*, l. c., ad an. 789, p. 154: *Irene, Imperium Conſtantino filio eripere conata, Ipſa Imperio, favore popularium in Conſtantinum inclinante, dejecta eſt.* Conf. *Baronius*, l. c., ad h. a., §. 1, &c., p. 449, &c., *Vorburg.*, l. c., ad h. a., pag. 171, &c.

(35) Hac rerum facie eam nanciſcebatur *Carolus* auctoritatem, ut, anno 794, celeberrimam Synodum *Francofurtenſem*, in qua Orgellitani Præſulis, *Felicis*, ejusque aſſeclæ, *Elipandi*, Toletani Antiſtitis, hæretica ſententia, Salvatorem noſtrum, quoad humanam naturam, non niſi Filium Patris adoptivum eſſe, damnata eſt, convocaret. Vid. litteras Ejus ad ipſum *Elipandum*, ap. *Baronium*, Tom. IX, an. 794, §. XI, p. 465: *Ad impletionem vero hujus gaudii*, (hæreticorum converſionis) fraterna cogente charitate, juſſimus ſanctorum Patrum Synodale, ex omnibus undique *Noſtræ Ditionis Eccleſiis, congregare Concilium, &c.* integras exhibent l. c. §. XV ad XXVI, p. 467 ad 471, & *Vorburgius*, Vol. X, ad h. a., pag. 200, &c.; Sub inſcriptione: *Carolus, gratia Dei, Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum*, Filius & *Defenſor ſanctæ Dei Eccleſiæ, Elipando, Toletanæ Civitatis Metropolitano, & cæteris in partibus Hiſpaniæ Conſacerdotibus Orthodoxæ fidei, & fraterna caritatis in Chriſto, Dei Filio proprio & vero, optamus ſalutem, &c.* In literis Synodalibus ad Hiſpaniarum Præſules legitur: *Congregatis nobis in unum Charitatis Conventum, præcipiente & præſidente Piiſſimo & Glorioſiſſimo DOMINO NOSTRO, Carolo Rege, &c.*; & rurſus, in libello ad *Elipandum*, reliquosque Hiſpaniarum & Galliciæ Epiſcopos: *Clementiſſimi ac tranquilliſſimi, Glorioſique Caroli Regis, DOMINI TERRÆ, Imperii Ejus decreto, per diverſas Provincias Regni, Ejus ditioni ſubjectas, ſumma celeritate præcurrente, multitudo Antiſtitum, ſacris obtemperando præceptis, in uno Collegio aggregata convenit, &c.*; add. cap. 1 Actorum Synodi, à *Johanne Tilio*, Meldorum Epiſcopo, editorum: *Convenientibus, Deo favente, Apoſtolica auctoritate, atque Piiſſimi DOMINI NOSTRI, Caroli Regis, juſſione, anno vigeſimo ſexto Principatus ſui, cunctis Francorum, ſeu Italiæ, & Aquitaniæ Epiſcopis ac Sacerdotibus, Synodali Concilio, &c.* Idem docet Auctor *Vitæ ejus*, apud *Pithoeum*, p. 256: *Paſcha in Franconofurt*, (celebravit Rex) *& ibi congregata eſt Synodus Magna Epiſcoporum Galliarum, Germanorum, Italorum, in præſentia Ejus, &c.* Add. *Adelmus*, ad an. 794, ap. *Freherum*, p. 400, & 401: *Paulus Diaconus*, in *ſupplemento Hiſtoriæ Longobard.*, h. a., ap. eund., p. 180: *Annales Reuberiani*, h. a., p. 29; *Lambeciani*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar*, cap. 5, p. 377; & *Fuldenſes*, h. a.; *Hincmarus Rhemenſis*, cap. 20, lib. contra *Hincmarum Laudunenſem*; cujus verba quoque apud *Baronium*, l. c., §. 41, p. 478, *Matth. Flacium Illyricum*, in *Catalogo Teſtium Veritatis*, pag. 131, *Goldaſtum*, in *imperialib. decretis, de cultu Imaginum*, p. 82,

Digitized by Google

p. 82, *Zieglerum* de *Epiſcopis*, cap. 18, §. 38, p. 694, & *Drejerum*, de *Cultu Imaginum*, circa initium, habentur; *Poeta Saxo*, h. a., ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Reb. Brunſ.*, p. 143; *Regino*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a.; *Ado Viennenſis*, ætat. VI; Monachus *Swarzahenſis*, in Chronico ab *Urſpergenſi* continuato, ad h. a.; *Albertus Stadenſis*, h. a.; *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum Germaniæ*, Cap. XI, ap. *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 224; multique alii. In eadem adorationem Imaginum reprobatam fuiſſe, res nota eſt. Ita ſane *Annales Pithœani*, ad an. 794, p. 13: *Pſeudo-Synodus Græcorum* (Niceæ, an. 787, juſſu *Conſtantini* Imp., & *Irenæ*, ejus Matris,) *pro adorandis Imaginibus, habita, & falſo Septima vocata, ab Epiſcopis* (in Synodo Francofurtenſi, an. 794,) *damnatur*, reliquis Auctoribus, modo nominatis, idem dicentibus; quicquid etiam *Baronius* ogganniat, quaſi Synodo malitioſè talia aſſuta eſſent, eum tamen, in præfatione ipſius Libri Capitularis ad *Hadrianum* Papam, ubi de rebus, in Concilio *Francofurti* geſtis, ſermo, dicatur: *Allata eſt in medium Quæſtio: de Nova Græcorum Synodo, quã, de Adorandis Imaginibus, Conſtantinopoli*, (Nicææ) *fecerant, in qua ſcriptum habebatur, ut, qui Imaginibus Sanctorum, ita ut Deificæ Trinitati, ſervitium, aut adorationem non impenderet, anathema judicaretur. Qui ſupra Sanctiſſimi Patres noſtri omnimodis adorationem & ſervitutem eis impendere renuentes, contempſerunt, atque conſentientes condemnaverunt, &c.* Duo hinc notatu digna: (1) quod *Carolus* jam tum *ſacra* pariter ac *profana* curaverit; (2) ſui officii eſſe & Juris exiſtimaverit, convocare Synodos, ad examinanda etiam decreta in Synodis ab Imperatoribus Græcis ſolenniter celebratis. Addendum (3) Epiſcopos Germaniæ, Galliarum, Italiæ, &c. convenientes, pro *Rerum Domino* Eum agnoviſſe.

(36) Biennio poſt, defuncto *Hadriano* Pontifice, *Leo III, una concordia, eademque voluntate, à cunctis Sacerdotibus, ſeu Proceribus, & omni Clero, nec non & Optimatibus, vel cuncto Populo Romano, Dei nutu, in natali B. primi Martyris Stephani, electus eſt, & ſequenti die, in natali S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, Pontifex, in ſede Apoſtolica, ordinatus eſt, &c.* Hæc *Anaſtaſius*, in ejus Vita, p. 176. Sub hoc Imperium *Caroli* ſummum, in Urbem *Romam*, maturitatem conſecutum eſt; peracta enim electione, *mox, per Legatos ſuos, claves confeſſionis S. Petri, ac vexillum Romanæ Urbis, cum aliis muneribus, Regi miſit, rogavitque, ut aliquem de ſuis Optimatibus Romam mitteret, qui Populum Romanum, ad ſuam fidem, atque ſubjectionem, per ſacramenta firmaret. Miſſus eſt ad hoc Angilbertus, Abbas S. Richarii monaſterii. &c.* Sunt verba *Adelmi, Annal. Franc.*, an. 796, ap. *Freherum*, p. 401; Idem teſtantur Auctor *Vitæ Caroli Magni*, apud *Pithœum*, p. 257; *Annal. Reuberiani*, eod. an., pag. 30; *Poeta Saxo*, h. a., ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, p. 145; *Regino*, h. a.; *Ado Viennenſ.*, ætat VI, h. a.; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., p. 126; *Albertus Stadenſis*, h. a.; *Sigonius*, lib. 4. de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 155; & alii. Benè hinc *Johannes Mariana*, lib. 7, de *Reb. Hiſpan.*, Cap. XI, Tom. II *Hiſpaniæ Illuſtratæ*, p. m. 411: *Præmiſſa fuerant ad Carolum Claves Confeſſionis S. Petri, & Urbis Romæ vexillum: indicio, Cives & Pontificem ſe in Ejus poteſtatem contradere: Quoniam parum opis, in ea temporum perturbatione, fore videbatur, in Græcis Imperatoribus: res Francorum reſurgere & confirmari conſiderabant. Itaque, quod abſenti decreverant, Urbis Romæ Imperium præſenti delatum.* Quæ B. Dn. *Schilterus*, lib. 2, de *Libertate Eccleſiar. German.*, Cap. XI, §. 2, p. 217, repetit. Factum tranſmiſſarum clavium fatetur vel ipſe *Baronius*, Tom. IX, ad an. 796, §. 16, pag. 516, addat licet: *Hic tu rideas, opus eſt, Lector, Novatorum deliria, dum, quamlibet occaſionem captantes, per Claves, ex Legum præſcripto, tradunt, Carolum in poſſeſſionem immiſſum Romanæ Eccleſiæ, &, per Vexellum, Romanæ Urbis, &c.* Quibus tu annecte verba Ill. *Conringii*, de *Imperio Romano German.*, cap. VI, §. 15, p. 36: *Verum ille*, (Baronius) *veteratorie admodum, omittit illa, quæ Auctor ille adjunxit: Rogavitque, ut aliquem de ſuis Optimatibus Romam mitteret, qui Populum Romanum, ad ſuam fidem atque ſubjectionem, per ſacramenta firmaret, &c.* Conf. *Vorburgius*, Vol. X, an. 796, pag. 247; Ill. Dn. *Coccejus*, *Juris Publ. Prudent.*, Cap. VI, §. 7, p. 132, & 133; Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 16, pag. 8; & quos adducit Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, *Jur. Publ. Enucl.*, cap. 2, §. 6, pag. 13, &c. Nec dubium eſt, quin &, vigore hujus poteſtatis, Judicem egerit in cauſa *Leonis III*, Papæ, quem Romani oculis & lingua privaverant. *Eginhartus*, p. m. 442, rem ſic enarrat: *Ultimi adventus ſui* (Caroli) *non ſolum hæ fuere cauſæ*, (ſolvendi vota) *verum etiam, quod Romani Leonem, multis affectum injuriis, erutis videlicet oculis, linguaque amputata, fidem Regis implorare compulerunt: Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Eccleſiæ ſtatum, ibi totum hyemis tempus extraxit, &c.* Coævus Auctor, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, pag. 380, ad ann. 799, ita: *Domnus Rex Karolus apud Aquis-Palatio celebravit Paſcha, &, inſtigante Diabolo, Romani comprehenderunt Domnum Apoſtolicum, Leonem, in ipſis Lætaniis, quod eſt 7 Kal. Maji, & abſciderunt linguam ejus, & voluerunt eruere oculos Ejus, & eum morti tradere. Sed, juxta Dei diſpenſationem, malum, quod incboaverunt, non perfecerunt. Et Domnus Rex, eodem anno, introivit in Saxoniam, & reſedit ad Padresbrunna, & ibi venit ad Eum*

Domnus

Digitized by Google

Domnus Leo Apoſtolicus, quem antea volebant Romani interficere, & ſuſcepit Eum Domnus Rex honorifice, & multis donis & honoribus eum honoravit, & poſtea, cum pace & honore magno, eum remiſit ad propriam ſedem, & Miſſi Domni Regis deducebant cum honorifice, & eos, qui in mortem ejus conſiliati ſunt, transmiſerunt ad Domnum Regem, & ſunt modo, ut digni ſunt, in exilio. Circumſtantias nonnullas ſuppeditat Auctor alius Annalium, apud Lambecium, l. c., pag. 374, ſcribens: Romani Leonem Papam de Pontificatu ejiciunt, oculos eruere moliuntur, linguam abſcindunt, in cuſtodiam retrudunt, unde, per Albinum cubicularium, noctu, per murum in fune deponitur, ad Winigiſum, Ducem Spolitanum, qui circa Urbem cum exercitu conſederat, pervenit, qui curam ei adhibuit, & in Saxoniam ad Regem dirigit, qui Eum, honorifice ſuſceptum, in Sedem Apoſtolicam reſtituit, & Romanos, qui hanc tyrannidem exercuerunt, in exilium mittit, &c. Ad an. ſequentem 800 annectit: Karlus Romam pergit; Leo Papa, ante diem Natalis Domini tertium, de omnibus, quæ à Populo Romano ei objiciebantur, coram Rege & Populo Francorum, dato ſacramento, purificatur, &c. Idem docet Adelmus, ad an. 799, & 800, ap. Freherum, p. 405, inquiens: Facta ſunt hæc (introitus Caroli Romæ) 8 Kal. Dec. (800) Poſt ſeptem vero dies Rex, concione vocata, cur Romam veniſſet, omnibus patefecit, & exinde quotidie, propter quæ venerat facienda, operam impendit. In quibus vel maximum, vel difficillimum erat, quod primum inchoatum eſt, de inveſtigandis videlicet, quæ Pontifici objiciebantur, criminibus. Qui tamen, poſtquam nullus eorundem criminum probator eſſe voluit, coram omni Populo, in Baſilica B. Petri Apoſtoli, Evangelium ferens, ambonem conſcendit, invocatoque nomine S. Trinitatis, de objectis ſe criminibus jurando purgavit, &c. Conf. Annal. Francor. Reuberiani, ad ann. 799, & 800, p. 31, & 32; Pithœani, ad eosdem, p. 15, & 16; Fuldenſes, ad eosdem; Auctor Vitæ Caroli Magni, ap. Pithœum, p. 260, & 261; Paulus Diaconus, in ſupplemento Hiſt. Longob., ad eosd. annos, ap. Freherum, p. 180; Burchardus, lib. I. cap. 198; Regino, ad eosd. annos; Poeta Saxo, ad eosdem, ap. Dn. de Leibnitz, de Reb. Brunſ., p. 148, & 151; Anaſtaſius Biblioth., in vita Leonis III, p. 180 ad 184; Eutropius, Presbyter Longobardus, circa annum 900 florens, Tr. de Juribus ac Privilegiis Imperatorum, in Imperio Romano, quem, poſt Flacium, edidit Goldaſtus, Tom. I Monarchiæ, p. m. 9, cujus verba notari merentur, quod ſingularia contineant: Romanis in ſua ſecuritate gloriantibus, levatum eſt cor illorum, juxta illorum conſuetudinem: volueruntque Imperialem poteſtatem vendicare ſibi. Reſiſtente autem Leone Papa, comprehenderunt Eum, volueruntque eruere ejus oculos. Eruerunt autem unum, & alterum non potuerunt, quia liberavit Eum divina miſeratio, & ejectus eſt ab illis extra Urbem, quaſi perditis ambobus luminibus. Qui fugiens in Franciam, pervenit ad Carolum; unde accidit, eundem Carolum venire pro vindicta Apoſtolici, comprehendensque Romanos, de Majoribus Eorum, uno die, in Campo Lateranenſi, fecit trecentos decollari, &c.; Ivo Carnotenſis, in Chronico, ap. Freherum, p. m. 53; Hermannus Contractus, ann. 799, & 800, p. m. 301; Gratianus, Cauſ. 2, Quæſt. IV, (non V) C. 18: Auditum, &c.; Ado Viennenſis, ætat. VI, an. 799, & 800, p. 228; Chronicon Mindenſe, ap. Meibomium, Tom. I Rer. German., p. 554; Lambertus, an. 799; Marianus Scotus, an. eod.; Sigebertus, an. 799, & 800; Otto Friſing., lib. 5 Chron., cap. 30, ad an. 799, pag. 114, & 115; Gotfridus Viterbienſis, part. 17 Chron., p. m. 454; Chronographus Saxo, an. 799, & 800, p. 129, & 130; priori loco itidem narrans cauſam indignationis Romanorum, dum ait: Romanis, in ſua ſecuritate gloriantibus, levatum eſt cor, ſecundum morem illorum, volueruntque ea, quæ Imperialis erant poteſtatis, ſibi vendicare. Reſiſtente autem Leone Papa, quidam ex cognatis b. m. Adriani Papæ, ſeditionem moventes in Populo, concitaverunt eos adverſus Papam, &c.; eadem repetentibus Alberico, ad an. 799, & 800, p. 128, & 129; & Alberto Stadenſi, ad eosdem annos; accipienda tamen de Caroli poteſtate; ſi enim de Imperatore Græco hæc intelligenda forent, inſanus Carolum Judicem imploraſſet Pontifex, adverſus Romanos, Jura ipſius hoſtis, Imperatoris, infringentes; nec propterea eos puniturum. Add. Marſilius Patavinus, de Translatione Imperii, Cap. IX, ap. Schardium, de Juriſdict. Imper., p. m. 159; Lupoldus de Babenberg, de Jure Reg. & Imper. Rom., cap. 1, ibid., p. m. 170; Platina, in vita Leonis III, p. m. 111; Antoninus, part. 2 Hiſtor., Tit. 14, c. 1, §. 8; Radulphus de Columna, de Translatione Imperii, ap. Schardium, l. c., in vita Leonis III, p. m 165; infinitique alii.

(37) Deficientibus igitur Actorum probationibus, Reoque Papa juramento ſe purgante, de infligendis ſontibus pœnis quæſtio erat, ob inſtantem Natalium Salvatoris feſtivitatem, dilatis. Ipſe autem, (Rex Carolus) die ſacratiſſima Natalis Domini, (anni 800, vel, juxta eos, qui cum Feſto Nativitatis Chriſti auſpicantur, 801) ad Miſſarum ſolennia audienda, Baſilicam B. Petri Apoſtoli quum fuiſſet ingreſſus, & coram Altari, ubi ad Orationes ſe inclinaverat, adſiſteret, Leo Papa Coronam capiti Ejus impoſuit, cuncto Populo Romano acclamante: CAROLO AUGUSTO, A DEO CORONATO, MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORUM, VITA ET VICTORIA. Poſt quas laudes, ab eodem Pontifice, more antiquorum Principum, ADORATUS EST, ac deinde, omiſſo PATRICII nomine, IMPERATOR & AUGUSTUS appellatus. Hæc Adelmus, ad an. 801, ap. Freherum, p. 405, mox annectens: Poſt paucos vero dies, jubente Ipſo, ii, qui eundem Pontificem, anno ſuperiore, depoſuerunt, in judicium adducti, &, habita de eis quæſtione, ſecundum Legem Romanam, ut Majeſtatis rei, capite damnati ſunt: pro quibus tamen Papa, pio affectu, apud

Imperatorem intereeſſit: nam & vita, & membrorum integritas eis conceſſa eſt; cæterum, pro facinoris magnitudine, exilio deputati ſunt. Hujus facinoris fuere Principes: Paſchalis, Nomenclator; & Campulius, Sacellarius; & multi alii Romanæ Urbis Habitatores Nobiles, qui ſimul omnes eadem ſententia damnati ſunt. Ordinatis deinde Romanæ Urbis, Apoſtolicique cœtus, totiusque Italiæ non tantum publicis, ſed etiam Eccleſiaſticis, & privatis rebus, (nam tota hyeme nil aliud fecit Imperator) miſſaque iterum in Beneventanos expeditione, cum Pipino, filio ſuo, Ipſe poſt Paſcha, VII Kalend. Maji, Româ profectus venit Spolêtum, &c. Quæ omnia, ad verbum, *Annalib. quoque Francor. Reuberianis*, h. a., pag. 32, & 33; nec non *Pithœanis*, h. a., p. 16, & 17, & *Fuldenſibus*, h. a.; Auctore *Vitæ Caroli Magni*, ap. *Pithoeum*, p. 262, & 263; & *Reginone*, h. a., continentur. Perſuadere nobis conatur *Eginhartus*, ap. *Freherum*, pag. 442, *Carolum* Pontificis intentionem non ſolum non ſciviſſe, ſed & factum ejus ab initio ægrè tuliſſe: *Imperatoris*, ait, *& Auguſti nomen accepit: quod primo tantum averſatus eſt, ut affirmaret, ſe eo die, quamvis præcipua feſtivitas eſſet, Eccleſiam non intraturum fuiſſe, ſi Pontificis conſilium præſcire potuiſſet, &c.*; idem ſentientibus *Poeta Saxone*, lib. 5, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Rer. Brunſuic.*, p. 168, & Monacho *S. Galli*, lib. 2, de *Geſtis Caroli Magni*, cap. 28, quorum verba Dn. *Werlhof*, *Jur. Publ. enucleato*, cap. 2, §. 6, lit. c, p. 20, & 21, recitat; Longè aliud vero docet coævus *Carolo* Auctor *Annalium*, ap. *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, pag. 381, ad annum 801: *Et quia jam tunc ceſſabat, à parte Græcorum, nomen Imperatoris, & fœmineum Imperium apud ſe habebant, tunc viſum eſt & ipſo Apoſtolico, Leoni, & univerſis Sanctis Patribus, qui in ipſo Concilio aderant, ſeu reliquo Chriſtiano Populo, ut Ipſum Carolum, Regem Franchorum, Imperatorem nominare debuiſſent, qui ipſam Romam tenebat, ubi ſemper Cæſares ſedere ſoliti erant, ſeu reliquas Sedes, quas Ipſe per Italiam, ſeu Galliam, nec non & Germaniam tenebat; quia Deus Omnipotens has omnes Sedes in poteſtatem Ejus conceſſit; ideo juſtum eis eſſe videbatur, ut Ipſe, cum Dei adjutorio, & univerſo Chriſtiano Populo petente, ipſum nomen haberet. Quorum petitionem Ipſe Rex Carolus denegare noluit, ſed, cum omni humilitate ſubjectus Deo, & petitioni Sacerdotum, & univerſi Chriſtiani Populi, in ipſa Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ipſum nomen Imperatoris, cum conſecratione Domni Leonis Papæ, ſuſcepit. Et ibi, primus omnium, ipſam S. Eccleſiam Romanam de ea diſcordia, quam inter ſe habuerunt, ad pacem & concordiam revocavit, & ibi celebravit Paſcha, Et, appropinquante æſtivo tempore, direxit iter ſuum partibus Ravennæ, Juſtitias & pacem faciendo, & inde pervenit in Francia ad Sedem ſuam.* Quæ certè notari merentur, utpote clarè demonſtrantia, quo modo *Carolo* Imperatoris nomen delatum fuerit. Eadem, paucis exceptis, occurrunt in Veteri *Chronico Moiſſiacenſi*, ad an. 801, apud *Du Chenes*, Tom. 3 *Scriptor.*, p. 143, & Ampl. Dn. *Werlhof*, l. c., cap. 2, §. 6, p. 15; Factum confirmantibus, præter eos, quorum, præced. pag. 51, memini, Annalibus *Lambecianis* aliis, l. c., pag. 374; *Paulo Diacono, in ſupplemento Hiſtoriæ Longob.*, ad an. 801, ap. *Freherum*, pag. 180; *Poeta Saxone*, ad eund. annum, l. c., pag. 151, & 152; *Hermanno Contracto*, an. 801, p. m. 301; *Lamberto Schafnab.*, an. 800; *Mariano Scoto*, an. 799; *Wilhelmo Malmesburienſi*, lib. 1, de *Geſtis Reg. Angl.*, p. m. 25; *Sigeberto Gemblac.*, an. 801; *Chronographo Saxone*, an. 801, pag. 130; *Gotfrido Viterbienſi*, part. XVII *Chron.*, eod. an., p. 455; *Conrado Urſpergenſi*, p. m. 130; Monacho *Herveldenſi*, an. 800, ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 373; *Annalibus Hildenſemenſ.*, eod. an., apud Dn. de *Leibnitz*, *de Script. Rer. Brunſ.*, p. 714; *Alberico*, *Monacho trium Fontium*, an. 801, p. 150; *Alberto Stadenſi*, an. eod., p. 84, & 85; *Martino Polono*, in vita *Caroli Magni*, & Leonis *III*, p. 362, & 363; *Vincentio Bellovacenſi*, lib. 24 *Speculi Hiſtorialis*, cap. ult.; *Jordane*, de *Translatione Imperii in Germanos*, ap. *Schardium*, de *Jurisd. Imper.*, p. m. 109; *Æneæ Sylvio*, de *Ortu & auctoritate Imperii*, c. 9, ibid., p. 393; *Arnaldo de Verdala*, in vitis Epiſcoporum *Magalonæ* Inſulæ, ap. *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 793; *Gobelino Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, cap. 40, p. m. 240; *Platina*, in Vita *Leonis III*, p. m. 111; *Sigonio*, lib. IV, de *Regno Ital.*, an. 801, p. 161; *Bellarmino*, tot. Tract. de *Translatione Imperii*, *Flacii Illyrici* Libro: de eadem *Translatione*, oppoſito, Tom. 1 *Controverſiarum*, p. 906, &c., ubi lib. 1, cap. 4, p. 931, &c., plures in teſtimonium producit; *Michaële Coccinio*, de *Translatione Imperii*, ap. *Schardium*, l. c., pag. 428; *Baronio*, Tom. IX Annal., ad an. 800, §. 6, pag. 534, ubi ſimul diverſas, quoad annum, conciliat opiniones, inquiens: *Qui annos Redemptoris à Natali die Domini auſpicari ſunt ſoliti, in ſequentem rejiciunt annum Coronationem ipſius Caroli Magni, in Imperatorem, quæ ipſo die Natali Domini facta eſt; qui autem à Kalendis Januariis initium anni ſumere conſueverunt, ut & nos facimus, hoc certe anno* (800) *ipſam ponere neceſſe habent, &c.*; *Rogerio Widringtono*, *Apologia pro Jure Principum*, adverſus *Bellarminum*, ap. *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarch.*, p. 754, &c.; *Vorburgio*, Vol. X, an. 800, p. 277; Aliis.

(38) *Bellarminus*, l. c., lib. 1, de *Translatione Imperii*, Cap. XII, oblationem *Imperatorii nominis* à Papa & Clero, Senatu Populoque Romano, *Carolo* factam, *Translationem Imperii Occidentalis à Græcis ad Francos* vocat, Romano Pontifici debitam. Verba ejus ſunt: *Hic denique idem Leo* (III) *Romanum Imperium à Græcis ad Francos tranſtulit; quod jam longo uſu didiciſſet,* *Gra-*

Digitized by Google

Græcos aut non poſſe, aut nolle laboranti Eccleſiæ opem ferre: ac tum maxime id metuendum videretur, cum, Imperatore Conſtantino fraude ſuorum excæcato, fœmina, quod antea nunquam acciderat, Romano Imperio præſideret, &c. Fundamentum aſſertionis ejus nititur teſtimoniis Scriptorum, quos l. c., cap. 4, pag. 931, &c. adducit; Cap. 7, p. 943, &c., *Imperium Germanorum non eſſe acquiſitum jure belli*, probandum ſibi ſumit; Cap. 8, p. 952, &c., docet: *Non accepiſſe Carolum Magnum a Deo immediatè Imperii dignitatem*; Cap. 9, p. 953, &c., defendit: *Imperium Romanum non veniſſe ad Carolum Jure hæreditario*: Cap. 10, p. 962, &c., ſe opponit dicentibus: *Accepiſſe Carolum Magnum Imperii dignitatem, auctore Senatu Populoque Romano, &c.*; Cap. 11, p. 965, &c., aggreditur exiſtimantes: *Deveniſſe ad Germanos Imperium donatione Graeorum, &c.*; Capite tandem duodecimo, p. 970, &c., aſſerit: *Romanum pontificem JURE SUO Imperium à Græcis in Germanos tranſtuliſſe*; conſequenter Quæſtionem: *An Papa id fecerit?* extra dubitationis limites ponit; ad Quæſtionem Juris: *Num Papa id facere potuerit?* itidem affirmative reſpondet, l. c., pag. 971, rationis loco proferens; *Romanum Pontificem (1) totius Eccleſiæ, i. e. omnium Chriſtianorum, Patrem & Paſtorem eſſe, (2) ſummum Eccleſiæ totius Paſtorem ita non modo privatis hominibus, ſed etiam Regibus & Imperatoribus Chriſtianis præeſſe, ut, ſi cauſa Chriſti & Eccleſiæ id exigat, poſſit eos Regnis, atque Imperiis exuere, eaque Regna & Imperia ab aliis ad alios transferre.* Ad hanc *poſteriorem* theſin reſpondere ſuperſedeo, Lectorem remittens ad Diſſertationem VII doctiſſimi Dn. *Ludovici Ellies Du Pin*, de *Antiqua Eccleſiæ diſciplina*, pag. 433, ad finem uſque, qua, rationibus ſolidis, probat: *Pontificem, aut Eccleſiam, nullam habere, in Reges, eorumque bona, auctoritatem directam, vel indirectam, nec poſſe Reges ab ipſis ullatenus deponi, aut eorum ſubditos à fide & obedientia eximi.* Tractatus Theologorum Pariſienſium approbatione munitus eſt: quod notandum. *Priorem* in ſpecie impugnat, l. c., cap. 3. §. 3, pag. 519, & 524, inter alia ſcribens: *Unum obſervare ſuffi it: Pontificem Romanum nihil omnino Juris, aut Terrarum Carolo dediſſe, aut Imperatori Græco abſtuliſſe, ſed merum nomen Imperatoris, idque Eum non ſolum dediſſe, ſed ſimul cum Populo Romano, cujus nomine, velut præcipuum ejus membrum, agebat. Quippe diu, antequam Carolus Imperator nominaretur, Græcus à dominio Provinciarum Occidentis exciderat, & Carolus, jure ſucceſſionis, aut armorum, dominus erat Galliæ, Germaniæ, Pannoniæ, partis Hiſpaniæ, & maximæ partis Italiæ, ac præſertim Urbis Romæ, quæ ſedes erat Imperii. Itaque, nomine Imperatoris adepto, ditior non eſt factus Carolus, nec quicquam Græco Imperatori ablatum eſt: ac proinde, etiamſi Leo ſolus Imperatorium nomen dediſſet Carolo, non inde ſequeretur, Romanum Pontificem aliquid in Temporalia juris habuiſſe, aut Carolo contuliſſe, &c.* Diu ante ipſum *Lupoldus de Babenberg*, de *Jure Regni & Imperii Rom.*, cap. 4, apud *Schardium*, de *Juriſd. Imp.*, p. m. 176, in eandem ivit ſententiam: *Videtur, quod, quoad exemptionem ipſius Caroli, a ſubjectione ac obedientia Imperatoris Conſtantinopolitani, hujus translationis nullus fuerit effectus realis. Præterea idem Carolus Magnus, ut patet ex his, quæ dicta ſunt ſupra, cap. 1, partim ex ſucceſſione Paterna, partim etiam per bellum licitum, habuit, ante jam dictam Translationem, omnia Regna & Provincias, quæ, ſeu quas hodie habent Reges, ſeu Imperatores Romanorum. Habuit inſuper Galliam Occidentalem, Gaſconiam, Pannoniam, & plures alias Provincias & Terras, quas hodie Reges ſeu Imperatores non poſſident. Item habuit, in omnibus eisdem Regnis, Provinciis & Terris, poteſtatem Imperialem, ſaltem ex conſuetudine, juxta ea, quæ dicam infra, Cap. 7. Et ſic Regna, ac Provinciæ, & Terræ hujusmodi, cum plena poteſtate in ipſis, per Eccleſiam Romanam, in Eum transferri minime potuerunt. Quod enim meum eſt ex una cauſa, non poteſt ex alia modò fierè meum, niſi deſinat eſſe meum. X de Fide Inſtrum. C. Inter dilectionis, &c.* Vilipendunt inſuper fictam hanc *Translationem Dantes Aligherius*, de *Monarchia*, lib. 3, ibid., p. 101; *Nicolaus Cuſanus*, de *Concordantia Catholica*, lib. 3. cap. 3, ibid., p. 359; *Johannes Barclajus*, in *Vindiciis*, pro *Guilielmo Barclajo*, Parente, contra *Bellarminum*, in favorem Principum Secularium, ſcriptis, cap. 4, §. 6, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarchiæ*, p. 837, &c.; multique alii. *Tertiam* Claſſem conſtituunt, qui Imperium Romanum *Carolo* quidem delatum arbitrantur, non autem auctoritate ſolius Pontificis, ſed conſenſu & voluntate totius Cleri, Populique Romani. Nomina eorum colligit *Rogerius Widringtonus*, in *Apologia, pro Juribus Principum*, adverſus *Bellarminum*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 Monarchiæ, §. 413 ad 423, p. 754, & 755;

(39) Inanis tota Quæſtio: de *Translatione Occidentalis Imperii*, utpote quæ facta, vel *literis*, vel *verbis*; aſt nec documenta, nec coævorum Scriptorum teſtimonia, quibus ejusmodi quid probetur, adſunt; ergò planè non facta. Nec confundi mallem *Imperium Romanum cum Imperio Occidentis*, quatenus ad *Carolum* pertinuerit, Germaniam ſcil., Gallias, Pannoniam, Hiſpaniam, &c. complectens; has enim Provincias, partim *hæreditario jure*, partimque *belli*, quidni & *derelictionis titulo*, ab Eo fuiſſe poſſeſſas, hactenus dictum eſt; *Imperium Romanum* diſtinguendum præterea eſt ab *Imperio Italiæ*, quo potitus *Carolus*, Græcorum pace, devictis, ann. 774, Longobardis, eorumque Rege *Deſiderio*; proſtrato deinde, an 776, Forojulienſium Duce, *Rotgando*; fidelitatis legibus ſubjecto, an. 786, *Aragiſo*, Beneventanorum Duce; fuſisque, an. 788, horrenda clade, Græcis ipſismet, & trucidato *Aldegiſo*, *Deſiderii* filio, exule. De quibus momentis præcedentes paragraphi 28. 30, 32, & 34 evolvantur. De *Imperio Romano*, ſpecialiter dicto, hæc mea eſt ſententia: Aut loquimur de *poteſtate*,

aut de *Imperiali Titulo;* priori caſu, *Romam Carolo*, etiam ante inaugurationem, parуiſſe, probari poſſe cenſeo (1) pactionibus Ejus cum *Adriano* Papa & Romanis, an. 774, devictis Longobardis, cum *Patricius Romanorum* ſolenniter renunciaretur; qua de re ſupra, Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 49, & præced. v. 29, p. 354; (2) Transmiſſione Clavium Confeſſionis S. Petri, cum Vexillo Urbis Romæ, an. 796, de quibus ſubjectionis ſignis legas præced. v. 36, p. 360 (3) Juramento fidelitatis, quod *Leo* Pontifex *Carolo* præſtitit, ceu Ill. *Conringius*, de *Imperio Romano German.*, Cap. VI, §. 15, p. 36, ex Epiſtola quadam laudati Principis ad dictum Præſulem, cujus *Baluzius*, in Notis ad *Gratianum*, p. 492, meminit, docet; (4) Cognitione cauſæ ejusdem *Leonis*, quem *vindicaturis ſibi, quæ Imperialis poteſtatis eſſe* noſcebantur, ſe opponentem, Romani Sede dejecerant; vid. præc. v. 36, p. 360; (5) Teſtimoniis Scriptorum coævorum, ſcil. Auctoris *Annalium Francicorum*, ap. *Lambecium*, cujus verba, præced. v. 37, adduxi, interque alia: *Ut Ipſum Carolum, Regem Franchorum, Imperatorem nominare debuiſſent, Qui ipſam Romam tenebat, &c.*; atque *Chronici Moiſſiacenſis*, quod in anno 818 explicit, ap. *Du Cheſne*, Tom. 3 *Scriptor.*, p. 143, ad an. 801, *Bœclerum*, Comment. de Rebus Sec. IX & X, in Vita Caroli Magni, p. m. 24, & Dn. *Werlhofium, Jur. Publ. Enucl.*, cap. 2, §. 6, lit. a, p. 15: *Cum apud Romam moraretur Rex Karolus, Nuncii ad Eum delati ſunt, dicentes: quod apud Græcos nomen Imperatoris ceſſaſſet, & fœmineum Imperium apud ſe haberent. Tunc viſum eſt ipſo* (ipſi) *Apoſtolico, Leoni, & Univerſis Sanctis Patribus, qui in ipſo Concilio aderant, ſeu reliquo Chriſtiano Populo: Ut ipſum Karolum, Regem Francorum, Imperatorem nominare debuiſſent: Quia ipſam Romam, Matrem Imperii, tenebat, ubi ſemper Cæſares, & Imperatores ſedere ſoliti fuerant, ſeu reliquas Sedes, quas Ipſe, in Italia & Gallia, nec non & Germania, tenebat. Quia Deus Omnipotens has omnes Sedes in Poteſtate Ejus conceſſit, &c.* Quibus jungas omnino *Eutropium*, Presbyterum Longobardum, circa initia Sec. X florentem, Tr. de *Juribus ac Privilegiis Imperatorum, in Imperio Romano*, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Monarchiæ*, p. 9, §: *Præterea.* Quod ſi vero de *Titulo Imperatoris* ſermo ſit, omnino fatendum, anno 800, vel, (ſi annum auſpiceris à Feſto Nativitatis Domini,) 801, Carolum eum à Pontifice, Clero, Populoque Romano primum conſecutum eſſe, teſte tota Antiquitate. Declarabant autem auguſtiſſimum hunc titulum deferentes, ſe jam ſummum Ipſius Imperium in Urbem *Romam*, reliquasque Terras, quibus gauderent, agnoſcere ſolenniter, omnesque ſimul titulos, dignitates, præeminentiam, Jura, &c., olim Imperatoribus Græcis competentia, devotè in Eo venerari. Hinc eſt, quod (1) à Pontifice, coronatione peracta, fuerit *adoratus;* præc. v. 37, p. 361; (2) Admiſſa Romanorum, in *Leonem*, rigidiori examini ſubjiciens, capitis ſontes damnaverit; l. c.; (3) *Romanæ* Urbis, & Apoſtolici cœtus, totiusque Italiæ non tantùm publicas, ſed etiam Eccleſiaſticas & privatas res ordinaverit; l. c.; (4) *Romam*, aliarum inſtar Urbium Metropolitanarum, ſub cenſu habuerit, teſte ejus ultimæ voluntatis formula an. 811, ap. *Eginhartum*, in calce Libri de Ejus vita, ap. *Freherum*, p. m. 444: *Harum diviſionum, quæ ex duabus primis partibus factæ ſunt, &, juxta Metropoliticarum Civitatum numerum, XXI eſſe noſcuntur, unaquaque ab altera ſequeſtrata, ſemotim in ſuo repoſitorio, cum ſuperſcriptione Civitatis, condita jacet. Nomina vero Metropoliticarum Civitatum, ad quas eadem eleemoſyna, vel largitio data eſt, hæc ſunt: ROMA, RAVENNA, Mediolanum, Forum Julii,* &c. Inſignis etiam locus eſt Lib. 3 Capitularium *Caroli Magni* & *Ludovici Pii*, ab *Anſegiſo* Abbate, & *Benedicto* Levita, collectorum, cap. 369, p. 985, ap. *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtitut. Imper.*, ad an. 813, p. 151: *Volumus, atque præcipimus, ut omnes Ditioni Noſtræ, Deo auxiliante, ſubjecti, tam ROMANI, quam Franci, Alamanni, Bajuvarii, Saxones, Thuringii, Freſones, Galli, Burgundiones, Britones, Longobardi, Waſcones, Beneventani, Gothi & Hiſpani, cæterique Nobis ſubjecti omnes, &c.*, ad quem merito provocant Ill. *Conringius*, l. c., Cap. VII, §. 9, p. 45, & Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, l. c., cap. 2, §. 8, lit. a, p. 30; (5) Una cum Succeſſoribus poſthac ſplendidiſſimo *Auguſti* titulo uſus ſit; Vid. præced. §. 3, lit. b, & c, p. 298; (6) & ſic eminentiam quandam, inter reliquos Chriſtiani Orbis Proceres, ſibi conciliaverit; *Conring.*, l. c., cap. 8, §. 12, p. 63; Dn. *Werlhof.*, l. c., §. 7, pag. 25; *Monzambano*, cap. 1, §. 12, in fine; (7) Jus quoddam hæreditarium in *Romam*, & *Patrimonium Petri*, Papam, Clerumque Romanum fuerit nactus; Vid. Dn. *Conring.*, l. c., cap. 7, §. 27, p. 56, & 57, & cap. 8, §. 1, p. 57, & de *Republica*, Diſſert. V, de *Septemviris Imperii*, §. 12, p. m. 165, & 187; Dn. *Kulpiſ.*, ad *Monzamb.*, cap. 1, §. 12, p. 67, & 68; Dn. *Werlhof*, l. c., §. 8, pag. 29; Dn. *Schilter*, de *Libert. Eccleſ. German.*, lib. 2, Cap. XI, §. 6, pag. 221, &c.; Ill. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.*, Cap. VI, §. 7, pag. 132, &c.; (8) Pontifices Romani non niſi Imperatorum Occidentalium nomina, ſpretis orientalibus, publicis ſcripturis inſeruerint. Vid. *Petrus de Marca*, de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, lib. 3, cap. 11, §. 12, p. m. 272, Dn. *Werlhof*, l. c., §. 6, lit. a, p. 18; de aliis vid. Dn. *Schilter*, l. c., lib. 2, c. 11, §. 9, p. 224. Contrarius eſt *Monzambano*, cap. 1, §. 12, &, qui eum ſequitur, *Henricus Vagedes*, Diſſ. de *Ludibriis Aulæ Romanæ, in Translatione Imperii Romani*, cap. IV, §. 2, inter opera ejus Academica, pag. 137, arbitrantes, ſub ſplendidiſſimo *Imperatoris* titulo, *Carolum* non niſi ſupremum defenſorem, & Protectorem ſeu Advocatum Romanæ Sedis, bonorumque, ex uſurpatione Pontificum, aut alio-

rum

rum liberalitate, ad ipſam devolutorum, fuiſſe conſtitutum, adeoque, ſpecie quadam duntaxat *inæqualis fœderis*, quod interdum longius, interdum propius à veræ ſubjectionis civilis conditione abeat, Romanam Sedem, ejusque bona *Carolo* adjuncta; pactionis ſumma eo redeunte: Ut *Carolus* quidem Romanam Sedem, ejusque Bona, adverſus invaſores quoslibet, defenderet, &, ſi quæ intrinſecæ turbæ orirentur, in dedecus aut damnum Eccleſiæ redundaturæ, auctoritate ſua componeret. Ex adverſo Sedes Romana Majeſtatem *Caroli* comiter coleret, nec ſine auctoritate Ipſius quicquam ſuſciperet, ad ſummam rerum faciens; inter quæ præcipuum: ne quis, Ipſo invito, Sedi Romanæ præficeretur. Profert quidem, poſt *Sigonium*, lib. 4, de *Regno Italiæ*, ad an. 801, p. m. 161, ubi tamen Imperatoris nomen non exprimitur, *Baronius*, Tom. IX Annal., ad an. 800, §. 7, p. m. 534, ex ſacrorum rituum libro, quem vetuſtas *Romanum Ordinem* appellat; &, poſt utrumque, *Goldaſtus*, Tom. 2 *Conſtit. Imp.*, pag. 5, atque *Vorburgius*, Vol. X, ad an. 800, p. 277, jurisjurandi formulam, à *Carolo*, cum Imperator proclamaretur, præſtiti, his verbis conceptam: *In Nomine Chriſti ſpondeo, atque polliceor Ego, Carolus Imperator, coram Deo & B. Petro, Apoſtolo, me Protectorem ac defenſorem fore hujus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout ſciero, poteroque.* Verum, Annales Francorum, *Anaſtaſium*, reliquosque veteres ſcriptores ejusmodi ſacramentum ignorare, dudum obſervarunt Dn. *Conringius*, de *Imperio Romano German.*, c. VII, §. 18, p. 51, & 52, & Dn. *Werlhof*, l. c., §. 8, p. 32, & 33; Deinde contrariantur ſibi invicem: *Nudum eſſe Pontificis Defenſorem & Protectorem*; & tamen omni Ejus, Populique Romani Jure & poteſtate donari; claves Confeſſionis Petri, & vexillum urbis Romæ nanciſci; Juramentum fidelitatis à Pontifice exigere; *Romam* ſub cenſu habere; Jus vitæ & necis *Romæ* exercere, & quidem in cauſa ipſius Pontificis & Procerum; à Papa, MORE ANTIQUORUM PRINCIPUM, qui certè non nudi Defenſores, ſed veri Domini erant, adorari; Romanæ urbis, cœtusque Apoſtolici, & totius Italiæ res publicas, Eccleſiaſticas, & privatas pro lubitu ordinare; de quibus, aliisque ſcitu neceſſaria modo adduxi. Temperare mihi nequeo, quin addam verba *Eutropii*, Presbyteri Longobardi, l. c., pag. 9: *Propterea inventum eſt*, (ſumpto de fontibus ſupplicio, an. 801,) *ut omnes Majores Romæ eſſent Imperiales Homines, tam Epiſcopi, quam Laici, & omne Vulgus pariter cum his faceret fidelitatem Imperatori: & ut ſuus Miſſus omni tempore moraretur Romæ, ad deliberandas litigioſas contentiones. Morabatur quippe in Palatio S. Petri, & erat conſtitutum, quanta & qualia ſtipendia de Palatio ei darentur cotidie. Quod autem reliquum erat, de ſupradictis Monaſteriis, vel patrimoniis deferebatur affluenter. Tanta nempe Imperialis virtus ibi vigebat, ut, ſi, in legali judicio, minoris, vel inſcii cauſa poſtponeretur, & ille, alicujus conſilio, pedes teneret Legati Imperatoris, petens ab eo juſtam Legem, & Miſſus adjuraret Princeps Romanorum, dicens: per eam fidem, quam Domino Imperatori debetis, facite huic homini juſtam Legem, nemo erat auſus declinare, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, etiamſi à propinquis Pontificis illata eſſet injuria. ---- Hac conſuetudine uſi ſunt Romani, usque ad Ludowicum magnum, Imperatorem, Lotharii filium. Hic, quia magis Italiam habitare elegit, vicinior factus eſt Romæ, ubi & ampliori quadam uſus eſt poteſtate, habens ſtrenuos viros ejus urbis, ſcientes antiquam Imperatorum conſuetudinem, & intimantes Cæſari, qui ſuggerebant illi, repetere antiquam Imperatorum conſuetudinem, &c.* Accedit, negotium de *Advocatia*, ſeu *Protectione Eccleſiæ Romanæ*, jam anno 774, in collatione *Patriciatus*, fuiſſe confectum, de qua præced. v. 26. & 29. Facit huc modò dictus *Eutropius*, l. c: *Qui in culpam criminis incurrebant, Regali puniebantur poteſtate, aut in exilium mittebantur, etiam inconſulto Apoſtolico, usque ad Zachariam,* (Hadrianum) *Præſidem, qui ſubdolè, quaſi pro familiaritate quadam, profectus eſt ad Carolum, Regem Francorum, eò, quod idem Carolus habebat filiam Deſiderii, Regis Italici, uxorem; invitavitque eundem Carolum in Italiam, ſeminans inter Reges diſcordias, laudans, & proferens Illi Imperialia ſceptra: accepitque ab eo ſecuritatem, quo tempore ingredi deberet Italiam: jurantesque mutuo, reverſus eſt. Tranſeunte autem eo per fines Regni Deſiderii, ſeparavit ab eo quosdam de ſuis, dans quibusdam plurima dona, quibusdam jurat dari ſimilia. Accipiente autem Carolo hoc Regnum, profectus eſt Romam, deditque ibi donaria multa, quæ usque hodiè Romanum tenet dominium, de Regni hujus confinibus. Fecitque Pactum cum Romanis, eorumque Pontifice, & de ordinatione Pontificis, ut intereſſet quis Legatus, & ut contentioſas lites Ipſe deliberaret, &c.* Clarius hæc depingit *Gotfridus Viterbienſis, Conrado III, Friderico I, & Henrico VI*, Imperatoribus, tum à ſacris, tum à ſecretis, part. 17 Chron., in vita *Caroli*, p. m. 443, & 444, canens:

Scribit Ei (Carolo) *Papa* (Hadrianus) *mala, quæ Lombardus* (Deſiderius) *adegit,*
Et petit, ut Chriſti conferat arma gregi.
Francorum Proceres pariter, cum Rege, rogantur,
Ut ſimul Eccleſiam, virtute ſua, tueantur:
Actaque Pipini commemorantur ibi.
Fertur ad hæc Procerum ſententia talis haberi:
Si velit Eccleſiam, Francorum Marte, tueri,
Carolus Imperio præficiendus erit.

. . . .

Sit Rex Francorum Romæ Dominus Dominorum,
Imperium teneat, Terram premat Italicorum,
Atque ſuper Danaos auferat omne ſolum.
Regis opem precibus dum Roma per omnia quærit,
Dum petit, ut Patriam dignetur ab hoſte tueri,
Dicit: ut Imperium tollat ut alter Heri.
Rex ait: Italicos Ego renuo ferre labores,
Ni ſimul Italicos habeam conſtanter honores.
Qui mihi ſi fierent, pax valitura foret.
\- - - - - - - - -
Tempora quæ memini, ſi Roma cupit reparari,
Aut Deſiderii Regis ſcelus evacuari;
Expedit, Imperii, quæ peto, Jura dari.
Rex ubi verba dedit, Populus petit arma moveri:
Jura ſui Cleri petit, optat & Ipſe tueri.
Nam Deſiderii Roma furore perit.
Curia Francorum precibus conſentit eorum,
Tollat ut Imperium Victoria Teutonicorum;
Stringat & Italicum fiſcus ubique ſolum.
Signa movent Proceres, &c.

Commentarium hic conſulas Conſult. Dn. *Werlhofii*, cap. 2 *Jur. Publ. enucl.*, §. XI, pag. 39, &c. Quid periculi alias *Protectionis Jus, ex parte protegendi*, ſæpè ſecum vehat, exponit Illuſtr. Dn. *Thomaſius*, ad *Monzamb.*, c. 1, §. 12, lit. L, p. 60, & 61. Conf. Id., l. c., ad §. 13, lit. R, p. 68.

(40) Hæc ita ſe habent, reſpectu *Caroli* Imperatoris, Pontificis Romani, & Romani Populi, quatenus liberalitatibus ſe invicem & honoribus mactantes, ter ſè Imperatores Græcos emunxiſſe videntur. Sed quid ad hæc Byzantini Principes? *Eginhartus*, in vita *Caroli*, apud *Freherum*, p. m. 442, ait: *Invidiam ſuſcepti nominis*, (Imperatoris) *Conſtantinopolitanis Imperatoribus ſuper hoc indignantibus*, *magna tulit patientia*, *&c.* unde quis argumentari poſſet, vanum eſſe *derelictionis* titulum, quo coævus *Carolo* Francorum Annalium Auctor, apud *Lambecium*, præc. v. 37, p. 361, & vetus *Moiſſiacenſe* Chronicon, præced. v. 39, *Wilhelmus Malmesburienſis*, de *Geſtis Regum Angl.*, lib. 1, pag. 25, permultique alii Francorum Romanorumque cauſam tuentur, quod Pontifex & Romani, ab Imperatoribus Græcis *derelicti*, urgente ſumma neceſſitate, auxilium à Francis efflagitare, ſeque in eorum clientelam conferre fuerint coacti. Enimvero non adeò ſpernendam puto *derelictionis* illationem, cum nullibi appareat, Byzantinos publicè Romanorum factis an. 801 ſe oppoſuiſſe; aut *malitioſæ deſertionis* eos accuſaſſe; inſuperque indignationem eorum, non niſi ſuſpicionem eripiendi ſibi Orientis Imperii, pro fundamento habuiſſe, ipſo *Eginharto* teſte, l. c., pag. 438: *Imperatores etiam Conſtantinopolitani*, *Nicephorus*, *Michaël*, *& Leo*, *ultro amicitiam & ſocietatem Ejus* (Caroli) *expetentes*, *complures ad Eum miſere Legatos: cum quibus tamen, propter ſuſceptum à ſe Imperatoris nomen*, *& ob hoc Eis*, „*quaſi Qui Imperium Eis eripere vellet, valde ſuſpectum*, *fœdus firmiſſimum ſtatuit*, *ut nulla inter partes cujuslibet ſcandali remaneret occaſio*, *&c.* Nec ſatis eſt, conjicere, deſuiſſe eis vires ſua defendendi; hoc enim ſi valeat, probandum erit, ab initio ſtatim Romanorum motuum, ad metamorphoſin usque anni 801, perpetuò eos mediis ſalvandarum rerum caruiſſe, & quidem citra culpam propriam; jam verò conſtat, extra non ſolum Bella ab iis geſta, ſed & civilia, quibus alter alterum, fœda tyrannide, Sede deturbabat, ſeque intrudebat; imò, adhuc anno 788, tantas eis fuiſſe vires, ut *Deſiderii* quoque filium exulem, *Adalgiſum*, armata manu, in priſtinas Longobardorum ſedes reducere conarentur, luculenter licet pœnas dantes; quippe quos acerba clade in Calabria proſtratos, præc. v. 34, p. 359, vidimus. Quid, ſi dicerem: *Carolum*, à tempore hujus victoriæ, juſtiſſimo titulo poſſidere cœpiſſe, quicquid etiam ex Græcorum Provinciis hactenus uſurpaſſe videatur? apertum ſanè bellum fuit, quo Græci Eum petebant, exinde redditi ejus hoſtes; conſequenter nova Juris cauſa intervenit, communi Regulæ l. 29 ff. de R. J: *Quod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere*, vim auferens, vel temperans. Vid. *Conring*, de *Finib. Imper.*, lib. 2, cap. 19, §. 13, p. m. 229. Sed demus, omni illo tempore, quo Romani & Franci de Græcorum corio ludere operæ pretium duxerant, Hos non valuiſſe vim vi repellere; annon alii, ſua retinendi animum deſignantes, adſunt modi, præter arma? cur non, Legatis, literisve, Romanorum defectionem, & Francorum occupationem deteſtati ſunt? cur non imbecillitatem ſuam clamantibus auxilia Pontificibus Romanis, contra Longobardos, verbis minimum, bonam voluntatem referentibus, & ad conſtantiam ſervandamque fidem exhortantibus, probarunt? Cur Senatum Populumque Romanum debiti non juſſerunt eſſe memores? cur omnem deſtruendis Sanctorum imaginibus, proſcribendis earum cultoribus, ſibimetque ipſis invicem excidendis genitalibus, auribus & naribus amputandis, oculisve eruendis impenderunt operam, longè alia cogitaturi? aſt cuncta hæc ſpernebant: matrimonia potius cum Francis contrahenda quærebant: largè effuſèque dona in eos conferebant: Legatis, reſtitutionem in integrum ne quidem tangentibus, honeſtabant: facta *Romæ*, ab anno 796 ad 801, nullo ſigno improbabant: peracta coronatione, firmiſſimam ſtatim pacem *Carolo* offerebant. Hæcque ſufficiunt demonſtrandæ *derelictioni*. Quicquid ſit, *Carolus* omnis diſputationis materiam remoturus, ad titulum confugit, Gentium Jure probatum, publicas ſcil. tranſactiones cum Græcis, quarum vigore *Occidentalis Imperatoris* dignitas, cum annexis, ſolemni lege Ei adſcripta eſt. Qua de re ſupra, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 52; Eſt itaque de tota *Tranſlatione*, uti vocant,

cant, hæc mea ſententia; *Caroli* Imperium in *Romam* cœpit an. 774, cum *Patriciatu*: Subactis, an. 786, Beneventanis, fuſiſque, an. 788, in Calabria, Græcis, inſignia ſenſit incrementa: Transmiſſis Ei, an. 796, Confeſſionis S. Petri clavibus, Romanæque urbis vexillo, addita rogatione, ut aliquem ex optimatibus mitteret, qui Populum Romanum ad fidem, & ſubjectionem, per ſacramenta, ſibi firmaret, fundatum eſt: Inauguratione ſolenni an. 801, acclamante Populo, publice declaratum: tandemque transactionibus, cum *Nicephoro*, *Michaële* & *Leone*, Imperatoribus Græcis, confirmatum. Add. *Conring.* de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 8, §. 4, &c. pag. 58, &c., & de *Finibus Imperii*, lib. 2, c. 19, §. 14, p. 229, &c.; *Schilter*, de *Libert. Eccleſ. German.*, lib. 2, cap. 11, §. 11, pag. 226; Dn. *Werlhof*, *Jur. Publ. Enucl.*, cap. 2, §. 12, p. 46, &c.; Dn. *Schurtzfleiſch.*, Diſſ: *Quid expediat Imperio?* t. 6, p. m. 8. Conf. de hac *Translatione Gryphiand.*, de *Weichbildis*, cap. 36, p. m. 90, &c.; *Sebaſt. Münſter.*, *deſcript. German.*, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. Germ.*, p. 245, & 246; *Limnæus*, lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. 5, & ibi *Addit.*; *Strauchius*, Diſſ. *Jur. Publ.* IV, de *Pontificis Romani partibus circa electionem Imp.*, cap 3, §. 5, &c., pag. 438, &c. Riſum excitat Bulla *Johannis*, P. R., apud *Nicolaum Burgundum*, lib. 2, p. m. 73, nec digna oratore Cæſareo oratio ad Papam, *Nicolaum V*, pro *Coronatione Friderici*, *Reg. Roman.*, ap. *Freherum*, T. 2, p. 22, & 23. Sed Seculo aliquid indulgendum.

(*b*) IRENE, &c. Rectius *Nicephoro*, & Succeſſoribus. Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 52, & 53.

(*c*) BELLI, &c. Impugnat hanc theſin *Bellarminus*, de *Translatione Imperii*, lib. 1, cap. 7, Tom. 1 *controverſiar.*, p. 943, &c. contrà eam tuetur Dn. *Kulpiſius*, ad *Monzamb.*, cap. 1, §. 11, pag. 66. Hoc autem crudè dici nequit. Vid. quæ ad præced. lit. a annotavi. *Fridericus I*, Imp., oratorie ſaltem, retundendæ Romanorum arrogantiæ ergo, gloriatur, apud *Ottonem Friſingenſ.*, lib. 2, de Ejus geſtis, cap. 21, p. m. 463, ajens: *Revolvamus modernorum Imperatorum geſta, ſi non Divi noſtri Principes, Carolus & Otto, nullius beneficio traditam, ſed* **virtute expugnatam**, *Græcis, ſeu Longobardis*, **urbem, cum Italia, eripuerint**, *Francorumque appoſuerint terminis, &c.* nec aliter intelligendus *Güntherus Poëta Ligurinus*, apud *Reuberum*, lib. 1, p. 282, & lib. 3, pag. 329, in fine, & 330, verba ejus referente *Kulpiſio*, l. c., pag. 65. Conf. Conſult. Dn. *Werlhof*, *Jur. Publ. Enucl.*, cap. 2, §. 6, lit. c, pag 23, & 24.

(*d*) LONGOBARDORUM, &c. Longobardos origine Germanos eſſe, docet *Vellejus Paterculus*, lib. 2 Hiſtor., Edit. *Sylburgii*, Tom. I *Script. Roman.*, p. 465, ubi: *Fracti* LANGOBARDI, GENS ETIAM GERMANA, *feritate ferocior*; qui locus, in Edit. *Bœcleriana*, Argent., an. 1642, cap. 107 dicti lib. 2 reperitur. Eorundem meminit *Tacitus*, de *Morib. German.*, cap. 40, Edit. *Bernegger.*; ibi: *Longobardos paucitas nobilitat, quod plurimis, ac valentiſſimis Nationibus cincti, non per obſequium, ſed prœliis, & periclitando tuti ſunt, &c.* Sic & *Claudius Ptolemæus*, lib. 2 *Geograph.*, cap. 11: *Tenent autem Germaniam, quæ circa Rhenum fl. incipit, à parte Septentrionali, Buſacteri, appellati parvi, ac Sycambri. Sub quibus Suevi*, Langobardi, *poſtea Tingri, &c.* De Sedibus eorum diſputatio eſt. *Proſper Aquitanus*, Sec. V ſcriptor, in Contin. Chronici *Hieronymi*, Edit. *Scaliger.* p. m. 188, ad an. 380, ait: *Longobardi, ab extremis Germaniæ finibus, Oceanique protinus litore, Scandiaque, Inſula magna, egreſſi, & novarum Sedium avidi, Iborea & Ajone Ducibus, Vandalos primum vicerunt, &c.* Pari modo *Paulus Diaconus*, lib. 1, de *Geſtis Longobard.*, cap. 2; *Winnilorum, h. e.*, **Langobardorum** *Gens, quæ poſtea in Italia feliciter regnavit, à Germanorum Populo originem ducens, è* **Scandavia**, *Baltei, ſeu Baltici Maris Inſula, novarum Sedium quærendarum gratia, ob multitudinem, profecta eſt .... conſtitutis ſupra ſe duobus Ducibus, Ibore ſcil. & Agione, qui & Germani erant, & juvenili ætate floridi, cæteriſque præſtantiores: ad exquirendas, quas poſſint incolere, terras, ſedesque ſtatuere, valedicentes ſuis, ſimul & Patriæ, iter arripiunt, &c.* Conf. *Aimoinus*, lib. 2, de *Geſtis Francor.*, cap. 13, apud *Freherum*, p. m. 281. Inſulam *Scandiam*, *Scandaviam*, ſeu *Scandinaviam* ad *Germaniam Transmarinam* olim pertinuiſſe, pluribus demonſtrat, poſt *Jodocum Willichium*, in Comment. ad *Taciti* Lib. de *German.*, part. poſt., §. 16, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. German.*, p. 63, Cl. Dn. *Cellarius*, *Geographiæ Antiquæ* Lib. 2, cap. 5, p. m. 310; ut adeò *Vorburgius*, Tom. IX *Hiſtor.*, ad an. 744, p. m. 423, vel ex hoc capite malè carpat *Paulum*, quaſi *Longobardos* extra Germaniam collocaſſet, ex *Suevorum* populis oriundos; nam *Suevi* ad mare usque Balticum ſe extenderunt, cujus pars, Megapolitanum & Pomeranicum agros rigans, hinc *Suevici Maris* nomen obtinuit. Vid. Dn. *Cellarius*, l. c., pag. 304, & 310; qui, loco priori, ſpatium verſus *Spream*, *Albimque* inter & *Oderam*, per Marchiam Brandenburgicam, *Longobardis* aſſignat; qui, judice Illuſtri Dn. *Leibnitio*, de *Script. Rer. Brunſvic.*, pag. 13, lit. u, ad dextram Albis ripam à Luneburgiis, per veterem Marchiam, usque ad Magdeburgenſes porrecti erant. De Etymo ſcribit *Paulus*, l. c., cap. 8. *Certum eſt, Langobardos, ab intactæ ferro barbæ longitudine, cum prius Winnili dicti fuerint, poſtmodum appellatos. Nam, juxta illorum linguam,* **Lang** *longam, &* **Bard** *barbam ſignificat.* Add. *Draco*, de *Jure & Origine Patriciorum*, lib. 2, cap. 4, §. 4, pag. 47; Aliter Dn. *Winckelmannus*, lib. 2 *Notit. Weſtphal.*, cap. 3, p. 259, §. 22: *Reliqua adhuc particula nominis Longobardici in illa, circa Magdeburgum, plaga eſt, quæ Auf der Bærd Teutonicè dicitur, quod Germanicum vocabulum fundum, ſeu agrum, in quo percipiendi fructus annuos ſervitus eſt, ſignificare videtur, & ab onere proventuum fluxiſſe, &c. unde nomen, non à longis barbis, ſeu cuſpidibus, ſed loco plano, & ube-*

ce formatum videtur, quod planiciem longam, vallibus ſubjectam, ſignificat, &c. & l. c. pag. 260, §. 30: *Bærder ſunt incolæ ejusmodi tractus, uti paulo ante de Longobardia dictum eſt, qui in agro Magdeburgico, ad Albim, habitarunt, exinde von der Langen Bærde profecti in Italiam, &c.* Conf. *Büning., Chron. Brunſuic.*, pag. 19; & Dn. *Leibnitius*, l. c. *Petrus Bertius*, lib. 3 *Commentar. Rer. German.* de *urbibus Germaniæ*, p. m. 63, eos, à Pomeranorum flumine, *Bardo*, quod accolæ *Bartze* vocant, ad oppidum *Bardum*, miſtum ante aquis *Bekenitza* amnis, in *Balticum* mare ſe injurgitans, traxiſſe nomen; non ſine omni fundamento ſuſpicatur. De primo eorum Rege hæc habet *Proſper*, l. c., pag. 189, ad an. 390: *Longobardi, eorum Ducibus defunctis, primum ſibi Regem creaverunt AGELMUNDUM, Ajonis filium, qui regnavit ann. 33, &c.* idem commemorat *Paulus Diaconus*, l. c., cap. 10; *Aimoinus*, lib. 2, cap. 13, pag. 281; cujus lib. 3, c. 56, pag. 317, ne te offendat, loquitur enim de alia epocha, de qua præced. lit. a, v. 13, evolvas.

(*e*) MUTILATIONE, &c. Nefas dictu, quibus vitiis Imperatores Græci Seculorum VII & VIII ſe contaminaverint. MAURITIUS, Imp., una cum uxore & filiis, *Theodoſio, Tiberio & Conſtantino*, quorum *Regino*, lib. 1, p. m. 13, meminit, jubente *Phoca* Tyranno, manu carnificis, jugulatur, an. 603. Vid. *Herman. Contract.*, h. a., pag. 283; *Marianus Scotus*, h. a.; *Chronogr. Saxo*, h. a., p. 93; *Zonaras*, Tom. 3 Annal., in vita *Phocæ*, p. m. 132. De PHOCÆ obitu ſcribit *Zonaras*, l. c: *Heraclius calcibus in eum inſiluit, & caſtrari juſſit. Alii eum ſtatim occiſum eſſe tradunt. Alii, manibus prius, & pedibus amputatis, virilibus denique, ob laſciviam, & multorum conjuges adulteratas, exectis, poſtremo obtruncatum, & infelix cadaver in Bove crematum eſſe, ubi caminus fuiſſe perhibetur æreus, forma Bovis, Pergamo translatus, unde & loco nomen factum. Sunt & fratres ejus, aliique neceſſarii interfecti, &c.* Conf. *Paulus Diaconus*, lib. 4 *Hiſt. Longobard.*, cap. 11, p. m. 401; *Regino*, lib. 1, an. 538, pag. 13; *Hermannus Contract.*, an. 611, p. 284; *Marianus Scotus*, eod. an.; *Sigebertus Gembl.*, an. 612; *Chronogr. Saxo*, an. 611, pag 95; De HERACLIO pergit *Zonaras*, l. c., in ejus vita, pag. 134: *Aqua intercute laborare cœpit. Fertur etiam, inguine ſurſum converſo, faciem ſuam perminxiſſe, niſi urina, tabella imo ventri oppoſita, averteretur. Id ei accidiſſe creditum, ob inceſtum cum fratris filia coitum.* Periit autem ex hydrope an. 637, juxta *Hermannum*, h. a.; *Marianum Scotum*, an. 638; *Sigebertum*, an. 642; *Chronograph. Sax.*, an. 638, pag. 99. *CONSTANTINUS, filius Heraclii, & Eudoxiæ, LIV loco ab Auguſto, ſuſcepit Imperium, qui cum regnaret menſes quatuor, à noverca ſua, Martina, & Pyrro, Patriarcha, veneno necatur, ipſaque cum filio ſuo, Heraclona, dominatur, &c.* Hæc *Chronogr. Saxo*, ad an. 639, pag. 99; conf. *Marianus*, an. 640; *Sigebertus*, an. 642; *Albericus, Monachus trium fontium*, eod. an., pag. 51; *Zonaras*, l. c., in Ejus vita, p. 134; Nec meliora fata habuit HERACLONAS, de quo *Chronogr. Saxo*, ad an. 641, pag. 99, ſcribit: *Senatus Conſtantinopolitanus, & omnis Populus, indignatione juſta commotus, lingua Martinæ, & naſo Heraclonæ abſciſſo, eos in exilium deſtinavit, Pyrrum quoque Patriarcham expulit, & Conſtantem, filium Conſtantini, nepotem Heraclii, in Imperium promovit.* Conf. *Marianus*, an. 640; *Sigebertus*, an. 643; *Albericus*, l. c., anno eodem; *Zonaras*, l. c. De hoc CONSTANTE inquit *Paulus Diaconus*, l. c., lib. 5, cap. 5, in fine: *Manſit autem Imperator in Sicilia, ab Indictione ſeptima usque ad Indictionem XII. Sed tandem tantorum criminum, iniquitatumque pœnas luit, atque, dum ſe in balneo lavaret, à ſuis extinctus eſt*; adeoque an. 669, qui reſpondet Indictioni XII; *Anaſtaſius Biblioth.*, in vita *Vitaliani*, P. R., p. m. 73, ponit Indictionem XI, ſeu an. 668, quem & *Herman. Contr.*; *Marianus Scotus*; & *Baronius*, Tom. VIII Annal., §. 1, pag. 555, laudant; *Sigeberto* contrà, *Chronographo Saxoni*, pag. 102, *Alberico*, p. 55, *Sigonio*, lib. 2, de *Regno Ital.*, pag. 75, probatur annus 669; de facto legas quoque *Zonaram*, l. c., in ejus vita, pag. 135. CONSTANTINUS POGONATUS, ſeu BARBATUS, filius Ejus, an. 685, ut *Hermannus*, & *Marianus Scotus*, h. a., arbitrantur, vel an. 686, ſecundum *Sigebertum*, & *Chronographum Saxon.*, p. 104, placidè defunctus, ſucceſſorem nactus eſt JUSTINIANUM ῥινότμητον, cujus fata hæc erant: *Conſtantinopoli Juſtinianus Imperator hæreticus, à Leone* (Leontio Patricio, & quondam Magiſtro militum Orientalium) *& Tiberio, abſciſſis naribus, Regno expulſus eſt, & ipſe LEO Regnum tres annos obtinuit.* Ita *Hermannus*, ad an. 695, p. m. 292, pergens, l. c., ad an. 698: *Conſtantinopoli TIBERIUS* (qui & Abſimarus) *Imperium invadens, Leonem Imperatorem ſeptem annis, quibus Ipſe poſt hunc regnavit, in carcere tenuit, &c.* rurſus ad an. 705, pag. 293: *Conſtantinopoli Juſtinianus Imperator, auxilio Terbelli, Regis Bulgarorum, Imperium recipiens, Leonem & Tiberium, Imperii pervaſores, occidit. Gallicinium Patriarcham excæcatum Romam miſit, & in loco ejus Cyrum Abbatem, qui ſe in Ponto exulem aluerat, promovit. De hoc Imperatore fertur, quod, quoties à detruncatis naribus profluvium terſerit, toties aliquem de inimicis ſuis perimi juſſerit, &c.* & ad an. 711, pag. 294: *Conſtantinopoli PHILIPPICUS* (qui & Bardanes) *Imperator factus, Juſtinianum Imperatorem occidit, &c.* Confirmant hæc *Paulus Diaconus*, l. c., lib. 6, cap. 4, & 10, pag. 430, & 434; *Anaſtaſius Bibliothec.*, in vita *Johannis VII*, p. m. 90, & 91, & in vita *Conſtantini*, pag. 93; *Regino*, lib. 1, an. 622, & 632, p. 16, & 17; *Marianus*, ad an. 695, 698, 705, & 709; *Sigebertus*, ad an. 696, aſſerens: *Juſtinianum*, & naſo & lingua à *Leone* privatum, in exilium fuiſſe protruſum; an. 698, 705, & 712; *Chronographus Saxo*, ann. 696, 700, 706, (ubi, poſtquam expoſuit, quomodo *Juſtinianus* Imperium recuperaverit, inquit: *Abſymarus autem, qui & Tiberius,*

ex urbe (Conſtantinopolitana) *profugit, ſed inſecutione captus, & ad Juſtinianum eſt perductus; adducto quoque Leontio, qui Eum dejecerat, fecit ambos, catenis aſtrictos, dum ludi equeſtres agerentur, per plateas trahi, tractosque publice ante pedes ſuos, dum in ſolio reſideret, projici, calcavitque fortiter colla eorum, univerſa plebe clamante: ſuper aſpidem & Baſiliſcum ambulaſti, & Leonem Draconemque conculcaſti, ſicque eos præcepis decollari, &c.*) 707, & 712; *Albericus*, ad annos 694, 697, 698, 705, & 712; *Zonaras*, l. c., in vitis dictorum Principum, pag. 136, & 137. Nec tamen jucundior fuit *Philippico* huic exitus; nam, ut *Pauli Diaconi*, l. c., lib. 6, cap. 11, p. 435, verbis utar, *cum annum unum, & menſes ſex regnum geſſiſſet, ANASTASIUS, qui & ARTHEMIUS dictus eſt, contra Eum inſurgens, Regno expulit, oculisque privavit, nec tamen occidit, &c.* Conf. *Anaſtaſius*, in vita *Conſtantini*, P. R., p. 94; *Regino*, lib. 1, an. 648, pag. 17; Contigit hoc, juxta *Hermannum*, pag. 294, anno 713; *Marianum*, an. eod.; *Sigebertum*, an. 714; *Chronographum Saxonem*, an. 713, p. 108, ubi oculos ei eruentes *Rufinum*, Stratorum primum, & *Theodorum* Patricium nominat; *Albericum*, an. 714; add. *Zonaras*, in ejus vita, pag. 137. Enimvero *Conſtantinopoli THEODOSIUS* (Adramittenus) *Imperator factus, annum unum regnavit, qui Anaſtaſium Imperatorem, pugna victum, Presbyterum ordinari fecit.* Hæc *Hermannus*, ad an. 716, p. 294; add. *Regino*, lib. 1, pag. 18; *Marianus*, an. 717; *Sigebertus*, an. 716; *Chronograph. Saxo*, h. a., pag. 109; *Albericus*, h. a., p. 75; *Zonaras*, l. c., in vita *Arthemii*, p. 137. Vice verſa, LEONE ISAURO, quem & CONONEM vocant, ab exercitu Orientis, cui ab *Arthemio* Dux præficiebatur, Cæſare proclamato, *et Theodoſius, citra dimicationem, Regno ceſſit, unaque cum filio raſus in Clericum, accepta fide, nihil in ſe conſultum iri gravius, vitæ reliquum tranquille exegit, cum biennium imperaſſet.* Ita *Zonaras, in Theodoſii* vita, pag. 137; conf. *Sigebertus*, an. 717; *Chronogr. Saxo*, eod. an., p. 109; *Albericus*, eod. an., p. 74. Quomodo finierit vitam *Leo*, enarrat *Zonaras*, in ejus vita, p. 139: *Infelix Leo, cum, in Reipublicæ perniciem, annos viginti quatuor imperaſſet, ex morbo inteſtinorum animam infeliciter eructavit*, anno ſcil. 741, *Mariano Scoto*, *Sigeberto*, *Chronographo Saxone*, p. 112, *Alberico*, p. 82, aliisque teſtibus. Filius Ejus, & ſucceſſor, *CONSTANTINUS COPRONYMUS*, hoſtem mox expertus eſt affinem, *ARDABASDUM*, cujus mentio facta præced. lit. a, v. 22, p. 343; de quo etiam *Sigebertus*, ad an. 742, ſcribit: *Artabasdus, contra Conſtantinum, Imperium arripuit*; & ad an. 744: *Conſtantinus Artabasdum capit, & ei, multisque amicorum ejus oculos eruit*; quæ *Zonaras*, in vita *Conſtantini*, pag. 139, comprobat. Aſt & ipſe *Conſtantinus* miſerè animam efflavit; *cum enim poſtremam expeditionem contra Barbaros* (Bulgaros) *ſuſceperit, pedes Ejus carbunculus invaſit, unde Eum vehementes & calidæ febres urebant, quarum nullum remedium excogitari poterat à Medicis. Inde lectica Selybriam perlatus, & triremi eſt impoſitus, vociferans: ſe viventem in ignem conjectum eſſe; & ſtatim, cum Strongylum adveniſſet, aciem offenſi Numinis miſer ſenſit, atque illic vitam violenter finiit, ſublatis multis Orthodoxorum millibus, Monachorum præſertim, quorum manſiones partim deſtruxit, partim prophanavit.* Sunt verba *Zonaræ*, in ejus vita, p. 140; conf. *Sigebertus*, ad an. 775, & 776; *Chronograph. Saxo*, an. 775, p. 123; *Albericus*, an. 776, p. 113; *LEO COPRONYMUS*, filius Ejus, &, poſt eum, Imperator, *cum inſaniret cupiditate circa pretioſos lapides, adamavit magnam Eccleſiæ coronam, & accipiens portavit eam, & exierunt carbunculi in capite Ejus, & captus à febre mortuus eſt. Poſt quem uxor Ejus, IRENE, cum filio Ejus, CONSTANTINO, imperat annis decem.* Reddo verba *Sigeberti*, ad an. 781; conf. *Albericus*, eod. an., pag. 117; *Zonaras*, l. c., in ejus vita, p. 140. Deteſtandum Regimen Matris & filii depingit *Zonaras*, l. c., in eorum vita, pag. 140, &c. Summam exprimit *Sigebertus*, ad an. 791: *Conſtantinus Matrem ſuam, Irenem, Imperio privat, ſolusque annis ſeptem imperat, &c.*; *& ad an. 798: Irene Imperatrix ſuo, erepto ſibi Imperio, fœmineo dolore abuſa, Conſtantinum, filium ſuum, oculis & Imperio privat, & ſola annis quatuor imperat, &c.* idem docent *Hermannus Contractus*, an. 797, p. 301; *Chronogr. Saxo*, an. 798, pag. 128; *Albericus*, an. 791, 792, 797, & 798, p. 122, 126, & 127; Alii. Judica, quæſo, de ſtatu Aulæ Cæſareæ.

(*ſ*) *OTTONE* &c. Vid. præced. §. 3, lit. m, p. 308; Intermedios tamen Imperatores Jura ſua *Romæ* ſarta tecta ſervaſſe, fuſius demonſtrat Dn. *Conring.* de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. VII, §. 10, &c., pag. 46 ad 57. Producunt quidem Pontificii, aliique, quorum, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 54, memini, quibusque *Ivonem Carnotenſem*, part. 5 *Decreti*, c. 14, *Anſelmum*, in *Collectione Canonum*, lib. 4, cap. 35, *Antonium Florentinum*, part. 2 *Hiſtoriar.*, Tit. 15, cap. 1, §. 2, & *Franciſcum Hotomannum*, in *Fulmine Bruto*, ap. *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarchiæ*, pag. 100, addas, donationis Inſtrumentum, à *Ludovico Pio*, Imp., Romanæ Sedi factæ, ſic inchoatum: *Ego Ludovicus, Imperator Auguſtus, ſtatuo & concedo, per hoc pactum confirmationis noſtræ, Tibi, B. Petro, Principi Apoſtolorum, &, per Te, Vicario tuo, Dn. Paſchali, ſummo Pontifici ac Univerſali Papæ, & ſucceſſoribus ejus in perpetuum, ſicut, à Prædeceſſoribus veſtris usque nunc, in veſtra poteſtate. & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis, Civitatem Romanam, cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis, atque Viculis omnibus, & territoriis ejus montanis, & maritimis littoribus, & portubus - - - - nec non exarchatum Ravennatem ſub integritate - - - - ſimul & Pentapolim, &c.* Enimvero, documentum hoc eſſe figmentum cerebri Hildebrandini, ibidem probavi. *Laurentius Valla*, Patricius Romanus Sec. XV, in Declamatione *Contra Donationem Conſtantini*, ap. *Schardium*,

p. 82, *Zieglerum* de *Epiſcopis*, cap. 18, §. 38, p. 694, & *Drejerum*, de *Cultu Imaginum*, circa initium, habentur; *Poeta Saxo*, h. a., ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Reb. Brunſ.*, p. 143; *Regino*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a.; *Ado Viennenſis*, ætat. VI; Monachus *Swarzahenſis*, in Chronico ab *Urſpergenſi* continuato, ad h. a.; *Albertus Stadenſis*, h. a.; *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum Germaniæ*, Cap. XI, ap. *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 224; multique alii. In eadem adorationem Imaginum reprobatam fuiſſe, res nota eſt. Ita ſane *Annales Pithœani*, ad an. 794, p. 13: *Pſeudo-Synodus Græcorum* (Nicææ, an. 787, juſſu *Conſtantini* Imp., & *Irenæ*, ejus Matris,) *pro adorandis Imaginibus, habita, & falſo Septima vocata, ab Epiſcopis* (in Synodo Francofurtenſi, an. 794,) *damnatur*, reliquis Auctoribus, modo nominatis, idem dicentibus; quicquid etiam *Baronius* oggauniat, quaſi Synodo malitioſè talia aſtuta eſſent, cum tamen, in præfatione ipſius Libri Capitularis ad *Hadrianum* Papam, ubi de rebus, in Concilio *Francofurti* geſtis, ſermo, dicatur: *Allata eſt in medium Quæſtio: de Nova Græcorum Synodo, quã, de Adorandis Imaginibus, Conſtantinopoli*, (Nicææ) *fecerant, in qua ſcriptum habebatur, ut, qui Imaginibus Sanctorum, ita ut Deificæ Trinitati, ſervitium, aut adorationem non impenderet, anathema judicaretur. Qui ſupra Sanctiſſimi Patres noſtri omnimodis adorationem & ſervitutem eis impendere renuentes, contempſerunt, atque conſentientes condemnaverunt, &c.* Duo hinc notatu digna: (1) quod *Carolus* jam tum *ſacra* pariter ac *profana* curaverit; (2) ſui officii eſſe & Juris exiſtimaverit, convocare Synodos, ad examinanda etiam decreta in Synodis ab Imperatoribus Græcis ſolenniter celebratis. Addendum (3) Epiſcopos Germaniæ, Galliarum, Italiæ, &c. convenientes, pro *Rerum Domino* Eum agnoviſſe.

(36) Biennio poſt, defuncto *Hadriano* Pontifice, *Leo III, una concordia, eademque voluntate, à cunctis Sacerdotibus, ſeu Proceribus, & omni Clero, nec non & Optimatibus, vel cuncto Populo Romano, Dei nutu, in natali B. primi Martyris Stephani, electus eſt, & ſequenti die, in natali S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, Pontifex, in ſede Apoſtolica, ordinatus eſt, &c.* Hæc *Anaſtaſius*, in ejus Vita, p. 176. Sub hoc Imperium *Caroli* ſummum, in Urbem *Romam*, maturitatem conſecutum eſt; peracta enim electione, *mox, per Legatos ſuos, claves confeſſionis S. Petri, ac vexillum Romanæ Urbis, cum aliis muneribus, Regi miſit, rogavitque, ut aliquem de ſuis Optimatibus Romam mitteret, qui Populum Romanum, ad ſuam fidem, atque ſubjectionem, per ſacramenta firmaret. Miſſus eſt ad hoc Angilbertus, Abbas S. Richarii monaſterii, &c.* Sunt verba *Adelmi*, *Annal. Franc.*, an. 796, ap. *Freherum*, p. 401; Idem teſtantur Auctor *Vitæ Caroli Magni*, apud *Pithœum*, p. 257; *Annal. Reuberiani*, eod. an., pag. 30; *Poeta Saxo*, h. a., ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Rer. Brunſvic.*, p. 145; *Regino*, h. a.; *Ado Viennenſ.*, ætat VI, h. a.; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., p. 126; *Albertus Stadenſis*, h. a.; *Sigonius*, lib. 4. de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 155; & alii. Benè hinc *Johannes Mariana*, lib. 7, de *Reb. Hiſpan.*, Cap. XI, Tom. II *Hiſpaniæ Illuſtratæ*, p. m. 411: *Præmiſſæ fuerant ad Carolum Claves Confeſſionis S. Petri, & Urbis Romæ vexillum: indicio, Cives & Pontificem ſe in Ejus poteſtatem contradere: Quoniam parum opis, in ea temporum perturbatione, fore videbatur, in Græcis Imperatoribus: res Francorum reſurgere & confirmari conſiderabant. Itaque, quod abſenti decreverant, Urbis Romæ Imperium præſenti delatum.* Quæ B. Dn. *Schilterus*, lib. 2, de *Libertate Eccleſiar. German.*, Cap. XI, §. 2, p. 217, repetit. Factum transmiſſarum clavium fatetur vel ipſe *Baronius*, Tom. IX, ad an. 796, §. 16, pag. 516, addat licet: *Hic tu rideas, opus eſt, Lector, Novatorum deliria, dum, quamlibet occaſionem captantes, per Claves, ex Legum præſcripto, tradunt, Carolum in poſſeſſionem immiſſum Romanæ Eccleſiæ, &, per Vexillum, Romanæ Urbis, &c.* Quibus tu annecte verba Ill. *Conringii*, de *Imperio Romano German.*, cap. VI, §. 15, p. 36: *Verum ille*, (Baronius) *veteratorie admodum, omittit illa, quæ Auctor ille adjunxit: Rogavitque, ut aliquem de ſuis Optimatibus Romam mitteret, qui Populum Romanum, ad ſuam fidem atque ſubjectionem, per ſacramenta firmaret, &c.* Conf. *Vorburgius*, Vol. X, an. 796, pag. 247; Ill. Dn. *Coccejus*, *Juris Publ. Prudent.*, Cap. VI, §. 7, p. 132, & 133; Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini*, c. 16, pag. 8; & quos adducit Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, *Jur. Publ. Enucl.*, cap. 2, §. 6, pag. 13, &c. Nec dubium eſt, quin &. vigore hujus poteſtatis, Judicem egerit in cauſa *Leonis III*, Papæ, quem Romani oculis & lingua privaverant. *Eginhartus*, p. m. 442, rem ſic enarrat: *Ultimi adventus ſui* (Caroli) *non ſolum hæ fuere cauſæ*, (ſolvendi vota) *verum etiam, quod Romani Leonem, multis affectum injuriis, erutis videlicet oculis, linguaque amputata, fidem Regis implorare compulerunt: Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Eccleſiæ ſtatum, ibi totum hyemis tempus extraxit, &c.* Coævus Auctor, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, pag. 380, ad ann. 799, ita: *Domnus Rex Karolus apud Aquis-Palatio celebravit Paſcha, &, inſtigante Diabolo, Romani comprehenderunt Domnum Apoſtolicum, Leonem, in ipſis Letaniis, quod eſt 7 Kal. Maji, & abſciderunt linguam ejus, & voluerunt eruere oculos Ejus, & eum morti tradere. Sed, juxta Dei diſpenſationem, malum, quod inchoaverunt, non perfecerunt. Et Domnus Rex, eodem anno, introivit in Saxoniam, & reſedit ad Padresbrunna, & ibi venit ad Eum*

Domnus

Digitized by Google

Domnus Leo Apoſtolicus, quem antea volebant Romani interficere, & ſuſcepit Eum Domnus Rex honorifice, & multis donis & honoribus eum honoravit, & poſtea, cum pace & honore magno, eum remiſit ad propriam ſedem, & Miſſi Domni Regis deducebant eum honorifice, & eos, qui in mortem ejus conſiliati ſunt, transmiſerunt ad Domnum Regem, & ſunt modo, ut digni ſunt, in exilio. Circumſtantias nonnullas ſuppeditat Auctor alius *Annalium*, apud *Lambecium*, l. c., pag. 374, ſcribens: *Romani Leonem Papam de Pontificatu ejiciunt, oculos eruere moliuntur, linguam abſcindunt, in cuſtodiam retrudunt, unde, per Albinum cubicularium, noctu, per murum in fune deponitur, ad Winigiſum, Ducem Spolitanum, qui circa Urbem cum exercitu conſederat, pervenit, qui curam ei adhibuit, & in Saxoniam ad Regem dirigit, qui Eum, honorifice ſuſceptum, in Sedem Apoſtolicam reſtituit, & Romanos, qui hanc tyrannidem exercuerunt, in exilium mittit, &c.* Ad an. ſequentem 800 annectit: *Karlus Romam pergit; Leo Papa, ante diem Natalis Domini tertium, de omnibus, quæ à Populo Romano ei objiciebantur, coram Rege & Populo Francorum, dato ſacramento, purificatur, &c.* Idem docet *Adelmus*, ad an. 799, & 800, ap. *Freberum*, p. 405, inquiens: *Facta ſunt hæc* (introitus Caroli Romæ) 8 *Kal. Dec.* (800) *Poſt ſeptem vero dies Rex, concione vocata, cur Romam veniſſet, omnibus patefecit, & exinde quotidie, propter quæ venerat facienda, operam impendit. In quibus vel maximum, vel difficillimum erat, quod primum inchoatum eſt, de inveſtigandis videlicet, quæ Pontifici objiciebantur, criminibus. Qui tamen, poſtquam nullus eorundem criminum probator eſſe voluit, coram omni Populo, in Baſilica B. Petri Apoſtoli, Evangelium ferens, ambonem conſcendit, invocatoque nomine S. Trinitatis, de objectis ſe criminibus jurando purgavit, &c.* Conf. *Annal. Francor. Reuberiani*, ad ann. 799, & 800, p. 31, & 32; *Pithœani*, ad eosdem, p. 15, & 16; *Fuldenſes*, ad eosdem; Auctor *Vitæ Caroli Magni*, ap. *Pithœum*, p. 260, & 261; *Paulus Diaconus*, in *ſupplemento Hiſt. Longob.*, ad eosd. annos, ap. *Freberum*, p. 180; *Burchardus*, lib. 1. cap. 198; *Regino*, ad eosd. annos; *Poeta Saxo*, ad eosdem, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Reb. Brunſ.*, p. 148, & 151; *Anaſtaſius Biblioth.*, in vita *Leonis III*, p. 180 ad 184; *Eutropius*, Presbyter Longobardus, circa annum 900 florens, Tr. de *Juribus ac Privilegiis Imperatorum, in Imperio Romano*, quem, poſt *Flacium*, edidit *Goldaſtus*, Tom. 1 *Monarchiæ*, p. m. 9, cujus verba notari merentur, quod ſingularia contineant: *Romanis in ſua ſecuritate gloriantibus, levatum eſt cor illorum, juxta illorum conſuetudinem: volueruntque Imperialem poteſtatem vendicare ſibi. Reſiſtente autem Leone Papa, comprehenderunt Eum, volueruntque eruere ejus oculos. Eruerunt autem unum, & alterum non potuerunt, quia liberavit Eum divina miſeratio, & ejectus eſt ab illis extra Urbem, quaſi perditis ambobus luminibus. Qui fugiens in Franciam, pervenit ad Carolum; unde accidit, eundem Carolum venire pro vindicta Apoſtolici, comprehendensque Romanos, de Majoribus Eorum, uno die, in Campo Lateranenſi, fecit trecentos decollari, &c.*; *Ivo Carnotenſis*, in Chronico, ap. *Freberum*, p. m. 53; *Hermannus Contractus*, ann. 799, & 800, p. m. 301; *Gratianus*, Cauſ. 2, Quæſt. IV, (non V) C. 18: *Auditum, &c.*; *Ado Viennenſis*, ætat. VI, an. 799, & 800, p. 228; *Chronicon Mindenſe*, ap. *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 554; *Lambertus*, an. 799; *Marianus Scotus*, an. eod.; *Sigebertus*, an. 799, & 800; *Otto Friſing.*, lib. 5 *Chron.*, cap. 30, ad an. 799, pag. 114, & 115; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 Chron., p. m. 454; *Chronographus Saxo*, an. 799, & 800, p. 129, & 130; priori loco itidem narrans cauſam indignationis Romanorum, dum ait: *Romanis, in ſua ſecuritate gloriantibus, levatum eſt cor, ſecundum morem illorum, volueruntque ea, quæ Imperialis erant poteſtatis, ſibi vendicare. Reſiſtente autem Leone Papa, quidam ex cognatis b. m. Adriani Papæ, ſeditionem moventes in Populo, concitaverunt eos adverſus Papam, &c.*: eadem repetentibus *Alberico*, ad an. 799, & 800, p. 128, & 129; & *Alberto Stadenſi*, ad eosdem annos; accipienda tamen de *Caroli poteſtate*; ſi enim de *Imperatore Græco* hæc intelligenda forent, inſanus *Carolum* Judicem imploraſſet Pontifex, adverſus Romanos, Jura ipſius hoſtis, Imperatoris, infringentes; nec propterea eos punituruui. Add. *Marſilius Patavinus*, de *Translatione Imperii*, Cap. IX, ap. *Schardium*, de *Juriſdict. Imper.*, p. m. 159; *Lupoldus de Babenberg*, de *Jure Reg. & Imper. Rom.*, cap. 1, ibid., p. m. 170; *Platina*, in vita *Leonis III*, p. m. 111; *Antoninus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. 14, c. 1, §. 8; *Radulphus de Columna*, de *Translatione Imperii*, ap. *Schardium*, l. c., in vita *Leonis III*, p. m. 165; infinitique alii.

(37) Deficientibus igitur Actorum probationibus, Reoque Papa juramento ſe purgante, de infligendis ſontibus pœnis quæſtio erat, ob inſtantem Natalium Salvatoris feſtivitatem, dilatis. *Ipſe autem*, (Rex Carolus) *die ſacratiſſima Natalis Domini*, (anni 800, vel, juxta eos, qui eum Feſto Nativitatis Chriſti auſpicantur, 801) *ad Miſſarum ſolennia audienda, Baſilicam B. Petri Apoſtoli cum fuiſſet ingreſſus, & coram Altari, ubi ad Orationes ſe inclinaverat, adſiſteret, Leo Papa Coronam capiti Ejus impoſuit, cuncto Populo Romano acclamante: CAROLO AUGUSTO, A DEO CORONATO, MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORUM, VITA ET VICTORIA. Poſt quas laudes, ab eodem Pontifice, more antiquorum Principum, ADORATUS EST, ac deinde, omiſſo PATRICII nomine, IMPERATOR & AUGUSTUS appellatus.* Hæc *Adelmus*, ad an. 801, ap. *Freberum*, p. 405, mox annectens: *Poſt paucos vero dies, jubente Ipſo, ii, qui eundem Pontificem, anno ſuperiore, depoſuerunt, in judicium adducti, &, habita de eis quæſtione, ſecundum Legem Romanam, ut Majeſtatis rei, capite damnati ſunt: pro quibus tamen Papa, pio affectu, apud*

Imperatorem interceſſit: nam & vita, & membrorum integritas eis conceſſa eſt; cæterum, pro facinoris magnitudine, exilio deputati ſunt. Hujus facinoris fuere Principes: Paſchalis, Nomenclator: & Campulius, Sacellarius; & multi alii Romanæ Urbis Habitatores Nobiles, qui ſimul omnes eadem ſententia damnati ſunt. Ordinatis deinde Romanæ Urbis, Apoſtolicique cœtus, totiusque Italiæ non tantum publicis, ſed etiam Eccleſiaſticis, & privatis rebus, (nam tota hyeme nil aliud fecit Imperator) miſſaque iterum in Beneventanos expeditione, cum Pipino, filio ſuo, Ipſe poſt Paſcha, VII Kalend. Maji, Româ profectus venit Spolêtum, &c. Quæ omnia, ad verbum, *Annalib. quoque Francor. Reuberianis*, h. a., pag. 32, & 33; nec non *Pithœanis*, h. a., p. 16, & 17, & *Fuldenſibus*, h. a.; Auctore *Vitæ Caroli Magni*, ap. *Pithœum*, p. 262, & 263; & *Reginone*, h. a., continentur. Perſuadere nobis conatur *Eginhartus*, ap. *Freherum*, pag. 442, *Carolum* Pontificis intentionem non ſolum non ſciviſſe, ſed & factum ejus ab initio ægrè tuliſſe: *Imperatoris*, ait, *& Auguſti nomen accepit: quod primo tantum averſatus eſt, ut affirmaret, ſe eo die, quamvis præcipua feſtivitas eſſet, Eccleſiam non intraturum fuiſſe, ſi Pontificis conſilium præſcire potuiſſet, &c.*; idem ſentientibus *Poëta Saxone*, lib. 5, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Rer. Brunſuic.*, p. 168, & Monacho *S. Galli*, lib. 2, de *Geſtis Caroli Magni*, cap. 28, quorum verba Dn. *Werlhof*, *Jur. Publ. enucleato*, cap. 2, §. 6, lit. c, p. 20, & 21, recitat; Longè aliud vero docet coævus *Carolo* Auctor *Annalium*, ap. *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, pag. 381, ad annum 801: *Et quia jam tunc ceſſabat, à parte Græcorum, nomen Imperatoris, & fœmineum Imperium apud ſe habebant, tunc viſum eſt & ipſo Apoſtolico, Leoni, & univerſis Sanctis Patribus, qui in ipſo Concilio aderant, ſeu reliquo Chriſtiano Populo, ut Ipſum Carolum, Regem Franchorum, Imperatorem nominare debuiſſent, qui ipſam Romam tenebat, ubi ſemper Cæſares ſedere ſoliti erant, ſeu reliquas Sedes, quas Ipſe per Italiam, ſeu Galliam, nec non & Germaniam tenebat; quia Deus Omnipotens has omnes Sedes in poteſtatem Ejus conceſſit; ideo juſtum eis eſſe videbatur, ut Ipſe, cum Dei adjutorio, & univerſo Chriſtiano Populo petente, ipſum nomen haberet. Quorum petitionem Ipſe Rex Carolus denegare noluit, ſed, cum omni humilitate ſubjectus Deo, & petitioni Sacerdotum, & univerſi Chriſtiani Populi, in ipſa Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ipſum nomen Imperatoris, cum conſecratione Domni Leonis Papæ, ſuſcepit. Et ibi, primus omnium, ipſam S. Eccleſiam Romanam de ea diſcordia, quam inter ſe habuerunt, ad pacem & concordiam revocavit, & ibi celebravit Paſcha. Et, appropinquante æſtivo tempore, direxit iter ſuum partibus Ravennæ, Juſtitias & pacem faciendo, & inde pervenit in Francia ad Sedem ſuam.* Quæ certè notari merentur, utpote clarè demonſtrantia, quo modo *Carolo* Imperatoris nomen delatum fuerit. Eadem, paucis exceptis, occurrunt in Veteri *Chronico Moiſſiacenſi*, ad an. 801, apud *Du Chenes*, Tom. 3 *Scriptor.*, p. 143, & Ampl. Dn. *Werlhof*, l. c., cap. 2, §. 6, p. 15; Factum confirmantibus, præter eos, quorum, præced. pag. 51, memini, Annalibus *Lambecianis* aliis, l. c., pag. 374; *Paulo Diacono, in ſupplemento Hiſtoriæ Longob.*, ad an. 801, ap. *Freherum*, pag. 180; *Poëta Saxone*, ad eund. annum, l. c., pag. 151, & 152; *Hermanno Contracto*, an. 801, p. m. 301; *Lamberto Schafnab.*, an. 800; *Mariano Scoto*, an. 799; *Wilhelmo Malmeburienſi*, lib. 1, de *Geſtis Reg. Angl.*, p. m. 25; *Sigeberto Gemblac.*, an. 801; *Chronographo Saxone*, an. 801, pag. 130; *Gotfrido Viterbienſi*, part. XVII *Chron.*, eod. an., p. 455; *Conrado Urſpergenſi*, p. m. 130; Monacho *Herveldenſi*, an. 800, ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 373; *Annalibus Hildenſemenſ.*, eod. an., apud Dn. de *Leibnitz*, *de Script. Rer. Brunſ.*, p. 714; *Alberico*, *Monacho trium Fontium*, an. 801, p. 130; *Alberto Stadenſi*, an. eod., p. 84, & 85; *Martino Polono*, in vita *Caroli Magni*, & Leonis *III*, p. 362, & 363; *Vincentio Bellovacenſi*, lib. 24 *Speculi Hiſtorialis*, cap. ult.; *Jordane*, de *Translatione Imperii in Germanos*, ap. *Schardium*, de *Jurisd. Imper.*, p. m. 109; *Æneæ Sylvio*, de *Ortu & auctoritate Imperii*, c. 9, ibid., p. 393; *Arnaldo de Verdala*, in vitis Epiſcoporum *Magalonæ* Inſulæ, ap. *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 793; *Gobelino Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, cap. 40, p. m. 240; *Platina*, in Vita *Leonis III*, p. m. 111; *Sigonio*, lib. IV, de *Regno Ital.*, an. 801, p. 161; *Bellarmino*, tot. Tract. de *Translatione Imperii*, *Flacii Illyrici* Libro: de eadem *Translatione*, oppoſito, Tom. 1 *Controverſiarum*, p. 906, &c., ubi lib. 1, cap. 4, p. 931, &c., plures in teſtimonium producit; *Michaële Coccinio*, de *Translatione Imperii*, ap. *Schardium*, l. c., pag. 428; *Baronio*, Tom. IX Annal., ad an. 800, §. 6, pag. 534, ubi ſimul diverſas, quoad annum, conciliat opiniones, inquiens: *Qui annos Redemptoris à Natali die Domini auſpicari ſunt ſoliti, in ſequentem rejiciunt annum Coronationem ipſius Caroli Magni, in Imperatorem, quæ ipſo die Natali Domini facta eſt; qui autem à Kalendis Januariis initium anni ſumere conſueverunt, ut & nos facimus, hoc certe anno* (800) *ipſam ponere neceſſe habent, &c.*; *Rogerio Widringtono*, *Apologia pro Jure Principum*, adverſus *Bellarminum*, ap. *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarch.*, p. 754, &c.; *Vorburgio*, Vol. X, an. 800, p. 277; Aliis.

(38) *Bellarminus*, l. c., lib. 1, de *Translatione Imperii*, Cap. XII, oblationem *Imperatorii nominis* à Papa & Clero, Senatu Populoque Romano, *Carolo* factam, *Translationem Imperii Occidentalis à Græcis ad Francos* vocat, Romano Pontifici debitam. Verba ejus ſunt: *Hic denique idem Leo* (III) *Romanum Imperium à Græcis ad Francos tranſtulit; quod jam longo uſu dilicuiſſet,*

Græ-

Digitized by Google

Græcos aut non poſſe, aut nolle laboranti Eccleſiæ opem ferre: ac tum maxime id metuendum videretur, eum, Imperatore Conſtantino fraude ſuorum excæcato, fœmina, quod antea nunquam acciderat, Romano Imperio præſideret, &c. Fundamentum aſſertionis ejus nititur teſtimoniis Scriptorum, quos l.c., cap. 4, pag. 931, &c. adducit; Cap. 7, p. 943, &c., *Imperium Germanorum non eſſe acquiſitum jure belli*, probandum ſibi ſumit; Cap. 8, p. 952, &c., docet: *Non accepiſſe Carolum Magnum a Deo immediatè Imperii dignitatem*; Cap. 9, p. 953, &c., defendit: *Imperium Romanum non veniſſe ad Carolum Jure hæreditario*: Cap. 10, p. 962, &c., ſe opponit dicentibus: *Accepiſſe Carolum Magnum Imperii dignitatem, auctore Senatu Populoque Romano, &c.*; Cap. 11, p. 965, &c., aggreditur exiſtimantes: *Deveniſſe ad Germanos Imperium donatione Græcorum, &c.*; Capite tandem duodecimo, p. 970, &c., aſſerit: *Romanum pontificem JURE SUO Imperium à Græcis in Germanos tranſtuliſſe*; conſequenter Quæſtionem: *An Papa id fecerit?* extra dubitationis limites ponit; ad Quæſtionem Juris: *Num Papa id facere potuerit?* itidem affirmative reſpondet, l. c., pag. 971, rationis loco proferens; *Romanum Pontificem (1) totius Eccleſiæ, i. e. omnium Chriſtianorum, Patrem & Paſtorem eſſe, (2) ſummum Eccleſiæ totius Paſtorem ita non modo privatis hominibus, ſed etiam Regibus & Imperatoribus Chriſtianis præeſſe, ut, ſi cauſa Chriſti & Eccleſiæ id exigat, poſſit eos Regnis, atque Imperiis exuere, eaque Regna & Imperia ab aliis ad alios transferre.* Ad hanc *poſteriorem* theſin reſpondere ſuperſedeo, Lectorem remittens ad Diſſertationem VII doctiſſimi Dn. *Ludovici Ellies Du Pin*, de *Antiqua Eccleſiæ diſciplina*, pag. 433, ad finem usque, qua, rationibus ſolidis, probat: *Pontificem, aut Eccleſiam, nullam habere, in Reges, eorumque bona, auctoritatem directam, vel indirectam, nec poſſe Reges ab ipſis ullatenus deponi, aut eorum ſubditos à fide & obedientia eximi.* Tractatus Theologorum Pariſienſium approbatione munitus eſt: quod notandum. *Priorem* in ſpecie impugnat, l. c., cap. 3. §. 3, pag. 519, & 524, inter alia ſcribens: *Unum obſervare ſufficit: Pontificem Romanum nihil omnino Juris, aut Terrarum Carolo dediſſe, aut Imperatori Græco abſtuliſſe, ſed merum nomen Imperatoris, idque Eum non ſolum dediſſe, ſed ſimul cum Populo Romano, cujus nomine, velut præcipuum ejus membrum, agebat. Quippe diu, antequam Carolus Imperator nominaretur, Græcus à dominio Provinciarum Occidentis exciderat, & Carolus, jure ſucceſſionis, aut armorum, dominus erat Galliæ, Germaniæ, Pannoniæ, partis Hiſpaniæ, & maxima partis Italiæ, ac præſertim Urbis Romæ, quæ ſedes erat Imperii. Itaque, nomine Imperatoris adepto, ditior non eſt factus Carolus, nec quicquam Græco Imperatori ablatum eſt: ac proinde, etiamſi Leo ſolus Imperatorium nomen dediſſet Carolo, non inde ſequeretur, Romanum Pontificem aliquid in Temporalia juris habuiſſe, aut Carolo contuliſſe, &c.* Diu ante ipſum *Lupoldus de Babenberg*, de *Jure Regni & Imperii Rom.*, cap. 4, apud *Schardium*, de *Jurisd. Imp.*, p. m. 176, in eandem ivit ſententiam: *Videtur, quod, quoad exemptionem ipſius Caroli, a ſubjectione ac obedientia Imperatoris Conſtantinopolitani, hujus translationis nullus fuerit effectus realis. Præterea idem Carolus Magnus, ut patet ex his, quæ dicta ſunt ſupra, cap. 1, partim ex ſucceſſione Paterna, partim etiam per bellum licitum, habuit, ante jam dictam Translationem, omnia Regna & Provincias, quæ, ſeu quas hodie habent Reges, ſeu Imperatores Romanorum. Habuit inſuper Galliam Occidentalem, Gaſconiam, Pannoniam, & plures alias Provincias & Terras, quas hodie Reges ſeu Imperatores non poſſident. Item habuit, in omnibus eisdem Regnis, Provinciis & Terris, poteſtatem Imperialem, ſaltem ex conſuetudine, juxta ea, quæ dicam infra, Cap. 7. Et ſic Regna, ac Provinciæ, & Terræ hujusmodi, cum plena poteſtate in ipſis, per Eccleſiam Romanam, in Eum transferri minime potuerunt. Quod enim meum eſt ex una cauſa, non poteſt ex alia modò fieri meum, niſi deſinat eſſe meum. X. de Fide Inſtrum. C. Inter dilectionis, &c.* Vilipendunt inſuper fictam hanc *Translationem Dantes Aligherius*, de *Monarchia*, lib. 3, ibid., p. 101; *Nicolaus Cuſanus*, de *Concordantia Catholica*, lib. 3. cap. 3, ibid., p. 359; *Johannes Barclajus*, in *Vindiciis*, pro *Guilielmo Barclajo*, Parente, contra *Bellarminum*, in favorem Principum Secularium, ſcriptis, cap. 4, §. 6, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarchiæ*, p. 837, &c.; multique alii. *Tertiam* Claſſem conſtituunt, qui Imperium Romanum *Carolo* quidem delatum arbitrantur, non autem auctoritate ſolius Pontificis, ſed conſenſu & voluntate totius Cleri, Populique Romani. Nomina eorum colligit *Rogerius Widringtonus*, in *Apologia, pro Juribus Principum*, adverſus *Bellarminum*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 Monarchiæ, §. 413 ad 423, p. 754, & 755;

(39) Inanis tota Quæſtio: de *Translatione Occidentalis Imperii*, utpote quæ facta, vel *literis*, vel *verbis*; aſt nec documenta, nec coævorum Scriptorum teſtimonia, quibus ejusmodi quid probetur, adſunt; ergò planè non facta. Nec confundi mallem *Imperium Romanum cum Imperio Occidentis*, quatenus ad *Carolum* pertinuerit, Germaniam ſcil., Gallias, Pannoniam, Hiſpaniam, &c. complectens; has enim Provincias, partim *hæreditario jure*, partimque *belli*, quidni & *derelictionis titulo*, ab Eo fuiſſe poſſeſſas, hactenus dictum eſt; *Imperium Romanum* diſtinguendum præterea eſt ab *Imperio italiæ*, quo potitus *Carolus*, Græcorum pace, devictis, ann. 774, Longobardis, eorumque Rege *Deſiderio*; proſtrato deinde, an 776, Forojulienſium Duce, *Rotgando*: fidelitatis legibus ſubjecto, an. 786, *Aragiſo*, Beneventanorum Duce; fuſisque, an. 788, horrenda clade, Græcis ipſismet, & trucidato *Aldegiſo*, *Deſiderii* filio, exule. De quibus momentis præcedentes paragraphi 28. 30, 32, & 34 evolvantur. De *Imperio Romano*, ſpecialiter dicto, hæc mea eſt ſententia: Aut loquimur de *poteſtate*,

aut

aut de *Imperiali Titulo;* priori caſu, *Romam Carolo*, etiam ante inaugurationem, paruiſſe, probari poſſe cenſeo (1) pactionibus Ejus cum *Adriano* Papa & Romanis, an. 774, devictis Longobardis, cum *Patricius Romanorum* ſolenniter renunciaretur; qua de re ſupra, Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 49, & præced. v. 29, p. 354; (2) Transmiſſione Clavium Confeſſionis S. Petri, cum Vexillo Urbis Romæ, an. 796, de quibus ſubjectionis ſignis legas præced. v. 36, p. 360 (3) Juramento fidelitatis, quod *Leo* Pontifex *Carolo* præſtitit, cen Ill. *Conringius*, de *Imperio Romano German.*, Cap. VI, §. 15, p. 36, ex Epiſtola quadam laudati Principis ad dictum Præſulem, cujus *Baluzius*, in Notis ad *Gratianum*, p. 492, meminit, docet; (4) Cognitione cauſæ ejusdem *Leonis*, quem *vindicaturis ſibi, quæ Imperialis poteſtatis eſſe* noſcebantur, ſe opponentem, Romani Sede dejecerant; vid. præc. v. 36, p. 360; (5) Teſtimoniis Scriptorum coævorum, ſcil. Auctoris *Annalium Francicorum*, ap. *Lambecium*, cujus verba, præced. v. 37, adduxi, interque alia: *Ut Ipſum Carolum, Regem Franchorum, Imperatorem nominare debuiſſent, Qui ipſam Romam tenebat, &c.*; atque *Chronici Moiſſiacenſis*, quod in anno 818 explicit, ap. *Du Cheſne*, Tom. 3 *Scriptor.*, p. 143, ad an. 801, *Bæclerum*, Comment. de Rebus Sec. IX & X, in Vita Caroli Magni, p. m. 24, & Dn. *Werlhoſium, Jur. Publ. Enucl.*, cap. 2, §. 6, lit. a, p. 15: *Cum apud Romam moraretur Rex Karolus, Nuncii ad Eum delati ſunt, dicentes: quod apud Græcos nomen Imperatoris ceſſaſſet, & fœmineum Imperium apud ſe haberent. Tunc viſum eſt ipſo* (ipſi) *Apoſtolico, Leoni, & Univerſis Sanctis Patribus, qui in ipſo Concilio aderant, ſeu reliquo Chriſtiano Populo: Ut ipſum Karolum, Regem Francorum, Imperatorem nominare debuiſſent: Quia ipſam Romam, Matrem Imperii, tenebat, ubi ſemper Cæſares, & Imperatores ſedere ſoliti fuerant, ſeu reliquas Sedes, quas Ipſe, in Italia & Gallia, nec non & Germania, tenebat. Quia Deus Omnipotens has omnes Sedes in Poteſtate Ejus conceſſit, &c.* Quibus jungas omnino *Eutropium*, Presbyterum Longobardum, circa initia Sec. X florentem, Tr. de *Juribus ac Privilegiis Imperatorum, in Imperio Romano*, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Monarchiæ*, p. 9, §: *Præterea.* Quod ſi vero de *Titulo Imperatoris* ſermo ſit, omnino fatendum, anno 800, vel, (ſi annum auſpiceris à Feſto Nativitatis Domini,) 801, Carolum eum à Pontifice, Clero, Populoque Romano primum conſecutum eſſe, teſte tota Antiquitate. Declarabant autem auguſtiſſimum hunc titulum deferentes, ſe jam ſummum Ipſius Imperium in Urbem *Romam*, reliquasque Terras, quibus gauderent, agnoſcere ſolemniter, omnesque ſimul titulos, dignitates, præeminentiam, Jura, &c., olim Imperatoribus Græcis competentia, devotè in Eo venerari. Hinc eſt, quod (1) à Pontifice, coronatione peracta, fuerit *adoratus*; præc. v. 37, p. 361; (2) Admiſſa Romanorum, in *Leonem*, rigidiori examini ſubjiciens, capitis ſontes damnaverit; l. c.; (3) *Romanæ* Urbis, & Apoſtolici cœtus, totiusque Italiæ non tantùm publicas, ſed etiam Eccleſiaſticas & privatas res ordinaverit; l. c.; (4) *Romam*, aliarum inſtar Urbium Metropolitanarum, ſub cenſu habuerit, teſte ejus ultimæ voluntatis formula an. 811, ap. *Eginhartum*, in calce Libri de Ejus vita, ap. *Freherum*, p. m. 444: *Harum diviſionum, quæ ex duabus primis partibus factæ ſunt, &, juxta Metropoliticarum Civitatum numerum, XXI eſſe noſcuntur, unaquaque ab altera ſequeſtrata, ſemotim in ſuo repoſitorio, cum ſuperſcriptione Civitatis, condita jacet. Nomina vero Metropoliticarum Civitatum, ad quas eadem eleemoſyna, vel largitio data eſt, hæc ſunt: ROMA, RAVENNA, Mediolanum, Forum Julii,* &c. Inſignis etiam locus eſt Lib. 3 Capitularium *Caroli Magni* & *Ludovicii Pii*, ab *Anſegiſo* Abbate, & *Benedicto* Levita, collectorum, cap. 369, p. 985, ap. *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtitut. Imper.*, ad an. 813, p. 151: *Volumus, atque præcipimus, ut omnes Ditioni Noſtræ, Deo auxiliante, ſubjecti, tam ROMANI, quam Franci, Alamanni, Bajuvarii, Saxones, Thuringii, Freſones, Galli, Burgundiones, Britones, Longobardi, Waſcones, Beneventani, Gothi & Hiſpani, cæterique Nobis ſubjecti omnes, &c.*, ad quem merito provocant Ill. *Conringius*, l. c., Cap. VII, §. 9, p. 45, & Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, l. c., cap. 2, §. 8, lit. a, p. 30; (5) Una cum Succeſſoribus poſthac ſplendidiſſimo *Auguſti* titulo uſus ſit; Vid. præced. §. 3, lit. b, & c, p. 298; (6) & ſic eminentiam quandam, inter reliquos Chriſtiani Orbis Proceres, ſibi conciliaverit; *Conring.*, l. c., cap. 8, §. 12, p. 63; Dn. *Werlhof.*, l. c., §. 7, pag. 25; *Monzambano*, cap. 1, §. 12, in fine; (7) Jus quoddam hæreditarium in *Romam*, & *Patrimonium Petri*, Papam, Clerumque Romanum fuerit nactus; Vid. Dn. *Conring.*, l. c., cap. 7, §. 27, p. 56, & 57, & cap. 8, §. 1, p. 57, & de *Republica*, Diſſert V, de *Septemviris Imperii*, §. 12, p. m. 186, & 187; Dn. *Kulpiſ.*, ad *Monzamb.*, cap. 1, §. 12, p. 67, & 68; Dn. *Werlhof.*, l. c., §. 8, pag. 29; Dn. *Schilter*, de *Libert. Eccleſ. German.*, lib. 2, Cap. XI, §. 6, pag. 221, &c.; Ill. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.*, Cap. VI, §. 7, pag. 132, &c.; (8) Pontifices Romani non niſi Imperatorum Occidentalium nomina, ſpretis orientalibus, publicis ſcripturis inſeruerint. Vid. *Petrus de Marca*, de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, lib. 3, cap. 11, §. 12, p. m. 272, Dn. *Werlhof*, l. c., §. 6, lit. a, p. 18; de aliis vid. Dn. *Schilter*, l. c., lib. 2, c. 11, §. 9, p. 224. Contrarius eſt *Monzambano*, cap. 1, §. 12, &, qui eum ſequitur, *Henricus Vagedes*, Diſſ. de *Ludibriis Aulæ Romanæ, in Translatione Imperii Romani*, cap. IV, §. 2, inter opera ejus Academica, pag. 137, arbitrantes, ſub ſplendidiſſimo *Imperatoris* titulo, *Carolum* non niſi ſupremum defenſorem, & Protectorem ſeu Advocatum Romanæ Sedis, bonorumque, ex uſurpatione Pontificum, aut aliorum

Digitized by Google

rum liberalitate, ad ipſam devolutorum, fuiſſe conſtitutum, adeoque, ſpecie quadam duntaxat *inæqualis fœderis*, quod interdum longius, interdum propius à veræ ſubjectionis civilis conditione abeat, Romanam Sedem, ejusque bona *Carolo* adjuncta; pactionis ſumma eo redeunte: Ut *Carolus* quidem Romanam Sedem, ejusque Bona, adverſus invaſores quoslibet, defenderet, &, ſi quæ intrinſecæ turbæ orirentur, in dedecus aut damnum Eccleſiæ redundaturæ, auctoritate ſua componeret. Ex adverſo Sedes Romana Majeſtatem *Caroli* coniter coleret, nec ſine auctoritate Ipſius quicquam ſuſciperet, ad ſummam rerum faciens; inter quæ præcipuum: ne quis, Ipſo invito, Sedi Romanæ præficeretur. Profert quidem, poſt *Sigonium*, lib. 4. de *Regno Italiæ*, ad an. 801, p. m. 161, ubi tamen Imperatoris nomen non exprimitur, *Baronius*, Tom. IX Annal., ad an. 800, §. 7, p. m. 534, ex ſacrorum rituum libro, quem vetuſtas *Romanum Ordinem* appellat; &, poſt utrumque, *Goldaſtus*, Tom. 2 *Conſtit. Imp.*, pag. 5, atque *Vorburgius*, Vol. X, ad an. 800, p. 277, jurisjurandi formulam, à *Carolo*, cum Imperator proclamaretur, præſtiti, his verbis conceptam: *In Nomine Chriſti ſpondeo, atque polliceor Ego, Carolus Imperator, coram Deo & B. Petro, Apoſtolo, me Protectorem ac defenſorem fore hujus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout ſciero, poteroque.* Verum, Annales Francorum, *Anaſtaſium*, reliquosque veteres ſcriptores ejusmodi ſacramentum ignorare, dudum obſervarunt Dn. *Conringius*, de *Imperio Romano German.*, c. VII, §. 18, p. 51, & 52, & Dn. *Werlhof*, l. c., §. 8, p. 32, & 33; Deinde contrariantur ſibi invicem: *Nudum eſſe Pontificis Defenſorem & Protectorem*; & tamen omni Ejus, Populique Romani Jure & poteſtate donari; claves Confeſſionis Petri, & vexillum urbis Romæ nanciſci; Juramentum fidelitatis à Pontifice exigere; *Romam* ſub cenſu habere; Jus vitæ & necis *Romæ* exercere, & quidem in cauſa ipſius Pontificis & Procerum; à Papa, MORE ANTIQUORUM PRINCIPUM, qui certè non nudi Defenſores, ſed veri Domini erant, adorari; Romanæ urbis, cœtusque Apoſtolici, & totius Italiæ res publicas, Eccleſiaſticas, & privatas pro lubitu ordinare; de quibus, aliisque ſcitu neceſſaria modo adduxi. Temperare mihi nequeo, quin addam verba *Eutropii*, Presbyteri Longobardi, l. c., pag. 9: *Propterea inventum eſt*, (ſumpto de ſontibus ſupplicio, an. 801,) *ut omnes Majores Romæ eſſent Imperiales Homines, tam Epiſcopi, quam Laici, & omne Vulgus pariter cum his faceret fidelitatem Imperatori: & ut ſuus Miſſus omni tempore moraretur Romæ, ad deliberandas litigioſas contentiones. Morabatur quippe in Palatio S. Petri, & erat conſtitutum, quanta & qualia ſtipendia de Palatio ei darentur cotidie. Quod autem reliquum erat, de ſupradictis Monaſteriis, vel patrimoniis deferebatur affluenter. Tanta nempe Imperialis virtus ibi vigebat, ut, ſi, in legali judicio, minoris, vel inſcii cauſa poſtponeretur, & ille, alicujus conſilio, pedes teneret Legati Imperatoris, petens ab eo juſtam Legem, & Miſſus adjuraret Princeps Romanorum, dicens: per eam fidem, quam Domino Imperatori debetis, facite huic homini juſtam Legem, nemo erat auſus declinare, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, etiamſi à propinquis Pontificis illata eſſet injuria. ---- Hac conſuetudine uſi ſunt Romani, usque ad Ludowicum magnum, Imperatorem, Lotharii filium. Hic, quia magis Italiam habitare elegit, vicinior factus eſt Romæ, ubi & ampliori quadam uſus eſt poteſtate, habens ſtrenuos viros ejus urbis, ſcientes antiquam Imperatorum conſuetudinem, & intimantes Cæſari, qui ſuggerebant illi, repetere antiquam Imperatorum conſuetudinem, &c.* Accedit, negotium de *Advocatia*, ſeu *Protectione Eccleſiæ Romanæ*, jam anno 774, in collatione *Patriciatus*, fuiſſe confectum, de qua præced. v. 26, & 29. Facit huc modò dictus *Eutropius*, l. c: *Qui in culpam criminis incurrebant, Regali puniebantur poteſtate, aut in exilium mittebantur, etiam inconſulto Apoſtolico, usque ad Zachariam*, (Hadrianum) *Præſidem, qui ſubdolè, quaſi pro familiaritate quadam, profectus eſt ad Carolum, Regem Francorum, eò, quod idem Carolus habebat filiam Deſiderii, Regis Italici, uxorem; invitavitque eundem Carolum in Italiam, ſeminans inter Reges diſcordias, laudans, & proferens Illi Imperialia ſceptra: accepitque ab eo ſecuritatem, quo tempore ingredi deberet Italiam: jurantesque mutuo, reverſus eſt. Tranſeunte autem eo per fines Regni Deſiderii, ſeparavit ab eo quosdam de ſuis, dans quibusdam plurima dona, quibusdam jurat dari ſimilia. Accipiente autem Carolo hoc Regnum, profectus eſt Romam, deditque ibi donaria multa, quæ usque hodiè Romanum tenet dominium, de Regni hujus confinibus. Fecitque Pactum cum Romanis, eorumque Pontifice, & de ordinatione Pontificis, ut intereſſet quis Legatus, & ut contentioſas lites Ipſe deliberaret, &c.* Clarius hæc depingit *Gotfridus Viterbienſis*, *Conrado III*, *Friderico I*, & *Henrico VI*, Imperatoribus, tum à ſacris, tum à ſecretis, part. 17 Chron., in vita *Caroli*, p. m. 443, & 444, canens:

Scribit Ei (Carolo) *Papa* (Hadrianus) *mala, quæ*
Lombardus (Deſiderius) *adegit,*
Et petit, ut Chriſti conferat arma gregi.
Francorum Proceres pariter, cum Rege, rogantur,
Ut ſimul Eccleſiam, virtute ſua, tueantur:
Actaque Pipini commemorantur ibi.
Fertur ad hæc Procerum ſententia talis haberi:
Si velit Eccleſiam, Francorum Marte, tueri,
Carolus Imperio præficiendus erit.

\- - - - - - - - -

Sit Rex Francorum Roma Dominus Dominorum,
Imperium teneat, Terram premat Italicorum,
Atque ſuper Danaos auferat omne ſolum.
Regis opem precibus dum Roma per omnia quærit,
Dum petit, ut Patriam dignetur ab hoſte tueri,
Dicit: ut Imperium tollat ut alter Heri.
Rex ait: Italicos Ego renuo ferre labores,
Ni ſimul Italicos habeam conſtanter honores.
Qui mihi ſi fierent, pax valitura foret.
- - - - - - - - -
Tempora quæ memini, ſi Roma cupit reparari,
Aut Deſiderii Regis ſcelus evacuari;
Expedit, Imperii, quæ peto, Jura dari.
Rex ubi verba dedit, Populus petit arma moveri:
Jura ſui Cleri petit, optat & Ipſe tueri.
Nam Deſiderii Roma furore perit.
Curia Francorum precibus conſentit eorum,
Tollat ut Imperium Victoria Teutonicorum;
Stringat & Italicum fiſcus ubique ſolum.
Signa movent Proceres, &c.

Commentarium hic conſulas Conſult. Dn. *Werlhofii*, cap. 2 *Jur. Publ. enucl.*, §. XI, pag. 39, &c. Quid periculi alias *Protectionis Jus, ex parte protegendi*, ſæpè ſecum vehat, exponit Illuſtr. Dn. *Thomaſius*, ad *Monzamb.*, c. 1, §. 12, lit. L, p. 60, & 61. Conf. Id., l. c., ad §. 13, lit. R, p. 68.

(40) Hæc ita ſe habent, reſpectu *Caroli* Imperatoris, Pontificis Romani, & Romani Populi, quatenus liberalitatibus ſe invicem & honoribus mactantes, ter ſè Imperatores Græcos emunxiſſe videntur. Sed quid ad hæc Byzantini Principes? *Eginhartus*, in vita *Caroli*, apud *Freherum*, p. m. 442, ait: *Invidiam ſuſcepti nominis*, (Imperatoris) *Conſtantinopolitanis Imperatoribus ſuper hoc indignantibus*, *magna tulit patientia, &c.* unde quis argumentari poſſet, vanum eſſe *derelictionis* titulum, quo coævus *Carolo* Francorum Annalium Auctor, apud *Lambecium*, præc. v. 37, p. 361, & vetus *Moiſſiacenſe* Chronicon, præced. v. 39, *Wilhelmus Malmesburienſis*, de *Geſtis Regum Angl.*, lib. 1, pag. 25, permultique alii Francorum Romanorumque cauſam tuentur, quod Pontifex & Romani, ab Imperatoribus Græcis *derelicti*, urgente ſumma neceſſitate, auxilium à Francis efflagitare, ſeque in eorum clientelam conferre fuerint coacti. Enimvero non adeò ſpernendam puto *derelictionis* illationem, cum nullibi appareat, Byzantinos publicè Romanorum factis an. 801 ſe oppoſuiſſe; aut *malitioſæ deſertionis* eos accuſaſſe; inſuperque indignationem eorum, non niſi ſuſpicionem eripiendi ſibi Orientis Imperii, pro fundamento habuiſſe, ipſo *Eginharto* teſte, l. c., pag. 438: *Imperatores etiam Conſtantinopolitani*, *Nicephorus*, *Michaël*, *& Leo*, *ultro amicitiam & ſocietatem Ejus* (Caroli) *expetentes, complures ad Eum miſere Legatos: cum quibus tamen, propter ſuſceptum à ſe Imperatoris nomen, & ob hoc Eis* „*quaſi Qui Imperium Eis eripere vellet, valde ſuſpectum, fœdus firmiſſimum ſtatuit*, *ut nulla inter partes cujuslibet ſcandali remaneret occaſio, &c.* Nec ſatis eſt, conjicere, deſuiſſe cis vires ſua defendendi; hoc enim ſi valeat, probandum erit, ab initio ſtatim Romanorum motuum, ad metamorphoſin usque anni 801, perpetuò eos mediis ſalvandarum rerum caruiſſe, & quidem citra culpam propriam; jam verò conſtat, extra non ſolum Bella ab iis geſta, ſed & civilia, quibus alter alterum, fœda tyrannide, Sede deturbabat, ſeque intrudebat; imò, adhuc anno 788, tantas eis fuiſſe vires, ut *Deſiderii* quoque filium exulem, *Adalgiſum*, armata manu, in priſtinas Longobardorum ſedes reducere conarentur, luculenter licet pœnas dantes; quippe quos acerba clade in Calabria proſtratos, præc. v. 34, p. 359, vidimus. Quid, ſi dicerem: *Carolum*, à tempore hujus victoriæ, juſtiſſimo titulo poſſidere cœpiſſe, quicquid etiam ex Græcorum Provinciis hactenus uſurpaſſe videatur? apertum ſanè bellum fuit, quo Græci Eum petebant, exinde redditi ejus hoſtes; conſequenter nova Juris cauſa intervenit, communi Regulæ l. 29 ff. de R. J: *Quod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere*, vim auferens, vel temperans. Vid. *Conring*, de *Finib. Imper.*, lib. 2, cap. 19, §. 13, p. m. 229. Sed demus, omni illo tempore, quo Romani & Franci de Græcorum corio ludere operæ pretium duxerant, Hos non valuiſſe vim vi repellere; annon alii, ſua retinendi animum deſignantes, adſunt modi, præter arma? cur non, Legatis, literisve, Romanorum defectionem, & Francorum occupationem deteſtati ſunt? cur non imbecillitatem ſuam clamantibus auxilia Pontificibus Romanis, contra Longobardos, verbis minimum, bonam voluntatem referentibus, & ad conſtantiam ſervandamque fidem exhortantibus, probarunt? Cur Senatum Populumque Romanum debiti non juſſerunt eſſe memores? cur omnem deſtruendis Sanctorum imaginibus, proſcribendis earum cultoribus, ſibimetque ipſis invicem excidendis genitalibus, auribus & naribus amputandis, oculisve eruendis impenderunt operam, longè alia cogitaturi? aſt cuncta hæc ſpernebant: matrimonia potius cum Francis contrahenda quærebant: largè effuſèque dona in eos conferebant; Legatis, reſtitutionem in integrum ne quidem tangentibus, honeſtabant: facta *Romæ*, ab anno 796 ad 801, nullo ſigno improbabant: peracta coronatione, firmiſſimam ſtatim pacem *Carolo* offerebant. Hæcque ſufficiunt demonſtrandæ *derelictioni*. Quicquid ſit, *Carolus* omnis diſputationis materiam remoturus, ad titulum confugit, Gentium Jure probatum, publicas ſcil. tranſactiones cum Græcis, quarum vigore *Occidentalis Imperatoris* dignitas, cum annexis, ſolemni lege Ei adſcripta eſt. Qua de re ſupra, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 52; Eſt itaque de tota *Tranſlatione*, uti vocant,

cant, hæc mea ſententia: *Caroli* Imperium in *Romam* cœpit an. 774, cum *Patriciatu*: Subactis, an. 786, Beneventanis, fuſisque, an. 788, in Calabria, Græcis, inſignia ſenſit incrementa: Transmiſſis Ei, an. 796, Confeſſionis S. Petri clavibus, Romanæque urbis vexillo, addita rogatione, ut aliquem ex optimatibus mitteret, qui Populum Romanum ad fidem, & ſubjectionem, per ſacramenta, ſibi firmaret, fundatum eſt: Inauguratione ſolenni an. 801, acclamante Populo, publice declaratum: tandemque transactionibus, cum *Nicephoro*, *Michaële* & *Leone*, Imperatoribus Græcis, confirmatum. Add. *Conring.* de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 8, §. 4, &c. pag. 58, &c., & de *Finibus Imperii*, lib. 2, c. 19, §. 14, p. 229, &c.; *Schilter*, de *Libert. Eccleſ. German.*, lib. 2, cap. 11, §. 11, pag. 226; Dn. *Werlhof*, *Jur. Publ. Enucl.*, cap. 2, §. 12, p. 46, &c.; Dn. *Schurtzfleiſch.*, Diſſ: *Quid expediat Imperio?* §. 6, p. m. 8. Conf. de hac *Translatione Gryphiand.*, de *Weichbildis*, cap. 36, p. m. 90, &c.; *Sebaſt. Münſter.*, *deſcript. German.*, apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. Germ.*, p. 245, & 246; *Limnæus*, lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. 5, & ibi *Addit.*; *Strauchius*, Diſſ. *Jur. Publ.* IV, de *Pontificis Romani partibus circa electionem Imp.*, cap 3, §. 5, &c., pag. 438, &c. Riſum excitat Bulla *Johannis*, P. R., apud *Nicolaum Burgundum*, lib. 2, p. m. 73, nec digna oratore Cæſareo oratio ad Papam, *Nicolaum V*, pro *Coronatione Friderici*, *Reg. Roman.*, ap. *Freherum*, T. 2, p. 22, & 23. Sed Seculo aliquid indulgendum.

(*b*) IRENE, &c. Rectius *Nicephoro*, & Succeſſoribus. Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 52, & 53.

(*c*) BELLI, &c. Impugnat hanc theſin *Bellarminus*, de *Translatione Imperii*, lib. 1. cap. 7, Tom. 1 *controverſiar.*, p. 943, &c. contrà eam tuetur Dn. *Kulpiſius*, ad *Monzamb.*, cap. 1, §. 11, pag. 66. Hoc autem crudè dici nequit. Vid. quæ ad præced. lit. a annotavi. *Fridericus I*, Imp., oratorie ſaltem, retundendæ Romanorum arrogantiæ ergo, gloriatur, apud *Ottonem Friſingenſ.*, lib. 2, de Ejus geſtis, cap. 21, p. m. 463, ajens: *Revolvamus modernorum Imperatorum geſta, ſi non Divi noſtri Principes, Carolus & Otto, nullius beneficio traditam, ſed virtute expugnatam, Græcis, ſeu Longobardis, urbem, cum Italia, eripuerint, Francorumque appoſuerint terminis, &c.* nec aliter intelligendus *Güntheri Poëtæ Ligurinus*, apud *Reuberum*, lib. 1, p. 282, & lib. 3, pag. 329, in fine, & 330, verba ejus referente *Kulpiſio*, l. c., pag. 65. Conf. Conſult. Dn. *Werlhof*, *Jur. Publ. Enucl.*, cap. 2, §. 6, lit. c, pag. 23, & 24.

(*d*) LONGOBARDORUM, &c. Longobardos origine Germanos eſſe, docet *Vellejus Paterculus*, lib. 2 Hiſtor., Edit. *Sylburgii*, Tom. 1 *Script. Roman.*, p. 465, ubi: *Fracti LANGOBARDI, GENS ETIAM GERMANA, feritate ferocior;* qui locus, in Edit. *Bœcleriana*, Argent., an. 1642, cap. 107 dicti lib. 2 reperitur. Eorundem meminit *Tacitus*, de *Morib. German.*, cap. 40, Edit. *Bernegger.*; ibi: *Longobardos paucitas nobilitat, quod plurimis, ac valentiſſimis Nationibus cincti, non per obſequium, ſed prœliis, & periclitando tuti ſunt, &c.* Sic & *Claudius Ptolemæus*, lib. 2 *Geograph.*, cap. 11: *Tenent autem Germaniam, quæ circa Rhenum fl. incipit, à parte Septentrionali, Buſacteri, appellati parvi, ac Sycambri. Sub quibus Suevi, Langobardi, poſtea Tingri, &c.* De Sedibus eorum diſputatio eſt. *Proſper Aquitanus*, Sec. V ſcriptor, in Contin. Chronici *Hieronymi*, Edit. *Scaliger.* p. m. 188, ad an. 380, ait: *Longobardi, ab extremis Germaniæ finibus, Oceanique protinus litore, Scandiaque, Inſula magna, egreſſi, & novarum Sedium avidi, Iborea & Ajone Ducibus, Vandalos primum vicerunt, &c.* Pari modo *Paulus Diaconus*, lib. 1, de *Geſtis Longobard.*, cap. 2; *Winnilorum, h. e., Langobardorum Gens, quæ poſtea in Italia feliciter regnavit, à Germanorum Populis originem ducens, è Scandavia, Baltei, ſeu Baltici Maris Inſula, novarum Sedium quærendarum gratia, ob multitudinem, profecta eſt .... conſtitutis ſupra ſe duobus Ducibus, Ibore ſcil. & Agione, qui & Germani erant, & juvenili ætate floridi, cæterisque præſtantiores: ad exquirendas, quas poſſint incolere, terras, ſedesque ſtatuere, valedicentes ſuis, ſimul & Patriæ, iter arripiunt, &c.* Conf. *Aimoinus*, lib. 2, de *Geſtis Francor.*, cap. 13, apud *Freherum*, p. m. 281. Inſulam *Scandiam*, *Scandaviam*, ſeu *Scandinaviam* ad *Germaniam Transmarinam* olim pertinuiſſe, pluribus demonſtrat, poſt *Jodocum Willichium*, in Comment. ad *Taciti* Lib. de *German.*, part. poſt., §. 16, apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 63, Cl. Dn. *Cellarius*, *Geographiæ Antiquæ* Lib. 2, cap. 5, p. m. 310; ut adeò *Vorburgius*, Tom. IX *Hiſtor.*, ad an. 744, p. m. 423, vel ex hoc capite malè carpat *Paulum*, quaſi *Longobardos* extra Germaniam collocaſſet, ex *Suevorum* populis oriundos; nam *Suevi* ad mare usque Balticum ſe extenderunt, cujus pars, Megapolitanum & Pomeranicum agros rigans, hinc *Suevici Maris* nomen obtinuit. Vid. Dn. *Cellarius*, l. c., pag. 304, & 310; qui, loco priori, ſpatium verſus *Spream*, *Albimque* inter & *Oderam*, per Marchiam Brandenburgicam, *Longobardis* aſſignat; qui, judice Illuſtri Dn. *Leibnitio*, de *Script. Rer. Brunſuic.*, pag. 13, lit. u, ad dextram Albis ripam à Luneburgiis, per veterem Marchiam, usque ad Magdeburgenſes porrecti erant. De Etymo ſcribit *Paulus*, l. c., cap. 8. *Certum eſt, Langobardos, ab intacta ferro barbæ longitudine, cum prius Winnili dicti fuerint, poſtmodum appellatos. Nam, juxta illorum linguam, Lang longam, & Bard barbam ſignificat.* Add. *Draco*, de *Jure & Origine Patriciorum*, lib. 2, cap. 4, §. 4, pag. 147; Aliter Dn. *Winckelmannus*, lib. 2 *Notit. Weſtphal.*, cap. 3, p. 259, §. 22: *Reliqua adhuc particula nominis Longobardici in illa, circa Magdeburgum, plaga eſt, quæ Auf der Bærd Teutonicè dicitur, quod Germanicum vocabulum fundum, ſeu agrum, in quo percipiendi fructus annuos ſervitus eſt, ſignificare videtur, & ab onere proventuum fluxiſſe, &c.* unde nomen, non à longis barbis, ſeu cuſpidibus, ſed loco plano, & ube-

re

te formatum videtur, quod planiciem longam, vallibus ſubjectam, ſignificat, &c. & l. c. pag. 260, §. 30: *Bærder ſunt incolæ ejuſmodi tractus, uti paulo ante de Longobardia dictum eſt, qui in agro Magdeburgico, ad Albim, habitarunt, exinde von der Langen Bærde profecti in Italiam, &c.* Conſ. *Bünting.*, *Chron. Brunſuic.*, pag. 19; & Dn. *Leibnitius*, l. c. *Petrus Bertius*, lib. 3 *Commentar. Rer. German.* de *urbibus Germaniæ*, p. m. 63, eos, à Pomeranorum flumine, *Bardo*, quod accolæ *Bartze* vocant, ad oppidum *Bardum*, miſtum ante aquis *Bekenitza* amnis, in *Balticum* mare ſe injurgitans, traxiſſe nomen, non ſine omni fundamento ſuſpicatur. De primo eorum Rege hæc habet *Proſper*, l. c., pag. 189, ad an. 390: *Longobardi, eorum Ducibus defunctis, primum ſibi Regem creaverunt AGELMUNDUM, Ajonis filium, qui regnavit ann. 33, &c.* idem commemorat *Paulus Diaconus*, l. c., cap. 10; *Aimoinus*, lib. 2, cap. 13, pag. 281; cujus lib. 3, c. 56, pag. 317, ne te offendat, loquitur enim de alia epocha, de qua præced. lit. a, v. 13, evolvas.

(*c*) MUTILATIONE, &c. Nefas dictu, quibus vitiis Imperatores Græci Seculorum VII & VIII ſe contaminaverint. MAURITIUS, Imp., una cum uxore & filiis, *Theodoſio, Tiberio & Conſtantino*, quorum *Regino*, lib. 1, p. m. 13, meminit, jubente *Phoca* Tyranno, manu carnificis, jugulatur, an. 603. Vid. *Herman. Contract.*, h. a., pag. 283; *Marianus Scotus*, h. a.; *Chronogr. Saxo*, h. a., p. 93; *Zonaras*, Tom. 3 Annal., in vita *Phocæ*, p. m. 132. De PHOCÆ obitu ſcribit *Zonaras*, l. c: *Heraclius calcibus in eum inſiluit, & caſtrari juſſit. Alii eum ſtatim occiſum eſſe tradunt. Alii, manibus prius, & pedibus amputatis, virilibus denique, ob laſciviam, & multorum conjuges adulteratas, exectis, poſtremo obtruncatum, & infelix cadaver in Bove crematum eſſe, ubi caminus fuiſſe perhibetur æreus, forma Bovis, Pergamo translatus, unde & loco nomen factum. Sunt & fratres ejus, aliique neceſſarii interfecti, &c.* Conſ. *Paulus Diaconus*, lib. 4 *Hiſt. Longobard.*, cap. 11, p. m. 401; *Regino*, lib. 1, an. 538, pag. 13; *Hermannus Contract.*, an. 611, p. 284; *Marianus Scotus*, eod. an.; *Sigebertus Gembl.*, an. 612; *Chronogr. Saxo*, an. 611, pag 95; De HERACLIO pergit *Zonaras*, l. c., in ejus vita, pag. 134: *Aqua intercute laborare cœpit. Fertur etiam, inguine ſurſum converſo, faciem ſuam perminxiſſe, niſi urina, tabella imo ventri oppoſita, averteretur. Id ei accidiſſe creditum, ob inceſtum cum fratris filia coitum.* Periit autem ex hydrope an. 637, juxta *Hermannum*, h. a.; *Marianum Scotum*, an. 638; *Sigebertum*, an. 642; *Chronograph. Sax.*, an. 638, pag. 99. *CONSTANTINUS, filius Heraclii, & Eudoxiæ, LIV loco ab Auguſto, ſuſcepit Imperium, qui cum regnaret menſes quatuor, à noverca ſua, Martina, & Pyrro, Patriarcha, veneno necatur, ipſaque cum filio ſuo, Heraclona, dominatur, &c.* Hæc *Chronogr. Saxo*, ad an. 639, pag. 99; conſ. *Marianus*, an. 640; *Sigebertus*, an. 642; *Albericus, Monachus trium fontium*, eod. an., pag. 51; *Zonaras*, l. c., in Ejus vita, p. 134; Nec meliora fata habuit HERACLONAS, de quo *Chronogr. Saxo*, ad an. 641, pag. 99, ſcribit: *Senatus Conſtantinopolitanus, & omnis Populus, indignatione juſta commotus, lingua Martinæ, & naſo Heraclonæ abſciſſo, eos in exilium deſtinavit, Pyrrum quoque Patriarcham expulit, & Conſtantem, filium Conſtantini, nepotem Heraclii, in Imperium promovit.* Conſ. *Marianus*, an. 640; *Sigebertus*, an. 643; *Albericus*, l. c., anno eodem; *Zonaras*, l. c. De hoc CONSTANTE inquit *Paulus Diaconus*, l. c., lib. 5, cap. 5, in fine: *Manſit autem Imperator in Sicilia, ab Indictione ſeptima uſque ad Indictionem XII. Sed tandem tantorum criminum, iniquitatumque pœnas luit, atque, dum ſe in balneo lavaret, à ſuis extinctus eſt*; adeoque an. 669, qui reſpondet Indictioni XII; *Anaſtaſius Biblioth.*, in vita *Vitaliani*, P. R., p. m. 73, ponit Indictionem XI, ſeu an. 668, quem & *Herman. Contr.*; *Marianus Scotus*; & *Baronius*, Tom. VIII Annal., §. 1, pag. 555, laudant; *Sigeberto* contrà, *Chronographo Saxoni*, pag. 102, *Alberico*, p. 55, *Sigonio*, lib. 2, de *Regno Ital.*, pag. 75, probatur annus 669; de facto legas quoque *Zonaram*, l. c., in ejus vita, pag. 135. CONSTANTINUS POGONATUS, ſeu BARBATUS, filius Ejus, an. 685, ut *Hermannus*, & *Marianus Scotus*, h. a., arbitrantur, vel an. 686, ſecundum *Sigebertum*, & *Chronographum Saxon.*, p. 104, placidè defunctus, ſucceſſorem nactus eſt JUSTINIANUM ῥινότμητον, cujus fata hæc erant: *Conſtantinopoli Juſtinianus Imperator hæreticus, à Leone* (Leontio Patricio, & quondam Magiſtro militum Orientalium) *& Tiberio, abſciſſis naribus, Regno expulſus eſt, & ipſe LEO Regnum tres annos obtinuit.* Ita *Hermannus*, ad an. 695, p. m. 292, pergens, l. c., ad an. 698: *Conſtantinopoli TIBERIUS* (qui & Abſimarus) *Imperium invadens, Leonem Imperatorem ſeptem annis, quibus Ipſe poſt hunc regnavit, in carcere tenuit, &c.* rurſus ad an. 705, pag. 293: *Conſtantinopoli Juſtinianus Imperator, auxilio Terbelli, Regis Bulgarorum, Imperium recipiens, Leonem & Tiberium, Imperii pervaſores, occidit. Gallicinium Patriarcham excæcatum Romam miſit, & in loco ejus Cyrum Abbatem, qui ſe in Ponto exulem aluerat, promovit. De hoc Imperatore fertur, quod, quoties à detruncatis naribus profluvium terſerit, toties aliquem de inimicis ſuis perimi juſſerit, &c.* & ad an. 711, pag. 294: *Conſtantinopoli PHILIPPICUS* (qui & Bardanes) *Imperator factus, Juſtinianum Imperatorem occidit, &c.* Confirmant hæc *Paulus Diaconus*, l. c., lib. 6, cap. 4, & 10, pag. 430, & 434; *Anaſtaſius Bibliothec.*, in vita *Johannis VII*, p. m. 90, & 91, & in vita *Conſtantini*, pag. 93; *Regino*, lib. 1, an. 622, & 632, p. 16, & 17; *Marianus*, ad an. 695, 698, 705, & 709; *Sigebertus*, ad an. 696, aſſerens: *Juſtinianum*, & naſo & lingua à *Leone* privatum, in exilium fuiſſe protruſum; an. 698, 705, & 712; *Chronographus Saxo*, ann. 696, 700, 706, (ubi, poſtquam expoſuit, quomodo *Juſtinianus* Imperium recuperaverit, inquit: *Abſymarus autem, qui & Tiberius,*

cx

ex urbe (Conſtantinopolitana) *profugit, ſed inſecutione captus, & ad Juſtinianum eſt perductus; adducto quoque Leontio, qui Eum dejecerat, fecit ambos, catenis aſtrictos, dum ludi equeſtres agerentur, per plateas trahi, tractosque publice ante pedes ſuos, dum in ſolio reſideret, projici, calcavitque fortiter colla eorum, univerſa plebe clamante: ſuper aſpidem & Baſiliſcum ambulaſti, & Leonem Draconemque conculcaſti, ſicque eos præcepit decollari, &c.*) 707, & 712; *Albericus*, ad annos 694, 697, 698, 705, & 712; *Zonaras*, l. c., in vitis dictorum Principum, pag. 136, & 137. Nec tamen jucundior fuit *Philippico* huic exitus; nam, ut *Pauli Diaconi*, l. c., lib. 6, cap. 11, p. 435, verbis utar, *cum annum unum, & menſes ſex regnum geſſiſſet, ANASTASIUS, qui & ARTHEMIUS dictus eſt, contra Eum inſurgens, Regno expulit, oculisque privavit, nec tamen occidit, &c.* Conf. *Anaſtaſius*, in vita *Conſtantini*, P. R., p. 94; *Regino*, lib. 1, an. 648, pag. 17; Contigit hoc, juxta *Hermannum*, pag. 294, anno 713; *Marianum*, an. eod.; *Sigebertum*, an. 714; *Chronographum Saxonem*, an. 713, p. 108, ubi oculos ei eruentes *Rufinum*, Stratorum primum, & *Theodorum* Patricium nominat; *Albericum*, an. 714; add. *Zonaras*, in ejus vita, pag. 137. Enimvero *Conſtantinopoli THEODOSIUS* (Adramittenus) *Imperator factus, annum unum regnavit, qui Anaſtaſium Imperatorem, pugna victum, Presbyterum ordinari fecit.* Hæc *Hermannus*, ad an. 716, p. 294; add. *Regino*, lib. 1, pag. 18; *Marianus*, an. 717; *Sigebertus*, an. 716; *Chronograph. Saxo*, h. a., pag. 109; *Albericus*, h. a., p. 75; *Zonaras*, l. c., in vita *Arthemii*, p. 137. Vice verſa, LEONE ISAURO, quem & CONONEM vocant, ab exercitu Orientis, cui ab *Arthemio* Dux præficiebatur, Cæſare proclamato, *ei Theodoſius, citra dimicationem, Regno ceſſit, unaque cum filio raſus in Clericum, accepta fide, nihil in ſe conſultum iri gravius, vitæ reliquum tranquille exegit, quum biennium imperaſſet.* Ita *Zonaras, in Theodoſii* vita, pag. 137; conf. *Sigebertus*, an. 717; *Chronogr. Saxo*, eod. an., p. 109; *Albericus*, eod. an., p. 74. Quomodo finierit vitam *Leo*, enarrat *Zonaras*, in ejus vita, p. 139: *Infelix Leo, cum, in Reipublicæ perniciem, annos viginti quatuor imperaſſet, ex morbo inteſtinorum animam infeliciter eructavit*, anno ſcil. 741, *Mariano Scoto, Sigeberto, Chronographo Saxone*, p. 112, *Alberico*, p. 82, aliisque teſtibus. Filius Ejus, & ſucceſſor, *CONSTANTINUS COPRONYMUS*, hoſtem mox expertus eſt affinem, *ARDABASDUM*, cujus mentio facta præced. lit. a, v. 22, p. 345; de quo etiam *Sigebertus*, ad an. 742, ſcribit: *Artabasdus, contra Conſtantinum, Imperium arripuit*; & ad an. 744: *Conſtantinus Artabasdum capit, & ei, multisque amicorum ejus oculos eruit*; quæ *Zonaras*, in vita *Conſtantini*, pag. 139, comprobat. Aſt & ipſe *Conſtantinus* miſere animam efflavit; *cum enim poſtremam expeditionem contra Barbaros* (Bulgaros) *ſuſceperit, pedes Ejus carbunculus invaſit, unde Eum vehementes & calidæ febres urebant, quarum nullum remedium excogitari poterat à Medicis. Inde lectica Selybriam perlatus, & triremi eſt impoſitus, vociferans: ſe viventem in ignem conjectum eſſe; & ſtatim, cum Strongylum adveniſſet, aciem offenſi Numinis miſer ſenſit, atque illic vitam violenter finiit, ſublatis multis Orthodoxorum millibus, Monachorum præſertim, quorum manſiones partim destruxit, partim prophanavit.* Sunt verba *Zonaræ*, in ejus vita, p. 140; conf. *Sigebertus*, ad an. 775, & 776; *Chronograph. Saxo*, an. 775, p. 123; *Albericus*, an. 776, p. 113; *LEO COPRONYMUS*, filius Ejus, &, poſt eum, Imperator, *cum inſaniret cupiditate circa pretioſos lapides, adamavit magnam Eccleſiæ coronam, & accipiens portavit eam, & exierunt carbunculi in capite Ejus, & captus à febre mortuus eſt. Poſt quem uxor Ejus, IRENE, cum filio Ejus, CONSTANTINO, imperat annis decem.* Reddo verba *Sigeberti*, ad an. 781; conf. *Albericus*, eod. an., pag. 117; *Zonaras*, l. c., in ejus vita, p. 140. Deteſtandum Regimen Matris & filii depingit *Zonaras*, l. c., in eorum vita, pag. 140, &c. Summam exprimit *Sigebertus*, ad an. 791: *Conſtantinus Matrem ſuam, Irenem, Imperio privat, ſolusque annis ſeptem imperat, &c.*; *& ad an. 798: Irene Imperatrix ſuo, erepto ſibi Imperio, fœmineo dolore abuſa, Conſtantinum, filium ſuum, oculis & Imperio privat, & ſola annis quatuor imperat, &c.* idem docent *Hermannus Contractus*, an. 797, p. 301; *Chronogr. Saxo*, an. 798, pag. 128; *Albericus*, an. 791, 792, 797, & 798, p. 122, 126, & 127; Alii. Judica, quæſo, de ſtatu Aulæ Cæſareæ.

(*f*) *OTTONE* &c. Vid. præced. §. 3, lit. m, p. 308; Intermedios tamen Imperatores Jura ſua *Romæ* ſarta tecta ſervaſſe, fuſius demonſtrat Dn. *Couring.* de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. VII, §. 10, &c., pag. 46 ad 57. Producunt quidem Pontificii, aliique, quorum, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 54, memini, quibusque *Ivonem Carnotenſem*, part. 5 *Decreti*, c. 14, *Anſelmum*, in *Collectione Canonum*, lib. 4, cap. 35, *Antonium Florentinum*, part. 2 *Hiſtoriar.*, Tit. 15, cap. 1, §. 2, & *Franciſcum Hotomannum*, in *Fulmine Bruto*, ap. *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarchiæ*, pag. 100, addas, donationis Inſtrumentum, à *Ludovico Pio*, Imp., Romanæ Sedi factæ, ſic inchoatum: *Ego Ludovicus, Imperator Auguſtus, ſtatuo & concedo, per hoc pactum confirmationis noſtræ, Tibi, B. Petro, Principi Apoſtolorum, &, per Te, Vicario tuo, Dn. Paſchali, ſummo Pontifici ac Univerſali Papæ, & ſucceſſoribus ejus in perpetuum, ſicut, à Prædeceſſoribus veſtris usque nunc, in veſtra poteſtate, & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis, Civitatem Romanam, cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis, atque Viculis omnibus, & territoriis ejus montanis, & maritimis littoribus, & portubus ---- nec non exarchatum Ravennatem ſub integritate ---- ſimul & Pentapolim, &c.* Enimvero, documentum hoc eſſe figmentum cerebri Hildebrandini, ibidem probavi. *Laurentius Valla*, Patricius Romanus Sec. XV, in Declamatione *Contra Donationem Conſtantini*, ap. *Schar-*

dium, de *Juriſdict. Imper.*, p. 422, eadem verba repetens, annectit: *Tune, Ludovice! cum Paſchale paciſceris? Si tua, i.e., Imperii Romani ſunt iſta, cur alteri concedis? Si ipſius, & ab ipſo poſſidentur, quid attinet te illa confirmare? quantulum etiam ex Imperio Romano tuum erit, ſi caput ipſum Imperii amiſiſti? A Roma dicitur Romanus Imperator. Quid? cætera, quæ poſſides, tuane, an Paſchalis ſunt? Credo, tua dices. Nihil ergo valet donatio Conſtantini, ſi ab Eo Pontifici donata tu poſſides. Si valet, quo jure tibi Paſchalis cætera remittit, retentis tantum ſibi, quæ poſſidet? id ſibi vult tanta, aut tua in illum, aut illius in Te, de Imperio Romano, largitio?* &c. Add. *Franciſcus Hotomannus*, l. c., p. 100, & 101; *Flacius Illyricus, Catal. Teſtium Veritatis*, p. m. 221, &c., verba *Caroli Molinæi*, omnino huc facientia, repetens, quæ &, in *Rationali Conſtitutionum, Goldaſtus*, & quidem Tom. 2 *Conſtit. Imper.*, p. 386 & 387, exhibet; aliique, nullitatem chartæ ſolidè demonſtrantes. Concedamus autem, ejusmodi Inſtrumentum verè confectum eſſe à *Ludovico*; ecce! quid, circa medium, dicat: *Omnia ſuperius nominata ita ad Noſtram partem, per hoc noſtræ confirmationis decretum, roboramus, ut in noſtro noſtrorumque Succeſſorum permaneant Jure, Principatu, atque ditione, ut neque à Nobis, neque à filiis, vel Succeſſoribus noſtris, per quodlibet argumentum, ſive machinamentum, in quacunque parte, minuatur Noſtra poteſtas, aut Nobis, de ſupra ſcriptis omnibus, vel Succeſſoribus Noſtris inde aliquid ſubtrahatur, &c.* Qua ſanè clauſula ſola Pontificiorum turgida argumenta, quæ inde deducere non erubeſcunt, uno ictu incidunttur; Conf. quæ ſupra, l. c., pag. 54, & ſeqq., hanc in rem adduxi.

6. (*a*) *Sereniſſimi*, (*b*) *Glorioſiſſimi*, & (*c*) *Invictiſſimi* titulos etiam à Carolinis temporibus licet deducere.

NOTÆ.

(*a*) *SERENISSIMI, &c.* Multa de hoc titulo collegit Dn. *Becmannus*, in *Syntagmate Dignitatum illuſtrium*, Diſſert. 1, cap. 4, §. 9, pag. 79, &c. Antiquitatem ejus celebrat l. 13 C. De *Re Militari*, qua *Arcadius & Honorius*, Sec. IV Imperatores, *Romuliano* ſcribentes, hac formula utuntur: *Vel à Tribuno ad comitatum Serenitatis noſtræ pervenerit, &c.* conf. l. 3 C. de *Statuis & Imaginibus, &c. Marcianus*, in Sacra *Contra Hæreticos*, T. 1 Concil. *Petri Crabbe*, fol. 510, ait: *Cuſtodienda præterea Orthodoxæ fidei cura tanto à SERENITATE mea adhiberi impenſior debet, quanto res humanas Divina præcedunt, &c.* de *Zenone* teſtatur l. 3 C. *Ubi Senatores, &c.*; de *Anaſtaſio* l. 4 C. de *Officio Magiſtri Militum*; de *Juſtiniano* l. 3 C. de *Quadriennii præſcriptione, &c.* Ex Imperatoribus Occidentis *Carolum Magnum* eundem adhibuiſſe, docet Diploma, Eccleſiæ Osnabrugenſi an. 803 datum, in Reverendiſſimi *Fürſtenbergii Monumentis Paderbornenſibus*, p. 325: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Karolus SERENISSIMUS Auguſtus, &c.* Evolve etiam, quæſo *Erdmanni Chron. Epiſcopor. Osnabrug.*, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 196; *Goldaſtum*, de *Conſuetud. Imper.*, p. 121, & 122, & T. 3 *Conſtit. Imper.*, ad ann. 801, & 802, p. 146, & 147; Dn. *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 5, Tab. 25, pag. 390, & lib. 6, §. 63, & 64, p. 512, &c.; Ubi alia exempla offendes. De *Ludovico Pio* proſtat ſubſcriptio chartæ an. 827, Eccleſiæ Corbejenſi conceſſæ, in dictis *Monumentis Paderbornenſibus*, p. 114, ſcil: *Signum Hluthowici Sereniſſimi Imperatoris, &c.* Similes ſubſcriptiones complectuntur alia ejusdem Cæſaris Diplomata, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtit. Imper.*, p. 10, & 11; Dn. *Mabillon*, l. c., lib. 6, §. 68, p. 515; §. 72, & 73, p. 517; §. 76, pag. 522; §. 78, pag. 524, &c.; *Tenzelium*, *Vindic. Conring. contra Diploma Lindavienſ.*, cap. 5, §. 2, p. 99, & in Appendice prima, pag. 8, 10, 13, 15, 19, 21, 24, 31, &c. &c. Idem de *Ludovico*, Germaniæ Rege, affirmat Charta ap. *Goldaſtum*, l. c., Tom. 3, pag. 285, & *Tenzelium*, l. c., pag. 40. *Carolus Craſſus* eundem admiſit, teſte diplomate an. 887, Heriſienſi Parthenoni dato, ap. Reverendiſſ. *Fürſtenbergium*, l. c., pag. 263, ſic inchoato: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Karolus, Divina favente gratia, SERENISSIMUS Imperator Auguſtus, &c.* add. *Mabillon*, l. c., lib. 6, §. 114, p. 553. De *Ludovico IV*, Germaniæ Rege, extat ſimile documentum, anni 900, ap. Reverendiſſ. *Fürſtenbergium*, l. c., p. 115. Alia ut mittam. Conf. *Barthius, adverſar.* lib. 143, cap. 3; & quæ ad præc. §. 3, lit. b, p. 298 notavi. Hodie Titulus hic Imperatori, Regibus, Electoribus, Archi-Ducibus, Magnis Ducibus, Ducibus, Comitibus Palatinis, Marchionibus, & Landgraviis S. R. J., nec non Italiæ Ducibus, & Rebuspublicis *Venetæ*, prætenſionis intuitu in Regna Dalmatiæ, Cypri, & Candiæ, atque *Genuenſium*, ob jura in Corſicam, communis eſt. Ex Italia in Germaniam deſcendit, cujus Principes, non niſi *Churfürſtliche*, vel *Fürſtliche Gnaden*, appellari conſueviſſe, ad annum usque 1610, quo *Maximilianus*, Bavariæ Dux, *Durchleuchtig* vocari voluerit, quem Domus Auſtriaca, Brandenburgica, cæteræque antiquæ Principum Familiæ ſecutæ ſint, docent *Oldenburger*, *Limn. Enucl.*, lib. 2, cap. 18, §. 8, & *Sprenger*, *Font. Jur. Publ.* cap. 20, p. m. 1263, &c. Quid controverſiæ, anno 1600, Anglos inter & Hiſpanos,

ob

ob eundem titulum Archi-Duci *Alberto*, Belgii Præfecto, dandum, interceſſerit, refert Dn. *Becmann.*, l. c., p. 80. Germanico Idiomate Imperator & Reges *Allerdurchleuchtigſte* audiunt; Electores Laici, & ex Clericis, qui è Ducali, vel alia paris dignitatis domo oriundi, *Durchleuchtigſte*; qua ſimul eminentiæ nota jam diſtingui petunt imperii Proceres primi ordinis, ab antiquo Principum charactere conſpicui, à reliquis, Patrum memoria in Principum claſſem evectis, quibus ſufficiat *Durchleuchtig*. Notandum verò, Cancellariam Imperialem, ſine diſcrimine, Principes *Hochgebohren* duntaxat compellare, niſi ſpeciali diplomate, quo *Durchleuchtige* celebrantur, muniti ſint; addere libet Familias, quæ Sacratiſſimo Imperatori *Leopoldo* prærogativam hanc acceptam referunt. Agmen ducat, juxta annorum ſeriem, *Eberhardus*, Dux *Würtembergicus*, eam conſecutus, cum extenſione ad Succeſſores in Regimine, anno 1664, 6 Mart. Eandem nacti ſunt *Wilhelmus & Fridericus*, Marchiones *Badenſes*, pro ſe & Succeſſoribus in adminiſtratione Provinciarum, an. eod., 11 April.; *Ludovicus*, Landgravius *Haſſo-Darmſtadienſis*, pro ſe & ſucceſſoribus, juxta Primogenituræ ordinem, an. 1666, 25 Aug.; vid. *Hof- und Staats-Schreiben*, de an. 1707, impreſſ. Francofurti ad Mœnum, p. 87; *Georgius Wilhelmus, Johannes Fridericus, & Rudolphus Auguſtus*, Duces *Brunſuicenſes & Luneburgenſes*, cum extenſione ad legitimos ſucceſſores Regimis, an. 1167, 19 Oct.; *Chriſtianus Erneſtus*, Marchio *Brandenburgicus in Culmbach*, pro ſe, & ſucceſſoribus, ex Primogenituræ Lege, an. 1674, 30 Oct.; *Fridericus*, Landgravius Haſſiæ, Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, an. 1676, 30 Maji; *Johannes Fridericus*, Marchio *Brandenburgicus Onoldinus*, cum extenſione ad Primogenitos, an. 1677, 15 Julii; *Johannes Georgius*, Princeps *Anhaltinus*, cum extenſione ad Familiæ Seniorem, an. eod., 14 Dec.; integrum diploma exhibet Dn. *Thulemarius*, Tr. de *Bulla Aurea*, p. m. 99, &c.; *Chriſtianus Ludovicus*, Dux *Megapolitano-Suerinenſis*, pro ſe & ſucceſſoribus in Regimine, an. 1680, 17 April.; *Chriſtianus*, Dux Saxoniæ, & Adminiſtrator Epiſcopatus *Martisburgici*, atque *Mauritius Wilhelmus*, Dux Saxoniæ, & Adminiſtrator Epiſcopatus *Numburgenſis*, pro ſe & ſucceſſoribus in Regimine, an. 1689, 18 Junii; *Johannes Adolphus*, Dux Saxoniæ in *Weiſenfels*, an. 1692, 17 Oct.; *Fridericus Wilhelmus, Carolus Leopoldus, & Chriſtianus Ludovicus*, fratres, Duces *Megapolitani*, pro ſe, & ſucceſſoribus primogenitis, an. 1693, 24 Julii; *Fridericus*, Dux *Saxo-Gothanus*, cum extenſione ad Primogenitos, an. eod., 12 Sept.; *Fridericus Caſimirus*, Dux *Curlandiæ & Semigalliæ*, an. 1696, 14 Januar.; *Georgius*, Dux *Würtembergo-Montispeligardenſis*, cum extenſione ad filium, *Leopoldum Eberhardum*, hujusque ſucceſſores Primogenitos, an. 1700, 30 Oct. Extant inſuper literæ Divi Imperatoris, ſub dato Wien, an. 1704, 28 Aug., *in des Neu beſtelten Agenten von Haus aus, Erſten* Fonction, *Sechſten* Depeche, §. 91, p. 479, &c., ubi Celſiſſimus Dux de *Marlborough*, *Johannes*, bis titulo: *Ew. Durchl.* decoratur; in diplomate verò à Sacratiſſimo Imperatore, *Joſepho*, ann. 1705, 14 Nov., Ei transmiſſo, inſignitur ſaltem prædicato *Illuſtriſſimi*, quod *Hochgebohren* æquipollet; Vid. idem Agent, *zweyte* Fonction, *dritte* Depeche, §. 225, pag. 192, &c. Idem Auguſtus addidit hactenus nominatis, an. 1705, *Chriſtianum Auguſtum*, Ducem Saxoniæ, Archi-Epiſcopum Strigonienſem; Vid. *Hof- und Staats-Schreiben*, cit. p. 88; *Chriſtianum Auguſtum*, C. P. R. *Solubacenſem*, pro ſe & deſcendentibus maſculis, an. 1707, 5 Febr. Minorum vero Gentium Deos dudum jam Electores & Principes, tit. *Durchleuchtigſt & Durchleuchtig*, veneratos fuiſſe, teſtimonio eſt vel ſolius *Georgii Spalatini* Chronicon Saxonicum an. 1541, ap *Hortlederum*, *Von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Tom. 1, lib. 4, cap. 23, p. m. 1480, ſtatim ſub initium: *Nachdem mir, vor weniger Zeit, ein Abdruck Hertzogen Heinrichs zu Braunſchweig, &c. Schmach- und Laſter-Buchs, ſo er wider den Durchlauchtigſten, Hochgebornen Fürſten und Herrn, Herrn Johans Friederich, Hertzogen zu Sachſen, des H. R. R. Ertz-Marſchall, und Churfürſten, &c., meinen gnædigſten Herrn, hat ausgeben laſſen. &c.*; & pag. 1481: *Der Durchlauchtige, Hochgeborne Fürſt, Hertzog Heinrich zu Braunſchweig und Lüneburg, &c.* Plura qui deſiderat, rimetur Tom. 2 *Hortleders*, lib. 1, cap 3, p. 2, cap. 4, p. 3, cap. 6, p. 5, & paſſim alibi; in contextu tamen ſemper *Chur* vel *Fürſtl. Gnaden*, non *Durchleuchtigkeit* occurrit. Planè ſingulare eſt, *Johannem Caſimirum*, Poloniæ Regem, literas ad Electorem Brandenburgicum, ſub dato *Warſchaw*, 25 Julii, 1656, apud *Lundorpium*, Tom. VII *Actor. Publ.*, lib. 7, cap. 240, p. 1158, & 1159, ita inchoaſſe: *Aller Durchlauchtigſter Fürſt, Herr Vetter, und Schwager, als unſer vielgeliebter Bruder, &c.* Subſcriptio erat: *Gedachter Ew. Durchleuchten guter Vetter, Schwager und Bruder, Johan Caſimir, Kœnig.* Eodem modo ſe habent literæ *Andreæ*, Com. *de Leſno*, Regni Poloniæ Primatis, Archi-Epiſcopi Gneſnenſis, ad eundem Electorem, datæ Varſoviæ, 24 Jul. 1656; ibi: *Aller Durchleuchtigſter Fürſt, Herr, Hœchſtgeehrter Freund, &c.* l. c. cap. 241, p. 1159. Verſa vice non ubique obvium, quod in Chronico *Steterburgenſi*, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, p. 850, legitur: *Anno igitur, poſt partum Virginis, Milleſimo, Venerabilis Domina, Fredegunda, SERENISSIMI Altmanni COMITIS, & felicis Uxoris ejus, Hathewigis, Comitis de Olesburch, filia, Divinæ inſpirationis ductu, caſtrum ſuum in Stederborch divino ſervitio mancipavit, &c.* Olim & Imperatoribus, in abſtracto, SERENITATIS appellatio ſolemnis erat: v. g. *Theodahadus*, Italiæ Rex, *Juſtiniano* Imp. ſcribens, ap. *Goldaſtum*, T. 3 *Conſtitut. Imper.*, Ep. 7. p. 113, ait: *Serenitatis Veſtræ Gratiam*, &c. quam formulam etiam *Theodobaldus*, Au-

ſtraſiæ Rex, in literis ad eundem Auguſtum, ap. *Freherum*, T. 1 *Rer. Franc.*, Ep. 17, p. 198, nec non *Childebertus*, Pariſiorum Rex, in literis ad *Mauricium* Imp., ibid., Epiſt. 24, p. 202, retinuerunt; Conf., l. c., Epiſt. 52, p. 202, Ep. 27, & 28, p. 203. Ipſe *Carolus Magnus*, in fine prooemii Conſtitutionis de *Obſervatione Septuageſimæ, Sexageſimæ*, &c., ap. *Goldaſtum*, l. c., p. 138, inquit: *Serenitas Noſtra ſentit, &c.* De *Ludovico Pio* loquitur Dipl., Monaſterio S. *Chriſtinæ*, in Aquitania, an. 822, datum, apud *Stephanum Baluzium*, in *Appendice Capitularium*, §. 39, & *Tenzelium*, l. c., Append. 2, pag. 52; ibi: *Poſtulavit idem Petrus Abba Serenitatem Noſtram, &c.* In alia charta an. 823, ap. *Baluzium*, l. c., §. 41, & *Tenzelium*, l. c., pag. 53, dicit: *Vir illuſtris, Rapo, Comes, Noſtram adiit Serenitatem, &c.* Conf. Ejusd. Dipl. an. 833, ap. *Baluzium*, l. c., §. 52, & *Tenzelium*, l. c., pag. 56. Sic & Pariſienſis Synodus an. 825, ad eundem Principem, Ejusque filium, *Lotharium*, ap. *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, p. 156: *Chriſtianæ Religioni neceſſariam Dominationem Serenitatis Veſtræ, &c.* *Otto Magnus*, in Conſtit. an. 937, ibid., Tom. 2, pag. 43, utitur hac formula: *Adiens Excellentiam Serenitatis Noſtræ, &c.* *Conradus III*, in literis ad *Emanuelem Porphyrogenitum Comnenum*, Imp. Græcum, an. 1143, ibid., Tom. 3, p. 328: *Nobilitatis Tuæ litteras - - - - Serenitati Noſtræ transmiſſas, gratanter excepimus, &c.* *Fridericus I*, in lit. ad Eundem, an. 1159: *Legatos Noſtræ Serenitatis, &c.* l. c., pag. 339. *Henricus*, Angliæ Rex, Eundem *Fridericum*, pari titulo compellat, l. c., pag. 352: *Veſtræ Serenitatis* memoriam, &c. *Henricus VI*, in Conſtit. de *Argentifodinis*, an. 1189, l. c., pag. 363: *Grates affectuoſas à Serenitate Noſtra recepturi, &c.* *Fridericus 2*, in literis ad Regem Galliæ, §. 2, ibid., p. 382: *Solempnes Excellentiæ Noſtræ Legatos apud Lugdunum Noſtra Serenitas deſtinaſſet, &c.* *Richardus* Anglus, in Edicto an. 1262, ibid., Tom. 1, p. 308: *Pervenit ad Noſtræ Serenitatis auditum, &c.* *Henricus VII*, in Confirmatione Privilegiorum Walckenredenſium, an. 1309, ap. *Eckſtormium*, in *Chron. Walckenred.*, p. 135: *Regiæ Serenitatis debitum, &c.* In Reſcripto ejusdem anni, ap. *Goldaſtum*, l. c., pag. 319: *Dignum judicat Noſtra Serenitas*, &c. add. Ejusdem Authentica, de *Summa Trinitate*, an. 1312, l. c., Tom. 3, pag. 408; *Ludovicus Bavarus*, in Privilegio Walckenredenſibus conceſſo, An. 1323, ap. *Eckſtormium*, l. c., pag. 134: *Accedens Serenitatis Noſtræ præſentiam Honorabilis Conradus Abbas, &c.* Conf. Ejusd. Conſtit. an. 1328, §. 2, ap. *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, p. 330: Per hoc *Noſtræ Serenitatis* indultum, &c. *Sigismundus* in Conſtit. an. 1412, §. 8, ibid., pag. 397: *Serenitatis Noſtræ ſalubre Propoſitum*, &c. idem tamen prædicatum ſimul *Henrico VI*, Galliæ Regi, in literis de an. 1413, quibus Eum ad Concilium Conſtantienſe invitavit, tribuit, ibid., p. 387, §. 4: Illuſtrem itaque *Serenitatem Veſtram, ex Imperiali Officio, ad tam ſuave & dulce convivium fraternè vel caritative invitamus, &c.* *Albertus 2*, in *Decretis Badenſibus* an. 1439, l. c., Tom. 3, p. 458: *Noſtram Regiam Serenitatem - - - - propulſantes, &c.* *Fridericus III*, in Brevi *Pii 2*, P. R., an 1459, quo Pileum & Enſem conſecratos accepit, ap. Dn. de *Leibnitz*, T. 1 *Cod. Dipl.*, p. 420: *Serenitatem Tuam præſenti anno, qui Apoſtolatui Noſtro initium dedit, in primis delegimus, &c.* *Carolus VII*, Rex Gall., in Tract. Matrimonii inter filiam, *Radegundem*, & *Sigismundum* Auſtriacum, an. 1430, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 350, §. 1, eodem gaudet titulo: *Dominam Radegundem, Ejusdem Serenitatis filiam, &c. - - - Dominam Radegondem, præfatæ Serenitatis, Domini Noſtri, filiam primogenitam*, &c.; ut & in literis *Chriſtierni*, Daniæ Regis, an. 1457, §. 3, ibid., p. 414: *Veſtræ Serenitatis arbitrali judicio Nos ſubegimus, &c.* ſic *Henricus VII*, R. Angl., in literis *Friderici III*, Imp., An. 1492, §. 3, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, pag. 412, ubi Imperator: *Veſtræ Serenitatis ſimul accedentibus copiis, &c.*; & mox: *Qui Veſtram Serenitatem in dies feliciorem conſervet, &c.* *Ferdinandus I*, adhuc Rex, paſſim audit *Kœnigliche Durchlautigkeit, &c.* Vid. *Hortlederus*, Tom. 1 *von Urſprung des Teutſchen Kriegs*, lib. 1, cap. 5, p. 43; Dn. *Müller, Hiſtor. Proteſtationis & Confeſſionis Auguſtanæ*, lib. 1, pag. 81, &c. &c. Quibus votum jungas *Suevicorum Comitum*, in Comitiis Ratisbonenſibus, 17-27 Febr. an. 1641, ap. *Londorpium*, Tom. V, lib. 1, §. 70, p. 128, & 129. Moderno vero Curiæ ſtylo Imperator ſemper *Majeſtatis* titulo ſalutatur à Regibus, exemplis teſtibus apud *Lundorpium*, Tom. VI *Act. Publ.*, l. 5, p. 890, & Tom. VII, lib. 7, cap. 145, p. 1005; it. cap. 181, p. 1025; cap. 195, pag. 1043; & cap. 237, p. 1153, &c. &c.; Dn. *Lunigium*, Tom. 1 *Negotiorum Publicorum*, p. 135, 140, 167, 182, 195, 201, 203, 848, 1041, 1056, &c. &c. Verſa vice Reges Cæſar non niſi *Serenitatis* vocabulo honorat. Exempla ubique obvia; v. g. *Ferdinandus III*, in literis ad *Chriſtinam*, Reginam Sueciæ, an. 1652, apud *Lundorpium*, Tom. VI *Actor. Publ.*, lib. 5, §. 12, p. 796: *Nec Serenitatem veſtram, nec quemvis alium latere poſſe arbitramur, &c.* Id. in literis ad *Carolum Guſtavum*, R. Suec., an. 1655, ibid., Tom. VII, lib. 7, cap. 159, pag. 1014: *Literas Serenitatis veſtræ*, &c. &c. add. ibid. cap. 191, pag 1039; Id. in literis ad Regem Poloniæ, *Johannem Caſimirum*, an. eod., ibid., cap. 192, p. 1040: *Reddidit Nobis literas Serenitatis veſtræ*, &c. &c. *Leopoldus* Imper. in literis ad *Carolum XI*, R. Sueciæ, an. 1673, apud *Lundorpium*,

l. c.

l. c., Tom. X, cap. 72, pag. 103: *Quas ad Nos Serenitas veſtra Gothenburgi, ſeptimo præteriti anni Menſ. Aug., dederat*, &c. Conf. Ejusdem literæ ad eundem, an. 1674, l. c., cap. 115, pag. 236; & ap. Dn. *Lunigium*, l. c., pag. 65, &c.; Aliæ, de an. 1676, ad eundem, ap. Dn. *Lunigium*, l. c., pag. 193; Aliæ ad eundem, an. 1684, apud *Lundorpium*, Tom. XII, cap. 57, pag. 62, & Dn. *Lunigium*, l. c., pag. 1295; Id. ad *Carolum* 2, Regem Angliæ, an. 1676, apud *Lundorpium*, l. c., Tom. X, cap. 154, pag. 369: *Literas Serenitatis veſtræ, 7 Martii nuper elapſi, ad Nos exaratas, ritè accepimus*, &c. Conf. Ejusd. literæ ad eundem, eodem anno datæ, apud Dn. *Lunigium*, l. c., pag. 176, &c. Idem, in literis ad *Jacobum* 2, Angliæ Regem, de an. 1689, apud Dn. *Lunigium*, l. c., pag. 1057: *Litteras Serenitatis veſtræ, 6 Febr. nuperi, ex Arce S. Germani, ad Nos datas, ab Ejusdem in Aula Noſtra Ablegato, Carlingfortio, exhibitas, rectè accepimus, & ex iis, in quem ſtatum redacta ſit Serenitas veſtra*, &c. & in fine: *Deum rogamus, ut omnia ad gloriam ſuam dirigat, veſtræque Serenitati, in hoc graviſſimo infortunio ſuo, vera ſolatia præſtet, &c.* Idem, in literis ad *Johannem III*, R. Poloniæ, an. eod., apud *Antonium Fabrum*, Tom. 1 *der Europäiſchen Staats-Cantzley*, pag. 785: *Serenitas veſtra, ex ſuperioribus noſtris ad eandem datis literis, abunde perſpexerit, &c.* In aliis, ad eundem, an. 1692, apud *Lunigium*, l. c., pag. 1184: *Tum Serenitas veſtra, &c.* Magnæ olim venerationis, magnique momenti fuit ILLUSTRIS, vel ILLUSTRISSIMI character, quo Galliarum Regibus nihil antiquius. Re vera etiam voci *durchlauchtig* magis convenit. Apud Dn. *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. VI, pag. 469, extat Præceptum *Theoderici* Regis, an. 678, ubi: *Theudericus, Rex Francorum, vir Inluſter, &c.* add. l. c., pag. 470, & 681. *Chlodovei* Placitum, in cauſa *Chainoni*, Abbatis S. *Dionyſiani*, contra *Ermenoaldum* Abbatem; an. 692, ſic incipit: *Chlodovius, Rex Francorum, Vir Inluſter, &c.* l. c., pag. 473. *Childebertus, Rex Francorum, Vir Inluſter*, occurrit in Præcepto an. 694, de *Napſiniaco*, Villa, l. c., pag. 476. Add. Præceptum *Pipini*, an. 754, l. c., pag. 493: *Pippinus, Rex Francorum, Vir Inluſter, &c.* Ipſe *Carolus Magnus* Placitum an. 775, quo *Placicium* Monaſterium, in Pago *Pinciacenſi*, Monaſterio S. Dionyſii adſcribit, orditur: *Carolus, Gratia Dei, Rex Francorum & Longobardorum, Vir Inluſter, &c.* l. c., pag. 498. *Carolomannum*, Ejus fratrem, eodem titulo uſum legimus, l. c., p. 496. *Caroli Calvi* Edicto, de *Raptoribus & prædonibus*, an. 856, tale initium eſt: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Carolus, D. G. Rex Illuſtris, &c.* Vid. *Goldaſt.*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, p. 276. De *Taſſilone*, Bojorum Duce, loquitur Diploma Donationis *Friſingenſi* Eccleſiæ factæ, apud *Hundium*, Tom. 2 *Metropolis*, p. 125, ubi: *In Dei nomine, Ego Taſſilo, Dux Bavariorum, Vir Illuſter*, &c. Si recentiora deſideras, ex innumeris quædam duntaxat ſiſtam: In *Inſtrumento obligationis Johannis, R. Scotiæ*, an. 1291, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., Tom. 2, in *Mantiſſa*, p. 275, legitur: *Excellentiſſimi Domini Philippi, Regis Franciæ Illuſtris, &c.*; & paulo poſt: *Ex parte Excellentiſſimi Domini Eduardi, Regis Angliæ Illuſtris, &c.* In Brevi *Bonifacii VIII*, P. R., ad Archi-Epiſcopum Cantuarienſem, an. 1299, ibid., p. 276, §. 2: *Per cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Eadwardum, Regem Angliæ Illuſtrem, &c.* Conf., l. c., pag. 277, §. 1. Idem in Brevi, an. 1301, quo Privilegia *Philippi*, Regis Franciæ, ſuſpendit, l. c., pag. 299, §. 2: *Chariſſimo in Chriſto filio noſtro, Philippo, Francorum Regi Illuſtri, &c.* *Clemens V*, P. R., in Bulla ad *Philippum Pulchrum*, R. Galliæ, an. 1307, l. c., pag. 241: *Philippo Regi Francorum Illuſtri, &c.* Idem, in citatione eorum, qui *Bonifacium VIII* hæreſeos accuſarunt, an. 1308, l. c., pag. 320: *Philippus, Rex Francorum Illuſtris, &c.* Idem, in Bulla, ad laudatum Regem, an. 1309, l. c., pag. 244: *Philippo, Regi Francorum Illuſtri, ſalutem, &c.* &, paucis interjectis: *Filium noſtrum, Henricum, Regem Romanorum Illuſtrem, &c.* *Gregorius XI*, P. R., in Epiſtola ad *Carolum IV*, de Electione *Wenceslai* in Regem Romanorum, l. c., pag. 270: *Carolus, Rex Francorum Illuſtriſſimus, &c.* *Sigismundus* Imp., in conceſſione Vicariatus Imperii, *Ludovico* Sabaudo facta, an. 1412, ibid., Tom. 1, p. 305, §. 1: *Illuſtri Ludovico de Sabaudia, Principi Achajæ*, &c. In confœderatione *Caroli VII*, R. Gall., cum Duce Mediolanenſi, an. 1424, l. c., p. 338: *Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum, Dn. Philippum Mariam Anglum, Ducem Mediolani, Papiæ, &c.* In confœderatione Ducis Sabaudiæ cum Rebuspublicis Veneta & Florentina, an. 1426, l. c., pag. 343: *Procuratores Illuſtris & Excelſi Domini, Dn. Amedei, Ducis Sabaudiæ*, &c. & paulo poſt, pag. 344: *Procuratores Illuſtris & Excelſi Dn. Dn. Franciſci Foſcari, D. G. Incliti Venetiarum Ducis, &c.* In Tractatu Matrimonii, inter *Sigismundum* Auſtriacum, & *Radegundem*, Regis Galliæ filiam, an. 1430, l. c., p. 350: *Illuſtriſſimam Dominam, Dn. Radegundem*, &c. In Fœdere inter *Carolum VII*, R. Gall., & *Fridericum* Auſtriacum, an. eodem, l. c., pag. 351: *Illuſtriſſimum & Præpotentem Principem, Fridericum, Ducem Auſtriæ*, &c. *Carolus VII*, R. Gall., in conceſſione, filio Delphino data, contrahendi matrimonii cum Principe Scotiæ, an. 1436, l. c., pag. 364: *Margaretam, Illuſtriſ-*

Digitized by Google

ſtriſſimi Principis Jacobi, eadem Gratia Scotorum Regis ----filiam, &c. Philippus, Archi-Ep. Turonenſis, in diſpenſatione incundi dicti matrimonii, an. eod., l. c., pag. 364: *Illuſtriſſimum Principem, Dn. Regem Scotiæ, &c.* In formula Fœderis, inter *Carolum*, R. Gall., & Duces Saxoniæ, ann. 1444, l. c., pag. 376, §. 1: *Illuſtres Principes, Romani Imperii Electores ---- cum Illuſtribus Principibus, Friderico, Romani Imperii Archimareſchallo & Electore, nec non Williermo, Germano, Ducibus Saxoniæ, &c.* & §. 4: *Illuſtriſſimorum Hiſpaniæ, Siciliæ, & Scotiæ Regum, præſentium & futurorum, ac Illuſtrem Principem, filium noſtrum cariſſimum, Sigiſmundum, Auſtriæ Ducem, &c.* & paulo poſt, pag. 377: *Illuſtriſſimum Angliæ Regem*, &c. In Fœdere, inter *Alphonſum*, R. Arragoniæ, & Ducem Sabaudiæ, an. 1449, l. c., pag. 399: *Illuſtriſſimum Dominum, Dn. Ludovicum, Sabaudiæ Ducem, &c. Nicolaus V*, P. R., in ſuſpenſione proceſſus appellationis *Caroli*, R. Sueciæ, an. 1451, l. c., pag. 404: *Dudum, pro parte Chariſſimi in Chriſto filii noſtri, Caroli, Sueciæ Regis Illuſtris, nobis expoſito, quod, poſtquam dudum Ipſe, & Chariſſimus in Chriſto filius noſter, Chriſtiernus, Daniæ Rex Illuſtris, &c. Renatus*, R. Siciliæ, in donatione facta Duci Lotharingiæ, an. 1452, l. c., pag. 381: *Servitia Illuſtris & Excelſi filii noſtri, Friderici de Lotharingia, &c. Nicolaus V*, in Privilegio, *Alphonſo*, Luſitaniæ Regi, dato, an. 1454, l. c., pag. 407, §. 2: *Nobilis Vir, Henricus, Infans Portugalliæ, chariſſimi in Chriſto filii noſtri, Alfonſi, Portugalliæ & Algarbiæ Regnorum Regis Illuſtris, &c.* In Fœdere, inter *Matthiam*, R. Hungar., & Venetos, an. 1463, l. c., pag. 426, §. 2: *Ex altera parte, Illuſtriſſimus Dominus, Dn. Chriſtophorus Mauro, D. G. Dux, &c.* In Fœdere primariorum Italiæ Principum, an. 1470, l. c., pag. 429, §. 2: *Illuſtriſſimus Dn. Dn. Galeas, Dux Mediolani, & Illuſtris & Excellens Communitas Florentinorum, &c. Fridericus III*, Imp., in erectione Ducatus Holſatiæ, an. 1474, l. c., pag. 432, §. 4: *Teſtes vero præſentes fuerunt Venerabiles Illuſtresque Adolphus, Archi-Ep. Moguntinenſis, Albertus, Marchio Brandenburgenſis, Principes Electores, &c.* In Fœdere inter Gallos & Anglos, an. 1492, l. c., pag. 459, §. 18: *Pro parte Illuſtriſſimi Regis Angliæ, &c.* In fœdere perpetuæ pacis & amicitiæ inter eosdem, ann. 1527, l. c., Tom. 2, in *Mantiſſa*, p. 203, §. 8: *Nos Oratores Potentiſſimi & Illuſtriſſimi Regis Angliæ ---- contradictione prædicti Illuſtrisſimi Angliæ Regis, &c.* Eundem Titulum Celſiſſimum Ducem *Johannem* de *Marlborough*, an 1705, 15 Nov., à Sacratiſſimo Imperatore *Joſepho*, obtinuiſſe, docet Diplomatis, quo Princeps Imperii declaratur, formula: *Nos Te ---- prædicato Illuſtrisſimi, Dilectionis, & Conſanguinei noſtri Chariſſimi inſignivimus, &c.* Vid. *Neubeſtelter Agent von Hauſaus, zweyte Fonction, dritte Depeche*, §. 225, pag. 192. Hodie communis eſt hic Character Comitibus, Baronibus, vel etiam Marchionibus Galliæ, Hiſpaniæ, Italiæ, Aularumque Purpuratis.

(*b*) GLORIOSISSIMI, &c. De antiquitate hujus tituli teſtatur L. 8 C. de SS. *Trinitate*, ubi *Johannes*, P. R., *Juſtinianum* Imper. ita compellat: *Glorioſiſſimo & Clementiſſimo Filio Juſtiniano, &c. Pipinus*, Francorum Rex, eodem uſus eſt in Præcepto an. 754, pro confirmatione *Taberniaci*, Villæ Pariſienſis agri, apud Dn. *Mabillon*, de *Re Diplom.*, lib. 6, p. 493; ibi: *Signum Illuſtris Viri Domini & Glorioſisſimi Pipini Regis, &c.* Conf. Ejusdem Placitum, de an. 759, contra *Gerardum*, Comitem Pariſienſem, l. c., pag. 494. De *Carolo Magno* vid. Dipl. an. 782, l. c., pag. 501: *Signum Caroli Glorioſisſimi Regis, &c. Caroli Calvi Præceptum*, de an. 844, quo prædia quædam Pinciacenſis Agri *Hincmaro* Presbytero conceduntur, l. c., p. 528, eodem modo ſubſcriptum eſt; *Monumenta Paderbornenſia* Reverendiſſ. *Furſtenbergii*, p. 114, ſiſtunt Diploma *Ludovici Pii, & Lotharii*, Corbejenſi Eccleſiæ an. 827 datum, hac cum ſubſcriptione: *Signum Hludovici, Sereniſſimi Imperatoris; Signum Hlotharii, Glorioſisſimi Auguſti, &c.* Plura exempla paſſim offendis in *Goldaſti Conſtitutionibus Imperialibus; Schateni Annalibus Paderbornenſibus; Tenzelii Vindiciis Conringianis pro cenſura Diplomatis Lindavienſis*, in Append. p. 38, 44, 55, 80, &c. &c. Poſitivo duntaxat utitur *Otto IV*, Imp., in Dipl. an. 1209, apud *Meibomium*, in Ejus Apologia, Tom. 3, p. 129; *Acta hæc ſunt Anno Dominicæ Incarnationis 1209, Indict. XII, Regnante Domino Ottone IV, Romanorum Rege Glorioſo*, &c. Singularem plane inſcriptionem præ ſe ferunt literæ reipublicæ Florentinæ ad *Carolum VI*, R. Gall., an. 1384, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Vindob. Biblioth.*, cap. 8, pag. 953: *Sereniſſimo atque Glorioſisſimo Principi, & Domino metuendiſſimo, Dn. Karolo, D. G. Regi Francorum, benigniſſimo Patrono, & ſingulariſſimo Domino Noſtro, &c.* In abſtracto nonnunquam Veteres loquebantur, v. g. *Theodebertus*, Auſtraſiæ Rex, in literis ad *Juſtinianum* Imp., apud *Freherum*, Tom. 1 *Rer. Franc.*, Epiſt. 18, pag. 198: *Literas Gloriæ veſtræ, Andrea Comite veniente, ſuſcepimus, &c.* & in Epiſt. 19, pag. 199: *Gloria Veſtra ita valeat, &c.* Sic & *Mauricius* Imp., in literis ad *Childebertum*, Reg. Gall., ibid., Epiſt. 40, pag. 209: *Litteræ Veſtræ Gloriæ ---- paternum affectum, circa Nos, atque Sacratiſſimam Rempublicam Noſtram, conſervare vos indicant, &c.* & *Fridericus I*, Imp., Epiſtola, ad *Ludovicum*, R. Gall., an. 1161, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, pag. 278, §. 10: *Poſtquam Divina Clementia ---- ad Romani Imperii Nos ſublimavit Gloriam, &c.*

(*c*) INVICTISSIMI, &c. *Suetonius*, in vita *Tiberii*, cap.

Digitized by Google

cap. 7, teſtatur, *Tiberium* hunc titulum jam ſibi attribuiſſe. *Carolum Magnum* eundem ſibi vindicaſſe, teſtatur Ejus Capitulare, de an. 806, apud *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 2, c. 3, pag. 74, ubi: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Imperator Cæſar Karolus, Rex Francorum INVICTISSIMUS, & Romani Rector Imperii, pius, felix, ſemper Auguſtus, omnibus fidelibus, &c.* Laudatus *Mabillon*, l. c., lib. 6, pag. 514, recitat literas *Berthæ*, filiæ *Caroli Magn.*, de an. 822, ita inchoatas: *Venerabili Patri Hilduino, Monaſterii Sancti Medardi Abbati, vel Sacri Palacii Archi-Capellano, Berta, Magni & INVICTISSIMI Caroli filia, &c. Ottonis Magni* diplomata varia hac ſubſcriptione munita ſunt: *Signum Ottonis INVICTISSIMI Regis*; vid. *Meibomius*, T. 1 *Rer. German.*, p. 741, 742, 744, 746, &c.; &c., à coronatione Romana, hac: *Signum Domini Ottonis Magni, & INVICTISSIMI Imperatoris Auguſti*: vid. l. c., pag. 747, 748, 749, 750, 752, &c.; *Gretſerus*, de *Divis Bambergenſibus*, p. 533 *Goldaſtus*, Tom. 2 *Conſtit. Imp.*, pag. 46; & alii. Utrumque confirmant Chartæ hujus Principis, in *Caſparis Sagittarii Antiquitatibus Magdeburgicis*, p. 22, 24, 26, 39, 40, 49, 51, 54, &c. &c., Dn. *Schateni Annalib. Paderborn.*, lib. 4, pag. 303, 307, 311, &c. Dn. *Mabillon*, l. c., p. 577, exhibet præceptum *Ottonis III*, quo an. 991 confirmat poſſeſſiones cœnobii *S. Felicis*, apud Mettas; ibi: *Qualem Noſter, bonæ memoriæ, Pater Otto, INVICTISSIMUS Cæſar, &c.* In fine legitur: *Signum Domini Ottonis, INVICTISSIMI Cæſaris.* Add. diploma ejusdem Principis, datum an. 1001, apud Dn. *Leuckfeldium*, in *Antiquit. Poeldenſib.*, p. 250; Eadem ſubſcriptio occurrit in alio Diplomate ejusdem Cæſaris, de an. 1001, Eccleſiæ Paderbornenſi dato, apud *Fürſtenbergium*, in *Monumentis Paderbornenſibus*, pag. 236, 237, & 238. Idem Princeps, l. c., p. 46, & 47, communicat Diploma *Henrici Sancti*, de an. 1011, hujus ſubſcriptionis: *Signum Domni Heinrici, Regis INVICTISSIMI, &c.* conſ. *Goldaſtus*, l. c., Tom. 2, pag. 47. De *Conrado II* loquitur Diploma, *Limburgi* datum Eccleſiæ Paderbornenſi, anno 1033, in cujus fine: *Signum Domni Chuonradi, Romanorum Imperatoris INVICTISSIMI, &c.* Vid. *Fürſtenberg.*, l. c., p. 162. *De Henrico IV* vid. diploma, de *Comitatu Bernhardi in Emescova, & Weſtfale*, apud *Lindenbrogium*, in *Auctario Diplomatum veterum*, §. 81, p. m. 181; ibi, in ſubſcriptione: *Signum Domini Heinrici, Romanorum Imperatoris INVICTISSIMI, atque Piiſſimi, &c.* Recentiora ſtudio prætereo. Germanice dicitur *Unüberwindlichſter*; non, ac ſi Imperatores vinci nequeant, ſed quod ſubditi Principem invictiſſimum à Deo ſemper exorare, & optare debeant. Ipſum Turcarum Cæſarem hunc titulum dare Imperatori Occidentis, expeditum eſt. De Regibus fidem facit *Carolus* 2, Rex Angliæ, qui literas ad Cæſarem, ſub dato *Witehall*, 7 Mart. 1675, ita orditur: *Carolus 2, D. G. Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Rex, fidei defenſor, Sereniſſimo, Potentiſſimo, & INVICTISSIMO Principi & Domino, Dn. Leopoldo, divina favente clementia, Romanorum Imperatori, ſemper Auguſto*, &c. Vid. *Lunigius*, Tom. 1 *Negotiorum Publicorum*, pag. 140; conſ. ejusdem literæ, ad eundem, datæ *Withal*, 6 Nov. 1675, ibidem, pag. 167; & aliæ, ſub dato *Withehal*, 6 Junii 1676, ibidem, pag. 195; *Guilielmi III* literæ ad eundem, datæ Withehall, 1 Mart. 1689, l. c., pag. 1056. *Henricum VIII*, Angliæ Regem, eundem admiſiſſe, docet ejus fœdus cum Gallis, an. 1527, apud Dn. de *Leibnitz*, T. 2 Cod. Dipl., in Mantiſſa, pag. 203, §. 7; ibi *Invictiſſimus Angliæ Rex*.

7. (a) *Dominus Mundi* figuratè dicitur in *l. 9 ff ad l. Rhod. de Jact. ad quam vid. Jacob. Gothofr. Anteceſſorem Academiæ Genevenſis celeberrimum, & tandem Reipubl. Syndicum, in tract. de Imp. Maris.*

NOTÆ.

(a) DOMINUS MUNDI, &c. *Didium Julianum*, Imperatorem, Sec. 2, aureum nummum cudi curaſſe, cujus antica ſtantis Auguſti imaginem, & dextra tenentis globum, addita epigraphe: RECTOR ORBIS, exhibeat, notavit Dn. *Wellerus*, de *Summis S. R. J. Officialibus*, p. 109. Occaſione hujus nummi, dictorumque *Marci Tullii, Martialis, Petronii, Dionyſii Halicarnaſſæi*, & aliorum, quæ Ill. Dn. *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 2, §. 2, & ſeqq., collegit, communis error Romani Imperii ſubditos invaſit, Imperatorem jure Dominum eſſe totius mundi. Floreſcentibus Chriſtianorum rebus, in argumentum duxerunt illud S. *Lucæ*, c. 2, §. 1: *Promulgatum eſt decretum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur TOTUS ORBIS, &c.* Arrident inſuper eorum ſententiæ convocatæ Synodi Oecumenicæ, à *Conſtantino Magno*, an. 325, *Nicæna*, trecentorum decem & octo Patrum; à *Theodoſio Magno*, an. 381, *Conſtantinopolitana*, centum & quinquaginta Præſulum; à *Theodoſio & Valentiniano*, an. 431, *Epheſina*, ducentorum Epiſcoporum; à *Marciano, atque Valentiniano*, an. 451, *Chalcedonenſis*, ſexcentorum amplius Antiſtitum; &c.; factæque in iis acclamationes adulatoriæ, & ſubſcriptiones. Sic *Theophanius*, Epiſc., Act. 1 Concil. Chalcedonenſis: *Jurans per Sanctam & homouſion Trinitatem, & pietatem, & victoriam DOMINORUM ORBIS TERRÆ, Flavii, Theodoſii, & Flavii Valentiniani, &c.* Vid. Tom. 1 Concil. *Petri Crabbe*, fol. 442, &c., ubi plures ejusmodi ſubſcriptiones, *Fauſtini, Damalii, Alexandri, Polychronii, Theodori*,

uori, *Alexandri*, *Philadelphi*, &c. &c. Sed & *Anaſtaſio* grata erat *Theodorici*, Italiæ Regis, adulatio, quam literæ, de contrahenda pace, ad Eum datæ, apud *Caſſiodorum*, lib. 1 *Variar.*, Ep. 1, p. 4, produnt, ubi: *Vos* (Imperator) *enim eſtis Regnorum omnium pulcherrimum Decus*, *Vos TOTIUS ORBIS ſalutare præſidium*, &c. Qui & in Reſcripto ad Senatum Romanum, l. c., Epiſt. 4, pag. 9, RERUM DOMINUS audit. Non minus in formula Præfecturæ urbis Romæ, l. c., lib. 6, Ep. 4, pag. 207, dicitur: *Cum Roma OMNIA poſſideret*, &c. *Juſtinianus* coëgit, an. 553, *Conſtantinopolitanarum* ſecundam, & Oecumenicarum quintam Synodum, centum & Sexaginta quinque Archi-Flaminum; in qua lecta *Pauli*, Apamiarum Epiſcopi, ad Eum data Epiſtola, hac cum præfatione: *Piiſſimo, & Sereniſſimo TOTIUS ORBIS*, *poſt Deum*, *DOMINO*, *Fl. Juſtiniano*, &c. Vid. Tom. 2 Concil., fol. 12, b. Idem Cæſar, in Reſcripto ad *Tribonianum*, de *Conceptione Digeſtorum*, §. 10, extollit *Salvii Juliani ſcripturam, quæ indicat, debere OMNES Civitates conſuetudinem Romæ ſequi, quæ caput orbis Terrarum*, &c. Inſeruit etiam lib. XIV ff. Tit. 2, de *Lege Rhodia de Jactu*, l. 9 cujus auctor, Imperator *Antoninus*, *Eudemoni*, Nicomedienſi, in Italia naufragium facienti, & à Publicanis, Cyclades Inſulas habitantibus, direpto, reſtitutionemque amiſſorum efflagitanti, reſpondiſſe legitur: *Ego quidem MUNDI DOMINUS*, *Lex autem maris*, &c. *Gregorius Magnus*, lib. 4, Epiſt. 34, *Conſtantiam* Auguſtam ita compellat: *Veſtra itaque Pietas, quam omnipotens Deus, cum Sereniſſimo Domino*, (Mauritio) *UNIVERSO MUNDO præeſſe conſtituit*, &c. conf. *Guilielmi Barclaji* lib. poſthum. de *Poteſtate Papæ*, cap. 5, & *Johannis Barclaji Vindiciæ Parentis, contra Bellarminum*, cap. 8, §. 3. Tantas hæc vanitas radices egit, ut *Ludovicus Pius*, Imp., haud erubuerit, Hamburgenſium Præſuli, *Anſcario*, Populos ſubjicere, nunquam à ſe devictos; vid. Diploma ejus, de *fundatione dicti Archi-Epiſcopatus*, de an. 834, apud *Lambecium*, in calce lib. 1 *Originum Hamburgenſium*, p. m. 35; ibi: *Præſentibus & futuris certum eſſe volumus, qualiter, Divina ordinante gratia, noſtris in diebus, Aquilonaribus in partibus, in Gentibus videlicet Danorum, Sueconum, Norweorum, Terræ Gronlandon, Hallingalondon, Islandon, Scredevindon, & omnium Septentrionalium & Orientalium Nationum, magnum cæleſtis Gratiæ prædicationis, ſive Adquiſitionis patefecit oſtium*, &c. eorundem Populorum meminit *Gregorius IV*, Pontifex, in confirmationis charta, ibid., pag. 36; quæ merito ridet Dn. *Conringius*, de *Finib. Imp.*, lib. 1, cap. 4, §. 3, p. m. 15. Seculis XI & XII recruduit inanis hæc gloria. Cancellarius *Wippo* Epiſtolam ad *Henricum III*, Hiſtoriæ vitæ *Conradi Salici* præfixam, orditur; *Glorioſiſſimo Imperatori, Henrico III, Regi, ad Pacem & bellum idoneo, Wipo, D. G. Presbyter, ſervus regalium ſervorum, hujus ORBIS DOMINO DOMINANTIUM, vitam illuſtrem*, &c. Nota eſt literarum inſcriptio Senatus Populique Romani, ad *Conradum III*, Imp., contra Paparum conamina in Italiam evocatum, apud *Ottonem Friſingenſem*, lib. 1, de *Geſtis Friderici* 1, cap. 28, pag. 422, *Flacium*, in *Catalogo Teſtium Veritatis*, p. m. 365, & *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imper.*, p. 261: *Excellentiſſimo ac præclaro URBIS & ORBIS TOTIUS DOMINO*, *Conrado*, *D. G. Romanorum Regi*, *ſemper Auguſto*, *S. P. Q. R. ſalutem*, *& Romani Imperii felicem & inclytam gubernationem*, &c. Idem Princeps *Otto*, lib. 7 *Chron.*, cap. 34, p. m. 158, *Boritium*, exulem Hungariæ Regem, laudato Cæſari ſupplicantem, ſiſtens, inter alia ait: *Flebili ac miſerabili voce querimoniam ſuam, de privatione Paterni Regni, depromens, quatenus auctoritate Imperiali, ad quam TOTIUS ORBIS ſpectat Patrocinium, ei ſubveniat, depoſcit*, &c. conf. *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad an. 1146, p. m. 309; *Fridericus Barbaroſſa*, ad præfatum *Ottonem Friſingenſem* ipſum (teſte hoc ipſo, lib. 2 *Hiſt. Friderici* 1, cap. 30, p. m. 472,) literas dans, ſic eas inchoat: *Quia, divinæ Providentiæ Clementia, URBIS ET ORBIS gubernacula tenemus*, &c. Spectat huc etiam oratio Legati *Hadriani* Papæ, ad eundem Auguſtum, in campeſtribus Auguſtanis caſtra metantem, habita, apud *Radevicum*, de *Geſtis Friderici* I, lib. 1, cap. 22, pag. 490, in ſpecie verba: *Salutant etiam Vos Venerabiles Fratres Noſtri, Clerici autem Veſtri, univerſi Cardinales tanquam DOMINUM & Imperatorem URBIS, ET ORBIS*, &c. add. reſponſio Italiæ Procerum, laudati Imperatoris juſſu, in *Roncaliis* congregatorum, apud *Radevicum*, l. c., lib. 2, cap. 4, p. m. 508: *O clariſſime Princeps, & ſingularis ORBIS ET URBIS Imperator*, &c. & paulo poſt: *Dominaris, ô Auguſtiſſime Imperator, piſcibus Maris, & Volatilibus Cœli*, &c. Eorundem Comitiorum memor *Otto Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, ad an. 1158, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſ.*, p. m. 818, inquit: *Cum Dominus Imperator ſemel equitaret ſuper quodam ſuo palafreno, in medio Doctorum Bulgari & Martini, exquiſivit ab eis: Utrum de jure eſſet Dominus Mundi? & dictus Dominus Bulgarus reſpondit: Quod non erat Dominus, quantum ad proprietatem; Dominus vero Martinus dixit: Quod erat Dominus: & tunc Imperator, cum deſcendiſſet de palafreno, ſuper quo ſedebat, fecit eum præſentari dicto Martino. Bulgarus autem, hæc audiens, dixit hæc elegantia verba: Amiſi equum, qui dixi æquum, quod non fuit æquum*, &c. Conf. *Chron. Spirenſe Lehmanni*, lib. 5, cap. 59, p. m. 512; *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, ad an. 1158, §. XI, p. m. 409; *Conringius*, de *Orig. Juris German.*, cap. 23, p. m. 145, carpens ſimul *Bodinum*, quod in *Methodo Hiſtoriæ legendæ*, cap. 6, hiſtoriam hanc *Henrico VII*, Imperatori, & *Lothario* atque *Azoni*, JCtis, tribuat. Re vera *Fridericum* ambitione hac laboraſſe, teſtatur ſuperba ejus epiſtola ad *Saladinum*, Saracenorum Præſidem, an. 1188, apud *Rogerum* de *Hoveden*, part. poſter. *Annalium Angliæ*, in vita *Henrici* 2, p. m. 650, in qua ita ſermocina-

Digitized by Google

cinatur: *Numquid ſcire diſſimulas, ambas Æthiopias, Mauretanniam, Perſiam, Syriam, Parthiam, ubi Marci Craſſi, Noſtri Dictatoris, fata ſunt præmaturata, Judæam, Samariam maritimam, Arabiam, Caldeam, ipſam quoque Ægyptum - - - - nunquid etiam ſcire diſſimulas Armeniam, & innumerabiles alias Terras NOSTRÆ DITIONI ſubjectas? &c.* idem innuere videtur Ejusdem Epiſtola ad *Rolandum* Cancellarium, & Cardinales, Papam eum eligentes, ap. *Radevicum*, lib. 2, c. 55, p. 540, quando ſcribit: *Generalem Curiam & Conventum, in Octava Epiphaniæ, Papiæ indiximus celebrandam, ad quam evocavimus totius Imperii Noſtri, & aliorum Regnorum, ſcil. Angliæ, Franciæ, Ungariæ, Daciæ Archi-Epiſcopos, Abbates, & Viros Religioſos, &c.* quæ repetit in Epiſtola ad Epiſcopos Transmontanos, in qua & *Hiſpaniæ* meminit, l. c., cap. 56, p. 541; Hinc eſt, quod coævus Poeta *Güntherus*, in *Ligurino*, lib. 2, ap. *Reuberum*, p. 315, de Eo canat:

- - - - Properabat quippe, Coronam,
Atque Monarchiam TOTIUS ſumere MUNDI.

Et *Gloſſ. Spec. Sax.*, lib. 3, art. 57: *Zum dritten wird Er,* (Cæſar) *auf dem Stuhl zu Rom, mit einer guldnen Krongekrœnet, dieſelbe empfæhet Er von dem Pabſt, und dadurch wird Er zum Kayſer über DIE GANTZE WELT und Chriſtenheit.* Et *Honorius Auguſtodunenſis*, *Trithemio* teſte, an. 1220 clarus, in *Gemma animæ*, lib. 1, cap. 224: *Corona Imperatoris eſt Circulus Orbis. Portat ergo Auguſtus Coronam, quia declarat, ſe REGERE MUNDI MONARCHIAM. Friderici 2 Antwortung von dem Keyſerdom, ind van dem Hilligen Rœmiſchen Rych*, de an. 1240, ap. *Goldaſtum*, part. IX *der Reichs-Hændel*, p. 222, ſimilia prodit; ibi: *Gelych as, in den Geiſtlichen Sachen, alle Geiſtelichen Prelaten dem Pays von Rome underworpen ſyn; alſus ouch dem Keyſer van Rome ſyn ALLE WERTLICHEN FURSTEN ind Heren underdain, ind ALLE FURSTEN, ind Volck intſaiu van dem Keyſer, DER EYN HERR DER WERLT IS, yre Gueder; ind dairumb ſyn ſy ſchuldich ene Gehoirſamhait. Ind all ſyn eyn Deill, die dat wederſprechen, ind meynen, dat ſy niet ſyn under der Gehoirſamheit des Keyſers, ſo mægen ſy doch niet do vur ſyn; ſy moiſſen zo layſſen, dat Octavianus der Keyſer alleyn hadde Gebiede, over DIE GANTZE WERLT, ind nyemans en dorfte ſagen, dat he unter eym anderen Heren were, dan unter dem Rœmiſchen Koninge, &c.* Inter Inſignia Imperii, *Pomum* ejusmodi Monarchiam olim denotaſſe, obſervavit *Freherus*, in *Origin. Palat.*, Cap. XV, p. m. 129, ex *Trithemii Chron. Hirſaug.*, pag. 244, ſcribens: *Legimus in Coronatione Wilhelmi Hollandi, Aquiſgrani facta 1249, Ludovicum Palatinum, in manu novi Regis Globum aureum ponentem, dixiſſe: Accipe Globum ſphæricum, ut OMNES TERRÆ NATIONES Romano Imperio ſubjicias, & Auguſtus Glorioſus appellari valeas, &c.* Jam ſuo tempore de Globo hoc cecinit *Godefridus Viterbienſis*, part. XIX Chron., p. m. 533:

Aureus ille Globus Pomum, vel Palla vocatur,
Unde FIGURATUM MUNDUM geſtare putatur;
Quando coronatur, Palla ferenda datur.
Significat Mundum - - - - - -
- - - - - - -
Taliter hunc Mundum geſtat manus una rotundum,
Regius includit ſic omnia Climata pugnus,
Taliter, OMNE QUOD EST, Regia pompa tenet, &c.

Conf. ſeq. Tit. VIII, §. 2, lit. m.

Nec minus huc ſpectat turgida *Bonifacii VIII* Oratio, publico in Conſiſtorio, an. 1303 pronunciata, in favorem *Alberti I*, Imp., apud *Conringium*, in Not. ad lib. 1, de *Finibus Imperii*, cap. 8, p. 44: *Nota & ſcripta ſunt, quod Vicarius JEſu Chriſti, & Succeſſor Petri poteſtatem Imperii à Græcis tranſtulit in Germanos, ut ipſi Germani, i. e. ſeptem Principes, quatuor Laici, & tres Clerici, poſſint eligere Regem Romanorum, qui eſt promovendus in Imperatorem, ET MONARCHAM OMNIUM REGUM, ET PRINCIPUM TERRENORUM. Nec inſurgat hic ſuperbia Gallicana, quæ dicit, quod non recognoſcit ſuperiorem: mentiuntur, quia de Jure ſunt & eſſe debent ſub Rege Romano, & Imperatore, &c.* Inſuper celebre Edictum *Ludovici V*, Imp., de *Exauctoratione Johannis XXII, P. R.*, de an. 1328, ap. *Goldaſtum*, T. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 328, & quidem ejus exordium: *Imperator Ludovicus IV, Cæſar Auguſtus, Gentis humanæ, Orbis Chriſtiani Cuſtos, à Deo electus - - - Urbi & Orbi, Dei ope & armis, Noſtra potentia, victrici & inſuperabili dextra, præſidemus, &c.* Notabiles adhuc ſunt theſes, ab *Uberto de Lampamiano*, J. U. D., Imperatori *Wenceslao* familiari, ac *Ambaſiatore* (ut ſe vocat) Illuſtris Principis, Domini Comitis *Virtutum*, Generalis Vicarii Imperialis, in Partibus Lombardiæ, ad utilitatem *Pragæ* ſtudentium, ventilatæ, an. 1380, apud *Maderum*, in Epiſtolis *Caroli IV*, *Gerváſii Tilberienſis* Commentationi, de *Imperio Romano*, annexis, §. 24, pag. 116, & 117, quarum ſecunda fuit: *Utrum OMNES Principes, Reges & Populi quicunque, Chriſtum colentes, ſint de Imperio Romano? an vero dicamus: quod aliqui ſint exemti ab Imperio Romano, privilegio, præſcriptione, vel quocunque alio modo? .... determinabit: Quoscunque colentes Chriſtum fore de Imperio Romano, & aliter dicentes enormiter errare. Et has determinationes dabit in ſcriptis, pro fundamento Imperii. Verum, quia omnibus prædicti termini ſunt noti, diſputabit tertiam Quæſtionem, &c.* Ecce! putabat, de poſitione hac ne quidem dubitandum eſſe. Eodem tendit *Lambecii*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Vindobon.*, cap. 8, p. 754, genuina, ut eam nominat, interpretatio ſymboli Auſtriaci: A. E. I. O. V., quam in *Diario Sacri Itineris Cellenſis*, quod Imperator *Leopoldus* an. 1665 feliciter peregit, à pag. 15 usque ad pag. 21, rejectis triginta octo falſis expoſitionibus,

 be-

beneficio membranacci cujuſdam Diarii Vitæ Imperatoris *Friderici V*, (vulgo III) propria ipſius manu exarati, dedit, Lat. & Germ:

Auſtriæ Eſt Imperare Orbi Vniverſo.
Alles Erdreich Iſt Oſterreich Vnterthan.

Ejusdem Auguſti auribus dedit *Pius* 2, Pontifex, an. 1460: *Tu nobis, Chariſſime Fili! primus occurriſti, non ſolum cui tantum munus*, (Ducis belli contra Turcas) *ex Imperiali officio, debitum cenſeatur, ſed cui omnes Gentes parere, & ſubeſſe non dedignentur, &c.* Vid. Dn. de *Leibnitz*, T. 1 *Cod. Dipl. Jur. Gent.*, §.2, p. 421. *Johannes Tritbemius* Præfationem Libri *Octo Quæſtionum*, qui, manu ſcriptus Auctoris, in ſplendida Bibliotheca Cæſarea, referente *Lambecio*, l. c., pag. 806, adhuc aſſervatur, Imperatori *Maximiliano I* hoc modo inſcripſit: *Ad Sereniſſimum Invictiſſimumque ORBIS DOMINUM, Maximilianum Cæſarem, &c.* *Bartolus* ad l. 24 ff, de *Captivis & poſtliminio reverſis*, hæreſeos plane accuſat, Cæſarem Dominum totius mundi eſſe, negantes. Ex recentioribus eandem theſin propugnarunt *Reinking*, de *Regim. Sec. & Eccleſ.*, lib. 1. Claſſ. 2, cap. 8, §. 97, &c., p. 148; & quos hoc nomine producit *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 8, 9. 4, &c., p. 94, &c.; aliique multi, quos nominare tædet. Enimverò, vetuſtas erroris cum nunquam contra veritatem valeat, cum Ill. *Conringio*, de *Auctoritate Juris Juſtin. in Germania*, ſtatuendum arbitror, credere: *Nihil non Terrarum Romanis paruiſſe*, non amplius errorem eſſe, ſed ſtuporem. Semel nugas has, poſt *Bodinum*, de *Republ.*, lib. 1, cap. 9, §. 129, p. 203, peculiari diſſertatione ad l. 9 ff, de *L. Rhodia*, profligavit *Jacobus Gothofredus*, Dn. Auctori laudatus; quem ſecuti *Grotius* de J. B. & P., lib. 2, cap. 22, §. 13; *Beſoldus*, Tr. de *Appellat.*, cap. 2, §. 7; *Rumelinus*, ad A. B., part. 2, diſſ. 6, Coroll. 2, p. m. 648; *Cruſius*, de *Præeminentia*, lib. 3, c. 1, §. 26, &c., pag. 349, &c.; *Schützius*, Vol. 1 *Collegii Jur. Publ.*, Exerc. 3, *th.* 10, lit. c, p. m. 169; *Conringius*, l. c., & tot. cap. 3, de *Germanorum Imperio Romano*, ſub rubrica: *Nullo olim Jure ad Romanos Imperium totius orbis pertinuiſſe, &c.*, plene ſatisfaciens *Dantis Aligherii*, Florentini, *Monarchiæ*, tempore *Ludovici Bavari* ſcriptæ, ap. *Schardium*, de *Jurisdict. Imp.*, p. m. 80, &c.; nec non, lib. 1, de *Finib. Imp.*, cap. 1, §. 2, p. 2, &c.; *Baclerus*, *Nott. Imp.*, lib. 4, cap. 1, p. m. 68; *Limnæus*, l. c., §. 7, &c., pag. 94, &c.; *Cæſarinus Furſtenerius*, de *Suprematu*, c. 9, p. 26; Illuſtr. Dn. *Thomaſius*, diſſ. de *Injuſta Oppoſitione Jurium Majeſtaticorum Superioritatis Territorialis, & Reſervatorum Imperatoriorum*, §. 25, p. 35; Cl. Dn. *Ludwig*, de *Jure allegandi Ordinum S. R. J.*, c. 1, §. 8, p. 16, & 17; & Dn. *Ludovici*, in Diſſ. de *Auſpicio Regum*, cap. 2, §. 4, p. 69, &c., & §. 6, p. 113, &c.; multique alii. Tenendum, (1) Jus in univerſum Terrarum orbem, neque Jure Divino, neque Humano, Cæſari datum eſſe; (2) Jure Gentium diſcretas Gentes, Regna condita, dominia diſtincta, &c. arg. l. 5 ff, de J. & J.; (3) Principes, ſynecdochico ſaltem ſermone, *Dominos rerum* vocatos; vid. *Broſſeus*, in Not. ad *Caſſiodori* lib. 1 *Variar.*, Epiſt. 4, voc: *Rerum Dominus*, p. m. 10; quo trahendum, quando *Theodabadus*, de *Amalaſuentha*, Gothorum Regina, Senatui Romano reſcribit, apud *Caſſiodorum*, l. c., lib. 10, Ep. 4, p. m. 329: *Nunciamus: DOMINAM RERUM, toto Orbe glorioſam, Conſortem me Regni ſui, larga pietate, feciſſe, &c.* Quis autem unquam dixerit, *Amalaſuentham* toti orbi imperaſſe? (4) Rationi conſentaneum, per *totum Orbem* intelligendum duntaxat *Romanum*, nec univerſum mundum; pari modo, quo dicamus: *Orbem Chriſtianum*, &c. Vid. *Grotius*, l. c., ubi addit, τῆς οἰκουμένης nomine, *Luc.* 2, v. 1, ſolam venire Judæam; & ita ſentiendum puto de dicto *Matth. IV*, v. 8, & *Luc. IV*, v. 5; quis enim montium tantæ altitudinis eſt, ut omnia mundi Regna inde conſpici queant? (5) Univerſum mundum regere, Solius Dei opus, non hominis; (6) Poëtarum veterum, Oratorum, Rhetorum, adulatorum, &c. formulas, in præjudicium à Deo conſtitutorum Magiſtratuum, pro Cæſare, allegare, ſanæ mentis characteribus adverſari.

8. *(a)* Caput Chriſtianitatis in *A. B. t. 2.*

NOTÆ.

(a) CAPUT CHRISTIANITATIS, &c. Singularis planè hic titulus. Hinc *Anaſtaſius*, P. R., *Anaſtaſium* Imp., in Epiſt. *contra Acacium*, an. 497, Tom. 1 Concil. *Petri Crabbe*, fol 539, & apud *Baronium*, Tom. VI Annal., h. a., p. 527, vocat *Vicarium Dei*; ibi: *Pectus Clementiæ Veſtræ Secretarium eſt publicæ felicitatis, &, per Inſtantiam Veſtram, quam, velut Vicarium, Deus præſidere juſſit in Terris, Evangelicis Apoſtolicisque præceptis non dura ſuperbia reſiſtatur, &c.* Conf. *Rogeri Widringtoni*, Angli, *Apologia*, *Pro Jure Principum* contra *Bellarminum*, §. 467, ap. *Goldaſtum*, T. 3 *Monarch.*, p. 761, ubi, loco verborum: *& per inſtantiam*, rectius fortè legit: *ut per præſtantiam.* Emphaticè etiam alloquitur *Gregorius* 2, Papa, *Leonem Iſaurum* Imp., in Dialogo: *De Sacris Imaginibus*, apud *Baronium*, Tom. IX *Annal.*, ad an. 726, p. m. 71, & *Vorburgium*, Vol. IX *Hiſtor.*, an. eod., p. 268: *Quare vero, tanquam Imperator, & Caput Chriſtianorum, Sapientes non percontatus es? &c.* Hocque ſenſu ait Moguntinus, conſecrando Imperatorem *Conradum Salicum*, ap. *Wipponem*, in Vita hujus Principis, p. m. 427: *Ad ſummam dignitatem perveniſti; Vicarius es Chriſti*, &c. & *Gregorius IX*, in literis ad *Fridericum* 2, apud *Petrum de Vineis*: *Tertio coronaris à Patre, ſcil. à Summo Pontifice, Corona Imperii, quæ eſt Gloriæ, quæ Te omnibus Mundi poteſtatibus anteponit, ut, Gloria & honore, ſuper omnes Mundi Prin-*

cipes

cipes ſublimeris, &c. Non minus Electores, in literis ad *Benedictum XII*, P.R., an. 1338, ſuper *Ludovico* Bavaro, ap. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Cod. Juris Gentium Diplomat.*, §. 77, p. 150, v. 2: *Pro defenſione & recuperatione Jurium, honorum, bonorum, libertatum, conſuetudinum S. R. Imperii, ac totius Chriſtianitatis, ad cujus Regimen, & defenſionem idem Imperium principaliter ordinatum dinoſcitur, &c.* Apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Vindob.*, cap. 8, p. 968, incipit *Marcus Treitzſaurwein ab Ehrentreitz*, *Maximiliano I*, Imp., à Secretis, epilogum Hiſtoriæ ſuæ *Vita rerumque geſtarum Friderici V*, (III) & *Maximiliani*, Auguſtorum, hoc modo: *Allerdurchleuchtigiſter, Grosmechtigiſter, Streitperiſter, und Unüberwindlichiſter Fürſt und Herr, Herr Maximilian, Ræmiſcher Kayſer, und Haupt der Chriſtenhait, &c.* Memorabilis eſt reſponſio *Alphonſi*, Neapolitanorum Regis, indignè ferentibus Aulicis, quod laudato *Friderico* Imp., ad ſe Neapolim venienti, primum locum tribuiſſet, data: *Veſtrum non eſt judicare de Regibus. Nos Reges omnes debemus Reverentiam Imperatori, tanquam Summo Regi, qui eſt Caput & Dux Regum, &c.* Vid., ex *Philippo Melanchthone*, *Cothmannus* ad lib. 1 Cod., T. 1, Quæſt. 1, §. 7; *Reinking.*, de *Regim. Secul. & Eccleſ.*, lib. 1, Claſſ. 2, cap. 7, §. 18, p. 123; *Limn.*, *Notit. Regn. Franc.*, lib. 2, cap. 6, Lit. K, p. 401. Ipſe Turcarum Imperator, Curiæ ſtylo, Imperatorem Chriſtianum vocat: *Aut den Potentaten Jeſu Vornembſten, &c.* It. *Vornembſten Herrn aller Chriſtlichen Vœlcker, &c.* Vid. *Cruſius*, de *Præeminentia*, lib. 3, cap. 2, §. 14, pag. 365. Hinc, tacito Gentium conſenſu, fluit Cæſaris noſtri præeminentia, & dignitas, præ reliquis Chriſtianorum Potentibus; de qua ſeq. Tit. V, §. 6 plura; nec non, quod dicatur: *Rechter Vogt und Schirm-Herr der Chriſtlichen Kirchen*; arg. R. J. Trevir. & Colon. an. 1512, part. 1, §. 4: *Und nachdem wir, &c.* & rurſus R. J. Spirenſ. an. 1529, §. 1: *Und anfænglich: Ihr Kayſerlicht Mayeſtæt, als der Oberſt, Haupt und Vogt der Chriſtenhait, &c.* de qua Advocatia ſeq. lib. 3, Tit. 2, §. 11 evolvendus. Hujus loci adhuc eſt Oratio Moguntini Electoris, *Alberti*, March. Brand., tempore eligendi *Caroli V*, Imp., ad Collegas habita, referente *Georgio Sabino*, de *Electione & coronatione Caroli V*, an. 1519, ap. *Schardium*, T. 2 *Rer. Germ.*, p. 3; ibi: *Nulla enim difficilior deliberatio de ulla re humana incidere poteſt, quam de Imperatore eligendo. Nam cæteri Reges non ſuſtinent hoc ingens onus extra Regna propugnandi. Noſter Imperator eligitur: Ut ſit Dux publici conſilii inter omnes Reges: ut propugnet Italiam: ut tranquillitatem Eccleſiæ præcipuè cuſtodiat*, &c. & p. 4: *Cogitate, omnium Regum ac Principum oculos in nos eſſe conjectos, qui non modo de Eo, quisquis electus fuerit, ſed de nobis etiam judicium facient: an gravitatem tantam præſtiterimus, quanta in hoc ſummo Conſilio Orbis Terrarum* requiritur: *An ſaluti Orbis Terrarum conſulere voluerimus, &c.* Conf. *Bœclerus*, *Notit. Imp.*, lib. 4, cap. 1, p. m. 68; *Schilterus*, Inſtit. J. P., lib. 1, Tit. 3, §. 9, p. 49, &c., & lib. 4, Tit. Ult., §. 20, p. 424; Jungi meretur Oratio Legationis Gallicæ, anno 1519 Electorali Collegio Francofurtum miſſa, ap. *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichs-Hændel*, Tit. 21, p. m. 35: *Non ſolum, Reverendiſſimi Domini, Illuſtriſſimi, Excellentiſſimique Principes, Chriſtianitas, quam Europæ ſinu ambituque clauditur, Sed Affrica, ſed Aſia tota, univerſusque Terrarum orbis, ac penitiſſime illius Nationes, Gentes, Populi, in Vos converſi, tanquam in ſublimi quadam arce, atque ſpeculo conſtitutos, intentis oculis, arrectisque auribus adſtant, circumluſtrantes, & explorantes, Cui tantam rerum molem, Cui totius Orbis habenas ſitis credituri? quem tantæ Dignitati, tantisque adminiſtrationibus præfecturi?* Adde Literas Credentiales *Solymanni*, Turcarum Imperatoris, *Ferdinando I*, Imp., an. 1562, 27 Nov. oblatas: *Rex Ferdinande, qui es potens totius Chriſtianitatis Dominus, & vas electum potentis Fidei Chriſtianæ, creatus & electus Imperator Romanorum, &c.* Vid. *Reinking.*, lib. 1, de *Regim. Sec. & Eccleſ.*, Claſſ. 2, cap. 7, §. 49, pag. 127. Jungantur Gravamina Principum Imperii, an. 1552, Paſſavii, & an. 1555, Auguſtæ, prolata, ſeq. Tit. V, §. 4, lit. g. Qua ratione ſinguli Reges, in Regnis ſuis, Eccleſiæ Capita exiſtant, docet *Stephani Wintonenſis* Oratio: De *Vera obedientia*, ap. *Goldaſtum*, Tom. 1 *Monarchiæ*, p. 722, &c. Minus involvit *Chriſtianiſſimi* Titulus, quem *Henricus Bebelius*, peculiari Diſſertatione Apologetica, *Maximiliano I*, Imp., dicata, apud *Schardium*, l. c., Tom. 1, p. 116, &c., & *Lambecium*, lib. 3 *Comment. Biblioth. Vindob.*, p. 338, &c., Imperatoribus, per excellentiam, competere arbitratur, quia (1) ſunt Advocati & Defenſores Eccleſiæ, (2) *Pipinus*, Natione Francus Orientalis, adeoque Germanus, eum à *Stephano* 2, P. R., quem malè *Urbanum* 2 nominat, defendendo Eccleſiam Romanam, commeruerit, in ſucceſſores devolutum. Ejusdem ſententiæ Patronum, *Caſparum Schioppium*, Regi Hiſpaniæ à ſtipendiis, in *Conſilio Regio*, p. 31, ſugillat *Cruſius*, l. c., lib. 3, cap. 4, § 46, p. 437. Verum eſt, ſubinde datum Imperatoribus hunc titulum; teſte *Ambroſio*, qui Epiſtolam ad *Gratianum*, Libris quinque de *Fide* præfixam, ſic orditur: *Beatiſſimo Auguſto, Gratiano, & Chriſtianisſimo Principi, Ambroſius Epiſcopus. Non mihi affectus defuit, Chriſtianisſime Principum*, &c.; nec non *Leone I*, Epiſt. IX, ad *Theodoſium* Imp., Tom. 1 Concil cit., fol. 347, b, & ap. *Baronium*, Tom. VI Annal., an. 449, p. 78, ubi: *Pro integritate fidei Catholicæ Chriſtianisſimum Principem convenit eſſe ſolicitum, & hoc, indefeſſis precibus, Divinam Miſericordiam poſco, ut cordi Veſtro id, quod eſt*

veritatis, inſpiret, &c. Græcè *Theodoſius*, *Valentinianus*, *Marcianus*, aliique Imperatores φιλόχριστοι appellati ſunt, quod Interpretes ut plurimum reddunt *Chriſtianiſſimi*; Vid. *Becmann. Dignitat. Illuſtr.*, Diſſ. 2, cap. 2, §. 4, p. 119, &c. *Honorio* Auguſto ſcribens *Bonifacius* Pontifex, an. 419, quater hoc uſus eſt vocabulo; ibi: *Aures Chriſtianiſſimi Principis*; mox: *Chriſtianiſſime Imperator*; paulo poſt: *Qui es Princeps Chriſtianus*; rurſus: *Princeps Chriſtianiſſime.* Vid. *Baronius*, Tom. V Annal., ad an. 419, p. 440; Conf. *Venericus Vercellenſis*, de *Unitate Eccleſiæ conſervanda*, apud *Schardium*, de *Jurisd. Imper.*, p. 9. *Vigilius* Papa, in Literis ad *Auxanium*, Arelatenſium Præſulem, de an. 544, ap. *Baronium*, Tom. VII Annal., ad h. a., pag. 350, memor *Juſtiniani*, Imp., ait: *Niſi cum Chriſtianiſſimi Domini, Filii noſtri Imperatoris, ſicut ratio poſtulat, ſolviſſemus perficere notitia, &c.*; & brevi poſt: *cum conſenſu Chriſtianiſſimi Principis*, &c. add. *Zieglerus*, de *Epiſcopis*, lib. 2, cap. 10, §. 15, p. 472. *Johannem* Papam eodem titulo Eum compellaſſe, docet l. 8 C. de *Summa Trinitate*, ubi: *Chriſtianiſſime Principum*, &c. Sic legimus in Epiſtola *Leonis* 2, ad *Conſtantinum Pogonatum*, Imp., Tom. 2 Concil. ei.., fol. 85: *Exulta nunc ſecura Sancta Mater Eccleſia, de libertate Tua ſæpius impugnata, ſed non derelicta. Suſcitavit Rex tuus Invictiſſimus Chriſtianiſſimum Principem, Propugnatorem tuum, benefactorem tuum, atque opulentiſſimum largitorem*, &c. De *Carolo Magno* loquitur *Leonis III* Diploma, quo Eccleſiæ S. *Emerani*, Ratisbonæ, immedietatem confirmavit, apud *Hundium*, part. 1 *Metropol.*, p. 223, in quo hæc occurrunt: *Agnitum eſſe volumus - - - - qualiter Chriſtianiſſimus Imperator & Auguſtus, nomine Carolus*, &c. Audi Ipſius filium, *Ludovicum Pium*, in Diplomate, de *Conditione Novæ Corbejæ Saxonicæ*, anno 823 dato, apud *Mabillonium*, part. 1 Actor. SS. Benedictinorum Seculi IV, f. 524, & *Tenzelium*, in *Vindiciis Conringianæ cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, Append. 1, §. 5, p. 8: *Domnus & Genitor Noſter, Karolus, Chriſtianiſſimus Imperator, &c.* *Ludovico Pio* ipſi Poëma Elegiacum, de rebus ab eo geſtis, ſacravit *Ermoldus Nigellus*, Exul, cujus libri primi inſcriptio, ap. *Lambecium*, l. c., lib. 2, cap. 5, p. 360, talis eſt: *In honorem Hludowici, Chriſtianiſſimi Cæſaris Auguſti, Ermoldi Nigelli, Exulis, Elegiaci Carminis Liber incipit primus, &c.* notat ad hunc locum *Lambecius*, l. c., lib. 3, p. 337, additamento X: *Notatu digniſſimum eſt, titulum Chriſtianiſſimi Ludovico Pio hic non attribui, tanquam Regi Francorum, ſed tanquam Cæſari Auguſto, &c.* Quid inde? Eadem appellatione Eum veneratur Auctor Vitæ *S. Huberti*, Leodienſis, cap. 23, ap. *Surium*, 3 Novemb., p. 19: *Ut una Chriſtianiſſimum atque Orthodoxum Principem Ludovicum Imperatorem adirent, &c.*; pariter ac *Agobardus*, Lugdunenſis Præſul, Lib. de *Comparatione Utriusque Regiminis*, ap. *Goldaſtum*, Tom. 2 *Monarch.*, pag. 37, cujus præfatio incipit: *Clementiſſimo Domino & Chriſtianiſſimo, ac per hoc omni laude digniſſimo Imperatori Ludovico, Agobardus, &c.* Junge Reſcriptum ad Epiſtolam Synodalem Germaniæ Galliæque præſulum, pro cauſa laudati Cæſaris congregatorum, l. c., pag. 41, in qua hæc offendis: *Oremus & pro Chriſtianiſſimo Imperatore noſtro, ut Deus & Dominus ſubditas Illi faciat omnes barbaras Nationes, ad noſtram perpetuam pacem, &c.* Add. Ejusdem Principis Præfatio *Reformationis Eccleſiaſticæ*, an. 816, ap. *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imp.*, pag. 164, verb: *Chriſtianiſſimus ac Glorioſiſſimus Ludovicus, ſuperno munere, Victor Auguſtus, &c.* De *Ludovico* 2 reperio in Diplomate *Sergii* 3, P. R., in favorem Eccleſiæ *Gandersheimenſis* confecto, apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitat. Gandersheimenſibus*, cap. 4, p. 29: *Magno caritatis amore, quem erga Chriſtianiſſimum Imperatorem, & Dominum noſtrum habemus, &c.* Sic *Johannes* Pontifex, in Oratione, an. 877, in Synodo, Romæ habita, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 2, p. 31, de *Carolo Calvo* inquit: *Ecce, nobis Karolum, Chriſtianiſſimum Principem, ſuperna Providentia - - - - tribuit, &c.* Ad quæ congregati reſponderunt: *Dominum Imperatorem Karolum, Chriſtianiſſimum & manſuetiſſimum Principem, tanto jure cupimus, & deſideramus, &c.* l. c., pag. 33. In Bulla, de *Erectione Eccleſiæ Magdeburgenſis in Archi-Epiſcopalem*, vocatur *Otto Magnus*, à Papa *Johanne XIII*, ap. *Sagittarium*, de *Antiquit. Magdeburg.*, §. 93, p. 69: *Chariſſimus & Chriſtianiſſimus filius noſter, Rex Otto*, &c. Idem nomen tribuitur *Henrico Sancto*, in Vita S. *Adalberti*, Pragenſis Epiſcopi, cap. 10, ap. *Surium*, 23 April., pag. 291: *Poſt tres Othones Henricus Chriſtianiſſimus ecce venit, &c.* Papa, *Bened. X*, in Epiſt. ad *Meinwercum*, *Paderbornenſem Epiſcopum*, c. 28 Vitæ hujus Præſulis, apud *Surium*, 5 Junii, p. 89, & Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 526, Ejusdem meminit: *Maximeque à Chriſtianiſſimo, & Sereniſſimo filio noſtro, Dilectiſſimo ac Sanctiſſimo Imperatore, Heinrico, oblata ſunt, &c.*; & in alia, ad *Eberhardum*, Bambergenſem Epiſcopum, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, in Vita S. *Henrici*, cap. 25, p. m. 39: *Quod de Epiſcopatu, quem Chriſtianiſſimus Heinricus Imperator, ad honorem Principis Apoſtolorum Petri, Babenbergæ devotiſſime perfecit, &c.* De *Friderico I* hæc habes, in Prologo ad Expeditionem Aſiaticam, Tom. V *Caniſ.*, part. 2, p. 44: *Chriſtianiſſimus & Invictiſſimus Romanorum Imperator, Fridericus, &c.* De aliis ut taceam: Nihilominus autem, ex hoc titulo ſolo, vix Imperatores plus lucrabuntur, quam alii Principes, quibus datus eſt;

eſt; v. g. apud Reginonem, ad an. 868, de Ludovico, Rege GERMANIÆ: Ludovicus, Chriſtianiſſimus Rex, qui Germanis imperabat, &c. Decreta Concilii Althaimenſis, de an. 916, ſubſcripta ſunt: XII Cal. Oct., Regni Conradi, piiſſimi & Chriſtianiſſimi Regis, quinto, &c. Vid. Goldaſt., T. 1 Conſtit. Imp., p. 210. Lotharius, Rex AUSTRASIÆ, in Reſcripto de Majoritate Regis in Temporalibus, ad Nicolaum I, P. R., ibid., Tom. 3, p. 285, hanc formulam adhibet: More Prædeceſſorum noſtrorum, Chriſtianisſimorum videlicet Principum, &c. Mauricius Imperator, in literis ad Childebertum, Regem FRANCORUM, ap. Freherum, T. 1 Scriptor. Rer. Franc., Epiſt. 38, p. 207, vel ipſe ſcribit: Illa, quæ Nobis de Chriſtianitate Veſtra opinio detulerat vera, &c. paulo poſt: Quæ omnia de devotione, & Chriſtianisſima voluntate Veſtra, &c. & in fine, pag. 208: Patris Veſtri, Chriſtianisſimi Principis, hæc eſt intentio, &c. & in Epiſt. 40, l. c., pag. 209: Divinitas Te ſervet, per multos annos, Parens Chriſtianisſime, atque Amantiſſime, &c. Gregorius III eundem titulum impertivit jam Carolo Martello, Domus Majori in Francia, teſte Epiſtola ejus ad hunc Principem, cui tale exordium: Domno Excellentiſſimo Filio, Carolo, Subregulo, Gregorius Papa, in Caroli Magni Codice Epiſtolari, ubi: Tamen ut rei veritas vobis declaretur, Chriſtianisſime Fili! jubeas, &c. De Pipino, ejus filio, adhuc Majore Domus, idem teſtatur Epiſt. 5 dicti Codicis, quam Zacharias Pontifex ſic incipit: Domno Excellentiſſimo atque Chriſtianisſimo, Pipino, Majori Domus, &c. Vid. Baronius, Tom. IX Annal., ad an. 744, pag. m. 179; ut & S. Ludgerus, Monaſterienſium Præſul, in Vita S. Swiberti, cap. 1, apud Surium, 1 Mart., pag. 17: Illuſtriſſimus & Chriſtianisſimus Princeps, Pipinus, filius Caroli Martelli, Major Domus Franciæ, &c. De eodem, jam creato Francorum Rege, ſcribit Stephanus III, apud Reginonem, ad an. 753, Baronium, Tom. IX Annal., an. 754, p. m. 232, & Vorburgium, Vol. IX Hiſt., eod. an., p. 536: Ad optimum, & S. Petri fidelem, Dominum Pipinum, Chriſtianisſimum Regem, in Franciam veni, &c. & an. 755, in alia Epiſtola, ad Pipinum, ejusque filios, Carolum & Carolomannum, ap. Baronium, l. c., ad h. a., §. 11, p. 249; Centuriatores Magdeburgicos, Cent. VIII, cap. 10, pag. 707, &c.; & Vorburgium, l. c., ad h. a., pag. 553, &c: ô Chriſtianisſimi! ecce venerunt nobis dies anguſtiæ, &c. Salvate nos, antequam pereamus, Chriſtianisſimi! & in alia, D. Petri nomine, ad eosdem data, ap. Baronium, l. c., §. 20, pag. 252; Centur. Magdeb., l. c., pag. 711; & Vorburg., l. c., p. 554: Firma obligatione conjuro Vos Chriſtianisſimos Reges, Pipinum, Carolum, & Carolomannum, &c. Coævus Auctor Vitæ S. Virgilii, Salisburgenſium Antiſtitis, cap. 2, apud Surium, 27 Nov., p. 614, (De Recentioribus, legas Acta Conventus Pariſienſis, an. 1329, de temporali Juriſdictione Eccleſiaſticorum, ap. Dn. Leibnitium, T. 1 Cod. Dipl., p 133, ubi: Philippus, de gratia Dei, Francorum Rex Chriſtianiſſimus,) pari ſtylo utitur: Rex Pipinus, Princeps per omnia Chriſtianiſſimus, &c.; nec non Anaſtaſius, in vita Stephani III, p. 122, &c., & Stephani IV, p. 135, &c. HISPANIARUM Reges, Richaredum an. 589; Siſebutum an. 616, cum Judæos pelleret; Flavium Ervigium, in Quarto Concilio Toletano; Cinthillanum, in Sexto concilio Toletano; aliosque Chriſtianiſſimos fuiſſe appellatos, docet Cruſius de Praeminentia, in Addendis, p. m. 969. De Ramiro, Galliciæ Rege, hæc commemorat Luitprandus, lib. 5 Hiſt., cap. 1, p. m. 140: Abdaram, Rex noſter, à Radamiro, Rege Chriſtianiſſimo Galitiæ, in bello ſuperatus eſt, &c. quæ Sigebertus Gemblac., an. 944, repetit. In Fœdere, Carolum VII, Regem Galliæ inter, & Johannem 2, Regem Caſtellæ, ann. 1434, Madriti icto, proferunt Caſtiliani Procuratores, ap. Dn. de Leibnitz, l. c., §. 2, pag. 355, ſequentia: Conſiliarii Sereniſſimi ac Chriſtianiſſimi Principis & Domini, Domini noſtri Joannis, D. G. Caſtellæ & Legionis Regis, Ejusque Procuratores, &c. & §. 3: Inter inclitiſſimæ recordationis defunctos, Sereniſſimum & Chriſtianiſſimum Dn. Henricum I, quondam Regem Caſtellæ & Legionis, Proavum præfati Domini noſtri Regis Caſtellæ & Legionis moderni; & inclitiſſimæ recordationis Sereniſſimum & Chriſtianiſſimum Regem, Dn. Carolum V, quondam Regem Francorum .... & poſtmodum, per clariſſimæ memoriæ defunctum Sereniſſimum & Chriſtianiſſimum Dominum Joannem, avum ... dicti Domini noſtri Johannis 2, &c. Eadem occurrunt §. 22, p. 361, & §. 25, pag. 363. EX ANGLIÆ Regibus celebratur Oswaldus Chriſtianiſſimus Rex, apud Bedam, lib. 3 Hiſt. Eccleſ. Angl., in Rubrica cap. 1, lib. 1; & Oſivu Rex, lib. 3, cap. 21; nec non Everardus Chriſtianiſſimus, an. 1291, in literis Papalibus, apud Cherubinum, Tom. 1 Magni Bullarii, §. 3, pag. 193. De SUECORUM Rege, Jacobo, ait, Adamus Bremenſis, lib. 3, c. 15, p. m. 91: Chriſtianiſſimus Sueonum Rex, Jacobus, migravit à Sæculo, &c. conf. Albertus Stadenſ., ad an. 1051; & Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium, ad eundem annum, apud Lindenbrogium, p. m. 81. Apud DANOS Suein Otto, filius Chriſtianiſſimi Regis Haroldi, diabolico ſpiritu inflammatus, multas adverſus Patrem molitus eſt inſidias, &c. Sunt verba Helmoldi, lib. 1 Chron. Slavor., cap. 15, §. 5, p. 46. De POLONORUM Rege ſcribit idem, l. c., §. 1, p. 46: Bolizlaus, Polonorum Chriſtianiſſimus Rex, confœderatus cum Ottone III, omnem Slaviam, quæ eſt ultra Oderam, tributis ſubjecit, &c. Conf. Chronic. Slav. incerti Auctoris, apud Lindenbrogium, p. 192, cap.

XI. In Vita *S. Gerhardi*, Canadienſis Epiſcopi, in Pannonia, cap. 2, apud *Surium*, 24 Sept., dicitur: *Habenas tunc* (PANNONIÆ) *Chriſtianiſſimus Rex Stephanus moderabatur, &c.* Sic & in literis *Caroli IV*, Imp., ad Papam, *Gregorium*, de an. 1376, apud Dn. *Leibnitium*, in Mantiſſa Tom. 2 *Cod. Juris Gentium Diplomat.*, p. 263: *Sereniſſimum Principem, Dominum Wenceslaum, Chriſtianiſſimum Regem BOËMIÆ, primogenitum noſtrum cariſſimum, in Romanorum Regem, promovendum in Imperatorem, votis concordibus elegimus, &c.* & rurſus in literis Electorum ad Papam, ibid. p. 265: *Dominum Wenceslaum, Chriſtianiſſimum Regem Boëmiæ ---- elegimus, &c.* De aliis ne dicam, quorum mentio fit apud Dn. *Becmannum*, l. c., §. 4, pag. 120, & 121. Parem titulum *Honorius* Papa, in literis ad univerſos Epiſcopos per Venetiam & Iſtriam conſtitutos, de an. 630, Reipublicæ Venetorum tribuit, apud *Baronium*, Tom. VIII *Annal.*, h. a., §. 14, pag. 336: *Ut & hi, à quibus repetuntur, à partibus Chriſtianiſſimæ Reipublicæ, parem Juſtitiam conſequantur, &c. S. Odilo* Cluniacenſis Abbas, in vita S. *Majoli*, Cluniac. Abbatis, cap. 3, apud *Surium*, 11 Maji, pag. 143, hæc profert: *Quo favente Wilhelmo, Chriſtianiſſimo Aquitanorum Principe, &c.* Pontifex *Paſchalis*, exarando literas *Chriſtiano*, Archi-Epiſcopo Moguntino, referente *Alberto Stadenſi*, ad an. 1172, eas ſic inchoat: *Paſchalis Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Chriſtianiſſimo Chriſtiano, Sedis Apoſtolicæ Legato, Imperialis Aulæ Cancellario, & Romanæ Eccleſiæ filio fideliſſimo, ſalutem, &c.* Idem Author, ad an. 1024, nominat *Walbertum: Ducem Saxonum Chriſtianiſſimum.* Epitaphium *Sigehardi*, filii *Bruniconis*, ſeu *Brumitonis*, qui *Ottoni I*, Imp., contra *Eberhardum*, Franconiæ Ducem, ſtrenuam operam navaverat, *Brandenburgi*, in *Monte Harlungorum*, teſte *Georgio Sabino*, Tract. de *Brandenburgo*, Metropoli Marchiæ, pag. 69 & 70, ita ſonat: *III Calendas Maji obiit Sigehardus, Clariſſimi Principis, Brumitonis, filius Chriſtianiſſimus, &c.* Apud *Ottonem Friſingenſem*, lib. 7 *Chron.*, cap. 21, pag 151, occurrit: *Leopaldus, Orientalis Marchio, Vir Chriſtianiſſimus, ac Clericorum & Pauperum Pater, &c.* Quæ, aliaque exempla multa ſatis teſtantur, indiſtinctè Principibus datum fuiſſe *Chriſtianiſſimi* titulum. Verum ſolus Rex Galliæ, cognominis inſtar, ſolemni Curiæ ſtylo, eo utitur, adeo, ut *Franciſcus I*, in fœdere cum *Wilhelmo*, Juliacenſi Duce, Tom. I *Actor. Pac. Noviomag.*, p. 243, ſe vocaverit: D. G. *Franciſcum, Francorum Regem, COGNOMENTO Chriſtianiſſimum,* &c. Origo incerta eſt. *Pierre Matthieu, Hiſt. de Louis XI*, Liv. 10, pag. 531, *Charron, Hiſt. Univerſ.*, Chap. 95, p. 679, & alii aſcendunt ad *Clodoveum*; Vid. *Limn. Not. Franc.*, lib. 2, cap. 6, lit. *ZZZ*, pag. 437. Dn. *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 2, cap. 3, pag. 70, ultra *Pipini* Principatum non progreditur. *Franciſcus Guicciardinus*, de *Origine Poteſtatis Secularis in Romana Eccleſia*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarchiæ*, pag. 19, ad an. 1523, §. 30, exiſtimat, deberi hoc nomen donationi, à *Carolo Magno* Romanæ Sedi factæ. Alii aliter. *Carolus* VII, Rex, in fœderis cum Electore & Ducibus Saxoniæ, an. 1444, initi formula, indiſtinctè Progenitores vocat *Chriſtianiſſimos*, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 376; ibi: *Ingentis benevolentiæ nexus, qui ſemper inter Chriſtianiſſimos Francorum Reges, Progenitores noſtros, & Illuſtres Principes Romani Imperii Electores, &c.* Idem facit *Ludovicus* XI, in Privilegio an. 1483, ibid., Tom. 2, in *Mantiſſa* p. 172: *Sereniſſimos Progenitores noſtros, Francorum Reges Chriſtianiſſimos, &c.* Sufficit, Regem Galliæ ſolemniter ita vocari, pari jure, quo *Angliæ* Regibus *Defenſorum Fidei* nomen proprium eſt, qua de re vid. Conſtitutio *Leonis X*, de an. 1521, apud *Cherubinum*, Tom. I *Magni Bullarii*, pag. 623, licet *Julius* 2, jam an. 1512, *Helvetiis* hunc titulum impertiverit, operam compenſaturus, quam in ejiciendis Mediolanenſi Ducatu Gallis impenderant, teſte *Joſia Simlero, vom Regiment der Eydgenoſſenſchafft*, p. 215, & *Limnæo*, l. c., cap. 7, lit. iiii, p. 531; at *Alphonſus*, Caſtellæ Rex, ab *Innocentio VIII Catholicus* vocatus eſt; de quo *Baronius*, Tom. IX *Annal.*, ad an. 738, §. 9, p. 137, & 138: *Quod vero ſpectat ad nobilem, inſignem, & egregium gloriæ titulum, ut dici voluerit Rex Alphonſus cognomento Catholicus, ſic accipe: Qui à Reccaredo, Catholico Rege, ducebat originem, ejus quoque gloriæ æmulus, quam ille ſibi juſtè peperit, ex propagata Catholica fide in Gothos, gentiles ſuos, ob quam cauſam, in Epiſcoporum Concilio, Rex Catholicus eſt acclamatus, Iſte, ſicut Regni, ita & Tituli voluit eſſe Succeſſor, atque dici cognomento Catholicus. Quod intermiſſum à Succeſſoribus Ferdinandus Aragonius, Hiſpaniæ Rex, cum, ex omnibus Titulis, Regumque coronis, nil glorioſius fulgere ſciret, quam ex illibata cuſtodita Religione comparatum Catholicum cognomen, enixis precibus à Julio, ejus nominis ſecundo, Rom. Pont., impetravit, ut ejusmodi Titulus hæreditarius eſſet omnium Regum Hiſpaniarum, &c.* Add. *Hoping.*, de *Jur. Inſign.*, cap. 22, membr. 3, n. 95, p. 1022.

9. (*a*) Titulus *Majeſtatis* etiam Imperatori tribuitur ab exteris Regibus. Rex Magnæ Britanniæ titulo *Cæſareæ Majeſtatis* compellat Imperatorem in Manifeſto *Caroli Ludovici*, Comitis Palatini, pag. 115. Poloniæ Rex in literis ad *Carolum V*, Ludovicus XIII, Galliæ Rex

Digitized by Google

Rex, in literis ad Ferdinandum II, die 7 Maji, 1628. *vid. Mercure François, p. 321, 322. Limn. tom. addit. 1, ad lib. 2, c. 7.* Et, ut Majeſtatem à ſolo Deo, & non ab hominibus conferri conſtet, titulis ſuis præmittunt: (b) *Dei gratia, aut: diviná ſavente clementia.* Θεοςεφεῖς ἐκ θεῦ προελήθεντες audiebant Imperatores Conſtantinopolitani ſequioris ævi: quos Reges Francorum & Germani poſtea imitati ſunt. S. P. Q. R. Carolo Magno & Friderico acclamavit: *Friderico Pacifico, à Deo coronato Imperatori, vita & Victoria. Gerhard. de Roo, lib. 5 hiſt. Auſtr. pag. 205. Der Kayſer hat ſeinen Gewalt ohnmittel von GOtt. In der Chur-Fürſten Ordnungen,* apud *Goldaſt. Tomo 2 der Reichs-Satzungen.*

NOTÆ.

(a) TITULUS MAJESTATIS, &c. *Majeſtatem* à voce: *majus*, derivari, bene cenſet Dn. *Johannes Ludolfus von Werder*, Eq. Magdeb., in Diſſ. de *Majeſtate Civili*, Præſide Illuſtri *Conringio*, an. 1677, *Helmſtadii* habita, §. 1. Lata vocabuli & diffuſa ſignificatio eſt. Romani Scriptores hoc titulo vocant, quicquid ſplendidum, magnum, & eminens. Hinc, apud *Ciceronem*, orationis Majeſtas; apud *Livium*, Templi Majeſtas; apud *Gellium*, ætatis dignitatisque Majeſtas; apud *Paulum* JCt. in l. 11, de J. & J., Majeſtas Prætoris, &c. Senſu Politico denotat ſummam poteſtatem in Republica. De quibus ſignificationibus evolvas Dn. de *Werder*, l. c., §. 2, 5, & 6; *Rumelinum*, ad A. B., part. 3, Diſſ. 2, §. 2, &c., pag. 695, ibique *Mylerum* in Notis; *Limnæum* ad Capitul. *Rudolphi* 2, Art. 32, voc: *von Kayſerlicher Majeſtat*, p. 526, &c., & ad Art. 47 Capitulat. *Ferdinandi IV*, voce eadem, pag. 866, &c.; Dn. *Becmannum, Notit. Dignit. Illuſtr.*, Diſſ. 1, cap. 3, §. 2, p. 51, &c.; Ampliſſ. Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione immemoriali*, cap. V, §. 1, pag. 229, &c.; *Lazarum Griderthaler*, de *Crimine L. M.*, §. 1, 2, &c.; in primis Perilluſtrem Baronem de *Lyncker*, in *Doctrina Communi de Capitulatione Cæſarea*, §. VII, p. 34, &c. Stylo Curiæ, de quo hic ſermo, deſignat amplitudinem & dignitatem ſummorum Imperantium.

(2) Antiquiſſimum exemplum ſubminiſtrant *Gruterianæ inſcriptiones*, §. 3, p. 246, ſcil. *Septimii Acindyni*, ad *Trajanum* Imperatorem, ubi: *Numini Majeſtatique Ejus devotiſſimus.* IMPERATORES omni tempore appellatione hac uſi ſunt, vel gaviſi. Teſtimonium perhibent:

Honorius & Theodoſius, in Reſcript. ad *Anthemium*, l. 11, C. de *Cohortalibus Principibus* verb: *Indultum Noſtræ Majeſtatis Oraculum, &c.*

Juſtinianus, l. 3, C. *Ubi, & apud quem, cognitio reſtitutionis in integrum agitanda ſit?* ibi: *Sed etiam apud eos Judices, quos Auguſtalis dederit Majeſtas, &c.*

Carolus Magnus, in Legibus, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, p. 149, §. 35: *Noſtram Majeſtatem conſprevistis, &c* It. in Conſtit. alia, ibid., Tom. 2, p. 7: *Noſtra Imperatoria & Regia Majeſtate, &c.*

Ludovicus Pius, in Dipl., *Chriſtiano*, Abbati Monaſterii *S. Germani*, an. 825 dato, apud *Mabillonium*, part. 2 *Actor. Sanctor. Benedict.* Seculi IV, fol. 576, & *Tenzelium*, in *Vindiciis cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis*, Append. 1, §. XI, pag. 28: *Si petitionibus Servorum Dei juſtis & rationalibus, quas Majeſtatis Noſtræ auribus inſinuaverint, &c.*

Lotharius, in Diplomate Monaſterii *S. Stephani Argentoratenſis*, an. 845, apud *Guillimannum*, de *Epiſcopis Argentinenſibus*, cap. 5, p. 26, & *Tenzelium*, l. c., Append. 3, §. VIII, pag. 96: *Abbatiſſa S. Protomartyris Stephani, Ruadrut, in ambito infra muros Argentoraco, Majeſtatem Noſtram adiit, &c.*

Ludovicus 2, in Reſponſo Epiſcoporum, an. 855, *Ticini* congregatorum, ad Capitulum XIV, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 2, pag. 24: *Majeſtatem Veſtram obſecramus, &c.*

Otto Magnus, in Dipl. an. 967, apud *Sagittarium*, de *Antiquitatibus Magdeburgicis*, pag. 55, §. 90: *Regia, vel Imperiali Noſtra Majeſtate conferimus, &c.* & p. 56, in fine: *Hoc noſtræ Regiæ, vel Imperialis Majeſtatis præceptum, &c.*

Henricus Sanctus, in Dipl. apud Triburias dato, an. 1011, in Reverendiſſ. *Fürſtenbergii Monumentis Paderbornenſibus*, pag. 46: *Divinæ Pietatis Clementia, quæ Nos ad culmen Regiæ Majeſtatis perduxit, &c.*

Lotharius Saxo, in Comitiis Aquaſpenſilibus, an. 1137, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 3, pag. 321: *Convenit Majeſtati Noſtræ*, &c. Conf. Ejuſdem mandatum an. 1138, ibid. p. 327.

Conradus III, de *Concordia utriusque Imperii*, an. 1142, apud *Goldaſt.*, l. c., pag. 328: *Noſtræ Majeſtatis ---- perturbata eſt manſuetudo, &c.*

Fridericus I, in Edicto, de *Juribus & dignitate Imperii*, an. 1157, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, pag. 264: *Aſſerentes, ſe talem Legationem Noſtræ aſſerre Majeſtati, &c.* &, paucis interjectis: *Imperialis Majeſtas debitam indignationem concepit, &c.* Conf. Ejuſdem Reſcriptum VII, §. 2, l. c., pag. 278; Reſcr. XIV, de an. 1163, l. c.,

l. c., pag. 279, in fine; Reſponſum Græcorum Imperatori datum, an. 1189, l. c., p. 286.

Otto IV, in Dipl. an. 1209, apud *Meibomium*, Tom. 3 *Rer. German.*, p. 128: *Majeſtatis Noſtræ ſigillo communiri, &c.*

Fridericus 2, in Aurea Bulla, de *Libertate Eccleſiaſtica*, an. 1213, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, p. 290, §. 9: *Præſens Privilegium conſcriptum Majeſtatis Noſtræ Aurea Bulla juſſimus communiri*, &c. Add. Ejusdem Privilegium *Walckenredenſibus* datum, an. 1215, apud *Eckſtormium*, in Chron. *Walckenredenſ.* pag. 136; Conſtitutio 2, contra Hæreticos, an. 1221, §. 4, apud *Goldaſtum*, l. c., pag. 294; Confirmatio ſententiæ *Friderici I*, ſuper Ducatu Bavariæ, an. 1245, l. c., pag. 304, §. 23, & 29; Conſtit. de *Regia Sede Imperii Tranſalpini*, an. 1244, l. c., Tom. 2, pag. 8, in fine; Reſcriptum 2, §. 5, l. c., pag. 52; Reſcr. VII, §. 2, l. c., pag. 53; Reſcr. XII, §. 1, l. c., pag. 55; Reſcr. XIII, §. 1, l. c., pag. 55; Reſcr. XXI, l. c., p. 58; Reſcr. XXVII, & XXVIII, l. c., p. 59, &c. &c.

Conradus IV, in Reſcripto 1, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 2, p. 83: *Felices Majeſtatis Noſtræ greſſus, &c.* Add. Reſcr. 2, & 3, ibid.

Alphonſus, in Literis Inveſtiturarum, Duci Lotharingiæ conceſſis, an. 1258, apud Ill. Dn. de *Leibnitz*, Tom. 1 *Cod. Diplom. Juris Gent.*, §. 1, pag. 19: *Dicto Duce & Comite, flexis genibus, ante pedes Majeſtatis Noſtræ exiſtente, &c.*

Rudolphus, in Conſtit. de *Jure Electoratus, in Imperio, Regibus Bohemiæ competente*, an. 1290, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 2, pag. 86: *Præſens ſcriptum Majeſtatis Noſtræ ſigillo fecimus communiri, &c.*

Adolphus, in Dipl. Spirenſibus dato, an. 1297, apud *Lehmannum*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 124, p. 663: *Dantes eis has noſtras literas, ſigillo Majeſtatis Noſtræ conſignatas, &c.*

Albertus I, in Dipl., an. 1301, iisdem conceſſo, ibid., lib. 7, cap. 3, pag. 718: *Hanc literam exinde conſcribi, & Majeſtatis Noſtræ ſigillo fecimus communiri*, &c. Add. Decretum, de *Abſolutione Regis Bohemiæ à Banno*, an. 1305, in fine, apud *Goldaſtum*, l. c., T. 1, p. 318.

Henricus VII, in Reſcripto an. 1308, apud *Goldaſtum*, l. c: *Noſtræ Majeſtatis conſortio duntaxat excepto, &c.* Conf. Ejusdem Formula de *Officio Foreſtarii*, an. 1309, l. c.; Edictum an. 1310, l. c., pag. 319; Fœdus cum *Philippo Pulchro*, R. Gall., an. 1310, §. 7, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 1 *Cod. Diplom. Jur Gentium*, p. 66; Sententia *Banni in Robertum*, Siciliæ Regem, lata, an. 1311, §. 2, 3, 5, &c., apud *Goldaſtum*, l. c., pag. 321, & 322.

Ludovicus Bavarus, ſub initium Reſcripti ad Helvetios, an. 1315, apud *Goldaſtum*, l. c., p. 324: *Majeſtatem noveritis Regiam adverſitatibus veſtris ex animo condolere, &c.* Add. Edictum de *Exauctoratione Johannis XXII*, P. R., an. 1328, §. 3, ibid., pag. 329; Conſtitutio, de *Officio Comitis Palatii Lateranenſis*, an. eod., §. 1, & 4, pag. 330; Formula conceſſionis *condendæ Civitatis Grindelach*, an. eod., l. c., pag. 331; Apologia, *contra Bullam Excommunicationis Johannis XXII*, an. 1338, §. 15, l. c., p. 334, &c.; Conſtit. de *Jurib. Imperii*, an. 1339, in fin., l. c., p. 337.

Carolus IV, in fœderis formula, an. 1347 cum *Johanne*, Duce Normannorum, icti, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 189: *Juſſimus & ſigilli Noſtræ Regiæ Majeſtatis appenſione muniri, &c.* Add. Ejusdem Conſtit. de *Jure Electoratus, in Imperio, Regibus Bohemiæ competente*, an. 1348, in fine, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, pag. 343; Conſtit. an. 1354, l. c., p. 344; *Aurea Bulla*, an. 1356, procem., l. c., p. 352; Conſtit. de *Foreſtariis*, an. 1358, in fin. l. c., pag. 370; Conſtit. de *Juribus Principum Imperii*, an. 1363, in fin., l. c., p. 372; Bulla *de Jure & Succeſſione Electorum Saxoniæ*, an. 1376, in fine, l. c., pag. 375.

Wenceslaus, in Conſtit. de *Primariis Precibus*, an. 1376, apud *Goldaſtum*, l. c., p. 376: *Sub Regiæ Majeſtatis noſtræ ſigilli teſtimonio*, &c. Conf. Ejusdem Diploma, de an. 1395, quo *Johannem Galeacium* primum *Mediolani* Ducem creat, §. 7, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 259; It. Formula *Exauctorationis* Ejus, an. 1400, §. 2, apud *Goldaſtum*, l. c., pag. 379.

Rupertus, in Conſtit. de *Vicariatu Imperii, abſente Imperatore*, an. 1401, apud *Goldaſtum*, l. c., pag. 381, & Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 263: *Regiam decet Majeſtatem, &c.* mox: *Noſtrorum more Prædeceſſorum Regiæ Majeſtatis gladius, &c.* & in fine: *Sub noſtræ Regiæ Majeſtatis ſigilli appenſione, &c.* Conf. Ejusdem Formula conceſſi *Frigraviatus*, an. 1410, apud *Goldaſtum*, l. c., p. 386.

Sigismundus, in *Conceſſione Vicariatus S. R. J.*, *Ludovico Sabaudo*, Achajæ Principi, facta, an. 1412, §. 2, apud Excell. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 306: *Fervido caritatis Zelo, ac magnæ fidelitatis affectu, quos ad Majeſtatem Noſtram, & ſacrum Romanum geris Imperium, &c.* & §. 5, in ſubſcriptione, pag. 307: *ſub Noſtræ Romanæ Regiæ Majeſtatis ſigillo, &c.* Conf. Ejusd. fœdus cum *Carolo VI*, R. Galliæ, an. 1414, §. 5, l. c., p. 309, & 311; Ejusdem Erectio Ducatus Sabaudiæ, an. 1416, §. 5, l. c., p. 311; Inveſtitura primi Sabaudiæ Ducis, *Amadei*, anno eodem, §. 4, l. c., pag. 313; Formula *Salvi Conductus Johannis Huſſi*, an. 1414, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, p. 389; Laudum, an. 1417. l. c., pag. 395, §. 8; Conſtitutio Vicarii Generalis, an. 1434, §. 10, & 20, p. 397, & 398; Bulla, de *Jure & Succeſſione Electorum Palatinorum*, an. 1434, §. 9, l. c., pag. 400; Conſtit. de *tuendo Concilio per Imperatorem*, an. 1415, l. c., Tom. 3, p. 425, &c., ubi exempla plura.

Fri-

Fridericus III, in confirmatione Privilegiorum Dominorum *Rupis Spoletanæ*, an. 1471, in fine, inter Diplomata Ejus, à Dn. *Schiltero*, in Cod. *Scriptorum German.*, edita, p. 34: *Mit Urkund dis Briefs, beſiegelt mit unſer* Kayſerlichen *Majeſtæt annhangendem Innſigel, &c.* conf. ibidem, p. 36, 39, &c. De Recentioribus ne dicam, quorum ſalva res eſt.

(3) REGES quoque eundem ſibi vindicaſſe titulum, caret dubio. Ex multis ſunto teſtes:

Theodoricus Italiæ, in literis ad *Johannem*, Campaniæ conſularem, apud *Caſſiodorum*, lib. 3 *Variar.*, Epiſt. 27, pag. 102; ibi: *Noſtra te tuitione vallamus, ut, Regiæ Majeſtatis objectu, ferventium furor animorum in ſuis conatibus elidatur, &c.*

Carolus Magnus, adhuc Rex Galliæ, in Præcepto, de *Tributo Provinciarum*, an. 788, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, pag. 137, in fine: *Hoc Noſtræ Majeſtatis præcepto jubemus, &c.* Conf. Populi Libellum ſupplicem, in Wormatienſi conventu, anno 770, Ei oblatum, apud Celſ. *Fürſtenbergium*, *Monum. Paderborn.*, pag. 96, & *Goldaſtum*, l. c., pag. 132: *Flexis omnes precamur poplitibus Majeſtatem Veſtram, &c.*

Ludovicus Germanicus, in Diplomate Monaſterio *S. Stephani* Argentoratenſis dato, an. 871, apud *Guillimannum*, de *Episopis Argentinenſibus*, cap. 5, pag. 32, & *Tenzelium*, in *Vindiciis Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis*, Append. III, §. IX, pag. 99: *Abbatiſſa Baſilla S. Stephani, infra muros Argentoratenſes, ſive Strasburg, Noſtram adiens Majeſtatem, &c.* & paulo poſt: *Hanc Noſtræ Majeſtatis paginam, &c.*

Philippus 2, R. Galliæ, in Epiſtola Cardinalis Portuenſis, aliorumque Prælatorum, an. 1222, ad Eum data, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 1 *Cod. Diplom.*, in *Prodromo*, §. VII, pag. 5; ibi: *Quatenus Celſa Majeſtatis Veſtræ Regia poteſtas, &c.*

Henricus, Romanorum Rex, in Diplomate Privilegiorum, Domui Auſtriacæ conceſſorum, an. 1228, apud *Cuſpinianum*, in Auſtria, p. 27, & *Limnæum*, lib. V *Jur. Publ.*, cap. 2, §. 29, pag. 27: *Noſtra Regalis Majeſtas, &c.*

Carolus 2, Rex Siciliæ & Neapolis, in Formula unionis Comitatuum *Pedemontii*, *Provinciæ & Forcalquerii*, an. 1306, in fin., ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., Tom. I, §. XXVIII, pag. 45: *Aurea Bulla, Noſtræ Majeſtatis impreſſa tipario, &c.* Conf. Ejusdem Teſtamentum, de an. 1308, ibid., p. 58, & 59, §. 25.

Ludovicus Hutinus, R. Galliæ, in Arreſto, an. 1315, §. 7, ibid., pag. 76: *En leſion de Noſtre Royale Majeſté*, &c. Conf. aliud Arreſtum, ejusdem anni, §. 1, & 2, pag. 81.

Philippus Longus, R. Gall., in Acceptatione Proteſtationis, à *Mathilde*, Comitiſſa Arteſiæ, facta, an. 1317, §. 2, ibid., p. 99: *Quod ſi Noſtræ placeret Majeſtati, &c.*

Philippus VI, ſeu *Valeſius*, R. Gall., in Decretis Comitiorum Pariſienſium, an. 1329, §. 9, ibid., pag. 135: *Supplicant Regiæ Majeſtati Prælati præſentes, &c.*

Johannes, R. Gall., in Fundatione Eccleſiæ, quam *Nobilem Domum* vocant, Canonicorum S. *Audæni*, prope S. *Dionyſium* in Francia, ubi Milites *B. Mariæ* congregari debeant, an. 1352, §. 3, ibid., p. 195: *Quæ in Regno noſtro evenient, & ad Nos pertinebunt, propter crimina Læſæ Majeſtatis, &c.*

Carolus V, R. Gall., in Edicto, quo conſtituitur, Reges Galliæ, anno ætatis decimo quarto, fore Majorennes, an. 1374, §. 4, ibid., p. 234: *Dignitatis ſupremæ ſuæ Regiæ Majeſtatis conſuetudinibus non obſtantibus*, &c. & mox: *Conſilia Majeſtatis Regia*, &c. & §. 6: *Cette Loy, ou Conſtitution Royalle fut publieé au Parlement du Roy, en ſa preſence, de par Luy, tenant ſa Juſtice en ſon dict Parlement, en ſa Magnificence, ou Majeſté Royalle, &c.*

Carolus VII, R. Gall., in Tractatu Matrimonii, inter ipſius filiam, *Radegondem*, & *Sigismundum*, D. Auſtriæ, an. 1430, §. 1, ibid., p. 350: *una cum Ejusdem* (Caroli) *Majeſtate hunc in conſenſum, noſtrorum unanimi voluntate, pervenimus, &c.* & §. 4: *Eadem Domina Radegundis, prædicta Majeſtatis filia, &c.* Conf. ejusdem Epiſt. ad *Nicolaum V*, P. R., de *Juramento fidelitatis Prælatorum Franciæ Regi præſtando*, §. 2, ibid., pag. 412.

Johannes 2, Rex Caſtellæ, in fœdere cum *Carolo VII*, R. Gall., an. 1434, §. 4, ibid., pag. 355: *In Ejusdem Sereniſſimi noſtri Caſtellæ & Legionis Regis Majeſtatis præſentia, &c.* & §. 7, pag. 356: *Conſtitutis in Noſtræ Majeſtatis præſentia, &c.*

Alphonſus, R. Arragoniæ & Siciliæ, in fœdere cum *Ludovico*, D. Sabaudiæ, an. 1449, ibid., p. 399: *Inita & firmata, per eandem Regiam Majeſtatem, &c.* conf. ibid. p. 400, & 401, §. 2, 3, 4, 5.

Renatus, R. Siciliæ, in Donationis Inſtrumento, *Friderico* Lotharingo, an. 1452, factæ, ibid., pag. 382: *Sigilloque Majeſtatis Noſtræ impendenti communitas.*

Ludovicus XI, R. Galliæ, in formula Pacis & fœderis, inter *Sigismundum*, Archi Ducem, & Helvetios, an. 1474, §. 23, ibid., Tom. 2, in *Mantiſſa*, p. 105: *So haben wir, obgenanter Kœnig, unſer Kœniglich Mayeſtæt Inſigel offentlich laſſen hencken, &c.* Conf. literæ *Ferdinandi*, R. Siciliæ, ad eundem, eodem anno, 8 Dec. datæ, §. 1, ibid., T. 1, *Prodrom.* §. XVII, pag. 23: *Majeſtati Veſtræ compertum eſſe arbitramur*, &c. & §. 2: *Apud Veſtram Majeſtatem*, &c. §. 3: *Cum Triremes in poteſtatem Majeſtatis Veſtræ pervenerint*, &c. &c. Memorabile eſt, Regem Galliæ Caſtellano, in reſponſione

ne, l. c., pag. 24, parem titulum denegaſſe, ſcribendo duntaxat: *Literas Veſtræ Serenitatis, per Arminium, veſtrum armorum Regem, accepimus, &c.* & §. 2: *Nec arbitretur Celſitudo Veſtra*, &c. & §. 8: *Ne Veſtra putet Serenitas, &c.*

Ferdinandus & *Eliſabetha*, Rex & Regina Caſtellæ & Arragoniæ, in Tractatu Pacis cum *Carolo VIII*, R. Gall., an. 1493. §. 21, ibid., Tom. 1. p. 472: *Johannes, Princeps Aſturiarum ---- Majeſtatum prædictarum, Sereniſſimorum & potentiſſimorum Dominorum Regis & Reginæ Hiſpaniæ, Parentum & Dominorum noſtrorum, Primogenitus, &c.*

Franciſcus I, R. Gall., in Bulla *Leonis X*, P. R., ad Eum, an. 1517, ibid., Tom. 2, pag. 179, §. 17: *Sed Majeſtas Tua ad Eccleſias & Monaſteria hujusmodi ſic vacantia, &c.* mox: *Quod ſi Majeſtas Tua, &c.* & p. 180: *Majeſtas Tua, &c.*

Philippus I, R. Hiſp., in Additione *Philippi* Burgundi ad Statuta ordinis Aurei Velleris, §. 15, ibid., Tom. 2, in *Mantiſſa*, pag. 37: *Sa Majeſté veullant oſter toutte difficulté*, &c. rurſus l. c., §. 16, & p. 38, & 39 aliquoties.

Henricus IV, R. Gall., *dans l' Acte, par lequel les Princes, Ducs, Pairs, & autres Seigneurs François reconnoiſſent, pour leur Roy legitime, Henry IV, Roy de France & de Navarre*, an. 1589, 4 Aug., ibid., p. 375: *Sa Majeſté ſera interpeller ---- en la promeſſe de Sa Majeſté ---- Service de Sa Majeſté ---- Nous ſupplions ainſy Sa Majeſté ---- promettant à Sa dite Majeſté, &c.* Conf. *Proces verbal de ce qui s'eſt paſſé à S. Denys, à l' Inſtruction & Abſolution du Roy Henry IV, 22 Juillet*, 1593, §. 1, ibid., pag. 376: *Qu' il etoit neceſſaire de parler à Sa Majeſté ---- etant Sa Majeſté arrivée, &c.* & §. 2: *Entre Sa Majeſté, &c. &c.*

(4) Nondum tamen ita ſolennis fuit Imperatoribus Regibusque hic titulus, quin & alios adhiberent, v. g. *SERENITATIS*, de quo dictum præced. §. 6, lit. a; It. *GLORIÆ*, l. c., lit. b; It. EXCELLENTIÆ *Imperialis*, teſte Reſcripto *Friderici Barbaroſſæ*, Imper., ad *Eberhardum*, Archi-Ep. Salisburgenſ., apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, §. 6, p. 277. ubi: *Sicut decet Imperialem Excellentiam, &c.* add. Reſcript. *Friderici* 2, de *Proceſſu ad Curiam deſtinando, &c.*, ibid., Tom. 2, pag. 58, Reſcript. 24: *Supplicavit Excellentiæ noſtræ Saulus, &c.*; & pag. 60, Reſcript. 29: *Expoſuit Excellentiæ Noſtræ B. & N.* &c.; & Edict. *Henrici VII*, Imp., an. 1311, ibid., Tom. 1, pag. 320: *Ut illic præiret Imperialis Excellentiæ thronus*, &c.; It. *MAGNIFICENTIÆ*, vid. *Friderici* 2, Imp., Præceptum de *Metalliſodinis*, an. 1229, ap. *Goldaſtum*, l. c., p. 298: *Sigillo Magnificentiæ Noſtræ juſſimus communiri, &c.*; *Conradi IV* conſt. de Electione Imperiali, ibid., Tom. 1, p. 83, Reſcript. 1: *Divina Clementia Magnificentiæ Noſtræ Ditioni ſubmiſſum, &c.*; & *Jacobi*, R. Arragoniæ, literæ ad *Carolum Pulchrum*, R. Gall., an. 1326, apud Dn. de *Leibnitz*, Cod. 1 *Juris Gent. Diplom.*, pag. 121, §. 8: *Igitur ad notitiam Veſtræ Magnificentiæ deducentes præmiſſa, &c.*; & p. 122, in fine: *Et intima dilectione, quibus conjungimur, Magnificentiæ Veſtræ in multo majoribus reſpondere, &c.*; It. *SUBLIMITATIS*, v. g. *Fridericus I*, Imp., in lit. ad *Ludovicum*, R. Gall., an. 1161, apud *Goldaſtum*, l. c., pag. 278: *Placet igitur & Sublimitati Noſtræ, &c.*; & *Henricus VI*, in Conſtit. de *Fide Vaſalli*, ad *Hugonem*, Burgundiæ Ducem, l. c., Tom. 3, p. 365: *Quæ inter Noſtram Sublimitatem & Tuam Dilectionem ordinata eſt, &c.*; It. *CELSITUDINIS*, ut *Fridericus* 2, Imp., in Conſtit. *pro libertate Eccleſiaſtica*, an. 1220, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, p. 293: *Cum igitur ad aures Celſitudinis Noſtræ pervenerit, &c.* conf. Ejusdem Reſcript. XI, ibid., Tom. 2, pag. 54, & Reſcript. 24, l. c., pag. 58; nec non ad Regem Angliæ, aliosque Reges, l. c., Tom. 3, pag. 378, §. 9; *Conradus IV*, in Reſcripto cit., de *Electione Imperiali*, l. c., Tom. 2, pag. 83: *Proviſa Noſtræ Celſitudinis linea, &c.* de *Carolo IV* vid. *Bulla, de Jure & ſucceſſione Electorum Saxoniæ*, an. 1376, §. 2, l. c., Tom. I, pag. 373: Luce teſtimonia clariora accepit *Cæſarea Celſitudo*, &c. *Fridericus III*, in Brevi *Pii* 2, P. R., an. 1459, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 1 *Cod. Diplom.*, §. 178, p. 420: *Reſpublica præſidio Tuæ Celſitudinis nunc maximè eget, &c.* Æquipollet Gallorum *Hauteſſe*, cujus exempla præbet Dn. *Leibnitius*, l. c., pag. 77, §. 9, ubi *Jacobus de Jaſſeignes* ita ad *Ludovicum*, R. Gall., an. 1314: *Je fais ſcavoir à Voſtre Hauteſſe, &c.*; nec non *Robertus*, Com. Flandriæ, ad eundem, an. 1315, l. c., pag. 83: *Robert, filz du Comte de Flandres, ſoit humblement recommandé à ſa tres Excellente Hauteſſe*, &c. Alia ut mittam.

(5) Uſitata quoque DIGNITATIS noſcitur appellatio Imperatoribus, Regibusque: v. g.

Arnolpho, apud *Gretſerum*, De *Divis Bambergenſibus*, Append. §. 8, p. 520, ubi: *Regalem condecet Dignitatem, &c.*

Ottoni Magno, an. 965, apud *Sagittarium*, *Antiquit. Magdeb.*, §. 82, p. 47: *Bannum Noſtræ Regiæ, vel Imperatoriæ Dignitatis, &c.*

Henrico IV, an. 1062, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, p. 319: *Cum Regiæ Dignitatis ſit, &c.*

Friderico I, in Edicto an. 1157, de *Papæ Romani tyrannide*, ibid. Tom. 1, p. 264: *Cum Imperatoria Dignitas, Imperialibus armis, pacem Eccleſiarum ubique tueri debeat, &c.* & paulò poſt: *Reus eſt Majeſtatis, qui Imperatoriæ derogat Dignitati. Cum enim pax Eccleſ-*

Digitized by Google

cleſiarum ex Imperatoria Dignitate vigeat, paci Eccleſiæ ſtudet, qui Imperatoriæ non derogat Dignitati. Itaque, cum paria ſint, Pax ſcil. Eccleſiarum, & Imperatoria Dignitas, &c.

Philippo VI, R. Gall., in Actis Conitiorum Pariſienſium, an. 1329, §. 3, ap. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Cod. Diplom.*, p. 134: *Et facta Dignitati Regiæ reverentia per Prælatos, &c.*

Carolo IV, Imp., in Erectione Ducatus Lucenburgici, ibid., p. 207: *Sceptrigera Cæſareæ Dignitatis ſublimitas, &c.*

Sigismundo, Imp., in Diplomate erecti Ducatus Sabaudiæ, anno 1416, ibid. pag. 309: *Sceptrigera Regiæ Dignitatis ſublimitas, &c.* Et in inveſtiturarum literis, eod. anno, *Amadeo* Duci conceſſis, l. c., pag. 312: *Regalis Dignitatis Clementia, &c.*

Reſpondet hæc vox Germ. *Würde*, poſteriorum Seculorum Regibus dato titulo. Notabiles ſunt Francofurtenſis Senatus literæ gratulatoriæ ad *Fridericum III*, Imp., cum Cæſar eligeretur, anno 1440, ap. Dn. *Schilterum*, de *Script. Rer. German.*, inter Documenta hujus Principis, p. 196, quibus tale exordium: *Uwern Allerdurchluchtigiſten Hochwirdigen Kœniglichen Gnaden entbieten wir unſern ſchuldigen undertenigen willigen Dinſt, &c.* & poſtea: *Solicher fürſichtigen einmüdigen Kore, als Uwer Konigliche Wirdekeit, von Gnaden des Almechtigen Godes, von unſern Herren, den Korfürſten, einmüdeclich, und unzezweyet, zu Romiſchen Konige, uff hüte, by uns erwelet, und gekoren iſt, ſin Wir im Hertzen erfraüwet, und wünſchen Uwern Hochwürdigen Gnaden, und zu allen Zyten, Glückes und Heiles, mit Truwen, und han auch uwer Kœnigliche Gnade und Perſone gerne zu Herren, &c.* Ipſe *Fridericus* Imp., in Confirmatione Privilegiorum Francofurtenſium, anno 1442, l. c., pag. 167, promiſcuè ait: *Wiewohl unſer Kœnigliche Würdigkeit, &c.* &: *wenn nu fur unſer Kœniglichen Majeſtet kommen ſein, &c.* mox: *Von ſönderlichen Unſern Kœniglichen Gnaden gnædiglich geruhten, &c.* Quibus addantur literæ Argentoratenſium ad eundem, an. 1458, apud *Fritſchium*, Addit. ad *Lymnaum*, lib. VII, cap. 3, p. 234, ubi: *Uwern Kaiſerlichen Gnoden - - - - als uwer Kaiſerlich Gnode, &c.*, qui titulus aliquoties repetitur; & poſtea: *Vwer Keiſerlich Majeſtat Selbes &c.* &, in aliis, ad Eundem, an. 1462, l. c., pag. 235: *Uber Keiſerlich Majeſtat - - - - Uwer Keiſerlich Majeſtat ſy deß noch wol indenck - - - ouch beſunder von uwern Gnoden, in uwern Küniglichen und Keiſerlichen Würden gnediglich beſtetiget, wir unzwifelich hoffent, uwer Keiſerlich Gnode, als ein Gnediger Merer deß Richs, &c.* Eodem encomio mactavit *Marcus Treitzſaurwein* ab *Ertnreitz*, *Maximiliano I* à Secretis, *Carolum V*, adhuc Hiſpaniarum Regem, in dedicatione operis, quod *Regem Sapientem* (*den weiſen Künig*) vocat, ap. *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, c. 8, p. 968; ibi: *Vnd damit Ewr Küniglich Genad die Ordnung ditz Puechs ain wiſſen haben müge, &c.* Rarò ab hoc tempore, ad Seculum XVII usque, alio titulo gaudent, quam *Kœnigliche Würde.* Sic *Wolſgangus Wilhelmus*, C. P. R. Neoburgicus, in literis ad Regem Daniæ, an. 1626, ap. *Lundorpium*, Tom. 3 *Act. Publ.*, lib. 8, c. 148, pag. 1028: *So vernehmen wir doch unſers Theils ſehr gerne, daß Ewer Kœnigliche Würde, &c.* Conf. literæ Ducis Holſatiæ ad Eundem, ſub dato, *Gottorf*, 11 Nov., 1626, l. c., pag. 1032, lit. E. Nec non literæ Electoris Saxoniæ ad eundem, datæ *Torgaviæ*, 13 April., 1627, l. c., lit. G; aliæ, ſub dato *Kemnitz*, 18 Julii 1627, l. c., lit. K, & L, p. 1035; aliæ, Ducis Holſatiæ, ad eundem, de an. 1627, 6 Jul., l. c., lit. M, pag. 1035; aliæ, de an. 1628, 1 April., l. c. lit. Z, pag. 1042; Sic & Legati Cæſarei ad Lubecenſes, in Propoſitione, an. 1627, 8 Nov., facta, l. c., cap. 135, pag. 1004: *Ihr. Kayſ. Maj. in Kœniglicher Würde zu Hiſpanien Namen, &c.* & pag. 1005: *Weilen ihr Kayſ. Maj. aber von derſelben ihr Kœniglichen Würden zu Hiſpanien für allen Dingen zu wiſſen begehrt, &c.*; Electorale Collegium, ſub dato Regenſpurg, 13 Aug., 1630, in reſponſione ad Regem *Sueciæ*, ap. *Lundorpium*, T. 4, lib. 1, cap. 21, pag. 78: *Durchleuchtigſter Kœnig, Herr Oheimb, liebſter Schwager und Freund: Dero Kœnigliche Würden haben, &c.* Conventus *Heilbrunnenſis* an. 1633, in Reſponſione ad Propoſitionem Regni Sueciæ Cancellarii, *Axelii Oxenſtirn*, data 11 Martii, ibid., lib. 2, cap. 27, §. 12, pag. 305, adhibuit Prædicatum: Majeſtæt; ibi: *Die Cron Franckreich, Ihrer Kœniglichen Majeſtæt* (defuncti Guſtavi Adolphi) *Bundsverwandten, &c.* mox: *Hochſeelige gedachte Kœnigl. Majeſtæt*, &c. & p. 306: *Dahero Ihr. Gottſel. Kœnigl. Majeſtæt*, &c. &c. & in reſponſione Legato Gallico data, ibid., l. c., §. 14, p 312, utrumque, ſc. *Seiner Kœniglihcen Würde und Majeſtæt*; ibi: *Haben Hoch- und wohlermelte Chur-Fürſten und Stände, und der abweſenden Geſandten mit mehrern verſtanden, wie Seine Kœnigliche Würde und Majeſtæt dieſelbe zu einer einträchtigen Zuſammenſetzung*, &c. &c. Idem Conventus in literis ad Regem Angliæ, 6 April. 1633, l. c., §. 16, pag. 314: *A Regia Dignitate & Majeſtate Veſtra - - - - Non dubitamus, Regiam Veſtram Dignitatem, & Majeſtatem id non ſolum adprobaturam, &c.* Add. fœdus Heilbronnenſe inter Congregatos Status, & Reginam Sueciæ, 13 April., 1633, l. c., §. 17, pag. 314: *Seiner Kœnigl. Würde und Majeſtat Legaten*, (ſermo eſt de laudato Guſtavo Adolpho) ſæpius repetita

Digitized by Google

phraſi; & pag. 316: *Und iſt darauf, wie auch auf der Kænigl. Würden und Majeſtæt in Franckreich anweſenden, vornemlichen zu ſolchem Ende abgeordneten* Extraordinari-*Geſandtens, &c.*; ut & literæ eorundem Ordinum, ad Regem Galliæ, ſub dato *Hailbrunnæ*, 26 April. 1633, l. c., §. 23, p. 322: *Tres ſunt cauſæ, quæ nos impulerunt ad Regiam Veſtram Dignitatem & Majeſtatem haſce literas exarare, &c.* Elector *Trevirenſis*, in literis ad Legatum ſuum in Aula Gallica, 12 Maji, an. 1633, vocem *Würde* omittens, nudè ait: *Mittimus tibi Duplicata ultimarum literarum Noſtrarum ad Regiam Majeſtatem, &c.* l. c., §. 28, pag. 333. Rex *Daniæ*, in literis, ſub dato Friedrichsburg, 27 Mart. 1633, ad Cancellarium Oxenſtirnium miſſis, Suecorum pariter & Anglorum Reges non niſi *Kænigliche Würde* vocat, l. c., lib. 2, cap. 28, pag 334, &c. Oxenſtirnius vero in reſponſione utitur titulo *Majeſtatis*; ibi: *Allergnædigſter Herr, Ewer Kænigl. Majeſt. gnædigſtes Schreiben, &c.* Vid. l. c., cap. 29, p. 335; Moguntinus, in declaratione, Telonium in Albi concernente, 19 Sept. 1633, l. c., cap. 51, pag. 366, iterum adhibet *Würde*; verb: *Wegen deß von Ihr Kænigl. Würde von Dennemarck prætendirten Zolls auf der Elb, &c.* Elector Saxoniæ, an. 1636, 28 Febr., Reginam Sueciæ in literis *Regiam Serenitatem* ſalutat, l. c., lib. 3, cap. 70, pag. 548, &c.; item in aliis, 5 Mart. 1636, exaratis, l. c., cap. 71, pag. 549, &c. Elector Brandenburgicus, 8 Mart. 1636, eandem *Kænigl. Würde* compellat, l. c., cap. 72, p. 553, &c. In Senatus-Conſulto Electorali, an. eod., l. c., cap. 89, p. 581, §. *Was den andern*, pag. 583, Rex Daniæ, & §. *Und zwar*, pag. 585, Rex Galliæ *Kænigliche Würden* ſaltem audiunt. *Carolus Ludovicus*, El. Palat., in Manifeſto ad Imperatorem, omnes Reges, Reſpublicas, &c., ſub dato *Londen in Engelland*, 12 Jan. 1637, l. c., c. 95, §. 2, p. 643, &c., Reges in genere *Kæmigliche Würde* nominat. Idem fit in Decreto Cæſareo an. 1640, l. c., lib. 4, cap. 44, pag. 917; ut & in Reſponſione Electoralis Collegii, 14 Oct. 1640, Regi Daniæ data, l. c., §. 22, p. 958, &c.; & literis omnium Statuum Imperii ad Reginam Sueciæ, 17 Jan. 1641, l. c., Tom. V *Actor. Publ.*, lib. 1, c. 1, §. 54, pag. 23, &c; aliisque, ad Regem Daniæ, l. c., §. 57, p. 26, &c. Eundem titulum impertiunt Sereniſſimi Duces Brunſuic. & Luneb., in literis ad Reginam Sueciæ, 6 Dec. 1640, Regibus Daniæ & Sueciæ, l. c., §. 67, pag. 99, &c.

(6) Ex hactenus dictis cernimus, vocabulum: *Kæmigliche Würde*, Curiæ ſtylo viguiſſe; cum vero in Comitiis Ratisbonenſibus, anno 1641, 12-22 Febr., quæſtio eſſet, de inſcribendis Epiſtolis Galliæ Hiſpaniæque Regibus, *Sein die Herren Churfürſtliche abſonderlich, und der Fürſten-Rath, auch abſonderlich, zuſammen getretten, und haben ſich mit einander alſo* in circuitu *hierans etwas unterredet, da dann von Oeſtreichiſchen* Directore, *Herr von Brückelmayern, und auch etzlichen andern nachfolgendes angemerckt:* (1) In literis ad Regem Franciæ, *daß dem Kænig das Prædicat: Regia Majeſtas, gegeben würde, hielten Sie davor, daß das Wort: Dignitas, oder Kænigliche Würde, zu behalten, aus etzlichen angeführten Urſachen, als (1) weiln es alſo im Ræmiſchen Reich herkommen, und ſolches* prædicat: *Dignitas, gebraucht würde, wann auch nur ein Fürſt des Reichs, allein, an einen Kænig ſchriebe, &c. - - - - würde derowegen hierdurch eine Einführung, und ſonderlichen denen anweſenden Fürſten ein* Præjuditz *gemachet, ſo man niemals vorhero haste thun, ja auch keines Kæniges Geſandten geſtatten wollen, ſeinem Kænig das* Prædicat *Majeſtæt zu geben; (2) Weiln ſonſten Niemand anders, als dem Ræmiſchen Kayſer, und dem* Regi Romanorum *ſolch* Prædicatum *Majeſtatis gegeben würde; (3) Weiln auch neulich, in denen, an die Kron Schweden, wie auch Dennemarck, abgegebenen Schreiben, das* Prædicat: *Regia Dignitas, gebrauchet worden: Wann man nun gegen andere Kænige das* Prædicatum *Majeſtatis behalsen ſolte, mæchte es von denenſelben Kronen, und ſonderlich von Schweden übel empfunden werden; zumahln (4) die Kron Schweden, vor der Kron Franckreich, eine* præeminentz prætendiren *wolte; Dannenhero auch in ihren* Conſœderationen, *in dem einen* Exemplar, *die Kron Schweden allenthalben der Kron Franckreich vor, in dem andern aber nachgeſetzt worden, &c.* (2) Ad Regem Hiſpaniæ; idem, *was in vorigen Schreiben, wegen des Worts* Majeſtæt, *erinnert worden, &c. Als nun dieſes der Herr* Director *des Fürſtenraths, in Beyſeyn etzlicher anderer, in Umſtand, ſolches gegen die Herren Curfürſtl. angebracht und erinnert, haben ſie ſich alſobalden hierüber folgends vernehmen laſſen, und erklæret, nemblichen: Wie ſie ſelbſten dasjenige meiſtentheils, ſo anitzo, wegen eines Hochlæblichen Fürſtenraths, erinnert worden, beobachtet hasten, wolten auch daſſelbe ændern laſſen; Allein, was das* Prædicatum *Majeſtatis betreffe, hasten Sie, die Herrn Curfürſtl.,* ihre conſiderationes *auch allbereit darüber gehabt, wolten ſich aber auch anitzo derenthalben noch meiſten mit einander unterreden, und darnach erklæren, &c. Nachdem ſich nun die Herren Churfürſtliche Ræthe mit einander unterredet gehabt, und das* Directorium *des Fürſtenraths, neben etzlichen andern Geſandten, wieder zu ihnen getretten, und alſo mit einander* in circuitu *geſtanden, hat Herr D. Regenſperger anbracht: wie zwarten die Herrn Churfürſtl. dieſes auch erwogen hætten, was von denen Herren Geſandten des Fürſtenraths erinnert worden, nemblichen: Daß das* Prædicat: *Regia Dignitas, an andere Kænigreiche, bey denen Stænden des Ræmiſchen Reichs herkommen, auch in denen Schreiben an die Kron Schweden gebraucht worden, welches bey deroſelben, da man jetzo an Franckreich und Spanien anders ſchreiben wolte, Nachdencken geben mæchte. Allein, weil man*

ſolch

ſolch Prædicat *Regiæ Dignitatis nur behalten hætte, wann etwan ein Churf ͤrſt in Perſohn verhanden geweſen; anitzo aber keiner in Perſohn, ſondern dero Ræthe und Geſandten allein zugegen: Man auch auf die res an ſich ſelbſten zu ſehen hætte, damit die Schreiben ihren* effect *erreichen, und nicht etwan gar zurück gegeben werden mœchten: Dasjenige aber, was etwan næc ſtmahls, mit dem Wort Majeſtæt, in dem Schreiben an die Kron Schweden, unterblieben, bey künfftiger Antwort wieder in acht genommen, und hereinbracht werden kœnte; So hielten ſie dafür, Es wære ſolch Prædicatum Majeſtatis, anitzo nicht allein an Franckreich, ſondern auch an Spanien, wohl zu behalten.* Cum iterum inter ſe deſuper conferrent, *iſt der Verlaß, mit beyderſeits Belieben, genommen worden, daß, bey næchſter Zuſammenkunfft, geliebt es Gott, hierüber eine Umfrage gehalten werden ſolle. Darbey dann von etzlichen, und ſonderlichen auch unter denen* Electoralibus, *diß* expediens *an die Hand gegeben worden, ob nicht beyde Wœrter zugleich, als: Dignitas & Majeſtas; jenes, in Anſehung des Chur- und Fürſten-Raths; Dieſes aber,* reſpectu *der Stætte, gebrauchet werden kœnte, &c.* Hæc ex actis, apud *Lundorpium*, Tom. V, lib. 1, §. 69, p. 125, & 126. Sequenti Seſſione, 17 - 27 Febr., denuo, in Senatu Principum, hæc res ventilata fuit, &, Directore Auſtriaco, concluſum, *per majora, daß das* Prædicat *Majeſtatis, an beyde Kronen, Spanien und Franckreich, auſſen, und es bey dem alten* Stylo *zu laſſen, und wolten Sie, das* Directorium, *ſolches dem Churfürſtlichen Collegio* communiciren, *und weiter ihre Meinung vernehmen;* Vid. l. c., §. 70, pag. 127, 128, & 129; In Senatu, 8 Mart. St. N., iterum hac de re actum, &, eodem Directore, concluſum: *Daß aus denen abgelegten* Votis *ſich befinde, daß* Dignitas *und* Majeſtas *zwarten zu geben ſeye, jedoch aber Ihr Kayſ. Maj.* reſolution *vorhero zu erwarten, &c.* Vid. l. c., §. 73, p. 146 ad 149. Enimvero utraque epiſtola, 2 Mart. *Ratisbonæ* concepta, & 18 - 28 ejusdem menſis dictata, non niſi *Regiam Dignitatem* præ ſe tulit, hancque ſubſcriptionem: *Regiæ Dignitatis Veſtræ Officioſiſſimi S. R. J. Electorum, Principum, & Statuum ad hac Generalia Comitia deputati Conſiliarii, ac Legati, &c.* Vid. l. c., §. 76, & 77, p. 164, & 165. Add. *Der Chur - Fürſten und Stænde* Reſolution, *auf des Biſchoffs zu* Verdun *Einbringen, wegen reſtitution des Stiffts* Verdun, dictat. 20 - 30 Junii, 1641, Ratisb., l. c., §. 119, p. 396; ibi: *Bey Ihrer Kœnigl. Würde in Franckreich, &c.;* Eorundemque literæ ad Reginam Sueciæ, ſignatæ 4 Jul. 1641, l. c., §. 123, p. 404, &c: *à Regia Veſtra Dignitate, &c.;* ut & ad Regem Daniæ, 2 Jul. 1641, l. c., §. 139, pag. 518: *Ewer Kœniglichen Würden Schreiben, &c.* In Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ verò, de an. 1648, *Majeſtatis* encomii Reges omnino facti ſunt participes; citra tamen præjudicium Imperialis Cancellariæ, Reges non niſi *Serenitatis* voce ſalutantis, ut ad preced. §. 6, lit. a, dixi. Notandum inſuper, Directores Circuli Saxoniæ Inferioris, in literis ad Regem Daniæ, & ad Electorem Saxoniæ, tanquam Vicarium S. R. J., an. 1657, 13 Octobr., apud *Lundorpium*, Tom. VIII, lib. 8, cap. 130, p. 201, & cap. 131, pag. 202, & 203, Reges Daniæ & Sueciæ, titulo: *Kœnigliche Würde*, duntaxat mactare. In literis Electoralis Collegii ad Regem Hungariæ & Bohemiæ, ſub dato: *Aufm Wahltag zu Franckfurt am Mayn, den 4 May*, 1658, ibid., cap. 193, pag. 281, legitur: *zwiſchen beyden zu Pohlen und Schweden Kœniglichen Würden und Majeſtæten, &c.* brevi poſt: *Ingleichen Ewer Kœnigliche Würden und Majeſtæt, &c.* Sic & in aliis ad Regem Sueciæ, ſub eodem dato, l. c., cap. 195, p. 282: *Glorioſiſſimum Regiæ Dignitatis & Majeſtatis Veſtræ ſtudium, &c.;* nec non ad Regem Poloniæ, eodem die datis, l. c., cap. 196, pag. 282: *Regia Dignitas & Majeſtas Veſtra, non minus, quam omnes alii vicini Reges, Principes & Respublicæ, incluſa, &c.;* ut & ad Regem Galliæ, ejusdem dati, l. c., cap. 198, pag. 283: *Rogamus Dignitatem & Majeſtatem Veſtram quam ſtudioſiſſimè, &c.;* & ad Regem Hiſpaniæ, l. c., cap. 199, p. 283, ſub eodem dato: *Non ægre feret Regia Dignitas & Majeſtas Veſtra, &c.* Hodiè tamen omnes Reges *Majeſtatis* prædicato honorari, teſtantur ſatis (1) Inſtrumenta publica Pacificationum: *Rotſchildenſis*, an. 1658, 26 Febr., inter Suecos & Danos; Inſulæ *Phaſianorum*, an. 1659, 7 Nov., inter Gallos & Hiſpanos; *Olivenſis*, an. 1660, 23 April., St. V., inter Suecos, Polonos, &c.; *Hafnienſis*, anno eodem, 27 Maji, inter Suecos & Danos; reliquarumque omnium, ad hunc usque diem, quorum tenor in *Theatro Europæo*, *Lundorpio*, *Theatro Pacis*, *Lunigio*, & paſſim alibi occurrit; (2) Fœderum formulæ inter Imperatorem & Reges, v. g. Cæſareo - Suecici, an. 1668, 6 Maji, apud *Lundorpium*, Tom. IX, lib. 10, cap. 184, pag. 654, &c.; & rurſus, an. 1682, 12 Oct., l. c., Tom. XI, cap. 118, p. 442; Cæſareo - Polonici, an. 1683, l. c., cap. 138, p. 543, &c.; (3) Fœdera Regum inter ſe, v. g. Gallo - Suecicum, an. 1672, apud *Lundorpium*, Tom. IX, lib. 10, cap. 234, p. 805, &c.; Gallo - Anglicum, ejusdem anni, l. c., cap. 235, p. 808, &c.; Dano - Suecicum, an. 1679, l. c., Tom. X, lib. 11, p. 664, &c. &c.; (4) Fœdera Regum cum Electoribus & Principibus Imperii, v. g. Dani, cum Electore Brandenburgico, & domo Brunſ. & Luneburg., Hagæ Comit., an. 1666, 25 Octobr., apud *Lundorpium*, Tom. IX, lib. 10, cap. 125, pag. 483; Ejusdem Regis, cum laudato Electore, & Epiſcopo Paderbornenſi & Monaſterienſi, Neuhuſii, an. 1682, 14 Sept., l. c., Tom. XI, lib. 12, cap. 111, pag. 435, &c.; (5) Fœdera Regum cum Rebuspublicis aliis, v. g. Anglo-Hollandicum, an. 1668, apud *Lundorpium*, Tom. IX, lib. 10, cap. 178, p. 647, &c., & c. 181, p. 650; Anglo-Sue-

Digitized by Google

Sueco-Hollandicum, ejuſdem anni, l. c., cap. 182, p. 653; Hiſpano-Hollandicum, ann. 1673, l. c., Tom. X, lib. 11, cap. 60, pag. 93, &c.; Anglo-Hollandicum, an. 1678, l. c., cap. 183, pag. 474, &c., & pag. 588; Sueco-Hollandicum, an. 1681, l. c., Tom. XI, lib. 12, cap. 73, pag. 133, &c., cujus extenſionem ad S. Cæſ. Maj. & Regem Hiſpaniæ, an. 1683, exhibet Dn. *Lunigius*, T. 1 *Negot. Public.*, pag. 815, &c.; (6) Literæ Regum ad ſe invicem datæ, v. g. Galli ad Suecum, an. 1664; *Lundorp.*, Tom. IX, lib. 10, cap. 17, p. 226; Sueci ad Gallum, an. 1665, l. c., cap. 69, pag. 356; Galli ad Suecum, an. 1672, l. c., cap. 254, pag. 895; Angli ad Danum, an. 1675, l. c., Tom. X, lib. 11, cap. 139, pag. 343; & ad Suecum, eodem anno, l. c., cap. 140, p. 343; Poloni ad Gallum, an. 1683, l. c., Tom. XI, lib. 12, cap. 137, pag. 542; Poloni ad Anglum, an. 1692, apud Dn. *Lunigium*, l. c., Tom. 2, pag. 364, &c.; Angli ad Suecum, an. 1698, ibid., Tom. 3, pag. 115; Poloni ad Boruſſum, an. 1701, ibid., p. 317, & Curienſes *Hoff-und Staatsſchreiben*, de an. 1707, p. 74; Dani ad Boruſſum, an. 1701; Vid. cit. *Hoff-und Staats-ſchreiben*, pag. 72; Angli ad Boruſſum, eodem anno, *Lunig.*, l. c., pag. 331, &c. &c.; Sueci ad Boruſſum, an. 1707, 9 Dec., Tom 44 *du Mercure Hiſtorique*, Menſ. April., 1708, p. 399; (7) Literæ totius Imperii ad Reges, v. g. ad Gallum, ſub dato Ratisbonæ, ex Comitiis, 17--27 Jul., 1680, apud *Lundorpium*, Tom. XI, lib. 12, cap. 39, §. 32, p. 80, &c.; Ad Anglum, ſub eodem dato, l. c., §. 34, pag. 84, & 85; Ad Gallum, an. 1681, l. c., cap. 84, §. 15, p. 201, &c.; (8) Literæ totius Corporis Evangelici Statuum Imperii ad Reges, v. g. ad Regem Sueciæ, datæ ex Comitiis Ratisbon., 30 Dec., 1699, apud Dn. *Lunigium*, l. c., T. 3, p. 239, &c.; eodemque die ad Regem Angliæ, l. c., pag. 241, &c.; conf. liter. ad Hollandos, eodem ſub dato, l. c., pag. 238, &c.; (9) Literæ integrorum Circulorum ad Reges, v. g. Suevici, ad Regem Angliæ, ſub dat. Ulmæ, 23 Jan. 1693, apud Dn. *Lunigium*, l. c., Tom. 1, pag. 1214, &c.; Sex Circulorum, ſcil. Rhenani Electoralis, Franconici, Bavarici, Suevici, Rhenani ſuperioris, & Weſtphalici, ad eundem, ſub dato Francofurti ad Mœnum, 24 Dec., 1696, ibid., Tom. 2, pag. 509, &c.; Eorundem, ad Regem Hiſpaniæ, ibidem datæ, 12-22 Januar. 1697, l. c., Tom. 3, pag. 3; (10) Literæ totius Collegii Electoralis ad Reges, v. g. ad Anglum, dat. Ratisbonæ, 29 April., 1684, apud *Lundorpium*, Tom. XII, lib. 13, cap. 60, §. 23, pag. 81; (11) Literæ Rerumpublicarum ad Reges, v. g. Hollandorum ad Regem Galliæ, an. 1678; apud *Lundorpium*, Tom. X, lib. 11, cap. 185, pag. 471, & cap. 188, pag. 472, & cap. 200, §. 157, p. 631; Eorundem ad Regem Sueciæ, an. 1684, ibid., Tom. XII, cap. 53, p. 58, &c.; Helvetiorum, ad Regem Galliæ, an. 1685; ibid., l. c., cap. 92, p. 227; Eorundem ad Regem Angliæ, an. 1695, 9 Febr., apud Dn. *Lunigium*, l. c., Tom. 2, pag. 314, & 315; (12) Singulorum Electorum ad Reges, v. g. Moguntini, ad Suecum, an. 1665, apud *Lundorpium*, Tom. IX, lib. 10, cap. 71, p. 357; Palatini, ad eundem, ann. 1666, 19 Jan., l. c., cap. 110, p. 423, &c.; Brandenburgici ad eundem, an. 1674, 19 Dec., l. c., Tom. X, lib. 11, cap. 119, p. 243; Ejuſdem ad eundem, an. 1674, 30 Junii, l. c., cap. 132, p. 333, lit. E; Ejuſdem ad Hiſpanum, an. 1680, 22 Sept., ibid., Tom. XI, lib. 12, cap. 26, p. 23; Moguntini ad Suecum, an. 1690, 9 Nov., apud Dn. *Lunigium*, l. c., Tom. 1, p. 1075; Saxonis ad Polonum, an. 1691, l. c., pag. 1161; Brandenburgici ad Suecum, ann. 1695, 20-30 Maji, ibid., Tom. 2, pag. 427; Ejuſdem ad Polonum, an. 1698, 7-17 Oct., ibid., Tom. 3, pag. 145; Ejuſdem ad eundem, ann. 1698, 22 Nov., l. c., pag. 179, &c. &c. Ut adeo de priſtino ſtylo intelligendum veniat, quod, poſt *Reinkingium*, de *Regimine Sec. & Eccleſ.*, lib. 1, Claſſ. 4, cap. 3, §. 7, p. 355; *Limnæum*, lib. 3 *Jur. Publ.*, cap. 2, §. 3, pag. 11, &c.; *Mylerum*, in Addit. ad *Rumelinum*, in A. B., part. 3, Diſſ. 2, §. 8, p. 708, alioſque, Dn. *Georgius Grube*, Boruſſus, in diſputatione Solenni, de *Delegato Principis*, an. 1684, Francofurti ad Viadrum habita, cap. 2, §. 12, pag. 16, affirmat, Electores Regibus non ſcribere *Kœnigl. Maj.*, ſed duntaxat *Kœnigl. Würde.*

(7) Num Moſcovitarum *Tzaro* prædicatum *Majeſtatis* competat? ſuo tempore, non ſine fervore, quæſitum fuit. Anno 1653 Legatus Polonicus nudè Eum *Ducem* vocat, apud *Lundorpium*, Tom. VI, lib. 5, §. 68, pag. 891; Oratorem vero Imperatoris, *Baronem* de *Blumberg*, an. 1683, 28 Maji, Tzaros fratres Majeſtatis encomio ſalutaſſe, ex *Lundorpio*, Tom. XI, cap. 151, p. 553, &c., diſcimus. Eundem eis honorem exhibuit Elector Brandenburg., in lit. an. 1686, 22 Febr., *Potzdami*; ibid., T. XII, cap. 128, p. 506, & 507. Anno 1687 Cæſarem *Majeſtatis* titulum Eis denegaſſe, ſequ. T. 5, §. 6, lit. d. *Recredentiales*, Eorum Miniſtro porrectæ, docebunt. Polonorum quoque Rex, reſpondendo ad Eorum literas, an. 1688, non niſi *Serenitatum* vocabulo utitur. Vid. Dn. *Lunigius*, Tom. 2 *Negotiorum Publicorum*, p. 355, &c. Aſt in Memoriali, à Legato Suecico, Ordinibus Generalibus Fœderati Belgii, ann. 1700, 18-28 Sept., exhibito, ibid., Tom. 3, pag. 299, vocatur *Czarea Majeſtas*; In ipſius Legati Moſcowitici Memoriali, ann. 1700, 2 Sept., Hagæ comitum, eiſdem Ordinibus oblato, ibid., pag. 300, & 301, multoties *Tzarea* audit *Majeſtas*; in fine dicitur: *Suæ Sacratiſſimæ Majeſtatis, Magni, Potentiſſimi Imperatoris Moſcoviæ Intimus Okolniczy, locum tenens Jaroslaviæ Legatus, Andreas Matviecica.* Conf. Ejuſdem Principis Legati, *Artimonidis Matareof*, an. 1700, 6 Octob., iiſdem Ordinibus exhibitum Memoriale, l. c., pag. 305, &c.; & aliud, de an. 1700, 13 Octob., l. c., p. 309; nec non aliud, de ann. 1701, 25 Januar. l. c., p. 318, &c. Jungantur Moſchi literæ ad laudatos Ordines, l. c., pag. 320, ubi: *Ex literis Celſarum ac Præpotentium Dominationum Veſtrarum, Hagæ Comitis, die 29 Menſis Sept., an. 1700, datis, intelleximus, Nos, Magnus Do-*

Dominus, Noſtra Tzarea Majeſtas, &c., quam appellationem aliquoties repetit; Ejusque Legati Memoriale ad eosdem, ejusd. anni, l. c., p. 313; & aliæ Czaris Literæ, ad eosdem, ſub dato *Moſcobia*, 19 Aug., St. V., an. 1701, l. c., pag. 315. Ex Panegyrico, in Exequiis Sacratiſſimi Imperatoris *Leopoldi*, Viennenſis univerſitatis nomine, dicto, an. 1705, Menſ. Jul., à Dn. *Johanne Baptiſta Reſingh*, Theol. D., & Moralium Profeſſore S. C. Maj., Potentiſſimo Moſcoviæ Magno Duci, *Petro*, ſublime *Tzareæ Majeſtatis* nomen ſolenniter aggregaſſe, habemus compertum. Conf. ſeq. Tit. V, §. 2, lit. d. Fruſtra de Titulis Principis ſumus ſoliciti, cujus Monarchicam potentiam, & vere Regiam Majeſtatem nemo in dubium vocat.

(8) Num Pontifici Romano adſcribenda Majeſtas? quærit, & negat *Rumelinus*, ad A. B., part. 3, Diſſert. 2, §. 12, pag. 713, &c. Vide tamen ibi *Mylerum*, in *Additionibus*, p. 714; & *Carpzovium*, de *Lege Regia Germanorum*, cap. 13, ſect. 4, §. 17, &c., p. 338, &c. Eſt ſane & hic Princeps abſolutus, quidni abſolutiſſimus Terrarum ſuarum Dominus. Nec huc indagare pertinet: Quibus modis *Majeſtatem* fuerit conſecutus? cum conſiderandus veniat, quatenus Eum hodiè reliqui Potentes contemplantur. Ejus aſſeclæ dudum magnifico hoc nomine Eum mactarunt. In Concilio Lateranenſi, an. 1116, *Cononem*, Prænestinum Cardinalem, Pontificem *Paſchalem* ita fuiſſe allocutum: *Domine Pater, ſi Tuæ placet Majeſtati, &c.*, patet ex *Baronio*, Tom. XII Annal., ad h. a., §. 10, pag. 109; Sic *Hugo*, Sueſſionum Epiſcopus, & *Petrus*, Abbas Rhemenſis, ad *Alexandrum III*, apud *Mabillonium*, de *Re Diplom.*, lib. 2, cap. 6, p. 90: *Majeſtatis Veſtræ Mandatum debita veneratione ſuſcepimus, &c.*; nec non *Stephanus*, Tornacenſis Præſul, Epiſt. 90, ad *Lucium III*, ibid: *Majeſtas Veſtra*, &c. Add. Oratio Legati Cæſarei, pro coronando *Friderico III*, Romanorum Rege, ad *Nicolaum V*, Papam, apud *Freherum*, *Rer. Germ.* p. 21, T. 2: *Quibus ex rebus nihil mirandum eſſet, ſi nunc ego, cui nec ſententiæ ſuppetunt, nec verba, quibus adiri tanta Majeſtas debeat, &c.* Aliter de Lingonenſi Epiſcopo, *Brunone*, ſentiendum, qui, apud *Perardum*, p. 67, ſcribit: *Noſtram adiens Majeſtatem*, &c. Quo etiam ſubſcriptionem *Hugonis*, Campaniæ Comitis, literarum, an. 1114, referas, apud *Mabillonium*, l. c., ſcil: *Majeſtatis Noſtræ ſigillo conſignari feci.*

(9) Statuum S. R. J. *Majeſtas* maximè ex formula Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ, anno 1648, qua *Majeſtatica* ipſorum *Jura* vel fundantur, vel confirmantur, vel augentur; ſeu, ut brevius loquar, ex *Superioritate Territoriali*, cenſenda eſt. Num antea ejusdem fuerint participes, judicandum puto ex Receſſu Conventus Francofurtenſis Circulorum, Rhenani utriusque, Saxonici utriusque, Franconici & Suevici, an. 1634, §. 1, ubi actum de Fœdere cum Suecis; ibi: *Deren* (Conſœderation) *Hauptzweck ſeyn ſoll, Gottes Ehre, und die Erhaltung ſeines allein ſeeligmachenden Worts, die Conſervation des Reichs Verfaſſungen, Fundamental-Geſetzen, Majeſtæt und Eminentz aller Conſœderirten Evangeliſchen Churfürſten und Stænden, auch deren von der Ritterſchafft, und aller Unterthanen des Heiligen Reichs*; vid. *Theatr. Europ.*, Tom. 3, ad h. a., pag. 356. Quibus addantur *Georgii Achacii Heheri* verba, p. 4 *Deſcript. German.*, Cap. I: *Ich mag hierbey nicht übergehen, daß ich von einem fürnehmen Churfürſtlichen* Miniſtro *verſtanden, es habe Chur-Brandenburg, erſt vor wenig Jahren, in einem* Contractu, *dieſe Wort gebrauchet: Deſſen Urkund haben wir dieſen Brief mit unſerm Majeſtæt-Inſiegel bekræfftiget. So finde ich auch eine alte Urkund, daß Hertzog Wilhelm von Sachſen, in einem Endſcheidniß-Brief*, ſub dato *Donnerſtag* Diviſionis Apoſtolorum, Anno 1456, *eben dergleichen Wort gebrauchet.* Quæ etiam, hunc in finem, *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. 7, §. 44, p. 350; *Bechmann*, *Exoter.* XII, §. 10; & Dn. *Thulemarius*, Cap. XIX *Octoviratus*, §. 32, p. m. 293, adducunt. *Erneſtum* & *Albertum*, Electorem & Duces Saxoniæ, germanos, Ordinationem Politicam, de ann. 1482, hac clauſula firmaſſe: *Und unſer Majeſtæt Siegel daran hangen laſſen, &c.*, docet *Corp. Jur. Sax.*, p. 11; Add. Dn. *Thulemarius*, l. c.; Dn. *Schilter*, de *Jure Obſidum*, Cap. 2, §. 6, n. 20; Dn. *Julius Frid. Raſſow*, Diſſ. de *Jure Legitimandi Principum Imperii*, ann. 1705 Lipſiæ ventilata, Proœm., lit. e, pag. 5. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, jam anno 1408, *Henricum*, Brunſuicenſem & Luneburgenſem Ducem, *Majeſtatis* encomio dignum judicantes, inquiunt: *Veſtra Majeſtas, &c.* Vid. Cl. Dn. *von der Hardt*, *Hiſt. Concil. Conſtant.*, Tom. 2, part. 2, p. 66. Spectat huc, quod de eadem Sereniſſima Domo Dn. *Georgius Engelbrecht*, Diſſert. Inaug. de *Jure Diplomatum*, an. 1703 *Helmſtadii* habita, Cap. 4, §. 11, pag. 78, monet: *Neque hic prætereundum etiam Sigillum, uti vocant, Majeſtatis, quod nonnulli Principes Imperii Diplomatibus adhibent. Uſam hoc eſſe & Sereniſſimam ac Potentiſſimam Domum Brunſuico-Luneb., teſtantur ſatis clauſulæ, quæ in quibusdam documentis deprehenduntur: Und haben unſer Majeſtæt Siegel daran zu hængen befohlen, &c.* Illuſtris Domini *Kiliani Schraderi*, Potentiſſimo Electori Brunſuic. & Luneb. à Sanctioribus Juſtitiæ conſiliis, humanitate, transmiſſa mihi eſt copia contractus venditionis, quo Sereniſſimus Dux Brunſuicenſis, *Henricus Senior*, an. 1501, *am Sondaige Vincula S. Petri Apoſtoli*, *Burchardo* Abbati, *Detmaro*, Priori, totique Conventui Cœnobii *Riddagesbuſani*, pro 3029 florenis Rheni, ceſſit *alle Plege, Plichte, und Unplichte, Bede, Afflegør, Denſtfolge, Forderinge, und alle, dat ſine Eldern, und Er, ſuſt lange, und wente an diſſe tbyt, von Plicht, Overnheit, edder Bede wegen*,

gen, an ohn, und dem Cloſter Riddagehuſen, gehaet hebben, in cujus fine legitur: *Dat wy alles, wy vorgeſchreven, vor uns, unſe Erven und Nakommen, gereden und loven, ſtede, Veſte, und unverbroken, by unſen Fürſtliken Ehren, und Truuen, und in Aidesſtatt, wol tho holdende, hebben, des tho Urkunde, unſe Fürſtlike Majeſteten Ingeſegull an düſſen Breve wittliken doien hengen, &c.* Illuſtris & Generoſiſſ. Dn. *Joachimus Wernerus* de *Bülow*, Dynaſta in *Gudow*, & Dicaſterii Ducatus Lauenburgici, quod Razeburgi eſt, Præſes, communicavit mihi literas Celſiſſimorum, *Magni & Balthaſaris*, Fratrum, *Megapolitanorum* Ducum, ſub dato: *Swerin, am Dage Lucie Virginis, nach Chriſti Geborth, Verteynhundert, darnach im Soß unde Negentigeſten Iare*, quibus *Stephano de Bülow*, Dynaſtæ in *Wenynghem*, expectantiam in omnia bona feudalia *Henrici Smekeri* largitur, ita ſubſcriptas: *To Orkunde deſſen aller upgeſchrevener Artickel hebben wy, upgedachten Fürſten, to mehrer und groter Vorſekeringe, Unſer beyder Majeſteten Ingeſigell, mit Witſchop, an deſſen unſen Brief dhon hengen. Die gegeven und geſchreven is to Swerin, &c.*; ut & alias, de an. 1500, quibus eidem *Stephano Bülovio*, &, in caſum deficientis maſculæ prolis, ejus fratribus, *Hartwico, Johanni & Andreæ*, expectantiam in Feudum *Wuſtenfeld*, à dicto *Henrico Smekero* poſſeſſum, reſp. confirmat, & recens concedit, ubi: *Des to Orkunde und mehrer Sekerheit hebben wy, upgemeldten Fürſten, eyn Iclliker Syn Majeſtæten Ingeſeghel, mit Witſcop, to Ende diſet Breves, witliken lathen hengen .... Geſchen und gegeven to Swerin, na Godes Geborth, Veſſteynhundert, am Dage Circumciſionis Domini, &c.* Cum anno 1688 Potentiſſimus Elector Brandenburgicus Miniſtros ad Comitia Ratisbonam ablegaret, cum *plenipotentia*, Bulla majori roborata, additaque formula: *Mit Unſerm Churfürſtlichen Majeſtæt Inſiegel*; Directorium Moguntinum noluit diploma admittere. *Wie aber* Brandenburgenſes *dem Chur-Maintziſchen* Directorio repræſentirt *haben, daß dieſes* Formular *zu ſchreiben, bey ſothanen groſen Inſiegel, in der Chur-Brandenburgiſchen Cantzley zu gebrauchen, jedesmahl wære üblich geweſen, hat es* Moguntinus *dabey bewenden laſſen.* Hæc ex Protocollo. Anno 1590, 10 Mart., pergit Protocollum: *Bevor wir aber auseinander giengen, führte mich der Chur-Sachſiſche in die Churfürſtliche Stube, und zeigte mir alda das* Decretum Electionis Regis Romanorum, *ſo auf* Perganen, in *groß* Folio, *geſchrieben, mit einer dicken goldenen Schnur durchzogen, und an derſelben die ſæmbtliche Inſiegel der Herrn Churfürſten, ein unter dem andern, hiengen, in ſilbern vergüldeten* Capſuln, *auſſer daß das Kœnigliche Bœmiſche Inſiegel nur eine ſchlechte hœltzerne* Capſul *hatte. Von wegen Chur-Brandenburg hieng das groſſe, ſo genante, Majeſtæts-Inſiegel daran, mit welchem auch des Geſandten Danckelmans, und vorhir, des von Schmettau, Vollmacht ſoll betrückt ſeyn, &c.* Jure ergò Ill. & Conſultiſſ. Dn. *Chriſtianus Thomaſius*, in literis dedicatoriis, an. 1688, diſcurſibus menſtruis præfixis, ad Electorem Saxoniæ ait: *Sondern allezeit dafür gehalten, daß ich die hohe Majeſtæt Dero Durchlauchtigſten Haupts græblich verletzen würde, &c.*; nec minus recte Perilluſtris *Paulus à Fuchs*, Potentiſſimo Electori Brandenburgico à conſiliis Sanctioribus, in Oratione, in ſolenni Inauguratione Univerſitatis Hallenſis, an. 1694, 1 Jul., habita, apud Dn. *Lunigium*, Tom. 2 *Negotiorum Publicorum*, pag. 402: *Repeto Sigilla ab Illuſtriſſimo Comite de Wolffſtein, ut & ea Tibi* (Pro-Rectori, Johanni Wilhelmo Beyero) *tradam. Hiſce omnia decreta, Acta, & Scripta Academica obſignare, ac munire fas eſto. Sed nec illa muta ſunt: Exhibent enim Vobis Sereniſſimum Conditorem, throno Majeſtatis inſidentem, altera manu ſceptrum, quo vos regat, altera gladium, quo defendat, tenentem, &c.* & paulo poſt: *Denique ab Illuſtriſſimis Comitibus de Windiſchgrætz repeto bina, quæ portant, ſceptra, eaque Tibi trado, quæ ſunt vera Majeſtatis, imprimis Brandenburgicæ Inſignia, & quibus Sereniſſimus Conditor participes vos reddere voluit ſummæ, quam à Deo accepit, poteſtatis adminiſtrandi Juſtitiam, &c.* Conf. de hac theſi *Limnæum*, ad Capitulationem *Rudolphi* 2, Art. 32, p. m. 534, &c.; Illuſtr. Dn. *Thomaſium*, Diſſ. *de Juſta Oppoſitione Jurium Majeſtaticorum Superioritatis Territorialis, & Reſervatorum Imperatoriorum*, Hall. 1696, §. 26; Ampliſſ. Dn. *Ockel*, de *Principum Imperii Regali Poſtarum jure*, cap. 1, *t.* 1, pag. 1, & 2, & cap. 4, *t.* 8, pag. 60; Dn. *Raſſow*, l. c.; & quos teſtes nominant. Quæ de comparatione Statuum Imperii cum Statibus Provincialibus, habito reſpectu ad Cæſarem, & Dominos Territoriales, contra Statuum *Majeſtatem* aſſerri ſolent, aut non quadrant, aut plane ſunt abſurda. Ubi terrarum enim tantum poſſunt, comparatè ſaltem, Status Provinciales in Territorio, quantum Status Imperii in Imperio?

(*b*) *DEI GRATIA, &c.* Propriæ poteſtatis hic character eſt, ſoli Deo debitæ. Notanter *Carolus* 2, Auguſtus, in Reſcripto: de *Poteſtate Regia*, ad *Hadrianum* 2, P. R., an. 871, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 200, ait: *Cogitis Nos, indecentibus poteſtati Regiæ literis veſtris inhonoratum, inconvenientibus Epiſcopali modeſtiæ veſtræ mandatis gravatum, contumeliis & opprobriis dehoneſtatum, aliter, quam vellemus, mente pacifica, reſcribere, ut tandem animadvertatis, quamquam perturbationibus humanis obnoxium, in Imagine tamen Dei ambulantem eſſe nos hominem, habere ſenſum, paterna & avita ſucceſſione, Dei gratia Regio*

no-

nomine ac culmine ſublimatum; &, quod bis majus eſt, Chriſtianum, Catholicum, fidei orthodoxæ cultorem, ſacris litteris, ac legibus, tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus, ab infantia eruditum, &c. Et *Fridericus I*, in Edicto, de *Juribus & Dignitate Imperii*, an. 1157, ap. *Goldaſtum*, T. 1 *Conſtit. Imp.*, p. 263: *Cum Divina potentia, à qua omnis poteſtas in Cælo & in Terra, Nobis, Chriſto Ejus, Regnum & Imperium regendum commiſerit, &c.* Multa de hoc Titulo, hodie curiali, collegerunt *Limnæus*, lib. IV *Jur. Publ.*, Cap. VI, §. 15, &c., pag. 55, &c.; *Rumelinus*, ad A. B., Diſſert. 1, *th.* 4, p. 15, &c., & ibi *Mylerus*, in *Additionibus*, p. 17, &c.; Dn. *Beemannus*, de *Dignitatib. Illuſtr.*, Diſſ. 1, cap. 3, §. 7, pag. 59, &c.; Ill. Dn. de *Lyncker*, Diſſ. de *Libertate Statuum Imperii*, Sect. 1, §. 3, p. 19, &c.; Dn. *Fridericus Geisler*, Diſſ. de Titulo: *Nos, Dei Gratia*; Dn. *Engelbrecht*, de *Jure Diplomatum*, cap. 4, §. 6, pag. 65, &c.; Author Epiſt. 227, *des Neubeſtelten* Agenten *von Haus aus*, *Zweyte* Fonction, *dritte* Depeche, pag. 201, &c. *Maderus*, in *Chronico Montis Sereni*, pag. 269, profert fundationem Monaſterii Wiſſenburgenſis, an. 624, ubi: *Dagobertus, Divina favente Clementia, Francorum Rex, &c.* Occidentalium Saxonum Regem, *Inam*, eodem ferè titulo, circa annum 720, fuiſſe uſum, docet Ejus Conſtitutio prima: *Ic Ine, mit Godes Gyf, Weſt Seaxna cyning, &c.* i. e. *Ego Inas, Dei dono, Occidentalium Saxonum Rex, &c.* Vid. Dn. *Schilter*, Tom. 1 *Jur. Publ.*, lib. 1, Tit. 14, ſ. 9, pag. 135. Sic & *Kinewulfus*, *Kenulphus*, ſeu *Kemulphus*, Merciorum, ſeu eorundem Saxonum Rex, in literis ad *Leonem III*, P. R., an. 796, apud *Wilhelmum Malmesburienſem*, de *Geſtis Anglorum*, lib. 1, ſ. 30, & *Baronium*, Tom. IX *Annal.*, ad h. a., §. 18, & 19, p. 517: *Kenulfus, Gratia Dei, Rex Merciorum, &c.* & poſtea: *Sed modo Ego, Kemulphus, Gratia Dei, Rex, Excellentiam Tuam humilis exoro, &c.* De Francorum Regibus inquit *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 2, Cap. 3, §. 6, pag. 71: *Pippinus ſiquidem; etſi veterem præcedentium Regum inſcriptionem ut plurimum retinuerit, quandoque tamen addidit: Gratia Dei, propterea, quod extraordinario modo pervenerat ad Regnum, &c.* Spectat huc Ejus præceptum, de an. 767, apud eundem, lib. 6, pag. 495: *Quia, per Dei miſericordiam, Regna Terræ gubernare videmur, oportet ea, in Dei nomine, indeſinenter perpendere, &c.* Conf. Ejusd. Epiſtola, quæ inter *Bonifacianas* eſt nonageſima ſexta, ibid., lib. 2, Cap. 3, p. 71: *Pipinus, Gratia Dei, Francorum Vir Illuſtris, Domino S. Patri Lullo, &c.*; nec non diploma, Eccleſiæ Trevirenſi datum, ibid: *In nomine Dei æterni, & Salvatoris Noſtri, Jeſu Chriſti, Pippinus, Divina ordinante Providentia, Rex Francorum, &c.* Filium Ejus, *Carolum Magnum*, idem additamentum adhibuiſſe, obſervavit Dn. *Mabillon*, l. c., lib. 2, Cap. 3, pag. 72 ajens: *A priſco etiam ritu non receſſit Carolus Magnus, qui, Patris exemplum imitatus, additamento: Gratia Dei, ferè perpetuo uſus eſt, &c.* Vid. Ejus Dipl., an. 794 Monaſterio S. *Emerani* Ratisbonæ conceſſum, ap. *Hundium*, part. 1 *Metrop.*, p. 223, & *Aventinum*, lib. 4 *Annal. Boicor.*, p. 241: *Karolus, Dei Gratia, Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, &c.* add. Dn. *Tolneri Hiſtoria Palatina*, part. 2, p. 5, Dipl. 3, & 4. Plura dixi ad præced. §. 5, lit. a, v. 29, pag. 354. De *Ludovico Pio* idem multa teſtantur Diplomata, in *Goldaſti Conſtitutionibus Imperialibus*; In primis Ei placuit formula: *In Nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri, Jeſu Chriſti, Hludovicus, Divina ordinante Providentia, Imperator Auguſtus, &c.* vid. *Mabillon*, part. 1 *Actorum SS. Benedictinorum Seculi IV*, p. 220, 221, 524, & Dn. *Tenzel*, *in Vindiciis Conringianæ Cenſuræ de Diplomate Lindavienſi*, Append. 1, p. 2, 4, 5, 8, 12, 13, 15, 20, 21, & Append. 2, pag. 46, 47, 49, 50, 51, 52, 54, 55, 56, 66, & 67; Modo hæc: *Divina favente & propitiante Clementia*, ut an. 834, ap. *Lindenbrogium*, de *Reb. Septentr.*, pag. 125; Nonnunquam hæc: *Divina Ordinante Clementia*, vid. Ejus Dipl. an. 823, pro Monaſterio Corbejenſi, ap. *Mabillon*, de *Re Dipl.*, lib. 6, p. 514; modo hæc: *Divina propitiante Clementia*; vid. Dipl. an. 834, ap. *Mabillonium*. part. 2 *Actor. SS. Benedict. Seculi IV*, fol. 121; modo hæc: *Divina repropitiante Clementia, &c.* Vid. Diplom. an. 835, l. c., fol. 576; & de *Re Diplomat.*, lib. 6, p. 525, & 613; Aliud, an. 836, ap. *Baluzium*, lib. 3. *Miſcellan.*, pag. 34; Aliud, an. 838, l. c., pag. 96, 103, & 155; Aliud, an. 839, l. c., pag. 171; Aliud, an. 840, l. c., p. 176, &c. Conf. *Tenzelius*, l. c., Append. 2, p. 58, 59, 60, 62, 63, & 65; Modo: *Divina ordinante Providentia*, ap. Dn. *Tolnerum*, l. c., §. 5, pag. 6; Modo: *Divina repropitiante Gratia, &c.* Vid. Dipl., an. eod., apud *Mabillon*, de *Re Diplom.*, lib. 6, p. 522; Modo: *Divina ordinante Gratia, &c.* Vid. Dipl., an. 823, *Reginerio*, Patavienſi Epiſcopo, datum, apud *Aventinum*, lib. 4, p. 249. Sic & *Lotharius*, ap. *Mabillon*, de *Re Dipl.*, lib. 6, p. 516; *Simonem Rettenbacherum*, lib. 1 *Annal. Cremiſanenſium*, Cap. 9; & *Tenzelium*, l. c., pag. 12, & Append. 2, p. 54; Idem: *Divina præveniente Clementia*; ap. *Tolnerum*, l. c., §. 8, p. 8.

Ludovicus Germanicus, in Dipl., an. 853 Monaſterio Corbejenſi dato, ap. *Mabillon*, ex *Actis Sanctorum Benedict. Sec.* 4, part. 1, fol. 26, & *Tenzelium*, l. c., pag. 39: *Divina favente Gratia Rex, &c.*; & in Reſcripto an. 860, ap. *Goldaſtum*, l. c., Tom. 2, p. 25: *Hludovicus magnus, & Lotharius, Divina præveniente Gratia, Reges, &c.* Add. Decretum an. 863, l. c., Tom. 3, p. 283.

De *Carolo Calvo* habes Edictum an. 856, de Raptoribus, apud *Goldaſtum*, l. c., T. 3, p. 276; ibi: *Carolus, Dei Gratia, Rex Illuſtris, &c.* add. Ejusdem Præceptum an. 863, l. c., Tom. 3, pag. 285; & Reſcr. an. 871, ibid., Tom. 1, pag. 200; ut & Dipl. an. 877, ap. *Ma-*

billon, de *Re Diplom.*, pag. 404, & *Tenzelium*, l. c., Append. I, p. 42, ubi: *Dei omnipotentis Miſericordia Imperator, &c.*

Ludovicus 2, Imp., in Reſcripto ad *Baſilium*, Imp. Græcum, an. 871, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, pag. 195: *Ludovicus*, *Divina Ordinante providentia Imperator, &c.*

Hludovicus, *Divina favente Gratia*, *Rex*, (Germaniæ) an. 882; Dn. *Tolnerus*, l. c., §. 12, pag. 10.

Lotharius 2, Rex Auſtraſiæ, in Reſcripto ad *Nicolaum*, P. R., ap. *Goldaſtum*, l. c., Tom. 3, p. 286: *Hlotharius*, *Divina præveniente Clementia Rex, &c.*

Carolus Craſſus, in Dipl. Parthenoni Heriſienſi dato, an. 887, in Celſ. *Fürſtenbergii Monumentis Paderbornenſibus*, pag. 263: *Karolus*, *Divina favente Gratia*, *Sereniſſimus Imperator Auguſtus, &c.* Conf. Dn. *Tolner*, l. c., §. 13, p. 11.

Arnolphus, in Confirmatione Contractus Concambialis cum Eccleſia, ap. *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, pag. 209: *Arnulphus*, *Divina favente Clementia*, *Imperator, &c.*

Zuendeboldus, Rex Lotharingiæ, in Decreto, an. 898, ibid., pag. 209: *Divina Providentia Rex, &c.* Conf. Celſiſſ. *Fürſtenbergium*, l. c., pag. 45, ubi: *Zuendeboldus*, *Miſericordia Dei Rex, &c.*

Ludovicus IV, Rex Germaniæ, in Edicto, an. 906, apud *Goldaſtum*, l. c., Tom. 3, p. 300: *Divina favente Gratia Rex, &c.*

Conradus I, Rex German., an. 912, apud Dn. *Tolnerum*, l. c., §. 16, pag. 12: *Divina ordinante Providentia Rex, &c.*; & in Confirmatione concambii cujusdam, ap. *Goldaſtum*, l. c., T. 1, p. 210: *Chuonradus*, *Dei Gratia*, *Rex, &c.*

Henricus Auceps, *Divina favente Clementia Rex*, an. 935, ap. *Maderum*, in append. ad *Adamum Bremenſ.*, p. 204, *Lindenbrogium*, *Script. Septentr.*, p. 129. Idem an. 929, apud *Maderum*, *de Antiquit. Brunſuic.*, p. 102, ubi: *Henricus*, *Divina favente Clementia*, *Rex, &c.*

Otto Magnus, Imp., in Dipl. an. 937, ap. *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 104; *Goldaſtum*, l. c., Tom. 2, pag. 42; *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 739; *Lindenbrogium*, l. c., pag. 130; & *Sagittarium*, in *Antiquit Magdeburg.*, §. 49, p. 21: *Divina favente Clementia*, *Rex, &c.* It. an. 940, ap. *Meibomium*, l. c., p. 742; an. 941, apud *Sagittarium*, l. c., §. 52, pag. 23; an. 946, l. c., §. 53, p. 25; an. 952, apud *Maderum*, p. 107; an. 959. ap. *Sagittarium*, l. c., §. 69, p. 36; an. 963; *Meibom.*, l. c., p. 747; an. 965, addito *Imperatoris* vocabulo, l. c., p. 749; & *Sagittar.*, l. c., §. 84, pag. 48; an. 966; *Meibom.*, l. c., pag. 750; *Sagittar.*, §. 85, p. 50, §. 88, p. 53, & §. 89, pag. 54; an. 967; *Sagittar.*, §. 90, pag. 55, & §. 91, pag. 83; an. 968; l. c., §. 116, pag. 88, & 89; & *Meibom.*, p. 752, & 753; an. 970; *Sagittar.*, §. 122, p. 92, §. 124, pag. 95, & §. 126, pag. 97; Plura vide apud *Maderum*, de *Antiquitatibus Brunſuic.*, p. 185, &c.; *Schatenum*, in *Annalibus Baderbornenſ.*, paſſim; *Tolnerum*, l. c., §. 24, p. 19; vel: *Divina providente Clementia*, ut an. 970, apud *Sagittar.*, l. c., §. 125, pag. 96; vel: *Dei favente Clementia*, ut, an. 952; *Meibom.*, l. c., pag. 744; *Divina opitulante Clementia*, an. 937, l. c., pag. 740; *Divina propitiante Clementia*, an. 941, l. c., p. 742, & an. 961, p. 745; *Divina auxiliante Clementia*, an. 965, l. c., pag. 748; & Dn. *Tolnerus*, l. c., §. 17, p. 13; *Divina Clementia*, an. 946; *Meibom.*, l. c., pag. 743; *Divina ordinante Providentia*, an. 967, l. c., p. 751; *Divino nutu*, an. 968; *Goldaſt.*, l. c., Tom. 1, p. 225; *Dei Gratia*, an. 944; *Sagittar.*, l. c., §. 53, pag. 24; an. 952; *Meibom.*, l. c., pag. 744; an. 961; *Sagittar.*, §. 72, & 75, p. 38, & 41; an. 962; *Goldaſt.*, l. c., Tom. 2, p. 44; an. 963; *Meibom.*, l. c., p. 747; an. 969; *Sagittar.*, l. c., §. 21, p. 92; *Divina favente Gratia*, an. 937; *Meibom.*, l. c., pag. 741; an. 953; *Sagittar.*, l. c., §. 58, p. 29; an. 970, l. c., §. 123, pag. 94; an. 971, pag. 98; aliaque multa in *Schateni Annalibus Paderbornenſibus*.

Otto 2, *Divina annuente Clementia*, *Rex*, An. 964, apud *Maderum*, l. c., p. 111; Id: *Divina favente Clementia Imperator*, an. 974, ibid., pag. 113; & an. 981, l. c., pag. 115, & 196; Id: *Dei Gratia*, *Romanorum Rex*, an. 978, ap. *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, p. 225; *Meibom.*, l. c., Tom. 2, pag. 426.

Otto 3, *Divina favente Clementia*, An. 989; *Maderus*, l. c., pag. 199; & an. 995, pag. 203; & an. 1002, p. 205; Id: *Superna favente Clementia Imperator, &c.*, an. 1001; *Monumenta Paderborn. Fürſtenberg.*, p. 235; *Meibom.*, l. c., pag. 427.

Henricus Sanctus, *Divina Clementia*, *Rex*, an. 1003; *Maderus*, l. c., pag. 207; *Divina favente Clementia*, an. 1004, l. c., p. 209; & an. 1023; *Goldaſt.*, l. c., Tom. 2, pag. 46; & Dn. *Tolnerus*, l. c., §. 18, pag. 14, & §. 26, an. 1012, pag. 21; & an. 1023, l. c., §. 27, pag. 22; *Superna favente Clementia*; *Monument. Paderborn.* cit., p. 236; *Dei Gratia*, an. 1014; *Goldaſt.*, l. c., Tom. 1, p. 227; Dn. *Tolnerus*, l. c., an. 1014, §. 28, pag. 24; *Divina Gratia*, an. 1021; *Monument. Paderborn.*, pag. 160.

Conradus Salicus, *Divina favente Clementia*, an. 1025; *Mader.*, l. c., p. 214; & an. 1029; *Meibom.*, l. c., Tom. 2, pag. 428. Plura *Schatenus*, l. c.

Henricus III, *Divina favente Clementia*, *Romanorum Imperator*, an. 1049; *Heineccius*, *Antiquit. Goſlarienſ.*

manſ., lib. 1, pag. 47; Id. an. 1052, l. c., pag. 58; an. 1053, l. c., pag. 59; an. 1055, l. c., pag. 61; Conf. Dn. Schatenus, l. c.; Dn. *Tolnerus*, l. c., an. 1051, §. 29, p. 25. *Henricus IV* plerumque formulam adhibuit: *Dei Gratia*; vid. *Goldaſt.*, l. c., Tom. 1, pag. 231 ad 235; It. 242, 243, 249, & 251; Id: *Divina favente Clementia*, an. 1062; *Heineccius*, l. c., pag. 69; an. 1063, l. c., pag. 74; an. 1069, l. c., pag. 82; an. 1083, l. c., p. 86; an. 1086, l. c., pag. 99; Id: *Pia Dei ordinatione*, an. 1080; *Goldaſt.*, l. c., Tom. 1, pag 241; de aliis, ut & reliquorum Imperatorum Diplomatibus conſulas *Goldaſti Conſtitutiones* laudatas; *Maderi Chronico Montis Sereni, & Antiquitatibus Brunſuic.* annexa Diplomata; *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*; Chronicon Epiſcoporum *Mindenſium*, apud *Piſtorium*; *Privilegia Eccleſiæ Hamburgenſis*, apud *Lindenbrogium*; *Eckſtormii Chron. Walckenredenſe*; *Freheri Origines Palatinas*; *Tolneri Codicem Diplomaticum Palatinum*; *Heineccii Antiquitates Goslarienſes*; *Schateni Annales* cit.; *Leuckfeldi Antiquitates Walckenredenſes*; aliosque multos.

(2) Quo tempore Status Imperii additamentum hoc adhibere cœperint, incertum eſt. *Wimphelingius*, in *Catalogo Epiſcoporum Argentinenſium*, pag. 44, ait: *Argentinenſes Epiſcopi, qui ab exordio, ad hæc uſque tempora, floruerunt, ſeptem & quadraginta, alium ſibi titulum non deſumſerunt, niſi ſub hac humili forma: Ego N. Divina favente Clementia, Argentinenſis Eccleſiæ Paſtor indignus, &c.* Cœpiſſe autem hos Epiſcopos jam Seculo IV, ſeq. Tit. XV dicetur. *Lehmannus*, lib. 3 *Chron. Spir.*, cap. 15, pag. 221, meminit Chartæ *Dagoberti*, Francorum Regis, Trevirenſi Eccleſiæ an. 623 datæ, in qua occurrit: *Cunibertus, Gratia Dei, Colonienſis Epiſcopus, &c.*

Seculo IX noti ſunt *Aldfridus* Monaſterienſis, ſub *Carolo Magno*, ap. *Bucelinum*, in *Germania Sacra*, voc: *Werthinenſes Abbates*, pag. 308: *In Chriſto Patri, Aldfrido, Gratia Dei, Epiſcopo, Ego Gunthardus, &c.*; *Anſfridus*, C. P., ſub *Lothario*, Imp., apud *Freherum*, *Orig. Palat.*, part. 1, pag. 175: *Ego, in Dei nomine Anſfrid, Dei Gratia, Comes, &c.*; & in alio Diplomate, l. c., pag. 176: *Anſfridus, Gratia Dei Comes, &c.*; conf. Ampl. Dn. *Tolnerum*, part. 2 *Hiſt. Palat.*, §. 10, p. 9; *Thiotrochus, Gratia Dei humilis Abbas*; ibid., §. 11, p. 9, *Freheri Orig. Palat.*, p. m. 177; *Willibertus, Gratia Dei Archi-Epiſcopus Colonienſis*, an. 875, vid. *Bucelinus*, l. c., pag. 309; *Johannes Epiſcopus, Gratia Dei, Abbas S. Galli*; ap. *Goldaſt.*, T. 2 *Antiquitatum Alamannicarum*, §. 69, p. 48; *Divina largiente Clementia, Crimaldus Cœnobii S. Galli Abba, &c.* l. c., §. 70; *Chriſti diſponente Providentia, Grimaldus Abba, &c.* l. c., §. 71, p. 49; *Chriſti favente Clementia*, idem, l. c. §. 72; *Chriſti favente Gratia, Hartmotus Abba*, l. c., §. 74, p. 50; *Chriſti favente Clementia, Salomon Abba, &c.*, l. c., §. 75, &c.; *Alfridus, D. G. Sanctæ Hildeſemenſis Eccleſiæ qualiscunque dictus Epiſcopus*, an. 872, apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Gandersheimenſ.*, cap. 25, pag. 285.

Seculo X Hatto I, Præſul Moguntinus, Fundationem quandam Abbatiæ Fuldenſi factam, anno 910, ita ſubſcripſit: *Ego, Dei nomine, Hatto, Archi-Epiſcopus & Cancellarius, has literas, juſſu meo ſcriptas, recognovi, & manu propria ſubſcripſi.* Vid. *Brower*, *Antiquit. Fuldenſ.*, lib. 3, cap. 16; Similiter exhibet *Andreas Hoppenrodius*, in Chronico *Gernrodenſi*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rerum German.*, p. 422, Diploma *Geronis*, an. 964, ubi: Ego Gero, *Divina diſpenſante Gratia, Marchio*; & in Idiom. German: *Eck Marchgreve Gero, von der Gnade Goddes, &c.*; & p. 423: *Ego Marchio Gero, Divina favente Clementia, &c.* De *Hattone2*, Archi-Ep. Moguntino, quem *Bucelinus*, part. 1 *Germaniæ Sacræ*, p. m. 2, anno 969 defunctum ſcribit, loquitur Dipl. apud *Sagittarium*, *Antiquit. Magdeburg.*, §. 114, pag. 86: *Hatto, Divina auxiliante Clementia, S. Mogonciacenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, &c.* Circa annum 977 *Ottonem*, Wasgoviæ Ducem, itidem *Dei Gratia* titulo uſum eſſe, monet Dn. Auctor noſter, ſeq. lib. 3, Tit. 13, §. 6.

Seculo XI floruit *Adelboldus, Dei ſolummodo Gratia S. Trajectenſis Eccleſiæ Præſul*; Ita ejus Diploma, datum in *Talpiaco* Caſtro, an. 1021, 4 Non. Januar., de Vaſallis dictæ Eccleſiæ, quod poſſideo; *Ugo, Dei Gratia Abbas Laureshamenſis*, anno 1026; Dn. *Tolner*, l. c., §. 19, p. 15, *Freherus*, *Orig. Palat.*, p. m. 176; *Dei Gratia, Wolphelmus Abbas Braunwilerenſis*, ap. *Surium*, 22 April., in Ejus Vita, cap. 6, pag. 266; nec non *Bruno, annuente Divina Gratia, Wirtzburgenſis Epiſcopus*, anno 1036; *Schaten*, *Annal. Paderbornenſ.*, lib. 6, pag. 508; *Rotho, Dei Gratia, Patherbrunnenſis Eccleſiæ Epiſcopus*, anno 1038, ibid., p. 512, & an. 1048, pag. 533; *Immadus, Dei Gratia, Paderbrunnenſis Eccleſiæ humilis Miniſter*, an. 1052, l. c., pag. 540, an. 1056, pag. 548, & an. 1058, pag. 552; *Anno2, Divina præſtante miſericordia, Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus*; an. 1057, Dn. *Tolnerus*, l. c., §. 33, p. 29; *Ethelo, Hildeneshe:menſis, Dei Gratia, Epiſcopus*, anno 1064; *Leuckfeld*, *Antiq. Walckenred.*, cap. 10, §. 6, pag. 119; *Heineccii Antiquit. Goslar.*, lib. 1, p. 75; *Liemarus. Dei Gratia, Bremenſis Archi-Epiſc.*, an. 1088; *Lindenbrog.*, *Diplom. Hamburg. Eccleſ.*, §. 33,

pag.

p. 146, & §. 34, p. 147; *Henricus, Dei Gratia, Paderbornenſis Eccleſiæ Epiſcopus*, an. 1093; *Schaten*, l. c., lib. 7, pag. 633, &c.; *Ruothardus, Dei Gratia, S. Moguntinenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus*, an. eod., l. c., p. 634; *Ego Sifridus, Gratia Dei, Comes Palatinus*, idem circa tempus, ap. Dn. *Tolnerum*, l. c., §. 38, p. 33; *Rupertus, Dei Gratia, Babebergenſis Epiſcopus*; Vid. *Gretſer, de Divis Bamberg.*, §. 13, p. 466, & §. 16, pag. 468; *Anshelmus, D. G. Laureshamenſis Eccleſiæ Abbas*, an. 1094; Dn. *Tolner*, l. c., §. 20, p. 15.

Seculo XII ſe ſiſtunt: *Rothardus, Dei Gratia, S. Moguntienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus*, an. 1105, apud Dn. *Leuckfeld*, l. c., cap. 13, lit. t, pag. 251; *Fridericus, Dei Gratia, Hammaburgenſis Eccleſiæ Antiſtes*, anno 1106; *Diplom. Hamburg. Eccleſiæ*, apud *Lindenbrogium*, §. 35, p. 148, & an. 1110, §. 36, pag. 149; *Udo, Dei Gracia, Hildenesheimenſis Epiſcopus*, anno 1108; *Heineccius*, l. c., pag. 110; *Reinhardus, D. G. Halberſtadenſis Epiſcopus*, anno eodem; Dn. *Leuckfeld.*, *Antiqu. Blanckenburg.*, p. 24, & ad an. 1120, pag. 29; *Ego Berta, D. G. Gandersheimenſis Eccleſiæ Abbatiſſa*, anno 1127; Idem, *Antiqu. Gandesheim.*, cap. 20, pag. 176; *Henricus Niger*, Dux Bavar., in charta Donationis, an. 1125, apud *Aventinum*, lib. 6 *Annal. Boicor.*, ad h. a.; ibi: *Hainricus, Divina favente Clementia, Dux Bavariorum, conſenſu Vulfhyldæ uxoris .... Actum Ranneshoven, anno Chriſti* 1125; & poſtea: *Hainricus Dei Gratia Dux Bavariæ, &c.*; Sic: *Ego Wilhelmus, Dei Gratia Palatinus Comes*, an. 1136, apud Dn. *Tolnerum*, l. c., §. 40, pag. 35; *Bernardus, Divina favente Clementia, Paderbornenſis Epiſcopus, &c.*, an. 1128; *Schaten*, l. c., lib. 8, p. 717; an. 1129, pag. 722, & an. 1136, pag. 742; & *Fürſtenberg.*, *Monum. Paderborn.*, pag. 188; cujus ſucceſſores omnes eandem formulam, vel æquivalentem retinuerunt; hinc ſtudio eos tranſeo; *Bartoldus, Dei Gratia, Hildenesheimenſis Epiſcopus*, an. 1128; *Heineccius*, l. c., lib. 2, pag. 123; *Bernardus, Dei Gratia, Hildenesheimenſis Eccleſiæ Epiſcopus*, an. 1131, l. c., pag. 134; & an. 1133, l. c., p. 136, & 138; & an. 1134, apud *Leuckfeldum*, *Antiquit. Gandesheim.*, cap. 20, p. 164; *Ego Adelbertus, Dei Gratia, Moguntinus Archi-Epiſcopus, &c.*, an. 1139, ap. Dn. *Leuckfeld*, *Antiq. Walckenred.*, l. c., lit. u, pag. 153; conf. *Gretſer*, l. c., §. 16, p. 468; §. 17, p. 469; §. 23, pag. 478; & §. 27, pag. 484, *Thitmarus, Divina favente Clementia, Fardenſis Eccleſiæ Epiſcopus, &c.* Vid. Dn. *Schlöpke*, *Chron. Bardovic.*, P. 1, cap. 13, §. 7, & 8, pag. 177, & §. 15, ad annum 1142, p. 181; *Diemo, Laurishamenſis, Dei Gratia, Abbas*, an. 1130; Dn. *Tolner*, l. c., §. 22, p. 17; *Athelbero, Dei Gratia, Hammaburgenſis Archi-Epiſcopus*, an. 1136, ap. *Lindenbrogium*, l. c., §. 40, p. 151; conf. l. c., an. 1141, §. 41; an. 1143, §. 43, pag. 153; an. 1144, §. 44, pag. 154; & an. 1146, §. 46, pag. 156, ubi: *Athelbero, Hammaburgenſis, ſeu Bremenſis Eccleſiæ, Deo propiciante, vocatus Archi-Epiſcopus, &c.*; Sic *Gerhardus, D. G. Montis S. Gregorii Præpoſitus*, an. 1142; *Heineccius*, l. c., pag. 126; *Adelbertus, Divina favente Clementia, Brandenburgenſis Marchio, &c.* & mox: *Ego, Adelbertus, D. G. Brandenburgenſis Marchio, &c.* ita donationis Charta, Veteris Marchiæ, quam teneo, factæ *in Magdeburg, Rege Conrado regnante, & Friderico Archi-Epiſcopo Magdeburgenſi Eccleſiæ præſidente*: adeoque intra annos 1143, & 1152; Meminit hujus Chartæ Dn. D. *Mullerus vom Memorien-Recht*, pag. 2, §. 8; *Luitgardis, D. G. Gandrisheimenſis Eccleſiæ Abbatiſſa*, an. 1148, apud D. *Leuckfeldum*, *Antiq. Gandesheim.*, cap. 25, pag. 297; *Hartwicus, Deo donante, Bremenſis, ſeu Hammaburgenſis Archi-Epiſcopus*, an. 1149; *Lindenbrog.*, l. c., §. 48, pag. 157; *Heinricus Dei Gratia, Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopus*, an. 1151; vid. *Robertus Kolb*, part. 2 *Aquilæ certantis*, §. 1 Documentorum; *Heinricus, Divina favente Clementia, Dux Saxoniæ & Bawariæ*, an. 1154: *Heineccius*, l. c., p. 149; *Rainoldus, D. G. Majoris Eccleſiæ in Hildenesheim Præpoſitus, &c.*, an. 1155, l. c., pag. 156; *Bruno, D. G. Hildenesheimenſis Epiſcopus*, an. 1157, l. c., pag. 158; & an. 1159, pag. 161; *Conradus, D. G. Patavienſis Epiſcopus*, apud *Gretſerum*, l. c., §. 35, pag. 492; & §. 43, pag. 499; *Eberhardus, Gratia Dei, Saltzburgenſis Archi-Epiſcopus*, qui obiit circa an. 1164, ibid., §. 33, pag. 490, & §. 34, pag. 491; *Adelbogus, D. G. Goslarienſis Eccleſiæ Præpoſitus, &c.*, an. 1164; *Heineccius*, l. c., pag. 166; *Breno, D. G. Hildenesheimenſis Epiſcopus, &c.*, an. 1166, apud *Leuckfeld.*, *Antiquit. Walckenred.*, l. c., cap. 10, pag. 122; *Hermannus, Divinæ ordinationis munimine, Hildeneſemenſis Epiſcopus, &c.*, an. 1169; *Heineccius*, l. c., pag. 157; *Hermannus, Divina favente Clementia, Sanctæ Verdenſis Eccleſiæ humilis Miniſter*, an. 1158, in Privilegio Decanatus Bardewicenſis, apud Dn. *Schlöpke*, l. c., pag. 185; *Ego Henricus, Dei Gratia, Dux Bawariæ, & Saxoniæ*, an. 1162, in charta, qua, de telonio Lubecenſi, viginti ſeptem marcas in Canonicos Razeburgenſes contulit; Conf. Ejusd. Dipl., anno 1163, apud *Lambecium*, lib. 2 *Rer. Hamburg.*, in mantiſſa Diplomatum, p. 249; ut & an. 1170, quo *Suerinenſem* Epiſcopatum erexit, in *Maderi Antiquitatibus Brunſuic.*, p. 234, & *Privileg. Hamburg. Eccleſ. Lindenbrogii*, §. 59, p. 165; nec non aliud, de an 1172, quo tres lampades, in Eccleſia Dominicæ Reſurrectionis Hieroſolymis perpetuo ardentes, conſtituit, apud *Maderum*, l. c., pag. 123; *Eberhardus, Dei Gratia, Bambergenſis Epiſcopus*, in fundatione Monaſterii Aſpachienſis, an. 1164; *Hundii Metrop. Salisburg.*, part. 2, pag. 111; *Adelbogus, Dei*

Gra-

Gratia, Hildeneſheimenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ann. 1171, apud *Heineccium*, l. c., pag. 170, & *Leuckfeld*, l. c., p. 125; Idem an. 1173, apud *Heineccium*, l. c., pag. 172; & an. 1178, l. c., pag. 176; & an. 1181, l. c., p. 180; *Eberhardus, Dei Gratia, Babebergenſis Eccleſiæ humilis Miniſter*; Vid. *Gretſerus*, l. c., §. 29, p. 486, §. 37, 38, 40, & 41, pag. 493 ad 496; *Ego Baldewinus, Gratia Dei, Bremenſis Archi-Epiſcopus*, an. 1174, in diplomate, quo decimam *Dammeſtet*, Fratribus novi Monaſterii oblatam, ratihabet; Vid. *Lindenbrog.*, l. c., §. 60, pag. 166; *Ego Hubelbertus, Dei Gratia, Havelbergenſis Eccleſiæ Epiſcopus*, ann. 1186, in charta permutationis Bonorum quorundam, cum *Ottone*, Marchione Brandenb., ejusque fratre, *Henrico* Comite; *Adelheidis, Divina favente Clementia Ganderſemenſis Eccleſiæ Abbatiſſa*, an. 1188, apud Dn. *Leuckfeldium*, *Antiquit. Gandersheim.*, cap. 25, p. 304; *Philippus, Divina Diſpenſatione, ſacræ Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus*, an. 1189; Dn. *Tolner*, l. c., §. 66, p. 58; *Nos Conradus, D. G. Comes Palatinus Rheni, &c.*, anno 1190; Dn. *Tolnerus*, l. c., §. 65, pag. 58; *Adolphus, Dei Gratia, Comes Holzatiæ, & de Schouwenborch*, an. 1190, apud *Lambecium*, lib. 2 *Rer. Hamburg.*, p. m. 3; *Berno, Dei Gratia, Hildeneſheimenſis Epiſcopus*, an. 1191, apud *Leuckfeld.*, *Antiq. Walckenred.*, l. c., pag. 128; & *Heineccium*, l. c., pag. 192; &c.; *Conradus, D. G. Sabienſis Epiſcopus, & Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopus*, an. 1193; apud *Leuckfeld.*, *Antiqu. Walckenred.*, cap. 13, lit. ddd, p. 213; *Ego Tamno, Gratia Dei, Verdenſis Epiſcopus*, an. 1193, apud Dn. *Schlæpke*, l. c., part. 2, cap. 1, §. 3, p. 222; *Henricus, Dei Gratia, Dux & Comes Palatinus Rheni*, an. 1197, apud *Eckſtormium*, l. c., pag. 57, & Dn. *Tolnerum*, l. c., §. 68, pag. 59, & Dn. Rethmeierum, in Antiquitatibus Brunſuicenſibus, Append. ad C. VI, §. 1, pag. 57; *Gardolfus, D. G. Halberſtadenſis Epiſcopus*, an. 1197; Dn. *Leuckfeld. Antiqu. Blanckenburg.*, pag 43, lit. hhhhh. Ulterius non progrediar, exemplis paſſim obviis. Id duntaxat adhuc notandum, *Ottocarum*, Bohemiæ Regem, præſtito *Rudolpho* Imp. homagio, ſe quandoque ſcripſiſſe: *Dei & Imperatoris Gratia.* Vid. *Chronica Auſtralis Freheri*, Tom. 1, p. 329, ad annum 1278; *Megiſerus*, lib. 8 *Annal. Carinth.*, cap. 37, pag. 898; de *Bertholdo*, Zæringiæ Duce, idem docet Dn. Auctor, ſeq. lib. 3, Tit. 13, §. 8.

(3) Sæpius Præſules formulas, magnam humilitatem præ ſe ferentes, adhibuerunt; v. g. *Berarius*, Cenomannicæ Eccleſiæ Præſul, ſub *Childeberto*, Francorum Rege, in Teſtamento, quo Eccleſiæ ſuæ Monaſteriolum *Caledon* reliquit, apud *Mabillon*, Tom. 3 *Analectorum*, pag. 213, ubi: *Cum, Divinitate propitia, Dono Dei, ac ſi indignus, Ego Berarius vocor Epiſcopus, &c.* Sic *Perpetuus* Turonenſis, Sec. V, apud eundem, lib. 2, de *Re Diplom.*, cap. 2, p. 67: *Ego Perpetuus, peccator*, &c.; & *Martialis* Lemovicenſis, in literis ad Burdigalenſes, in *Monumentis Patrum Orthodoxographis*, Edit. Baſil., an. 1569: *Martialis, Servus Dei, & Apoſtolus Jeſu Chriſti, &c.*; & in aliis ad Toloſanos: *Servus Dei, & Apoſtolus Jeſu Chriſti, Martialis Cephas, &c.* Teſtamentum *Bertramni*, Cenomannenſis Epiſcopi, Sec. VII, incipit: *Bertramnus, etſi indignus peccator, Epiſcopus, &c.* Vid. *Mabillon*, l. c.; add. Epiſtola *Palladii* Autiſſiodorenſis, an. 634, ibid., lib. 6, pag. 465: *Palladius, quamvis peccator & fragilis, S. Autiſſiodorenſis Eccleſiæ Epiſcopus, &c.* In vita *Eddonis*, Epiſcopi Argentoratenſis, apud *Guillimannum*, de *Epiſcopis Argentinenſibus*, extat ejus teſtamentum, ubi: *Ego, Dei nomine, Eddo peccator, per miſericordiam Dei, vocatus Epiſcopus, &c.* Conf. Auctarium Diplomatum Veterum *Lindenbrogii*, §. 82, in Apologia *Ebonis*, Archi-Ep. Remenſis, à *Ludovico Pio* Imp. in exilium pulſi, & à *Lothario* reſtituti, p. m. 183: *Ego Ebo, indignus Epiſcopus, &c.* Literæ *Rathbodi* Trevirenſis, de an. 904, ſic inchoantur: *Rathbodus, S. Trevirenſis Eccleſiæ, ac plebis ipſius humilis famulus, &c.* Vid. *Rixnerus*, de *Communione Laica & peregrina*, Diſſ. poſter., §. 17, pag. 57; addens §. 18, p. 58, alias, de an. 906, quibus tale exordium: *Reverendiſſimo & Sanctiſſimo Rathbodo, Reverendæ & Sanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo, Dado, Wirdunenſis Eccleſiæ devotus gregis Chriſti famulus, &c.* In diplomate Fundationis Cœnobii *Raſtandenſis*, an. 1059, inter Privilegia Eccleſiæ Hamburgenſis, apud *Lindenbrogium*, §. 24, p. 139, occurrit: *Adelbertus ---- Hammaburgenſis Eccleſiæ proviſor indignus*, &c. conf. Ejusd. Diploma an. 1068, l. c., §. 29, p. 143. De aliis modo dictum eſt v. 2. Ineunte Seculo XIII, neſcio, an prius, Epiſcopi, aliique Antiſtites ſe ſcribere cœperunt: *Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia.* Vid. *Friderici* 2 Aur. Bulla, de *Libertate Eccleſiaſtica*, ann. 1213, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſt. Imp.*, pag. 291, ubi: *Ego Conradus, Dei Gratia, & Apoſtolicæ Sedis, Metenſis & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, &c.* *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spirenſ.*, cap. 5, p. 636, exhibet conventionis formulam inter Epiſcopum *Sybotum*, & Civitatem Spirenſem, anno 1303, quæ ſic incipit: *Nos Syboto, Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia, Electus Spirenſis, &c.* *Petrus* Moguntinus, in literis ad futurum Pontificem, de an. 1314, eodem titulo utitur: *Petrus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Sanctæ Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopus, &c.* Vid. ſeq. Tit. 5, §. 11, in vita *Ludovici Bavari*, v. 4; ſic an. 1339, in literis Electoralis Collegii ad *Benedictum XII*, P. R: *Henricus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, &c.*; ibid. ad hunc annum; *Otto, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Hildenſemenſis Eccleſiæ Electus, confirmatus, &c.*, an. 1321, apud Dn. *Rethmeyer*,

meyer, *Antiquit. Brunſwic.*, Append. ad cap. 13, §. 4, p. 129; corrigenda hinc, quæ de *Hildeſienſibus* Epiſcopis Dn. *Meibomius*, in *Chronico Riddagshuſano*, Tom. 3 *Rer. German.*, pag. 371, memor *Henrici*, qui an. 1350 floruit, tradit: *Novo primus omnium Hildeſienſium Epiſcoporum uſus eſt titulo, quo Dei Gratia Papæ æquatur, certè copulatur, hoc modo: Henricus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Hildeſienſis, &c.* Ex *Verdenſibus* Præſulibus reperio *Danielem*, cujus diploma, quo ann. 1353, in craſtino B. *Matthæi* Apoſtoli, Vicarias quasdam Bardevicenſis Eccleſiæ cathedralis confirmavit, hoc modo inchoatur, apud Dn. *Schlœpke*, part. 2 *Chron. Bardewic.*, cap. 2, §. 50, p. 280: *Frater Daniel, Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia, Epiſcopus Verdenſis*, &c. ſic an. 1365 *Gerhardus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Verdenſis*, ibid., §. 54, pag. 282, &c. de cujus Succeſſoribus legas ibid. §. 61, pag. 288, ad annum 1369; & cap. 3, §. 1, ad annum 1371, pag. 290; §. 4, an. 1374, pag. 291; §. 8, ann. 1376, pag. 295; §. 12, an. 1377, pag. 297; §. 14, ann. 1379, pag. 299, & 300; §. 18, ann. 1384, pag. 305; §. 27, an. 1392, p. 312; §. 28, anno eodem, pag. 314; §. 43, an. 1418, p. 325; §. 54, an. 1465, pag. 331; & cap. 4, §. 5, an. 1475, pag. 334. It. *Nos Frater Hildemarus de Saldere, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Orthuſenſis*, an. 1386, ibid., cap. 3, §. 21, pag. 307; *Gherardus, Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia, Epiſcopus Hildeſemenſis*, an. 1393, apud Dn. *Leuckfeldum, Antiquit. Gandersheim.*, cap. 16, pag. 137; *Hinricus, Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia, Epiſcopus olim Eccleſiæ Scutanenſis, Reverendiſſimi Dn. Alberti, Magdeburgenſis Archi-Epiſcopi Vicarius in Spiritualibus*, an. 1394; ibid., p. 127; It. *Nos Frater Henricus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Iponenſis*, anno 1395; Dn. *Schlœpke*, l. c., §. 29, pag. 315; *Adolfus, Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia, S. Moguntinenſis Sedis Archi-Epiſcopus, S. R. J. per Germaniam Archicancellarius, &c.*, an. 1374, apud Dn. *Paullini, Annal. Iſenac.*, h. a., pag. 87. Add. *Compactata* Concilii Baſileenſis cum Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ, de an. 1433, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 2 *Cod. Jur. Gent. Diplom.*, §. 25 *Mantiſſæ*, pag. 146; ibi: *Nos Philibertus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Conſtantienſis Epiſcopus, &c.* conf. ibid. §. 27, pag. 151. Moderna Exempla omnem numerum excedunt; conſulas modo Reverendiſſimi *Fürſtenbergii Monumenta Paderbornenſia*, in quibus multoties reperies tit: *Ferdinandus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Paderbornenſis.* Vid. *Conring, de Republica*, Diſſ. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum*, §. 75, pag. 455, Dn. *Becmann.*, *Dignit. Illuſtr.*, Diſſ. 1, cap. 3, §. 8, p. 65.

(4) Præter Archi-Epiſcopos & Epiſcopos, minoris quoque characteris Clericos formula: *Dei Gratia*, fuiſſe uſos, exempla præced. v. 2 ſatis teſtantur, quibus jungas, ſi volupe. Abbates alios, Præpoſitos, Decanos, &c.; v. g. ex Seculo XII: *Hermannus, Dei Gratia, Abbas in Northeim, & Præpoſitus in Katelenborch*, ap. Dn. *Leuckfeld*, l. c., cap. 13, p. 257; Sec. XIII: Burchardus, *Dei Gratia, Abbas Monaſteris B. Michaelis in Luneborg*, in Charta an. 1214, Indict. 14, quam poſſideo; *Fridericus, D. G. de Walckenrede, Conradus Riddagshuſen, & Theodoricus de Lapide S. Michaelis, Abbates*, an. 1220; vid. *Chronicon Montis Sereni Maderi*, p. m. 134; *Meibomius, Chron. Riddaghuſ.*, Tom. 3 *Rer. German.*, p. 352; *Leuckfeld*, l. c., part. 2, cap. 4, in vita *Friderici* Abbatis, lit. e, p. 71; *Thidericus D. G. Abbas, totusque Conventus de Luneborg*, an. 1244, Dominica ante Aſcenſionem Domini; in charta hujus Cœnobii; *Gerardus, D. G. Abbas, totusque Conventus S. Michaelis in Luneborg*, an. 1247; *Reinhardus, D. G. Decanus, totusque Conventus SS. Apoſtolorum, Symonis & Judæ in Goslar*, an. 1259, apud Dn. *Leuckfeld*, Append. IV *Antiquitatum Pœldenſium*, pag. 293, §. 23; denuo occurrens, ann. 1267, ibid., pag. 294; *Conradus, D. G. Abbas de Riddagshuſen*, an. 1261; Dn. *Meibom.*, l. c., pag. 356; *Henricus, D. G. Decanus, totumque Capitulum Bardvicenſe*, an. 1275; Dn. *Schlœpke*, l. c., part. 2, cap. 1, §. 27, p. 240; *Luderus, D. G. Abbas, totusque Conventus Monaſterii B. Michaelis in Luneborg*, an. 1283, cujus chartæ mihi copia eſt; *Johannes, D. G. Abbas totusque Conventus in Wismaria, &c.*, an. 1283, apud Dn. *Rehtmeyer*, *Antiquit. Brunſ.*, Append. ad part. 2, cap. 2, §. 12, pag. 197; *Gumbertus, D. G. Decanus in Bardewick*, an 1284; Dn. *Schlœpke*, l. c., §. 32, p. 243; *Nos, D. G. Thiedericus Præpoſitus, totusque Conventus Clauſtri in Dorſtad*, an. 1285, apud Dn. *Leuckfeldum, Antiquit. Pœldenſ.*, Append. IV, §. 34, p. 302; *Lutolfus, D. G. Abbas, Fredericus, Prior, totusque Conventus Eccleſiæ S. Michaelis in Luneborg*, in Charta, an. 1291, hujus Cœnobii; *Hartmannus, D. G. Decanus, totumque Capitulum Eccleſiæ Bardevicenſis*, an. 1298; Dn. *Schlœpke*, l. c., §. 39, p. 248; Sec. XIV: *Johannes, D. G. Præpoſitus totusque Conventus Novi Clauſtri apud Buxtehude*, an. 1302; Dn. *Schlœpke*, l. c., §. 42, p. 249; *Nos, D. G. Thomas, Abbas S. Mychaelis in Luneborg*, in Charta, an. 1307, hujus Cœnobii; *Joannes, D. G. Decanus Eccleſiæ Northeimenſis*, an. 1309; Dn. *Schlœpke*, l. c., cap. 2, §. 5, pag. 254; *Henricus, D. G. Decanus Bardevicenſis*, an. 1311, ibid., §. 7, p. 255; *Nicolaus, D. G. Decanus, & Capitulum Eccleſiæ Bardevicenſis*, an. 1313, ibid., §. 10, p. 258; *Nos, Dei Gratia, Wernerus Abbas, Johannes Prior, totusque Conventus Monaſterii S. Michaelis in Luneborg*, an. 1321, ibid., §. 24, pag. 267; *Dei Gratia, Othraven Abbas, Olricus Prior, totusque Conventus Monaſterii S. Michaelis in Luneborch*, in Charta hujus Cœnobii, an. 1348; *Nos, D. G. Floring, Decanus Eccleſiæ S. Blaſii, &c.*, an. 1348, apud Dn. *Rehtmeyer*, l. c., Append.

pend. ad cap. 1 partis ſecundæ, §. 5, p. 171; *Nos, D. G. Johannes Abbas Monaſterii S. Michaelis in Caſtro Luneborch*, anno 1369, in Charta apud me; *We, Her Werner de Grote, von der Gnade Godes, Abbet des Münſters Sunte Michaelis to Luneborch*, in Charta hujus Cœnobii, an. 1376; *We Luidelf, van der Gnade Goddes, Decken, und dat ganze Capittel to Sunte Blaſius in der Borch to Brunſwich, &c.*, an. 1390, apud Dn. *Rehtmeyer*, l. c., Append. ad cap. 13, part. 1, §. 3, pag. 127; Sec. XV: *Wy Olrich van Bervelde, van Godes Gnaden, Abt des Kloſters to Sunte Michaele to Luneborch*, in Charta hujus Cœnobii, an. 1410; *Nos Baldewinus, D. G. Abbas, Thidericus Prior, totusque Conventus Monaſterii S. Michaelis in Luneborg*, in Charta hujus Cœnobii, anno 1420; *Wy Ludolff von Godes Gnaden, Abbet to Sunte Michaele binnen Lunenborch*, in Charta hujus Cœnobii, an. 1474; De junioribus ut taceam, id ſaltem addens, Venerabiles Cœnobii noſtri Præſules, in literis inveſtiturarum, quoad feuda inde pendentia, adhuc hodie prædicato hoc uti; exempli loco adducam, ex multis, literas, quibus, anno 1701, 5 Jul., Excellentiſſimus Dn. *Erneſtus Wilhelmus de Spœrcke*, Potentiſſimo Electori Brunſuicenſi & Luneburgenſi à conſiliis Sanctioribus, modernus Præſul Venerabilis, Dominos de *Wittorf* de feudis conſuetis inveſtivit, quæ ſic incipiunt: *Wir, Ernſt Wilhelm, von Gottes Gnaden, Abt und Herr vom Hauß zu S. Michael in Luneburg*, &c.

(5) De *Comitibus* permultas poſſideo Chartas ſimiles. Conf. *Spangenberg, Chron. Schaumburg.*, lib. 5, cap. 2, p. 214, Dipl. de an. 1207, ubi: *Adolphus, D. G. Comes Holſatiæ, &c.* Sic: *Heinricus, Dei Gratia, Comes Aſchariæ, & Princeps de Anhalt*, an. 1219, apud Dn. *Leuckfeldum*, in Appendice IV *Antiquitatum Poeldenſium*, §. 15, p. 287; *Sifridus, D. G. Comes de Blanckenborch*, an. 1251; Id. in. *Antiq. Blanckenburg.*, p. 53, & 55; *Albertus, D. G. dictus Comes de Clettenberg*, an. 1255, ap. Dn. *Leuckfeld, Annal. Walckenred.*, part. 1, Cap. XI, §. 6, lit. f, p. 147, qui l. c., §. 7, lit. g, pag. 148, adhuc ſemel occurrit; *Heinricus, D. G. Comes de Glichen*, anno 1253, ibid., cap. 12, §. 7, lit. d, pag. 172; *Nos, D. G. Ludovicus, Conradus, & Johannes, Fratres, Comites de Woldenberge*, an. 1281, apud Dn. *Leuckfeldum, Antiquit. Poeldenſ.*, Append. IV, §. 30, p. 298; *Nos, D. G. Conradus, Comes de Wernigerod*, an 1285, ibid. pag. 302, §. 35; *Nos Meynerus, D. G. Comes de Sladen*, an. eod., ibid., p 303, §. 36; *Nos Heinricus, D. G. Comes, dictus de Kirchperg*, an. eod.; Vid. Id. in *Antiquit. Ilfeldenſib.*, §. 4, lit. e, pag. 58; *Nos, Otto, D. G. Comes de Lutterberg*, an. 1327; Idem, in *Antiquit. Walckenredenſib.*, part. 1, cap. 16, §. 4, lit. K, pag. 322; *Henricus & Theodoricus, D. G. Comites in Honſtein*, an. 1320, ibid., cap. 19, §. 42, lit. i, pag. 439; *Frederick und Conrad, Veddern, van der Gnade Godes, Greven to Wernigerode*, an. 1323, ibid., part. 2, cap. 2, §. 8, pag. 19. Conf. Dn. *Paullini, de Advocatis Monaſticis*, §. 29, in *Syntagmate Rerum German.*, pag. 561. Barones quoque nonnunquam eundem titulum ſibi vindicaſſe, ex iis diſcere eſt, quos aſſertionis hujus teſtes producit Illuſtr. *Sigismundus I. B. de Bibran*, Diſſert. de *Jure Barorum*, an. 1696, *Halæ Magdeb.* habita, Cap. IV, §. 88, &c., p. 77. Hodie verò Comites pariter & Barones eo abſtinent.

(6) In Gallia crimen L. M. incurrere, qui titulum hunc, absque conceſſione Regis, uſurpant, documento eſt Armeniacus Comes, ſub *Carolo VII*, Rege, ap. *Petrum Ærodium*, lib. 7 *Rer. Judicatarum*, cap. 9, & *Limnæum*, Lib. 2 *Notit. Fran.*, cap. 6, lit. ooo, pag. 431. Ante hæc tempora vero Duces Comitesque tutò eum adhibuiſſe, ex *Loyſeau, des Seigneuries*, Chap. 3, §. 66; *Caſſan, en la Recherche des Droits du Roi, & de la Couronne de France*, Lib. 2, cap. ult., pag. 251; & *Vignier, de l'ancien Etat de la Petite Bretagne*, p. 283, probat *Limnæus*, l. c., lit. lll, p. 430. Antiquiſſimum exemplum Arverniorum Comitis, *Wilhelmi*, de an. 910, ſuppeditat *Mabillon*, de *Re Diplom.*, lib. 6, p. 559; ibi: *Ego, Gratia Dei, Princeps & Marchio, Wilhelmus*, &c.; & in calce: *Signum Wilhelmi, Gratia Dei, Comitis, &c.* Epiſcopos, Abbatesque adhuc hodie ſe ſcribere: *Par la Miſeration divine, pour montrer, qu'ils ne tiennent leur Benefice d'autre, que de Dieu, & non pas des Seigneurs temporels*, docet *Loyſeau*, l. c., §. 67; ſed nugæ! Si enim Clerus Provincias & Territoria, quibus gaudet, non à Seculi Principibus acceperit, quis ergò ea contulit? Antiquitatem interim hujus ſtyli innuit exordium Epiſtolæ *Deſiderii* Cadurcenſis ad *Sigebertum*, Francorum Regem, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Franc.*, Epiſt. 50, p. m. 213: *Domino Glorioſiſſimo atque Piiſſimo, ubique præcelſo S. Eccleſiæ Filio, Sigeberto Regi, Deſiderius, Servus Servorum Dei, atque, per Gratiam Ejus, Cadurcæ Urbis Epiſcopus.* Sic *Philippus* Catalaunenſis, in Charta an. 1096, qua *Jus Advocatiæ* Monaſterio *S. Baſoli*, apud Rhemenſes, remittit, ap. *Mabillon*, l. c., lib. 5, pag. 589: *Ego Philippus, Gratia Dei, Cathelonenſis Epiſcopus, &c.*; & *Adamus*, Dionyſianus Abbas, in Dipl., anno 1114, quo Canonicis *S. Pauli*, Eccleſiam *D. Petri*, in oppido *Dionyſiano*, cum nonnullis ſtipendiis, concedit, ibid., lib. 6, pag. 596: *Adam, Dei Gratia, Abbas Monaſterii Martyrum Chriſti, Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii*, &c.; nec non alia Charta Sec. XII, apud eundem, l. c., lib. 2, cap. 3, pag. 80, ubi: *Adela, Dei Gratia, Francorum Regina*, (Ludovici VII Uxor) *& Willelmus, eadem Gratia, Remenſis Archi-Epiſcopus*, &c. Conf. *Stephani* Noviomenſis compoſitionem inter Abbatem *S. Eligii*, & Cantorem, Eccleſiæ Noviomenſis, de anno 1197, ibid., lib. 6, pag. 604:

Ste-

Stephanus, Dei Gratia, Noviomenſis Epiſcopus, omnibus in perpetuum, &c. Recentiora exhibet *Limnaeus*, l. c., lib. III, pag. 429; quibus addas *Le Mandement de l' Evêque d' Alet, de l' anneé 1665, 1 Juin, ſur la Signature du Formulaire, envoyé par le Pape Alexandre VII, l'an 1656*, quod ſic incipit: *Nicolas, par la Miſericorde de Dieu, Eveque d' Alet*, &c. Vid. *Recueil des Pieces publiées en l' Affaire des Evêques d' Alet, de Pamiers, de Beauvais, & d' Angers*, Edit. Colon. an. 1669, p. 1, & pag. 9; ibi: *Nicolas, par la permiſſion Divine, Evêque & Comte de Beauvais, &c.* & pag. 6: *François, par la Grace de Dieu, & du St. Siege Apoſtolique, Evêque de Pamiers, &c.* & p. 18: *François de Clermont, par la Grace de Dieu, Evêque, Comte de Noyon, Pair de France, &c.* Intuitu ſupremi Dominii Bullionenſis Ducatus, *Godefridus Mauritius*, ſub dato *Evreux*, 29 Sept. 1683, in Ordinatione Militari contra Hiſpanos, eodem titulo uſus eſt, ap. Dn. Auctorem *des Europæiſchen Herolds*, p. 591, ſcil: *Godefroy Maurice, par la Grace de Dieu, Souverain Duc de Bouillon, &c.* Hoc etiam reſpectu, exterorum Principum cenſu venit; Vid. Dn. *Spener, Op. Herald.*, part. ſpec., lib. 1, cap. 93, §. 7, & 8, Dn. *Imhoff, Geneal. Gall.*, p. 103. In *Primitiis Actorum Compromiſſi Francofurtenſis*, in Cauſa Duciſſæ Aurelianenſis, contra Electorem Palatinum, de ann. 1701, extat Mandatum primum pro Dn. *Ludovico Bourgeois, de Chaſtenet*, Advocato Parlamenti Metenſis, 14 Sept. 1699, ubi, p. 17: *Par devant les Conſeillers du Roy, Notaires a Paris ſouſſignez, furent preſents tres haut, tres puiſſant, & tres Excellent Prince, Monſeigneur Philippe, par la Grace de Dieu, Fils de France, Frere unique du Roy, Duc d' Orleans, de Valois, de Chartres & de Nemours; & tres haute, tres puiſſante, & tres Excellente Princeſſe, Madame Eliſabeth Charlotte, auſſy par la grace de Dieu, Epouſe de Son Alteſſe Royale, &c.* Id quod repetitur, in ſecundo Mandato, an. 1700, 16 Febr.; ut & in formula Renunciationis laudatæ Duciſſæ, an. 1681, 26 Jan., ibid., §. 5, p. 140; in ipſo vero Receſſu, inter Electoris Palatini & Aureliorum Ducis Miniſtros, erecto, an. 1687, l. c., p. 117, legitur ſaltem: *Philippe, Fils de France, Frere Unique du Roy, Duc d' Orleans, de Valois, de Chartres, & de Nemours, Duc de Simmeren, Comte de Sponheim; Et Eliſabeth Charlotte, Ducheſſe d' Orleans, de lui autoriſee, &c.* add. *Pacta dotalia* corundem, de an. 1671, 1 Nov., l. c., §. 4, p. 134. Aſt in *Proteſtatione* Plenipotentiarii Aurelianenſis, contra non præſentatam, 26 Febr. 1700, fundamentorum Palatinorum deductionem, in *Continuatione Actorum dicti Compromiſſi*, §. 1, pag. 57, iterum occurrit: *Par devant les Conſeiliers du Roy, Notaires au Chaſtelet de Paris ſouſſignés, fut preſent, Meſſire Louis de Theſut, Prieur de Marboz, Plenipotentiaire nommé par tres haut, tres puiſſant, & tres Excellent Prince, Monſeigneur Philippe, par la Grace de Dieu, Fils de France, &c.*

(7) Singulari Exemplo *Berchtoldus de Zaringen* hunc ſibi dedit titulum: *Ego Berchtoldus de Zeringen, Dux & Rector Burgundiæ, Dei & Imperiali Gratia.* Vid. *Pithœus*, lib. 1 *des Comtes de Champagne & Brie*, pag. 473 Operum ſuorum, &, ex eo, *Limnaeus*, lib. 4 *Jur. Publ.*, cap. 6, §. 30, p. 58. In ſimilitudinem *Magnus Vezirius* Turcarum, in literis, an. 1663, 3 Sept., *Adamo*, Comiti *Forgatſchio*, de tradenda ſibi *Vivaria*, transmiſſis, ait: Ego, *Dei Gratia & Prophetæ Noſtri miraculoſi, qui utriusque Orbis ſol eſt, & apud quem eſt ſalus & gloria, ſum Primus Conſiliarius & Generalis Potentiſſimi Turcarum Imperatoris, Regis omnium Regum.* Rationes, ob quas B. *Martinus Lutherus*, in literis ad *Henricum VIII*, Angliæ Regem, Tom. 2 *Jenenſ.*, fol. 132, ſe vocaverit: *Von Gottes Gnaden*, hac formula: *Martinus Lutherus von Gottes Gnaden, Ecclesiaſtes zu Wittenberg, an Heinrichen von Gottes Ungnaden, Kœnig von Engelland, &c.*, reddit ipſe, l. c., fol. 107, Tract: *Wider den falſch-genannten geiſtlichen Stand des Pabſts, und der Biſchœffe*, inquiens: *Wolan, weil es dann gilt die Hœrner aufrichten, und mit lauter Gewalt fahren, muß ich meine Hœrner auch auffſeszen, und meinen Kopff, für meinen Herrn, wagen. Das anzufangen, nenne ich mich einen Ecclesiaſten von Gottes Gnaden, den ihr einen Ketzer, mit Læſterwort, ſchreyet, Euch und dem Teufel zu Trotz: Und ob ich mich einen Evangeliſten von Gottes Gnaden nennet, traue ich daſſelb ehend zu beweiſen, dann euer einer ſeinen Biſchœfflichen Titul, oder Nahmen beweiſen kœnte; Bin deß gewiß, daß mich Chriſtus ſelbſt alſo nennet, und dafür hælt, der meiner Lehre Meiſter iſt, &c.* Fundamentum hujus theſis nititur 1 Corinth. 15, v. 10, ubi D. paulus: *Aber von Gottes Gnaden bin ich, das ich bin, und ſeine Gnade an mir iſt nicht vergeblich geweſen.*

10. Eſt idem Canonicus (*a*) diverſorum capitulorum, de quo Infra.

NOTÆ.

(*a*) CANONICUS, &c. Dn. *Henricus Güntherus Thulemarius, in Seinen, ſogenanten, wenigen, jedoch wichtigen Rationibus, daß eine der Evangeliſchen Religion zugethane Abbatiſſin in Teutſchland, wan ſie ſich verheyrathet, nicht nœthig ha-*

be

be zu reſigniren, ſondern, wann ſie will, die Abtheÿliche Würde, Regierung, und Einkommen, Zeit wehrenden Ehſtandes; behalten kœnne, apud Antonium Fabrum, Tom. 2 *der Europæiſchen Staats-Canzley*, §. 5, pag. 92, ait: *Bey denen Rœmiſch-Catholiſchen findet man auch zu unſerm Zweck dienende Exempla, allermaſſen die Rœmiſche Kayſer, und Kœnige, ob Sie ſchon verehlichet, ſind und bleiben doch, von undencklichen Jahren her*, Canonici *von S. Peters, und S. Johannis Kirchen zu Rom, wie auch beym Dohm zu Cœlln, und der Kirchen* B. Mariæ Virginis *zu Aachen. In dieſer halten auch Ihre Majeſtæt, noch heutiges Tags, zwey* Vicarios, *welche Ihre Stelle verſehen, und deſswegen das bey ſolchem Canonicat vermachte Einkommen genieſſen.* Deſumpta hæc ſunt ex *Æneæ Sylvii Hiſtoria Friderici III, Imp.*, p. m. 80: *Ibi quoque* (Romæ) *& Alba indutus, in Canonicum S. Petri receptus, fratribus, qui aderant, Canonicis oſculum dedit, &c.*; It. ex Actis coronationis *Maximiliani I*, apud *Freherum*, Tom. 3 *Rer. German.*, pag. 33, & 35; pariter & ex Actis Coronationis *Caroli V*, apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichs-Handlungen*, Tit. VIII, p. 52; ibi: *Darnach haben Dechant unnd Capittel unſer Frawen Münſter Kœniglicher Maj. auch gleich gewünſcht, unnd Ihr Maj. zu Ihren Mit-Clericken angenommen, unnd Er ihnen das Jurament gethan, &c.* conf. ibid. part. 3, §. 1, pag. 150; nec non, ex *Hartmanni Mauri* deſcriptione ejuſdem Principis Coronationis, apud *Goldaſtum*, part. 3 Polit. Imper., p. 272; & *Schardium*, Tom. 2 *Scriptor. Rer. German.*, p. 24; junge Acta *Coronationis Maximiliani* 2, apud eundem, Tom. 3 *Rer. German.*, p. 86, & 91; & *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichshandel*, pag. 73. *Limnæus*, J. P., lib. 2, cap. 7, §. 39, pag. 91, addit, Capitulum *Bambergenſe*, ex inſtituto *Henrici Sancti*, Eundem in gremium ſuum cooptare; conf. idem ad *capitulationem Caroli V*, Art. 30, voc: *Empfahen*, §. 63 ad 67, pag. 330; Ill. Dn. *Rhetius, Inſtitut. Jur. Publ.*, lib. 1, Tit. 4, §. 58, pag. 173; Ill. Auctor *des Europæiſchen Herolds*, Tom. 1, cap. 3, p. 133; Ill. Dn. *Schwederus, Introd. J. P.*, part. ſpec. Sect. 1, cap. 2, §. 37, pag. 252; Ampliſſ. Dn. *Thulemarius*, cap. 25 *Octovirat.*, §. 61, p. 511. Quid in moderni Imperatoris, *Joſephi*, inauguratione, an. 1690, 26 Jan. acciderit, ex *Sigismundi Ferrarii* deſcriptione iſtius Coronationis, Part. 3, cap. 4, pag. 142, petendum eſt, ubi: *Ihro Kœnigl. Maj. übergaben hierauf das Schwerdt*, (quo Equites creavit) *dem Chur-Sæchſiſchen Herrn Abgeſandten*, (Dn. Nicolao L. B. de Gersdorf) *welcher es dem Reichs-Marſchall, zum Vortragen, zugeſtellet, und verfügten, in aller Anweſenden Begleitung, ſich wieder in dero Bet-Stühl, dahin zwen Kœnigliche* Canonici *des Kœnigl. Stiffts- und Collegial-Kirchen zu Aachen, ſamt ihres Capituls* Syndico, *und denen Abgeſandten ſelbiger Statt, kamen, allergehorſambſt anbringend: wie ein jeder Neu-Erwæhlter Rœmiſcher Kœnig zu ihrem Mit-*Canonico *angenommen, und von demſelben, dem üblichen Herkommen nach, den gewœhnlichen Eyd abgeleget werde, mit der allerunterthanigſten Bitte, Ihro Kœnigl. Maj. wollen allergnædigſt geruhen, ſowohl das Alte Herkommen, als auch die Kirch in allergnædigſten Schutz zu halten, und bey alter Gerechtigkeit bleiben zu laſſen. So Ihro Kœnigl. Maj. alles gar wohl* placidiret, *und da ſie ihm ſolches in dero Handen* offerirt, *das jurament geleiſtet, welches folgenden Innhalts geweſen:*

Nos Joſephus, divina favente Clementia, Romanorum Rex, Noſtra Eccleſiæ B. Mariæ Aquenſis Canonicus, ad hæc Sancta Dei Evangelia juramus eidem Eccleſiæ fidelitatem, & quod ipſa Jura, & bona ejusdem ab injuriis & violentiis defenſabimus, & faciemus defenſari; ejusque Privilegia omnia & ſingula, & conſuetudines ratificamus, approbamus, & de novo confirmamus, &c.

Beſagter Eyd war auf Pergamen geſchrieben, und in einer ſchwartz-gebaizten Rahm eingefaſſet, welches die Herren Canonici *von Achen, ſamt dem Sabel* Caroli Magni, *wie auch die vier Evangelia, ſamt dem* Reliquario *des H. Stephani, wieder mit ſich nach Aachen genommen, &c.* Conf. de Juramento Ferdinandi IV, an. 1653, *Lundorpius*, Tom. VII *Contin. Act. Publ.*, ad h. a., §. 125, pag. 46. Emolumenta, eidem Eccleſiæ, ex Regia Coronatione, competentia, hiſce recenſet *Lundorpius*, l. c: (1) *Pannus, cum pulvinariis, ſuper quo Rex, Eccleſiam Aquisgranenſem ingreſſus, primum ſuas Deo preculas fundit*; (2) *Pannus ſtratus ſuper ſcamnum, in quo, ante coronationem ſuam, orare conſuevit*; (3) *Trabea, ſeu Pannus, Regia veſtis item, in qua Rex conſecratur*; (4) *Duo tapetes aurei, unus, ſtratus ſuper ſedem, ante Altare B. Mariæ Virginis, alter, quo ſolium Regale in alto Monaſterio ornatur*; (5) *ſolvuntur, pro juribus Eccleſiæ, more Prælatorum, 56 floreni aurei; item tres currata vini optimi, quarum duæ Eccleſiæ D. Virginis, tertia Collegio D. Adalberti, Aquisgrani, cedere conſueverunt, &c.* In *Noppii* Chronico Aquisgranenſi, lib. 1, cap. 12, pag. 72, additur, *vor die Kayſerlichen Ober- und Unter-Kleider* adhuc ſolvi quadringentos taleros Joachimicos. Conf. *Carpzovius*, de *Lege Regia German.*, c. XI, Sect. 10, §. 34, pag. 309; Dn. *Schweder*, l. c.; Dn. *Thulemarius*, l. c., pag. 512. Pari Jure, coronatione peracta, Canonici jura, variis in Capitulis, conſequi Regem Galliæ, pluribus demonſtrat *Limnæus*, *Not. Regni Franc.*, lib. 2, cap. 6, lit. fffff, pag. 458, & 459, & lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 7, §. 40, pag. 91, ubi nominantur Eccleſiæ *Martiniana*, apud Cæſarodunum Turonum; *Hilariana*, apud Pictones; *Quintiniana*; *Aniana*, apud Aurelianos; *Andenſis*, S. Mauritii; *Clericenſis*, B. Mariæ Virginis; *Ebrodunenſis*; *B. Martini* Turonenſis, &c. Hinc jocus Gallorum: *L' Abbé de St. Hilaire couche avec la Reine, le jour de ſa reception.*

TITULUS V.

DE

DEFINITIONE IMPERATORIS, REQVISITIS, PRÆEMINENTIA, DIGNITATE, ET INSIGNIBUS.

Imperator *eſt Princeps Imperii,* (*a*) *ab Electoribus legitimè electus,* (*b*) *ut Reipublicæ Romano-Germanicæ tanquam caput* (*c*) *præſit.*

1. *Eſt Princeps Imperii.* Ergo (*primò*) ratione naturæ requiritur, (*d*) *ut ſit mas*, non fœmina; Fœminæ enim, licet Majeſtatis capaces ſint, (*e*) & in aliis Regnis Imperii gubernacula teneant, in Germania tamen, per antiquam conſuetudinem, (*f*) *ſeu legem Salicam*, quæ olim inter Francos (*g*) obtinuit, excluduntur. Ex undecim opinionibus, quas refert *Limn. lib. 2 Jur. Publ. c 2, p. 16*, nobis placet hæc, quæ eſt *Guilelmi Poſtelli*, en ſon livre *de la loy ſalique, chap. 14, p. 33,* (*h*) arbitrantis, vocem: *ſalica* idem eſſe, quod avita, & antiqua: id quod vetuſtiſſimorum inſtrumentorum authoritatibus probare volunt, in quibus, pro *lege ſalica*, lex antiqua, avita, ponitur: Verba legis ſalicæ, deducta ex *tit. 62, de Alodis leg. ſalic. §. 6, hæc ſunt: De Terra ſalica nulla portio hereditatis mulieri veniat, ſed ad virilem ſexum tota terræ hæreditas perveniat. (i) Vide Goldaſt. tom. 3 Conſtit. Imperial. pag. 16.*

NOTÆ.

(*a*) *IMPERII, &c.* De Definitione Imperatoris legas *Limnæum*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 2, §. 1, &c., p. 8.

(*b*) *ELECTUS, &c.* Imperium Romanum, pariter & Regnum Germaniæ ſemper fuiſſe *electitia*, fuſè probat Ill. Dn. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.*, cap. 7, §. 13, &c., pag. 155. Conf. locum de *Comitiis*, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, p. 73, & ſeq. Tit. VI, §. 1, & 2.

(*c*) *CAPUT, &c.* Nomina, quæ ex officio Imperator ſortitur, collegit *Limnæus*, ad Art. I Capitul. *Caroli* V, voc. *Kœniglichen Würden, &c.*, p. 128, & 129. Inter ea referendum quoque, quod *Summum Caput Reipublicæ Romano-Germanicæ* vocetur. Vid. præced. Tit. IV, §. 8, lit. a. *Fridericus Barbaroſſa*, in Comitiis *Antimiacenſibus*, an. 1159, cum Ordines alloqueretur, Mediolanenſium proterviam caſtigaturus, ait: *Conſulite Romano Imperio, cujus etſi Nos Caput, Vos Membra, &c.* Vid. *Radevicus*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, cap. 23, pag. 521; Conf. *Lundorp. Act. Publ.* Tom. IV, lib. 1, cap. 17, pag. 63, & 65, & l. c. lib. 4, cap. 44, §. 14, p. 923, & 1118, necnon Tom. VIII, lib. 9, cap. 109, pag. 787, & Tom. XII, cap 60, §. 29, pag. 85, ubi paſſim *des Reichs Ober-Haupt*, vel *des H. R. Reichs Allerhœchſtes Ober-Haupt* audit; quæ ulterius Acta publica probant, apud *Antonium Fabrum*, Tom. 3 *der Staats-Cantzley*, pag. 760 & 761; it. Tom. VII, p. 764, & 767, & Tom. VIII, pag. 113, & Tom. IX, p. 97, 98, 99, &c. Conf. Receſſ. Imperii ferè omnes. Addatur, quod & quandoque *des Reichs oberſter Feldherr* appelletur, vid. *Lundorp.* Tom. VI, lib. 3, cap. 113, pag. 197; quandoque: *Aller Craiß General Oberſter*; vid. *Staats-Cantzley* Dn. *Fabri*, Tom. VIII, p. 825.

(*d*) *UT SIT MAS, &c.* Genium Germanorum vix tale Imperium laturum, rectè arbitratur Ill. Dn. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. 1, cap. 2, §. 4, p. 210. Dari tamen exempla mulierum, multum quondam in Imperio valentium, vice verſa negari nequit. *Agobardus*, ArchiEp. Lugdun., in *Apologia* pro filiis *Ludovici Pii* Imp. contra Patrem ſcripta, & Synodo transmiſſa, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Monarchiæ*, pag. 42, §. 25, inquit: *Cum Chriſtianiſſimus & piiſſimus Imperator, Dominus Ludovicus, bonæ Conjugis, fide & moribus ſibi congruentis, conſortium amiſiſſet, neceſſe fuit, ut aliam ſibi acciperet,* (Juditham) *quæ Ei poſſet eſſe adjutrix in Regimine, & gubernatione Palatii Regni, &c.* (Dn. *Schilterus, Inſtit. Jur. Publ.*, Tom. 1, lib. 1, Tit. 16, §. 2, pag. 175, legit: *Palatii & Regni*) & paulo poſt, §. 35: *Reginam, quæ totius mali cauſa erat,*

erat, excluſerunt de Domo, & honore Regni, &c. & §. 45: Reducta eſt in Palatium, & aſſumta in conſortium, quaſi legitima conjunx, &c. quo ſpectat Carmen Ermoldi Nigelli, Exulis, ipſi Ludovico Imp. dicatum, ap. Lambecium, lib. 2 Comment. Biblioth. Caſ. cap. 5, pag. 362:

Tu quoque digna ſibi Conjux, pulcherrima Judith,
Quæ ſecum Imperii culmina Jure tenes,
Confer opem lapſo, &c.

Sic Hroswitha, in Carmine, de Geſtis Ottonum, apud Meibomium, Tom. 1 Rer. German., p. 711, de Mechtilde, Henrici Aucupis Conjuge:

Omine ſelici tenuit quoque culmina Regni,
Ni fallor, denos labentis temporis annos,
Nec non bis ternos multum feliciter actos,
Conregnante ſua, Mathilda, Conjuge clara,
Cui nunc in Regno non compenſabitur ulla,
Quæ poſſet meritis illam ſuperare ſupremus, &c.

De eadem ſcribit Luitprandus, lib. 4 Hiſtor., cap. 7, p. m. 132, memor Henrici ſepulturæ Quedlinburgi: Ubi & Venerabilis Ejus Conjunx, Regnique Conſors, ex eadem Gente, nomine Mathildis - - - - exequiarum officium, vivamque Deo hoſtiam offerre non deſivit, &c. Add. Conradus Urſperg. p. 154: Erat autem Regi Heinrico uxor, & Conſors Regni clara, &c. Ipſe Otto Magnus, in Diplomate an. 963. Patavinæ Eccleſiæ conceſſo, ap. Meibomium, l. c., pag. 747, de ſua Conjuge ait: Præſentium & futurorum comperiat induſtria, qualiter, pro Dei amore, animaque noſtræ remedio, nec non conſultu & interventu dilectæ Conjugis Noſtræ Adelhidæ, & Conſortis Imperii Noſtri, &c. Easdem tabulas recitat Sigonius, lib. VII, de Regno Italiæ, ad annum 964, pag. 279, & 280; & rurſus in charta, Aledramo, Saxonum Marchioni, anno 967, data, apud Meibomium, l. c., pag. 751: Noverit omnium fidelium - - - - Univerſitas, Aledram Marchionem, interventu ac petitione Adelhegidæ, Noſtræ Conjugis, atque Imperii Noſtri participis, Noſtræ adiiſſe Sublimitatis culmen, &c.; & in donatione, anno 968, ipſi Adelheidæ facta, l. c., pag 752: Dilectæ Conjugi Noſtræ, Adelheidæ, Imperatrici, Regnorumque Noſtrorum Conſorti, in proprium donavimus, &c. Hinc Odilo, Abbas Cluniacenſis, in vita S. Adelheidis Imperatricis, cap. 6, ap. Surium, 16 Dec., pag. 279, & Dn. Leibnitium, de Script. Rer. Brunſu., p. 264, §. 4: Poſtquam enim Auguſtiſſimus Otto univerſæ carnis ingreſſus eſt viam, Auguſta, cum filio, Romani Imperii fœliciter diu gubernavit Monarchiam, &c. Similiter Otto 2, in Diplomate an. 983, quo Ludolphum, Corbejenſem Abbatem, novo liberalitatis beneficio affecit, ap. Dn. Schatenum, lib. 4 Annal. Paderbornenſ., pag. 325: Nos vero, ob petitionem Dilectæ Contectalis Noſtræ, Theophanu videlicet, Conſortis Imperii Noſtri, &c. Modo laudatus Odilo, l. c., cap. 7, de hac Theophania pergit: Licet illa Imperatrix Græca ſibi, & aliis fuiſſet ſatis utilis, & optima, ſocrui tamen Auguſtæ fuit ex parte contraria. Ad poſtremum vero, cujusdam Græci, aliorumque adulantium conſilio fruens, minabatur Ei, quaſi manu deſignando, dicens: Si integrum annum ſupervixero, non dominabitur Adelheida in toto mundo, quod non poſſit circumdari palmo uno. Quam ſententiam, inconſulte prolatam, Divina cenſura fecit eſſe veracem; ante quatuor hebdomadas Græca Imperatrix ab hac luce diſceſſit, Auguſta Adelheida ſuperſtes felixque remanſit; perſeverabat diſcrimina mundi lugens, & deflens, curam tamen Romani Imperii neceſſario gerens. Otto vero tertius, unici ſui filius, à Primatibus Regni, feliciſſime & honeſtiſſime educatus, nihil erga Illam egit, niſi quod illam & Illum decuit. Idcirco, meritis aviæ, & induſtria Primatum, Romanum adeptus eſt Principatum, &c. Add. Tangmarus Presbyter, in vita S. Bernwardi, Hildesheimenſis Epiſcopi, cap. 3, ap. Surium, 20 Nov., p. 445, & Ill. Dn. Leibnitium, l. c., cap. 2, p. 443, hæc proferens: Ad Palatium ſe contulit, in ſervitium videlicet tertii Ottonis Imperatoris, qui, ſeptennis adhuc puer, cum Venerabili & ſapientiſſima Matre, Domina Theuphana, Auguſta, rebus præerat - - - - interea Domina Theophana Imperatrix, apud Neomagum, maximo dolore totius Regni, rebus exceſſis, &c.; nec non Chronicon Laurishamenſe, apud Freherum, p. 71: Hujus (Ottonis 2) filio, Patris æquivoco, admodum parvulo, & nec dum Regni gubernaculis apto, Reſpublica, per Venerabilem Adelheidem, Aviam ſuam, & Imperatricem Theophaniam, Matrem ſuam, nobiliter adminiſtrata eſt; Quousque puer ipſe, literis divinis & humanis adprime inſtructus, ad tantæ virtutis inſigne emicuit, ut Mirabilia Mundi appellaretur, &c. Conf. Ditmarus, lib. 4 Chron., p. m. 37, & ap. Dn. Leibnitium, l. c., pag. 349, circa finem; Chronographus Saxo, ad an. 985, pag. 199, & an. 999, pag. 210; Lambertus Schafnaburg., ad an. 989: ex modernis Conringius, de Germanorum Imperio Romano, Cap. X, §. 7, pag. 80. Ottonem III Regni curam amitæ, Mathildi, Quedlinburgenſi Abbatiſſæ, aliquandiu commendaſſe, teſtatur Ditmarus reſtitutus, & Dn. de Leibnitz, l. c., p. 356: Imperatore, & Ekkehardo pariter tunc in Romania commorante, commiſſa erat Regni iſtius Cura Venerabili Abbatiſſæ Mathildi, in cujus Civitate, Quidelingeburg nuncupata, puella hæc educabatur, &c. Add. Chronographus Saxo, ad an. 999, p. m. 209: Hæc, (Mathildis) fratruele ſuo, largo ſcil. Uttone, Romam proficiſcente, Imperatoria vice, commiſſa ſibi Regna non levitate fœ-

minea gubernans, barbarorum etiam induratos vertices, Regum artificioſo aviti paternique ritu ingenii, ita placabiles ſubjugaleſque reddiderat, ut hujuſce fundamenta pacis, qua nunc Sancta Dei Eccleſia pro parte fruitur, ... prima poſuerit, atque conſtruxerit, &c. Henrici Sancti Conjugem magnum itidem pondus in Imperio habuiſſe, teſtatur *Wippo*, in Vita *Conradi Salici*, ap. *Piſtorium*, p. m. 426, verbis: *Supradicta Imperatrix, Chunegunda, Regalia Inſignia, quæ Sibi Imperator, Heinricus, reliquerat, non gravate, gratanter obtulit, &, ad regnandum, quantum hujus Sexus authoritatis eſt, Illum corroboravit, &c.* imò ipſe Imperator, in diplomate an. 1003, de *Libertate Monaſteriorum, & Electione Epiſcopi, Liebizoni*, Archi-Epiſcopo Hamburgenſi, dato, inter Privilegia Eccleſiæ Hamburgenſis, apud *Lindenbrogium*, p. m. 135: *Interveniente dilecta Conjuge Noſtra, & Regnorum Conſorte, Conigunda, &c.* Sed & *Heinricum IV*, ſub tutela Matris, juveniles annos tranſegiſſe, vulgare eſt. Vid. *Lambertus Schafnaburgenſis*, ad an. 1056: *Regnum, pro Patre, obtinuit filius Ejus, Heinricus IV, quinque annorum infantulus, anno, poſtquam in Regem unctus fuerat, tertio. Summa tamen rerum, & omnium, quibus facto opus erat, adminiſtratio penes Imperatricem remanſit, quæ tanta arte periclitantis Reipublicæ Statum tutata eſt, ut nihil in ea tumultus, nihil ſimultatis tanta rei novitas generaret, &c.* Add. *Chron. Laurishamenſe*, l. c., pag. 76; *Hermannus Contract.*, an. 1056; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 34, p. 136; *Chronogr. Saxo*, an. 1056, p. 254, & præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, p. 73, ad an. 1056, p. 105. Quantus autem, quæſo! iſte publicarum rerum ſtatus mutatus à moderno? ne dicam, formulas, cap. 2 A. B. mulieres haud obſcure penitus Germaniæ Regno excludere.

(*e*) CAPACES SINT, &c. V. g. *Urraca*, fil. & hæres *Alphonſi VI*, Regis Caſtiliæ & Legionis, anno 1109 defuncti; Uxor *Alphonſi*, Regis Aragonum. *Mathildis*, mortuo Patre, *Henrico I*, an. 1135, hæres Angliæ; Ux. *Godefridi Plantagenetæ*. *Sibylla*, *Amalrici*, Hieroſolymorum Regis, filia, mortuo filio, *Balduino V*, an. 1186, hæredem Terræ Sanctæ ſe conſtituit. *Conſtantia*, ux. *Henrici VI*, Imp., deſuncto *Tancredo*, an. 1194, Regnorum Siciliæ & Neapolis hæres. *Berenguela*, poſt fata fratris, *Henrici I*, an. 1217, Regina Caſtiliæ, & uxor *Alphonſi* IX, Regis Legionis. *Jolanda*, ux. *Friderici* 2, Imp., Regina Hieroſolymorum, an. 1228 extincta, fil. *Johannis*, Imperatoris Conſtantinopolitani. *Blanca*, an. 1234, ad plures abeunte fratre *Sanctio VII*, Regnum Navarræ marito, *Theobaldo V*, Com. Campaniæ, afferens. *Jana*, ux. *Philippi Pulchri*, Reg. Gall., ejusdem Regni hæres, mortuo Patre, *Henrico*, an. 1274. *Johanna*, ux. *Philippi*, C. d' *Evreux*, poſt mortem Patris, *Ludovici Huttini*, ejusdem Regni hæres, an. 1316. *Maria*, ux. *Martini*, Aragonum Regis, ab obitu *Friderici*, Patris, an. 1368, Regina Siciliæ. *Margaretha*, ux. *Haquini*, Reg. Norvagiæ, defuncto Patre, *Woldemaro III*, an. 1375, Regina Daniæ, & Sueciæ. *Maria*, ux. *Sigismundi* Imp., extincto Patre, *Ludovico*, Regina Hungariæ, an. 1382. *Hedwig*, ejus ſoror, ux. *Jagellonis*, Magni Ducis Lithuaniæ, coronata, anno 1384, 15 Oct., Regina Poloniæ. *Leonora*, ux. *Johannis I*, Caſtiliæ Regis, mortuo fratre, *Martino*, an. 1410, Regina Aragonum. *Blanca*, Ux. *Johannis* 2, Regis Aragonum, extincto Patre, *Carolo* 2, hæres Regni Navarræ, an. 1425. *Eliſabetha*, exuvias mortales deponente *Sigismundo*, Patre, an. 1437, declarata Regina Hungariæ & Bohemiæ. *Charlotta*, ux. *Ludovici*, D. Sabaudiæ, has res relinquente Patre, *Johanne*, an. 1458, Regina Cypri, Hieroſolymorum, & Armeniæ. *Iſabella*, ux. *Ferdinandi Catholici*, Aragonum Regis, elato funere *Henrici IV*, fratris, an. 1474, Regina Caſtellæ & Legionis. *Leonora*, ux. *Gaſtonis V*, Com. de *Foix*, ad plures abeunte Patre, *Johannne* 2, an. 1479, Regni Navarræ hæres. *Catharina*, ux. *Johannis* Albretani, terræ mandato fratre, *Franciſco Phœbo*, an. 1483, inaugurata Regina Navarræ. *Johanna*, ux *Philippi*, Archiducis Auſtriæ, ab obitu Patris, *Ferdinandi Catholici*, anno 1516, Regina Caſtellæ, Legionis, & Aragonum. *Anna*, ux. *Ferdinandi I*, Imp., poſt fata *Ludovici* 2, fratris, hæres Hungariæ & Bohemiæ, an. 1526. *Maria*, ux. *Herburni*, Com. de *Bothwel*, ſepulchra Patrum ingreſſo Patre, *Jacobo V*, an. 1542, Regina Scotiæ. *Johanna*, ux. *Antonii* Borbonii, D. de *Vendome*, deficiente Patre, *Henrico* 2, anno 1549, Navarræ Regni hæres. *Maria*, ux. *Philippi* 2, Hiſpaniarum Regis, animam exhalante fratre, *Eduardo VI*, an. 1553, Regina Angliæ. *Eliſabetha*, ejus ſoror, defunctam, an. 1558, in throno ſecuta eſt. *Anna*, ux. *Stephani Bathori*, Tranſſylvaniæ Principis, depoſito, an. 1575, *Henrico Valeſio*, Poloniæ Regina. *Chriſtina*, occiſo, an. 1632, immortalis gloriæ Parenti, *Guſtavo Adolpho*, Suecorum Regi, ſurrogata Regina. *Maria*, ux. *Wilhelmi*, Arauſionenſium Principis, Regnis ejecto Patre, *Jacobo* 2, an. 1689, Regina Magnæ Britanniæ. *Anna*, ejus ſoror, uxor tum, nunc vero vidua *Georgii*, Holſatiæ Ducis, hæredisque Norvegiæ, &c. &c., ad ſuperos migrante Affine, *Wilhelmo III*, an. 1702, 4 Maji, ſacro oleo uncta, moderna Britannorum Regina Glorioſiſſima.

(*f*) LEGEM SALICAM, &c. De qua vid. præced. Tit 2, §. 7, lit. a, pag. 41, & 42. Add. *Vincentius Bellovacenſis*, part. 2 *Spec. Hiſtor.*, lib. 19, cap. 11; Dn. *Schilter, Inſtit. Jur. Publ.*, Tom. 2, Tit. 19, §. 1, p. 267; Dn. *Schurtzfleiſchii* Theſes ex *Hiſtoria Civili*, quæ Diſputationum Ejus Hiſtoricarum octavam conſtituunt. Pertinet huc locus *Lindenbrogii*, lib. 3 Cod. *Legum Longobard.*, cap. 31, ubi *Carolus Magnus* ait: *Generaliter omnes admonemus, ut Capitula, quæ, præterito anno, Legi Salicæ, cum omnium conſenſu, addenda eſſe cenſuimus,*

Digitized by Google

ſmus, *jam non ulterius* Capitula, *ſed tantum* Leges *dicantur, imò pro* Lege Salica *teneantur, &c.* Similia profert *Pithœus*, *in Variantib. Lectionib.* ad Tom. 58: *Hæc Capitula Dominus Hludovicus Imperator, anno Imperii ſui quinto, cum univerſo cœtu Populi, in Aquisgrani Palatio promulgavit, atque Legi Salicæ addere præcepit; Ipſeque poſtea, cum in Theodonis Villa Generalem Conventum habuiſſet, ulterius* Capitula *appellanda eſſe prohibuit, ſed, ut* Lex *tantum dicerentur, voluit, &c.* Hæc ut intelligantur, notandum eſt, cum *Du Freſne*, Gloſſ., voc: *Capitula*, p. m. 810, Decreta Regia, publicis in Comitiis, Synodis, vel Conciliis, Epiſcoporum totiusque Populi conſenſu, in ſupplementum Legum, lata, & ab ipſis Principibus promulgata nomen *Capitulorum* meruiſſe; *Leges* contrà denotaſſe duntaxat Leges communes, ab ipſo Populo introductas, ſive receptas conſuetudines. Quam in ſententiam *Hincmarus*, Opuſc. 14, cap. 8, ſcribit: *Habent Reges, & Reipublicæ Miniſtri* Leges, *quibus in quacunque Provincia degentes regere debent; habent* Capitula *Chriſtianorum Regum, ac progenitorum ſuorum, quæ*, generali conſenſu Fidelium ſuorum, tenere legaliter promulgaverunt, *&c.* Erant igitur *Capitula* Legum appendices & additamenta, publicis in Conventibus ſancita. Conf. *Du Freſne*, voc: *Lex*, p. 260; *Spelman.*, Gloſſ., voc: *Capitulum*, p. 118; Dn. *Kulpiſ.* ad *Monzamb.*, cap. 1, §. 3, p. 31.

(*g*) FRANCOS, &c. De Saliis, Populis à *Francorum* parte profectis, vid. *Zoſimus*, lib. 3 *Hiſtor.*, cap. 6, p. 252, & 253; *Ammianus Marcellinus*, lib. 17, p. 108; *Conring.*, *de Orig. Jur. German.*, cap. 7, p. 23.

(*h*) Add. *Malingre*, *de la Loy Salique*, cap. 14, p. 33. Illuſtri *Coccejo*, *Prudent. Jur. Publ.*, cap. 3, Sect. 6, §. 88, p. 82, arridet ſententia *Johannis Cenalii*, Arauſionenſis Epiſcopi, qua etymologia à voce *Saala*, i. e. à Palatio, ſeu loco, ubi publici Regni conventus habebantur, ducitur; hinc *Terra Salica*, *Saal-Gut*, ab Aula, vel Principe dependens; *Lex Salica*, *Saal-Recht*, & *Saalbuch*, ſive cataſtrum, in quo prædia, quæ Aulæ Regiæ cenſum præſtant, deſcripta ſunt. Mentio fit *der Saalbücher*, in R. J. Erfurt. de an. 1577, §. 23: *So haben wir uns, &c.*; ibi: Nutz- und Sal-Bücher; & §. 26: *wann dann die Erforſchung*, ubi: In ehegedachten Saal-Büchern, *&c.* Conf. *Webner*, *Obſervat. Pract.*, voc: *Saal*, & *Saal-Buch*, p. m. 422, & 423; *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.*, voc: *Saalrecht*, p. m. 857; Dn. *Diether*, *Contin. Theſauri Beſoldini*, voc. ead., pag. 530; *Du Freſne*, voc: *Sala*, p. 680, & 681; *Speidelius*, voc: *Saalrecht*, p. 804; *Limnæus*, *Jur. Publ.*, l. 2, c. 2, §. 34, p. 17. Pergit Dn. *Coccejus*, l. c., §. 91, pag. 83: *Salici iidem ſunt, qui Franci; Francicum idem, quod Salicum: adeò, ut ipſa Francorum Gens, Terra, Lex, &c. Salica dicatur.* Et p. 84: *cum enim Saala, ſeu Palatium ſit Curia Regni, nimirum Franciæ, quæ Franciæ Regnum repræſentat, & Salici iidem, qui Palatini, ſcil. Curiæ Ejus Proceres; hinc accipiuntur Salici pro Francis, quos repræſentant. Atque hoc ex ſequentibus liquet. Ammianus, Hiſt. lib.* 17, *cap.* 8, (p. m. 108) ait: Petit *Francos, quos conſuetudo Salios appellavit. Friſing. Chron. lib.* 4, *c.* 32: (p. m. 98) *Nobiliſſimi Francorum, qui Salici dicuntur, &c.*

(*i*) *PERVENIAT, &c. Godefridus Wendelinus*, de *Lege Salica*, p. 43, verba Legis ſic recenſet: *De Terra vero Salica in mulierem nulla portio hereditatis tranſit, ſed hoc virilis Sexus acquirit: h. e. Filii in ipſa hereditate ſuccedunt. Sed ubi inter Nepotes, aut Pronepotes, poſt longum tempus, de Alode Terra, contentio ſuſcitatur, non per ſtirpes, ſed per capita dividantur, &c. Goldaſti* lectionem retinet *Hachenberg*, *German. Med.*, Diſſ. 3, de *Legibus Veterum Germanorum*, ſ. 4, p. 64; conf. *Traité du Chancelier de Bourgogne, ſur les pretentions & differents, qui ſont entre les Maiſons de France & de Bourgogne, ou d'Auſtriche, touchant pluſieurs grandes Terres & Seigneuries*, §. 50, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2 *Cod. Juris Gentium Diplomatici*, p. 26. Legem *Werinorum* ejusdem fuiſſe tenoris, dictum ſupra, Tit. 2, ſ. 7, lit. a, pag. 43, & 44. Ex hoc fonte multæ lites ſcaturiverunt, defuncto, an. 1328, ſine maſcula prole, *Carolo Pulchro*, Galliarum Rege, inter ſuperſtitem Ejus ſororem, *Iſabellam*, *Eduardi* 2, Angliæ Regis, viduam, &, ex eo, *Eduardi* 3 Matrem, atque *Philippum Valeſium*, defuncti *Caroli* patruelem. Schema tale eſt:

Philippus III, cogn. *Audax*, Rex Galliæ, ob. 1285.
Ux. *Iſabella*, fil. *Jacobi*, Reg. Aragoniæ.

- *Philippus* IV, *Pulcher*, Rex, ob. 1315; Ux. Johanna, fil. & hæres *Henrici*, Regis Navarræ.
  - *Carolus* IV, *Pulcher*, Rex, ob. 1328, ſine prole maſcula.
  - *Iſabella*, ux. *Eduardi* 2, Reg. Angl. qui ob. an. 1327.
    - *Eduardus III*, Rex Angliæ, Galliam armis petens.
- *Carolus*, Comes Valeſius, ob. 1325; ux. *Margaretha*, fil. *Caroli*, Reg. Neapol.
  - *Philippus* VI, *Valeſius*, Rex Gall. coronatus an. 1328, excluſo *Eduardo III*, R. Angl., ob. an. 1350.
    - *Johannes II*, Rex. an. 1356, ab Anglis in captivitatem abductus.

Cognitioni hujus controverſiæ maximè inſervit *La Diſcuſſion des Differends entre les Roys de France, & d' Angleterre*, dicata *Ludovico XI*, Regi, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 63 ad 96. Minimùm, ex Conventione *Philippi Longi*, Regis, cum *Eudone*, Burgundiæ Duce, Ipſius Genero, inita, *au Bois de Vincenne*, 17 Jun., 1316, videri nequit, *Legem Salicam* viridis tunc fuiſſe obſervantiæ, quandoquidem, art. 2, inter eos convenerat, dictum *Philippum* tamdiu ſaltem Regnis Franciæ & Navarræ præſiturum, donec ejus, ex fratre *Ludovico Hutino*, Rege recens extincto, neptis, *Johanna*, ætatem Jura ſua in Galliam vel proſequendi, vel deſerendi attigerit; verba hæc ſunt: *Et avons voullu Nous Eudes, deſſus dicts, & Nous ſommes accordé, tant pour Nous, comme pour nôſtre dicte Mere, comme pour noſtre dicte Niepce, que le dict Philippes tiengne le Gouvernement des Royaumes de France & de Navarre, & des Comtés de Champagne & de Brie, juſques à tant, que la dicte Jeanne, & la fille de la dicte Clemence*, (ſecundæ conjugis Regis Ludovici Hutini) *ſolent venues à leur aage, ſy comme deſſus eſt declaré, & puiſſe le dict Philippes recevoir les hommages, comme Gouverneur, ſauf le droit de l' hoir masle, en toutes choſes, & ſauf le Droict des Filles en tant, comme à elles puet appartenir, &c.* Integrum diploma ſiſtit Dn. *Leibnitius*, l. c., Tom. 1, p. 70, &c., cujus, p. 72 annexas, conſule notas. Quicquid ſit, *Philippus Valeſius* non ſolum Regnum obtinuit, ſed &, ann. 1329, *Eduardum III*, Angliæ Regem, intuitu *Aquitaniæ*, & inde pendentium Terrarum, ad homagium compulit, teſte *l' Acte & Inſtrument de l' hommage, fait au Roy de France, par Edouard III, Roy d' Angleterre, en preſences de plusieurs Prelats & Barons des deux Royaumes, au Choeur de la Grande Egliſe d' Amiens, le ſixieſme Juin l' an de l' Incarnation* 1329, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 132, &c. Ceremoniæ ibidem habentur, & quidem, quod Vice-Comes de *Melun*, Cubicularius Regis Galliæ, ita *Eduardum* fuerit allocutus: *Sire, Vous devenez Homme du Roy de France, Monſeigneur de la Duché de Guyenne, & des ſes appartenences, que Vous cognoiſſez à tenir de Luy, comme Duc de Guyenne & Pair de France, ſelon la forme de Pairs, faite entre ſes devanciers, Rois de France; et que Vous, et Vos Anceſtres, Rois d' Angleterre, et Ducs de Guyenne, avez fait pour la meſme Duché, à ſes Devanciers, Roys de France. Et lors le dict Roy d' Angleterre dit:* **Voire**; *Et le dict Chambellan dit apres ainſy: Et le Roy de France, noſtre Sire, Vous receoit, ſauf ſes proteſtations, et les retenues deſſus dites. Et le dit Roy de France dit:* **Voire**; *et lors les mains du dit Roy d' Angleterre miſes entre les mains du dit Roy de France, baiſa en la bouche le dis Roy d' Angleterre, &c.* Enimvero *Eduardus* in Angliam reverſus, titulos & Inſignia Francorum Regum avitis junxit, Galliam Jure ſibi deberi arbitratus, ictoque, anno 1337, *Alberto Argentinenſi* teſte, ad h. a., pag. m. 127, cum Imperatore, *Ludovico*, & Geldriæ, Juliaci, Cliviæ, Brabantiæ, Hannoniæque Ducibus, vel Comitibus, fœdere, Bellum Gallis intulit, imò, ſub dato: *Sour les champs de lez Tourney, le 27 jour dou Mois de Juillet, l' an de Grace* 1340, *ſeellé d'un grand ſeau de cire verte*, ad privatum certamen Eum provocavit, cujus ſcripti copiam legas ap. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 152, ſic inchoati: *De par Edouard, Roy de France, & d' Angleterre, & Seigneur d' Irlande, Philippes de Vallois. Par long temps avons pourſuy par devers vous par meſſages, et toutes autres voyes, que nous ſçavions raiſonnables, affinque Vous nous voulſiſſiez avoir rendu Noſtre droit heritage de France, lequel vous nous avez long temps detenu, et à grand tort occupé, &c.* Vario Marte bello geſto, mediante Galli ſorore, an. eod. inducias triennales inter ſe belligerantes pangunt; vid. *Albertus*, l. c., ad h. a., pag. 128; quibus finitis, bellum recruduit atrocius. Memorabilis fuit clades ad *Creſciacum*, (Creſſy) in Inferiori Piccardia, qua an. 1346, Sabbato poſt *Bartholomæi* Apoſtoli, i. e. 26 Aug., triginta amplius Gallorum millia, una cum *Johanne*, Bohemiæ Rege, ipſis auxilia ferente, aliisque magni nominis Principibus, perierunt; Vid. *Albertus*, h. a., pag. 136; *Nicolaus Burgundus*, lib. 3 *Hiſt. Ludovici Bavari*, ad h. a., p. 176; *Chron. Elwangenſe*, h. a., apud *Freberum*, p. 459; *Paulus Langus*, *Chron. Citizenſ.*, h. a., pag. 837; *Æneas Sylvius*, *Hiſt. Bohem.*, cap. 32, p. m. 138, & 139; *Dubravius*, *Hiſtor. Bohem.*, lib. 21, p. m. 176, & 177; *Nauclerus*, *Chronograph.*, Vol. 2, Generat. 45, ad ann. 1346, pag. 1006; *Mutius*, lib. 24 *Chron. German.*, p. m. 241, &c. Patre, anno 1350, mortuo, adhuc infelicior filius, *Johannes Bonus*, Galliarum Rex, an. 1356, 19 Sept., in prælio Pictavenſi, (la journée de Poictiers) cum filio natu ſecundo, *Philippo*, poſtea creato Burgundiæ Duce, *Jacobo* Borbonio, Com. de *Ponthieu*, aliisque multis Regni Proceribus, in manus hoſtium Imperatoris, *Eduardi*, Walliæ Principis, incidit, in Angliam captivus ductus; Lytri loco, cum *Eduardus* Rex, præter ingentem argenti vim, Galliæ Regnum clientelare poſthac Coronæ Magnæ Britanniæ poſceret, magna animi præſentia repoſuit *Johannes*: *Non tanti eſſe libertatem Regis, ut Regni ſervitus pretium foret. Modo Gallia frueretur libertate, ſe lubenter in vinculis moriturum.* Novam hinc Anglus expeditionem in Galliam ſuſcepit, ad *Pariſios* usque progreſſus. Dum vero retro in Carnutes moveret, graviſſima perculſus tempeſtate, humanæque ſortis memor cum Gallis pacem, ann. 1360, 8 Maji, *Bretiniaci*, (Bretigny) apud *Carnutum*, (Chartres) iniit, vi cujus, ut verbis utar de *Jean de Serres, en Son Inventaire General de l' Hiſtoire de France*, in Vita *Johannis* Regis, ad an. 1360, p. m. 148, *Le Pays de Poictou; les fiefs de Toüars et de Belle-Ville; les Pays de Gaſcogne, Agenois, Perigord, Lymoſin, Cahors, Tarbe, Bigorre, Rouergue, Angoumois,* **en toute Souveraineté**, *avec les hommages des Seigneurs eſtans en iceux; Monſtrueil*

ſur

Digitized by Google

ſur la Mer, Ponthieu, Calais, Guines, le Mercq, Sangate, Boulongne, Hurnes, Vales et Onis ſeront au Roy d' Angleterre: Auquel d' atendant ſera delivrée la ſomme de trois millions d' eſcu d'or ---- et, par ce moyen, le dit Roy d' Angleterre, et ſon fils, le Prince de Galles, tant pour eux, que les leurs, renonceront aux Droicts, qu'ils pretendent ſur la Couronne de France, et ordonnance du Duché de Normandie, des Pays de Touraine, Anjou, le Mayne, à la Souveraineté et hommage du Duché de Bretagne, et Comté de Flandre, et rendront, dans trois ſemaines, à Calais, le Roy Jean priſonnier, à leurs deſpens, hors les frais de l'hoſtel du Roy, &c. Ipſa pacificationis formula reperitur apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 208, &c. notatu dignum, verba §. 12, pag. 212: *Et ſemblablement le Roy d' Angleterre, et ſon Filtz aisné renonceront expreſſement à toutes les choſes, qui, par ce preſent Traitté, ne doibvent appartenir, ne eſtre baillées au Roy d' Angleterre, et à toutes les demandes, qu'il faiſoit au Roy de France, et par eſpecial au Nom, et au Droict de la Couronne du Royaume de France, &c.*, in Tractatu Caletenſi, (Calais) 24 Oct. ejusd. anni confecto, art. 2, deleta eſſe, teſte correcti Inſtrumenti tenore, ibid. pag. 218, quod ſic incipit: *Edouard, aisné fils du Noble Roy d' Angleterre et de France, Prince de Galles, &c.* A quo etiam tempore Angliæ Reges titulum *Regum Franciæ* ſemper retinuerunt. Conf. *De Serres*, l. c., ad an. 1356, &c., p. 139, &c.; *Hottomanni Franco-Gall.*, Cap. 8; *Sprengeri Prætenſ. Illuſtr.*, p. 180; *Conring.*, de *Origine Juris German.*, cap. 7, pag. 36; *Europaiſcher Herold*, Tom. II, cap. 4, pag. 215, &c.; Dn. *ImHof*, *Hiſt. Genealog. Regum Pariumque Britan.*, part. 1, cap. 4, p. 18; & *Geneal. Gall.*, part. 1, Tab. XI, p. 29; *Morery*, voc: *Edouard III, Roy d' Angleterre*, p. m. 400; Dn. *Ziegler von Kliphauſen Taglicher Schau-Platz der Zeit*, d. 26 Aug. p. 973, &c.

2. *Secundo* ratione generis & proſapiæ, *(a) ut ſit legitimè natus:* Hinc *Friderico Secundo* Imp. neceſſe fuit, in publicis Comitiis, *Merſeburgi* habitis, poſtulantibus Imperii Principibus, fidem natalium ſuorum (*b*) vindicare, idoneis ad hoc prolatis documentis. *Spangenb. in Chron. Saxon. c.* 247. Et ut ſit ex illuſtri familia natus, (*c*) ſub quibus comprehendimus etiam Comitum (*d*) eminentium Stemmata, quorum ex claſſe ad Imperium evectos recenſent, *Wilhelmum* Hollandiæ, *Rudolphum* Habſpurgi, *Adolphum* Naſſoviæ, & *Guntherum* Schwarzenburgi Comites, &c. Et abſurdum eſt, quod author quidam dicit, hæc exempla potius facti eſſe, quàm juris; quia hodiè, ſtatu rerum ita efflagitante, potentiſſimus eſſe debet Imperator; Oritur enim hic defectus, non ex inhabilitate perſonæ ipſorum, ſed ex accidente, nimirum inopia bonorum: quæ ſi fortè Comes Imperii ſufficientia haberet ad ſuſtinendam Imperii Majeſtatem, omni jure eligi poſſet. In hanc rem in Speculo Svevico extat vetus Conſtitutio: *Die Fürſten ſollen kieſen einen Kœnig, der ein freyer Herr ſey, und alſo frey, daß ſein Vatter und ſein Mutter Freye ſeyn geweſen, und nicht ſollen Mittelfrey ſeyn. Und haben ſie ein Eheweib zu der Ehe genommen, ſo man ſie kieſet, und iſt die Frau nicht als frey, ſo ſoll man ſie nicht kieſen zur Kœnigin, dann das wære wider Recht.* Verba hujus Conſtitutionis etiam inferioris ordinis perſonas admittunt, quamvis actus Imperiales, ſeu conſuetudo Imperii ea ita interpretetur, ut infra Comites nulli hactenus ad Imperium admoti ſint.

NOTÆ.

(*a*) LEGITIME NATVS, &c. Quorſum ſpectant verba *Speculi Saxonici*, lib. 3, art. 48, antiquiſſimæ Editionis Lipſienſis, de an. 1488, qui, in Edit. Auguſtana an. 1516, & Recentioribus, eſt Art. 54: *Rex de legitimo thoro debet eſſe natus, nec non & ingenuus, & in ſuo jure immaculatus, &c.* Non ſemper autem hanc regulam fuiſſe obſervatam, documento eſt *Carolomanni*, Regis Bavarorum, filius, ut dicunt, nothus, *Arnolphus* Cæſar.

(*b*) NATALIUM SUORUM, &c. Egerat ſaltem *Conſtantia, Rogerii*, Siculorum Regis, filia, annum ætatis triceſimum, cum nuptias celebraret cum Rege *Henrico VI*, poſtea Cæſare, quarum *Gothofredus Viterbienſis*, in fine partis XVII Chronicorum, pag. 522. meminit: *Anno ab Incarnatione Domini* 1186, *Indictione ſexta*, 6 *Cal. Februarii*, *Rex Henricus VI*, *cum Regina Conſtantia, filia Rogerii, Regis Siciliæ, nuptias glorioſas celebravit, Mediolani, apud Sanctum Ambroſium, anno ætatis ſuæ* 21, *anno autem Regni ſui* 17, *&c.* Conferatur *Otto de S. Blaſio*, in append. ad Chronicon *Ottonis* Friſingenſis, cap. 28, pag. 211; nec non *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 204; *Sigonius*, lib. 15, de *Regno Italiæ*, ad an. 1186, pag. 562; *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 40, pag. 871.

De

De vera ætate *Conſtantiæ* laudatus *Viterbienſis*, l. c., pag. 513, canit:

Filius ipſius, Henricus, ad alta levatur,
Rite coronatur, Uxoris honore beatur,
Et Regis Siculi filia ſponſa Sibi.
Sponſa fuit ſpecioſa nimis, Conſtantia dicta,
Poſthuma, poſt Patrem, materno ventre relicta,
Jamque tricennalis tempore virgo fuit.

Adde *Baronium*, Tom. XII *Annal.*, ad an. 1186, §. 37, pag. 775. Conf. *Lehmannum*, lib. V *Chron. Spir.*, cap. 66, pag. 534: *Anno 1186 iſt, durch Unterhandlung Kayſer Friederichs, ſeinem Sohn, Kœnig Henrich, ſeines Alters im 21 Jahr, ein überaus ſchœne Tochter des verſtorbenen Kœnigs in Sicilien, Rogerii, mit Nahmen* Conſtantia, *im 30 Jahr, inmaſen* Viterbienſis *zeugt, und nicht im 50 ihres Alters, von ihrem Bruder, Kœnig Wilhelm, vermahlt, und zu Mayland, in Gegenwart vieler Teutſchen, Italiániſchen, und anderer Nationen Fürſten und Herren, ehelich beygelegt worden, &c.* Corrigendus *Alberti Stadenſis* error, qui, ad an. 1220, ſexaginta annos ſponſæ imponit. Quem etiam deprehendis in *Fragmento Chronici* cujusdam *Brandeburgenſis*, apud *Maderum*, in *Antiquit. Brunſuic.*, §. XXXI, p. 271, ubi: *Hic adoleſcens,* (Henricus VI) 1184, *duxit Conſtantiam, vetulam 60 annorum, filiam Rogeri, Regis Siciliæ, Calabriæ & Apuliæ, quæ, anno ætatis ſuæ 61, in Aſſiſio peperit, vel peperiſſe finxit filium Fridericum, qui ſucceſſit Ottoni, &c.* Recte non minus *Sigonius*, l. c., ad an. 1191, p. m. 572, vitandos monet, qui quinquagenariam eam nugantur. *Baronius*, l. c., §. 36, pag. 774, caſtigat ſententiam *Bernhardi Juſtiniani*, cujus hæc ſunt verba: *Iisdem temporibus idem Alexander Pontifex Conſtantiam, Wilhelmi Siciliæ Regis filiam, & Monacham, plus quàm quadragenariam, Henrico Imperatori, Friderici Barbaroſſæ filio, nuptui conceſſit*; non tantum quoad ætatem & vitam Monaſticam, ſed & Genealogiam, quandoquidem *Conſtantiæ* Pater *Rogerius*, & non *Wilhelmus* extitit. Idem *Baronius*, l. c., §. 35, p. 774, purgat Epitaphium, quod *Paruta*, Canonicus, ſeculo XVI, Reginæ poſuit, ſtatuens, Eam, anno 55 ætatis, *Fridericum II* in lucem ediſſe, cum tamen anno 43 ſupremum diem obierit. Sic enim computo. Obiit *Rogerius*, Reginæ Pater, *Roberto* de *Monte*, pag. 632, *Alberico, Monacho trium fontium*, p. 324, aliisque teſtibus, anno 1154. *Conſtantia* erat Ejus poſthuma, juxta loc. cit. *Viterbienſis*; Ergò 43 ætatis annum non exceſſit, anno 1198 ad plures abiens, quod in vita *Henrici VI* probabo. Vulgaris inſuper opinio eſt, Eam publico in ſacello peperiſſe, ne filius ſuppoſitus haberetur. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1195, ait: *Natus eſt Imperatori Heinrico filius, in valle Spoletana, in Civitate Aſis, nocte, quæ præcedit dormitionem Johannis Evangeliſtæ, quindecim Epiſcopis & Cardinalibus præſentibus, & baptizatus dictus eſt Fridericus, &c.* Ad annum 1220 dicit, famam eſſe, *Fridericum* fuiſſe ſaltem *Henrici* filium vocalem, non realem, eò, quòd *Conſtantia* ſexagenaria Ei nupſiſſet, ad edendam prolem inhabilis; Paulò pòſt ſcribit: *Vicit tamen, dubium eſſe, utrum ille puerulus Phyſici, aut molendinarii, aut accipitrarii filius fuerit; ſed verè ajunt, Eum unius ex his tribus filium extitiſſe, &c.* Eadem habet *Cranzius*, lib. VII *Metropol.*, Cap. 38, pag. 190; *Matthias, in Theatr. Hiſtor.*, p. 942: *Conſtantia, etſi putaretur, nunquam paritura eſſe, quod 50 annum attigiſſet, tamen gravida facta, & anno Chriſti 1193, 7 Kal. Jan. Panormi enixa eſt filium, Fridericum, qui poſtea Imperator factus, in ſacello publico, quod, ut ſpectari poſſet, exſtrui Henricus Imperator curarat, ne exiſtimaretur eſſe ſuppoſititius, &c.* Hæc fabulam ſapiunt. Tacent de his Scriptores coævi, *Viterbienſis*; *Otto de S. Blaſio*; aliique; niſi quod *Rogerus de Hoveden, Annal. Angl.*, ad an. 1197, pag. 774, memor coronationis *Friderici*, Siciliæ Regis, ſcribat: *Juravit etiam Imperatrix, tactis SS. Evangeliis, quod prædictus Fredericus natus fuit de legitimo matrimonio prædicti Henrici Imperatoris, & ipſius.* Unde procul dubio nata *Stadenſis* fabula, cujus verba ſcatent erroribus, tam quoad naſcendi ſortem, quàm quoad nativitatis tempus, & puerperæ ætatem. Natalium probatio, in Comitiis Merſeburgicis, æquè inanis eſt; *Spangenbergii, Chron. Sax.*, c. 247, *Petri Heigii, Quæſt. Sax.*, part. 1, Quæſt. 31, §. 60, aliorumque Recentiorum aſſertiones, Veterum teſtimoniis, aut aliis probationibus fide dignis non ſuffultæ, parum ponderis habent.

(*c*) NATUS, &c. Ex *Sleidani* lib. 8, p. 206, diſcimus, Proteſtantes, in literis ad *Carolum V*, non niſi certis conditionibus in Fratris Ejus, *Ferdinandi I*, Romanorum Regis creationem conſentire volentes, petiiſſe, ut, de voluntate conſilioque Electorum, Auream Bullam interpretaretur, perpetuoque ſanciret Edicto: *Nullum poſthac creandum fore Romanorum Regem, qui non ex aliqua Germaniæ Principum Familia fuerit progenitus.* Conf. Dn. *Kulpiſius*, Diſſ. *vom Reichs-Herkommen*, §. 22, pag. 28, & 29; *Limnæus*, J. P. lib. 2, c. 2, §. 83, pag. 30.

(*d*) COMITUM, &c. Add. Dn. *Kulpiſius*, l. c.; Dn. *Dobner*, Nob. Hung., Diſſ. de *Imperatore*, Præſide Dn. *Bechmanno*, an. 1670 Jenæ habita, §. 47.

3. *Tertio,* (*a*) *ut Germanus ſit*, immediatè ex Germano ſangvine ortus, originisque domicilium in Germania habeat, non autem, ut in Germania natus ſit. (*b*) *Vid. l. 7 C. de Incol. l. 3 C. ad Munic.* Exemplo *Friderici II*, qui in Sicilia quidem lucem aſpexit, attamen, quia *Henrico*

rico IV, Imperatore Germano, natus erat, ad Imperium evocatus fuit. *Beucer. lib. 5 Chron. in vita Friderici Secundi.* Carolus V, & Ferdinandus Primus, Fratres, quamvis hic in Hiſpania, Ille *Gandavi* natus fuerit, Patre *Philippo Primo*, Rege Caſtellæ: tamen, quia & pater ipſorum Germanus fuit, (*c*) & avus, & Pater adhuc in Germania domicilium habuit, (ſæpe enim accidit, ut in duobus locis deſtinatum permanendi animum habeamus, & tunc duobus in locis domicilium conſtituamus, *l. 27, §. 2, ad Municip. c. 15, de For. comp. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Ex. ix, th. m. 26.*) pro Germanis habiti ſunt. (*d*) Et ut alium Electores eligant, quàm Germanum, lege prohibentur. *Alii* hanc legem ſcriptam eſſe exiſtimant, & quidem ab Ottone III. *Cuſpinian. in Otton. III.* alii ab Ottone I. *Huldric. Mutius, lib. 14 Chron. German.* *Alii* legem non ſcriptam eſſe, & conſuetudinem, (*e*) ne ſplendor Imperii ad exteros transferatur, & quia in exteris benevolus affectus erga Germaniam non præſumitur. *Alii* putant, nullâ lege cautum eſſe, ut Germanicæ ſtirpis duntaxat in Imperatorem eligatur, exemplo *Richardi*, Angliæ, & *Alphonſi*, Caſtellæ Regis, Imperatorum; ita tamen, ut, nonniſi extrema neceſſitate cogente, (*f*) ad electionem peregrini perveniatur; quia electio peregrini præpotentis plerumque periculo non caret. Nos arbitramur, legem eſſe, ſed non ſcriptam; plura enim, potiſſimum in Imperatoris Electione, conſuetudine recepta ſunt. *vid. A. B. paſſim. Carpzov. Dogm. 3, ad diſcuſſ. voti Septemvir. n. 12, & ſeqq.* Cuſpiniani & Mutii (*g*) authoritates non ſufficiunt, ut probetur, legem ſcriptam fuiſſe; remotiores enim ſunt, quàm ut iſtis fides habeatur, in re, quæ aliquot ſeculis ante ipſos accidit, & de qua aliunde non conſtat. Teſtimonium Electoris & Archi-Cancellarii Moguntinenſis, *ap. Sleidan. lib. 1, in Electione Caroli V*, contra Trevirenſem, qui *Franciſcum Primum*, Galliæ (*h*) Regem, ad Imperium promoveri voluit, nihilomagis probat; *Primò* enim, in eadem ipſa oratione, Collegium Electorale ab *Ottone Tertio* inſtitutum dicit, quod ſine dubio falſum eſt: quemadmodum ergo in uno falli, ita & in eo falli potuit, quando dixit, Electores prohiberi per legem *Ottonis*, alium eligere, quam *Germanum*: *Secundò*, quia ſe refert ad tempora *Ottonis*, referenti autem non creditur, niſi conſtet de relato. Qui putant, nulla lege (*i*) prohibitum eſſe extraneum eligere, haud dubiè, exemplo *Richardi & Alphonſi*, nihil probant; quia hæc exempla facti ſunt, & non juris; acciderunt enim ſtatu Reipubl. turbido. Quamvis fortè concedere poſſimus, extremâ neceſſitate urgente, Electores ad peregrinum pervenire poſſe; Extrema enim neceſſitas legem civilem non habet: & ſicuti exemplum extremæ neceſſitatis regulam & legem non ſubvertit, ita multò minus, legem non fuiſſe, probare poteſt.

NOTÆ.

(*a*) *GERMANUS SIT, &c.* Soli *Germaniæ* datum eſſe eligere Imperatorem, dixi ſupra, Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 62, & 63, & Tit. 4, §. 3, lit. m, p. 308, & §. 4, lit. b, p. 325. Hic autem quæritur: *Num ſoli quoque Germani Imperatores eligi queant?* Publica hæc Quæſtio agitata noſcitur, poſt fata *Maximiliani I*, *Carolo*, Hiſpaniarum, & *Franciſco I*, Galliarum Regibus, pari Zelo, Imperii habenas ambientibus. Vulgatiſſima eſt *Alberti* Moguntini Oratio, in Electorali Collegio habita, apud *Sleidanum*, lib. 1, pag. 20, & *Georgium Sabinum*, *Hiſtor. Elect. Caroli V*, cujus tenorem *Goldaſtus*, part. 1 *Polit Imper.*, p. 128, & *Schardius*, Tom. 2 *Rer. German.*, p. 7, referunt; ibi: *Exiſtimo, vos omnes de tribus ſententiis diſputare: An (1) Rex Galliæ ſit ad Imperium accerſendus? aut (2) Carolus, Rex Hiſpaniæ? an vero (3) ſatius ſit, aliquem eligere ex cæteris Germaniæ Principibus, qui virtute & potentia aliis antecellere videatur? De his omnibus exponam breviter meam opinionem. De Gallo, arbitror, nos impediri Noſtris Legibus, & jurejurando. Eſt enim disertè conſtitutum: Ne extero, ſed Germanico Principi Imperium commendemus; ne hoc tantum decus ad exteras Nationes transferatur, & non modo Germania veniat in ſervitutem, ſed etiam, in Italia, aut ſtatu Eccleſiæ, mutatio ſe-*

quatur. Nec vero dubium eſt, Regem Galliæ eſſe peregrinum Principem, & eò appetere hoc faſtigium, ut ad ſuos transferat, &c. Hinc inveſtigationes variæ in Legis Auctorem. *Hugwaldus* (non Huldricus, aut Henricus) *Mutius*, lib. XIV *Hiſtor.*, p. m. 107, memor *Ottonis III*, Imp., Conſtitutionis, de Septem Electoribus, ait: *Huic Othonis Conſtitutioni Gregorius* (V) *Pontifex addidit aliam, volens Patriæ dignitati conſulere. Sancivit enim: Ut ſoli Germani eligant, & non alium eligant, quam Germanis Parentibus natum, &c.* Ipſi *Ottoni III* eam adſcribit *Peucerus*, in *Chronico Carionis*, lib. 4, in vita Ipſius, p. 512, & *Spangenbergius*, cap. 154 *Chron. Saxon.*, nec non, quos *Daniel Otto*, differt. de *Jure Publico*, cap. 8, p. 157, *Gerlacus Buxtorffius*, in A. B., Concluſ. 31, lit. d, *Simon Piſtorius*, inter Conſilia *Modeſtini Piſtorii*, Conſil. 1, Vol. 2, à §. 12 ad 28, *Reinkingius*, lib. 1, de *Regim. Secul. & Eccleſ.*, claſſ. 3, cap. 4, §. 3, &c., p. 214, aliique hoc titulo producunt. *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 2, §. 83, pag. 30, mavult eam ab *Ottone I* conditam; mutata vero ſententia, Vol. V, in Addit. ad hunc locum, p. m. 7, cum reliquis *Ottonem III* ejus Auctorem ſtatuit. Conſ. de hoc argumento *Franc. Irenicus, Exegeſ. German.*, lib. 3, cap. 23; *Heigius*, *Quæſt. Illuſtr.* 5; *Arumæus*, Vol. I *Jur. Publ.*, Diſcurſ. 6, p. 24, &c.; *Schützius, Colleg. Jur. Publ.*, Vol. 1, Exercit. 2, θ. 9, lit. e, p. 93, &c.; *Strauchius*, Diſſert. Jur. Publ. IV, θ. 4, p. 88, &c.; permulti alii. Ego opinor, Moguntinum loqui de A. B., &, per *Legem*, qua cautum vult, Imperium non niſi Germanico Principi committendum eſſe, intelligere verba cap. 2 A. B. §. 1: *Bonum & utilem eligere valeant*; & §. 2: *qui ad hoc exiſtat idoneus, &c.* Vid. Dn. *Obrecht*, Diſſ. de *Electione Imperatoris*, θ. 7, p. 253. Re vera enim ſvadent generales Prudentiæ Civilis regulæ, inter pares civem præferri peregrino, ob cauſas notas. Indignum ſane (1) Germanorum gloria foret, ſi ex peregrinis Rex ipſorum eligeretur; (2) Germanus natus Gentis mores, conſuetudines, Leges, linguam, &c. melius noſſe præſumitur, quam extraneus; (3) Facile hoc modo Imperii decus ad aliam Gentem transferri queat; (4) Conſuetudinem longiſſimam in Electionibus, excepto ſummæ neceſſitatis caſu, mutari, non conſultum; (5) Imperium peregrini rarò ſtabile, multisque turbis obnoxium; (6) Per tot Secula, ſub Principibus Germanis, Germania libertatem ſuam, mirificè & fortiter, tutata eſt; (7) Germanorum *Herkommen* alium, quam Germanum, non admittit, &c. Vid. *Reinking*, l. c., §. 6, pag. 215; *Rumelinus*, ad A. B., Diſſ. 4, θ. 23, in Corollar., p. 135; *Arumæus*, l. c.; *Carpzovius*, de *Voto Septemvirali* Moguntini, in favorem *Caroli V*, contra *Franciſcum I*, expoſito, dogmate 3; *Limnæus*, lib 2 J. P., cap. 2, §. 83, p. 30; *Schilter*, *Inſtit.* J. P., Tom. 1, lib. 1, Tit. 14, §. 18, pag. 147; Aliàs nulla lex poſitiva, Electores, ad conſtituendum neceſſario Regem Germanum, obſtringens, adduci poterit. Vid. Dn. *Conringius*, ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 23, pag. 135; Dn. *Kulpiſius*, Diſſ. de *Obſervantia Imperiali*, θ. 17 ad 21, pag. 22 ad 28; Ill. *Obrechtus*, l. c.; Ill. Dn. *Schweder*, *Introd.* J. P., part. ſpec., Sect. 1, cap. 2, §. 4, pag. 209, & 210; Ill. Dn. *Rhetius*, *Inſtit.* J. P., lib. 1, Tit. 4, §. 31, pag. 158.; Illuſt. Dn. *Thomaſius* ad *Monzamban.* cap. 1, §. 3, lit. o, pag. 28; Dn. Auctor *des Europ. Herolds*, Tom. I, cap. 3, pag. 101; &c. Exempla etiam in contrarium ſuppeditant *Richardus* Anglus, & *Alfonſus* Hiſpanus.

(*b*) *NATUS SIT, &c.* Locus Nativitatis nato Civitatem non aufert. Hinc pro *Germano* habetur, cujus Pater, vel Avus *Germanus* fuerit, licet extra Germaniam aſpexerit lucem. Exempla Dn. Auctor profert; theſin comprobant *Mylerus*, *ad Rumelinum*, Diſſ. 4, θ. 23, lit. b, p. 136; Dn. *Schütz*, Vol. I, Exer. 2, θ. 9, lit. c, pag. 94, & reliqui, quos in teſtimonium vocat; *Reinkingius*, de *Regim. Sec. & Eccl.*, lib. 1, Claſſ. 3, cap. 4, §. 15, p. 216; *Daniel Otto*, l. c., cap. 8, p. 156; Ill. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.*, cap. 8, §. 3, pag. 160, & 161;

(*c*) *FUIT, &c.* utpote natus Patre *Maximiliano*, Imp., & *Maria* Burgunda, *Brugis Flandrorum*, 22 Jun. 1478; Vid. *Morery*, voc: *Philippe I*, p. 149.

(*d*) *HABITI SUNT, &c.* Num *Carolus V* Germanus fuerit? quæritur, & aſſirmatur, apud *Strauchium*, Diſſ. Jur. Publ. IV, θ. 6, p. 91, &c., & quos *Rumelinus*, ad A. B., Diſſ. 4, θ. 23 Corollar., p. 135, & 136, teſtes nominat.

(*e*) *CONSUETUDINEM*, &c. Ita Dn. *Schweder*, l. c., part. ſpec., Sect. 1, c. 2, §. 4, p. 209; Dn. *Kulpiſius*, de *Obſervant. Imper.*, θ. 17, &c., p. 22, &c.; Alii, quos *Daniel Otto*, l. c., pag. 154. & 155, allegat.

(*f*) *COGENTE, &c.* Sic Dn. *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 23, p. 135.

(*g*) *MUTII, &c.* Qui lib. 14 *Chron.*, p. m. 107, multa fabuloſa alia de *Ottone III* refert, poſt reliqua ſcribens: *Hujus Othonis tempore Electores Principes ſunt inſtituti. Otho enim III, non habens heredem filium, decrevit, in frequentibus Comitiis Principum, ut in poſterum perpetuo Francofurti eligatur Imperator; conſtitutis tribus Electoribus ArchiEpiſcopis, Moguntinenſi, Colonienſi, Trevirenſi; his addidit quatuor alios Principes Seculares, quos vocant, nempe Regem Boëmiæ, qui & Archi-Pincerna Imperii debeat eſſe; Marchionem Brandenburgenſem, quem voluit eſſe Camerarium; Ducem Saxoniæ, qui eſſet Mariſcalcus; & Palatinum Comitem Rheni, qui Dapifer eſſet. Hos Electores ſeptem conſtituit, penes quos eſſet omne Jus & poteſtas eligendi Cæſarem, &c.* Quæ omnia conficta. Quidni & reliqua, quæ immediatè, de *eligendo Germano*, ſubjicit, jam, lit. a, producta?

(*h*) GALLIÆ, &. Otioſa quæſtio eſt: *Num Rex Galliæ Imperator eligi queat?* non deciſà priori illâ, de

qua

Digitized by Google

qua lit. a: *Num Imperator neceſſario Germanus eſſe debeat*; Inde enim hujus affirmativa, vel negativa pendet. Num verum ſit, quod *Scipion du Pleix*, Hiſtoriographus Regius, Tom. 3 de *l'Hiſtoire Generale de France*, pag. 306, §. 10, docet: *Nous ne trouvons pas, qu'en lignée des Roys Capetiens il y ait eu autre, que François I, qui ait aſpiré à l'Empire, &c.*, disquiritur. Si *Mutio*, lib. 23 *Chron.*, p. 213, & 214, fidem adhibeamus, *Philippum* Pulchrum, jam anno 1308, mortuo *Alberto I*, Imperium affectaſſe, ut exiſtimemus, ſuadet ejus oratio. Sicut autem crebræ allucinationes ejus prominent, ita & hoc ſphalma, ex *Clementis V*, ad ipſum Regem *Philippum*, data Bulla, apud *Cadelbacum* (Cadillac) Burdegalenſis Diœceſis, Cal. Octob., an. Pontificatus III, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1 *Cod. Juris Gentium Diplom.*, §. 44 *Mantiſſæ*, p. 241, & 242, corrigendum eſt, dicendumque: Regem non pro ſe, ſed pro fratre, *Carolo*, ad Imperium promovendo, laboraſſe, verbis Bullæ ſic ſe habentibus: *Præterea Dilecti Filii, Petrus Barerii, Canonicus Virdunenſis, & Hugo de Cella, Miles tuus, nuper ad noſtram præſentiam venientes, Nobis litteras Tuas, continentes inter cætera credentiam, præſentarunt, & qualiter ipſi dudum, cum Noſtris & Tuis litteris, ſuper facto Electionis futuri Romanorum Regis, ad partes Alamaniæ accedentes perſonaliter, & qualiter in hujusmodi negotio proceſſerant, ac Venerabilis Frater Noſter, Colonienſis Archi-Epiſcopus, latanter ipſos receperat, eique Dilectum Filium, Nobilem Virum, Carolum, Comitem Andegavenſem, Germanum Tuum, in Regem Romanorum, ex parte Tua, nominaverant eligendum*, &c. quæ confirmant à *Conrado Vecerio*, in Vita *Henrici VII*, Imp., ad an. 1308, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 66, & *Spondano, Contin. Annal. Baron.*, ad eundem annum 1308, §. 3, pag. 365, & 366, tradita. Conf. de hoc argumento *Limnæus*, ad *Capitulat. Caroli V*, procem. voc: *Durch die Wahl*, §. 36, 37, & 38, pag. 76. Quæ vulgo, in favorem Galli, afferuntur, quod ſcil. (1) *Hugo Capetus*, Galliæ Rex, nepos, ex filia *Hawida, Henrico Aucupi* fuerit; (2) Elector Trevirenſis titulo Archi-Cancellarii Imperii per Galliam utatur; (3) bella inter Imperium & Galliæ Regnum ceſſarent, Gallo Imperatore electo; (4) Ex aliis Gentibus jam lecti Imperatores innoteſcant, *Richardus* Anglus, & *Alfonſus* Arragonus; (5) Unitis Germanorum Gallorumque viribus, Chriſtianus Orbis facili negotio ab Infidelibus purgari poſſet, &c., aut aliena ſunt, aut nullius roboris, & incerta.

(*i*) *LEGE, &c.* Qui Cæſarem ex quacunque Natione eligi poſſe putant, nominantur à *Daniele Ottone*, cap. 8, de *Jure Publico*, p. m. 155; conf. *Zabarella*, Cardin., in C. *Venerabilem*, X, *de electione*; *P. Gregorius* Tholoſanus, JCt., lib. 7, de *Republica*, c. 4, §. 11, & c. 15, §. 16; Reliqui.

4. Ab Electoribus *legitimè electus*, id eſt, ſecundùm leges fundamentales in Aurea Bulla comprehenſas: & ſic requiritur (*a*) ratione profeſſionis: ut ſit *primo Chriſtianus*, non infidelis, non Hæreticus; (*b*) Eſt enim Caput populi Chriſtiani. *A. B. T. 2. Einen lahmen* (*c*) *meuchelſichtigen Mann, und der in dem Bann oder in der Acht iſt, oder ein Ketzer iſt, den ſollen die Fürſten nicht zum Kœnig kieſen; kieſen ſie aber dieſen, die andere Fürſten verwerffen ihn wol mit Recht, an der ſtatt, da ein Hof hin geſprochen wird, ob man ihn der Dinge eines überkommet, als recht iſt.* Proteſtantium religionis Imperator eſſe poteſt; (*d*) quia hæretici non ſunt, & proteſtantium religio in Imperio confirmata eſt. *R. J. 1555, J. P. art. 5*, & Capitulationibus Imperatorum. Et qui idoneus eſt, ut eligat Imperatorem, idoneus etiam eſt, ut in Eum eligatur; poteſt enim Elector ſibi ipſi votum (*e*) dare in electione, illudque ab aliis confirmari. *A. B. T. 2, §. ult. in fin. Secundo, ut ſit Laicus*; (*f*) Electores enim eligere debent temporale (*g*) caput. *A. B. T. 2, §. 2.*

NOTÆ:

(*a*) *REQUIRITUR, &c.* Ob quas rationes *Ferdinandus III* fuerit electus, docent Electorum literæ ad Cæſarem, de an. 1636, apud *Lundorpium*, Tom. IV *Act. Publ.*, lib. 3, cap. 89, p. 617, in quibus adducuntur (1) Natale ſolum, Germania; (2) Ejus Pietas; (3) Prudentia; (4) Amor in Patriam & Imperium; (5) Divitiæ; (6) Affinitas; (7 Cognitio Linguarum.

(*b*) *HÆRETICUS, &c.* Ex formula R. J. *Auguſtani*, de an. 1555, §. 15: *Und damit ſolcher Fried, &c.*, & §. 20: *Damit auch obberichrte, &c.*; nec non *Inſtrum. Pac.* Art. V, §. 1, & §. 50; it. Art. VII, §. 1, aliisque Legibus Imperii fundamentalibus, quibus Religioſa pax confirmatur, præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 24, p. 278, citatis, judicandum eſt, qualem pœnam mereantur, qui, proſcribenda temeritate, & acatholico Zelo, *Proteſtantes* Hæreticorum cenſu habent. Præter hos vero, & Romano-Catholicos nullam aliam Religionem in Imperio laudatæ pacis participem eſſe debere, monent verba dicti R. J. *Auguſt.* de an. 1555, p. 17: *Doch ſollen alle andere, ſo obgemeldten beyden Religionen*

nicht anhangig, in dieſem Frieden nicht gemeynt, ſondern gantzlich ausgeſchloſſen ſeyn, &c. Quorſum & hæc, ex *Inſtr. Pac.* Art. VII, §. 2, ſpectant: *Præter Religiones ſupra nominatas nulla alia in Sacro Imperio Romano recipiatur, vel toleretur, &c.*; quæ in *Capitul. Ferdinandi IV*, art. 38; *Leopoldi*, art. eod., & *Joſephi*, art. 37, repetuntur. Intelligendi autem hoc nomine *Anabaptiſtæ, Schwenckfeldiani, Stancariſtæ, Boemiſtæ, David-Joriſtæ, Sociniani, Ariani*, Fanatici alii. Vid. *Lundorpius*, Tom. IV Act. Publ., lib. 3, c. 95, p. 674, verb: *Dicto*; & Tom. VI, lib. 3, cap. 31, in fin. p. 42.

(*c*) *LAHMEN, &c.* Sunt Verba *Speculi Suevici*, lib. 1, cap. 21, §. 3, quæ etiam apud *Limnæum*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 2, §. 87, pag. 31, & alibi offendis; addas *Speculum Saxonicum*, lib. 3, Art. 48, antiquiſſimæ Edit. Lipſienſ., an. 1488, fol. 47: *Vitiatum in corpore, aut infectum, aut Apoſtolici ſententia juſte innodato*, (innodatum) *in Regem non eſt eligendus, &c.* in textu Germanico, l. c., fol. 48: *Lamen Man, und maſſelſüchtige Man, und de in des Pawes Ban, mit rechte, Kamen is, den mot me nicht to Koninge Keſen, &c.* In Editione Auguſtana, an. 1516, & recentioribus reperiuntur hæc, non Art. 48, ſed 54.

(*d*) *POTEST, &c.* Ob paritatem Jurium, Proteſtantibus æquè ac Romano-Catholicis competentium, arg. Art. V *Inſtrum. Pac.*, §. 1; ibi: *Quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum.* Conf. Dn. *Schütz, Colleg. Jur. Publ.*, Vol. 1, Exerc. 2, *t.* 9, lit. K, p. 95, & 96; *Limnæus*, loc. cit.; Illuſtr. Dn. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.*, cap. 8, §. 4, p. 161; Dn. *Schwederus, Introd. J. P.*, part. ſpec., Sect. I, cap. 2, §. 4, p. 212. Ignoſcendum ergò effervefcenti *Caninii* iræ, qui, in *diſcurſu* ad A. B., p. 115, apud *Limnæum*, l. c., §. 88, pag. 32, ſeditioſè blaterat: *Les Princes Heretiques* (ita vocat, qui Papæ dogmata non amplectuntur) *doivent conſiderer, qu'il leur eſt impoſſible d'eſtre elûs à l'Empire, ou que, s'ils le viennent à être, c'eſt une choſe extrémement dangereuſe pour eux, & pour leur Etat. Pourceque cette Election eſt contre les ſaints Canons de l'Egliſe Catholique, et contre tout Exemple des Empereurs Occidentaux ‑ ‑ ‑ ‑ ‑ ‑ ‑ mais que dis-je contre les Canons de l'Egliſe Catholique? l'Election, faite en un Prince Heretique, ſeroit contraire aux Droits, & aux Articles de l'Empire, auxquels le Roy des Romains s'oblige, par ſerment, en ſon Election à Franckfort, & en ſon Couronnement en Aquiſgrayne, entre les mains des Princes Electeurs. Le premier eſt: De defendre le Pape, & l'Egliſe Romaine, et d'etre ſon Advocat. Et, par le penultieme, il eſt ordonné, que tout ce qui pourroit être fait contre les Canons Pontificaux, ſeroit nul, & de nulle valeur. Bref, tout Prince Heretique eſt par eux preciſement exclûs de l'Election du Roy des Romains, &c.* quæ *Limnæus*, Tom. IV, Addit. ad lib. 2, cap. 2, §. 88, pag. 215, & 216, Latinè interpretatur. Ejuſdem furfuris ſunt Auctor *diſcurſus primi*, qui extat in Libro, cui titulus: *Recueil de quelques Diſcours Politiques, imprimé en l'an* 1632, §. 23, pag. 12; & Auctor Diſcurſus *ſur l'Election d'un Empereur*, ibid. §. 6, p. 88; in ſcenam, hoc nomine, producti à *Limnæo*, Vol. V, Addit. ad lib. 2, cap. 2, §. 88, pag. 9, & 10, & *Schwedero*, l. c. Quæſo, quæ ratio? Rex Romanorum promittit: ſe fore Protectorem Eccleſiæ Romanæ; Ergò Princeps Proteſtantium Religionis nequeat eligi Imperator. Nonne vel infideli, Judæo, &c., contra vim injuſtam, defenſio, ſive tutela promitti poteſt? anne reſpicit protectio ſaltem homines ejusdem, quam Protector profitetur, Religionis? Quale conſequens? Electi hactenus Imperatores Romano-Catholici, in Capitulationibus, Art. I, jurarunt: *Die Chriſtenheit, und den Stuhl zu Rom, auch Pæbſtliche Heyligkeit, und die Chriſtliche Kirche, als derſelben* Advocat, *in gutem treulichen Schutz und Schirm zu halten, &c.* Ergò Formula hæc & in poſterum retinenda, electo Auguſtanæ Confeſſionis Imperatore; præſertim, cum jam an. 1562, ult. Novemb., Capitulationi *Maximiliani* 2, Art. 2, inſertum noſcatur: *So viel dieſen, auch den nachfolgenden Artickel gegenwærtiger* Obligation, *anfahende: Das ſollen und wollen wir, mit ihr, der Churfürſten, &c., belangend, haben vorgemeldte Unſere liebe Oheimen, die weltlichen Churfürſten, ſich austrücklich gegen Uns erklaret, was daſelbſt von dem Stuhl zu Rom, auch der Pabſtlichen Heyligkeit für Meldung beſchicht, daß Ihre Liebden darein nicht wollen bewilligen, noch Uns damit verbunden haben, &c.* quæ, in *Capitulationibus Rudolphi* 2, *Matthiæ, Ferdinandi* 2, & *Ferdinandi III*, Art. 1, non ſolum ſunt confirmata, ſed & in *Capit. Ferdinandi IV*, Art. 1, additum: *Noch erſtgedachte* Advocatia, *dem Religion- und* Profan-*Frieden zu* præjudiz, *angezogen und gebraucht, ſondern denſelben gleicher Schutz gehalten und geleiſtet werden ſolle, &c.* Quibus, in *Capitulatione Leopoldi*, Art. 1, *Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ*, & ſequentia annectuntur: *Wie wir Ihnen, denen dreyen Churfürſten* (*zu Sachſen, Brandenburg, und Pfaltz*) *dann auch ſolches verſprechen, und Uns hiermit darzu verbinden, &c.*; eadem continente Capitulatione *Joſephina*, Art. I. Sunt ſanè longè diuerſa: Defenſio alicujus, & approbatio Religionis, quam propugnat. Poteſt defendi Papa, in rebus licitis, à dogmatum ipſius oppugnatore acerrimo. Vid. *Limn.* ad *Capitulat. Maximiliani* 2, Art. 2, voc: *darein nicht wollen bewilligen*; & voc: *Noch uns damit verbunden haben*, pag. 490; Dn. *Schütz*, Vol. 1, Exerc. IV, *t.* 2, lit. a, pag. 231; *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. 2, Sect. 1 tota, pag. 32, &c.; & Sect. 7, §. 9, &c., pag. 45; *Joh. Jacobus Panzerus*, Qu. 2, diſput. Feud. ſecundæ *Carpzovii* ſubjuncta; Dn. *Schwederus*, l. c.; Dn. *Obrechtus*, ad *Monzamban.*, Exerc. I, cap. 1, §. 13, p. 15: Dn. Auctor *des Europ. Heroldts*, Tom. 1, cap. 3, p. 102; Dn. *Joh. Franc. Berndes*, Diſſ. Inaugur. de *Negotiis, Capitulatione Cæſarea annullatis*, Præſide Ill. Dn. *Samuele Stryckio*, anno 1703 habita, cap. 2, §. 5, pag. 34, & 35.

Conf.

Digitized by Google

Conſ. de hac *Advocatia* ſeq. Tit. 8, §. 2, lit. q, & Lib. 3, Tit. 2, §. 11. Aliud eſt, ſi quæramus: Num ſpes ſit, quendam ex Proteſtantibus unquam Juris hujus documento futurum.

(*e*) VOTUM, &c. Inanes ſunt, qui, ex L. Un. C. *Ne quis in ſua cauſa*, negare audent, Electores ſibi ipſis vota dare poſſe; quibus ſatisfacit *Strauchius*, Diſſ. 4 *Jur. Publ.*, *t.* 26, p. 113, & 114, reſpondendo, Legem iſtam loqui de iis, qui *directè* in propria cauſa teſtes eſſe volunt, non verò de iis, qui, reſpectu duntaxat habito ad alterius ſententiam, de ſe teſtimonium perhibent. Rectius forſan *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 3, §. 81, p. 48, & 49, in Electione Imperatoris non dari Judicium, ergo nec propriè Judicem, nec teſtes. Affirmativæ ſuffragatur Textus A. B., à Dn. Auctore adductus; cui jungas Exempla, ſeq. Tit. VI, §. 15, litt. e, & d. Theſin comprobant, præter *Strauchium* & *Limnæum*, ll. cc., *Rumelinus*, ad A. B., Diſſ. 3, *t.* 13, & 14, p. 82 ad 85; & *Carpzovius*, de L. R., cap. XI, Sect. VIII, §. 8, &c., p. 292, quosque laudant teſtes; *Daniel Otto*, cap. 4 J. P., p. 258; *Buxt.*, ad A. B., *t.* 39, lit C; Dn. *Schwederus*, Introd. in *Jus Publ.*, part. ſpec., Sect. 1, C. 2, §. 20, p. 231; Ill. Dn. *Coccejus*, *Jurisprud. Publ.*, cap. 8, §. 11, p. 166; Dn. *Thulemarius*, Cap. 24 *Octovirat.*, §. 85, pag. 468, & 469; Alii. Coronidis loco notandum, Reges quondam Britannos, à temporibus *Richardi* ad *Henricum VI* uſque, diplomata, non alia, quam hac phraſi, corroboraſſe: *Teſte me ipſo*; Vid. *Mabillon*, *de Re Diplomatica*, lib. 2, c. 21, §. 7, pag. 106; *Chamberlainus*, *Notit. Angl.*, cap. 4; *Job. Gobelinus*, lib. 3 *Commentariorum Ludovici Pii*, cujus hæc ſunt verba: *Juſſus* (Henricus VI) *mittere ad Conventum Mantuanum*, *nomine Regio*, *& rebus*, *quæ ibi tractandæ forent*, *non indignam* (Legationem,) *Epiſcopos & Proceres Regni præclaros deſignavit Oratores*, *ſed nemo illorum iter ingreſſus eſt*, *contemſerunt omnes Regis juſſionem. Ille duos Presbyteros*, *modici nominis*, *ad Pium Papam* 2 *transmiſit*, *qui & obedientiam offerrent*, *& cur Legati majores non veniſſent*, *cauſas redderent. In literis Mandati non fuerunt*, *de more*, *aut teſtes nominati*, *aut ſubſcripti Tabelliones*, *ſed adnotata erat*, *Regis manu*, *hujuscemodi ſubſcriptio*: *Henricus*, *teſte me Ipſo*; *& Sigillum Regni appenſum*, *&c.*

(*f*) LAICUS, &c. Vid. *Antonius de Roſellis* de *Aretio*, part. 1 *Monarchiæ*, ſeu, de *Poteſtate Imperatoris & Papæ*, cap. 38, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Monarchiæ*, pag. 272, & part. V, cap. 30, pag. 555; *Buxtorfius*, ad A. B., Concl. 31; *Daniel Otto*, cap. 8 *Jur. Publ.*, pag. 162; Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.*, part. ſpec., Sect. 1, c. 2, §. 4, pag. 211; *Scharſchmidius* ad *Schützium*, Vol. 1, Exerc. 2, cap. 9, lit. H, I, K, pag. 98; *Du May*, *Etat de l'Empire*, Dial. 2, part. 1, p. 85; Alii. Clericos autem hic non excludendos eſſe, vel propterea arbitror, quod (1) nulla Lex prohibens extet, (2) adſint Clericorum exempla, qui aliorum Regnorum ſolia conſcendiſſe noſcuntur, &, ab exordio Regiminis, pro Capitibus Laicis ſunt habiti; v. g. *Alfonſus VI*, occiſo fratre, *Sanctio* 2, in Zamorenſi obſidione, an. 1073, Cœnobio exiens, Sceptra Caſtellæ & Legionis arripuit; *Ramirus*, Regulis S. Benedicti vivens Monachus, cæſo, ab Arabibus, haud procul *Fraga*, an. 1133, fratre *Alfonſo* 1, Rex factus Aragoniæ; *Jacobus*, ex Nicoſiæ Archi-Epiſcopo, defuncto Patri, *Johanni*, an. 1458, in Regno Cypri ſucceſſit, pulſa ſorore *Charlotta*, hærede legitima; *Henricum*, Eccleſiæ Romanæ Cardinalem, trucidato ab Afris, Ann. 1578, *Sebaſtiano* Rege, Ipſius, ex fratre, *Johanne III*, pronepote, Portugalliæ Ordines Regem ſalutarunt; *Johanni Caſimiro*, primum Jeſuitarum Ordinis ſocio, deinde R. E. Cardinali, Poloniarum Proceres, poſt fata fratris, *Uladislai Sigismundi*, an. 1649, 17 Jan. coronam impoſuerunt. Ne dicam de aliis Principibus, miſſo Clericatu, ad Seculare Regimen evectis, quorum catalogum deprehendis *in der aufgefangenen Briefe* **Erſten Ravage**, de an. 1700, & quidem in Faſciculo ſecundo, (*in dem zweyten* Pacquet) Epiſt. 20, p. m. 188 ad 195. Notandum vero, hos Principes omnes nondum ſacris Ordinibus fuiſſe initiatos. Imperium exemplo caret, niſi dicas, Imperatores, qua tales, planè diverſarum Eccleſiarum Canonicos fieri. Vid. Præced. Tit. IV, §. 10, lit. a, pag. 401.

(*g*) TEMPORALE, &c. Conf. Gravamina, *auf dem Reichstag zu* Paſſau *übergeben*, *und auf dem Reichstag zu Augſpurg*, an. 1555, 29 Julii, reiteriret, ap. *Limnæum*, ad *Capitul. Caroli V*, Mantiſſa 3, p. 384: *Nachdem das H. Reich Teutſcher* Nation *ein frey Reich iſt*, *das keiner andern* Nation *unterworffen*, *ſondern das aus ſeinen eigenen Gliedern*, *durch ordentliche Wahl der Churfurſten*, *Ihme ſelbſten*, *und der gantzen Chriſtenheit*, **ein weltlich Haupt** *zu kieſen hat*, *&c.*

5. Ut Reipublicæ Romano-Germanicæ tanquam caput præſit. Ergo *primò* debet eſſe *(a) auguſto corpore:* quamvis melius ſit, ut Imperator claudicet, quàm Imperium. *Secundò (b) juſtæ ætatis*, quæ in Imperatore eligendo legibus definita non eſt. *Otto III*, admodum puer; *Henricus III*, anno ætatis 12; *Henricus IV*, 8; *Fridericus II*, anno 20; *Carolus V*, anno ætatis 19, ad Imperium admiſſus eſt. Quamvis melius ſit, ſi ætate ſit provectior; ex imperfecta enim ætate imperantis multa ſæpius pericula ſurgunt, & multa in Rempublicam incommoda redundant. (hæc duo requiſita commodè ad naturæ requiſita referuntur, de quibus

bus ſupra.) *Tertiò* ut virtutibus aliis, omnibus imperantibus communibus & neceſſariis, inſtructus ſit, ut eſt Juſtitia, (*c*) Miſericordia, (*d*) Veritas, (*e*) &c. *Limn. l. 2 Jur. Publ.*, *c. 2*, *§. 91*, *& ſeqq.* inprimis, cum Germaniæ imperet, & verò duæ linguæ, (*f*) Latina & Germanica, in Imp. ſint receptæ, (*g*) ut eas intelligat.

NOTÆ.

(*a*) AUGUSTO CORPORE, &c. Cum nihil, ad inflectendos hominum ſenſus, aptius ſit, corporis præſtantia, Auguſtam Cæſaris perſonam omnino decet Auguſtum habere corpus; quamvis negari nequeat, Imperii compagem bene ordinatam longè præſtare externa Cæſarei corporis bona, meliusque eſſe, Regem, quàm Regnum, claudicare. Multum inſuper præferenda eſt animi Nobilitas formæ corporis, quod, absque ea, ſemper deforme; ſi tamen & animi corporisque bonis prædita ſit Majeſtas Cæſarea, redditur tanto gratioſior, & auguſtior; Haud enim ſpernendum proverbium: *Weleben Gott und die Natur gezeichnet hat, vor dem ſoll man ſich in acht nehmen.* *Albertum* I fuiſſe monoculum, teſtantur *Hainrici Rebdorfienſis* Annales, ad ann. 1299, præc. Tit. 2, §. 10, lit. D, ad an. 1299, p. 168; *Albertus Argentin.*, pag. 111; *Paraleipomena memorabilium*, *Conrado Urſpergenſi* annexa, ad an. 1298, p. m. 262; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 44, ad ann. 1299, p. 980; *Lehmannus*, *Chron. Spir.*, lib. 7, cap. 1, pag. 709; ad ſeq. §. 11, Ejus vita, v. 4.

(*b*) JUSTÆ ÆTATIS, &c. Jure Civili nemo admittitur ad Rempublicam gubernandam, ante annum ætatis 25, arg. l. 8 ff. De *Muneribus & honorib.*, ne imberbis Senibus imperare videatur. De ætate Regis Romanorum nihil cautum. Exempla, à Dn. Authore allegata, probant: Rationem Status, non ætatem, obſervari; queis addantur *Wenceslaus*, ann. 15, *Ferdinandus IV*, anno 20, *Leopoldus*, anno 18, & *Joſephus*, anno 12 ætatis, electi Cæſares, Regesque Romanorum. Vid. *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 2, §. 74, pag. 27; Ill. Dn. *Schutz*, Vol. 1, Exerc. 2, *t*. 9, lit. f, pag. 95; Dn. *Schwederus*, part. ſpec., Sect. 1, cap. 2, §. 4. pag. 211; Dn. *Rhetius*, *Inſtit.* J. P. lib. I, Tom. 4, §. 32, pag. 159; *Daniel Otto*, Diſſert. de J. P., cap. 8, pag. 159, & 160.

(*c*) JUSTITIA, &c. Hanc in primis ſibi commendatam habeat Princeps, ſi Regnum à turbis purgare, quietumque conſervare velit. Vid. *Daniel Otto*, l. c., p. 169, & 170. Hinc puniat malos, bonosque præmiis foveat, viduarum & pupillorum cauſas tueatur, præſtetque egentibus auxilia, &c. Pulchra ſunt, quæ *Limnæus*, l. c., §. 92, &c., pag. 33, collegit.

(*d*) MISERICORDIA, &c. Miſericordia in Principe inæſtimabilis eſt adamas, aſylum oppreſſorum, verique Principis character. Princeps, cum à Deo Regimen in Terris accipiat, quàm maxumè quoque imitetur Eum, miſericordiam exercendo, nec delinquentes præcipiti pœna afficiendo, &c. Spectant huc ſententiæ veterum, & Apophthegmata, de *Miſericordia*, in *Florilegio Joſephi Langii*, pag. 401, &c.

(*e*) VERITAS, &c. Hinc fides ſervanda cuilibet, ſubditis, hoſtibus, infideli, &c. Modò nec Deum, nec Rempublicam lædat, &c. Faciunt huc quoque aliæ virtutes, ut Clementia, Temperantia, Modeſtia, Liberalitas, &c. De quibus *Daniel Otto*, Diſſ. de *Jure Publ.*, cap. 8.

(*f*) DUÆ LINGUÆ, &c. Inſigni ornamento Principis eſt Majeſtati, plures callere linguas, ne, per Interpretes, exterarum Gentium Oratores audire, vel iis reſpondere teneatur. De *Carolo Magno* ſcribit *Eginhartus*, in Ejus vita, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Franc.*, p. m. 441: *Erat Eloquentia copioſus & exuberans, poteratque, quicquid vellet, apertiſſimè exprimere. Nec patrio tantum ſermone contentus, ſed & peregrinis Linguis ediſcendis operam impendit: in quibus Latinam ita didicit, ut æque illa, ac patria Lingua, orare ſit ſolitus. Græcam vero melius intelligere, quam pronunciare, poterat, &c.* Conſ. *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad ann. 794, pag. 124; & Poëta *Saxo*, lib. 5 *Annal. Caroli Magni geſtorum*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 163:

In ſermone ſatis dulcis, facundus, abundans,
Nec patrio tantum claruit eloquio,
Sed ſolitus Lingua ſæpe eſt orare Latina,
Nec Græcæ prorſus neſcius extiterat.
Intellexit eam melius, quam proprietates
Illius poſſet voce ſonare ſua, &c.

De reliquis Ejus ſtudiis, quorum *Eginhartus* meminit, ne dicam. Similem laudem tribuit Auctor Vitæ *Adalberonis*, *Metenſis* Epiſcopi, *Henrico Sancto*, Imp., ap. *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, p. 674: *Rex, quem fallere nemo poterat, quia erat homo litteris adprimè imbutus, eloquentia facundiſſimus, &c.*; nec non *Rupertus*, Abbas Tuitienſis, in vita S. *Herberti*, *Colonienſis* Archi-Epiſcopi, Cap. 10, apud *Surium*, 16 Mart., pag. 188; *Electioni non interfuit novi Principis*, *Henrici*, *tunc Bajoariorum Ducis, quem, ſecundum Seculi dignitatem, locupletiſſimum, & literarum ſtudiis non tenuiter inſtructum, Principes Regni Regem ſibi elegerunt, &c.* Auctor *Vitæ Meinwerci*, *Paderbornenſis* Epiſcopi, apud *Surium*, 5 Junii, Cap. 11, pag. 87, & Dn. de *Leibnitz*, de *Script.*

Digitized by Google

Scriptorib. Rer. Brunſuic., pag. 521, ejuſdem memor, ait: *litterarum ſtudiis non tenuiter inſtructus*, &c. De *Henrico IV* ſcribit *Albericus*, ad an. 1083, pag. 127, ex *Guidone*: *Erat ore facundus, acer ingenio, multa eruditus lectione*, &c. *Fridericum* 2 celebrant Auctores, ſeq. §. 11, in Ejus vita, v. 4, nominati, quibus jungi meretur *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spir.*, cap. 78, p. 581: *Worauf Er ſich begeben, ſtudiren, und erforſchen wollen, iſt Ihme ſchleunig und glücklich von der Hand gangen, daher Er vieler Sprachen erfahren, und gelehrt worden, als der Griechiſchen, Lateiniſchen, Teutſchen, Welſchen, Frantzöſiſchen, und Türckiſchen; ein ſonderbarer* Patron *und Liebhaber gelehrter Leute, daneben in künſtlichen Handwercken geübt und erfahren, &c.* *Adolfi Naſſovii* indolem adumbrans Auctor *Annalium Dominicanorum Colmarienſium*, ad an. 1292, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 26, ait: *Hic ſtatura fuit mediocri, agilis, amabilis, ſciens Gallicum, Latinum, & Germanicum, &c.* *Sigismundum* ſex calluiſſe Linguas, ex *Magno Chronico Belgico*, pag. 356, diſcimus, ubi: *Scivit multas Linguas primo, Latinam & Theutonicam, Bohemicam, Slavicam, Italicam & Gallicam, quibus omnibus congrue loqui poterat, &c.* De *Friderico III* evolvatur *Cuſpinianus*, in ejus vita: *Latine libenter loquebatur, licet Poëticam atque Oratoriam non plurimi faceret, &c.* In Oratione *Jaſonis Mayni*, Romani Equitis, ad *Maximilianum I*, nuptias cum *Blanca Maria*, Mediolanenſi, an. 1494, celebrantem, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Germ.*, p. 224, legitur: *Carolus IV, ejus nominis, Romanorum Imperator, dum Conſtitutiones de Regum & Imperatorum creatione ederet, illud præcipuum ſtatuit: ut, qui ad Cæſaream Dignitatem aſpirat, etiam variarum Linguarum peritiam teneat; præſertim Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Liburnicæ, & Germanicæ. Tu has omnes adeo calles, ut, quæcunque* (quamcunque) *loquaris, tibi ſic domeſtica reddatur, quam ſi eam inter teneros nutricum amplexus imbiberis*, &c. conf. præc. Tit. 2, §. 12, lit. f, p. 230; & ſeq. §. 11, in Ejus vita, v. 4. De *Carolo V* teſtatur *Zenocarus*, in ejus vita, *Eum cum Hiſpanis Hiſpanicè; cum Italis Italicè; in Gallia Belgica, aut Britannia, Gallicè; in Germania Germanicè; &, cum caſus ferret, etiam Latinè, licet rarius, locutum fuiſſe*: ſunt verba Dn. *Fritſchii*, *de Jure Idiomatis, in Imperio Romano Germanico cum primis recepto*, cap. 6, §. 3. nec Eum penitus ignarum *Græcæ* fuiſſe, ex Ejus oratione, qua *Clementis* VII, P. R., argumenta, de Concilio convocando *Bononiæ*, acriter perſtrinxit, apud Dn. *Müllerum*, in *Hiſtoria Proteſtationis & Auguſtanæ Confeſſionis*, lib. 3, cap. 2, §. 6, pag. 410, judicandum eſt. Apud *Henricum Pantaleonem*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, pag. 165, de Eodem legitur: *Er redt mit den Teutſchen Teutſch; mit den Spaniern Spaniſch; mit den Niederländiſchen Reutern Frantzöſiſch; mit den Italienern Italieniſch; mit den Neapolitaniſchen Reutern viel Sprach durcheinander; mit den Gelehrten zimlich gut Latein; gegen den Ungeren, Behemen, Dalmatieren und Macedonieren gebrauchet Er ſich mancherley Sprach, &c.* Easdem linguas didiciſſe *Maximilianum* 2, docet oratio *Joh. Cyriaci*, L. B. de *Polheim*, an. 1577, in Ejus laudem declamata, apud *Chytræum*, lib. 23 *Sax.*, ad an. 1576, pag. 636. De *Ferdinando* 2 *Fritſchius*, l. c., immediatè ſubjungit: *Cæſarem Ferdinandum 2, in Aula ſua, ſemper Germanica, vel Italica, quandoque etiam Latina, quam admodum expeditè locutus, linguis uſum, nunquam verò Gallica, vel Hiſpanica, ne cum ipſo quidem Hiſpanico Legato, ſcribit Autor deſcriptionis ſtatus particularis Regiminis Ferdinandi 2. Idem Auctor, d. Tract. Cap. VII, tradit, Ferdinandum III, Imp., varias Linguas, Germanicam, Italicam, Latinam, Bohemicam, & Hiſpanicam calluiſſe, &c.* Conf. ſeq. Tit. X, §. 6, lit. c, v. 14. Divum *Leopoldum* familiares ſibi reddidiſſe Linguas *Germanicam, Italicam, Hiſpanicam, & Latinam*, docet *Lambecius*, lib. 1 *Commentar. Biblioth. Vindobon.*, §. 26, pag. 25. Dn. *Wolfgangus Adamus de Latoſky*, in oratione, qua D. Cæſarem *Doctum* fuiſſe probat, anno 1705 *Gœrlicii* habita, plures innuiſſe videtur, ſcribens: *D. Leopoldus Linguas per Europam uſitatiores non tam delibare, quam ſibi ſatis familiares reddere ſuſcepit, &c.* Vid. Dn. *Samuelis Groſſeri*, Gymnaſii Gorlicenſis Rectoris, *Immortale Nomen Leopoldi Magni.* Quis hic excipiat *Gallicam? Sclavonicam* Eundem fuiſſe locutum, intelligentem adhuc *Græcam*, à viris fide dignis mihi relatum eſt. Hæc licet ita ſe habeant, non tamen neceſſariò requiritur, ut Cæſar ſit doctus, quod *Daniel Otto*, cap. 8 *Jur. Publ.*, p. m. 163, affirmat, verbis uſus *Juſtiniani*, Imp., in Prooemio Inſtitutionum: *Imperatoriam Majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam Legibus oportet eſſe armatam: ut utrumque tempus, & bellorum & pacis, rectè poſſit gubernari, &c.* Sed, num, qui Legibus armatus, doctus protinus eſt? *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, p. m. 429, in contrarium ſcribit: *Divina & humana Iura utiliter diſtribuebat, &c.*; mox, p. 430, addens: *Quanquam enim literas ignoraret, tamen omnem Clerum .... prudenter inſtituit, &c.* conf. *Lehman. Chron. Spirenſ.*, lib. 5, c. 18, p. 416. Ecce! literas planè ignorans Auguſtus divina & humana jura utiliter diſtribuit, & Clerum prudenter inſtituit. Experientia & Judicium præſtant ſtudiis, merè talibus.

(*g*) RECEPTÆ, &c. Dubium eſt, quo tempore *Latina & Germanica* Linguæ in Imperio ſint receptæ. Provocari ſolet ad Conſtitutionem *Rudolphi I*, de an. 1274, qua cautum ſit, Inſtrumenta publica poſthac Germanico idiomate, nec amplius Romano conſeribenda eſſe; vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 68;

Sed

Sed quis eam vidit? De Conſtitutione *Friderici* 2, Pacem Publicam concernente, Annoque 1235, in Moguntinenſi Curia, promulgata ſermone Patrio, dictum l. c. Profeſſo ſtudio argumentum hoc tractarunt Dn. *Fritſchius*, de *Jure Idiomatis*, cap. 4, & 7, & Dn. *Hachenberg*, in *Germania Media*, Diſſ. VII, de *Lingua Veterum Germanorum*, *ſ*. 10, &c., pag. 246; add. Dn. *Conring.*, *de Origine Juris German.*, in præfat.; & Dn. *Engelbrecht*, de *Jure Diplomatum*, cap. 4, §. 4, p. 56, &c. Non confundenda eſt origo Linguæ Germanicæ cum ejus introductione in S. R. Imp. Illam vetuſtiſſimam eſſe, teſtantur, præter ea, quæ præced. Tit. 2, ſ. 10, lit. q, v. 9, p. 212, protuli, formulæ confeſſionales antiquiſſimæ, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, p. 318, &c.; nec non fragmenta alia, l. c., pag. 383, 385 ad 390; 415, 422, 427, 429 ad 448; 454, 461, 462, ubi Oratio Dominica, cum *Otfridi*, Wizanburgenſis Monachi, antiqua Theotiſca Paraphraſi; & l. c., cap. 8, pag. 757; conf. Formula, in Fuldenſis Eccleſiæ Monumentis, Sacerdoti peccata detegendi, Majoribus uſurpata, à *Chriſtophoro Browero* reperta, & lib. 2 *Annalium Fuldenſium*, cap. 14, Teuto-Francico & Latino ſermone, inſerta, cujus Dn. *Tenzelius*, in *Vindiciis Conringianæ cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, cap. 5, §. 8, pag. 107, meminit. Add. Dictionarium Latino-Teutonicum, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Antiquitatum Alamannicarum*, part. 1, pag. 64 ad 128; ut & Symbolum Veteris Eccleſiæ Alamannorum, ibid., part. 2, pag. 134; & Confeſſio pœnitentium, l. c., p. 135, &c. Introductio vero ſolennis longè recentior eſt. Articulo XIV *Capitulationis Caroli V*, de anno 1519, primum inſertum legimus: *Darzu in Schrifften und Handlungen des Reichs kein andere Zungen, noch Sprach gebrauchen laſſen, dann die Teutſche, oder Lateiniſche Zungen. Es wære dann an Orten, da gemeiniglich ein andere Sprach in Ubung und Gebrauch ſtünde, alsdann mægen wir, und die Unſern Uns derſelben daſelbſt auch behelffen.* Quæ repetita ſunt Art. 13 Capit. *Ferdinandi I*; *Rudolphi* 2, art. eod.; *Matthiæ*, Art. 14; *Ferdinandi* 2, art. 12; *Ferdinandi III*, art. 16; *Ferdinandi IV*, art. 42; *Leopoldi*, art. 43; *Joſephi*, art. 42; in quibus duabus poſterioribus inſuper additum: *Jedoch, in allewege, in Unſerm Reichs Hoffrath, der Teutſchen und Lateiniſchen Sprache unabbruchig.* Sic conſtat, Inſtrumenta Pacificationum Weſtphalicæ, Noviomagenſis, & Ryſwicenſis utroque Idiomate extare; Negotia itidem Imperii cum exteris Regibus, & Rebuspublicis, veluti Gallis, Hiſpanis, Anglis, Danis, Suecis, Polonis, Hungaris, Italis, nec non Sabaudis, Burgundis, Lotharingis, Hollandis, Leodicenſibus, &c. &c., Lingua Latina abſolvi. Plura habent *Limnæus*, ad art. 14 *Capit. Caroli* V, pag. 207 ad 222; Dn. *Fritſchius*, l. c., cap. VII; Quid circa idioma Gallicum, in Imperio cum præjudicio nullatenus admittendum, an. 1682 in Comitiis Actum ſit, docet *Lundorpius*, Tom. XI *Actor. Publ.*, lib. XII, cap. 127, ſ. 45, 46, & 48, pag. 475 ad 478, &c. Conf. *Europæiſcher Herold*, p. 1241, &c., 1323, &c.

6. Præeminentia & dignitas Imperatoris in eo reſplendet, ut omnes Reges atque Principes *(a)* ipſi loco cedant, eosque præcedat; Solus enim iſte eſt, in quem antiquorum Imperatorum Romanorum dignitas eſt translata. *Hugo Grotius* putat, jura Populi Romani non translata fuiſſe in Germanos, ſed penes Populum Romanum manſiſſe, *lib. 2, de J. B. & P. c. 9, §. 11*; ſed falsò, per ea, quæ ſupra de translatione dicta ſunt. Et hic titulus: *Imperator*, nulli alii Monarchæ attribui poteſt. *(b) vid. Bœcl. de S. R. I. voce: Imperium.* Nec obſtat *primò*, quod A. C. 1189 *Iſaacus Angelus*, Imperator Conſtantinopolitanus, *Friderico Primo* jus præcedentiæ dubium fecerit, &, Monarchiam Romanam penes ſe eſſe, aſſeruerit. Intrepidè enim reſpondit *(c) Fridericus Primus*, ſe nomen Imperatoris & Romani Imperii dignitatem ſuſcepiſſe ab avis & proavis: & rectè quidem; Diu enim, ante ipſum, Imperatores Orientales omne jus, in Imperium Romanum, vel bello amiſerant, vel etiam transactione in Occidentales tranſtulerant. Nec obſtat *ſecundò*, quòd Imperator *(d)* Moſcoviæ hoc titulo audiat: quod Rex Galliæ *(e)* eum affectet; in his enim, & aliis novus hic titulus eſt, & nunquam, ſine additione Regnorum ſuorum, dicitur, e. g. Imperator Moſcoviæ. Solus autem & ſeparatim adſcribitur Imperatori noſtro, cumque, tanquam Succeſſorem in Imperio, notat, quotiescunque hic titulus ſolus exauditur. Agnoſcunt hoc omnes populi: agnoſcit hoc ipſe Turcarum Imperator, infenſiſſimus aliàs Imperii hoſtis, qui Imperatorem noſtrum appellat: *Aus den Potentaten JESU den Fürnehmſten: Zwiſchen den Geſchlechten JESU erwehlten fürnehmſten Herrn aller Chriſtlichen Vælcker*; in literis ad Matthiam. Et hinc, in audiendis Legatis, Imperatoris Legatos omnibus aliis præfert, iisque, præ reliquorum Regum atque Principum Legatis, præcipuum locum concedit, & Imperatori Turcico ſoli ſua mandata ſedentes proponunt, cum aliorum Principum

Lega-

Legati ſtare cogantur. *Vid. Leunclav. in Supplem. Annal. Ottoman.* Hinc, cùm *David Ungnadius* (*f*) Legatus miſſus eſſet, neque conſidere juberetur, veritus, ne Domini ſui dignitatem offenderet, pallio, quod habebat, ſubſtrato inſedit, & mandata ſui Principis intrepide expoſuit; mox conſurgens, pallium, quod ſubſtraverat, reliquit; interrogatus à Turcis, cur id faceret, Cæſaris Legatum ſellam ſibi portare non ſolere, reſpondit. *Reinking, de R. S. & E. lib. 1. Claſſ. 2. c. 7. §. 50, 51, 52, pag. 128.* quamvis referat hôc eodem loco, ſe intellexiſſe ab iis, qui proximis annis in Legatione Cæſarea fuerunt ad Turcam, hodie etiam à Legatis Cæſareis, non ſedendo, ſed ſtando (*g*) Legationis Capitula proponi.

NOTÆ.

(*a*) IPSI LOCO CEDANT, &c. Materiam προεδρίας illuſtrant *Jacobi Andreæ Cruſii* Tract. *de Præeminentia, Seſſione, Præcedentia, & univerſo Jure* προεδρίας, edit. Bremæ, an. 1666, præcipuè lib. 3, cap. 1 ad 9, pag. 343, & 502: *Jacobi Gothefredi* Diatriba de *Jure Præcedentiæ; Sigismundus von Stoſch, von der* Præcedentz *aller* Potentaten *und* Republiquen *in Europa*, edit. Jenæ, 1677; *Limnæus, Jur. Publ.*, lib. 4, cap. 9, §. 9, 10, 15, &c., p. 298 ad 303; Dn. *Ehrenharti Zweyburgii Theatrum Præcedentiæ*, edit. Berolini, an. 1706; Dn. Auctor *des Europæiſchen Herolds*, Vol. 2, cap. 4, pag. 688, &c.; Alii. Difficile eſt, collocare eos, qui, præter Deum & Enſem, ſuperiorem non agnoſcunt. Nec firma argumenta ab Exemplis repetuntur, metum potentiæ, ſpem lucri, ſuperſtitionem, aliudve irregulare quid ſæpe olentibus. Ceremoniale Romanum, juſſu *Julii* 2, P. R., an. 1504, à ceremoniarum Magiſtro, *Paride de Graſſis*, confectum, apud *Limnæum*, Tom. IV, Addit. ad lib. V, cap. 14, §. 7, p. 914, *Cruſium*, l. c., lib. 3, cap. 8, p. 496, *Zweyburgium*, l. c., &c., hunc ordinem Regum ſiſtit:

Imperator Cæſar.
Rex *Romanorum*.
Rex *Franciæ*.
Rex *Hiſpaniæ*.
Rex *Arragoniæ*.
Rex *Portugalliæ*.
Rex *Angliæ*, diſcors cum tribus prædictis.
Rex *Siciliæ*, diſcors cum Rege Portugalliæ.
Rex *Scotiæ*, } inter ſe diſcordes.
Rex *Ungariæ* } inter ſe diſcordes.
Rex *Navarræ* } inter ſe diſcordes.
Rex *Cypri*.
Rex *Bohemiæ*.
Rex *Poloniæ*.
Rex *Daniæ*.

Præter verò quod catalogus hic omnes Reges non complectatur, parum roboris inde hauriendum, cum, juxta reſponſum *Maximiliani* 2, Imp., Oratori Gallico, Redonenſium (Rennes) Præſuli, an. 1564, datum, *ad Reges nihil pertineant, quæ Pontifex, in Curia ſua, de rebus profanis, ſtatuere, & præſcribere ſolet;* Vid. *Lundorpius*, Tom. VI, lib. 3, cap. 207, fol. 319. De Præeminentia Cæſaris, præ omnibus aliis Potentibus Chriſtianis, agunt *Cruſius*, l. c., lib. 3, cap. 2, p. 365; *Schützius*, Vol. 1, Exerc. 3, *th.* 2, p. 139, &c.; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.*, l. 1, Claſſ. 2, cap. 7, p. 122, &c.; *Limnæus*, l. 2 *Jur. Publ.*, c. VII, §. 25, &c., p. 89, &c., & Tom. IV, Addit. ad lib. 2, cap. 7, §. 33, p. 217, &c.; *Arniſæus* de *Majeſtate*, lib. 1, cap. 2, §. ult.; *Beſoldus*, lib. 1 *Politic.*, c. 2, §. 23, & lib. 2, c. 5, §. 29; *Clutenius*, *Syllog. rer. Quotidian.*, *th.* 9; *Rumelinus*, ad A. B., part. 3, Diſſert. 1, *th.* 7, p. 660, & ibi *Mylerus*, in Additionib., lit. a, pag. 661; *Bœclerus, Notit. Imper.*, lib. 4, cap. 1, p. 68; *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 8, §. 12, pag. 63, & cap. 11, §. 9, pag. 107; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum German.*, lib. 3, cap. 12, §. 7, & 9, pag. 473 ad 475; Dn. *Thomaſius*, *ad Monzamb.* cap. 1, §. 12, lit. q, pag. 66, &c. Regnum *Germaniæ* cæteris ſemper fuiſſe præſtantius; &, auſpicio originis, ac, prærogativa antiquitatis, nobilius; &, acquiſito Romanorum Imperio, ac delato *Auguſti* titulo, ſplendidius; nominisque hujus indicio, & ſingulari elogio, ſanctius; ac in ſocietate Gentium, in primis moratiorum, & Chriſtianarum, præcipuum, eaque dignitate & eminentia ab omnibus aliis diſtinctum, defendunt Dn. *Schilterus*, l. c., lib. 3, cap. 1, §. 8, pag. 264, & Dn. *Schurtzfleiſchius*, in Addit. ad Diſput. de *Titulo Auguſti*. Conf. quæ Dn. *Thomaſius* l. c. diſſerit, & præced. Tit. IV, §. 8, lit. a, p. 378. *Auberii* Tract. *de la Prééminence des Roys de France, & de leur préseance ſur l' Empereur, & le Roy d' Eſpagne*, refutavit *Cruſius*, l. c., cap. 2. Exemplum *Caroli V*, Regis Galliæ, medium locum, Imperatorem inter, *Carolum IV*, ejusque filium, *Wenceslaum*, Romanorum Regem, occupantis, cum, anno 1378, Pariſios ingrederentur, probat, Regem, non niſi à Deo dependentem, nulli alii, tanquam digniori, jure, loco cedere teneri, licet, antiquitate Regni, vel potentia, altero ſit inferior. Vid. *Fauyn, au Théatre d' honneur*, lib. 2, cap. 1, p. 463; *Limnæus, Notit. Regni Franc.*, lib. 2, cap. 6, lit. ddd, pag. 426. *Num Rex Romanorum Regi Galliæ præferendus ſit?* disquirit *Limnæus*, l. c., lit. XXXX, p. 450, &c., & lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 15, §. 41, &c., p. 169, & Tom. IV, Addit. ad lib. 4, cap. 9, §. 10, pag. 647; *Cruſius*, l. c.,

lib. 3, cap. 3, pag. 401; *Rumelinus*, l. c. In Conciliis minimum Conſtantienſi, Baſileenſi, Lateranenſi, & Tridentino Oratores Gallicos præ Hiſpanicis ſediſſe, res nota eſt. An. 1588 prima vice Hiſpani ſe oppoſuiſſe leguntur. Meminit *Limnæus*, lib. 2 *Regni Franciæ*, cap. 6, lit. eeeee, pag. 454, *Belleuræum*, Legatum Gallicum ad Rhætos, manum gladio admoviſſe, Hiſpanicum caſtigaturum, præcedere volentem. Legatis Civitatum Hanſeaticarum ab Oratore Gallico, an. 1644, audientiam fuiſſe denegatam, quod Hiſpanicos prius adierint, docet *Lundorpius*, Tom. V *Cont. Act. Publ.*, lib. 2, cap. 94, pag. 920. Cæſaris ſententia, hac de controverſia, extat ibidem, Tom. VI, lib. 3, cap. 207, pag. 318; Fœderatos etiam Belgii Ordines vix, interpoſita auctoritate ſua, litem, inter *Jacobum Auguſtum Thuanum*, Gallicum oratorem, & *Stephanum de Gamarre*, Hiſpanicum Legatum, an. 1656, ob primas, Hagæ Comitum, ortam, diremiſſe, teſtantur *Riencourt, dans l'Hiſtoire de Louis XIV*, pag. 285, ad an. 1657, & *Biſottus*, *Hiſt. Metallique de la Republique de Hollande*, Tom. 2, pag. 235, ad annum 1656. Cum, an. 1659, in Inſ. Phaſianorum, Inſtrumentum Pacis Pirenææ conficeretur, primus ſubſcripſit Cardinalis *Mazarinus*, Miniſter Gallicus, &, poſt eum, Hiſpanicus, *Ludovicus Mendoza de Haro*. An. 1661, 10 Oct., St. N., Oratore Suecico, *Nicolao*, Com. *de Brahe*, *Londini* Anglorum, ſolennem celebrante introitum, *Gothofredus*, Marchio *d'Eſtrades*, Legatus Gallicus, iterum Hiſpanico, *Philippo Franciſco de Batteville*, Marchioni *de Conſlans*, curru præcurrenti, negotium faceſſit; à verbis ad verbera cum progrederentur, occiſi ſunt quinque Galli, &, abſciſſis loris, tres equi, currum *Eſtradii* trahentes, qui propterea ſolennitati intereſſe non potuit; ex Hiſpanis unus, & Anglorum unus. Re ad Regem delata, jubebatur ſtatim *Alfonſus Perez de Vivero*, Comes *de Fuenſaldegna*, Orator Hiſpaniens, 24 horarum ſpatio, Aula & Regno exeſſe, inſuperque Embrodunenſi Præſuli, Legato Gallico Madriti, nuncius miſſus eſt, cum mandato ſatisfactionis exigendæ, caſtigando *Batevillio*; Vid. *Diarium Europ.* Contin. VI, ad an. 1661, pag. 484, &c.; *Artagnan*, Tom. 3 de *ſes Memoires*, pag. 294 ad 302; *Riencourt*, l. c., ad eundem annum, pag. 322, &c. Anno ſequenti, ne publicum bellum inde ſurgeret, Hiſpaniæ Rex Marchionem de *Fuentes* in Galliam ablegavit, cum literis, Regem certiorem facientibus, *Battevillii* factum summopere ſibi diſplicuiſſe, propterea eum ex Anglia revocaturo, debito modo excipiendum; Præterea ſe Miniſtris ſuis, quacunque Terrarum parte eſſent, prohibuiſſe ullis poſthac ſolennitatibus cohabitare, præſentibus Oratoribus Gallicis. Admiſſo igitur, 14-24 Mart. 1662, ad ſolennem audientiam Legato Hiſpanico, & demandata ſibi, coram Nuncio Papali, omnibusque Miniſtris Publicis aliorum Regum & Principum, triginta numero, Pariſiis degentibus, totaque Aula, clara voce exponente, Rex ad circumſtantes Oratores ſe vertens, inquit: *Vous avez oüi la declaration, que l'Ambaſſadeur d'Eſpagne m'a faite; je Vous prie, de l'ecrire à vos Maitres, afin q'ils ſçachent, que le Roy Catholique a donné ordre à tous ſes Ambaſſadeurs, de ceder le Rang aux miens, en toutes occaſions, &c.*; quatuor Status Secretariis, *Ludovico Phelypeaux*, Com. de *St. Florentin*; *Henrico de Guenegaud*, March. *de Plancy*; *Michaële le Tellier*, & *Ludovico Henrico de Lomenie*, Com. de *Brienne*, publicum deſuper Inſtrumentum conficientibus, quod legas in *Diario Europ.*, Contin. VII, p. 244 ad 249; conſ. *Lundorpius*, Tom. VIII *Contin. Act. Publ.*, lib. 9, pag. 816; *Diar. Europ.*, Contin. XV, in Append. circa finem; *Riencourt*, l. c., ad an. 1662, p. 334, &c.; *Galeazzo Gualdo, Hiſt. di Leopoldo Ceſare*, part. 2, f. 62, &c.; *Brewerus*, *Hiſtor.* ab an. 1661 ad 1673, lib. 2, cap. 3, pag. 70, & 71; Nummum, memoriæ ergo cuſum, exhibet *Meneſtrier*, *Hiſt. du Roy Louis le Grand*, *par Medailles*, pag. 11; add. *Medailles Sur les principaux Evénéments du Regne de Loüis le Grand, par l'Academie Royale des Medailles*, de an. 1705, pag. 136, & 137. In Aula tamen Cæſarea priorem locum Hiſpanus obtinet, quare Galliæ Rex non niſi *Reſidentem* eo mittit. Nonnunquam Anglos Gallis præferri, patet ex Diſſertatione *Jacobi Howelii*, de *Præcedentia Regum*, unde ſua hauſit *Cruſius*, l. c., cap. 5; nec non verbis *Du Pleix*, *Hiſt. de Henry le Grand*, p. 301, §. 11, apud *Limnæum*, Tom. IV, Addit. ad lib. 4, cap. 9, §. 95, pag. 657: *Apres que les Articles du Traitté d'Alliance, entre Henry IV, & la Reyne d'Angleterre, ſurent redigés par ecrit, & mis au net, il y ſurvint encore un debat, entre nos Ambaſſadeurs, & les deputés Anglois, à cauſe, que ceuxcy les repreſenterent, ſignez d'eux, en la place la plus honnorable, dont les autres demeurerent offenſez, ſoutenants, que la prérogative de la Couronne Françoiſe, ſur celle d'Angleterre, n'avait jamais été revoquée en doute. Les Anglois, ſans toucher cette queſtion, faiſoient voir, par des anciens Actes, que, lorſque les Traittés, d'entre les François & les Anglois, ſe paſſoient en Angleterre, les Anglois les ſoucrivoient les premiers, comme ne cedant à nul autre dans leur Etat; & s'obſtinerent ſi fort à cela, que Nos Ambaſſadeurs les ſoucrivirent apres eux, faiſants leur conte, que, puisque ce Traitté devoit étre ratifié par le Roy, ils ne pourroient rien faire de préjudiciable de la Majeſté Tres-Chrêtienne, &c.* In Tabulis Pacificationis Riſwicenſis, an. 1697, 20 Sept. inter Gallos Anglosque contractæ, *Hagæ Comitum*, apud *Menbardum Uytwerff*, excuſis, præponitur Gallo Anglus, exceptis §§. 4 & 7, quibus contrarium obſervatur, in ſubſcriptione vero Legati Anglici (*Pembroke*, *Villiers*, & *Williamſon*,) rurſus præ Gallicis (*Harlay*, *Verjus*, & *Callieres*,) occurrunt. Notatu dignum eſt, quod de *Sueco* refert *Chiffletius*, in *Vindiciis Hiſpanicis*, Cap. 14, pag. 146: *Sueciæ Reges, in Scuto coeruleo, tres præferunt aureas Coronas, Suecorum, Gothorum & Vandalorum, ob quas, cum, ineunte Anno 1632, Guſtavo Adolpho, Regi, Germaniam devaſtanti, mutuus aſſatus cum Ludovico XIII,*

XIII, *Franciæ Rege*, *Metis tunc agente*, *per Brezaum Marchionem*, *Cardinalis Richelii nomine*, *proponeretur*, *reſpondit Rex Guſtavus*: *Se cum Ludovico Rege ita demum collocuturum*, *ſi Is religioſè*, *& ad amuſſim*, *obſervatam vellet dignitatis prærogativam*, *quam Ipſe Suecus*, *in gradu*, *ſede*, *inceſſu*, *ſibi deberi affirmabat*. *Quo accepto reſponſo*, *turbatus Richelius*, *ac pudore ſuffuſus*, *urgere congreſſum Regum ulterius deſtitit*, *&c.* Novas lites Suecicus Legatus Gallico intendit, *Berolini*, an. 1688, cum juſta Electori Brandenburgico ſolverentur; neuter etiam Solemnibus interfuit. Hæc de Hiſpanis, Anglis, & Suecis, reſpectu Gallorum, innoteſcunt; non memini autem, unquam me legiſſe, eosdem Reges vel Romanorum Regi, nedum Imperatori, ob primas, moviſſe controverſiam.

(*b*) POTEST, &c. Alios Principes nonnunquam *Imperatoris* titulum uſurpaſſe, docet diploma *Edgari*, Anglorum Monarchæ, circa annum 975 defuncti, ap. *Rodericum o Flaverty*, *Hiſt. Hibern.*, pag. 78, *Chamberlayne*, *Notit. Angl.*, cap. 4, & Dn. *Ludovici*, *de Auſpicio Regum*, Cap. 1, §. 10, p. 49, quod ſic incipit: *Ego Edgarus*, *Anglorum Baſileus*, *omniumque Regum Inſularum Oceani*, *quæ Britanniam circumjacent*, *cunctarumque Nationum*, *quæ infra eam includuntur*, *Rex & Imperator*, *&c.* Notiſſimæ ſunt querelæ Legatorum *Henrici III*, Imp., de an. 1055, adverſus *Ferdinandum Magnum*, Caſtellæ & Legionis Regem, idem nomen ſibi arrogantem, poſtea licet, *Victore* 2, P. R., & Concilio Hiſpanico intervenientibus, eo abſtinuerit, apud *Marianam*, lib. IX *Hiſt. Hiſpan.*, cap. 5; *Baronium*, Tom. XI Annal., ad an. 1055, §. 25, p. m. 227; *Conringium*, *de Finib. Imperii*, lib. 2, cap. 21, §. 2, pag. 283; *Schilterum*, *de Libertate Eccleſiar. German.*, lib. 3, cap. 12, §. 1, pag. 466, & 467. Ejusdem Seculi *Galliciæ* Regis, *Sanctii*, hiſce meminit *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad an. 1063, pag. 102: *De Septem filiabus*, *Ebali & Andreæ Sororibus*, *prima prædicto Regi Galliciæ*, *Sanctiò*, *qui ſe Imperatorem nominabat Hiſpaniæ*, *peperit*, &c. De *Alphonſo VII*, Caſtellæ & Legionis Rege, ex *Dubleto*, pag. 891, chartam producit *Mabillon*, *de Re Diplomatica*, lib. 2, cap. 4, pag. 85, cui tale initium: *In Nomine Domini Amen. Sicut in omni Contractu .... quapropter Ego*, *Adefonſus*, *D. G. totius Hiſpaniæ Imperator*, *&c.* idem teſtatur Epiſtola Ejus ad Generum, *Henricum* Comitem, Luſitanorum Regum progenitorem, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I *Codicis Juris Gentium Diplomatici*, in *Prodromo*, §. 2, pag. 2; ibi: *Alphonſus D. G. Imperator*, *&c.* Conf. *Albericus*, l. c., ad an. 1141, pag. 290, & an. 1143, pag. 301; *Rodericus*, Toletanus Epiſc., lib. 7 *Rer. Hiſp.*, cap. 7; *Mariana*, l. c., lib. 10, cap. 16; *Conringius*, l. c.; *Schilterus*, l. c., §. 3, pag. 469. De *Cypri* Rege inquit *Albericus*, ad an. 1191, pag. 389: *Richardus igitur* (Angliæ Rex) *Cyprum*, *cum Rege ſuo*, *qui ſe Imperatorem vocabat*, *&c.*

(*c*) RESPONDIT, &c. Extat Ejus Reſcriptum, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 285, & 286; conf. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1179, p. 196; *Conringius*, *de Imperio Germanor.*, cap. 8, §. 5, pag. 59. In ſimilitudinem nota eſt ejusdem Auguſti controverſia cum *Hadriano IV*, P. R., ob prælationem nominis; Scribenti enim Papæ: *Dilecte in Domino Fili! ſuper prudentia Tua non mediocriter admiramur*, *quod B. Petro*, *& S. R. Eccleſiæ*, *non*, *quantam deberes*, *reverentiam exhibere videris*. *In litteris enim*, *ad Nos miſſis*, *nomen Tuum Noſtro præponis*, *in quo inſolentiæ*, *ne dicam arrogantiæ*, *notam incurris*, *&c.*, maſculè reſpondit Imperator: *Lex Juſtitiæ unicuique*, quod ſuum eſt, reſtituit. *Non enim Parentibus Noſtris derogamus*, *quibus in hoc Regno debitum exhibemus honorem*, *à quibus videlicet Primogenitoribus noſtris & Regni dignitatem ſuſcepimus*, *& Coronam*. *Numquid*, *tempore Conſtantini*, *Sylveſter regalia aliquid habuiſſe dignoſcitur?* *Sed*, *Ejus pietatis conceſſione*, *libertas reſtituta eſt Eccleſiæ*, *pax reſtituta eſt*, *&*, *quidquid Papatus veſter habere dignoſcitur*, *largitione Principum obtinet*. *Unde*, *cum Romano Pontifici ſcribimus*, *Jure*, *& ex antiquo nomen præponimus*, *&c.* Vid. *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 39, ad an. 1155, pag. 839, & 840; *Mutius*, lib. 18 *Chron. Germ.*, pag. 145, & 146; Auctor *Appendicis ad Radevicum*, apud *Urſtiſium*, pag. 562, & 563; *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, ad an. 1159, §. 6, & 7, pag. 412, & 413; *Goldaſtus*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, p. 263; *Schilterus* de *Libertate Eccleſiar. German.*, lib. 5, cap. 3, §. 3, & 4, pag. 641, & 642.

(*d*) MOSCOVIÆ, &c. Magnum Moſchorum Czarem *Majeſtatis* & *Imperatoris* titulos ſemper ambiviſſe, maximè in Aula Vienneſi, ſatis ſuperque ex actis publicis conſtat; *Gaſtelius*, *de Stat. publ. Europ.*, cap. 5, pag. 103, refert Ejus titulum: *Magnus Zaar*, *& Magnus Dux*, *omnium Ruſſorum Conſervator*, *Uladimir*, *Muſcow*, *Naugardt*, *Zaar Caſſan*, *Zaar Aſtracan*, *Zaar Siberin*, *Magnus Dux Treresks*, *Jugerski*, *Permski*, *Wadski*, *Bolgarski*, *Gerelaſſki*, *Udorski*, *Obdorski*, *Beſolerski*, *Condinski*, *Totius Septentrionalis lateris Dominus*, *Dominus Ivericarum Regionum*, *Kartalinski*, *Ingruſinski*, *Zaar Kabardinski*, *Circaski & Jorski Princeps*, *aliarumque multarum Provinciarum Dominus & Regnator*, *&c.* Imperatoris titulus licet hic non appareat, quandoquidem jam expeditum eſt, Czaris nomen non Cæſarem, ſed Regem denotare, ceu *Auguſtinus* L. B. de *Mayerberg*, Cæſaris Orator in Aula Moſcovitica, *en ſon Voyage en Moſcovie*, *vers le Czar Alexis Michalowics*, *Grand Duc*, *&c.*, edit. Leidenſis, an. 1688, obſervat; quamplurima verò exempla alia id teſtantur. *Michaëlem Fedrowizium* Imperatoris titulo uſum fuiſſe, argumento ſunt Ejus literæ, apud *Vittorio Siri*, *nella hiſtoria de' correnti tempi*, Tom. 2, lib. 1, p. 294, ſic inchoatæ: *Michaël Fedoroviz*, *per gratia divina*, *Imperatore & Gran Duca di tutta la Ruſſia*, (Michaël Federowitz, Divina gratia, Imperator, & Magnus Dux totius Ruſſiæ.) L. c. p. 297 occurrunt aliæ, talis initii: *Muchiel*

quatur. Nec vero dubium eſt, Regem Galliæ eſſe peregrinum Principem, & eò appetere hoc faſtigium, ut ad ſuos transferat, &c. Hinc inveſtigationes variæ in Legis Auctorem. *Hugwaldus* (non Huldricus, aut Henricus) *Mutius*, lib. XIV *Hiſtor.*, p. m. 107, memor *Ottonis III*, Imp., Conſtitutionis, de Septem Electoribus, ait: *Huic Othonis Conſtitutioni Gregorius* (V) *Pontifex addidit aliam, volens Patriæ dignitati conſulere. Sanxivit enim: Ut ſoli Germani eligant, & non alium eligant, quam Germanis Parentibus natum, &c.* Ipſi *Ottoni III* eam adſcribit *Peucerus*, in *Chronico Carionis*, lib. 4, in vita Ipſius. p. 512, & *Spangenbergius*, cap. 154 *Chron. Saxon.*, nec non, quos *Daniel Otto*, diſſert. de *Jure Publico*, cap. 8, p. 157, *Gerlacus Buxtorffius*, in A. B., Concluſ. 31, lit. d, *Simon Piſtorius*, inter Conſilia *Modeſtini Piſtorii*, Conſil. 1, Vol. 2, à §. 12 ad 28, *Reinkingius*, lib. 1, de *Regim. Secul. & Eccleſ.*, claſſ. 3, cap. 4, §. 3, &c., p. 214, aliique hoc titulo producunt. *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 2, §. 83, pag. 30, mavult eam ab *Ottone I* conditam; mutata vero ſententia, Vol. V, in Addit. ad hunc locum, p. m. 7, cum reliquis *Ottonem III* ejus Auctorem ſtatuit. Conf. de hoc argumento *Franc. Irenicus*, *Exegeſ. German.*, lib. 3, cap. 23; *Heigius*, *Quæſt. Illuſtr.* 5; *Arumæus*, Vol. 1 *Jur. Publ.*, Diſcurſ. 6, p. 24, &c.; *Schützius*, *Colleg. Jur. Publ.*, Vol. 1, Exercit. 2, θ. 9, lit. c, p. 93, &c.; *Strauchius*, Diſſert. Jur. Publ. IV, θ. 4, p. 88, &c.; permulti alii. Ego opinor, Moguntinum loqui de A. B., &, per *Legem*, qua cautum vult, Imperium non niſi Germanico Principi committendum eſſe, intelligere verba cap. 2 A. B. §. 1: *Bonum & utilem eligere valeant*; & §. 2: *qui ad hoc exiſtat idoneus, &c.* Vid. Dn. *Obrecht*, Diſſ. de *Electione Imperatoris*, θ. 7, p. 253. Re vera enim ſvadent generales Prudentiæ Civilis regulæ, inter pares civem præferri peregrino, ob cauſas notas. Indignum ſanè (1) Germanorum gloria foret, ſi ex peregrinis Rex ipſorum eligeretur; (2) Germanus natus Gentis mores, conſuetudines, Leges, linguam, &c. melius noſſe præſumitur, quam extraneus; (3) Facile hoc modo Imperii decus ad aliam Gentem transferri queat; (4) Conſuetudinem longiſſimam in Electionibus, excepto ſummæ neceſſitatis caſu, mutari, non conſultum; (5) Imperium peregrini rarò ſtabile, multisque turbis obnoxium; (6) Per tot Secula, ſub Principibus Germanis, Germania libertatem ſuam, mirificè & fortiter, tutata eſt; (7) Germanorum *Herkommen* alium, quam Germanum, non admittit, &c. Vid. *Reinking*, l. c., §. 6, pag. 215; *Rumelinus*, ad A. B., Diſſ. 4, θ. 23, in Corollar., p. 135; *Arumæus*, l. c.; *Carpzovius*, de *Voto Septemvirali* Moguntini, in favorem *Caroli V*, contra *Franciſcum I*, expoſito, dogmate 3; *Limnæus*, lib 2 J. P., cap. 2, §. 83, p. 30; *Schilter*, *Inſtit.* J. P., Tom. 1, lib. 1, Tit. 14, §. 18, pag. 147; Aliàs nulla lex poſitiva, Electores, ad conſtituendum neceſſario Regem Germanum, obſtringens, adduci poterit. Vid. Dn. *Conringius*, ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 23, pag. 135; Dn. *Kulpiſius*, Diſſ. de *Obſervantia Imperiali*, θ. 17 ad 21, pag. 22 ad 28; Ill. *Obrechtus*, l. c.; Ill. Dn. *Schweder*, *Introd.* J. P., part. ſpec., Sect. 1, cap. 2, §. 4, pag. 209, & 210; Ill. Dn. *Rhetius*, *Inſtit.* J. P., lib. 1, Tit. 4, §. 31, pag. 158.; Illuſt. Dn. *Thomaſius* ad *Monzamban.* cap. 1, §. 3, lit. o, pag. 28; Dn. Auctor *des Europ. Herolds*, Tom. I, cap. 3, pag. 101; &c. Exempla etiam in contrarium ſuppeditant *Richardus* Anglus, & *Alfonſus* Hiſpanus.

(b) *NATUS SIT, &c.* Locus Nativitatis nato Civitatem non aufert. Hinc pro *Germano* habetur, cujus Pater, vel Avus *Germanus* fuerit, licet extra Germaniam aſpexerit lucem. Exempla Dn. Auctor profert; theſin comprobant *Mylerus*, *ad Rumelinum*, Diſſ. 4, θ. 23, lit. b, p. 136; Dn. *Schütz*, Vol. I, Exer. 2, θ. 9, lit. c, pag. 94, & reliqui, quos in teſtimonium vocat; *Reinkingius*, de *Regim. Sec. & Eccl.*, lib. 1, Claſſ. 3, cap. 4, §. 15, p. 216; *Daniel Otto*, l. c., cap. 8, p. 156; Ill. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.*, cap. 8, §. 3, pag. 160, & 161;

(c) *FUIT, &c.* utpote natus Patre *Maximiliano*, Imp., & *Maria* Burgunda, *Brugis Flandrorum*, 22 Jun. 1478; Vid. *Morery*, voc: *Philippe I*, p. 149.

(d) *HABITI SUNT, &c.* Num *Carolus V* Germanus fuerit? quæritur, & affirmatur, apud *Strauchium*, Diſſ. Jur. Publ. IV, θ. 6, p. 91, &c., & quos *Rumelinus*, ad A. B., Diſſ. 4, θ. 23 Corollar., p. 135, & 136, teſtes nominat.

(e) *CONSUETUDINEM*, &c. Ita Dn. *Schweder*, l. c., part. ſpec., Sect. 1, c. 2, §. 4, p. 209; Dn. *Kulpiſius*, de *Obſervant. Imper.*, θ. 17, &c., p. 22, &c.; Alii, quos *Daniel Otto*, l. c., pag. 154, & 155, allegat.

(f) *COGENTE, &c.* Sic Dn. *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 23, p. 135.

(g) *MUTII, &c.* Qui lib. 14 *Chron.*, p. m. 107, multa fabuloſa alia de *Ottone III* refert, poſt reliqua ſcribens: *Hujus Othonis tempore Electores Principes ſunt inſtituti. Otho enim III, non habens heredem filium, decrevit, in frequentibus Comitiis Principum, ut in poſterum perpetuo Francofurti eligatur Imperator; conſtitutis tribus Electoribus ArchiEpiſcopis, Moguntinenſi, Colonienſi, Trevirenſi; his addidit quatuor alios Principes Seculares, quos vocant, nempe Regem Boëmiæ, qui & Archi-Pincerna Imperii debeat eſſe; Marchionem Brandenburgenſem, quem voluit eſſe Camerarium; Ducem Saxoniæ, qui eſſet Mariſcalcus; & Palatinum Comitem Rheni, qui Dapifer eſſet. Hos Electores ſeptem conſtituit, penes quos eſſet omne Jus & poteſtas eligendi Cæſarem, &c.* Quæ omnia conficta. Quidni & reliqua, quæ immediatè, de *eligendo Germano*, ſubjicit, jam, lit. a, producta?

(h) *GALLIÆ, &c.* Otioſa quæſtio eſt: *Num Rex Galliæ Imperator eligi queat?* non deciſà priori illâ, de

qua

Digitized by Google

qua lit. a 1 *Num Imperator neceſſario Germanus eſſe debeat;* Inde enim hujus affirmativa, vel negativa pendet. Num verum ſit, quod *Scipion du Pleix*, Hiſtoriographus Regius, Tom. 3 de *l'Hiſtoire Generale de France*, pag. 306, §. 10, docet: *Nous ne trouvons pas, qu'en lignée des Roys Capetiens il y ait eu autre, que François I, qui ait aſpiré à l'Empire, &c.*, disquiritur. Si *Mutio*, lib. 23 *Chron.*, p. 213, & 214, fidem adhibeamus, *Philippum* Pulchrum, jam anno 1308, mortuo *Alberto I*, Imperium affectaſſe, ut exiſtimemus, ſuadet ejus oratio. Sicut autem crebræ allucinationes ejus prominent, ita & hoc ſphalma, ex *Clementis V*, ad ipſum Regem *Philippum*, data Bulla, apud *Cadellacum* (Cadillac) Burdegalenſis Diœceſis, Cal. Octob., an. Pontificatus III, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 2 *Cod. Juris Gentium Diplom.*, §. 44 *Mantiſſæ*, p. 241, & 242, corrigendum eſt, dicendumque: Regem non pro ſe, ſed pro fratre, *Carolo*, ad Imperium promovendo, laboraſſe, verbis Bullæ ſic ſe habentibus: *Præterea Dilecti Filii, Petrus Barerii, Canonicus Virdunenſis, & Hugo de Cella, Miles tuus, nuper ad noſtram præſentiam venientes, Nobis litteras Tuas, continentes inter cætera credentiam, præſentarunt, & qualiter ipſi dudum, cum Noſtris & Tuis litteris, ſuper facto Electionis futuri Romanorum Regis, ad partes Alamaniæ accedentes perſonaliter, & qualiter in hujusmodi negotio proceſſerant, ac Venerabilis Frater Noſter, Colonienſis Archi-Epiſcopus, latanter ipſos receperat, eique Dilectum Filium, Nobilem Virum, Carolum, Comitem Andegavenſem, Germanum Tuum, in Regem Romanorum, ex parte Tua, nominaverant eligendum*, &c. quæ confirmant à *Conrado Veterio*, in Vita *Henrici VII*, Imp., ad an. 1308, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 66, & *Spondano*, *Contin. Annal. Baron.*, ad eundem annum 1308, §. 3, pag. 365, & 366, tradita. Conf. de hoc argumento *Limnæus*, ad *Capitulat. Caroli V*, procem. voc: *Durch die Wahl*, §. 36, 37, & 38, pag. 76. Quæ vulgo, in favorem Galli, afferuntur, quod ſcil. (1) *Hugo Capetus*, Galliæ Rex, nepos, ex filia *Hawida, Henrico Aucupi* fuerit; (2) Elector Trevirenſis titulo Archi-Cancellarii Imperii per Galliam utatur; (3) bella inter Imperium & Galliæ Regnum ceſſarent, Gallo Imperatore electo; (4) Ex aliis Gentibus jam lecti Imperatores innoteſcant, *Richardus* Anglus, & *Alfonſus* Arragonus; (5) Unitis Germanorum Gallorumque viribus, Chriſtianus Orbis facili negotio ab Infidelibus purgari poſſet, &c., aut aliena ſunt, aut nullius roboris, & incerta.

(*i*) *LEGE, &c.* Qui Cæſarem ex quacunque Natione eligi poſſe putant, nominantur à *Daniele Ottone*, cap. 8, de *Jure Publico*, p. m. 155; conf. *Zabarella*, Cardin., in C. *Venerabilem*, X, *de electione*; *P. Gregorius* Tholoſanus, JCt., lib. 7, de *Republica*, c. 4, §. 11, & c. 15, §. 16; Reliqui.

4. Ab Electoribus *legitimè electus*, id eſt, ſecundùm leges fundamentales in Aurea Bulla comprehenſas: & ſic requiritur (*a*) ratione profeſſionis: ut ſit *primo Chriſtianus*, non infidelis, non Hæreticus; (*b*) Eſt enim Caput populi Chriſtiani. *A. B. T. 2. Einen lahmen* (*c*) *meuchelſichtigen Mann, und der in dem Bann oder in der Acht iſt, oder ein Ketzer iſt, den ſollen die Fürſten nicht zum Kœnig kieſen; kieſen ſie aber dieſen, die andere Fürſten verwerffen ihn wol mit Recht, an der ſtatt, da ein Hof hin geſprochen wird, ob man ihn der Dinge eines überkommet, als recht iſt.* Proteſtantium religionis Imperator eſſe poteſt; (*d*) quia hæretici non ſunt, & proteſtantium religio in Imperio confirmata eſt. *R. J. 1555, J. P. art. 5*, & Capitulationibus Imperatorum. Et qui idoneus eſt, ut eligat Imperatorem, idoneus etiam eſt, ut in Eum eligatur; poteſt enim Elector ſibi ipſi votum (*e*) dare in electione, illudque ab aliis confirmari. *A. B. T. 2, §. ult. in fin. Secundo, ut ſit Laicus*; (*f*) Electores enim eligere debent temporale (*g*) caput. *A. B. T. 2, §. 2.*

NOTÆ:

(*a*) *REQUIRITUR, &c.* Ob quas rationes *Ferdinandus III* fuerit electus, docent Electorum literæ ad Cæſarem, de an. 1636, apud *Lundorpium*, Tom. IV *Act. Publ.*, lib. 3, cap. 89, p. 617, in quibus adducuntur (1) Natale ſolum, Germania; (2) Ejus Pietas; (3) Prudentia; (4) Amor in Patriam & Imperium; (5) Divitiæ; (6) Affinitas; (7 Cognitio Linguarum.

(*b*) *HÆRETICUS, &c.* Ex formula R. J. *Auguſtani*, de an. 1555, §. 15: *Und damit ſolcher Fried, &c.*, & §. 20: *Damit auch obberührte, &c.*; nec non *Inſtrum. Pac.* Art. V, §. 1, & §. 50; it. Art. VII, §. 1, aliisque Legibus Imperii fundamentalibus, quibus Religioſa pax confirmatur, præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 24, p. 278, citatis, judicandum eſt, qualem pœnam mereantur, qui, proſcribenda temeritate, & acatholico Zelo, *Proteſtantes* Hæreticorum cenſu habent. Præter hos vero, & Romano-Catholicos nullam aliam Religionem in Imperio laudatæ pacis participem eſſe debere, monent verba dicti R. J. *Auguſt.* de an. 1555, p. 17: *Doch ſollen alle andere, ſo obgemeldten beyden Religionen*

nicht anhængig, in dieſem Frieden nicht gemeynt, ſondern gäntzlich ausgeſchloſſen ſeyn, &c. Quorſum & hæc, ex *Inſtr. Pac.* Art. VII, §.2, ſpectant: *Præter Religiones ſupra nominatas nulla alia in Sacro Imperio Romano recipiatur, vel toleretur, &c.*; quæ in *Capitul. Ferdinandi IV*, art. 38; *Leopoldi*, art. eod., & *Joſephi*, art. 37, repetuntur. Intelligendi autem hoc nomine *Anabaptiſtæ, Schwenckfeldiani, Stancariſtæ, Boemiſtæ, David-Joriſtæ, Sociniani, Ariani*, Fanatici alii. Vid. *Lundorpius*, Tom. IV Act. Publ., lib. 3, c. 95, p. 674, verb: *Dilcito*; & Tom. VI, lib. 3, cap. 31, in fin. p. 42.

(*c*) *LAHMEN, &c.* Sunt Verba *Speculi Suevici*, lib. 1, cap. 21, §.3, quæ etiam apud *Limnæum*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 2, §. 87, pag. 31, & alibi offendis; addas *Speculum Saxonicum*, lib. 3, Art. 48, antiquiſſimæ Edit. Lipſienſ., an. 1488, fol. 47: *Vitiatum in corpore, aut infectum, aut Apoſtolici ſententia juſte innodato*, (innodatum) *in Regem non eſt eligendus, &c.* in textu Germanico, l. c., fol. 48: *Lamen Man, und maſſelſüchtige Man, und de in des Pawes Ban, mit rechte, Kamen is, den mot me nicht to Koninge Keſen, &c.* In Editione Auguſtana, an. 1516, & recentioribus reperiuntur hæc, non Art. 48, ſed 54.

(*d*) *POTEST, &c.* Ob paritatem Jurium, Proteſtantibus æquè ac Romano-Catholicis competentium, arg. Art. V *Inſtrum. Pac.*, §.1; ibi: *Quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum.* Conf. Dn. *Schütz, Colleg. Jur. Publ.*, Vol. 1, Exerc. 2, *t.* 9, lit. K, p. 95, & 96; *Limnæus*, loc. cit.; Illuſtr. Dn. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.*, cap. 8, §. 4, p. 161; Dn. *Schwederus, Introd. J. P.*, part. ſpec., Sect. I, cap. 2, §. 4, p. 212. Ignoſcendum ergò effervescenti *Caninii* iræ, qui, in *diſcurſu* ad A. B., p. 115, apud *Limnæum*, l. c., §. 88, pag. 32, ſeditiosè blaterat: *Les Princes Heretiques* (ita vocat, qui Papæ dogmata non amplectuntur) *doivent conſiderer, qu'il leur eſt impoſſible d'eſtre elûs à l'Empire, ou que, s'ils le viennent à être, c'eſt une choſe extrémement dangereuſe pour eux, & pour leur Etat. Pourceque cette Election eſt contre les ſaints Canons de l'Egliſe Catholique, et contre tout Exemple des Empereurs Occidentaux - - - - - - - mais que dis-je contre les Canons de l'Egliſe Catholique? l'Election, faite en un Prince Heretique, ſeroit contraire aux Droits, & aux Articles de l'Empire, auxquels le Roy des Romains s'oblige, par ſerment, en ſon Election à Franckfort, & en ſon Couronnement en Aquisgrayne, entre les mains des Princes Electeurs. Le premier eſt: De defendre le Pape, & l'Egliſe Romaine, et d'etre ſon Advocat. Et, par le penultieme, il eſt ordonné, que tout ce qui pourroit être fait contre les Canons Pontificaux, ſeroit nul, & de nulle valeur. Bref, tout Prince Heretique eſt par eux preciſement exclûs de l'Election du Roy des Romains, &c.* quæ *Limnæus*, Tom. IV, Addit. ad lib. 2, cap. 2, §. 88, pag. 215, & 216, Latinè interpretatur. Ejusdem ſurfuris ſunt Auctor *diſcurſus primi*, qui extat in Libro, cui titulus: *Recueil de quelques Diſcours Politiques, imprimé en l'an* 1632, §. 23, pag. 12; & Auctor Diſcurſus *ſur l'Election d'un Empereur*, ibid. §. 6, p. 88; in ſcenam, hoc nomine, producti à *Limnæo*, Vol. V, Addit. ad lib. 2, cap. 2, §. 88, pag. 9, & 10, & *Schwedero*, l. c. Quæſo, quæ ratio? Rex Romanorum promittit: ſe fore Protectorem Eccleſiæ Romanæ; Ergò Princeps Proteſtantium Religionis nequeat eligi Imperator. Nonne vel infideli, Judæo, &c., contra vim injuſtam, defenſio, ſive tutela promitti poteſt? anne reſpicit protectio ſaltem homines ejusdem, quam Protector profitetur, Religionis? Quale conſequens? Electi hactenus Imperatores Romano-Catholici, in Capitulationibus, Art. I, jurarunt: *Die Chriſtenheit, und den Stuhl zu Rom, auch Pæbſtliche Heyligkeit, und die Chriſtliche Kirche, als derſelben* Advocat, *in gutem treulichen Schutz und Schirm zu halten, &c.* Ergò Formula hæc & in poſterum retinenda, electo Auguſtanæ Confeſſionis Imperatore; præſertim, cum jam an. 1562, ult. Novemb., Capitulationi *Maximiliani* 2, Art. 2, inſertum noſcatur: *So viel dieſen, auch den nachfolgenden Artickel gegenwärtiger* Obligation, *anfahende: Das ſollen und wollen wir, mit ihr, der Churfürſten, &c., belangend, haben vorgemeldte Unſere liebe Oheimen, die weltlichen Churfürſten, ſich austrücklich gegen Uns erklæret, was daſelbſt von dem Stuhl zu Rom, auch der Pæbſtlichen Heyligkeit für Meldung beſchicht, daß Ihre Liebden darein nicht wollen bewilligen, noch Uns damit verbunden haben, &c.* quæ, in *Capitulationibus Rudolphi* 2, *Matthiæ, Ferdinandi* 2, & *Ferdinandi III*, Art. 1, non ſolum ſunt confirmata, ſed & in *Capit. Ferdinandi IV*, Art. 1, additum: *Noch erſtgedachte* Advocatia, *dem Religion- und* Profan-*Frieden zu* præjudiz, *angezogen und gebraucht, ſondern denſelben gleicher Schutz gehalten und geleiſtet werden ſolle, &c.* Quibus, in *Capitulatione Leopoldi*, Art. 1, *Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ*, & ſequentia annectuntur: *Wie wir Ihnen, denen dreyen Churfürſten* (*zu Sachſen, Brandenburg, und Pfaltz*) *dann auch ſolches verſprechen, und Uns hiermit darzu verbinden, &c.*; eadem continente Capitulatione *Joſephina*, Art. I. Sunt ſanè longè diverſa: Defenſio alicujus, & approbatio Religionis, quam propugnat. Poteſt defendi Papa, in rebus licitis, à dogmatum ipſius oppugnatore acerrimo. Vid. *Limn.* ad *Capitulat. Maximiliani* 2, Art. 2, voc: *darein nicht wollen bewilligen*; & voc: *Noch uns damit verbunden haben*, pag. 490; Dn. *Schütz*, Vol. 1, Exerc. IV, *t.* 2, lit. a, pag. 231; *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. 2, Sect. 1 tota, pag. 32, &c.; & Sect. 7, §. 9, &c., pag. 453 *Joh. Jacobus Panzerus*, Qu. 2, diſput. Feud. ſecundæ *Carpzovii* ſubjuncta; Dn. *Schwederus*, l. c.; Dn. *Obrechtus*, ad *Monzamban.*, Exerc. I, cap. 1, §. 13, p. 15: Dn. Auctor *des Europ. Heroldts*, Tom. 1, cap. 3, p. 102; Dn. *Joh. Franc. Berndes*, Diſſ. Inaugur. de *Negotiis, Capitulatione Cæſarea annullatis*, Præſide Ill. Dn. *Samuele Stryckio*, anno 1703 habita, cap. 2, §. 5, pag. 34, & 35.

Conf.

Digitized by Google

Conſ. de hac *Advocatia* ſeq. Tit. 8, §. 2, lit. q, & Lib. 3, Tit. 2, §. 11. Aliud eſt, ſi quæramus: Num ſpes ſit, quendam ex Proteſtantibus unquam Juris hujus documento futurum.

(*e*) VOTUM, &c. Inanes ſunt, qui, ex L. Un. C. *Ne quis in ſua cauſa*, negare audent, Electores ſibi ipſis vota dare poſſe; quibus ſatisfacit *Strauchius*, Diſſ. 4 *Jur. Publ.*, *t.* 26, p. 113, & 114, reſpondendo, Legem iſtam loqui de iis, qui *directò* in propria cauſa teſtes eſſe volunt, non verò de iis, qui, reſpectu duntaxat habito ad alterius ſententiam, de ſe teſtimonium perhibent. Rectius forſan *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 3, §. 81, p. 48, & 49, in Electione Imperatoris non dari Judicium, ergo nec propriè Judicem, nec teſtes. Affirmativæ ſuffragatur Textus A. B., à Dn. Auctore adductus; cui jungas Exempla, ſeq. Tit. VI, §. 15, litt. c, & d. Theſin comprobant, præter *Strauchium* & *Limnæum*, ll. cc., *Rumelinus*, ad A. B., Diſſ. 3, *t.* 13, & 14, p. 82 ad 85; & *Carpzovius*, de L. R., cap. XI, Sect. VIII, §. 8, &c., p. 292, quosque laudant teſtes; *Daniel Otto*, cap. 4 J. P., p. 258; *Buxt.*, ad A. B., *t.* 39, lit. C; Dn. *Schwederus*, Introd. in *Jus Publ.*, part. ſpec., Sect. 1, C. 2, §. 20, p. 231; Ill. Dn. *Coccejus*, *Jurisprud. Publ.*, cap. 8, §. 11, p. 166; Dn. *Thulemarius*, Cap. 24 *Octovirat.*, §. 85, pag. 468, & 469; Alii. Coronidis loco notandum, Reges quondam Britannos, à temporibus *Richardi* ad *Henricum VI* usque, diplomata, non alia, quam hac phraſi, corroboraſſe: *Teſte me ipſo;* Vid. *Mabillon, de Re Diplomatica*, lib. 2, c. 21, §. 7, pag. 106; *Chamberlainus, Notit. Angl.*, cap. 4; *Joh. Gobelinus*, lib. 3 *Commentariorum Ludovici Pii*, cujus hæc ſunt verba: *Juſſus* (Henricus VI) *mittere ad Conventum Mantuanum, nomine Regio, & rebus, quæ ibi tractandæ forent, non indignam* (Legationem,) *Epiſcopos & Proceres Regni præclaros deſignavit Oratores, ſed nemo illorum iter ingreſſus eſt, contemſerunt omnes Regis juſſionem. Ille duos Presbyteros, modici nominis, ad Pium Papam 2 transmiſit, qui & obedientiam offerrent, & cur Legati majores non veniſſent, cauſas redderent. In literis Mandati non fuerunt, de more, aut teſtes nominati, aut ſubſcripti Tabelliones, ſed adnotata erat, Regis manu, hujuscemodi ſubſcriptio: Henricus, teſte me Ipſo; & Sigillum Regni appenſum, &c.*

(*f*) LAICUS, &c. Vid. *Antonius de Roſellis* de *Aretio*, part. 1 *Monarchiæ*, ſeu, de *Poteſtate Imperatoris & Papæ*, cap. 38, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Monarchiæ*, pag. 272, & part. V, cap. 30, pag. 555; *Buxtorfius*, ad A. B., Concl. 31; *Daniel Otto*, cap. 8 *Jur. Publ.*, pag. 162; Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.*, part. ſpec., Sect. 1, c. 2, §. 4, pag. 211; *Scharſchmidius* ad *Schüzium*, Vol. 1, Exerc. 2, cap. 9, lit. H, I, K, pag. 98; *Du May*, *Etat de l' Empire*, Dial. 2, part. 1, p. 85; Alii. Clericos autem hic non excludendos eſſe, vel propterea arbitror, quod (1) nulla Lex prohibens extet, (2) adſint Clericorum exempla, qui aliorum Regnorum ſolia conſcendiſſe noſcuntur, &, ab exordio Regiminis, pro Capitibus Laicis ſunt habiti; v. g. *Alfonſus VI*, occiſo fratre, *Sanctio* 2, in Zamorenſi obſidione, an. 1073, Cœnobio exiens, Sceptra Caſtellæ & Legionis arripuit; *Ramirus*, Regulis S. Benedicti vivens Monachus, cæſo, ab Arabibus, haud procul *Fraga*, an. 1133, fratre *Alfonſo* 1, Rex factus Aragoniæ; *Jacobus*, ex Nicoſiæ Archi-Epiſcopo, defuncto Patri, *Johanni*, an. 1458, in Regno Cypri ſucceſſit, pulſa ſorore *Charlotta*, hærede legitima; *Henricum*, Eccleſiæ Romanæ Cardinalem, trucidato ab Afris, Ann. 1578, *Sebaſtiano* Rege, Ipſius, ex fratre, *Johanni III*, pronepote, Portugalliæ Ordines Regem ſalutarunt; *Johanni Caſimiro*, primum Jeſuitarum Ordinis ſocio, deinde R. E. Cardinali, Poloniarum Proceres, poſt fata fratris, *Uladislai Sigismundi*, an. 1649, 17 Jan. coronam impoſuerunt. Ne dicam de aliis Principibus, miſſo Clericatu, ad Seculare Regimen evectis, quorum catalogum deprehendis *in der aufgefangenen Briefe Erſten Ravage*, de an. 1700, & quidem in Faſciculo ſecundo, (*in dem zweyten* Pacquet) Epiſt. 20, p. m. 188 ad 195. Notandum vero, hos Principes omnes nondum ſacris Ordinibus fuiſſe initiatos. Imperium exemplo caret, niſi dicas, Imperatores, qua tales, planè diverſarum Eccleſiarum Canonicos fieri. Vid. Præced. Tit. IV, §. 10, lit. a, pag. 401.

(*g*) TEMPORALE, &c. Conf. Gravamina, *auf dem Reichstag zu* Paſſau *übergeben, und auf dem Reichstag zu Augſpurg*, an. 1555, 29 Julii, reiteriret, ap. *Limnæum*, ad *Capitul. Caroli V*, Mantiſſa 3, p. 384: *Nachdem das H. Reich Teutſcher* Nation *ein frey Reich iſt, das keiner andern* Nation *unterworffen, ſondern das aus ſeinen eigenen Gliedern, durch ordentliche Wahl der Churfürſten, Ihme ſelbſten, und der gantzen Chriſtenheit, ein weltlich Haupt zu kieſen hat, &c.*

5. Ut Reipublicæ Romano-Germanicæ tanquam caput præſit. Ergo *primò* debet eſſe (*a*) *auguſto corpore:* quamvis melius ſit, ut Imperator claudicet, quàm Imperium. *Secundò* (*b*) *juſtæ ætatis*, quæ in Imperatore eligendo legibus definita non eſt. *Otto III*, admodum puer; *Henricus III*, anno ætatis 12; *Henricus IV*, 8; *Fridericus II*, anno 20; *Carolus V*, anno ætatis 19, ad Imperium admiſſus eſt. Quamvis melius ſit, ſi ætate ſit profectior; ex imperfecta enim ætate imperantis multa ſæpius pericula ſurgunt, & multa in Rempublicam incommoda redundant. (hæc duo requiſita commodè ad naturæ requiſita referuntur, de qui-

bus ſupra.) *Tertiò* ut virtutibus aliis, omnibus imperantibus communibus & neceſſariis, inſtructus ſit, ut eſt Juſtitia, (*c*) Miſericordia, (*d*) Veritas, (*e*) &c. *Limn. l. 2 Jur. Publ., c. 2, §. 91, & ſeqq.* imprimis, cum Germaniæ imperet, & verò duæ linguæ, (*f*) Latina & Germanica, in Imp. ſint receptæ, (*g*) ut eas intelligat.

NOTÆ.

(*a*) AUGUSTO CORPORE, &c. Cum nihil, ad inflectendos hominum ſenſus, aptius ſit, corporis præſtantia, Auguſtam Cæſaris perſonam omnino decet Auguſtum habere corpus; quamvis negari nequeat, Imperii compagem bene ordinatam longè præſtare externa Cæſarei corporis bona, meliusque eſſe, Regem, quàm Regnum, claudicare. Multum inſuper præferenda eſt animi Nobilitas formæ corporis, quod, absque ea, ſemper deforme; ſi tamen & animi corporisque bonis prædita ſit Majeſtas Cæſarea, redditur tanto gratioſior, & auguſtior; Haud enim ſpernendum proverbium: *Welchen Gott und die Natur gezeichnet hat, Vor dem ſoll man ſich in acht nehmen. Albertum* I fuiſſe monoculum, teſtantur *Heinrici Rebdorfienſis* Annales, ad ann. 1299, præc. Tit. 2, §. 10, lit. D, ad an. 1299, p. 168; *Albertus Argentin.*, pag. 111; *Paraleipomena memorabilium*, *Conrado Urſpergenſi* annexa, ad an. 1298, p. m. 262; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 44, ad ann. 1299, p. 980; *Lehmannus, Chron. Spir.*, lib. 7, cap. 1, pag. 709; ad ſeq. §. 11, Ejus vita, v. 4.

(*b*) JUSTÆ ÆTATIS, &c. Jure Civili nemo admittitur ad Rempublicam gubernandam, ante annum ætatis 25, arg. l. 8 ff. De *Muneribus & honorib.*, ne imberbis Senibus imperare videatur. De ætate Regis Romanorum nihil cautum. Exempla, à Dn. Authore allegata, probant: Rationem Status, non ætatem, obſervari; queis addantur *Wenceslaus*, ann. 15, *Ferdinandus IV*, anno 20, *Leopoldus*, anno 18, & *Joſephus*, anno 12 ætatis, electi Cæſares, Regesque Romanorum. Vid. *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 2, §. 74, pag. 27; Ill. Dn. *Schütz*, Vol. 1, Exerc. 2, §. 9, lit. f, pag. 95; Dn. *Schwederus*, part. ſpec., Sect. 1, cap. 2, §. 4. pag. 211; Dn. *Rhetius*, *Inſtit.* J. P. lib. I, Tom. 4, §. 32, pag. 159; *Daniel Otto*, Diſſert. de J. P., cap. 8, pag. 159, & 160.

(*c*) JUSTITIA, &c. Hanc in primis ſibi commendatam habeat Princeps, ſi Regnum à turbis purgare, quietumque conſervare velit. Vid. *Daniel Otto*, l. c., p. 169, & 170. Hinc puniat malos, bonosque præmiis foveat, viduarum & pupillorum cauſas tueatur, præſtetque egentibus auxilia, &c. Pulchra ſunt, quæ *Limnæus*, l. c., §. 92, &c., pag. 33, collegit.

(*d*) MISERICORDIA, &c. Miſericordia in Principe inæſtimabilis eſt adamas, aſylum oppreſſorum, verique Principis character. Princeps, cum à Deo Regimen in Terris accipiat, quàm maximè quoque imitetur Eum, miſericordiam exercendo, nec delinquentes præcipiti pœna afficiendo, &c. Spectant huc ſententiæ veterum, & Apophthegmata, de *Miſericordia*, in *Florilegio Joſephi Langii*, pag. 401, &c.

(*e*) VERITAS, &c. Hinc fides ſervanda cuilibet, ſubditis, hoſtibus, infideli, &c. Modò nec Deum, nec Rempublicam lædat, &c. Faciunt huc quoque aliæ virtutes, ut Clementia, Temperantia, Modeſtia, Liberalitas, &c. De quibus *Daniel Otto*, Diſſ. de *Jure Publ.*, cap. 8.

(*f*) DUÆ LINGUÆ, &c. Inſigni ornamento Principis eſt Majeſtati, plures callere linguas, ne, per Interpretes, exterarum Gentium Oratores audire, vel iis reſpondere teneatur. De *Carolo Magno* ſcribit *Eginhartus*, in Ejus vita, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Franc.*, p. m. 441: *Erat Eloquentia copioſus & exuberans, poteratque, quicquid vellet, apertiſſimè exprimere. Nec patrio tantum ſermone contentus, ſed & peregrinis Linguis ediſcendis operam impendit: in quibus Latinam ita didicit, ut aque illa, ac patria Lingua, orare ſit ſolitus. Græcam vero melius intelligere, quam pronunciare, poterat, &c.* Conf. *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad ann. 794, pag. 124; & Poëta *Saxo*, lib. 5 *Annal. Caroli Magni geſtorum*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 163:

In ſermone ſatis dulcis, facundus, abundans,
Nec patrio tantum claruit eloquio,
Sed ſolitus Lingua ſæpe eſt orare Latina,
Nec Græca prorſus neſcius extiterat.
Intellexit eam melius, quam proprietates
Illius poſſet voce ſonare ſua, &c.

De reliquis Ejus ſtudiis, quorum *Eginhartus* meminit, ne dicam. Similem laudem tribuit Auctor Vitæ *Adalberonis, Metenſis* Epiſcopi, *Henrico Sancto*, Imp., ap. *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, p. 674: *Rex, quem fallere nemo poterat, quia erat homo litteris adprimè imbutus, eloquentia facundiſſimus, &c.*; nec non *Rupertus*, Abbas Tuitienſis, in vita S. *Herberti*, *Colônienſis* Archi-Epiſcopi, Cap. 10, apud *Surium*, 16 Mart., pag. 188; *Electioni non interfuit novi Principis, Henrici, tunc Bajoariorum Ducis, quem, ſecundum Seculi dignitatem, locupletiſſimum, & literarum ſtudiis non tenuiter inſtructum, Principes Regni Regem ſibi elegerunt, &c.* Auctor *Vitæ Meinwerci, Paderbornenſis* Epiſcopi, apud *Surium*, 5 Junii, Cap. 11, pag. 87, & Dn. de *Leibnitz*, de *Script.*

Digitized by Google

Scriptorib. Rer. Brunſuic., pag. 521, ejuſdem memor, ait: *literarum ſtudiis non tenuiter inſtructus*, &c. De *Henrico IV* ſcribit *Albericus*, ad an. 1083, pag. 127, ex *Guidone*: *Erat ore facundus, acer ingenio, multa eruditus lectione*, &c. *Fridericum* 2 celebrant Auctores, ſeq. §. 11, in Ejus vita, v. 4, nominati, quibus jungi meretur *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spir.*, cap. 78, p. 581: *Worauf Er ſich begeben, ſtudiren, und erforſchen wollen, iſt Ihme ſchleunig und glücklich von der Hand gangen, daher Er vieler Sprachen erfahren, und gelehrt worden, als der Griechiſchen, Lateiniſchen, Teutſchen, Welſchen, Frantzöſiſchen, und Türckiſchen; ein ſonderbarer* Patron *und Liebhaber gelehrter Leute, daneben in künſtlichen Handwercken geübt und erfahren, &c.* *Adolfi Naſſovii* indolem adumbrans Auctor *Annalium Dominicanorum Colmarienſium*, ad an. 1292, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 26, ait: *Hic ſtatura fuit mediocri, agilis, amabilis, ſciens Gallicum, Latinum, & Germanicum, &c.* *Sigismundum* ſex calluiſſe Linguas, ex *Magno Chronico Belgico*, pag. 356, diſcimus, ubi: *Scivit multas Linguas primo, Latinam & Theutonicam, Bohemicam, Slavicam, Italicam & Gallicam, quibus omnibus congrue loqui poterat, &c.* De *Friderico III* evolvatur *Cuſpinianus*, in ejus vita: *Latine libenter loquebatur, licet Poëticam atque Oratoriam non plurimi faceret, &c.* In Oratione *Jaſonis Mayni*, Romani Equitis, ad *Maximilianum I*, nuptias cum *Blanca Maria*, Mediolanenſi, an. 1494, celebrantem, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Germ.*, p. 224, legitur: *Carolus IV, ejus nominis, Romanorum Imperator, dum Conſtitutiones de Regum & Imperatorum creatione ederet, illud præcipuum ſtatuit: ut, qui ad Cæſaream Dignitatem aſpirat, etiam variarum Linguarum peritiam teneat, præſertim Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Liburnicæ, & Germanicæ. Tu has omnes adeo calles, ut, quæcunque* (quamcunque) *loquaris, tibi ſic domeſtica reddatur, quam ſi eam inter teneros nutricum amplexus imbiberis*, &c. conf. præc. Tit. 2, §. 12, lit. f, p. 230; & ſeq. §. 11, in Ejus vita, v. 4. De *Carolo V* teſtatur *Zenocarus*, in ejus vita, *Eum cum Hiſpanis Hiſpanicè; cum Italis Italicè; in Gallia Belgica, aut Britannia, Gallicè; in Germania Germanicè; &, cum caſus ferret, etiam Latinè, licet rarius, locutum fuiſſe*: ſunt verba Dn. *Fritſchii*, *de Jure Idiomatis, in Imperio Romano Germanico cum primis recepto*, cap. 6, §. 3. nec Eum penitus ignarum *Græcæ* fuiſſe, ex Ejus oratione, quà *Clementis* VII, P. R., argumenta, de Concilio convocando *Bononiæ*, acriter perſtrinxit, apud Dn. *Müllerum*, in *Hiſtoria Proteſtationis & Auguſtanæ Confeſſionis*, lib. 3, cap. 2, §. 6, pag. 410, judicandum eſt. Apud *Henricum Pantaleonem*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, pag. 165, de Eodem legitur: *Er redt mit den Teutſchen Teutſch; mit den Spaniern Spaniſch; mit den Niederländiſchen Reutern Frantzöſiſch; mit den Italienern Italieniſch; mit den Neapolitaniſchen Reutern viel Sprach durcheinander; mit den Gelehrten zimlich gut Latein; gegen den Ungeren, Behemen, Dalmatieren und Macedonieren gebrauchet Er ſich mancherley Sprach, &c.* Easdem linguas didiciſſe *Maximilianum* 2, docet oratio *Joh. Cyriaci*, L. B. de *Polheim*, an. 1577, in Ejus laudem declamata, apud *Chytræum*, lib. 23 *Sax.*, ad an. 1576, pag. 636. De *Ferdinando* 2 *Fritſchius*, l. c., immediatè ſubjungit: *Cæſarem Ferdinandum 2, in Aula ſua, ſemper Germanica, vel Italica, quandoque etiam Latina, quam admodum expeditè locutus, linguis uſum, nunquam verò Gallica, vel Hiſpanica, ne cum ipſo quidem Hiſpanico Legato, ſcribit Autor deſcriptionis ſtatus particularis Regiminis Ferdinandi 2. Idem Auctor, d. Tract. Cap. VII, tradit, Ferdinandum III, Imp., varias Linguas, Germanicam, Italicam, Latinam, Bohemicam, & Hiſpanicam calluiſſe, &c.* Conf. ſeq. Tit. X, §. 6, lit. c, v. 14. Divum *Leopoldum* familiares ſibi reddidiſſe Linguas *Germanicam, Italicam, Hiſpanicam, & Latinam*, docet *Lambecius*, lib. 1 *Commentar. Biblioth. Vindobon.*, §. 26, pag. 25. Dn. *Wolfgangus Adamus de Latoſky*, in oratione, qua D. Cæſarem *Doctum* fuiſſe probat, anno 1705 *Gœrlicii* habita, plures innuiſſe videtur, ſcribens: *D. Leopoldus Linguas per Europam uſitatiores non tam delibare, quam ſibi ſatis familiares reddere ſuſcepit, &c.* Vid. Dn. *Samuelis Groſſeri*, Gymnaſii Gorlicenſis Rectoris, *Immortale Nomen Leopoldi Magni*. Quis hic excipiat *Gallicam*? *Sclavonicam* Eundem fuiſſe locutum, intelligentem adhuc *Græcam*, à viris fide dignis mihi relatum eſt. Hæc licet ita ſe habeant, non tamen neceſſariò requiritur, ut Cæſar ſit doctus, quod *Daniel Otto*, cap. 8 *Jur. Publ.*, p. m. 163, affirmat, verbis uſus *Iuſtiniani*, Imp., in Prooemio Inſtitutionum: *Imperatoriam Majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam Legibus oportet eſſe armatam: ut utrumque tempus, & bellorum & pacis, rectè poſſit gubernari, &c.* Sed, num, qui Legibus armatus, doctus protinus eſt? *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, p. m. 429, in contrarium ſcribit: *Divina & humana Iura utiliter diſtribuebat, &c.*; mox, p. 430, addens: *Quanquam enim literas ignoraret, tamen omnem Clerum .... prudenter inſtituit, &c.* conf. *Lehman. Chron. Spirenſ.*, lib. 5, c. 18, p. 416. Ecce! literas planè ignorans Auguſtus divina & humana jura utiliter diſtribuit, & Clerum prudenter inſtituit. Experientia & Judicium præſtant ſtudiis, merè talibus.

(*g*) RECEPTÆ, &c. Dubium eſt, quo tempore *Latina & Germanica* Linguæ in Imperio ſint receptæ. Provocari ſolet ad Conſtitutionem *Rudolphi I*, de an. 1274, qua cautum ſit, Inſtrumenta publica poſthac Germanico idiomate, nec amplius Romano conſcribenda eſſe; vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 68;

Sed

Sed quis eam vidit? De Conſtitutione *Friderici* 2, Pacem Publicam concernente, Annoque 1235, in Moguntinenſi Curia, promulgata ſermone Patrio, dictum l. c. Profeſſo ſtudio argumentum hoc tractarunt Dn. *Fritſchius*, de *Jure Idiomatis*, cap. 4, & 7, & Dn. *Hachenberg*, in *Germania Media*, Diſſ. VII, de *Lingua Veterum Germanorum*, c. 10, &c., pag. 246; add. Dn. *Conring.*, *de Origine Juris German.*, in præfat.; & Dn. *Engelbrecht*, de *Jure Diplomatum*, cap. 4, §. 4, p. 56, &c. Non confundenda eſt origo Linguæ Germanicæ cum ejus introductione in S. R. Imp. Illam vetuſtiſſimam eſſe, teſtantur, præter ea, quæ præced. Tit. 2, ſ. 10, lit. q, v. 9, p. 212, protuli, formulæ confeſſionales antiquiſſimæ, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, p. 318, &c.; nec non fragmenta alia, l. c., pag. 383, 385 ad 390; 415, 422, 427, 429 ad 448; 454, 461, 462, ubi Oratio Dominica, cum *Otfridi*, Wizanburgenſis Monachi, antiqua Theotiſca Paraphraſi; & l. c., cap. 8, pag. 757; conf. Formula, in Fuldenſis Eccleſiæ Monumentis, Sacerdoti peccata detegendi, Majoribus uſurpata, à *Chriſtophoro Browero* reperta, & lib. 2 *Annalium Fuldenſium*, cap. 14, Teuto-Francico & Latino ſermone, inſerta, cujus Dn. *Tenzelius*, in *Vindiciis Conringianæ cenſura Diplomatis Lindaviensis*, cap. 5, §. 8, pag. 107, meminit. Add. Dictionarium Latino-Teutonicum, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Antiquitatum Alamannicarum*, part. 1, pag. 64 ad 128; ut & Symbolum Veteris Eccleſiæ Alamannorum, ibid., part. 2, pag. 134; & Confeſſio pœnitentium, l. c., p. 135, &c. Introductio vero ſolennis longè recentior eſt. Articulo XIV *Capitulationis Caroli V*, de anno 1519, primum inſertum legimus: *Darzu in Schrifften und Handlungen des Reichs kein andere Zungen, noch Sprach gebrauchen laſſen, dann die Teutſche, oder Lateiniſche Zungen. Es wære dann an Orten, da gemeiniglich ein andere Sprach in Ubung und Gebrauch ſtünde, alsdann mægen wir, und die Unſern Uns derſelben daſelbſt auch behelffen.* Quæ repetita ſunt Art. 13 Capit. *Ferdinandi I*; *Rudolphi* 2, art. eod.; *Matthiæ*, Art. 14; *Ferdinandi* 2, art. 12; *Ferdinandi III*, art. 16; *Ferdinandi IV*, art. 42; *Leopoldi*, art. 43; *Joſephi*, art. 42; in quibus duabus poſterioribus inſuper additum: *Jedoch, in allewege, in Unſerm Reichs Hoffrath, der Teutſchen und Lateiniſchen Sprache unabbruchig.* Sic conſtat, Inſtrumenta Pacificationum Weſtphalicæ, Noviomagenſis, & Ryſwicenſis utroque Idiomate extare; Negotia itidem Imperii cum exteris Regibus, & Rebuspublicis, veluti Gallis, Hiſpanis, Anglis, Danis, Suecis, Polonis, Hungaris, Italis, nec non Sabaudis, Burgundis, Lotharingis, Hollandis, Leodienſibus, &c. &c., Lingua Latina abſolvi. Plura habent *Limnæus*, ad art. 14 *Capit. Caroli* V, pag. 207 ad 222; Dn. *Friſchius*, l. c., cap. VII; Quid circa idioma Gallicum, in Imperio cum præjudicio nullatenus admittendum, an. 1682 in Comitiis Actum ſit, docet *Lundorpius*, Tom. XI *Actor. Publ.*, lib. XII, cap. 127, ſ. 45, 46, & 48, pag. 475 ad 478, &c. Conf. *Europæiſcher Herold*, p. 1241, &c., 1323, &c.

6. Præeminentia & dignitas Imperatoris in eo reſplendet, ut omnes Reges atque Principes *(a)* ipſi loco cedant, eosque præcedat; Solus enim iſte eſt, in quem antiquorum Imperatorum Romanorum dignitas eſt translata. *Hugo Grotius* putat, jura Populi Romani non translata fuiſſe in Germanos, ſed penes Populum Romanum manſiſſe, *lib. 2, de J. B. & P. c. 9, §. 11*; ſed falsò, per ea, quæ ſupra de translatione dicta ſunt. Et hic titulus: *Imperator*, nulli alii Monarchæ attribui poteſt. *(b) vid. Bœcl. de S. R. I. voce: Imperium.* Nec obſtat *primò*, quod A. C. 1189 *Iſaacus Angelus*, Imperator Conſtantinopolitanus, *Friderico Primo* jus præcedentiæ dubium fecerit, &, Monarchiam Romanam penes ſe eſſe, aſſeruerit. Intrepidè enim reſpondit *(c) Fridericus Primus*, ſe nomen Imperatoris & Romani Imperii dignitatem ſuſcepiſſe ab avis & proavis: & rectè quidem; Diu enim, ante ipſum, Imperatores Orientales omne jus, in Imperium Romanum, vel bello amiſerant, vel etiam transactione in Occidentales transtulerant. Nec obſtat *ſecundò*, quòd Imperator *(d)* Moſcoviæ hoc titulo audiat: quod Rex Galliæ *(e)* eum affectet; in his enim, & aliis novus hic titulus eſt, & nunquam, ſine additione Regnorum ſuorum, dicitur, e. g. Imperator Moſcoviæ. Solus autem & ſeparatim adſcribitur Imperatori noſtro, eumque, tanquam Succeſſorem in Imperio, notat, quotiescunque hic titulus ſolus exauditur. Agnoſcunt hoc omnes populi: agnoſcit hoc ipſe Turcarum Imperator, infenſiſſimus aliàs Imperii hoſtis, qui Imperatorem noſtrum appellat: *Aus den Potentaten JESU den Fürnehmſten: Zwiſchen den Geſchlechten JESU erwehlten fürnehmſten Herrn aller Chriſtlichen Vælcker*; in literis ad Matthiam. Et hinc, in audiendis Legatis, Imperatoris Legatos omnibus aliis præfert, iisque, præ reliquorum Regum atque Principum Legatis, præcipuum locum concedit, & Imperatori Turcico ſoli ſua mandata ſedentes proponunt, cum aliorum Principum

Lega-

Digitized by Google

Legati ſtare cogantur. *Vid. Leunclav. in Supplem. Annal. Ottoman.* Hinc, cùm *David Ungnadius* (*f*) Legatus miſſus eſſet, neque conſidere juberetur, veritus, ne Domini ſui dignitatem offenderet, pallio, quod habebat, ſubſtrato inſedit, & mandata ſui Principis intrepide expoſuit; mox conſurgens, pallium, quod ſubſtraverat, reliquit; interrogatus à Turcis, cur id faceret, Cæſaris Legatum ſellam ſibi portare non ſolere, reſpondit. *Reinking, de R. S. & E. lib. 1. Claſſ. 2. c. 7. §. 50, 51, 52, pag. 128.* quamvis referat hôc eodem loco, ſe intellexiſſe ab iis, qui proximis annis in Legatione Cæſarea fuerunt ad Turcam, hodie etiam à Legatis Cæſareis, non ſedendo, ſed ſtando (*g*) Legationis Capitula proponi.

NOTÆ.

(*a*) IPSI LOCO CEDANT, &c. Materiam προεδρίας illuſtrant *Jacobi Andreæ Cruſii* Tract. *de Præminentia, Seſſione, Præcedentia, & univerſo Jure προεδρίας*, edit. Bremæ, an. 1666, præcipuè lib. 3, cap. 1 ad 9, pag. 343, & 502; *Jacobi Gothefredi* Diatriba de *Jure Præcedentiæ; Sigismundus von Stoſch, von der* Præcedentz *aller* Potentaten *und* Republiquen *in Europa*, edit. Jenæ, 1677; *Limnæus, Jur. Publ.*, lib. 4, cap. 9, §. 9, 10, 15, &c., p. 298 ad 303; Dn. *Ehrenharti Zweyburgii Theatrum Præcedentiæ*, edit. Berolini, an. 1706; Dn. Auctor *des Europæiſchen Herolds*, Vol. 2, cap. 4, pag. 688, &c.; Alii. Difficile eſt, collocare eos, qui, præter Deum & Enſem, ſuperiorem non agnoſcunt. Nec firma argumenta ab Exemplis repetuntur, metum potentiæ, ſpem lucri, ſuperſtitionem, aliudve irregulare quid ſæpe olentibus. Ceremoniale Romanum, juſſu *Julii* 2, P. R., an. 1504, à ceremoniarum Magiſtro, *Paride de Graſſis*, confectum, apud *Limnæum*, Tom. IV, Addit. ad lib. V, cap. 14, §. 7, p. 914, *Cruſium*, l. c., lib. 3, cap. 8, p. 496, *Zweyburgium*, l. c., &c., hunc ordinem Regum ſiſtit:

Imperator Cæſar.
Rex *Romanorum*.
Rex *Franciæ*.
Rex *Hiſpaniæ*.
Rex *Aragoniæ*.
Rex *Portugalliæ*.
Rex *Angliæ*, diſcors cum tribus prædictis.
Rex *Siciliæ*, diſcors cum Rege Portugalliæ.
Rex *Scotiæ*, }
Rex *Ungariæ* } inter ſe diſcordes.
Rex *Navarræ* }
Rex *Cypri*.
Rex *Bohemiæ*.
Rex *Poloniæ*.
Rex *Daniæ*.

Præter verò quod catalogus hic omnes Reges non complectatur, parum roboris inde hauriendum, cum, juxta reſponſum *Maximiliani* 2, Imp., Oratori Gallico, Redonenſium (Rennes) Præſuli, an. 1564, datum, *ad Reges nihil pertineant, quæ Pontifex, in Curia ſua, de rebus profanis, ſtatuere, & præſcribere ſolet;* Vid. *Lundorpius*, Tom. VI, lib. 3, cap. 207, fol. 319. De Præeminentia Cæſaris, præ omnibus aliis Potentibus Chriſtianis, agunt *Gruſius*, l. c., lib. 3, cap. 2, p. 365; *Schützius*, Vol. 1, Exerc. 3, *t*. 2, p. 139, &c.; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.*, l. 1, Claſſ. 2, cap. 7, p. 122, &c.; *Limnæus*, l. 2 *Jur. Publ.*, c. VII, §. 25, &c., p. 89, &c., & Tom. IV, Addit. ad lib. 2, cap. 7, §. 33, p. 217, &c.; *Arniſæus* de *Majeſtate*, lib. 1, cap. 2, §. ult.; *Beſoldus*, lib. 1 *Politic.*, c. 2, §. 23, & lib. 2, c. 5, §. 29; *Clutenius*, *Syllog. rer. Quotidian.*, *t*. 9; *Rumelinus*, ad A. B., part. 3, Diſſert. 1, *t*. 7, p. 660, & ibi *Mylerus*, in Additionib., lit. a, pag. 661; *Bæclerus, Notit. Imper.*, lib. 4, cap. 1, p. 68; *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 8, §. 12, pag. 63, & cap. 11, §. 9, pag. 107; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum German.*, lib. 3, cap. 12, §. 7, & 9, pag. 473 ad 475; Dn. *Thomaſius*, *ad Monzamb.* cap. 1, §. 12, lit. q, pag. 66, &c. Regnum *Germaniæ* cæteris ſemper fuiſſe præſtantius; &, auſpicio originis, ac, prærogativa antiquitatis, nobilius; &, acquiſito Romanorum Imperio, ac delato *Auguſti* titulo, ſplendidius; nominisque hujus indicio, & ſingulari elogio, ſanctius; ac in ſocietate Gentium, in primis moratiorum, & Chriſtianarum, præcipuum, eaque dignitate & eminentia ab omnibus aliis diſtinctum, defendunt Dn. *Schilterus*, l. c., lib. 3, cap. 1, §. 8, pag. 264, & Dn. *Schurtzfleiſchius*, in Addit. ad Diſput. de *Titulo Auguſti*. Conf. quæ Dn. *Thomaſius* l. c. diſſerit, & præced. Tit. IV, §. 8, lit. a, p. 378. *Auberii* Tract. *de la Préeminence des Roys de France, & de leur préseance ſur l'Empereur, & le Roy d' Eſpagne*, refutavit *Cruſius*, l. c., cap. 2. Exemplum *Caroli V*, Regis Galliæ, medium locum, Imperatorem inter, *Carolum IV*, ejusque filium, *Wenceslaum*, Romanorum Regem, occupantis, cum, anno 1378, Pariſios ingrederentur, probat, Regem, non niſi à Deo dependentem, nulli alii, tanquam digniori, jure, loco cedere teneri, licet, antiquitate Regni, vel potentia, altero ſit inferior. Vid. *Fauyn, au Théatre d' honneur*, lib. 2, cap. 1, p. 463; *Limnæus*, *Notit. Regni Franc.*, lib. 2, cap. 6, lit. ddd, pag. 426. *Num Rex Romanorum Regi Galliæ præferendus ſit?* disquirit *Limnæus*, l. c., lit. XXXX, p. 450, &c., & lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 15, §. 41, &c., p. 169, & Tom IV, Addit. ad lib. 4, cap. 9, §. 10, pag. 647; *Cruſius*, l. c.,

lib. 3,

lib. 3, cap. 3, pag. 401; *Rumelinus*, l. c. In Conciliis minimum Conſtantienſi, Baſileenſi, Lateranenſi, & Tridentino Oratores Gallicos præ Hiſpanicis ſediſſe, res nota eſt. An. 1588 prima vice Hiſpani ſe oppoſuiſſe leguntur. Meminit *Limnaus*, lib. 2 *Regni Franciæ*, cap. 6, lit. ccccc, pag. 454, *Belleuraum*, Legatum Gallicum ad Rhætos, manum gladio admoviſſe, Hiſpanicum caſtigaturum, præcedere volentem. Legatis Civitatum Hanſeaticarum ab Oratore Gallico, an. 1644, audientiam fuiſſe denegatam, quod Hiſpanicos prius adierint, docet *Lundorpius*, Tom. V *Cont. Act. Publ.*, lib. 2, cap. 94, pag. 920. Cæſaris ſententia, hac de controverſia, extat ibidem, Tom. VI, lib. 3, cap. 207, pag. 318; Fœderatos etiam Belgii Ordines vix, interpoſita auctoritate ſua, litem, inter *Jacobum Auguſtum Thuanum*, Gallicum oratorem, & *Stephanum de Gamarre*, Hiſpanicum Legatum, an. 1656, ob primas, Hagæ Comitum, ortam, diremiſſe, teſtantur *Riencourt*, *dans l'Hiſtoire de Louis XIV*, pag. 285, ad an. 1657, & *Biſottus*, *Hiſt. Metallique de la Republique de Hollande*, Tom. 2, pag. 235, ad annum 1656. Cum, an. 1659, in Inſ. Phaſianorum, Inſtrumentum Pacis Pirenææ conficeretur, primus ſubſcripſit Cardinalis *Mazarinus*, Miniſter Gallicus, &, poſt eum, Hiſpanicus, *Ludovicus Mendoza de Haro*. An. 1661, 10 Oct., St. N., Oratore Suecico, *Nicolao*, Com. *de Brahe*, *Londini* Anglorum, ſolennem celebrante introitum, *Gothofredus*, Marchio *d'Eſtrades*, Legatus Gallicus, iterum Hiſpanico, *Philippo Franciſco de Batteville*, Marchioni *de Conſtans*, curru præcurrenti, negotium faceſſit; à verbis ad verbera cum progrederentur, occiſi ſunt quinque Galli, &, abſciſſis loris, tres equi, currum *Eſtradii* trahentes, qui propterea ſolennitati intereſſe non potuit; ex Hiſpanis unus, & Anglorum unus. Re ad Regem delata, jubebatur ſtatim *Alfonſus Perez de Vivero*, Comes *de Fuenſaldegna*, Orator Hiſpanicus, 24 horarum ſpatio, Aula & Regno exeſſe, inſuperque Embrodunenſi Præſuli, Legato Gallico Madriti, nuncius miſſus eſt, cum mandato ſatisfactionis exigendæ, caſtigando *Batevillio*; Vid. *Diarium Europ.* Contin. VI, ad an. 1661, pag. 484, &c.; *Artagnan*, Tom. 3 de *ſes Memoires*, pag. 294 ad 302; *Riencourt*, l. c., ad eundem annum, pag. 322, &c. Anno ſequenti, ne publicum bellum inde ſurgeret, Hiſpaniæ Rex Marchionem de *Fuentes* in Galliam ablegavit, cum literis, Regem certiorem facientibus, *Battevillii* factum ſummopere ſibi diſplicuiſſe, propterea eum ex Anglia revocaturo, debito modo excipiendum; Præterea ſe Miniſtris ſuis, quacunque Terrarum parte eſſent, prohibuiſſe ullis poſthac ſolennitatibus cohabitare, præſentibus Oratoribus Gallicis. Admiſſo igitur, 14-24 Mart. 1662, ad ſolennem audientiam Legato Hiſpanico, & demandata ſibi, coram Nuncio Papali, omnibusque Miniſtris Publicis aliorum Regum & Principum, triginta numero, Pariſiis degentibus, totaque Aula, clara voce exponente, Rex ad circumſtantes Oratores ſe vertens, inquit; *Vous avez oüi la declaration, que l'Ambaſſadeur d'Eſpagne m'a faite; je Vous prie, de l'ecrire à vos Maitres, afin q'ils ſçachent, que le Roy Catholique a donné ordre à tous ſes Ambaſſadeurs, de ceder le Rang aux miens, en toutes occaſions, &c.*; quatuor Status Secretariis, *Ludovico Phelypeaux*, Com. de *St. Florentin*; *Henrico de Guenegand*, March. *de Plancy*; *Michaële le Tellier*, & *Ludovico Henrico de Lomenie*, Com. de *Brienne*, publicum deſuper Inſtrumentum conficientibus, quod legas in *Diario Europ.*, Contin. VII, p. 244 ad 249; conſ. *Lundorpius*, Tom. VIII *Contin. Act. Publ.*, lib. 9, pag. 816; *Diar. Europ.*, Contin. XV, in Append. circa finem; *Riencourt*, l. c., ad an. 1662, p. 334, &c.; *Galeazzo Gualdo, Hiſt. di Leopoldo Ceſare*, part. 2, f. 62, &c.; *Brewerus, Hiſtor.* ab an. 1661 ad 1673, lib. 2, cap. 3, pag. 70, & 71; Nummum, memoriæ ergo cuſum, exhibet *Meneſtrier*, *Hiſt. du Roy Louis le Grand*, *par Medailles*, pag. 11; add. *Medailles Sur les principaux Evénéments du Regne de Loüis le Grand, par l'Academie Royale des Medailles*, de an. 1705, pag. 136, & 137. In Aula tamen Cæſarea priorem locum Hiſpanus obtinet, quare Galliæ Rex non niſi *Reſidentem* eo mittit. Nonnunquam Anglos Gallis præferri, patet ex Diſſertatione *Jacobi Howelii*, de *Præcedentia Regum*, unde ſua hauſit *Cruſius*, l. c., cap. 5; nec non verbis *Du Pleix*, *Hiſt. de Henry le Grand*, p. 301, §. 11, apud *Limnæum*, Tom. IV, Addit. ad lib. 4, cap. 9, §. 95, pag. 657: *Apres que les Articles du Traitté d'Alliance, entre Henry IV, & la Reyne d'Angleterre, furent redigés par ecrit, & mis au net, il y ſurvint encore un debat, entre nos Ambaſſadeurs, & les deputés Anglois, à cauſe, que ceuxcy les repreſenterent, ſignez d'eux, en la place la plus honnorable, dont les autres demeurerent offenſez, ſoutenants, que la prérogative de la Couronne Françoiſe, ſur celle d'Angleterre, n'avait jamais été revoquée en doute. Les Anglois, ſans toucher cette queſtion, faiſoient voir, par des anciens Actes, que, lorſque les Traittés, d'entre les François & les Anglois, ſe paſſoient en Angleterre, les Anglois les ſoucrivoient les premiers, comme ne cedant à nul autre dans leur Etat; & s'obſtinerent ſi fort à cela, que Nos Ambaſſadeurs les ſoucrivirent apres eux, faiſants leur conte, que, puisque ce Traitté devoit être ratifié par le Roy, ils ne pourroient rien faire de préjudiciable de la Majeſté Tres-Chrêtienne, &c.* In Tabulis Pacificationis Riſwicenſis, an. 1697, 20 Sept. inter Gallos Anglosque contractæ, *Hagæ Comitum*, apud *Meinhardum Uytwerff*, excuſis, præponitur Gallo Anglus, exceptis §§. 4 & 7, quibus contrarium obſervatur, in ſubſcriptione vero Legati Anglici (*Pembroke*, *Villiers*, & *Williamſon*,) rurſus præ Gallicis (*Harlay*, *Verjus*, & *Callieres*,) occurrunt. Notatu dignum eſt, quod de *Sueco* refert *Chiffletius*, in *Vindiciis Hiſpanicis*, Cap. 14, pag. 146: *Sueciæ Reges, in Scuto coeruleo, tres preferunt aureas Coronas, Suecorum, Gothorum & Vandalorum, ob quas, cum, ineunte Anno 1632, Guſtavo Adolpho, Regi, Germaniam devaſtanti, mutuus affatus cum Ludovico*

XIII,

XIII, *Franciæ Rege*, *Metis tunc agente*, *per Brezæum Marchionem*, *Cardinalis Richelii nomine*, *proponeretur*, *reſpondit Rex Guſtavus*: *Se cum Ludovico Rege ita demum collocuturum*, *ſi Is religioſè*, *& ad amuſſim*, *obſervatam vellet dignitatis prærogativam*, *quam Ipſe Suecus*, *in gradu*, *ſede*, *inceſſu*, *ſibi deberi affirmabat*. *Quo accepto reſponſo*, *turbatus Richelius*, *ac pudore ſuffuſus*, *urgere congreſſum Regum ulterius deſtitit*, *&c.* Novas lites Suecicus Legatus Gallico intendit, *Berolini*, an. 1688, cum juſta Electori Brandenburgico ſolverentur; neuter etiam Solemnibus interfuit. Hæc de Hiſpanis, Anglis, & Suecis, reſpectu Gallorum, innoteſcunt; non memini autem, unquam me legiſſe, eosdem Reges vel Romanorum Regi, nedum Imperatori, ob primas, moviſſe controverſiam.

(*b*) POTEST, &c. Alios Principes nonnunquam *Imperatoris* titulum uſurpaſſe, docet diploma *Edgari*, Anglorum Monarchæ, circa annum 975 defuncti, ap. *Rodericum o Flaverty*, *Hiſt. Hibern.*, pag. 78, *Chamberlayne*, *Notit. Angl.*, cap. 4, & Dn. *Ludovici*, de *Auſpicio Regum*, Cap. 1, §. 10, p. 49, quod ſic incipit: *Ego Edgarus*, *Anglorum Baſileus*, *omniumque Regum Inſularum Oceani*, *quæ Britanniam circumjacent*, *cunctarumque Nationum*, *quæ infra eam includuntur*, *Rex & Imperator*, *&c.* Notiſſimæ ſunt querelæ Legatorum *Henrici III*, Imp., de an. 1055, adverſus *Ferdinandum Magnum*, Caſtellæ & Legionis Regem, idem nomen ſibi arrogantem, poſtea licet, *Victore* 2, P.R., & Concilio Hiſpanico intervenientibus, eo abſtinuerit, apud *Marianam*, lib. IX *Hiſt. Hiſpan.*, cap. 5; *Baronium*, Tom. XI Annal., ad an. 1055, §. 25, p.m. 227; *Conringium*, de *Finib. Imperii*, lib. 2, cap. 21, §. 2, pag. 283; *Schilterum*, *de Libertate Eccleſiar. German.*, lib. 3, cap. 12, §. 1, pag. 466, & 467. Ejusdem Seculi *Gallicia* Regis, *Sanctii*, hiſce meminit *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, ad an. 1063, pag. 102: *De Septem filiabus*, *Ebali & Andreæ Sororibus*, *prima prædicto Regi Galliciæ*, *Sanctiò*, *qui ſe Imperatorem nominabat Hiſpaniæ*, *peperit*, &c. De *Alphonſo VII*, Caſtellæ & Legionis Rege, ex *Dubleto*, pag. 891, chartam producit *Mabillon*, *de Re Diplomatica*, lib. 2, cap. 4, pag. 85, cui tale initium: *In Nomine Domini Amen. Sicut in omni Contractu . . . . quapropter Ego*, *Adefonſus*, *D. G. totius Hiſpaniæ Imperator*, *&c.* idem teſtatur Epiſtola Ejus ad Generum, *Henricum* Comitem, Luſitanorum Regum progenitorem, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I *Codicis Juris Gentium Diplomatici*, in *Prodromo*, §. 2, pag. 2; ibi: *Alphonſus D. G. Imperator*, *&c.* Conf. *Albericus*, l. c., ad an. 1141, pag. 290, & an. 1143, pag. 301; *Rodericus*, Toletanus Epiſc., lib. 7 *Rer. Hiſp.*, cap. 7; *Mariana*, l. c., lib. 10, cap. 16; *Conringius*, l. c.; *Schilterus*, l. c., §. 3, pag. 469. De *Cypri* Rege inquit *Albericus*, ad an. 1191, pag. 389: *Richardus igitur* (Angliæ Rex) *Cyprum*, *cum Rege ſuo*, *qui ſe Imperatorem vocabat*, *&c.*

(*c*) RESPONDIT, &c. Extat Ejus Reſcriptum, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 285, & 286; conf. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1179, p. 196; *Conringius*, *de Imperio Germanor.*, cap. 8, §. 5, pag. 59. In ſimilitudinem nota eſt ejusdem Auguſti controverſia cum *Hadriano IV*, P.R., ob prælationem nominis; Scribenti enim Papæ: *Dilecte in Domino Fili! ſuper prudentia Tua non mediocriter admiramur*, *quod B. Petro*, *& S. R. Eccleſiæ*, *non*, *quantam deberes*, *reverentiam exhibere videris*. *In litteris enim*, *ad Nos miſſis*, *nomen Tuum Noſtro præponis*, *in quo inſolentiæ*, *ne dicam arrogantiæ*, *notam incurris*, *&c.*, maſculè reſpondit Imperator: *Lex Juſtitiæ unicuique*, quod ſuum eſt, reſtituit. *Non enim Parentibus Noſtris derogamus*, *quibus in hoc Regno debitum exhibemus honorem*, *à quibus videlicet Primogenitoribus noſtris & Regni dignitatem ſuſcepimus*, *& Coronam*. *Numquid*, *tempore Conſtantini*, *Sylveſter regalis aliquid habuiſſe dignoſcitur? Sed*, *Ejus pietatis conceſſione*, *libertas reſtituta eſt Eccleſiæ*, *pax reſtituta eſt*, *&*, *quidquid Papatus veſter habere dignoſcitur*, *largitione Principum obtinet*. *Unde*, *cum Romano Pontifici ſcribimus*, *Jure*, *& ex antiquo nomen præponimus*, *&c.* Vid. *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 39, ad an. 1155, pag. 839, & 840; *Mutius*, lib. 18 *Chron. Germ.*, pag. 145, & 146; Auctor *Appendicis ad Radevicum*, apud *Urſtiſium*, pag. 562, & 563; *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, ad an. 1159, §. 6, & 7, pag. 412, & 413; *Goldaſtus*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, p. 263; *Schilterus* de *Libertate Eccleſiar. German.*, lib. 5, cap. 3, §. 3, & 4, pag. 641, & 642.

(*d*) MOSCOVIÆ, &c. Magnum Moſchorum Czarem *Majeſtatis* & *Imperatoris* titulos ſemper ambiviſſe, maximè in Aula Viennenſi, ſatis ſuperque ex actis publicis conſtat; *Gaſtelius*, *de Stat. publ. Europ.*, cap. 5, pag. 103, refert Ejus titulum: *Magnus Zaar*, *& Magnus Dux*, *omnium Ruſſorum Conſervator*, *Uladimir*, *Muſcow*, *Naugards*, *Zaar Caſſan*, *Zaar Aſtracan*, *Zaar Seberin*, *Magnus Dux Trercski*, *Jugerski*, *Permski*, *Wadski*, *Bolgarski*, *Gerelaſſki*, *Udorski*, *Obdorski*, *Beſolerski*, *Condinski*, *Totius Septentrionalis lateris Dominus*, *Dominus Ivericarum Regionum*, *Kartalinski*, *Ingruſinski*, *Zaar Kabardinski*, *Circaski & Jorski Princeps*, *aliarumque multarum Provinciarum Dominus & Regnator*, *&c.* Imperatoris titulus licet hic non appareat, quandoquidem jam expeditum eſt, Czaris nomen non Cæſarem, ſed Regem denotare, ceu *Auguſtinus* L. B. de *Mayerberg*, Cæſaris Orator in Aula Moſcovitica, *en ſon Voyage en Moſcovie*, *vers le Czar Alexis Michalowics*, *Grand Duc*, *&c.*, edit. Leidenſis, an. 1688, obſervat; quamplurima verò exempla alia id teſtantur. *Michaëlem Federowizium* Imperatoris titulo uſum fuiſſe, argumento ſunt Ejus literæ, apud *Vittorio Siri*, *nella hiſtoria de' correnti tempi*, Tom. 2, lib. 1, p. 294, ſic inchoatæ: *Michaël Fedoroviz*, *per gratia divina*, *Imperatore & Gran Duca di tutta la Ruſſia*, (Michaël Federowiz, Divina gratia, Imperator, & Magnus Dux totius Ruſſiæ.) L. c. p. 297 occurrunt aliæ, talis initii: *Michaël*

Digitized by Google

chiel Fodorowiz, per gratia, e miſeration divina, Rè, Imperator, e Gran Duca di Moſcovia, &c. (i. e. Michaël Federowiz, Dei gratia, & miſeratione divina, Rex, Imperator & Magnus Dux Moſcoviæ &c.) Legatum *Alexii Michalowizii*, quod Cæſaris titulum pro Domino obtinere non potuerit, Romanam Aulam, an. 1673, indignabundum reliquiſſe, recenſet *Buno*, in *Idea*, ad h. a. Quid anno 1687 in Aula Viennenſi acciderit, videre eſt ex literis Cæſareis ad Czaros, quas, adhuc ineditas, hic ſubjiciam, ſtylum Curiæ plenariè prodentes, additis rationibus, quarum intuitu Cæſares Noſtri, Moſchis, Cæſaris & Majeſtatis nomina denegent.

Recredentiales Cæſaris ad Czaros.
Præviis Titulis:

Accepimus iteratas Serenitatum Veſtrarum literas, 18 *Junii, anno præterito, datas, & à Magnis & Plenipotentiariis Earundem Serenitatum Veſtrarum Legatis, Intimo nimirum Boyaro, & Locumtenente Viatzienſi, Boriſſio Betrovitzio Scheremetovo, Intimo itidem Okolnicio, & Locumtenente Murumſcienſi, Iwanowizio Tzadevajo, nec non Conſiliario Diaco Protaſio Gwanowizio Nicephoraio, & Diaco Iwano Wolkovo fuſius intelleximus, quid Illi, ratione ſuſcepti, contra communem Chriſtiani nominis hoſtem, belli, expeditionumque militarium, utrinque inſtituendarum, propoſuerint; quidque ratione Curialium, & Tituli MAJESTATIS ulterius poſtulaverint. Fuit nobis, quod primum attinet, ſincerus atque conſtans amoris & Amicitiæ fraternæ affectus, quem nobis Serenitates Veſtræ tam prolixè amicèque deferri curarunt, tertè quàm gratiſſimus, neque minus confidentiæ fraternæ ſignum eſſe interpretamur, quòd percuſſum, cum Rege & Republica Polonia, perpetuæ Pacis, & contra communes Chriſtiani nominis hoſtes, Turcam & Tartarum, fœderis Tractatum, pro notitia noſtra communicari fecerint, exercitusque ſuos, adverſus hoſtes, ad impetus illorum, à noſtris & Confœderatorum ditionibus, abarcendos, actutum educere ſpoponderint; Ex quo ſicuti Serenitatum Veſtrarum fervidus, in internecivum eorum excidium, ac interitum, Zelus, pro Chriſtianitatis incremento, ac æterna Serenitatum Veſtrarum Gloria, ſatis liquet; Ita Legati Illi viciſſim quoque reciprocæ propenſionis & ſinceritatis noſtræ fraternæ, parisque, adverſus eosdem ſanctiſſimæ Crucis hoſtes, animoſitatis & promptitudinis, vivum exhibere poterunt teſtimonium, quando, ſicut ipſis quidem, ad omnia, quæ ſcire cupierunt, ſcripto reſponderi juſſimus, uberius explicabunt, quàm inprimis in quicquid à nobis, in Serenitatum Veſtrarum ornamentum, & commodum, nec non & ſuorum non minus ac Noſtrorum Confœderatorum incrementum, juſtè deſiderari vel annui potuerit, Nos pronos facilesque repererint: quantoque porro cum candore ac fervore bellum hoc, condicta cum fœderatis ratione & modo, proſequi armis noſtris, ab invincibili omnipotentis Dei brachio hucusque feliciſſimè ſuffultis, ambos fluvios, Tibiſcum & Travum, propugnare, quin & ultra, pro Belli opportunitate, movere, deque progreſſibus eorum cum Serenitatibus Veſtris, per Veredarios & Poſtas, à Nobis in ditionibus Noſtris diſpoſitas, ac porrò, in locis interjacentibus, à Polonis, & Serenitatibus Veſtris diſponendas, promptè communicare, nullaque belli, pacis conſilia, niſi ſecundum fœderis Tabulas, Confœderatorumque conſenſum, inire ſtatuerimus, quique, in luculentam animi noſtri teſſeram, à Magno Vezirio, nuper ad ſupremum noſtrum Conſilii Bellici Præſidem, Marchionem Badenſem, exaratas, &, per Agam quendam, Generali noſtro, Comiti de Caraffa, in Hungaria ſuperiori commoranti, porrectas, cum Reſponſoriis Eidem Vezirio ſcriptis, nec non & illas, quasque hic rurſus, 25 Februarii nuperi, ad Eundem Principem, Marchionem Badenſem, ſcripſerit, quidquid denique Vezirio reſponſi datum ſit, per exempla communicari, pluraque alia confidenter aperiri juſſerimus, ex quibus clarè ſatis eluceſcat, ſummam, quam in fidei publicæ fœderisque conſervatione ponimus, gloriam ne vel minimo etiam ſingularitatis nævo velimus contaminatam. Ad alterum verò, Literarum ſc. Fiducialium extraditionem, quod pertinet, probè meminimus, promiſiſſe Nos, Literas Credentiales a Nobis ipſismet Serenitatum Veſtrarum Legatis & Ablegatis, primi & ſecundi ordinis, deinceps in diſceſſus audientia, porrectum iri, cum Serenitates Veſtræ, publicum Catholicæ Religionis exercitium, ſcholas, Proceſſiones & ſepulturas, aliaque ſecundum Eccleſiæ Romanæ ritum publicè inſtitui ſolita, in Moſcovia admiſerint, ac pro ſe, ſuisque ſucceſſoribus in perpetuum confirmaverint. Cum itaque dicti Serenitatum Veſtrarum Legati, Serenitates Veſtras Romano-Catholicis, Jeſuitis & ſacerdotibus, in Moſcovia commorandi, religionisque noſtræ Romano-Catholicæ ritum & Ceremonias exercendi poteſtatem & libertatem jamdum conceſſiſſe, Nos reddiderint certiores, ſpemque etiam dederint, Serenitates Veſtras Romano-Catholicis, Jeſuitis & Sacerdotibus, & impoſterum quoque ibidem commorandi, Religionemque Romano-Catholicam, ejusque ritum & Ceremonias, ſine viciſſitudine aut perturbatione, quietè exercendi, in eoque libero exercitio perſeverandi poteſtatem conceſſuras, Nos quoque, in reciprocum ac novum propenſionis affectusque fraterni & gratitudinis indicium, præter ea, quod Serenitates Veſtras, in animi benevoli & addictiſſimi exemplum, cum à Miniſtris Noſtris, in noſtra etiam præſentia, tum & in Decretis, ſecreto ſigillo noſtro Imperiali munitis, Majeſtatis titulo nuncupandas, jam annuimus, nunc etiam Literarum Noſtrarum fiducialium ſeu Recredentialium, Illis, in diſceſſus audientia, reddendarum, facimus initium, certè Nobis perſuadentes, fore, ut, tametſi Nobis memorati Legati confirmationem, à Serenitatibus Veſtris, pro Se & ſucceſſoribus ſuis, per Diploma, ſeu ſcriptum, in perpetuum concedendam, in ſe ſuſcipere noluerint, Serenitates Veſtræ tamen, pro avito æternoque erga Nos amore, fraternitatis teſtimonio, unà cum ſucceſſoribus ſuis, publicum Romano-Catholicæ Religionis exercitium, in inconcuſſa ſervaturæ ſint libertate, quemadmodum & Nos, tunc quoque deinceps ſucceſſores Noſtri, in Recredentialibus, Serenitatum Veſtrarum, Ea-*

rum-

rumque Succeſſorum Legatis, & Ablegatis, primi & ſecundi ordinis, è manu noſtra, ſucceſſorumque Noſtrorum reddendis, haud gravatim continuabimus. Ut autem Majeſtatis titulus Serenitatibus Veſtris, etiam per literas noſtras Cæſareas, adſcribatur, adeò extra Noſtram eſt poteſtatem, tantique in Imperio Romano momenti, ut, ſine Ejus Electorum, Principum, & Statuum offenſione, nec minui, nec à Romano Imperatore cum Regibus communicari queat, utpote unico Imperiali Faſtigio, ad quod Nos ſoli in orbe Chriſtiano, per divinam Clementiam, evecti ſumus, ab omnibus Mundi Rectoribus, tot abhinc ſeculis, ſine viciſſitudine, ſumma ſemper cum veneratione, debitus ac attributus. Unde eâ in Generoſam Serenitatum Veſtrarum æquanimitatem vivimus fiduciâ, Serenitates Veſtras enarratis hiſce, aliiſque magnæ Serenitatum Veſtrarum Legationi demonſtratis rationibus prægnantiſſimis locum facile daturas, ac ab hoc deſiderio ſuo libenter deſtituras, quin potius, ad conſervandam mutuam fraternæ neceſſitudinis communicationem, & correſpondentiam, pro veteri nunquamque interrupto more, Nos Majeſtatis titulo, in literis ſuis, inſignituras, ne, de quo quidem ſummè doleremus, ſequiorem in eventum, mutuus hucusque amoris ac amicitiæ cultus, fraternæque confidentiæ commercium, cum Chriſtianitatis detrimento, interrumpatur. Deinde quoque ex Latinis Literarum, ad Nos à Serenitatibus Veſtris datarum, ac Plenipotentiæ translationibus animadvertimus, translatorem, linguæ, ſeu Rutinæ ſeu Latinæ, non ſatis gnarum, Imperatoris compellationem, ob jam enarratas eaſdem, quæ Majeſtatis titulum reliquis mundi univerſi Potentatibus & Regibus communicare prohibent, rationes, nulli in orbe Chriſtiano, niſi unico & ſoli Romanorum Imperatori, debitum, Serenitatibus Veſtris attribuiſſe, verbisque: Imperialis ac Imperii, conſueto more, hinc inde uſum eſſe, quod quidem etiamſi, citra Serenitatum Veſtrarum præſcitum, accidiſſe, nulli dubitemus, attamen, cum nec nobis deſiut, qui linguam Ruthenicam in Latinam aut Germanicam vertant, haud prætereundum duximus, ſatius impoſterum, expeditiusque fore, cum Serenitates Veſtræ Literas ſuas ad Nos in lingua ſua Ruthenica, ſine translatione, transmiſerint, ne, quod itidem graviſſimè ferremus, ejusmodi translationes, ad evitandam præjudicii ſequelam, alioquin remittere neceſſe foret. Cæterum nihil his ſupereſt, niſi ut Deum Optimum Maximum enixè precemur, ut noſtra & Serenitatum Veſtrarum arma tam feliciter fortiterque conducat, & ſoſpitet, ut Reipubl. Chriſtianæ fines tandem in intima Regnorum hoſtilium viſcera protendantur, ac, in firmiſſimas gloriæ utriusque noſtræ columnas, exſtruantur, laudabiliſſimo ac famoſiſſimo Heroicæ fortitudinis & valoris teſtimonio, ſeris Chriſtianæ fidei poſteris æternum ſtaturas; quod uti animitùs apprecamur, ita Serenitates Veſtras amantiſſimi fratris affectu conſtanter complectimur. Datum Viennæ, 5 Maji, 1687. Lites, ratione tituli Imperatoris, jam olim inter Polonos & Moſchos agitatas, refert *Thuanus*, lib. 138, ad an. 1607. Conf. *Hornii Orb. Polit.*, p. 537; *Beſoldus*, in *Diſcurſ. de Monarchia*; & quæ ſupra, Tit. 4, §. 9, lit. a, v. 7, p. 390, dixi. Cum anno 1708, 1 Aug., Londini Britannorum, *Thomas Morton*, mercator denticulorum, nonnullique alii creditores, Legato Moſcowitico, Dn. *Antonio Artemonowitz de Matueof*, debitorum intuitu, ſub diſceſſum Ejus, violentas manus inferrent, ablegavit Britanniarum Regina, *Anna*, *Carolum Whitworthium*, Oratorem Extraordinarium, *Moſcoviam*, facinus deteſtaturum; qui etiam demandato ſibi munere, ann. 1710, 16 Febr. eleganti Oratione habita, defunctus eſt, ſic loqui exorſus: *Tres-Haut, & tres-Puiſſant Empereur. Ce n'eſt, qu'avec une douleur tres ſenſible, que je ſuis obligé de faire mention, à Vôtre Majeſté Imperiale, de l'affront, qui eſt arrivé dernierement à Monſ. ſon Ambaſſadeur, &c.* Quas formulas toties in ſequentibus repetit; Vid. *Mercure Hiſtorique & Politique*, an. 1710, menſ. April., p. 375, &c. Ipſius Reginæ literas, menſe Auguſto, 1709, *Windſorii* deſuper ad Czaarum datas, exhibet, l. c., pag. 378, ita inchoatas: *Nous avons deja écrit à Vôtre Majeſté Imperiale, pour lui temoigner le ſenſible chagrin, que nous avons eu, du malheureux affront, qui arriva à votre Ambaſſadeur, avant qu'il quittat Notre Cour, &c.*; phraſi: *Majeſté Imperiale*, vicies amplius ibidem occurrente. Conf. de hac lite *Mercure* cit., Tom. 45, menſ. Septemb. p. 316; menſ. Decemb. p. 652. &c.

(*e*) REX GALLIÆ, &c. *Limnæus, Not. Franc.*, lib. 2, c. 1, p. 315, &c., latè diſputat, *num Regi Galliæ Imperatoris titulus competat?* Francorum Regibus titulum hunc olim fuiſſe datum, docet *Pipini* exemplum, apud *Marianum Scotum*, ad an. 741; ibi: *Pipinus, Filius Caroli, primus Francorum Imperator, regnavit annis 27, &c.* It., l. c., ad an. 767: *Pipinus Imperator, finito Aquitanico bello, &c.* In Aula Turcica Reges Galliæ obtinuerunt titulum *Podeshair*, ſoli aliàs Imperatori Turcarum competentem, ceu docet Author *Status Turcici*, lib. 1, c. 21. Spectant huc, quæ leguntur Contin. 21 *Diarii Europ.*, p. 127: *Wiewohl der Kœnig in Franckreich, der ein Chriſtlicher Fürſt iſt, welcher mit dem Türcken, wegen Beſtætigung der Kauffmanſchafft, gehandelt, und er den Namen eines* Podeshair, *das iſt, Kayſers, erhalten hat, welchen ſie allen andern Chriſtlichen Fürſten, und dem Kayſer ſelbſt verſagen, dieweil ſie davor halten, es ſeye eine Ehre, die nur allein dem Groß-Türcken gebühret, --- weßwegen man eine Hiſtorie erzehlet, die einem Mæhrlein ſehr gleich iſt, es ſeye nemlich, eine ſehr ſchæne Franzœſiſche Dame dem Groß-Türcken verehret, und in das* Serrail *gethan worden, und habe ſie der Kayſer vor eine Prinzeßin gehalten, dahero Er ihm eingebildt, er ſeye des Kœnigs Vetter worden, weil Er ſie geheurathet, weßwegen er ihm dieſen Ehrentitul leichtlich verwilliget, warum die Türcken ſonſt ſo eiſerig ſind, &c.* Verius eſt, Turcas hunc titulum communi-

earæ Galliæ Regibus, intuitu abſolutæ poteſtatis, qua pollent. Innuere id videtur inſcriptio literarum Turcarum ad *Ludovicum XIII*, de an. 1618; ibi: *Glorioſiſſimo & Potentiſſimo Principi, ex Iis, qui in Chriſtum Jeſum credunt; Arbitro controverſiarum, quæ inter Populos Chriſtianos oriuntur, Antiquiſſimo & Nobiliſſimo Francorum Monarchæ, cui proſperum vitæ exitum, &c. opto, &c.* Vid. *Thuan.*, Hiſt. p. 876, & *Gaſtel.*, *de Stat. Publ. Europ.*, cap. 6, p. 108. Inſcriptio literarum, quas Baſſa Generalis Algerienſis, anno 1687, ad Ducem de *Mortemar*, Claſſis Gallicæ imperatorem, dederat, talis fuit: *Le tres heureux & tres Excellent Seigneur, Eſtiadi Heuſſen, par la grace de Dieu, & la force de ſon tout puiſſant ſecours, Gouverneur & Vice-Roy de la Ville & Royaume d' Alger, Theatre de la guerre, à celuy, qui eſt l' appuy des Nobles de la Religion Chrêtienne, & l' Egliſe des Seigneurs de la Loy de Jeſus, à Monſieur le General, Commandant d' Armée navale du tres Puiſſant, & tres Redoutable Empereur de France, &c.* *Paulò poſt legitur: Nous vous felicitons d'une telle priſe, en cas que vous ayez fait cette rupture de paix, du conſentement de l' Empereur, vôtre Maître, &c.* In fine extat: *Le Serviteur du Createur de ce monde & de l' autre, &c.* Literæ *Iſmaëlis*, Cæſaris, ſeu Regis Maroccani, ad *Ludovicum XIV*, de an. 1691, ſub initium ſic ſe habent: *Au plus grand des Roys & Princes Chrêtiens de l' Europe, le Monarque de la Nation Françoiſe, le Maître de ſes Royaumes & Climats, & l' Arbitre Souverain des actions & volontez de ſes peuples, Louis XIV, &c.* Vid. *St. Olon hiſtoire de l' Empire de Maroc*, p. 189. L. c., pag. 204 reperitur alia epiſtola laudati Cæſaris, ad Regem Galliæ, de ann. 1693, ſic inchoata: *Au plus Grand Prince des Chrêtiens, le Monarque du Royaume de France, Louis XIV, &c.* L. c., pag. 208, occurrunt literæ primi Status Miniſtri, in Aula ejusdem Cæſaris, ad laudatum Regem, cum ſequenti inſcriptione: *Au nom de Dieu le Miſericordieux, le Miſerateur, n'y ayant point de Force, ni de puiſſance, que par Luy, étant le très Haut, & le Très Grand. A celuy, dont la Dignité, & la Puiſſance l'ont elevé, ſur tous les Princes de ſa Religion, & dont le deſir de gloire & la Valeur l'ont rendu redoutable à toutes les Nations Chrêtiennes, le Majeſtueux Empereur de France, Louis le Grand, XIV du nom, &c.* Ipſum Regem, in Oriente, adhibere titulum Imperatoris, docent Ejus literæ ad Tripolitanos, de an. 1687, ubi haud ſemel vocatur, *Empereur de France, & Roy de Navarre, &c.* Huc faciunt Orationes Dn. de *St. Olon*, anno 1691, & 1693, in Aula Maroccana habitæ, ceu ipſe refert, l. c., p. 161; ibi: *A l abri du Nom ſacré de Tres Haut, Tres Excellent, Tres Puiſſant, Tres Magnifiq., Tres Invincible & toujours Victorieux, Louis Le Grand, Tres Chrêtien, Empereur de France & de Navarre, le Fils ainé de l' Egliſe, le Defenſeur de la Foy, l' Azile & le Protecteur des Roys, l' Arbitre & le Grand Conquerant de l' Europe, &c.* l. c., p. 180, ita: *J' aſſure auſſy Vôtre Majeſté, que j'en porteray la nouvelle à l' Empereur, mon Maitre, avec plaiſir, &c.* De Imperio Siamico jam nihil dicam: Regem autem & ibi titulo Imperatoris uti, teſtatur *Tachard, en ſon Voyage de Siam* edit. 1687; nec non Dn. *de la Loubere, en ſa deſcription du voyage de Siam*, edit. 1691.

(*f*) *UNGNADIUS, &c.* Conf. *Warſewicius*, orat. de *Legatis*; *Kirchnerus de Legatis*, lib. 2, cap. 5, §. 63, &c.; *Cruſius*, de *Præcedentia*, lib. 1, cap. 4, §. 39, p. 32, & lib. 3, cap. 2, §. 10, pag. 364, & 365; *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 7, §. 30, &c., p. 89, & 90; *Zweyburgius*, *Theatr. Præced.*, Tit. 2, p. 5.

(*g*) *STANDO*, &c. Hodie omnes Oratores ſtando capitula ſua proponere tenentur, in Aula Ottomannica, excepto Gallico, qui, anno 1688, *Sopham* obtinuit, i. e. ſedendo mandata Regis ſui exponendi licentiam. Minus accuratè de *Sopha* dicitur, in *Theatr. Europ.* Tom. XII, p. 490: *Weil man nun bereits eine geraume Zeit, wegen der* Sopha, *zwiſchen dem Franzœſiſchen Ambaſſadeur*, Monſr. de Guilleragues, *und dem Türckiſchen Hof, diſputirt hat, ſo dient zur Nachricht, daß die* Sopha *ein klein hœlzern Tiſch-oder Bancklein ſey, deſſen ſich die Allerfürnehmſten, unter den Chriſtlichen Abgeſanden am Türckiſchen Hof, wann ſie Audienz haben, zu bedienen, und auf ihre Weiß darauf zu ſitzen pflegen; ſintemahlen die Turcken, gleichwie alle Mahometaner, mit geſchranckten Füſſen auf der Erden ſitzen, &c. Wann der Türckiſche Kayſer auf dieſen oder jenen Chriſtlichen* Potentaten *erzœrnet iſt, ſo wird alſobald deſſelben Ambaſſadeur dieſe* Sopha *diſputirt*, &c. Nunquam enim Sopha omnibus Regiis Legatis communis fuit, ſolius Cæſaris Oratore olim, ſedendo, ſibi commiſſa exponente. Vid. *Cruſius*, l. c.; *Limn.*, l. c.; *Zweyburg*, l. c.

7. Quia Imperatores noſtri ſucceſſerunt *(a)* in jura antiquorum Imperatorum Romanorum; quæritur: *an Imperium noſtrum ſit adhuc quarta Monarchia? (b)* Plures hoc affirmant, & Imperii noſtri prærogativam inde deducunt; quia huic quartæ Monarchiæ vaticinium Danielis perennem, & cum ævo duraturam promittit felicitatem. *Dan. 2, & 7.* Conringius primus hanc ſententiam falſam dixit: *Totum*, inquit, *c. 11, & 13 de Germ. Imp., illud, de nonniſi quatuor magnis futuris Monarchiis, ſeu Imperiis mundi, plus habet famæ, quàm veri: quippe cum olim in Aſia, jam ante Alexandrum, tot numero floruerint ampliſſima Imperia, Aſſyriorum, Babyloniorum, Medorum, Perſarum, non autem duo tantùm, quod vulgò creditur: Aſia eadem, poſt Romani Imperii interitum, itidem habuerit, hodieque ex parte habeat vaſtiſſima Regna*

Sara-

Saracenorum, Turcarum, Tartarorum, Perſarum, Sinenſium: Europa verò viderit Francorum Regnum maximum, jam ante adeptum nomen Cæſareum: etiam nunc verò floreat vaſta Hiſpanorum potentia, & Gallorum; putatque, per octingentos & ultra annos, caruiſſe Europam magnâ aliquâ Republica, cujus Jura Majeſtatis fuerint penes urbem Romam. Huic opinioni Sacræ Scripturæ dicta contrariari non videntur: & ſenſus Prophetæ eſt, quòd populus Judaicus quatuor potentiſſimis Monarchis ſervire debeat, *Babylonio, Perſæ, Græco, & Romano*, antequam veniat regnum illud æternum, & nunquam evertendum, quod reliqua omnia conteret. Si tamen per Monarchiam intelligamus Imperium, non, ubi unus ſolus imperat, ſed, quod in nominis Romani celebritatem ſucceſſit, ſeu potius, in quod celebritas Romani Imperii translata, adhuc in Germania hæc quarta Monarchia ſupereſt. *Reink. lib. 1, Cl. 1, c. 5, pag. 45. Bæcl. in Diſſert. de S. R. I. voce: Romanum.* Nec obſtat, quòd, olim & hodiè, præter quatuor Monarchias, fuerint Imperia vaſtiſſima & florentiſſima; quia ad quatuor harum Monarchiarum & vaſtitatem, & celebritatem nunquam aſcenderunt, inprimis Monarchiæ Romanæ, quæ jam ante multa ſecula audivit Orbis Caput, *l. 3 C. de Conſul. Aurelius Victor, de Viris illuſtr. urbis Romæ*, ac Paulus Diaconus *Romam (c)* Caput Gentium nominat: & *Lipſius* Caput Mundi, *lib. 1, de Magnitud. Rom. c. 2.* In Bulla *Ottonis III*, Imperatoris, quæ appenſa Conſtitutioni ejus, quam exhibet *Goldaſt. tom. 1 Conſtit. Imp. p. 227*, etiam in inſcriptione unius lateris legitur: *Aurea Roma.* Dictis S. Scripturæ expoſitio allata non omnino convenit, ſed potius Statum Reipublicæ hodiernæ Romano-Germanicæ claris verbis deſcribunt.

NOTÆ.

(*a*) *SUCCESSERUNT, &c.* Cum hodiè expeditum ſit, Germaniam ſemper ſeparatam & independentem à Romano Imperio conſtituiſſe Rempublicam, otioſè quæritur: *Num Regnum Germaniæ ſurrogatum ſit Imperio Romanorum*? nunquam enim non per ſe conſtitit, nec, niſi perperam, cum Romano commutatum confuſumque dicitur, fortitudini licet *Ottonianæ* debeamus, quod Germaniæ Rex ſemper quoque Regno Italiæ, & Romano Imperio præſit, ob conſociationem perpetuam trium harum Rerumpublicarum, ſub *Ottone M.* factam. Vid. præc. Tit. 4, §. 3, lit. m, p. 318. Diverſis ſtudiis thema hoc rimantur *Grotius*, lib. 2, de J. B. & P., cap. 9, §. 11, p. m. 211, cujus verba *Limnæus* repetit, ad *Proœm. Capitul. Caroli V*, voc: *Ræmiſchen Reichs*, §. 34, &c., p. 105, & 106, quæ, l. c., §. 45, &c., p. 107, &c., refutare conatur. conf. idem, Tom. IV *Jur. Publ.*, Addit. ad lib. 1, cap. 4. §. 3, p. 4, &c., & cap. 5, pag. 7, &c., & Tom. V, Addit. ad lib. 1, cap. 4, §. 24, p. 7, &c.; *Conringius*, de *Imperio German.*, cap. XI, §. 12, p. 108; *Monzambano*, cap. 1, §. 10 ad 14; ill. *Obrecht*, ad h. l. *Monzambani*, Exerc. I, cap. 1, §. 14, pag. 16; Dn. *Kulpiſ.*, ad eundem locum, pag. 72; Dn. *Thomaſius*, ad eundem, p. 71, &c.; Ill. Baro de *Lyncker*, *doctrina Commun. de Capitulatione Cæſar.*, §. 2, pag. 3; Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 78, pag. 84; Dn. de *Hammerſtein*, Diſſ. de *Nomothetica*, *ſeu recta ratione Legum ferendarum*, Præſide Dn. *Conringio*, anno 1663 habita, *t*. 62.

(*b*) *MONARCHIA*, &c. Vid. *Daniel Otto*, cap. 1 *Jur. Publ.*, p. 27, &c.; *Limn.*, l. c.; Dn. *Lyncker*, l. c.; *Conringius*, l. c., p. 109; *Schilterus*, *Inſt. I. P.*, lib. 1, cap. 3, §. 10, p. 50, &c.; *Kulpiſius*, l. c., part. 2, cap. 6, §. 6, p. 218; Conſult. Dn. *Werlhof*, cap. 2 *Juris Publici Enucleati*, §. 7, lit. c, pag. 26; Dn. *Titius*, *Jur. Publ.*, lib. 1, cap. 2, §. 63, p. 57. Textus *Danielis* de IV *Monarchiis* huc non pertinet.

(*c*) *ROMAM, &c.* Conf. præced. T. 2, §. 13, lit. i, pag. 259.

8. Hoc quoque, ſecundum alios, inſigne decus ad Romani Imperatoris dignitatem accedit: quòd, uti antiquitus Imperium Romanum Reges dabat Judæis, aliiſque populis; ita quoque, poſtquam ad Germanos id devolutum eſt, eadem reverentia manſerit, ut Imperatores noſtri (*a*) Reges creaverint. *Otto Tertius* Boleslao Acri, Poloniæ *(b)* Principi, ſummam Regii culminis dignitatem donavit. *Peucer. lib. 4 Chron.* Henr. IV Ducem Bohemiæ, *(c)* Uratiſlaum, ex Concilii ſententia Moguntiæ, 1087, regio titulo exornavit. *Dubrav. lib. 7, fol. 59.* Carolo, Burgundiæ *(d)* Duci, verò, tanta honoris regii inſignia ambienti, recuſavit Fridericus II. *(e) Cruſius Annal. Suev. part. 3, lib. 7, c. 9.* Sed omnes hi veri Reges non fuerunt: quia tanquam Vaſalli ab Imperio & Imperatore poteſtatem ſuam obtinuerunt. Veri autem Reges, (*f*) præter Deum, ſuperiorem non agnoſcunt. NO-

Digitized by Google

NOTÆ.

(*a*) REGES CREAVERINT, &c. *Der Kayſer kan gantz allein Kœnige creiren*, inquit Auctor Annotatorum, *über die furgefallene* Quæſtion: *Ob Reichs-Fürſten befugt*, Ambaſſadeurs *zu ſchicken; unter eines fürnehmen* Miniſtri *Schrifften gefunden:* apud *Caſſandrum Thucelium* in *Electis Juris Publici curioſis*, cap. VII, pag. 304; nec aliter cenſent *Reinkingius, de Regim. Sec. & Eccleſ.*, lib. 1, Claſſ. 2, cap. 7, §. 57, &c., pag. 128; *Daniel Otto*, cap. X *Jur. Publ.*, p. m. 331; *Limnaus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. IX, §. 17. pag. 107, &c., & Tom. IV, Addit. ad h. l., pag. 223; *Schützius, Colleg. Jur. Publ.*, Exercit. 3, §. 21, p. m. 200, & ibi *Scharſchmidius*, in Notis, lit. f, pag. 202; *Paurmeiſterus*, lib. 2, de *Juriſdict.*, c. 3, §. 29; *Noldenus*, Synopſ. de *Statu Nobilium Civili*, cap. 2, §. 29, p. m. 30; *Sprengerus, in Lucerna*, cap. 2, pag. 86; Ill. Dn. *Coccejus, Prudentia Jur. Publ.*, cap 31, Sect. IV, §. 53. p. 61, & Diſſ. de *Juſtitia Regni Portugall.*, Sect. 2, Quæſt. 1, pag. 37; Dn. *Ludovici*, Diſſ. de *Auſpicio Regum*, tot. cap. 2; *Du May, Etat de l' Empire*, part. 1, Dial. 2, p. 107; Ill. Baro de *Bibran*, Diſſ. de *Jure Baronum*, cap. 3, §. 8, &c., p. 40, &c.; alii multi, quorum nomina Dn. *Ludovici, in dem Pæbſtlichen Unfug wieder die Crone Preuſſen, welchen* Clemens XI, *in einem, den 16 April 1701, ausgeſtreueten irrigen* Brevi, *zu verkleinerung aller gekrænten Häupter, begangen*, cap. 2, §. 3, v. 15, pag. 36, & 37, profert. Communem & olim hanc fuiſſe doctrinam, monent verba *Philothei Achillini*, Conſiliarii Regis Galliæ, *Caroli V*, in *Somnio Viridarii*, de *Juriſdictione Regia & Sacerdotali*, lib. 1, cap. 179, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Monarchia*, pag. 135: *Quando Pipinus factus fuit Rex, inſtitutio Regum ſpectabat ad Imperatorem. Et ſi Ipſe fuerit negligens, poteſtas conſtituendi Regem non devolvebatur ad Papam, &c.* Exempla Romani ævi collegit Dn. *Ludovici*, de *Auſpicio Regum*, cap. 2, §. 1, 2, & 3, pag. 57 ad 68; rectè autem, §. 4, pag. 69, eorum ſententiam refellit, qui fundamentum doctrinæ hujus in dominio, ſeu Jure quodam, in univerſum orbem, quærunt, quale nunquam probari poterit. Regna hodiè cum ſint publicis tranſactionibus diſtincta, nec ſibi invicem amplius ſubjecta, perperam ejusmodi, hoc ex fonte, aſſingitur Imperatori poteſtas. Priſtinus Regnorum ſtatus peſſimè cum moderno confunditur. Multa olim Imperii complectebatur ambitus, quæ inpræſentiarum abſolutiſſimi ſunt Juris. Quoniam vero, tacito Gentium, moratiorum minimum, conſenſu, Imperatori priores ſemper honores tributi noſcuntur, ſive jam ob memoriam clientelæ, qua præcipua Europæ Regna Imperio quondam obnoxia erant; ſive Auguſti nominis intuitu, quo nihil celſius unquam conſtitit; ſive ex invidia, ne quis Regum alteri loco cedere videatur; ſive, quod Eccleſiæ Advocato jure prærogativam hanc competere arbitreutur; ſive alia de cauſa; obtinet quoque, ut Reges reliqui, raro, vel nunquam, Regios honores ei invideant, quem ſummi in orbe faſtigii Princeps, Imperator, iis dignum cenſet. Exempla id teſtantur bene multa. Francorum temporibus ſe ſiſtunt:

Caroli Magni & Ludovici Pii filii, de quibus præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 806, 813, & 817, dictum eſt. Nolo *Lotharii*, vel *Ludovici Germanici* Gnatos hîc nominare, cum diviſiones iſtæ fraternæ rem ſaltem domeſticam reſpexerint. Magis ad rhombum facit

Boſonis exemplum, cui *Carolus Calvus*, an. 877, diadema *Burgundicum* impoſuit. Vid. ſupr. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 2, p. 33.

Otto Magnus Wenceslao, Bohemo, Regios honores impertiviſſe fertur; Vid. ſeq. lit c.

Otto III S. *Stephanum* Regem *Hungariæ* conſtituit. vid. Chronicon *Ademari*, *Monachi S. Eparchii*, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, pag. 168; *Hornius, Orb. imper.*, Period. 3, de *Regno Hungariæ*, §. 2, p m. 72; Ill. Dn. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.*, cap. 5, ſect. 1, §. 8, p. 104; quamvis *Aventinus*, lib. 5 *Annal. Boicor.*, pag. 311, id *Henrico Sancto*, dicti Regis affini, vindicet; Vid. *Conring.*, de *Finib. Imper.*, lib. 1, cap. 17, §. 6. p. m. 177; Dn. *Ludovicus*, de *Auſpicio Regum*, cap. 2, §. 5, pag. 90, &c. Minimum, ſub *Henrico Sancto*, Hungariani demum ad Chriſtianorum caſtra tranſiiſſe, teſtantur *Sigebertus*, ad an. 1010, & *Albericus*, an. eod., pag. 45. de *Boleslao* Polono vid. ſeq. lit. b.

Henricum III Hungariæ Genti *Abbonem* Regem præfeciſſe, ex *Glabri Rodulphi* Hiſtor., cap. 1, docet *Conringius*, in *Annotatis*, ad lib. 1, de *Finib.*, cap. 17, p. m. 97.

Henrico IV regiam dignitatem debuit *Wratislaus*, *Bohemiæ* Rex, vid. ſeq. lit. c.

Lotharii 2 beneficio, *Erici*, Daniæ Regis, filius, *Canutus*, Rex *Obotritorum* evaſit. Vid. *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slav.*, cap. 49, pag. 119; *Saxo Grammat.*, lib. 13 *Hiſt. Dan.*, p. 211, &c.; *Albertus Stadenſis*, an. 1133; *Pontanus*, lib. 5 *Rerum Danicarum*, pag. 307; *Cranzius*, lib. 3 *Vandal.*, cap. 30, & lib. 6, c. 27; *Conringius* de *Finib.*, lib. 1, c. 14, §. 12, p. m. 134, & §. 14, p. 160, &c., Dn. *Ludovicus*, l. c., p. 97, &c.; Dn. *Schurtzfleiſch*, Hiſt de *Veteri Regno Populoque Burgundionum*, cap. 1, §. 2, pag. 4.

Fridericus 1 Petrum, *Daniæ* Regem, corona ornavit. Vid. Ipſius Epiſtola ad *Ottonem Friſingenſem*, apud ipſum *Ottonem*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, cap. 5, pag. 448; Conf. *Güntheri Ligurinus*, lib. 1, p. m. 293; *Bodinus*, de *Republ.*, lib. 1, cap. 9, p. 144; Ill. *Coccejus*, l. c., cap. 3, ſect. 4, §. 53, pag. 61; *Conringius*, l. c., §. 13, pag. 135, &c.; Dn. *Ludovicus*, l. c., pag. 95; *Woldemarum*, in Veſontina Curia, an. 1162, ab eodem *Daniæ & Sueciæ* Regna fuiſſe conſecutum, præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, p. 134, ad h. a., monui. Anno 1164 *Barraſonam*, *Sardiniæ*, &, an. 1190, *Gedeonem*, *Armeniæ* Reges coronavit. Vid. ſeq. §. 11, vita *Frideric. I*, v. 4. ad an. 1164, & 1190. De *Uladislao* Bohemo dicam ſeq. lit. c.

Henricus VI, Imp., inaugurari jubet fratrem *Guidonis*,

Hie-

Hieroſolymorum & Cypri Regis, *Almaricum,* Regem *Cypri*, anno 1197, & *Leonem* Regem *Armeniæ*; Vid. ſeq. Tit. V, Ejus Vit. v. 4, ad annum 1197.

Fridericum 2, in favorem *Friderici* Auſtriaci, anno 1245, 14 Jul., Auſtriam in Regnum evexiſſe, teſtatur ejus diploma, ex Manuſcripto Codice *Reichardi de Strayn*, Domini de *Schwarzenau*, anno 1599 Auſtriacæ domus Privilegia, ex Archivis, colligentis, ab Illuſtri Dn. *Chriſtiano Wilhelmo de Eyben*, Patrono optimo, mihi communicato, deſumptum, cujus etiam formula reperitur apud *Petrum de Vineis*, lib. 6, Epiſt. 26; *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, p. 305; *Cuſpinianum*, in *Auſtria*, ad an. 1245, p. 623; *Fuggerum*, lib. 2 *Spec. Auſtr.*, cap. 3, p. 84; Dn. *Lucæ, im Fürſten-Saal*, p. 99; Add. *Mutius*, lib. 20 *Chron.*, p. m. 182; Dn. *Ludovicus*, l. c., pag. 106; tenor talis eſt:

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen. Fridericus 2, Divina favente Clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Hieruſalem & Siciliæ Rex, Friderico 2, Duci Auſtriæ & Styriæ, ſuo dilecto Principi, & Comiti Carniolæ, gratiam ſuam, & omne bonum.

De fulgore Throni Cæſarei, velut ex ſole radii, ſic cetera prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas minorati luminis non ſentiat detrimenta; tantoque magis Imperiale ſceptrum extollitur, & tanto cura Regiminis a ſolicitudinibus relevatur, quanto tribunal ipſius dignioris in circuitu circumſpicit conſimiles Regiones. Hac igitur conſideratione commoniti, qui, cœleſti Providentia, Romani Imperii moderamur habenas, ſolii Noſtri decus tam veterum dignitatum ornatibus confovemus, quam novis honoribus ampliamus. Tuis igitur, Devotiſſime Princeps noſter, ſupplicationibus favorabiliter inclinati, nec minus ad exaltationem honoris Sacri Imperii Noſtri reſpectum habentes, de infra Scriptorum Principum Noſtrorum conſilio, veluti Sifridi, Ratisbonenſis Epiſcopi; Landolphi, Wormatienſis Epiſc.; Henrici, Bambergenſis Epiſcopi; C. Brixienſis Epiſc.; S. Abbatis Campedonenſis; C. Abbatis Cluniacenſis; Ottonis, Ducis Moraviæ; & B. Ducis Bavariæ, Ducatus Auſtriæ & Styriæ, cum pertinentiis ſuis, & terminis, quos hactenus habuerunt, ad nomen & honorem Regium *transferentes, Te, hactenus prædictorum Ducatuum Ducem, de Poteſtatis Noſtræ plenitudine & magnificentia, promovemus in* Regem, *eisdem libertatibus, immunitatibus & Juribus, per dictum* Regnum *Tuum, præſentis Epigrammatis authoritate, dotantes, quæ deceant* Regiam Dignitatem, *ut tamen ex honore, quem Tibi licenter addicimus, nihil honoris & Juris Noſtri Diadematis, aut Imperii ſubtrahatur; quin imò, ſicut hactenus tanquam Dux, Princeps, & fidelis Noſter extiteras, ſic in poſterum* Regio *decoratus* honore, *Tu, & Succeſſores Tui legitimi, Principes fideles, & devoti Nobis, & Succeſſoribus Noſtris in Imperio, perpetuò perſiſtatis. Nihilque propterea Juri & honori Imperii, in prædictis* Regno, *& Terris ſuis, omnino depereat, vel decreſcat, & quæ hactenus habuit, in eisdem conſequatur. Eo ſpecialiter & nominatim expreſſo, quod Succeſſores tui non per electionem Prælatorum, Ducum, Comitum, aut quorumlibet Nobilium eligantur in* Regem, *ſed ſemper major natu, ſeu Senior ex generatione tua, ex te & ex Succeſſoribus tuis legitimè deſcendentes, in* Regno *ſuccedant; nullusque in eis coronam, aut conſecrationem, in prædicto tuo* Regno, *de manu cujusquam accipiat, ſed à nobis, & Succeſſoribus Noſtris tantùm, in Curia Noſtra, vel ab his, qui ſpeciale mandatum à Nobis, ſuper hoc, habeant, coronationis & conſecrationis munus & decus pro tempore conſequantur. Alii vero Hæredes minores habeant nihil aliud, niſi quod ex Regis gratia poterunt obtinere. Illud &* Juri Regio & honori *conjungimus, ut, ſi aliquis Comes, Nobilis, aut Miniſterialis, vel Miles, de* Regno Tuo, *contra Te, Succeſſores Tuos, & Terram tuam forſitan exceſſerit, &, pro ſuo exceſſu, Caſtrum & munitiones ſuas, ab excedente, per te, vel per Nuncios tuos, peti contigerit, ipſeque negaverit aſſignare, ipſum, ex Jure* Regiæ dignitatis, *per ſententiam Curiæ Tuæ, bannire & forbannire valeas, ipſumque extra legem facere, omnis juris ſuffragio, prout eſt moris Imperii, cariturum. Cæterum, ut pacem & juſtitiam, quæ ſunt Regnorum omnium fundamenta, poſſis in prædicto* Regno Tuo *conſtantius confovere, præſentium Tibi autoritate concedimus, ut, ſi quis, in prædicto* Regno Tuo, *manifeſtus extiterit malefactor, tuo videlicet, aut Curiæ tuæ juſto judicio condemnetur. Cumque aliquis de prædicto* Regno *tenuerit, vel foverit, vel defenderit eundem, & requiſitus tuo judicio nolueris aſſignare, eadem pœna puniri debeat receptator, eademque defenſor, qua malefactor ipſe puniri deberet. Ad decus præterea* Regni Tui, *præſentis privilegii authoritate, permittimus, ut de Provincia Carniolæ Ducatum facias, immediatè Tibi, &, per Te, Nobis, & Succeſſoribus Noſtris, & Imperio reſponſurum; &, ut in Ducatu ipſo Cognatum Tuum, fidelem Noſtrum, in Ducem valeas promovere, plenam Tibi concedimus poteſtatem. Ad cujus rei memoriam, & robur valiturum præſens privilegium fieri, & Bulla Aurea, typario Noſtræ Majeſtatis impreſſa, juſſimus communiri.*

De *Encio*, Ejusdem filio, *Sardiniæ* Rege creato, evolvas ſeq. §. XI, vita *Friderici* 2, Imp., v. 3, voc: *Encius*. Ejusdem conceſſu, *Woldemarum* 2, Regem *Sclavorum* ſe ſcripſiſſe, probatur Diplomate apud *Vetfeldium*, in *Chron. Danico*, pag. 180; Conſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Veteri Regno Burgundico*, Cap. 1, §. 2, pag. 4.

Sigismundum Imperatorem multa, cum *Alexandro Witoud*, Magno Lithuaniæ Duce, circa condendum *Lithuaniæ* Regnum, egiſſe conſilia, docet Ill. Auctor des Europ. *Heroldi*, Tom. 2, part. 1, cap. 7, p. m. 329.

Riccardus Bartholinus, Peruſinus, in *Hodæporico*, ſeu *Itinerario Matthæi*, S. Angeli Cardinalis Gurcenſis, Coadjutoris Saltzburgenſis, Generalisque Imperii

Locumtenentis, Lib. 2, apud *Freberum*, Tom. 2 *Rer. German.*, p.m. 360, memor ſplendiditlimi Conventus Viennenſis, an. 1515, *Maximiliani* Imp., Regumque Sereniſſimorum, *Uladislai* Hungariæ, *Sigismundi* Poloniæ, & *Ludovici* Bohemiæ, hoc ſingulare narrat: *XI Kal. Aug. Anna Regina, Uladislai Regis filia, cum Cæſari deſponſata quodammodo Videretur, Imperator coronam auream, qua Ladulaum, Bohemia Regem, olim coronatum memorant, afferri juſſit. Inde, (aderant enim Notarii & teſtes) ſic eſt exorſus: Quanquam Ego, Te Uxorem meam fore, dixi, ſequeſtraque fide tu mihi juncta es, tamen, ut vel Carolo, vel Ferdinando, Nepotibus, nubas, ſententia eſt. Si vero neutri, tu mea uxor es. Quamobrem cum alter Caſtiliæ, Arragoniæ, Retbicæque Regna habeat, alter Neapolitanum in Italia Sceptrum habiturus ſit: Egoque cum Romanorum Rex & Imperator ſim, Te, Anna, Reginam nuncupo ac ſaluto; aureamque, his dictis, coronam Capiti impoſuit, &c.*

De *Carolo V*, Belgium in *Regnum Leonum* evehi aliquando curante, vid. *Michaël Aitzingerus*, in *Leone Belgico*, in præfat.; *Limnæus*, l. c.; *Hugo Grotius*, lib. 1 *Annal. Belg.*, p.m. 7, & 8; *Famianus Strada*, de *Bello Belgico*, Dec. 1, pag. 19; Clar. Dn. *Schurtzfleiſchius*, in Not. ad Epiſtolam, de *Vera Origine ſuperiorum motuum Belgicorum, ad Philippum 2, Hiſpaniarum Regem*, quæ, inter diſputationes Ejus Academicas, quinquageſimum primum locum occupat, p. m. 9, lit. f; Dn. *Ludovicus*, l. c., cap. 1, §. 7, pag. 26, &c.

Emanuelem, Sabaudiæ Ducem, ſimili ambitione laboraſſe, diſcimus ex *Limnæo*, l. c. Conf. L. B. de *Bibran*, l. c., §. 16.

Minus eſt, quod *Leopoldus*, Imp., *Coſmo III*, Hetruriæ Magno Duci, an. 1699, & *Leopoldo Joſepho*, Lotharingiæ Duci, *Regiæ Celſitudinis* titulum tribuerit. Vid. *Europäiſcher Herold*, l. c., part. 4, cap. 3, pag. 721; *Der aufgefangenen Briefe erſte Ravage, Siebendes* pacquet, Epiſt. 98, pag. 777, &c.

Hæc licet ita ſe habeant, nondum tamen inde ſequitur: *Reges ab Imperatore appellatos ſtatim Ipſius fieri Vaſallos*; aliud enim eſt: *Summa Principis poteſtas*; & aliud *poteſtatis illius cognomen*, ut ita loquar, ſeu *Solennis appellatio Regalis*; illa à Deo dependet, aliisve Reipublicæ obtinendæ modis conſuetis; hæc a voluntate Imperatoris, vel ab ipſius novum nomen ſortientis beneplacito. Rationi autem conſentaneum eſſe, Principem, immediatè Deo ſubjectum, *auctoritate propria*, diadema Regium ſuſcipere poſſe, liberarum Gentium natura, & conſuetudo oſtendunt. Cujus enim ſumma poteſtas in nullam trahitur controverſiam, quidni eidem aſſumendi nominis ſit facultas? Exempla Regum Longobardorum, Aragoniæ, Portugalliæ, Algarbiæ, Caſtellæ, Navarræ, Hyberniæ, Ruſſiæ, &c. magno ſtudio recenſet Dn. *Ludovicus*, l. c., c. 3, p. 118 ad 143; quibus Potentiſſimum addas *Fridericum*, Brandenburgicum Electorem, qui, Jure ſuo utens, anno 1701, 18 Januar., à Reverendiſſimo Epiſcopo, Dn. *Benjamino Urſino*, ex ſupremo *Boruſſorum* Duce, *Regiomonti*, in Regem ungi voluit; Publica declaratione ibi facta, 15 Jan. 1701, per quinque Caduceatores, more ſolenni, hac formula:

Demnach die allweiſe Fürſehung Gottes es dahin gerichtet, daß dieſes bißher geweſene Souveraine *Hertzogthumb Preuſſen zu einem Kœnigreiche aufgerichtet, und deſſelben* Souverain, *der Allerdurchlauchtigſte, Großmæchtigſte Fürſt und Herr, Herr Friederich, Kœnig in Preuſſen geworden, ſo wird ſolches manniglichen kund gethan, publiciret, und ausgeruffen. Lange lebe Friederich, unſer allergnædigſter Kœnig. Lange lebe Sophia Charlotta, Unſere Allergnædigſte Kœnigin.*

Rectè hinc Dn. *Ludovicus*, *in dem Pæbſtlichen Unfug Clementis XI, wieder die Krone Preuſſen*, cap. 4, §. 3, p. 89: *So mag man ſicher ſchlieſſen, daß das allgemeine Vœlker-Recht nichts anders zulaſſe, ſondern jedweden* Souverainen *Fürſten frey gebe, in den Kœniglichen Stand und Würde, aus eigener Macht, nach Gefallen zu treten.* Utroque autem caſu ſolennis notificatio requiritur, & conſuetus Regum applauſus. Utrumque innuit declaratio Potentiſſimi Boruſſiæ Regis, Regiomonti, 21 Febr., 1701, Polonis, rat. Boruſſiæ, facta, apud Dn. *Lunigium*, Tom. 3 *Negotiorum Publicorum*, pag. 331: *Cum Regium diadema, quo olim Pruſſiæ hujus Noſtræ Domini decorabantur, nuper, poſtliminio quaſi, Nobis re-impoſitum ſit, &, inter cæteros Europæ Reges, Regiæ huic noſtræ dignitati applaudentes, Sereniſſimus & Potentiſſimus Poloniæ Rex, frater noſter Chariſſimus, facta Eidem, ea de re, Notificatione, ... Nos pro Rege agnoverit, & honores, Dignitati huic Noſtræ debitos, exhiberi Nobis fecerit, &c.* Portugalliæ Regis, *Petri*, conſenſum declarant ejus literæ ad Boruſſiæ Monarcham, *in des Neubeſtellten* Agenten *von Hauß aus, Erſten* Fonction, *Achten* depeche, §. 126, pag. 664; Angliæ Regis gratulatorias, ſub dato *Kenſington*, 31 Januar., 1701, exhibet Dn. *Lunigius*, l.c., pag. 331; nec non Regis Poloniarum, *Varſaviæ*, 28 Januar., 1701, exaratas, l. c., pag. 317; conf. *Europ. Herold.*, Tom. 2, part. 2, cap. 10, p. m. 467; Sacratiſſimum Imperatorem, *Leopoldum*, in primis factum hoc collaudaſſe, notiſſimum eſt. De Daniæ, Sueciæque Regibus, Moſchorum Tzaro, univerſis Statibus Imperii, Rebuspublicis Venetorum, Hollandorum, Helvetiorum, &c., aliisque immediatè Deum ſuperiorem agnoſcentibus, eorum gratulatoriæ, *in den curieuſen Hoff- und Staats-Schreiben, Ge manani Sinceri*, de an. 1707, pag. 72 ad 81, & quotidiana experientia affirmant. Propterea rectè ſcribit Ill. Auctor *des Eu-*

ropæi-

Digitized by Google

ropæiſchen Herolds, l. c., p. 471: *Es haben Ihre Kœnigl. Majeſt. die hohe* approbation *derer meiſten gekrœnsen Haüpter alſofort gefunden, um der übrigen, aus andern Urſachen, beſchehene Verweigerung, oder* ſuſpenſion, *oder auch* contradiction *ſich wenig zu bekümmern gehabt, &c.*

(*b*) POLONIÆ, &c. *Cromerus*, lib. 2, de *Regno Poloniæ*, Edit. Elzevir., de an. 1642, p. m. 113, ait: *Fuitque contenta Polonia Principis, ſive Ducis nomine, & Imperio, donec Otto III, ejus nominis, Imperator Romanus, Boleslaum, cognomento Chrobrum, (Chrabrum vulgo vocant,) paulo poſt ſuſceptam Religionem Chriſtianam, h. e. anno, poſt Chriſtum natum, milleſimo & primo, Regio diademate & honore dignatus eſt, &c.* Factum conteſtantur *Matthias de Mechovia*, lib. 2 *Chron. Polon.*, cap. 4, §. 26, Edit. *Cracov.*, an. 1521; *Johannes Longinus*, Canonicus Cracovienſis, in Vita *S. Stanislai* Cracovienſis, cap. 8, apud *Surium*, 8 Maji, p. m. 101, circa finem; *Salomon Neugebauerus*, lib. 3 *Hiſtor. Rer. Polonic.*, cap. 53; *Cranzius*, lib. 4 *Saxon*, cap. 33, pag. 97, & lib. 3 *Metropol.*, cap. 43, p. 85, *Joachimus Paſtorius*, in *Floro Polonico*, lib. 2, cap. 1, §. 1, pag. 27; *Chriſtianus Matthiæ*, in *Theatro Hiſtorico*, pag. 886, & 887; Ill. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.*, cap. 3, Sect. 4, §. 53, pag. 61; Clar. Dn. *Ludovicus*, de Auſpicio Regum, cap. 2, §. 5, pag. 75 ad 80; Contrariam ſententiam tuentibus *Baronio*, Tom. X *Annal.*, ad an. 1000, §. 15, p. m. 924; *Conringio*, *de Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 18, §. 4, p. m. 198, &c.; *Schurtzfleiſchio*, in *Lineamentis Sarmaticis*, an. 1670 aſſertis, *t.* 3, p. 5, & 6, qui magnum diſſentientium catologum ſtruit; Nec non in *Rebus Pruſſicis*, *t.* 14, pag. 9, &c. Re vera *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, ad an. 1025, p. m. 431, Eum tantum Ducem compellat: *Boleslaus Sclavigena*, *DUX BOLANORUM, inſignia Regalia, & Regium nomen, in injuriam Regis Chuonradi, ſibi aptavit, cujus temeritatem cita mors exinanivit, &c.* Nec aliter *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 28, pag. 312: *In primordio Regni Ejus* (Conradi) *Boleslaus, Polonorum Dux, qui ab anteceſſore ſuo, Henrico, noviter ſubactus fuerat, à Regno* (*Germaniæ*) *dividi, REXQUE PER SE vocari molitur, &c.* quæ *Albericus*, ad an. 1025, pag. 58, repetit; *Godofridus Viterbienſis*, part. 17 Chron., in vita ejusdem imperatoris, p. m. 485: *In principio Regni ſui, Dux Polonorum, Boleslaus, quem Prædeceſſor ſuus, Henricus, noviter Regno ſubjecerat, per ſe ipſum Rex vocari intendit, & ab Imperio dividi omnino proponit, &c.*; & *Chronographus Saxo*, ad annum 1025, pag. 239: *Bolizlavo, Dux Poloniæ, obitu Heinrici Imperatoris comperto, elatus animo, ſuperbiæ veneno perfunditur, adeo, ut uncto imponi ſibi coronam temerè ſit uſurpatus, &c.* Memor itineris, quod Imperator, *Otto III*, *S. Adalberti* Archi-Ep. oſſa veneraturus, *Gneſnam* verſus, in ſe ſuſcepit, ſcribit idem *Chronographus Saxo*, ad annum 996, p. m. 205: *Ad illius* (Adalberti) *limina, orationis cauſa, profectus eſt, cum Imperialibus donis, ubi a Bolizlao Duce magnificè ſuſceptus, & Gneſin eſt uſque perductus, &c.* Non minus tamen verum eſt, ab aliis Regium Ei titulum tribui; ſic enim *Ademarus*, Monachus *S. Eparchii*, in Chronico, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, pag. 168, in vita *Ottonis III*, Imp: *Rex Sclavaniæ, nomine Boleſclavus, quem ipſe S. Adalbertus baptizaverat, datis magnis muneribus, caput & cadaver excepit*, &c. Clarior adhuc *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slavor.*, cap. 15, §. 1, p. m. 46: *Bolizlaus, Polonorum Chriſtianiſſimus Rex, confœderatus cum Ottone III, omnem Slaviam, quæ eſt ultra Odoram, tributis ſubjecit, ſed & Ruſſiam, & Pruſſos, à quibus paſſus eſt Adelbertus Epiſcopus, cujus reliquias tunc Bolizlaus tranſtulit in Poloniam, &c.* Ne dicam de Epitaphio Ejus, apud *Stanislaum Lubienskium*, in *vitis Epiſcoporum Plocenſium*, pag. 315:

Ob famam bonam Tibi contulit Oto Coronam.
Propter luctamen ſit Tibi ſalus, Amen.

Res forſan ſic ſe habet. *Carolo Magno* Slavorum Populos prima vice Francorum Imperio ſubjiciente, cum debellati, poſt fata *Ludovici Germanici*, ſervitutis jugum excuterent, (*Helmoldo* teſte, lib. 1, cap. 7, §. 3, pag. 23;) *Henricus Auceps*, ejusque filius, *Otto Magnus*, Imp., altera vice Slavos in ordinem redegerunt. *Adam. Bremenſ.* lib. 1, cap. 48, pag. 38, & lib. 2, cap. 3, pag. 43, & cap. 7, pag. 47; *Helmoldus*, l. c., cap. 8, §. 4, pag. 24, &c., & cap. 9, §. 8, pag. 27. Imperante *Ottone III*, belloque Italico implicato, Slavis defectionem novam molientibus, Cæſar fœdus pepigit cum Potentiſſimo Polonorum Duce, *Boleslao*, eumque, ſub Lege clientelari, Regem creavit. Vid. *Helmoldus*, lib. 1, cap. 14, §. 9, & 10, pag. 43, & cap. 15, §. 1, pag. 46, verbis modò adductis. Enimvero, defuncto Cæſare, *Slavi, à Chriſtianis Judicibus plus juſto compreſſi, excuſſo tandem jugo ſervitutis, libertatem ſuam armis defendere ſunt coacti, &c.* hæc *Adamus*, lib. 2, cap. 30, pag. 62; *Boleslaum* quoque rebellantium partibus acceſſiſſe, vel inde conjicio, quod *Hermannus Contractus*, ad an. 1004, ſcribat: *Henricus, Rex, Italiam, & Boemiam, & Bolizlaum, Ducem Slavorum, cum prima Gente ſua, ſubjugavit*; idem docentibus *Mariano Scoto*, ad an. eund., *Sigeberto Gemblac.*, ad an. 1003; Conf. *Helmoldus*, lib. 1, cap. 16, pag. 50, &c.; *Albertus Stadenſ.*, ad an. 1001, & 1005; cum antea nullum bellum, inter Imperatorem & *Boleslaum*, eſſet exortum, fortè, quod, deficientibus reliquis Slavis, *Boleslaus* à clientela Imperiali liberare ſe fuerit conatus, & *Rex per ſe* vocari, ut *Friſingenſis*, & *Viterbienſis*, l. c., loquuntur. Filium Ejus, *Miſiconem*, Imperator, *Conradus Salicus*, ſupplicem factum in gratiam recepit, eique tertiam Poloniæ partem, Ducali titulo, reſtituit, cujus filius, *Caſimirus*, *fideliter* quoque *Imperatoribus ſerviebat*; Vid. *Wippo*, l. c., ad an. 1032, p. m. 438; *Otto Friſing.*, l. c.; *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c. Aſt hujus filius, *Boleslaus Audax*, an. 1077, titulum Regium iterum uſurpare cœpit; auctore *Lamberto Schafnab.*, ad h. a., pag. 246, & *Mona-*

cho Herveldenſi, eod. an., apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. Germ.*, pag. 436; Conf. ſeq. §. 11, *Vita Henrici IV*, v. 4, ad an. 1077. Quæ poſtea ſecuta ſunt, exponit *Conringius*, de *Finib. Imperii*, lib. 1, cap. 18, §. 13, &c., p. 208, &c. Conf. *Limn.*, Tom. V, Addit. ad lib. 2, cap. 9, §. 21, pag. 48.

(*c*) *BOHEMIÆ*, &c. Jam tempore Caroli Magni *Bohemos* habuiſſe Reges, probant *Annales Francorum Pithœani*, ad an. 805, p. m. 18; ibi: *Carlus Junior in Boëmanos Sclavos, cum exercitu, à Patre miſſus, depopulata Provincia, Regem eorum, nomine Lechonem, occidit, &c.* Provinciam poſtea moderabantur Duces, ceu ex iisdem Annalibus, ad an. 845, p. 41, patet: *Hludowicus* (Germanicus) *quatuordecim ex Ducibus Boëmanorum, cum hominibus ſuis Chriſtianam Religionem deſiderantes, ſuſcepit, &c.* & ad an. 856, p. 52: *Inde per Boëmannos tranſiens, nonnullos ex eorum Ducibus in deditionem accepit, &c.* Conf. *Regino*, ad an. 890: *Arnolphus Rex conceſſit Zundebolch, Marahenſium Slavorum Regi, Ducatum Bohemenſium, qui hactenus Principem ſuæ cognationis, ac Gentis ſuper ſe habuerant, Francorumque Regibus fidelitatem promiſſam, inviolato fœdere, conſervaverant; eò, quod illi, antequam in Regni faſtigio ſublimaretur, familiaritatis gratia fuerit connexus: denique filium ejus, quem ex pellice ſuſceperat, à ſacro fonte levavit, Eumque, ex nomine ſuo, Zundebolch appellari fecit, &c.* Conf. *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. XI, pag. 124; *Sigebertus Gemblac.*, an. 893; *Albericus, Monachus trium fontium*, eodem anno, p. 226. Add. ſeq. §. 11, *Vita Arnulphi* Imp., v. 4, ad ann. 890, & 897. Regnante *Henrico Aucupe*, iterum mentio fit Regis, apud *Witichindum Corbejenſem*, lib 1 Annal., Tom. 1 *Rer. German. Meibom.*, p. 639: *Poſt hæc* (Henricus Rex) *Pragam adiit, cum omni exercitu, Bohemorum urbem, Regemque ejus* (Wenceslaum) *in deditionem accepit, &c.* quod an. 930 contigiſſe, *Sigebertus Gemblac.*, h. a., docet. Ergò falſum, quod dictus Rex *Wenceslaum* an. 935, in Erfurtenſibus Comitiis, Regem creaverit, ut *Bohuslaus Balbinus*, lib. 8 *Miſcell. Bohem.*, cap. 14, pag. 58, arbitratur. De *Ottone Magno* pergit *Witichindus*, lib. 3 *Annal.*, l. c., pag. 652: *Rex proficiſcitur in militiam, contra Bolizlavum, Regem Bohemorum, &c.* Si Olomuzenſi Epiſcopo, *Joh. Dubravio*, lib. 5 *Hiſt. Bohem.*, p. m. 32, fidem adhibeamus, idem Cæſar *Wenceslao* Bohemo Regios honores impertivit, & quidem in Wormatienſi conventu, ubi Auguſtum dixiſſe affirmat: *Dona Cæſare digna à Nobis accipe, Regium in primis decus, quo Te, ex dignitate tua, merito decoramus, &c.*; paulo poſt pergens: *Facile hoc, & illud alterum de tributo amplexus eſt Venceslaus, ſed idem caput ſuum diademate cingi, ſeque Regem inungi, aut Rex à ſuis appellari nullo pacto ſuſtinuit; quanquam à Cæſare, atque ab aliis Regibus & Principibus Rex, in epiſtolis, ſalutaretur, &c.* Conf. Vita S. *Wenceslai*, cap. 8, apud *Surium*, 28 Sept., p. 303, *Albericus*, ad an. 951, pag. 287. Sub *Henrico Sancto* Duces iterum Bohemis imperaſſe, dicetur ſeq. §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad annum 1004, &c. In Comitiis Moguntinis reddidit Dignitatem Regiam *Henricus IV* Imperator *Wratislao*, an. 1086, ut *Cosmas*, Pragenſis Decanus, ſub finem *Chronici Bohemici*, quod hoc ipſo anno explicit, Auctor eſt, p. m. 14: *Egilbertus, Treverenſis Epiſcopus, juſſis obtemperans Imperatoris, adveniens Metropolim Pragam, 17 Kal. Julii, inter ſacra Miſſarum ſolennia, Regalibus faſcibus indutum, unxit in Regem, Wratislaum, & impoſuit diadema ſuper caput tam ipſius, quam Ejus Conjugis, Zuatawa, cyclade Regia amictæ, Clericis, & univerſis Satrapis acclamantibus: Wratizlao, Regi quam Boëmico, tam Polonico, Magnifico & Pacifico, à Deo coronato, vita, laus, victoria, &c.* Conf. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1086, p. 113; & quos, hanc in rem, teſtes citat Dn. *Ludovicus*, de *Auſpicio Regum*, cap. 2, §. 5, p. 82, & 83. Poſtea tamen eviluit iterum Regius titulus, ad ætatem usque *Friderici Barbaroſſæ*, qui eum, in comitiis Ratisbonenſibus, an. 1158, *Labeslao*, ſeu *Uladislao* reſtituit. Vid. ſupr. l. c., ad an. 1158, pag. 131. An. 1162, vel 1163, in Veſontina Curia, ſimile quid contigiſſe, monet *Otto de S. Blaſio*, cap. 28, in fine, p. m. 211; conf. quæ de hac curia, l. c., ad an. 1162, p. 134 notavi. Attamen in diplomate laudati Imperatoris, an. 1174 Eccleſiæ Murimundenſi in Italia dato, apud Ill. Dn. *Tolnerum*, in *Codice Diplomatico Palatino*, §. 64, p. 57, iterum, inter teſtes: *Ulricus, Dux Bohemorum*; Tandem *Philippus* Cæſar, an. 1198, *Primislaum*, qui & *Ottocarus*, in ſolium Regium rurſus evexit, à quo tempore omnes ejus ſucceſſores conſtanter dignitatem hanc conſervarunt. Vid. ſupr. l. c., ad annum 1198, pag. 145.

(*d*) *BURGUNDIÆ, &c.* Vid. ſeq. §. 11, in vita *Friderici III*, v. 4, ad an. 1473.

(*e*) *FRIDERICUS 2, &c.* Ita etiam *Reinkingius*, l. c.; rectius autem *Fridericum III*, hoc nomine, compellaveris.

(*f*) *REGES, &c.* Opponit huic aſſerto Ill. Baro de *Bibran*, Diſſ. de *Jure Baronum*, cap. 3, §. 20, p. 42, Exemplum Bohemiæ Regis, pro vero Rege habendi, licet Vaſallorum Imperii cenſu veniat. Coronidis loco adjiciam duas Quæſtiones:

(1) *Num Rex Regem creare queat?*

Reſp. Nec Juri Gentium congruere, Regem, extra Regni ſui limites, ſibi parem conſtituere; nec prudentiæ regulis, intra illos ſummam poteſtatem profundere, & cum aliis communicare; Dari tamen exempla Principum, qui vel filios ſuos in conſortium Regiminis aſſumſerint, vel armis ſubactos Reges clientelæ nexu ſibi obſtrinxerint. *Clotharius* 2 ſanè, Francorum Rex, *Dagobertum*, filium, *Regem Auſtraſiæ* præfecit;

Digitized by Google

fecit; *Aimoino*, de *Geſt. Franc.*, lib. 4, c. 8, p. m. 360; & reliquis, quos, præc. Tit. 2, §. 10, lit. q, v. 6, p. 210, nominavi, teſtibus; add. Conſult. Dn. *Werlhof*, *Notit. Imper. Enucl.*, lib. 1, cap. 2, §. 140, pag. 139; Clar. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Regno Auſtraſia*, cap. 1, §. 13, pag. 12. Patris exemplo *Dagobertum*, *Sigebertum* gnatum, Auſtraſiæ Regem creaſſe, dixi ſupra, l. c., lit. d, p. 73; conf. *Fredegarius*, cap. 75 *Chron.*, p. m. 145; *Aimoinus*, lib. 4, cap. 26, pag. 371; *Sigebertus Gemblac.*, ad annum 640; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. 638; *Petrus Albinus, in Hiſtoria Nova Thuringorum*, apud *Sagittarium*, *in Antiquitatibus Regni Thuringici*, ad annum 640, p. 373; Dn. *Werlhof*, l. c., §. 145, pag. 143; Dn. *Schurtzfleiſch*, l. c., §. 14, pag. 13. De *Childeberto* ſcribit *Paulus Diaconus*, lib. 4, de *Geſtis Longobardorum*, cap. 2, in fine, p. m. 394: *Thaſſilo à Childeberto, Rege Francorum, apud Bajoariam Rex creatus eſt, &c.* *Otto I*, an. 952, conſequenter adhuc Rex Germaniæ, *Berengarium* de Regno Longobardico inveſtivit. Vid. præc. Tit. 4, §. 3, lit. m, v. 6, p. 313. Ab eodem Daniæ Regnum, beneficiali lege, an. 946, ſuſcepiſſe *Haroldum*, ex *Adamo Bremenſi*, lib. 2 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 2, p. m. 43, compertum habemus, utut *Saxo Grammaticus*, lib. 10 *Hiſt. Danicæ*, p. m. 165, id taceat. Conf. *Conringius*, lib. 1, de *Finibus Imp.*, cap. 14, §. 3, pag. 127; Dn. *Ludovicus*, de *Auſpicio Regum*, cap. 2, §. 5, p. 94; *Lotharius*, Galliæ Rex, filium, *Ludovicum*, Aquitaniæ Regem appellavit; Vid. *Albericus*, ad annum 979, p. m. 23; *Hugonem Capetum* filium, *Robertum*, conſortem Regiminis legiſſe, & coronari curaſſe, idem tradit, ad an. 991, p. 33; nec non ad an. 1129, pag. 262, quod *Ludovicus VI*, ſeu *Craſſus* primogenitum ſuum, *Philippum*, ſolio Regem impoſuerit. De ejus ſecundo natu, *Ludovico VIII*, idem affirmat, ad annum 1131, p. 269. *Henricum* 2, Angliæ Regem, idem jus ſibi arrogaſſe, teſtatur *Rogerus de Hoveden*, part. poſter. *Annal. Angl.*, in vita *Henrici* 2, ad ann. 1185, p. m. 629, verbis; *Fecit Johannem*, (cogn. ſine Terra) *filium ſuum, militem, & ſtatim miſit eum in Hyberniam, & inde eum Regem conſtituit, &c.* Hiſpaniarum Rex, *Philippus* 2, filiam, *Catharinam*, in matrimonium collocando Sabaudiæ Duci, *Carolo Emanueli*, conſtituiſſe fertur, inde naſcituræ proli datum iri Longobardiæ Regis titulum. Vid. *Rechts-Anſpriche hoher Potentaten*, p. 183, &c. Nihil dicam de *Ivetotano* Regno, quod *Robertus Gaguinus*, an. 1490 florens, lib. 2, de *Origine Francorum*, fol. 16, & 17, adſtruit, &, poſt eum, *Chaſanæus*, part. 5 *Catalogi Gloriæ Mundi*, concl. 31, p. m. 151; *Choppin*, lib 2, de *Domanio Franc.*, Tit. 9, §. 2, p. 257; *Bodinus*, lib. 5, de *Republ.*, cap. 6, p. m. 956; *Jean de Serres*, en ſon *Inventaire General de l'Hiſtoire de France*, in Vita *Clotarii I*, p. m. 27, ubi: *Avant qu'il fut Roy ſeul, il erigea le petit Royaume d'Yvetot, par cette occaſion: Le jour du Vendredy, qu'on appelle Oré, il tua Gautier d'Yvetot, ſien ſerviteur, dans la Chapelle, ou il oyoit le ſervice. On raconte diverſement la cauſe: La pluſpart eſtime, que c'etoit, que le Roy avoit violé ſa femme, logeant en ſa maiſon. Ainſi le battu paya l'amende. Le Pape Eugene, indigné de ce meurtre tant infame, le condamna à reparer la faute, ſous peine d'excommunication. Clotaire, pour ſatisfaction, ordonne, que, de là en avant, les Seigneurs d'Yvetot ſeroient quittes de tout hommage, ſervice, & obeyſſance, deüe au Roy, pour la terre d'Yvetot, au Pays de Normandie: & ainſi cette petite Terre a long temps continué en titre & prérogative de Royaume, juſqu'à tant, que ce titre de Royaume a été changé en titre de Principauté, dont la maiſon du Bellay joiit juſques aujourd'huy, &c.*; *Andreas du Cheſne*, lib. 7 *des Antiquitez des Villes de France*, cap. 3, p. 309; aliique multi comprobant; cum rectius de eo ſentiant *Scevola & Ludovicus* de *St. Marthe*, Tom. 1 de *l'Hiſtoire Genealogique de France*, lib. 3, pag. 116: *Robert Gaguin, & autres Hiſtoriens modernes, qui l'ont ſuivy, attribuent à Clotaire l'erection en titre de Royaume, de la Seigneurie d'Yvetot en Normandie, pour avoir ce Prince, transporté de colere, tué, comme ils diſent, dans une Egliſe, Gautier, Seigneur de cette terre. Mais les plus judicieux ont refuté cela, par la conſideration du tems, des perſonnes, des lieux, & de la choſe. Auſſi n'eſt il appuyé ſur le témoignage d'aucun autre bon autheur ancien; & Guaguin luy même en affoiblit la creance, reconnoiſſant, être le premier, qui l'a mis par ecrit. Il eſt donc plus vray ſemblable, que quelque immunité, ou franchiſe, attribuée à cette Seigneurie, par l'un de nos Roys, peut avoir donné lieu à cet erreur commun. De fait les Seigneurs du Bellay, qui ont eu, par la ſucceſſion de leurs ancêtres, cette Seigneurie d'Yvetot, ſe ſont contentez, s'en qualifier ſeulement Princes, &c.* Conf. *Scipion du Pleix*, *Hiſtoire Generale de France*, Tom. I, pag. 91, §. 6, qui totam *Gaguini* narrationem fabulis annumerat, quod (1) omnes eo antiquiores Scriptores, per novem Secula, nihil de tanto negotio memoriæ prodiderint, (2) nullum tunc Chriſtianos inter & Saracenos bellum fuerit, (3) *Agapetus* Papa ann. 537, quo id contigiſſe affirmat, jam ad plures abierit. Verba ejus recenſet *Limnæus*, lib. 1 *Notit. Regni Franc.*, cap. 4, lit. ccc, p. 104, & 105; add. idem, l. c., lit. eee, p. 106, & Tom. IV, Addit. ad lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 9, §. 17, p. 223, & 224; *Morery*, voc. *Yvetot*, p. m. 573; *Mornacius*, *Obſervat.* ad l. 16, ff. de I. L.; Dn. *Ludovicus*, l. c., cap. 1, §. 6, pag. 17, &c. Id interim verum apparet, *Yvetotanum* agrum ſummi Juris aliquando effectum; notatque *Morery*, l. c.: *Il y a un Arreſt de l'Echiquier de Normandie, rendu en l'année 1392, qui donne le titre de Roy au Seigneur d'Yvetot. Et les Roys de France ont donné pluſieurs Lettres patentes, en 1401, 1450, 1464, & autres années, pour maintenir les Seigneurs de ce lieu, dans leur independance, & dans la joiiſſance des Droits Royaux, ſans même qu'ils puiſſent etre obligez à faire aucune foy & hommage. Le Roy François I envoya, l'an 1543, une lettre de cachet au Parlament de Paris, pour l'expedition du Procés de la Dame de Montour, contre*

la Dame d' Yvetot, qu'il qualifie Reine. Monſr. Pinſon de la Martiniere, dans les Relations de la Principauté d' Yvetot, rapporte, que Henry IV, etant pret de livrer bataille aux Liguez en 1589, ſe retira dans un lieu dependant de la Seigneurie d' Yvetot, & dit, par raillerie, à ceux, qui etoient auprés de ſa perſonne, que, s'il perdoit le Royaume de France, il etoit en poſſeſſion de celuy d' Yvetot. Lorsqu'il fit faire la ceremonie du Couronnement de la Reine Marie de Medicis, ſon Epouſe, dans l' Abbaye de St. Denys en France, au mois de May 1610, s' etant apperçû, que le Grand Maitre des ceremonies ne marquoit point de place à Martin du Bellay, Seigneur d' Yvetot, il luy en donna l' ordre en ces termes: Je veux, que l'on donne une place honorable à mon petit Roy d' Yvetot, ſelon ſa qualité & le rang, qu'il doit tenir, &c.; licet Yvetotanus Princeps nunquam cæteros inter Reges locum habuiſſe legatur. Quod ſi vero Rex, extra Regni ſui ambitum, alias terras à nemine dependentes poſſideret, Regium iſtis titulum conferri poſſe, nullus dubito; hucque pertinet, quod *Morery*, l. c., amplius tradit: *On a vû le Comté de Portugal erigé en Royaume, par le Roy de Caſtille: & le Royaume de Majorque, établi par le Roy d' Arragon, &c.* Conſ. *Rodericus Sanctius*, part. 1 *Hiſt. Hiſp.*, cap. 14, p. 137, & Dn. *Ludovicus*, l. c., cap. 3, §. 3, p. 129.

(2) *Num Pontifex Romanus creandorum Regum jure gaudeat?*

Ad conciliandam ſibi omnipotentiam, vindicandumque univerſi orbis Imperium Romanos Pontifices nihil non commoviſſe, dixi ſupra, ad Procem. §. 16, lit. d, pag. 18, &c. Vulgatiſſima eſt Gloſſa ad C: *unam Sanctam*, Extrav. Commun., de *Majoratu & Obedientia*, lib. 1, Tit. 8, c. 1, ad verb: *Nec hæc tunica*, p. 8: *Quia Jeſus Chriſtus, filius Dei, dum fuit in hoc mundo, & etiam, ab æterno, naturalis Dominus fuit, &, de jure naturali, in Imperatorem, & quoscunque alios, depoſitionis ſententias ferre potuiſſet, & damnationis, & quascunque alias, utpote in perſonas, quas creaverat, & donis naturalibus & gratuitis dotaverat, & etiam conſervabat: Et eadem ratione & Vicarius Ejus poteſt. Nam non videretur Dominus diſcretus fuiſſe, (ut cum reverentia Ejus loquar) niſi unicum poſt ſe talem Vicarium reliquiſſet, qui hæc omnia poſſet. Fuit autem iſte Vicarius Petrus, Matth. XV, ultra medium. Et idem dicendum eſt de Succeſſoribus Petri, cum eadem abſurditas ſequeretur, ſi, poſt mortem Petri, humanam naturam, a ſe creatam, ſine regimine unius perſonæ reliquiſſet, &c.* Reſervata Romani Præſulis longa ſerie ſiſtit *Antonius de Roſellis*, part. IV *Monarchiæ*, cap. 33, 34, 35, & 40, inter quæ, capite ultimo, & hoc eſt: *Dummodo non veniat contra fidem, poteſt facere, quicquid ſibi placet, auferendo etiam ſuum, cui vult. Quia non eſt, qui Ei dicat: Cur ita tu facis? 19 Diſt. In Memoriam, &c.* & mox: *Apud Eum eſt, pro ratione, voluntas, &. quod ei placet, Legis habet vigorem, &c.* & poſtea: *Habet etiam Cœleſtis & Terreni Jura Imperii, ut 22 Diſt. c. 1, &c.* Hinc *Cataldinus de Buoncompagnis*, Tr. de *Poteſtate Papæ*, ad Inclytam Civitatem Ferrarienſem, an. 1488, §: *Proinde loquar.* n. 14: *Papa non puri hominis, ſed Dei vibi vices gerit in Terris, & totius mundi appellatur Dominus. Eſt Sacerdos maximus; Summus Pontifex; hæres Apoſtolorum; primatu Abel; gubernatu Noë; Patriarchatu Abraham; ordine Melchiſedech; dignitate Aaron; auctoritate Moſes; judicatu Samuel; poteſtate Petrus; unctione Chriſtus. Eſt, ut Bernhardi utar eloquio, diligentium Deum Pater ſummus; & particeps omnium timentium Eum; Chriſtianorum Dux & ordinator; omnium paſtor; Magiſter ſapientum: oppreſſorum refugium; Advocatus pauperum; miſerorum ſpes; cæcorum oculus; mutorum lingua; baculus ſenum: malorum metus; bonorum gloria; potentum virga; Tyrannorum malleus; Regum Dominus; moderator Legum; ſal Terræ; orbis lumen; Vicarius Chriſti; Succeſſor Petri; & Mundi Arbiter, Dominus & Magiſter, &c.* quæ deſumta ſunt ex *Bernhardi* lib. 2, & 4 *Conſiderat.* ad *Eugenium* 3, P. R., notante *Marſilio Patavino*, in *Defenſore Pacis*, part. 2, c. 27, ap. *Goldaſtum*, T. 2 *Monarchiæ*, p. 290, &c.; & magni faciente elogia hæc *Theodoro Lælio*, Feltrenſi Epiſcopo, in *Replica*, pro *Pio* 2, P. R., contra *Gregorium de Heimburg*; quibus tamen *Heimburgius*, in *Apologia contra blasphemias Lælii*, apud *Goldaſtum*, l. c., p. 1597, &c., 1610, &c., illudit. *Felinus*, in C: *Ego*, 4, X *de Jurejurando*, pari temeritate ſcribit: *Papa & Chriſtus faciunt unum Conſiſtorium, ita, quod, excepto peccato, poteſt Papa quaſi omnia facere, quæ poteſt Deus, & à nemine poteſt judicari, &c.*; nec non *Martinus Laudenſis*, de *Princip.*, Quæſt. 474: *Chriſtus & Papa habent idem Conſiſtorium, & Papa omnia poteſt, excepto peccato. Quidni ergò & Reges facere poterit, qui certe peccatum non ſunt? &c.* Imò ipſe *Bellarminus*, Tom. 1 *Controverſiarum*, lib. 5, de *Romano Pontifice*, Cap. 6, p. m. 889: *Non poteſt Papa, ut Papa, ordinariè Temporales Principes deponere, etiam juſta de cauſa, eo modo, quo deponit Epiſcopos, i. e. tanquam ordinarius Judex: tamen poteſt mutare Regna, & uni auferre, atque alteri conferre, tanquam Summus Princeps Spiritualis, ſi id neceſſarium ſit, ad animarum ſalutem, &c.* Ut ſexcenta teſtimonia alia ſilentio involvam. Quid ergò mirum, aſtutos Præſules, ignorantiæ, & beſtialis obedientiæ ſeculis, falces non ſolum in Regum meſſem miſiſſe, ſed & de Regnis & Imperiis pro lubitu diſponere fuiſſe auſos; minimùm in ſpeciem. Sic *Gregorius VII*, an. 1076, *Demetrio*, qui & *Svinmur*, *Croatiæ Dalmatiæque* Duci, coronam Regiam impoſuit; teſte ipſius *Demetrii* Declarationis formula, apud *Baronium*, Tom. XI Annal., ad an. 1076, §. 51, p. m. 484. *Anacletus* Papa 2, an. 1130,

Ro-

Digitized by Google

Rogerium, ex Duce, Regem *Siciliæ, Apuliæ*, & *Calabriæ* creavit, ut ſibi, contra *Innocentium* 2, auxilio foret. Extat conceſſæ dignitatis Regiæ documentum, apud *Baronium*, Tom. XII, ad an. 1130, §. 61, p. 203, &c.; qui, ad an. 1139, p. 275, addit, omnes *Anacleti* ordinationes, in Generali Concilio Romano mille fere (ut *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chron.*, cap. 23, p. m. 152, tradit) Epiſcoporum, ab *Innocentio* 2 irritas fuiſſe redditas, *Innocentium* vero, eodem adhuc anno, poſt fata *Rainulphi* Ducis, *Rogerium* de dictis Regnis inveſtiviſſe; cujus diploma, 16 Cal. Aug., 1139, in Territorio Marianenſi datum, vi, ut l. c., §. 13, p. 278, ait, extortum, l. c., §. 14, 15, & 16, p. 278, & 279, exhibet; conf. *Otto Friſing.*, l. c., cap. 24, in fin., p. 153; *Alexandrum III*, an. 1171, *Henrico*, Angliæ Regi, ejusque hæredibus in perpetuum, Regnum *Hyberniæ*, à quatuor Archi-Epiſcopis, & 28 Epiſcopis ipſi oblatum, confirmaſſe, poſt *Rogerium de Hoveden*, part. poſter. *Annalium Angliæ*, in vita *Henrici* 2, ad an. 1171, refert *Baronius*, l. c., ad eundem annum, §. 17, 18, & 19, pag. 635. Notandum tamen, *Irlandiam*, diu ante hæc tempora, Reges aluiſſe; teſte Auctore *Vitæ Caroli Magni*, apud *Pithœum*, ad annum 808, p. 272: *Rex Nordanimbrorum, id eſt, de Irlanda, Inſula Britanniæ, nomine Eardulfus, Regno & Patria pulſus, ad Imperatorem venit, dum adhuc Noviomago moraretur, &c.* conf. è Chronico *Ademari, Monachi S. Eparchii*, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, pag. 177, locum, res Seculi XI tangentem: *His temporibus Normanni ſupradicti, quod Patres eorum numquam perpetraſſe auſi ſunt, cum innumera claſſe, Hiberniam Inſulam, quæ Irlanda dicitur, ingreſſi ſunt, cum uxoribus, & liberis, & captivis Chriſtianis, quos fecerant ſibi ſervos, ut, Hirlandis extinctis, ipſi pro ipſis inhabitarent opulentiſſimam terram, quæ duodecim Civitates, cum ampliſſimis Epiſcopatibus, & unum Regem habet, ac propriam linguam, &c.*; cui ſuffragatur *Adamus Bremenſis*, lib. 4 *Hiſt.*, cap. 14, p. m. 118; & nihilominus poſtea non niſi *Domini* appellatione veniſſe, teſtibus chartis publicis, veluti *Tractatu Pacis, inter Philippum, Galliæ, & Johannem, Angliæ Reges, de an.* 1200, apud. Ill. Dn. *Leibnitium*, part. 1 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, §. 6, p. 7, ubi: *Joannes, D. G. Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, &c.* It. *Traitté de Paix entre le Roy Philippes le Bel, & le Roy d'Angleterre*, de an. 1293, ibidem, §. 17, p. 27; ibi: *Edouard, par la dicte grace,* (de Dieu) *Roy d'Angletere, Seigneur d'Irlande, &c.* quibus addas *Traitté d'Alliance entre Edouard, Roy d'Angleterre, & Guy, Comte de Flandres*, de anno 1296, l. c., §. 21, p. 36; *Traitte particulier, fuit entre les Roys de France, Philippes, & d'Angleterre, Edouard, an.* 1303, l. c., §. 27, p. 43; *Prorogation de la Treve entre les Roys de France, Charles, & d'Angleterre, Edward, an.* 1325, l. c., §. 53, p. 108; *Traitté de Paix*, inter eosdem, an. eod., l. c., §. 54, p. 109, & 113, art. 12; *Cartel de Deffy d'Edouard III, Roy d'Angleterre, au Roy Philippes de Valois, de an.* 1340, l. c., §. 79, pag. 152; *Lettre de Deſy de Loys de Valois, Duc d'Orleans, envoyée à Henry, Roy d'Angleterre, an.* 1402, l. c., §. 114, pag. 266; *Henrici, Angliæ Regis, confirmatio articulorum Tractatus, in Urbe Troja Campaniæ concluſi*, 1420, l. c., §. 134, p. 332; *Fœdus perpetuæ pacis, inter Franciſcum* 1, *& Henricum VIII, Reges*, & *Regna Franciæ & Angliæ, an.* 1527, l. c. part. 2, in Mantiſſa, §. 40, pag 201. Eundem Pontificem, an. 1179, *Alphonſo Portugallo*, ob res, contra Arabes, præclarè geſtas, Regium titulum obtuliſſe, innuunt literæ *Innocentii III*, ad *Sanctium*, Portugalliæ Regem, apud *Baronium*, l. c., ad an. 1179, §. 24, pag. 728: *Serenitatem Regiam volumus non latere, nos, in Regeſtis b. m. Lucii 2, R. P., reperiſſe, quod recolendæ memoriæ Alphonſus, Pater tuus, quatuor auri uncias annuatim Romanæ Eccleſiæ conſtituit cenſuales, ad quarum ſolutionem ſe, & heredes ſuos inpoſterum obligavit. Ceterum, cum idem Pater tuus, usque ad tempora fel. mem. Alexandri Papæ, Prædeceſſoris noſtri, Ducis eſſet nomine appellatus, ab eodem meruit obtinere, ut tam ipſe, quam ejus heredes Regio nomine vocarentur, &c.* Conf. alias ejusdem *Innocentii* literas, l. c., §. 25, p. 729: *Regnum Portugallenſe, cum integritate honoris Regni, & dignitate, quæ ad Reges pertinet - - - - - ad exemplar fel. mem. Alexandri Papæ, Prædeceſſoris noſtri, qui hæc præfato avo tuo, per privilegii paginam, conceſſiſſe dignoſcitur, tuæ ſublimitati concedimus, & auctoritate Apoſtolica confirmamus, &c.* Idem *Innocentius III* jactitat, an. 1199, *Leonem, Armeniæ* Regem, diadema Regni à B. Petri Sede nactum eſſe. Vid. *Angelus Maria Cherubini, Magn. Bullar. Roman.*, Tom. 1, pag. 83. Idem, 1204, *Colojannum Bulgariæ* Regem conſtituit; adhibita formula: *Cum, ex præcepto Domini, oves ejus paſcere teneamur, Populis Bulcharorum & Blachorum - - - - Ejus auctoritate confiſi, per quem Samuel David in Regem inunxit, Regem Te ſtatuimus ſuper eos, - - - & ſceptrum Regni, ac Regium Tibi mittimus diadema; Ejus,* (Legati) *quaſi noſtris, Tibi manibus imponendum, recipiendo a te juratoriam cautionem, quod nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & Eccleſiæ Romanæ devotus, & obediens permanebis, & cunctas Terras, & Gentes Tuo ſubjectas Imperio, in devotione & obedientia Sedis Apoſtolicæ conſervabis, &c.* Vid. *Cherubini*, l. c., pag. 84; annoque eodem *Bohemiæ* Regem comprobat, l. c. Biennio pòſt *Petrum Arragoniæ* Regem ſalutat, l. c., pag. 86. *Clementem VI*, aliis VII, an. 1342, 15 Kal. Maji, Regnum *Adriæ*, in Italia, inſtituiſſe, & *Ludovico*, Andegavenſium Duci, tribuiſſe, docent literæ ejus bullatæ, deſuper confectæ, apud Ill. Dn. *de Leibnitz*, part. 1 *Cod. Diplom. Jur. Gentium*, §. 106, p. 239, &c., præfixo licet anno 1382, quod mendum typographi, ſine dubio, eſt, quia an. 1382 non *Clemens*, ſed *Urbanus VI* Romanæ Sedi præfuit; inde huc faciunt verba: *De Fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu terras ipſas, videlicet Provincias Marchiæ Anconitanæ, Romandiolæ,*

Digitized by Google

diolæ, Ducatus Spoletani, Maſſæ Trabari, nec non Civitates, Bononiam, Ferrariam, Ravennam, Peruſium, Tudertum, cum earum omnibus Comitatibus, Territoriis, & diſtrictibus - - - - in unum Regnum erigimus, ipſas Provincias & Civitates, cum earum Comitatibus, diſtrictibus, ſeu territoriis, dignitate Regia decoramus, ac Regnum Adriæ ordinamus, ſtatuimus, & decernimus perpetuò nuncupari, &c. Pius V, in Diplomate, quo *Coſmum*, ex Florentino Duce, *Magnum Hetruriæ Ducem*, an. 1569, conſtituit, inter rationes facti ſui, audacter affert, ſe non ignorare, *neque Petrum, neque alios ejus in Primitiva Eccleſia Succeſſores tantam authoritatem ſibi deputaſſe, ut vel Reges, vel Duces conſtituerent, &c.* Vid. *Schardius*, T. 4 *Rer. German.*, p. 130. Saniori judicio de poteſtate hac ſentit *Fridericus* 2, Imp., in literis ad Gallos, Cremonæ, an. 1245, 22 Sept., exaratis, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imper.*, p. 306: *Cum, per aliquot retroactos Romana ſedis Antiſtites, & præſentem, Nos, & alios Reges, Principes Orbis, & Nobiles, Regna, Principatus, honores quoslibet, & Juriſdictionem habentes, gravatos meritò cenſeamus, ex eo, quod ipſi, contra Deum & Juſtitiam, pro poſſe, ſibi juriſdictionem & auctoritatem uſurpant inſtituendi, ſeu deſtituendi ſeu removendi, ab Imperio, Regnis, Principatibus, & honoribus ſuis, Imperatores, Reges, & Principes, &c.* Magni nominis Theologus & Profeſſor Hiſpanicus, *Franciſcus de Victoria*, qui à *Grotio*, in *append. de Anti-Chriſt.*, p. 43, *Vir magni judicii* audit, in *Relectionibus Moralibus*, cura Dn. *Simonis*, Francofurti anno 1696, recuſis, *Relect.* 1, Sect. 5, Quæſt. 1, p. 70, &c., impugnando univerſalem Pontificis Juriſdictionem temporalem in toto orbe, candidè ſermocinatur: *Neque ſolum falſum hoc eſt, ſed ludibrio dignum. Non ergò dat poteſtatem & auctoritatem Regibus: quia nemo dat, quod non habet; ipſe autem* (Papa) *non eſt Dominus, ut probatum eſt, &, per conſequens, nec facere Reges poteſt, &c.* Eandem ſententiam amplectitur *Johannes Caramuel Lobkovicius*, Ciſtertienſis Regulæ Monachus, in *Philippo prudente, legitimo Rege demonſtrato*, lib. 2, Art. 6, pag. 113: *Regnum eſt duplex: Temporale, & Eccleſiaſticum. Rex Secularis dicitur, qui in rebus politicis habet ſupremam juriſdictionem: Eccleſiaſticus, qui in ſpiritualibus hanc exercet. Titulus ergò Eccleſiaſticus & Secularis ſunt ſejuncti, atque ideo malè ex uno infertur alter. Ex dictis conſtat, Pontificem Eccleſiaſticum Regem creare poſſe: non vero Politicum, aut ſecularem, &c.* & rurſus, lib. 2, Art. 3, pag. 100: *Certè Summus Pontifex civiles titulos in Luſitania nequit dare: quia, ſicut non poteſt creare Comites, Marchiones, Duces civiles: Sic non Reges, &c.* In ſacro Codice ſanè ejusmodi poteſtas Præſuli Romano non datur. Nec tacito Gentium conſenſu eam acquiſivit. Nec publica pacta in ejus præſidium produci valent. Quo titulo ergò eam prætendit? Exempla, in contrarium, nullius ſunt roboris; vel enim turbido rerum ſtatu, vel craſſiſſimæ ignorantiæ temporibus evenerunt, vel nuda unctione, coronatione, vel Regiæ appellationis uſurpatione nituntur. Hinc *Coſmus* 1, Florentinorum Princeps, à *Pio V*, P. R., anno 1570, 5 Mart., in ſacello S. Sixti, ſolenniter impoſitam ſibi Regalem coronam, cum inſcriptione: *Pius V, Pontif. Max., ob eximiam dilectionem, ac Catholicæ Religionis Zelum, præcipuumque Juſtitiæ ſtudium, donavit, &c.*, Imperatore *Maximiliano* auſa hæc ægre habente, non uſurpavit, ne quidem *Magni Ducis* titulum admittens, utut ſolenni Conſtitutione, 6 Cal. Sept. an. 1569, de ſupremæ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, teſte formula, apud *Cherubinum*, Tom. 2 *Magni Bullarii*, p. 287, & *Europæiſch. Herold*, edit. prior. p. 1727, ſibi conceſſum. Cujus confirmationem tamen filius ejus, *Franciſcus*, ab Auguſto, an. 1575, ampliſſimo diplomate, conſecutus fuit. Vid. *Thuanus*, lib. 44 *Hiſtor.* ad an. 1569, pag. 510, & 511, & lib. 60, ad an. 1575, pag. 74; *Natalis Comes*, lib. 26 *Hiſt.*, p. 587; *Schardius*, Tom. IV *Rer. Germ.*, ad an. 1569, pag. 130, & ad annum 1570, p. 136, & ad annum 1572, p. 177; *Spondanus*, *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1569, §. 11, pag. 709; *Bodinus*, lib. 1, *de Republ.*, cap. 9, §. 145, pag. 227; *Gaſtelius, de Statu Publico Europæ noviſſimo*, cap. 20, pag. 743; *Reinkingius, de Regim. Sec. & Eccleſ.*, lib. 1, Claſſ. 4, c. XI, pag. 388, & 389; *Lanſius, in Conſultatione de Principatu inter Provincias Europæ, in Oratione pro Italia*, p. m. 771, & *in oratione pro Germania*, p. m. 958; *Sprengerus*, in *Lucerna*, cap. 2, pag. 87; *Limnæus*, lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. 9, §. 49, p. 138, & Tom. IV, Addit. ad lib. 4, cap. 3, §. 28, pag. 397, &c.; *Du May, Etat de l' Empire*, Dial. 2, part. 1, p. 63; Dn. *Ludovicus*, *de Auſpicio Regum*, cap. 2, §. 6, p. 115, & 116; Idem, *in dem Pæbſtlichen Unfug* Clementis XI, *wider die Krone Preuſſen*, cap. 3, §. 8, pag. 75; *Europ. Herold.*, edit. Nov., Tom. 2, part. 4, cap. 4, pag. 721. Conf. ſeq. §. 11, in vita *Maximiliani* 2, Imp., v. 4, ad annum 1570, & 1575. Quid Regi Portugalliæ, an. 1654, acciderit, petendum eſt ex *Lundorpio*, Tom. VII *Act. Publ.*, lib. 7, §. 37, pag. 871. Nemo argumentum hoc ſolidius examinavit, Dn. *Ludovico*, Diſſ. de *Auſpicio Regum*, tot. cap. IV, pag. 143 ad 163, & *in dem Pæbſtlichen Unfug*, cap. 2, & 3, pag. 28 ad 77; qui cap. 4, p. 87, &c., ipſum Papale Breve, Galliarum Regi tranſmiſſum, decenter perſtringit, ſic ſe habens:

Clemens Papa XI.
Chariſſime in Chriſto Fili noſter, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Etſi nobis perſuaſum ſit, Majeſtatem Tuam nullo modo probare conſilium, deterrimo in Chriſtiana Republica exemplo, à Friderico, Marchione Brandenburgenſi, ſuſceptum, dum Regium nomen publice uſurpare præſumſit, in eo tamen, quod factum hujusmodi Apoſtolicarum Sanctionum diſpoſitioni contrarium, & hujus Sanctæ Sedis au-

auctoritati injurioſum eſſe dignoſcitur, ex quo ſcil. *Sacra Regalis Dignitas ab homine Acatholico, non ſine Eccleſiæ contemptu, aſſumitur; & quidem Marchio ſe Regem dicere non dubitat ejus partis Pruſſiæ, quæ ad Militarem Teutonicorum Ordinem, antiquo Jure, pertinet; nos rem ſilentio præterire non poſſumus, ne muneri noſtro deeſſe videamur. Quod itaque à perſpecta animi tui magnitudine alienum eſſe, ſatis ſuperque cognoſcimus, ab hoc ut, noſtro quoque hortatu, temperare velis, expetimus, ne videlicet Regios honores Illi tribuas, qui illorum numero nimis incaute ſe junxit, quos increpat ſimul & reprobat ſermo ille divinus: Ipſi regnaverunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognovi. Senſus autem ſuper hac re noſtros Venerabilis Frater, Philippus Antonius, Archi-Epiſcopus Athenarum, noſtro nomine, fuſius explicabit Majeſtati Tuæ, cui felicitatum uberem copiam à Deo precamur, & Apoſtolicam Benedictionem amantiſſime impertimur. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 16 Aprilis, 1701, Pontificatus noſtri anno primo.*

Ulyſſes Johannes, ArchiEp. Theodoſiæ.

Conf. Dn. *Joh. Philippi Schneideri Meditationes Juris Naturalis & Publici, de Jure S. R. J. Principum proprios Titulos augendi*, an, 1702, in Academia Norica, Præſide Dn. *Adamo Balthaſare Wernero*, publicè habitæ, & quidem *Conſectarium I*, p. m. 31, &c.

9. Omnes tamen alias dignitates in Imperio noſtro confert; (*a*) & de fulgore Throni Cæſarei, velut ex ſole radii, ita cæteræ prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas minorati luminis non ſentiat detrimentum. Fridericus Secundus, apud *Goldaſt. Tomo I Conſt. Imp. pag. 305.* Inter inſignia Imperii Aquila (*b*) nigra (*c*) in aureo campo (*d*) ſolet poni, cujus aſpectus bicipitem, (*e*) & non concorporatam (*f*) nobis ſuggerit; licet quidam monſtroſum (*g*) dicant, unum corpus duobus capitibus exornare; hominum enim libido clypeis & inſignibus, non ſemper quæ naturæ, ſed quæ voluntati ipſorum conveniunt, inſerere ſolet. Huc faciunt, quæ leguntur in *Kayſer* Ferdinandi primi *Müntz-Ordnung*, de anno 1559, *§. wie aber vorgeſtellte Sorten: Unſer und des Reichs Kayſerlicher Adler mit zweyen Kœpffen.* Quando hæc inſignia cœperint, obſcurum eſt. *Lipſius* originem Aquilæ Imperii ad ea tempora refert, quibus nomen Orientalis Imperii, ab Occidentali diverſum, cœpit inclareſcere. (*h*) Verùm ejus ætatis Hiſtorici omnes ad unum de hoc ſilent. *Jacobus Cario* & ipſe quidem ad duplex illud Imperium oculos reflectit, ſed hanc conſuetudinem non ab ipſo Conſtantino, (*i*) ſed à Carolo Magno inductam eſſe exiſtimat: *Pacavit*, inquit, *Occidentis fines Carolus Magnus, & cum Nicephoro, Imperatore Græco, ſocietatem ita inivit, ut Orientem ille, Carolus verò Occidentem, bicipitis aquilæ auſpiciis, gubernaret. Vid. & hic Münſter. lib. 2 Coſmogr. p. 306.* ſed & iſti, qui transactionem inter Nicephorum & Carolum deſcribunt, nullam hujus rei faciunt mentionem. Imò, qui Caroli Magni inſignia exhibent, de nulla bicipite aquila loquuntur, ſed hoc affirmant: Carolum in dextro ſcuti latere dimidiatam aquilam, in ſiniſtro autem lilia aurata, quæ Francici Regni inſignia ſunt, geſtaſſe. Sunt præterea alii, qui inſignibus Imperii originem aſſignant à victoria *Cheruſcorum*, quam, Duce *Arminio*, (*k*) contra *Quintilium Varum*, Romanorum Ducem, cæſis tribus legionibus, captiſque duabus aquilis, reportarunt. Verùm, ſi inſignia Imperii ab hoc trahimus Germanorum facinore, hæc inſignia fuerunt Regni Germanici, antequam Romanum in eos, vel voto, vel facto, fuit translatum Imperium. Cui ejuſdem farinæ fabella addenda, quando Julio Cæſari Aquila hæc biceps adſcribitur: eò, quòd Aquila aliquando inter copias armatorum in caput Cæſaris reſidens, duos corvos, hinc atque illinc moleſtiam inferentes, morte affecit; quas ineptias rejicit *H. Spelmann. aſpilog. p. 35, 36.* Illud in numiſmatibus Veterum obſervant, (*l*) ante Henricum Imperatorem, qui Niger dicitur, nullum Imperatorem bicipite aquila uſum: Poſtea Henricum VII, Wilhelmum, & Fridericum II ſimplici tantum & unius capitis, qualis etiam prima Romanorum fuit, quæ aliarum mater. Aquila Imperiali etiam nonnulli alii, privilegio Imperatorum, in inſignibus ſuis utuntur, ut, beneficio Henrici VII, Scaligeri, Veronæ tunc temporis Domini, Dux Ferrarienſis,

Ambroſius Spinola. *Vid. Limn. lib 1, c.14, & in addit.* Aquila Biceps Imperii Romano-Germanici veriſimiliter denotat duplex Imperium Germanorum: Regnum Germaniæ & Imperium Romanum, eaque, quæ hinc dependent. Eſt opinio Authoris *Limn. Enucleati, lib. 1, cap. 12, n. 3.* Verùm, ſi Imperatores his inſignibus Imperia ſua denotarent, tricipite Aquila opus fuiſſet; ſunt enim *Reges Germanorum, Imperatores Romani, & Reges Longobardorum.* Hinc verius eſt, reſpici ad diviſionem Imperii, (*m*) & quidem eam, quâ Conſtantinus Magnus, ſede Byzantium translata, in duas partes diviſiſſe Imperium viſus eſt. Non enim idem eſt, quando quæritur: utrum à Conſtantino Magno hæc conſuetudo profecta ſit? & utrum poſteri, factum ejus reſpicientes, induxerint hanc conſuetudinem? *Spen. in Theatr. Herald. lib. 1, cap. 9. n. 8.* Rex Romanorum ſimplici (*n*) aquila utitur, ut inſignia ejus ab Imperatoris inſignibus dignoſcantur.

NOTÆ.

(*a*) CONFERT, &c. Vid. infr. Lib. 3, Tit. 2, §. 58.

(*b*) AQUILA, &c. Jam ante Imperatorum tempora *Cajum Marium, Rom. Coſ.*, in bello Cimbrico, in vexillis *Aquilam* geſtaſſe, docet *Plinius*, lib. 10, cap. 4. Ejusmodi aves poſtea, non pictas tantum, textaſve in vexillis, ſed ſolidas, haſtæ impoſitas, Imperatoribus prælatas, ex Ill. *Coccejo*, cap. 13 *Juris Publici Prudentiæ*, §. 5, &c., pag. 229, & ſeqq., diſcimus; qui §. 10, pag. 231, bene monet, Aquilam ſemper, & nunquam interrupta ſerie primarium fuiſſe Imperii ſignum. Conf. *Dempſteri Paralipom.* in *Antiquitates Roſini*, lib. 10, cap. ult., pag. 1718, & 1719; *Daniel Caſpar von Lobenſtein, Sophonisbe Trauer-Spiel*, p. m. 165, & 166; *Beſold.*, *Theſaur. Pract.*, voc: *Adler*, p. m. 14, & 15; *Speidel. Notab. Jurid.*, voc. eadem, p. m. 15; *Petrus* de *Andlo*, Tr. de *Imp. Roman.*, lib. 2, c. 14, pag. 123, &c., & ibi *Freberus*, in Not. pag. 199, &c.; *Limnaus*, lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. 14, tot. pag. 259 ad 264. Nec inanis eſt Belli Ducis comparatio cum Aquila. Sicut enim hæc avis virium robore, corporis magnitudine, viſus acrimonia, & conſtante volatu reliquas omnes ſuperat; ſic belli Ducem fortitudine, animo ſemper firmo, viſu acutiſſimo, judicii maturitate, & conſtantia cæteris præfulgere decet. De comparatione aquilæ cum Imperatore legendus auctor *Vita Conſtantini Magni*, vulgo *Euſebius*, lib. 3, cap. 55, Edit. Valeſ. p. m. 512.

(*c*) NIGRA, &c. *Nicol. Uptonus*, Can. Saliſb., lib. 3, de *Offic. Milit.*, ait: *Ille niger color, in Aquila, ſignat ferocitatem, pro eo, quod Imperator non eſſet nimis mitis, aut vecors.* Denotat etiam hic color ſilentium, occultationem conſiliorum, adverſitatem, triſtitiam, &c. vid. Dn. *Wagenſeil.*, de *Titulis Imperatoris*, t. 20, p. 25.

(*d*) CAMPO, &c. deſignat hic campus abundantiam, nobilitatem, conſtantiam, firmitatem, &c. Vid. Dn. *Speneri Op. Herald.*, lib. 1, cap. 9, §. 12; Dn. *Wagenſeil.*, l. c., t. 19, pag. 23, qui, de *expanſis alis*, t. 21, p. 25 & 26, addit: *Monet iſta aquilæ poſitura Imperatorem officii, non otio, non epulis, aut deliciis ipſum indulgere, ſed id curare debere, ut totam latiſſimi Imperii adminiſtrationem animo complexus, proximis, remotis attendat proviſu, affulgeat ope, conſulat labore; Omnium ſomnum Illius vigilia, omnium otium Illius negotia defendant, neceſſe eſt, &c.* Pingitur inſuper aquila, cum *lingua longa & unguibus*, in ſignum generoſitatis, animoſitatis, honorum, dignitatum, &, quando opus, ſeveritatis.

(*e*) BICIPITEM, &c. Romanorum aquila ſimplex fuit, & unius capitis. Hodie, reſpectu diviſi Imperii in Orientem & Occidentem, *biceps* pingitur; quo facit *Ferdinandi I neue Müntz-Ordnung zu Augſpurg*, de an. 1559, art. 10: *Und ſoll nemlich in obgemeldten Sorten, vom gröſſern biß auf den eintzigen Kreutzer, dieſelbigen mit einzuſchlieſſen, auf der einen Seiten Unſer und des Reichs Kayſerlicher Adler mit zweyen Kæpffen, und des Reichs-Apffel in des Adlers Bruſt, und in demſelbigen allwegen die Zieffer, wie viel Kreutzer daſſelbig Stück gelte, geſetzt werden, &c.*

(*f*) CONCORPORATAM, &c. *Nolden*, de *Statu Nobilium*, cap. 21, §. 79, p. m. 474, ait: *Non enim biceps eſt Aquila, ut imperitum vulgus exiſtimat, ſed duæ ſimul, quarum altera alteram expanſis alis obtegit.* Ejusdem ſententiæ ſunt *Carolus Molinæus*, ad *Conſuetudines Pariſienſes*, Tit. 1, in princ. §. 21, & ipſe *Lipſius*, in *Analectis ad Militiam Romanam*, p. 278. Sed unde probant? in prædicto R. J., de an. 1559, l. c., vocatur i *Der Kayſerliche Adler mit zweyen Kæpffen*; ergò non niſi aquila ſimplex eſt, biceps licet; ut rectè *Freherus, ad Petrum ab Andlo*, de *Imperio Romano*, lib. 2, cap. 14, pag. 199; *Limnæus*, lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. 14, §. 4, 5, & 6, pag. 259; Ill. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Juris Publ.*, cap. 13, §. 14, pag. 234; Dn. *Schwederus*, *Introd. in Jus Publ.*, part. ſpec., Sect. 1, cap. 1, §. 16, pag. 200; *Du May, Etat de l'Empire*, part. 1, Dial. 2, pag. 95, aliique, cum Dn. Auctore, opinantur. Addit Ill. *Coccejus*, geminatam figuram non tam geminum caput referre, quam potius ejusdem capitis proſpectum (quaſi curam) in Orientem & Occidentem.

(*g*) MONSTROSUM, &c. Anne minus monſtro-

ſa

ſa aquila duplex, cum duobus pedibus, ſimplici, cum duobus capitibus?

(*b*) INCLARESCERE, &c. Vid. præced. Tit. 2, p. 175, §. 10, lit. i.

(*i*) CONSTANTINO, &c. ut *Danieli Ottoni*, cap. 4 *Jur. Publ.*, pag. 72, multisque aliis videtur. Locum parallelum ſuppeditant *Limnæus*, lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. 14, §. 12, &c., pag. 260, & 261; & *Noldenus*, l. c. §. 77, pag. 474.

(*k*) ARMINIO, &c. Contigit hæc clades, *Druſo* Cæſare, & *Cajo Norbano* Conſulibus. Meminit ejus *Suetonius*, in vita *Octavii*, Imp., c. 23: *Graves ignominias cladesque, duas omnino, nec alibi, quam in Germania, accepit, Lollianam, & Varianam. Sed Lollianam majoris infamiæ, quam detrimenti; Varianam pene exitiabilem, tribus Legionibus, cum Duce,* (Quinctilio Varo) *Legatisque, & auxiliis omnibus, cæſis. Hac nuntiata, excubias per Urbem indixit, ne quis tumultus exiſteret: & Præſidibus Provinciarum propagavit Imperium, ut & à peritis & aſſuetis ſocii continerentur; vovit & magnos ludos Jovi optimo Maximo, Si Rempublicam in meliorem ſtatum vertiſſet: Quod factum Cimbrico, Marſicoque bello erat. Adeo namque conſternatum ferunt, ut per continuos menſes, barba capilloque ſummiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferans: Quinctili Vare, Legiones redde: diemque cladis quotannis mæſtum habuerit ac lugubrem, &c.* De agro ſcribit *Strabo*, lib. 7 *Geographiæ: Belli initium fecere Sicambri, Melone Duce, Rheno vicini, atque huic alii, poſt alios, ſucceſſerunt ---- ut Cheruſci, & eorum ſubditi, apud quos tres Legiones, contra datam fidem, inſidiis circumventa, cum Quintilio Varo perierunt, &c.* Add. *Dio Caſſius*, lib. 56, & *Tacitus*, lib. 1 *Annal.*, cap. 55, & ſeqq., qui, cap. 60, ait: *Bructeros, ſua urenteis, expedita cum manu, L. Stertinius, miſſu Germanici, fudit; interque cædem & prædam reperit undevicesima Legionis Aquilam, cum Varo amiſſam. Ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum: quantumque Amiſiam & Luppiam amnes inter, vaſtatum: haud procul Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari Legionumque inſepultæ dicebantur.* Conf. *Vellejus Paterculus*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 117, & ſeqq, *Florus*, lib. 3, c. 18, & lib. 4, c. 12. *Otto Friſingenſis*, lib. 3 *Chron.*, cap. 4 p. m. 56, Auguſtenſium Annalium traditione, perhibet, cæſum *Quintilium Varum* apud Auguſtam Vindelicorum, ibique, in argumentum, oſtendi collem, ex oſſibus mortuorum compactum, vulgo *Perleich*, eò, quod *Legio* ibi *perierit*, vicumque ex nomine *Vari* appellatum. Eandem ſententiam tuentur *Conradus Urſpergenſis*, in Chron., in *Vita Friderici I*, Imp., p. m. 225, & 226; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 43, pag. 953; *Althamerus*, in *Scholiis* in *Cornelium Tacitum*, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 27, & alii, quos teſtes adducit. Pro *ſaltu Teutoburgenſi* Taciti loquitur *Spalatinus*, in *Hiſtoria Arminii*, cap. 2, ap. *Schardium*, l. c., p. 260. *Spangenbergius*, & *Cruſius*, in *Annal. Suev.*, campum cladis *Windfeldium*, in Weſtphalia, vocant; *Aventinus*, lib. 2 *Annal.*, pag. 44, *Duuburgum* poſuit, Clivenſis Ducatus oppidum, &c.; alii aliter, de quibus conjecturis legas Dn. *Martini Chriſtophori Laurentii Monumenta Romanorum in Thuringia*, part. 1, cap. 3, 4, & 5, p. 6 ad 15; qui ipſe, cap. 6, & 7, pag. 16 ad 21, exiſtimat, Germaniæ Proceres *Quintilium Varum*, in Sylvis Thuringicis, cum exercitu Romano, hærentem, primum invaſiſſe; Romanos poſtea, periculo commotos, in loco, qui nunc *Römſtadium* dicitur, haud procul *Gotha*, conſtitiſſe, collectis animis hoſtium impetum excepturos; verum, cum locus eſſet iniquus, multique impunè vulnerarentur, vel trucidarentur, invitos cedere fuiſſe coactos; hac fuga, cum ad nemus, à *perdita Legione Perlach* dictum, perveniſſent, gradum iterum ſtitiſſe, pari tamen infortunio, cæſis ipſorum Legionibus, & Aquilis victoribus Germanis obvenientibus. Et ne victoriæ memoria intercideret, capita à cervicibus revulſa, truncisque affixa arborum, *craniorum monti*, vulgo *Kranberg*, in vicinia, dediſſe nomen. Conf. *Conradus Urſperg.*, in *Vita Octaviani Auguſti*, pag. 37; *Compilatio Chronologica*, ap. *Piſtorium*, p. m. 706; *Mutius*, lib. 3 *Chron. German.*, p. m. 19; *Lehmannus*, *Chron. Spirenſ.*, lib. 1, cap. 13, pag. 29; Reverendiſſ. *Fürſtenbergius*, in *Monumentis Paderbornenſ.*, pag. 22; *Limnæus*, *Jur. Publ*, lib. 1, c. 14, §. 16, pag. 261; *Nolden*, l. c., cap. 21, §. 78, pag. 474; Clar. Dn. *Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Arminio*, an. 1677 habita, §. 17, p. m. 11; Dn. *Cellarius*, *Geograph. Antiq.*, lib. 2, cap. 5, pag. 300, & 302.

(*l*) OBSERVANT, &c. *Speidelius*, *Notabil. Jurid.*, voc. *Adler*, pag. 15, & *Limn.*, l. c., §. 30, pag. 263, & 264. Dn. *Schilterus*, *Inſtit. Jur. Publ.*, lib. 1, Tit. 14, §. 10, p. 136, *Henricum* 2 nominat; cum *Nigri* cognomen alias *Tertio* imponatur. Rectè autem numerat, ſi *Henricum Aucupem* Imperatorum catalogo ſubducis. Nihil certi de origine bicipitis aquilæ affirmari poteſt. Numiſmata, quæ *Octavius de Strada*, in Genealogia Domus Habſpurgicæ, Francofurti An. 1615 edita, profert, notoriè falſa ſunt. Antiquiſſimum ſigillum genuinum, bicipitem aquilam referens, quod vel ego vidi, eſt *Wenceslai* Imperatoris, literis Ejus ad *Sigismundum* Anhaltinum, de An. 1385, appenſum, cujus Ectypon apud Dn. *Becmannum*, Part. 4 *Hiſtor. Anhalt.*, Cap. 3, Tab. 3, §. 5, pag. 518, occurrit. *Fridericum III*, Imp., ſimili fuiſſe uſum, probat Dn. *Schilterus*, in calce Diplomatum & Documentorum, Hiſtoriam Ejus illuſtrantium, An. 1702 Argentorati impreſſorum, ubi inter alia Sigillum Ejus Majeſtaticum conſpicitur, exhibens Cæſarem antica parte in throno ſeden-

dentem, dextrâque Imperiale ſceptrum, & ſiniſtrâ Pomum tenentem, addita Epigraphe: *Sigillum. Majeſtatis. Friderici. Dei. gra. Romanorum. imperatoris. ſemper. auguſti. Ducis. Auſtrie. Stirie. Karinthie. & Carniole. Comitisque. Tirolis. &c.* & inferius: *Qui. natus. eſt. in. die. Mathei. Apoſt. M. CCCC. XV.* Poſtica verò Aquilam bicipitem, cum inſcriptione: *A. E. I. O. U. Aquila. Ezechielis. ſponſe. miſſa. eſt. de. celis. volat. ipſa. ſine. meta. quo. nec. vates. nec. propheta. evolavit. alcius.* Ex ſigillis *Ludovici Bavari & Caroli IV*, Imperatorum, apparet, apud Dn. *Becmannum*, l. c., adhibuiſſe Principes hos *Aquilas ſimplices*, inſtar telamonum, quibus poſtea junctis, conflata indè fortè *Aquila bicepſ.* Conſ. Münchmayr, Cap. V, *Jur. Publ.*, p. 103.

(*m*) IMPERII, &c. In Orientalem partem, & Occidentalem. Vid. ſupra Tit. 2, §. 10, lit. i, p. 175; Ill. Dn. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.*, cap. 13, §. 14, pag. 235; Dn. *Schilter*, l. c. Aquilam olim Juriſdictionem denotaſſe, teſtis eſt *Morena*, in *Rebus Laudenſibus*, ad an. 1158, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſuic.*, pag. 819, ubi: *Inſuper etiam veram & perpetuam pacem ibi* (in Comitiis Roncalienſibus) *omnes*, (Itali) *inter ſe, & cum omnibus aliis perſonis, deinceps ſe firmiter tenere juraverunt, & promiſerunt ponere ſignum Aquilæ ſuper campanile Eccleſiæ Majoris, in ſignum fidelitatis, &c.* Conſ. *Limn.*, l. c., §. 28, & 29, pag. 263.

(*n*) SIMPLICI, &c. Rationem quandam profert *Limnæus*, l. c., §. 29, pag. 263.

10. De Corona Imperiali, gladio, ſceptro, pomo aureo, annulo, & pallio regali infra (Tit. VIII) dicemus.

11. Nomina & numerum Imperatorum, à Carolo Magno usque ad Imperatorem noſtrum, ex eodem Limnæo hic ſubjicere operæ pretium duximus.

	Cœpit imperare anno Chriſti.	*imperavit*			
1. Carolus M.	800.	14.	19. Henricus V.	1105.	20.
2. Ludovicus Pius	815.	27.	20. Lotharius	1126.	13.
3. Lotharius	841.	15.	21. Conradus Tertius	1138.	15.
4. Ludovicus Secundus	856.	21.	22. Fridericus Primus	1152.	38.
5. Carolus Calvus	877.	2.	23. Henricus VI.	1190.	8.
6. Ludovicus III.		1.	24. Philippus	1198.	10.
7. Carolus Craſſus	879.	12.	25. Otto IV.	1208.	4.
8. Arnolphus	891.	12.	26. Fridericus Secundus	1212.	38.
9. Ludovicus IV.	903.	10.	27. Conradus IV.	1250.	4.
10. Conradus I.	919.	7.	28. Wilhelmus	1254.	2.
11. Henricus Auceps		18.	29. Rudolphus I.	1273.	19.
12. Otto M.	938.	36.	30. Adolphus Naſſovius	1292.	6.
13. Otto Secundus	974.	10.	31. Albertus Primus	1298.	10.
14. Otto Tertius	984.	19.	32. Henricus VII.	1308.	6.
15. Henricus Secundus	1003.	22.	33. Ludovicus V. aliis IV.	1314.	2.
16. Conradus Secundus	1025.	15.	34. Carolus IV.	1346.	12.
17. Henricus Tertius	1040.	17.	35. Wenceslaus		22.
18. Henricus Quartus	1057.	50.	36. Rupertus	1400.	10.

37. Si-

Digitized by Google

37.	Sigismundus	1411.	27.	44.	Rudolphus Secundus	1576.	35.
38.	Albertus II.	1438.	1.	45.	Matthias	1612.	7.
39.	Fridericus Tertius	1440.	54.	46.	Ferdinandus Secundus	1619.	18.
40.	Maximilianus Primus	1494.	25.	47.	Ferdinandus Tertius	1637.	20.
41.	Carolus V.	1519.	39.	48.	Leopoldus	1658.	47.
42.	Ferdinandus Primus	1558.	7.	49.	Joſephus	1705.	6.
43.	Maximilianus Secundus	1564.	12.	50.	Carolus VI.	1711.	

In Catalogo Imperatorum non conveniunt quidem Hiſtorici, ſive annos, ſive nomina & numerum ſpectemus. Itali (*a*) potiſſimùm à Germanis diſcrepant in ſequentibus: *Italici* Scriptores, ante Ludovicum Bavarum, referunt quatuor Ludovicos; *Germani* plerique verò tantùm tres: *Itali* numerant tres Conrados; *Germani* quatuor: *Itali* ponunt ſex Henricos; *Germani* ſeptem. Rationem diverſitatis pluribus exponit *Azorius, apud Limn. tom. 1. Addit. ad lib. 2, c. 13.* quia tamen plurimi hunc ſequuntur, eum ſubjecimus.

NOTÆ:

(*a*) *ITALI, &c.* Olim jam, circa ſeriem Imperatorum, motam fuiſſe litem, argumento ſunt, quæ *Otto Friſing.* l. 6 *Chron.*, cap. 13, p. m. 124, tradit: *Reperi Ego, in quibusdam Geſtis Romanorum, poſt Carolum III, tanquam Imperio à Francis ad Longobardos translato, Arnolfum in Catalogo Imperatorum taceri, & Ludovicum, cæterosque poſt ipſum in numero Auguſtorum poni. Alii Arnolfum in Catalogo ponunt, & eos, qui poſt Ipſum, usque ad Ottonem, confuſè regnaverunt, non Imperatores & Auguſtos, ſed invaſores & anguſtos appellare conſueverunt, &c.* & l. c. cap. 22, pap. 129: *Hic* (Otto I.) *juxta eos, qui Arnolfum in catalogo ponunt, & eos, qui interea in Italia regnabant, ſecludunt, ſeptuageſimus septi.mus; ſecundum Romanos autem, qui, ſemoto Arnolpho, Ludobicum, Berengarios duos, Ugonem, Berengarium, Lotharium, itemque Berengarium, cum filio ſuo, Alberto, quamvis obſcurè regnantes, in numero priorum ſtatuunt, octuageſimus quartus invenitur, &c.* Eadem habentur apud *Gotfridum Viterbienſem*, part. 17 *Chron.*, in *Vita Arnolphi*, p. m. 469, & 470, & in *Vita Ottonis* 1, pag. 476, & 477; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 899, pag. 235, ſimilia profert; ut &, ex *Guidone*, ad an. 919, pag. 256. Totam differentiam exponit *Azorius*, part. 2 *Inſtit. Moral.*, lib. 10, cap. 9, pag. 1059; &, ex eo, *Limnæus*, Tom. IV, Addit. ad lib. 2 *Jur. Pub.*, cap. 13, p. 269, notans: Italos, ante *Ludovicum Bavarum*, referre quatuor, ejusdem nominis, Imperatores; pleroſque Germanorum tres duntaxat: illos numerare tres *Conrados*; Germanos quatuor: illos ponere ſex *Henricos*; Germanos ſeptem; quandoquidem Itali *Ludovicum, Boſonis*, Provinciæ Regis, filium, veluti à Papa unctum, pro legitimo jactitant Imperatore; contra *Conradum I*, & *Henricum Aucupem* catologo Auguſtorum ejiciunt. De Italis autem ſolis hoc non aſſerendum, ſed de Romano-Catholicis in genere, quippe qui nulli quondam locum inter Imperatores conceſſerunt, niſi à Romano Præſule coronato, tuentes ſe *Innocentii III* Conſtitutione, quam lib. 1 *Decretalium Gregorii IX*, Tit. VI, de *Electione & Electi poteſtate*, cap. 34. *Venerabilem, &c.*, offendis. Publici juris eſt *Jacobi Greiſeri*, Jeſuitæ Theologi, *Indiculus impoſturarum & criminum falſi, qua Goldaſtus Calviniſta in Tertio Tomo Conſtitutionum Imperialium commiſit*, impreſſ. *Ingolſtadii*, typis *Adami Sartorii*, an. 1611, ubi cap. 2, p. m. 101, legitur: *Goldaſtus ... electos duntaxat nec corona Imperiali redimitos .... Imperatores ſalutat & indigitat. Hoc ſuo jure, non jure, fretus, (1) Ludovic. IV, Arnulphi Imp. filium, Imperatorem Auguſtum creat; (2) eodem jure Henricus Auceps debet eſſe Imperator; non Electus, quod verum; ſed abſolute, ſine ulla coronatione Pontificia; & hoc ideò, quia ita lubet huic Calviniano, licet ipſi Principes refragentur; 3) eadem liberalitate ad Imperatorium ſolium evehitur, fol. 301, Conradus 1, Francus; (4) Hugo, Rex Italiæ; (5) Lotharius 2, filius Hugonis; (6) Berengarius Junior; (7) Conradus Suevus; (8) Philippus, Barbaroſſæ filius; (9) Conradus, filius Friderici 2, Imp.; (10) Henricus Thuringus; (11) Richardus Anglus; (12) Wilhelmus Hollandus;*

dus; (13) *Alphonſus Hiſpanus*; (14) *Guntherus Swarzenburgicus*; (15) *Jodocus Moravus*; (16 *Albertus* 2, *Auſtrius*, *&c.* Si dicendum, quod res eſt, diſcrimen omnino conſtituendum inter Imperatores, Reges Romanorum, & Reges Germaniæ; ſicuti enim non omnes Romanorum Reges ſtatim fuerunt Imperatores, ita nec omnes Germanorum Reges eminentiſſima hac dignitate inclareſcebant; quod, in ipſorum vitis, clarius explicabitur. Vid. *Martinus Polonus*, in vita *Ludovici*, 3, Imp., p. m. 365; *Trittenhemius*, de *Origine Francorum*, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 169; *Greiſerus*, l. c., pag. 102.

(I) CAROLUS MAGNUS.

v. (1.) Originem hujus Principis illuſtrat appoſita Tabula Genealogica, collecta ex *Gregorii Turonenſis Chronico*, lib. 2, cap. 12, 27, 28, 31, lib. 3, cap. 1, 6, 18, 20, lib. 4, cap. 1, 3, 9, 14, 17, 20, 21, 22, 25, 26, 27, 28, 29, 45, 46, Lib. 5, cap. 23, 35, 36, 40, Lib. 6, cap. 23, 27, 34, 41, 45, 46, lib. 7, cap. 9, 33, lib. 8, cap. 4, 37, lib. 9, cap. 4, 25, 26, 32, 36, 38, 39, lib. 10, c. 20; Ejusdem *Chronicis excerptis*, apud *Freherum*, cap. 9, 16, 18, 20, 21, 40, 47, 50, 52, 53, 55, 56, 57, 82, 93, &c.; *Geſtis Francorum Epitomatis*, ibid., cap. 4, 5, 6, 9, 21, 24, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 35, 37, 38, 42, 43, 44, 45, 47, 49, 53, &c.; *Chronicis Regum Francorum breviter digeſtis*, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth.* MS., p. 330, & 331; *Excerptis Hiſtoricis ex veteri Stemmate Genealogico Regum Franciæ*, ibid., pag. 331, & 332; *Genealogia B. Arnulphi*, apud *Pithæum*, pag. 219, & 220; *Fragmento de Majoribus Domus*, ibid., pag. 226 ad 229; *Marcellino*, in Vita S. *Swiberti* Verdenſis, cap. 15, apud *Surium*, 1 Mart., pag. 13; *Pauli Warnefridi* Chronico, de *Epiſcopis Metenſibus*, apud *Freherum*, pag. 175, &c.; *Angradi* Vita S. *Ansberti* Rothomagenſis, cap. 1, apud *Surium*, 9 Febr. pag. 90, & cap. 9, pag. 92; Diplomate *Theodorici III*, Regis Franc., an. 660, (690) apud *Mabillonium*, de *Re Diplom.*, lib. 6, p. 471; *Monacho Cœnobii Egolismenſis S. Eparchii*, apud *Pithoeum*, pag. 230 ad 233; *Fredegario*, apud *Freherum*, cap. 14, 16, 21, 35, 39, 42, 46, 56, 59, 60, 67, 76, 79, 91, 93, 101, 104, 106, 107, &c.; *Aimoino*, ibid., lib. 1, cap. 4, 6, 7, 8, 13, 14, 15, 16, 19, 24, 25, &c., lib. 2, cap. 1, 4, 7, 12, 14, 25, 28, 29, 30, 37, &c., lib. 3, cap. 1, 2, 5, 6, 12, 15, 20, 21, 23, 32, 49, 54, 57, 68, 81, 84, 86, 89, 90, 91, 94, 100, lib. 4, cap 1, 8, 12, 16, 17, 19, 20, 23, 27, 33, 35, 42, 43, 44, &c.; *Vita S. Modoaldi*, ArchiEp. Trevirenſis, apud *Surium*, 12 Maji, pag. 167, & 168; *Adone Viennenſi*, in vita S. *Deſiderii Virnenſis*, apud eund., 11 Febr., cap. 2, 3, 4, &c., pag. 119; *Arnoldo*, in vita S. *Godehardi*, Epiſc. Hildeſienſis, ap. eundem, 4 Maji, p. 56, lib. 1, cap. 1; *Chronico Lemovicenſi*, apud *Labbeum* l. c., pag. 332, & 333; *Chronico Leodienſi*, ibid., p. 334, & 335; *Chronico S. Vincentii Metenſis*, ibid., p. 344; *Chronico S. Maxentii in Pictonibus*, vulgo *Malleacenſi*, apud eundem, Tom. 2, p. 191, &c.; *Hermanno Contracto*, paſſim; *Mariano Scoto*; *Sigeberto Gemblacenſi*, paſſim; ut & in vita S. *Sigeberti*, Francorum Regis, cap. 7, apud *Surium*, 1 Febr., pag. 32; Vita S. *Pipini*, apud eundem, 21 Febr., p. 182; *Ivone Carnotenſi*, apud *Freherum*; *Wilhelmo Malmesburienſi*, lib. 1, de *Geſtis Regum Anglorum*, pag. 25; *Henrico Huntindonienſi*, lib. 7 *Hiſt. Angl.*, pag. 383; *Rogero de Hoveden*, part. 1 *Annal. Angl.*, in vita *Henrici I*, p. 478, &c.; *Alberico*, *Monacho trium Fontium*, paſſim, inprimis ad an. 620, & 644, &c.; Auctore incerto *Fragmenti Hiſtorici*, *Chronico Alberti Argentinenſis* præfixi, apud *Urſtiſium*, T. 2, pag. 74; Ex Recentioribus: *Lehmanni Chronico Spirenſi*, lib. 3, cap. 1 ad 22, pag. 211 ad 223; *Bruſchio*, de *Monaſteriis Germaniæ*, tit. *Campidona*, p. m. 91; *Vorburgio*, *Vol. 6 Hiſtor.*, ad an. 538, pag. 295; Ill. Dn. *Tolnero*, part. 1 *Hiſtoriæ Palatinæ*, Tab. A, G, H, J, & cap. 4, pag. 162, &c.; Conſultiſſ. Dn. *Werlhofio*, *Notit. Imper.*, lib. 1. cap. 2; Clar. Dn. *Schurtzfleiſchio*, Diſſ. de *Regno Auſtraſiæ*; Dn. *Henrico Vagedes*, Diſſ. de eodem Regno, quæ inter *Opera ejus Academica* ſeptimum locum habet, §. 5, pag. 186; & aliis.

v. (2.) Lucem aſpexit an. 742; Vid. *Eginhartus*, in Ejus vita, p. m. 443 docendo, Eum obiiſſe an. Chriſti 814, ætatis 72; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Arnoldus*, in vita S. *Godehardi*, Epiſc. Hildenesheim., lib. 1, cap. 1, apud *Surium*, 4 Maji, pag. 56, & Illuſt. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptor. Rer. Brunſ.*, pag. 483; *Ditmarus reſtitutus* Dn. *Leibnitii*, lib. 4, pag. 362; Chronicon *Herveldenſis* Monachi, apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 372, an. eod. Conf. *Annales Pithœani*, ad an. 814, pag. 24, & 282: *Theganus*, de *Geſtis Ludovici Pii*, apud *Pithœum*, pag. 299; Alii. Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſchius*, in *Additamentis* ad diſput. 3, de *Diviſione Imperii Carolini*, p. m. 6, producit, hoc nomine, annum 747.

v. (3.) De Patria ejus inanis diſputatio eſt apud *Limnæum*, Tom. V, Addit. ad lib. 1, cap. 5, §. 5, pag. 44, &c., & Dn. *Schurtzfleiſchium*, l. c. Vetus traditio nominat *Ingelhemium*, Palatinatus municipium, in Oppenheimenſi Præfectura. Vid. *Godfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. m. 443, ubi: *Natus in Ingelebeim, cui Berta ſit Ungara Mater, &c.*; *Lupoldus de Babenberg*, *de Jure Reg. & Imp. Roman.*, cap. 3, apud *Schardium*, *de Juriſdict. Imper.*, p. m. 173; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograpaph.*, Generat. 27, p. m. 684; & alii, quos *Charron*, dans *l'hiſtoire Univerſelle*, Chap. 113, pag. 784, *Limnæus*, l. c., pag. 51, *Sagittarius*, de *Antiquit. Ducat. Thuring.*, lib. 1, cap. 19, pag. 74, & Ill. Dn. *Tolnerus*, part. 1 *Hiſtor. Palat.*, cap. 2, §. 3, pag. 51, citat; quibus junge *Morery Dictionaire*, voc. *Charles* 1, *Roi de France*, p. m. 123. Dn. *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 4, pag. 287, in contrarium ſcribit: *Qui, Ingelheimenſe Palatium, æquali ferè ſpatio, Bingium inter atque Moguntiam, prope Rhenum, Carolo Magno natalitias dediſſe cunas, jactitant Germani recentiores, ii ſanè quam largiſſimè falluntur, cum poti-*

ib. 1. lib. 2.
38. n tam
6. p.
, ex f
. G.
. & n
98. 2. 21. p
518. GVN
EGV
NDE

57. ex (4)
27. p
RTV
6. p.
A. lib.
n. 562
XXI
Vid.
inis,
it An
c. 2.
p. 6
G. L
c. 4.
gothe
. 52.
NIHI
D.
1. 618.
. c. 4
p. 12
cele
ræc.

i.

ALE VITTORIO EMANUELE NAPOLI

VITTORIO EMANUELE LI

m, 1. April. Edit. *Colon.* 1616
fata, Edit. *Helmſtad.* 1695.

Digitized by Google

MARCHOMIRVS, G. F. E

FARAMVNDVS, circa An. Chr. 420. electus primus Francorum Rex. vid. præ… J. C. l. c. C. M. lib. 1. c 3. p. 191. FERRAMVNDVS, C. R. F. L. p. 330, ubi Ejus Pater, SUN… …ASCILÆ gnatum. Obiit An. 431. Vid. præced. Tit. 2. l. c. v. 21. p. 188.

CLODIO, Rex crinitus. A. lib. 1. c. 4. p. 256. M. E. p. 45. V. C. M. p. 230. C. M. p. 19… …H. lib. 7. p. 383. Regnat Ann. xx. G. F. E. c. 5. p. 58. C. R. F. L. p. 330. Moritur An. 451. Vid. præ…

MEROVEVS, M. E. p. 45. V. C. M. p. 230. G. F. E. G. c. 9. p. 95, aliique, quos præc…

CHILDERICUS I. Parentis Succeſſor. Præc. Tit. 2. l. c. p. 191. G. F. E. c. 5. p. 58, & … A. M. an. 456. p. 36. Deceſſit An. 482, vid. præc. Tit. 2. l. c. v. 24. p. 192. Ux: BASINA, deſertri… …i. C. M. p. 192. eam BISSINI filiam nominat.

CLODOVEVS I. a S. *Remigio* Rhemenſi, primus Regum ſacro fonte ablutus, G. T… …HILDIS, G. T. lib. 1. c. 12. p. 262. M. E. p. 45. V. C. M. p. 230. H. V. S. R. c. 29. p. 194. A. V. S. D. … …31. p. 45. LAN… CHLODOVECHVS, C. R. F. L. p. 330. CLODOVÆVS, C. M. p. 192. S. G. An… …DIS, H. V. S. R. E. R. F. §. 2. p. 184. S. V. S. T. c. 1. p. 111. LVDUIN, C. V. E. lib. 2. Ep. 41. p… …96. A. V. S. D. c. 2. p. 119. Spiritum emiſit An. 511, vel initio 512, æt. 45. Regiminis X… A. lib. 1. c. 25, p. 271. H. V. S. R. c. 56. p. 198. Ux. CHROTILDIS, G. T. lib. 2. c. 28… 1. c. 13. p. 263. c. 15. p. 265. c. 19. p. 267. & lib. 2. c. 7. p. 276. & c. 25. p. 289. CHRO… CHROCHILDIS; V. S. E. p. 376. CHLOTILDIS, J. C. p. 51. CLOTILDIS, S. C… G. F. E. G. c. 18. p. 98, c. 19. & 20, p. 99, & c. 47. p. 105. ROTHILDIS, G. F. E… S. G. h. a. p. 518. A. M. an. eod. p. 43.

THEODORICVS ex Concubina. Ex judicio Familiæ erciſcundæ, Rex AVSTRASIÆ, ſeu METENSIS. Præc. Tit. 2. §. 10, lit. 1. v. 25. p. 196. G. T. lib. 2. c. 28. p. 43. A. lib. 2. c. 7. p. 276. THEODERICVS, G. F. E. c. 22. p. 68. V. S. G. lib. 2. c. 4. p. 364. C. S. V. M. an. 511. p. 344. C. U. p. 67. THEVDERICVS, G. F. E. c. 14. p. 63. & c. 22. p. 68. G. F. E. G. c. 20. p. 99. & c. 40. p. 103. G. T. lib. 2. c. 28. p. 43. A. lib. 2. c. 7. p. 276. THILA-

INGOMIRVS, non diu ſuperſtes. A. lib. 1. c. 15. p. 265. H. V. S. R. c. 33. p. 194. IGNOMER G. T. lib. 2. c. 29. p. 43.

MA… Ux. … ring… A. …

…IORVM, vid. … p. 69. G. T. …272. & c. 12. …MIRO fratre, …enſiſſe, M. E. p. …C. S. V. M. an. …G. F. E. c. 24. …gn. SENIOR, …hærede fratre, …D. F. p. 160. …c. 28. p. 71. …c. 29. p. 291, … 20. p. 286, …m CHILDE… …part. I. lib. 7. …c, anno 560 …in An. 562. …bat. Ux. UL… …G. T. lib. 4.

rum, Rer. Franc. Edit. *Francof.* 1600.
T. 2. *Acceſſ. Hiſt. Leibnizii*, Edit. *Hanover.* 1698.
ap. *Surium, 11. Febr.* Edit. *Colon.* 1618.
m, 1. Dec. Edit. *Colon.* 1618.
lit. *Antwerp.* An. 1603. & Tom. VIII. Edit. *Colon.*

. *Surium, 13. Aug.* Edit. *Colon.* 1618.
pr. Leibnizii, Edit. *Lipſ.* 1698.
ap. *Labbeum*, T. 1. *Biblioth.* MS. Edit. *Pariſ.* 1657.
. 1609.
eberum l. c. Tom. 1.
c.
rium, 24. Aug. Edit. *Colon.* 1618.
viomenſis, ap. *Surium, 8. Junii*, Edit. *Colon.* 1618.
. *Surium, 13. Aug.* Edit. *Colon.* 1618.
um, Edit. *Francof.* 1594.
reberum l. c. T. 1.
egorii Turonenſis, ibidem.

, ap. *Labbeum* l. c. Tom. 2.
n. 1.
n, 21. Novemb. Edit. *Colon.* 1618.
. *Schilter. Script. Rer. Germ.* Edit. *Argent.* 1702.
Pariſ. 1681.
um, Edit. *Baſil.* 1532.
it. *Mogunt* 1646.
ſtum T. 1. *Rer. Alaman.* Edit. *Francof.* 1661.
tor. Eccleſ. Angl. Edit. *Pariſ.* 1654.
, *Rer. Germ.* Edit. *Francof.* 1583.
aſiæ, Witteberg. 1693.
urium, 10. Sept. Edit. *Colon.* 1618.
Schardium T. 1. *Rer. Germ.* Edit. *Gieſſ.* 1673.
. *Surium, 6. Sept.* Edit. *Colon.* 1618.
. l. c.
III. Edit. *Francof.* 1658.
Francof. 1703.
um, l. c. Tom. 2.
Tom. 1.
Tom. 2.
anuar. Edit. *Colon.* 1617.
m, 1. April. Edit. *Colon.* 1618.
rata, Edit. *Helmſtad.* 1695.

. lib. 2.
m tam
16. p.
s, ex f
1. G.
5. & 11
c. 21. p
GVN
EGV
NDE

x (4)
27. p.
RT
6. p.
A. lib.
n. 562
XI
Vid.
inis,
it An
c. 2.
1. p. 6
G. L
c. 4.
zoth
. 52.
NIHI.
D.
618.
. c. 4
p. 12
cele
rec.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

c. 4. p. 364. V. C. M. p. 231. CHLOTHARIVS, G. T. lib. 3. c. 1. p. 52. G. B. A. p. 219. A. V. S. D. c. 2. p. 119,
ıen hic fratribus præfertur. CHLODARIUS, G. T. lib. 3. c. 7. p. 55. CHLODHARIVS, G. F. E. c. 24. p. 69, c.
371. Ex hæreditate paterna, Rex SUESSIONENSIS, vid. præc. Tit. 2. §. 10. lit. i. v. 25. p. 196. & 197. A. par-
ratre *Theodorico*, Rex AVSTRASIÆ; vid. Auctores, ſub THEODOVALDO adducti; & extincto fratre, CHILDE-
Γ. lib. 4. c. 21. p. 78. adeoque moritur an. 562, vel initio 563. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 4. p. 208. Ux.
7. V. S. G. lib. 2. c. 4. p. 364. A. M. an. 563. p. 43. Facta Monialis. F. V. S. R. lib. 1. c. 6. & 7. p. 117. B. V.
ı. 68. (3) WALDERADA, ſeu VULDOTRADA, vidua THEODOVALDI, R. Auſtraſiæ, quam tamen, à Sa-
DIS, G. T. lib. 4. c. 3. p. 69. G. F. E. G. c. 47. p. 105. A. lib. 2. c. 25. p. 289. C. U. p. 67. VNGVNDE G. F. E.
NDIS, G. F. E. c. 47. p. 105. G. T. lib. 4. c. 3. p. 69. CHARAGUNDIS, A. lib. 2. c. 25. p. 289. REGINGVNDA, C.
, A. lib. 2. c. 25. p. 289. GUSINA, C. U. p. 67.

---

ex hereditate paterna, Rex AVSTRASIÆ, Vid. præc. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 4.
71. P. D. G. L. lib. 2. c. 8. p. 370. V. S. G. lib. 2. c. 4. p. 364. A. V. S. D. c. 2.
'S, G F. E. G. c. 47. p. 105. G. F. E. c. 32. p. 74. SYGIBERTVS, G. T. lib. 4.
}o. SYGOBERTYS, F. c. 42. p. 133. SYGILBERTVS, G. T. lib. 4. c. 3. p. 69.
2. c. 25. p. 289. S. G. An. 564. p. 119. J. C. p. 51. C. U. p. 67, F. V. S. M. N. c. 33. p.
. p. 344. J. V. S. C. c. 17. p. 473. E. R. F. §. 49 & 50. p. 213. Exuvias morta-
<, poſt THEODEBERTVM. R. Auſtraſiæ, ætatis 40. G. T. lib. 4. c. 46. p. 91,
præc. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 5. p. 210. A. M. h. a. p. 44. Qui annus etiam anno
juo G. F. E. c. 32. p. 75. & G. T. l. c. teſtibus ad plures abiit, reſpondet. C. S.
. 575, laudatum quoque P. R. T. part. 1. lib. 7. c. XI. p. 447, S. R. A. §. 10. p. 7.
§. 123. p. 132. Contra, S. G. p. 521, C. S. p. 88. & T. O. F. p. 161, habent An 578.
o8, & V. H. Vol. 7. p. 267, An 579. Periit autem fraude CHILPERICI, HISPE-
lib. 3. c. 4. p. 381, ejusque Conjugis, FREDEGVNDIS, F. V. S. M. N. c. 33.
). 119. Ux. BRVNCHILDIS, fil. ATHANIGILDIS (Athanagildi, Atha-
orum in Hiſpania, G. F. E. c. 31. p. 73. BRVNECHILDIS, P. D. G. L. lib. 2,
A. V. S. E. lib. 2. c. 1. p. 10. A. M. an. 577 p. 44. BRVNNEHILDIS, A. V. S. D.
LDIS; F. V. S. A. c. 10. p. 258. BRVNICHILDIS, V. S. W. c. 4. p. 11. G. T.
G. L. lib. 3. c. 4. p. 381. A. lib. 3. c. 4. p. 299. S. G. An. 569. p. 520, & an.
ı. 528. BRVNEHILDIS, E. R. F. §. 9. p. 192., §. 25. p. 202, §. 26 & 28,
. p. 119. J. V. S. C. c. 17. p. 473. BRVNNICHILDIS, F. c. 35. p. 128. BRVNNI-
8. BRVNHILDIS, A. V. S. D. c. 2. p. 119. BRVMA, S. G an. 569, p. 520,
bratas. BRVNA, A. lib. 3. c. 4. p. 298. & 299. Quem miſerum exitum ha-
Tir. 2. §. 10. lit. d. pag. 74. Conf. S. G. ad An. 618. p. 528.

HILPERICUS, ex (5) Vid. ſeq. Tab. C.

CHRAMNus, ex (6) G. F. E. c. 27. p. 71. G. F. E. G. c. 47. p 105. G. T. lib. 4. c. 3. p. 69. CHRANNIUS, A. lib. 2. c. 25. p. 289. c. 28. p. 290. CRAMNUS. G. F. E. c. 28. p. 71. GRANUS, F. V. S. D. c. 21. p. 136. T. O. F. p. 161. CHRANNUS, A. lib. 2. c. 28. 29. 30. p. 291. & 292. GRATIANUS, C. U. p. 67. Ux. CHALDA, fil. WILLEHARI, G. F. E. c. 28. p. 71. vel WILIACHARII, G. T. lib. 4. c. 20. p. 78. ob conſpirationem cum CONABO, al. CONOOBRO, Brittonum Principe, à Patre captus, una cum Conjuge & duabus filiabus, flammis traditus G. F. E. c. 28. p. 71. & 72. G. T. lib. 4. c. 3. p. 69. c. 20. p. 78. G. F. E. G. c. 54. p. 106. A. lib. 2. c. 28. p. 291. c. 30, p. 292. S. G. an. 563, p. 519 F. V. S. D. c. 21. p. 136. F. V. S. M. N. c. 53. 137. T. O. F. p. 161.

WERLHOF, *Notitia Imperii Enucl*

Digitized by Google

NAPOLI
Digitized by Google

HILPERICVS, CLOTHARII I. & HEREGVNDIS, filius, vid præc 105. G. T. lib. 4. c. 3. p. 69. c. 22. p. 79. A. lib. 2 c. 25. p. 289. lib. 3. c 1. p. 297 p. 364. C. R. F. L. p. 330. H. H. lib. 7. p. 383. R. H. p. 479. S. G. an. 564. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 4. p. 208. Anno Regni xxIII, inſidiis FREDEGU Alii ponunt. An. 584 ut A. M. h. a. p. 45. P. R. T. part. 1. lib. 7. c. 12. p. impellente ancilla, *Fredegundi*, in Monaſterium protruſa. G. F. E. c. 3 ejusdem *Fredegundis*, laqueo ſuffocata. G. T. lib. 4. c. 28. p. 81. A. lib. 3. lib. 4. c. 28. p. 81. GALASUINDA, G. F. E. c. 31. p. 73. (3) FREDEG G. F. E. c. 37. p. 78. A. lib. 3. c. 86. p. 346.

CHILPERICUS, G. F. E. G. c. 47. p. M. an. 562 p. 344. V. S. G. lib. 2. c. 4. num SUESSIONENSE Vid. præc. 161. & præc. T. 2 §. 10. lit. q. v. 6. p. 211. 7. h. a. p. 347. Ux: (1) AUDOVERA, Hiſpania, *Brunhildis* ſoror, inſtinctu c 31. p. 73. GALSUINTHA, G. T. dem anno, quo CHILDEBERTUS.

THEODEBERTUS ex (1) A. lib. 3. c. 6. p. 300. TEUTBERTUS, G. F. E. c. 31. p. 73. c. 32. p. 74. TEUTOBERTUS. G. F. E c. 30. p. 72. THEODOBERTUS, G. T. lib. 4. c. 28, p. 81. Occiſus, in prælio, cum *Sigeberto*, Patruo, an. xxxvII poſt *Clodoveum*, G. T. lib. 4. c. 46. p. 91. G. F. E. c. 32. p. 74. A. lib. 3. c. 21. p. 309. S. G. an. 578. p. 521. H. P. E. c. 5. p. 250.

MEROVEUS, ex (1) A. lib. 3. c. 6. p. 300. G. F. E. c. 31. p. 73. G. T. lib. 4. c. 28. p. 81. Ob nuptias cum *Brunhildi*, Patrui vidua, tondetur. G. T. lib. 5. c. 2. p. 93. c. 14. p. 98. G. F. E. c. 33. p. 75. A. lib. 3. c. 15. p. 305. G. F. E. G. c. 74. p. 111. ſemetipſum occidi jubet. A. lib. 3. c. 23. p. 309.

CHLODOVEVS, ex (1) A. lib. 3. c. 6. p. 300. G. T. lib. 4. c. 28. p. 81. G. F. E. c. 31. p. 7. 3. & c. 32. p. 74. Impellente *Fredegundi* Cultro transfixus. G. T. lib. 5. c. 40. p. 114.

CHILDECHINDA, ex (1) A. lib. 3. c. 6. p. 300. CHILDESINDE, G. F. E. c. 31. p. 73.

B N (1 ni Pi vi G lib c. 14 9. p. li c. p

76. A. lib 3. c. 54. p. 326. CLOTARIUS, III. J. C. p. 52. M. E. p. 45. V. C. M. p. 79. CHLOTARIUS, C. R. F. L p. 330. b. 8. c. 1. p. 170 F. c. 17. p. 123. c. 39. & 40. L. V. L. Lib. 1. c. 1. p. 204. V. S. D. c. 2. p. p. 117. Cogn. MAGNUS, C. R. F. L. 479. Quarto menſe ætatis, trucidato 7 S. G. V. S. c. 1. p. 30. S. G. an. 587. p. 523. o. p. 79. V. S. D. l. c. J. S. l. c. T. V. L. l. c. æ Monarchiæ XVI, G. F. E. c. 42 p. 86. Regni XLV. adeoque An. Chr. 630. 586. referendo; S. G. V. S. c. 1. p. 30. eſt An. 628. C. F. p. 325. regimen ejus 14. p. 457. & part. 2. lib. 4. c. 17. p. 280. 40. Alii ponunt An. 631. C. U. p. 115. h. a. §. 2. p. 337. Solus V. H. Vol. VIII. 261. (2) BERTRUDIS, an. 36. ipſius c. 46. p. 134. BERTETRUDIS, F. V. A. 3) SICHILDIS, A. lib. 4. c. 8. 360.

MEROVEUS, ex (2) a *Bertoaldo*, Maj. Domus *Theodorici* captus, A. lib. 3. c. 91. p. 348. & inſidii *bildis*, F. c. 4:

DAGOBERTUS I. ex (2) E. R. F. §. 51. p. 213; & §. 64 GABERTUS. V. S. G. c. 1. p. 121. DAGUBERTUS, 1. c. 9. p. 2. & lib. 2. c. 1. p. 10. M. E. p. 45. V. S. D. c. 3 C. S. an. 630. p. 98. S. G. an. 631, p. 530. Anno Pateri & S. G. V. S. c. 1. p. 30, adeoque An. 624; vid. præc An. 626. S. G. p. 529, & V. H. Vol. 8. p. 142. An. 628 ... Fratri AR

ARIBERTUS, ex (3) *Toloſæ* ſedens, A. lib. 4. c. 17. p. 364. c. 20. p. 367. c. 23. p. 369. H. E. V. R. c. 2. p. 178. ARITPERTUS, C. L. p. 735. CHARIBERTUS, F. c. 57. p. 138. GARIBERTUS, F. c. 56. p. 138. HARIBERTUS, F. c. 67. A. lib. 4. c. 8. p. 360. HERBERTVS p. 142. HAIRBERTUS, A. M. an. 636. p. 50. Obiit an. Regni Fratris VIII. F. c. 67. p. 142. vel IX. A. lib. 4. c. 23. p. 369. Qui A. M. p. 50. eſt An. 636. mihi, præc. T. 2. §. 10. lit. q. v. 7. p. 212. An. 633.

ICUS, inſidiis Patrui, ut ferebatur, oc- 67. p. 142. A. lib. 4. c. 23. p. 369.

US II.	ATHELA.	S. IRMINA.
& Bur-	G. G. T. c.	G. G. T. c. 60

SIGEBERTI, R. Franc. ap. Surium ... lon. 1618.
de Regno Auſtraſia, Witteberg. ...
ODARDI, ap. *Surium*, 10. *Sept.* Edit. ... n. 1618.
Vita S. WILFRIDI, ap. *Surium* 12. *Octobr.* Edit. *Colon.* 1618.
ncorum, ap. *Schardium* T. 1. *Rer. Germ.* Edit. *Gieſſ.* 1673.
ANDRADÆ, ap. *Surium*, 8. *Julii*, Edit. *Colon.* 1618.
pud *Pithoeum.* l. c.
ol. VII. & VIII. Edit. *Francof.* 1658.
raſia, Edit. *Francof.* 1703.
beum l. c. Tom. 1.
bbeum l. c. Tom. 2.
burienſis Geſta Pontificum Angliæ, ap. *Savile* l. c.
perii Enucleata, Edit. *Helmſtad.* 1695.
WERLHOF, *Notitia Imperii Enucl*

Digitized by Google

CLODOVEUS II. DAGOBERTI I. & NANTILDIS, filius. Vi
p. 150 A. l. c. & c 30. p. 372. c. 39. p. 377. S. G V. S. c. 5 p. 31. V. S
A. V. S. E. lib. 1. c. 33. p. 8. & lib 2. c. 1 p. 10. V. S. A. c 2. p. 140. A
p. 102. CHLODOVEUS, G. F E. c 42 p 80. & c. 43. p. 81 F. c. 79
193. p. 607. HLUDOVICUS, A. lib. 4. c. 27. p. 371. & c 30. p 372.
tratur, An. 655. W. N. J E lib. 1. c. 2. §. 153. p. 147. An. 656. C. R. p.
p. 118. C. S. p. 104 & T. O F. p 163. An. 681. Ux: BALTHILDA,
p. 441. & c. 1. p 442. BATILDES, H. H. lib. 7. p. 383 U. V. S. L.

BURGUNDIÆ. F. c. 79. p. 147. & c. 89.
5. 45. V. C. M. p. 232. V. S B c 1. p. 442.
VÆUS, S. G. an. 645. p. 532 C. S. an. 666.
R. D. lib. 6 §. 7 p 466. §. 28. p. 482. & §.
pitus, quem S. R. A. §. 16. p. 18. fuiſſe arbi-
545. & V. H. Vol. 8 p. 333. An. 664. C. U.
M. p. 232. BATHILDES, V. S. B proœm.

CLOTHARIUS III. R. NEUSTRIÆ & BURGUNDIÆ, F. c. 91 p. 152 A lib. 4. c. 43. V. S. B c. 2. p. 442. M E. p 45. CHLOTARIUS, C. R. F. L. p. 330. CHLOTHARIUS, M. R. D. lib. 6. § 16. p. 474 G. F. E. c. 44. p. 81. CLOTARIUS, F. V. B A. c 7. p. 154. V. C. M. p. 232. M. E p. 45. N L. V. R. c. 21. p 28. U. V. S L. c. 3. p. 12. A. C. S. E. p 153 V S. W. c 14 p. 273. H. H. lib. 7. p. 383. R. H p. 479. J. C. p. 52. C. R. an. 660. p. 365. CHLODHARIUS, E. p. 167 CHLODOCHARIUS Dipl. ap. M. R. D. lib. 6. §. 31. p 485. & §. 194. p. 608. CHLOTACHARIUS, M. R. D. §. 193. p. 607. LOTHARIUS, V. S B. c. 2 p. 442. C. M. p. 193 C. L. an. 663. p. 335. C. U. an. 681. p. 118. S. G. an. 662. p 535. C. S. an 681 p. 104. & A M. an. 661. p. 54. Cogn. MINOR, U. V. S. L. c. 3. p. 12. Obiit puer, An. Regni. IV. ſucceſſore Fratre, *Theodorico*, G. F. E. c. 45. p. 81. F. c. 93. p. 152. A. lib. 4. c. 44. C. R. F. L. p. 331. E. p 167. J. C. p. 52. C. M. p. 193. ſolus A. V. W. c. 14. p. 273. eum An. XIV. regnaſſe tradit; & quidem, juxta H. F. p. 103. An. 662. V. R. A. §. 6. & P. R. T. part. 1. lib 8. c. 2. p. 465. An. 664. A. M. p. 55. An. 665. S. G. p. 536. An. 666. C. L. p. 335. An. 667. R. A. F.

CHILDERICUS II. R. AUST
lib. 6 §. 193. p. 607. F. c. 91. p. 15
C. R. F. L p. 330. V. S. B. c. 2. p.
p. 273. N. L. V. R. c. 21. p. 28. U.
& 13. C. M. p. 193. R. H. p. 4
383. H. F. p. 103. HILDERICU
45. p. 81. G V. S. L. c. 2. p. 172. S
C. L. an. 665. p. 335. Tonſo fra
CO, conſequitur quoque NEU
GUNDIAM, G. F. E. c. 45 p
S. G. an. 667. p. 536. Ob cæſu
gis *Bodilonem*, ſeu *Bodolernum*,
venando, una cum Conjuge, oc
G. F. E. c. 45. p. 82. M. E. p. 4
p. 28. F. V. A. c. 31. p. 261. G.
Hocque factum putat P. R. T.
p. 465. & V. R. A. §. 6. An. 66
670. B. A. E. Tom. VIII. ad A
An 671. S R. A. §. 17. p. 20. A
lib. 1. c. 2 §. 157 p. 149. An. 674
M. p. 58. An. 678. S. G. p. 537.
An 678. p. 415. & An. 679 p.
BLITHILDIS, A. M. An. 6
DIS, F. V. A. c. 31. p. 261. BIL
p. 153.

Filia una cum Matre occiſa. F. V. A c. 31. p. 261.

DANIEL, Clericus, ſuc
TI III. in Regimine CH
ctus eſt. G. F. E. c. 52. p. 8
lib. 4. c. 51. F. p. 167. M.
HILPRICUS, A. F. F. an
eod. p. 2. M. S. an. 715. p.
M. S. H. B. c. 35. p. 57. Cl
R. D. lib. 6. §. 30. p. 484.
486. quibus Diplomatibu
titur. Vid. ſeq. Tit. XV.
CHILPERICUS II Hin

194. p. 608. F. c. 91. p. 152.
S. A. c. 2. p. 140. R. H p. 479.
. §. 31. p. 485. & §. 33. p.
UDERICUS, M. R. D.
HEODORICHUS, E. p.
F. E c. 45. p 82. C. R. F. L.
ut G. F. E. c. 49. p. 83. &
V. R. A. §. 6. ponunt A.
94. H. F. p. 103. An. 622.
CHILDIS, M R. D. lib 6.
ODAM eam vocat A. M.

FLOOVENZ cujus filia, HELVIDIS, Uxor fuerit *Juſtamunti*, R. Saxonum. A. M. an. 653. p. 53. tacentibus autem Antiquioribus.

F. E. c. 49. p. 83. E. p. 167. A. lib. 4. c.
H. H. lib. 7. p. 383. R. H. p. 479. CHIL-
CHILDEBERCTUS, M. R. D. lib. 6. §.
c. 50. p. 84. E. p. 167. HILDEBERTUS,
692. p. 118. HILDIBERTHUS, A. F. F.
R, V. C M. p. 232. Regnat. An XIII. F. c.
c. 49. P. R. T. part. 1. lib 8. c 4. p. 470.
T. O. F. p. 164. & V. H. Vol. IX. h. a. p.
N. J. E. lib. 1. c. 2. §. 164. p. 157. P. R. T. L

ſcribunt) Patris ſucceſſor. G. F. E. c. 50.
83. R. H. p. 479. T. T. P. lib. 1. p. 607.
HUS, ibid. §. 33. p. 486. DAGABER-
p. 168. Cogn. JUNIOR, G. F. E. c.
8, H. F, p. 103. F. M. D. p. 227. A. S, an.
mittit An. 715. teſtibus A. F. P. h. a. p. 1.
F. p. 164. V. M. G. lib. 2. p. 48. P. R. T.
t C. L. h. a. p. 333. M. D. voc. *Dago-*
n. 719. ut S. G. h. a. p. 544. & A. M. h.
Clericum, CHILPERICUM 2. dictum.

nt. Dipl. apud M. R. D. lib. 6. §. 36. p.
D. p. 228. C. R. F. L. p. 331. H. F. p.
iis nominibus appellatur: THEUDE-
o. p. 2. A. F. F. an. eod. p. 2. TIECTE-
F. p. 103. F. M. D. p. 228. C. U. an. 737.
E. c. 53. p. 85. F. c. 107. p. 157. A. F.
part. 1. lib. 8. c. 4. p. 473. Aliis XVI.

...itboženi. l. c.
VIII. Edit. Francof. 1658. & Vol. IX. an. 1659.
ermaniæ, Tom. 3. Goldaſti, Rer. Alaman. Ed. Frf. 1661.
ratia, Edit. Francof. 1703.
Surium, 13. Sept. Edit. Colon. 1618.
m. 26. Januar. Edit. Colon. 1617.
m l. c. Tom. 1.
Surium, 22. Julii, Edit. Colon. 1618.
11, ap. Surium, 2. Octobr. Edit. Colon. 1618.
Enucleata, Edit. Helmstad. 1695.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III - NAPOLI
Digitized by Google

Digitized by Google

ANSBERTVS, Senator Romanus, Ux: BLITHILDIS, fil. *Clothari* : M. An. 644. p. 51. G. B. A. p. 219, tradunt.

ARNALDVS. V. C. M. p. 231. ARNOLDVS, F. M. D. p. 227 W A. M. An. 644. p. 51. ARNUALDUS, G. B. A. p. 220. ARNOLFUS,

Arilide. CHARSIA Virgo, mortua *Redonis* A. M. l. c.

S. ARNULPHUS, Dux, poſtea Epiſcopus Metenſis; W. M. lib. 1. p. V. C. M. p. 231. & 232. M. E. p. 45. Verum, E. p. 168. H. C. an. 646. p. 2 vocantque S. G. An. 640. p. 532. & A. M. l. c. *Arnulfi* Conjugem,

Ux: BEGGA, fil. *Pipini* Majoris Domus, us filio, *Anſegiſo*, nuptam perhibent;

CLODULPHUS, Princ. poſtea Epiſcopus Metenſis, & Archi-Ep. Trevirenſis. V. S. G. c. 9. p. 199 N. L. c. 8. p. 25. A. M. An. 685. p. 61. GLODULPHUS, G. B. A. p. 220. CLODULFUS, S. G. an. 640, p. 532. A. M An. 644. p. 51. FLODULPHUS, W. M. lib. 1. p. 25.

MARTINUS, Dux, ab *Ebroino* occiſus, W. M. l. c. F. M. D. p. 226.

WALTCHISVS, V. S. W. c CHISVS, A. M an. 644, p. 51. WALCTHISVS, W. M. l. c G. B. A. p. 220.

S. WANDREGISILVS, Ab V. S. W. l. c F. V. S. A. c. 17. 690. p 65. WADREGISILV p. 51. WANDREGESILVS. WANDO, V. S. W. l. c A. M Obiit an. 665, æt. 96. V. S. V

s Virdunenſis, cujus filius, *S. Gydo.* *Oja*, Trecenſis Diœceſis, fundavit, p. 272. A. M. An. 644. p. 51. & An. anas ibi, ex mandato Sancti, mutas

PIPINVS, Major Domus, & Dux, de quo ſeq. Tit. XI. p. 932. & 932. & 93 DVS, C. R. F. *Labbei*, p. 331. BREVIS, V. C. M. l. c. M. E. l. c. A. M. S *Lamp. Hiſtor.* p. 6. grad. 3. *Schurtzfleiſch*, *Propoſ. Hiſtor.* an. 1693. ver F. M. D. p. 227. H. C. an. 646, p. 287, & an. 714, p. 294. S. L. l. c. cap. 644, p. 52, alii multi. Mortuus eſt An. 714. vid. ſeq. Tit. XI. p. 933. V A. F. L. p. 366. PLITHRVDIS ibid. PLIDTHRVDIS, A. F. F. ann. 7 & c. 25. p. 13. V. S. N. l. c. A. M. an. 698. p. 68. ALPAS, G. B. A. l. c. C. U. l. c. Hinc, pro pellice eam habent: M. V. S. c. 22. p. 12, & c. 25.

s, G. F. E. l. c. F. M. D. p. 226. SECVN- i Diœceſi. M. V. S. c. 22. p. 12. *Chifletius*, F. an. 714. p. 1. C. R. F. *Lambec.* p. 394; S. an. 688, p. 105. G. B. A. l. c. A. M. an. A. M. an. 799. p. 68. PLICHTHRVDIS. priori ſuperinducta; M. V. S. c. 22. p. 12. ALTHEIDA, A. F. F. l. c. ALBHAIDIS.

DROGO, Dux Campaniæ, ex (1) M. V. S. c. 25. p. 13. V. S. N. p. 15. A. M. S. E l. c. c. 51. p. 153. S. G. an. 699, p. 541. C. U. l. c. G. B. A. p. 220. A. M an. 699, p. 68. DROGVS, F. M. D. p. 227. DROCVS, C. R. F. *Labb.* p. 331. Obiit an. 699 S. G. an. 699, p. 541. A. M. an. eod.

GRIMOALDVS, ex (1) Major Domus. M. V. S. c. 25, p. 13. V. S. N. c. 1. p. 415. C. R. F. *Labb.* p. 331. H. F. p. 102. & 103. A. F. P. an. 714. p. 1. M. S. an. 711. p. 432. C. U. p. 96. S. G. an. 713. p. 543. G. B. A. p. 220. A. M. an. 699. p. 68. GRIMALDVS, F. M. D. p. 227. A. M. S. E. c. 49. & 51. p. 153. GRIMOLDVS, F. M. D. l. c. à *Rangario*, Friſone, an. 714, occiſus. F. M. D. l. c. A. F. P. an. 714, p. 1. H. F. p. 103. S. G. an. 713. p. 543. Vx: THEVSINDA, vel, ut G. F. E. l. c. TEVTINDA

CAROL C. A. an lib. 1. c. *In carro* p. 4. A. p. 152. lit. a. v. eod. p. 1

l. l. c. Annales paſſim. C. L. an. 741. p. 335, *Dux Francorum Fortiſſimus.* A. F. A. eram *Regem Francorum* Eum appellat, C. R. F. *Labb.* p. 331. A. F. P. an. 741. R. H. p. 1. p. 476. L. A. l. c. & an. 741. §. 10. lit. q. v. 9, p. 213, & Tit. 4. §. 5. neptis. A. A. an. 741. p. 381. A. F. R. an.

GRIFO 381. Co lit. q. v §. 10. lit

EMIGIVS, chi-Ep. thoma- nſis. A. M. 747. p. & 751. 88. & 572. 90.

HILTRVDIS, Ux: *Odilonis*, D. Bavariæ. A. F. P. an. 749. p. 5. A. F. F. an. eod. p. 3. A. F. L. an. 648. & 649. p. 369. A. H. p. 711. A. M. an. 744.

LANDRADA. Ux: *Sigiranni* Com. Haſbaniæ; Mater *Chrodegangi* Epiſc. Metenſ. A. M. an. 759. p. 97. S. G.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III - NAPOLI

CAROLUS MA[GNUS] … (4) LUITGARD[IS]

[H]ILDEGARDA, Alamanna, †. 783. (3) An. 783. FASTRADA, fil. RADULFI Com. †. 794. [LUITGARD]A, ſeu ADELHEIDA. Vid. præc. p. 438. &c. ad. 446.

CAROLUS, ex (2) R. *Franconiæ* †. 811, 4. Dec. vid. l. c. p. 441.

ADELHEID. l. c.

HILDEGARD l. c.

[…]THAL. ex (5) … *Rori-* … Com. p. 442.

PIPINUS ex (5) l. c. p. 442.

ROTHILDIS. ex (6) vid. l. c. p. 442.

ADELDRUDIS. ex (7) vid. l. c. p. 442.

DROGO, ex (8) Archi-Cancellarius *Ludovici Pii*, & Præſ. *Metenſ.* †. 855. l. c. p. 442.

HUGO, ex (8) Archi-Cancel. *Ludovici Pii*, & Abb. *S. Quintini*, l. c. p. 442.

THEODORICUS, ex (9) vid. l. c. p. 442.

BERNHARDUS, R. *Italiæ*, à Patruo, *Ludovico*, anno 818, necatus, l. c. p. 441. 442.

[…]GARDIS, ex l. c. p. 449.

CAROLUS CALVUS, Imp. V. ex (2) Nat. 822, †. 877, 6. Oct. Ux: (1) HERMINTRUDIS, fil. OTTONIS, Com. *Aurelior*: (2) RICHILDIS, fil. BOVINI, Com. *Arduennæ*, l. c. p. 458.

PIPINUS, Com. vid. l. c. p. 442.

BERNHARDUS. Com. *Lengenfeld*. l. c. p. 442.

CAROLUS CRASSUS, Imp. VII. Rexq; *Germaniæ*, *Galliæ* & *Italiæ*, depoſitus An. 887, †. 888; Ux: (1) Filia *Erchangeri*, Com. †. 862; (2) RICHARDIS, fil. N. Regi Scotiæ; vid. l. c. p. 466. &c.

CAROLUS, ex [1] Dux *Aquitan.* ab *Albuino* †. 886; l. c. occiſus. l. c. p. 458.

CAROLOMANNUS. ex [1] An. 873. à Patre cæcatus.

LOTHARIUS. ex (1) †. puer. l. c.

LUDOVICUS III. Imp. VI. cogn. *Balbus*, ex (1) nat. 843. †. 879, 8. April. Ux: (1) ANSGARDA, fil. HARDUINI Com. (2) ADELHEID, ſoror *Walfridi*, Abbatis Flaviniacenſis, l. c. p. 462. &c.

JUDITTA Ux: *Adelulfi*, R. Angliæ. l. c.

HUGO, Archi-E[piſc.] … 930. depoſitus l. …

HUGO, An. 868. … tutus Dux *Alſatiæ* … FRIDERACH. vi[d.] … p. 452. & 453.

LUDOVICUS ex (1) Obiit juvenis, l. c.

BERNHARDUS. ſpurius l. c.

LUDOVICUS, ex (1) Rex *Galliæ*, †. 883, 4. Aug. l. c. p. 463. & 464.

CAROLOMANNUS, ex (1) Rex *Burgundiæ*, *Aquitaniæ*, & poſtea totius *Galliæ*, †. 884. 6. Dec. Ux: N. fil. *Boſonis*, Regis *Burgundiæ*; l. c. p. 463. ad 465. & præc. p. 234.

CAROLUS SIMPLEX, poſthumus ex (2) Rex *Galliæ*, nat. 879, †. 926, 7. Oct. *Peronæ*, in carcere. Ux: (1) FREDERUNA, ſoror *Bevini*, *Cabillionenſis* Epiſcopi, (2) OTHGIVA, fil. *Eduardi I.* R. *Angliæ*; l. c. p. 463. & 464.

HUGO, Com. *Ar[…]* l. c. p. 453. & ſq. Ti[t.] … Alamanna. *Luitpr[…]*

GISELA, Ux: *Rollonis*, Ducis *Normanniæ*. †. 920. Conf. *Henning.* part. 1. *Secundi & Tertii Regni*, *in Quarta Monarchia*, p. 27.

LUDOVICUS IV. cogn. *Ultramarinus*, ex (2) Rex *Galliæ*, nat. An. 920. †. 954. Ux: GERBERGA, fil. *Henrici Aucupis*, Reg. *Germaniæ*, viduaque *Giſelberti*, Ducis *Lotharing.* an. 984. defuncta. Vid. l. c p. 465. & ſeq p. 484; & Tit. XVI. *Catal. Duc. Lotharing.* Vita *Giſelberti* Ducis; & *Henningeſ.* l. c. p. 28.

[library stamp] Digitized by Google

Digitized by Google

Magno.

defuncta. Vid. l. c.

Abbat. 896. | CHRISTINA, Abbat. *Gandersh.* †. 904. Vid. l. c. | LUITGARDA, Ux: *Ludovici* 2. R. *German.* Vid. l. c.

N. Uxor *VVigmanni*, fratris *Hermanni Billingi.* Vid. l. c. | N. deſponſata *Leopoldo*, March. *Auſtriæ.* Vid. l. c. | BABA, Ux: *Henrici*, Com. an Ducis *Franconiæ*; Vid. l. c. | N. filia naturalis. Ux: *VVidonis*, Thuringi. Vid. l. c.

TAN... †. an... *burg*... rent... 484...

...A, ...cis ...c. | HENRICVS RIXOSUS, Dux *Lotharingiæ* & *Bavariæ*, & March *Sax.* † 955. Ux: JUDITTA, fil *Arnolphi*, D. *Bavar.* Vid. *Catal. Duc. Lothar.* ſeq. Tit. XVI. §. XI. | BRUNO, Archi-Epiſc *Colonienſ.* & Dux *Lotharing.* †. 965. Vid. ſeq. Tit. XVI §. XI. *Catal. Ducum Lotharing.* Ejus vita.

LUDOLF... D. *Alema*... (1) natu... 931. †. Ux: ID... *Herman*... *Alaman.* 986. vid... Tit. XVI... *Catal. D*... *lam.* Eju... ta.

...NO I. Mar... *xon.* & Dn. ...*wici*; a. 965. Vita Parentis; l. c.

...NO II Mar... *xon.* & Dn. ...*wici.* Ux: ...LA, fil. *Her*... *i*, D. *Ala*... Vid ſeq. vita ...*di Salici*, p. ... & 517. & ...ta *Henrici* ...*fi.*

SIGFRIDUS, Com *Northeimenſis* (cujus Patrem alii *Hermannum* vocant, *Henrici Rixoſi* filium) Ux: *Ethelinda*, Vid. *Henningeſius*, part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 8.

SIGFRIDUS qui an. 1002. *Eccardum* Marchion. Miſniæ occidit *Henning.* l. c. | BENNO. Vid. l. c. | HENRICUS. Vid. l. c. | OTTO, AD WERRAM, Dux *Bavariæ*, & Com. in *Northeim*; an. 1071 ab Imp. *Henrico IV.* proſcriptus. Obiit an. 1083. Ux: *Richeza*; Vid. *Chronogr. Saxo*, ad an. 1111. p. 282. Conf. ſeq. Tit. XVI. *Catal. Ducum Bavariæ*, Ejus vita.

OTTO, *Alamann*... an. 954. Vid. l. c. Vita.

HENRICUS CRASSUS Com. *Northeim* ux: GERTRUD agnata. Vid. Vita Ejus Patris, l. c. | CANO, Com. *Beichling* vid. Vita Ejus Patris, l. c. | SIGFRIDUS in *Bommeneb.* vid. Vita Ejus Parentis, l. c. | ETHILINDA Ux: (1) *Welfi*, IV, D. *Bavar.* (2) *Hermanni de Calveria*; vid. l. c. | IDA, Ux: *Timonis*, Com. *Wetinenſ.* Vid. l. c. | N. Uxor *Conradi C. Arnsbergici*, Vid. l. c. | N Uxor ſervi cujusdam. Vid. l. c.

Adela. *Otto.* *Sigfridus.* *Cunigunda.* *Mechtildis.*

BENNO, l. c. | SIGFRID. l. c. †. 1145.

...c. ap. *Made*... lib. 4. *Saxon.* ...om. 3. *Rer.*

...*no*, Thurin...

NAPOLI
Digitized by Google

potius Ingelheimenſis Regia Parens atque auctor habendus ſit Carolus, quem Eginhartus, in ipſius vita, teſtatur inchoaſſe & Palatia operis egregii, unum, haud longe à Moguntiaco, juxta villam, cui nomen eſt Ingelheim: alterum Noviomagi .... meliori ergò jure, vel Pariſiis, vel in vicino quodam Lutetiæ Palatio natum, atque educatum fuiſſe Carolum, Noſtrates poſſunt aſſerere, &c. Ratio autem hæc fragili nititur fundamento, cum aliud ſit Palatium *Ingelheimenſe*, quod *Carolus* condidit, & aliud *Villa Ingelheim*, *Carolo* longè antiquior. *Bucelinus*, in *Annal. German.*, ad an. 742, p. m. 40, & *Aventinus*, in *Annal. Boic.*, lib. 3, & 4, *Caroloburgum*, in Bavaria, hoc titulo celebrant; Alii *Caroloburgum*, (Carlsburg) in finibus Herbipolitani Præſulatus; *Michaële Coccinio*, de *Translatione Imperii à Græcis ad Germanos*, apud *Schardium*, l. c., pag. 427, & 428, aliiſque, Eum in Villa, juxta Leodium, in lucem editum, exiſtimantibus. Qui, cum *Browero*, lib. 3 *Antiquitatum Fuldenſium*, cap. 12, *Thomaque Reineſio*, lib. 2 *Variar. Lectionum*, cap. 16, pag. 256, &c., id *Vargala*, duabus leucis ab *Erfurto* diſtante Villa, contigiſſe, arbitrantur, proptereaque ad Diploma donationis Curtis cujusdam in *Vargala*, Eccleſiæ Fuldenſi factæ, apud *Browerum*, l. c., confugiunt, nominatim verba: *Donamus & contradimus Domino noſtro Salvatori, ſanctoque Bonifacio, Martyri, qui in Fuldenſi requieſcit Monaſterio, Terram Conceptionis Noſtræ, h. e., totam comprovinciam circa flumen Unſtrudt, ipſamque cohortem* (Curtem) *Noſtram in Vargalaha, cum omnibus compertinentiis ſuis, & cum omnibus Villis, longe vel propè poſitis, quæ ad eam reſpiciunt, cum omni proprietate, ſicut eam nos, à Parentibus noſtris, in proprietatem accepimus*, confundunt conceptionem cum nativitate; ceu rectè monent *Limnæus*, l. c., p. 44, & 45; Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſch*, l. c., p. 7; & Dn. *Sagittarius*, l. c., pag. 74, & 75. Ergò plane ignoratur; nec certiora de hoc, quam de Moſis ſepulturæ loco, habemus. Conf. *Limn. ad Capit. Caroli V, Prooem.* §. 2, pag. 46. Sufficit, cum *Germanum* fuiſſe, vel *Eginharto* teſte, in Ejus Vita, apud *Freherum*, pag. 442; ibi: *Menſibus etiam, juxta patriam Linguam, vocabula impoſuit ... Januarium appellavit Windermonot; Februarium Hornung; Martium Lentzmont; Aprilem Oſtermanot; Majum Wunnemonot; Junium Prachmanot; Julium Hewmonet; Auguſtum Arnmanot; Septembrem Herbſtmonet; Octobrem Wynmanot; Novembrem Wyndumanot; Decembrem Heiligmanot appellavit. Ventis verò hoc modo nomina impoſuit, ut Subſolanum vocaret Oſtrowynds; Eurum Oſt-Sundroni; Euroauſtrum Sund-Oſtren; Auſtrum Sundren; Auſtro-Africum Sund-Weſtren; Africum Weſt-Sundren; Zephyrum Weſtren; Corum Weſt-Nordren; Circium Nord-Weſtren; Septentrionem Nordren; Aquilonem Nordoſtren; Vulturnum Oſt-Nordren, &c.* Uxores inſuper ejus, & liberos habuiſſe nomina Germanica, ſeq. v. 4, & 5 oſtendent. Hinc non ineptè argumentum ducitur ad Ejus patriam. Vid. Ill. *Obrechtus*, ad *Monzamban.*, Exercit. 1, cap. 1, §. 6, p. 6, &c.; Dn. *Kulpiſius*, ad eundem locum, pag. 39, &c.; Dn. *Thomaſius*, ad eundem, p. 32, & 33; &, ante eos, *Vincentius Bellovacenſis*, lib. 24 *Speculi Hiſtorialis*, cap. 75; *Lupoldus de Babenberg*, *de Jurib. Regni & Imperii*, cap. 3, apud *Schardium*, *de Jurisd. Imperiali*, p. m. 173. De Grammatica Ejus Germanica vid. *Joh. Trithemius*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, p. 463, & 464.

(v. 4.) Conjugum ejus, liberorumque meminit *Eginhartus*, in ejus vita, apud *Freherum*, p. 439: *Deinde, cum, matris hortatu, filiam Deſiderii, Regis Longobardorum, duxiſſet uxorem, incertum, qua de cauſa, poſt annum repudiavit, & Hildigardim, de Gente Suevorum, præcipuæ Nobilitatis fœminam, in matrimonium accepit: de qua tres filios, Karolum videlicet, Pipinum, & Ludovicum; totidemque filias, Rotdrudim, Bertam, & Gislam, habuit. Habuit & alias filias tres, Thedradam, Hildrudim, & Rothaidem: duas de Faſtrada uxore, quæ de Orientalium Francorum, Germanorum videlicet, Gente erat: tertiam de concubina quadam, cujus nomen modo memoriæ non occurrit. Defuncta Faſtrada, Luidgardim Alemannam duxit, de qua nihil liberorum tulit. Poſt cujus mortem quatuor habuit concubinas, Mathalgardim ſcilicet, quæ peperit Ei filiam, nomine Rothildim; Gerſuindam, Saxonici Generis, de qua Ei filia, nomine Adeldrudis, nata eſt; & Reginam, quæ Ei Drogonem & Hugum genuit; & Adelluidam, ex qua Theodericum procreavit.* Num *Deſiderii* filia prima fuerit *Caroli* conjux? diſputatio eſt. Dubium movent literæ *Stephani* Pontificis, ad *Carolum* & *Carolomannum*, ap. *Baronium*, Tom. IX *Annal.*, ad an. 770, p. 328, §. 10: *Itaque Noſtra perlatum eſt notioni, quod certe cum magno cordis dolore dicimus, eò, quod Deſiderius, Longobardorum Rex, Veſtram perſuadere dignoſcitur Excellentiam, ſuam filiam uni ex Veſtra Fraternitate in conjugio copulari, &c.*; & §. 11: *Etenim, mitiſſimi, & à Deo inſtituti Benigniſſimi Reges, jam, Dei voluntate & conſilio, conjugio legitimo, ex præceptione Genitoris Veſtri, copulati eſtis, accipientes, ſicut præclari, & Nobiliſſimi Reges, de eadem Veſtra Patria, ſcilicet ex Ipſa Nobiliſſima Francorum Gente, pulcherrimas Conjuges, & earum Vos oportet amori eſſe annexos, & certè Vobis non licet, eis dimiſſis, alias ducere Uxores, vel extraneæ Nationis conſanguinitate immiſceri .... impium enim eſt, ut vel penitus Veſtris aſcendat cordibus, alias accipere Uxores, ſuper eas, quas primitus, certum eſt, Vos accepiſſe. Non*

con-

convenit Vobis, tale peragere nefas, qui Legem Dei tenetis, & alios, ne talia agant, corripitis, &c. Eaſdem exhibet *Vorburgius*, Vol. X *Hiſtor.*, ad an. 769, p. 10, &c. Sic uterque in matrimonio vixiſſe videtur. *Carolomanni* quidem Conjugis mentio fit in *Metenſibus Annalib.*, ad an. 771: *Girberga vero, Uxor Carolomanni, cum duobus parvulis, & paucis Principibus, de parte Viri ſui, Italiam petiit, & ad Deſiderium, Regem Longobardorum, pervenit, &c.* Inferente hinc *Vorburgio*, l. c., pag. 13, argumento hæc eſſe, *Caroſomannum* uxorem ſuam non dimiſiſſe, & conſequenter nec *Deſiderii* filiam duxiſſe. Enimvero, tacentibus *Eginharto & Annalibus* coævis, reliqua omnia, *Carolum* concernentia, commemorantibus, veroſimilius eſt, *Pipinum*, Principum Parentem, animum quidem habuiſſe, filiis ſuis Principes Francici ſanguinis dandi conjuges, rem autem effectu caruiſſe, Papa interim negotium pro perfecto matrimonio reputante; id quod Gallia ridebat. *Bertam* enim, Principum Matrem, *Carolum*, natu majorem, eo induxiſſe, ut, ſpretis *Stephani* monitionibus, *Deſiderii* filiam in thoro admiſerit, Annalibus Francicis conſentaneum eſt; vid. *Nazarianus* Codex, apud *Freherum*, Tom. 1 *Rer. Franc.*, pag. 87, ad an. 770: *Berta duxit filiam Deſiderii, Regis Langobardorum, in Franciam, &c.* Conf. *Annal. Maſciacenſes*, ap. *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, p. 734, eod. an.; *Adelmus*, ap. *Freherum*, l. c., Tom. 2, p. 388, eod. an.; *Hermannus Contractus*, Edit. Urſtiſ., eod. an., p. 299; Monachus *Herveldenſis*, ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 372, eod. an. Nomen Longobardæ incertum eſt. *Aventinus*, in *Annal. Boic.*, eam *Irmengardim*, vel *Hermengardam* vocat; *Coſmus della Rena*, in Comment. de *Ducibus & Marchionibus Tuſciæ*, dictam putat *Deſideratam*, deceptus verbis *Paſchaſii Ratberti*, in vita S. *Adalhardi*, cap. 7, in *Actis SS. Benedicti, à Dacherio & Mabillonio* compilatis: *Qui* (Adalhardus) *cum eſſet Regali proſapia, Pippini Magni Regis nepos, Caroli conſobrinus Auguſti, inter Palatii tirocinia omni mundi prudentia eruditus, una cum Terrarum Principe Magiſtris adhibitus, elegit magis Juſtitiæ fore & veritatis amicus, quam in illicita conſentire, etiam multis oblectatus blanditiis. Unde factum eſt, cum idem Imperator, Carolus, Deſideratam, Deſiderii, Regis Italorum, filiam, repudiaret, quam ſibi dudum, etiam quorundam Francorum juramentis, pefierat in conjugium, &c.* Vocem: *Deſideratam*, non proprium, ſed adjectivum nomen eſſe, idemque denotare, ac *expetitam*, docet contextus. *Alberico, Monacho trium fontium*, ad ann. 776, p. 112, audit *Sibilla*; ibi: *Ex geſtis Caroli, juxta Alcwinum, cum, Matris hortatu, filiam Deſiderii, Regis Longobardorum, nomine Sibillam, Carolus duxit uxorem, incertum eſt, qua de cauſa, poſt annum, repudiavit, & Hildegardam, de Genere Suevorum, præcipuæ Nobilitatis fœminam, in matrimonium accepit, &c.*; quæ jam an. 770, pag. 105, ſemel poſuit. Juxta *Sigonium*, l. 3 *Regni Ital.*, an. 773, p. 139, & *Baronium*, Tom. IX *Annal.*, ad an. 771, §. 1, pag. 334, fuit ei nomen *Bertha*; quam alii *Theodoram* appellant. Conf. *Vorburgius*, l. c., pag. 14; Clar. Dn. *Eccardus*, in *Genuino Stemmate Deſideriano*, §. VII; Alii. Anno 772 eam fuiſſe repudiatam, qualecunque etiam nomen habuerit, mox dicenda declarabunt.

Novas nuptias contraxit an. 772 cum *Hildegardi*, Alamanna. Teſtis *Theganus*, de *Geſtis Ludovici Pii*, apud *Pithœum*, p. 296: *Imperator ſibi Nobiliſſimi Generis Suevorum puellam, nomine Hiltegardam, quæ erat de Cognatione Gothefridi, Ducis Alamannorum - - - - - in matrimonio aſſumſit, &c.* Clarius loquitur *Adelmus*, ad an. 772, pag. 389: *Carolus Rex repudiavit filiam Deſiderii, Regis Langobardorum, anno, poſtquam eam, Matris hortatu, duxerat Uxorem: & Hildegardem, de Gente Suevorum, præcipuæ Nobilitatis fœminam, in matrimonium accepit, &c.* Corrigendus eſt *Albericus*, pag. 105 annum 770 hoc titulo proferens. Eam anno 783, 30 April. has res reliquiſſe, indicant *Annales Fuldenſes*, h. a: *Hildegarda Regina diem obiit 2 Kal. Maji, &c.* Conf. *Pithœani*, p. 11, ad h. a.; *Reuberiani*, h. a., pag. 24; Auctor *Vitæ Caroli Magni*, ap. *Pithœum*, pag. 246; *Annales Maſciacenſes*, l. c., ad h. a., pag. 735; *Nazariani*, h. a., pag. 88; *Adelmus*, h. a., pag. 394; *Regino*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a., p. 300; *Albericus*, h. a., pag. 118; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 80; *Lambecius*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 9, p. 1005; & alii. *Mariano Scoto*, h. a., pag. 439, placet 2 *Cal. Martii*; *Lambertus Schafnaburgenſis*, h. a., Monachus *Herveldenſis*, h. a., pag. 372, & *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 125, de nudo anno teſtantur. Auctor *Chronici Andegavenſis*, ap. *Labbeum*, l. c., Tom. 1, p. 283, habet *pridie Kal. Maji Anni* 784; *Baronius*, l. c., anno 786, §. 7, pag. 416, in annum 786 prolabitur, Epitaphio defunctæ nitens, ex ruinis Monaſterii S. *Arnulphi* Metenſis eruto, ſibique transmiſſo; inde huc facit Verſus: *Alter ab undecimo rurſum te ſuſtulit annus.* Unde concludendum, eos, per duodecim annos, vitam in conjugio transegiſſe, & conſequenter *Baronium* malè rationes inſtituiſſe. Ejusdem meminit *Lotharius I*, in *Capitulari*, ap. *Goldaſtum*, in *Conſuetudinib. Imper.*, p. 112, art. 14.

Novi matrimonii vinculo ſibi obſtrinxit, eodem anno 783, *Faſtradam*, de qua apud *Adelmum*, h. a., pag. 395: *Reverſus in Franciam duxit uxorem, filiam Radulfi Comitis, Natione Francam, nomine Faſtradam, &c.* locum nuptiarum, *Wormatiam*, deſignat Auctor Vitæ Ejus, apud *Pithœum*, p. 247; add. *Annal. Reuberiani*, h. a., pag. 25; *Pithœani*, h. a., pag. 11; *Fuldenſes*, h. a.; Vetus *Poëta Saxo*, h. a., apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Brunſuic.*, pag. 132; *Regino*, h. a.; *Lambertus*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a.; Monachus *Herveldenſis*, l. c.; *Albertus Stadenſis*, h. a. Soli *Mariano*

Scoto

Digitized by Google

Scoto arridet annus 784. Obiit an. 794, *Francofurti*, tempore laudatiſſimi Concilii, in quo Græcorum Pſeudo-Synodus, quam falsò *Septimam Oecumenicam* vocant, ad ſtabiliendum Imaginum cultum convocata, rejecta eſt; Vid. Auctor *Vitæ Ejus*, apud *Pithœum*, p. 256: *Ibi* (Francofurti) *obiit Faſtrada Regina, & ad S. Albanum ſepulta eſt.* Conf. *Adelmus*, h. a., pag. 401: *Mortua eſt ibi & Faſtrada Regina, & Mogontiaci, apud S. Albanum, ſepulta, &c.*; *Annales Lambeciani*, h. a., lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſ.*, cap. 5, pag. 378; *Poëta Saxo*, l. c., ad h. a., p. 144; *Annales Reuberiani*, h. a., p. 29; *Annales Fuldenſes*, h. a.; *Regino*, h. a.; *Lambertus Schafnaburg.*, h. a.; *Marianus Scotus*, h. a.; *Albericus*, h. a.; Monachus *Herveldenſis*, h. a., pag. 372.

Ultimam Conjugum ſibi legit *Luitgardim*, Alamannam, anno 800 exuvias mortales deponentem. Ita Annales *Lambeciani*, l. c., pag. 381, ad h. a: *Liutgardis, Conjux Domni Regis, ibi* (Turoni) *defuncta eſt, &c.* Sic & *Adelmus*, h. a., pag. 404: *Turonos ad S. Martinum, Orationis cauſa, profectus eſt, moratusque eſt ibi dies aliquot, propter adverſam Liutgardæ Conjugis valetudinem, quæ ibidem & defuncta, & humata eſt, &c.* Eadem habent *Annales Reuberiani*, ad h. a., pag. 32, diem obitus addentes, *Prid. Non. Junias*; *Poëta Saxo*, l. c., ad h. a., pag. 150; *Regino*, h. a.; & *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 301; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 84. Corrigendi hinc *Annales Fuldenſes*, ad h. a., & *Pithœani*, h. a., pag. 16, in quibus, *Luitgardis* loco, *Hyldegardis* occurrit, cum tamen *Hildegardis* jam anno 783, ut modò probavi, ſpiritum emiſerit. Conf. *Lambecius*, l. c., Cap. 9, pag. 1005; *Chronicon Andegavenſe*, ap. *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 283, perperam adhuc ſcribit: Anno 799 *Leutgardis obiit Regina, Secunda Uxor Karoli Magni Imperatoris;* nec enim annus congruit, nec locus inter Conjuges. Conf. de his Reginis *Conradus Urſperg.*, pag. 129.

v. (5) Ex eodem *Eginharti* loco, quem *Conradus Urſperg.*, l. c., pag. 129, repetit, Sylloge liberorum *Caroli* apparet. Nomina hæc ſunt:

(1) *Carolus*, ex *Hiltegardi* natus, Rex Franciæ Orientalis, defunctus 4 Decembr., An. 811. Vid. *Annales Fuldenſes*, ad h. a: *Carlus, qui Imperatoris filius major natu erat, 2 Non. Decemb. obiit, &c.* Annales *Pithœani*, h. a., pag. 23; Auctor *Vitæ Ejus*, apud *Pithœum*, p. 278; *Adelmus*, h. a., pag. 413; *Poëta Saxo*, l. c., ad h. a., pag. 157; *Regino*, h. a.; *Hermannus Contractus*, l. c., ad h. a., pag. 302; Chronicon *Leodienſe*, ad h. a., ap. *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 335; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 132; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 86; Alii, *Sigebertus Gemblacenſis*, & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, p. 155, ponunt annum 810. De liberis Ejus ſcribit *Paulus Warnefridus, in Chronico Metenſium Epiſcoporum*, ap. *Freherum*, T. 1 *Rer. Fran.*, p. 176: *Ibi quoque* (Metis) *& Junioris Regis Karoli duæ nihilominus tumulata ſunt Nata, ſcilicet Adelaid & Hildigard.* Matris autem harum Principum nomen reticetur.

(2) *Pipinus*, Rex Italiæ, ex eadem Matre progenitus, annoque 781 ab *Hadriano*, P. R., baptiſmatis fonte ablutus, teſte *Paulo Warnefrido*, in *Supplemento Hiſt. Longobard.*, ad h. a., ap. *Freherum*, T. 1 *Rer. Franc.*, pag. 179: *Carolus Rex Romam veniens; ibique baptizatus eſt filius Ejus, qui vocabatur Carlomannus, quem Adrianus Papa, mutato nomine, vocavit Pippinum, & unxit Regem ſuper Italiam, fratremque Ejus, Ludowicum, ſuper Aquitaniam, &c.*; quem ſequuntur *Annales Reuberiani*, h. a., p. 23; *Fuldenſes*, h. a.; *Pithœani*, h. a., p. 10; *Lambeciani*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, Cap. 5, pag. 372, & 373; *Bertiniani*, h. a.; Autor Vitæ Ejus, apud *Pithœum*, p. 244; *Adelmus*, h. a., pag. 393; Appendix ad Chronicon *Nibelungi* Comitis, h. a.; *Poëta Saxo*, h. a., pag. 130; *Regino*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 299, & 300; *Lambertus Schafnaburg.*, h. a.; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Otto Friſing.*, lib. 5 *Chron.*, Cap. 28, pag. 114; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 Chron., pag. 453; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 124; Monachus *Herveldenſis*, h. a., apud *Sebardium*, T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 372; *Albertus Stadenſ.*, h. a., pag. 80; *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 133; perperam *Mariano Scoto*, Annaliſta *Tiliano*, & *Alberico*, pag. 117, annum 782 proferentibus. Gravius errat *Sigonius*, lib. 4, de *Regno Italiæ*, ad an. 781, p. m. 149, ſcribendo: *Magna omnium, qui frequentes aderant, approbatione ac lætitia, Pipinum Italiæ, & Ludovicum Aquitaniæ Reges inunxit, & Pipinum alterum, ſacro lavacro tinctum, de fonte ipſo levavit*; quaſi alius fuiſſet *Pipinus*, Rex Italiæ inauguratus, & alius, ſacro lavacro tinctus. Obiit hic Princeps An. 810, 8 Jul. Vid. *Annales Reuberiani*, h. a., pag. 38: *Dum Imperator in memorato loco,* (ubi Allera & Viſurgis conjunguntur) *ſtativa haberet, diverſarum rerum nuncii ad Eum perferuntur .... Pipinum, Regem Italiæ, 8 Id. Jul., de corpore migraſſe, &c.*; conſentientibus *Annal. Fuldenſib.*, h. a.; *Pithœanis*, h. a., pag. 21; *Lambecianis*, lib. 2 *Biblioth. Cæſar.*, Cap. 5, pag. 375; *Adelmo*, h. a., pag. 412; Auctore Vitæ Imperatoris, ap. *Pithœum*, pag. 276; *Reginone*, h. a.; *Poëta Saxone*, h. a., p. 156, & 157; *Hermanno Contracto*, h. a., pag. 302; *Chronographo Saxone*, h. a., pag. 132; *Chronico Andegavenſi*, h. a., ap. *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, pag. 284; *Chronico Leodienſi*, h. a., ibid., pag. 335; *Conrado Urſpergenſi*, h. a., pag. 138; *Alberto Stadenſi*, h. a., pag. 86, &c. *Sigebertus Gemblacenſis*, & *Albericus*, p. 153, perperam id ad an. 809 referunt. Uxor Ejus, *Bertha*, fil. *Wilhelmi*, Tholoſani Comitis, Ducisque Aquitaniæ, enixa eſt (1) *Bernhardum*, An. 813 ab Avo, Imperatore, Italiæ Regem creatum, (2) *Adalaidam*, (3) *Atulam*, (4) *Gundradam*, (5) *Bertaidam*, (6) *Theo-*

deratam; *Bernhardus*, Rex Italiæ, An. 818, juſſu Patrui, Imperatoris, *Ludovici* Pii, oculis & vita privatus, filium reliquit *Pipinum*, qui rurſus tres genuit filios, *Bernhardum*, *Pipinum*, & *Heribertum*, Campaniæ, & Veromandenſium Comitem, qui *Carolum Simplicem*, Galliæ Regem, in cuſtodia tenuit: inſuperque *Rudolphum*, Flandriæ Comitem, interfecit, ab *Alduino*, Satellite *Balduini*, occiſi Patris, viciſſim jugulatus; Pater *Hugonis*, Archi-Epiſcopi Rhemenſis. Quæ Generationes legi poſſunt apud Auctorem *Genealogiæ B. Arnulphi*, edit. *Pithœanæ*, pag. 220; *Reginonem*, ad an. 818; & *Albericum*, *Monachum trium fontium*, ad an. 924, & 930, pag. 260, & 267.

(3) *Ludovicus Pius*, de quo ſuo loco.

(4) *Rotrudis*, Principum horum Germana ſoror, *Conſtantino*, *Græcorum Imperatori*, *deſponſata*, ut *Eginhartus*, in vita *Caroli Magni*, l. c., pag. 439; *Paulus Diaconus*, *Contin. Hiſtoriæ Romanæ Eutropii*, lib. 23, in *Vita Conſtantini & Irenæ*, p. m. 323, & 327, in fine; *Poëta Saxo*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 164; *Annales Pithœani*, an. 786, p. 12; *Albericus*, ad annum 782, p. 117, cujus tamen calculus minus tutus eſt, aliique docent; poſtea verò nupta Cenomannorum Comiti, *Gausberto*, vid. Tom. 1 *Hiſtoriæ Palatinæ Dn. Tolneri*, cap. 5, pag. 162, *Geneal. Majorum Domus*. Ultima fata habuit an. 810, 6 Junii; ita Auctor *Vitæ Caroli*, apud *Pithœum*, p. 275: *Rotrudis*, *filia Imperatoris*, *quæ natu major erat*, 8 *Idus Junii obiit*. Idem aſſerunt *Regino*, h. a.; *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 138; *Albertus Stadenſ.*, h. a., pag. 86; *Albericus*, h. a., p. 154; *Adelmus* vero, p. 412, h. a., ponit 8 *Idus Januarii*; & Auctor *Annalium Fuldenſium*, & *Pithœanorum*, h. a., pag. 21, 8 *Idus Julii*.

(5) *Bertha*, ex eadem *Hildegardi* nata, uxor S. *Angilberti*, Abbatis Centulenſis, Cancellarii *Caroli Magni*, quibus procreatus noſcitur *Nithardus*, Hiſtoricus. Vid. *Pithœus*, p. 433; *Du Freſne*, voc: *Capellanus*, pag. 787. Meminit Ejus donationis Charta, de Villa *Bernogillo*, an. 822, apud *Mabillon*, de *Re Diplom.*, lib. 6, p. 514, ubi: *Berta*, *Magni & Invictiſſimi Imperatoris*, *Caroli*, *Filia*.

(6) *Gisla*, an. 782, juxta *Albericum*, h. a., pag. 117, baptizata, monialis obiit, ultima filiarum *Hildegardis*.

(7) *Thedrada*, ex *Faſtrada*, teſte *Eginharto*, l. c., nata, Abbatiſſa Argentovillana.

(8) *Hildrudis*, ejus germana, l. c., Abbatiſſa Faremonterienſis.

(9) *Rothaidis*, ex pellice, l. c., cujus nomen memoriæ ejus non occurrit. Fuit forte *Himiltrudis* illa, de qua *Paulus Warnefridus*, in *Chronico Epiſcoporum Metenſium*, apud *Freherum*, Tom. 1 *Rer. Franc.*, p. 176: *Habuit tamen*, *ante legale connubium*, *ex Himiltrude*, *Nobili puella*, *filium nomine Pippinum*. Miror, *Eginhartum* tacere hanc amicam, ejusque filium; Quem *Chronogr. Saxo*, ad annum 792, p. m. 127, & *Albericus*, ad h. a., pag. 122, & 123, ob conſpirationem, adverſus Patrem, in Prumienſe Cœnobium detruſum teſtantur. *Rhothaidem* thorum cum Comite quodam, *Roricone*, conſcendiſſe, Recentiores tradunt.

(10) *Rothildis*, ex *Mathalgardi*, pellice, l. c.

(11) *Adeldrudis*, ex *Gerſuinda*, pellice, l. c.

(12) *Drogo*, ex *Regina*, pellice, l. c., Metenſis Præſul conſtitutus, anno 823, teſte Auctore *Vitæ Ludovici Pii*, ad h. a., apud *Pithœum*, pag. 380: *Gundulfo porro*, *Metenſi Epiſcopo*, *eodem tempore defuncto*, *Clerus omnis*, *populusque ejusdem Eccleſiæ*, *veluti uno ſpiritu animati*, *Drogonem*, *Imperatoris fratrem*, *ſub canonico habitu nobiliſſimè viventem*, *ſibi poſcunt dari Sacerdotem*, *mirumque in modum tam Imperatoris*, *quam Procerum Ejus*, *ſed & totius Populi conſenſus*, *quaſi quodam coagulo*, *in unum conjuravit*, *ut omnes id velle*, *nullus nolle reperiretur*. *Ideo Imperator*, *cum ſummo gaudio*, *petitioni Eccleſiæ annuit*, *eique*, *quem petebant*, *Pontificem dedit*, *&c.* Non multo pòſt Sacri Palatii eminentiſſimo *Archi-Capellani* muneri admotus fuit; quo titulo eum dictus Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, l. c., ad annum 839, pag. 424, compellat: *Drogo*, *frater Domini Imperatoris*, *Mettenſis Epiſcopus*, *nec non ſacri Palatii Archicapellanus*, *&c.* Conf. *Nithardus*, lib. 1 *Hiſt.*, apud *Pithœum*, p. 435, & 445; *Annal. Reuberiani*, an. 842, p. 65; *Annal. Pithœam*, an. 839, pag. 36, &c. Intuitu hujus dignitatis eum *Archi-Epiſcopali titulo*, ad obitum usque Imperatoris fratris, fuiſſe uſum, ex Geſtis *Aldrici*, Cenomannenſis Epiſcopi, apud *Baluzium*, lib. 3 *Miſcellan.*, pag. 142, & 143, docet Dn. *Tenzelius*, in *Vindiciis Conring. Cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, cap. 8, §. 12, pag. 187, & 188, &c., ubi de eo plura, ad paginam usque 192. Ejusdem meminit Ipſe *Ludovicus*, Imp., in Diplomatibus ann. 834, & 838; Vid. ſeq. Tit. XIV, §. 7, lit. b, ad hos annos.

(13) *Hugo*, Germanus *Drogonis*, an. 835 factus Abbas S. Quintini. Vid. *Albericus*, h. a., pag. 173, & ad annum 988, pag. m. 29, ubi aſſerit, matrem ejus nupſiſſe poſtea *Roberto forti*, Andegavenſium Marchioni. Mentionem ejus facit *Ludovicus* Imp. ipſe, in diplomate, an. 835, pro Monaſterio *Sithiu* condito, apud *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, p. 613, & *Tenzelium*, l. c., p. 30 Appendicis: *Abundantius credimus oportere ſuggeſtiones dilectiſſimi Fratris Noſtri*, *Hugonis*, *Venerabilis Abbatis*; & paulò poſt: *Quia memoratus dilectus Frater Noſter*, *Hugo*, *Sacri Palatii noſtri Archinotarius*, *& Venerabilis Abba Monaſterii Sithiu*, &c. Conf. ſeq. Tit. XIV, §. 7, lit. b, ad annos 835 ad 840. Add. *Nithardus*, lib. 1 *Hiſt.*, p. 435.

(14) *Theodoricus*, ex *Adelhaida*, pellice. *Eginhartus*, l. c.; *Nithardus*, lib. 1, pag. 435. Datur Ei adhuc alia Amica, mater *Emmæ*, quam *Eginhartum*, Imperatori

Digitized by Google

ratori à Secretis, uxorem duxiſſe ferunt. Vid. Diplomata quædam apud Dn. *Spenerum*, part. ſpec. *Oper. Herald.*, lib. 2, Cap. 23, §. 2, p. 437, &c. Copulationis hiſtoriam recenſet *Chronicon Lauriſhamenſe*, apud *Freherum*, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 62, & 63. Conf. obſcuriori licet ſtylo, *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 826, pag. 170: *Corpora etiam Marcellini & Petri Martyrum, à Roma ſublata, & in Francia tranſlata, multis ſignis clarificata ſunt, quæ, per Einardum, quondam Caroli Magni Clericum, ſui temporis doctiſſimum, in diœceſi Moguntina locata ſunt, ubi Abbatiam, in ſuo territorio, propriis ſumptibus condidit, & ibi etiam ſepultus eſt, & filia Karoli Magni, Emma nomine, &c.* Sine hæſitatione ſcribit *Lambecius*, lib. 2 *Comment. Bibliothec. Cæſar.*, Cap. 5, pag. 263; *Utrumque confirmat Eginhardus, Gener, & Cancellarius ipſius;* (Cæſaris) & rurſus, l. c., pag. 390: *Ut ibi vocatur, Einchardo, Genero Ipſius, & Cancellario, &c.* Contrariæ opinionis eſt Ill: *Conringius*, in Epiſtola ad Sereniſſimum Ducem Brunſuic. & Luneburg., *Chriſtianum Ludovicum*, libello *Taciti*, de *Germanorum Moribus*, præfixa, quæ inter Epiſtolas ejus, an. 1666 *Helmſtadii* excuſas, *ſeptima* eſt, p. m. 35: *Præter hunc, ille Magni Caroli, ut vulgò, perperam tamen, creditur, Gener, Eginhartus, &c.* Re vera nec ego opinor, *Eginhartum*, omnium reliquorum, quæ *Caroli* Poſteritatem tangunt, memorem, tantam gloriam ſilentio fuiſſe præteriturum, ſi certò Filiam Ejus in thoro habuiſſet.

v. (6.) Heroica facta *Magni* nomen Ei conciliaſſe, fatentur omnes. Charta 47 apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Antiquitatum Alamannicarum*. part. 1, pag. 40, ita ſubſcripta eſt: *Facta traditio hæc, in 4 Kal. Jun., 6 feria, anno quinto, regnante Domno noſtro, Carolo Magno, Imperatore, &c.* In alio diplomate ſemet ipſum *Magnum* vocat, ap. *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 196, in *Erdwini Erdmanni Chronico Epiſcoporum Oſnabrugenſium*; ibi: *Magnus, Pacificus, &c.* Sic & Placitum Ejus, de an. 812, adverſus *Tingulfum*, apud *Mabillonium*, lib. 6 de *Re Diplom.*, §. 63, pag. 512: *Karolus; Sereniſſimus Auguſtus, à Deo coronatus, Magnus, Pacificus, &c.;* nec non præceptum, pro *Adalrico* Saxone, de an. 813, ibid., §. 64, pag. 512: *Karolus, Sereniſſimus Auguſtus, à Deo coronatus, Magnus, Pacificus, Romanum gubernans Imperium, &c.* Conf. præced. Tit. 4, §. 3, lit. b, p. 298. Ut animo, ita & corpore eminebat. Teſtis ipſe *Eginhartus*, in Ejus Vita, ap. *Freherum*, pag. 440: *Corpore fuit amplo, atque robuſto, ſtatura eminenti, quæ tamen juſtam non excederet, nam ſeptem ſuorum pedum proceritatem Ejus conſtat habuiſſe figuram: apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis, naſo paululum mediocritatem excedente, canitie pulchra, facie læta & hilari: unde formæ authoritas ac dignitas tam ſtanti, quam ſedenti, adquirebatur. Quamquam cervix obeſa & brevior, venterque projectior videretur, tamen hæc cæterorum membrorum celabat æqualitas: Inceſſu firmo, totaque corporis habitudine virili: Voce clara, &c.* Conf. *Poëta Saxo*, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.* pag. 165; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 813, p. 158, & 159. De linguis, quas calluit, dictum ſupra, præced. § 5, lit. f, p. 414. De reliquis ejus ſtudiis pergit *Eginhartus*, l. c., p. 441: *Artes liberales ſtudioſiſſimè coluit, earumque Doctores plurimum veneratus, magnis afficiebat honoribus. In diſcenda Grammatica, Petrum Piſanum Diaconum, ſenem, audivit; in cæteris diſciplinis, Albinum, cognomento Alcuinum; item Diaconem, de Britannia, Saxonici generis hominem, Virum undecunque doctiſſimum, Præceptorem habuit; apud quem & Rhetoricæ, & Dialecticæ, præcipuè tamen Aſtronomiæ ediſcendæ plurimum & temporis & laboris impertiit. Diſcebat & artem computandi, &, intentione ſagaci, ſyderum curſum curioſiſſimè rimabatur. Tentabat & ſcribere, tabulasque & codicillos ad hoc in lectulo, ſub cervicalibus, circumferre ſolebat, ut, cum vacuum tempus eſſet, manum effigiendis literis aſſuefaceret: ſed parum ſucceſſit labor præpoſterus, ac ſero inchoatus, &c.* Eundem fuiſſe Poëtam, documento eſt Epitaphium metricum, quod *Hadriano* 1, P. R., compoſuit, ſepulchro ipſius, in Baſilica Vaticana D. Petri, inciſum, ap. *Platinam*, in Vita *Hadriani*, p. m. 109, & 110, *Baronium*, Tom. IX *Annal.*, ad an. 795, §. 12, p. m. 490, & *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſ.*, Cap. 5, p. 265, & 266. add. *Poëta Saxo*, l. c., pag. 168.

v. (7.) Quam curam ſacrorum habuerit, docet *Ditmarus*, lib. 7 *Chron Merſburg.*, in fine, p. m. 105: *Anno Dominicæ Incarnationis 800 prædictus Cæſar Carolus, ad ſuæ virtutis & bonæ operationis deaurationem, in una die, octo Epiſcopatus in Saxonia, Chriſto ſubdita, diſpoſitis ſingularibus parochiis, conſtituit.* Nominat eos, poſt *Chronographum Saxonem*, ad an. 781, p. 124, *Albericus*, ad an. 795, pag. 124: *Paderbornenſem, Monaſterienſem, Oſnabrugenſem, Mindenſem, Hildenſemenſem, Halberſtadenſem, Verdenſem*, & *Bremenſem*. Numerum comprobant *Adamus Bremenſis*, lib. 1 *Hiſt. Ecclеſ.*, cap. 9, pag. 12; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slav.*, cap. 3, §. 8, pag. 15; *Ludolphus de Babenberg*, *de Zelo Veterum Principum Germaniæ*, Cap. 9, ap. *Schardium*, *de Juriſdict. Imper.*, p. m. 221; & alii. Autor vero *Fundationis quarundam Saxoniæ Eccleſiarum*, ap. *Meibomium*, Tom. 1 *Rer German.*, p. 555, & 556, *Maderum*, *in Antiquitatib. Brunſuic.*, pag. 160, & 161, & Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 260, producit (1.) an. 772, Epiſcopatum *Oſnabrugenſem*; (2.) an. 777, *Salingeſtedenſem*, nunc *Oſterwieck*, poſtea *Halberſtadium* translatum; (3.) an. 780, *Mindenſem*; (4.) an. 781, *Bremenſem*; (5.) N.; (Secundum exemplar Meibomianum, l. c: Herſtellenſem, nunc Paderbornenſem, an. 780.) (6.) an. 782, *Bardewicenſem*, poſtea *Verdenſem*; (7.) an 783, *Schiderenſem*, nunc *Magdeburgenſem*; (8.) an. 784, *Mimigaffordenſem* in Weſtphalia; (9.) an. 796, *Eltzenſem* nunc

Hildenſemenſem; (10,) an. 811, *Hamburgenſem*. *Henricus Wolterus*, in *Chronico Bremenſi*, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 19, ait, Eum, juxta numerum literarum Alphabeti, in Alamanniæ partibus fundaſſe Eccleſias ſolemnes: In *Chronico Epiſcoporum Hildesheimenſium*, ap. Dn. de *Leibnitz*, l.c., pag. 742, dicitur ſaltem *præordinaſſe futuros Epiſcopatus*, *per loca Patherburne*, *Corbeja*, *Mynden*, *Hildenesheim*, *Herſtelle*, *&c.*; quæ *Chronica Eggehardi*, *Uragienſis Abbatis*, *ad Egbertum*, *Corbejenſem Abbatem*, apud eundem, l.c., pag. 772, confirmant. Alii aliter, de quibus conſulas *Gryphiandrum*, *de Weichbildis*, cap. 29, pag. 72, &c. Diſtinguendum omnino eſt inter Eccleſias, à *Carolo* fundatas, & Epiſcopatus, inde poſtea erectos. Quomodo rem tanti momenti ſilentio prætermiſſet *Eginhartus*, longè minora memoriæ prodens? de reliquis Ejus curis, circa res Eccleſiaſticas, teſtantur *Annales Pithœani*, pag. 249, &c.; *Albericus*, ad an. 790, 793, 807, &c. Conf. ſupr. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 50 ad 53, ubi & Leges, ab Eo latæ; & ſeq. Tit. 15, §. 5, lit. a, ubi dotationes.

v. (8.) Ab eo præclarè geſtis, (quorum ſummam exhibent *Poëta Saxo*, ad an. 814, p. m. 159; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, pag. 454, &c.; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, an. 804, pag. 142; Dn. *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 1, Cap. 2, §. 6, &c., pag. 5, & 6; Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, *Nott. Imper. Enuel.*, lib. 1, cap. 2, §. 249 ad 254, pag. 191, & 192,) annumerandum inſuper, quod, *an.* 768, una-cum fratre, *Carolomanno*, ſolium Francorum conſcenderit, &, ab ejus obitu, an. 771 ſolus Reipublicæ præfuerit; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 768, & 771, pag. 76, & 77;

Anno 772 Bellum Saxonicum inchoaverit, in Francorum gloriam, an. 804 ad finem perductum; Vid. l. c., lit. q, v. 11, & ſeqq., pag. 215, &c.;

Anno 774, debellato captoque *Deſiderio*, Regnum *Longobardicum* in Italia deſtruxerit, ſuique fecerit juris, coronam Ejus, *Modoëtiæ*, imponi ſibi paſſus; Vid. præced. Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 28, pag. 352, & ſeq. Tit. 8, §. 5, lit. g;

Anno 776, victo *Rotgando*, *Forojulienſem* Ducatum occupaverit, interque Comites diſtribuerit; Vid. præced. Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 30, pag. 356;

Anno 778, ſuperatis Pyrenæis ſaltibus, *Pampelona*, *Cæſarauguſta*, *Barcinona*, aliiſque Saracenis Urbibus ereptis, inſuperque eorum Regibus, *Abutauro*, ad dandos fratrem & filium obſides, reddendaſque, quas tenebat, Civitates, adacto, alteroque, *Ainalarabo*, quem alii *Ebilarbum*, vel *Ibinalarbum* vocant, in Franciam in captivitatem abducto, *Hiſpaniam*, *Vaſconiam*, & *Navarram* in deditionem acceperit, redux licet à *Vaſconibus* perfidis magnam cladem paſſus, occiſis, una cum reliquis, *Eggihardo*, Regiæ menſæ propoſito, *Anshelmo*, Palatii Comite, & *Rontlando*, Britannici litoris præfecto; Vid. *Eginhartus*, p. m. 436; *Annales Pithœani*, h. a., pag. 10; *Fuldenſes*, h. a.; *Reuberiani*, h. a.; *Lambeciani*, h. a., lib. 2 *Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, p. 372, §. XI; Auctor *Vitæ Caroli*, apud *Pithœum*, pag. 243; *Adelmus*, ad h. a., apud *Freherum*, pag. 391, & 392; *Regino*, h. a.; *Poëta Saxo*, h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, *Script. Brunſuic.*, pag. 127, & 128; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 299; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Chronicon Maſciacenſe*, h. a., apud *Labbeum*, T. 2 *Biblioth. MS.*, pag. 735; Monachus *Herbeldenſis*, h. a., apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 372; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 123, & 124; *Albericus*, h. a., pag. 114; & recentiores. Fabulas facto miſcet perſonatus *Turpinus*, in *Vita Caroli Magni & Rolandi*, ap. *Reuberum*, pag. 67, &c., ad pag. 85;

Anno 779 *Hildebrandum*, *Spoletanorum* Ducem, ſupplicem venientem, in Ducatu confirmaverit; *Annales Reuberiani*, h. a., pag. 22; *Pithœani*, h. a., pag. 10; *Fuldenſes*, h. a.; *Poëta Saxo*, h. a., pag. 128; *Regino*, h. a; reliqui;

Anno 781 Filios Reges creaverit; Vid. præced. Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 31, pag. 357;

Anno 786 Britannos ciſmarinos, Galliæ incolas, per *Autulfum* Seneſchallum domuerit; *Eginhartus*, l. c.; *Annales Pithœani*, h. a., pag. 11; *Fuldenſes*, h. a.; *Reuberiani*, h. a., pag. 26; *Poëta Saxo*, h. a., pag. 134; *Regino*, h. a.;

Anno eodem *Aragiſum*, *Beneventanorum* Ducem, in ordinem redegerit; Vid. præced. Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 32, pag. 357;

Anno 787 *Taſſilonem*, *Bavariæ* Ducem, ſupplicem venientem, factorumque veniam precantem, acceptis ab eo duodecim obſidibus, præter filium, *Theodonem*, Populoque Terræ per ſacramenta firmato, ſuſceperit, *annoque ſequenti*, in comitiis Ingelheimenſibus, à Bojis, ob concitatos Hunnos, Majeſtatis læſæ damnatum vita donaverit, Ducatu tamen exutum, & una cum filio in monaſterium detruſum, Provinciâ ejus Comitum Regimini commiſſâ; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 788, pag. 77;

Anno 789 *Welatabos*, ſeu *Wilſos*, bellicoſiſſimam & populoſam Sclavorum Gentem, Mariſque Baltici accolas, ad Albim uſque pertingentes, ac, (1) in *Circipanos* (h. e., Wolgaſtenſes, Sundenſes, Deminenſes & Wilſnacenſes; (2) *Kiſſinos*, i. e., Güzovienſes & Gryphiswaldenſes (3) *Rhedarios*, ſive *Riaduros*, i. e., Stolpenſes & Anclamienſes; & (4) *Tollenſes*, h. e., Neubrandenburgenſes, diviſos, ob bellum, *Abotritis*, Francorum olim fœderatis, illatum, una expeditione ita domuerit, ut *Wilzan*, præ ceteris Regulis Nobilitate pariter Generis & ſenectutis auctoritate eminens, datis obſidibus, præſtitoque fidelitatis & obſequii ſacramento, unà cum reliquis ditioni Francorum ſe ſubdiderit; Vid. *Eginhartus*, l c., pag. 437; *Annales Pithœani*, h. a., pag. 12; *Reuberiani*, h. a., pag. 27, &

27, & 28; *Lambeciani*, lib. 2 *Biblioth. Cæſar.*, pag. 373, §. 21; *Fuldenſes*, h. a.; *Maſciacenſes*, h. a., ap. *Labbeum*, T. 2 *Biblioth.* MS., pag. 736; *Adelmus*, h. a., ap. *Freherum*, pag. 398; Autor *Vitæ Caroli Magni*, ap. *Pithæum*, pag. 254, & 255; *Poëta Saxo*, l. c., ad h. a., pag. 138, & 139; *Regino*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 300; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Marianus Scotus*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 126; Monachus *Herveldenſis*, h. a., ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 372; *Albericus*, h. a., pag. 120; *Conradus Urſperg.*, pag. 127; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 83; Conf. *Bangertus*, ad lib. 1 *Helmoldi Chron. Slavor.*, cap. 2, pag. 11;

An. 791, vindicaturus irruptiones, deprædationes & cædes *Hunnorum*, congregato ad Onaſum fl. exercitu, miſſisque, per triduum, ad Deum precibus, cum Francis, Alamannis, & Bajoariis, ex Auſtrali parte Danubii, Saxonibus & Thuringis, per Aquilonarem dicti fluminis ripam, *Theoderici*, Comitis, & *Meginfredi*, Cubicularii, ductu, iter agere juſſis, *Friſonibus*, reliquisque, navibus, eo vectis, Pannoniam ingreſſus ſit, Hunnorumque Caſtella & munitiones, in primis *Comagenum*, (Haimburg) in monte cognominis, igne & ferro, ad Rabum usque fl., vaſtaverit; *Eginhartus*, l. c.; *Annales Pithœani*, h. a., p. 12; *Fuldenſes*, h. a.; *Reuberiani*, h. a., pag. 28; *Maſciacenſes*, h. a., pag. 736; Auctor *Vitæ Caroli Magni*, ap. *Pithœum*, pag. 255; *Adelmus*, h. a., pag. 399; *Poëta Saxo*, h. a., pag. 140; *Regino*, h. a.; Reliqui;

An. 794 Famoſiſſimam Synodum Francofurtenſem habuerit, in qua Græcorum Canones, de *Adorandis Imaginibus*, in nihilum redacti, & *Feliciana* hæreſis damnata; Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, v. 13, pag. 50, & Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 35, pag. 359;

An. 796 Claves Confeſſionis B. Petri, & Vexillum *Romanæ* Urbis, à Papa *Leone*, fuerit conſecutus; Vid. l. c., v. 36, pag. 360;

An. eod., Duce *Pipino* filio, conſperſa *Hunnorum* ſanguine Pannonia, expugnataque eorum munitione *Hringo*, ingentes theſauros reportaverit; bello omni octavo anno ad finem perducto; Vid. *Eginhartus*, l. c.; *Annales Pithœani*, h. a., pag. 14; *Fuldenſes*, h. a.; *Reuberiani*, h. a., pag 30; *Adelmus*, h. a., p. 401, & 402; *Poëta Saxo*, h. a., pag. 145; *Regino*, h. a.; cæteri;

An. 800 Imperator Romanus evaſerit. Vid. ſupr., l. c., v. 37, pag. 361;

An. 804 Bellum Saxonicum terminaverit; Vid. ſupr. Tit. 2, §. 10, lit. q, v. 20, pag. 224;

An. 805, Fortitudine filii, *Caroli*, *Lechonem*, (Lechonem) Bohemorum Slavorum Regem, ob Hunnos, Franciei Imperii clientes, preſſos, debellatum, occiderit; *Eginhartus*, l. c.; *Annal. Pithœani*, h. a., pag. 18; *Reuberiani*, h. a., pag. 34; *Fuldenſes*, h. a.; *Adelmus*, h. a., pag. 407; Auctor *Vitæ Caroli*, ap. *Pithœum*, p. 267; *Poëta Saxo*, h. a., pag. 154; *Regino*, h. a.; Recentiores;

An. 806, Condito teſtamento, Regnum inter filios diviſerit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. D, ad an. 806, pag. 78;

An. eodem, ductu filii, Caroli, *Sorabos*, Sclavorum Gentem, (quo nomine *Bangertus*, ad lib. 1 *Helmoldi Chron. Sclavor.*, Cap. 2, p. 11, Serveſtanos, Luſatos, Miſnenſes, & Lipſienſes intelligit,) interfecto eorum Duce, *Miliduocho*, domuerit; Vid. Auctores modò nominati, ad h. a.; add. *Alcuini* Epiſtola, apud *Wilhelmum Malmesburienſem*, lib. 1, de *Geſtis Anglorum*, cap. 4, p. m. 32: *Rex, cum exercitu ſuo, irruit ſuper Sclavos, eosque ſubegit ſuæ ditioni, &c.*;

An. 808 Filium eundem in *Linones* & *Smeldingos*, quod ad *Godofridum*, Danorum Regem, defeciſſent, armata manu miſerit, agris eorum circumquaque populatis; *Annal. Pithœani*, h. a., pag. 20; *Reuberiani*, h. a., pag. 36; *Fuldenſes*, h. a.; *Adelmus*, h. a., pag. 410; *Poëta Saxo*, h. a., pag 156; *Regino*, h. a.;

An. 811 Transactione, ad fl. *Egdoram*, cum *Hemmingo* Rege, inita, vi cujus modo dictus fluvius limes Imperii, Daniam verſus, conſtitutus eſt, bella cum Danis ruperit; *Annales Pithœani*, h. a., pag. 22; *Reuberiani*, h. a., pag. 38; *Fuldenſes*, h. a.; *Adelmus*, pag. 413; *Regino*, h. a.;

An. eod., & ſequenti 812 pacem firmaverit cum Imperatore Græco; Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, v. 23, pag. 53.

v. (9) Anno tandem 814, Aquisgrani, ex pleuritide decumbens, ætat. 72, 5 Calend. Febr. deceſſit, ibique, in æde D. Virginis Mariæ, terræ mandatus. Tumulo Ejus impoſitum eſt: SUB HOC CONDITORIO SITUM EST CORPUS KAROLI, MAGNI ATQUE ORTHODOXI IMPERATORIS, QUI REGNUM FRANCORUM NOBILITER AMPLIAVIT, ET, PER ANNOS XLVII, FELICITER TENUIT DECESSIT SEPTUAGENARIUS, ANNO DOMINI DCCCXIV, INDICTIONE VII, V KALEND. FEBRUARII. Ita *Eginhartus*, l. c., p. 443. *Annales Pithœani*, h. a., pag. 24, Eum obiiſſe, dicunt, anno ætatis circiter 71, Regni 47, ſubactæque Italiæ 43, Imperii 14. Conf. *Annales Reuberiani*, h. a., pag. 40; *Lambeciani*, l. c., pag. 344, 376, & 930; *Fuldenſes*, h. a.; *Claudius Taurinenſis*, coævus ſcriptor, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, p. 314; Auctor *Vitæ Ejus*, apud *Pithœum*, p. 281, & 282; *Adelmus*, h. a., pag. 415, *Poëta Saxo*, h. a., pag. 169; *Auctor Vitæ Ludovici Pii*, ap. *Pithœum*, p. 358; *Theganus*, de *Geſtis Ludovici Pii*, ibid., p. 299; perſonatus *Turpinus*, in *hiſtoria Caroli Magni & Rolandi*, cap. 32, apud *Reuberum*, p. m. 87; *Chronicon Engoliſmenſe*, h. a., ap. *Labbeum*, l. c., pag. 323; *Ditmarus Merſeburg.*, lib. 4, ap. Ill. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſuic.*, p. 362; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a., pag 302; *Marianus Scotus*, h. a.; Vita *Meinwerci Paderbornenſis*, cap. 2, apud *Surium*, 5 Junii, p. 84; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Otto Friſing.*, lib. 5 *Chron.*, cap. 32, p. 1155; *Gotfridus Viterbienſis*,

enſis, part. 17 *Chron.*, p. 457; *Ethelwerdus*, lib. 3 *Hiſt. Angl.*, h. a., apud *Savile*, pag. 842; *Conradus Urſperg.*, pag. 131; *Chronicon Andegavenſe*, h. a., apud *Labbeum*, l. c., pag. 284; *Lemovicenſe*, h. a., ibidem, p. 333; *Leodienſe*, h. a., ibid., pag. 335; *Metenſe*, h. a., ibid., p. 345; *Remenſe*, h. a., ibid., p. 359; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 133; *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 373; *Annales Hildeshemenſes*, h. a., ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, p. 714; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 87; *Albericus*, h. a., pag. 159; aliique multi. *Regino* contra producit annum 813, quem ſequuntur Auctor *Chronici Andegavenſis*, h. a., apud *Labbeum*, l. c., pag. 280; ut & *Vezeliacenſis*, h. a., ibid., p. 394; nec non Auctor *Vitæ S. Glodeſindis*, l. c., pag. 730; *Arnoldus de Verdala, in Vitis Epiſcopor. Magalonenſ.*, ibid. p. 793; *Chronicon Maſciacenſe*, ibid., Tom. 2, pag. 736; *Chronicon Epiſcoporum Hildeshemenſium*, h. a., ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 742; & alii. Auctor Vitæ *S. Huberti Leodienſis*, cap. 21, apud *Surium*, 3 *Novemb.*, p. 19, ponit annum 811, errore manifeſto. Sepulchrum Ejus ab *Ottone III* demum fuiſſe repertum, docent *Ademarus*, monachus *S. Eparchii*, ap. *Labbeum*, l. c., Tom. 2, p. 169; *Ditmarus Merſburgicus*, lib. 4 *Chron.*, pag. m. 44, & ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 357; *Lambertus*, ad an. 1000; *Monachus Herveldenſis*, l. c., ad an. 1000, p. 376; *Annales Hildeshemenſes*, l. c., pag. 721; *Siffridus*, Presbyter *Miſnenſis*, ad annum 1000, apud *Piſtorium*, pag. 689; & alii. *Gaufredus*, in *Chronico Voſienſi*, cap. 62, ap. *Labbeum*, l. c., pag. 314, addit, *Fridericum I*, Imp., *oſſa Ejus in capſa aurea, lapidibus infinitis pretii decorata, recondi curaſſe*; quod & *Gobelinus*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 60, ap. *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. Alaman.*, p. 271, affirmat. De Epitaphio adhuc notandum, quod variis ſub formulis occurrat; *Ludov. Guicciardinus*, in *Deſcript. Belgii*, p. 514, ait: *Epitaphium tumulo Ejus marmoreo, ſine alia pompa, inſcriptum, ecce iſtud*: CAROLI MAGNI, CHRISTIANISSIMI ROMANORUM IMPERATORIS, CORPUS HOC CONDITUM EST SEPULCHRO. Conf. *Lambecius*, lib. 3 *Biblioth. Cæſar.*, p. 339, & 340; Aliud exhibet *Cranzius*, lib. 1 *Metropol.*, cap. 18, pag. 15; Aliud *Wimphelingus*, *Epitom. Rer. German.*, cap. 10, apud *Schardium*, l. c., pag. 174; aliud *Henricus Bebelius*, in Oratione, qua probare conatur, *Romanorum Imperatorem jure Chriſtianiſſimum eſſe dicendum*, ibid. p. 116; aliud Auctor *der gründlichen Antwort auf der Alten Religion zugethanen Stande* Fundamenta, &c., art. 16, apud *Fritſchium*, Addit: ad *Limnæi Jus Publ.*, lib. 1, cap. 13, p. 66; & aliud *Nathan Chytræus*, in *Deliciis Variorum itinerum in Europa*, pag. 348. Conf. *Vorburg.*, Vol. X *Hiſtor.*, ad an. 814, p. 400; Dn. *Tenzel*, *Vindic. Conring. pro Cenſura Lindavienſ. Diplom.*, Cap. IX, §. 7, pag. 200. Nec tamen Ejus oſſa omnia Aquisgrani quieſcere, innuit elenchus *Reliquiarum Walckenredenſium*, in Dn. *Leuckfeldi Antiquitatibus Walckenredenſibus*, cap. 14, pag. 286, §. 6; ibi: *Kayſers Carols lincker Arm*; & l. c., §. 16: *Kayſers Caroli rechter Arm*; & p. 287, §. 20: *Kayſers Caroli Haupt*.

(2) LUDOVICUS PIUS.

v. (1.) Natus eſt, Patre *Carolo Magno*, & *Hildegardi* Matre, anno 778. Vid. Auctor *Vitæ Ejus*, apud *Pithæum*, p. 339; *Chronicon S. Martini Maſciacenſis*, h. a., apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.*, p. 732; *Annales Reuberiani*, ad an. 842, p. m. 66; *Hugo Floriacenſis*, in *Chronico*, apud *Albericum*, *Monachum trium fontium*, h. a., pag. 115, ubi: *Karolus, ab Hiſpania regreſſus, reperit, Conjugem ſuam, Hildegardem, in Villa Regia, quæ vocatur Chaſmogilus, & eſt inter Droth & Varunnam, geminam edidiſſe prolem, quorum unus, antequam naſceretur, interiit, alter vero baptizatus vocatus eſt Ludovicus, &c.* Alii præcedentem malunt, præeunte *Adelmo*, ad an. 777, ap. *Freherum*, p. 391, cujus hæc ſunt verba: *Paſcha* (Rex Carolus) *in Aquitania, apud Caſſinoilum, celebravit. In qua Villa natus eſt Ei filius ex Hildegarde Regina, quem ex ſacro fonte Hludovicum nominaverunt, &c.* Juxta Auctorem *Vitæ Ejus*, ap. *Pithæum*, p. 426, mundum intravit, an. 776; conſtat enim, Eum has res reliquiſſe anno 840; quod, anno ætatis ejus 64, contigiſſe, ibidem dicitur; quibus à 840 ſubtractis, omninò annus 776 remanet.

v. (2.) Primas nuptias celebravit cum *Irmengardi*, *Ingrani*, ſeu *Ingeramni*, Andium Ducis, filia, anno 818, 3 Oct., apud Andegavos, defuncta. Teſtes ſunt *Annales Pithæani*, h. a., pag. 26; *Fuldenſes*, h. a.; *Reuberiani*, h. a.; *Adelmus*, h. a., pag. 419; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 134; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, h. a., pag. 164; *Conradus Urſperg.*, pag 139; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 87; *Mariano Scoto* perperam annum 820 proferente. Parentem Principis vocat Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, ap. *Freherum*, pag. 449, cap. 4, *Nigrannum Comitem, &c.* *Albericus* vero, ad an. 833, p. 172, *Nemericum, S. Guilielmi*, Norbonenſis Provinciæ Ducis, Patrem. (2) an. 819 cum *Juditta*, fil. *Welfi*, Comitis Weingartenſis; Vid. *Annal. Pithæani*, h. a., pag. 25; *Reuberiani*, h. a., pag. 44; *Fuldenſes*, h. a.; *Adelmus*, h. a., p. 420; *Theganus*, de *Geſtis Ludovici Pii*, ap. *Pithæum*, p. 308, qui hæc habet: *Accepit filiam Welfi Ducis, qui erat de Nobiliſſima ſtirpe Bavarorum, & Nomen Virginis Judith, quæ erat, ex parte Matris, Nobiliſſimi Generis Saxonici, eamque Reginam conſtituit; erat enim pulchra valde, &c.*; Auctor *Vitæ* ejusdem Cæſaris, ibid., p. 373; *Chronicon Weingartenſe*, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſ.*, p. 782, & 797; Vita *S. Friderici Ultrajectenſis*, cap. 9, apud *Surium*, 18 Julii, p. 217, cujus Auctor itidem parentem ejus *Guelfum*, *Bavarorum Ducem*, compellat;

Mona-

Digitized by Google

Monachus Herbeldenſis, h. a., apud *Sehardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 372; *Lambertus Schafnaburg.*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 134; *Conradus Urſpergenſ.*, p. 139; *Albertus Stadenſis*, h. a.; Alii. Solus *Marianus Scotus* excurrit in annum 821. Effigiem Ejus exhibet *Bucelinus*, in *Hiſtoria Agilolfingica*, part. 2 *Germaniæ Topo Chrono-Stemmatographicæ*, p. 370. Quam malè *Pippinus*, privignus, eique adhærentes Proceres Principem hanc habuerint, docet *Theganus*, l. c., ad an. 829, p. 310: *Dixerunt, Judith, Reginam, violatam eſſe à quodam Duce Bernhardo, qui erat de ſtirpe Regali, & Domini Imperatoris, ex ſacro fonte baptiſmatis, filius, mentientes omnia, ſuſcipientes Reginam Judith, eamque velantes, & in monaſterium mittentes, & fratres Ejus, Conradum & Rudolfum, tondentes, & in Monaſterium mittentes, &c.*; quæ *Nithardus*, lib. 1 *Hiſtor.*, ap. *Pithœum*, p. 436; Auctor Vitæ *Friderici Ultrajectenſis*, cap. 16, apud *Surium*, l. c., pag. 219; *Annales Reuberiani*, h. a., p. 54; *Agobardus*, cujus verba præced. §. 1, lit d, p. 402, exhibui; Auctor *Vitæ Ludovici Imp.*, apud *Pithœum*, p. 390 ad 392; *Ivo Carnotenſis*, ap. *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Bibliotheca Cæſar.*, cap. 8, pag. 858, aliique confirmant. Eam vero, paulo poſt, ſontibus carcere, vel exilio mulctatis, à marito priſtino ſplendori fuiſſe reſtitutam, ex iisdem diſcendum eſt. Quantum in Imperio valuerit, docet *Agobardus*, l. c. Obiit tandem anno 843; Vid. *Fragmentum Chronici Lemovicenſis*, ad an. hunc, ap. *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, p. 291: *Judith Imperatrix, Karoli Calvi Mater, obiit, apud Beatum ſepulta Martinum Turonis, &c.* Conſentiunt *Chronicon Engoliſmenſe*, h. a., ibid., pag. 324; *Ademar, Monachus S. Eparchii*, h. a., ibid., Tom. 2, p. 161; *Chronicon Malleacenſe*, ibid., pag. 197; *Hermannus Contractus*, h. a., edit. Urſtiſ. pag. 305; & alii. *Albertus Stadenſis*, p. 92, perperam obitum ejus in annum 847, & *Chronographus Saxo*, pag. 138, in annum 848 rejiciunt.

v. (3.) De filiis Ejus, *Lothario* Imp., *Pipino*, Rege Aquitaniæ, & *Ludovico*, Rege Germaniæ, ex *Irmengardi* natis, inquit *Nithardus*, eorum conſobrinus, lib. 1 *Hiſtor.*, apud *Pithœum*, p. 435: *Univerſum Imperium inter eos ita diviſit, ut Pippinus quidem Aquitaniam, Ludhuwicus autem Bajoariam, Lodharius vero, poſt diſceſſum ejus, univerſum Imperium haberet, cui & una ſecum Imperatoris nomen habere conceſſit. Interea Irmengardis, Regina, Materque illorum deceſſit, &c.* Hæc licet ita dicantur, fatentur tamen Annales omnes,

(1) *Lotharium* fuiſſe natu maximum; de quo ſeq. §. 3 plura,

(2) *Pipinus*, natu minor, *Aquitaniæ* Rex conſtitutus à Patre, an. 817, ceu præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, pag. 80, probavi, nuptias contraxit, an. 822, cum *Theotberti*, Matricenſis Comitis filia; ita *Adelmus*, ad h. a., pag. 423: *Pipinum in Aquitaniam ire præcepit, quem tamen prius filiam Teutberti, Comitis Matricenſis, in conjugium fecit accipere, &c.* Conf. *Annales Reuberiani*, h. a., p. 47; *Fuldenſes*, h. a.; *Pithœani*, h. a., p. 28; Auctor *Vitæ Ludovici* Imp., ap. *Pithœum*, p. 378; *Ademar*, l. c., ad h. a., pag. 159; &c. Naturæ Debitum ſolvit an. 838, menſ. Novemb., Pictavis, ap. *S. Radegundem* ſepultus, juxta *Annales Fuldenſes*, h. a., ubi: *Pipinus quoque, filius Ejus*, (Imperatoris) *Rex Aquitaniorum, menſe Novembri ejusdem anni defunctus eſt, &c.* add. *Chronicon Aquitanicum*, h. a., apud *Labbeum*, l. c., Tom. 1, p. 291; *Lemovicenſe*, h. a., ibid., p. 333; & alios. *Annales Pithœani*, pag. 35, ponunt annum 837, & *Reuberiani*, p. 62, annum 839. Sepulturam comprobat *Chronicon Malleacenſe*, ap. *Labbeum*, l. c., Tom. 2, p. 196; Filium, ætate majorem, reliquit *Pipinum*, cujus *Regino*, ad annum 853, hiſce meminit: *Carolus Pipinum, Regem Aquitaniæ, Nepotem ſuum*, (ex fratre Pipino) *ipſis Aquitanis eum prodentibus, eo, quod, pace ſolutâ, eadem Provincia à ſuis indigenis devaſtaretur, & multa illic mala impune patrarentur, cepit, & captum, cum conſilio Epiſcoporum & Procerum, attondit, & habitu monachico indutum Sueſſionis in Monaſterio S. Medardi miſit. Inde, duobus Monachis conſentientibus, ſimul & opem ferentibus, fuga dilapſus eſt; ſed iterum captus Inſula Nectis, caſtro munitiſſimo cuſtodiæ mancipatur - - - - ebrietatibus enim & comeſſationibus die noctuque vacans, ad extremum mente captus, in maniacam incidit paſſionem, & præſentem vitam cum dedecore amiſit, ſucceſſorem relinquens Pipinum filium, &c.* Conf. *Annal. Fuldenſes*, an 851, & *Pithœani*, pag. 47, ad an. 851, ubi: *Pipinus, Rex Aquitaniæ, comprehenſus à ſuis, Carlo Regi cum Regno traditur, effectusque Clericus Sueſſioni in Monaſterio S. Medardi retruditur. Similiter & Carlus, frater Ejus junior, cum de Regno Luthari profectus, fratrem inviſere diſpoſuiſſet, tentus eſt à Comitibus Caroli Regis, &, illo jubente, tonſus, in Corbejenſe Monaſterio miſſus eſt in cuſtodiam, &c.* Carolus hic, *Pipini Senioris* filiorum natu minor, evaſit tandem Archi-Epiſcopus Moguntinus, teſte *Hermanno Contracto*, ad an. 856, p. m. 306: *Moguntiaci Rabano Archi-Epiſcopo defuncto, ſucceſſit Carolus, filius Pipini, Regis Aquitaniæ, &c.* Conf. *Marianus Scotus*, an. 856, & *Albericus*, ann. 851, & 855. Defunctum ſiſtunt *Annales Fuldenſes*, & *Pithœani*, pag. 62, anno 863; *Karlus, Archi-Epiſcopus Mogontiacenſis Eccleſiæ, 2 Non. Junii defunctus eſt.* Conf. *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Marianus Scotus*, h. a.

(3) *Ludovicus Germanicus*, filiorum minimus, ex *Irmengardi natorum*, nomen ſortitus eſt ex diviſione fraterna anni 843, qua ei *Germaniæ Regnum* obtigit. Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 56, & Tit. IV, §. 3, lit. i, p. 304. De Tranſactionibus Ejus cum Fratribus, ſcil. Argento-

gentoratenſi, ann. 842, Verodunenſi, anno 843, Confluentina, ann. 860, Turiſliacenſi, ann. 865, & Procaſpidana, ann. 870, egi ſupra, l. c., pag. 56 ad 59. De obitu, Conjuge, & liberis inquit *Regino*, ad ann. 876: *Ludovicus Rex, apud Frankonefurt Palatium, diem clauſit extremum, quinto Kal. Septemb., - - - - habuit autem hic Glorioſiſſimus Rex, cujus memoria in benedictione eſt, Reginam, nomine* Hemmam, *ſibi in matrimonium junctam, quæ Nobilis genere fuit, ſed, quod magis laudandum, Nobilitate mentis multo præſtantior, ex qua tres filios ſuſcepit, excellentiſſimæ indolis, videlicet* Carolomannum, Ludovicum, *&* Carolum, *qui, felici ſorte, poſt deceſſum Patris, Imperii moderati ſunt gubernacula, &c.* Conf. *Genealogia B. Arnulphi*, apud *Pithœum*, p. 221; *Annal. Pithœani*, ad an. 876, p. 93: *Hemma, Regina, apud Radasbonam, Bajoariæ Civitatem, obiit, ſepultaque eſt in Eccleſia S. Emmerammi Martyris, &c.*; & pag 94: *Hludowicus ægrotare cœpit, &, creſcente quotidie infirmitate, 5 Kal. Septemb. in Palatio Franconofurt diem ultimum clauſit, &c.*; *Annal. Fuldenſes*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 308; *Chronicon Leodienſe*, h. a., ap. *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, p. 336; *Ademarus*, h. a., ibid., Tom. 2, p. 162; *Continuator Aimoini*, lib. 5, h. a., apud *Freherum*, p. 493; *Albericus*, h. a., pag. 204; *Albertus Stadenſis*, h. a.; &c. *Lambertus Schafnab.* verò, *Marianus Scotus*, & Monachus *Herveldenſis*, ap. *Schardium*, l. c., pag. 373, referunt obitum Regis noſtri in annum 875; *Sigebertus* contra in annum 877, & *Chronicon Andegavenſe*, ap. *Labbeum*, l. c., Tom. 1, p. 285, in annum 879. Geſta Ejus illuſtrat, quod ann. 844 Obodritos domuerit, teſtibus *Annalibus Pithœanis*, h. a., pag. 40: *Hludowicus Adobodritos, defectionem molientes, bello perdomuit, occiſo Rege eorum, Gozzomuil, Terramque illorum, & Populum, ſibi divinitus ſubjugatum, per Duces ordinavit.* Conf. *Annal. Fuldenſ.*, h. a.; *Sigebertus*, ad an. 845; *Albericus*, p. 182, ad eundem annum; Annoque 856 Sorabos. Ita enim *Annales Pithœani*, h. a., pag. 52, & *Fuldenſes*, h. a: *Menſe Augusto Hludowicus Rex, collecto exercitu, per Sorabos iter faciens, Ducibus eorum ſibi conjunctis, Dalmatas prælio ſuperat, acceptisque obſidibus, tributarios fecit. Inde, per Boëmanos tranſiens, nonnullos ex eorum Ducibus in deditionem accepit, &c.*; continuato bello ann. 858; Vid. annales cit., h. a. Elogia ejus in compendio exhibent *Annales Metenſes*, & *Regino*, ad annum 876. Filiorum primogenitus, *Carolomannus*, Rex Bavariæ & Italiæ, ad plures abiit an. 880, 22 Mart. Vid. *Annales Pithœani*, h. a., pag. 103: *Karlmannus, frater Hludowici & Karoli, XI Kal. April. obiit, &c.* Idem docent *Annal. Fuldenſ.*, h. a. *Regino*, h. a., ait: *Carolomannus, Rex, paralyſi diſſolutus, diem clauſit extremum VII Nonas Aprilis, ſepultusque eſt cum debito honore in Bajoaria, in loco, qui dicitur Hodingas. Fuit vero iſte Præcellentiſſimus Rex, literis eruditus, Chriſtianæ Religioni deditus, juſtus, pacificus, & omni morum honeſtate decoratus, pulchritudo Ejus corporis inſignis, vires in homine quoque admirabiles fuere, nec inferior animi magnitudine; permulta quippe bella cum Patre, plurima ſine Patre in Regnis Sclavorum geſſit, ſemperque victoriæ triumphum reportavit, terminos Imperii ſui ampliando ferro dilatavit, ſuis mitis, hoſtibus terribilis apparuit, alloquio blandus, humilitate ornatus, in ordinandis Regni negotiis ſingulari ſolertia præditus, ſic, ut prorſus ei nihil deeſſe in Regiæ Majeſtatis competentia videretur. Huic, ex legitimo matrimonio, non eſt nata ſoboles, propter infœcunditatem conjugis, ſed, ex quadam Nobili fœmina, filium elegantiſſimæ ſpeciei ſuſcepit, quem Arnolphum nominari juſſit, &c.* Add. *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 308; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 7, pag. 122; *Gotfridus Viterb.*, part. 17 *Chronic.*, pag 467; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 145; *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 141; *Albericus*, h. a., pag. 211, &c. *Marianus Scotus* vero, & *Sigebertus* proferunt annum 881. Legitima ejus Uxor, *Hildegardis*, obiit jam an. 857, teſte *Chronographo Saxone*, h. a., pag. 140; Amica Ejus, mater *Arnolphi* Imperatoris, *Litowinda* nomen habuit; Vid. infra, *Vit. Arnolfi*, & Dn. *Tenzel*, *Vindic. Conring. pro cenſura Diplomatis Lindavienſis*, cap. 9, §. 13, pag. 220. Apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, pag. 517, & 518, occurrit Diploma quoddam hujus Principis, cujus & *Hundius*, in *Metropoli, in Hiſt. Monaſterii Emmeraniani*, pag. 227, meminit, ita ſubſcriptum: *Datum 3 Non. Decemb., Anno, Chriſto propitio, tertio Domini Karolomanni, Sereniſſimi Regis in Bavaria, & ſecundo in Italia, Indictione XI.* (adeoque an. 878) *Actum Ratesdorf, Curte Regia, in Dei nomine feliciter.* Italiam ſanè, ab obitu patruelis, *Ludovici* 2, Imp., Eum Jure prætendere potuiſſe, in vita *Caroli Calvi*, v. 4, ad an. 875, explicabo. Alter filiorum, *Ludovicus Junior*, Francorum Orientalium & Lotharingorum Rex, *Carolomanno*, fratri, in Bajoaria ſucceſſit; teſtis *Regino*, ad an. 880: *Ludovicus, comperto, quod frater* (Carolomannus) *obiiſſet, Bajoariam ingreſſus, Ratisbonam venit, ubi omnes Optimates Regni, ad Eum confluentes, Ejus ditioni ſe ſubdiderunt. Conceſſit autem idem Rex Arnolpho* (defuncti Carolomanni filio) *Corantanum, quod Ei Pater Jam pridem conceſſerat, in quo ſitum eſt caſtrum munitiſſimum, quod Mosburgk nuncupatur, &c.* conf. *Chronographus Saxo*, ad an. 880; *Marianus Scotus*, an. 881; *Otto Friſing.*, l. c., ad an. 880; *Gotfridus Viterb.*, l. c.; *Albericus*, l. c.; & alii. *Hermannus Contractus* autem, l. c., & *Albertus Stadenſis*, l. c., *Ludovicum*, vivente fratre, *Carolomanno*, Bavariam jam ingreſſum, arbitratur. Victoriam, quam contra Normannos, an. 880, reportavit, exponunt *Annales Pithœani*, h. a., pag. 102, nec non *Fuldenſes*, h. a., & *Regino*, ad an. 879, locum prælii *Thimnin* vocans, juxta *Carbonariam*. Iisdem teſtibus, ſpurius Ejus, *Hugo*, ibidem periit. Quomodo totam Lotharingiam ſui juris fecerit,

alibi

Digitized by Google

alibi commemoravi; Vid. dicti *Annales*, l. c. Sepulchra Patrum ingreſſus eſt, 19 *Nov. an.* 882; Vid. *Annales Pithœani*, h. a., p. 105, & *Fuldenſes*, h. a: *Hludowicus, invaleſcente morbo*, 13 *Kal. Decembr. diem ultimum clauſit*, (Francofurti) *cujus corpus translatum, & in Monaſterio S. Nazarii, quod dicitur Lauresham, juxta Patris ſui tumulum, ſepultus eſt, &c.* Codex Vindobonenſis, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Bibliotheca Cæſar.*, cap. 5, pag. 351, & *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 308, conſtituunt emortualem Ejus diem 13 Kal. Febr. *Regino*, h. a., habet 13 Kal. Septemb. De nudo anno teſtantur *Continuator Aimoini*, lib. 5 *Geſt. Franc.*, cap. 40, ap. *Freherum*, pag. 505; *Chronographus Saxo*, pag. 145; *Conradus Urſperg.*, pag. 141; *Albericus*, pag. 214; *Albertus Stadenſis*, p. 95; & alii. Aſt *Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 1, pag. 336, profert annum 880; *Lemovicenſe*, ibid. pag. 333, annum 881; *Marianus Scotus* 13 Cal. Sept. an. 883, quem & *Chronicon Andegavenſe*, ap. *Labbeum*, l. c., p. 285, laudat. Uxoris Ejus, *Luigarda*, *Ludolphi Magni*, Saxonum Ducis, & Odæ gnatæ, mentio fit in Diplomate *Ottoniano*, de an. 975, in *Syntagmate Henrici Bodonis*, de *Conſtructione Cœnobii Gandeſiani*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 494, & 495. Ejusdem meminit, fatorumque filii cognominis *Regino*, l. c.: *Habuit autem Luidgardam Reginam in matrimonium copulatam, ex qua filium unicum ſuſcepit, quem, nomine ſuo, Ludovicum appellavit. Sed, ut præmiſimus*, (ad an. 880) *poſt obitum fratris*, (Carolomanni) *ad obtinendum Regnum Ejus, Bajoariam ingreſſus, cum Ratisbonæ moraretur, idem puerulus de feneſtra cecidit, &, confractis cervicibus, ſtatim expiravit, quæ non tantum immatura, ſed inhoneſta mors non ſolum Regi & Reginæ, verum etiam omni domui Regiæ maximum luctum ingeſſit, &c.*; nec non *Rhoſwitha*, in Carmine de *Conſtructione Cœnobii Gandeſienſis*, apud Dn. *Leuckfeldum*, de *Antiquit. Gandeſienſib.*, cap. 30, pag. 419, canens:

Ergo Sui natam, Luitgarda nomine dictam,
Nutu Clementis Regis præſtante perennis,
Elegit Clarus Francorum Rex Ludowicus
Regni conſortem ſibimet ſacramque perhennem, &c.

Et *Chronicon Rhythmicum Gandeſienſe*, apud *Leuckfeldum*, cap. 29, p. 368, cap. 10, ubi:

Deſulve Junchiowe was ghehetem Lutgard,
Unde wart mit Eren ghegheven to Wiſe,
Von Franskrike dim Konighe Lodewige.

Conf. ſeq. vita *Ludovici IV*, v. 2, & 3. De Filia pergit *Regino*, ad an. 894: *Hildegardis, filia Ludovici Regis, fratris Carolomanni & Caroli, à quibusdam coram Arnolpho accuſata, Regiis poſſeſſionibus privatur, & privata in exilium deſtinatur, in Monaſterio Puellarum, quod Chemiſſem dicitur: ſed, non multum poſt temporis, in gratiam rediit, & ſua, ex majori parte, recepit, &c.* Principem hunc ſucceſſorem reliquiſſe fratrem, *Carolum Craſſum*, in hujus Imperatoris vita dicam.

De fatis ultimi filiorum *Ludovici Germanici*, modo laudati *Caroli Craſſi*, legas ſeq. §. 7.

Caroli Calvi, *Ludovico Pio & Juditta*, Parentibus, nati, vitam itidem peculiari commentatione, ſuo loco, illuſtrabo.

Filias quoque genuit *Ludovicus Pius* Imp. ex *Irmingardi*, (4) *Alpaidem* ſcil. de qua *Annales Hildesheimenſes*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 715: *Biego* (Bego, Com.) *de Amicis Regis, qui & Filiam Imperatoris, nomine Elpheid, duxerat uxorem, eo tempore* (an. 817) *defunctus eſt, &c.* Sororis *Alpaidis*, (5) *Hildegardis*, quam Dn. *Tolnerus*, Cap. 5 *Hiſt. Palat.*, Tab. 2 *Geneal. Majorum Domus*, pag. 162, *Theodorici* Comitis Conjugem vocat, memor eſt *Nithardus*, lib. 3 *Hiſt.*, apud *Pithœum*, pag. 469. Reliquas recenſet Dn. *Tolnerus*, l. c.

v. (4.) *Erat ſtatura mediocri, oculis magnis & claris, vultu lucido, naſo longo & recto, labris non nimis denſis, nec nimis tenuibus, forti pectore, ſcapulis latis, brachiis fortiſſimis, ita ut nullus ei in arcu, vel lancea ſagittando æquiparari poterat; manibus longis, digitis rectis, tibiis longis, & ad menſuram gracilibus, pedibus longis, voce virili, Lingua Græca & Latina valde eruditus; ſed Græcam magis intelligere poterat, quam loqui. Latinam vero ſicut naturalem æqualiter loqui poterat. ---- Erat fortis in membris ſuis, agilis & impiger, tardus ad iraſcendum, facilis ad miſerandum, &c. Omnibus moribus bonis ſemper ornatus, in tantum largus, ut antea nec in antiquis Libris, nec in modernis temporibus auditum eſt, ut Villas Regias, quæ erant ſui & Avi, & Tritavi, Fidelibus ſuis tradidit eas in Poſſeſſiones ſempiternas, & præcepta conſtruxit, & annuli ſui impreſſione, cum ſuſcriptione, manu propria, roboravit, &c.* Hæc *Theganus*, in Ipſius Vita, apud *Pithœum*, p. 303, & 304. De Conſtitutionibus Ejus dictum aliquid præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 54. Donationes ad pias cauſas, ſeq. Tit. XV, §. 5, lit. a, exponam. Quoad reliqua Geſta, juxta annorum ſeriem:

An. 813 conſors Imperii Paterni lectus, defuncto, an. 814, Genitori ſucceſſit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 813, & 814, p. 79.

An. 814 *Saxonibus, atque Friſonibus jus paternæ hæreditatis, quod, ſub Patre, ob perfidiam legaliter perdiderant, Imperatoria Clementia reſtituit.* Ita Auctor *Vitæ Ludovici*, apud *Pithœum*, h. a., pag. 362, & apud *Freherum*, pag. 457.

An. 816 à *Stephano*, P. R., *Remis* unctus Imperator, ejusque Conjux, *Irmengardis* coronata Auguſta. Vid. *Annal. Pithœani*, h. a., pag. 25; *Theganus*, ibid., p. 303; Auctor Vitæ Ejus, ibid., pag. 365, & 366; *Annal. Reuberiani*, h. a., pag. 42; & *Fuldenſes*, h. a.; *Adelmus*, h. a., ap. *Freherum*, pag. 417; *Hermannus Contractus*, h. a.,

pag. 303; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Albericus*, h. a., pag. 162; &c. *Marianus Scotus* inſeribit inaugurationes has an. 817. Factum confirmant *Otto Friſing.*, lib. 5 *Chron.*, cap. 33, pag. 55, & *Gotfridus Viterb.*, part. 17 *Chron.*, pag. 462.

An. eod. Rebelles *Sorabos* domat. Vid. Auctor *Vitæ Ejus*, apud *Pithœum*, p. 364.

An. 817, in prudentiæ regulas peccans, *Merovingorum* Regum, & Parentis exemplo ſeductus, Regnum inter filios, *Lotharium*, *Pipinum*, & *Ludovicum*, partitur; natu majorem Imperii ſocium; minorem *Aquitaniæ*, & minimum *Bajoariæ* Reges conſtituens. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 817, p. 80.

An. eod. rebelles *Obodritos* compreſſit. Vid. Auctor *Vitæ Ejus*, ap. *Freherum*, pag. 459, & *Pithœum*, pag. 369, &c.

An. 818 *Bernhardum*, nepotem ex fratre *Pipino*, Italiæ Regem, pacis publicæ turbatæ intuitu, Francorum judicio ſiſtit, & à *Bertmundo*, Lugdunenſis Provinciæ Præfecto, oculis privari jubet, tertio die poſt extinctum. Vid. *Annales Pithœani*, h. a., pag. 26; *Theganus*, ibid., pag. 307; *Nithardus*, lib. 1 *Hiſtor.*, ibid., p. 435; *Adelmus*, h. a., ap. *Freherum*, pag. 419; *Annal. Fuldenſ.*, h. a.; *Reuberiani*, h. a., p. 43; *Regino*, h. a.; reliqui. Guido, apud *Albericum*, ad an. 820, pag. 166, addit, Eum quoque amoris, erga *Judittam*, Imperatricem, fuiſſe accuſatum; Facti tamen poſtea *Ludovicum* noſtrum pœnituiſſe, docent *Annales Reuberiani*, pag. 47, ad an. 822; ibi: *Dominus Imperator, conſilio cum Epiſcopis & Optimatibus ſuis habito, fratribus ſuis, quos invitos tonderi juſſit, reconciliatus eſt, & tam de hoc facto, quam & de iis, quæ erga Bernhartum, filium fratris ſui, Pipini, nec non & iis, quæ erga Adelhartum Abbatem, & fratrem Ejus, Walachum, geſta ſunt, publicam confeſſionem fecit, & pœnitentiam egit, &c.* Conf. *Theganus*, l. c.

An. 819 *Sclaomirum*, *Obodritorum* Regem, rebellionis ergo, Aquiſgrani exilio mulctavit, Regnum Ejus *Ceadrago*, *Thraſconis* filio, tradens; Vid. *Adelmus*, h. a.; *Annal. Fuldenſ.*, h. a.; & *Pithœani*, h. a., pag. 26; *Vita Ludovici Pii*, ap. *Pithœum*, p. 372, &c.; Reliqui.

An. eod. *Lupum*, Vaſconiæ Ducem, ob idem crimen, in exilium protruſit; Vid. iidem Auctores.

An. 821 novam Regni diviſionem inter filios inſtituit; de qua vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, pag. 80.

An. eod. Perfidiam dicti *Ceadragi* caſtigaturus, cum *Godefridi*, Danorum Principis, filiis clam adverſus Cæſarem conſpirantis, eo pulſo, *Sclaomirum* in integrum reſtituit; Vid. *Adelmus*, h. a., apud. *Freherum*, pag. 422; *Annales Pithœani*, h. a., pag. 28; & *Reuberiani*, h. a., pag. 46.

An. 824, miſſo *Lothario*, filio, Romam, ad faciendas juſtitias, ipſe, ad dandos obſides, *Britanniam* ciſmarinam, *Murmanno* Duce occiſo, ferro & igne adigit *Annal. Pithœani*, h. a., pag. 29, & 30; *Theganus*, l. c., pag. 308; *Adelmus*, h. a., pag. 426; *Annal. Reuberiani*, h. a., pag. 49; *Annal. Fuldenſes*, h. a.; alii. Conf. præced. pag. 55.

An. 826 *Harioldum*, ſeu *Haraldum*, Daniæ Regem, ad Chriſtiana ſacra ducit, Moguntiæque baptiſmatis fonte ablutum, in ſpiritualem filium adoptat. Eique in Patriam remiſſo *S. Autbertum*, ad convertendos ſubditos, ſocium adjungit; in caſum inſuper, quo Regno exueretur à Gentilitate, Comitatu *Ruſtriæ*, ſeu *Ruſtringiæ*, in Friſia, Eum donat. Vid. *Adelmus*, h. a., pag. 428, & 429; *Annal. Reuberiani*, h. a., p. 51; *Pithœani*, h. a., pag. 31; *Fuldenſes*, h. a.; Auctor *Vitæ Ludovici*, Imp., apud *Pithœum*, pag. 384, & 385; *Vita S. Anſcharii*, cap. 6, ap. *Lambecium*, in calce Libri 1 *Originum Hamburgenſium*, p. m. 55, &c.; *Gualdo Corbejenſis*, in vita ejuſdem *Anſcharii*, cap. 12, & ſeqq., ibid., p. 87, &c.; *Adamus Bremenſis*, lib. 1 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 15, & 16, pag. 17; *Saxo Grammaticus*, lib. IX *Hiſt. Dan.*, p. m. 158; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 303; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 89. Solus *Sigebertus Gemblac.*, & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, pag. 169, ponunt annum 825; *Mariano Scoto* in annum 828 excurrente, dictumque baptiſma *Ingelhemii* peractum dicente, quem locum & apud *Theganum*, l. c., pag. 309, in fine, offendis. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad ann. 826, pag. 81.

Idem circa tempus *S. Anſcharium*, regnante Rege *Berno*, ab Imperatore noſtro in Sueciam, ad convertendos Gentiles, ablegatum fuiſſe, prædictus auctor *Vitæ Anſcharii*, l. c., cap. 8, 9, & 10, pag. 56, & 57, & *Gualdus*, l. c., cap. 22 ad 52, pag. 91, 92, & 93, aſſerunt.

An. 829, in gratiam natu minimi, *Caroli*, Alemanniæ creandi Regis, novam Regni diviſionem inter filios meditatur; de qua relege præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, pag. 81. *Pipinus* inde offenſus, in Patrem, *Compendii* morantem, & novercam, *Judittam*, nec non *Bernhardum* Ducem, quem, ut Auctor *Annalium Pithœanorum*, ad an. 830, pag. 33, habet, rebellantes *in Palatio eſſe noluerunt*, inſurgit. Imperatrix, *Juditta*, in monaſterium detruditur. Imperatori ſpatium deliberandi datum, abjectis armis, comisque reciſis, eodem ſe conferendi; *Heribertus*, *Bernhardi*, fuga ſalutem quærentis, frater, oculorum uſu mulctatus; *Lothario*, *Pipini* fratre, ex Italia redeunte *Compendium*, cuncta probante; Vid. *Annales Reuberiani*, h. a., pag. 54, & auctores reliqui, quos v. 2, ubi *Juditta* fata exponuntur, modò allegavi. Sedatis tamen motibus, ſontes pœnas dabant, Principibus, ex more, in gratiam receptis.

An. 832 iterum de Regno diſponit inter Filios. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, pag. 82. Hinc continuata ſeditione illi ſe contaminantes,

Patrem

Patrem planè, an. 833, ſolio deturbarunt, poſtea licet in integrum reſtitutum; teſtimonia l. c., ad h. a., producuntur.

An. 834, ſolemni diplomate, ſubjicit *Hamburgenſi* Archi-Epiſcopo Septentrionales Populos, quos ne quidem ſub Imperio habuit. Vid. ſeq. Tit. XV, §. 12, voc. *Bremenſis.*

Anno 839 ultima vice Regnum partitur. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, p. 83.

v. (5.) Obiit tandem, anno 840, 20 Junii, Auctore *Nithardo*, ipſius è ſorore Nepote, apud *Pithœum*, pag. 445: *Cumque ſe hæc ita haberent, & Lodharius in Italia, Lodhuwicus trans Renum, & Karolus in Aquitania eſſet, Ludhowicus, Imperator, Paterque illorum, in Inſula quadam juxta Magonciacum, 12 Kal. Julii obiit. Quem Drogo frater, & Epiſcopus, atque Archicapellanus Ejus, Metis, Civitate ſua, apud S. Arnulſum, una cum Epiſcopis, Abbatibus, Comitibusque, congruo honore, ſepulturæ tradidit. Vixit per annos quatuor & ſexaginta. Rexit Aquitaniam, per annos ſeptem & triginta; Imperiale vero nomen, per annos ſeptem & viginti, & per menſes ſex, obtinuit, &c.* Conf. *Annal. Fuldenſ.*, h. a.; Auctor ejus vitæ, ap. *Pithœum*, pag. 426; Auctor vitæ Ejus, apud *Freherum*, pag. 476, cap. 19; *Hermannus Contractus*, h. a., p. 304; *Ademarus, Chron.*, h. a., apud *Labbeum*, T. 2 *Biblioth. MS.*, p. 160; *Chronicon S. Martini Maſciacenſis*, h. a., ibid., pag. 732; *Chronicon Aquitanicum*, h. a., ibid., Tom. 1, p. 291; *Chron. S. Benigni Divionenſis*, h. a., ibid., p. 293; *Engoliſmenſe*, h. a., ibid., pag 324; *Ratpertus*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, Cap. 7, ap. *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Aleman.*, part. 1, pag. 6; *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 373; *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 141; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 90; Ex Recentioribus, *Sigonius*, lib. 4, *de Regno Italiæ*, h. a., pag. 190; *Baronius*, Tom. IX *Annal.*, h. a., §. 9, p. 907; *Lambecius*, in *Breviario Vita S. Anſcharii*, annexo lib. 1 *Originum Hamburg.*, h. a., pag. 33; *Tenzelius*, *Vindic. Conring. cenſura Diplom. Lindav.*, cap. 13, §. 5, p. 305. Alii ponunt 18 Junii ejusdem anni, v. g. *Chronicon S. Albini Andegavenſis*, h. a., apud *Labbeum*, l. c., Tom. 1, p. 280; *Marianus Scotus*, h. a., habet 11 Kal. Junii, i. e. 21 Maji; Auctor *Hiſtoriæ Patriarcharum Bituricenſium*, cap. 44, ap. *Labbeum*, l. c., Tom. 2, p. 65, 12 Kal. Junii, i. e. 20 Maji; & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, h. a., pag. 177, 17 Kal. Julii, i. e. 15 Junii; de ſolo anno teſtantur *Aimoinus*, de *Translatione S. Germani Pariſienſis*, lib. 1, cap. 1, apud *Surium*, 25 Julii, p. 304; *Regino*; *Lambertus Schafnab.*; *Sigebertus Gemblac.*; *Hepidanus*; *Chronographus Saxo*, pag. 137; *Chronicon Lemovicenſe*, ap. *Labbeum*, l. c., Tom. I, pag. 333; *Leodienſe*, ibid., p. 335; *Remenſe*, ibid., pag. 359; *Martinus Polonus*, in ejus vita, p. m. 363; Alii. *Odorannus*, apud *Pithœum*, p. 214, errore manifeſto, id anno 834 inſcribit. In *Annalibus Pithœanis*, pag. 37, occurrit 20 Junii, anno 839; *Chronicon Hildesheimenſe* contrà, apud *Ill. Dn. Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, p. 715, *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 1, p. m. 188, ſcribendo: *Ludovico I defuncto, Lotharius, Primogenitus Ejus, ſolus ſibi Imperium uſurpans, imperavit annis XV, cœpit autem imperare, Anno Domini DCCCXLI, &c.*, & *Vorburgius*, Vol. XI *Hiſtor.*, p. 325, excurrunt in 20 Junii an. 841; ſolus Auctor *Annalium Reuberianorum*, p. 66, dilabitur in 20 Junii an. 842. Epitaphium Ejus, prout *Metis* cernitur, exhibet *Andreas du Cheſne*, Tom 2, p. 320; & paulo aliter *Pithœus*, p. 427; & *Vorburgius*, l. c., p. 325; Conf. *Bœclerus*, de *Rebus Sec. IX, & X*, in Ejus vita, p. 96:

Imperii fulmen, Francorum nobile culmen,
Erutus à Seclo, conditur hoc tumulo,
Rex LODOWICUS, pietatis tantus amicus,
Quod PIUS à Populo dicitur & titulo,
Hildegard Soboles, Karoli Magni pia proles,
In pacis metas colligit hunc pietas.
Rumelicum, Villam, quicquidve refertur ad illam,
Arnulfo Sancte contulit, huicque loco.
Stirps à quo Procerum, Regumque, vel Imperatorum,
Quorum muneribus ſiſtitur ille locus.

Per quadraginta dies ante obitum, excepto SS. Corporis & ſanguinis Chriſti Sacramento, parum vel nihil cibi Eum ſumſiſſe, docent *Annal. Reuberiani*, l. c., pag. 65; *Albericus*, l. c; Auctor *Patriachii Bituricenſis*, loc. cit. Judicium de Eo Clar. Dn. *Schurtzfleiſchii*, de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 25, pag. 14 & 15, ad vivum Eum reſecat.

(3) LOTHARIUS I,

v. (1.) *Ludovici Pii* & *Irmengardis* filiorum natu maximus, (quem *Chronica Regum Francorum*, ap. *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Bibliotheca Cæſarea*, Cap. 5, pag. 394, & Auctor *Translationis S. Juſtini in Novam Corbejam*, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 769, omnem citra rationem, catalogo Imperatorum ejiciunt,) mundum ingreſſus eſt, circa annum 795, obiit enim anno 855, ſexagenarius, teſte Ejus Epitaphio, ſeq. v. 5.

v. (2.) Thorum conſcendit an. 821, cum *Irmengardi*, fil. *Hugonis* Comitis, de qua *Annales Reuberiani*, h. a., pag. 46: *Medio Menſe Octobri Conventus Generalis apud Theodonis Villam, magna Populi Francorum frequentia, celebratur: in quo Lotharius, Primogenitus Imperatoris Ludovici, Irmingardim, Hugonis Comitis filiam, ſolenni more, duxit uxorem, &c.* idem docet *Adelmus*, h. a., ap. *Freherum*, p. 422; Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, ap. *Pithœum*, p. 376; *Nithardus*, lib. 1 *Hiſtor.*, ibid., p. 436; *Annales Pithœani*, h. a., p. 27, & 28; *Annal. Fuldenſes*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 134; *Sigonius*, lib. 4, *de Regno Italiæ*, h. a., pag. 179; &

alii. *Theganus*, ap. *Pithœum*, pag. 308, eam ſolus *Editham* vocat. *Albericus*, ad an. 855, pag. 186, Parentem Ejus Ducem conſtituit; ibi: *Horum trium* (Ludovici 2. Imp., Lotharii, & Caroli) *mater fuit ſecunda Ermengardis, filia cujuſdam Hugonis, Provinciæ Ducis, &c.* Dn. *Tolnerus*, T. 1 *Hiſtor. Palatina*, cap. 5, pag. 162, *Tab. Geneal.* 2 *Majorum Domus Franciæ*, nominat *Hugonem* Auguſtæ Patrem, *Comitem Theonvillanum*. Ad plures abiit hæc Regina an. 851, teſte *Reginone*, h. a.: *Obiit Herimingardis Regina, conjunx Lotharii Imperatoris, venerabilis & Deo acceptabilis Matrona, quæ tres filios Lothario genuit, videlicet Ludovicum, Lotharium, & Carolum, &c.* Conf. *Chronographus Saxo*, an. 850, pag. 138.

v. (3.) Tres Ei fuiſſe Principes, modo dicta probant. Natu majorem.

(1) *Ludovicum* 2, in Imperiali ſolio ſucceſſorem habuit. Vid. Ejus vita.

(2) *Lotharius*, natu minor, ex Paterna diviſione, Anni 855, quam Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 84, tetigi, *Auſtraſiæ* partem, ex Ejus nomine, *Regnum Lotharingicum* dictam, ſortitus, uxorem duxit, an. 856, *Thietbergam*, ſeu *Teutbergam*, *Hugonis*, *ſeu Huciberti* Abbatis, (cui *Lotharius* anno 859, *Reginone*, h. a., *Ottone Friſingenſi*, lib. 6 *Chron.*, c. 2, p. 119, & *Chronographo Saxone*, an. eod., p. 140, teſtibus, Ducatum, *Juram* inter *& montem Jovis*, commiſit,) ſororem; Vid. *Regino*, ad an. 856: *Lotharius Rex Thietbergam, Reginam, ſibi in matrimonium junxit, ex qua conjunctione maxima ruina non illi ſolum, ſed etiam omni Regno Ejus accidit, &c.* Conf. *Chronogr. Saxo*, eod. an., p. 139; amore vero captus *Waldradæ*, *Guntharii*, Colonienſis Archi-Epiſcopi, germanæ, vel, ut *Browerus*, lib. 8 *Annal. Trevirenſ.*, an. 860, docet, Neptis, ex ſententia Metenſis Synodi, auctoritate dicti Præſulis, & *Teotgaudi* Trevirenſis, convocatæ, miſit Conjugi, anno 863, repudii libellum, tanquam in germani fratris inceſtuoſo concubitu pollutam, juxta perfidorum teſtium aſſertiones, ſcriptum. Fraude tamen poſtmodum detecta, *Nicolaus* Pontifex, in Lateranenſi Concilio, non ſolum Decreta Metenſia deteſtatus eſt, ſed & *Theotgaudum* & *Guntharium* officiis exuit, eâdem reliquis Præſulibus, qui in divortium conſenſerant, errorem non agnituris, dictatâ pœna. Ipſe Rex minis *Arſenii*, Papalis Nuncii, territus, an. 865, *Waldradæ* conſortio valedixit, & *Thietbergam* iterum admiſit, duodecim ex Optimatibus juramento cuncta firmantibus. Vid. *Hincmari* opuſculum, de *Divortio Lotharii & Thetbergæ*, inter ejus opera, Edit. Pariſ., an. 1615, pag. 293; *Annales Pithœani*, an. 863, 864, & 865, p. 62 ad 72; *Annales Fuldenſes*, an. eisdem; *Regino*, an. 864, 865, & 866 *Anaſtaſius*, Bibliothecarius, in Vita *Nicolai I*, pag. 318, &c.; *Golſcherus*, Monachus *S. Maethiæ* apud Treviros, in *Geſtis Treverorum*, cap. 41, Tom. 1 *Acceſſ. Hiſtoricarum* Illuſtr. Dn. *Leibnitii*, pag. 55, &c.; *Hermannus Contractus*, ad an. 862 ad 865, pag. 306, & 307; *Marianus Scotus*, an. 864, &c.; *Sigebertus Gemblac.*, an. 862 ad 864; *Chronographus Saxo*, ad an. 865 ad 867, pag. 141, & 142; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 3, p. 119, & 120; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. 464; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ann. 861 ad 863, p. 190 ad 192; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 42, p. 243; *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 2, p. 188; *Sigonius*, lib. 5, de *Regno Italiæ*, ann. 863, 864, & 866, p. 207 ad 210; *Baronius*, Tom. X Annal., ad an. 863, §. 22, &c., pag. 238, &c., & an. 865, §. 60, &c., p. 297, &c.; *Vorburgius*, Vol. XII *Hiſtor.*, an. 862 ad 865, p. 185, &c.; *Goldaſtus*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, p. 286, &c.; Alii. Enimvero *Hluthartus Rex promiſſionem ſuam, quam, ſuper Theutpergam Reginam, Legato pollicitus eſt Apoſtolico, irritam ducens, atque juramentum Optimatum ſuorum flocci pendens, iterum Waldradam, ab Italia revocatam, ſe clanculo ſociavit, &c.* Hæc *Annales Pithœani*, ad an. 867, pag. 72; qui an. 868, pag. 73, pergunt: *Hluthartus Rex Romam profectus, ſummo ſtudio niſus eſt Waldradam, cum conſenſu & favore Nicholai Pontificis, ſibi matrimonio conjungere; ſed eum jam defunctum reperiens, in Beneventum, ad fratrem ſuum, Hludowicum, perrexit, &, hujus copulæ fautorem illum fore, poſtulavit, apud Adrianum, qui Nicholao in Pontificatu ſucceſſit; ſed petitionis effectum minimè conſecutus eſt.* Conf. *Annal. Fuldenſ.*, ad eosd. annos, & cæteri modò allegati. Anno tandem 869 Romam adiit, & ab *Hadriano* Pontifice ſplendide exceptus, ad aram, ſanctiſſimum Salvatoris corpus & ſanguinem ſumendo, ſpopondit, ſe nullam poſthac rem cum *Waldrada* habiturum. Aſt *Roma egreſſus, morbo corripitur, & Placentiam Civitatem perveniens, diem clauſit extremum*, 6 *Id. Auguſti, &c.* Ita *Regino*, ad h. a.; conf. *Annal. Pithœani*, h. a., pag. 75; & *Fuldenſes*, h. a.; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 307; *Chronicon Leodienſe*, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.* MS., p. 336; *Metenſe*, h. a., ibid., p. 345; *Malleacenſe*, h. a., ibid., Tom. 2, pag. 199; In *Andegavenſi* verò, ibid., Tom. I, p. 285, ponitur Annus 868; *Marianus Scotus* contrà, *Sigebertus Gemblac.*, *Chronographus Saxo*, pag. 143, *Albericus*, pag. 197, *Albertus Stadenſis*, pag. 94, aliique, Eum obiiſſe, arbitrantur, anno 870. Reliquit, ex *Waldrada*, (1) *Hugonem*, de quo *Annales Bertiniani*, ad an. 868: *Lotharius, ſuſpectum habens Carolum, ad Ludovicum revertentem, à Mettis Civitate verſus Franconofurd pergit, & cum eo, pridem ſibi ſatis adverſo, ſe pacificat, Filioque ſuo, de Waldrada, Hugoni, Ducatum Elizatium donat, Eumque Hludowico commendat, &c.* Vid. *Obrecht*, *Prodrom. Rer. Alſat.*, cap. 6, pag. 57; & Annales *Fuldenſes Freheriani*, ad an. 879, p. m. 43: *Hugo, Hluthartii, ex Waldrada, filius, tyrannidem in Gallia exercebat; contra quem* Rex

Rex quoſdam fideles ſuos deſtinavit, ut eum inde expellerent, &c.; Quæ ad an. 880 repetuntur; & ad ann. 881: *Rex, poſt Paſcha, in Galliam profectus, Hugonem, Hlutharii, ex Waldrata, Filium, ad ſe venientem, in ſuum ſuſcepit Dominium,* (hominium) *& ei Abbatias, & Comitatus in beneficium dedit, ut Ei fidem ſervaret. Sed ille, pravorum uſus conſilio, fidem mentitus, Regi moleſtus efficitur. Qu. propter Regis exercitus illum perſequens in Burgundiam fugere compulit, &c.* Totidem verbis confirmant hæc *Annales Pithœani*, ad an. 879, pag. 102, & an. 881, pag. 104; conf. *Aimoinus*, lib. V, de *Geſtis Francorum*, cap. 39, apud *Freberum*, Tom. 2 *Rer. Francic.*, pag. 503. Affinem *Theobaldum*, ex Burgundiæ Dynaſtis, Eum copiis ſuis præfeciſſe, eorundem Annalium *Freberianorum* fide probatur, ad an. 880, ubi: *Hludowicus, mediante Menſe Auguſto, apud Wormatiam, cum ſuis colloquium habuit, & quoſdam ex Fidelibus ſuis - - - contra Hugonem, tyrannidem exercentem, in Galliam deſtinavit. Heinricus vero, & Adalbertus, & cæteri, qui cum eis erant, cum Thiotbaldo, Principe Militiæ Hugonis, qui robur exercitus ſecum habebat, inire certamen, & ceciderunt multi, ex utraque parte, vulnerati: in quo conflictu Heinricus cruentam obtinuit victoriam, &c.* Idem dicunt *Annales Pithœani*, h. a., pag. 103; nec non *Aimoinus*, l. c., cap. 40, p. m. 504: *Carolus, à Longobardia rediens, illuc* (ad Placitum, apud Gundolfi Villam) *venit. In quo Placito communi conſenſu inventum eſt, ut Ipſi Reges, Ludovici quondam Filii, ad Attiniacum redirent, cum Scara Ludovici, Germaniæ Regis, & Hugonem, Lotharii Junioris filium, impeterent. Quo venientes, quia Hugonem non invenerunt, ſororium illius, Theobaldum, bello aggreſſi ſunt; &, multis interfectis, eum in fugam verterunt, &c.* Pergit autem de *Hugone Aimoinus*, l. c., cap. 41, pag. 506: *Carolus Hugoni, Lotharii Junioris Filio, facultates Eccleſiaſticas Mettenſis Epiſcopii, quas ſacri Canones futuro Epiſcopo reſervari præcipiunt, ad conſumendum commiſit, &c.* Ejusdem meminit *Regino*, ad an. 883: *Hugo, filius Lotharii, in ſpem recuperandi Paterni Regni, ab aliquibus diſcordiarum ac litium ſectatoribus, introducitur, omnesque, qui juſtitiam & pacem execrabantur, ad eum confluxerunt, &c.*: & ad an. 885: *Hugo, rebellare diſponens contra Imperatorem, Legatos* ad *Godefridum, in Friſiam, occulte dirigit, eò, quod illi eſſet affinitate conjunctus, propter ſororem, quam in conjugium acceperat, hortaturque, ut in Patriam mitteret, auxiliorum validam manum undique contraheret, & cum omnibus viribus ſibi opem ferret, quatinus Regnum Paternum evindicare armis poſſet: Et, ſi id, ejus induſtria, virtutisque ſuffragio, proſperitatis effectum obtineret, medietatem ipſius Regni pro munere pollicetur, &c.* De Exitu annectit: *Ab Eberhardo primo percuſſus, & ſatellitibus Heinrici confoſſus Godefridus moritur, omnesque Northmanni, qui in Batua* (Inſ. Betuwe) *reperti ſunt, trucidantur. Non multis poſt interpoſitis diebus, Hugo, ejusdem Heinrici conſilio, ad Gundulfi Villam promiſſionibus attractus, dolo capitur, &, juſſu Imperatoris, ab eodem Heinrico ei oculi eruuntur, omnesque faventes dehoneſtantur. Poſt hæc in Alemania in Monaſterium S. Galli mittitur, inde poſtea in Patriam revocatur. Noviſſime, temporibus Zundibolchi Regis, in Prumia Monaſterio, manu mea attonſus eſt - - - ubi, non poſt multos annos, moritur, & ſepelitur;* Conf. *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 886. Conjugem Ejus hiſce depingit *Regino*, ad an. 883: *Hugo Witbertum Comitem, qui, ab ineunte ætate, ſibi faverat, interfecit. Paucis deinde interpoſitis diebus, Bernarium, Nobilem Virum, ſibique fideliſſimum, dolo trucidare juſſit, pulchritudine illius captus Uxoris, quam, abſque momento, in matrimonium jungit. Vocabatur autem Mulier Friderach, quæ, antequam Bernario ſociaretur, copulata fuerat Engelranno, Potenti Viro, ex quo filiam peperit, quam poſtmodum Richuinus Comes in conjugium accepit, quam etiam, propter ſtuprum commiſſum, idem Comes decollari juſſit, &c.* (2) *Giſelam*, an. 883, *Godefrido*, Normannorum Regi, de quo modo dictum, nuptam; Vid. *Annales Francorum Lambeciani*, ad an. 883, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, pag. 353: *Gotafrid, Nordmannus, qui ſuperiore anno fuerat baptizatus, cum Hugone, Hlutharii filio, fœdus iniit, ejusque Sororem duxit in conjugium, &c.*; & ad an. 884, p. 354: *Imperator, menſe Majo mediante, Placitum habuit Wormatiæ, & inde tutores partium ſuarum contra Nordmannos deſtinavit. Venit etiam illuc Filia Hluthārii, à Gotafrido, cui tradita fuerat in matrimonium, ad Imperatorem tranſmiſſa, quam Imperator ſecum aliquanto retinuit tempore, & ad maritum redire non permiſit, &c.* Nomen exprimit *Regino*, ad an. 885: *Heinricus Epiſcopum hortatur, ut, die ſubſequenti, Giſlam, Uxorem Godefridi, extra Inſulam* (Bataviæ) *evocaret, &c.*; (ne ſimul, cum Nordmannis, periret) &, poſt eum, *Otto Friſingenſ.*, lib. VI *Chron.*, cap. 8, p. m. 122, & *Godefridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, p. 468; *Sigebertus Gemblacenſ.*, l. c., habet *Gilam.* (3) *Bertham*, laudati *Theobaldi*, Dynaſtæ Burgundici, Conjugem, cujus mentio fit in diplomate ipſius Filii, *Hugonis*, Italiæ Regis, quo, erga *Viennenſem* Allobrogum Eccleſiam, munificum ſe exhibuit, & quidem *pro anima Patris, Theobaldi, Matris Bertæ, & Avi, Lotharii, Regis, &c.* Defuncto *Theobaldo*, conſcenderat torum cum *Adelberto*, Tuſciæ Marchione; mater ex eo facta *Widonis*, Ro-

Digitized by Google

manorum Principis, *Marozia*, Papalis proſtibuli, mariti; *Lamberti*, Tuſciæ Marchionis, quem uterinus frater, *Hugo*, Rex, oculis privabat; & *Ermengarda*, Nobilis ſcorti, *Adelberti*, Eporegiæ Marchionis, conjugis. Teſtes ſunt *Luitprandus*, lib. 1, cap. 10, pag. 99, lib. 3 *Hiſtor.*, cap. 2, p. m. 117, cap. IV, pag. 119, cap. XII, pag. 125, cap. XIII, pag 126; *Sigonius*, lib. 6 *Ital.*, ad an. 917, pag. 250, an. 926, pag. 254, an. 928, pag. 257, &c.; *Onuphrius*, lib. 3 *Principum Romanorum*, pag. 182, &c. *Blondelli Geneal. Franc.*, T. I, XXXI, Epitaphium *Bertæ* reperitur, in Cathedrali *Lucenſium* Eccleſia, hoc tenore:

Hoc tegitur tumulo Comitiſſæ corpus humatum,
Inclyta progenies, Berta, benigna, pia.
Uxor Adelberti, Ducis Italiæ, fuit ipſa,
Regalis Generis quæ fuit omne decus.
Nobilis ex alto Francorum germine Regum,
Carolus Ipſe, Pius Rex, fuit Ejus Avus. (abavus)
Quæ, ſpecie ſpecioſa bona, ſpecioſior actu,
Filia Lotharii, pulchrior ex meritis.
Permanſit felix, lecto dum vixit in iſto;
Non inimicus eam vincere prævaluit.
Conſilio docto moderabat Regmina cuncta,
Semper erat ſecum gratia magna Dei.

(3) *Carolus*, Rex *Provinciæ*, ſeu *Burgundiæ*, natu minimus, eſt idem, cujus anno 860, in transactione Confluentina, mentio fit, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 58. Errat ergò *Regino*, jam ad an. 858 ſcribens: *Carolus Rex, filius Lotharii Imperatoris, moritur, qui Provinciam regebat: & ex Regno, quod tenuerat, facta eſt non modica controverſia inter Lotharium Regem, & avunculum ejus, Carolum, &c.*; &, poſt eum, *Chronographus Saxo*, an. 858, p. 140; In *Chronico Leodienſi*, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 1, pag. 336, refertur ejus obitus in an. 862: *Karolus, filius Lotharii, Rex Burgundiæ, moritur, &c.* Ex *Annalibus Bertinianis* eruit Dn. *Schurtzfleich*, diſſert. de *Regno Auſtraſiæ*, cap. 2, §. 15, pag. 50, annum 863. Conf. *Boeclerus*, *Sec. IX, & X*, pag. 126.

(4) De Filia Ejus, quam Dn. *Tolnerus*, T. 1 *Hiſt. Palat.*, cap. 5, pag. 162, Tab. 2 *Geneal. Majorum Domus*, *Ermengardim* vocat, ſcribit Auctor *Annalium Pithœanorum*, p. 41, ad an. 846: *Giſalbertus*, (Dux Aqvitan.) *Vaſallus Karli, filiam Hluthbarii, Imperatoris, rapuit, & in Aquitaniam profectus, in Conjugem accepit, &c.* Conf. *Annal. Fuldenſes*, h. a.

v. (4.) Inter geſta Ejus referendum, quod, à Patre miſſus,

Anno 824, Jura Cæſarea, *Romæ*, maſculè propugnaverit, vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 55;

Anno 840, elato Parentis funere, impugnans Regni diviſionem, an. 839, (de qua præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 83) juramento licet firmatam, portionibus fratres exuere ſit conatus, *Ludovicum*, Germaniæ Regem, *Bavaria*, & *Carolum Calvum*, Galliæ Regem, ſola *Aquitaniâ* contentos eſſe jubens; quibus contrà euntibus, &, conjunctis conſiliis viribusque, fratris conatus irritos reddi, curantibus, Francorum gloria delenda quaſi apparuit. Horrendum ſanè prœlium erat, quo tres Fratres, anno 841, apud *Fontanitum* (Fontanet) in Autiſſiodorenſi (Auxerre) ſolo, 25 Junii, ſemet ipſos, animoſitate inaudita, conterere viſi ſunt. Scribit diſertè Auctor *Annalium Pithœanorum*, ad h. a., pag. 38: *Cum conveniſſent tres fratres, in Regione Alcedronenſi, juxta Villam Fontinatam, & de partitione Regni concordare non poſſent, renuente Hluthario, qui ſibi Monarchiam vindicabat, ferro decernendum, & Dei judicio cauſam examinandam, decreverunt. Factumque eſt inter Eos, 7 Kal. Julii, prælium ingens, & tanta cædes, ex utraque parte, ut nunquam ætas præſens tantam ſtragem, in Gente Francorum, antea factam meminerit. Et Hlutharius quidem ipſa die ad Aquenſe Palatium revertitur; Hludowicus vero & Carlus Caſtris potiti, collectis ac ſepultis eorum cadaveribus, qui ex ſua parte ceciderant, ab invicem diſcedunt, &, Carlo in Occidentalibus remanente, Hludowicus, quaſi mediante menſe Auguſto, venit ad villam Regiam, quæ vocatur Saltz, &c.* Conf. *Nithardus*, qui ipſe præſens fuit, lib. 2, in fine, & lib. 3 *Hiſtor.*, ap. *Pithœum*, pag. 461, &c.; *Annal. Fuldenſ.*, h. a.; *Regino*, h. a: *Ludovicus & Carolus, indigne ferentes, quod Regno paterno per omnia privati eſſent, exercitum undequaque contrahunt, ac mox fratrem bello aggrediuntur, apud Fontaniacum, in qua pugna ita Francorum vires attenuatæ ſunt, ac famoſa virtus infirmata, ut non modo non ad amplificandos Regni terminos, verum etiam nec ad proprios tuendos in poſterum ſufficerent. Tandem, non ſine gravi diſpendio ſuorum, Carolus & Ludovicus vicerunt, &c.* Add. *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a.; *Marianus Scotus*, h. a.; *Ivo Carnotenſis*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 8, pag. 858, & 859; *Hugo Flaviniacenſis*, in *Chronico Virdunenſi*, h. a., ap. *Labbeum*, Tom. 1 *Bibliotheca MS.*, pag. 120; *Chronicon Andegavenſe*, h. a., ibid., pag. 284; *Aquitanicum*, h. a., ibid., pag. 291; *Divionenſe*, h. a., ibid., p. 293; *Engoliſmenſe*, h. a., ibid., p. 324; *Leodienſe*, h. a., ibid., p. 336; *Metenſe*, h. a., ibidem, pag. 345; *Remenſe*, h. a., ibid., p. 359, & 362; *Vezeliacenſe*, h. a., ibid., p. 394; *Malleacenſe*, h. a., ibid., Tom. 2, pag. 197, & 200; *Ademar.*, h. a., ibid., pag. 160; *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 373; *Conradus Urſpergenſis*, h. a., pag. 141; *Albertus Stadenſ.*, h. a., pag. 91; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 137; Alii. *Chronicon Lemovicenſe* contrà, ap. *Labbeum*, l. c., Tom. I, p. 333. prœlium hoc commiſſum ait

anno

Digitized by Google

anno 840, ab Auctore *Chronici Maſciacenſis*, ibid. T. 2, pag. 736, *Sigeberto Gemblacenſi*, *Alberico*, *Monacho trium ſontium*, pag. 178, Auctore *Annalium Hildeshemenſium*, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 715, aliiſque in annum 842 rejectum. De facto teſtantur *Witichindus* Corbejenſis, lib. 1 Annal., apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 637; *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. 2, de *Geſtis Anglorum*, cap. 2, p. m. 38; Auctor Vitæ *S. Glodeſindis*, ap. *Labbeum*, l. c., Tom. 1, p. 735; &c. Anno 842 *Hludowicus, videns Hlutarium, in priſtina pertinacia perdurantem, nec adhuc velle deſiſtere victum, collecta Orientalium non modica manu, Rhenum tranſiit, Civitates in Occidentali Rheni littore poſitas, quæ partibus Hlutharii favebant, in deditionem accipit, occurritque Ei Carlus, apud Urbem Argentoratum, quæ nunc Strazburgus vocatur: Unde, pari intentione, pergentes, Hlutharium, in Villa Sentiaca morantem, & à ſuis deſertum, in quibus non parum confidebat, fugere compellunt 17 Kal. April. Putantes autem, Eum, ut fama vulgabat, rebus deſperatis, Italiam petere, partem Regni, quam habuit catenus, inter ſe diſpertiunt. Hlutharius vero, collecto fido ſatis exercitu, apud Madasconam, Galliæ Urbem, conſedit. Quem ſecuti Fratres ſui cum jam vidiſſent promtiorem ad faciendam cum Eis pacem, fœdus inire maluerunt, quam diutius contentionibus deſervire, ea tamen conditione, ut, è partibus ſingulorum, quadraginta ex Primoribus electi, in unum convenientes, Regnum æqualiter deſcriberent, quo facilius poſtmodum inter eos pari ſorte divideretur, &c.* Hæc *Annales Pithœani*, h. a., pag. 93, totidemque verbis *Fuldenſes*, h. a. Juxta hæc conventa, Pax quoque ſtabiliebatur inter Fratres *Viroduni*, anno 843, vi cujus, *Lothario*, præter *Auguſti* nomen, dignitatemque, *Italia* Regna, cum ipſa *Romana Urbe*, *Lotharingia* & *Provincia*; *Ludovico Germania*, & *Carolo Calvo Gallia* ceſſerunt, ſeparata ſic, æterno pacto, Germania à Gallia, dataque ſimul Regni Ordinibus anſa, ſpem conatumque altius enitendi, ut, inclinata Carolinæ ſtirpis fortuna, ſuam quisque potentiam augeret. Vid. de memorabili hac Pacificatione, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 56. Errat ergo *Leo Oſtienſis*, lib. 1 *Chron. Caſſin.*, cap. 23, p. m. 153, ſcribens: *Ab hoc Lothario Regnum Francorum diviſum eſt; & Ipſe quidem Aquenſem & Italicum; Ludovicus vero, frater Ejus, Bajoariam: Carlus autem, ex alia Matre genitus, Aquitaniam obtinuit, &c.* Exoptaverat quidem ejusmodi partitionem, ſed, ut vidimus, obtinere non potuit. Conf. *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 1, p. m. 188;

An. 844, filium, *Ludovicum*, Romam miſerit, Cæſarea Jura, in ordinando Pontifice, ſarta tecta ſervatum; Vid. ſupr. l. c. pag. 57;

An. 846 Burgundiones, rebellare molientes, ad deditionem coëgerit; *Herm. Contr.*, h. a., pag. 305;

An. 854 *Eberhardum*, cognomine *Radulſum*, Ducem Fori Julii conſtituerit; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, h. a., pag. 185;

An. 855, Francorum vires, ſuperioribus diviſionibus ſatis jam diſtractas, magis adhuc labefactans, Regnum inter Filios diviſerit, quorum natu major, *Ludovicus*, Imperatoriam dignitatem, cum Italia, *Lotharius*, natu minor, *Auſtraſiam*, inde dictam *Lotharingiam*, & minimus, *Carolus*, *Burgundia*, ſeu *Provinciæ* Regnum obtinuerunt. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 855, pag. 84. Vitandus ergo error *Leonis Oſtienſis*, qui, lib. 1 *Chron. Caſſinenſ.*, cap. 29, p. m. 161, *Carolum*, quem *Carlittum* vocat, *Saxoniam* obtinuiſſe fingit.

v. (5.) Diſpoſitis Regni negotiis, ſive tædio, ſive præteritarum rerum pœnitentia, *Prumenſe* Monaſterium ingreſſus, adhuc eodem anno 855 diem clauſit extremum. Vid. *Annales Pithœani*, h. a., p. 51, & 52: *Hlutharius Imperator, renuncians omnibus, quæ habuit, Prumienſe Monaſterium ingreſſus, effectusque ibi Monachus, VI Kal. Octob. mortalem hominem exuit, & ad vitam perrexit æternam, &c.* Eadem continent *Annales Fuldenſes*, h. a. Epitaphium verò Ejus, hîc ſubjectum, quodque *Rhabanum Maurum*, Archi-Ep. Moguntinum, Virum doctum & coævum, utpote anno ſequenti 856 extinctum, Auctorem habet, *Regino*, h. a., *Hermannus Contractus*, h. a., p. 306, & *Albericus*, *Monachus trium ſontium*, h. a., pag. 185, conſtituunt Ejus emortualem 3 Kal. Octob., adeoquè 29 Sept. Annum comprobant *Lambertus Schafnab.*; *Sigebertus Gemblacenſis*; *Wilhelmus Malmesburienſ.*, lib. 2, de *Geſtis Anglor.*, cap. 2, p. 38; *Conradus Urſperg.*, p. 141; *Monachus Herveldenſis*, apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 373; *Annales Hildeshemenſ.*, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 716; *Chronicon Andegavenſe*, ap. *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 284; *Aquitanicum*, ibid., pag. 292; *Leodienſe*, ibid., p. 336; *Metenſe*, ibid., pag. 345; *Vezeliacenſe*, ibid., p. 395; *S. Maxentii*, vulgò *Malleacenſe*, ibid., Tom. 2, pag. 197; *Albertus Stadenſis*, pag. 92; & Recentiores. *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 2, p. m. 188, malle videtur an. 856, verb: *Migrante ad Dominum Lothario, ſucceſſit in Imperio Ludovicus II, Filius Ejus, qui olim fuerat, à Sergio Papa, in Regem Longobardorum inunctus. Anno autem Domini DCCCLVI, - - - cœpit imperare, &c.* Solus *Ademarus*, Monachus *S. Eparchii*, ap. *Labbeum*, l. c., Tom. 2, p. 162, in annum 859 excurrit; & *Chronicon Engolismenſe*, ibid., Tom. 1, p. 324, majori errore, ad annum 870 refert. Epitaphium, ex *Rhabani Mauri* pervetuſto Poëmatum Codice Bibliothecæ Fuldenſis, ſiſtunt *Vorburgius*, Vol. XI *Hiſtor.*, ad an. 855, p. 561, & *Bœclerus*, de *Rebus Seculi IX, & X*, à Chriſto nato, pag. 97;

Epita-

Epitaphium Hludharii Imperatoris.

Continet hic tumulus memorandi Cæſaris oſſa,
Hlotharii, Magni Principis atque Pii.
Qui Francis, Italis, Romanis præſuit ipſis,
Omnia ſed ſprevit; pauper & hinc abiit.
Nam bis tricenos Monachum ſic attigit annos,
Et ſe mutavit, ac bene poſt obiit.
III Kalend. Octob.

(4) LUDOVICUS 2.

v. (1.) Parentes hujus Principis, *Lotharium* ſcil. Auguſtum, & *Irmengardim*, in vita *Lotharii*, modò laudavi; Nativitatis tempus non reperi. *Bœclerus*, *de Rebus Secul. IX, & X*, pag. 125, ſuſpicatur, illud fuiſſe annum 822, Patre Ejus, anno 821, cum *Irmengardi* celebrante nuptias; Dn. *Tolnerus*, Tom. I *Hiſtor. Palat.*, cap. 5, pag. 162, Tab. 2 *Geneal. Majorum Domus Franciæ*, ponit an. 825; *Chriſtianus Matthiæ*, in *Theatr. Hiſtor.*, p. m. 841, annum 829; alii aliter.

v. (2.) Uxorem duxit *Angilbergam*, cujus *Continuator Aimoini*, lib. 5, de *Geſtis Francorum*, cap. 41, apud *Freherum*, p. 506, hiſce meminit: *Carolus* (Craſſus, Imp.) *Angilbergam, Ludovici, Italiæ Imperatoris, uxorem, quam in Alemanniam traduxerat, per Leudardum Verſellenſem, Joanni Papæ, ſicut petierat, Romam remiſit, &c.* Sic *Leo Oſtienſis*, lib. 1 *Chron. Caſſin.*, cap. 36, p. m. 174, memor Expeditionis noſtri Imperatoris in Italiam, an. 866: *Cum Domna Angelberga, Auguſta, Conjuge ſua, iter arripiens, &c.* *Continuator Eutropii* Eam vocat *Engelbergam*; Vid. ſeq. Vita *Caroli Calvi*, v. 4, ad an. 875; aliis *Ingelbergam*, *Ingelbertam*, & *Angeldrudam* dictam; vid. *Bœclerus*, l. c., pag. 127; *Matthiæ*, l. c., pag. 841, eam *Luitgardæ* nomine compellat, *Eticonis Welphi*, Altorfenſis Comitis, filiam; de qua tamen nec *Weingartenſis Monachus*, in *Chronico de Guelfis*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 797, nec Auctor *Arboris Genealogicæ, membranaceo antiquo Codici Hiſtoriæ de Guelfis Principibus præfixa*, ibid., p. 800, nec *Ladislaus Sundheimius*, Viennenſis Canonicus, de *Familia Welphonum nobiliſſima*, ibid., pag. 801, quicquam annotarunt. Idem interim nomen & Dn. *Schurtzfleiſchius*, de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 50, p. 27, Ei impertit.

v. (3.) Filiam Ejus, *Ermengardim*, nupſiſſe *Boſoni*, Burgundiæ Regi, ex præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 2, 3, & 4, p. 233, 235, & 239, clarum eſt. *Raphaël Volaterranus*, lib. 3 *Commentariorum Urbanorum*, p. m. 42, & filios addit, ſcribens: *Ludovicus 2, vivente Patre, anno 856, Romam profectus, à Sergio Pontifice diadema ſumpſit: filios habuit Carolum & Ludovicum, qui Francis Germaniſque præfuerunt, &c.* poſterioris meminit quoque *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 3, de *Romanis Principibus*, apud *Fridericum Sylburgium*, T. 2 *Hiſt. Roman.*, p. 595: *Quum annum unum & viginti rebus præfuiſſet, moritur, Ludovico filio ſuperſtite, &c.*; nullo vero fundamento aſſertum hoc niti, tacentibus coævis Scriptoribus, rectè monet Clar. Dn. *Schurtzfleiſchius*, l. c.

v. (4.) Perperam Auctor *Chronicorum Regum Francorum*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Vindobon.*, cap. 5, pag. 394, nullam Ejus, inter Imperatores, rationem habet. Vivo Patre jam Imperatorem Eum appellatum, dictum ſupra, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 855, p. 84. De Geſtis Ejus, in genere, inquit *Regino*, ad an. 874: *Fuit iſte Princeps Pius & Miſericors, Juſtitiæ deditus, ſimplicitate purus, Eccleſiarum defenſor, Orphanorum & Pupillorum Pater, eleemoſynarum largus largitor, ſervorum Dei humilis ſervitor, ut juſtitia Ejus maneret in ſeculum ſeculi, & cornu Ejus exaltaretur in Gloria, &c.* Eadem ſuppeditant *Annales Metenſes*, h. a., & *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 144. Soli ferè Italiæ intentus fuit; Vid. *Leo Oſtienſis*, lib. 1 *Chron. Caſſin.*, cap. 29, p. m. 161, cap. 30, pag. 162, cap. 36, pag. 174, &c; *Sigonius*, lib. 5, de *Regno Italiæ*, ad ann. 855, &c., pag. 203, &c. Hinc in *Annalibus Bertinianis*, ad an. 856, &c., *Pithœanis & Fuldenſibus*, an. 875, alibique toties *Rex*, vel *Imperator Italiæ* audit. In ſpecie,

An. 844, ad confirmandam electionem *Sergii*, P. R., à Patre *Romam* miſſus, ab eodem Pontifice *Rex Longobardorum* ungitur. Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 57. Conf. *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 1, pag. 188: *Cum Papa Sergius creatus eſſet Romæ, miſit Ipſe Lotharius filium ſuum Primogenitum, Ludovicum, cum multa comitiva Principum & Prælatorum, ad honorandum Sergium, in ſua electione & conſecratione. Qui ſuſceptus à Summo Pontifice, cum magna gloria, ab eo in Regem Longobardorum inunctus, & coronatus eſt, &c.*

An. 855 Patri *Lothario* in Imperio ſucceſſit. Vid. præced. T. 2, §. 10, lit. D, ad h. a., pag. 84.

An. 860 particeps factus eſt *Confluentinæ* Transactionis, cujus ſupr., Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 58, memini.

An. eod. Ludovicus, Imperator Italiæ, ſuorum factione impetitur, & Ipſe contra eos, ac contra Beneventanos, rapinis atque incendiis, deſævit, &c. Sunt verba *Annalium Bertinianorum*, h. a. Conf. *Leo Oſtienſis*, lib. 1 *Chronici Caſſin.*, cap. 29, p. m. 161.

An. 863 *Carolus, Lotharii Imperatoris filius, & Rex Provinciæ, diu epeleutica* (epileptica) *infirmitate vexatus, moritur. Ludovicus, frater ejus, Italiæ vocatus Imperator, Provinciam venit, &, quos potuit, ipſius Regni Primores ſibi conciliavit. Hoc audito, Lotharius illuc pergit, & mediantibus inter eos domeſticis & amicis*

Digitized by Google

tis illorum Placitum, quo ſimul redeant, & de ipſo Regno apud ſe tractent, Ludovicus Italiam, Hlotharius in Regnum ſuum revertitur, &c. Hæc iidem Annales, h. a. Conf. *Leo Oſtienſis*, l. c., cap. 30, p. 162.

An. 865 una cum fratre *Lothario*, mediante *Arſenio* Epiſcopo, *Nicolai*, P. R., Nuncio, pacem cum *Ludovico* Germanico, Patruo, iniit. vid. *Annal. Pithœani*, h. a, pag. 71, & *Fuldenſes*, h. a.

An. 866, immenſo ſtipatus exercitu, tertiam expeditionem, adverſus Saracenos, in Italiam ſuſcipit. Vid. *Leo Oſtienſis*, l. c., lib. 1, Cap. 36, p. m. 147.

An. 871 *Adalgiſus, Dux Beneventanus, Græcorum perſuaſionibus corruptus, adverſus Ludovicum Imperatorem manum levavit. Etenim, ejus hortatu, plurimæ Civitates Provinciarum, Samnii, Campaniæ, & Lucaniæ, à Ludovico recedentes, Græcorum dominationi ſe ſubdiderunt. Quibus cognitis, Imperator in Provinciam Samnitum exercitum transfert, petiturus harum Provinciarum Caput, Beneventum, ditiſſimam & opulentiſſimam Civitatem. Adalgiſus, adventare exercitum ſentiens, timore perterritus, ad callida argumenta convertitur, & Benevento egreſſus, Imperatori ultro ſe offert; paratum ſe eſſe, & ſemper fuiſſe ad ejus obſequium, profitetur; nunquam defectoribus ſe aſſenſum præbuiſſe, juramento confirmat: Deinde muneribus Regem ſibi conciliat, ac mox in priſtinam recipitur gratiam. Imperator in Campaniam & Lucaniam, ad Civitates, quæ defecerant, copias transponit, quas, abſque difficultate, in deditionem recepit, &c.* Hæc *Regino*, h. a. Enimvero, *Adalgiſo*, novo perfidiæ & rebellionis edito, *Beneventi*, ſpecimine, Imperatorem, nihil mali ſuſpicantem, ad juramentum adigente, nunquam poſthac Beneventanorum fines ſe ingreſſurum, an. 872 *Ludovicus Imperator Romam venit, ibique Conventum celebrans, coram Summo Pontifice, multa ſuper Adalgiſi tyrannide conqueſtus eſt. Tunc à Senatu Romanorum idem Adalgiſus tyrannus atque hoſtis Reipublicæ declaratur, bellum etiam adverſus Eum decernitur. Joannes Papa Imperatorem à juramento, quo ſe obligaverat, authoritate Dei, & S. Petri, abſolvit, adfirmans, nihil obeſſe, quod, ob mortis periculum evadendum, coactus fecerat, nec ſacramentum eſſe dicendum, quod contra ſalutem Reipublicæ, quamvis cum multis execrationibus, fuerit prolatum. His exhortationibus Principis animus ad rediviva certamina provocatur, tamen, ne à ſuis perjurus diceretur, nequaquam ipſe contra tyrannum procedit, ſed Reginam cum exercitu dirigit.* Hæc iterum *Regino*, ad an. 872, addens, *Adalgiſum*, metu perterritum, in *Corſicam* Inſ. aufugiſſe; Idem docent *Annales Metenſes*, an. 872; nec non *Pithœani*, an. 871, pag. 81, &c.; & *Fuldenſes*, eod. an.; *Herman. Contract.*, an. 871, p. 307; *Marianus Scotus*, an. 873; *Sigebertus*, an. eod.; *Chronographus Saxo*, eod. an., pag. 144; *Albericus*, eod. anno, p. 200, & 201, &c.

v. (5.) Anno tandem 874 *Ludovicus Imperator, qui Italiæ Regnum regebat, moritur, &c.* ita *Regino*, h. a.; Conf. *Annales Metenſes*, h. a.; *Marianus Scotus*, h. a; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 6, pag. 121; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, p. 466; *Albericus*, h. a., p. 202; Alii. Sequentem vero annum 875, hoc titulo, proferunt *Annales Fuldenſes*, h. a., ubi: *Hludowicus, Italiæ Imperator, obiit, cujus corpus translatum Mediolani in Baſilica S. Ambroſii ſepultum eſt, &c.* Ejusdem ſententiæ ſunt *Annales Pithœani*, h. a., pag. 92, cum quo loco conferas emendatiorem, ex MS. Vindobonenſi *Lambecii*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5 pag. 350; *Continuat. Aimoini*, lib. 5, de *Geſtis Francor.*, cap. 32, ap. *Freherum*, pag. 490; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 308; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 144; *Chronicon Metenſe*, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 345; *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 373; *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 141; *Annales Hildesheimenſ.*, h. a., ap. Dn. *Leibnitium*, *de Script. Brunſuic.*, p. 716, & 743; *Albertus Stadenſ.*, h. a., pag. 94; *Sigonius*, lib. 5, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 215, &c. Solus *Sigebertus Gemblac.*, & *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, id in annum 876 rejiciunt; *Antonino Florentino*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 3, p. m. 189, in ſequentem plane 877 procurrente. Epitaphium Ejus, ſepulchro Mediolani inſcriptum, exhibent *Baronius*, T. X *Annal.*, an. 875, §. 1, p. 495; *Andreas Du Chêne*, Tom. 2, p. 399; *Pithœus*, *Rer. Franc.* p. 524, & 525; *Vorburgius*, Vol. XII *Hiſtor.*, ad h a., p. 670; *Bæclerus*, *Hiſt. Seculi IX, & X*, pag. 160, ſic ſe habens:

Hic. cubat. æterni. Hludovicus. Cæſar. honoris.
Æquiparat. cujus. nulla. Thalia. decus.
Nam. ne. prima. dies. Regno. Solioque. vacaret.
Heſperiæ. Genito. Sceptra. reliquit. Avus.
Quam. ſic. Pacifico. ſic. forti. pectore. rexit.
Ut. pueri. brevitas. vinceret. acta. ſenum.
Ingenium. mirer. ne. fidem. cultus. ve. ſacrorum.
Ambigo. Virtutes. an. pietatis. opus.
Hic. ubi. firma. virum. mundo. produxerat. ætas.
Imperii. nomen. ſubdita. Roma. dedit.
Et. Saracenorum. crebras. perpeſſa. ſecures.
Libera. tranquillam. vexit. ut. ante. Togam.
Cæſar. erat. cœlo. Populus. non. Cæſare. dignus.
Compoſuere. brevi. ſtamina. fata. dies.
Nunc. obitum. luges. infelix. Roma. Patroni.
Omne. ſimul. Latium. Gallia. tota. dehinc.
Parcite. nam. vivus. meruit. hæc. præmia. gaudet.
Spiritus. in. cœlis. corporis. extat. honos.

Benevenuto de Rambaldis, in *Libro Auguſtali*, ap. *Freherum*, Tom. 2 *Rer German.*, p. 10, contra ſcribit: *Nihil magnificum gerens, mortuus eſt in Italia, & in Mediolano videtur ſepultus, &c.* Addendum, non ſine fundamento

Digitized by Google

mento queri *Cuſpinianum*, res hujus Imperatoris cum rebus Patrui, *Ludovici Germanici*, à multis confundi; utpote cujus non ſolum liberi Auguſto noſtro adſcribuntur, in quo *Sebaſtianus Franckius*, *Chron. Francofurt.*, p. 207, peccat; ſed hujus quoque Geſta planè ſilentio involvuntur, quod *Lehmannus*, lib. 3 *Chron. Spir.*, cap. 41, facit. Patruelem, *Carolomannum Ludovici Germanici* filium, Bavariæ Regem, heredem Italiæ & imperii ab eo fuiſſe ſcriptum, in vita *Calvi*, v. 4, ad annum 875, monebo.

(5) CAROLUS CALVUS.

v. (1.) *Ludovici Pii* Imperatoris, & *Juditta*, Com. Altorfienſis & Weingartenſis, filius, Princeps noſter, in lucem editus eſt, anno 822, ſi *Alberico*, Monacho trium fontium, ad h. a., pag. 168, & *Chronico Vezeliacenſi*, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, p. 394, fidem adhibeamus. *Bæclerus*, *Hiſt. Seculi IX, & X*, pag. 161, id refert in annum 823, Menſ. Jun.; & *Chronicon Andegavenſe*, ap. *Labbeum*, l. c., pag. 284, in annum 824, quem & *Chronicon S. Martini Maſciacenſis*, ibid., Tom. 2, pag. 732, laudat.

v. (2.) Uxores duas habuit, (1) *Hermintrudim, Ottonis*, ſive *Odonis*, Aureliorum Comitis, filiam, de qua *Nithardus*, lib. 4 *Hiſt.*, ap. *Pithæum*, pag. 486: *Accepit Karolus in conjugio Hirmentrudem, Uodonis & Ingeltrudis filiam, & neptem Adelardi, &c.*, juxta *Albericum*, pag. 209, anno 879 ſepultam: *Mater Ludovici Balbi, uxor Karoli Calvi, Ermentrudis, apud S. Dionyſium ſepulta eſt*; (2) *Richildim, Bovini*, Arduennæ Comitis, gnatam, ſororemque *Boſonis*, Burgundiæ Regis, cujus *Continuator Aimoini*, lib. 5, Cap. 22, apud *Freherum*, pag. 489, ad an. 875, meminit: *Carolus, circa initium Quadrageſimæ, Monaſterium S. Dionyſii adiit, ubi & Paſcha Domini celebravit, & Richildis, Uxor Ejus, noctu ante quartam feriam Paſchæ, abortu filium peperit, qui baptizatus mox obiit, &c.* Unde ſimul patet, *Alberici* calculum, quoad *Hermentrudis* obitum, vitio laborare. Conf. præced. Tit. 2, §. 12, lit h, v. 5, pag. 241.

v. (3.) De Liberis inquiunt *Annales Metenſes*, an. 870: *Per idem tempus Carolus Carlomannum, filium ſuum, oculis privavit. Siquidem prædictus Rex, ex Hirmintrude Regina, tres filios ſuſceperat, Carolum ſcilicet, & Carolomannum, atque Ludovicum. Sed duo ex his infeliciter perierunt: nempe Carolus, levitate juvenili ductus, tentare volens Albuini, fratris Bivini, & Bettonis, audaciam, ac ſæpe laudatam conſtantiam, alium ſe eſſe ſimulans, cum ex venatione, veſpertinis horis, idem Albuinus quadam die reverteretur, ſuper Eum ſolus impetum fecit, velut equum, in quo ſedebat, ablaturus. Ille, alium exiſtimans, quam filium Regis, evaginato gladio, ex adverſo Eum in capite percuſſit, moxque terræ proſtravit. Deinde multis vulneribus confoſſum ſemivivum reliquit, arma pariter & equum ſecum auferens. Debilitatus ergo membris, & vultu deformatus, pauco tempore ſupervixit. Albuinus, cognito, quod Regis filius eſſet, in quem talia exercuerat, celeriter aufugit, mortisque periculum declinavit, &c.* Annexæ ſunt cauſæ *Carolomanni* oculorum uſu mulctati; qui invitus, à Patre, ad Diaconatus officium pertractus, ut Ille nec æmulum experiretur, & regnaret ſecurior, ſtatione deſerta, capitali odio Clericos perſequi cœpit. Quod ipſi erat exitioſum. De *Carolomanno* inquiunt *Annales Pithœani*, an. 873, p. 85: *Karolus, Galliæ Tyrannus, paterna miſeratione depoſita, Karlomannum, filium ſuum, in Diaconatus officio poſitum, excæcari præcepit, &c.* Conf. *Annal. Fuldenſ.*, h. a.; *Regino*, an. 870; *Chronicon Andegavenſe*, ad an. 873, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Bibliothec. MS.*, p. 285; & *Lemovicenſe*, ad eundem annum, ibid., p. 333. Animam efflaſſe hunc Principem, factum Monachum, anno 886, docet *Chron. Andegavenſe*, ad h. a., loc. cit. Omittitur hic *Lotharius*, ex eadem *Hermintrude* progenitus, immatura morte præreptus, nec vitiis, nec virtutibus nobilis. *Richildim* Ei, an. 875, etiam Filium peperiſſe, mox tamen extinctum, auctoritate *Continuatoris Aimoini*, lib. 5, cap. 22, pag. 489, ad h. a., modo probavi. *Juditta*, filiæ, neſcio qua matre natæ, *Adelulfi*, Regis Weſt-Saxonum Conjugis, meminit *Rogerus de Hoveden*, *Annal. Angl.* part. 1, pag. 413, 420, & 421; necnon *Ethelwerdus*, lib. 4 *Chronic. Angl.*, cap. 3, pag. 845, in fine, & 846, ad an. 885. Principem hanc, Rege mortuo, nupſiſſe *Balduino*, Flandriæ Comiti, docet Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.*, Tab. 2 *Geneal. Majorum Domus*, p. 162.

v. (4.) Omittit hunc Imperatorem *Wympfelingus*, in *Epitom. Rer. German.*, Cap. 14, ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 175. In *Annalibus Pithœanis*, ad annum 875, pag. 93, audit *lepore timidior*; conf. *Annal. Fuldenſ.*, h. a., & *Benevenuto de Rambaldis*, lib. *Auguſtal.*, in Ejus vita, ap. *Freherum*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 10. Subinde tamen *Magni* cognomen Eum adhibuiſſe, benè notat *Joachimus Vadianus*, lib. 2, de *collegiis Monaſteriisque Germaniæ*, apud *Goldaſtum*, T. 3 *Rerum Alamannicar.*, p. 53, verbis: *Obſervatumque, tam* (Carolum) *Calvum, quam Craſſum, Magni ſibi cognomen uſurpaſſe: ut plane errent, qui, non ſatis expenſa temporum ſupputatione, repentè ad Carolum, Pipini filium, animum adjiciunt, ubi, publicis in Tabulis, Diplomatibve, Magni cognomen legunt. De Calvo quidem non video dubitari, quin ſe Magnum cognominarit. Craſſi autem Diploma extat Sangalli, nuper à me viſum, in cujus ſigillo plumbeo Ipſe Imperator laureatus cernitur, cum hac inſcriptione: Carolus M. Auguſtus. Et in altera Sigilli parte hæc verba, iiſdem laureo ſertulo incluſa, leguntur: Renovatio Regni Franc. In fine autem*

Digitized by Google

tum Diplomatis hæc verba ſcripta ſunt: ***Data Non. Oct. An. Incarnationis Domini*** DCCCLXXXIII, ***Indictione ſecunda, Anno vero Imperii Domini Caroli, in Italia, III, in Francia, II. Actum Papiæ, in Dei nomine, feliciter.*** Add. *Tenzelius, Vindic. cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis*, cap. IX, §. 13, p. 219. Quomodo dignitatem ſive auctoritatem Regiam in Romam, Urbem, imminuerit, inferius, ad an. 875, monebo. Vitæ Ejus curriculum breviter tale eſt:

An. 829 creatur Rex Alamaniæ, à Patre, vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, h. a., pag. 81.

An. 839 conſtituitur à Parente Rex Galliæ. Vid. ibid., ad h. a., pag. 83.

An. 841 acre prælium, apud *Fontanetum*, committit cum fratre *Lothario*, quem &, an. 842, ulterius perſequitur, ceu in vita *Lotharii* expoſitum.

An. 842 fœdus *Argentorati* pangit cum fratre, *Ludovico*, vid. præc. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 57.

An. 843 tranſigens *Viroduni* cum fratribus, *Lothario*, & *Ludovico*, ſeparato jure Galliam ſortitur. Vid. l. c., pag. 56.

An. eod. *Aquitaniam, quaſi ad partem Regni ſui jure pertinentem, affectans*, ***Pipino***, *nepoti ſuo*, (ex fratre Pipino) *moleſtus efficitur, Eumque crebris incurſionibus infeſtans, grande detrimentum proprii ſæpe, pertulit exercitus, &c.* Ita *Annales Pithœani*, h. a., pag. 40, & *Fuldenſes*, h. a. Conf. *Ademarus*, Monachus *S. Eparchii*, in *Chronico*, h. a., ap. *Labbeum*, Tom. 2 *Bibliothecæ MS.*, pag. 161.

An. 844 *Bernhardum, Barcenonenſem Ducem, incautum, & nihil ab eo mali ſuſpicantem, occidit*. Hæc *Annal. Pithœani*, h. a., pag. 40, & *Fuldenſes*, h. a.

An. 845 *cum Brittonibus confixit, &, cum grandi damno exercitus ſui, ipſe cum paucis vix evaſit*. Vid. *Annal. Pithœani*, h. a., pag. 41, & *Fuldenſes*, h. a.

An. 846 *iterum Britanniam pergens, cum Nomenojo Duce dimicavit, & Victor extitit. Sed Nomenojus fuga lapſus eſt.* Sunt Verba *Ademari*, l. c., ad h. a.

An. 849, vel 850, *tertia vice, Britones ferro & igni perdomuit, &, dum in Aquitaniam regreſſus eſſet, Nomenojus Dux Redonas & Namnetis Civitates capiens, deſtruxit muros, & portas earum, & Britanniam regreſſus eſt.* Hæc *Ademarus*, l. c., ad h. a.

An. 851 *Nomenojus ab Angelo percuſſus interiit. Tunc Carolus quarto Britanniam ingreſſus, cum Eriſpojo, filio Nomenoji, dimicat undecimo Kal. Septemb., & Victor extitit: ſed magnam partem Exercitus ſui, cum Vimino, ſeu Viviano Duce, amiſit.* Vid. *Ademarus*, l. c., ad h. a., *Chron. Malleacenſe*, h. a., ibid., pag. 197. *Regino* contrà id refert in annum 862, & 863.

An. eodem *Pipinum*, nepotem, in Monaſterium protrudit *S. Medardi* Sueſſionenſis, ejusque fratrem, *Carolum*, in *Corbejenſe*. Vid. præced. Vita *Ludovici Pii*, v. 3, pag. 447.

An. 852, *menſe Septembri, Carolus, quinta vice, Britanniam devaſtavit, & Pipinum, nepotem ſuum, quem inſidiis Britanni ceperant, acquiſivit, &, occiſo Eriſpojo, Britanniam ſibi ſubjugavit.* Hæc *Ademarus*, l. c., p. 161, ad h. a. In *Chronico Malleacenſi* vero, l. c., refertur *Eriſpoji*, à *Salomone* interfecti, obitus in annum 857.

An. 858 bello petitur à *Ludovico* fratre. *Annal. Pithœani*, h. a., pag. 54, &c., & *Fuldenſes*, h. a.

An. 860 tranſigit cum fratre *Ludovico*, in caſtello *Confluentino*, vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 58.

An. 865, in Conventu *Turiſſiaco*, reſtaurat pacta *Confluentina* anni 860, cum fratre *Ludovico*. Vid. l. c., pag. 59.

An. 869, *Comperta* ***Hludovici*** *fratris ſui infirmitate, Regnum* ***Hlotharii*** *invaſit, & ſecundum libitum ſuum diſpoſuit, atque ad ſe de eodem Regno venire nolentes publicis privatisque rebus privavit. Qui etiam, pravorum uſus conſilio, in Urbe Mettenſi, diadema Capiti ſuo, ab illius Civitatis Epiſcopo, imponi, & ſe Imperatorem & Auguſtum, quaſi duo Regna poſſeſſurus, appellare præcepit.* Hæc *Annales Pithœani*, h. a., pag. 76, & *Fuldenſes*, h. a., *Regino*, h. a. Quomodo à *Lotharingis* fuerit declaratus Rex, publicis in Comitiis Metenſibus, docet Autor *Vitæ Ludovici Pii*, ap. *Freherum*, pag. 477, & 478, cap. 21.

An. 870 in *Procaſpide*, ſuper Moſam, dividit *Lotharii* Regnum cum fratre *Ludovico*. Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 59.

An. 874, irrito conatu, Andegavenſem Urbem oppugnat. *Regino*, h. a.

An. 875, contra defuncti Nepotis ex fratre *Lothario*, *Ludovici* 2, Imp., voluntatem, Imperium affectat. Nam, ut *Continuatoris Eutropii* verbis utar, ***Ludovico*** *infirmante, & ad extremum propinquante, quia non habebat filium, voluit ſibi ſuccedere* ***Carolomannum***, (conſobrinum ſuum) *ad ſuſcipienda Imperialia ſceptra ---- mittitur Miſſus ab Uxore Imperatoris* ***Engelberga***, *vel à ſuis Primatibus, ad* ***Carolomannum***, *oſtendens Ei vota defuncti. Et quia longius erat, noluit tam cito venire, ut impedire poſſet iter Calvi, &c.* Maluit quippe Auguſtus, Imperium cum Italia obvenire Patruorum natu majoris (Ludovici Germanici) poſteris, quam natu minori, *Carolo Calvo*. Aliter vero res accidit, copulatis *Caroli* ambitione nimia, & *Johannis VIII*, Pontificis Romani, fœda habendi cupidine. Audiamus *Annales Fuldenſes*, ad h. a: ***Hludowicus, Italiæ Imperator***, *obiit: cujus corpus translatum Mediolani in Baſilica S. Ambroſii ſepultum eſt. Quod cum* ***Karolus***, *Galliæ Tyrannus, comperiſſet, ilicò Regnum Italiæ invaſit, & omnes theſauros, quos invenire potuit, una manu collegit.*

Digitized by Google

legit. Unde Hludowicus, Rex, (Germaniæ) iratus, Karlmannum, (filium ſuum) cum exercitu, per Bajoariam, deſtinavit in Italiam: ipſe vero, juncto ſibi æquivoco ſuo, cum manu valida Regnum Karoli ingreſſus eſt, ut Eum de Italia exire compelleret. Exercitus autem, qui Regem ſequebatur, verſus ad prædam, cuncta, quæ invenit, diripuit atque vaſtavit. Karolus vero, audito Karlmanni adventu in Italiam, primò clauſis Alpium ſe defendere nititur, ſed nihil proficit: Carlmannus enim loca acceſſu difficilia cum ſuis præoccupavit. Ille autem, dum negotium ferro decernendum timuiſſet, (eſt enim lepore timidior) ad calliditatem ſolitam convertitur. Nam aurum & argentum, gemmaſque pretioſas infinitæ multitudinis Carlmanno obtulit, ut Eum ſibi placare, & à paterna fidelitate ſegregare potuiſſet; juraviſque, ſe de Italia cito exiturum, & Hludowici, fratris ſui, judicio illud Regnum diſponendum ſervaturum, ſi Karlmannus inde diſcederet. Quo inde diſcedente, & promiſſionibus illius credente, ille, quæcunque pollicitus eſt, mentitur, &, quanta potuit velocitate, Romam profectus eſt, omnemque Senatum Populi Romani pecunia, more Jugurthino, corrupit, ſibique ſociavit, ita, ut etiam Johannes (VIII) Papa, votis Ejus annuens, corona capiti Ejus impoſita, Eum Imperatorem & Auguſtum appellare præcepiſſet, &c. Conf. Annal. Pithœani, h. a., pag. 92, & 93; Regino, h. a.; Hermannus Contractus, h. a., p. 308; Marianus Scotus, h. a.; Wilhelmus Malmesburienſis, lib. 2, de Geſtis Anglorum, p. m. 38, diem inaugurationis 8 Kal. Januarii conſtituens; Chronographus Saxo, h. a., pag. 144; Albericus, Monachus trium Fontium, h. a., pag. 203; aliique multi. Acta verò ipſa Electionis & Inaugurationis, apud Pithœum, p. 498, &c., annum 876 præ ſe ferunt. Notanda inde Johannis Pontificis verba, publice prolata, cum electio ejus Indictione X, adeoque an. 877 confirmaretur: Quia pridem Apoſtolicæ memoriæ deceſſori noſtrò, Papæ Nicolao, id ipſum jam, inſpiratione cœleſti, revelatum fuiſſe comperimus, elegimus hunc merito, & approbavimus, una cum anniſu & voto omnium Fratrum & Co-Epiſcoporum Noſtrorum, atque aliorum S. R. E. Miniſtrorum, amplique Senatus, totiusque Romani Populi, Gentiuque togatæ, &, ſecundum priſcam conſuetudinem, ſolemniter ad Imperii Romani ſceptra proveximus, & Augnſtali nomine decoravimus, ungentes Eum oleo extrinſecus, ut interioris quoque Spiritus S. unctionis monſtraremus virtutem - - - deinde non hic Perpetuus Auguſtus ad tanta faſtigia ſe velut improbus intulit, non tanquam importunus, fraude aliq… vel prava machinatione, aut inhianti ambitione, ad Imperialem apicem aſpiravit. Abſit. Neque enim ſibi honorem præſumptuoſè adſumpſit, ut Imperator fieret, ſed, tanquam deſideratus, aptatus, poſtulatus à Nobis, & à Deo vocatus, & honorificatus, ad defendendam Religionem, & Chriſti utique tuendos ſervos humiliter atque obedienter acceſſit, operaturus & roboraturus in Imperio ſummam pacem & tranquillitatem, & in Eccleſia Dei juſtitiam & exaltationem, &c. His cum annuerent præſentes Epiſcopi, ſurgens ſummus Pontifex, ſententiam protulit, dicens: Piiſſimi & Sereniſſimi, Spiritalis Filii Noſtri, Caroli, Magni & Pacifici Imperatoris, ad Imperialia Sceptra electionem & promotionem, ante mundi quidem ordinem divinitus ordinatam, nuper autem, id eſt, præterita Nona Indictione (adeoque anno 876) per Miniſterium Noſtræ mediocritatis exhibitam, annuente Domino, ex tunc & nunc, & in perpetuum, firmam & ſtabilem decernimus permanſuram. Reſponderunt omnes: Placet, Placet, &c. Hæc eadem Acta, p. 505; quæ & apud Baronium, Tomo X Annal., ad an. 876, §. 2, & ſeqq., p. 498 ad 502, & Goldaſtum, Tom. 2 Conſtit. Imper., p. 31, &c., deprehendis. Eundem annum 876 proferunt Continuator Aimoini, lib. 5, cap. 32, ap. Freherum, pag. 490, ubi: Anno 876, in die Nativitatis Domini, idem Carolus, B. Petro multa & pretioſa munera offerens, in Imperatorem eſt unctus, & coronatus, atque Imperator Romanorum eſt appellatus, & Nonis Januar. Roma exiens Papiam rediit, &c.; Sigebertus Gemblacenſis, h. a.; Conradus Urſpergenſis, p. 141; aliique. Regino; Otto Friſing., lib. 6 Chronic., cap. 6, p. 121; & Gotfridus Viterbienſis, part. 17 Chronic., pag. 466, ponunt annum 874. Quæ, de legitima vocatione ad defendendam Religionem, Pontificis oratione continentur, comprobat Leo Oſtienſis, lib. 1 Chron. Caſſinenſ., cap. 40, p. m. 178: Interea Salernitani, Amalphitani, Neapolites, & Cajetani, fœdus cum Saracenis componentes, Romam navalibus deprædationibus anguſtabant: propter quod Carolus, tunc Imperator, Julittæ (Judittæ) ſcil. filius, à Johanne VIII, Papa, multis Epiſtolis interpellatus, &c. Quicquid ſit, auctoritatem Regiam multum tunc detrimenti Romæ fuiſſe paſſam, ex Auctore Appendicis Eutropianæ diſcere eſt, qui ait: Carolus Calvus, veniens Romam, renovavit Pactum cum Romanis, perdonans illis Jura Regni & conſuetudines illius, tribuens illis ſumptus de tribus ſupradictis Mona ſteriis, id eſt, Domini Salvatoris, & B. Mariæ, Semper Virginis, in Sabinis, atque S. Andreæ, juxta montem Sora ẗu, & de cæteris quamplurimis Monaſteriis Fiſcalia Patrimonia, Patrias autem Samnia & Calabriæ, ſimul cum omnibus Civitatibus Beneventi, eis contulit: inſuper, ad dedecorem Regni, totum Ducatum Spoletinum, cum duabus Civitatibus Thuſciæ, quod ſolitus erat habere ipſe Dux, id eſt, Aretinum, & Cluſium; quatenus ut is, qui præerat Regia vice antè, Romanis videretur poſt eſſe ſubjectus. Removit etiam ab eis Regias Legationes, aſſiduitatem vel præſentiam Apoſtolicæ electionis. Quid plura? Cuncta illis con-

Digitized by Google

contulit, quæ voluerunt: quemadmodum dantur illa, quæ nec rectè acquiruntur, nec poſſeſſura ſperantur. Fugato itaque iſto Carolo, præ metu alterius Caroli, (Carolomanni) *qui veniebat, infirmatur, antequam de Regno egrederetur Italico. Egreſſus namque vix, defunctus eſt. Ab illo autem die honorificas conſuetudines Regiæ dignitatis nemo Imperatorum, nemo Regum acquiſivit: quia aut virtus eis defuit, aut ſcientia, præ multis Regni contentionibus, & aſſiduis diviſionibus. Unde multa prælia, delationes & rapinæ fuerunt in Regno, &c.* Ex hoc loco reſponderi poteſt *Baronio*, Tom. XII *Annal.*, ad an. 1191, §. 71, pag. 830, *Ottoniano* Diplomati, inter alia, objicienti verba: *Ipſum Carolum* (Calvum) *nihil dare jure potuiſſe, utpote jam à Carolo meliore fugatum, jam Imperio privatum, jam deſtitutum, & annullatum, &c.*; ad quæ regerit: *Nullum habuit* (Carolus Calvus) *Carolum Succeſſorem, à quo fuerit Imperio privatus, ſed Ludovicum Balbum, ejus nominis Tertium, heredem Imperii, &c.*; quandoquidem *Carolomannus*, Bavariæ Rex, à Patre, *Ludovico Germanico*, adverſus eum in Italiam miſſus, ille Ipſe eſt *Carolus melior*, à quo fugatus fuit; ceu mox, ad an. 877, clarius pateſcet. Conf. *Onuphrius* de *Comitiis*, c. 5, p. m. 59; *Conringius*, de *Imperio Germanorum Romano*, cap. 7, §. 25, pag. 55, & 56, & cap. 10, §. 14, p. 83, &c.; *Schilterus, de Libertate Eccleſiar. German.*, lib. 3, cap. 2, §. 4, pag. 278, &c.

An. eod., extincto *Ludovico Germanico*, ejusque filiorum natu majori, *Carolomanno*, Italiam ſibi ſubjectum eunte, minori, *Ludovico*, Paternum funus condigno honore, apud Francofurtenſes, celebrante, & minimo, *Carolo*, in Alamannia conſtituto, Germaniam ſuis legibus ſubdere conatur. Vid. *Regino*, ad h. a: *Karolus, Hludowici* (Germanici, fratris ſui) *morte comperta, Regnum illius, cupiditate ductus, invaſit, & ſuæ ditioni ſubjugare ſtuduit, exiſtimans, ſe, ut fama vulgabat, non ſolum partem Regni Hluthatii, quam Hludowicus tenuit, & filiis ſuis utendam dereliquit, per tyrannidem poſſe obtinere, verum etiam cunctas civitates Regni Hludowici, in Occidentali littore Rheni fluminis poſitas, ſuo Regno addere, id eſt, Mogontiam, Wormatiam, & Nemetum, filiosque Fratris per potentiam opprimere, ita ut nullus Ei reſiſtere, vel contradicere auderet, &c.* Hæc ex *Annalibus Pithœanis*, ad h. a., pag. 94, & 95. Deſcribitur jam prælium, 8 Oct. inter Eos, haud procul ab *Audernaco*, commiſſum, in quo, ut verba, l. c. pag. 97, ſonant, *Karolus turpiter fugiens, relictis theſauris, quos ſecum habebat, cum paucis, pene nudus, evaſit. Hi autem, qui cum Hludowico erant, reverſi ad cæſorum ſpolia detrahenda, quantas ibidem prædas, in auro & argento, & veſtibus, & armis, & loricis, & equis, variaque ſupellectile, tuliſſent, nullus valet edicere . . . . Hludowicus, poſt fugam Karoli, ad Palatium Aquisgrani perrexit, & diſpoſitis, prout voluit, his, quæ ad ſe pertinere videbantur, cum triumpho ad Franconofurt rediit, &c.* Idem continent *Annales Fuldenſes*, h. a.; *Regino*, h. a., ubi locum prælii in pago *Meginenſi*, haud procul ab *Audernaco* caſtello, conſtituit; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 308; *Monachus Herveldenſis*, ad h. a., ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 374; *Annales Hildesheimenſes*, h. a., ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſvic.*, pag. 716; & alii. *Marianus Scotus* id refert in annum 875, addens, *Carolum* quinquaginta amplius millia ſuorum amiſiſſe; *Sigeberto Gemblacenſi* placet annus 877. De facto teſtantur *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 6, p. 121; & *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, p. 466. Conf. ſupr. l. c., p. 60.

An. eod. Boſonem, affinem, Mediolanenſi Ducatu auget, pariterque *Vidonem*, *Lamberti*, & *Berengarium Eberardi* filios, *Spoleti* & *Fori Julii* Duces confirmat. Vid. *Sigonius*, lib. 5, de *Regno Italiæ*, ad h. a., pag. 217; Dn. *Schurtzfleiſch, de Diviſione Imperii Carolini*, c. 55, p. 35, & 36; Conf. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h., v. 2, p. 233.

Anno 877 *Boſonem* creat Regem *Burgundiæ*. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 2, pag. 233. Conf. *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 3, pag. 189.

An. eod. Karolus, Galliæ tyrannus, æſtivo tempore cum exercitu Italiam petiit, & Ticini reſidens magnopere niſus eſt, qualiter Karlmanno, illuc adventanti, aditum denegaret in illam Provinciam. Carlmannus vero, cum manu valida Noricorum, diverſorumque Sclavorum, Italiam ingreditur, contra Carolum dimicare volens. Quod cum Carolus comperiſſet, ilicò, juxta conſuetudinem ſuam, fugam iniit. Omnibus enim diebus vitæ ſuæ, ubicunque neceſſe erat adverſariis reſiſtere, aut palam terga vertere, aut, clam militibus ſuis, effugere ſolebat, & in eodem itinere dyſenteriæ morbo correptus, cum magna periit triſtitia. Cujus corpus, cum ſui ſatellites ad ſepulturam, quam ipſe ſibi apud S. Dionyſium paraverat, transferre voluiſſent, propter nimium fœtorem putidi cadaveris, quo gravabatur exercitus, in Burgundia, in quodam Monaſterio ſepelierunt. Karlmannus Optimates Italiæ ad ſe venientes ſuſcepit, &, diſpoſita, prout voluit, regione, reverſus eſt in Bajoariam, &c. Hæc *Annales Pithœani*, h. a. Add. *Annales Fuldenſes*, h. a. *Regino* h. a.: *Carolus Senior Romam ſecundò profectus eſt, ubi jam pridem Imperatoris nomen, à Præſule Sedis Apoſtolicæ, Joanne, ingenti pretio emerat, Regnumque Italiæ magis in transeundo vidit, quam fruendo potitus eſt. Ab Urbe Roma*

in

in Longobardiam reverſus eſt, - - - - ſummo anniſu in Gallias repedare contendit. Sed priusquam Alpium praeminentia juga, anguſtaque itinera attingeret, ægritudine pulſatur, quam protinus mors ſubſecuta finem vitæ impoſuit. Eſt autem fama, quod à quodam Judæo, qui vocabatur Sedechias, poculum mortis ei propinatum ſit, qui ei familiarius adhærebat, eò, quod, in medendis corporum paſſionibus, ſingularem experientiam habere diceretur. Porrò hic ſicarius planè erat, & magicis præſtigiis incantationibusque mentes hominum deludebat. Obiit verò pridiè Nonas Octobris. Corpus ejus levatum eſt in feretro, à ſuis extra Italiam deportatur. Sed, quia fœtor intolerabilis, ex putredine cadaveris, bajulantes gravabat, compulit illud terræ mandare. Poſt aliquantos annos Ejus oſſa translata ſunt, & Pariſius, in Monaſterio S. Dionyſii, honorifice ſepulta, &c. Continuator *Aimoini*, lib. 5, cap. 35, apud *Freherum*, p. 497, & 498, idem affirmans Judæi crimen, locum, in quo Cæſar obiit, *Brios* vocat, Ejusque corpus in Baſilica B. *Euſebii* Martyris, in Civitate *Vercellenſi*, primùm reconditum ait, ſeptem annis poſt, in fanum S. *Dionyſii*, *Pariſios* translatum. *Hermannus Contractus*, anno 877, p. m. 308; *Chronicon Metenſe*, h. a., ap. *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, p. 345; *Chronicon S. Maxentii*, vulgo *Malleacenſe*, h. a., ibid., Tom. 2, pag. 201; *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. 2, de *Geſtis Regum Anglorum*, pag. m. 38, mortis diem 3 Non. Octob. conſtituens; *Sigonius*, lib. 5, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 219; *Baronius*, Tom. X *Annal.*, h. a., §. 20, pag. 513. Solus *Marianus Scotus* refert hunc obitum in annum 876; *Sigebertus Gemblacenſis* vero, *Chronographus Saxo*, p. 145, *Conradus Urſperg.*, p. m. 141, *Albertus Stadenſis*, p. 95, *Chronicon Malleacenſe*, l. c., pag. 199, *Lehmannus*, lib. 3 *Chron. Spir.*, cap. 46, p. 260, aliique in annum 878; *Ottone Friſingenſi*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 6, p. 122, *Gotfrido Viterbienſi*, part. 17 *Chronic.*, pag. 466, *Joh. Baptiſta Egnatio*, lib. 3 *Romanor. Principum*, p. m. 595, *Benevenuto de Rambaldis*, ap. *Freherum*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 10, aliisque de nudo facto teſtantibus.

v. (5.) Solvit itaque, ut modo audivimus, Imperator noſter Naturæ debitum, anno 877, 6 Octob., in loco, *Brios* dicto, mandatus terræ, apud *Vercellenſes*, in Baſilica S. *Euſebii*, & ſeptem annis poſt translatus *Pariſios*, ubi & Epitaphium Ejus, in æde D. *Dionyſii* Martyris, ſic ſe habens:

Imperio Carolus Calvus Regnoque potitus
Gallorum, jacet hic ſub brevitate ſitus.
Plurima, cum villis, cum Clavo, cumque Corona,
Eccleſiæ vivus huic dedit ille bona.
Multis ablatis nobis fuit hic reparator,
Sequanis fluvii, Ruoliique dator.

Vid. *Andr. du Chêne*, T. 2, p. 472; *Bœclerus, Hiſtor. Sec. IX, & X*, pag. m. 172. Solus *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 3, pag. 189, refert Ejus obitum in annum 879: *Patruus Ejus* (Ludovici 2,) *Karolus, Rex Francorum, Romam pergit, &, Johanne Papa, & Romanis ſibi per munera conciliatus, creatur Imperator, anno Domini 877, & imperavit annis 2, &c.*

v. (6.) Coronidis loco addendum, *Robertum fortem*, origine Saxonem, ab eodem, *Andegavenſem* Comitatum, beneficiali lege, meruiſſe. Vid. *Albericus, Monachus trium fontium*, part. 2, ad annum 988, pag. 29. Singularem Ejus munificentiam erga Eccleſias celebrant ſeq. Tit. 15, §. 5, lit. a, dicenda. Auguſtum hunc publicis Diplomatibus *invocationem Sanctæ & Individuæ Trinitatis* præfigere cœpiſſe, docet *Mabillonius*, lib. 2, de *Re Diplomatica*, p. 82, &, ex eo, *Tenzelius, in Vindiciis Conringianæ Cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, Append. 3, Dipl. 3, pag. 79. Dari tamen chartas antiquiores, eâdem Invocatione præmiſſa, Teſtamento *Caroli Magni*, an. 806, cujus præced. Tit. 4, §. 2, lit. a, p. 296, memini, probari poteſt; cui jungas diplomata alia, præced. Tit. 4, §. 3, lit. b, p. 298, laudata. Conf. dicta, præced. Tit. 2, §. 10, lit. q, v. 20, pag. 225. Omittendum nec eſt, ab hoc tempore Imperatores non prius Auguſtale nomen adhibuiſſe, quam coronati fuerint à Præſulibus Romanis. Vid. ſupr., Tit. 4, §. 2, lit. b, pag. 296.

(6) LUDOVICUS III, cognom. BALBUS.

v. (1.) De nativitate Ejus nihil conſtat, niſi quod *Carolum Calvum* Imperatorem, & *Hermintrudim*, *Odonis*, Aureliorum Comitis, filiam, Parentes habuerit. Vid. vita *Caroli Calvi*, v. 3. *Morery*, voc: *Louis le Begue*, pag. 370, & *ImHofius*, Tab. 3 *Geneal. Lohmayer.*, eum natum cenſent 1 Nov., An. 843, & Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.*, Cap. 5, *Tab. 2 Geneal*, pag. 162, 1 Nov. anni 844. *Regino*, ad an. 877, memor Patris ejus obitus, ait: *Cui ſucceſſit in Regnum filius Ludovicus.* De quo, ad an. 878, pergit: *Balbus appellabatur, eò quod impeditioris & tardioris eſſet eloquii - - - fuit vero iſte Princeps vir ſimplex, ac mitis, pacis, juſtitiæ & Religionis amator, &c.* Eadem proferunt *Annales Metenſes*, ad an. 878. *Annales Fuldenſes*, & *Pithœani*, pag. 99, ad an. 877, dicunt ſaltem: *Hludowicus, Karoli Regis filius, timore perterritus, propter injurias, à Patre ſuo, Regi* (Ludovico, Regi Franconiæ & Lotharingiæ, Ludovici Germanici filio) *illatas, Legatos ad Eum dirigit, pacem poſtulat, & ſe de omnibus, quæ contra Eum Genitor ſuus geſſerat, excuſare nititur. Cujus Legatos Rex audivit, & abſolvit, &c.* Apud *Hermannum Contractum*, ad an. 877, p. m. 308, legitur: *Carolus, Rex Galliarum, obiit, anno Regni 37, poſt quem filius Ejus, Ludovicus Balbus, Regnum Galliarum accepit.* In Chronico *Andegavenſi*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, p. 285, ad an. 877, extat: *Carolus Imperator obiit, i. e. Calvus, & filius Ejus,*

Ludo-

Digitized by Google

Ludovicus, Regnum recepit, &c. Sic & *Chron. Lemovicenſe*, ad an. eund., l. c., pag. 333: *Karolus Imperator, Magni Caroli nepos, obiit, & Hludowicus, filius Ejus, cognomento Balbus, Regnum ſuſcepit.* Add. *Marianus Scotus*, ad an. 876: *Romanorum 83, at ordine 84 Ludovicus, qui vocabatur Balbus, eò, quod impeditioris eſſet eloquii, Caroli filius, regnavit annis duobus, &c.;* nec non *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. 2, de *Geſtis Regum Anglorum*, pag. 38, ad an. 877: *Cui* (Parenti) *ſucceſſit in Regno filius Ejus, Ludovicus, &c.* Notatu dignum, nullos Annales, nec *Fuldenſes*, nec *Metenſes*, nec *Pithœanos*, nec *Bertinianos*, *Ludovico Balbo* Imperatorios honores vindicare, ſemper *Regni*, in quo Parenti ſucceſſit, mentionem facientes. Rationem ſuppeditat *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 878: *Filius Ejus*, (Caroli Calvi) *Ludovicus, cognomento Balbus, ſecundus, poſt diviſionem, regnat in Francia, annis duobus; junior vero Carolus*, (Craſſus) *filius Ludovici, Germanorum Regis, Imperium adeptus eſt, annitentibus ſibi quibusdam Nobilium Romanorum, Joanne autem Papa ſatagente Imperium transferre ad Ludovicum Balbum, filium recens defuncti Caroli Imperatoris, &c.;* & ad an. 879: *Joannes Papa, injuriatus à Romanis, ita, ut etiam in cuſtodia teneretur, proeo, quod Carolo non favebat, in Franciam veniens, cum Rege, Ludovico Balbo, pene annum moratus eſt, &c.* Quæ *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 878, pag. 207, repetit. Quod ſi verò fidem adhibeamus *Baronio*, Tom. X *Annalium*, ad an. 878, §. 14, p. m. 520, ſcribenti: *Hæc eadem nota eſſe voluit* (Johannes Papa, Epiſt. 87) *Ludovico Balbo, filio nuper defuncti Caroli Calvi, Imperatoris, cum jam, ut ait, infulas Imperii ſuſcepiſſet ab Eccleſia Romana, &c.*, fateri omnino cogimur, minimum à Papa Imperiali corona Eum fuiſſe ornatum, licet vilis, vel nulla Ei fuerit Romæ poteſtas; In Conventu *Trecenſi* (*à Troyes, en Champagne*) Epiſcoporum Galliæ, an. 878, cum Pontificem adiiſſet, *colloquio conſtituto, Balbus, duris ſe ipſius, atque Eccleſiæ, quæ commemorabat, temporibus affuturum, oſtendit, ſi ille ſe Auguſtali corona, quam Patri ſuo tradiderat, exornaret. Cui cum ſe Pontifex gratificaturum ſummo ſtudio reſpondiſſet, Ipſum, ſeptimo Idus Septembris, maximo totius Galliæ concurſu, Imperatorem unxit, ſolemni jurejurando adactum, ſe Eccleſiam, dum vixiſſet, ab hoſtium, & maximè infidelium oppreſſionibus tutaturum. Atque his rebus actis, multis ultro citroque officiis præſtitis, abierunt, Pontifex, eodem comitante Boſone, per ſaltus montis Ciniſii, In Italiam, Balbus vero Compendium, &c.* Hæc, ex *Continuatore Aimoini*, lib. 5, de *Geſtis Francorum*, cap. 37, ap. *Freberum*, p. m. 500, *Sigonius* lib. 5, de *Regno Italiæ*, ad an. 878, p. m. 221, & 222. Quo etiam intuitu *Imperatorem* Eum venerantur, ex Veteribus, *Golſcherus*, Monachus S. Matthiæ Trevirenſis, temporibus Henricorum IV & V clarus, in *Geſtis Treverorum*, cap. 43, pag. 60 *edit Leibnit.*, ubi: *Anno Dominicæ Incarnationis* 880, *defuncto Imperatore Ludowico, Normanni, audita ejus morte, &c.;* &, ex Recentioribus, *Johannes Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanor. Principum*, apud *Sylburgium*, T. 2 *Rer. German.*, p. m. 595; *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imperat.*, c. 5, p. m. 59; *Baronius*, l. c., ad an. 877, §. 20, p. m. 513; *Joachimus Vadianus*, de *Monaſteriis Germaniæ*, lib. 2, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Rer. Alamannic.*, p. 49; *Lehmannus*, *Chron. Spir.*, lib. 3, cap. 46, pag. 260, & 261; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 19. p. m. 408; *Bucholzerus*, *Ind. Chronolog.*, an. 878, p. m. 300; *Bœclerus*, *Hiſtor. Sec. IX, & X*, pag. 174, &c. Studio contrà nullam inter Imperatores Ejus rationem habent Auctor *Chronici Francorum Regum*, *Conrado Salico* coævus, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Bibliotb. Cæſar.*, cap. 5, pag. 394; *Martinus Polonus*, in vita *Caroli Calvi*, pag. 364; *Jacobus von Königshoven*, *Chron. Alſat.*, cap. 2, §. 149, & 150, pag. 105; *Lupoldus de Babenberg*, *de Jure Reg. & Imperat. Rom.*, cap. 2, apud *Schardium*, de *Jurisdict. Imper.*, p. m. 172; *Gervaſius Tilberienſis*, de *Imperatorib. Romanis*, *poſt Karolum Magnum*, p. m. 63, Edit. Mader.; *Theodoricus Engelhuſius*, in *Chronico*, p. m. 168; *Sebaſtianus Franck*, *Chron. Francofurt.*, p. 207; *Benevenuto* de *Rambaldis*, *libr. Auguſtal.*, ap. *Freberum*, T. 2 *Rer. German.*, p. 10; *Petavius*, part. 1 *Rationarii Temporum*, lib. 8, cap. 10, p. m. 495; *Morery*, voc. *Louis II, dit le Begue*, p. 370; *Alii.*

v. (2.) Thorum conſcendit, citra tamen Parentis conſenſum, (1) cum *Ansgarda*, fil. *Harduini* Comitis, imperante Patre, *Carolo Calvo*, poſtmodum repudiata; (2) *Adelheida*, *Vulfridi*, Flaviniacenſis Abbatis in Burgundia, ſorore; Vid. *Morery*, l. c., voc. *Adelaide*, p. m. 37. Add. mox plura.

v. (3.) De liberis Ejus commemorat *Regino*, an. 878: *Habuit autem, cum adhuc juvenilis ætatis flore polleret, quandam puellam Nobilem, nomine Ansgard, ſibi conjugii fœdere copulatam, ex qua duos liberos ſuſcepit, elegantis formæ, ac ingentis animi virtute præſtantes: horum unus Ludovicus, alter Carolomannus vocabatur. Sed quia hanc, ſine Genitoris conſcientia, & voluntatis conſenſu, ſuis amplexibus ſociaverat, ab ipſo Patre Ei poſtmòdum interdicta, &, interpoſito jurisjurandi ſacramento, ab Ejus conſortio in perpetuum ſeparata. Tradita eſt autem eidem, ab eodem Patre, Adelheidis in matrimonium, quam gravidam ex ſe reliquit idem Rex, cum obiret, quæ, tempore pariendi expleto, enixa eſt puerum, cui nomen Avi impoſuit, Eumque Carolum vocitari fecit, &c.* Conf. *Marianus Scotus*, an. 878; *Gotfridus*,

Digitized by Google

dus Viterbienſis, part. 17 *Chron.*, p. 467; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 6, p. 122; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 880; *Alberi.us, Monachus trium fontium*, an. 879, p. 209; Ex Recentioribus, *Schateni Annales Paderbornenſes*, lib. 3, ad an. 879, pag. 185; qui ferè omnes *Ansgardam* pellicem vocant.

Quomodo, ab obitu Patris, Regnum inter ſe diviſerint hi Principes, docet *Continuator Aimoini*, lib. 5, de *Geſtis Francorum*, cap. 40, ad an. 880, ap. *Freherum*, pag. 504: *Filii autem Ludovici*, (Balbi) *quondam Regis Francorum, profecti ſunt Ambianos: &, ſicut Fideles illorum invenerunt, Regnum Paternum inter ſe diviſerunt, id eſt, ut Ludovicus, quod de Francia reſiduum erat ex Paterno Regno, ſed & Neuſtriam, cum Marchiis ſuis, haberet:* & *Carlomannus Burgundiam & Aquitaniam, cum Marchiis ſuis, obtineret: & quique de Primoribus, ſecundum convenientiam, in cujus diviſione honores habuerunt, illi ſe commendarent, &c.* conf. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 2, p. 233; *Continuator Bedæ*, lib. 2 *Hiſt. Angl.*, c. 1, in vita *Caroli Calvi*; & *Wilhelmus Malmeiburienſ*, lib. 2, de *Geſtis Anglorum*, p. 38. In ſpecie *Ludovici* meminit *Aimoini Continuator*, l. c., cap. 39, ad an. 879, pag. 502: *Volens ire Auguſtidunum*, (Ludovicus Balbus) *ad comprimendam rebellionem Bernardi Marchionis, usque ad Trecas perrexit; ſed, quia, ingraveſcente infirmitate ſua*, (*dicebatur enim veneno infectus*,) *longius ire non potuit, filium, cognominem ſibi, Ludovicum, bajulationi Bernardi, Comitis Arvernici, ſpecialiter committens, - - - - Compendium venit: & ſentiens, ſe ab infirmitate liberari non poſſe, per Odonem, Bergivacenſem Epiſcopum, & Albuinum Comitem, coronam & ſpatam, ac reliquum Regium apparatum filio ſuo Ludovico miſit, mandans illis, qui cum eo erant, ut eum in Regem ſacrari, ac coronari facerent, &c.* Breve autem Regimen Ejus fuit, utpote, juxta *Wilhelmum Malmesbur.*, l. c., an. 881, 4 Aug. extincti; ibi: *Prædictus vero Ludovicus, in pago Viminaco cum Normannis bellum gerens, triumphum adeptus eſt, &, non multo poſt, obiit, pridie Nonas Auguſti, anno Domini* 881, *Indict.* 15; *regnavit annos duos, menſes tres, & dies* 24. *Cui ſucceſſit in Regno Frater Ejus, Carolomannus, &c.* eundem annum continet *Chronicon Lemovicenſe*, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, pag. 333; *Monachus Herveldenſis*, ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 374, manifeſto errore, id refert in an. 879; *Rogerus de Hoveden*, part. prior. *Annal. Angl.*, pag. 420, rectius ponit annum 883; certum ſiquidem eſt, *Ludovicum* hunc *Ludovicum Germanicum*, anno 882 defunctum, ætate ſuperaſſe; accedit etiam *Reginonis* auctoritas, cui, ad an. 883, hæc debemus: *Ludovicus*, frater *Carolomanni, moritur apud S. Dionyſium, ibique honorabiliter tumulatur, quem omnes Galliarum Populi nimio planctu lamentati ſunt. Fuit enim virtutis maximæ, Regnumque ſibi ſubditum, à Paganorum infeſtatione, potenter viriliterque defendit. Inter cætera, quæ ſtrenuè geſſit, illud præcipuè prælium commendatur, quod adverſum Normannos, in loco, qui vocatur Sodalcurch, ſummis viribus exercuit, in quo certamine, ut ferunt, plus quam octo millia hominum gladio proſtravit. Carolomannus frater Regnum illius obtinuit, &c. Continuator anonymus Bedæ*, l. c., ejusdem eſt ſententiæ: *Filii Ejus*, (Ludovici Balbi) *Ludovicus & Karlomannus, Regnum Ejus inter ſe diſpertiunt. Prædictus vero Rex Ludovicus, in pago Viminaco cum Normannis bellum gerens, triumphum adeptus eſt, & non multo poſt obiit, pridie Nonas Auguſti, Anno Domini DCCCLXXXIII, Indictione XV. Marianus Scotus*, ad an. 884, & *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 885, malunt annum 884. Triumphum, quem, devictis Normannis, duxit, recenſent *Annales Fuldenſes*, & *Pithœani*, p. 104, & 105, ad an. 881: *Rex* (Ludovicus, Franconiæ & Lotharingiæ) *poſt Paſcha, in Galliam profectus, Hugonem, Hluthariı ex Waldrata filium, ad ſe venientem, in ſuum ſuſcepit dominium - - - - cum ſuo Nepote, Hludowico*, (Rege Galliæ, Ludovici Balbi filio) *apud Villam Gundolfi, congruum habuit colloquium. Inde tranſiens, omne tempus æſtivum in Bajoaria moratus eſt. Nepos vero Illius*, (Ludovicus, Balbi filius) *cum Nordmannis dimicans, nobiliter triumphavit, nam novem millia Equitum ex eis occidiſſe perhibetur.* Statim vero annectitur: *At illi, inſtaurato exercitu, & amplificato numero Equitum, plurima loca in regione Regis noſtri vaſtaverunt, h. e., Cameracum, Trajectum, & Pagum Haibanicum, totamque Ripuariam, præcipua etiam in eis Monaſteria, i. e., Prumiam, Indam, Stabulam, Malmundarium & Aquenſe Palatium, ubi, in Capella Regis, equis ſuis ſtabulum fecerunt. Præterea Agrippinam Coloniam & Bunnam Civitates, cum Eccleſiis & ædificiis, incenderunt. Qui autem inde evadere potuerunt, ſive Canonici, ſive Sanctimoniales, Mogonciacum fugerunt, theſauros Eccleſiarum, & Sanctorum corpora ſecum portantes. Rex*, (Ludovicus, Franconiæ & Lotharingiæ) *apud Franconofurt, gravi infirmitate laborabat, & quia ipſe non potuit, exercitum ſuum contra Nordmannos deſtinavit*, &c. Conf. *Regino*, an. 881, qui, an. 883, locum prælii, in quo Normanni debellati, *Sodalcurch* nominat. Epinikion, *Ludovico* noſtro, hujus victoriæ ergo, acclamatum, deſcripſit primum Dn. *Johannes Mabillon*, ex Codice MS. Monaſterii Elnonenſis, ſive S. Amandi, in Belgio, quod poſtea Dn. *Schilterus*, an. 1696, Latina interpretatione donatum, & commentatione hiſtorica illuſtratum, Argentorati excudi curavit. Non confundendum eſt hoc *Sodalkirchenſe* prælium, an. 881, cum *Thimnenſi*, juxta *Carbonari-*

Digitized by Google

am, an. 879, vel 880, in quo *Ludovicus*, Franconiæ & Lotharingiæ Rex, victor abſceſſit.

Carolomannus, frater Ejus, &, teſtibus *Reginone* ad an. 883, *Wilhelmo Malmesburienſi*, l. c., aliisque, in Regno ſucceſſor, infelicem exitum habuit an. 884, de quo hæc *Regino*, ad h. a.: *Nortmanni, qui ab Haslou receſſerant, Somum fluvium intrant, ibique conſederunt, quorum creberrimas incurſiones cum Carolomannus ſuſtinere non poſſet, pecuniam pollicetur, ſi è Regno Ejus recederent. Mox avidæ Gentis animi ad obtinendam pecuniam exardeſcunt, & duodecim millia pondera argenti puri atque probati exigunt, totidemque annis pacem promittunt. Accepta tam ingenti pecunia, funes à littore ſolvunt, naves conſcendunt, & marina littora repetunt. Interea Carolomannus venatum perrexit, ubi & ab apro graviter vulneratus, poſt modicum vitam cum Regno amiſit, ſepultusque eſt apud S. Dionyſium. Ajunt autem quidam, quod à quodam ſuo ſatellite, improvide arma ferenſe, vulneratus fuerit; & quia non ſponte, ſed invitus hoc facinus commiſerat, idcirco à Rege celatum eſt, ne innoxius morti traderetur*, &c. conſentiunt *Annales Fuldenſes*, h. a.; *Chronicon Lemovicenſe*, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, p. 333; *Rogerus de Hoveden*, part. 1 *Annal. Angl.*, p. 420; quamvis perperam addat: *Karlemannum, Occidentalium Francorum, id eſt, Alemannorum Regem, in venatione, ſingulari congreſſu, aper dente dilacerans occidit, &c.*; Franci enim *Occidentales*, Galli hodie dicti, nunquam cum *Orientalibus*, ſeu *Alemannis* confundantur; *Wilhelmus Malmesburienſis*, l. c., pag. 38, locum diemque exprimens: *In Ewellino ſaltu, in monte Erico, à fera ſingulari percuſſus eſt. Obiit anno Dom. Incarnat. 884, Indict. 2, Octavo Idus Decembris*, &c.; *Hermannus Contractus*, h. a., p. 308; *Ethelwerdus*, lib. 4 *Chron. Angl.*, cap. 3, p. m. 845; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 145; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., pag. 216; alii. *Sigebertus Gemblac.* id contigiſſe arbitratur an. 885, & *Marianus Scotus* an. 886. De facto teſtantur *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 8, in fine, pag. 122, & 123, & *Gotfridus Viterb.*, part. 17 *Chronic.*, p. 468; Uxor ejus filia fuit *Boſonis*, Burgundiæ Regis; Vid. *Continuator Aimoini*, l. c., cap. 37, ad an. 878, pag. 500.

Carolus Simplex, tertius *Balbi* filiorum poſthumus, *Ademaro*, Monacho *S. Eparchii*, apud *Labbeum*, T. 2 *Biblioth.*, pag. 163, aliisque *Inſipiens*, it. *Minor* dictus, ex *Adelheida* natus, fratribus extinctis, Regnum Galliæ obtinuit; ita *Annales Fuldenſes*, ad an. 884: *Poſt obitum Hludowici* (Balbi) *Regis, natorumque Ejus, Carlmanni & Hludowici, quorum ſucceſſor, frater illorum minimus*, (Carolus Simplex) *in Regno extitit, &c.* Lites, quas deſuper expertus eſt, recenſui præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 4, pag. 237, &c. Conf. *Albericus*, ad an. 894, 896, 899, &c. Mortuus legitur an. 926, in cuſtodia *Heriberti Comitis*, *Peronæ*; Vid. *Albericus*, pag. 261, & 263, h. a.; relicto, ex *Otgiva*, Anglorum Regis filia, *Ludovico Ultramarino*, quem *Hugo* Dux ſolio impoſuit. Vid. *Odorannus*, in *Chronico*, ad an. 923, apud *Pithœum*, p. 215; *Albericus*, l. c. Deceſſit hic Princeps an 954; *Odoranno* teſte, ad h. a., loc. cit., & *Alberico*, h. a., pag. 288, & 289. qui plura, ad an. 929, 930, 941, 944, 946, &c., de eo recenſet. Excepit Eum filius, *Lotharius*; Vid. *Odorannus*, l. c.; *Frodoardus*, ad an. 954, ap. *Pithœum*, p. 187; *Albericus*, an. 955; *Chronicon Andegavenſe*, ad an. 954, ap. *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, p. 286. Cujus nuptias cum *Emma*, *Lotharii*, Italiæ Regis, filia, *Frodoardus*, l. c., pag. 198, ad annum 966, refert; ejusdem meminit *Albericus*, ad an. 955, pag. 289, & *Odilo*, Cluniacenſis Abbas, *in vita S. Adelheidis* Imperatricis, cap. 1, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, *de Script. Rer. Brunſuic.*, p. 262. Extinctus perhibetur anno 986, ſuperſtite filio, *Ludovico*, Carolingorum ſtirpis ultimo; vid. *Albericus*, ad h. a., pag. 26: *Lotharius, Rex Francorum, moritur, qui humatus eſt in Monaſterio S. Remigii Rhemenſis, ubi requieſcunt Pater & Mater illius. Quo mortuo, Ludovicus, filius Ejus, Rex Aquitanorum, regnat in Francia, anno uno &c.* conf. *Odilo*, l. c., *Wilhelmus Nangius*, in *Chronico*, ad h. a., ap. *Pithœum*, pag. 210; Improlem hunc *Ludovicum* animam efflaſſe, anno 987, Compendii ſepultum, teſtes ſunt *Nangius*, l. c., ad h. a., *Sigebertus*, h. a., *Guido*, apud *Albericum*, p. 26, ad h. a.; Solus *Odorannus*, l. c., habet annum 982. De ſubſecuta metamorphoſi pergit *Nangius*, l. c: *Ludovicus, Rex Francorum, ſine herede moritur, & apud Compendium, in Eccleſia SS. Martyrum, Cornelii & Cypriani, ſepelitur. Tunc Francis Regnum transferre volentibus ad Patruum Ejus, Karolum, Ducem Lotharingiæ, fratrem Lotharii Regis, dum ille rem ad conſilium defert, & accipere Regnum tardat, Regnum Francorum capit Hugo Capucii, Comes Pariſienſis, & Dux Francorum, filius Hugonis Magni, Comitis quondam Pariſienſis, ex Haovide, ſorore Othonis primi, Imperatoris, &c.* Add. *Albericus*, ad an. 987 ad 990. *Carolo* huic, an. 990 exuvias mortales deponenti, *Otto filius in Ducatu ſuccedit Lotharingiæ*; ita *Albericus*, ad h. a., pag. 32. Conf. ſeq. Tit. XVI, §. 11, *Catalog. Ducum Lotharing.*

v. (4.) Brevitati temporis, quo Rempublicam adminiſtravit, tribuendum, quod pauca de Imperatore noſtro, præter jam dicta, in Annalibus occurrant; Conventus *Furonenſis* Acta, quæ apud *Andream du Chêne*, & *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtitut Imper.*, p. 293, an. 879, in *Annalibus Bertinianis* vero, an. 878, exhibentur, inter *Ludovicum* noſtrum, & *Ludovicum*, *Ludovici Germanici* filium, tetigi præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 60, & 61. Acta Inaugurationis Regiæ, 6 Id. Decembr. an. 877, in *Annalibus Bertinianis* ſiſtuntur; peculiarem eorum conſignationem continet *Andreas du Chêne*, Tom. 2, ubi occurrit (1) Epiſcoporum petitio, de conſervandis privilegiis ſuis, & defendenda Eccleſia; (2) Promiſſio *Ludovici* Regis; (3) benedictiones

ctiones ſuper Eum; factæ; (4) olei ſacri infuſio; (5) impoſitio coronæ; (6) ſceptri traditio; (7) benedictionum formulæ. Additur (8) formula juratæ fidei: *Ego N. ille ipſe ſic profiteor: de iſta die, & deinceps, iſti Seniori & Regi meo, Ludovico, Caroli & Hermintrudis filio, ſecundum meum ſcire & poſſe, & meum miniſterium, auxilio & conſilio, fidelis & adjutor ero, ſicut Epiſcopus recte Seniori ſuo debitor eſt, in mea fide, & meo ſacerdotio.* Accedit (9) Promiſſio Regis, data Compendii, 2 Kal. Decemb., adeoque ante coronationis ſolemnia. Diplomata ejus exhibet *Mabillon*, lib. 6, de *Re diplomatica*, pag. 546, &c.

v. (5.) Sepulchra Patrum ingreſſus eſt anno 879, 6 Id. Aprilis, i. e. 8 April. Ita *Continuator Bedæ*, lib. 2 *Hiſtor. Angl.*, cap. 1: *Anno Regni ſui ſecundo, necdum expleto, idem Ludovicus* (Balbus) *obiit in Compendio Palatio, VI Idus Aprilis, Indictione XII, anno Domini DCCC LXXIX.* Eandem ſententiam tuetur *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. 2 *Annal. Angl.*, pag. 38. *Continuator Aimoini*, lib. 5, de *Geſtis Francor.*, cap. 39, p. 502, *Sigonius*, lib. 5, de *Regno Italiæ*, ad h. a., pag. 222, & *Baronius*, Tom. X *Annal.*, ad h. a., §. 1, p. 534, habent 4 Id. April. In *Annalibus Pithœanis*, h. a., pag. 101, nec non *Fuldenſibus*, h. a., *Hermanno Contracto*, h. a., pag. 308, aliisque extat 3 Id. April. De nudo anno teſtantur *Auctor Veteris Chronici*, ad h. a., apud *Du Chêne*, T. 3, p. 359: *Ludovicus Balbus vel Nihil fecit, filius Caroli Calvi, annis duobus,* (ſcil. qvibus regnavit) *obiitque anno Verbi incarnati* 879, *Compendii, &c.*; *Lambertus Schaſnab.*, h. a.; *Chronicon Metenſe*, h. a., ap. *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, p. 345; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 145; *Conradus Urſpergenſis*, p. 141; *Albertus Stadenſis*, h. a., p. 95; Aliique. *Regino* contra, *Marianus Scotus*, *Chronicon Lemovicenſe*, apud *Labbeum*, l. c., pag. 333, & *Leodicenſe*, ibid., pag. 336, & *Series Abbatum Flaviniacenſium, Chronico Hugonis Flaviniacenſis* præfixa, ibid., p. 791, in fine, id referunt in annum 878; *Golſcherus*, Monachus S. Matthiæ ap. Treviros, in *Geſtis Treverorum*, cap. 43, *Edit. Leibnit.* p. 60; *Sigebertus Gemblacenſis*; *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Principum Romanor.*, ap. *Sylburgium*, T. 2 *Rer. Roman.*, pag. 595; & *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, p. 408, progrediuntur in annum 880.

(7) CAROLUS III, CRASSUS.

v. (1.) Principem hunc, *Ludovico Germanico* Patre, & *Emma* Matre, anno 832 in lucem editum, rectè docet Ampl. Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.*, cap. 5, pag. 162, Tab. 3 *Geneal.*

v. (2.) Dantur Ei duæ Conjuges, (1) Filia *Erebangeri* Comitis, anno 862 defuncta, vid. Dn. *Tolnerus*, l. c. *Blondellus*, *Geneal. Franc. plenior. Aſſert.*, p. 206, & Dn. *Gundlingius*, *de Statu Reipublicæ Germanicæ ſub Conrado* I, §. 8, lit. a, pag 53, eam *Richardim* vocant: (2) *Richardis*, Scotiæ Regis Filia, in Abbatia Andlavienſi Alſatiæ ſepulta, teſte *Bruſchio*, in *Chronologia Monaſteriorum Germaniæ*, voc: *Andlow*, p. m. 24, & 25. Eam falſò, corporis ſui poteſtatem *Ludwardo*, Vercellenſi Epiſcopo, Imperatori à conſiliis ſanctioribus, feciſſe, accuſatam, intemeratam caſtitatem, ſemel marito juratam, ſingulari certamine, vel ignitorum vomerum examine probaturam ſe, in judicio Kirchheimenſi affirmaſſe, ex *Reginone*, ad annum 887, diſcimus. Conf. *Annales Metenſes*, eod. an.; *Hermannus Contractus*, eod. an., apud *Urſtiſium*, pag. 309; Auctor *Fragmenti Hiſtorici, Chronico Alberti Argentinenſis* præfixi, eod. an., ibid., Tom. 2, p. 81; *Cruſius*, lib. 3 *Annal. Suevic.*, part. 2, cap. 2; *Franciſcus Guillimannus*, *de Epiſcopis Argentoratenſibus*, Epiſc. 27; *Sigonius*, lib. 5, de *Regno Italiæ*, ad eundem annum, p. 227, *Richildis* tamen nomen ei perperam imponens; *Baronius*, T. X *Annal.*, an. 888, §. 1, p. 601; *Lehman.*, *Chron. Spir.*, lib. 3, cap. 46, p. 261. Conf. ſeq. v. 4, ad an. 887.

v. (3.) Ex priori conjuge habuiſſe fertur filium, *Ludovicum*, juvenem extinctum. Vid. Dn. *Tolnerus*, l. c. Fuit eidem ex illegitimo matrimonio natus *Bernhardus*, quem hæredem Regni ſibi conſtituere voluit, ut *Annales Lambeciani*, ad an. 885, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, pag. 355, commemorant; ibi; *Imperator cum ſuis, apud Franconofurt, Colloquium habuit, miſſisque Romam Nunciis, Hadrianum Pontificem invitavit in Franciam. Voluit enim, ut fama vulgabat, quosdam Epiſcopos irrationabiliter deponere, & Bernhartum, filium ſuum ex Concubina, hæredem Regni poſt ſe conſtituere - - - - cujus fraudulenta conſilia Dei nutu diſſipata ſunt, &c.* Conf. *Gobelinus Perſona*, ӕt. 6 *Coſmodromii*, cap. 44, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 244.

v. (4.) A corporis habitudine *Craſſus* dictus eſt. Ex *Brevi Indice Regum Francorum*, *Uſaticis Barcinonenſibus* præfixo, MS. Cod. Thuano, hoc ordine Reges recenſens *Du Freſne*, *Gloſſ.* voc: *Bovera*, p. m. 598: *Carolus Magnus; Ludovicus, filius Ejus; Lotharius; Karolus, frater Ejus; Ludovicus, Ejus* (Lotharii) *filius; Karolus Magnus;* (Calvus) *Karolus de Bovera, qui dicitur regnaſſe annis quator; Otho; Karolus, &c.*, de ſuo addit: *Is autem eſt, qui vulgo Craſſus cognominatur, ita, ut etiam Bovera, ſeu, ut noſtri efferunt, le Bouvier dictus fuerit, quod, pinguedine, ac ventris mole, bovis inſtar eſſet. &c.* quæ tamen *Valeſius*, in *Valeſianis*, voc. *Bovera*, Edit. Pariſ. an. 1694, p. m. 221, & 222, meritò corrigit, per *Boveram* omnino *Bajoariam* intelligendam, docens. Ditiſſimus & Potentiſſimus Princeps fuit, *Imperio Romano*, *Regnisque Germaniæ*, *Italiæ*, & *Galliæ* ſimul auctus. Facit hanc in rem Charta Ejus, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, p. m. 517, hac cum ſubſcriptione: *Data X Kal. Septemb. anno Incarnat. Domini DCCC LXXX*, (leg. LXXXV)

Digitized by Google

LXXXV) *Indict. III*, (non XIII, ut Gretſero, l.c., in margine, videtur) *Anno Regni Karoli, piiſſimi Imperatoris VIII; Imperatoriæ vero Dignitatis, in Italia, V, in Francia, IV, in Gallia, primo. Actum Weibetingen, in Dei nomine, feliciter, Amen.* Add. Diploma, quod Appendicem primæ Editionis *Furſtenbergii Monumentorum Paderbornenſium* claudit, cujusque *Tenzelius*, in *Vindiciis Conringianis, pro Cenſura Diplomatis Lindavienſis*, cap. 12, §. 8, p. 271, meminit: *Data XI Kal. Octob., anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXXXVII, Indict. V, anno vero Regni Karoli, Sereniſſimi Imperatoris Auguſti, in Italia, VII, in Francia, V, in Gallia, III. Actum ad Luſtinauua, Curte Regali, in Chriſti nomine feliciter, Amen.* Quomodo epochæ hæ intelligantur, mox ſecutura declarabunt. Notabilis eſt Ejus viſio, apud *Wilhelmum Malmesburienſem*, lib. 2, de *Geſtis Anglorum*, cap. 2, p. m. 38, & 39, ſic inchoata: *In Nomine Domini, Summi Regis Regum, Ego Carolus, Dei gratuito dono, Imperator, Rex Germaniæ, & Patricius Romanorum, atque Imperator Francorum, ſacra nocte Dominicæ diei, &c.* Vid. præced. Tit. IV, §. 3, lit. d. Rectè hinc de Eo *Otto Friſingenſ.*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 9, pag. 123: *Poſt Carolum Magnum, inter omnes Reges Francorum, maximæ fuit poteſtatis, &c.*; &, paulo poſt: *Rex iſte, qui, in diviſione Orientalis Regni, acceperat inter fratres minimam portionem, ad tantum primò venit faſtigium, ut tam Orientalia, quam Occidentalia Regna, cum Romano ſuſciperet Imperio, &c.* Juſtoque propterea titulo *Magnus* vocari potuit; qua de re dictum aliquid, in vita *Caroli Calvi*, v. 4. Ab aliis contrà *maleferiatum* Eum audiviſſe, notat *Joachimus Vadianus*, lib 2, de *Collegiis Monaſteriisque Germaniæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Rerum Alamannicarum*, pag. 53. Jam ad Ejus geſta.

An. 876, ex Paternæ hereditatis diviſione, *Salfeldiæ* inſtituta, *Alamanniam*, nonnullasque ex Lotharii Regno Civitates ſortitus eſt. Vid præced. p. 60, Tit. 2, §. 8, lit. a.

An. 879, ab obitu *Ludovici* Imp., præterito Ejus filio, *Carolomanno*, eligitur Rex Longobardorum; Vid. *Johannis VIII*, P. R., Epiſt. 155, ubi, cognita *Ludovici* morte, Synodum, menſe Majo, Romæ celebrandam indicens, ad eamque *Anſpertum*, Mediolanenſem Archi-Epiſcopum, vocans, in favorem *Caroli Craſſi*, ſcribit: *Quia Carolomannus, corporis, ſicut audivimus, incommoditate gravatus, Regnum retinere jam nequit; de Novi Regis Electione ut omnes pariter conſideremus, vos prædicto adeſſe tempore, nempe ad Kalendas Majas, valde oportet, & ideo antea nullum, absque noſtro conſenſu, Regem debetis recipere. Nam Ipſe, qui à Nobis eſt ordinandus in Imperium, à Nobis primum atque potiſſimum debet eſſe vocatus, atque electus, &c.* Quæ *Baronius*, Tom. X *Annal.*, ad an. 879, §. 2, pag. 534, repetit; conf. *Conringius, de Imperio Romano-Germanorum*, cap. IX, §. 17, p. 72.

An. 881, poſt fata, ut modo dictum, Patruelis, *Ludovici Balbi*, Imperatoris, anno 879, Germanique Fratris, *Carolomanni*, Italiæ Bavariæque Regis, an. 880 extinctorum, *Carolus, de Alemania egreſſus, Langobardorum fines occupavit, ac, in paucis diebus, totam Italiam in deditionem accepit, & Romam perveniens, à Præſule Apoſtolicæ Sedis, Joanne, & Senatu Romanorum favorabiliter exceptus, cum magna gloria Imperator creatus eſt, &c.* Hæc *Regino*, ad annum 881, quæ comprobat *Hermannus Contractus*, ad h. a., ap. *Urſtiſium*, pag. 308; *Carolus Rex, frater Ludovici, Romam veniens, una cum Regina Richarda, Imperiali unctione, à Joanne Papa, coronatur, & omnes Italorum Epiſcopi, præter Papam, Imperatori jurejurando ſubjiciuntur.* Eundem annum propugnant *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 8, pag. 122; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. 467; Auctor Vitæ *Meinwerci*, Paderbornenſ. Epiſc., cap. 7, ap. Ill. Dn. *Leibnitum*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 520; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 145; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 141; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 95; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., pag. 211; *Sigonius*, lib. 5, *de Regno Italiæ*, h. a., pag. 223, addens, Eum, anno 880, Romam, cum *Valperto*, Aquilejenſi Patriarcha, ingreſſum, in ipſis Chriſti Natalitiis, adeoque primo die anni 881 corona Imperiali ornatum eſſe; quod aſſertum auctoritate *Continuatoris Aimoini*, lib. 5, de *Geſtis Francorum*, cap. 40, p. m. 504, nititur; ut adeò inauguratio hæc in annum pariter 880, & 881 referri queat, prout quis annum vel à Feſto Nativitatis, vel à Calendis Januarii auſpicetur; priori namque caſu contigit, ineunte anno 881, poſteriori, ſub finem anni 880. Malè eam *Marianus Scotus*, & *Sigebertus Gemblac.* in ſequentem 882 rejiciunt. De facto teſtatur *Theodoricus*, Abb. *S. Trudonis*, in vita *S. Rumoldi*, Dublinenſis Epiſcopi, cap. 5, apud *Surium*, 1 Julii, p. m. 25. Liquet ex hac inauguratione, Longobardicæ Italiæ Proceres Regnum ſuum, jam anno 879 in *Carolum* noſtrum collatum, haud à Romano Imperio dependere crediidiſſe. Vid. *Conring.*, *de Imperio Romano-Germanorum*, cap. 9, §. 17, pag. 72; notatuque inſuper dignum, Eum non prius *Auguſti* nomen admiſiſſe, quam a Papa fuerit coronatus. Vid. Dn. *Schilter, de Libertate Eccleſ. German.*, lib. 3, cap. 9, §. 2, p. 400, &c. Add. præced. Tit. 4, §. 2, lit. b, p. 296.

An. 882 ſucceſſit defuncto fratri *Ludovico*, in Franconia, Bavaria, & parte Lotharingiæ, quam nondum habuit, Vid. *Annal. Pithœani*, h. a., pag. 106; *Karolus quippe, cum audiſſet obitum fratris ſui majoris*, (Ludovici) *de Italia, per Bajoariam, iter ſuum in Franciam* (Orientalem) *direxit, Placitum Generale ad Wormatiam tenuit, receptis Primoribus, & Regno fratris ſui,*

menſe Majo. Sicque totius Germaniæ Dominus evaſit, quod *Annales Lambeciani*, lib. 2 *Comment. Vindobonenſis Biblioth.*, ad an. 882, p. 351, clarius innuunt, verbis: *Karolus Imperator, audito fratris ſui obitu, de Italia perrexit in Bajoariam, & Optimates, qui fuerunt fratris ſui, ad ſe venientes, in ſuum ſuſcepit Dominium. Deinde Wormatiam venient, cum ſuis, undique venientibus, conſiliatus eſt, quomodo Nordmannos de ſuo Regno expelleret. Statuto itaque, & condicto inter eos tempore, convenerunt de diverſis Provinciis Viri innumerabiles, & omnibus hoſtibus formidandi, ſi Ducem habuiſſent idoneum, ſibique conſentientem, h.e. Franci, Norici, Alamanni, Thuringii, atque Saxones, parique intentione profecti ſunt, contra Nordmannos, pugnare cupientes. Quo cum perveniſſent, munitionem illorum, qua vocatur Aſcloha, obſederunt, &c.* Conf. *Annales Fuldenſes*, h. a.; *Regino*, h. a.; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 8, pag. 122; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chronic.*, pag. 468; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 145, licet Imperatorem noſtrum perperam *Carolomannum* appellet; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 881; *Albericus*, an. eod., pag. 211; Recentiores.

An. eod., intempeſtiva facilitate, pacem ignobilem cum Nordmannorum Rege, *Godefrido*, fines utriusque Franciæ non parum infeſtante, pauloque poſt iterum fœdifrago, utut Chriſtianorum dogmata, hoc ipſo anno, eſſet amplexus, pepigit. Vid. *Annales Lambeciani*, l. c., p. 351, & 352: *Cumque jam* (ſunt verba, immediatè excipientia modò dicta) *expugnanda eſſet munitio*, (Aſcloha) *& hi, qui intus erant, timore perculſi, mortem ſe evadere poſſe deſperaſſent, quidam ex Conſiliariis Auguſti, Liutwardus, Pſeudo-Epiſcopus*, (Vercellenſis) *cæteris Conſiliariis, qui Patri Imperatoris aſſiſtere ſolebant, ignorantibus, juncto ſibi Wicberto, Comite fraudulentiſſimo, Imperatorem adiit, & ab expugnatione hoſtium pecunia corruptus deduxit, atque Gotafridum, Ducem illorum, Imperatori præſentavit, quem Imperator, more Achabico, quaſi amicum ſuſcepit, & cum Eo pacem fecit, datis ex utraque parte obſidibus: quod Nordmanni acceperunt pro omine. Et, ut pax, ex illorum parte, rata non dubitaretur, clypeum, juxta morem ſuum, in ſublime ſuſpenderunt, & portas munitionis aperuerunt. Noſtrates autem, calliditatis illorum expertes, eandem munitionem ingreſſi ſunt: alii quidem cauſa negotiandi, alii vero pro loci firmitate conſideranda: at Nordmanni, ad conſuetam calliditatem converſi, clypeum pacis deponunt, portas claudunt, & omnes ex noſtris, intus inventos, aut occiderunt, aut catenis ferreis ligatos ad redimendum ſervaverunt. Sed Imperator tantam contumeliam, exercitui ſuo illatam, flocci pendens, prædictum Gotafridum de fonte baptiſmatis levavit, &, quem maximum inimicum, & deſertorem Regni ſui habuerat, conſortem Regni conſtituit. Nam Comitatus, & Beneficia, quæ Rorich, Nordmannus, Francorum Regibus fidelis, in Kinnin* (*Friſiam* legunt *Regino*, h. a., *Continuator Aimoini*, lib. 5 *Geſt. Francor.*, cap. 41, pag. 505, & alii) *tenuerat, eidem hoſti, ſuisque hominibus, ad inhabitandum, delegavit. Et, quod majoris eſt criminis, à quo obſides accipere, & tributa exigere debuit, huic, pravorum uſus conſilio, contra conſuetudinem Parentum ſuorum, Regum videlicet Francorum, tributa ſolvere non erubuit, &c.* Conf. *Annales Pithœani*, h. a., pag. 106; & *Fuldenſes*, h. a.; *Sigebertus*, h. a.; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 308; *Otto Friſing.*, l. c.; *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c.; *Albericus*, h. a., p. 212, &c.; *Antoninus Florentinus*, P. 2 Hiſtor., Tit. XVI, cap. 2, §. 6, pag. 190.

An. 883 *Imperator omne tempus æſtivum manſit in Italia, animosque Optimatum Regionis illius contra ſe concitavit. Nam Witonem, alioſque nonnullos exauctoravit, & Beneficia, quæ illi, & Patres, & Avi, & Atavi illorum tenuerant, multò vilioribus dedit perſonis. Quod illi graviter ferentes, pari intentione, contra Eum rebellare diſponunt, multo etiam plura, quam antè habuerant, ſibi vindicantes.* Ita *Annales Lambeciani*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, ad h. a., pag. 353.

An. 884, mortuo *Carolomanno*, Burgundiæ, Aquitaniæ, totiusque Galliæ Rege, *Ludovici Balbi* filio, facta modò licet cum Nordmannis pace, *Normanni protinus in Regnum* (Galliæ) *revertuntur. Itaque Hugo Abbas, & cæteri Proceres Legatos ad eos dirigunt, promiſſionem, & fidem datam violatam eſſe, proclamant. Ad hæc illi reſpondent: ſe cum Carolomanno Rege, non cum alio aliquo fœdus pepigiſſe: quisquis ille eſſet, qui in Regnum Ejus ſuccederet, ejusdem numeri & quantitatis pecuniam daret, ſi quietè ac pacifice Imperium tenere vellet. Territi hujuscemodi mandatis Optimates Regni, ad Carolum Imperatorem miſſos dirigunt, Eumque ultrò in Regnum invitant, Eique advenienti, ad Gundolphi Villam, obviam procedunt, & manibus ſacramentisque, juxta morem, datis, Ejus ditioni ſe ſubdiderunt, &c.* Sunt verba *Reginonis*, h. a. Sic novo Regno auctus eſt Imperator. Conf. *Annal. Fuldenſ.*, an. 885; *Sigebertus Gemblac.*, an. eod.; *Hermannus Contractus*, an. 884, p. m. 308; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 8, in fine, p. 123; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 468; *Chronographus Saxo*, an. 884, p. 146; *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. 2, de *Geſtis Anglorum*, p. m. 38; *Rogerus de Hoveden*, part. 1 *Annal. Angl.*, pag. 420; *Albericus*, ad an. 885, pag. 216.

An. eod., *in Italiam profectus, cum Witone & cæteris, quorum animos anno priore offenderat, pacificatur, &c.* Ita *Annales Lambeciani*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, h. a., cap. 5, pag. 354. Conf. *Annal. Fuldenſ.*, anno 885.

An. 885, per *Henricum, & Eberhardum*, Nordmannorum Regem, violata rurſus fide, *per alveum Rheni fluminis aſcendere, & plurima loca* (Regni Lotharii) *ſuæ ditioni ſubjugare diſponentem*, ad colloquium invitatum

tatum

Digitized by Google

tatum, & inſidelitatis correptum, una cum ſatellitibus, occidi juſſit. Vid. *Annal. Lambeciani*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſ.*, cap. 5, ad h. a., pag. 355; *Regino*, h. a; *Sigebertus*, ad an. 886; *Albericus*, eod. ann., pag. 217, &c.

An. 885 *Hugo & Gozilin, Abbates & Duces præcipui Galliæ regionis, in quibus omnis ſpes Gallorum contra Nordmannos poſita erat, defuncti ſunt. Unde Nordmanni audaciores effecti, & de ſua munitione egreſſi, omnique Regione potiti, venationes, & varios ludos, nullo prohibente, exercebant - - - Menſe Julio Imperator cum ſuis Colloquium habuit in Urbe Metenſi, & inde contra Nordmannos profectus eſt. Ubi dum aliquanto tempore moraretur, Heinrich Comes, à ſuis deſertus, & ab hoſtibus circumdatus, occiditur, &c.* Hæc *Annales Lambeciani*, l. c., ad h. a., pag. 356; *irrita vero fuit Cæſaris expeditio*, l. c. Conf. *Annal. Fuldenſ.*, h. a: *Poſt Paſcha habito Generali Papiæ conventu, Imperator, per Burgundiam, obviam Nordmannos in Galliam, qui tunc Pariſiis erant, usque pervenit. Occiſo ibi Henrico, Marchenſi* (Marchione) *Francorum, qui in id tempus Niuſtriam tenuit, Rex, parum proſpere actis rebus, revertitur in ſua, &c.* Add. *Regino*, ad h. a., & ſequentem 887, quo demum *Henricum* occiſum tradit, ſimul addens: *Eodem tempore Hugo Abbas, magnæ pietatis Vir, & magnæ prudentiæ, Aurelianis moritur, & apud S. Germanum Antiſſiodoro tumulatur. Ducatus, quem tenuerat, & ſtrenuè rexerat, Odoni, filio Rudberti, ab Imperatore traditur, qui ea tempeſtate Pariſiorum Comes erat, & cum Gozzilone, ejusdem Urbis Epiſcopo, contra Nortmannorum aſſiduam impugnationem, Civitatem totis viribus tuebatur. His etiam diebus prædictus Gozzilinus Epiſcopus, inter ipſas obſidionum preſſuras, migravit à ſeculo, in cujus loco ſubſtitutus eſt ab Imperatore Haſchiricus Epiſcopus, &c.*; quæ præfata *Annalium Lambecianorum* verba illuſtrare poſſunt. Conf. *Albericus*, ann. 887, pag. 217, & 218.

An. 887, *Imperator, Galliarum Populos perluſtrans, Pariſios, cum immenſo exercitu, venit, ibique adverſus hoſtes* (Nordmannos) *caſtra poſuit, ſed nihil dignum Imperatoria Majeſtate geſſit. In eodem loco, ad extremum, conceſſis terris & Regionibus, quæ ultra Sequanam erant,* (inde moderna *Normandia* nomen ſortitur) *Nortmannis ad deprædandum, eò, quod incolæ illarum ſibi obtemperare nollent, receſſit,* (conceſſit) *& recto itinere in Alemanniam receſſit, &c.* Sunt verba *Reginonis*, h. a. Conf. *Sigebertus Gemblac.*, an. 888; *Albericus*, an. eod., p. 218, &c.; *Martinus Polonus*, in vita *Caroli III*, Imp., p. m. 364; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 43, apud *Meibom.*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 244; *Paulus Æmilius*, in vita *Caroli Craſſi*; *Bæclerus*, *Hiſtor. Secul.* IX, & X, in ejusdem vita, pag. 184, & 185.

An. eod., zelotypia agitatus, non ſolum *Richardam*, conjugem, corpus Vercellenſi Epiſcopo, *Lutwardo*, Archi-Cancellario, proſtituiſſe, ſuſpicatus eſt; ſed & ipſum *Ludwardum*, (qui, ut *Annalium Lambecianorum*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, ad h. a., pag. 357, ſtylo utar, *prior Imperatore, & plus, quam Imperator, ob omnibus honorabatur, & timebatur. Nam Nobiliſſimorum filias in Alamannia & Italia, nullo contradicente, rapuit, ſuisque propinquis nuptum dedit, &c.*) propterea, *Kirchhemii*, Archi-Cappellani pariter officio mulctavit, & Aula exire juſſit; qui, vindictam coquens, ſtatim *in Bajoariam, ad Arnulfum, ſe contulit, & cum Eo machinari ſtuduit, qualiter Imperatorem Regno privaret; quod & factum eſt. Nam, cum Idem Imperator in Villa Tribure conſediſſet, ſuorum undique opperiens adventum, Arnolfus, cum manu valida Noricorum & Sclavorum, ſupervenit, & Ei moleſtus efficitur. Nam omnes Optimates Francorum, qui contra Imperatorem conſpiraverant, ad ſe venientes, in ſuum ſuſcepit Dominium; venire nolentes Beneficiis privavit, nihilque Imperatori, niſi viliſſimas ad ſerviendum reliquit perſonas, &c.* Hæc iidem *Annales Lambeciani*, l. c., & pag. 358. Qua de depoſitione legas præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 887, pag. 86, & l. c., §. 12, lit. h, v. 3, pag. 234. Imprudenter ſanè Vercellenſem directioni arcanorum præfecit, quem omnibus Regni Proceribus exoſum noverat, adhuc magis errans, ab Aula Eum removendo, ob adulterii crimen cum Auguſta, omni culpa vacuum; auxit ſemel male inchoata, innocentem Conjugem ipſam repudians, in Monaſterium protruſam, oblata licet caſtitatis probatione; ita enim *Regino*, ad an. 887: *Paucis interpoſitis diebus,* (ejecto Aula Vercellenſi Epiſcopo) *conjugem, Rechardem, ſic enim Auguſta vocabatur, pro eadem re in concionem vocat, &, mirum dictu, publicè proteſtatur, nunquam ſe carnali coitu miſcuiſſe, cum, plusquam decennio, legitimi matrimonii fœdere Ejus conſortio eſſet ſociata. Illa è contra, non ſolum ab Ejus, ſed etiam ab omni virili commixtione ſe immunem eſſe, profitetur, & de virginitatis integritate gloriatur, idque ſe approbare Dei omnipotentis judicio, ſi marito placeret, aut ſingulari certamine, aut ignitorum vomerum examine, fiducialiter adfirmat. Erat enim religioſa fœmina. Ea, acto diſſidio, in monaſterium,* (Andlow, in Alſatia) *quod in proprietate ſua conſtruxerat, Deo famulatura, receſſit, &c.* Conf. reliquos, præced. v. 2, p. 466 allegatos. Non minus ei nocebant infelicia contra Nordmannos geſta bella; fœdæ tranſactiones iiscum initæ; neglectæ belli artes, quibus hactenus Carolina gloria ſteterat; intempeſtiva quietis cupido, an ſocordia, quam Procerum, ob frequentibus hoſtium irruptionibus vexatos Regni fines, turbatamque à *Widone* & *Berengario* Italiam, indignatio & contemptus comitabantur; debilitatæ corporis vires, dum *corpore & animo*, ut *Regino* l. c. loquitur, *ægrotare cæpit.* De quibus, aliisque exitioſis ei cauſis vid., præter Auctores, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 887, pag. 87 nomina-

Digitized by Google

tos, *Baronius*, T. X *Annal.*, ann. 888, §. 1, pag. 601; *Lehman.*, lib. 3 *Chron. Spir.*, cap. 46, p. 261; *Conring.*, de *Negotiis Conventuum Imperii*, quæ inter Diſſertationes, de *Republica*, octavum locum habet, *§.* 52, p. m. 531; Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini*, *§.* 52, pag. 33, &c.; *Bœclerus*, in *Hiſtor. Sec.* IX, & X, p. 184, &c.

v. (5.) Stantibus ita rebus, an. 888 *Carolus Imperator, tertius hujus nominis & dignitatis, obiit pridie Idus Januarii, ſepultuſque eſt in Augea, monaſterio. Fuit vero hic Chriſtianiſſimus Princeps, Deum timens, & mandata Ejus, ex toto corde, cuſtodiens, Eccleſiaſticis Sanctionibus devotiſſime parens, in eleemoſynis largus, orationi & pſalmorum melodiis indeſinenter deditus, laudibus Dei infatigabiliter intentus, omnem ſpem & conſilium ſuum divinæ diſpenſationi committens, unde & Ei omnia felici ſucceſſu concurrebant in bonum, ita, ut omnia Regna Francorum, quæ Prædeceſſores ſui, non ſine ſanguinis effuſione, cum magno labore acquiſierant, ipſe perfacile, in brevi temporis ſpatio, ſine conflictu, nullo contradicente, poſſidenda perceperit. Quod autem, circa finem vitæ, dignitatibus nudatus, boniſque omnibus ſpoliatus eſt, tentatio fuit, ut credimus, non ſolum ad purgationem, ſed, quod majus eſt, ad probationem, &c.* Hæc *Regino*, ad h. a., conſentientibus *Lamberto Schafnab.*, h. a.; *Mariano Scoto*, h. a., diem tamen emortualem 2 *Idus Junii* conſtituente; *Hermanno Contracto*, h. a., p. 309, quamvis addat: *Carolus Imperator, jam privatus, Deo devotè ſerviens, ut quidam dicunt, à ſuis ſtrangulatus, obiit, Idus Januarii, & Augiæ ſepelitur, &c.*; (unde hæc deſumpta, neſcio) *Ottone Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 9, p. 123; *Chronico Lemovicenſi*, ad h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.* MS., p. 333; *Chronographo Saxone*, h. a., pag. 646; *Conrado Urſperg.*, p. 142; *Annalibus Hildesbemenſibus*, h. a., ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 716; *Monacho Herveldenſi*, h. a., apud *Scherdium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 374; Reliquis. In *Leodienſi Chronico*, ap. *Labbeum*, l. c., p. 336, ut & *Metenſi*, ibid., pag. 345, refertur Ejus obitus in annum 887; *Hepidannus* contra, ap. *Goldaſtum*, Tom. I *Rer. Alaman.*, ponit annum 889; & *Sigebertus Gemblac.*, una cum *Alberico*, pag. 221, & *Antonino Florentino*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 8, p. 190, annum 890, vel 891. *Bruſchius*, de *Monaſteriis Germaniæ*, voc: *Augia dives*, p. m. 31, eum *Neydungi*, ad Danubium, à miniſtro ſuo trucidatum, ſcribit. Summam egeſtatem, qua ante obitum premebatur, innuunt verba *Reginonis*, ad an. 887: *Mittit ergò ad Arnolphum, ex Imperatore effectus egenus, ex deſperatis rebus, non de Imperii dignitate, ſed de victu quotidiano cogitans, tantum alimentorum copiam, ad ſubſidium vitæ præſentis, ſupplex expoſcit: dirigit etiam Bernhardum, filium, quem ex pellice ſuſceperat, cum xeniis, Eumque Ejus fidei commendat. Miſeranda rerum facies, videre Imperatorem opulentiſſimum, non ſolum fortunæ ornamentis deſtitutum, verum etiam humanæ opis egentem. Conceſſit autem Arnolphus Rex nonnullos fiſcos in Alemannia, unde Ei alimonia præberetur, &c.*; quæ *Marianus Scotus*, eod. an., confirmat, annectens: *Cibus & potus, ex Liberti, Epiſcopi Moguntini, ſumptibus, præſtabatur. Cui ſupplicanti Arnoldus nonnullos in Alamannia fiſcos conceſſit, &c.*: nec non *Sigebertus*, ad an. 890; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 468; *Otto Friſing.*, l. c.; *Albericus*, l. c.; *Antoninus Florentinus*, l. c.; Alii. Quomodo, ab Ejus obitu, Regnum dilaceratum fuerit, ſurgentibus inde variis Regibus, præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 3, pag. 234 dictum eſt. A Dæmone aliquando Eum poſſeſſum, referunt *Annales Pithœani*, pag. 84, ad an. 873, & *Fuldenſes*, h. a., *Albertus Stadenſ.*, an. 876, p. 94, & 95, &c. De Epitaphio hæc tradit *Bœclerus*, in *Hiſt. Secul. IX, & X*, p. 194, & 195: *Mauſoleum Caroli Craſſi, cum Epicedio, conſpicitur in Inſula Rheni, Richenau, prope Conſtantiam, ubi ſupremum diem obiit, in hanc ſententiam:*

Carolus Craſſus, Rex Sueviæ, pronepos Caroli Magni,
Italiam potenter intravit, eamque devicit, Imperiumque
Romanum, ubi Cæſar coronatus, obtinuit, ac, mortuo
Fratre Ludovico, univerſam Germaniam, & Galliam,
Jure hæreditario, acquiſivit. Demum, animo, mente,
Et corpore deficiens, ab Imperio, ſane magno cum Fortuna
Ludibrio, dejectus, à ſuis omnibus poſtpoſitus, humili hoc
In loco ſepultus jacet. Obiit anno DCCC LXXXVIII. Idib. Jan.

Inciſa ſunt hæc præterea:

Pannones & Cimbros, diverſo Marte, ſubegit
Carolus, à craſſo corpore nomen habens.
Sed bene quas juvenis Regni tractarat habenas,
His iterum ſenior diſpoliatus obit.

(8) ARNOLPHUS.

v. (1.) *Arnolphum* Filium fuiſſe *Carolomanni*, Bavariæ & Italiæ Regis, atque *Litowindæ*, Carentanæ, docet *Regino*, ad ann. 880, memor Patris ejus obitus, ſcribens: *Huic, ex legitimo matrimonio, non eſt nata ſoboles, propter infœcunditatem Conjugis, ſed, ex quadam Nobili fœmina, filium elegantiſſimæ ſpeciei ſuſcepit, quem Arnolphum nominari juſſit, ob recordationem Reverendiſſimi Arnolphi, Mettenſis Eccleſiæ Epiſcopi, de cujus ſancto germine ſua, aliorumque Germanorum Francorum proſapia pullulaverat: quod non caſu accidiſſe, ſed quodam præſagio portentoque futurorum actitatum videtur*, &c. Conf. *Annales Fuldenſ.*, an. 879, & *Pithœani*, h. a., pag. 101; *Chronicon Regum Francorum*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, p. 394;

Digitized by Google

394; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 7, pag. 122; *Goſfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, pag. 467; *Conradus Urſperg.*, pag. 142; *Marianus Scotus*, ad an. 887; *Sigebertus Gemblac.*, an. 890; *Chronographus Saxo*, an. 888, pag. 146; *Albericus*, ad an. 880, pag. 211; *Albertus Stadenſis*, an. 887, pag. 95; *Sigonius*, lib. 5, de *Regno Ital.*, ann. 887, pag. 227; Reliqui; ut adeò *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanor. Principum*, apud *Sylburgium*, T. 2. *Rer. Roman.*, p. 595, fruſtra queratur, de Ejus origine nihil certi ſe affirmare poſſe. Annales *Fuldenſes*, & *Pithœani*, l. c., Eum vocant *Arnoltum*; *Ethelwerdo*, lib. 4 *Hiſtor. Angl.*, ad an. 887, p. m. 846, dicitur *Earnulſus*; juxta Dn. *Tolnerum*, *Hiſtor. Palatin.*, cap. 5, pag. 162, Tab. 3 *Genealt*, an. 863 natus.

v. (2.) Uxorem habuit *Odam*, *Theodonis*, Bavariæ Ducis, filiam, cujus meminit Ipſius Filii, *Ludovici IV*, Diploma, de an. 903, Cœnobio *S. Emmerani* datum, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, in Appendice, pag. 525, §. 13: *Per interventionem noſtræ Dilectæ Genitricis, Outæ, quasdam res ſui proprii juris, quas à largitate b. m. Patris Noſtri Arnolphi Imperatoris, per Imperiale præceptum, ſuſceperat, &c.* Sic & *Ottonianum*, de an. 975, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, in *Syntagmate Henrici Bodonis*, de *Conſtructione Cœnobii Gandeſiani*, pag. 495: *Arnolphus Rex tradidit ad idem monaſterium, in beneficium, per interventum Conjugis ſuæ, Odæ, nec non Hildegardis, venerandæ nepotis ejus, in eleemoſynam Divæ memoratæ Aviæ Ludvici Regis, Genitorisque Ejus, Carolomanni Regis, nec non & pro beatiſſimorum Regum, videlicet Ludvici & Caroli, Patruorum Ejus commemoratione - - - quicquid in Cruchi, & in Calcheim, & in Bilderſtorp, &c. habuit*; Conf. *Annal. Fuldenſ.*, ad ann. 898: *Facinus de Regina, Ota, divulgatum eſt, i. e. ut corpus ſuum in latebroſo ac inique manciparet conjugio; quod ipſum Radaspona Urbe, menſe Junio, juxta Primorum præſentium judicium, LXXII jurantibus, definitum comprobatur, &c.* Alii eam *Juttam*, vel *Ludgardam*, *Guelphi*, Bavariæ Ducis, gnatam, nominant; Vid. *Chron. Carionis*, pag. 453; *Bucelinus*, in *Hiſtoria Agilolſingica*, part. 2 *Germaniæ Stemmatographicæ*, pag. 378; & *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, in Ejus vita, p. m. 854, ubi Ei alia, & quidem prior uxor datur, *Agnes*, Græcorum Imperatoris filia, quam duxerit, cum adhuc *Carinthiæ* Dux eſſet. Amicam ejus *Helingardam* nuncupant *Matthiæ*, l. c.; Dn. *Tolnerus*, l. c.; Alii.

v. (3.) Legitimi Ejus Liberi perhibentur

(1) *Ludovicus IV*, de quo plura in Ejus vita.

(2) *Hathui*, (Hathuwic, it. Hedwig) aliis *Luitgarda* dicta, Uxor *Ottonis Magni*, Saxoniæ Ducis; Vid. *Chronogr. Saxo*, ad an. 919, p. m. 151: *Conradus Rex, moriens, coram Principibus Regni, Regem deſignat filium Ottonis, Saxonum Ducis, ex Luitgarda, filia Arnolſi Imperatoris, &c.* Add. *Albertus Cranzius*, qui, lib. 2 *Saxon.*, cap. 33, ab initio, eam *Lucardam* vocat; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, *Generat.* 31, pag. 724; *Bellarminus*, de *Translatione Imperii*, lib. 2, cap. 1, T. 1 *Operum*, p. m. 985; Recentiores cæteri, propterea Matrem eam conſtituentes *Henrici Aucupis*. Quomodo autem reſpondent hæc Hiſtoriæ *Vita Mathildis*, *Henrici Aucupis* Conjugis, jubente Imperatore *Henrico Sancto*, ſcriptæ, cap. 1, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 193? ubi: *Temporibus Conradi, Regis Francorum Glorioſi, extitit in partibus Germaniæ Dux quidam, Otto nomine, honeſtate morum perſpicuus, & in decernendis rebus providus, clarus Nobilitate Generis, & famoſus bellorum triumphis. Cui HATHUWIC, Matrona Venerabilis, conjugali copulabatur vinculo: Quibus duo gignebantur filii - - - - major natu vocabatur Thancmarus, & alter HENRICUS, &c.*; aut *Ditmaro Reſtituto*, apud eundem Virum Illuſtrem, l. c., pag. 324, de *Henrico* noſtro, lib. 1, ſcribenti: *Hic nobiliſſimo Ottonis & HATHUI ſtemmate editus, &c.?* nam aut *Luitgardis*, & *Hathuwic*, ſeu *Hedwig* nomina ſunt ſynonyma, quod tamen non credo; aut perperam ei datur nomen prius; aut falſum planè, *Henricum* nepotem fuiſſe *Arnolpho*, ex filia.

Nonnulli addunt *Conradum* Comitem, ab *Adelberto*, Babenbergenſi Comite, occiſum; ita *Otto Friſingenſis*, lib. 6 *Chron.*, cap. 16, pag. 126, ad an. 913: *Conradus*, (Rex Germaniæ) *Conradi, quem Albertus occiderat, filius, conſilio præfati Ducis Ottonis*, (Saxoniæ) *conſenſu omnium Orientalis Franciæ, Rex creatur. Hunc quidam Ludovici* (IV, R. German.) *Fratris filium fuiſſe dicunt, &, ob hoc, noviſſimum Eum Carolorum ponunt, &c.* Sententiam hanc amplecti videntur *Hermannus Contractus*, ad an. 918, p. m. 312, & *Auctor Translationis S. Juſtini in Novam Corbejam*, ap. *Meibomium*, T. 1. *Rer. German.*, p. 770; apertius eam fovent *Goſfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chronic.*, p. 472; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 144, ad an. 907, & pag. 145; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an 903, p. 243, & an. 912, p. 251; *Albertus Stadenſis*, ad an. 907, p. 97, & an. 912, p. 98; *Appendix Genealogica ad Alberti Chronicon*, p. 7; *Lupoldus de Babenberg, de jure Regni*, cap. 2, p. m. 172; *Albertus Cranzius*, lib. 2 *Saxon.*, cap. 33; *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 9, p. m. 191; *Bellarminus*, l. c.; *Bunting.*, *Chron. Brunſuic.*, pag. 39, &c.; *Lehmannus*, *Chron. Spir.*, lib. 3, cap. 51, p. 265; aliique. Verùm, nullo fundamento; quia (1) Scriptores coævi, *Annalium Francorum* compilatores, *Regino*, *Luitprandus*, *Witichindus*, *Hroſwita*, *&c.* nihil de hac conſanguinitate memoriæ produnt, longè minora recenſentes; (2) *Witichindus*, lib. 1 *Annalium*,

ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 634; *Reginonis Continuator*, ad an. 911; *Hermannus Contractus*, eod. an., p. m. 311; ipſe *Gotfridus Viterbienſis*, l. c.; Author *Chronici Regum Francorum*, ap. *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, p. 394, cujus verba notari merentur: *Mortuo Arnulfo, Ludovicus puer, Ejus filius, imperavit, quatuor annos, cui Conradus, deficiente ſæpe dicta Imperatoria ſtirpe Nobili Francorum, quamvis non de eodem ſtemmate ortus, feliciter ſucceſſit, &c.*; aliique multi *Ludovicum IV*, pro ultimo *Carolinæ ſtirpis* in Germania, habent; (3) contrariæ ſententiæ fautores, uno ore, affirmant, dictam ſtirpem in *Conrado I* exaruiſſe, cum tamen certum ſit, ſuperſtitem Eum reliquiſſe *Eberhardum*, Franconiæ Ducem, Germanum, anno demum 939 trucidatum; qua de re, ſuo loco; (4) Conſtat ex *Reginone*, ad an. 892, 902, &c., unde ſua hauſit *Meibomius*, in *Notis* ad lib. 1 *Witichindi*, pag. 674, & 675, *Conrado* Comiti fuiſſe adhuc tres fratres: *Gebhardum*, an. 910, in bello Hungarico occumbentem; *Rudolfum*, Herbipolenſem Epiſcopum, an. 908 extinctum, & *Eberhardum*, vulneribus, in prælio cum *Adelberto* Babenbergico, an. 902, confoſſum, ex quibus obiit, nemine hactenus aſſerere auſo, hos omnes ab *Arnolpho* deſcendiſſe; (5) Patet ex verbis *Reginonis*, ad an. 892: *Per id tempus, Arnt, Wirtzburgenſis Eccleſiæ Venerabilis Epiſcopus, hortatu & ſuaſione Popponis, Thuringorum Ducis, ad pugnam contra Sclavos profectus, in eadem pugna occiditur, cujus cathedram Rodulphus, licet Nobilis, ſtultiſſimus tamen, frater Conradi & Geberhardi Comitum, obtinuit, & ei in Epiſcopatu ſucceſſit, &c.*, & mox ſequentibus: *Poppo, Dux Thuringorum, dignitatibus expoliatur. Ducatus, quem tenuerat, Cunrado commendatur, quem pauco tempore tenuit, & ſua ſponte eum reddidit, &c.*, *Conradum* Comitem, imò Ducem fuiſſe, *Ludovico IV* nondum nato. Eſtne autem vero ſimile, Regni Proceres, poſt *Arnolphi* fata, juniorem Ipſius filiorum, *Ludovicum*, adhuc infantem, fuiſſe electuros, ſi *Conradus* Comes & Ex-Dux, ætate & experientia longè major, pari ſanguinis nexu defunctum attigiſſet? (6) Nulla ſubeſt ratio, cur dicti Auctores *Arnolphi* ſpuriorum, *Zundeboldi & Ratoldi*, toties memores exiſtant, & *Conradi* agnationem legitimam prætereant ſilentio; (7) hac ratione falſa eſſent, quæ præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 889, p. 87, de declaratione heredum dictorum ſpuriorum, in caſum, *niſi Arnolpho legitimus naſcatur*, allata ſunt, *Conrado* tunc temporis jam claro; (8) æquitati reluctatur, *Arnolphum* omnem operam, an. 894, & 895, impendiſſe, ut *Zundeboldo*, ſpurio, *Lotharii Regnum* conferretur, præterito *Conrado*; vid. l. c., ad an. 895; Idem (9) dicendum, quando *Regino* l. c. ait: *Arnolphus Zundibolcho, filio, honores Megingandi Comitis ex parte largitur, &c.*; ubi ſimul notandum, *Zundeboldum* ſemper *filium Arnolphi* vocari, *Conradum* nunquam, licet *Regino* immediatè, ante & poſt hæc verba, de eo loquatur.

Andreas, *Ratisbonenſis* Presbyter, in *Chronico Bavarico*, à Dn. *Schiltero*, an. 1702, edito, p. m. 16, duos alios Ei filios fuiſſe, arbitratur, verbis: *Arnoldus & Wernherus fratres, filii Arnolfi Imperatoris, duas ſorores, Agnetem & Beatricem, filias Regis Ungarorum, baptiſatas in Caſtro Scheyrn, acceperunt Uxores, diviſeruntque iidem fratres ſimul. Arnoldus accepit Ducatum Noricorum, Wernherus Comitatum in Schreyn, & Comitatum Palatinum Rheni. Arnoldus filiam ſuam, Adelheidem, copulavit Ottoni, Duci Saxoniæ, faciens filium filiæ ſuæ, Heinricum, quem de Ottone genuit, heredem Ducatus Bavariæ, &c.* Sed & hæc omnia falſa. Eundem errorem, *Peuceri Chronico* ſeductum, errare *Freinshemium*, de *Vicariatu Palat.*, p. 35, animadvertit Dn. *Gundlingius*, de *Statu Reipublicæ Germanicæ ſub Conrado I*, §. VIII, lit. b. p. 53, & 54. Add. *Henningeſius*, *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia* part. 1, p. 191.

Spurii erant (1) *Zundeboldus*, Lotharingiæ Rex, cujus fata in catalogo Lotharingiæ Ducum, ſeq. Tit. XVI, §. 11, exponentur; (2) *Ratoldus*, quem Andeccenſium Comitum in Bavaria ſatorem ferunt; (3) *Bertha*, *Ludbardi*, Cliviæ Comitis, Uxor, & *Balduini* Mater. Mentio eorum fit in *Annalibus Fuldenſibus*, ad an. 889; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., p. 87. Add. *Chronicon Carionis*, p. 453; *Matthiæ Theatr. Hiſt.*, p. m. 854; Dn. *Tolnerus*, cap. 5 *Hiſtor. Palat.*, p. 162, Tab. 3 *Geneal. Majorum Domus*.

v. (4.) Nonnulli Eum inter Imperatores proſcribunt. Teſtis eſt *Otto Friſingenſis*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 13, p. m. 124, cujus verba, ſub initium hujus §. 11, retuli. Ad rationem, quam *Baronius*, Tom. X *Annalium*, an. 888, §. 3, p. m. 602, ſuppeditat: *Occaſione novi Regis Arnulphi celebrata eſt Synodus Moguntina, de qua illud primum conſiderandum, eundum Arnolphum nunquam, ab antiquis Scriptoribus, Imperatorem eſſe nominatum, ſed ſemper Regem, eò, quod nefas eſſet, Imperatoris nomen aſſumere, niſi illud eſſet ab Apoſtolica Sede collatum: quamobrem perperam agere convincuntur, qui ſtatim, poſt obitum Caroli, Arnulphum nominant Imperatorem, tanquam heredem Imperii, &c.*, reſpondet *Bæclerus*, *Hiſtor. Sec. IX, & X*, p. m. 201. Pertinent huc, quæ, præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 3, pag. 236, de Ejus Inauguratione, Romanorumque præſtito juramento dixi; addas *Imperialem titulum*, quo uſus eſt; Vid. præced. Tit. IV, §. 3, lit. b, v. 7, p. 299. Quod reliquam Ejus vitam concernit, ſumma eò redit:

Anno 880 à Patruo, *Ludovico Juniore*, *Germanorum* Rege, Ducatum *Carinthiæ*, cum Caſtro *Mosburg*, nanciſcitur. Vid. *Regino*, h. a: *Conceſſit autem idem Rex* (Ludovicus) *Arnolpho Corantanum, quod ei Pater jam pridem conceſſerat, in quo ſitum eſt Caſtrum munitiſſimum,*

Digitized by Google

tiſſimum, quod Mosburgk nuncupatur, eò, quod palude impenetrabili locus vallatus difficillimum adeuntibus præbeat acceſſum, &c. Conf. *Marianus Scotus*, an. 881; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 7, ad an. 880, p. 122; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, cod. an., p. 467; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod., pag. 211.

An. 887, in locum *Caroli Craſſi*, electus eſt Rex Germaniæ. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 887, pag. 86; & l. c., §. 12, lit. h, v. 3, pag. 234.

An. 888 à *Berengario*, Italia pulſo à *Widone*, in auxilium vocatur. Vid. *Regino*, h. a. Conf. tamen præced. Tit. 4, §. 3, lit. m, p. 308.

An. eod. conſentit in electionem *Odonis*, Galliæ Regis. Vid. l. c.

An. 890 concedit *Zundebolcho*, Marahenſium Sclavorum Regi, filiique cognominis, quem ex pellice ſuſceperat, Compatri, *Bohemiæ* Ducatum. Vid. *Regino*, h. a., cujus verba præced. §. 8, lit. c, p. 428. exhibui, quibus immediatè addit: *Quæ res non modicum diſcordiarum & defectionis præbuit incitamentum. Nam & Bohemi à fidelitate, diutius cuſtodita, receſſerunt, & Zundebolch, ex adjectione alterius Regni, vires non parvas ſibi acceſſiſſe ſentiens, faſtu ſuperbiæ inflatus, contra Arnolphum rebellavit. Quod cum cognoviſſet Arnolphus, cum exercitu Regnum Marahenſium ingreſſus, cuncta, quæ extra Urbes reperit, ſolotenus demolitus eſt. Ad ultimum, ne cæteræ fructiferæ arbores radicitus exciderentur, Zundebolch pacem poſuit, &, dato filio obſide, hanc pacem ſero promeruit, &c.* Contigiſſe hoc, an. 893, docet *Sigebertus Gemblac.*, h. a., hacque occaſione Hungaros in Regnum vocatos putans, ſcribit: *Ad quem* (Zundebolchum) *debellandum cum non ſufficeret, Gentem Hungarorum, Deo inimicam, Regno immiſit, eorumque auxilio Zuendebaldum devicit, & tributarium fecit, &c.* Quæ *Albericus, Monachus trium fontium*, ad eund. an., pag. 226, repetit. Conf. *Annal. Fuldenſ.*, eod. an.

An. 891, 6 Kal. Julii, reportatâ à Nordmannis, prope Lovanium, ad fl. *Clylam*, (al. *Gulid*,) contra Germanos victoriâ, *Arnolfus* Rex, ira commotus, exercitum, quo Slavorum inſolentiam, in Bavariæ finibus, modò repreſſerat, in eos ducit. Surgente ad *Tiliam* fl. prælio, *Nordmanni, fugæ præſidium quærentes, flumen, quod antea eis à tergo pro muro habebatur, pro morte occurrebat. Nam, inſtantibus ex altera parte eâde Chriſtianis, coacti ſunt in flumen præcipitari; coacervatim ſe per manus & colla cruribusque complectentes, in profundum, per centena & millia numero, mergebantur; ita, ut cadaveribus interceptum alveum amnis ſiccum appareret. In eo prælio cæſi ſunt duo Reges eorum, Sigiſfridus ſcil. & Godafridus; Regia Signa 16 ablata, & in Bajowariam in teſtimonium transmiſſa ſunt. Eodem in loco, die Kal., Letanias Rex celebrare præcipit: Ipſe, cum omni exercitu, laudes Deo canendo proceſſit, qui talem victoriam ſuis tribuit, ut, uno homine tantum occiſo de parte Chriſtianorum, quod compertum eſt, tanta millia hominum, ex altera parte, perierunt.* Sunt verba *Annalium Fuldenſium*, h. a. Conf. *Regino*, h. a.; *Sigebertus*, ad an. 895; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 11, pag. 124; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. 469; *Ingulphus, Fontaniſſenſis* Monachus, *Hiſt. Angl.*, ap. *Savile*, p. m. 870, in fine; *Adamus Bremenſ.*, lib. 1 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 40, p. 33; *Albericus*, ad an. 895, p. 228, & 229; *Albertus Stadenſis*, ad an. 888, pag. 96, qui Victoriam ita deſcribit: *Bellum cœlitus adminiſtratum, in quo Nordmanni, vel Dani, ab Arnulfo Rege, usque ad internecionem ſunt deleti. Siquidem, centum millibus Paganorum proſtratis, unus de Chriſtianis cecidiſſe repertus eſt.*

An. 893 inveſtit *Carolum* de Regno Galliæ, in Comitiis Wormatienſibus. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 893 pag. 87; Conf. *Witichindus Corbejenſis*, lib. 1 *Annal.*, ap. *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 637.

An. eod. à *Formoſo* Papa, Regnique Italici Proceribus invitatur, ad eripiendam *Widoni* tyranno Italiam. Vid. præced. Tit. 4, §. 3, lit. m, v. 1, pag. 308.

An. 894 in Italiam profectus, *Pergamum* reliquasque Regni Civitates ad deditionem compellit, denuoque à Papa Romam invitatur. Vid. ſupr., l. c., v. 1, & 2.

An. eod. bello Burgundico occupatur. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 3, pag. 235, &c.

An. 895 filium *Zundeboldum* Regem Lotharingiæ eligi curat. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, pag. 87.

An. 896 expugnat Romam, & coronatur Imperator, à Pontifice *Formoſo*; Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 3, pag. 236; Ante hanc Inaugurationem, Patrum more, non niſi Regem ſe vocavit. Vid. Varia Ejus Diplomata, apud *Schatenum*, lib. 3 *Annal. Paderborn.*, p. 203, & 227.

An. 897 *contigit, ut Gentis Bohemitarum Duces ad Imperatorem, Arnulfum, qui tunc temporis Civitate Raduſpona moratus eſt, advenerunt, offerentes Ei munera Regia, & ſua, ſuorumque fidelium ſuffragia, contra eorum inimicos, Marahabitas ſcilicet, poſtulantes, à quibus ſæpe, ut ipſi teſtificati ſunt, duriſſime comprimebantur. Quos ergo Duces Imperator gratuito ſuſcipiens, verbaque conſolationis ex pectoribus abundantius inſeruit, & lætabundos, donoque honoratos Patriam in ſuam abire permiſit, &c.* Hæc *Annal. Fuldenſ.*, h. a.

An. 898, *inter duos fratres Gentis Marahenſium, Moymirum ac Zentobolchum, eorumque Populum, diſſenſio atque diſcordia graviſſima exorta eſt, ita etiam, ut, ſi uterque alterum ſuis viribus inſequi, atque comprehendere valeret, capitalem ſubiret ſententiam. Tunc vero Rex Imperator iſta ſciens, Marchiones ſuos, Luitbaldum ſcil., & Arbonem Comitem, una cum cæteris fidelibus ſuis, parti, quæ ad ſe ſpem ac confugium habuit, auxilium, ad eorum liberationem protectionemque, Bawarios ſuos Primates*

tranſmiſit. At illi, more (in ore) *gladii igneque, prout poterant, inimicos ſuos humiliaverunt, & devaſtando necaverunt, &c.* Sunt Verba *Annalium Fuldenſium*, h. a.

v. (5.) Confecto vitæ curriculo, *Arnolphus Imperator migravit à ſeculo*, 3 *Cal. Decemb.*, *ſepultusque eſt honorifice in Odingus, ubi & Pater Ejus tumulatus jacet, &c.* Ita *Regino*, ad an. 899, quem ſequitur *Marianus Scotus*, h. a.; licet, vitio Typographi, locus ſepulturæ *Modinga*, pro *in Odinga*, vocetur. Eundem annum proſerunt *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Hermannus Contractus*, Cod. Vet., p. m. 310; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 13, p. 124; *Conradus Urſperg.*, p. 142; *Sigonius*, lib. 6 *Ital.*, ad h. a., pag. 242; *Baronius*, T. X *Annal.*, ad h. a, §. 1, p. 628; Alii. *Annales Fuldenſes* verò, & *Hermannus Contractus*, Cod. Nov., l. c., id referunt in annum 900, & quidem poſterior in 6 Id. Dec.; eundem annum comprobantibus *Chronico Leodienſi*, ap. *Labbeum*, T. 1 *Bibliothec.*, p. 336, & *Metenſi*, ibid., p. 345; *Hepidanno*, ap. *Freherum*, T. 1 *Rer. Alaman.*; *Chronographo Saxone*, p. 147; *Alberto Stadenſi*, p. 97, &c. *Sigebertus Gemblac.*, & *Albericus Monachus trium fontium*, p. 241, in annum 902 usque progrediuntur. Venenum Ei fuiſſe propinatum, docent *Annales Fuldenſes*, ad an. 898: *Rex paralyſi ſolutus infirmatus eſt. Secundum autem ut Regi nocivum quoddam à viris ac feminis daretur, ut inde paralyticus efficeretur, quorum unus vocabatur German, qui reus Majeſtatis convictus, & ideo Osingæ decollatus eſt; alter vero fuga lapſus in Italia latuit; & alia quoque femina, nomine Rodpure, quæ ejusdem ſceleris auctrix deprehenſa, certa examinatione, inveniebatur, Epilingæ, in patibulo ſuſpenſa, interiit, &c.* Factum confirmat *Luitprandus*, lib. 1 *Hiſtor.*, cap. 9, p. m. 98; *Widonis* vero Conjugis nequitia patratum addens facinus. De obitu pergit *Luitprandus*, l. c., pag. 99: *In propria turpiſſima valetudine expiravit, minutis quippe vermibus, quos pedunculos ajunt, vehementer afflictus, ſpiritum reddidit. Fertur autem, quod præfati vermes adeo ſcaturirent, ut nullis Medicorum curis minui poſſent.* Idem aſſerunt *Adamus Bremenſ.*, lib. 1 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 42, pag. 34; *Sigebertus*, l. c.; *Chronogr. Saxo*, l. c.; *Albertus Stadenſ.*, l. c.; *Albericus*, l. c.; *Martinus Polonus*, in *Chronolog. Imp & Paparum*, p. m. 364. Eum *Ottingæ* ſepultum, *Regino*, l. c., reliquique ferè omnes tradunt; *Annales Fuldenſes* contrà, ad an. 900, *Ratisbonam* hoc nomine laudant; ibi: *Imperator Urbe Ratispona diem ultimum clauſit, & honorifice in Domo Emmerammi, Martyris Chriſti, à ſuis ſepelitur, &c.* Alibi forte oſſa, & alibi viſcera recondita ſunt; vel, judice *Ottone Friſing.*, l. c., *poterat eſſe, ut ibi humatus*, (Ottingæ) *huc poſtmodum* (Ratisbonam) *transferretur.* Apud *Gotfridum Viterbienſem*, part. 17 *Chron.*, pag. 470, legitur: *Arnolphus, XII Regni ſui anno, Imperator diem ſuum obiit, & juxta Patrem ſuum, Ludovicum*, (Carolomannum) *apud Odinum* (Ottingam *in Bavaria, ſepelitur. Monſtratur tamen ſepulchrum Ejus in Monaſterio S. Heimerani, Ratubonæ, &c.* Exhibet illud *Andreas Du Cheſne*, Tom. 2, pag. 585, &, ex eo, *Bæclerus*, *Hiſt. Sec.* IX, & X, pag. 212:

Epitaphium Arnulfi Imp.
Ratisbonæ, in Choro Monaſterii S. Emmeranni.

Hac Arnulfus humo eſt Cæſar Romanus humatus,
Quem Galli Regem, Boji habuere Ducem.
Hic Ædem, Emmerane, tuam defendit, & auxit,
Prædia ſunt teſtes, ſplendidus atque liber.
Ad noſtram cineres Dionyſi tranſtulit Urbem,
Finibus è Gallis quos, pia furta, tulit.

(9) LUDOVICUS IV.

v. (1.) Natus eſt hic Princeps, *Arnolpho* Imp., & *Oda* Parentibus, anno 893; ita *Annales Fuldenſes*, h. a., facta mentione expeditionis Ejus adverſus *Zuendeboldum*, Marahenſium Principem: *magna cum difficultate itineris, in Bajoaria, ad Regiam Curtem, Otingam, reverſus eſt*, (cum Uxore) *de qua Ei, non multum poſt, filius naſcebatur, quem Hado, Mogontiacenſis Archi-Epiſcopus, & Adalpero, Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus, ſacro fonte baptiſmatis chriſmantes, nomine Avi ſui, Hludowicum appellaverunt, &c.* conf. *Regino*, ad an. 900; *Marianus Scotus*, an. eod.; *Aventinus*, lib. 4 *Annal. Boicor.*, p. 368; Alii. Hinc eſt, quod *Ditmarus Merſburgicus*, lib. 1 *Chron.*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 325, *Conradum* Regem vocet *ſucceſſorem Ludovici pueri, &c.*, ſcribens: *Conradus, Francorum quondam Dux egregius, & tunc Ludovici ſucceſſor pueri, &c.* idem facit *Adamus Bremenſ.*, lib. 1 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 44, pag. 36: *Luthewicus puer depoſitus eſt, & Conradus, Francorum Dux, in Regem levatus, &c.*; nec non *Hepidannus*, ap. *Freherum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1, ad an. 900: *Arnolfus Imperator obiit. Ludovicus, filius Ejus, in Regnum elevatur, adhuc puerulus, &c.* Sic *Hermannus Contractus*, ad an. 911, p. 311: *Ludovicus Rex, adoleſcens, moritur, &c.*; *Chronicon Regum Francorum*, ap. *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Bibliothecæ Cæſar.*, cap. 5, p. 394: *Mortuo Arnulfo, Ludovicus Puer, Ejus filius, imperavit quatuor annos, &c*; Auctor *Translationis S. Juſtini in Novam Corbejam*, ap. *Meibomium*, Tom. 1 *Rerum Germanic.*, pag. 770: *Arnulfo Imperatore de medio ſublato, Ludewigus, qui dictus eſt Infans, regnavit, &c.*; *Chronographus Saxo*, an. 901, pag. 148: *Ludovicus, Arnolfi Imp. filius, 72 loco ab Auguſto, admodum puer, imperavit annos 12, &c.* Conf., ſeq. v. 4, Auctorem *Chronici Sclavici*, apud *Lindenbrogium*, p. m. 191.

v. (2.) Sunt, qui Ei conjugem tribuunt *Lutgardam*, fil. *Ludolphi, Ducis Saxoniæ*; ita *Witichindus Corbejenſis*, lib. 1 *Annal*, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. Alaman.*, p. 634: *Ultimus Carolorum, apud Orientales Francos imperantium, Lothowicus,*

Digitized by Google

thowicus, ex Arnulpho, fratruele Karoli, hujus Lotharii Regis proavi, natus erat. Qui cum accepiſſet uxorem, nomine Liudgardam, ſororem Brunonis, ac magni Ducis Ottonis, non multis poſt hac vixerat annis, &c. Quem ſequuntur *Chronographus Saxo*, ad an. 912, p. 150, licet Eam *Machtildam* vocet; *Conradus Urſpergenſis*, p. m. 144, & 149; *Albertus Stadenſis*, ad an. 917, p. 100; *Theodoricus Engelhuſius*, de *Imperatoribus, ex Celſiſſima Ducum Brunſuicenſium domo oriundis*, apud *Maderum, de Antiquitatibus Brunſuic.*, §. 2, p. m. 24; *Aventinus*, lib. 4 *Annal. Boic.*, p. 168; Alii. Errare autem ita ſentientes, & *Ludovicum* noſtrum hac ratione confundi cum *Ludovico Jun.*, *Ludovici Germanici* filio, an. 882 extincto, docet *Ottonianum Diploma*, de an. 975, in *Syntagmate Henrici Bodonis*, de *Cœnobio Gandeſiano*, ap. Dn. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 494, & 495, ubi manifeſta diſtinctio, inter *Ludovicum*, *Ludolfi* Saxonis Generum, *Ludgardæ* maritum, atque *Arnulfi* Imp. filium cognominem. Adeſt ejusdem *Ludovici Jun. Germanici* aliud Diploma, de an. 877, apud *Meibomium*, in lib. 1 *Annal. Witichindi*, l. c. Tom. 1, p. 671, in quo ſimilia occurrunt, ſcil: *Pro dilecta Conjuge Noſtra, Lutgarda, ac cariſſima prole noſtra, &c.* Jam conſtat, an. 877 *Ludovicum* Noſtrum, *Arnolfi* filium, nondum fuiſſe natum. Conf., in hanc ſententiam, *Regino*, ad an. 882; *Cranzius*, lib. 2 *Metropol.*, cap. 13, p. m. 49; *Meibomius*, in *Notis* ad *Witichindum*, l. c.; *David Blondellus, Genealog. plenior. Aſſert.*, p. 204; *Bœclerus, Hiſtor. Sec. IX, & X*, p. 214; *Sagittarius*, de *Ducatus Thuringiæ Antiquit.*, lib. 3, cap. 14, §. 5, p. m. 194; Dn. *Gundlingius*, de *Statu Reipubl. Germanicæ, ſub Conrado I*, §. 4, lit. o, pag. 23, & §. 5, lit. e, pag. 27.

v. (3.) *Wilhelmus Nangius*, S. Dionyſii Monachus, Sec. XIII florens, in *Chronico*, ad an. 987, apud *Pithœum*, p. m. 211, magna fiducia ſcribit: *Arnulfus, Imperator Romanorum, filius Karlomanni, filii Ludovici, Germanorum Regis, fratris Caroli Calvi, Regis Francorum & Imperatoris, genuit Ludovicum Juniorem Imperatorem, qui Ludovicus duas tantum habuit filias, Placidiam, & Matildem, quarum primogenita, Placidia, nupſit Conrardo, filio Conrardi Comitis, qui poſt Ludovicum Juniorem imperavit, Matildis vero data eſt uxor Henrico, filio Othonis, Ducis Saxonum. Qui Henricus, mortuo Conrardo, & ejus uxore Placidia, ſine heredibus, imperavit cum uxore ſua Matilde, de qua genuit primum Othonem Imperatorem, &c.* Rectè autem reſpondet Blondellus, l. c: *Ludovicus, Arnulphi filius, numquam, quod ſciamus, Uxorem duxit, aut liberos genuit: ullos ſi genuit, Conradi & Henrici Uxores filias habere nequaquam potuit; anno nimirum 893 natus, 900, Febr. 4, quo Arnulpho Patri, Decembris 8 denato, ſuffectus eſt, Ditmaro, & Adamo Bremenſi puer, Chronico Halberſtadienſi infans, Mariano & Aventino ſeptennis, Hepidanno, Petro Bibliothecario, Godefrido Viterbienſi parvulus, admodum puer, adhuc puerulus; 911, quo mortalitatem explevit, nondum 20 annos natus, quod ipſa Epitaphii verba indicant:*

. . . . . . quatuor vix luſtra videbam,
Injecit rapidas cum mihi Parca manus, &c.

Add. ſchema, præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 6, p. 247, nec non præced. *Vita Ludovici Pii*, v. 3, p. 447, & *Meibomius*, in Notis ad *Witichindi Annales*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 682.

v. (4.) Quo tempore regnare cœperit, innuit Diplomatis Ejus, de anno 900, quo Corbejenſia Privilegia confirmat, epilogus, apud *Schatenum*, lib. 3 *Annal. Paderborn.*, ad h. a., pag. 237: *Data 4 Id. Octobrium die, Anno Incarnationis Domini DCCCC. Indict. III, Anno Domini Hludovici Primo. Actum Triburias, in Dei Nomine feliciter, &c.* Apud *Goldaſtum*, T. 2 *Antiquitatum Alamannicarum*, part. 1, §. 20, p. 31, occurrit Charta *Ratperti Monachi*, hac cum ſubſcriptione: *Ego itaque Ratpertus Monachus, rogatus, anno DCCCCII Dominicæ incarnationis, Anno tertio Regis Hludowici, Idus Februarias, die Mercurii, ſcripſi, & ſubſcripſi, &c.* Aliud documentum ſiſtit *Greiſerus*, de *Divis Bambergenſ.*, §. 3, pag. 525, de an. 903, ubi in fine: *Dat. 2 Id. Aug., an. Incarnat. Domini noſtri DCCCCIII, Anno Ludewici, piiſſimi Regis, Quarto, Indict. 6. Actum Otinga, in Dei nomine feliciter, &c.*; aliudque *Goldaſtus*, l. c., §. 6, p. 27, ut & Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, de an. 906, pag. 300, ita ſubſcriptum: *Data 2 Kal. Junii, Anno Incarnat. Domini 906, Indict. 9, Anno Regni Domini Hludovici Septimo. Actum in Rotwila feliciter, &c.* In charta *Watonis Diaconi*, ap. eundem, Tom. 2 *Rer. Alamann.*, part. 1, §. 7, p. 27, vocatur *Rex Alamannorum & Bavarorum*; verba ſunt: *Notavi diem Jovis, in 8 Id. Octob., regnante Domno Hludowico, Rege Alamannorum & Pejoariorum, ſub Chonrato, Duce Nobiliſſimo, feliciter, &c.* Dari Veteres, qui *Imperatoriam dignitatem* Ei haud invident, teſtis eſt *Golſcherus*, Monachus S. Matthiæ apud Trevirenſes, ſub *Henricis* IV & V clarus, in *Geſtis Treverorum*, cap. 43, *Edit. Leibnit.* p. m. 61, inquiens: *Hic* (Rathbodus Præſul) *acquiſivit Abbaciam S. Servatii, quæ dicitur Maſtreiz, ab Arnolfo, deinde etiam à Ludevico Imperatore hac Caſtella obtinuit, &c.* Sic *Chronicon Laurishamenſe*, ap. Freherum,

T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 68: *Arnolfo Imperatori ſucceſſit filius, Ludovicus, &c.*; It. *Chronicon Regum Francorum*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, p. 394; & *Chronographus Saxo*, ad an. 901, p. 148, quorum verba v. 1 adduxi; add. *Lambertus*, ad. an. 899: *Arnoldus Imperator obiit, cui Ludovicus, filius Ejus, ſucceſſit, &c.*; Auctor *Chronici Sclavici*, cap. 6, apud *Lindenbrogium*, p. m. 191: *In Imperio Arnulphus habuit ſucceſſorem, Ludovicum puerum, qui cœpit anno Domini* 903, *&, illo poſtmodum depoſito, Conradus, Francorum Dux, imperavit, qui cœpit anno Domini* 912, *&c.*: & *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 9, p. 191: *Succeſſit Arnulpho* (Imperatori) *Ludovicus, Filius Ejus*; *&c. De hoc Ludovico nil reperio, niſi quod, propter Tyrannorum in Italia inſolentiam, & multam malorum ingruentiam, non meruit Imperialem Benedictionem, &c.*; & alii. *Luitprandus*, ſcriptor coævus, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 1, ap. *Reuberum*, p. m. 101, ait: *Poſtquam vitalis calor, Arnulfi Regis membra deſerens, corpus reddidit exanime: Ejus filius, Ludovicus, Rex, cunctis à Populis, ordinatur, &c*; ſimilia proferunt *Regino*, ad an. 900; *Marianus Scotus*, ad eund. annum; & reliqui, quorum præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 900, p. 88, facta mentio. Juxta morem quidem Ejus Anteceſſorum, ab ætate *Caroli Calvi*, *Imperiali nomine* abſtinentium, donec à Romano Præſule fuerint coronati, *Imperator* vocari nequit, utpote nec à Romanis electus, nec inauguratus. Vid. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 77, pag. 75, & 76, & §. 78, p. 2, & Diſſ: *Quid expediat Imperio?* §. 8, p. m. 10; *Vagedes*, de *Ludibriis Aulæ Romanæ*, cap. 8, inter *Opera Ejus Academica*, pag. 150, & 151. Quod ſi vero miſeram iſtorum temporum Italiæ faciem intueamur, quibus *Wido*, *Berengarius*, *Lampertus*, *Ludovicus*, *Boſonis* filius, *Rudolfus*, *Hugo*, *& Berengarius Junior* tumultariè ibi dominabantur, quorumque intuitu *Ludovicus* noſter Imperiale diadema conſequi non potuit, *Sigeberto* teſte, ad an. 912: *Ludovicus, Rex Germaniæ, moritur, qui, propter Tyrannorum in Italia inſolentiam, & multam malorum ingruentiam, non meruit Imperialem benedictionem, &c.*, quæ *Albericus* Monachus, ad an. 912, pag. 251, *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3 *Speculi Hiſtor.*, lib. 24, cap. 58, *Antoninus Florentinus*, l. c., & *Wernerus Rolewinckius*, in *Faſciculo Temporum*, ætat. 6, apud *Piſtorium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 68, b, repetunt, dicendum videtur, *Ludovicum* non omne Jus ſuum in Imperium perdidiſſe, vel propterea, quod Romani, ſolenni juramento, (de quo præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 3, p. 236,) fidem *Arnolpho* dederint, ſe nunquam *Lambertum* Romæ regnare paſſuros, quem tamen, perjurii reus, Pontifex poſtmodum coronavit, quæ perfidia, juſtiſſimo titulo, à *Ludovico* noſtro, tanquam filio, & Succeſſore Patris, armis vindicari potuiſſet, niſi vires & tempora aliis bellis diſtracto defuiſſent. Vid. *Bæclerus*, *Hiſt. Sec. IX, & X*, p. 214, & 215; nam,

An. 900, pertæſi *Zundeboldi* Lotharingiæ Ordines, *Ludovicum* noſtrum in Regnum evocarunt. Vid. ſeq. Tit. XVI, §. 11, in catalogo Ducum Lotharingiæ. Qua occaſione *Lotharingia* ad Germaniæ Reges rediit. Vid. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 59, p. 41.

An. 901 cœpit bellum cum Hungaris, Bavariam, Sueviam, Franconiam, aliasque Germaniæ Regni Provincias infeſtantibus. Vid. *Luitprandus*, lib. 2 *Hiſt.*, cap. 1, ap. *Reuberum*, p. 101; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 310; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 148; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 903; *Albericus*, ad eund. an., p. 242; *Conradus Urſperg.*, an. 902, p. 144.

Anno 902, & 903 ortum Bellum Babenbergicum. Vid. *Regino*, ad hos annos.

An. 905 recrudUere motus in Franconia & Lotharingia, quibus *Conradus*, *Conradi I*, Regis Germaniæ, Pater, ab *Adelberto*, Babenbergico Comite, poſtea decollato, occiſus eſt. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 905, pag. 88, & ſeq. Tit. XVI, §. 11, Catal. *Ducum Franconiæ*.

An. eod. Hungari Germaniæ Provinciis tributum imponunt. Vid. *Luitprandus*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 2, p. 101, & 102; *Sigebertus*, h. a.

An. 907 Hungari magnam cladem Germanis inferunt, occiſo Bojorum Duce, *Luitpaldo*. Vid. ſeq. Tit. XVI, §. 11, *Catal. Ducum Bavariæ*; Conf. *Conradus Urſperg.*, ad an. 908, p. 144; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 15, pag. 125.

An. 908 *Hungari, iterum terminos tranſgreſſi, Saxoniam & Thuringiam vaſtaverunt.* Ita *Regino*, h. a., Conf. *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 310; *Chronogr. Saxo*, an. 909, p. 150; *Albertus Stadenſ.*, eod. anno, pag. 97; *Conradus Urſperg.*, ad an. 909, p. 144; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, c. 46, p. 246.

An. 909 *Hungari Alemaniam ingreſſi ſunt.* Hæc *Regino*, h. a. Conf. *Marianus Scotus*, h. a.; *Chronographus Saxo*, an. 910, pag. 150; *Albertus Stadenſis*, eod. an., pag. 98; *Conradus Urſperg.*, l. c., eod. an.

An. 910 *Franci, in confinio Bavariæ & Franciæ, Hungaris congreſſi, miſerabiliter aut victi, aut fugati ſunt. In quo prælio Gebelhardus Comes interiit, relictis duobus filiis ſuis, adhuc pueris, Udone & Herimanno, qui poſtea clari & Nobiles in Francia extiterunt, &c.* Hæc iterum *Regino*, h. a. Conf. *Luitprandus*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 6, p. 104, & 105; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 311; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Marianus Scotus*, h. a.; *Chronographus Saxo*, ad an. 911, pag. 150; *Conradus Urſperg.*, l. c., eod. an.; *Albericus*, eod. an., p. 250; *Albertus Stadenſ.*, an. eod., p. 98. Locum prælii vocat *Aventinus*, lib. 4 *Annal. Boicor.*, pag. 374, *Lengenfeldam*.

v. (5)

v. (5.) Contracta, ob hanc cladem, animi ægritudine, anno 911 *Ludovicus Rex, filius Arnolphi Imperatoris, obiit.* Ita *Reginonis Contin.*, h. a. Eundem annum proferunt *Hermannus Contractus*, p. m. 311; *Marianus Scotus: Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, pag. 336; *Metenſe*, ibid., pag. 346; & *Rotomagenſe*, ibid., p. 365; *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1; & alii; diem emortualem conſtituit *Aventinus*, lib. 4 *Annal. Boicor.*, pag. 375, 12 Cal. Januar., adeoque 21 Decemb., quo reſpicere videtur *Sigonius*, lib. 6, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 249, & Dn. *Schatenus*, lib. 3 *Annal. Paderborn.*, h. a., pag. 242, cujus verba & hic legi merentur: *Hunnorum Gens, quæ Bojariam invaſerat, latè libereque graſſabatur: ad quam refrenandam Ludovicus Rex contraxit exercitum ex Bojis, Francis Orientalibus, & Alemannis; congreſſusque ad Lycum fluvium, in campis, haud procul ab Auguſta Vindelicorum Urbe, miſerabilem cladem accepit: qua victoria elati Barbari totam prope Germaniam ſuperiorem impunè pervagantur. His malis Ludovicus Rex in tantas anguſtias conjectus, ut pacem auro, &, quod fœdum Germano nomini, annuo tributo redimere debuerit. Affecit hic iſte calamitatis aſpectus tanto dolore Ludovici Regis animum, ut fatalem morbum contraxerit; quo invaleſcente, ſub exitum hujus anni, ſeu, ut alii, ineunte proximo anno, Ratisbonæ extinguitur, juvenis, haud annum ætatis* 18 *egreſſus, quo cum Carolina ſtirps, per Germaniam, ſimul exſtincta eſt.* Annum contrà 912, quo *Ludovicus* deceſſerit, ponunt *Lambertus Schafnaburg.*; *Wilhelmus Malmesburienſis*, de *Geſtis Regum Angl.*, lib. 1, cap. 3, p. 25; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 15, pag. 125; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. 472; *Conradus Urſperg.*, pag. 144; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 250; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., pag. 251, addens diem obitus 12 Kal. Julii; *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 374; *Annales Hildeſemenſes*, h. a., ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 717; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 98; Alii. *Luitprandus*, ſcriptor coævus, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 7, p. m. 105, docet ſaltem, Eum mortuum, poſt illatam, ab Hungaris, Germanorum Genti, prædictam feralem cladem, an. 910, vel, juxta alios, 911. Tria hinc notanda, (1) Authorem *Chronici Regum Francorum*, ap. *Lambecium*, cujus, præced. v. 1, memini, non ſatis accuratè Regimini Ejus quadriennium ſaltem dare; quod *Viterbienſis*, l. c., pag. 472, in triennium vertit, canens:

Iſte Puer, pietate valens, tribus imperat annis.
Ultimus eſt Iſte Carolorum germine ſanguis, &c.;

deinde, *Adamum Bremenſem*, lib. 1 *Hiſtor. Eccleſ.*, cap. 44, p. 36, perperam ſcribere: *Luthewicus Puer depoſitus eſt, &c.*; Quem errorem etiam in *Chronico Sclavico*, apud *Lindenbrogium*, p. m. 191, deprehendis. Verba præced. v. 4 adduxi; (3) *Theodoricum Engelhuſium, in Chronico Imperatorum, ex Celſiſſima Ducum Brunſuicenſium Domo oriundorum*, ap. *Maderum*, *de Antiquit. Brunſuic.*, pag. 24, malè Eum cum *Ludovico*, *Boſonis* filio, à *Berengario* oculis privato, confundere, dum ait: *Lodewicus III, filius Arnolphi, dictus Infans, ultimus Karolorum, imperavit in Almania annos tres, Veronæ captus cæcatur, & occiditur à Berengario, &c.* Conf. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 3, p. 235 ad 237. Eodem errore, geſta *Ludovici Boſonis* noſtro *Ludovico* affingit *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 46, apud *Meibomium*, T. I *Rer. German.*, pag. 246; nec non *Benevenutus de Rambaldis*, *libro Auguſtali*, ap. *Freberum*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 10; *Joh. Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographia*, Generat. XXXI, pag. 726; & *Jacobus Wymphelingus*, *Epitom. Rerum Germanicar.*, cap. 16, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 175, qui novi quid addit, inquiens: *Avitum paternumque Regnum* (Italiæ) *repetebat, armis decertavit, & Berengarium vicit, atque ſuperavit: Mox, apud Veronam, renovato prælio, Ludovicus, magna ſuorum clade, ſuperatur, ac oculis genitalibusque privatur, ſicut Germanorum Annales* (nullibi) *referunt, ne ſucceſſorem ſibi generare poſſet, &c.* Quæ omnia ficta.

Epitaphium Ejus, in Choro Monaſterii S. Emmerani, *Ratisbonæ*, teſte *Bœclero*, *Hiſtor. Secul.* IX, & X, p. m. 223, ſic ſe habet:

Pauſo ſub hoc Saxo Ludovicus, Regia proles,
Romani Regem quem ſtatuere ſibi.
Mi fuit Arnulphus Genitor, qui, proximus illic
A cornu Altaris, conſpiciendus adeſt.
Hic ubi pertæſus vitæ ſua tempora clauſit,
Romani Imperii Sors mihi ſceptra dedit.
O nimis infelix! quatuor vix luſtra videbam,
Injecit rapidas cum mihi Parca manus.

Totam *Caroli Magni* progeniem appoſita Tabula complectitur. Quæ enim de quodam *Conrado*, *Ludovici* noſtri fratre, traduntur, nullius eſſe pretii, in *Vita Arnulfi Imperat.*, v. 3, pag. 471, latius oſtendi.

(10) CONRADUS I.

v. (1.) *Patrem* hujus Principis fuiſſe *Conradum*, Franconiæ, Haſſiæ, & Wetteraviæ Comitem, & Ex-Ducem Thuringiæ, an. 905, ab *Adelberto*, Babenbergenſium Comite, occiſum, extra controverſiam eſt. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 905, pag. 88, &, hoc ipſo Tit. V, *Vita Arnolphi Imp.*, v. 3, p. 471. Quibus autem Parentibus *Conradus* iſte ortum debeat, non ſatis liquet. Qui Eum inter *Arnolphi* liberos referunt, ſolvant prius dubia, in vita dicti Imperatoris, v. 3, p. 471, propoſita, quam iis aſſentiar. Recentiores Eum filium credunt *Udonis*, Franconiæ Comitis, nepotem *Eberhardi*, & pronepotem *Begonis*,

Digitized by Google

nis, Pariſiorum Comitis, qui *Alpaidem*, *Ludovici Pii* filiam, in matrimonio habuerat; Vid. Ampliſſ. Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.*, cap. 5, pag. 162, Tab. 3 *Geneal. Majorum Domus*, & c. 7, p. 173; Ampliſſ. Dn. *ImHof*, *Tab. IV Geneal. Regum Europ.*; Dn. *Hübner*, Tab. Geneal. 25. Judice *Bucelino*, in *Hiſtoria Agilolfingica*, part. 2 *Germaniæ Topo-Chrono-Stemmatographicæ*, p. 355, fuit filius *Ethiconis*, Princ. Alemanniæ, nepos *Guelfonis I*, Comitis Altorfenſis. Effigies Ejus exhibetur l. c., pag. 374; ut & noſtri Regis, pag. 375; Cujus Mater audit *Glismunda*, in Charta, apud *Browerum*, in *Antiquitatibus Fuldenſibus*, pag. 128, ubi: *Offerimus igitur & contradimus Deo, & Sanctiſſimo Ejus Martyri, Bonifacio, prædia duo, à Parentibus noſtris, hereditario jure, collata Nobis, hoc eſt, in Hagen & Sumerode, cum omnibus ſuis appendiciis, cum cunctis Terrarum ac ſilvarum terminis, ea conditione, certiſſimaque pactione, ut prædicti Fuldenſis Monaſterii Fratres victum & veſtitum inde habeant, &, pro anima noſtra, Matrisque Noſtræ, Glismundæ, liberatione, preces jugiter Deo fundant, &c.* Juxta conjecturas *Goldaſti*, in Notis ad *Eckehardi* Librum, de *Caſibus S. Galli*, Tom. 1 *Rerum Alamannicarum*, p. 110, voc: *Parentes Ejus*, &c., & Dn. *Gundlingii*, *de Statu Reipubl. German.*, §. 10, lit. X, p. 72, & 73, Comitibus *Gravenſpurgenſibus* oriunda erat.

v. (2.) Conjux Ei datur *Cunigunda*, *Ludolphi*, Bavariæ Ducis, vidua. Vid. Dn. *Tolnerus*, *ImHof*, & *Hubner*, ll. cc. *Matthiæ* vero, *Theat. Hiſtor.*, p. m. 860; *Bœclerus*, *Hiſtor. Secul. IX, & X*, p. 227; *Morery*, voc: *Conrad I*, p. m. 239; aliique eam vocant *Placidiam*, *Ludovici Germanici* gnatam. Auctor *Chronici brevis S. Galli*, apud *Fr. du Chêne*, Tom. 3, unde Dn. *Bœclerus*, l. c., pag. 229, ſua hauſit, ſcribit, ad ann. 913: *Diſcordia cœpta inter Regem & Erchangerum. Ipſo anno Erchanger cum Rege pacificatus eſt, cujus ſororem, Liupuldi relictam, Rex, quaſi pacis obſidem, in matrimonium accepit, &c.*; Quæ Commentarii loco eſſe poſſunt; Hinc *Blondellus*, *Geneal. Franc. Adſert. plenior.*, p. 206, tale ſchema prodit:

Erchangerus Comes.

Erchangerus.	*Richardis*, Ux. Caroli Craſſi, Imp.	
Erchangerus, Alemanniæ Com. decollatus.	*Bertholdus*, decollatus.	*Kunegundis*, Ux. (1) *Luitpoldi*, (2) *Conradi* Regis.

v. (3.) Liberos nullos genuit. Vid. *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chronic.*, p. 474:

Conradus, Rex eximius, ſedet ordine primus,
Hoſtibus ingeritur, contraria pellit ad imum,
Subjugat Ungaricos, Illyricosque ſinus.
Conrado primo natus non extitit hæres, &c.

Quæ *Engelhuſius*, in Hiſtoria *Imperatorum*, *ex Celſiſſima Brunſuicenſium Ducum domo oriundorum*, ap. *Maderum*, in *Antiquit. Brunſuic.*, p. 25, repetit.

v. (4.) Regnare cœpit an. 912; Teſte donationis charta, Monaſterio *Abrinsberg* factæ, in Commentatione *Huberti Thomæ Leodii*, de *Origine Palatinorum*, apud *Freherum*, de *Originibus Palatinis*, in append. Part. 1, p. 35; ibi: *Data X Kal. Septemb. in monte Abirinesburg, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXII, Indictione XIII, Anno primo Regni Chunradi, Glorioſiſſimi Regis. Actum ad Triburiam, &c.* Laudes Ejus celebrant *Luitprandus*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 7, p. m. 105, ajens: *Conradus, Francorum ex Genere oriundus, Vir ſtrenuus, bellorumque exercitio doctus, Rex, cunctis à Populis, ordinatur, &c.*: & pag. 106: *Niſi pallida mors, quæ pauperum tabernas, Regumque turres æquo pulſat pede, Conradum Regem citiſſimè raperet, is eſſet, cujus nomen multis mundi nationibus imperaret, &c.*; *Witichindus Corbejenſis*, lib. 1 *Annal.*, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 636: *Rex moritur, Vir fortis & potens, domi militiaque optimus, largitate ſerenus, & omnium virtutum inſignis clarus, ſepeliturque in Civitate ſua, Wilinaburg, cum mœrore ac lacrymis omnium Francorum, &c.*; Et *Reginonis Continuator*, ad an. 919: *Cunradus Rex obiit, Vir per omnia manſuetus, prudens, & Divinæ Religionis amator, &c.* Num inter Imperatores referri queat? quæſtio eſt. *Guido*, apud *Albericum*, *Monachum trium fontium*, ad an. 919, pag. 256, inquit: *Arnulfo in Regnum Germaniæ ſucceſſit filius Ejus, Ludovicus, iſti Conrardus, Conrardo Saxoniæ Dux, Henricus, ad Regnum quidem Eorum quisque, ſed nullus ad Imperium prævaluit obtinendum, &c.* Sic *Martinus Polonus*, in *Chronologia Impp.*, p. m. 365: *Conradus Alemannus imperavit annis ſeptem. Tamen inter Imperatores non numeratur, quia non imperavit in Italia, & ideo caruit benedictione Imperiali*, &c.; quæ *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 46, p. m. 246, repetit; add. *Philippus Bergomenſis*, in *Chronico*, & *Conradus Halberſtadenſis*, in *Chronographia Summorum Pontificum, & Impp.* MS., apud *Wagenſeilium*, de *Repub. Noriberg.*, cap. 26, pag. 246; Ut de aliis taceam, qui Eum mortuum non niſi *Regis* dignatione venerantur, adducam ſaltem, nullum hactenus diploma repertum, in quo *Imperatorem* ſe nominaverit, quin potius *Conradus III* ſe ſemper *Secundum hujus nominis* ſcribat. Exempla in promptu ſunt, ap. *Schatenum*, lib. 8 *Annal. Paderbornenſ.*, pag. 763; ibi: *Cunradus, Divina favente Clementia, Romanorum Rex ſecundus, &c.*; & in fine: *Signum Domni Counradi, Romanorum Regis ſecundi - - - - Anno Dominicæ Incarnationis* 1145, *Indict.* 8, *regnante Cuonrado, Romanorum Rege Secundo, &c.* Conf. ibid., ad an. 1147, pag. 770, 772, 773, 774, & ad an. 1150, pag. 783, 785, 786, &c.; Dn. *Heineccius*, *Antiquit.*

Goslar.

Digitized by Google

Goſlarienſ. lib 2, ad ann. 1150, pag. 146, & 147; Dn. *Paulini, de Advocatis Monaſticis,* §. 35, p. m. 565; Dn. *Leuckfeld*, Addend. ad cap. 3, §. 2 *Antiquitatum Paldenſium*, pag. 206, ad an. 1150, & in *Antiquitatibus Gandershemenſibus*, cap. 25, ad an. 1144, pag. 298, & 300; *Kneſebeck, in Prodomo Juris Publici Univerſalis*, p. 28, &c. Alii contrà Eum *Imperatorem* omnino vocant, v. g. *Ditmarus*, lib. 1 *Chronic.*, p. m. 9: *Henricus, tali rumore turbatus, ad Imperatorem* (Conradum) *properavit*, &c. In eandem ſententiam inclinant *Chronicon Regum Francorum*, apud *Lambecium*, cujus verba, in vita *Arnolfi*, Imp., v. 3, p. 472, retuli; *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. 1, de *Geſtis Anglorum*, p. m. 25; *Seldius*, in Reſponſo, *Ferdinando I* dato, apud *Goldaſtum*, part. 5 *der Politiſchen Reichs-Handel*, pag. 179, §. *Es haben auch etliche, &c.*; Recentiorum plerique. Si crudè præfatis *Luitprandi*, ſcriptoris coævi, & quidem Itali, verbis: *Conradus, Rex, Cunctis à Populis, ordinatur, &c.*, id quod etiam alii fatentur, de quibus præced. Tit. 2, §. 10, lit d, ad an. 911, p. 89, inhæreamus, dubitare licet, num Romani hic excludantur? enimverò, quales Populi hic intelligendi veniant, ſequentia docent, ex *Luitprando*, lib. 2, cap. 7, pag. 105: *Sub quo* (Conrado) *Potentiſſimi Principes, Arnoldus in Bajoaria, Burcardus in Suevia, Everhardus, Comes Potentiſſimus in Francia, Giſilbertus, Dux in Lotharingia, erant, quos inter Henricus, Saxonum & Thuringorum Dux præpotens, clarebat. Secundo itaque Regni hujus ſuſceptionis anno, memorati Principes huic,* (Conrado) *præſertim Henricus, rebelles extiterant. Quos Conradus Rex, tam ſapientiæ vigore, quam fortitudinis robore, ſuperavit, ſuamque ad fidelitatem perduxit, &c.*; quæ *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 914; *Conradus Urſperg.*, ad an. 913, & 914, pag. 144; *Chronographus Saxo*, an. 914, pag. 150; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod., p. 253; *Albertus Stadenſis*, an. 913, pag. 98, aliique confirmant. Ex quibus colligo, Principes Germaniæ *Conradi* Imperium ab initio agnoviſſe, quia alias *rebelles* vocari non poſſent, &c. Hinc etiam eſt, quod apud *Witichindum*, lib. 1 *Annal.*, p. m. 634, legamus: *Regi Ludovico mortuo non erat filius, omnisque Populus Francorum atque Saxonum quærebat Othoni* (Duci Saxonum) *diadema imponere, Ipſe vero, quaſi jam gravior, recuſabat Imperii onus, Ejus tamen conſultu, Chunradus, quondam Dux Francorum, ungitur in Regem, &c.*; Et apud *Ditmarum*, l. c: *Conradus, Francorum quondam Dux egregius, & tunc Ludovici ſucceſſor pueri, arcem tenebat Regni, quem, ob meritum ſui, Otto prædictus,* (Dux Saxoniæ) *ab omnibus Regni Principibus in Regem Electus, ſibi, quaſi ad hoc indigno, præpoſuit, ſeque cum filiis fidei ſuæ ac poteſtati ſubdiderat &c.* Hoc ſane, conſentientibus *Omnibus Germaniæ Regni Principibus*, factum eſſe, circumſtantiæ rei oſtendunt; quandoquidem electio Germanorum Regis non penes ſolum Saxoniæ Ducem ſtabat, ſed univerſus Populus iſto jure fruebatur. Altum hic de Italis ſilentium, quare nec temerè aſſerendum eſt, Germaniæ Procerum ſimul fuiſſe, *Italis* Regem imponere, vel *Imperatorem* conſtituere. Dominabatur tunc in Italia *Berengarius*, quem etiam Pontifex *Johannes*, ob ſtrenuè navatam operam, in obſidione, vel prœlio *Carilianeo*, adverſus Sarracenos, anno 915, Imperatorem coronabat, *Sigonio* teſte, lib. 6, de *Regno Italiæ*, ad hunc annum, pag. 250, ubi: *Berengarium etiam Regem magna huic expeditioni adjumenta ſubminiſtraſſe crediderim. Is certe, hoc anno, à Joanne Pontifice, ad referendam, credo, gratiam, Imperator, per menſem Septembrem, inunctus eſt, ut ex Diplomatis Ejus elicitur. Quem titulum cum ab initio expeciſſet, ſatis tamen apparet, nunquam, niſi anno Regni ſui viceſimo octavo, eſſe adeptum. Itaque poſthâc, in Diplomatis, Imperii ſui annos, non aliter, atque Regni adſcribere ſeparatim inſtituis, &c.*, Cæſareum nomen *Conrado* ne quidem affectante. Vid. *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imperat.*, cap. 5, p. 62, &c.; *Bellarminus*, lib. 2, de *Tranſlatione Imperii*, cap. 2, Tom. 1 *Operum*, pag. 986; *Vagedes*, de *Ludibriis Aulæ Romanæ*, cap. 8, §. 2, inter *opera ejus Academica*, pag. 151; Dn. *Schurtzfleiſch, de Diviſione Imperii Carolini*, §. 68, pag. 51, &c., & §. 78, pag. 82; Dn. *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. IX, §. 13, 14 & 15, pag. 71, &c. Interim negari nequit, *Conradum* ea, quæ ſui juris in Italia eſſe arbitrabatur, planè non neglexiſſe; quod *Ekkehardus Junior*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 1, ap. *Goldaſtum*, Tom. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1, pag. 19, innuit: *Domum reverſo* (Salomone, Epiſcopo Conſtantienſi, ex Italia) *Hatto, Archi-Epiſcopus,* (Moguntinus) *ſodalis utique, ut ſibimet dicebat, ſuus, Italiam, Jus Regium exacturus, tendens, Conſtantiam devenıret, &c.* Ecce, Moguntinus in Italiam mittitur, cenſum, Fiſco Regio debitum, exactum, rediens quoque inde ditiſſimus. Vid. *Bœclerus, Hiſt. Seculi IX, & X*, in vita *Conradi*, pag. 227, & 228, & in vita *Ottonis I*, pag. 293, & 294. Dn. *Gundlingius*, de *Statu Germaniæ ſub Conrado I*, §. XI, lit. a, pag. 75. Turbida tempora ſimpliciter Jura non evertunt. Jam conſtat, ab obitu *Caroli Craſſi*, Italiam in partes iviſſe, variis motibus agitatam, quos *Arnolphus*, *Ludovicus IV*, & *Conradus* noſter, domeſticis, aliisque diſtracti bellis, compeſcere non valebant, ſalvo tamen jure ſuo, quod duo priores, ex hereditate *Carolinæ* Stirpis, & poſterior, ex legitima ſucceſſione in *Carolorum* Jura, minimum in Italiæ, ſive Longobardicum Regnum, prætendere poterant. Ali-

ter

ter ſe res habuit cum Imperiali dignitate, cujus collatio ad Senatum Populumque Romanum ſpectabat; nedum Germanorum fuit, circa eam, præſcribere Leges. Vocatur quidem *Conradus*, *Henrici S.* ſucceſſor, publicis in chartis, *ſecundus* hujus nominis, exemplo Confirmationis Privilegiorum Corbejenſium, de an. 1025, ap. Dn. *Schatenum*, lib. 5 *Annal. Paderborn.*, pag. 467: *Data XI Cal. Febr. Indict. VIII, Dominicæ Incarnationis M XXV, anno vero Domini Chonradi ſecundi regnantis primo. Actum Goslare, &c.*; qualia ibid., p. 469, 471, 474, 477, 479, 480, 481, 486, 488, 491, 492, & 494, alibique, magno numero, occurrunt; ſed id de Regno Germaniæ accipiendum, non de Imperio, prout intelligenda *Conradi III* diplomata, in quibus, ut paulo ante monitum, *ſecundum*, non *tertium*, ſe ſcripſit. Quantum ad reliqua Ejus geſta,

An. 913 *Hungari partes Alemaniæ vaſtaverunt, &, juxta In* (Oenum) *fluvium, à Bavaris & Alemannis occiſi ſunt, &c.* Hæc *Reginonis Continuator*, h. a. *Hepidannus*, eod. an., apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. German.*, part. 1, ait: *Agareni* (Hungari) *Alamanniam intraverunt. Erchanger, & Pertholt, frater Ejus*, (Cameræ Nuncii in Alamannia) *& Uodalrichus Comes, auxiliante illis nepote eorum, Arnolfo, optimo Duce Bajoariorum, totum exercitum eorum, juxta Ine fluvium, penitus occiderunt, niſi triginta viros, &c.* Conf. *Marianus Scotus*, h. a.; *Sigebertus*, ann. 915; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 16, pag. 126; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 472; *Conradus Urſperg.*, an. 913, pag. 144; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod., pag. 252; *Albertus Stadenſ.*, an. eod., pag. 98; *Chronica Auſtralis*, eod. an., ap. *Freberum*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 312; Alii.

An. 914 Germaniæ Proceres in Eum inſurrexiſſe, ex lib. 2 *Hiſtoriarum Luitprandi*, cap. 7, pag. 105, cujus verba modò recitavi, conſtat, ſimulque, quod, reliquis ad officia redeuntibus, ſolus Bavariæ Dux, *Arnolfus*, contumax ad Hungaros aufugerit; pergit enim *Luitprandus*, l. c: *Arnoldus autem, nimio ejus* (Conradi) *terrore coactus, cum Uxore & Filiis, ad Hungaros fugit, fuitque ibidem, quoad vitalis aura Conradi Regis rexerat artus, &c.*; quæ *Reginonis Continuator*, ad an. 917; *Sigebertus*, an. 914; *Chronograghus Saxo*, an. eod., p. 150; *Conradus Urſperg.*, an. eod., pag. 144; *Otto Friſing.*, l. c.; *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c.; *Albericus*, l. c., ad eundem annum, pag. 253; *Albertus Stadenſ.*, l. c.; & alii confirmant.

An. 915 *Hungari totam Alemaniam igne & gladio vaſtaverunt, ſed Thuringiam & Saxoniam pervaſerunt, & uſque ad Fuldam Monaſterium pervenerunt*, 916, *&c.* Ita *Reginonis Contin.*, ad ann. 915, & 916; Conſentientibus *Hermanno Contracto*, an. 916, p. m. 311; *Lamberto Schafnab.*, an. 915; *Mariano Scoto*, an. eod.; *Monacho Herveldenſi*, an. eod., ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 374; *Sigeberto*, an. 917; *Chronographo Saxone*, an. 915, pag. 150; *Alberico*, an. eod., p. 254, ut & an. 917, pag. 255; *Alberto Stadenſi*, an. 915, pag. 98; &c.

An. 917 *Hungari, per Alemaniam, in Alſatiam, & uſque ad fines Lotharienſis Regni pervenerunt.* Hæc *Reginonis Continuator*, h. a. Conf. *Marianus Scotus*, h. a.; *Sigebertus*, an. 918; *Chronographus Saxo*, an. eod., pag. 151; *Albericus*, an. eod., pag. 255; *Conradus Urſperg.*, an. 917, pag. 144; *Albertus Stadenſ.*, an. eod., pag. 98; *Chronica Auſtralis*, an. eod., l. c., pag. 312.

An. eod. capitis pœnam dictavit *Erchangero & Bertholdo*, Fratribus, Cameræ Nunciis in Alemania, nec non *Ulrico* Comiti. Qua de re evolvatur *Ekkehardus Junior*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 1, ap. *Goldaſtum*, T. 1 *Rer Alaman.*, part. 1, pag. 16 ad 18; Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 917, pag. 89.

An. 919, moribundus, *Henricum*, Saxonem, Regni ordinibus eligendum Regem commendavit. Vid. ſupra, l. c., ad an. 919, p. 89, & 90.

v. (5.) Obiit tandem ſeptimo Regni anno, id eſt, 919, teſte *Luitprando*, lib. 2 *Hiſt.*, cap. 7, p. 105: *Septimo denique Regni ſui anno vocationis ſuæ ad Dominum tempus agnovit. Quumque memoratos Principes ſe adire feciſſet, ſolummodo Henrico non præſente, ita convenit - - - - Henricum, Saxonum & Thuringorum Ducem prudentiſſimum, Regem eligite, Dominum conſtituite - - - - quam juſſionem mox ſequitur interitus, & interitum eſt obedientia proſequuta. Ipſo namque mortem obeunte, memorati Principes coronam, cunctaque Regalia indumenta Henrico Duci contulerunt, &c.* Eundem annum ponunt *Reginonis Continuator*; *Lambertus*; *Sigebertus*; *Chronicon Metenſe*, ap. *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth.*, pag. 345; *Chronicon Rothomagenſe*, ibid., pag. 366; *Annales Hildesheimenſes*, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 717; *Chronographus Saxo*, pag. 151; *Conradus Urſperg.*, p. 144, & 150; *Albericus*, p. 256; *Albertus Stadenſis*, p. 100; *Monachus Herveldenſis*, ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 374; *Martinus Polonus*, p. m. 365; *Jacobus von Kœnigshoven*, *Chron. Alſatico*, cap. 2, Edit. *Schilteri*, p. m. 107; *Sigonius*, lib. 6, de *Regno Ital.*, p. m. 251; *Baronius*, T. X *Annal.*, h. a., §. 2, p. 676; aliique multi. Sequentem 920 malle videtur *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 1, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 325, verbis: *Feſtino Ejus* (Conradi) *obitu, in octavo ordinationis ſuæ anno*, 14 *Calend. Novembr.*, (19 Oct.) *pro dolor completo, &c.*; cujus ſententiæ etiam noſcuntur *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 16, pag. 126, & *Gotfridus Viterb.*, part. 17 *Chron.*, pag. 472. Vice verſa, pro anno 918 ſtant *Hermannus Contractus*, p. m. 312; *Marianus Scotus*, diem emortualem conſtituens 10 Cal. Januar., adeoque

adeoque 23 Dec.; *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, l. c.; *Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, l. c., pag. 336; *Chronica Auſtralis*, ap. *Freherum*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 312, &c. Non minor diſputatio eſt de ſepulturæ loco. *Witichindus*, lib. I *Annal.*, ap. *Meibomium*, T. I *Rer. German.*, p. 636, obitus Regis memor, ait: *ſepeliturque in Civitate ſua* **Wilinaburg**, *cum mœrore ac lacrymis omnium Francorum*, *&c.* Idem docet *Conradus Urſpergenſis*, p. m. 150; *Reginonis Continuator*, l. c., habet: *Ipſe vero, hac vita decedens, in* **Fulda**, *monaſterio, honorificata ſepultura tumulatus eſt*, *&c.* Eundem locum laudat *Marianus Scotus*, l. c. Apud *Ditmarum*, l. c., legitur: *Exequiis* (Conradi) *in* **Limburg** *peractis, diſceſſere, & concione in Friteslari celeriter poſita, Henricum coronaverunt, &c.* Vid. *Browerus*, *Antiq. Fuldenſ.*, lib. 2, cap. 7, *Meibomius*, ad lib. I *Witichindi*, pag. 677. Conciliationem inſtituit Dn. *Gundlingius*, de *Statu Germaniæ, ſub Conrado I*, §. X, lit. w, pag. 72, exiſtimans, *Conradi* corpus *Wilaburgi* repoſitum ſtetiſſe, donec, honorifica & ſolenni ſepultura, in perpetuum *Fuldæ* conderetur; per *Winilaburgum*, aut *Weilburgum Naſſovicum*, aut *Limburgum ad Lanam* ſubintelligendum, docet Dn. *Tolnerus*, *Hiſtor. Palat.*, cap. 2, p. 21, cap. 7, p. 187, & 196.

(II) HENRICUS AUCEPS.

v. (1.) Parentes hujus Principis, ſcil. *Ottonem*, Saxonum Ducem Potentiſſimum, & *Hatbuwic*, (Hedvigem) quam alii *Luitgardam*, *Arnolphi* Imperatoris filiam, vocant, in vita *Arnolphi*, v. 3, laudavi. Conf. *Witichindus*, lib. I *Annal.*, ap. *Meibomium*, T. I *Rer. Alaman.*, p. 634; *Hroſwitha*, ibid., p. 711; Acta *S. Idæ*, lib. 2, Cap. 1, ap. Ill. Dn. *de Leibnitz*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 178; *Chronicon Lauriſhamenſe*, apud *Freherum*, p. 69; *Reginonis Continuator*, ad an. 919; *Monachus Hamerslebienſis*, in *Hiſtoria Imperatorum, ab Henrico Aucupe usque ad Henricum V*, ſub quo floruit, ap. *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, p. 136, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 707; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 18, pag. 126; *Sigebertus Gemblacenſ.*, an. 919; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chronic.*, pag. 472; *Conradus Urſperg.*, pag. 149; *Albertus Stadenſ.*, ad an. 919, & 920; aliique multi. Proſcribendus hinc error *Donnizonis*, in vita *Mathildis*, Principis Italiæ, cap. 12, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 648, canentis:

Rex ubi Chonradus moritur. **Natusque levatur**

Ejus, **Heinricus**, *Rex prudens, atque peritus, &c.*; nec non *Wilhelmi Malmesburienſis*, l. 2, de *Geſtis Regum Anglorum*, cap. 2, p. m. 40, ſcribentis: *Mortuo*, (Ludovico IV) *Conradus quidem*, *Rex Teutonicorum, imperavit. Huic ſucceſſit* **Filius Henricus**, *qui miſit ad Aethelſtanum, Regem Anglorum, pro duabus ſororibus ſuis, Alditha & Editha, quarum poſteriorem filio ſuo, Othoni, collocavit, alteram cuidem Duci juxta Alpes nuptum dedit, &c.*, quem, cap. 6, p. 51, denuo errat, verbis: *Henricus primus,* **filius Conradi, &c.**; &, poſt eum, Auctor *Veteris Chronici Holſatiæ*, cap. XI, Tom. I *Acceſſionum Hiſtoricarum* Ill. Dn. *Leibnitii*, p. m. 18; ibi: *Demum Henricus,* **filius dicti Conradi**, *eſt ſublimatus, &c.*; nec non *Chronicon Sclavicum*, c. VII, ap. *Lindenbrogium*, p. m. 191: *Obiit Henricus Imperator*, **Conradi filius**, *&c.* *Ottonis* ſane gnatus erat, non *Conradi*. Lucem aſpexit an. 876; teſte *Ditmaro Reſtituto*, lib. 1, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib Brunſuic.*, p. 328: *Poſt innumera virtutum inſignia, idem*, (Henricus) *decurſo vitæ ſuimet ſtadio, ſexto decimo Regni,* **ætatis autem ſuæ ſexageſimo** *Anno, ſexto Non. Julii, in Miminlevo moritur, & in Quedlinburg, quam Ipſe à fundamento conſtruxit, ſepultus, & cunctis Optimatibus meritò defletur. Accidit hoc Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXXVI, &c.* deductis namque *ſexaginta* à *nongentis triginta ſex*, remanent 876; in eandem ſententiam inquit *Witichindus*, ſub finem lib. I *Annalium*, l. c., pag. 642: *Erant autem dies, quibus regnavit, ſedecim anni, vitæ autem fere* **Sexaginta**, *&c.*; ſic & *Monachus Hamerslebienſis*, loc. cit: *Obiit anno vitæ ſuæ LX, Domini DCCCCXXXVI, &c.*; & *Chronographus Saxo*, ad an. 936, pag. 154; *Albertus Stadenſis*, ad an. 935, p. m. 103; *Gobelinus Perſona*, æt. 6 *Coſmodromii*, cap. 47, ap. *Meibomium*, l. c., pag. 248; Alii. De cognomine Ejus ait idem *Hamerslebienſis* Monachus, l. c: *Vocatur Auceps, imò Venator, &c.* Rationem addit *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chronicorum*, p. m. 474:

Henricus, Dux Saxonicus, regnare vocatur,
Legati mittuntur Ei, qui ſæpe rogatus
Noluit Imperium ſumere, rite datum.
Invenere Ducem, veterano more ſedentem,
Aucupis officio, ſua retia perficientem,
Ut modicas caperet inſidianter aves.
Et quia ſimpliciter fuit, his præſentibus, Accept,
A modo perpetuo cognomine dicitur Auceps,
Cum tamen egregium mundus haberet Eum, &c.

Sic & *Sifridus Presbyter*, lib. 1 Epitomes, ad An. 924, apud *Piſtorium*, p. m. 688: *Dicebatur* **Auceps**, *quia, dum caperet aviculas, renitens electus eſt, &c.* conf. *Theodoricus Engelhuſius*, de *Imperatoribus ex Domo Brunſuicenſi oriundis*, ap. *Maderum*, l. c., pag. 26: *Hic, inventus in aucupio, dum aſſumeretur ad Imperium, dictus eſt Auceps, &c.*; Et *Johannes Craws*, Presbyter in *Motznig*, de *Imperatoribus* ex eadem Domo progreſſis, ibidem, pag. 80: *Iſte Henricus ex eventu cognominatus Auceps, ex eo, quod in aucupio invenerunt Eum Electores, &c.* Nec aliter *Hieronymus Emſerus*, in *Vita S. Benno-*

Bennonis, Miſuenſis Epiſcopi, apud *Surium*, 16 *Junii*, p. m. 229: *Aucupis nomen idcirco fuit inditum*, (Henrico) *quod ii, qui Eum, Principum delectu, ad Imperium capeſſeudum, accerſirent, offenderint ſimpliciter avibus tendentem inſidias, &c.*; *Maguum Chronicon Belgicum*, apud *Piſtorium*, p. m. 75; *Compilatio Chronologica*, ap. eundem, p. 731; *Henricus Bodo*, in Syntagmate, de *Conſtructioue Cœnobii Gandeſiani*, ap. *Meibomium*, l. c., Tom. 2, pag. 490; *Bünting.*, *Chrou. Bruuſuic.*, pag. 40; Alii. Aliter tamen *Cranzius*, lib. 3 *Saxon.*, cap. 4: *Henricus, Saxoniæ Dux, cognomento Auceps, quod in adoleſcentia, cum Pater rebus præeſſet, plurimum indulgeret aucupiis, primus in Domum ſuam, & Familiam tranſtulit Romani Imperii dignitatem, &c.*

v. (2.) Uxores duas habuit, (1) *Hatburgim*, *Erwini* Senioris, Aldenburgenſis & Mersburgenſis Comitis, filiam, è cœnobio eductam, poſtea tamen, interveniente *Sigismundo*, Halberſtadenſi Epiſcopo, grande nefas Principi perſuadente, cum conſecrata Deo concumbere, repudiatam, & in Monaſterium remiſſam; Vid. *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 1, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 324: *Cujusdam Matronæ famam, quæ Hatheburch dicebatur, Henricus comperiens, qualiter eam ſibi ſociaret, juvenili exarſit amore: Hæc erat filia Erbini Senioris, qui in Urbe, quam Antiquam Civitatem* (Aldenburg) *nominamus, maximam tenuit partem, &, quia is filium non habuit, geminis filiabus ſuis, è medio decedens, reliquit. Ob cujus pulchritudinem, & hæreditatis divitiarumque utilitatem, internuncios Henricus quampropere miſit. & quamvis hanc eſſe viduam ſciret velatam, ſuæ tamen ut ſatisfaceret voluntati, eam, fide promiſſa, petivit. Tunc illa, multorum precibus & conſilio devicta, comitatur, honorifice ſuſcepta, ac charitative à ſuis, ut decuit, eſt habita. Nuptiis ex more peractis, ſponſus, cum conthorali, ad Merſeburg venit, omnesque convocans vicinos, quia vir fuit Illuſtris, tanta familiaritate adjunxit, ut quaſi amicum diligerent, & ut Dominum honorarent*, &c.; & pag. 326: *Fama novi Regis, undique ſecus diſperſa, amicorum corda lætificat; rebelliumque contra moeſtificat, quia vir talis fuit, ut ſuos ſciret ſapienter tractare, inimicos autem callidè viriliterque ſuperare. Interea Tammo, qui & Tanckmarus, natus eſt, & mens Regis ab amore uxoris decreſcens, ob pulchritudinem & ſpeciem cujusdam Virginis, nomine Mathildis, ſecreto flagravit. Jamjam latentis animi fervor erupit, &, injuſto ſe hactenus multum peccaſſe connubio, tandem profeſſus, per affines, Legatosque ſuos, filiam Theodorici & Reinildæ, ex Widikindi Regis tribu exortam, appellat, ut ſibi ſatisfaceret. Et quia flexibilis eſt mulieris animus, & quia ſciebat Eum in cunctis elegantem, conſenſit, conjunctaque Ei, tam in Divinis, quam humanis, par fuit, &c.* Conf. *Baronius*, Tom. X *Annal.*, ad an. 919, §. 3, p. m. 676; *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, p. m. 863; *Bœclerus, Hiſtor. Sec. IX, & X*, pag. 245; *Tenzelius, Viudiue. Courig. pro Cenſura Diplomatis Lindavienſis*, cap. IX, §. 13, p. 220; Alii. (2) *Mathildim*, ut ex *Ditmaro* modò didicimus, *Theodorici*, Comitis Ringelheimenſis, & *Reinhildæ* filiam; conf. *Witichindus*, lib. 1 *Aunal.*, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. Alaman.*, p. 638: *Erat namque ipſa domina Regina* (Mathilda) *filia Thiaderici, cujus fratres erant Witekind, Immet, Reginbern. Reginbern autem ipſe erat, qui pugnavit contra Danos, multo tempore Saxoniam vaſtantes, vicitque eos, liberans Patriam ab illorum incurſionibus, usque in hodiernum. Et hi erant ſtirpis Magni Ducis Widekindi, qui bellum potens geſſit contra Magnum Carolum, per 30 ferme annos, &c.*, cujus verba *Monachus Hamerslebienſis*, l. c., ap. *Leibnitium*, l. c., pag. 707, & *Maderum, Antiquit. Bruuſuic.*, pag. 136, repetit; Auctor *Vitæ* ipſius *Mathildis*, juſſu *Henrici S.*, Imp., ſcriptæ, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 194, cap. 1, §. 4: *A poſteris ergo ejusdem Witikini,* (Caroli Magni hoſtis Saxoniæ,) *egregii Ducis, proceſſit ſtirps beatiſſimæ Mathildis, cujus Pater, nomine Thietricus, in Occidentali Regione Comes fuerat glorioſus, & Venerabilem Reinhildam, Danorum Freſonumque germine procreatam, moribus probabilem, ſibimet adjunxerat conjugem, &c.* Quomodo nuptiæ, in *Walchuſen*, ad *Helmum*, Thuringiæ fl., haud procul à montibus Harzicis, fuerint celebratæ, ibidem dicitur, §. 5, p. 194, & 195. *Luitprandus*, lib. 4 *Hiſtor.* cap. 7, p. m 132; *Hroswitha*, ap. *Meibomium*, l. c., pag. 711; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 921, p. 257; *Joh. Schiphower*, in *Chron. Archi-Comitum Oldenburg.*, cap. 3, ap. *Meibomium*, l. c., T. 2, p. 130, &c.; Alii. Quæſtio eſt: Num pronomen: *Cujus*, ad *Mathildam*, an Ejus Patrem, *Ditericum*, ſit referendum; *Conradus Urſpergenſis* prius ſuſtinet, ſcribens, pag. 154: *Erat autem Regi Heinrico Uxor, & conſors Regni clara & Nobiliſſima, nomine Mathilda, filia Theoderici, ex eadem Saxonum Gente, cujus fratres erant Witikint, & Immod, & Reginbern, &c.*; quo etiam ſtylo utitur *Albertus Stadenſis*, ad an. 920, p. 101, nec non ad an. 1104, pag. 147; clarius adhuc vetuſtum *Chronicon Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſ.*, in *Maderi Antiquitatibus Bruuſuicenſibus*, pag. 4: *Huic* (Henrico Aucupi) *erant tres filii, Bruno, Archi-Epiſcopus Colonienſis; Otto I, Imperator; & Hinricus, Dux Bavariæ. Quorum Mater fuit Domina Mechtildis, de Ringelheym, ſoror Reineri & Ymmothi, qui fuerunt de ſemine Regis Saxonum, Widekindi, &c.* (locus notabilis, quod domum *Mechtildis*, *Ringelheim*, manifeſtet, quam *Paulus Langius*, in *Chronico Citizenſi*, ap. *Piſtorium*, p. 756, *Witten* fuiſſe arbitratur;

Cranzio,

Cranzio, lib. 3 *Saxon.*, cap. 11, *Ringelheim* præferente.) Deſumta forte hæc omnia, ex *Sigeberto*, Levita *S. Vincentii*, in Vita *Theodorici I*, Metenſis Epiſcopi, cap. 1 ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 295: *Matrem nempe Ejus* (Theoderici) *ſcimus Mathildis Reginæ fuiſſe ſororem, quæ, ex Heinrico* (Aucupe) *Rege, genuit Ottonem majorem*, & *Heinricum Ducem, eorumque fratrem, multa laude dignum, Brunonem - - - - - Hæ vero* (Mathildis, Regina, ejusque ſoror, Amalrada, Theoderici mater) *erant filiæ Thiadrici Ducis, quarum fratres erant: Windukin, Immet*, & *Reinberg - - - & hi erant ſtirpis magni Ducis Windukindi, &c.* *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 47, pag. 248: *Henricus Rex habuit uxorem, quæ Mechtildis dicta fuit, & ipſa erat filia Thiderici, Comitis de Aldenburg, qui Thidericus habuit tres filios: Witikind, Immod*, & *Reinbern, & erat de ſtirpe Witikindi, Ducis Saxoniæ & Weſtphaliæ, quem Karolus Magnus fecerat Chriſtianum, &c.*; ipſeque Dn. *Meibomius*, in *Notis* ad *Witichindi Annales*, l. c., pag. 681, tale ſchema exhibens:

Reinhildis, Uxor Tiderici.

Rupertus, Archi-Ep. Trevirenſis.	*Witichindus.*	*Immod*, fundator Monaſterii Ringelheimenſis.	*Reginbertus* pugnavit contra Danos.	*Mechtildis*, Ux. Henrici Aucupis.
	Volcwart.	*Immeth.*	*Emmiholt*, prima Abbatiſſa Ringelheimenſis.	

Quicquid horum ſit, frequens mentio *Mathildis* in Diplomatibus; v. g. *Henrici* ipſius, an. 922, ap. *Schatenum*, lib. 3 *Annal. Paderborn.*, p. 257; an. 927, ibid., p. 261; an. 929, ap. *Maderum*, in *Antiquit. Brunſuic.*, p. 102, & Dn. *Leuckfeldum, in Antiq. Poeldenſibus*, cap. IV, p. 15, lit. g; an. 935, ap. *Schatenum*, l. c., pag. 271, & 272, &c.; *Ottonis I*, an. 951, ap. *Sagittarium, Antiquit. Magdeburg.*, p. 41, & *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. Alaman.*, p. 745; an. 965, ap. *Meibomium*, l. c., pag. 748, & 749, & *Sagittarium*, l. c., pag. 45, 46, 49, &c.; an. 966, ap. *Sagittarium*, l. c., pag. 50, 53, 54, &c.; an. 967, ibid., pag. 56; an. 968, ibid., p. 89, & apud *Schatenum*, l. c., lib. 4, pag. 311; an. 969, ap. *Sagittarium*, l. c., pag. 92; an. 970, ibid., pag. 93, 94, 95, 96, & 97; an. 971, ibid., pag. 98, & 100; *Ottonis 2*, an. 964, ap. *Maderum*, l. c., pag. 111, & 112; *Folckmari*, Abbatis Novæ Corbejæ, an. 936, ap. *Meibomium*, l. c., pag. 759; & paſſim alibi. Minimum errat *Sigebertus Gemblacenſ.*, ad an. 937, Parentem ejus Regem conſtituendo; ibi: *Otto, filius Ejus*, (Henrici) *ex Matilda, filia Theoderici, Regis Saxonum, imperavit, &c.*; nec minus *Wilhelmus Nangius*, in *Chronico*, ad an. 987, apud *Pithæum*, pag. 211, fingens, eam fuiſſe filiam *Ludovici IV*, &, ex eo, neptem *Arnolfi* Imperatoris, cujus verba, in vita *Ludovici IV*, v. 3, adduxi. Obiit hæc Imperatrix an. 969, *Hamerslebienſi Monacho* teſte, ap. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 708, & *Maderum*, l. c., pag. 137: *Rogatu Matris ſuæ, Matildis, quæ obiit Anno Domini 669, &c.*, errore typographico, pro 969; diem, 2 *Idus Martii*, exprimit Auctor *Vitæ Ejus*, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 208, §. 32; *Chronographus Saxo*, pag. 175, ponit annum 968; *Albertus Stadenſis*, pag. 108, mavult annum 969.

v. (3.) De Liberis Ejus, in genere, ſcribit *Witichindus*, lib. 1 *Annal.*, ap. *Meibomium*, l. c., Tom. 1, pag. 638: *Poſtremo, deſponſata ſibi* (Giſelberto) *filia, nomine Gerberga, affinitate pariter, cum amicitia, junxit Eum ſibi, ſublegato omni Ei Lotharii Regno. Genuit quoque Ei & alios filios clara & Nobiliſſima, ac ſingularis prudentiæ Regina, nomine Mathilda, primogenitum, Mundi amorem, nomine Oddonem; ſecundum, Patris nomine inſignitum, Virum fortem & induſtrium, Henricum; tertium quoque, nomine Brunonem, quem Pontificis Summi*, (Colonienſis) *ac Ducis magni* (Lotharingiæ) *vidimus officium gerentem - - - - Aliam quoque filiam genuit, quæ nupſerat Hugoni Duci, &c.* In diplomate *Folckmari*, Novæ Corbejæ Abbatis, pro *fundatione Monaſterii Groningenſis*, an. 936, ap. *Meibomium*, in Notis ad *Corbejenſe Chronicon*, l. c., pag. 759, hoc ordine occurrunt: *Pro Rege Glorioſiſſimo, videlicet Henrico, cum Serena Mathilda, & Regia prole: Oddone, Henrico, Brun, Gerbeg, Hathuwin; nec non & pro ſeipſo, &c.* tradidit ſcil. *Sifridus* Comes hereditatem ſuam Novæ Corbejæ. *Monachus Hamerslebienſis*, apud *Maderum*, l. c., pag. 136, & Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 707, eos ita recenſet: *Machtildis genuit, ante Regni ſuſceptionem, Henrico Duci, filiam Gerburgham, quam dedit Giſelberto, Duci Belgicæ*, (Lotharingiæ) *& poſtea Ludovico Regi*,

(Galliæ) *Item aliam, quæ nupſit Hugoni Duci: Ottonemque, mundi amorem. Poſt Regni ſuſceptionem genuit Hinricum Groſſum. Brunonem etiam, qui Epiſcopus factus eſt Colonienſis, per fratrem ſuum, Ottonem, cum eſſet literatus, &c.* Trium filiorum ſaltem meminit *Luitprandus*, lib. 4 *Hiſtor.*, cap. VII, p. m. 132; nec non *Sigebertus*, Levita *S. Vincentii*, in Vita *Theodorici I*, Metenſium Epiſcopi, cap. 1, apud. Ill. Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 295; *Hroswita* Monialis, apud *Meibomium*, l. c., Tom. 1, pag. 711, & 712; *Chronicon Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium*, ap. *Maderum*, l. c., pag. 4, ubi *Bruno* reliquis præfertur; verba v. 2 extant; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 47, ap. *Meibom.*, l. c., pag. 248; & *Johannes Schiphower*, in *Chronico Archi-Comitum Oldenburgenſium*, cap. 3, ap. *Meibomium*, l. c., Tom. 2, pag. 130. Præter eosdem, *Gerbergam* quoque, ſororem eorum, celebrant *Conradus Urſpergenſis*, pag. 154, & 155; *Albertus Stadenſis*, ad an. 920, pag. 101; alii. In ſpecie notandum, quod

(1) *Tanckmarus*, *Henrici* noſtri filius, ex priori Conjuge, cujus *Ditmarus Reſtuutus*, lib. 1, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 326, memor exiſtit, anno 939 Merſeburgi fuerit occiſus; ita enim *Reginonis Continuator*, ad h. a: *Danemar, frater Regis*, (Ottonis) *ex Concubina, rebellans, Merſburgo, Caſtello, occiditur, aliique ſequaces Ejus truncantur, aut ſuſpenduntur, &c.* Conf. *Conradus Urſperg.*, in *Vita Ottonis I*, p. 156; *Witichindus*, lib. 2, pag. 645; Monachus *Hamerslebienſis*, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 707, &c.

(2) Fuiſſe huic *Tancmaro* ſororem germanam, ex verbis *Witichindi*, lib. 2 *Annal.*, p. m. 643, conjicio: *Sifridus vero, Saxonum optimus, & à Rege ſecundus, Gener quondam Regis, tunc vero affinitate conjunctus, eo tempore procurabat Saxoniam, &c.*; quæ conferenda cum *Hoppenrodii Annalibus Gernrodenſibus*, ap. *Meibomium*, l. c., Tom. 2, pag. 417, ubi: *Marchiam Brandenburgenſem commendavit Duci Sigefrido, Fratri Conjugis Mechtildis.* Ergo Gener Ejus fuit, reſpectu prioris conjugis, & affinis, reſpectu poſterioris.

(3) *Gerbergam*, Ejus filiam, ex *Mathildi*, nupſiſſe, (1) an. 929, *Giſelberto*, Lotharingiæ Duci, teſtatur idem *Continuator Reginonis*, ad h. a: *Giſalbertus, Dux, Gerburgam, Filiam Heinrici Regis, duxit uxorem, &c.* ſponſaliorum meminit *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad an. 927, p. 263; conf. *Witichindus*, lib. 2, pag. 648; *Monachus Hamerslebienſis*, l. c.; (2) an. 939, *Ludovico*, Regi Galliæ, docet idem, ad h. a: *Ludovicus, Rex Gerbirgam, viduam Giſalberti, duxit uxorem, &c.*; nec non *Frodoardus*, ad h. a., apud *Pithœum*, p. 148: *Ludowicus Rex, in Regnum Lotharienſe regreſſus, relictam Gisleberti, Gerbergam, ducit Uxorem, Ottonis ſcilicet Regis ſororem, &c.* Auctor *Fragmenti Hiſtor. Franciæ*, ap. *Franciſc. du Chene*, T. 3, pag. 341, & *Sigebertus*, & *Albericus*, pag. 280, id referunt in annum 943; factum comprobantibus, præter *Witichindum*, lib. 2, p. 648, & Monachum *Hamerslebienſem*, modo allegatos, Auctore *Vitæ Mathildis*, c. 5, §. 26, & c. 6, §. 32, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 204, & 208; Auctore Vitæ *Adalberonis Metenſis*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.* MS., pag. 674; *Rogero* Benedictino, qui an. 1040 claruit, in vita *Brunonis Colonienſis*, cap. 39, apud *Surium*, 11 Octobr., p. m. 173; *Ottone Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 19, p. m. 127; *Gotfrido Viterbienſi*, part. 17 *Chron.*, p. 475; *Conrado Urſperg.*, p. 154; *Alberto Stadenſi*, ad an. 920, pag. 101, & an. 942, pag. 105; *Guidone*, verbis mox ſecuturis; *Chronographo Saxone*, ad an. 954, p. 166; *Alberico*, part. 2, ad an. 966, p. 14; Aliis. Epitaphium exhibet *Pithœus*, p. 525, &, ex eo, *Meibomius*, in *Notis ad Witichindum*, l. c., pag. 679:

Francorum ſpecimen, Francis memorabile nomen,
Hoc Regina ſacro Gerberga locatur in antro.
Grandis honor Regni, cui vita monaſtica cordi.
Hecera Remigio ſua rerum contulit almo.
Sol quintus Maji vidit quam crine reſolvi.
Remigii meritis cui detur vita perennis.

Item.

Regum ſtirpe ſata, rebus ſpecieque beata,
Jure ſuperlata Francis, Gerberga vocata.

Perperam eam *Robertus Gaguinus*, lib. 5 *Rer. Gallic.*, cap. 6, *Eugebertham* vocat; & *Volaterranus*, lib. 3 *Commentariorum Urbanorum*, pag. 43, *Gibertam*.

(4) *Ottonis I* fata inferius occurrunt.

(5) de *Henrico Rixoſo* vid. ſeq. Tit. XVI, Catalog. Ducum Bavariæ.

(6) *Brunonem*, ſeq. Tit. XVI, Catalog. Ducum Lotharingiæ, exponam.

(7) *Hathuwin*, filiarum natu minor, ut in prædicto *Folckmari*, *Novæ Corbejæ* Abbatis, diplomate, de an. 936, vocatur, apud *Glabrum Rodulfum*, lib. 1 *Hiſtor.*, cap. 4, *Sigebertum Gemblacenſem*, ad an. 987, *Albericum*, ad an. 966, l. c., pag. 14, *Meibomium*, in Notis ad *Witichindum*, l. c., pag. 681, alioſque, *Hawida* audit; *Wilhelmus Nangius*, in *Chronico*, ad an. 987, ap. *Pithœum*, pag. 211, legit *Haouide*; & *Hugo*, ut mox dicam, *Hadwide*; minus recte *Adelheida* *Cuſpiniano*, & ſequacibus nominatur; *Witichindus*, lib. 1 *Annal.*, p. m. 638, & *Hamerslebienſis Monachus*, l. c., nomen ejus reticent; fatentur tamen, eam conjugem fuiſſe *Hugonis*, Francorum Ducis, *Hugonis Capeti*, Galliarum Regis, Parentis. Nuptias anno 938 celebratas, aſſerit *Frodoardus*, in *Chronico*, ad h. a., ap. *Pithœum*, pag. 146: *Hugo, Princeps, filius Rotberti, ſororem Ottonis, Regis Trans-renenſis, filiam Henrici,* (Aucupis) *ducit uxorem, &c.* Occaſionem contrahendæ, affini-

Digitized by Google

affinitatis deſcribit *Guido*, apud *Albericum*, ad ann. 944, pag. 280: *Rex Ludovicus, ut illatas ſibi Ducis Hugonis propulſaret injurias, Imperatoris Ottonis ſororem, Gerbergam, duxit in uxorem; quod Hugo Dux intuens, & metuens, ex bujus imminere conjugii conjunctione periculum, ut quaſi clavum clavo retunderet, & dimidiaret ſibi gratiam, quam Ludovicus apud Ottonem fuerat aſſecutus, alteram Ejus ſororem matrimonio ſibi copulat, Hadwidem, &c.*

(8) Alii addunt adhuc tres Principes ſequioris ſexus, ſcil. (1) *Mechtildim*, Abbatiſſam Quedlinburgenſem, (2) *Rixam*, *Rudolphi*, Ducis Bavariæ, *Arnolphi* filii, conjugem, & (3) Comiti Eberſteinio nuptam. Vid. *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, p. m. 864, & quos ibi teſtes producit. Quibus add. Dn. *Hübner*, Tab. 26 *Geneal.*, qui *Rixam* primo loco ponit, conſtituitque conjugem *Arnolphi*, Com. Palat. Schirenſis; poſt eam, *Hedwigem*, *Eberhardo*, Eberſteinenſi Comiti, nuptam; & tertio loco, *Mechtildem*, Abbatiſſam. Hactenus ego nihil de his reperi, excepto, quod Author Vetuſti *Chronici Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium*, ap. *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, p. 3, de *Henrico* noſtro ſcribat: *Conſtruit & Urbem Quedelingeborch, in qua Congregationes Nobilium Fœminarum inſtituit; ubi Filiam ſuam primam eſſe voluit Abbatiſſam; &, ut eſſet Domina Principum, prædia largiſſimè donavit, Eccleſiam, in honore S. Servacii, dedicari fecit, & in die dedicationis, in Refectorio, Dominabus undecim fercula, undecim menſalia pretioſa, & undecim millia manſorum miniſtravit, &c.* Conf. *Wolfgangus Lazius*, lib. IX, de *Migrationibus Gentium*, cujus verba *Maderus Chronico Montis Sereni* præfixit, *Henrico* noſtro quatuor filias adſcribentis, ſcil. *Mechtildem*, Abbat. Quedlinburg.; *Hedwigen*, *Hugonis*, Com. Pariſ., conjugem; *Gerbirgim*, Conjugem *Giſelarici*, D. Lotharingiæ; & *Rixam*, uxorem *Arnoldi*, D. Bajoariæ. Quæ omnia confuſa.

v. (4.) In laudes Principis ſcribit *Witichindus*, lib. 1 *Annal.*, ap. *Meibomium*, l.c., Tom. 1, p. 634: *Natus eſt autem ei* (Ottoni D. Saxoniæ) *filius, toti mundo neceſſarius, Regum maximus optimus, Henricus, qui primus libera poteſtate regnavit in Saxonia. Qui, cum, prima ætate, omni genere virtutum vitam ſuam ornaret, de die in diem proficiebat præcellenti prudentia, & omnium bonorum actuum gloria: nam maximum Ei ab adoleſcentia ſtudium erat, in glorificando Gentem ſuam, & pacem confirmando in omni poteſtate ſua, &c.* Sic & *Luitprandus*, lib. 4 *Annal.*, cap. 7, p. m. 132: *Quanta fuerit prudentiæ, quantaque Rex Henricus ſcientiæ, hinc probari poteſt, quod optimum, & potiſſimum, & Religioſiſſimum natorum ſuorum Regem conſtituit. Imminebat enim, Rex prudentiſſime, obitu tuo totius Populi caſus, ſi tantus Regiæ dignitati non ſubiret Vicarius, &c.*; Et *Hroswitha* Monialis, ap. *Meibomium*, l. c., pag. 713:

- - - - Inſtabat denique finis
Henrici Regis, cujus mortem gemit omnis
Illius Imperio Populus jurique ſubactus, &c.;

Continuator Reginonis, ad an. 935: *Heinricus, Rex, præcipuus pacis ſectator, ſtrenuusque Paganorum inſecutor, poſt plures fortiter & viriliter actas victorias, dilatatis undique ſui Regni terminis, VI Nonas Julii diem clauſit extremum, &c.*; nec non *Ditmarus Merſeburgicus*, lib. 1, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 326: *Has Regiones ſibi fecit tributarias: Bojemiam, Deleminciam, Obetritos, Wilci, Hevellos,* & *Redarios, &c.* Add. *Adamus Bremenſis*, lib. 1 *Hiſtor. Eccleſ.*, cap. 48, p. m. 38: *Heinricus Rex, jam tunc à puero timens Deum, & in Ejus miſericordiam totam ſuam habens fiduciam, Ungros quidem multis gravibusque præliis triumphavit; Item Bohemos* & *Sorabos, ab aliis Regibus domitos, & cæteros Slavorum Populos uno grandi prælio ita percuſſit, ut reſidui, qui pauci remanſerant, & Regi tributum, & Deo Chriſtianitatem ultro promitterent. Deinde, cum exercitu ingreſſus Daniam, Gwrm Regem primo impetu adeo perterruit, ut imperata ſe facere mandaret, & pacem ſupplex depoſceret, &c.*; Et Auctor *Vitæ B. Mathildis*, cap. 2, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 195: *Cum autem mirum in modum proficeret Princeps laudabilis, Chriſtus illi plus auxit honorem dignitatis, perplurimas Nationes ſuo ſubjugans Dominatui, Danos, Sclavos, Boëmos, Bajowarios, ceteraque quam plurima Regna, quæ ſuis Anteceſſoribus non fuerant ſubdita, &c.*; Auctor dicti *Chronici Ducum Brunſuic.*, l. c: *Henricus, de Vinkeler dictus, coronam raro ſibi impoſuit, ſed Regnum humiliter gubernavit. Brandeborch Urbem, ſuper glaciem caſtra ponendo, expugnavit: Sclavos devicit, novem annorum tributum ſolventes: ſimul & interim Saxoniam muniens, Ungaros, quibus Saxones tributarii erant, ejecit, &, contra inſultum Ungarorum, Saxoniæ Oppida munivit. Juxta Wagersleve quinquaginta millia Ungarorum, cum quatuor millibus, in prælio ſuperantur. Miſne montem, contra Slavos, conſtruit, &c.* De aliis ne dicam.

Num Imperator fuerit? non minor quæſtio eſt, ac de Anteceſſoribus Ejus, *Ludovico IV*, & *Conrado I.* Tribuunt Ei hunc titulum *Witichindus* Corbejenſis, lib. 1 Annal., l. c., pag. 636, ubi *Conradus*, Rex, ad fratrem *Eberhardum*: *Ito ad Henricum, facito pacem cum Eo, ut Eum Fœderatum poſſis habere in perpetuum. Quid enim neceſſe eſt, ut cadat Populus Francorum, tecum, coram Eo? Ipſe enim vero Rex erit, & Impera-*

tor multorum Populorum, &c.; Fragmentum Hiſtor., apud *Andr. Du Cheſne*, T. 2 *Script. Rer. Franc.*, p. 588, de quo mox, ad an. 921; Auctor Vitæ *S. Gebbardi*, Archi-Epiſcopi *Salisburgenſ.*, cap. 3, apud *Surium*, 16 Junii, pag. 226, ad ann. 1055: *Imperator, Henricus III*, &c.; *Wippo*, in *Vita Conradi Salici*, ap. *Piſtorium*, p. m. 423; ibi: *Anno, ab Incarnatione Domini, MXXIV, Imperator Heinricus Secundus, &c.; ergo* agnoſcit *primum; Continuator Bedæ*, lib. 2 *Hiſt. Angl.*, cap. 8: *Henricus I, Rex Teutonicorum, & Imperator Romanorum, ſororem Ejus* (Ethelſtani) *filio Ottoni deſponſavit, &c.; Henricus Malmesburienſis*, cujus verba, præced. v. 1, recitavi; *Ingulphus*, Abbas *Croylandenſis*, ſub *Henrico IV*, Imp., florens, in *Hiſtoria Anglicana*, ap. *Savile*, p. m. 877: *Miſit ergò Legatos Henricus, Imperator Romanorum, pro una ſororum ſuarum*, (Athelſtani, Regis Angliæ) *Othoni, filio ſuo, in uxorem ducenda, &c.*, & pag. 878: *Duæ ſorores ſeniores* (Athelſtani) *Imperatori Henrico commendantur, &c.*, & p. 887: *Imperator Alamanniæ, Henricus, &c.*; Monachus *Hamerslebienſis*, ſub *Henrico V clarus*, ap. *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 136, & Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 707, ajens: *Henricus, Dux Saxoniæ, filius Ottonis, mortuo Conrado, in Cæſarem eligitur, &c.*: *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Sclavor.*, cap. 9, p. m. 26: *Eodem quoque anno contigit, Glorioſum Imperatorem, Henricum, migrare de hac vita, &c.*; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, cap. VII, p. m. 191; verba, v. 1, extant; Author Hiſtoriæ fundationis Cœnobii *Melicenſis*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. VIII, pag. 627: *Per avia ſecutus fuiſſet Imperatorem, qui tunc temporis Rempublicam Romanorum adminiſtrabat, &c.*, & pag. 628: *Cum multi Procerum inſtarent Imperatori, &c.*; ſermo eſt de *Leopoldo*, ab *Henrico* noſtro, Auſtriæ Marchione creato; *Jacobus von Konigshoven*, in *Chronico Alſatico*, cap. 2, Edit. Schilter. p. m. 107: *Der LXXXIII Keyſer, Heinrich von Sachſſen*; *Compilatio Chronologica*, ap. *Piſtorium*, p. 731; *Paulus Langus, Chron. Citizenſ.*, ap. *Piſtorium*, p. m. 770; cujus verba *Schilterus*, lib. 3, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, c. 4, §. 5, p. 298, repetit; *Sigismundus Seldius, in Reſponſo, Ferdinando I, Imp., dato, apud Goldaſtum*, part. 5 *der Reichs-Handel*, pag. 179, §: *Es haben auch, &c.*; Alii. Recentiores non nomino. Contrariarum partium argumenta ſunt, (1) quod nunquam ſe *Imperatorem*, ſed ſemper *Regem* ſcripſerit; (2) Filius Ejus, *Otto I*, non niſi *Regem* Eum compellaverit; vid. Diploma an. 946, in *Sagittarii Antiquitatibus Magdeburgicis*, §. 54, ad h. a., pag. 25: *Domini ac Genitoris noſtri, Henrici Regis, &c.*; & aliud, de an. 961, ibid., §. 75, pag. 41: *Domini Patris noſtri, Henrici Regis, &c.*; (3) *Henricus III* non niſi *ſecundum* hujus nominis Imperatorum ſe vocaverit; arg. Diplomatis an. 1049. ap. *Leukfeldum*, in *Antiquitatibus Walckenredenſibus*, cap. 13, p. 202: *Signum Domini Henrici III, Regis Invictiſſimi, Secundi Romanorum Imperatoris Auguſti - - - - - Anno Dominicæ Incarnationis M. XLVIIII, Indict. 2, Anno autem Dn. Henrici III, Regis, Imperatoris ſecundi, ordinationis ejus XX, &c.*; & de An. 1052, ibid., pag. 204. ubi: *Signum Dn. Henrici III, Regis Invictiſſimi, Secundi Romanorum Imperatoris Auguſti, &c.*; Conf. *Schateni Annal. Paderbornenſ.*, lib. 6, ad an. 1048, p. 532, 542, &c.; *Leo IX*, P. R. an. 1049, ap. *Leukfeld.*, l. c., p. 198, lit. kk; *Immadus*, Paderbornenſis Epiſcopus, an. 1052, apud *Schatenum*, l. c., pag. 541, & an. 1054, ibid., pag. 544; aliique, eundem *Henricum*, *ſecundum* duntaxat, inter Imperatores ponentes; (4) *Golſcherus*, Monachus *S. Mathiæ* apud Treviros, cap. 48 *Geſtorum Treverorum*, Edit. Leibnit. pag. 70, *Henrici Sancti* memor, dicat: *Regnante Sereniſſimo Henrico, Rege quidem ſecundo, Imperatore autem primo, &c.*; (5) *Henricus IV* Parentem ſuum *Secundum Imperatorem* compellet, in Diplomate, ann. 1057 Goslarienſibus conceſſo, apud Dn. *Leukfeldum, Antiq. Pœldenſibus*, Append. IV, §. 6, p. 278; ibi: *Pro remedio animæ dulciſſimi Genitoris noſtri, Henrici III Regis, Secundi Imperatoris, &c.*; ſemetque Ipſum, in alia Charta ann. 1071, ibid., pag. 279, *Tertium*; verb: *Heinricus, Divina favente Clementia, Tertius Romanorum Rex, &c.*; Pariterque *Henricus V* Diploma de an. 1120, Eccleſiæ Herbipolenſi datum, ordiatur: *Henricus, Divina favente Clementia, Quartus Imperator Romanorum Auguſtus, &c.*; vid. Dn. *Leuckfeldius*, l. c., pag. 253; (6) *Romæ* non fuerit coronatus, teſte *Wittichindo*, ſub finem libri 1 *Annal.*, p. m. 641: *Perdomitis itaque cunctis circumquaque Gentibus, poſtremo Romam proficiſci ſtatuit, ſed, infirmitate correptus, iter intermiſit, &c.*: quod *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, p. 474, verbis: *Henricus, Rex, poſt multa virtutis ſuæ opera, dum, ad obtinendum Imperium, Romam pergeret, antequam Romam perveniſſet, diem ultimum clauſit, &c.*, & *Otto Friſigenſ.*, lib. 6 *Chron.*, c. 18, in fine, p. 127, iisdem ferè confirmant; add. *Chronicon Laurishamenſe*, apud *Freherum*, pag. 691 *Contra Rutpertum, Regem Gallicanæ Franciæ, prælio multis terminos Regni Lotharici, ſicut hactenus conſervantur, obtinuit: &, tam Ungariorum, quam Sclavorum, Burgundionumque, cum quibus ſæpe conflixit, & ſemper vicit, bellicis impeditus tumultibus, Imperator non eſt ordinatus, &c.*; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 957, licet non ſatis

Digitized by Google

ſatis accuratè loquatur: *Quia pacificus erat, nullam operam dedit, ut, effugatis ab Italia Tyrannis, qui, quaſi conductitii mercenarii, alter alteri ſuccedentes, Imperium dilaniabant, Benedictionem Imperialem accepiſſet, &c.*; *Albericus*, ad an. 937, p. m. 274, verba *Sigeberti* repetens; *Albertus Stadenſis*, ad an. 935, p. m. 103; *Martinus Polonus*, p. m. 365; *Rolwinkius*, *Faſcic. Temp.*, ætat. 6, pag. 69; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. m. 75; *Siffridus*, lib. 1 Epitomes, ad an. 924, ap. *Piſtorium*, p. m. 688; *Lupoldus de Babenberg, de Jure Regni & Imperii Romani*, cap. 2, apud *Schardium, de Juriſdict. Imper.*, pag. 172; *Gobelinus Perſona*, ætat 6 *Coſmodrom.*, cap. 47, apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. Germ.*, pag. 246; *Onuphrius Panvinius*, cap. 5, de *Comitiis Imperatorum*, p. m. 63; *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. IX, §. 14, & 15, pag. 71; *Schurtzfleiſchius*, De *Diviſione Imperii Carolini*, §. 78, pag. 82, & *de Rebus Pruſſicis*, §. 14, p. m. 10, ubi *Helmoldum* carpit; Alii; (7) A Senatu Populoque Romano nunquam fuerit electus; (8) alio modo Imperio non legatur potitus; (9) Germani nondum, iſto tempore, *Jure conſtituendi Imperatoris* fuerint gaviſi. Citra controverſiam tamen potentiſſimus Germaniæ Rex dicendus eſt, utpote conſenſu *Francorum*, *Alamannorum*, *Bojorum*, *Thuringorum*, *Saxonum*, *&c.* in ſolium evectus, ceu præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad ann. 919, pag. 89, & 90, fuſius expoſui. Quod ſi matrem Ejus, *Arnolphi* Imp. filiam, adeoque Carolini ſanguinis Principem, ſpectes, Jura Ei in Regnum Italiæ, ſeu Longobardicum, à *Carolo Magno* armis conquiſitum, & *hereditario jure* ab Ejus poſteris poſſeſſum, omnino fuiſſe, negandum non eſt. Quantum, in ſpecie, Geſta Ejus attinet; en ſummam!

Anno 919 Rex Germaniæ electus, ut ſupra, l. c., dictum, noluit ab *Herigero* Moguntino coronari, ex ratione, quam *Witichindus*, lib. 1 *Annal.*, p. m. 637, ſubminiſtrat: *Congregatis Principibus, & natu majoribus exercitus Francorum, in loco, qui dicitur Fridisleri*, (Fritzlaria) *deſignavit Eum* (Eberhardus, Conradi, Regis defuncti, frater) *Regem, coram omni Populo Francorum, atque Saxonum. Cumque Ei offerretur Unctio, cum diademate, à Summo Pontifice*, (Moguntino) *qui eo tempore Herigerus erat, non ſprevit, nec tamen ſuſcepit, ſatis, inquiens, mihi eſt, ut, præ Majoribus meis, Rex dicar, & deſigner, divina annuente Gratia, ac veſtra pietate; penes meliores vero Nobis unctio & diadema ſit; tanto honore Nos indignos arbitramur. Placuit itaque ſermo iſte coram univerſa multitudine, & dextris in cœlum levatis, nomen novi Regis, cum clamore valido, ſalutantes frequentabant, &c.* Corroborant hæc *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 1, ap. Dn de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, p. 325, in fine; *Hermannus Contractus*, ad an. 919, p. m. 312; *Chronographus Saxo*, an. 920, p. 151; *Conradus Urſpergenſ.*, pag. 150, in fine; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. m. 75; *Theodoricus Engelhuſius*, de *Imperatoribus ex Celſiſſima Domo Brunſuicenſi oriundis*, ap. *Maderum*, *Antiq. Brunſuic.*, p. m. 26; Alii. Singulare, in contrarium, narrat *Ekkehardus Junior*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 5, ap. *Goldaſtum*, Tom. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1, pag. 29, ubi, præmiſſo colloquio *Conradi* moribundi, cum fratre *Eberhardo*, de eligendo Rege *Henrico*, ait: *Fecit igitur*, (Eberhardus) *ut Rex* (Conradus) *juſſerat, veniensque ſecretum Comitis petiit alloquium. Eliminatis omnibus, ipſe oſtium clauſit, chlamideque exuta, ad pedes Viro* (Henrico) *corruens, nimis ſtupenti coronam & ſceptrum detegit, &, quæ juſſus eſt, narrat. Cui ille inter cætera, ſi ſecum in fide, qua dixerat, ſentire vellet, omniaque, quæ tanto Nuncio decerent, facturum ſpoſponderat. Et ne per longas ambages vadam, fit Colloquium publicum, Heinricus, Saxonum & Francorum conſenſu, elevatur, & ungitur in Regnum &c.*, & poſt eum, *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, pag. 474, & 475;

Dux igitur, (Henricus) *cum plus petitur, ſibi ſumere Romam,*
Jurat, in æternum capiti non ferre coronam,
Cum ſibi ſufficiant, quæ tenet, ampla bona.
Cogitur Henricus Regnantis nomine fungi,
Cogitur in Regem tandem reverenter inungi;
Nulla tamen capiti miſſa corona fuit.
Coram Rege ſecus ferri Diadema jubetur,
Ut bene ſervetur, quicquid juraſſe videtur,
Signa tamen plene Regis ubique tenet, &c.

Fabulam hinc, ſine dubio, compoſuit *Joannes Craws*, ap. Maderum, l. c., pag. 80: *Oblatum ſibi Imperium renuit acceptare, dicens: Sufficiunt mihi ampla Bona mea. Et dum perſuaſionibus Principum non præberet aſſenſum, juravit, quod corona Imperialis nunquam capiti ſuo ſuperponeretur: unde, Principes Ipſum ad Curiam citantes, per tres annos ſuſtinuit excommunicationem. Tandem, ſub forma juris, abſolutus, dum allegaret juramentum, quod fecit, tulit Papa ſententiam diffinitivam: quod ſuſciperet Imperium gubernandum, atque corona Imperialis capiti ſuo non imponeretur, ſed tantum baculus ante Eum portaretur, &c.* quæ omnia ficta.

An. 920 *Rex factus Henricus, perrexit, cum omni comitatu ſuo, ad pugnandum contra Burckhardum, Alemanniæ Ducem; Hic, cum eſſet bellator intolerabilis, ſentiebat tamen, quia valde prudens erat, congreſſionem Regis ſuſtinere non poſſe, tradidit ſemet ipſum Ei, cum univerſis Urbibus, & Populo ſuo*, &c. ſunt Verba *Witichindi*, lib. 1 *Annal.*, p. 637, quæ *Conradus Urſperg.*, p. 151, repetit. Conſ. *Albertus Stadenſis*, an. 920, pag. 100; *Albericus*, ad an. eundem, pag. 256; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 47, p. m. 246.

An.

Digitized by Google

An. eod., rebus proſperè geſtis, tranſiit inde in Bajoariam, cui præſidebat Arnulfus Dux. Quo comperto, in præſidio Urbis, quæ dicitur Reginesburg, obſedit Eum. Videns autem Arnulfus, quia reſiſtere Regi non ſufficeret, apertis portis, egreſſus eſt ad Regem, tradito ſemet ipſo, cum omni Regno ſuo. Qui honorifice ab Eo ſuſceptus, amicus Regis appellatus eſt, &c. Ita *Witichindus*, l. c. Cauſam belli depingit *Luitprandus*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. VII, pag. 106: *Eodem tempore* (quo Conradus I, Rex, obiit) *Arnoldus, cum uxore & filiis, ab Hungaria rediens, honorificè à Bajoariis, atque ab Orientalibus ſuſcipitur Francis; neque enim ſolum ſuſcipitur, ſed, ut Rex fiat, ab Eis vehementer expoſcitur. Rex Henricus, quum obtemperare ſuis omnes juſſionibus, Arnoldumque ſolum reſiſtere cerneret, pervalido collecto exercitu, in in Bajoariam tendit. Quod Arnoldus ut audivit, Ejus non paſſus eſt in Bajoaria præſtolari adventum. Verum, collectis, quibus valuit, copiis, huic obviam properat. Cupierat ſane & ipſe Rex fieri. Quumque in eo eſſent, ut bellum pariter inire deberent, ſicut Vir ſapiens, & Deum timens, Rex Henricus, cogitans, ex utraque parte irrecuperabile poſſe damnum accidere, Arnoldo, quatenus cum ſolo ſolus loquatur, denunciat. Putans igitur Arnoldus, quod ſingulari ſe acciret certamine, ad condictum ſolus, hora ſtatuta, pervenit, quem, ſibi obviam properantem, Rex Henricus tali eſt ſermone aggreſſus.*

Inſana Domini juſſis quid mente reſiſtis?
Quod Populus Regem me cupit eſſe, ſcias.

. . . .

Túne ſuperbe, reus, perfide, dure, ferox,
Invidiæ ſtimulis, ſævaque cupidine tactus,
Corpora Chriſticolum perdere valde ſitis?
Si Regem Populus cuperet præponere Temet,
Protinus is fierem, quem magis is cuperet.

His ita prolatis, Duceque, quid factu opus, Procerum conſilia expetente, reſpondebant illi: *Æquum juſtumque nobis videtur, ut, à cæteris non diſſentiens, hunc Regem eligeres. Ipſe vero te, ut tam fortunatum & prædivitem virum, hoc pacto bearet, animique tui feritatem mulceret, ut, quod Prædeceſſores non habuere tui, tibi concedatur, ſcil. quatenus totius Bajoariæ Pontifices tuæ ſubjaceant Ditioni, tuæque ſit poteſtatis, uno defuncto, alterum ordinare. Connivens igitur Arnoldus huic optimo ſuorum conſilio, Henrici Regis Miles efficitur, & ab eo, ut jam dictum eſt, conceſſis totius Bajoaris Pontificibus honoratur, &c.* Conf. *Sigebertus Gemblac.*, an. 920; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. XVIII, pag. 127; *Chronographus Saxo*, an. 921, p. m. 151; *Albericus*, ad an. 920, p. m. 256; *Conradus Urſpergenſis*, p. 151, an. eod.; *Albertus Stadenſ.*, an. eod., pag. 100; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 47, p. m. 246; *Andreas*, Ratisbonenſis Presbyter, in *Chronico Bavarico*, à Dn. *Schiltero* edito, p. m. 16; *Aventinus*, lib. 4 *Annal.*, p. 293; *Meibomius*, in Notis ad *Witichindum*, p. m. 678; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiar. German.*, lib. 3, cap. 4, §. 9, p. 301; Dn. *Ludwig*, de *Jure adlegandi Ordinum S. R. J.*, cap. 1, §. 15, p. 39. Illuſtrat hic locus ea, quæ Ill. Dn. *Coccejus*, cap. 21 *Juris Publici Prudentia*, §. 10, p. 348, aſſerit: *Regalia conceſſa primum ſunt, Imperante Henrico Aucupe, ſolis Ducibus Provinciarum, &c.*

Ann. 921 tranſigit cum *Carolo Simplice*, Francorum Rege, ſuper Lotharingiam. Vid. Auctor *Fragmenti Hiſtorici*, apud *Andream du Chéne*, Tom. 2 *Script. Franc.*, pag. 588, ubi: *Carolus Rex, ad Bonnam, Caſtrum, ſuper Rhenum, 11 Non. Novemb. venit, & Henricus I, Imperator, ex altera parte Rheni, & tandem Feria IV, 7 Id. Novemb., in medio Rheni fluvio, Principes, è navibus quisque ſuis, in tertiam aſcenderunt, quæ anchorata in medio fluminis, gratia eorum colloquii, fixa erat, ibique ſacramento pacta ſanciebant, ac, ex parte Henrici Imperatoris, Epiſcopi & Magnates, cum Nobilibus ſuis, firmitatem, quam hi Reges inter ſe fecerunt, collaudando acceptaverunt, & manibus ſuis Sacramentum firmarunt, nunquam à ſe deſtruendam: ut Herigerus, Archi-Ep. Moguntinus; Nitardus, Epiſc. Mimmogerneforda; Dodo, Epiſc. Osnabrogga; Ricaredo, Epiſc. Vangionum, quæ nunc dicitur Warmatia; Hunvardus, Epiſc. Paderbor.; Notingus, Epiſc. Conſtantiæ Alemannicæ. Hæc ſunt nomina Comitum: Evrardus, Chonradus, Herimannus, Hato, Gothofredus, Otto, Hermannus, Cobbo, Magenhardus, Fridericus, &c.* Conf. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 62, & Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palatina*, cap. 7, pag. 187.

Ann. 922 eundem Regem, cum tota Francia, in fidem accipit. Vid. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 922: *Carolus, Rex Francorum, cum auxilio Lotharienſium, juxta urbem Sueſſionum, pugnans, contra Robertum, fratrem Odonis Regis, qui, contra ſe, Regnum Francorum invadebat, eum, cum multis, peremit, & Se, & Franciam Henrico*, (Aucupi) *Regi*, (Germaniæ) *ſubmittit; eique, in pignus perpetui fœderis & amoris, mittit manum pretioſi Martyris Dionyſii Pariſienſis, auro gemmisque incluſam, &c.* Conf præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 4, pag. 237, & 238; ſeq. Tit. 16, §. 11, in vita *Giſelberti, Ducis Lotharing.*; & *Conring.*, *de Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 8, §. 5, p. 48.

Ann. 923 novam transactionem init, *Bonnæ*, cum eodem Rege, de Lotharingia. Vid. ſupr. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 62.

Ann. 924 *Hungari Orientalem Franciam vaſtaverunt, &c.* Hæc *Reginonis Contin.*, h. a. Tentatum eos veniſſe, num novum Regem, ad tributa ſolvenda, adigere non poſſent, Auctor eſt *Luitprandus*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 8, p. 106, & *Conradus Urſperg.*, p. 154. De Pace autem, eodem adhuc anno, inter eos conveniſſe,

Google

ſe, docent *Sigeberti* verba, ad h. a: *Rex Henricus pacem cum Hungaris in novem annos firmat, &c.* Conditionem exprimit *Witichindus*, lib. 1 *Annal.*, p. 638: *Contigit autem quendam ex Principibus Ungarorum capi, vinctumque ad Regem duci; Ungari vero Ipſum in tantum dilexere, ut, pro redemtione illius, innumera auri & argenti pondera offerrent. Rex autem, ſpernens aurum, expoſtulat pacem, tandemque obtinuit, ut, reddito captivo, cum aliis muneribus, ad novem annos pax confirmaretur, &c.* Idem docent *Urſpergenſis*, l. c.; *Mutius*, lib. 12 *Chron.*, pag. 96; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 31, p. 727.

An. 925 tota Lotharingia Ei ſe ſubmiſit. Vid. ſeq. Tit. 16, §. 11, in vita *Giſelberti, Ducis Lotharingiæ.*

An. eod. *Rex Henricus Urbem Sclavorum, Brennaburch, capit, & victis Sclavis tributum imponit, &c.* Hæc *Sigebertus Gemblac.*, h. a. *Chronographus Saxo*, ad an. 926, p. 153, ait: *Heinricus Rex Sclavos, qui Hevelli dicuntur, cum exercitu petit, &, multis eos præliis fatigans, tandem, hieme aſperrima, caſtris ſuper glaciem poſitis, cepit Urbem, quæ dicitur Brandenburg, fame, ferro, frigore. Qua Urbe potitus, omnem ſimul per eam tenuit Regionem, vertitque ſigna ſua contra Dalmatiam*, (Dalmantiam, ſeu Daleminciam, quam rectè Miſniam interpretatur Dn. *Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Rebus Ungaricis*, §. XI, pag. 17, conf. *Bangertus*, ad lib. 1 *Helmoldi Chron. Slav.* cap. 2, pag. 11, in fine; ibi: *Dalemincii, Pars Miſnenſium; adverſus quam jam olim Pater ſuus Ei reliquit militiam, &c.* Add. *Conradus Urſperg.*, p. 154; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. 925, p. m. 262; *Chronicon Sereniſſ. Ducum Brunſ.*, ap. *Maderum, Antiq. Brunſuic.*, pag. 3; *Mutius*, lib. 12 *Chron.*, p. 96; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronogr.*, *Gener.* 31, p. 727; *Cranzius*, lib. 3 *Sax.*, cap. 7, & 9.

An. eod. condendis Urbibus operam impendit. Vid. *Conradus Urſperg.*, l. c., *Joh. Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ, Generat.* 31, p. 727; conf. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 62, §. *Idem.*

An. 927 erigit Ducatum Lotharingiæ, in favorem *Giſelberti*; vid. ſeq. Tit. XVI, §. 11, in vita *Giſelberti, Lotharingiæ Ducis.*

Ann. eod., *profligatis Henetis & Sorabis, Limitum Præſides deſignavit, quos Marchiones nominamus, ut Marcas ab hoſtium incurſionibus cuſtodirent. Marchiam igitur Brandenburgenſem commendavit Duci Sigefrido, fratri Conjugis Mechtildis; Marchiam autem Luſatiæ Duci Geroni. Hi duo Duces, primi Marchiones in Germania, novam dignitatem, ab Imperatore Henrico acceptam, ſumma cum laude, ac utilitate Saxoniæ, defenderunt, præſidio firmo hoſtiles populationes Sclavorum, ad Albim & Salam, cohibuerunt, & armis propulſarunt, &c.* Ita *Andreas Hoppenrodius*, in *Annalib. Gernrodenſ.*, h. a., ap. *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.*, p. 417; Conf. *Albertus Cranzius*, lib. 3 *Vandal.*, Cap. XVI; *Georgius Fabricius, Orig. Saxon.*, lib. 2, pag. 115, &c.; *Spangenberg, Adelſpiegel*, lib. X, c. 19, pag. 311: *Als Kayſer Henrich der Erſte*, an. 925, *die Wenden, welche die Lande, um Brandenburg, Mecklenburg, und Pommern, ingehabt, geſchlagen, und zum Theil gedemüthiget, hat er dieſen Ort zur Marggraffſchafft des Römiſchen Reichs gemacht, und ſeiner oberſten Kriegs-Hauptmann einen, Grafen Siegfrieden von Ringelheim, dahin zum Marggraffen geordnet, und derſelbige iſt alſo der erſte Marggraf zu Brandenburg geweſen, &c.*; *Speidelius*, voc: *Marggraf*, pag. 839, &c.; *Sagittarius*, diſſ. de *Marchia Brand.*, an. 1684 Jenæ ventilata, & *de Marchia Soltwedelenſi*, §. 23, & 28, pag. 11, & 13; *Bucholzerus*, *Ind. Chronolog.*, an. 927, p. m. 302, &c.; Dn. *Knaut*, *de Antiquitatibus Pagorum & Comitatuum Anhaltinorum*, §. XVI, pag. 6; Ampl. Dn. *Ludewig*, de *Formula Ducatus Brandeburgici*, p. X, pag. 85; Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Rebus Badenſibus*, §. 2, pag. 6; cujus hæc ſunt verba: *Pleraſque Marchias, præcipue Saxonicas condidit Henricus Auceps, Miſnenſem & Luſaticam, contra Bojohemos & Polonos; Holſaticam Sleſuicenſem, quæ hoc nomen amiſit, contra Danos, quorum nomini, incrementiſque Holſati cumprimis omni tempore adverſati ſunt; Brandenburgicam, contra Henetos, atque Obotritos, &c.* Add. ſeq. Tit. XVII, §. 13.

An. 928 *Heinricus Rex Boëmos hoſtiliter invaſit, &, præſtante Deo, fortiter ſuperavit, &c.* Ita *Reginonis Continuator*, ad h. a. Expeditionem hanc, de qua legas etiam *Witichindi Annales*, lib. 1, p. m. 639, & *Ditmarum*, lib. 1, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. 326, refert *Chronographus Saxo*, p. 153, in an. 928; *Herman. Contract.*, p. m. 312, in an. 930, qui & *Sigeberto Gemblacenſi*, ad h. a., placet, cujus ſunt verba. *Wenceslaus, Princeps Boëmiæ, à Rege Henrico, in Praga Urbe obſeſſus, ſe & Urbem Regi dedit, & impoſitam Boëmiæ multam tributi pecuniam ſolvit, &c.*; quæ *Albericus*, ad h. a., pag. 267, repetit; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 155, & *Albertus Stadenſis*, pag. 103, ponunt annum 931.

An. 929 à *Rudolpho*, Burgundiæ Rege, Lanceam Imperialem obtinet. Vid. præc. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 6, pag. 245, &c.

An. 930, & 931 Danos & Sclavos redegit in ordinem, eadem occaſione *Marchiam Sleſwicenſem* condens, dictarumque Gentium Reges ad Chriſtianorum ſacra perducens. *Reginonis Continuator* dicit ſaltem, ad an. 931: *Heinricus Rex Regem Abotridorum, & Regem Danorum efficit Chriſtianos, &c.* *Witichindus* verò, lib. 1 *Annal.*, p. m. 639, & 640, amplo ſermone, bellum Sclavicum, præliumque ad *Redariorum* Urbem, *Lunkini*, deſcribit, annectens, pag. 641: *Cum autem omnes in circuitu Nationes ſubjeciſſet, Danos, qui navali latrocinio Freſones incurſabant, cum exercitu adiit, vicitque, & tributarios faciens, Regem eorum, nomine Nubam,*

bam, baptiſmum percipere fecit, &c. Brevior eſt *Ditmarus*, lib. 1, ap. Ill. Dn. de *Leibnitz*, *de Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 327: *Northmannos & Danos, armis, ſibi obtemperantes fecit, & ab errore priſtino revocatos, cum Rege eorum, Cnutone, hos Chriſti jugum portare edocuit, &c.*; *Lambertus Schafnab.*, ad an. 931: *Heinricus Rex Abotritos ſubegit, &c.*; *Marianus Scotus*, ad an. 931, ait ſaltem: *Henricus Rex Regem Obricorum*, (Obotritorum,) *& Nortmannorum* (Danorum) *efficit Chriſtianos, &c.* Ejusdem converſionis memor *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 931, addit: *Redarii, usque ad ducenta millia hominum, conſpirantes contra Henricum Regem rebellant, & Regnum Ejus graviter infeſtant, & vicinas Gentes ad rebellandum animant, ſed à Ducibus Regis, Bernhardo & Thietmaro, gravi bello victi, omnes pene moriuntur, aut fugientes in mare vicinum demerguntur, & hoc facto vicinæ Gentes à rebellione deterrentur, &c.* Add. *Chronographus Saxo*, ad an. 930, pag. 153: *Pugna valida facta eſt juxta Albiam, prope Lungini, in qua Saxonesglorioſe vicerunt, proſtratis Sclavorum centum viginti millibus, in captivitatem vero octingentis ductis.* Et ad an. 931: *Heinricus Rex Regem Abodritorum, & Regem Danorum efficis Chriſtianos. Ingreſſus namque Daniam, cum exercitu, Regem, nomine Wrm, vicit, & apud Sliaſwick, quæ nunc Heidiba dicitur, Regni terminum ponens, Marchionem ibi ſtatuit, &c.*; quæ deſumta eſſe videntur ex *Adamo Bremenſi*, lib. 1 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 48, pag. 38. In *Annalibus Hildesbemenſibus*, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 717, legitur, ad an. 931: *Heinricus Rex Abotritos ſubegit, &c.* Eadem verba profert *Monachus Herveldenſis*, ad h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 374; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 931, p. m. 268, *Gemblacenſem*, more ſuo, ſequitur. Conf. *Albertus Stadenſ.*, ad an. 921, pag. 102, *Chronica Auſtralis* ap. *Freherum*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 313, an. 932; Alii.

An. 934, horrenda clade, Hungaros, tributa à Saxonibus repetentes, proſtravit. *Reginonis Continuator*, ad an. 934, ait: *Heinricus Rex Hungaros multa cæde proſtravit, pluresque ex eis comprehendit, &c.* *Frodoardus*, ap. *Pithœum* p. 137, & 138. mavult an. 933, inquiens, h. a: *Hungari ſe in tres partes dividunt, quorum pars una Italiam petit; alia Terram Heinrici trans Rhenum invadit, contra quos profectus Heinricus cum Bajoariis & Saxonibus, cæterisque quibusdam ſibi ſubjectis omnibus, omnes, usque ad internecionem, ſternit, quorum triginta ſex millia cæſa referuntur, præter eos, quos abſorbuit fluvius, & qui vivi capti ſunt, &c.* Locum prælii, *Maresburgum*, nominat *Luitprandus*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 9, pag 108, ſimul addens, Chriſtianorum militarem teſſeram fuiſſe vocem: K... & Hungarorum, *Hui, Hui.* Ejusdem meminit *Witichindus*, lib. 1 *Annal.*, p. m. 641, annectens: *Rex, victor reverſus, modo omnibus gratiarum actiones divino honori, ut dignum erat, ſolvebat, pro victoria, de hoſtibus ſibi divinitus conceſſa. Tributumque, quod hoſtibus dare conſuevit, divino cultui mancipavit, & largitionibus pauperum deſervire conſtituit. Deinde Pater Patriæ, rerum dominus, Imperatorque ab exercitu appellatus, famam potentiæ virtutisque cunctis Gentibus & Regibus longe lateque diffudit, &c.*; nec non *Marianus Scotus*, an. 934; *Sigebertus Gemblacenſis* agnoſcit quidem maximam, Ungaris, anno 934, illatam cladem, nihil vero de *Mersburgo* commemorat, utpote quod, prælium jam anno 922 contigiſſe docet, aſſeclas habens *Albericum*, ad an. 922, pag. 257, & an. 934, pag. 271; & *Chronographum Saxonem*, ad an. 923, pag. 151; Conf. *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 18, pag. 127; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 154; *Albertus Stadenſis*, ann. 934, pag. 103; *Hieronymus Emſerus*, in *Vita S. Bennonis* Miſnenſis, apud *Surium*, 16 Junii, pag. 229, cujus verba ſunt, ad an 930: *Anno dehinc tertio, cum Hungaris, tunc Paganis, Saxoniam populantibus, bello congreſſus, apud Merſeburg Thuringorum, memorabili eos clade fudit, & tributum, quod illis hucusque pendi ſolitum erat, in pauperes, ac pios Eccleſiarum uſus elargitus eſt. Centum millia Hungarorum eo bello deſiderati ſunt, plures ducti captivi, plurimi fuga elapſi, &c.* *Mutius*, lib. 12 *Chronic.*, pag. 96, & 97; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronogr.*, Generat. 31, pag. 727; ambo tamen *Sigeberto* aſſentiuntur; *Cranzius*, lib. 3 *Saxon.*, cap. 8; *Baronius*, T. X *Annal.*, ad an. 933, §. 6, pag. 696; *Bucholzerus*, *Ind. Chronolog.*, ad an. 934: *Aventinus*, lib. 4 *Annal. Boicor.*, pag. 379; *Bünting.*, *Chron. Brunſuic.*, p. 48; *Lehman.*, *Chron. Spir.*, lib. 5, c. 1, p. 385; *Schurtzfleiſch*, *de Rebus Ungaricis*, §. XI, p. 17.

An. eod. *Sclavos, qui Uncrani vocantur, hoſtiliter invaſit, & vicit, ſibique tributarios fecit, &c.* Hæc *Reginonis Contin.*, ad h. a. Conf. *Chronographus Saxo*, an. 935, pag. 154; *Conradus Urſperg.*, an. 934, pag. 155; &c.

Communis opinio eſt, debellatis hoſtibus, Equeſtrem ludum, quem *Torneamentum* vocant, Eum in Germaniam invexiſſe, ut Nobiles, etiam pacis tempore, armorum exercitiis fruerentur; Vid. *Lehman.*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 1, pag. 386: *Damit auch die Ritterſchafft zu Friedens-Zeiten bey Kriegs-Ubung erhalten wird, hat er das Exercitium des Turnirens eingeführt, und hierüber gute Ordnung begriffen, &c.* Extant duodecim prætenſæ Leges, de *Torneamentis*, an. 938, Gœttingæ, in Saxonia, latæ, vel promulgatæ, una cum decima tertia, ſerius adjecta, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Conſtitut. Imper.*, p. 41, &c.; *Rixnerum*, in procemio *des Turnier-Buchs*, pag. 10; *Gaſtelium*, *de Statu Publico Europæ*, cap. 33, pag. 1322, &c.; *Dreſſerum*, *Chron. Saxon.*, p. 94, & 105; *Büntingium*, *Chron. Brunſuic.*, p. 49; *Münſterum*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 449, p. m. 1013; *Limnæum*, lib. VI *Jur. Publ.*, cap. 5, pag. 105, &c. De facto teſtantur *Cuſpinianus*, in *Henrico Au-*

cupe

cupe; Fauchet, de l'origine des Chevaliers; Limnæus, l. c., pag. 100; Sexcenti alii. Verumquidem eſt, Regem noſtrum haſtiludia magni feciſſe, ſi vel *Witichindo*, lib. 1 *Annal.*, p. m. 641, fidem adhibeamus, ſcribenti: *In exercitiis quoque ludi, tanta eminentia, ſuperabat omnes, ut terrorem cæteris oſtentaret, &c.* quæ *Albertus Stadenſis*, ad an. 934, p. m. 103, repetit; de Legibus autem, circa ea latis, nihil omnino produnt memoriæ Scriptores coævi, vel, qui eos proximè ſecuti ſunt, *Witichindus; Luitprandus; Hroswita; Reginonis Continuator; Frodoardus; Adamus Bremenſis; Hermannus Contractus; Ditmarus Merſeburgicus, &c.* hinc (1) minimum in dubium vocari poſſunt, præſertim cum (2) nemo unquam authenticum earum exemplar viderit, inſuperque, (3) *Conradus*, C. P. R., Articulum ſecundum: *Wer wider den Kayſer, und das H. R. Reich handelt, in kein Turnier gelaſſen, oder, da er ſich eingeflickt, nach Turniers-Art, geſtrafft werden ſolle, &c.; Bertholdus*, Bavariæ Dux, Articulum IV: *Wer meineydig und ehrloß erkandt wird, in kein Turnier gelaſſen werden ſolle*, &c.; *Conradus*, Franconiæ Dux, Articulum V: *Wer von Adel ſeinem Herrn untreu worden, Und ihn im Feld verlaſſen, oder, ohne Urſach, ſeine Unterthanen umbracht, in kein Turnier gelaſſen werden ſolle, &c.*, ſtatuiſſe dicantur, magno antiquitatis ſtudioſorum tædio, quibus compertum, ætate iſta *Eberhardum* Palatini Comitis Rhenani officio fuiſſe functum; Vid. Dn. *Tolnerus*, Cap. VII *Hiſtoriæ Palatinæ*, p. 173, &c.; nec Bavariæ Duci, *Bertholdi*, ſed *Arnolphi mali*, utpote poſt fata Regis demum extincti, nomen fuiſſe; nec Franconiam *Conradum*, ſed *Eberhardum* habuiſſe Ducem; ne dicam, (4) Lege duodecima ſtatui: *Quisquis recentioris notæ Nobilis, & non talis, ut à ſtirpe Nobilitatem ſuam, & originem quatuor ſaltem generis auctorum proximorum Gentilitiis Inſignibus probare poſſit, is quoque ludis bis exeſto, &c.*; expeditum cum ſit, Inſignia Gentilitia, aliquot ſeculis poſt, hereditaria demum facta; (5) phraſin: *recentioris notæ Nobilis, Henrici* ævum planè non redolere; (6) ipſam Legum *Rubricam:* de *Torneamentis*, ſubleſtæ fidei eſſe, vocabulo hoc, ætate demum *Friderici I*, in Germania uſitato, teſte *Ottone Friſingenſi*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 17, p. m. 417, qui, memor ſoluti Norimbergenſis obſidii, ait: *Sicque Regem* (Lotharium) *inſequentes, Illo in Civitate manente, Tyrocinium, quod vulgo Nunc TURNIAMENTUM dicitur, cum Militibus ejus, extra exercendo, usque ad muros ipſos progrediuntur, &c.*; ſic & *Radevicus*, lib. 2, de *Geſtis Friderici Imp.*, cap. 8, p. m. 511: *Acceſſerat tunc, quod Cremonenſes, cum Imperatore ad Curiam venientes, Placentinorum militia egreſſa ad certamen provocaverat, quod MODO vulgò TURNEIMENTUM vocant, &c.*; (7) Nullam rationem dari poſſe, ob quam ſoli Duces *Alamanniæ, Bavariæ, Franconiæ, & ad Rhenum* ad condendas ludi leges fuerint adhibiti, potentiſſimo *Lotharingiæ* Duce excluſo; (8) ne quidem conſtare, quo tempore primum *Torneamentum* celebratum, *Albino*, in *Chronico Miſnico*, T. 10, p. 231, annum 935, *Münſtero*, l. c., *Petro Pithœo*, lib. 1, *des Comtes de Champagne & Brie*, pag. 470, aliisque annum 938, & *Rixnero*, l. c., annum 939, hoc titulo, proferentibus; (9) Multa apud *Rixnerum*, & *Goldaſtum*, l. c., Tom. 1, pag. 213 ad 215, ubi fictum Receſſum Comitiorum *Magdeburgenſium*, an. 938, circa *Haſtiludia* conditum, ſiſtit, occurrere cognomina, de quibus altum, in Diplomatibus, aliisque documentis coævis, ſilentium. Conf. *Spangenbergii Chron. Mansfeld.*, cap. 124, pag. 117; & *Hennebergicum*, lib. 3, cap. 1, p. 135; *Goldaſtus*, in *Rationali*, ad lib. 1 *der Reichsſatzungen*, p. 305, cujus verba ipſe *Limnæus*, l. c., §. 15, p. 107, exſcribit; Dn. *Mauritius*, Diſſ. de *Duello*, §. 28; *Bœclerus, Hiſt. Sec. IX, & X*, p. m. 262, & 263, & *Notit. Imperii*, lib. 12, cap. 8, p. 227, &c.; Ampliſſ. Dn. *Datt*, lib. 1 *Rer. German.*, cap. 7, §. 30, p. 51; Compilator *des Adels und der Ritter-Güter, im Hertzogthum Sachſen-Lauenburg, von uhralter Zeit, und etlichen Seculis her, wohlhergebrachtes, und biß jetzo* conſervirtes *Brau-Rechts*, de an. 1705, cap. 3, p. m. 121, & 122; Doctiſſ. Dn. *Eccardus*, Diſſ. Inaug. de *Uſu & præſtantia Studii etymologici in Hiſtoria*, an. 1706, Helmſtadii habita, & 1707, cum notis, denuo edita, §. VI.

v. (5.) Obiit tandem an. 936, 2 Julii, in Monaſterio *Miminleve*, ad fl. Unſtrut, apud Thuringos, ætat. 60, *Quedlinburgæ* ſepultus; ita *Ditmarus*, præced. v. 1. Conf. *Witichindus*, ſub finem lib. 1 *Annal.*, pag. 641: *Perdomitis itaque cunctis circumquaque Gentibus, poſtremo Romam proficiſci ſtatuit, ſed infirmitate correptus iter intermiſit. Cumque ſe jam gravari morbo ſenſiſſet, convocato omni Populo, deſignavit filium ſuum, Oddonem, Regem, cæteris quoque filiis prædia cum theſauris diſtribuens: ipſum vero Oddonem, qui maximus & optimus fuit, fratribus, & omni Francorum Imperio præfecit: Teſtamento itaque legitimè facto, & rebus omnibus rite compoſitis, defunctus eſt ipſe rerum Dominus, & Regum maximus Europæ, omni virtute animi corporisque nulli ſecundus, relinquens ſibi ipſi majori, filioque magnum latumque Imperium, non à Patribus ſibi relictum, ſed per ſemet ipſum acquiſitum, & à ſolo Deo conceſſum. Erant autem dies, quibus regnavit, ſedecim anni, vita autem fere ſexaginta. Translatum eſt autem corpus ejus, à filiis ſuis, in Civitatem, quæ dicitur Quedelingeburg, & ſepultum in Baſilica S. Petri, ante altare, cum planctu & clarymis plurimarum Gentium, &c.* Idem docent *Luitprandus*, lib. 4 *Hiſtor.*, cap. 7, p. 132; *Continuator Reginonis*, h. a., eundem, cum *Ditmaro*, emortualem diem conſtituens; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 313; *Adamus Bremenſis*, lib. 1 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 52, p. m. 41; *Marianus Scotus*, h. a., biduo poſt tamen Eum extinctum putans; *Frodoardus*, h. a., apud *Pithœum*,

um, pag. 143; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 18, & 19, p. m. 127; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17, p. m. 475; Monachus *Hamerslebienſis*, h. a., apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſuic.*, pag. 707; *Hepidannus*, ap. *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1; *Conradus Urſperg.*, pag. 155; *Chronographus Saxo*, pag. 154; *Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 336; Chronicon *Rotomagienſe*, ibid., pag. 366; *Lupoldus de Babenberg*, de *Jure Regni & Imperii Romani*, cap. 2, apud *Schardium*, de *Juriſd. Imperiali*, p. m. 172; *Sigonius*, lib. 6, de *Regno Italiæ*, pag. 261; *Baronius*, T. X *Annal.*, ad h. a., §. 1, p. m. 698; alii multi. Annum vero præcedentem 935 ponunt *Lambertus Schafnaburg.*; *Chronicon Metenſe*, ap. *Labbeum*, l. c., pag. 345; *Annales Hildesheimenſes*, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 717; *Monachus Herveldenſis*, ap. *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 374; *Albertus Stadenſis*, p. m. 103, &c. Contrà, in annum 937, Principis obitum rejiciunt *Sigebertus Gemblacenſis*, & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, h. a., pag. 373: Solus Author *Chronici Sclavici*, apud *Lindenbrogium*, cap. 7, p. m. 191, in annum 938 prolabitur, quod omnino falſum. Locus, in quo animam efflavit, ut ex *Ditmaro*, præced. v. 1, patet, fuit *Miminleva*, *Luitprando*, loc. cit., dictus *Himeleuna*, cujus ſitum hiſce deſcribit: *Rex Henricus, in Caſtello, quod eſt inter Thuringorum & Saxonum confinia, & dicitur Himeleuna, graviſſima valetudine correptus, migravit ad Dominum; cujus corpus in Saxoniam deportatum, in Nobiliſſimarum ac Religioſiſſimarum Monaſterio Puellarum, quod in ipſius Regis prædio, vocabulo Quintelingaburch, ſitum liquet, intra Eccleſiam, cum immenſa eſt veneratione repoſitum, &c.* Idem vocabulum retinet *Albericus*, l. c. *Chronographus Saxo*, l. c., habet *Hiemelewa*, ut & *Albertus Stadenſis*, l. c. Sepulturæ locum corruptè vocat *Hermannus*, l. c., *Chiertilineburg.*

(12) OTTO MAGNUS.

v. (1.) Fuiſſe hunc Principem *Henrico Aucupe*, & *Mathildi*, Parentibus, prognatum, ex dictis, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 936, pag. 90, & 91, & in vita laudati Regis *Henrici*, v. 3, abundè conſtat. Nativitatis annum reperire non potui.

v. (2.) Uxores duas duxit, (1) *Edgidam*, (ceu ipſe Auguſtus, in diplomate an. 937, ap. *Lindenbrogium*, inter *Privilegia Eccleſiæ Hamburg.*, §. VII, p. m. 130, & *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 740, eam vocat; vel *Edgidim*, ut in alio diplomate ann. 946, in *Sagittarii Antiquitatibus Magdeburgicis*, §. 54, pag. 26, eam compellat; vel *Edith*, aut *Ædid*, ceu in diplomate alio, de ann. 945, apud *Leuckfeldum*, in *Antiquit. Pœldenſib.*, p. 274, legitur; aliis *Otgit* dictam) *Eduardi*, Angliæ Regis filiam, cujus *Hroſwita*, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 712, meminit:

Ipſe (Henricus Auceps) *ſuo Primogenito, Regique futuro,*
Oddoni, dignam jam deſponſaret amicam,
Quæ propriæ proli digne poſſet ſociari.
Hanc non in proprio voluit conquirere Regno,
Trans mare Legatos ſed tranſmiſit bene cautos,
Gentis ad Anglorum Terram ſat delicioſam,
Demandans, ut continuo (tardamine miſſo)
Eduardi Regis natam peterent, Eaditham,
Quæ, Patre defuncto, jam tum reſidebat in Aula,
Fratre ſuo Regni ſceptrum geſtante Paterni, &c.

Apud *Luitprandum*, lib. 4 *Hiſtor.*, cap. 7, p. m. 132, legitur ſaltem: *Duxerat idem Rex, Otho, ante Regni ſuſceptionem, ex Anglorum Gente Nobiliſſimam, Regis Adelſtani, fratris, filiam, ſibi uxorem, nomine Otgit: ex qua & filium genuit, nomine Liutolphum, &c.* Sic & *Continuator Hiſtoriæ Anglicanæ Venerabilis Bedæ*, lib. 2, cap. 3: *Henricus Rex miſit ad Edelſtannum, Regem Anglorum, pro duabus ſororibus ſuis, Adgita & Egitta, quarum poſteriorem filio Ottoni collocavit, &c.* quæ cap. 8 repetit; verba in vita *Henrici Aucupis*, v. 4, habentur. Patrem vero *Edelſtanni*, conſequenter etiam *Edgidæ* fuiſſe *Eduardum*, docet *Ingulphus*, Abbas Monaſterii *Croylandenſis*, Sec. XI clarus, in *Hiſtoria Angl.*, ap. *Savile*, p. m. 871: *Anno Regni ſui XXIII obiit iſte Edwardus, &, cum Patre ſuo, Wintoniæ tumulatus eſt. Cui ſucceſſit filius ſuus Primogenitus, Athelſtanus, &c.* Conf. idem, l. c., p. 877, & 878, verbis, in vita *Henrici Aucupis*, v. 4, extantibus; nec non *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. 2, de *Geſtis Anglorum*, Cap. V, ap. *Savile*, fol. 25, in vita *Edwardi* Regis: *Primogenitum, Ethelſtanum, habuit ex Egwina, Illuſtri fœmina - - - - ſecundus filius Edwardi fuit Ethelwardus, ex Elſleda, filia Comitis Ethelini - - - tulit quoque ex ea ſex filias: Edfledam, Edgivam, Ethelhildam, Ethildam, Edgitham, Elgiſam - - - - Ethildam frater Ethelſtanus Hugoni; Egditham & Elgiſam idem germanus miſit Henrico, Alemannorum Imperatori, quarum ſecundam Othoni, filio, ille locavit, alteram cuidam Duci, juxta Alpes, &c.* Conf. idem, l. c., cap. 2, pag. 40, cujus verba, in vita *Henrici Aucupis*, ſub initium, recenſui, &c. Add. *Rogerus de Hoveden*, part. 1 *Annal. Angl.*, ad an. 899, ap. *Savile*, p. 421: *Huic* (Regi Elfredo) *filius Ejus ſucceſſit, Edwardus, cognomento Senior - - - ex muliere Nobiliſſima, Egewinna, filium ſuum primogenitum, Ethelſtanum; ex Regina autem ſua, Edgiva, filios tres - - - - treſque inſuper habuit filias, quarum unam Otto, Romanorum Imperator Octogeſimus nonus, alteram vero in conjugem habuit Rex, Occidentalium Francorum, Karolus, &c.* Idem nomen retinet *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 934, p. m. 271: *Otto, Filius Henrici, uxorem ducit filiam Edwardi, ſororem*

Ethel-

Digitized by Google

Ethelſtani, Regis Anglorum, &c.; aliique multi; *Witichindus* contrà, lib. 1 *Annal.*, p. m. 640, *Edgidæ* Patrem *Ethmundum* vocat; ibi: *Rex* (Henricus) *dedit filio ſuo, Oddoni, Conjugem, filiam Ethmundi, Regis Anglorum, ſororem Adalſtani, quæ genuit Ei filium, nomine Luidulfum, Virum magnum, meritoque omnibus Populis carum, filiam quoque, nomine Luidgardam, quæ nupſerat Conrado, Francorum Duci, &c.*, aſſeclas habens *Ditmarum*, lib. 2 *Chron. Merſeb.*, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, p. m. 331; *Sigebertum Gemblacenſem*, ad an. 934; *Chronicon Magdeburgicum*, T. 2 *Rer. German. Meibomii*, p. 269; alios. *Chronographus Saxo*, ad an. 929, p. m. 153, eidem nomen *Ethmundi* imponit; quem *Henricus Bodo*, in *Syntagmate*, de *Conſtructione Cænobii Gandeſiani*, ap. *Meibomium*, l. c., Tom. 3, pag. 491, planè *Everardum* nominat, errore ſingulari; de nudo facto teſtantur *Conradus Urſperg.*, p. 155; *Chronicon Sereniſſimorum Ducum Brunſuic.*, in *Antiquitatibus Brunſuic. Maderi*, pag. 4; *Theodoricus de Niem*, de *Privilegiis & Juribus Imperii, circa Inveſtituras Eccleſiaſticas*, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 262, in fine, &c. Nuptias refert *Reginonis Continuator* in annum 930, ſcribens, h. a: *Otto, filius Regis Henrici, Edgid, filiam Regis Anglorum, duxit uxorem, &c.* Ejusdem ſententiæ eſſe videntur *Chronographus Saxo*, l. c., & *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 47, ap. *Meibomium*, l. c., Tom. 1, pag. 247; *Sigebertus* vero, & *Albericus*, l. c., ponunt annum 934. Animam efflavit an. 947, teſte *Reginonis Continuatore*, h. a., cui hæc debemus: *Domina Edgid, Regina, obiit, quæ, maximo Regis, omniumque ſuorum planctu, Madeburgi ſepelitur, &c.* Diem exprimit *Witichindus*, in fine lib. 2 *Annal.*, p. 650: *Ille annus notabilis caſu calamitoſo totius populi, de morte ſcil., beatæ memoriæ, Edidis Reginæ, cujus dies extrema ſeptimo Kal. Febr.* (id eſt, 26 Januar.) *celebrata eſt, cum gemitu & lacrymis omnium Saxonum . . . . decem annorum Regni conſortia tenuit, undecimo* (ergo 947) *obiit. Saxoniam vero decem & novem annis inhabitavit. Reliquit filium, nomine Ludolfum, omni virtute animi & corporis, ea ætate nulli mortalium ſecundum. Filiam quoque, Liudgardam nomine, quæ nupſerat Chuonrado Duci. Sepulta eſt autem in Civitate Magathaburg, in Baſilica nova, latere Aquilonari, ad Orientem, &c.*; &, poſt eum, *Ditmarus*, l. c., pag. 331; *Monachus Hamerslebienſis, de Imperatoribus, ab Henrico Aucupe ad Henricum V*, apud *Maderum*, in *Antiq. Brunſ.*, pag. 138, & Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 708; *Chronographus Saxo*, an. 947, p. 159; *Chronicon Sereniſſimorum Ducum Brunſuic.*, ap. *Maderum*, l. c., pag. 4; *Annal. Hildeſ.*, h. a., ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 718; *Sagittarius, Antiqu. Magdeb.*, §. 56, p. 27; Solo *Frodoardo*, ap. *Pithæum*, pag. 165, obitum ejus in annum præcedentem 946 collocante. (2) *Adelheidam*, fil. *Rudolphi* 2, Regis Burgundiæ, viduamque *Lotharii*, Italiæ Regis, an. 951 in thorum admiſſam; Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 4, p. 240, & 241, & Tit. 4, §. 3, lit. h, p. 312, v. 5; de qua frequens mentio in Diplomatibus; v. g. an. 953, ap. *Meibomium*, l. c., Tom. 1, p. 745; an. 963, ibid., pag. 747; an. 965, ibid., p. 748, & 749; an. 966, ibid., p. 750; an. 967, l. c., p. 751; an. 968, l. c., pag. 752, &c. Ad plures abiit an. 999, 16 Dec. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 4, p. 241. (3) Amicam, Sclavici Generis, nobilem tamen fœminam.

v. (3.) Liberi prioris matrimonii ſunt:

(1) *Ludolfus*, Alamannorum Dux; Vid. *Witichindus*, lib. 1 *Annal.*, p. m. 640, & *Ditmarus*, l. c., quorum verba modo exhibui. Meminit Ejus ipſe Imperator, *Otto*, in Dipl. an. 952, ap. *Meibom.*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 744: *Omnem Regionem, Zermund nuncupatam, filio noſtro, Luidolfo, in proprietatem donavimus, &c.* An. 931 Eum vitalem auram hauſiſſe, oſtendunt *Witichindi* verba, lib. 3 *Annal.*, pag. 651: *Poſt exceſſum Edidis, Reginæ*, (quæ obiit ann. 947, ut modò, v. 2, probavi) *omnem amorem maternum transfudit Rex in unicum filium ſuum, Liudulfum, factoque Teſtamento, creavit Eum Regem poſt ſe. Ipſe autem tener adhuc erat adoleſcens, ætatis non amplius habens, quam Sedecim annos, &c.*; eadem repetente *Hamerslebienſi Monacho*, l. c. Ergò natus eſt an. 931. Quæ de diſpoſitione paterna hic dicuntur, confirmant Auctor Vitæ *S. Udalrici, Auguſtani* Epiſcopi, cap. 10, apud *Surium*, 4 Julii, pag. 83; *Frodoardus*, in *Chron.*, ad an. 953, ap. *Pithæum*, p. m. 185; *Hroswita*, ap. *Meibomium*, l. c., Tom. 1, p. 719; *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 2, ap. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 331; *Monachus Hamerslebienſis*, l. c.; *Albericus*, ad ann. 951, pag. 287; Alii. Plura de Eo continet Catalogus Alamannorum Ducum, ſeq. Tit. 16, §. 11, in Ejus vita. Conf. præced. Tit. 4, §. 3, lit. m, v. 7, pag. 313.

(2) *Luitgarda*, *Conradi*, Franconiæ & Lotharingiæ Ducis, Uxor; teſtibus *Witichindo*, l. 1 *Annal.*, p. 640, & lib. 2, pag. 650, & *Ditmaro*, l. c., quorum verba, v. 2, jam recitavi; notatuque dignum, non niſi unicæ hujus *Luitgardæ* fieri mentionem; quo etiam ſpectat carmen *Hroswithæ*, l. c:

Hæc igitur (Edith) *puerum, ſupra paucis memoratum,*
Acriter orbatum, dimittebat Luidolfum:
Fœminei dulcem ſexus unam quoque Prolem,
Nomine Lingardam, ſumma bonitate coruſcam, &c.

& paulo poſt:

Nec non Luitgardam, ſimili cauſa venerandam,
Unica fœminei quæ ſpes ſexus fuit illi,
Gratiola parili coluit, provexit, amavit.
Hanc quoque Conrado vinclis ſociabit amoris,
Egregio Strenuoque Duci, &c.

Nuptias anno 947 celebratas commemorat *Reginonis*

nonis Continuator, h. a: *Cunradus Dux, Regi tunc temporis pene præ omnibus charus, Luidgardam, filiam Regis, in matrimonium ſumpſit, &c.* idem docet *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 159; *Annales Hildesheimenſes* vero, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, p. 718, eas referunt in annum 949; factum comprobantibus *Chronico Regum Francorum*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, pag. 394; *Ditmaro Reſtituto*, l. c., pag. 333; *Monacho Hamerslebienſi*, de *præclare Geſtis Imperatorum, ab Henrico Aucupe usque ad Henricum V*, ap. *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuicenſ.*, pag. 138, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 706; *Sigeberto Gemblacenſi*, ad an. 944; *Monacho Weingartenſi*, de *Guelfis Principibus*, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 783, in vita *Rudolfi*, ubi eam *Richluit* vocat; *Alberto Stadenſi*, ad an. 941; Anonymo Abbate *Fingenii & Siviardi*, in vita *Adalberonis*, Metenſis Epiſcopi, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 674; aliisque; ſolus *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 1024, part. 2, p. 56, eam *Juditham* appellat, verbis: *Hic inſerendum eſt, quod filia primi Imperatoris Ottonis, ſoror vero Secundi, nomine Juditha, Duci Wormatiæ, Conrado, qui etiam fuit Dux Bullonii, ſicut habetur in ſuperioribus, peperit Ducem Ottonem, &c.* Quod omnino falſum.

Poſterior Conjux, *Adelheida*, in lucem edidit prolem numeroſiorem, de qua *Wittichindus*, lib. 3 *Annal.*, p. m. 652: *Nati ſunt autem Regi filii ex Sereniſſimà Regina,* (3, 4, 5,) *Primogenitus Henricus, ſecundus Bruno, tertius Otto, paterni nominis Majeſtate deſignatus, quem jam, poſt Patrem, Dominum ac Imperatorem univerſus ſperat orbis. Filiam quoque, Sanctæ Matris Ejus Vocabulo inſignitam, de qua non præſumimus aliquid dicere, cum ejus claritas præcellat omne, quod dicere aut ſcribere valeamus, &c.* Conf. *Monachus Hamersleb[i]enſis*, l. c., ap. *Maderum*, l. c., pag. 138, & Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 708: *Adelheidis Imperatrix filios genuit Ottoni. Primus fuit Henricus: ſecundus Bruno: tertius Otto, quem Populus jam tunc ſperabat Dominum: Filiamque, nomine Adelheydim, &c.* de *Henrico* hoc & *Brunone* parci admodum ſunt veteres. *Ottonem* 2, ſuo loco, peculiari ſtudio depingam.

(6) *Adelheydæ* meminit *Monachus Brunwillerenſis*, de *Venerabilibus Comitibus Palatinis Rheni, Ehrenfrido. ſeu Ezone, & Mathilde*, cap. I, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 315, veluti Abbatiſſæ *Eſſenſis* ſeu *Eſſendienſis*, ut Viro Illuſtri, in *Introductione in Collectionem Scriptorum Brunſuicenſium*, p. 15, loqui placet; In *Antiquitatibus Gandesheimenſibus Dn. Leuckfeldi*, cap. 14, §. 10, pag. 116, offendi diploma *Henrici Tertii*, Imp., de an. 1043, datum, *Præſentibus Sigifrido, Moguntino Archi-Epiſcopo. & -- Adelheide, Ottonis Magni Filia, Gandersheimenſi Abbatiſſa*; *Henningeſio*, part. 2 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, fol. 112, eam Conjugem *Alberti*, ſeu *Sigeberti*, Eſtenſis Marchionis; *Chriſtiano Matthiæ*, in *Theatr. Hiſtor.*, p. m. 868, *Hugonis Capeti*, Regis Francorum; & Dn. *Hübnero*, Tab. 26 *Geneal.*, *Alrami*, Montferratenſium Marchionis, conſtituentibus. His addatur, primo loco nata,

(7) *Mathildis*, Quedlinburgenſis Abbatiſſa, cujus mentio fit in diplomate *Ottonis* 2, quo Ei, & Eccleſiæ Quedlinburgenſi prædia quædam dono dedit, ann. 974, ap. *Maderum*, in *Antiquit. Brunſuic.*, p. m. 113: *nec non intimo Sororis Noſtræ Mathahildis, videlicet Venerabilis Abbatiſſæ, amoris inſtigante ardore, &c.* Conf. Auctor *Vitæ B. Mathildis*, Germanorum Reginæ, cap. VI, §. 31, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 207: *Ad ſe vocavit ſuam neptulam, Abbatiſſam Mathildam, filiam Ottonis Imperatoris, &c.*; *Ditmarus Reſtitutus*, in fine libri III, p. m. 347: *Omnem ſuimet pecuniam partes diviſit in quatuor,* (Otto 2) *unam Eccleſiis; ſecundam pauperibus; tertiam dilectæ ſuimet ſorori, Mechtildæ, quæ Abbatiam in Quidlingeburg, devota Chriſto famula, obtinuit; quartam ſuis triſtibus donavit Miniſtris ac Militibus, &c.*: & *Chronicon Magdeburgicum*, ap. Dn. *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.*, in Vita *Giſelbarii*, 2 Archi-Epiſcopi, p. m. 279: *unicæ ſorori ſuæ, Mathildi, Abbatiſſæ de Quedelburg, &c.* Spiritum eam an. 999, 7 Id. Febr. emiſiſſe, Auctor eſt *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 209. Qui filiam eam faciunt *Edithæ*, *Ottonis* conjugis prioris, errant, ſi vel dicto Auctori *Vitæ B. Mathildis*, l. c., cap. 4, pag. 201, fidendum, hæc proferenti: *Præfatam vero Dominam Adelheidam* (poſteriorem conjugem) *gaudens ſecum duxit* (Otto Rex) *per Civitates Latinorum. Videns autem, quod miræ eſſet prudentiæ, & probabilis vitæ, ſuum animum illius amori indulſit, & in conjugium ſibi copulavit. Aliquantum temporis in Italia commorabantur, & non multo poſt in Regionem Saxonum proficiſcebantur. Illi autem, per longum tempus, Regni ſolium poſſidentes, Gratia Dei fœcundabantur Sobole Regali, primo procreabant Puellam, inclytæ Reginæ Mathildis vocabulo dictam, quam Rex Otto conjunxit Quitilingeburc, contubernio Sanctimonialium, juxta Matris votum, &c.*; quæ *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 4 *Chronici*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 356, in fine, hiſce corroborat: *Accepta ab eo,* (Bernwardo, Hildeſienſi Epiſcopo) *quam poſtulavit, indulgentia, VIII Id. Febr. hominem exuit interiorem, ſepultaque eſt in Eccleſia, ad caput avi ſuimet, Regis Henrici. Hoc funere Imperatrix, Adelheidis, Mater Ejusdem, ſupra modum turbata, ad Imperatorem Nun-*

cium

Digitized by Google

cium miſit, qui & obitum ejus huic innoteſceret, & æquivocam ſuam, ſororem Ejus, (Ottonis III) *huic ſuccedere poſtularet. Cæſar piis aſſenſum præbens deſideriis, amitæ ſuimet necem deflet, & Abbatiam dilectæ ſuimet Germanæ, per Becelinum portitorem, virga à longe commiſit auream, &, ut ab Epiſcopo benediceretur Arnulpho, præcepit, &c.* Conſ. de his liberis *Fabricii Origines Saxon.*, lib. 2, *Peuceri Chron. Carion.*, lib. 4; quos, hoc titulo, ſalutat Dn. *Meibomius*, in Notis ad lib. 3 *Witichindi*, p. m. 696. Dn. *Hübnerus*, cit. Tab. 26 *Geneal.*, addit *Richildim*, Comitis cujuſdam, ad Lacum Podamicum, conjugem.

(8) Amica Ottonis Imp. in lucem edidit *Wilhelmum*, Archi-Epiſcopum Moguntinum, de quo apud *Ditmarum Reſtitutum*, lib. 2, l. c., pag. 338, legimus: *Fridericus Archi-Præſul,* (Moguntinus) 18 *ordinationis ſuæ anno, Vir abſtemius obiit, & Wilhelmus, de Matre quamvis captiva, tamen Nobili & Sclavonica, & ex Rege prædicto* (Ottone 1,) *genitus, vice ejus ordinatur, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLIV, &c.* Idem ait *Witichindus*, lib. 3 *Annal.*, pag. 661: *Eo tempore, quo hæc intra Italiam gerebantur, Summus Pontifex, Wilhelmus, Vir ſapiens & prudens, pius & cunctis affabilis, à Patre ſibi commendatum regebat Francorum Imperium. Cujus Mater, licet peregrina, Nobili tamen genere erat procreata, &c.* Hinc errat *Albertus Cranzius*, lib. 4 *Saxon.*, cap. XIX, Præſulem hunc vocando Fratrem *Germanum* Imperatoris *Ottonis* 2; quo forte errore ſeductus *Baronius*, Tom. X Annal., ad an. 973, §. 1, p. m. 811, ſcribit: *Summus Pontifex Wilhelmus, Archi-Epiſcopus Moguntinus, Ottonis filius ex priori Conjuge, Vir ſapiens, & prudens, &c.* ob quem etiam *Bruſchium* & *Merſeum* rectè carpunt *Meibomius*, in Notis ad lib. 3 *Witichindi*, pag. 702, & Dn. *Paullini*, in *Notis ad Annales Iſenacenſes*, §. 10, p. m. 6, corrigens ſimul *Ritterum* & *Bertium*, quod Eum fratrem *Ottonis I* conſtituant. Ordinationis annum 954 comprobant *Reginonis Continuator*, h. a.; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 166; *Monachus Herveldenſis*, h. a., ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 374. Obiit an. 968, teſte *Lamberto*, h. a: *Wilhelmus, Moguntinenſis Archi-Epiſcopus, obiit, &c.* Locum & diem exprimit *Ditmarus Reſtitutus*, l. c., pag. 334: *Wilhelmus, Sanctæ Archi-Præſul Moguntiæ, cui cura ab Imperatore, Domino ſuimet & Parente, commiſſa fuit Parthenopolim diſponendi, cæteraque Regni neceſſaria regendi, cum ægrotantis Reginæ Mechtildis finem expectaret, in Redulverothe, 6 Non. Martii, moritur, &c.* Add. *Monachus Herveldenſis*, ad h. a., loc. cit., pag. 375; *Annales Hildeshemenſes*, h. a., ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 719. Num Thuringiam à Parente dono acceperit, ſeq. Tit. XVI, §. 11, in Catalogo *Ducum Thuringiæ*, exponam.

v. (4.) Qua via ſolium Patris conſcenderit, dictum præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 936, pag. 90, & 91. Cognomen *Magni* geſtarum rerum magnitudine meruit. In fine diplomatis, quo, an. 965, jus monetæ, & mercatus, Villæ *Getlide*, in Comitatu *Ligo*, indulſit, ap. *Sagittarium*, in *Antiquit. Magdeburg.*, §. 84, p. 49, habetur: *Signum Domini Ottonis MAGNI, & Invictiſſimi Imperatoris Auguſti, &c.* Eadem occurrunt in alio diplomate, de an. 966, ibid., §. 85, pag. 51, &c. Filius Ejus *Otto* 2, in diplomate, quo Conjugi, *Theophanu*, dotalitium, an. 972, conſtituit, poſt reliqua, ait: *Conſultu MAGNI & Sanctiſſimi Genitoris Noſtri, Ottonis, Piiſſimi Imperatoris Auguſti, &c.* Vid. Dn. *Leuckfeld*, in *Addendis* ad *Antiquitates Pældenſes*, §. 2, p. 208. Re vera magna, & magnos fecit. Summam complectitur antiquiſſimus *Liber Florentinus*, de *Inveſtitura Epiſcoporum*, deſcriptus à *Theodorico de Niem*, ſub *Urbano VI*, P. R., Cameracenſium Præſule conſtituto, in Tr. de *Privilegiis & Juribus Imperii*, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 261: *Non reperitur Ei* (Ottoni 1) *ſimilis, qui tot bona & magnalia fecit; qui tam fideliter & tam ſtrenuè Romanum corroboravit & dilatavit Imperium; qui Italiam de Græcis & Gothis finaliter expiavit; qui Avares & Ungaros, & eorum vicinos Paganos, crebris victoriis, & maximis bellis, edomuit, & de terra delevit, & quorundam aliorum Paganorum ferocium Provincias ad eandem fidem, per exhortationem quorundam Sanctorum Præſulum, converti procuravit; Qui pene omnibus Cathedralibus Eccleſiis in Italia, Gallia & Germania, Burgundia, & Lotharingia conſtitutis, multas Civitates, Caſtra, Oppida, Villas, & multa alia Dominia temporalia, Jura & Jurisdictiones donavit, & omnibus illis Eccleſiis propria Inſignia perpetuò deputavit. Archi-Epiſcopos quoque & Epiſcopos Ducatibus, Comitatibus & Baroniis communivit, quibus Nobiles & potentes Vaſallos ſubjecit, ut ſemper eſſent ad reſiſtendum, etiam manu forti, Paganis & hæreticis, in opportuno tempore fortiores .... Hic etiam Venerabilem Metropolim Magdeburgenſem, & omnes Ejus ſuffraganeos, ſcilicet Brandenburgenſem, Havelbergenſem, Miſnenſem, Zicenſem, quæ nunc Naumburgenſis nuncupatur, Merſburgenſem, ſolennes Cathedrales Eccleſias, in proprio Ejus Patrimoniali Beneficio & Dominio, in diverſis locis, in Mediterranea & Orientali Saxoniis, de novo fundavit, & valde multis Oppidis, Caſtris, certis Juribus & Jurisdictionibus, atque aliis bonis temporalibus .... pie donavit, & eoſdem Archi-Epiſcopos, & Epiſcopos primas ſedes, etiam in temporalibus, inter Principes Seculares habere ſtatuit, & decrevit. Hic etiam Colonienſem, cujus Antiſtes, Bruno prænominatus, Vir, vita, moribus, & Genere, totus Nobilis, frater Ejus fuit ... nec non Moguntinenſem, & Treverenſem, ac Leodienſem, venerandas Metropoles, & plures alias celebres & inſignes Eccleſias Alamanniæ, ad inſtar magnorum Principatuum, in bonis temporalibus dilatavit, & ditavit .... eidem Germaniæ addidit realiter ipſam Lotharingiam*

.. *illud.*

. . . . . *illudque Regnum poſtea in Ducatum Caſarus Imperio redactum exutit, & ab Imperio in Feudum ſemper ex tunc, per Duces Lotharingia, tentum fuerat, & tenetur . . . . etiam Regnum Arelatenſe, quod alio vocabulo Burgundia, & alio Gallia Regnum vocatur - - . . . eidem Imperio, in perpetuum & inſeparabiliter, incorporavit, & univit, ac etiam in Ducatum reduxit. Cujus Satrapa, ſeu Rector aliquando Marchio, quandoque Dux, aliquando vero Comes extunc vocabatur, prout placuit, pro tempore, Imperatoribus, &c.* Liberalitati ergò *Ottonianæ* Juriſdictionem ſecularem, magna ex parte, Civitates, Caſtra, Comitatus, Ducatus, &c. debent Principes Imperii Eccleſiaſtici; qua de re infra, Tit. XV, §. 5, &c. Conf. *Lehman*, lib. 4 *Chron. Spirenſ.*, cap. 3. pag. 273, &c.; *Lambecius*, lib. 1 *Originum Hamburgenſium*, Edit. noviſſ. p. m. 10, & 11; Dn. *Ludolphus Hugo, de Statu Regionum Germaniæ*, cap. 1, §. 5. Nec minus ſub Eo Laicorum Procerum poteſtatem inſignia habuiſſe incrementa, teſtatur dialogus *Cordubæ* Regis Sarraceni, cum *Johanne, Ottonis Magni* Legato, de Imperatoris noſtri potentia, in *Vita Johannis, Gorziæ Abbatis*, ſub finem, ap. *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, p. 776: *Fateor, regerente hoc,* (Legato) *non eſſe, qui noſtro Imperatori, terra, armis aut equis, poſſit æquari. Rex autem,* (Cordubæ) *meritò, inquit, Regem tuum celebras. Verane, an falſa ſunt: ille inquit, licet experiri: Rex autem: cetera utcumque approbaverim, unum eſt, in quo illum non ſatis providum eſſe conſtiterit. Quod, inquit,* (Legatus) *illud eſt? quod poteſtatem virtutis ſuæ non ſibi ſoli retinet, ſed paſſus eſt uti quemque ſuorum propria poteſtate, ita ut partes Regni ſui inter eos dividat, quaſi eos ſibi inde fideliores habeat & ſubjectiores, quod longe eſt: exinde enim ſuperbia & rebellio contra Eum nutritur, atque paratur, ut non* (fortè: nunc) *in Genero Ipſius* (Conrado Duce) *actum eſt, qui, filio Ei per perfidiam ſubducto, publicam tyrannidem contra Eum exercuit, ad hoc, ut Gentem externam Ungrorum, per media quaque* (quoque) *Regnorum ſuorum, depopulandam transduxerit, &c.* Conf. Dn. *Hertius*, de *Origine & Progreſſu ſpecialium Imperii Romano-Germanici Rerumpublicarum*, §. 17, pag. 42. Conf. Ill. Dn. de *Leibnitz*, in *Introduct. in Collectionem Scriptorum Brunſuicenſium*, §. XXVII; Ampliſſ. Dn. *Tolnerus*, part. 1 *Hiſtor. Palat.*, cap. 1, pag. 5. Curriculum vitæ Ejus tale fuit:

Ann. 936, ut dictum, ſolium Paternum conſcendens, ſolenni cerimonia, ab *Hildeberto*, Moguntino Præſule, *Aquiſgrani*, Rex inauguratur; Vid. *Witichindus*, lib. 2 *Annal.*, ap. *Meibom.*, T. 1 *Rer. German.*, p. 642, &c., ubi ſolemnitatis deſcriptio; *Hroswita Monialis*, ibid., pag. 713; *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 2, ap. Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Scriptor. Brunſuic.*, p. 331, qui addit: *Hunc Hillibertus, Moguntiæ curator cathedræ, cum licentia Wigfridi, Sanctæ Sedis Colonienſis Archi-Præſulis, in cujus diœceſi hoc fuit, &, auxilio Trevirenſis, benedixit, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXXVI, in Eccleſia S. Mariæ ſemper Virginis, quam, cum omni diligentia, magnus conſtruxit Carolus, &c.*; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 19, p. m. 127, ad eundem annum; *Gotfridus Viterb.*, part. 17 *Chron.*, eod. an., p. 475; *Albertus Stadenſis*, an. eod.; *Sigonius*, l. 6 *Ital.*, h. a., p. 261; *Trithemius, Chron. Hirſaug.*, an. eod., cujus verba *Bucholzerus*, in *Indice Chronol.*, an. eod., recitat; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 3, pag. 387, &c.; *Bœclerus, Hiſt. Sec. IX, & X*, in vita *Ottonis I*, pag. 281, &c. *Monachus Hamerslebienſis* contra, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., p. 707; *Sigebertus Gemblacenſis*; *Chronographus Saxo*, pag. 154; *Albericus, Monachus trium fontium*, pag. 274; *Conradus Urſpergenſ.*, pag. 155; aliique Inaugurationem hanc in annum 937 referunt; Errat omnino *Goldaſtus*, Tom. 1 *Conſtit. Imp.*, pag. 215, loco 936, annum 946 ponens.

An. 938 *contra Ottonem Imperatorem rebellavit Eberardus, Comes Palatii, & Giſlebertus, Dux Lotharingiæ, qui Gerbergam, ſororem ipſius Imperatoris, Uxorem habebat, &c.* Hæc *Sigebertus Gemblac.*, h. a. Plura de rebellione hac dicuntur ſeq. Tit. XI, §. 1, lit. b, v. 7, in vita *Eberhardi*, C. P. R.

An. 939 fratrem quoque, *Henricum*, rebellem ſenſit. Vid. l. c., & ſeq. Tit. XVI, §. XI, Catalog. *Ducum Bavar.*, in Vita *Henrici* Ducis.

An. eod. fundat Epiſcopatus *Brandenburgenſem* & *Havelbergenſem*; Vid. *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 157; Conſ. *Bangertus*, ad lib. 1 *Helmoldi*, cap. 11, pag. 31.

An. 940 *Berengarium* Juniorem, Italia pulſum, in Clientelam recipit. Vid. præced. Tit. IV, §. 3, lit. m, v. 4, pag. 311.

An. eod. *Henricum*, fratrem, Ducem Lotharingiæ conſtituit, cui tamen Lotharingi mox *Ottonem* Comitem ſurrogant. Vid. ſeq. Tit. XVI, §. 11, *Catalog. Ducum Lotharing.*, in *Henrici* vita.

An. eod. Germaniæ Jura in *Burgundiam* reſtaurat. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 6, p. 244.

An. 944, *Ottone* mortuo, Lotharingiæ Ducatum committit *Conrado*, Genero ſuo. Vid. l. c., in vita *Conradi*.

An. 945 Lotharingiam penitus ſibi ſubjugat. Vid. *Marianus Scotus*, h. a.; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., p. 281.

An. eod. creat fratrem, *Henricum*, Bavariæ Ducem. Vid. ſeq. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Bavar.*, in vita *Henrici I*.

An. 946, & 947 *Ludovicum*, Galliæ Regem, in avitum Regnum reſtituit. Vid. *Frodoardus*, h. a., ap. *Pithœum*, pag. 165, &c.; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 475; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 159;

Mona-

Monachus Hamerslebienſis, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rerum Brunſuic.*, pag. 708; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 947, pag. 285; *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 2, §. 11, pag. 192.

An. 948 erexiſſe fertur Epiſcopatum *Miſnenſem*, juxta Diploma fundationis, ap. *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 185, &c. Conf. *Bangertus* ad *Helmoldum*, lib. 1, cap. 11, pag. 31, annum 969 hoc titulo proferens. Auctor *Quinquertii Cameralis*, de an. 1704, Quæſt. V, pag. 283, putat, in ſubſcriptione præfati diplomatis, loco 948, legendum eſſe an. 938. Vide vero ſeq. Tit. XV, §. 5, lit. d, ad an. 965, pag. 1148.

An. eod. Otto, *poſtquam omnia ferme Regna, quæ poſt mortem Caroli* (Craſſi) *defecerant, ſuo Imperio ſubjugarat, in Danos arma corripuit, quos ante Pater Ejus bello compreſſit. Enimvero tunc rebellare moliti, apud Heidebam, Legatos* Ottonis, *cum Marchione, trucidarunt, omnem Saxonum Coloniam funditus extinguentes, Ad quam rem ulciſcendam, Rex, cum exercitu, invaſit Daniam; transgreſſus terminos Danorum, apud Sliaswig olim poſitos, ferro & igne totam vaſtavit Regionem, usque ad mare noviſſimum, quod à Danis Nordmannos dirimit, & usque in præſentem diem, à victoria Regis,* Ottinſund *dicitur. Cui regredienti Haroldus, apud Sliaswig occurrens, bellum intulit. In quo, utrinque viriliter certantibus, Saxones, victoria potiti, Danos ad naves cedere coëgerunt. Tandem, conditionibus ad pacem inclinatis,* Haroldus Ottoni ſubjicitur, Regnumque ab Eo ſuſcipiens, *Chriſtianitatem in Dania recipere ſpopondit. Nec mora, ipſe* Haroldus, *cum uxore ſua, Gunhild, & filio parvulo, baptizatus eſt, quem filium Rex noſter, à ſacro fonte ſuſceptum,* Suenotto *vocavit. Eo tempore Dania ciſmarina, quam Jutlant incolæ appellant, in tres diviſa Epiſcopatus, Hammaburgenſi Archi-Epiſcopatui eſt ſubjecta. Servantur in Bremenſi Eccleſia præcepta Regis, quæ ſignant, Regem Ottonem in ſua ditione Regnum Danicum tenuiſſe, adeò, ut etiam Ille Epiſcopatus donaverit, &c. Igitur Beatiſſimus Archi-Epiſcopus* (Adaldagus, Hamburgenſis) *noſter, omnium primus, ordinavit in Daniam Epiſcopos, Haroldum, ad* Sliaswich; *Liafdagum ad* Ripam; *Reinbrandum, ad* Arhuſam. *Quibus etiam illas commendavit Eccleſias, quæ trans mare ſunt, in Finne, Seland, & Scone, ac in Sueonia. Hoc factum eſt Anno Archi-Epiſcopi duodecimo, &c.* hæc *Adamus Bremenſis*, lib. 2 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 2, pag. 42, & 43; &, poſt Eum, *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Sclavor.*, cap. 9, p. 26, & 27; *Saxo Grammaticus*, lib. X *Hiſt. Danic.*, p. m. 163, &c.; *Albertus Stadenſis*, ad an. 948; *Chronographus Saxo*, ad an. 952, p. m. 162; *Chronicon Vetus Holſatiæ*, part. 1 *Acceſſionum Hiſtoricarum* Ill. Dn. *Leibnitii*, cap. 11, pag. 18; Auctor *Chronic. Sclavici*, ap. *Lindenbrogium*, cap. 7, p. m. 191; *Albertus Cranzius*, lib. 4 *Daniæ*, cap. 19, p. m. 82, & lib. 3 *Saxon.*, cap. 25; *Joh. Iſac. Pontanus*, lib. 5 *Hiſtor. Dan.*, in vita *Haraldi*, ad an. 948; *Meibomius*, in Not. ad *Witichindi* librum 3 *Annal.*, p. m. 700; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 14, §. 3, p. m. 127, & in Addit., ibid., p. 85; *Lambecius*, lib. 1 *Rerum Hamburgenſ.*, Edit. noviſſ. p. m. 10, & in *Auctario* hujus libri primi, ad an. 948, p. m. 132, ubi rectè annum 948, contra *Baronium & Sethum Calviſium*, ſequentem 949 ponentes, auctoritate *Adami Bremenſis*, propugnat, diſertè affirmantis, ſubjectionem Danorum, & erectionem trium Jutiæ Epiſcopatuum, *Sleſwicenſis*, *Ripenſis*, & *Arhuſenſis*, contigiſſe anno *Adaldagi*, Archi-Epiſcopi XII; conſtat autem, ex *Reginonis Continuatore*, *Unnonem*, Præſulis hujus Anteceſſorem, an. 936 ad plures abiiſſe, & *Adaldagi* mentionem jam fieri in Diplomate *Ottonis I*, de an. 937, quod ſextum locum inter *Privilegia Hamburgenſia*, apud *Lindenbrogium*, p. m. 130, occupat; ibi: *Adaldagus, Sanctæ Hammaburgenſis Eccleſiæ Venerabilis Archi-Epiſcopus, &c.*

An. 950 Filio *Ludolpho* Ducatum *Alamanniæ* committit. Vid. ſeq. Tit. XVI, §. 11, Catalog. *Ducum Alamanniæ*, in vita *Ludolfi*.

An. 951 *Boleslaum*, Bohemiæ Regem, tributarium ſibi facit. vid. *Albericus*, h. a., pag. 287.

An. eod. Italia potitur; Vid. præced. Tit. 2, §. 3, lit. m, v. 5, pag. 312.

Idem circa tempus procurandam committit Saxoniam *Hermanno Billingo*, poſtea Duci creato. Vid. ſeq. Tit. XI, §. 4, lit. g, & h.

Ann. 952 rebellem experitur fratrem *Henricum*. Vid. l. c., *Catal. Ducum Bavariæ*, in vita *Henrici Rixoſi*.

An. 953 rebellem videt filium, *Ludolphum*. Vid. l. c., *Catal. Duc. Alaman.*, in Ejus vita.

An. eod. præficit *Lotharingiæ* Ducatui fratrem, *Brunonem*, Archi-Ep. Colonienſem. Vid. l. c., *Catal. Duc. Lothar.*, in Ejus Vita.

Ann. 954 *Burchardum*, in Ducatu *Alamannico*, ſurrogat filio, *Ludolpho*; Vid. l. c., *Catal. Duc. Alaman.*, in vita *Ludolphi*.

An. 955, horrenda clade, ad Lycum fl., *Hungaros* poſternit, ab ipſius filio *Ludolfo*, exauctorato *Alemannorum*, & *Conrado*, Genero, *Francorum* Ducibus, adverſus *Henricum*, Imperatoris Noſtri Fratrem, conſtitutum *Bavariæ* Ducem, excluſis inde *Arnolfi Mali*, quondam ejus Provinciæ Ducis, Filiis, *Eberhardo*, *Arnolfo* & *Hermanno*, eorum ſociis, reſtitutionem Ducatus efflagitantibus, in Germaniam evocatos, quamvis *Eberhardus* & *Hermannus*, C. P. R., interea in *Ottonis* gratiam redierint, in tantum, ut vel ipſi inter belli Duces Cæſareos numerarentur. Vid. *Frodoardus*, h. a., ap. *Pithœum*, pag. 188; *Witichindus*, lib. 3 *Annal.*, p. m. 656, & 657; addens, ſpatio ducentorum annorum ejusmodi victoriam non eſſe auditam, propterea que *Ottonem*, ab exercitu, *Pa-*

Digitized by Google

trem Patriæ, & Imperatorem fuiſſe vocatum; *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 2, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 332, &c.; *Hroſwitha*, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 718; *Reginonis Continuat.*, h. a., *Lambertus Schafnab.*, h. a., die prælii ſcribens: *Otto, Rex, Ungaros, cum magno periculo ſui ſuorumque, magna clade proſtravit, in Lechfelt*, *in Natali S. Laurentii: in quo bello Dux Conradus, cum aliis multis, eſt occiſus, &c.*; Author Vitæ *S. Udalrici* Auguſtani, cap. 12, apud *Surium*, 4 Julii, p. m. 85; *Monachus Hamersleblenſis*, de *præclarè geſtis Imperatorum*, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 708, ad an. 955; *Hermannus Contractus*, eod. an., p. m. 314, diem prælii conſtituens 4 Id. Auguſti, cæſorumque hoſtium Reges Ratisbonæ in patibulis ſuſpenſos affirmans; *Marianus Scotus*, ad Annum licet 956; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 957; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 20, ad an. 955, p. m. 128; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chronic.*, p. 476; *Conradus Urſpergenſ.*, p. m. 161, & 162, ad an. 955; *Monachus Herveldenſis*, eod. an., ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. Germ.*, p 374; *Chronographus Saxo*, eod. an., p. 166, &c.; *Albericus*, ad an. 957, pag. 290, &c.; *Albertus Stadenſ.*, an. 955, p. m. 107; *Andreas*, Presbyter Ratisbonenſis, in *Chronico Bavarico*, an. eod., p. m. 77; *Theodoricus à Niem*, in *Nemore Unionis*, Tractat. 6, cap. 33; *Martyrium S. Wenceslai*, Bohemiæ Ducis, cap. 16, ap. *Surium*, 28 Sept., pag. 305; *Aventinus*, lib. V *Annal. Bojor.*, h. a.; *Andreas Brunnerus*, lib. 8 *Hiſt. Bavar.*

An. eod. nepotem ex fratre *Henrico*, *Henricum*, Ducem *Bavariæ* creat. Vid. ſeq. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Bavar.*, in Ejus vita.

An. 956 *Ludolfum*, filium, in Italiam mittit, contra *Berengarium*. Vid. præced. Tit. 4, §. 3, lit. m, v. 7, pag. 313.

An. 957 Sclavos hoſtiliter invadit. *Chronogr. Saxo*, h. a., pag. 169, *Reginonis Contin.*, h. a.

An. 959 denuo Sclavos armis petit. *Chronograph. Saxo*, h. a., pag. 169, *Reginonis Contin.*, h. a.

An. 960 *fortiſſimus Rex Otto univerſos Sclavorum Populos ſuo ſubjicit Imperio. Et quos Pater Ejus uno grandi bello domuerat, ipſe Otto deinceps tantâ, Dei adjutorio, potentiâ conſtrinxit, ut tributum & Chriſtianitatem, pro vita ſimul & Patria, libenter offerrent Victori; ſicque baptizatur Gentilium Populus univerſus. Et Eccleſiæ tunc primum in Sclavonia ſunt conſtructa &c.* Hæc *Adamus Bremenſ.*, lib. 2, cap. 3, pag. 43, & cap. 7, & 8, pag. 47, &c. Conf. *Witichindus*, lib. 3 *Annal.*, pag. 658, &c.; *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 2, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 333; *Reginonis Contin.*, an. 960; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Sclav.*, cap. 9, §. 8, p. m. 27, & cap. 11, p. 30; *Chronographus Saxo*, an. 960, p. m. 170; *Albericus*, part. 2, ad h. a., pag. 2; *Albertus Stadenſ.*, an. 971. Meminit inſignis hujus victoriæ Imperator ipſe, in literis ad Saxoniæ Proceres, *Wigbertum*, *Wiggerum*, & *Guntherum*, de *Erectione Metropolitanæ Magdeburgenſis*, ap. *Sagittarium*, *de Antiq. Magdeb.*, §. 111, pag. 83; nec non *Johannes XIII*, P. R., in literis ad Præſules Saxonum, Bojorum, aliorumque Germanorum, & Gallorum, de eadem fundatione, ibid., §. 98, pag. 69, & 70; & in alia Bulla, de an. 968, qua *Adelberto* Præſuli prærogativam *Pallii* conceſſit, ibid., §. 108, p. 97; adhuc in alia, qua dicto Antiſtiti facultatem ordinandi Suffraganeos ſuæ [illegible] largitur, l. c., §. 109, p. 81, &c.

An. 961 filium, *Ottonem*, in Regem Germaniæ eligi curavit. Vid. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 92.

An. eod. denuo in Italiam proficiſcitur. vid. *Albertus Stadenſ.*, h. a.

An. 962 inauguratur Romæ Imperator. Vid. *Leo Oſtienſ.*, lib. [illegible] *Chron. Caſſin.*, cap. 61, p. m. 205. Conf. præced. Tit. IV, §. 3, lit. m, v. 8, pag. 314.

An 963, & 964, depoſito *Johanne*, P. R., conſtitutoque, in ejus locum, *Leone VIII*, hujusque ſedis invaſore, *Benedicto*, Hamburgenſis Antiſtitis, *Adaldagi*, cuſtodiæ credito, ſolenni in Concilio, recuperat Jura ordinandi Pontificis Romani, conferendæque Inveſtituræ Eccleſiaſticæ; nec non, pro Germaniæ Regibus, æternum jus poſſidendi Italiæ Regni. Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 62, & 63, & Tit. 4, §. 3, lit. m, v. 9, & 10, pag. 316, & 317.

An. 967 cum Imperatore Græco, *Nicephoro*, pacem firmat. *Domino Imperatore in Italia commorante, Legati Nicephori, Græcorum Imperatoris, Ravennæ ad eum venerunt, honorifica ſecum munera ferentes, & pacem ab eo, vel amicitiam poſcentes. Quibus honorabiliter ſuſceptis, decenterque remiſſis, Dn. Imperator Nuncium ſuum eidem Græcorum Imperatori, pro conjungenda in matrimonium ſuo filio, Regi Othoni, privigna ipſius Nicephori, filia ſcilicet Romani, Imperatoris, Conſtantinopolim dirigit, qui iterum, eodem anno, ante Natalem Domini, ad Imperatorem revertitur, &c.* Hæc *Reginonis Continuator*, h. a. Conf. *Chronogr. Saxo*, h. a., pag. 175; *Sigonius*, lib. 7, de *Regno Ital.*, ad h. a., pag. 283.

An. eod. convocat magnam Synodum, *Ravennam*, præſente Papa, *Johanne*, in qua deciſum, Eccleſiam *Magdeburgenſem* evehendam eſſe in Archi-Epiſcopatum, & *Merſeburgenſem* in Epiſcopatum. Vid. *Acta Publica*, apud *Chronographum Saxonem*, ad an. 969, pag. 177, &c., & *Sagittarium*, *Antiquit. Magdeb.*, ad an. 967, §. 92, 93, 97, &c., pag. 58, &c. Add. *Reginonis Contin.*, an. 967; & *Chronicon Magdeburgicum*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 272, &c.

An. 968 *Otto Imperator, in Terra Saxonica, venas auri & argenti primus induſtriâ ſuâ aperuit*, ita *Sigebertus Gemblac.*, h. a. Conf. *Ditmarus Reſtitutus* Ill. Dn. *Leibnitii*, lib. 2, pag. 333; *Auream illuxit ſeculum*, (ſub Ottone) *apud Nos inventa primum vena argenti, &c.*

&c. Locum nominat *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, C. 24, p. 131: *Hic eſt Otto, qui - - - - primus venas argenti & æris, juxta Civitatem Goslariam, in Saxonia invenit, &c.* Add. *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 478; *Albericus*, part. 2, an. 968, p. 16; *Chronicon Magdeburg.*, ap. *Meibom.*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 271; ipſe Dn. *Meibomius*, in Not. ad lib. 3 *Witichindi Annal.*, p. m. 700.

An. eod. Siciliam & Neapolim, ſub *Calabriæ*, *Beneventi*, & *Apuliæ* nominibus, vectigales ſibi reddit. Cauſam belli deſcribit *Witichindus*, lib. 3 *Annal.*, p. m. 661: *Græcorum Legatis* (pacem efflagitantibus) *Imperator ſatis credens, partem exercitus, cum plerisque Principibus viris, direxit ad condictum locum, quo Eis, ſecus ſponſionem Legatorum, puella* (Imperatoris Nicephori privigna) *traderetur, &, cum honore, filio* (Ottoni 2) *adduceretur. Græci vero, ad artes paternas converſi - - - - ſubitò ſuper improviſos, & nihil adverſi ſuſpicantes irruunt, caſtra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt, quos & Conſtantinopolim Imperatori ſuo præſentant. Qui vero effugere poterant, & reverſi ad Imperatorem, quæ acta ſunt, nunciabant. At Ille ſuper his commotus, ad hoc dedecus diluendum, cum gravi manu, viros eminentes, domeſticis & externis rebus jam ſæpe claros factos, Guntharium & Sigifridum, mittit in Calabriam. Græci autem, præterita victoria elati, & minus cauti, ceciderunt in manus eorum, ex quibus innumera multitudine cæſa, qui ſupererant, capientes, obtruncatis naribus, novam Romam remeare permiſerunt. Tributum in Calabria & Apulia à Græcis extorſerunt, talique victoria illuſtres facti, & ſpoliis hoſtium ditati, ad Imperatorem reverſi ſunt. Populus autem Conſtantinopolitanus, à ſuis audiens male pugnatum, conſurrexerunt adverſus Imperatorem ſuum, &, machinatione conjugis propria, cujusdam militis inſidiis, occiderunt, locoque Domini militem in Imperio deſignantes. Conſtitutus autem Rex continuò captivos abſolvit; puellam, cum magno exercitu, & claris muneribus, ad Imperatorem deſtinavit. Quam Ipſe ſtatim filio tradidit, celebratisque magnificè nuptiis, omnem Italiam ſuper hoc & Germaniam lætiores reddidit, &c.* Conf. *Ditmarus Reſtitutus*, l. c.; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chronic.*, Cap. XXIV, pag. 130; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 968, & 969; *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c.; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 969, part. 2, pag. 16, & 17; *Theodoricus de Niem*, in *Nemore Unionis*, Tract. VI, qui *Labyrinthus* dicitur, Cap. 33, p. 362, ſingulare hoc narrans: *Pugnando longo tempore cum Imperatore Græcorum*, (Otto) *in Calabria, Sicilia, & Apulia, Eum inde pepulit, & demum non tantum Romanorum & Græcorum imperiorum apud Brunduſium fines poſuit, ſed & ipſum Imperatorem Græcorum Inſignia Imperialia mutare coëgit. Poſtea vero, miſericordia motus, ſicut fuit piiſſimus, cum eodem Imperatore Græcorum pacem fecit. Nam filia dicti Imperatoris Græcorum ipſius Ottonis Magni Auguſti ejusdem nominis filio, videlicet Ottoni ſecundo, Imperatori, matrimonio copulatur: cui Sicilia, Apulia, & Calabria cedunt in dotem, quæ ſic, de manibus Græcorum, juri ejusdem Romani Imperii obvenerunt, licet nunc per alios, qui metunt, ubi non ſeminarunt, ſub aliis titulis occupentur, &c.*; *Meibomius*, T. 1 *Rer. German.*, p. 665; & in Notis ad lib. 3 *Witichindi*, p. 701, & 702; Ill. Dn. *Coccejus*, *Juris publici Prudentia*, cap. 6, §. 21, pag. 143. Siciliam nunquam in Germanicorum Cæſarum poteſtatem veniſſe, arbitratur Dn. *Conringius*, lib. 1, de *Finibus Imp.*, Cap. XI, §. 5, pag. 93.

v. (5.) Vivendi finem fecit an. 973, 7 Maji, in Monaſterio Ordinis Benedictini, *Memeleben*, ad fl. *Unſtrut*, in Thuringia, (*Bucelino* teſte, part. 2 *Germaniæ Sacræ*, pag. m. 60, voc. *Memmileben*) *Quedlinburgum* tendens. Vid. *Witichindus*, lib. 3 *Annal.*, p. m. 662: *Tertia autem Feria ante Pentecoſten loco devenit, qui dicitur Mimilevu, &c.* & p. 663: *Defunctus eſt Nonis Maji, quarta Feria ante Pentecoſten, Imperator Romanorum, Rex Gentium, Divinarum humanarumque rerum multa ac religioſa ſeculis relinquens monumenta, &c.* Idem docet *Ditmarus Merſeburg.*, lib. 2, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſ.*, pag. 340: *Tertia feria ante Pentecoſten ad Mimmeleben veniens, poſtera die ad menſam lætus ſedebat. Qua finita, cum jam Veſpera cantaretur, infirmari cœpit, & inclinare. Quem, qui aſtabant, proximè ſuſcipientes, depoſuerunt, refocillatusque divino celeriter viatico, orantibus pro Ejus exitu cunctis, debitum perſolvit naturæ, Nonis Majis, quarta feria. Sequenti vero nocte, viſcera Ejus ſoluta, in Eccleſia S. Mariæ ſunt tumulata: corpus autem ejusdem, aromatibus conditum, ad Parthenopolim translatum, ibique honorabiliter atque lachrymabiliter ſuſceptum, marmoreoque impoſitum Sarcophago, ſepultum eſt ab Archi-Epiſcopis, Geroni atque Athelberto, &c.*; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 315, licet falſò eum *Magdeburgi* obiiſſe ſcribat; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Marianus Scotus*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 187; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., Tom. 2, p. 19; *Annales Hildeshemenſes*, h. a., ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 719; *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 375; Auctor *Vitæ S. Udalrici Auguſtani*, c. 25, apud *Surium*, 4 Julii, pag. 89, ubi obitum Ejus *S. Udalrico* adhuc relatum ait, quem, l. c., cap. 27, pag. 90, an. 973 defunctum docet; *Sigonius*, lib. 7, de *Regno Italiæ*, pag. 286; *Chronicon Magdeburgicum*, ap. *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 276, ubi ſimul Epitaphium Ejus reperire eſt:

Tres luctus cauſæ ſunt hoc ſub marmore clauſæ,
Rex, decus Eccleſiæ, ſummus honor Patriæ.

Alii contra, id anno 972 contigiſſe, putant, v. g. *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 24, pag. 130; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Chronicon S. Vincentii Metenſis*, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, p. 345; *Chronicon Rothomagenſe*, h. a., ibid., p. 366, &c. Aliis placet annus 974, veluti *Monacho Hamerslebienſi*, ap. *Maderum*, *Antiq.*

Rrr 2 Brun-

Brunſuic., pag. 140, & Ill. *Leibnitium*, l. c., pag. 708; *Conrado Urſpergenſi*, p. 163; *Alberto Stadenſi*, h. a., p. 109; *Alberto Cranzio*, lib. 3 *Metrop.*, cap. 31, pag. 77, & lib. 4 *Saxon.*, c. 17; *Auctori Chronici Sclavici*, apud *Lindenbrogium*, cap. 10, p. m. 192, &c. *Hepidannus*, ap. *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, ponit planè annum 978, quod omnino falſum. Conf. *Baronius*, Tom. X *Annal.*, ad an. 973, §. 3, p. 812. qui, §. 6, pag. 813, ſimul corrigit, quæ *Petrus Damiani*, de morte Imperatoris noſtri, fingit, quaſi ipſo Pentecoſtes die, in Eccleſia, ſupremum diem obiiſſet. *Lehmannus*, *Chron. Spir.*, lib. 5, cap. 3, p. 388; *Meibomius*, in lib. 3 *Witichindi*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 704; *Schatenus*, lib. 4 *Annal. Paderborn.*, ad an. 973, pag. 315; *Bœclerus*, *Hiſtor. Secul. IX*, *& X*, in Ejus vita, p. 281; *Bünting.*, *Chron. Brunſuic.*, pag. 96; *Matthia*, *Theatr. Hiſtor.*, pag. 881; *Sagittarius*, *Antiq. Magdeb.*, ad an. 973, §. 130, pag. 104, omnes priorem ſententiam ſequuntur.

(13) OTTO II.

v. (1.) Lucem aſpexit Princeps hic, *Ottone Magno* Imp. & *Adelheida* Parentibus, anno 955; ita enim *Reginonis Continuator*, ad h. a: *Otto filius Regi naſcitur, &c.*; & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, h. a., pag. 290: *Eodem anno natus Imperatori Ottoni ſecundus Otto, ex ſupra dicta Regina, Adalheida, Regis Burgundiæ, Rodulphi, filia*, &c. Cognomine vocatur *Pallida mors Saracenorum*: qua de appellatione Auctor *Laurishamenſis Chronici*, apud *Freherum*, p. m. 71, ſcribit: *Otto 2, vivente adhuc Patre, Romæ Cæſar appellatus, &, ob inſignia, quæ cum Sarracenis geſſit, prælia, Pallida mors Sarracenorum cognominatus, &c.* Conf. *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 26, p. m. 131: *Hi duo poſteriores Ottones - - - mirabiles fuere, ut unus: Pallida mors Sarracenorum*, ſeu *Sanguinarius*; alter: *Mirabilia Mundi diceretur, &c.*: quæ *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. 481, repetit; *Aventinus*, l. 5 *Annal.*, p. 397; *Bunting.*, *Chron. Brunſu.*, p. 100, &c. Alii Eum *Rufum* vocant; Vid. *Chronographus Saxo*, ad an. 972, pag. 184: *Filio ſuo, unicè dilecto, Ottoni, agnomine Rufo, &c.* & rurſus, ad an. 974, pag. 188: *Sedente poſt hæc, in Paterni Regni ſolio, præmemorato Ottone ſecundo, ab habitu faciei, agnomine Rufo, &c.* Sic *Monachus Hamerslebienſis*, de *Imperatorum præclare geſtis*, ap. *Maderum*, *Antiq. Brunſuic.*, pag. 140, & Ill. Dn. *Leibnitium*, *de Script. Rer. Brunſuic.*, pag. 708: *Otto ſecundus, dictus Rubicundus*, vel *Rufus*, *anno Domini 975 regnare cœpit, &c.* Aliis *Rubeus* potius, ſeu *ſanguinarius* dicendus; vid. *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 983, pag. 25: *Hic eſt, qui Pallida mors Saracenorum*, ſeu *Sanguinarius dictus eſt*, &c. quæ deſumta ex modo dictis *Ottonis Friſingenſis* verbis. Add. *Centuriatores Magdeburgici*, Centur. X, cap. 16, p. m. 717: *Romanos quoque, fugæ Authores*, (in bello Græco) *debitis ſuppliciis afficit. Flores Honorii indicant, Eum Romæ, in convivio, aliquot perfidos comprehenſos decollaſſe, qua de cauſa ab aliquibus ſanguinarius vocatus ſit, & Rubeus Otto, &c.*; *Gryphiander*, *de Weichbildis*, cap. 51, §. 2, pag. m. 127; Ampl. Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. 17, pag. 15. De ferali hoc convivio legendi *Gotfridus Viterbienſis*, l. c., pag. 480; *Siffridus*, *Presbyter Miſnenſis*, ap. *Piſtorium*, pag. 688; *Andreas*, *Presbyter Ratisbonenſis*, in *Chron. Bavarico*, Edit. Schilter., p. m. 19; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 49, pag. 252; *Sigonius*, *de Regno Ital.*, lib. 7, ad an. 980, p. m. 295; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 11, pag. 397; *Benevenuto* de *Rambaldis*, *lib. Auguſtal.*, ap. *Freherum*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 11; *Matthia Theatr. Hiſtor.*, p. m. 883.

v. (2.) Nuptias celebravit an. 972, cum *Theophania*, nepte *Johannis*, filia *Romani*, & privigna *Nicephori Phocæ*, Imperatorum Conſtantinopolitanorum. Vid. *Reginonis Continuator*, ad an. 967; verba in Vita *Ottonis I*, v. 4, ad h. a., extant. Annum notat Ipſius *Ottonis* Diploma, datum *Romæ* an. 972, quo Sponſæ ſuæ ampliſſimum conſtituit dotalitium, apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Addend.* ad cap. 8, §. 1 *Antiquitatum Poeldenſium*, pag. 208, ubi, poſt reliqua: *Theophanu, Johannis, Conſtantinopolitani Imperatoris, Neptem clariſſimam, in Maxima Romulea Urbe, Sancto Summoque Eccleſiarum Principe, B. Petro Apoſtolo, votis noſtris favente, Dominique Johannis, Sanctiſſimi & Univerſalis Papæ Tertii decimi, benedictione proſequente, in copulam legitimi matrimonii, conſortiumque Imperii, deſpondere, ac fauſto & felici auſpicio, Chriſto propitiante, Conjugem decrevi aſſumere, &c.* Conf. *Leo Oſtienſis*, *Chron. Caſſin.*, lib. 2, cap. 13, p. m. 224: *Otto. III, interventu Matris Auguſtæ, Theophany, &c.*; & *Lambertus Schafnaburg.*, ad h. a: *Ottoni Juniori, Imperatori, miſſa eſt Theophania, ab Imperatore, de Græcia, &c.*; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 184, & 185; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, h. a., Tom. 2, p. 19; *Annales Hildesheimenſes*, h. a., apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Reb. Brunſuic.*, pag. 719, ubi & dies exprimitur: *Ottoni, Imperatori Juniori, venit Imperatrix Romam de Conſtantinopoli, 18 Kal. Maji, Octava Paſchæ, &c.*; *Monachus Herveldenſis*, ad h. a., ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 375; Alii. *Sigeberto Gemblacenſi* placet an. 971: *Otto Imperator, Romæ, Ottoni, Comparatori* (Co-Imperatori) *ſuo, neptem Joannis, Conſtantinopolitani Imperatoris, Theophaniam nomine, a Joanne Papa coronatam, in legitimo matrimonio ſociavit, &c.* In Diplomate, de an. 974, ap. *Schatenum*, lib. 4 *Annal. Paderborn.*, pag. 318, errore manifeſto, vocatur *Adelheida*; ibi: *Noſtram dilectam Conjugem, nomine Adelheida, &c.*; nec majori jure *Stephana* nomen ei impertit Auctor

Chroni-

Digitized by Google

Chronicorum Regum Franciæ, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 5, pag. 394: *Otto Imperator generavit ſecundum Ottonem, Imperatorem, cui conjuncta eſt Stephana, Nobiliſſima Græcorum, ex qua ſibi genitus eſt tertius Otto, Imperator, &c.* non minus errat *Theodoricus de Niem*, de *Privilegiis & Juribus Imperii*, ap. *Schardium*, *de Juriſdictione Imperiali*, pag. 268, ſcribendo: *Ex ipſis, Othone 2 Auguſto, & Ejus Conſorte, Theophila, natus ſuit Otho 3, Auguſtus*, &c. Ex altera parte perperam *Otto Friſingenſis*, lib. 6 *Chron.*, cap. 24, pag. 130, Auguſtæ Patrem, *Theophanium*, nominat: *Vocato ad ſe filio ſuo, Ottone, Eum à Summo Pontifice coronari, & Auguſtum vocari fecit, Eique Conſtantinopolitani Imperatoris, Theophanii, filiam in matrimonium conjunxit, &c.* Nec minori ſphalmate, filiam eam *Johannis Zemiſcis* fuiſſe, tradit *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 11, pag. 396: *Im 17 Jahr ſeines Alters, mit* Theophania, Johannis Zemiſcis, *Kayſers zu Conſtantinopel, Tochter, vermahlet worden.* Encomium ejus habetur ap. *Ditmarum Reſtitutum*, lib. 4, p. m. 349: *Hæc, quamvis ſexu fragilis, modeſtæ tamen fiducia, &, quod in Græcia rarum, egregiæ converſationis fuit, Regnumque filii Ejus cuſtodia ſervabat virili, demulcens in omnibus pios, terrensque ac ſuperans erectos, &c.* Conf. præced. §. 1, lit. e. *Sigebertus* contra, ad an. 982, levitatis eam incuſat: *Sola Imperatrix, fœminea, & Græca levitate, inſultabat eis, &c.* De obitu ſcribit *Ditmarus Merſburgicus*, l. c., pag. 350, ad an. 990: *In ſequenti anno conſummato, in bonis vitæ ſuimet curſu, in Numagen, Theophano infirmatur Imperatrix, atque ab hac vita, 17 Cal. Julii, diſcedit, ſepulta ab Evergero, S. Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo, in Monaſterio S. Pantaleonis, quod, datis impenſis, Bruno Archi-Præſul, ibi requieſcens, conſtrui præcepit, præſente filio, ac multa, pro remedio Matris, his Confratribus largiente, &c.* Adeoque, ſi, *conſummato anno* 990, infirmari cœperit, & 17 Cal. Julii ad plures abierit, Eam an. 991 deceſſiſſe, conſequens eſt. Huncque annum probant *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Chronographus Saxo*, pag. 200; *Monachus Herveldenſis*, l. c., pag. 375; *Annales Hildeshemenſes*, l. c., pag. 720; Aliique. *Meibomius*, in Not. ad lib. 3 *Witichindi*, pag. 702, mavult præcedentem 990. In Diplomatibus frequens ejus mentio, apud *Maderum*, *Antiq. Brunſuic.*, pag. 197; *Bodonem*, *Syntagm. de Conſtructione Cœnobii Gandeſiani*, Tom. 2 *Meibom. Rer. German.*, pag. 496; Dn. *Schatenum*, l. c., & ad an. 983, pag. 325; Dn. *Heineccium*. lib. 1 *Antiquitatum Goslarienſium*, an. 981, p. 20; & alios. Imperatorem noſtrum bigamum fuiſſe, innuunt verba *Centuriatorum Magdeburgenſium*, l. c., pag. 716: *Bigamum fuiſſe, Strada affirmat, ut qui, præter Theophaniam, aliam Uxorem, è familia Marchionum Auſtriæ, duxerit, &c.* Conf. *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, pag. 881; Vide tamen *Spangenbergii Chronicon Mansfeldicum*, cap. 149, qui opinionem, de poſteriori hac conjuge, liberisque inde natis, penitus refutat. Add. *Bæcleri Hiſtoria Secul. IX, & X*, pag. 352.

v. (3.) De liberis Ejus in genere hæc commemorat *Monachus Hamerslebienſis*, *de præclare geſtis Imperatorum*, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, *de Reb. Brunſuic.*, pag. 709, & *Maderum*, *Antiquit. Brunſuicenſ.*, pag. 140: *Obiit Romæ*, (Otto 2) *Anno Domini* 983, *6 Id. Decemb.*, *ibique ſepelitur; & filium habet unicum, Ottonem III, & filias tres, Sophiam, Abbatiſſam in Ganderſem; Albeydim, in Quedalingberch; Juttam, quam abduxit Dux Bohemiæ in uxorem. de Monaſterio Reginberch, &c.* In ſpecie,

(1) De *Ottone III*, ſuo loco, plura proferam.

(2) *Sophiam*, Abbatiſſam *Gandersheimenſem*, ab *Henrici Rixoſi*, patrui magni, filia, *Gerburgi*, quam in Abbatiali dignitate excepit, ibidem fuiſſe educatam, documento eſt Diploma Ejus Parentis, de ann. 979, in *Bodonis Syntagmate*, de *Conſtructione Cœnobii Gandeſiani*, ap. *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 496, ut & in Dn. *Leuckfeldi Antiquitatibus Paldenſibus*, cap. 8, §. 2, pag. 30, lit. f, ubi: *Patere volumus, qualiter dilectæ Conjugis Noſtræ, Theophanu, Imperatricis Auguſtæ, votum & interventionem ſequentes, filiam Noſtram Cariſſimam, nomine Sophiam, Deo & Sanctæ Genetrici Illius, Mariæ Virgini, ſanctisque Confeſſoribus, Anaſtaſio & Innocentio, quorum Eccleſia in loco, Gandesheim nominato, honorificè conſtructa videtur, cui etiam Garborg, neptis noſtra, ſub præſenti tempore Abbatiſſa præeſſe dignoſcitur, devoto animo obtulimus, atque, ut ſacræ Scripturæ litteras ibi ediſcat, vitamque & converſationem Sanctimonialium, Deo illic ſervientium, imitetur, præfatæ Abbatiſſæ nutriendam commendavimus, &c.* Conf. Ejusdem Principis diploma, laudatæ Eccleſiæ datum, ann. 980, apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Gandesheim.*, cap. 14, pag. 107, lit. r, verb: *Cariſſimæ filiæ noſtræ, Sophiæ, &.*; ut & Diploma *Ottonis III*, de an. 995, apud *Freherum*, *Orig. Palat.*, part. 2, Cap. XI, pag. 47: *Dilectæ ſororis noſtræ, Sophiæ, Sanctimonialis, &c.* Sic & *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 4, p. m. 349: *De fructu Ventris ſui decimas Domino obtulit* (Theophania Imp.) *filias ſuas; ad Quidilingeburg Adelheidam nomine; alteram ad Gandersheim, quæ Sophia dicitur, &c.* Add. *Arnoldus*, in vita *Godehardi*, Hildeshemenſis Epiſcopi, lib. 2, cap. 4, ap. *Surium*, 4 Maji, pag. 60, & Du. de *Leibnitz*, l. c., pag. 490: *Domina Sophia, Sorore Imperatoris, Ottonis III, quæ, juvenili jactantia, & Generis dignitate elata, à Palligero* (Archi-Epiſcopo Moguntino) *tantum velari geſtiit, &c.*; & paulo poſt, l. c.: *Prædicta etiam Gerberga, Gandenesheimenſ. Abba-*

Digitized by Google

tiſſa, ſaculo exemta, *Sophia ei ſuccedens*, *ſolito iterum more, ibidem Principum licentiam Dn. Bernwardi à Palligero benedicendi impetrabit*, *&c.* Ejuſdem meminit *Chronographus Saxo*, ad ann. 1000, pag. 211, ann. 1002, pag. 215, (ubi: *Datur etiam Sophia*, *Imperatoris filia*, *benedictio Gandersheimenſis Abbatiæ*, *&c.*) & ann. 1012, pag. 222. De Electione Ejus evolvas *Bodonem*, l. c., pag. 497, qui, pag. 501, eam, 3 Kal. Febr. 1037, ex hac vita migraſſe teſtatur. Dn. *Leuckfeldus*, l. c., cap. 22, pag. 225, jure carpit *Reutelium*, quod in *Hillesbemia* ſua, §. 15, pag. 79, Eam *Ottonis III* filiam conſtituat, cujus fuit ſoror. Conf. *Hoppenrodii Annales Gernrodenſes*, apud Dn. *Meibomium*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 428; ibi: *Abbatiſſa in Ganderſem*, *Sophia*, *Soror Ottonis III*; & *Bruſchius*, de *Monaſt. Germ.*, voc: *Gandersheim*, p. 234.

(3) *Adelheida*, auctore *Chronographo Saxone*, ad an. 999, pag. 210, ſucceſſit, in *Quedlinburgenſi* Abbatia, amitæ *Mechtildi*, hoc ipſo anno defunctæ; ibi: *Fratruelem ipſius Dominæ Machtildis*, *Adelheidam*, *in locum ejus elegerunt*, *&c.* *Ditmarum*, & Monachum *Hamerslebienſem* ejuſdem memores eſſe, ex modò dictis conſtat; in primis notanda *Ditmari* verba: *De fructu ventris ſui*; quibus refelli poſſunt, *Adelheidam* hanc non *Theophaniam* Imperatricem, ſed aliam, è domo Auſtriaca oriundam, habuiſſe Matrem, arbitrantes. Eadem *Nivellenſi* quoque & *Gandeſienſi* Abbatiis præfuit, ſi vera ſint, quæ *Bodo*, l. c., p. 501, tradit: *Illuſtriſſima fœmina*, *Domina Sophia*, *hujus nominis prima*, *Seculo exempta*, *venienti de Nivella ſorori ejusdem*, *Athelheidi nomine*, *vota Sorores Cœnobii Gandeſiani dantes*, *illam in Abbatiſſam ſibi elegerunt*. *Quam confirmatam neſcio quis Epiſcoporum*, *coram Imperatore Conrado*, *maximo cum honore*, *benedixit - - - - Eadem autem Athelheidis in Quidelingeburch Abbatiſſa fuit*, *at brevi tempore vixit*, *&c.* Conf. Illuſtr. Dn. *de Leibnitz*, *in Introduct. in Collectionem Scriptorum Brunſuicenſium*, §. XXVII. *Bruſchius*, l. c., eandem ſorori *Sophiæ*, in dicta *Gandesheimenſi* Abbatia, ſucceſſiſſe, à *Diethmaro*, Hildeſienſi Epiſcopo, an. 1038 conſecratam, tradit. Judice Dn. *Leuckfeldo*, l. c., pag. 229, obiit an. 1044.

(4) *Jutta*, ſeu *Juditta*, Uxor *Bretislai*, Bohemorum Principis, Monaſterio Ratisbonenſi, ut *Hamerslebienſis* Monachus, l. c., docet, ſubducta. De quo raptu legas *Dubravii Hiſtoriam Bohemicam*, lib. 7, p. m. 49, & 50; nec non *Æneæ Sylvii Hiſtoriam Bohemicam*, cap. 18, p. m. 131.

(5) *Mathildis*, Ejuſdem filia, *Ezoni*, Comiti Palatino Rheni, nupſit; cujus vitam Monachus *Brunwillerenſis*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, *de Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 313, &c., deſcribit. Legitur quidem ibi, in Prologo, pag. 314: *Fundator Monaſterii S. Nicolai*, *in Brunwilre*, *erat Præclariſſimus Dominus Herenfridus*, *Comes Palatinus*, *qui poſt Ezo nominatus eſt*, *cum glorioſiſſima Conjuge*, *Mathilde*, *filia Potentiſſimi Magni Ottonis*, *nati de Saxonia*, *&c.* Per *Magnum Ottonem* vero *ſecundum* hujus nominis intelligendum eſſe, teſtantur verba cap. 1, pag. 315: *Ottonum temporibus Auguſtorum*, *quorum prædicta Mathildis*, *clariſſima ſcil. femina*, *primum habuit Avum*, *alterum Patrem*, *germanum alterum*, *&c.* Idem innuit Epitaphium Ejus, cap. 2, p. 318:

Otto Avus, *Otto Pater fuerant huic*, *Ottoque frater*,
Sub queis Roma potens ſubdidit omne nocens.
Hæc hujus tecti ſtructrix, *Dux femina facti*,
Mathildt nobilius ſuſcipit inde genus.
Arcitenens (Sagittarius, id eſt, November, die quarto)
ipſam, *quarto ſub lumine*, *fixam*,
Tranſtulit ad vitam, *lucis in arce ſitam*.
Cui quod debemus, *quia non implere valemus*,
Tu fer ſolamen, *Chriſte Redemptor*, *Amen*.

nec non *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 4, ap. Dn. *Leibnitium*, l. c., p. 360: *Cæſaris ejusdem* (Ottonis III) *ſoror*, *Mathild nomine*, *Hermanni*, *Comitis Palatini*, *filio*, *Ezoni*, *nupſit*, *& hoc multis diſplicuit*; *ſed quia id non valuit emendari legaliter*, *tulit hoc unicus frater illius patienter*, *dans ei quam plurima*, *ne vileſceret innata ſibi à Parentibus ſummis gloria*, *&c.* Quo ſimul loco probatur, *Ottoni* 2 unicum fuiſſe filium. Add. *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1037, pag. 68: *Hermannus*, *Mathildis*, *ſororis Tertii Ottonis*, *filius*, *Coloniæ ordinatur Archi-Epiſcopus*, *&c.*; Ill. Dn. *Leibnitius*, l. c., in *Introductione*, §. XXVII; Ampliſſ. Dn. *Tolnerus*, *Hiſtor. Palat.*, cap. 1, p. 3, & 4, & cap. 9, p. 232. Deceſſit ann. 1025, *Aicheza*, apud affinem *Hezilinum*, ſepulta *Brunwilleræ*; vid. *Monachus Brunwillerenſis*, l. c., cap. 2, pag. 318: *Inſtabat jam annus - - - - Domini 1025*, *cum Hezelinus Comes cognationis - - - illam Aicheze*, *ad ſuum accerſitam convivium*, *omni*, *qua poteſt*, *honorificat obſequio - - - - Expleto convivii gaudio*, *levi mox in primis corripitur febricula - - - ſeptimo tandem poſt eum diem - - - reliquit ſuos lugentes*, *& flentes - - - - ad Brunwilrenſe transfertur Oppidulum*, *&c.* Conf. de his *Papebrochius*, *Act. Sanct.*, 5 Maji, pag. 55; Dn. *Tolnerus*, l. c., cap. 9, pag. 244, 245, & 246. De *Ezone* evolvas, ſeq. Tit. XI, §. 1, lit. b, v. 7, Catalogum *Comitum Palatinorum Rheni*.

Recentiores alios addunt liberos, nimirum (1) *Hugonem*, Marchionem Saxoniæ, (2) *Aloyſiam*, conjugem *Almari*, Com. Ringelheimenſis, & Marchionis Montferratenſis, (3) *Giſelam*, *Henrico* D. Bavariæ nuptam, (4) *Vithildim*, *Theodorici III*, Com. Hollandiæ, Uxorem. Vid. *Bünting*, *Chron. Brunſuic.*, p. m. 102; *Lehman*, *Chron. Spir.*, lib. 5, cap. 16, pag. 405;

Matthia

Digitized by Google

Matthiæ, *Theatr. Hiſtor.*, p. m. 881; Dn. *Hübner*, *Tab. Geneal.* 26.

v. (4.) Quomodo, ſexto ætatis anno, coronam Regni Germaniæ fuerit adeptus, dictum præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 961, pag. 92, & 93.

An. 967, in feſto Nativitatis Salvatoris, à Papa, *Johanne XIII*, coronatur Co-Imperator, Vid. *Lambertus Schafnab.*, h. a: *Otto Imperator miſit Legatos ſuos ad Wilhelmum Archi-Epiſcopum*, (Moguntinum) *& alios Principes, ut Ottonem, filium ſuum, cum omni dignitate Regali, ad Italiam mitterent, quem Ipſe ſuſcipiens Romam perduxit, ut Papa Johannes poſteriorem Imperatorem faceret, quod & libenter fecit, &c.* Huncque annum confirmat Diploma, quo Auguſtus, an. 974, telonii & monetæ Jura *Werthinenſibus* dedit, apud Dn. *Schatenum*, lib. 4 *Annal. Paderbornenſ.*, h. a., p. 318; ibi: *Data 14 Cal. Septemb., Anno Incarnat. Domini DCCCC LXXIV, Indictione 2, Anno Regni Ottonis XIV, Imperii autem VII, Actum in Arviti, &c.* Ecce! annus 974 vocatur *Imperii Ottonis Septimus*; primus ergò fuit 967, ſic, l. c., ad an. 980, pag. 322, annus 980 ejuſdem Imperii audit *decimus tertius*, Conf. *Reginonis Continuator*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 175; *Monachus Herveldenſis*, h. a., ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 375; *Annales Hildeſhemenſes*, h. a., ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Reb. Brunſ.*, pag. 719; *Baronius*, T. X *Annal.*, h. a., pag. 779; *Meibomius*, in *Not.* ad lib. 3 *Witichindi*, pag. 701, Tom. 1 Rer. German.; Alii, *Sigebertus Gemblacenſis* vero; *Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, T. 1 *Bibliotheca* MS., p. 336; *Albericus*, *Monachus trium fontium*. part. 2, pag. 15; *Sigonius*, lib. 7 *Ital.*, p. m. 283, aliique inaugurationem hanc referunt in annum 968; quod itidem verum, ſi Natales Domini, quibus peracta, vel *Dietmaro* teſte, lib. 2 *Chronici*, ap. Dn. *de Leibnitz*, l. c., pag. 333, in fine, pro anni capite ſumas, ceu ſæpiſſimè olim factum. *Monachus Hamerslebienſis*, ap. eundem, pag. 708, & *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 139, & *Conradus Urſperg.*, p. m. 163, proferunt annum 964; *Mariano Scoto* & *Ottoni Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 24, pag. 130, placet annus 966. Diem probat ipſe *Otto I*, Imp., in litteris ad Saxoniæ Proceres, lib. 3 *Annalium Witichindi*, apud *Meibomium*, l. c., pag. 661: *Filius Noſter*, **in Nativitate Domini**, *Coronam, à B. Apoſtolico, in Imperii dignitatem, ſuſcepit.* Minimum, à coronatione laudata, ſemper *Co-Imperator* Patris vocatur, in Diplomatibus, ap. Dn. *Schatenum*, l. c., ad an. 968, pag. 311; *Pro ſtatu quoque & incolumitate Regni, vel Imperii Noſtri, filiique &* **Co-Imperatoris Noſtri**, *Ottonis, &c.*; & Dn. *Sagittarium*, in *Antiquit. Magdeb.*, pag. 88, 89, 92, 93, 94, 95, 96, 97, & 98, &c.

An. 973 ſuccedit Parenti in Imperio. Vid. præced. ced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 93.

An. 974 patruelem, *Henricum*, *Bajoariæ* Ducem, ſibi rebellem experitur, brevi poſt in ordinem redactum, Ducatu in *Ottonem* translato. Vid. *Lambertus Schafnab.*, ad an. 974, & 976; *Hermannus Contractus*, ad ann. 976, & 977, pag. 316; *Chronogr. Saxo*, ad ann. 974, 976, 977, & 978; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad ann. 974, & 976; *Annales Hildeshemenſ.*, ap. Dn. de *Leibnitz*, p. 719, ad ann. 974, 976, 977, & 978.

An. 977 conſtituit *Carolum*, *Lotharii*, Regis Galliæ, Germanum, Ducem *Lotharingiæ*. Vid. *Sigebertus*, h. a.; *Continuator Frodoardi*, h. a., ap. *Pithœum*, pag. 207, & 208; *Chronographus Saxo*, h. a. De bello, inde exorto, inter Imperatorem & Regem Galliæ, vid. ſeq. Tit. XVI, *Catal. Ducum Lotharingiæ*, in vita *Caroli* Ducis.

An. 980 pacem pangit cum *Lothario*, R. Galliæ, ſuper *Carum* fl. *Lotharingiam* abjurante. Vid. infr. l. c.

An. 981 *Otto Imperator Apuliam & Calabriam, Italiæ Provincias, ad Jus Regni Græcorum appendentes, transferre ad Imperium Romanum conatur, maximè propter affinitatem, quam, per uxorem ſuam,* Theophaniam, *cum Imperatore Græcorum habebat, &c.* Sunt verba *Sigeberti*, ad h. a. Conf. *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 191; *Albericus*, h. a., pag. 24; *Sigonius*, lib. 7 *Ital.*, h. a., pag. 295; *Antoninus Florentinus*, Part. 12 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 3, §. 3, pag. 193.

An. 982 *Græci infenſi, quod Imperator, Otto, Provincias Græcorum invaderet, conducto ſibi Sarracenorum auxilio, Imperatori in Calabria bello congrediuntur, in quo bello omnes Romanorum copiæ, usque ad internecionem penè, deletæ ſunt. Imperator natando nitens evaderet, à nautis, ignorantibus eum, capitur, & à quodam eorum, qui negotiator Sclavorum erat, agnitus, nec proditus, per illum re delata ad Imperatricem, & Deodericum, Metenſium Epiſcopum, qui in Civitate Rhoſan rei eventum præſtolabantur, difficulter, per Sclavum & Epiſcopum, liberatur; nautis quippe ad pecunias, pro eo redimendo allatas, inhiantibus, Imperator, aſcenſo equo, vix evaſit, &c.* Hæc *Sigebertus*, h. a. Quæ apud *Ditmarum*, lib. 3, p. m. 32, & 33, & ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 346, fuſius deſcribuntur; Conf. *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 316; *Lambertus Schafnaburg.* h. a.; *Marianus Scotus*, ad an. 983; *Otto Friſingenſ.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 25, pag. 131; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chronic.*, pag. 480; Auctor *Vitæ Udalrici*, Auguſtani, cap. 28, ap. *Surium*, 4 Julii, ad an. 983, pag. 93; Liber *de Miraculis B. Adelheidis*, Imper., §. 2, ap. *Surium*, 16 Dec., p. m. 282; *Monachus Hamerslebienſis*, ap. *Maderum*, *Antiq. Brunſuic.*, pag. 140, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 708, & 709; Auctor Vitæ *Godehardi*, Epiſcopi *Hildeshemenſis*, cap. 1, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 485; Auctor vitæ *Meinwerci*, Epiſcopi *Paderbornenſ.*, cap. 5, apud *Surium*,

Surium, 5 Junii, pag. 85, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 519, diem prælii infelicis 3 Idus Julii fuiſſe docens; *Monachus Herveldenſis*, h. a., ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 375; *Hepidannus*, ap. *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alamann.*, licet malè ad an. 988; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Sclav.*, cap. 13, §. 3, pag. 40; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 192, & 193; *Annales Hildesheimenſes*, h. a., ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 719; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, h. a., pag. 24, & 25; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 109; *Conradus Urſpergenſ.*, h. a., pag. 163; *Siffridus Presbyter*, lib. 1 Epitomes, ad ann. 978, ap. *Piſtorium*, pag. 688; *Antoninus*, l. c.; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 49, p. m. 251, &c.; *Sigonius*, lib. 7, de *Regno Italiæ*, an. 982, pag. 296; Recentiores reliqui. *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chron. Caſſin.*, cap. 9, p. 221, non ſatis accurate rejicit dictum prælium inannum 983. Quali convivio, Romæ redux, perfidos Romanos exceperit, dictum ab initio vitæ hujus Principis.

An. eod. *Heinricus Minor*, *de exilio reductus*, *Dux Bawariorum eſt conſtitutus*, &c. Ita *Chronographus Saxo*, h. a., p. 196; Add. *Ditmarus*, lib. 3, p. m. 34, & *Annales Hildesheimenſ.*, h. a., ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 719.

De Expeditione Principis hujus in *Daniam* evolvas *Ditmarum*, lib. 3, p. m. 28.

v. (5.) Obiit tandem Princeps noſter, (cujus virtutes & vitia Auctor *Chronici Magdeburgici*, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 276; Auctor vitæ *S. Alberti*, Pragenſis Archi-Epiſcopi, cap. 6, apud *Surium*, 23 April., p. 290; & Dn. *Schurtzfleiſch*, *in Auctario Hiſtoriæ Auguſtæ ſequioris*, p. m. 19, in compendio ſiſtunt,) anno 983, 7 Decemb., teſte *Ditmaro Merſeburgico*, lib. 3, in fine, p. m. 347: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXIII ... Romam veniret ... 7 Idus Decembris ex hac luce ſubtractus eſt, terræq; commendatus, ubi introitus orientalis Paradiſi domus S. Petri cunctis patet fidelibus*, &c. Idem docet Auctor Vitæ B. *Meinwerci Paderbornenſis*, apud *Surium*, 5 Junii, cap. 5, pag. 85, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 519; Auctor *Chronici Magdeburgici*, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 282; & *Baronius*, Tom. X *Annal.*, ad h. a., §. XIV, p. m. 836; *Hermannus Contractus* vero, ad h. a., pag. 316, *Marianus Scotus*, h. a., *Monachus Hamerslebienſis*, h. a., apud *Maderum*, l. c., pag. 140, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 709, *Conradus Urſpergenſis*, p. 163, *Alberius Stadenſis*, h. a., pag. 109, & alii ponunt 6 Idus Decemb. In *Annalibus Hildesheimenſibus* contra, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 719, ut & lib. 7 *Sigonii*, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 296, occurrit 8 Id. Decemb. De nudo anno teſtantur *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chron. Caſſin.*, cap. 9 p. m. 221; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Sigebertus Gemblacenſis*; *Chronographus Saxo*, pag. 196; *Chronicon Leodienſe*, ap. *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.* MS., p. 337, & *Rothomagenſe*, ibid., pag. 366, & *Malleacenſe*, ibid., T. 2, pag. 204; Vita S. *Godehardi Hildeſienſ.*, cap. 1, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 485, ubi notandum, apud *Surium*, 4 Maji, pag. 57, vitioſè legi an. 988; *Monachus Herveldenſis*, apud *Schardium*, l. c., pag. 375; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, pag. 25; multique alii. Solus *Otto Friſingenſis*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 25, p. m. 131, &, poſt eum, Auctor *Chronici Sclavici*, cap. 10, apud *Lindenbrogium*, p. m. 192; *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 3, §. 4, pag. 193; & *Cranzius*, lib. 4 *Saxon.*, cap. 20, p. m. 91, proferunt, hoc titulo, annum 984. Juxta *Hepidanni* calculum mortuus demum eſt an. 989, errore manifeſto.

(14) OTTO III.

v. (1.) Annum nativitatis hujus Principis, *Ottonis* 2, & *Theophaniæ* filii, perhibent, fuiſſe 972, vel 973, *Henningeſius*, *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, p. m. 885; *Schatenus*, lib. 4 *Annal. Paderb.*, ad an. 984, pag. 328; *Morery*, *Grand Dictionaire*, voc: *Othon III*, pag. m. 79; aliique, puerum 12 annorum Eum conſtituentes, cum inauguraretur. *Sigonius* contra, lib. 7, de *Regno Italiæ*, ad an. 984, pag. 297, *Theodoricus Engelhuſius*, *de Imperatoribus*, *ex Celſiſſima Ducum Brunſuicenſium domo oriundis*, ap. *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 37, aliique affirmant, Eum, annos natum 18, Regem Germaniæ declaratum; ergò lucem aſpexit ann. 965, vel 966; ſed utrumque aſſertum reluctatur *Ditmaro Reſtituto*, in fine libri 3, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Sript. Rer. Brunſuic.*, pag. 347, ubi *Rex tenellus audit: Hujus* (Ottonis 2) *inclyta proles, nata ſibi in ſylva, quæ Ketil vocatur, in die proximi Natalis Domini, ab Johanne, Archi-Epiſcopo Ravennate, & à Willigiſo Magociacenſe, in Regem conſecratur Aquisgrani .... ſolvitur à Trajectenſi cuſtodia Dux Henricus, & ab Eo Rex tenellus, ad nutriendum, ſive ad degradandum, à Warino, Colonienſi Archi-Epiſcopo, cujus firmæ fidei, ab Imperatore prædicto, is commiſſus fuit, aſſumitur*, &c. Sequenti libro IV, pag. 353, clarius, de ejus ætate, legitur: *In Aſcenſione Chriſti, quæ tunc erat 12 Kal. Junii, anno ætatis ſuæ XV, Regni XIII, Indictione octava, ab eodem*, (Brunone, P. R.) *unctionem Imperialem percepit, & Advocatus Eccleſiæ S. Petri efficitur*, &c. Jam conſtat, Eum anno 996 Imperialem coronam ſuſcepiſſe, ceu ſeq. v. 4 dicam: conſequenter, circa annum 981, demùm vitalem auram haurire cœpit; propterea nec vitio vertendum *Gobelino Perſonæ*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 50, p. m. 252, ſcribenti: *Otto III, Puerulus duorum annorum, poſt mortem matris, anno Domini 984, ipſo die Nativitatis Domini, ab Archi-Epiſcopis Ravennatenſi & Moguntino, Aquisgrani, in Regem conſecratur*; nam & Auctoribus, coævis ferè, non niſi: *Puer*; *admodum puer*; *Infans*; *Imperatoris filiolus*; *admodum parvulus*, &c. vocatur; teſtes ſunt

Helmoldus, lib. 1 *Chron. Sclavor.*, cap. 13, §. 4, p. m. 40, ubi: *Tertius Otto, cum adhuc eſſet Puer, in Regnum ſubſtitutus*, &c.; *Hermannus Contract.*, ad an. 983, p. m. 316: *Otho III*, *Othonis II filius*, *admodum*

dum

dum Puer, *annos* 18, & in Novo Codice, ad an. 984, l. c: *Otto III, ſecundi Ottonis, ex Græca Conjuge, filius, adhuc Puer, pro Patre regnat, &c.* ſic & *Marianus Scotus*, ad an. 983: *Otto III, filius ſecundi Ottonis, admodum Puer, regnavit annis 18, & menſibus aliquot, &c.*; & *Otto Friſingenſ.*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 26, p. m. 131: *Anno, ab Incarnatione Domini* 984, *Otto III Patri in Regnum ſuccedens, admodum Puer, 86 ab Auguſto, Imperium eſt adeptus, &c.* Idem docent *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chronic.*, pag. 481; *Monachus Hamerslebienſis, de Imperatorum præclarè geſtis*, ap. *Maderum, Antiquit. Brunſuic.*, pag. 140, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 709; quamvis, typographi vitio, annus 994, loco 984, in utroque exemplari reperiatur; *Sigebertus Gemblac.*, an. 983; *Chronographus Saxo*, an. eod., pag. 197, ad an. 984, l. c. addens: *Filiolus Imperatoris, per unctionem Johannis, Ravennatis Archi-Epiſcopi, Aquisgrani, in die Natalis Domini, unctus eſt in Regem, ſed poſtea, comperta morte Imperatoris, Heinricus Dux*, (Bavariæ) *de exilio reverſus, cum ſibi ſaventibus, Agrippinam Civitatem intravit, ſimulans ſe primo, ob jus propinquitatis, partibus Regis Infantis fideliſſimè patrocinaturum; dein, accreſcentis avaritiæ ſtimulis agitatus, quorundam etiam præſumptione male illectus, Regnum tyrannicè invaſit, &c.*; Auctor *vitæ Meinwerci, Paderbornenſis* Epiſcopi, cap. 5, ap. *Surium*, 5 Junii, p. 85, & Ill. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 519: *Rex autem Puer, in proximo Natali Domini, ipſa ſancta die, unctione Joannis, Ravennatis Archi-Epiſcopi, Aquisgrani Rex conſecratus, &c.*; Auctor vitæ *Godehardi, Hildeshemenſis* Epiſcopi, cap. 4, apud *Surium*, 4 Maji, p. m. 57, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 485: *In proximo autem Natalis Domini die Otto III, Puer, coronam Regni, à prænominato Metropolitano*, (Willegiſo Moguntino) *honorificè percepit, &c.*; *Chronicon Laurishamenſe*, ap. *Freberum*, T. 1 *Rer. German.*, p. 71: *Hujus* (Ottonis 2) *filio, Patris æquivoco, admodum parvulo, &c.* Vid. præced. §. 1, lit. d, p. 402; *Albertus Stadenſis*, ad an. 984; *Albericus*, ad an. 983, pag. 25; *Annales Hildesheimenſes*, an. 984, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 719; De recentioribus ne dicam. Bonorum animi intuitu *Mirabilia mundi* dictus eſt. *Puer ipſe, litteris divinis & humanis adprime inſtructus, ad tantæ virtutis inſigne emicuit, ut Mirabilia Mundi appellaretur, &c.* Hæc *Chronicon Laurishamenſe*, l. c. conf. *Otto Friſing.*, l. c.; *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c.; *Siffridus*, Presbyter *Miſnenſis*, ad an. 988, ap. *Piſtorium*, pag. 689; *Engelhuſius*, l. c.; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronogr.*, p. m. 740, &c.

v. (2.) Uxor Ei datur (Notandum, nullibi *Contectalis* ejus mentionem fieri; ſed conſtare ſaltem, quod *Helenam*, Græcorum Imperatoris filiam, ducere voluit, ab *Ulodomiro*, Ruſſorum Rege, Ei ſurreptam, *Ditmaro* teſte, lib. VII *Chron.*, p. m. 103, & 104; hinc nonnullis ἄγαμος fertur; Vid. illuſtr. Dn. de *Leibnitz*, Introduct. in Tom. 3 *Scriptor. Brunſuicenſ.*, §. XXXV, pag. 27, & compilatores bibliothecæ novæ Hallenſis, ann. 1713, Tom. XXIII, p. 223.) *Maria*, Arragoniæ & Navarræ Regis, *Sanctii* 2, filia, *Ordoniique*, Legionis Regis, vidua. Vid. *Theodoricus Engelhuſius*, l. c., p. 37; *Bünting, Chron. Brunſ.*, pag. 107; *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, pag. 886; *Bæclerus, Hiſtor. Sec. IX, & X*, pag. 365; Alii. Singulare quid de ea recenſet *Gotfridus Viterbienſis*, l. c., p. 481, &c., &, ex eo, *Siffridus*, Presbyter *Miſnenſis*, l. c.; *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 3, §. 2, pag. 193; *Engelhuſius*, l. c.; *Sigonius*, lib. 7, de *Regno Italiæ*, ad an. 996, p. m. 300, &c.; *Benevenuto de Rambaldis*, in *Libro Auguſtali*, ap. *Freherum*, T. 2 *Rer. German.*, p. 11, &c.; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 50, pag. 253; *Albertus Cranzius*, lib. 4 *Saxoniæ*, cap. 26, pag. 94; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spirenſ.*, cap. 14, pag. 399, &c., ſcilicet, *Mutinæ* commorante Imperatore, Auguſtam in ſui amorem Comitem quendam, formæ elegantioris, pellicere conatam, datâ ſibi repulſâ, caſtum & innocentem, oblati ſtupri, apud maritum, accuſaſſe, & obtinuiſſe, ut inauditus capite plecteretur, à Comitiſſa vidua, (cui maritus antea rem totam crediderat, innocentiæ teſtimonium redditturæ, ſi aliquid mali propterea ſibi ſubeundem foret,) diligenter recondito; Cæſare vero, non multo poſt, in Roncaliis, Comitia celebrante, viduarumque querelis præbente aures, ſummo ejulatu dictam viduam acceſſiſſe, ab Eoque, pro tribunali ſedente, pœnam in occiſores ſtatuendam efflagitaſſe; latâque ſententiâ, tale crimen non niſi anctoris ſanguine expiandum, projecto mariti capite, exclamaſſe; *Tibimet ipſi, ô Cæſar, fers ſententiam, denegata juſtitia, inauditum ad ultimum ſupplicium rapiendo*; additis geſtæ rei circumſtantiis, tactoque, in veritatis teſtimonium, candente ferro; agnito errore, Cæſarem flammis conjugem perfidam tradi juſſiſſe, ſemetque ipſum damnaſſe capitis, Vadimonium duntaxat 10 dierum, mox octo, iisque finitis, ſeptem, tandemque ſex petentem; quibus prætérlapſis, intervenientibus Regni Proceribus, mitigatam Comitiſſam rigori ſententiæ renunciaſſe, quatuor Oppidis Epiſcopatus *Lunæ*, in Hetruria, in rei memoriam, *decem, octo, ſeptem, & ſex* nominatis, aliisque opibus, in compenſationem, auctam. Tacent autem ſcriptores coævi, de re tam memorabili; quare & *Bæclero*, in *Hiſtoria Secul. IX, & X*, pag. 366, narrata fabulis propiora videntur.

v. (3.) Prole eum caruiſſe, nulla eget probatione, conclamantibus Hiſtoricis omnibus. Vid. ſeq. v. 5.

v. (4.) Notatu dignum, quandoque & *Magni* cognomen Ei tribui. Teſtem habeo diploma, quo, an. 996, 2 Non. Jul., ſorori, *Sophiæ*, Gandesheimenſi

 Abba-

Abbatiſſæ, *Eſchwegam* dono dedit, apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquitat. Gandesheim.*, cap. 14, §. 8, p. 113, ſubſcriptione ejus ſic ſe habente: *Signum Domini Ottonis Magni*, *&*, *Deo diſponente*, *Invictiſſimi Regis*, *&c.* Quomodo Rex Germaniæ fuerit electus, dixi ad præced. Tit. 2, §. 10, lit. D, ad an. 983, p. 94.

An. 984 Aquisgrani inauguratus eſt. Vid. *Lambertus Schafnaburg.*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a.; *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 375, & alii, quorum, præced. v. 1, memini.

An. eod. Patruelem, *Heinricum*, *Bojorum* Ducem, infenſiſſimum expertus eſt hoſtem, Regnique corrivalem. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, an. 983, p. 94.

An. 985 rem habuit cum *Lothario*, Rege Galliæ, *Lotharingiam* iterum invadente. Vid. ſeq. Tit. 16, §. 11, *Catal. Ducum Lotharingiæ*, in vita *Caroli*.

An. 986 *Otto Rex*, *adhuc puerulus*, *cum magno exercitu Saxonum venit in Sclaviam*, *ibique venit ad eum Miſaco*, *cum multitudine nimia*, *obtulitque ei unum camelum*, *&* *alia xenia multa*, *&* *ſeipſum etiam ſubdidit poteſtati illius.* Hæc *Annales Hildesheimenſes*, h. a., apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, p. 720, *Chronogr. Saxo*, h. a., pag. 199.

An. 987 *iterum Saxones Sclaviam vaſtant*, *unde illi compulſi*, *Regis ditioni ſe ſubdunt*, *&* *caſtella juxta Albiam reſtaurantur*, *&c.* Iidem *Annales Hildesheimenſes*, l. c., ad h. a., p. 720, *Chronographus Saxo*, h. a., p. 199.

An. 989 *Theophanu Imperatrix*, *Mater Regis*, *Romam perrexit*, *ibique Natalem Domini celebravit*, *&* *omnem Regionem Regi ſubdidit*, *&c.* Iidem *Annales Hildesheimenſes*, h. a., p. 720.

An. 991 *Otto Rex*, *cum magno exercitu Saxonum*, *ac ſupplemento Miſacon*, (Principis Sclavorum Polonorum) *Brannanburg obſedit*, *&* *vicit*, *&c.* Ita *Annales Hildesheimenſes*, ad h. a., pag. 720; additur autem, *Kizonem* quendam, Saxonem, eandem urbem, Liutizorum auxilio, eodem adhuc anno, Imperio Regis ſubduxiſſe.

An. 992 denuo *Brandenburgo* imminet, Sclaviſque pacem reddit; ibid., ad h. a.

An. 993 *Kizo*, *qui antea rebellis extiterat*, *&* *refuga*, *fidem*, *Sclavis jam pridem promiſſam*, *evacuans*, *ſe ipſum*, *cum ſuis*, *&* *cum prædicta Urbe Brannanburg*, *Regis ditioni ſubdidit*, *&c.* Vid. citati *Annales Hildesheimenſ.*, l. c., ad hunc annum.

An. 995 *Rex Abotritos vaſtavit*, *Urbes* *&* *Oppida disjecit*, *occurritque in auxilium Bolizlau*, *filius Miſaco*, *cum magno exercitu*, *nec non Boëmanni*, *cum filio alterius Bolizlau*, *venerunt*; *recepitque ſe Rex in Saxoniam*, *cum exercitu incolumi*, *&c.* Iidem *Annales*, l. c., ad h. a., *Chronograph. Saxo*, h. a., p. 203.

An. 996 Romæ *Gregorium V* Pontificem conſtituit, & ab eo coronatur Imperator; *Glaber Rodulphus*, Cluniacenſis Monachus, lib. 2, cap. 4, ait: *Contigit initio Imperii Ottonis*, *ut Sedes Apoſtolica Urbis Romæ proprio viduaretur Pontifice*, (Johanne XV) *Ipſe vero illico Imperiali uſus præcepto*, *quendam ſuum Conſanguineum*, *cujusdam Ducis filium*, *delegit*, *atque*, *ex more*, *in Sede Apoſtolica ſublimari mandavit.* *Quod utique dum ſine mora peractum eſſet*, *prægrandis calamitatis occaſio extitit.* *Erat enim quidam Creſcentius*, *Romanorum Civis præpotens*, *qui*, *ut illorum mos eſt*, *quantum oneroſior pecunia*, *tantum pronius ſervit avaritiæ.* *Hic autem non plane parti favebat Ottonis*: *nam ipſum Pontificem*, *quem*, *ut diximus*, *ordinari Otto juſſerat*, *idem Creſcentius deſtitutum honore*, *à Sede expulit*, *alterumque procaciter in ejus locum ſubrogavit*; (Johannem, Placentinum, quem XVI hujus nominis vocabat) *ſed mox*, *ut Otto hoc factum comperit*, *ira accenſus*, *cum permaximo exercitu*, *Romam properavit.* *Quod cum cognoviſſet Creſcentius*, *illum ſcilicet appropinquare urbi*, *conſcendens*, *cum ſuis*, *turrim*, *quæ eſt extra Civitatem*, *trans Tiberim*, *ob altitudinem ſui*, *Inter Cœlos vocatam*, *vallavit*, *eam defenſurus pro vita.* *Tandem cum perveniſſet Imperator ad Urbem*, *primitus juſſit comprehendere illum*, *male ſecurum*, *Pontificem*, *videlicet Creſcentii arrogantia conſtitutum*, *comprehenſumque præcepit ejus manus*, *quaſi ſacrilegas*, *amputari*, *deinde aures abſcindi*, *atque oculos evelli*, *&c.* de *Creſcentio* pergit: *Capto namque ipſo*, *ac graviter vulnerato*, *ceteris*, *qui cum eo inventi ſunt*, *trucidatis*, *miſerunt ad Imperatorem*, *quid de eo præciperet? qui ait*: *per ſuperiora propugnacula illum dejicite*; *ne dicant Romani*, *ſuum Principem vos furatos fuiſſe.* *Quem*, *ut juſſum fuerat*, *projicientes*, *deinde poſt terga boum religatum*, *per paludes marium plurium devolventes*, *ad ultimum*, *in conſpectu Civitatis*, *in trabe excelſa pendere dimiſerunt*, *&c.* Conf. *Ditmarus reſtitutus*, Ill. Dn. *Leibnitii*, lib. 4, p. m. 353: *Rex Natale Domini in Colonia fuit*, *&*, *pacificatis omnibus in his Regionibus*, *ad Italiam*, *diu deſideratus*, *perrexit*, *&* *in urbe Papia Paſchale peregit feſtum.* *Dehinc Romam veniens glorioſe Nepotem ſuum*, *Brunonem*, *Ottonis filium Ducis*, *in loco Johannis Papæ*, *nuper defuncti*, *cum omnium laude præſentium*, *conſtituit.* *In Aſcenſione Chriſti*, *quæ tunc erat 12 Kal. Junii*, *anno ætatis ſuæ XV*, *Regni XIII*, *Indictione VIII*, *ab eodem unctionem Imperialem percepit*, *&* *Advocatus Eccleſiæ S. Petri efficitur*, *&c.* Schiſma, à *Creſcentio* excitatum, deſcribit, l. c., pag. 354. Ad conſignanda tempora facit locus *Vitæ Meinwerci*, *Paderbornenſis* Epiſcopi, cap. 10, apud *Surium*, 5 Junii, pag. 86, & Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſuic.*, pag. 520: *Ante Quinquennium*, *Dominicæ Incarnationis videlicet annum Nongenteſimum nonageſimum ſextum*, *Rex*, *ad mitigandam ſævitiam*

Creſ-

Digitized by Google

Creſcentii, Romam venit, &, tumultu oborto decenter ſedato, Johanne (in Codice Leibnitiano extat: *Brunone,*) *Papa defuncto, Brunonem, cognominatum Gregorium, Ottonis Ducis filium, in ſedem Ejus locavit, & ab Eo Imperialem unctionem accepit. Imperatore autem Romam egreſſo, proximo anno,* (ergò 997) *conſiliante Creſcentio, Joannes, Placentinus Epiſcopus, contra velle Imperatoris, ſedem Apoſtolicam invaſit. Unde iterum Imperator Romam veniens, proximo anno,* (ſcil. 998) *prædictum Joannem, invaſorem, cæcatum, & naſu truncatum, depoſuit, & Creſcentium, cum duodecim ſuis, decollatum, ante Urbem ſuſpendi juſſit. Bruno autem, qui & Gregorius, ab eo reſtituitur, ſed, poſt diſceſſum ejus, à Romanis expulſus, ac deinde veneno peremptus, &c.* Clarè oſtendunt hæc, *Ottonem*, vivente adhuc *Johanne XV*, ad deprimendam duntaxat *Creſcentii* tyrannidem, veniſſe Romam, eoque ibi commorante, *Johannem* Papam demum obiiſſe, ſurrogato in ejus locum *Brunone*, à quo Rex Imperator coronatus, ceu rectè cenſet *Baronius*, Tom. X *Annal.*, ad an. 996, p. m. 886, & 887; Add. Vita *S. Adalberti*, Pragenſis Epiſcopi, cap. 20, apud *Surium*, 23 April., p. m. 293; *Rupertus Tuitienſis*, in Vita *S. Herberti Colonienſis*, cap. 5, apud *Surium*, 16 Mart., pag. 186; *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chron. Caſſin.*, cap. 18, p. m. 229, & 230; *Lambertus Schafnab.*, ad an. 996, 997, & 998; *Hermannus Contractus*, ad an. 996, & 997, p. m. 317; *Chronographus Saxo*, ad an. 996, 997, & 998, p. 205, &c.; *Sigebertus Gemblac.*, perperam tamen inaugurationem *Ottonis* in annum 993, & ſupplicium *Creſcentii* in an. 1001 referens; Monachus *Herveldenſis*, ad an. 996, & 998, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 376: *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 993, 999, & 1001, *Sigeberti* ſententiam ſecutus; *Siffridus*, Presbyter *Miſnenſis*, lib. 1 *Epitomes*, apud *Piſtorium*, pag. 689; *Chronicon S. Maxentii*, vulgo *Malleacenſe*, apud *Labbeum*, T. 2 *Biblioth.*, pag. 205; *Theodericus à Niem*, *De Privilegiis & Juribus Imperii*, apud Schardium, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 271; *Martinus Polonus*, in Chron., p. m. 367; *Rolewinckius, Faſcic. Tempor.*, ætat. 6, p. m. 70; *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, T. XVI, cap. 3, §. 4, p. 293; *Sigonius*, Lib. 7, de *Regno Italiæ*, ad an. 995, 996, &c., pag. 299, & ſeqq. Variæ hæ ſententiæ dubiam reddunt Inaugurationis Cæſareæ epocham; *Sigeberto & Alberico* annum 993, *Hermanno Contracto* contrà, & Auctore *Fragmenti Hiſtorici*, *M. Alberti Argentinenſis Chronico* præfixi, apud *Urſtiſium*, T. 2, pag. 83, annum 997, hoc titulo, proferentibus. Craſſiori errore ſcribit *Leboldus de Northof*, in *Chronico Comitum de Marca*, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 382: *Incipiendo ab Ottone III Imperatore, qui regnare incepit anno Domini Milleſimo, &c.* Verior aſſertio laudati Auctoris *Vitæ Meinwerci*, l. c., pro anno 996; hunc enim roborant Diplomata, apud Dn. *Schatenum*, lib 4 *Annal. Paderbornenſ.*, ad an. 997, pag. 345; ibi: *Datum 15 Cal. Junii, anno Dominicæ Incarnationis 997, Indict. X, anno autem Tertii Ottonis regnantis XIV, Imperii vero primo, &c.*; quæ p. 346 repetuntur; nec non p. 356, ad an. 1001, ubi: *Data Calend. Jan., Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo primo, Indict. XIV, anno Tertii Ottonis regnantis XVIII, Imperii Sexto, &c.* In alio diplomate, ejuſdem anni, pag. 357, legitur: *Data X Kal. Februarii, Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo primo, Indictione XIV, anno Tertii Ottonis regnantis XVI, Imperii quinto, &c.*

An. 999, defuncto *Gregorio V*, novum Pontificem conſtituit *Gerbertum* Ravennatenſem, poſthac *Sylveſtrum* dictum, cujus informatione quondam uſus fertur. Ita enim *Helgaldus*, *Floriacenſis* Monachus, in vita *Roberti*, Francorum Regis, cujus Præceptor fuit *Gerbertus*; apud *Baronium*, Tom. X *Annal.*, ad an. 999, §. 8, p. m. 916: *Is quippe Gerbertus, pro maximo ſuæ ſapientiæ merito, quæ toto radiabat in mundo, donativo Regis Hugonis munere, Pontificium adeptus Rhemenſe, non multis annis illud ordinavit ſplendidè in his, quæ forent neceſſaria Eccleſiæ Sanctæ. Eo namque derelicto, Ravennatium factus eſt Rector ab Ottone III, de quo ad Apoſtolatum Petri, Apoſtoli Sanctiſſimi, feſtinus conſcendens, multa in eum virtutum operatus eſt inſignia, & præcipue in eleemoſyna ſancta, quam fortiter tenuit, dum fideliter vixit. Inter cætera, de ſe, lætus & hilaris, ita in R, littera, luſit:*

Scandit ab R Gerbertus in R, poſt Papa viget R.

Intellige *Rhemos, Ravennam, & Romam.* Annum deſignat vetuſtiſſimum *Remenſe Chronicon*, hoc ipſo anno finitum, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth.*, p. 362: *DCCCCXCIX hic levatus eſt Dominus Gerbertus in Apoſtolatum.* In alio *Chronico Remenſi*, in annum usque 1190 producto, ibid., pag. 360, ad dictum annum 999, legitur: *Levatus eſt Domnus Gerbertus Archi-Epiſcopus in Apoſtolatum, &c.* Conf. *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 6, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 399; *Hermannus Contractus*, ad ann. 1000, p. m. 318; *Ademarus*, apud *Labbeum*, T. 2 *Biblioth.*, pag. 169; *Chronicon Malleacenſe*, ibid., pag. 205; *Theodoricus de Niem*, l. c., pag. 271; Auctor *Fragmenti Hiſtoriæ Aquitanicæ*, apud *Pithœum*, p. 524; Aliique multi.

Idem, cum Romanis, Legem tulit, vi cujus ſoli Germaniæ Principes jure eligendi Romanorum Regis fruantur. Vid. Præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 63; ad præced. §. 3 lit. a, pag. 409.

Idem Archi-Epiſcopatum *Gneſnenſem*, in Polonia, fundavit. Vid. *Ditmarus*, lib. IV, p. m. 43; *Baronius*, Tom. X *Annal.*, ad an. 999, §. 13, p. m. 917; *Conringius*, *de Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 18, §. 4, pag. 198, & 199; *Bœclerus*, *Hiſtor. Seculi IX, & X*, p. m. 376.

Idem *Stephanum* Hungariæ Regem declaraſſe ſcribitur. Vid. præced. §. 8, lit. a, pag. 424.

Idem *Boleslaum* clientelarem creat *Polonorum* Regem. Vid. præced. §. 8, lit. b, pag. 427.

Idem *Gaudentium, fratrem B. Adalberti, in Principali Urbe Sclavorum, Praga, ordinari fecit Archi-Epiſcopum, licentia Romani Pontificis, cauſa petitionis Bolizlavonis, Boëmiorum Ducis, &c.* Hæc *Annal. Hildesheim.* Dn. de *Leibnitz*, l. c., ad an. 1000, p. 721. Conf. *Lambertus Schafnaburg.*, h. a.

Idem Oſſa *Caroli Magni* detegiſſe fertur; vid. ſupra, in Vita *Caroli Magni*, v. 9, pag. 445.

v. (5.) Sepulchra Patrum ingreſſus eſt, anno 1002, menſe Januario, in Caſtro, *Paterno*, Romaniæ, defunctus; quamvis, ut mox dicenda docebunt, annus, dies, morbi genus, locusque ſepulturæ contentionibus ſubjiciantur. Annum 1002 propugnant coævus Auctor Vitæ *S. Meinwerci Paderbornenſis*, cap. 10, apud *Surium*, 5 Junii, pag. 86, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 520, & 521: *Rex ergo, cum iſto Sylveſtro Papa, Natali Domini Tudertinæ celebrato, cum confuſionem, tam in B. Petri Eccleſia, quam in Republica factam, decenter compoſuiſſet, incidit in inſidias mulieris malæ, ejus videlicet, cujus virum, Creſcentium, ſibi rebellantem, captum, juſſerat capitalem ſubire ſententiam: quam formæ elegantiſſimæ, nimis inſipienter, thoro ſuo socians, ab ea non præcavens, quamvis à Sancto viro, Heriberto,* (Colonienſi) *ſæpius eſſet admonitus, veneno, intra cubiculum dormiens, infectus eſt. Et, ſequenti die, B. Heriberto peſtem, quam perceperat, confeſſus, cum ſe mori ſenſiſſet, ut corpus ſuum Aquisgrani ſepeliendum transferret, petiit, & ſic Paternum ingreſſus, cum generali omnium dolore, nono Kalend. Februarii, obiit, &c.*; *Adelboldus Trajectenſis*, in *vita Henrici S. Imperatoris*, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, p. m. 431, & 432, & Dn. de *Leibnitz*, loc. cit., pag. 431, cap. 1: *Milleſimo ſecundo anno, ab Incarnatione Domini, Indictione XII, Otto III, Imperator Auguſtus, Paternæ, quod eſt caſtellum Romaniæ, moritur. Vir dum juxta corporis ſpecioſitate floridus, morum probitate modeſtus, ætate quidem juvenis, ſed ingenua capacitate ſenilis, benignitate mirabilis - - - - Deum amabat, amando timebat, omnibus placebat, nemini diſplicebat, niſi forte infidelibus, &c.*; *Tangmarus* Presbyter, in Vita S. *Bernwardi* Hildesheimenſis, cap. 31, apud *Surium*, 20 Novemb., p. m. 453, & Ill. Dn. *Leibnisium*, l. c. cap. 33 pag. 457, ad annum 1002: *Jam vero imminebat miſerabilis dies, obitus videlicet mitiſſimi Imperatoris. Confeſſus namque - - - - - communitus Sacramento corporis & ſanguinis Domini, inter verba puræ confeſſionis, decimo Calendas Februarii, mitiſſimus ac humillimus Imperator, cum ingenti dolore omnium bonorum, ſpiritum efflavit, &c.*; *Lambertus Schafnaburg.*, h. a.; *Marianus Scotus*, h. a.; *Hermannus Contractus*, Cod. Nov., ad h. a., pag. 318; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Chronicon Leodienſe*, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, pag. 337; & *Rothomagenſe*, h. a., ibid., p. 366; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 213; *Annales Hildesheimenſes*, ap. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 721; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., pag. 26; *Siffridus*, Presbyter Misnenſis, ap. *Piſtorium*, pag 689; *Sigonius*, lib. VII, de *Regno Ital.*, ad h. a., pag. 304; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, *Generat.* 34, ad h. a., pag. 749; *Baronius*, Tom. XI Annal., h. a., §. 1, pag. 7, &c. Alii contrà producunt, hoc titulo, annum 1001, v. g. Rupertus, Abbas Tuitienſis, in Vita *S. Herberti* Colonienſis, cap. 10, apud *Surium*, 16 Mart., p. m. 188, aſſerendo, Cæſarem ultima habuiſſe fata, anno ordinationis *S. Herberti* tertio; quam anno 998 factam, teſtatur *Baronius*, Tom. X Annal., ad h. a., §. 16, p. 912, quamvis *Sigebertus Gemblac.* eam in annum 997 referat; *Adamus Bremenſis*, lib. 2 *Hiſtor.*, cap. 29, p. m. 62, ad h. a.; *Hermannus Contractus*, Cod. Vet., h. a., pag. 318; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Sclav.*, cap. 16, §. 1, pag. 50; Auctor *Vitæ S. Henrici*, Imp., cap. 1, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 6; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 27, pag. 131; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 483; *Albertus Stadenſ.*, h. a., &c. Monacho *Hamerslebienſi*, de *præclarè geſtis Imperatorum*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſ.*, pag. 140, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 709, mortuus videtur anno 1000; verſa vice, *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, Cap. XI, pag. 192, progreditur in annum usque 1003; & *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1, plane in an. 1008, quod apertè falſum. Præferendam autem eſſe priorem ſententiam, docent diplomata tunc ſcripta; v. g. in ipſius *Ottonis* noſtri charta, qua Matronæ cuidam, *Helemburg*, poteſtatem largitur inſtituendæ, in Villa *Visbike*, Sanctimonialium congregationis, apud *Maderum*, l. c., pag. 207, legitur: *Datum quarto Idus Januarii, Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo ſecundo - - - - Actum Brugthem*, &c.; Pariter ac in *Henrici Sancti* Inſtrumento, ſuper aream quandam Ratisbonæ confecto, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, pag. 66, in fine: *Data tertio Idus Julii, anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo ſecundo, indictione XV, Anno vero Domini Heinrici, Regis, primo. Actum Babenburch.* Aliud ejusdem Diplomatum, quo Paderbornenſia Privilegia, hoc ipſo anno, confirmavit, apud Dn. *Schatenum*, lib. IV *Annal. Paderbornenſ.*, p. 362, finitur: *Data 17 Calend. Octobr., Anno Dominicæ Incarnat. Milleſimo ſecundo, Indict. 1, Anno vero Domini Heinrici, Regis, primo, actum Bochbardon, &c.* aliud, de eodem anno, *Hervordenſibus* conceſſum, l. c., pag. 363, hac ſubſcriptione munitum: *Data 2 Id. Aug. Anno dominicæ Incarnationis Milleſimo ſecundo, Indict. XV, Anno vero Domini Heinrici Regis*

giis primo; Actum Arundi, &c. Similia alia ibidem offendis, pag. 364, 365, &c., eundem annum, tanquam *Henrico primum*, præ ſe ferentia. Sic annus 1003 vocatur *Henrici ſecundus*, l. c., pag. 367: *Data quarto Nonas Aprilis, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo tertio, Indict. I, Anno ſecundo Domini Heinrici Regis I, Actum Quidilingaburc, &c.* De reliquis ne dicam. Non minor controverſia de die obitus. *Chronographus Saxo*, l. c., aſſirmat, Eum ad plures abiiſſe, *in ipſo anni introitu, &c. Sigonius*, l. c., habet 12 Cal. Febr., quem multi ſequuntur. In *Vita S. Bernwaldi Hildes.*, l. c., *Hermanno Contracto*, l. c., *Annalibus Hildesheimenſibus*, l. c., *Aventini* lib. V *Annal. Boicor.*, p. 401, &c. reperitur 10 Cal. Febr. Coævus *Ditmarus*, lib. IV *Chron.*, p. m. 44, apud *Reinecc.*, & p. 358, ap. Dn. de *Leibnitz*, habet 9 Cal. Febr: *Imperator - - - in Paterna Urbe, puſtellis interiora prementibus, & interdum paulatim erumpentibus, infirmatur. Qui, facie clarus, ac fide præcipuus, IX Cal. Febr., Romani corona Imperii, exivit ab hoc ſeculo, ſuis inſuperabilem relinquens mœrorem, quia tempore eo non fuit ullus largior, ac per omnia clementior illo, &c.* Pro eodem die loquuntur Autor vitæ *S. Meinwerci Paderbornenſis*, l. c., & Dn. *Schatenus*, lib. 4 *Annal. Paderborn.*, h. a., pag. 358; In *Chronico Magdeburgico* Dn. *Meibomii*, T. 2 *Rer. German.*, p. 280, extat 8 Kal. Febr.; *Mariano Scoto* placet 5 Cal. Febr., quem & *Albertus Stadenſis*, l. c., & *Baronius*, Tom. XI *Annal.*, ad an. 1002, §. 1, p. 7, amplectuntur.

Animam Eum exhalaſſe *Paterna*, Romaniæ caſtello, teſtantur præcedentia Vitæ *S. Meinwerci* Auctoris; *Adelboldi* Trajectenſis; *Ditmari*, aliorumque verba; quibus *Leonem Oſtienſem* jungas, lib. 2 *Chron. Caſſin.*, cap. 24, p. m. 233: *Perrexit ſuper Beneventum, & obſedit eam undique, per dies multos: ſed nihil adverſus eam prævalens, Romam reverſus eſt. Unde vix ad ſua reverti incipiens, mortuus eſt apud Oppidum, quod nuncupatur Paternum, non longè à Civitate, quæ dicitur Caſtellana, ab uxore, ut fertur, Creſcentii, Senatoris, quem ſuperius ab Illo retulimus decollatum, qua impudice abutebatur, potionatus, &c.* Solus *Rupertus Tuitienſis*, l. c., *Romam* nominat: *Incidit in inſidias mulieris malæ, videlicet ejus, cujus virum Creſcentium, ſibi rebellantem, captum juſſerat capitalem ſubire ſententiam. Et ab illa non præcavens, quamvis à Sancto Viro* (Herberto) *ſæpius eſſet commonitus, veneno, intra cubiculum dormiens, infectus eſt. Obiit itaque Romæ, anno poſt ordinationem B. Viri tertio, &c.* Ejusdem ſententiæ eſſe videtur *Adamus Bremenſis*, l. c. De genere morbi itidem lis eſt. A *Creſcentii* vidua veneno Eum necatum, plures, ut ex hactenus dictis apparet, aſſirmant; idem propugnat *Sigebertus Gemblac.*, l. c.; *Ademarus, Monachus S. Eparchii*, in Chronico, apud *Labbeum*, l. c., Tom. 2, p. 170: *Otto Imperator, hauſto veneni, in partes Beneventi, periit, ſine filiis, &c.*; quæ in *Chronico S. Maxentii*, vulgo *Malleacenſi*, ibid., p. 205, repetuntur; *Albericus*, l. c.; *Sigonius*, l. c.; *Schatenus*, l. c.; &c. Non minus de Sepulturæ loco. *Ademarus*, l. c., ait: *Ottonis autem corpus delatum eſt Romam, & ibidem ſepultum, &c. Rupertus Tuitienſis* contrà, l. c., inquit: *Cui* (Heriberto) *cum die ſequenti confeſſus fuiſſet peſtem, quam perceperat, ſeque mori perſentiret, id quoque ſupremum ab Eo poſtulavit, quatenus corpus Ejus Aquisgrani ſepeliendum transferret. Hoc agere inſiſtens Vir fidelis, Regalia quoque penes ſe habuit, &c.* Clarius loquitur *Ditmarus*, lib. 4, p. m. 44, & 45, ſcil. Inteſtina defuncti, duabus laguncülis, repoſita in Oratorio *S. Udalrici, Auguſtæ Vindelicorum*; reliquum corpus verò *Aquisgrani*, in medio choro Ædis *B. Mariæ*, recondita eſſe; ſic & *Hermannus Contractus*, ad an. 1002, Cod. Nov., pag. 318: *Otto Imperator, in Italia, 10 Kal. Febr. obiit, anno Regni 18, & inteſtina Ejus Auguſtæ, reliquum vero Corpus Aquisgrani ſepelitur.* Eodem ſtylo utitur *Marianus Scotus*, ad ann. 1002; *Monachus Hamersleblenſis*, l. c.; *Albertus Stadenſis*, l. c.; Epitaphium ipſum, in Æde *S. Afræ*, Auguſtæ Vindelicorum:

Romani Imperii decus amplum, Tertius Otto,
Oſſa in Aquisgrani, hic Viſcera clauſa tenet.

Vid. *Matthiæ Theatr. Hiſtor.* p. 890.

(15) HENRICUS SANCTUS.

v. (1.) Natum fert hunc Principem, an. 972, Auctor *Vitæ Ejus*, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, cap. 30, pag. 45, ſtatuendo, Eum obiiſſe anno ætatis 52, quod an. 1024 eveniſſe, ſeq. v. 5 probabo. Ejusdem ſententiæ ſunt Auctor *Vitæ Meinwerci*, cap. 89, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 101, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 556; *Siffridus, Presbyter*, lib. 1 Epitomes, ap. Piſtorium, p. 689; *Albertus Stadenſis*, ann. 1024, p. m. 115; & *Aventinus*, lib. 5 *Annal. Boicor.*, p. 405, &c. Juxta dicta vero, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1012, pag. 98, referenda eſt hæc nativitas in annum 977; patet enim ibi ex *Ditmaro*, inaugurationem Babenbergenſis Eccleſiæ contigiſſe anno *triceſimo quinto* ætatis Auguſti; & *Annales Einſidelenſes*, anno 1025 terminati, apud *Mabillon*, Tom. 4 *Analect.*, pag. 480, ad an. 1012, eam, claris verbis, ad hunc annum referunt: *Eccleſia in Epiſcopio Pabenberg primum conſecrata eſt, &c.* Sequitur ergò, Imperatorem natum an. 977; enimverò, mendum hic ſubeſſe, tota innuit antiquitas. Diem 6 Maji, locumque, ubi lucem primum aſpexit, *Abudiacum* vocat Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.*, cap. 9, p. 248. Patrem habuit *Hezilonem*, ſeu *Henricum* 2, Bavariæ Ducem, *Henrici I*, qui *Ottonis Magni*, Imp., Germanus fuit, filium; teſte *Sigeberto*

Gemblac., ad an. 1002: *Erat quippe filius Henrici Ducis, qui fuit genitus de Henrico, fratre primi Ottonis Imperatoris, &c.*; Conf. *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 27, p. m. 131; *Gotfridus Viterb.*, part. 17 *Chronic.*, p. 483, &c.; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 16, p. 405, mavult an. 969; *Albericus*, ad annum 1002, p. 40; Matrem *Giſelam, Conradi*, Burgundiæ Regis, filiam, cujus *Ditmarus Merſeburgicus*, in prologo lib. V *Chron.*, p. m. 51, meminit:

Henricus ſcandit, poſtquam puerilia vicit,
Ardua virtutum, natus de ſtemmate Regum,
Huic Pater **Henricus Dux**; *& Genitrix erat Ejus*
Giſla, *ſuis meritis æquans veſtigia Regis,*
Conradi Patris, Burgundia Regna tenentis, *&c.*;

Recte hinc, lib. 7, pag. 92, & lib. 8, pag. 107, *Rudolphum*, Burgundiæ Regem, *avunculum* Ejus nominans. Sic & *Adelboldus Trajectenſis*, in Vita Imperatoris noſtri, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 432, & Ill. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Rer. Brunſuic.*, pag. 431, §. 1: *Mater autem ſua Conradi, Regis*, (Burgundiæ) *fuit filia, &c.* Conſequenter errat *Lehmannus*, l. c., perhibens, Imperatorem noſtrum extitiſſe Ottonis 2, Imp., ex filia nepotem. Nec majori fundamento ſcribit Matthiæ, in *Theatro Hiſtor.*, p. m. 891: *Mater* (Heinrici noſtri) *dicta fuit* **Berta**, *ſeu, ut alii volunt,* **Giſela**, *quæ fuit Ducis Lotharingiæ filia, &c.* Jure etiam Auctorem Rythmi de *Conſtructione Gandeſienſis Cœnobii*, Principem noſtrum, ***filium Ottonis III***, Auguſti, fingentem, carpit *Bodo*, in ſyntagmate de *Cœnobio Gandeſiano*, ap. Dn. *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 499; nec accurate, apud *Antoninum Florentinum*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 4, pag. 194, audit *Saxoniæ Dux*, verb: *Ottone III defuncto, Imperium Romanum aſſecutus eſt Henricus*, **Dux Saxoniæ**, *Anno Domini* 1003. Quæ *Henricus Wolterus*, in *Chronico Bremenſi*, in vita *Adelberti*, Archi-Epiſcopi, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 36, & 37, de Comite quodam, *Eggebardo*, qui, Imperatoris *Conradi* inſidiis ſe ſubductum, derelicto caſtro ſuo, *Eggerkeſten*, quatuor milliaribus ab *Erfurto* diſtante, in Thuringica Sylva carbonarius factus, *Henricum* noſtrum genuerit, primo, in Archi-Epiſcopi Moguntini, ignoti Patrui ſui, Aula, ſervitia præſtantem coquinaria; deinde, ob rem benè geſtam, muneri totius Archi-Epiſcopalis Curiæ Procuratoris admotum; mox eodem munere functum in Aula Cæſarea, inſignium animi dotum intuitu, paulo poſt in numerum Conſiliariorum ab Imperatore cooptatum, miraque Dei Providentia Generum Ejus evadentem; tandem cognitum, plenamque in gratiam receptum, ac ſimul declaratum Soceri ſucceſſorem, commemorat, anilem ſapiunt fabulam; quandoquidem (1) *Henricus* noſter, ceu oſtenſum, planè alium habuit Patrem; (2) non *Conrado* cuidam, ſed *Ottoni III* ſucceſſit; (3) de his factis altum apud Veteres ſilentium; (4) de alio *Henrico* dicta intelligi nequeant, quia *Henricus*, de quo hic ſermo, maritus vocatur *Cunigundæ*, una cum Conjuge *Sanctis* adſcriptus, quæ apotheoſis ſoli *Henrico Sancto*, ejusque uxori, *Cunigundæ*, contigit; (5) Simile commentum de *Henrico* 3 circumfertur; Vid. *Vita Henrici* 3, v. 1. Ob vitæ integritatem *Sanctus* audit, cujus miracula apud *Surium*, 14 Julii, p. 200, &c., & *Gretſerum*, l. c., pag. 43, cap. 28, pag. 46, cap. 32, pag. 47 ad 64, &c. enarrantur; &, Munificentiæ intuitu erga Clerum, *Monachorum Pater*; teſte *Chronico Laurishamenſi*, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 72; à luxato femore, *Papienſi* in tumultu, cum de muro præcipitem ſe daret, dictus *Claudus*; Vid. *Cranzius*, lib. 4 *Saxon.*, cap. 32; Auctor vitæ ejus, apud *Surium*, l. c., cap. 22, p. m. 197, claudicationem ejus tactui Angelico tribuit; quam fabulam *Nauclerus* quoque. Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 34, pag. 752, in medium producit, malè propterea *Centuriatoribus Magdeburgicis*, Centur. XI, cap. 13, p. m. 675, & 676, olens. Eandem interim, ſtupendi miraculi inſtar, exaggerat *Gretſerus*, in Notis ad Vitam Ejus, cap. 22, p. m. 92, & 427.

v. (2.) Uxorem Ejus, *Cunigundam*, ſororem fuiſſe (1) *Theodorici*, Metenſium Epiſcopi, docent *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 1009; *Chronogr. Saxo, ad* an. 1010, pag. 221, &c.; *Albericus*, an. 1009, pag. 45; Vid. ſeq. v. 4, ad h. a.; (2) *Giſelberti*, cujus *Adelboldus*, in *Vita Henrici Sancti*, §. 39, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 439, meminit: *Juvenis quidam*, **Frater Reginæ, Giſlebertus** *nomine, à Langobardis vulneratur, &c.*; (3) *Hezilonis*, ſeu *Henrici*, ab Ipſo affine, Ducatu *Bavariæ* ornati, teſte *Adelboldo*, l. c., ad an. 1004, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 446, & Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., p. 437, §. 32: *Rex interea injuriæ, quam Theutonicis Itali intulerant, non immemor, à Saxonia diſcedens, in Bavariam venit. Ibi* **Heinrico, FRATRI Reginæ**, *in feſtivitate S. Benedicti, Ducatum Bavarienſem conceſſit, &c.*; & *Ditmaro*, lib. VII *Chron.*, p. m. 110: *Imperatrix autem, ad dilectam ſibi Capungam veniens, Monachicam ibi vitam ordinavit, indeque, per Orientalem Franciam profecta, Bavariam petiit,* ***FRATREMQVE ſuum, Ducem Henricum***, *Ratisponæ inthronizavit, &c.* Hocque ex loco adparet, *Ditmarum*, lib. 6, p. m. 60, per vocem: *Genero*, intelligere *affinem*, ſcribendo, ad an. 1005: *Per Thuringiæ Orientalisque fines Franciæ tranſiens*, (Rex) *ad Ratisbonam venit, ibique Regali habito Placito*, (ita enim legendum, teſte *Ditmaro Reſtituto* Ill. Dn. *Leibnitii*, l. c., pag. 376) *Militi ſuimet*, ***GENEROQUE***, *Henrico*, 12 *Cal. April.*, *cum omnium laude præſentium, cumque haſta ſignifera, Ducatum dedit, &c.* Apud *Wipponem*, in *Vita Conradi Salici*, ad an. 1024, p. m. 423, legitur: *Imperatrix Chunigunda*,

nigunda,

Digitized by Google

nigunda, quanquam maritali vigore deſtituta foret, tamen, conſilio FRATRUM ſuorum, Theodorici, Metenſis Epiſcopi, & Hetzelonis, Ducis Bavariæ, pro viribus, Reipublicæ ſuccurrebat, &c. Add. Auctor *Vitæ Meinwerci Paderbornenſis*, apud *Surium*, 5 Junii, cap. 14, p. m. 87, & Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 522: *Ducatum autem Bajoariæ dans Henrico, FRATRI Domnæ Chunigundæ, conťectalis ſuæ, incurrit offenſam fratris ſui, Brunonis, qui, inde plus juſto commotus, cum Heinrico, filio Bertoldi Comitis, cum ambobus Bolizlavonibus, Polianico ſcil. & Boëmico, a Rege infideliter defecit. Sed Heinricus, ad Regem refugiens, in Gevikanſtein cuſtodiæ datur, &c.*; & rurſus cap. 97, apud *Surium*, pag. 102, & apud Dn. de *Leibnitz*, pag. 558: *In bona ſenectute defuncto Henrico, Duce Bajoariæ, FRATRE Imperatricis, Cunigundæ, filio ſuo, Henrico, eundem Ducatum, Principum delectu, commendavit, &c.* De Patre vero difficultas eſt. *Trithemius*, in *Chronico Hirſaug.*, T. 1, pag. 156; *Cuſpinianus*, in vita *Henrici 2*, *Albertus Cranzius*, lib. 4 *Saxon.*, cap. 30; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 34, p. 750; *Gretſerus*, in Not. ad cap. 1 *Vitæ S. Kunegundis*, Tr. de *Divis Bambergenſ.*, pag. 130; aliique multi, quorum nomina Dn. *Tolnerus*, Tom 1 *Hiſtor. Palatinæ*, cap. 1, pag. 3, recenſet, Eum vocant *Sigefridum*, Comitem Palatinum Rheni; *Chifletius* contrà, in *Vindiciis Hiſpanicis, in Lumine Genealogico*, p. 177, *David Blondellus*, in *Geneal. Franc.*, aliique, quos Dn. *Tolnerus*, l. c., hoc titulo laudat, Eum *Sigefridum*, Comitem Luxemburgicum, nuncupant. Minimìm non confundendus eſt *Henricus* hic cum *Henrico*, vulgo *Hezelone*, *Bertholdi* filio, de quo *Adelboldus*, l. c., apud *Gretſerum*, l. c., pag. 436, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 433, §. 10, ait: *Prætereundum non exiſtimo, quod, antequam Rex ab Alemannia exiret, Hezelo, BERTHOLDI FILIUS, quem, tempore Ducatus ſui, ultra omnes Comites Regni hujus ditaverat, Legatos, quos in ipſo exercitu meliores eligere poterat, ad Ipſum transmiſit, ut Bavarienſem Ducatum ſibi concederet, inconſultè rogavit, &c.* Quæ & apud *Ditmarum Reſtitutum* Ill. Dn. *Leibnitii*, l. c., p. 368, Eum *Bertholdi*, & *amitæ ſuæ* filium vocantem, occurrunt. *Hezelonem* enim iſtum, rebellionis, ob denegatum ſibi ducatum, excitatæ pœnitentem, Gratiæque Regis factum ſupplicem, in arcem *Witganſtein*, ſeu *Gibichenſtein* fuiſſe detruſum, ex eodem *Ditmaro*, lib. 6, p. m. 376, & *Vita S. Meinwerci*, l. c., ut & *Annalib. Hildesheimenſib.* Dn. *Leibnitii*, l. c., ad an. 1003, p. 722, perſpicuum eſt. An. 1002 *Paderbornæ* coronata legitur, apud *Arnoldum*, in vita *Godehardi*, *Hildesheimenſis* Epiſcopi, lib. 2, cap. 4., apud *Surium*, 4 Maji, pag. 60, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 490: *Henricus in Regnum intravit. Qui ſtatim natalem S. Laurentii Patherbronnæ celebravit, ubi Domina Cunigunda Regalem coronam percepit, &c.* Idem docet *Adelboldus Trajectenſis*, in vita *Henrici Sancti*, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 437, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., §. 11, p. 433; Ut & Auctor Vitæ *S. Meinwerci Paderbornenſis*, cap. 12, apud *Surium*, l. c., & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 521. An. 1014 Romæ quoque coronata eſt. Vid. ſeq. v. 4, ad h. a. Virginem Eam obiiſſe, aſſerit *Innocentius III*, P. R., in Bulla, de Ejus Canoniſatione, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 424: *B. Kunegundis S. Heinrico Imperatori fuit matrimonialiter copulata, ſed ab Eo non extitit carnaliter cognita. Unde, cum Dn. Imperator ageret in extremis, Principibus & Parentibus inquit, de illa: Qualem mihi eam aſſignaſtis, talem vobis eam reſigno. Virginem eam dediſtis, & Virginem reddo. Suam ergo Virginitatem Domino conſecravit, & ſervavit intactam, ita, quod, cum aliquando, inſtigante humani Generis inimico, ſuſpicio quædam contra ipſam fuiſſet exorta, ipſa, ut ſuam innocentiam demonſtraret, ſuper ignitos vomeres, nudis plantis, inceſſit, & proceſſit illæſa, &c.*; Eandem Bullam exhibente *Surio*, 3 Mart., p. m. 46, & 47; rem comprobantibus Auctore *Vitæ S. Meinwerci*, l. c., ubi: *Domna Chunigunda, ipſius, ut putabatur, Uxor, re autem vera, caſtitatis æmulatione, ſoror, &c.*; Auctore Vitæ ipſius *Cunigundæ*, cap. 1, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 107, & cap. 2, pag. 108, & apud *Surium*, 3 Mart., p. 42, ubi ceremoniam, qua, caſtitatem probatura, candentes vomeres nudis pedibus calcaſſe fertur, deſcriptam offendis; Auctore *Vitæ S. Henrici*, cap. 21, & 27, apud *Surium*, 14 Julii, pag. 196, & 199; *Gotfrido Viterbienſi*, part. 17 *Chronic.*, p. 484; *Johanne Vitone Durano*, in *Chronico*, apud Ill. Dn. de *Leibnitz*, T. 1 *Acceſſ. Hiſtor.*, p. m. 5; *Monacho Hamerslebienſi*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 140, & Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Rer. Brunſuic.*, pag. 709; Pervetuſto *Chronico Brunſuicenſi*, apud *Maderum*, l. c., pag. 6; *Compilatione Chronologica*, apud *Piſtorium*, ad an. 1025, p. m. 734; *Theodorico Engelhuſio*, de *Imperatoribus è domo Brunſuicenſi oriundis*, apud *Maderum*, l. c., pag. 39; *Cranzio*, lib. 4 *Saxon.*, cap. 32, &c. &c. Anno 1033 ſpiritum reddit; Vid. *Lambertus Schafnab.*, ad hunc annum: *Kunigund. Imperatrix obiit.* Idem ait *Monachus Herveldenſis*, ad h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 376; & *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 243, ſimul diem exprimens, 5 Non. Mart., quem & *Annales Hildesheimenſes*, h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, pag. 726, indicant. *Marianus Scotus* contrà id refert ad annum 1038, & *Monachus Hamerslebienſis*, apud *Maderum*, l. c., p. 141, & Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 709; nec non *Conradus Urſpergenſis*, p. m. 165, in annum 1039; ſine dubio autem confundunt Eam cum *Cunigunda*, ſeu *Chunclinda*, *Canuti*, Danorum Anglorumque Regis, filia, *Henrici III* Regis, poſtea Imperatoris, Conjuge, de qua, in Vita *Henrici III*, v. 2, plura. Inter miracula Ejus eminet, quod contigit in Chirotheca ejus, à radio ſolari, per feneſtræ rimulas Eccleſiam intrante, tamdiu ſuſtenta, donec oblationem fecerit; Vid. *Vita Ejus*, apud *Gretſerum*, l. c., cap. 13, p. 117.

v. (3.) Sine liberis Eum deceſſiſſe, hactenus dicto-

rum

rum conſequens eſt, cum Conjux, *Virgo*, ad plures abierit. Auctor *Vitæ Ejus*, apud *Surium*, 14 Julii, cap. 21, pag. 196, ait: *Liberos ſecundum carnem nec habebat, nec expectabat, quandoquidem, eam, quam pro Conjuge habere videbatur, Chunigundam, nunquam cognoviſſe, comprobatum eſt, &c.* Similia profert, cap. 27, pag. 199. Sic & *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chron. Caſſin.*, cap. 46, (al. 47) p. m. 252: *Super cæteras bonitates, ſeu virtutes, quas idem Imperator abuiſſe* (habuiſſe) *narratur à Deo, fertur vixiſſe caſtiſſimus, ut ad mortis articulum veniens, coram præſentibus Epiſcopis atque Abbatibus, Cunibundæ*, (Cunigundæ) *Conjugis ſuæ, propinquis, eaque illis tradita, fertur: Recipite, quam Mihi tradidiſtis, Virginem Veſtram, &c.* Quæ *Baronius*, T. XI *Annal.*, ad an. 1024, §. 8, pag. 79, ex alio Codice, paulo aliter recitat. Conf. *Monachus Hamerslebienſis*, l. c.: *Vir Sanctus & Virgo, cum Kunegunde Virgine, inſtituit Epiſcopatum Bambergenſem, &c.*; *Martyrolog. Roman.*, d. 14 Julii: *Bambergæ S. Heinrici I, Imperatoris, qui cum uxore ſua, Cunegunde, perpetuam virginitatem ſervavit, &c.*; & *Gotfridus Viterbienſis*, l. c., ubi:

Conjuge Virginea, Virgo permanſit & Ille, &c.; Et *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 4, pag. 194: *Henricus, & uxor Ejus, Kunegundis, Sanctæ vitæ fuerunt, & in virginitate usque in finem permanentes, &c.*

De Recentioribus ne dicam; quamvis nec deſint Viri celebres, qui *Virginitatem* hanc pro imaginaria habent, teſte vel ſolo Illuſtri Dn. *Leibnitio*, in *Introd. in Collectionem Scriptorum Brunſuicenſium*, §. XXX. Exacta ſanè fidelitas matrimonialis, *Caſtitatis*, ſeu *virginitatis æmula*, benè dici meretur. Neſcio, an ejusmodi matrimonium intentioni Sanctiſſimi Auctoris congrueret? utpote non niſi truncorum copulatio. Interim nec eorum aſſentior ſententiæ, qui ei liberos vindicant, quo titulo Epiſcopus *Chartuitius*, in Vita *S. Stephani*, Hungariæ Regis, apud *Surium*, 20 Augusti, cap. 9, pag. 245, ſcribit: *Porro conſortem Regni, præcipuè ſobolis propagandæ cauſa, ſibi adſcivit* (Stephanus Rex) *Henrici Imperatoris filiam, Giſelam, &c.* *Giſelam* enim hanc non Ejus filiam, ſed *ſororem* fuiſſe, extra dubium eſt. Teſtes habeo Auctorem *Vitæ S. Henrici*, apud *Surium*, 14 Julii, cap. 27, pag. 199: *Heinricus Imperator ad fidei confeſſionem illos* (Hungaros) *attraxit. Quod ut facilius fieret, ſororem ſuam, Giſelam, Stephano Regi matrimonio copulavit, &c.*: & Auctorem *Hiſtoriæ Fundationis Cœnobii Melicenſis*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Commentar. Bibliothecæ Cæſareæ*, cap. 8, pag. 628: *Cum Conjuge ſua, S. Chunigunde, continenter & ſanctè vixit, ac ſororem ſuam, nomine Giſilam, Regi Ungariæ, Stephano, tradens in uxorem, Ipſum, & totam Gentem ſuam convertit, &c.*; nec non *Monachum Hamerslebienſem*, de *Præclarè Geſtis Imperatorum*, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., p. 709, & *Maderum*, l. c., pag. 140: *Giſlam, ſororem, dedit Uxorem Stefano, Regi Ungariæ, non prius tamen, quam fidem ſuſcepit Chriſti, &c.*; *Sigebertum Gemblac.*, ad an. 1010; *Ottonem Friſingenſem*, lib. 6 *Chronicor.*, cap. 27, pag. 131; *Gotfridum Viterbienſem*, l. c., part. 17 *Chronic.*, p. 483; *Ademarum*, Monachum *S. Eparchii*, in *Chronico*, apud *Labbeum*, T. 2 *Biblioth.*, p. 168; *Albericum, Monachum trium fontium*, ad an. 1010, pag. 45; Pervetuſtum *Chronicon Brunſuicenſe*, apud *Maderum*, l. c., p. 6; *Martinum Polonum*, ad an. 1003, p. m. 368; *Johannem Schiphowerum*, in *Chronico Archi-Comitum Oldenburgenſium*, cap. 3, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 130, &c. &c. Nec majus petitur argumentum ex verbis *Ditmari*, lib. 6 *Chronic.*, p. m. 76: *Cum Generos ſuimet tunc iterum exercitu petere voluiſſet, &c.*; & pag. 87: *Generos ſuos, gratiam Ejusdem, nudis pedibus, quærentes, miſericorditer ſuſcepit, &c.*; vocem enim: *Gener*, latè hic accipi, pro *cognato*, vel *affine*, teſtatur ipſe *Ditmarus*, l. c., pag. 60, ubi *Henricum Generum* vocat, quem, lib. 7, p. 110, Conjugis, *Cunigundæ*, fratrem fuiſſe aſſerit.

v. (4.) Magnum probumque Principem depingunt auctor *Vitæ S. Adalberti Pragenſis*, cap. 10, apud *Surium*, 23 April., pag. 291; *Conradus*, Monachus *Bruwilerenſis*, in vita *S. Wolphelmi*, Abbatis *Bruwilerenſis*, cap. 2, ibidem, 22 April., pag. 265; *Arnoldus*, in Vita *S. Godehardi Hildeſienſis*, cap. 5, ibid., 4 Maji, p. m. 57, & Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptoribus Brunſuic.*, pag. 486; *Rupertus*, Abbas *Tuitienſis*, in vita *S. Herberti*, *Colonienſis* Archi-Epiſcopi, cap. 10, &c., apud *Surium*, 16 Mart., pag. 188, &c.; *Adelboldus Trajectenſis*, in vita *Henrici Sancti*, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 430, &c.; Alius Auctor ejusdem vitæ, apud *Surium*, 14 Julii; Auctor Vitæ *D. Cunigundæ*, apud *Gretſerum*, l. c., pag. 103, &c.; aliique multi. Quæ, præced. §. 5, lit. f, p. 414, de eo retuli, bonarum literarum ſiſtunt Patronum. Ad præclarè ab Eo geſta pertinet, quod

An. 1002. ſusque deque habitis hoſtium machinationibus, ſolium Germaniæ Regium conſcenderit. Præcipui eorum erant: *Herbertus*, Archi-Epiſcop. *Colonienſis*, cujus *Rupertus*, *Tuitienſis* Abbas, l. c., meminit: *Vir fidelis* (Herbertus) *Regalia quoque penes ſe habuit, & electioni non interfuit novi Principis, Henrici, tunc Bajoariorum Ducis, quem, ſecundum Seculi dignitatem, locupletiſſimum, & literarum ſtudiis non tenuiter inſtructum, Principes Regni Regem ſibi elegerunt, - - - & hæc quidem Regalia repetita cito reddidit, ſed, quia novi Principis electioni non interfuit, extunc Illi ſuſpectus erat. Unde & idem Rex - - - impacato ſemper odio eum perſecutus eſt, &c.*; *Ezo, ſeu Erenfridus, C. P. R.*, cui deferenda, à laudato Præſule

Digitized by Google

ſule Colonienſi, Inſignia Imperii, Rex noſter, in via, ad ſe rapuerat, ceu, ex MS. *Browillerenſi*, de *Geſtis Abbatum*, pluribus oſtendit Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 9, pag. 233, &c.; atque *Hermannus*, *Alamanniæ Dux*, de quo *Ditmarus*, lib. 4 *Chronic.*, p. m. 45, ait: *Maxima pars Procerum, qui his interfuerunt exequiis*, (Ottonis III) *Hermanno Duci auxilium promittunt, ad Regnum acquirendum, & tuendum, Henricum mentientes ad hoc non eſſe idoneum, &c.* lib. 5, p. m. 52, pergit: *Hermannus, Alamanniæ & Alſatiæ Dux, timoratus & humilis homo, à multis, quibus lenitas Ejus placuit, ſeductus, contra Henricum ſe armavit, &c.* Idem docent Auctor *Vitæ S. Meinwerci Paderbornenſis*, cap. XI. apud *Surium*, 5 Junii, pag. 86, & Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 521; *Adelboldus Trajectenſis*, in vita *Henrici S.*, ap. *Gretſerum*, l. c., pag. 434, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 432, §. 5, &c.; *Hepidannus*, ad an. 1008; *Chronographus Saxo*, an. 1002, &c. Tandem vero ad ſaniora Eum rediiſſe conſilia, ſimulque in Gratiam Regis, teſtatur *Adelboldus*, l. c., apud *Gretſerum*, pag. 438, & Dn. de *Leibnitz*, pag. 434, §. 13, ubi: *In Franciam revertitur*, (Rex) *ut, ibi hyemis aſperitate transacta, Vere amœnitatem reducente, in Alemanniam exercitum duceret, & Herimannum, qui conſiliis Prudentium uti nolebat, diverſis vaſtationibus afflictum, pati jugum doceret. Sed Herimannus, qui, conſilia Juvenum ſequendo, & ſpem vacuam tenendo, extra ſe poſitus erat, ſe in ſemetipſum recollegit, & in ſolennitate S. Remigii, Bruſellæ, Regi obviam venit, ſciens, melius eſſe, ante damnum non feciſſe, pœnitere. Nudis igitur pedibus, cum fidis interceſſoribus, Regi ſe præſentat, pro male commiſſis veniam petit, pro bonis ſuis, per Regium donum, poſſidendis gratiam quærit, pro his impetrandis humotenus genua flectit. Ilicò benignè recipitur, & ei, quod quærebat cum omni humilitate, conceditur. Tantum cujuſdam conditionis internectitur ratio --- ut Argentinenſis Eccleſia ad priſtinum ſtatum, ex detrimentis ſuis, per illum reformetur. Quod ille non renuit, ſed, juſſu & conſultu Regis, dictæ Eccleſiæ Abbatiam S. Stephani, in recompenſationem detrimenti, à ſe illati, tradidit. Hac conditione firmata per manus, & ſacramenta, Regis efficitur, &, ſic ſe contentionem, male cœptam, finiſſe, lætatur, &c.* Add. *Ditmarus Reſtitutus*, lib. 5, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 369; *Chronographus Saxo*, ad an. 1003, pag. 215; *Annales Hildesheimenſes*, ad an. 1003, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 722; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 52, p. 255; conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1002, p. 95, &c.

An. eodem *Blademario cuidam, Sclavo, Ducatum Boëmicenſem largitur, &, ut cæteris acceptabilior exiſtat, illum, plus juſto, verbis & rebus honorat, &c.* Hæc *Adelboldus*, l. c., apud *Gretſerum*, l. c., pag. 438, & Dn. de *Leibnitz*, pag. 434, §. 14.

Eodem tempore rebelles extiterunt *Bruno*, frater Regis, Epiſcopus Auguſtanus; *Henricus*, ſeu *Hezelo*, *Bertoldi* filius, ob denegatum ſibi *Bavariæ* Ducatum; *Eckhardus*, *Miſniæ* Marchio, Regiam & ipſe ambiens coronam; *Erneſtus*, *Suevus*; aliique multi, de quibus *Sigebertus*, ad an. 1003: *Henricus, Imperator, Potentiores Regni Viros, bellum ſibi concitare volentes, celeriter devincit &c.* Quæ *Albericus*, ad h. a., p. 42, repetit. De Conſpiratione hac teſtantur *Adelboldus*, l. c., apud *Gretſerum*, pag. 434, & 443, &c., & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 432, §. 5, pag. 433, §. 10; Auctor *Vitæ Meinwerci*, l. c.; *Ditmarus*, lib. 5, p. m. 55, &c.; *Hermannus Contractus*, an. 1003, pag. 318; *Lambertus Schafnab.*, ad an. 1004; *Annales Hildesheimenſes*, l. c., ad an. 1003, & 1004, p. 722; *Gobelinus*, l. c.; *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 4, pag. 194. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1002, p. 95, &c.

An. eod. à *Willigiſo*, Archi-Epiſcopo Moguntino, *Moguntiæ* coronatur, teſte *Ditmaro*, lib. 5, p. m. 54: *Ad Magontiam celeriter properando, Rhenum ſecurus enavigat. Hic VIII Id. Junii, ibidem, communi devotione, in Regem electus, à Willigiſo, ejuſdem ſedis Archi-Epiſcopo, Suffraganeorumque ſuimet auxilio, accepta Regali unctione, cunctis præſentibus Deum collaudantibus, coronatur, &c.* Add. *Adelboldus*, l. c., apud *Gretſerum*, pag. 434; *Sigebertus*, ad an. 1002; *Albericus*, an. eod., pag. 26; *Chronographus Saxo*, an. eod., p. 214; *Antoninus*, l. c.; *Gobelinus*, l. c. De hac, aliisque Ejuſdem inaugurationibus evolvas præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1002, & 1005, pag. 95 ad 98.

An. 1003 *Reges Gentilium, in interiori Germania commorantes, qui dicuntur Winidi, tributarios ſibi facit.* Ita *Sigebertus Gemblac.*, h. a. Conf. *Albericus*, h. a., p. 42.

An. 1004, ad debellandum *Eporedienſem* Marchionem, *Harduinum*, ab obitu *Ottonis III*, à *Longobardis* creatum Regem, Italiam armata manu ingreditur, *Papiaque* potitus, regia ornatur corona, an. 1005, totumque Regnum ſibi ſubjicit. Vid. *Adelboldus*, l. c., apud *Gretſerum*, p. 439 ad 451, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., §. 15 ad 42, p. 434 ad 439; *Ditmarus*, lib. 6, pag. 60, &c.; *Hermannus Contractus*, ad an. 1004, p. m. 318; *Burchardus*, de *Caſib. monaſterii S. Galli*, cap. 4, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, pag. 66; *Marianus Scotus*, h. a.; *Ademarus*, Monachus *S. Eparchii*, in *Chron.*, apud *Labbeum*, T. 2 *Biblioth.*, p. 171. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, an. 1005, p. 98.

An. eod. *Bohemiam*, cum Duce *Boleslao*, ſibi vectigalem reddit. Vid. *Ditmarus*, lib. 5, pag. 53, &c.; *Adelboldus*, l. c., §. 42, &c., apud *Gretſerum*, l. c., p. 452, &c., & Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 439, &c.; *Hermannus Contractus*, l. c.; *Marianus Scotus*, l. c.; *Ademarus*, l. c.

An. eod. in *Milzavos* Slavos arma vertit. *Ditmarus*, lib. 5, p. 53; *Adelboldus*, h. a., §. 29, apud *Gretſerum*, p. 445, & Dn. de *Leibnitz*, p. 437; *Chronographus Saxo*, an. 1003, pag. 215.

An. eod. *Meresborg revertitur, juxta decurſum Albis*

Marchiones ſtatuens, qui & Saxoniam, & Bulizlai incurſum latrocinandi cuſtodiant, & ipſi Bulizlao aſſiduæ inquietationis moleſtias inferant, &c. Hæc *Adelboldus*, l. c.

An. eod. Ducatum *Alamanniæ* commendat *Hermanno* Juniori; vid. *Hermannus Contractus*, l. c.

An. eod. largitur Ducatum *Bavariæ Henrico*, *Cunigundæ*, Uxoris ſuæ, Germano. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, an. 1004, p. 97; præced. v. 2, p. 510.

An. 1005 expeditionem ſuſcipit adverſum *Boliſlaum*, *Polonorum* Principem. Vid. *Ditmarus*, lib. 5, pag. 56; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 218. Conf. Idem, ad an. 1007, 1010, 1012, 1013, 1015, & 1017.

An. eod. committit *Lotharingiæ* Ducatum *Godefrido*, Arduennæ Comitis filio. *Sigebertus*, h. a. *Albericus*, h. a., pag. 43.

An. eod. fundat Epiſcopatum *Bambergenſem*. Vid. ſeq. Tit. XIV, §. 15, lit. b.

An. 1006, & 1007 bello petit *Balduinum*, *Flandriæ* Comitem, *Lotharingiæ* inhiantem, quem tandem de *Valentiniana* Urbe inveſtit. Vid. *Sigebertus Gemblac.*, ad hos annos; *Chronographus Saxo*, ad eoſdem, pag. 218, & 219; *Albericus*, ad eoſd., p. 44.

An. 1009 *Metim* obſidet, Affinem, *Theodericum* Epiſcopum, ob concitatos motus, caſtigaturus. *Sigebertus*, ad h. a; *Henricus Imperator Metis Urbem obſidet, propter Deodericum, fratrem Uxoris ſuæ, contra ſe rebellantem, qui Epiſcopatum ipſius Urbis uſurpaverat. Dux enim Moſelanorum, Deodericus, poſt fratrem ſuum Alberonem, dato Epiſcopatu Metenſium filio ſuo, adhuc puero, tutorem Ei ſubſtituit ipſum Deodericum, qui, puero Urbe excluſo, & Epiſcopatu uſurpato, ipſum etiam Deodericum Ducem bello capit. Urbe ergo per obſidionem pene deſolata, tandem pax convenit, &c.* Add. *Chronographus Saxo*, ad an. 1010, & 1011, p. 221; *Albericus*, an. 1009, pag. 45.

An. 1013 *Henricus Imperator Italiam petens, ut ſubveniret ſuis, quos Græci premebant, circa Beneventum, Salernum & Capuam debacchantes, Trojam Civitatem capit, &c.* Sunt verba *Sigeberti*, ad h. a., quæ *Albericus*, an. eod., pag. 48, repetit; *Hermannus Contractus* verò, p. m. 320, ad annum 1022 refert. Firmat tamen priorem ſententiam Auctor *Vitæ S. Meinwerci*, cap. 26, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 89, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 525, addens, ſubactæ *Apuliæ Iſmaëlem* Ducem ab Imperatore præfectum. Civitatem *Trojam*, in Apuliæ finibus ſitam, Imperatorem poſtmodum Pontifici dono dediſſe, poſt *Antonium Marcellum*, de *Jure Secul. Pontif.*, cap. 11, pag. 120, docet *Limnæus*, ad *Capitulationem Caroli V*, art. IX, voc. *dasjenige, ſo davon kommen, &c.*, §. 3, p. m. 167. Exiſtimat *Sigonius*, lib. VIII, de *Regno Italiæ*, *Henricum* noſtrum hoc demum anno coronatum, *Papiæ*, Longobardorum Regem, Vid. autem, quæ ad an. 1004, & præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1005, pag. 98, dicta ſunt.

An. 1014 coronatur, Romæ, à Papa *Benedicto VIII*, Vid. *Ditmarus Reſtitutus* Ill. Dn. *Leibnitii*, lib. VII, pag. 400: *Die dominica, at VI Cal. Martii Henricus, D. G. Rex inclytus, à Senatoribus duodecim vallatus, quorum ſex raſi barba, alii prolixa myſticè incedebant cum baculis, cum dilecta ſuimet Conjuge, Cunegunda, ad Eccleſiam S. Petri, Papa, cum Clero, expectante, venit, &, antequam introduceretur, ab eodem interrogatus: Si fidelis vellet Romanæ Patronus eſſe & Defenſor Eccleſiæ? Sibi autem, ſuisque Succeſſoribus, per omnia, intimus fidelis? devota profeſſione, ſe ſic facturum, reſpondit; & tunc, ab eodem, Inunctionem Regalem, & coronam, cum Contectali ſua, ſuſcepit. Priorem autem coronam ſuper Altare Principis Apoſtolorum ſuſpendi præcepit, &c.* Conf. Auctor *Vitæ B. Meinwerci*, cap. 27, apud *Surium*, 5 Junii, p. 89, & Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 526; *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 319; *Lambertus Schafnab.*, an. eod.; *Marianus Scotus*, an. eod.; *Sigebertus Gemblac.*, an. eod.; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 226; *Annales Hildesheimenſes* Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 723; *Albericus*, an. eod., p. 48; *Sigonius*, lib. VIII, de *Regno Italiæ*, eod. an., p. 310. Addenda hic adnotatio B. *Schilteri*, lib. 3, de *Libertate Eccleſ. German.*, cap. IX, §. 10, pag. 408, &c. Errat *Conradus Urſpergenſis*, p. m. 164, inaugurationem hanc referens in annum 1013; majori errore *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1, eam an. 1019 celebratam arbitratur.

An. eod. Epiſcopatum *Bobienſem* fundat. Vid. *Ditmarus Reſtitutus* Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 400, & 401.

An. 1015 novam expeditionem adornat, adverſus *Boleslaum*, *Poloniæ* Principem; *Ditmarus*, lib. VII, p. m. 88, &c.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 227, &c.; *Annales Hildesheimenſes*, h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 723; *Sagittarius*, de *Eccardo 2, Marchione Miſniæ*, Sect. IX, p. 8.

An. 1016, & 1018 tractat cum *Rudolpho*, *Burgundiæ* Rege, de reſtituenda Imperio hac Provincia. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 7, p. 248, &c.

An. 1019 *de Henrico Imperatore narratur, & ſcriptum reperitur, quod Abbati Richardo Virdunenſi profeſſionem fecerit, & ejus conſilio ſe totum commiſerit, volens, apud S. Vitonem, Monachus fieri; ſed S. Abbas Richardus, virtute obedientiæ, Ei injunxit, ne Imperium dimitteret, quamdiu viveret, & ita Eum ad Imperandum remiſit &c.* Hæc *Albericus*, h. a., pag. 52, unde ſua forte hauſit Compilator *Magni Chronici Belgici*, apud *Piſtorium*, de *Scriptoribus Rer. Germ.*, pag. 96, &, ex eo, *Limnæus* Tom. V, Addit. J. P. ad lib. 2, cap. 11, §. 14, pag. 59; nec non ad *Capitul. Ferdinandi I* Procem., voc: *ob angeregt Römiſch-Kayſerthum, &c.*, §. 5, pag. 451; Simile quid de Eo narrat *Jacobus de Konigshoven*, in *Chronico Alſatico & Argentoratenſi*, Edit. Schilteri, cap. 2, §. 163, p. m. 111: *Donoch kam dirre Keyſer gen Strosburg, do geviel*

do gebiel Ime die Ordenunge, und die Regel der Dumberren zu der Hohen Stiſt zu unſer Frowen Münſter alſo wol, das Er ſelber mit den Herren ir Bruderſchaſt, und ir Regel wolte halten, wan es hobe Groſen und Frigen worent, und ein heilig ſeelig Leben fürtent, mit ſingende, und leſende, und Gottes-Dienſt zu begonde. Do widerrietent Ime des Riches Fürſten, das er das nüt mohtegetun, von Bekümbernyſſe ſines Riches, das er mit groſſen Kumber in Friden bielt. Do mahte Er riche Pfründe uf derſelben Stiſt, und ordente: Sit Er nüt ſelber mohte bi den Dumherren bliven, das aber eine, der dieſelbe Pfründe hette, ſolte an des Küniges Stat, uf dem Kor, fur In, ſingen, und leſen; derumb beiſſet noch dieſelbe Pfründe des Korküniges Pfründe, &c. Idem docent *Balthaſar Kogman*, in MS. *Chronico Argentor.*, part. 2, Tit. *Diß Chor-Künges Pfründe; Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 34, p. m. 753; *Mutius*, lib. XIV *Chron. German.*, p. m. 109, circa finem; *Schadæus*, de *Summo Argentoratenſium Templo*, C. 1, p. 11; *Limnæus*, ad *Capitulat. Ferdinandi I Prooemium*, voc: *obangeregt Römiſch-Kayſerthumb*, §. 14. pag. 453; *Fritſchius*, de *Reſignationibus*, cap. 2, pag. 16; *Scharſchmidius ad Schützium*, Vol. 1, Diſſ. 3, c. 11, lit. D, pag. 175. In dubium autem hæc revocat Ill. Dn. *Obrechtus*, in Diſſert. de *Abdicatione Caroli V*, quæ inter Diſſertationes Ejus Academicas, anno 1704 uno Volumine editas, *Undecima* eſt, cap. 1, p. m. 233, & 234; quamvis, *Mutio* antiquiorem Hiſtoricum, qui eorum meminerit, non exiſtere, minus rectè arbitretur; benè tamen monet, nec *Ditmarum* Merſeburgicum, peculiari alias diligentia vitam Ejus deſcribentem, nec *Hepidannum*, *Hermannum Contractum*, *Marianum Scotum*, *Sigebertum*, nec alios Scriptores coævos tantæ devotionis facere mentionem, magno dubitandi de ſpecie facti argumento.

An. 1020 ſub jugum rapit Sclavos. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 100.

An. 1022, *immenſo valde totius Regni congregato* (adverſus Græcos) *exercitu, Italiam venit, &c.* Ita *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chron. Caſſin.*, cap. 39, p. m. 247.

An. 1023 *Henricus Imperator, & Robertus, Rex Francorum, ſuper Carum fluvium, apud Evaſium, conveniunt, de Statu Eccleſiæ, Regni, & Imperii tractaturi, & condicto, ut, ſuper his confirmandis, etiam Papam Romanum ſimul ambo Papiæ opportunè convenirent, &c.* Hæc *Sigebertus*, h. a.

Præter hæc Epiſcopatum *Merſeburgicum* iterum reſtauravit. Vid. ſeq. Tit. XV, §. 13, voc: *Merſeburgenſis.* Aliorum inſuper meminit Auctor Vitæ Ejus, cap. 3. apud *Gretſerum*, l. c., pag. 8, & *Surium*, 14 Julii, p. m. 190, ubi: *Eccleſias ditare poſſeſſionibus, & immenſis ornatibus augere cœpit. Sedes autem Epiſcopales, Hildensheim, ubi à puero nutritus, & literas edoctus fuit, Magdeburch, Argentinam, Miſenam, & Merſeburch, quæ barbarica immanitate adjacentium Sclavorum vaſtatæ fuerant, reſtauravit. Et tam ipſis, quam aliis Epiſcopatibus, per univerſum Regnum, in poſſeſſionibus, & ornatibus, innumerabilia contulit, &c.* Add. *Joh. Conrad. Dittericus*, in Hiſtoria *Henrici S.* p. m. 78, &c.

De officialibus Aulæ *Bambergicæ*, ab Eo ordinatis, vid. ſeq. Tit. XIV, §. 15, lit. b.

Cluniacenſibus Monachis *coronam Auream, pretioſiſſimis gemmis adornatam, ad Miſſam, quando* (quæ de) *Cathedra S. Petri celebratur, obtulit, & fraternitate Monachorum humiliter petita, & accepta, cum maxima contritione cordis, omnium ſe orationibus commendavit, &c.* Sunt Verba Auctoris *Vitæ S. Meinwerci* Paderbornenſis, cap. XXX, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 90, & Ill. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 527, ubi rectius, loco vocabuli: *quando*, legitur *quæ de.* Add. *Baronius*, Tom. XI Annal., ad an. 1013, §. 7, p. m. 45, *Glabri* verba recitans; *Schaten, Annal. Paderb.*, lib. 5, pag. 408, &c. De Legibus ab eo latis vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 64.

v. (5) *Henricus Imperator, conſulentibus ſibi Principibus, ſuper ſubſtitutione Regni, deſignans Conradum, Virum egregis Generis, & egregiæ libertatis, quippe qui nunquam ſe ſubmiſerat alicujus ſervituti, moritur, &c.* Hæc *Sigebertus*, ad an. 1024. conf. Auctor *vitæ Meinwerci*, cap. 89, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 101, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 556: *Gruona decumbens*, (Imperator) *cum totius Chriſtianitatis inæſtimabili mœrore, anno vitæ ſuæ quinquageſimo ſecundo, Regni vigeſimo ſecundo, Imperii decimo, Dominicæ Incarnationis Milleſimo vigeſimo quarto, eſt defunctus, & Bavenberge translatus, in Eccleſia Beatorum Apoſtolorum, Petri & Pauli, honorifice eſt ſepultus, tumulusque Ejus tali Epitaphio inſignitus:*

Henric Auguſtus, virtutum germine juſtus,
Hac ſervat cujus viſcera putris humus,
Splendor erat Legum, Speculum, lux, gemmaque Regum;
Ad cœlos abiit, non moriens obiit.
Idibus in ternis vexantem pondera carnis
Julius æthereo ſumpſerat Imperio.
Abbatiſſa pia, (quod reddat Sancta Maria)
Hildegarda ſibi juſſerat hoc fieri.

Eundem annum defendunt *Monachus Brunwillerenſis*, de *Comitibus Palatinis, Ezone, & Mathilde*, cap. 2, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſuic.*, p. 317; Auctor Vitæ *S. Godehardi*, *Hildesheimenſis* Epiſcopi, cap. 4, ap. Dn. de *Leibnitz*, l c., p. 492, & *Surium*, 4 Maji, p. 62, cap. 8; *Hermannus Contractus*, h. a., p. 320; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Marianus Scotus*, h. a.; *Conradus Urſperg.*, h. a., p. 164; *Annales Hildesheimenſes*, h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 725; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 238; *Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, ad h. a., pag. 337; *Chronicon Rotomagenſe*, h. a., ibid., p. 366; *Chronic. S. Maxentii*, vulgo *Malleacenſe*,

cenſe, ad h. a., ibidem, Tom. 2, pag. 206, in fine; *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 376; *Albericus*, h. a., pag. 56; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 115; *Jacobus de Königshoven*, *Chron. Alſat.*, cap. 2, §. 163, p. m. 111; *Chronicon Magdeburgicum*, in vita *Hunifridi*, VI Archi-Epiſcopi, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 287; ex Recentioribus, *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, *Generat.* 35, h. a., pag. 755; *Aventinus*, lib. 5 *Annal.*, pag. 405; *Sigonius*, lib. 8, de *Regno Ital.*, h. a., pag. 315; *Baronius*, Tom. XI *Annal.*, h. a., §. 8, p. m. 79; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 16, pag. 406; *Schatenus*, lib. V *Annal. Paderborn.*, h. a., pag. 457, &c. Diem emortualem, 3 Idus Julii, comprobant *Hermannus Contractus*, l. c.; *Marianus Scotus*, l. c.; *Annales Hildesheimenſ.*, l. c.; *Aventinus*, l. c.; alii. Errore ſcribentis legitur in *Chronico Fiſcanienſi*, ap. *Labbeum*, l. c., Tom. 1, pag. 326, Cæſarem obiiſſe anno 1014; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 484, ponit an. 1020; *Monachus Hamerslebienſis*, de *Præclare Geſtis Imperatorum*, apud *Maderum*, de *Antiq. Brunſuic.*, pag. 141, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 709, profert annum 1023, 3 Id. Julii; *Leo Oſtienſ.* contrà, lib. 2 *Chron. Caſſin.*, cap. 58, p. m. 266, cujus verba ſeq. vit. *Conradi Salici*, v. 1, extant, & *Otto Friſingenſis*, lib. 6 *Chron.*, cap. 28, pag. 131, & *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 4, §. 1, pag. 194, progrediuntur in annum 1025. Ab *Eugenio III*, P. R., inter Divos relatus eſt, cujus Reſcriptum, an. 1152 deſuper emiſſum, reperitur apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, pag. 63, *Surium*, 14 Julii, p. m. 204, & *Baronium*, T. XII *Annal.*, an. 1152, pag. 370, §. 4. Add. *Cherubini Magnum Bullarium Romanum*, T. 1, in Vita *Eugenii III*, pag. 61.

(16) CONRADUS SALICUS.

v. (1.) De Parentibus hujus Imperatoris inquit *Wippo*, in Ejus vita, apud *Piſtorium*, p. m. 425: *Erant duo Chunones, quorum unus, quod majoris ætatis eſſet, Major Chuno vocabatur; alter autem junior Chuno dicebatur; ambo in Francia Teutonica Nobiliſſimi, ex duobus fratribus nati: quorum alter Hetzel, & alter Chuno dictus eſt: ipſos vero ab Ottone, Duce Francorum, natos accepimus, cum duobus aliis, Brunone & Wilhelmo; ex quibus Bruno Apoſtolicæ Sedis Romanæ Eccleſiæ Papa effectus, mutato nomine, Gregorius appellatus eſt: Wilhelmus factus Argentinenſis Eccleſiæ Epiſcopus - - - - - - - Junioris Chunonis Mater, Machilda, de filia Conradi, Regis Burgundiæ*, (ſcil. Gerburgi, Hermanni, Alemanniæ Ducis, Conjuge; Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 6, p. 247,) *alias Longobardiæ, nata fuit. Majoris Chunonis Mater, Adelberta, vel Adelbera, vel Adelheyda, ex Nobiliſſima, Glorioſiſſima Gente Lotharingorum oriunda fuerunt*, (fuit) *Quæ Adelhayta Soror erat Comitum, Gerhardi & Adalberti, qui ſemper cum Regibus & Ducibus confligentes, ad extremum, cauſa propinqui ſui*, (Nepotis ex ſorore,) *Conradi Regis, vix acquieſcebant, &c.* Pater itaque erat *Henricus*, ſeu *Hetzel*, Dux *Franconiæ*, & Mater *Adelheyda*, Com. *Metenſis*. Conf. *Hermannus Contract.*, ad an. 1015, p. m. 319: *Viduam verò Ejus*, (Erneſti, Ducis Alamanniæ) *Giſelam, Cuonradus, Henrici filius, Imperator poſtea futurus, accepit, &c.*; & ad an. 1024, p. m. 320: *Cuonradus, ſenior, filius Henrici, Rex promotus, &c.*; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1024, pag. 56; *Bucelinus*, *Notit. Genealogica Germaniæ*, p. m. 60; *Schatenus*, lib. 5 *Annal. Paderborn.*, ad an. 1024, pag. 462, &c.; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 53, p. m. 259, perperam Eum fratrem *Henrici*, *Sueviæ* Ducis conſtituit. Sed nec Pater Ejus fuit *Conradus*, *Franconiæ* Dux, ut Dn. *Schilterus*, lib. 3, de *Libertate Eccleſ. German.*, cap. 10, §. 4, pag. 420, arbitratur. Meminit quidem *Otto Friſingenſis*, lib. 6 *Chron.*, cap. 28, p. m. 132, ex parte Patris, proſapiam Eum ducere à *Conrado*, *Wormatienſium* Duce, qui, an. 955, in prælio Hungarico occubuit; verum, *Conradum* iſtum Ejus Proavum fuiſſe, non Patrem, expeditum hodiè eſt. Vid., ſeq. Tit. XVI, Genealogiam *Ducum Franconiæ*. *Conradum* & *Cononem* eſſe ſynonyma, fatetur quoque *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chron. Caſſin.*, cap. 58, p. m. 266, verb: *Defuncto igitur, Auguſtæ memoriæ, Imperatore Heinrico, anno Domini M. XXV, & Chuonrado Duce, Qui & Cono dictus eſt, Ejusdem Heinrici electione, in Regem levato, &c.* Annum Nativitatis reperire non potui. De cognomine ſcribit *Schatenus*, l. c.: *Mihi opinari fas eſt - - - - huic Salici nomen adhæſiſſe, quod per Thuringiam, ad Salam, geſſerit Ducatum, ubi celebris illa Imperatorum ac Regum Salica, quam Saltz dixere, &c.* Meo judicio *Salicus* dicitur, quia *Franconiæ* Ducibus ortus. Vid. Ill. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Juris Publici*, cap. 3, §. 91, pag. 84; & *Oratio Inaugural. de Lege Salica*, p. m. 15.

v. (2.) Uxorem duxit Nobiliſſimam *Giſelam*, de qua notum diſtichon, apud *Wipponem*, in *Vita Conradi Salici*, p. m. 428, ex *Tetralogo* cujusdam Monachi; *Ottonem Friſingenſem*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 28, pag. 132; *Gotfridum Viterbienſem*, l. c., pag. 485; *Albericum*, *Monachum trium fontium*, ad an. 1024, p. m. 57, aliosque multos:

Quando poſt decimam numeratur linea quarta,
De Carolo Magno procedit Giſela prudens.

Quamvis octavo gradu eos invicem junctos ſciamus; *Carolus Magnus* enim genuit *Ludovicum Pium*; hic *Carolum Calvum*, Imp.; hic *Ludovicum Balbum*, Imp.; hic *Carolum Simplicem*, Regem Galliæ; hic *Ludovicum*

cum IV, Regem Galliæ; hic *Mathildim*, uxorem *Conradi*, Burgundiæ Regis, quibus Parentibus in lucem edita *Gerburgis*, *Giſela* noſtræ Mater, Uxor *Hermanni*, Alamannorum Ducis; vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 6, pag. 247. Pater itaque *Giſelæ* erat *Hermannus*, *Alamannorum* Dux, & Mater *Gerburgis*, *Burgundiæ* Princeps; Ita ſanè *Wippo*, l. c: *Superbos omnes dilecta Regis Conjunx*, *Giſela*, *prudentia & conſilio vigens*, (vicit) *cui Pater erat Herimannus*, *Dux Alemanniæ; Mater Ejus*, *Kerbirga*, *filia Conradi*, *Regis de Burgundia*, *fuit*, *&c.*; & *Odilo*, Abbas *Cluniacenſis*, in *Vita S. Adelheidis Imperatricis*, lib. 2, apud *Surium*, 16 Decemb., p. m. 282, & Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.*, pag. 269: *Eo igitur tempore*, *quo beata migravit à Seculo*, *Herimannus*, *Dux Sueviæ*, *qui fratris illius*, *Chuonradi*, (Burgundi) *filiam* (Gerburgim) *in conjugium acceperat*, &c. De nuptiis Ejus hæc commemorat *Ditmarus reſtitutus* Ill. Dn. *Leibnitii*, l. c., lib. VII Chronic., pag. 415: *Sauciatus eſt ibi Cono*, (Conradus, poſtea Imp.) *cui jam illicite nupſit neptis ſua*, *Erneſti Ducis vidua*, *&c.*; & *Hermannus Contractus*, ad ann. 1015, p. m. 319: *Ernſt*, *Dux Alemanniæ*, *in venatu*, *ab Adelberone Comite*, *feram appetente*, *ſagitta vulneratus*, *interiit: & Ducatum Ejus filius æquivocus*, *viduam vero ejus*, *Giſelam*, *Cuonradus*, *Henrici filius*, *Imperator poſtea futurus*, *accepit*, *&c.* Add. *Otto Friſing.*, l. c: *Hæc* (Giſela) *primum Ernuſto*, *Duci Suevorum*, *fratri Alberti*, *ſuperioris Pannoniæ Marchionis*, *nupta fuit*, *geminosque ex ea filios*, *Ernuſtum*, *& Hermannum*, *ſuſcepit. Quo mortuo*, *Conradum hunc*, *de quo agimus*, *accepit*, *&c.* Idem docent *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c., perperam licet *Suevorum* Duci, *Erneſto*, *Arnulphi* nomen imponat; & *Albericus*, ann. 1024; In pervetuſto *Chronico Brunſuicenſi*, quod an. 1288 terminatur, apud *Maderum*, de *Antiquitatibus Brunſuicenſ.*, p. m. 6, & 7, de tertio *Giſelæ* marito legitur: *Hu temporibus* (Henrici Sancti) *in Brunſwick Princeps fuit Bruno*, *qui Comes dictus eſt*, *quod eſſe potuit*, *quia Ducatus*, *quem Prædeceſſores ſui tenuerunt*, *maribus deficientibus*, *ab Ottone I*, *Hermanno*, *Bilingi filio*, *eſt donatus. Brunonis uxor fuit Domina Ghisla de Werle*, *quæ eidem genuit Ludolſum. Ghisla autem prius habens Lippoldum*, *Erneſti Ducis filium*, *genuit Hermannum*, *Ducem Sueviæ. Poſt Brunonem autem nupſit Conrado* 2, *Regi*, *qui Henrico de Bavenberch ſucceſſit in Regno*, *&c.* Ejusdem *Brunonis*, Saxoniæ Marchionis, meminit Auctor Chronici rythmici MS., apud *Meibomium*, in *Relectione Apologiæ pro Ottone* IV, Tom. 2 *Rer. German.*, p. 164:

Dhiſſem Brune wart ghegeben
Two Wibe, *vind ich geſcreben*,
Ein Vrowe, *Gisle was ſe ghenant*
Von Werle, *&c.* & paulo poſt:
Von welchem Werle ſe were geboren,
Dhes kan ich nicht wol erkoren.
Doch ſolt ich iz uph min beſte ſegen,
Ich wold iz uph das Werle legen,
Davon ſich dhe Wendhe Vurſten ſcriben, *&c.*

Crantzius, lib. 4 *Saxon.*, cap. 36, ait: *Conradus Rex Conjugem duxit Gislam*, *filiam Principis Wandaliæ de Warle* - - - *quamquam tertium hoc fuerit Gislæ conjugium. Primo enim nupta eſt Ludolpho*, *Sueviæ Duci: quo ſine liberis moriente*, *nupſit Brunoni*, *Saxoniæ Marchioni*, *cui peperit filium*, *Ludolphum: tertio loco pervenit ad nuptias Conradi Regis*, *deinde Imperatoris*, *qui ex ea genuit Henricum*, *poſt ſe Imperatorem*, *&c.* Quæ de *Wandalia*, & *Ludolpho* hic proferuntur, à vero aliena ſunt; nec enim *Giſela* unquam *Wandaliæ* Principibus oriunda fuit, utpote filia *Hermanni*, *Alamannorum* Ducis, & *Gerburgis*, *Burgundiæ* Principis, ut modo probavi; nec *Ludolphum*, *Sueviæ* Ducem, maritum habuit, ſed *Erneſtum*, teſtibus hactenus dictis. Rectè hinc *Meibomius*, in laudata *Apologia*, l. c., pag. 136: *Nupſit hæc* (Giſela) *tribus ordine maritis*, *primo Brunoni*, *Saxoniæ Marchioni*, *cui peperit Ludolfum*, *Ecberti*, *quem diximus*, *Parentem: deinde Erneſto*, *Duci Alemaniæ*, *in venatione ſagitta occiſo: tertiò Conrado Salico*, *Auguſto*, *qui ex ea parens factus Heinrici* 3, *Cæſaris*, *& Beatricis*, *Matris Mathildæ*, *&c.* Ex his etiam fluunt, unde emendanda, quæ ipſe *Meibomius* in *Panegyricum Roswithæ*, T. 1 *Rer. German.*, p. 729, commentatur. Famoſiſſima hæc Princeps, an. 1024, à *Piligrino*, Colonienſi Archi-Epiſcopo, 11 Cal. Octobr., Regia corona, *Aquisgrani*, decorata eſt; vid. *Schatenus*, lib. 5 *Annal. Paderborn.*, ad an. 1024, p. 463. Innuit inaugurationem hanc *Wippo*, l. c: *Ex conſenſu*, *& petitione Principum conſecrata*, *neceſſaria Comes*, *Regem ſequebatur*, *&c.*; nec non *Hermannus Contractus*, ad an. 1024, pag. 320: *Uxor Ejus*, *Giſela*, *à Piligrino*, *Archi-Epiſcopo Coloniæ*, *Regina benedicitur*, *Cal. Octob.*, an. 1027 denuo Imperatrix coronata. Vid. ſeq. v. 4, ad h. a. Obiit tandem an. 1043, 14 Febr., teſte *Hermanno Contracto*, h. a., pag. 324: *Gisla Imperatrix*, *Mater Henrici Regis*, 16 *Calend. Martias obiit*, *& apud Urbem Spiram ſepelitur*, *&c.* Conf. *Monachus Hamersleblenſis*, de *Præclarè geſtis Imperatorum*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 142, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 709, ad an. 1043; *Annales Hildesheimenſes* Dn. *Leibnitii*, l. c., ad eundem annum, pag. 730; *Marianus Scotus*, eod. an.; *Chronicon Stederburgenſe*, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., p. 852, & *Meibomium*, l. c., pag. 451, eod. an.; *Lambertus Schafnab.*, an. eod.; *Monachus Herveldenſis*, eod. an., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 377; *Conradus Urſperg.*, eod. an.,

pag. 165, licet, typographi errore, 19 *Cal. Mart.* ibi exprimatur; *Albertus Stadenſis*, eod. anno, pag. 122; ſoli *Chronographo Saxoni*, p. 249, placet 16 Kal. Martii anni 1044; *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1, in annum usque 1048 prolabitur.

v. (3.) Liberos genuit

(1) *Henricum III*, Imperatorem, de quo ſuo loco;

(2) *Mathildim*, de qua *Wippo*, l. c., ad an. 1034, pag. 439: *Filia Imperatoris Cunradi, & Giſelæ Imperatricis, Mathilda, nimiæ formoſitatis puella, Heinrico, Regi Francorum, deſponſata, obiit Wormatiæ, ibique ſepulta eſt, &c.;*

(3) *Beatricem*, Conjugem *Bonifacii*, Tuſciæ Ducis. Vid. *Henningeſ.*, *Secundi & tertii Regni, in Quarta Monarchia*, part. 2, fol. 115. *Meibomius*, in Apologia pro *Ottone IV*, Tom. 3 *Rer. German.*, pag. 137, maritum *Beatricis* vocat *Thedaldum*, Marchionem Italicum;

(4) *Judittam* quoque Ei Recentiores adſcribunt, *Azoni IV*, Marchioni Eſtenſi, nuptam; enimvero, Illuſtri Auctore *de la Lettre ſur la connexion des Maiſons de Brunſuic & d'Eſte*, impreſſæ an. 1695, Hanoveræ, non niſi duarum Conjugum *Azonis* mentionem faciente, verbis: *Il eut* (Azon) *des enfants de deux femmes, dont la premiere fut Cunigonde, heritiere des anciens Guelfes de la Haute Allemagne, qui avoient leurs Terres en Baviere, & en Suabe, jusques au Lac de Conſtance - - - apres la mort de Cunigonde epouſa* (Azon) *la fille du Comte du Maine, en France, & en eut Hugues & Fulques, &c.*, neſcio, an aſſertum prius fundamentum habeat.

v. (4.) Quomodo electus fuerit Germaniæ Rex, dictum præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1024, pag. 100. Locum electionis depingit *Wippo*, in Ejus vita, p. m. 424: *Inter Moguntiæ confinia & Wormatiæ locus eſt, amplitudine, planiciei cauſa, multitudinis maximæ receptibilis, ex Inſularum receſſu ad ſecretas res tractandas tutus & habilis - - - Ibi dum conveniſſent, &c.* Clarius loquitur *Hermannus Contractus*, ad an. 1024, p. m. 320: *Habito Conventu, apud Villam Kambam, Cuonradus Senior, filius Henrici, Rex promotus, &c.* Conf. de hac Electione *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chron. Caſſin.*, cap. 58, p. m. 266, cujus verba, præced. v. 1, retuli; & *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 4, p. m. 194: *Henricus, cum ſe morti appropinquaturum cerneret, ſuper ſubſtitutione Succeſſoris, conſentientibus Principibus, ad quorum auctoritatem ſpectabat Electio, Conradum, Virum Egregium, de Regali ſtirpe progenitum, Regni pariter & Imperii deſignavit, adhuc vivens, Succeſſorem, &c.* & paulo poſt: *Fuit autem hic Conradus, ex parte Matris, ex primis Regibus Francorum, armis utique ſtrenuus; conſilio providus; Sapientia & ſcientia Juris maxime florens. Fuit & Eccleſia Catholica valde devotus, & pauperibus largus. Quia, mortuo Henrico, quidam, nomine Cono, Dux Imperium ambiebat, tandem repudiatur. Quare Electio hujus Conradi per biennium prorogatur, licet illum Henricus Imperii reliquerit Succeſſorem, unde & biennio vacavit Imperium tunc, &c.* Quamvis falſa ſint, quæ de Interregno traduntur; *Angelus de Nuce*, Abbas Caſinenſis, in Notis ad dictum locum *Leonis Oſtienſis*, pag. 267; *Schatenus*, lib. 5 *Annal. Paderborn.*, h. a., pag. 461. Quid in Conventu *Werlenſi* deſuper ſit actum, exponit *Schatenus*, l. c., pag. 460.

An. 1024, 6 Id. Septemb., i. e. feſto Nativitatis S. Mariæ, ab *Aribone*, Archi-Epiſcopo *Moguntino*, Rex Germaniæ coronatus eſt. Vid. *Wippo*, in Ejus vita, p. m. 427, & 428, ubi ceremoniæ. Ex oratione, ad Regem habita, notari merentur verba: *Ad ſummam dignitatem perveniſti, Vicarius es Chriſti; nemo, niſi Illius imitator, verus eſt dominator: oportet, ut, in hoc ſolio Regni, cogites de honore perenni, &c.* Auctor *Vita S. Meinwerci, Paderbornenſis*, cap. 93, apud *Surium*, 5 Junii, pag. 102, & Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 557, ad an. 1024; *Hermannus Contractus*, eod. an., p. m. 320; *Chronographus Saxo*, h. a., p. 238; &c.

An. 1025 *Bolislaus Sclavigena, Dux Bolanorum, Inſignia Regalia, & Regium nomen, in injuriam Regis Chuonradi, ſibi aptavit, cujus temeritatem cito mors exinanivit. Filius autem Ejus, Miſeco, ſimiliter rebellis, fratrem ſuum, Ottonem, quoniam Regis partibus favebat, in Rubbiam Provinciam pepulit, &c.* Ita *Wippo*, l. c., ad h. a., pag. 431; qui, l. c., ad an. 1032, p. 438, rectius *Ruſſiam*, pro *Rubbiam*, legit. Conf. *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 28, pag. 132; *Goifridus Viterbienſis*, part. 17 *Chronic.*, pag. 485; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 239; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., pag. 58; quorum verba, præced. §. 8, lit. b, p. 428, recitavi; *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 4, §. 1, pag. 194.

Eodem tempore, hoſte pacis, Diabolo, ſuadente, Erneſtus, Dux Alemanniæ; Chuno, Dux Franciæ; (Orientalis) *Fridericus, Dux Lotharingorum, cum aliis plerisque, contra Regem Chuonradum, conſenſerunt, - - - - quos omnes Rex Chuonradus parvi pendens, iter ſuum in Italiam, cum copiis, deſtinavit, &c.* Idem *Wippo*, l. c. Add. *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 321; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 116. Rebellionem hanc refert *Otto Friſing.*, l. c., in annum 1026; & *Albericus*, pag. 59, in annum 1027.

An. eod. Dux Erneſtus, humiliter iter Ejus (Regis Conradi, Italiam verſus) *proſequutus, usque Auguſtam Vinde-*

Vindelicam, interventu Matris ſuæ, Reginæ, (Giſelæ) *& fratris ſui, Heinrici, adhuc parvuli, aliorumque Principum, multum renuente Rege, vix in gratiam Ejus receptus eſt, &c.* Ita *Wippo*, l. c. *Albericus* perperam inſcribit ſubjectionem hanc an. 1027, pag. 59; adhuc minus rectè ab *Hermanno Contracto*, p. m. 321, *Alberto Stadenſi*, p. m. 116, aliiſque in an. 1028 rejectam.

An. eod. in rebelles Mediolanenſes exercitum ducit. Vid. *Wibertus*, coævus Archi-Diaconus, in *Vita Leonis IX*, Cap. 7, apud *Surium*, 19 April., p. m. 195; *Sigonius*, lib. 8, de *Regno Ital.*, h. a., pag. 316.

An. 1026, in Italiam profecturus, *filium ſuum, Heinricum puerum, Regem poſt ſe deſignavit, Illumque Brunoni, Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopo, in tutelam commendavit, &c.* Vid. *Wippo*, l. c., ad h. a., pag. 432. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 102, & *Antoninum Florentinum*, l. c.

An. eod., primo vere, expedito cum exercitu, in Italiam tranſiit. Ibi, ab Hereberto (Archi-Ep. Mediolan.) *rogatus, Paſchate Vercellis acto, Mottenſes, qui in armis erant, invaſit, atque eis, vixdum inito prælio fuſis, veniam pacemque petentibus, haud gravate, ipſo permittente Archi-Epiſcopo, gratiam patriamque reſtituit. His ita geſtis, magno inde honore, Mediolanum intravit, ac Regium, ab Archi-Epiſcopo, Diadema ſuſcepit. Inde Modoetiam progreſſus, ibi iterum coronari ſe, vetere renovata conſuetudine, petiit, & cum id neceſſarium eſſe Heribertus negaret: Se Caroli Magni, & Poſterorum Ejus exemplo permoveri, reſpondit. Conradum inde imitati Poſteri, ac Succeſſores Ejus plerique, Modoetienſem quoque Coronam appetiverunt, quam Coronam Mediolanenſes, invidia perciti, ad contemptum, Palearem vocarunt: Inde profectus in Roncaltas, &c.* Hæc *Sigonius*, lib. 8 *Ital.*, h. a., pag. 317.

An. eod. inveſtit Privignum ſuum, *Erneſtum, Alamanniæ* Ducem, de *Campidunenſi* Abbatia, Eumque, *ad tutandam patriam*, domum remittit. *Wippo*, l. c., pag. 432.

An. eod. Miſiconem, Polonorum Principem, *Boleslai* Parentis ſecutum veſtigia, in eas redegit anguſtias, ut ad *Udalricum, Bohemorum* Regulum, confugere fuerit coactus, cujus frater, *Otto, libere Ducatu potitus, diadema, quod Pater Ejus, ad ignominiam Regni, illicitè fecerat, Regi miſit, ſicque, per omnia, Ditioni Ejus ſubjecit. Ipſe vero, non multo poſt, fraude Armigeri ſui, vita privatus eſt, &c.* Hæc *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 28, p. m. 132. Conf. *Albericus*, h. a., pag. 58; *Antoninus Florentinus*, l. c.

An. 1027. *Rex Chuonradus Romam ingreſſus, eodem anno, id eſt, à Nativitate Salvatoris, 1027, Indictione decima, à Papa Joanne, & univerſis Romanis, Regio honore, mirifice receptus eſt: & in die Sancto Paſchæ, qui eo anno 7 Cal. Aprilis terminabatur, à Romanis, ad Imperatorem electus, Imperialem benedictionem à Papa ſuſcepit,*

Cæſar, & Auguſtus, Romano nomine, dictus.

Quin etiam Regina, Giſela, Imperatricis conſecrationem, & nomen ibidem accepit, &c. Hæc *Wippo*, h. a., pag. 433. De ſeditione, Romanos inter & Germanos tunc exorta, reportataque à Germanis victoria, idem, l. c., evolvendus, addens: *Poſtera die Romani, qui ſeditionem commoverant, ante Imperatorem venientes, nudatis pedibus; liberi, cum nudis gladiis; ſervi, cum torquibus ulmineis circa collum, quaſi ad ſuſpenſionem præparati, ut Imperator juſſit, ſatisfaciebant, &c.; Glaber Rodulfus*, lib. 4 *Hiſtor.*, Procem.; *Hermannus Contractus*, h. a., p. 321; *Lambertus Schafnaburg.*, h. a.; *Marianus Scotus*, h. a.; *Arnoldus*, in *Vita S. Godehardi, Hildesheimenſis* Epiſcopi, lib. 2, cap. 8, apud *Surium*, 4 Maji, p. m. 62, & ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., cap. 4, pag. 493, diem Inaugurationis referens in feſtum *Reſurrectionis Domini*; idem docet Auctor Vitæ B. *Meinwerci, Paderbornenſis* Epiſcopi, cap. 97, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 102, & Ill. Dn. *Leibnitium*, pag. 558; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 29, pag. 132; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. 485; *Sigebertus Gemblacenſ.*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 240; *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 376; *Annales Hildesheimenſes*, h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 725; *Sigonius*, lib. 8, de *Regno Italiæ*, ad h. a., pag. 318, & 319; *Baronius*, Tom. XI Annal., ad h. a., p. 85; *Conradus Urſpergenſis* vero, p. m. 165, ponit an. 1026; *Albericus*, p. 61, annum 1028; & *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Rer. Alamannic.*, part. 1, an. 1033, quod omnino falſum.

An. eod. in Apuliam proceſſit, & Beneventanum, & *Capuam, ac reliquas Civitates illius Regionis, ſeu vi, ſive voluntaria deditione, ſibi ſubjugavit, & Nortmannis, qui de Patria ſua, neſcio qua neceſſitate compulſi, in Apuliam confluxerant, ibi habitare licentiam dedit, &, ad defendendos terminos Regni, adverſus Græcorum verſutias, eos Principibus ſuis coadunavit, &c. Wippo*, l. c.

An. eod., nova conſpiratione, malæ fidei in Imperatorem ſpecimen ediderunt Ejus privignus, *Erneſtus*, Dux Alamanniæ; *Fridericus*, Dux Lotharingiæ; *Welf*, Com. Altorfenſis, &c. Enimvero *Erneſtus Dux, cum ſe intellexiſſet à ſuis dimitti, ſine omni pactione, Imperatori ſe reddidit: quem Cæſar in Saxoniam exulari fecit, ſuper quandam rupem, quæ Gibichenſtein dicitur, ut, ibi caſtigatus, à rebellione ulterius deſineret.* Quo facto, *Imperator pertranſiens Alemanniam, cunctos, qui ſibi rebelles fuerant, in deditionem recepit, & munitiones eorum dejecit, &c.* Hæc *Wippo*, l. c., pag. 434, & 435. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1027.

pag.

pag. 102; & *Chronicon Weingartenſe*, de *Guelfis Principibus*, §. 6, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., p. 783; nec non *Ladulai Sundheimis Familia Welfonum*, ibid., pag. 802.

An. eod. tranſigit, ſuper *Burgundicum* Regnum, cum *Rudolpho*, ultimo Rege. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 7, pag. 248.

An. eod. Dux Chuono, *Patruelis Ejus*, (Imperatoris) *prius rebellis, ſe reddidit, quem Imperator in liberis cuſtodiis aliquantulum caſtigavit, deſtructisque munitionibus ſuis, quas optimas habuit, in gratiam illum recepit, totumque in honorem ſuum ſibi reſtituit, &c. Wippo*, l. c., pag. 435.

An. eod. Adelbero, *Dux Hiſtrianorum, ſive Carintanorum, reus Majeſtatis, victus ab Imperatore, cum filiis ſuis exulatus eſt; & Ducatum Ejus iſte* Chuono *ab Imperatore ſuſcepit: quem Ducatum Pater ejusdem* Chuononis (Cæſaris noſtri Patruus) *dudum habuiſſe perhibetur. Ita Dux* Chuno *fidus, & bene militans Imperatori, & filio ſuo,* Heinrico *Regi, quousque vixerat, permanſit, &c. Wippo*, l. c., *Chronographus Saxo*, pag. 244, & *Annales Hildesheim*. Dn. *Leibnitii*, l. c., p. 728, id referunt in annum 1036.

An eod. Ducatum Bavariæ demandat, *Principum delectu, Henrico, Henrici*, Ducis defuncti, filio; vid. præc. T. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1027, pag. 102.

An. 1028 filium *Henricum*, Aquisgrani, Regem coronari curat. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 102.

An. 1030 *Erneſtum*, Alamanniæ Ducem, privignum ſuum, læſæ Majeſtatis damnatum, Ducatu exuit, quem in *Hermannum*, Ejus fratrem, transfert. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 103.

An. eod. in *Stephanum*, *Hungariæ* Regem, ob frequentes in Bavariam excurſiones, militem educit; anno 1031 vero, mediante Filio, *Henrico* Rege, in gratiam & amicitiæ fœdus iterum admiſſum. Vid. *Wippo*, ad an. 1030, pag. 436, & 437; Vita *Meinwerci Paderbornenſis*, cap. 105, ap. *Surium*, l. c., & Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 559; Monachus *Hamerslebienſis*, de *Præclare geſtis Imperatorum*, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 709, & *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 141; *Hermannus Contractus*, ad an. 1030, pag. 321, *Chartuitius*, Epiſcopus, in Vita *S. Stephani*, R. Hungariæ, cap. 16, apud *Surium*, 20 Auguſti, p. m. 246; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 1029; *Chronographus Saxo*, ad ann. 1029, & 1031. pag. 241, & 242; *Conradus Urſpergenſ.*, ad ann. 1030, & 1031, p. 165; *Albericus*, ad an. 1030, p. 61. *Albertus Stadenſis*, an. eod., pag. 117; *Annales Hildesheimenſ.* Dn. *Leibnitii*, ad ann. 1030, & 1031, pag. 725, & 726; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 53, p. m. 260.

An. 1032, anteſignano *Godeſchalco*, *Utonis*, à Saxone quodam interfecti, filio, Sclavi rebellant, & multa Saxonum millia crudeliter trucidantes, ferro & flamma, obvia quæcunque vaſtant, & ad idolorum cultum relabuntur. Vid. *Albertus Stadenſ.*, h. a., pag. 118; *Adamus Bremenſ.*, lib. 2, cap. 48, pag. 74; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Sclav.*, cap. 19, p. 57. &c.

An. eodem, *Miſeconem*, *Poloniæ* Principem, mortuo Ejus fratre, *Ottone* Duce, ſupplicem factum, in gratiam recipit, diviſaque in tres partes Polonia, Tetrarcham Eum conſtituit, reliquas duas aliis commendans, è quibus *Maslaus*, *Miſeconis* Pincerna, Ducatum *Maſoviæ*, ex altera erectum, nactus fertur. Vid. *Wippo*, l. c., ad h. a., pag. 438; *Monachus Brunwillerenſis*, de *Ezone & Mathilde*, Palatinis Comitibus, cap. 3, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 320; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chronic.*, c. 28, pag. 132; *Annales Hildesheimenſes* Dn. de *Leibnitz*, ad an. 1031, & 1032, pag. 726, juxta quos vero Polonia ſaltem in duas partes ſciſſa; ita ibi, ad an. 1032, de *Miſecone*: *Legatos ſuos ad Imperatorem deſtinavit, tempusque ſemet præſentandi, condigneque ſatisfaciendi poſtulavit; & poſtmodum, Imperatore conſentiente, Mersburg venit, & ſemet, Nonis Julii, in Imperatoriam poteſtatem, corona ſcilicet ac totius regalis ornamenti oblitus, humiliter dedit. Quem Imperator clementius, quam ipſe opinaretur, ſuſcepit, Eique, & Ejus Patrueli cuidam, Thiedrico, Regnum, quod Ipſe ſolus ante poſſederat, diviſit. Quod Ipſe tamen poſtea ſolus iterum ſibi uſurpavit, &c.* Idem planè ſcribit *Chronographus Saxo*, ad an. 1032, pag. 243; *Wippo* contra, l. c., trium partium memor, ait: *Cæſar, miſericordia motus, dedit ſibi* (Miſiconi) *veniam, & diviſa Provincia Bolanorum in tres partes, Miſiconem fecit Tetrarcham: reliquas duas duobus aliis commendavit. Sic imminuta poteſtate, minor facta eſt temeritas. Defuncto Miſicone, Caſimirus, filius Ejus, fideliter ſerviebat huc usque Imperatoribus noſtris, &c.* Ducatum *Maſoviæ*, hæc circa tempora, erectum fuiſſe, docet *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 16, §. 11, p. m. 206, & in Not. ad *Lampadium*, part. 3, cap. 5, §. 8, p. m. 179. Polonos inſuper ad annuum tributum quingentarum auri marcarum à Cæſare adactos, affirmat idem, in Epiſtola ad *Guilielmum*, Duc. Brunſ. & Luneb., *Giphaniana Politicorum Ariſtotelis interpretationi*, quæ an. 1637 prodiit, præmiſſa, quæque inter Epiſtolas Ejus, an. 1666, *Helmſtadii*, uno volumine editas, octava eſt, p. m. 64. *Albericus*, *Monachus trium fontium*, p. m. 58, cuncta hæc anno 1026 contigiſſe, arbitratur.

An. eod. *Udalricum* Bohemum in exilium miſit. *Chronographus Saxo*, l. c. *Annales Hildesheimenſes*, l. c.

An. eod. & 1033 *Burgundiam* occupat, fugato *Odone*, Regni invaſore; Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 7, pag. 248, &c.

An.

Digitized by Google

An. 1033 inveſtit *Gothelonem*, Ribuariorum Ducem, de Ducatu *Lotharingiæ*; Vid. ſeq. Tit. XVI, *Catal. Ducum Lotharingiæ*, in Vita *Gothelonis*.

An. 1034 *Udalricum* Bohemum in gratiam recipit. *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 244; *Annal. Hildesheim.* cit., ad h. a., pag. 727.

An. 1035, & 1036 *Luttizos*, ſive *Wilſos* Sclavos, de quibus legas *Bangerti* Notas, ad lib. 1 *Helmoldi Chronici Sclavici*, cap. 2, p. m. 11, vectigales ſibi reddit; Vid. *Wippo*, ad an. 1035, pag. 439: *Collectis copiis de Saxonia, ſuper eos, qui Luttizi vocantur - - - - Imperator venit, ibique - - - - - ad compeſcendas incurſiones eorum, conſtruxit caſtrum Wirbinam, in quo præſidia Militum locabat, & Principes Saxoniæ, ut unanimiter reſiſterent Paganis, Sacramento, & imperiali juſſione conſtringebat. Deinde reverſus eſt in Franciam. Sequenti vero anno idem caſtrum à Paganis dolo raptum eſt, & plures noſtrorum, qui in eo erant, ab eis occiſi ſunt. Hinc commotus Imperator iterum cum copiis usque Albim fluvium venit - - - - & ita fugatis hoſtibus, ipſe, per ripam, liberam Regionem ingrediens, immenſis devaſtationibus & incendiis, ubique, niſi in locis inexpugnabilibus, ſic humiliavit eos, ut cenſum, ab antiquis Imperatoribus propoſitum, & jam auctum, Cunrado Imperatori poſtea perſolverent, &c.* Conf. *Herm. Contr.*, h. a., p. 322; Auctor *Vitæ Meinwerci, Paderbornenſis*, cap. 108, apud *Surium*, 5 Junii, p. 103, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 560; *Chronogr. Saxo*, An. 1035, p. 244; *Annal. Hildesheim.*, l. c., an. eod., p. 727; *Albertus Stadenſ.*, an. 1036, pag. 119. In genere de Sclavis ſcribit *Adamus Bremenſ.*, lib. 2, cap. 39, p. m. 69: *Fortiſſimus Cæſar Conradus, mox Polanos, & Regem eorum, Miſingum, magna virtute perdomuit, & auxiliatores eorum, Bohemos, cæterosque Slavorum Populos ſub tributum miſit, &c.*; & *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Sclavor.*, cap. 19, p. m. 57: *In diebus illis pax firma fuit in Slavia, eo quod Conradus, qui Henrico Piò ſucceſſit in Imperium, Winithos frequentibus bellis attriverit, &c.*; & *Albertus Stadenſ.*, ann. 1017, & 1032, pag. 117, ubi: *Cæſar Winulos bello domuerat, quorum Principes, Gneus & Anatrog Pagani erant, Uto vero, tertius filius Miſtivoi, male Chriſtianus.* Conf. *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, cap. 13, p. m. 193. De *Miſecone* Polono, altera vice an. 1036 debellato, vid. *Monachus Brunwilrenſis*, in vita *Ezonis*, C. P. R., cap. 3, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 320: *Eodem tempore* (quo Hermannus Piligrino, Archi-Epiſcopo Colonienſi, ſucceſſit, id eſt, an. 1036) *Richeza Regina, facto, inter ſe, & Regem,* (Poloniæ, Miſeconem) *Conjugem ſuum, divortio, per odium, & inſtigationem cujusdam ſuæ pellicis, cum Ei jam peperiſſet Chatimerum, cujus generoſa poſteritas, divitiis & poteſtate nobiliter inſignis, permanet usque hodie; veſte mutata, paucis ſe, fugam clanculum agentem, adjuvantibus, utpote faſtus ejus intolerabiles, ſimul & barbaros Slavorum pertæſa ritus, venit ad Imperatorem, Conradum, in Saxoniam: à quo venerabiliter & ipſa ſuſcepta eſt; & Ipſe nihilominus glorioſis ipſius xeniis magnifice honorificatus eſt. Accepit namque ab ipſa duarum, ipſius, Regisque, ſui conjugis, Coronarum Inſignia; conceſſitque Ei eandem gloriam, congrua plane ſibi reddita vieiſſitudine, cujus totum venit ex munere, quidquid, ſuum extra limitem, Romanum Imperium Magnificentia Ejus ad ſeſe contraxit in tempore. Nam patrata mox ſuper Polonos expeditione, triumphatoque ſub tributo Miſechone, cum tota Slavorum Gente, victoriæ trophæum, duplici quoque ſub corona, ſortitus eſt, &c.* unde ſua Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 9, pag. 260, &c. Conf. *Cranzius*, lib. 2 *Vandaliæ*, cap. 36, & 37.

An. 1036, & 1037 denuo, adverſus rebelles *Mediolanenſes*, cum exercitu, Italiam ingreditur. *Wippo*, h. a., pag. 440, &c.; *Hermannus Contractus*, an. 1037, pag. 322; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 31, pag. 133; *Chronographus Saxo*, an. 1037, pag. 245; *Annal. Hildesheimenſes* cit., ad h. a., p. 728; *Albertus Stadenſ.*, an. eod., p. 119; *Albericus*, an. 1038, p. 70.

An. eod. 1036 *cum Rege etiam Danorum, ſive Anglorum,* (Canuto) *mediante Archi-Epiſcopo,* (Unwano) *pacem fecit, cujus & filiam filio ſuo depoſcens uxorem, dedit Ei Civitatem Sliaswig, cum Marchia, quæ trans Egdoram eſt, in fœdus amicitiæ, &c.* Hæc *Adamus Bremenſis*, lib. 2, cap. 39, p. m. 69; *Chronogr. Saxo*, an. 1026, pag. 240; *Conring.*, de *Finibus*, lib. 4, cap. 14, §. 10, pag. 132, & 133.

An. eod. *Conradum*, Patrruelem, Ducem *Carinthiæ* conſtituit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., p. 103.

De Legibus Ejus, quas tulerit, dictum ſupra, pag. 64.

v. (5.) Cunctis in Italia, Germania, Burgundia, Polonia, &c. ritè diſpoſitis, an. 1039, ſecunda feria Pentecoſtes, h. e. 4 Junii, *Trajecti* obiit, cujus viſcera ibidem terræ mandata, reliquo corpore *Spiram* translato. Vid. *Wippo*, ad h. a., pag. 442, & 443: *Diem Sanctum Pentecoſtes, apud Trajectum, Civitatem Friſiæ, celebravit, ubi, cum ſacratiſſimam ſolennitatem venerando, magnificè, cum filio & Imperatrice, coronatus procederet ad menſam, mediocri dolore correptus eſt, tamen, ne tantæ diei lætitiam perturbaret, dolorem diſſimulavit. Sequenti die - - - - Imperatrici, & filio, Regi Henrico, per fida monita valedicens, ex hac vita migravit, 2* (ita ſanè legendum, non XI, ut in meo exemplari habetur, tot enim *Nonæ* non dantur) *Nonas Junii, Feria ſecunda, Indict. VII. Viſcera Imperatoris apud Trajectum condita ſunt, & Rex locum ſepulturæ donis & prædiis ampliavit. Reliquum corpus - - - - in Spira Civitate - - - - - honorifice ſepultum eſt, &c.* Conf. *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 323; *Lambertus Schafnaburg.*, h. a.; *Marianus Scotus*, h. a., *Sigebertus Gemblac.*,

h. a.; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 31, pag. 134; *Conradus Urſpergenſ.*, h. a., pag. 165; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 247; *Annales Hildesheimenſes* Dn. *Leibnitii*, h. a., pag. 729; *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 376; *Albericus*, h. a., pag. 71; *Chronicon Magdeburgicum*, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. Germanic.*, pag. 287; Aliique multi. Solus *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 120, ponit 2 Idus Junii. De nudo anno teſtantur *Monachus Hamerslebienſis*, de *Præclarè geſtis Imperatorum*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 709, & *Maderum*, de *Antiq. Brunſuic.*, pag. 141; *Chronicon Fiſcanienſe*, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 326; *Leodienſe*, ibid., pag. 337; *Rotomagenſe*, ibid., pag. 366, &c. *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 4, §. 3, pag. 195, mentionem facit anni 1040. *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, perperam in annum 1045 procurrit, quam ſententiam & amplecti videtur Auctor *Chronici Sclavici*, apud *Lindenbrogium*, cap. 13, p. m. 193, verbis: *Conradus . . . . cœpit anno Domini* 1027, *& imperavit annis* 17. Errorem autem typographi hic ſubeſſe, &, loco 17, legendum 12, docet ejusdem Chronici cap. 14, l. c., ubi: *Quo* (Imperatore) *translato ad Superos, ſucceſſit in ſceptrum filius Ejus, Henricus, puer octo annorum, &, ob pueritiam Ejus, multiplicata ſunt mala in Terra, Anno Domini* 1040. Epitaphium Ejus extat infra, in vita *Henrici V*, v. 5.

(17) HENRICUS III.

v. (1.) Natus eſt hic Princeps, Patre, *Conrado Salico* Imperatore, & Matre *Giſela*, An. 1017, die *Simonis & Judæ*. Teſtis Ipſe, in Diplomate, Monaſterio *Goslarienſi*, an. 1050, dato, apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Appendice Antiquitatum Pœldenſium*, pag. 277, §. 5, verb: *Qualiter nos, ob æternam Noſtri, noſtrique thori ac Regni conſortis, ſcil. Agnetis, Imperatricis Auguſtæ, commemorationem; nec non, pro ſalvatione beatarum animarum, fel. mem., Conradi Imperatoris, Noſtri quidem Anteceſſoris & Patris, atque Matris noſtræ, Imperatricis Giſlæ, &c.* Annum deſignat *Wippo*, in Vita *Conradi Salici*, ad an. 1028, p. m. 436, aſſerens, *Henricum* noſtrum, dicto anno, undecimum ætatis egiſſe. Verba extant præced. Vita laudati *Conradi*, v. 4, ad an. 1028. Ejusdem ſententiæ eſt *Continuator Hermanni Contracti*, ad an. 1056, apud *Urſtiſium*, p. m. 337: *Obiit* (Henricus noſter) *anno ætatis ſuæ trigeſimo nono, &c.* Diem exprimit *Lambertus Schafnab.*, ad an. 1056; ibi: *Corpus Ejus Spiram translatum eſt, &, celebratis Regio more exequiis, die Natalitio Apoſtolorum Simonis & Judæ, quo ſcil. die etiam natus fuerat, ſepulturæ eſt traditum, &c.* quæ *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 379, repetit. Eorum figmentum, qui non *filium*, ſed *generum Conradi Salici* Eum arbitrantur, refellit *Monachus Hamerslebienſis*, de *Præclarè geſtis Imperatorum*, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſuic.*, p. 709, & *Maderum*, de *Antiquit. Brunſ.*, p. 141, inquiens: *Henricus III, Conradi filius, ſucceſſit Patri, jam dudum Rex ab Eo conſtitutus, annis XVII. Fabuloſum eſt, & fictum, quod Ejus fuerit gener, &c.*. En fabulam: *Conradus 2, Imperator, nulli violatori pacis parcebat. Unde Comes Lupoldus, violator pacis, timens occidi ab Imperatore, fugit in ſylvam remotiſſimam,* (al. Nigram) *ibique, cum uxore ſua, ſolus in tugurio latitabat. Contigit Imperatori, è venatione ſua, fortuito caſu, illuc divertiſſe, & ea nocte ibi manſiſſe. Uxor Comitis, eadem nocte, peperit maſculum, quo vagiente, vox de Cœlo ait: O Imperator, infans iſte erit Tibi gener, & hæres. Hac voce, tertia vice, audita, ſurgit Imperator diluculo, & inventis duobus ſuis famulis dixit: Ite, & occidite illum infantem. Qui euntes accipiunt infantem, ſed, miſerti ipſius, non occidunt, ſed ſuper arborem ponunt, atque relinquunt. Regi autem repræſentant cor leporis, pro corde infantis. Rex autem eos remuneravit. Tranſiens poſtea Dux quidam invenit, & deportat infantem, & adoptat eum in filium. Imperator longe poſt in domo Ducis videt puerum, & habet ſuſpectum, ne ſit ille, quem præcepit occidi; & aſſumit eum quaſi pro cliente, & præcipit, ut ad Reginam literas ſuas portet, in quibus præcipiebat Reginæ, ut, viſis literis, ſtatim faciat eum occidi. Puer autem, rem ignorans, pergit, & in domo Sacerdotis cujusdam hoſpitatur, qui ei dormienti literas ſubripuit, & aperuit, & viſa ibi morte pueri, alias literas ſcripſit in hunc modum: Quum videris hunc puerum, ô Regina, ſtatim da Ei filiam noſtram in uxorem, ſicut diligis vitam tuam. Et iſtas literas repoſuit in marſupium pueri. Puer neſcius abiit, & ita filia Regis ſtatim tradita eſt ei, &c.* Hæc omnia *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chronic.*, pag. 487, & 488, unde, procul dubio, ſua hauſerunt *Martinus Polonus*, in Ejus vita, p. m. 368; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 35, p. m. 757; *Engelhuſius*, de *Imperatoribus è domo Brunſuicenſi oriundis*, ap. *Maderum*, de *Antiq. Brunſuic.*, pag. 42; *Henricus Bodo*, Syntagm. de *Conſtructione Cœnobii Gandeſiani*, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 502; *Carolus Stengelius*, in Comment. ad *Vitas Wilhelmi Hirſaugienſis*, & *Wilhelmi Gellonenſis*, *Abbatum*, edit. Auguſtæ Vindel. an. 1611, p. m. 39; Aliique. Enimverò (1) Nihil horum reperies apud *Wipponem*; Auctorem *Vitæ S. Meinwerci* Paderbornenſis; *Hermannum Contractum*; aliosve Scriptores coætaneos: quin potius (2) uno ore, *Henricum* filium *Conradi* Anteceſſoris eſſe, fateantur; (3) contrariantur huic commento Nuptiæ *Henrici*, cum Daniæ Regis, & Pictavenſium Principis filiabus, de quibus mox; (4) Propria Ejus Patris, *Conradi*, confeſſio, in diplomatibus, de an.

de an. 1030, apud *Schatenum*, lib. 5 *Annal. Paderborn.*, pag. 476, ubi: *Amantiſſimæ prolis noſtræ, Heinrici Regis, &c.*; & an. 1031, ibid., pag. 478: *Cari filii noſtri, Heinrici Regis, &c.*; Alio, ibid., pag. 479: *Dilecti filii noſtri, Regis Heinrici, &c.*; Alio, ejusd. anni, ibid., p. 480; Aliis, an. 1032, ibid., pag. 485, & 488; anno 1033, pag. 490, 492, & 493, &c.; (5) Ipſius *Henrici* confeſſio; Vid. Diploma an. 1039, ap. eundem, lib. 6, p. 518, ubi: *Genitoris noſtri Chuonradi, Romanorum videlicet Imperatoris, &c.*; Et Traditionis Charta, de an. 1040, apud *Maderum*, cujus verba, ſeq. v. 2, extant; alia Donatio, de an. 1049, in *Heinneccii Antiquitatibus Goslarienſibus*, lib. 1, h. a., pag. 47: *Pro ſalvatione beatarum animarum fel. mem. Conradi Imperatoris, Noſtri quidem anteceſſoris & Patris, atque Matris Noſtræ, Imperatricis Giſilæ, &c.*; quæ, in alia charta, de an. 1055. ibid., pag. 61, &c. &c., repetit; (6) Inſcriptio Templi *S. Guidonis*, Spiræ, cujus *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 23, p. m. 420, meminit, ſic ſe habens:

Henricus III, Rom. Imperator, Conradi II Imperatoris FILIUS, Corpus S. Guidonis in hanc ædem tranſtulit, Anno M. XLVII.

Sed & (7) variant prædicti Auctores in circumſtantiis; (8) Ipſe *Gosfridus Viterbienſis*, l. c., p. 491, Eum pro filio *Conradi* agnoſcit, ajens: *Henricus III, ſupra memoratæ Imperatricis Giſelæ filius, qui cœperat, Patre vivente, regnare, Patre mortuo, ab Auguſto Octuageſimus tertius cœpit imperare .... Iſte Henricus Patri ſuo æqualis in virtutibus, & præcelſior fuiſſe perhibetur, &c.* ne dicam, (9) ſimile commentum de *Henrico Sancto* circumferri, de quo in ejus vita, v. 1, dictum.

v. (2.) Nuptias celebravit, *prima vice*, an. 1036, cum *Canuti*, Daniæ Angliæque Regis, filia. De cujus nomine diſputatio eſt; Alii eam *Chunelindam*, vel *Chunihildem*, vel *Chunhildam* vocant. Teſtes *Wippo*, in *Vita Conradi Salici*, ad h. a., pag. 440: *Heinricus Rex, filius Imperatoris, Cnittonis, Regis Anglorum, filiam, nomine Chunelindem, pro Regina conſecratam, Regalibus nuptiis, in Conjugium duxit, &c.*; *Hermannus Contractus*, ad an. eund., p. m. 322: *Henricus Rex, filius Imperatoris, Chunihildem, Cnutonis, Danorum & Anglorum Regis, filiam, ſibi, apud Noviomagum, Regalibus nuptiis, copulavit uxorem, &c.*; *Wilhelmus Malmesburienſis* lib. 2, de *Geſtis Anglorum*, cap. 12, p. m. 43; & alii. Ipſe Cæſar vero, Ejus maritus, in Traditionis charta, de an. 1040, apud *Maderum*, in *Antiquitat. Brunſ.*, pag. 219, eam *Chunigundam* nominat; ibi: *Notum fieri volumus, qualiter Nos, pro remedio animæ noſtræ, Genitorisque noſtri, Chuonradi, ſive etiam, beatiſſimæ memoriæ, Conjugis Noſtræ, Chunigundæ, per Noſtram præceptalem auctoritatem, donamus, &c.* ſic & *Monachus Hamerslebienſis*, de *Præclare Geſtis Imperatorum*, ap. *Maderum*, de *Antiq. Brunſ.*, pag. 141, & Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, p. 709: *Filio ſuo*, (Conradus Imp.) *Henrico, conjunxit Kunigundam, filiam Knut Danorum, quæ ſine liberis obiit, &c.* quod nomen etiam apud Auctorem *Chronici Stederburgenſis*, Tom. 1 *Rer. German. Meibomii*, ad an. 1036, p. 451, & Ill. Dn. *Leibnitii Script. Brunſuic.*, p. 852; *Ottonem Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 31, pag. 134; *Chronographum Saxonem*, ad an. 1038, p. 247; *Albericum, Monachum trium fontium*, ad an. 1039, pag. 71, qui alias, ad an. 1036, pag. 67, de nuptiis teſtatur; Alioſque offendis. In *Annalibus Hildesheimenſibus* Dn. *Leibnitii*, ad an. 1036, pag. 728, hæc profertur conciliatio: *Ibi* (Noviomagi) *Filio Imperatoris, Heinrico Regi, venit Regina, Cunichild nomine, quæ ibidem, in Natali Apoſtolorum, Regalem coronam accepit, &, mutato nomine, in Benedictione, Cunigund dicta eſt, &c.* Nudum factum comprobant *Adamus Bremenſis*, lib. 2 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 47, pag. 74; *Conradus Urſpergenſis*, an. 1036, pag. 165; *Albertus Stadenſis*, an. eod., p. m. 119; &c. Errant hinc *Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, T. 1 *Bibliothecæ*, pag. 337, easdem nuptias ad annum 1032, *Chronographus Saxo*, pag. 239, & 240, ad an. 1026, & *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, ad an. 1042 referentes. *Carolus Steugelius*, in Not. ad Vitam *S. Wilhelmi Hirſaugienſis*, p. m 40, & 41, problematicè rem enarrat. De obitu ſcribit *Wippo*, l. c., ad an. 1038, pag. 442: *Regina Chunelindis, conjux Henrici Regis, XV Calend. Auguſti, quaſi in limine vitæ, ingreſſu mortis, occubuit, relinquens tantummodo ſolam filiolam de Rege, quam poſtea Pater Chriſto deſponſans, in Abbatiſſam conſecrari facit, &c.* *Hermannus Contractus*, eod. an., ponit 17 Cal. Aug.; *Chronicon Stederburgenſe*, l. c., ad h. a.; *Chronographus Saxo*, eod. anno, pag. 247; *Annales Hildesheim.*, eod. an., l. c., pag. 729, *Wipponem* ſequuntur; *Hepidannus*, l. c., producit annum 1044; *Wilhelmus Malmesburienſis*, l. c., ait: *Ad ſponſum perveniens, multo tempore fœdus conjugale fovit. Poſtremo, adulterii accuſata, puerulum quendam, fratris ſui alumnum, quem ſecum ex Anglia duxerat, delatori, giganteæ molis homini, ad monomachiam oppoſuit, cæteris clientibus inerti timore refugientibus. Itaque conſerto duello, per miraculum Dei, inſimulator, ſucciſo poplite, enervatur. Gunhildis, inſperato triumpho tripudians, Viro repudium dedit; nec ultra, minis aut delinimentis, adduci potuit, ut thalamo illius conſentiret, ſed velum Sanctimonialium accipiens, in Dei ſervitio, placido conſenuit otio, &c.* Aſſeclam habet *Albericum*, ad an. 1045, pag. 77. Confundi nonnunquam hanc Principem cum *Chunigunda*, *Henrici S.* Conjuge, in vita hujus Imperatoris, v. 2, monui.

De *altera Conjuge* hæc ſuppeditat *Hermannus Contractus*, ad an. 1043, p. m. 324: *Henricus Rex* ...

Digitized by Google

Agnetem, *Wilhelmi Pictavienſis filiam*, *accipiens*, *& Moguntiæ Reginam ungi faciens*, *Regales apud Ingelnheim nuptias celebravit*, *&c.* Conf. *Monachus Hamerslebienſis*, ad h. a., apud *Maderum*, l. c., p. 142, & Dn. de *Leibnitz*, l. c.; *Lambertus Schafnab.*, eod. an.; *Chronicon Andegavenſe*, eod. an., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, p. 276, quamvis quædam ibi corrupta appareant; *Marianus Scotus* hoc contigiſſe mavult, anno 1044, conſentientibus *Conrado Urſpergenſi*, h. a., pag. 166; *Alberto Stadenſi*, h. a., pag. 122; *Annalibus Hildesheimenſibus* Dn. *Leibnitii*, pag. 730; *Paulo Lango*, *Chron. Citizenſ.*, h. a., apud *Piſtorium*, pag. 773, &c. Pro anno 1045 loquuntur *Glaber Rodulphus*, cap. 1 *Hiſtor.*, cujus verba *Conringius*, in Not. ad lib. 1 de *Finibus*, cap. 17, p. m. 97, recitat; *Chronographus Saxo*, p. 249; *Albericus*, h. a., pag. 77; & alii. *Hepidannus*, l. c., in annum 1048 excurrit, & Auctor *Chronici Malleacenſis*, apud *Labbeum*, T. 2 *Biblioth.*, pag. 209, in ſequentem 1049. Factum corroborat *Otto Friſingenſ.*, lib. 6 *Chronic.*, cap. 32, p. m. 135, ſponſam tamen *Guilielmi* Pictavenſis *Sororem* nominans. Mentionem Ejus facit Imperator Ipſe, in Dipl. an. 1046, apud *Schatenum*, lib. 6 *Annal. Paderborn.*, ad h. a., pag. 529: *Pro remedio animæ noſtræ*, *Agnetisque Reginæ*, *dilectiſſimæ contectalis noſtræ*, *&c.*; & in alio, de an. 1055, in *Heineccii Antiquit. Goslarienſ.*, lib. 1, h. a., p. 61: *Ob æternam noſtri*, *noſtrique thori ac Regni Conſortis*, *ſcilicet Agnetis*, *Imperatricis Auguſtæ*, *&c.*; ut & Filius Ejus, *Henricus IV*, in Dipl. an. 1057, inter *Privilegia Hamburgenſis Eccleſiæ*, apud *Lindenbrogium*, p. m. 139: *Dilectæ Matris noſtræ*, *Agnetis*, *Imperatricis Auguſtæ*, *&c.* De multis aliis ne dicam. Imperatrix coronata eſt, una cum Marito, an. 1046. Quomodo Ducatum Bavariæ rexerit, dicetur ſeq. Tit. XVI, in Catalogo Ducum Bavariæ. Obiit tandem, an. 1077, 14 Dec. Vid. *Bertoldus Conſtantienſis*, Scriptor coævus, in *Contin. Herman. Contracti*, ad h. a., apud *Urſtiſium*, p. m. 348: *Agnes*, *Religioſiſſima Imperatrix*, *jam viginti annis in viduitate Deo devotiſſime ſerviens*, *nec filio ſuo*, *Henrico*, *contra Apoſtolicam Sedem in aliquo conſentiens*, *Romæ requievit in pace*, *ſepulta Romæ*, *in Eccleſia S. Petronellæ*, *&c.* Idem docent *Chronicon Stederburgenſe*, h. a., apud *Meibomium*, l. c., Tom. 1, pag. 452, & Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 853; *Annales Hildesheimenſes* Dn. *Leibnitii*, h. a., pag. 732; *Carolus Sigonius*, lib. IX, de *Regno Italiæ*, an. eod., pag. 369; *Cæſar. Baronius*, Tom. XI *Annal.*, eod. an., p. m. 538, ubi, ex *Vegii* lib. 3 *Antiquitatum Vaticanæ Baſilicæ*, ipſum Epitaphium ſiſtit:

Anno. MLXXVII. ab. Incarnat. Dom. noſtri. Jeſu. Chriſti. Indict. prima. Anno. quinto. Pontificatus. Domini. Gregorii. Papæ. Septimi. Agnes. Imperatrix. Aug. poſt. mortem. Viri. ſui. Henrici. Imp. II. Anno XXII. die. XIIII. menſis. Decembris. animam. bonis. operibus. fecundam. Lateranis. Salvatori. ſuo. atque. omnium. bonorum. Deo. Auctori. reddidit. Et. hic. ubi. antea. militaverat. Clavigero. Cæli. pro. cujus amore. ibidem. peregrinata. fuerat. Quinta. die. menſis. Januarii. expectans. ſpem. beatæ. reſurrectionis. &. adventum. Magni. Dei. membra. carnis. commendavit. in. pace. Amen.

Errant *Albertus Stadenſis*, pag. 133, & Auctor *Hiſtoriæ Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, apud *Lindenbrogium*, pag. 86, Eam jam anno 1069 deceſſiſſe, exiſtimantes. *Chronographus Saxo*, pag. 258, & 259, rectius aſſerit, Romam Eam hoc anno ſe contuliſſe, aliquot annis poſt demum defunctam: *Agnes Imperatrix*, *Mater Regis Heinrici*, *tædio affecta*, *vel potius divinitus compuncta*, *Ducatum Bawariæ depoſuit*, *& Regni gubernacula penitus ſpernens pro Chriſto*, *Romam ſe contulit*, *ibique dignis pœnitentiæ fructibus mira inſerviens humilitate*, *poſt aliquot annos*, *in Domino migravit*, *&c.* Eadem profert *Conradus Urſpergenſis*, an. eod., pag. 168; clarius loquitur *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, p. m. 468: *Imperatrix*, *aſpiciens iniquas rerum mutationes*, *cum fluctibus turbationis nollet involvi*, *Religioſam vitam elegit*, *& ad monaſterium Fructuarienſe ſe tranſtulit.* *Inde poſtmodum Romam pergens*, *ibique aliquantam moram faciens*, *vita deceſſit*, *& in Eccleſia B. Petronillæ*, *in tumba marmorea*, *honeſtè ſepulta eſt*, *&c.*

v. (3.) Liberi Ejus fuerunt:

(1) Filia, ex priori conjuge, conſecrata Abbatiſſa. Vid. *Wippo*, ad an. 1038, p. 442, præced. v. 2. *Bodo*, in Syntagmate, de *Eccleſia Gandeſiana*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. Germ.*, p. 501, eam *Beatricem* vocat, verb: *Illuſtriſſima quoque Fœmina*, *Domina Adelheidi*, *rebus humanis exemta*, *Sereniſſimi Regis Henrici*, *hujus nominis III*, *poſtea Imperatoris Secundi*, *filiam*, *Beatricem vocatam*, *in defunctæ Sedem locavere*, *&c.* Conf. tamen Dn. *Leuckfeldi Antiquitates Gandesheim.* cap. 22, p. 230; qui eam Imperatoris noſtri *Sororem* fuiſſe arbitratur.

(2) *Mathildis*, nata ex *Agnete*, an. 1045, teſte *Hermanno Contracto*, h. a., apud *Urſtiſium*, p. m. 326: *Agnes Regina filiam Regi peperit*; Hanc puto eſſe, de qua *Lambertus Schafnaburg.*, ad an. 1058, ſcribit: *Otto de Suinfurde*, *Dux Suevorum*, *obiit.* *Ducatum Ejus Rudolphus obtinuit*, *&*, *ut Regi*, *in dubiis tunc rebus*, *ex affinitate devinctior*, *fideliorque in Rempublicam foret*, *ſoror quoque Regis Ei deſponſata eſt*, *tenera adhuc ætate*, *traditaque eſt Epiſcopo Conſtantienſi nutrienda*, *dum thoro conjugali matureſceret*, *&c.* Quæ *Monachus Herveldenſis*, eod. an., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 380, repetit; Et *Continuator Hermanni Contracti*, ad an. 1059, apud *Urſtiſium*, p. m. 337: *Rodolphus*, *Alemannorum Dux*, *Mathildam*, *Henrici Regis* (IV) *ſororem*, *duxit uxorem.*

(3) *Juditta*, cujus *Andreas*, Abb. *S. Michaëlis prope Bambergam*, in *Vita S. Ottonis Bambergenſis*, lib. 1, cap. 1, apud *Gretſerum*, *de Divis Bambergenſibus*, p. 158, & *Surium*, 2 Julii, p. m. 32, meminit: *Accidit fortè illis diebus*,

Digitized by Google

diebus, ut Germana Soror Henrici IV, Imperatoris, Judita nomine, in matrimonio jungeretur Boletzlao, Polonorum Duci, &c. Intelligit forſan eam *Hermannus Contractus*, ad an. 1047, p. m. 328, verbis: *Imperatrix Agnes, quæ Romæ ab Imperatore digreſſa fuerat, in Ravennati Territorio filiam peperit, &c.*; & *Monachus Hamerslebienſis*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſ.*, p. 142, & Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſvic.*, pag. 709: *Revertens inde* (Roma) *Agnes, filiam apud Ravennam peperit, &c.* Add. *Albertus Stadenſ.*, an. 1046, pag. 122.

(4) Alia filia, nata an. 1048. Vid. *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 330: *Agnes Imperatrix filiam Imperatori peperit, &c.* Neſcio, an non de hac veniat intelligendum, quod *Monachus Hamerslebienſis*, ap. *Maderum*, l. c., pag. 143, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 710, tradit: *Rex* (Henricus IV,) *ſororem ſuam invitaverat, quæ fuit conjux Salomonis, Regis Ungariæ, &c.* Ejusdem meminit *Lambertus Schafnaburg.*, ad an. 1061: *Andreas, Rex Ungariorum - - - - Uxorem ſuam, & filium, Salomonem, cui Imperator filiam ſuam, parvulo parvulam, deſponderat, cum multis opibus, ad Regem Henricum transmiſit, &c.* *Conringius*, de *Finibus Imp.*, lib. 1, cap. 18, §. 14, pag. 209, eam *Sophiam* vocat, ejusque maritum *Stephanum*; ibi: *Uladulaus ille* (Polonus) *duxit in Uxorem Sophiam, Henrici IV, Cæſaris, ſororem, viduam Stephani Hungarici, &c.*

(5) *Henricus IV*, Imperator, de quo ſuo loco.

(6) *Conradus*, Dux *Bavariæ*, nat. an. 1052; Vid. *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 334: *Imperatrix iterum filium, quem Conradum poſtea vocaverunt, Imperatori peperit.* Infantulus autem ad ſuperos migravit, teſte *Lamberto Schafnab.*, ad ann. 1056: *Cunradus, filius Imperatoris, Dux Bajoariæ, obiit, &c.* Quæ *Monachus Herveldenſis*, ad h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 379, repetit. Vid., ſeq. Tit. XVI, Catalogum Ducum Bavariæ.

(7) *Beatrix*, Abbatiſſa *Gandersheimenſis*, de qua *Henricus Bodo*, in *Syntagmate* de *Conſtructione Cœnobii Gandeſiani*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 501: *Domina Aſelheidi rebus humanis exemta, Sereniſſimi Regis, Henrici, hujus nominis III, poſtea Imperatoris II, filiam, Beatricem vocatam, in defunctæ ſedem locavere, &c.* Conf. tamen Dn. *Leuckfeldi Antiquitates Gandersheimenſes*, cap. 22, p. 230.

(8) *Giſela*, Monialis. Vid. *Carolus Stengelius*, in Notis ad *Vitam S. Wilhelmi*, Abbatis *Hirſaugienſis*, p. m. 41: *Ex qua* (Agnete) *ſuſcepit filium, Henricum, hujus nominis Imperatorem IV, qui poſt Eum regnavit; & duas filias, Giſelam Monialem, & Adelheidem, Abbatiſſam in Quendelburg, &c.*

(9) *Adelheida*, Abbatiſſa in *Quedlinburg*, cujus modo facta mentio.

v. (4.) Quomodo Rex fuerit deſignatus Germaniæ, & coronatus, dictum ſupra, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1026, & 1028, pag. 102.

An. 1038 corona *Arelatenſi* redimitur. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 7, pag. 249.

An. 1039 defuncto Parenti ſucceſſit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 103.

An. 1040 primam expeditionem, fruſtra licet, in *Bohemos* adornat. *Hermannus Contractus*, h. a., p. 323; *Lambertus Schafnab.*, h. a., qui, an. 1041, Ducem *Prenzlaum* appellat; *Marianus Scotus*, ann. 1041, Eundem *Fratislaum* vocans; *Sigebertus Gemblac.*, an. 1040, eundem *Odelricum* nominans; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 32, p. 134; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. m. 491; *Chronographus Saxo*, eod. an., p. 247; *Annal. Hildesheim.*, an. 1041, apud Dn. de *Leibnitz*, pag. 730; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. 1040, pag. 72; *Albertus Stadenſis*, an. 1041, pag. 120; *Conradus Urſperg.*, eod. an., p. 165; *Monachus Herveldenſ.*, an. 1040, ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. Germanic.*, pag. 376. Cauſam belli ſuppeditat *Bonfinius*, lib. 2 *Rer. Hungar.*, decad. 2: *Henricus III, graviter indignatus, quod Poloniam, injuſſu ſuo, devaſtarit, Udalrico Bohemo, filioque bellum indixit. Quia Romano Imperio Ducatus ille ſubjectus erat, quotannisque boves centum & viginti, item argenti puſtulati quinquaginta pondo pendere cogebatur, &c.*

An. 1041 Heinricus Rex, ſecundò Boëmiam ingreſſus, Ducem Ejus in deditionem accepit, Prenzlao nomine, Terramque Ejus tributariam fecit. Hæc *Lambertus Schafnab.*, h. a. *Hermannus Contractus*, eod. an., p. m. 323: *Henricus Rex Boëmiam cum exercitu ingreſſus, igne prædaque cuncta devaſtat, & rebellem Ducem obſides dare, & ipſum poſt ſe Ratisbonam ad deditionem humiliter venire, ſibique jurejurando fidelitatem ſervitiumque confirmare coartat, &c.* Sic & *Marianus Scotus*, an. 1042; *Otto Friſing.*, l. c.; *Goſfridus Viterbienſis*, l. c.; *Sigebertus*, an. 1041; *Conradus Urſperg.*, an. eod., p. 165; *Chronographus Saxo*, an. 1042, pag. 249; *Annales Hildesheim.*, l. c., ad an. 1041; *Albertus Stadenſ.*, an. 1041, p. m. 120; *Monachus Herveldenſ.*, an. 1041, l. c.

An. eod. pulſo, à rebellibus ſubditis, Hungarorum Regi, *Petro*, auxiliaque efflagitanti, contra *Ovonem*, Regni invaſorem, præſto eſt, eoque in ordinem redacto, novum Principem Genti præficit, anno 1042; Quo, ab *Ovone*, in Bohemiam fugato, altera vice, armata manu, Pannonias ingreſſus, an. 1043, vix factorum veniam imperante *Ovone*, Hungaros ad ſalutandas præſcriptas pacis leges admiſit; quibus *denuo ruptis*, tertiam expeditionem in rebelles ſuſcipiens, an. 1044, *Ovonem*, 3 Non. Julii, ad internecionem profligavit, in fugam conjecit, & Hungaris, ſubjectionem pariter & tributa ſibi pollicentibus, exulem Regem, *Petrum*, parem fidelitatem ſibi & futuris Imperatoribus promittentem, reddidit. Vid. *Hermannus*

Contractus, ad annos 1041, 1042, 1043, & 1044, p. 323 ad 325; *Lambertus*, ad eosdem annos, *Ovonem Uban* vocans; *Glaber Rodulphus*, cap. 1 *Hiſtor.*, apud *Conringium*, in Annotatis ad lib. 1, de *Finibus Imperii*, c. 17, p. m. 97, &c.; *Adamus Bremenſis*, lib. 3, cap. 33, p. m. 103; *Monachus Hamerslebienſis*, de *preclarè geſtis Imperatorum*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, p. 141, & 142, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 709; *Marianus Scotus*, ad an. 1041, &c., *Ovonem Ononem* appellans; *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 1042, &c., eidem nomen *Abbonis* tribuens; *Otto Friſingenſ.*, l. c.; *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c.; *Conradus Urſperg.*, an. 1042, &c., pag. 165; *Monachus Herveldenſis*, l. c., ad an. 1041, &c., pag. 376, & 377; *Annales Hildesheimenſ.*, l. c., ad an. 1041, &c.; *Chronographus Saxo*, ann. 1043, &c., pag. 249, & ſeqq.; *Albericus*, ad an. 1044, &c., pag. 76, & 77; *Albertus Stadenſ.*, an. 1042, &c., pag. 120 ad 122; *Levoldus de Northof*, *Chron. Marcan.*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 382; Liber, de *Fundatione Monaſterii Gozecenſis*, *Chronico Montis Sereni* à *Madero* annexus, pag. m. 212. Quæ de *fidelitate* dixi, nituntur auctoritate *Hermanni Contracti*, ad an. 1045, pag. 326: *Petrus Rex Henricum Regem, in feſtivitate Pentecoſtes, ad ſe invitatum, magno paratu ſuſcepit, & maximis muneribus donavit, Eique Regnum Pannoniarum, Principibus Hungarorum fidelitatem Illi, & ſucceſſoribus Ejus juramento firmantibus, reddidit: quod tamen AB EO, ipſe dum viveret, POSSIDENDUM RECEPIT*; &c. Conf. *Marianus Scotus*, eod. an: *Ononem* (ita vocat Ovonem) *cum uxore, & filiis, cognatisque, quibus locus evadendi erat, effugabat. Petrum in Regnum conſtituit, ſubditoque Sibi Ungarorum Regno, honorifice revertitur, &c.*; & *Sigebertus*, ad an. 1043: *Petrum vero, quem Abbo* (Ovo) *expulerat, Hungarorum Regno reſtituit, & Hungariam Sibi tributariam fecit*, &c., quæ *Albericus*, ad an. 1045, p. 76, & 77; *Albertus Stadenſ.*, eod. an., pag. 122; *Annales Hildesheimenſ.*, l. c., eod. anno, pag. 731; *Conradus Urſpergenſ.*, eod. an., p. 166; *Aventinus*, lib. 5 *Annal.*, aliique repetunt. Add. *Conring.*, de *Finib. Imper.* lib. 1, cap. 16, §. 9, &c., p. 179, & ſeqq.

An. 1042 expeditionem in *Burgundos* ſuſcipit, eosque pacis reddit participes; Vid. *Tetralogus Wipponis*, i. e., Carmen, in laudem Imperatoris noſtri compoſitum, apud *Henricum Caniſium*, Tom. 2 *Lectionum antiquarum*, unde ſua deſumpſit *Conringius*, de *Finibus Imp.*, lib. 1, cap. 13, §. 1, pag. 117:

Præterea Tibi, Rex, mandat Burgundia: Surge,
Atque veni. Noviter ſubjecta vacillant
Interdum, Domino, per tempora multa, remoto.
Quamvis nunc pacem teneat Burgundia, per Te,
Auctorem pacis tamen in Te cernere quærit,
Semper & in Regis ſua lumina paſcere vultu, &c.

Conf. *Hermannus Contractus*, apud eundem *Caniſium*, ad an. 1042; *Donnizo* Presbyter, in Vita *Mathildis*, Principis Italiæ, cap. 12, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſ.*, pag. 648.

An. 1044 *Gozzilonem* conſtituit Ducem *Lotharingiæ*; Vid. ſeq. Tit. 16, *Catal. Ducum Lotharing.*

An. 1045 *Godefridum*, Ducem *Ribuariorum*, ob rebellionem, Ducatu mulctat; poſtea verò pœnitentem in integrum reſtituit. Vid. l. c.

An. eod. creat *Ottonem*, Comitem Palatinum Rheni, Ducem *Alamanniæ*; Vid. ſeq. Tit. XI, §. 1, lit. b, v. 7, in vita *Ottonis*, C. P. R.

An. eod. Heinricus III, Imp., reverſus ab Hungaria, Engelbertum Epiſc. Batav. conſtituit: inde Francofurtum ſe confert, ubi graviſſima ægritudine decubuit, adeo, ut, deſperata Ejus ſalute, Heinricus, Dux Bavariæ, & Otto, Dux Sueviæ, & Epiſcoporum plerique Heinrico, (cogn. de Lacu, C. P. R.) *filio Hezelini*, (fratris Ezonis, C. P. R.) *Ottonis, Ducis Sueviæ, Patrueli, Imperium deſtinarint; ſed conſilium iſtud fruſtra fuit; Cæſar enim ſanitatem viresque recuperat, Goslariam in hyberna concedit, &c.* Hæc *Aventinus*, lib. 5 Annal., p. 419, *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* Cap. XI, p. 277.

An. 1046 creat *Fridericum* Ducem *Lotharing.* vid. ſeq. Tit. XVI, Catal. Ducum Lothar.

An. eod. orto *Romæ* ſchiſmate, *Benedicto*, *Sylveſtro*, & *Gregorio*, cui prius *Gratiani* nomen erat, Summi Præſulis dignitatem ſimul ſibi arrogantibus, *ut ſolemnia Regni atque Imperii Inſignia ſumeret, neceſſariis rebus omnibus comparatis, ineunte autumno, cum exercitu, & Agnete uxore, Alpes ſuperavit. Velſo, Marchiæ Veronenſis Marchio, cum adventantem per triduum in Roncaliis expectaſſet, neque ab Eo, ut moris erat, cunctationis Nuncium accepiſſet, ex eo loco diſceſſit. Ille autem, benigne à Lombardis acceptus, continuo acceſſit Mediolanum, ac Mediolanenſem, cum Vidone lite compoſita, Ferream, illius manu, de more Coronam, in Æde D. Ambroſii ſuburbana, recepit, &c.* Hæc *Sigonius*, lib. VIII, de *Regno Italiæ*, ad h. a., pag. 331; *Papiam* inde profectus, acto 6 Kal. Nov. Conventu, exules Lombardos in integrum reſtituit. Hinc *Sutrium* acceſſit, ubi, convocata Synodo, dictis tribus ſchiſmaticis Pontificibus exauctoratis, *Suidgerum*, Bambergenſem Epiſcopum, Romanum Præſulem deligit, abhinc *Clementem* 2 appellatum, jurantibus Romanis, *ſine Imperatoris conſenſu nullos ſe Pontifices electuros.* Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, pag. 103, &c.

An. eod., ipſo Nativitatis Salvatoris feſto, à *Clemente* 2, coronatur, Romæ, Imperator, una cum *Agnete* Conjuge. Vid. *Monachus Hamerslebienſis*, de *Præclarè geſtis Imperatorum*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, p. 142, & Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 709: *Henricus Rex, anno* 1046, *Romam pergens, tres Papas depoſuit, & Swidigerum, ſecundum Babenbergen-*

ſem

Digitized by Google

ſem Epiſcopum, Papam conſtituit, à quo Ipſe, & Conjux, Agneta, Imperiali benedictione ſublimantur, &c. Idem ait *Marianus Scotus*, eod. an.; *Sigebertus*, an. eod.; *Conradus Urſperg.*, eod. an., p. 166; *Chronicon Leodienſe*, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, pag. 337; *Albertus Stadenſis*, eod. an., p. m. 122; *Annales Hildesheimenſes*, eod. an., ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 731; *Baronius*, T. XI *Annal.*, eod. an., p. 147. &c. Alii verò inaugurationem hanc in annum 1047 rejiciunt, v. g. *Hermannus Contractus*, apud *Urſtiſium*, p. 328; *Lambertus Schafnab.*, h. a.; *Otto Friſingenſ.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 32, p. 135; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, p. 493; *Coronographus Saxo*, h. a., p. 250; *Monachus Herveldenſis*, apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 377; *Albericus*, h. a., pag. 79; *Sigonius*, lib. VIII, de *Regno Italiæ*, ad ann. 1046, & 1047, pag. 332, &c. Conciliationis fundamentum reſidet in hoc, num quis Nativitatem Salvatoris ſub finem labentis anni ponat, an verò novum annum inde auſpicetur. De facto teſtatur *Siffridus Miſuenſis*, lib. 1 Epitomes, p. m. 691.

An. 1047 *Welfum, Comitem Suevigenam, Welfi, dudum Comitis, filium, Carentani Ducem promovit.* Hæc *Hermannus Contractus*, h. a., pag. 328.

An. eod. Andreas, qui Regnum Petri (Hungarorum Regis occiſi) *obtinuit, jam crebro Legatos ſupplices miſerat, Regnum ſe, ab Hungaris coactum, ſuſcepiſſe confirmans, de Petri ſeſe injuriis excuſans, quique adverſus Eum conjuraverant, partim à ſe trucidatos, partim Imperatori tradendos, denuncians, ſuamque Imperatori ſubjectionem, annuum cenſum, & devotam ſervitutem, ſi Regnum ſe habere permitteret, mandans; Quibus ex cauſis, dilata expeditione illa, &c.* Idem, l. c., p. 329; Add. *Conring.* de *Finib. Imper.* lib. 1, cap. 17, §. 13, p. 184, &c.

An. eod. Abbatiam confert, pro equo, furto ablato. Vid. *Lehman, Chron. Spir.* lib. 5, cap. 22, p. 418; *Baronius*, Tom. XI *Annal.*, eod. an., §. 9, pag. 150, ex *Glabro*.

An. 1048, mortuo *Clemente* 2, Pontificali Sedi imponit *Popponem*, Brixienſem Epiſcopum, abhinc *Damaſum* 2 dictum; Vid. *Hermannus Contractus*, h. a., p. 330; *Lambertus Schafnaburg.*, an. eod.; *Marianus Scotus*, an. 1047; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, c. 33, p. 135; *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c., p. 493; *Sigebertus*, an. 1047; *Monachus Herveldenſis*, an. 1048, l. c., p. 377; *Annal. Hildesheim.* Dn. *Leibnitii*, an. 1047, pag. 731; *Albericus*, eod. an., p. m. 79, &c.; *Conradus Urſperg.*, eod. an., pag. 166.

An. eod. Transfert Ducatum *Lotharingiæ* in *Godefridum*; & *Ribuariorum* in *Gerhardum*. Vid. ſeq. Tit. XVI, *Catal. Ducum Lotharing.*

An. 1049, extincto *Damaſo* 2, ſubſtituit novum Papam, *Brunonem*, Leucorum Epiſcopum, qui, ab ordinatione, *Leo IX* dictus eſt. Vid. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 104.

An. eod. conſtituit *Conradum* Ducem *Bavariæ*. Vid. ſeq. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Bavar.*

An. eod. Heinricus Imperator - - - quasdam Galliæ partes invaſit, contra Gotefridum & Balduvinum, (Flandriæ) *Duces, quibus ad deditionem coactis, & Regno his partibus pacificato, Victor cum honore revertitur, &c.* Hæc *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 166; Conf. *Sigebertus*, eod. an.; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 33, pag. 136; *Monachus Herveldenſ.*, l. c., ad an. 1050; *Chronographus Saxo*, an. 1049, pag. 251; *Albericus*, an. 1050, p. 85.

An. 1053, proſcripto *Conrado, Bojorum* Duce, filium cognominem Ei ſubrogat. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 105; ſeq. Tit. XVI, *Catal. Ducum Bavar.*

An. eod. filium æquivocum Regem eligi curat, futurum ſucceſſorem. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 105.

An. 1054, mortuo *Leone IX*, efflagitantibus Romanis novum Papam dat *Gebhardum*, Eichſtadenſem Epiſcopum, *Victorem* 2 cognominatum. Vid. *Lambertus*, h. a.; *Bertoldus Conſtantienſis*, Contin. *Hermanni Contracti*, eod. an., p. m. 341; *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chron. Caſſinat.*, cap. 90; *Monachus Herveldenſis*, l. c., eod. an., pag. 378; *Albericus*, an. 1055, p. 91.

Urbem *Goslariam* fundaſſe fertur; Vid. *Adamus Bremenſis*, lib. 3 *Hiſt. Eccleſ.*, cap. 30, p. m. 101: *Cæſar Heinricus, ingentibus Regni divitiis utens, in Saxonia Goslariam fundavit, quam de parvo, ut dicitur, molendino, vel tugurio formans venatorio, in tam magnam, ſicut nunc videri poteſt, Civitatem, bono auſpicio, & celeriter, perduxit, in qua etiam ſibi conſtruens Palatium, &c.* Idem docet *Chronicon Stederburgenſe*, ap. Ill. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſ.*, pag. 851: *Regibus, Henrico Bavenbergenſi,* (Sancto) *Conrado,* (Salico) *Henrico, filio Ejus, Fundatore Goslarienſis Civitatis,* &c.; ut & *Wolterus, Chron. Bremenſ.*, in Vita *Adalberti*, XVI Archi-Epiſcopi, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 39, in fin.; *Albertus Stadenſis*, an. 1051, p. m. 125; Alii; Verum non crudè hæc accipienda ſunt; dum (1) *Henricus Sanctus*, jam an. 1016, Inſtrumentum confirmationis fundati Monaſterii *Kemnadenſis*, *Goslariæ*, confici juſſit, teſte ſubſcriptione, apud *Schatenum*, lib. 5 *Annal. Paderborn.*, h. a., p. 423; ibi: *Actum Goslar, data VII Kal. Aprilis, &c.* Conf. Ejusdem Tabulas, quibus *Scheldecenſe* Cœnobium Jurisdictioni Paderbornenſis Epiſcopi ſubmittitur, de an. 1019, ibid. pag. 433: *Actum Goslariæ, &c.* Add. Donationum Chartæ *Conradi Salici*, de an. 1031, ibid., pag. 480, in fin: *Actum Goslare, &c.* Licet nondum inde ſequatur, *Goslariam* propterea fuiſſe Civitatem, vero tamen conſentaneum eſt, cum hoſpitium Imperatoribus

ribus præbuerit, non conſtitiſſe in nudo molendino, vel venatorio tugurio, ut *Adamus* putat. (2) *Otto Friſingenſ.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 24, p. m. 131, & qui eum ſequuntur, uno ore aſſerunt, *Ottonem Magnum*, Imp., argenti & æris fodinas, juxta *Civitatem Goslariam*, in Saxonia, inveniſſe. (3) *Ditmarus*, lib. VII *Chron. Merſeb.*, p. m. 99, memor *Henrici Sancti* Imp., & dedicationis Templi cujusdam Quedlinburgi, inquit: *Imperator talentum auri dedit ad Altare. Inde, tunc percepta à Nepte ſua* (Adelheida Abbatiſſa) *caritate magna, ad Goslariam tendens Villam, ibidem quatuor ſedebat hebdomadas - - - Principes Noſtri, Edicto Cæſaris, ad Gosleri conveniunt. Ibi tunc Avunculo meimet, Sigefrido, Comitatus fratris Henrici commendatur, &c.* Conf. *Tangmarus* Presbyter, in Vita *S. Bernwardi* Hildesheimenſis, cap. 26, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 455: *Reliquias nihilominus, integrum videlicet Corpus S. Exuperantii, Martyris Diaconi, S. Sabini Epiſcopi, Goslariæ, per Illum* (Bernwardum) *direxit, &c.* (Imperator, Otto III,) & cap. 54, pag. 465: *Mulier quædam Goslarienſis, Elmot nomine, à Dæmone poſſeſſa, &c.*; Nec non Auctor Vitæ *Meinwerci, Paderbornenſis* Epiſcopi, cap. 56, apud eundem, pag. 547: *Anno Dominicæ Incarnationis* 1018 *Berenwardus, Hildenesheimenſis Epiſcopus, tempore Quadrageſimali, Synodum in Goslaria habuit, in qua, præſidente Imperatore, cum Epiſcopis cæterisque Regni Primoribus, Godeſcalcum, Ekkihardi Comitis filium, & Gertrudem, filiam Comitis Ekkiberti, ſeparavit, &c.*; & l. c. cap. 58, ad an. 1019: *Imperator Goslariam veniens, &c.* Ex quibus, aliisque locis quam plurimis ſatis conſtat, *Goslariam, Henrici III*, Imp., ætate, non nudum fuiſſe molendinum, conſequenter *Adami* verba commentario egere; ne dicam, (4) *Crantzium*, lib. 3 *Saxon.* c. 12, pag. 71; *Gobelinum Perſonam*, ætat. 6 *Cosmodromii*, cap. 47, p. m. 248; *Johannem Schiphowerum*, in *Chronico Archi-Comitum Oldenburgenſ.*, cap. 3, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 130; *Henricum Bodonem*, in Syntagmate de *Constructione Cœnobii Gandeſiani*, apud eundem, pag. 490; aliosque *Henricum aucupem* conditorem ejus referre. Fuit forte, tempore *Henrici Aucupis*, vilis admodum pagus, ab inventis deinceps metallifodinis, ſub *Ottone Magno*, in magnam Villam excreſcens, quæ ab *Henrico III* Civitatis tandem Juribus donata. Conf. Dn. *Joh. Michaël. Heineccii Antiquitates Goslarienſes*, lib. 1, p. m. 11; & Auctor *Chronici Cœnobii Montis Francorum Goslariæ*, pag. 2; *Limnæus*, lib. VII *Jur. Publ.*, c. 19, p. 303, &c.

v. (5.) Obiit tandem an. 1056, 3 Non. Octob., *Botfeldiæ*, in confinio Saxoniæ & Thuringiæ; *Spiræ* ſepultus. Vid. *Continuator Hermanni Contracti*, ad h. a., pag. 337: *Henricus Imperator, Domino Apoſtolico ad ſe, tempore Autumnali, invitato, cum in Saxonia, in Bothfeldino, commoraretur, morbo ingraveſcente infirmatus obiit, anno ætatis ſuæ* 39, *Regni vero* 18, *Imperii* 15, *Indict. decima. Qui inde aſportatus, Nemetumque translatus, in Eccleſia S. Mariæ, quam ipſe conſtruxerat, adhuc imperfecta, juxta Patrem Matremque ſepultus, &c.* Diem obitus 3 Non. Octob. ſuppeditant *Monachus Hamerslebienſis*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 709, & *Maderum*, *Antiq. Brunſuic.*, pag. 142; *Marianus Scotus*, an. 1056; *Annales Hildesheim.* Dn. de *Leibnitz*, eod. an., pag. 731; *Conradus Urſperg.*, pag. 167; *Albertus Stadenſ.*, eod. an., pag. 126; *Sigonius*, lib. 8, de *Regno Ital.*, pag. 341; & Alii. De nudo anno teſtantur *Lambertus Schaſnab.*; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, c. 33, pag. 136; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Monachus Herveldenſis*, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 379; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 254; *Wilhelmus Malmesburienſis*, *Chron. Reg. Anglic.*, lib. 2, cap. 12, fol. 44, ubi ſimul Epitaphium Ejus:

Cæſar tantus eras, quantus & Orbis;
At nunc in modico clauderis antro.
Poſt hæc quisque ſciat, ſe ruiturum,
Et quod nulla mori gloria tollat.
Florens Imperii gloria quondam
Deſolata ſuo Cæſare marcet,
Hanc ultra ſpeciem non habitura,
Quam tecum, moriens, occuluiſti.
Leges, à ſenibus Patribus auctas,
Quas laſſata diu raſerat ætas,
Omnes, ut fuerant, Ipſe reformans,
Romanis ſtuduit reddere cauſis.
Tu longinqua ſatis Regna, locosque,
Quos nullus potuit flectere Cæſar,
Romanis onerans viribus artus,
Ad Civile decus excoluiſti.
O quanto premitur Roma dolore!
Deſolata prius morte Leonis,
Nunc, Auguſte, tua funera languens,
Bino ſe viduam lumine plangit.
Quæ Te non timuit Patria vivum?
Vel quæ non doluit, Te, Cæſar, obiiſſe?
Nam ſic lætus eras jam ſuperatis,
Et ſic indomitis Gentibus aſper,
Ut, quæ non timuit, jure doleret,
Et, quæ non doluit, jure timeret.
Luge Roma tuum nomen in umbris,
Et defecta duo Numina luge.

Ejusdem meminit *Albericus*, ad an. 1056, pag. 93; genuinum habetur infra, in vita *Henrici V*, v. 5. Solus *Bertoldus Conſtantienſis*, *Contin. Hermanni Contracti*, apud *Urſtiſium*, pag. 342, &, poſt eum, *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVI, cap. 5, pag. 196, ponunt an. 1057; *Aventinus*, lib. 6 *Annal.*, pag. 509, profert an. 1055, ſed, lib. 5, pag. 428, ſequentem 1056 probat. Add. *Baronius*, T. XI Annal., h. a., pag. 229, *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, c. 21, pag. 419.

(19) HEN-

Digitized by Google

(19) HENRICUS IV.

v. (1.) Natus eſt hic Princeps, Patre *Henrico III*, Imp., & Matre, *Agnete*, Pictavenſi Principe, anno 1050, 3 Id. Novemb. Vid. *Hermannus Contractus*, an. 1050, p. m. 331: *Agnes Imperatrix tandem Imperii filium peperit, &c.* Conſentit *Bertoldus Conſtantienſis*, in Append. ad *Hermannum Contractum*, ad an. 1064, p. 343: *Rex Heinricus anno Regni ſui nono, ætatis ſuæ decimo quarto, accinctus gladio, in Nomine Domini, &c.*; Et *Chronicon Andegavenſe*, ad an. 1050, apud *Labbeum*, T. 1 *Bibliothecæ*, pag. 287: *Henrico Imperatori filius natus eſt, & à Domno Papa, Leone IX, baptizatus, &c.*; Et *Chronicon S. Maxentii*, vulgo *Malleacenſe*, eod. an., apud. *Labbeum*, l. c., Tom. 2, pag. 209: *Anrico Imperatori filius natus eſt, & à Domno Leone Papa baptizatus, &c.*: *Aventinus*, lib. 5 *Annal.*, p. m. 429, &c. *Lambertus Schafnaburg.* ponit annum 1051; ibi: *Natus eſt Imperatori filius, Henricus IV, Rex, 3 Idus Novembris, &c.* Quæ verba & apud *Monachum Herveldenſem*, ad h. a., Tom. 1 *Rerum German. Schardii*, pag. 378, leguntur; quo fortè & *Bruno* collimat, in deſcriptione *Belli Saxonici ſub Henrico IV*, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. German.* pag. 100: *Poſtquam Heinricus Imperator ab hoc Seculo, felici morte, migravit, filius Ejus, Heinricus IV, infeliciter in hoc Seculo relictus vitæ, Regnum Patris, electione communi, ſuſcepit. Quod quum adhuc decenter, nepote puerulus quinquennis, gubernare non potuit, &c.* Sine dubio verò confunditur ſic baptiſma Principis cum Nativitate, quandoquidem *Hermannus Contractus* Urſtiſianus, ad h. a., pag. 332, ait: *Imperator Nemeti partem Quadrageſimæ, Paſchale vero Feſtum Coloniæ demoratur, ibique filius Ejus, Henricus, ab Archi-Epiſcopo, Herimanno, baptizatur, &c.* Ex quo loco præfata ſimul *Labbei* Chronica corrigenda ſunt, in quibus *Leo IX* Pontifex Principem ſacro lavacro abluiſſe fertur. Conſequenter & errant *Marianus Scotus*, & *Annales Hildesheimenſes* Ill. Dn. *Leibnitii*, pag 731, natales Principis in an. 1048 referentes, cujus ſententiæ quoque eſſe videntur, qui, cum *Helmoldo*, lib. 1 *Chron. Sclavor.*, cap. 22, §. 5, p. m. 63, Eum *octo annorum* Puerum ſtatuunt, cum Parentis jacturam pateretur, quod an. 1056 contigiſſe abunde clarum eſt. Longius à vero recedit *Paulus Langius*, in *Chronico Citizenſi*, apud *Piſtorium*, p. m. 774, ſcribens: *Henricus Imperator obiit -- cui Henricus filius, . Puer decem annorum*, (ergò lucem aſpexiſſet an. 1046,) *conſenſu Principum ſucceſſit, &c.* Conf. Clar. Dn. *Eccardi Genuinum Stemma Deſiderianum*, §. VI.

v. (2.) Conjuges duas in thoro admiſit;

(1) Anno 1066, *Bertham, Ottonis*, Marchionis Italiæ, filiam, jam à Parente, anno 1055, ſibi deſponſatam, teſte *Continuatore Hermanni Contracti*, apud *Urſtiſium*, ad an. 1055, pag. 336: *Imperator de Italia per Bajoariam rediens, natalem Domini apud Caſtrum Turegum celebravit, ibique Othonis Marchionis filiam æquivoco ſuo filio deſponſavit, &c.* Annum nuptiarum præfatum exprimit *Bertoldus Conſtantienſis*, apud eundem, pag. 343, inquiens: *Nuptiæ Heinrici Regis, &c.* Idem docent *Lambertus Schafnaburg.*, an. eod., pag. 176, & *Monachus Herveldenſis*, h. a., apud *Schardium*, l. c., pag. 387; *Otto Friſingenſis*, lib. 6 *Chron.*, cap. 35, pag. 137, mavult annum 1067; verba, ad an. 1066, hæc ſunt: *Anno ſequenti Rex Bertam, Ottonis, Marchionis Italici, filiam, uxorem accipiens, nuptias, apud Triburias, celebravit, &c.*; quæ *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 1067, pag. 110, repetit; Conf. *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.* pag. 499; *Chronographus Saxo*, an. eod. 1067, pag. 257; *Albertus Stadenſis*, eod. an., pag. 131; & alii. Memorabile fidelitatis erga maritum ſpecimen, ipſo præſente, quod ediderit, fuſe *Bruno*, l. c. pag 102, Auctor *Chronici Magdeburgici*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 289, *Lehmannus, Chron. Spirenſ.* lib. 5, cap. 33, pag. 430, aliique commemorant. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad annum 1069, pag. 107. De infelici hoc matrimonio in ſpecie legendus *Bertoldus Conſtantienſis*, l. c., ad an. 1068, pag. 344: *Heinricus Rex, adoleſcentiæ ſuæ errore ſeductus, legitimæ Conjugis adeo obliviſcitur, & tam nefandis criminibus involutus eſſe diffamatur, ut etiam Principes Ejus Eum Regno privare molirentur, &c.* Fuſius *Lambertus*, an. 1069; & *Bruno*, l. c., inter alia dicens: *Uxorem ſuam, quam nobilem & pulchram, ſuaſionibus Principum, invitus duxerat, ſic exoſam habebat, ut, poſt nuptias celebratas, Eam ſponte ſua nunquam videret, quod & ipſas nuptias non ſponte ſua celebraverat. Ergo, multis modis, eam à ſe ſeparare quærebat, ut tunc quaſi licenter illicita faceret, quum hoc, quod licebat, conjugium non haberet, &c.* Obiit infortunata hæc Princeps an. 1088, juxta *Chronicon Stederburgenſe*, h. a., apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 452: *Berta Imperatrix obiit*; eundem annum propugnat *Chronographus Saxo*, pag. 270: *Obiit Bertha Imperatrix.* Sic & *Conradus Urſpergenſ.* h. a. pag. 173: *Bertha Imperatrix obiit, & Spiræ ſepulta eſt.* Quæ & apud *Albertum Stadenſem*, an. eod., p. m. 140, occurrunt; add. *Sigonius*, lib. 9, de *Regno Italiæ*, an. eod., p. m. 379; In *Annalibus Hildesheimenſibus* Ill. Dn. *Leibnitii*, pag. 732, ut & apud *Dodechinum*, *Contin. Mariani Scoti*, p. m. 457, mortua legitur an. 1087.

(2) Anno 1089 *Adelheidam*, filiam Regis Ruſſorum, viduamque *Utonis*, Marchionis Brandenburgenſium. Vid. *Chronographum Saxo*, ad h. a. pag. 270: *Imperator Coloniæ nuptias celebravit, quandam Utonis, Marchionis, Viduam, filiam Regis Ruzorum, ducens uxorem, &c.* Quæ & in Hiſtoria *Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, in vita *Liemari*, XIX Præſulis, apud *Linden*-

brogium, p. m. 88, oſtendis; Conf. Sigonius, l. c., ad h. a., pag. 379, ubi & nomen Reginæ: Cum hoc anno (Imperator) Coloniæ nuptias Ruſcorum Regis filiæ, Adelcidæ, celebraſſet, &c. de quo pariter Dodechinus, in dicta Appendice ad Marianum, ad an. 1093, pag. 461: Conradus, filius Henrici Imperatoris, Patri ſuo hac de cauſa rebellavit: Heinricus Rex Adelheidam Reginam, quam duxerat uxorem, odio cœpit habere, ideo incarceravit eam, & conceſſit, ut plerique vim ei inferrent; imò filium hortans, ut eam ſubagitaret. Quo recuſante Patris pollucre ſtratum, Eum Rex non ſuum, ſed peregrini filium eſſe affirmavit cujuſdam Principis de Suevia, cujus etiam faciem prædictus Conradus plurimum aſſimulavit. Regina autem poſt plurima & inaudita malorum genera, ſibi innocenter illata, de cuſtodia, qua tenebatur, quoquomodo, Dei miſeratione, liberata . . . . reverſa eſt in Regionem ſuam, &, ingreſſa Monaſterium, facta eſt Abbatiſſa, &c. Quæ Baronius, Tom. XI Annal., eod. an., 2. 3, p. m. 626, repetit; idem nomen producit Waltramus Numburgenſis, vel, ut alii habent, Venericus Vercellenſis, in Apologia Henrici IV, contra Gregorium VII, P. R., apud Freherum, T. 1 Rer. German., p. m. 207; ibi: Concelebrata eſt etiam Coloniæ, per eundem Hartvigum, ordinatio Adalheidæ Reginæ, &c. Errat ergo Gerhohus, Reicherſpergenſis Præpoſitus, in Bavaria, in Syntagmate, de Henricis IV, & V, Imp., & Papa Gregorio VII, cap. XI, p. m. 36, ſcribens: Poſt unius uxoris obitum, ex qua & liberos, adhuc circa principia Regni ſui, ut fertur, honeſtior, honeſtè ſuſceperat, quam Dominus à facie hujus iniquitatis, gementem & dolentem, miſericorditer abſtulit, aliam, Regis Ruteni filiam, nomine Giſilam, matrimonio, hujus myſterii iniquitatis ignaram, accepit, &c. Bertoldo Conſtantienſi, in Appendice ad Hermannum Contractum, apud Urſtiſium, ad an. 1094, pag. 371, vocatur Praxedis; verba hæc ſunt: Querimonia Praxedis Reginæ, quæ dudum ad Welphonem, Ducem Italiæ, à marito ſuo diſceſſit, ad Conſtantienſem Synodum pervenit, &c. & rurſus ad an. 1095, pag. 373, ubi memor Placentinæ Synodi: in hac Synodo Praxedis Regina, jam dudum à Henrico ſeparata, ſuper maritum ſuum, Domino Apoſtolico, & Sanctæ Synodo conqueſta eſt de inauditis fornicationum ſpurcitiis, quas apud maritum paſſa eſt, &c. Conf. Baronius, l. c., ad an 1094, §. 3, pag. 629, & an. 1095, §. 2, p. 638. Eodem nomine eam compellat Dodechinus, l. c., ad annum 1097, p. m. 463: Praxedis Regina diſceſſit ab Imperatore, &c.

v. (3.) Liberi ejus, à Bertha (Adelheida ſterili) in lucem editi, ſunt

(1) Anonymus, mox extinctus, an. 1071; de quo Lambertus, ad h. a., ait: Regina, quæ, una cum Rege, Moguntiæ aderat, filium peperit, ſed is baptizatus ſtatim obiit, delatusque in Hartesburg, ibi ſepultus eſt.

(2) Conradus, 2 Id. Febr., an. 1074 natus, cujus Lambertus, h. a., hiſce meminit: Herveldiam adduxit prægnantem, (Conjugem Cæſar) & jam de partus vicinitate indies anxiantem. Cumque ibi diebus multis moraretur, neſciente ſcil. Rege, propter perturbationem Reipublicæ, quo eam mittere poſſet, ſervandam, 2 Idus Februarii, feria quarta, peperit filium. Is quomodo infirmari, & jamjam expiraturus putabatur, tertio die baptizatus eſt, ab Ezzone, Altenburgenſi Epiſcopo, qui tunc forte apud Abbatem hoſpitabatur, &, nomine Atavi ſui, (Proavi, ſcil. Conradi Salici) Conradus eſt vocatus: & quoniam alii non aderant, qui dignè eo munere fungerentur, Abbas, & alii plerique fratres Herveldenſis Cœnobii Eum de ſacro fonte ſuſceperunt, &c. Biennio poſt, interfecto Godefrido Gibboſo, à Patre Dux Lotharingiæ conſtitutus legitur. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1076, pag. 111. Anno 1093, demandata ſibi, à Patre, Italia, deſerens Ejus partes, amicorum Papæ, Urbani 2, cauſam propugnare cœpit; qua de defectione Bertoldus Conſtantienſis, in dicta appendice, ad an. 1093, pag. 368, hæc prodit memoriæ: In Longobardia prudentiſſimi milites S. Petri, Welpho Dux, & Uxor Ejus, Machtilda, jam triennio, contra Schiſmaticos, viriliter dimicantes, tandem multum contra ipſos, Deo opitulante, confortati ſunt. Nam Cuonradus, filius Heinrici Regis, à Patre diſceſſit, & Welphoni Duci, reliquisque fidelibus S. Petri, contra Patrem, cum ſuis adjuvit. Civitates quoque de Longobardia, Mediolanum, Cremona, Lauda, Placentia, contra Heinricum, in viginti annos conjuraverunt, qui omnes prædicto Duci fideliter adhæſerunt, &c. & paulo poſt, pag. 369: In Longobardia Conradus, filius Heinrici Regis, à Patre dolo circumvenitur, & captivatur, ſed, Dei miſericordia, inde ereptus, à Mediolanenſi Archi-Epiſcopo, & reliquis fidelibus S. Petri in Regem coronatur, annuente Welphone, Duce Italiæ, & Mathilda, ejus chariſſima conjuge. Sed & Pater ejuſdem Ducis, Welpho, Dux Bajoariæ, non multo poſt, ad eundem noviter coronatum Regem, in Longobardiam venit, eique, cum filio ſuo, fideliter adhærere ſategit. Heinricus vero, Pater Regis, in quandam munitionem ſe contulit, ibique diu, absque Regia dignitate, moratus, nimioque dolore affectus, ſe ipſum, ut ajunt, morti tradere voluit: ſed à ſuis præventus, ad effectum venire non potuit, &c. Conf. Dodechinus, eod. an. pag. 461, qui, narrata rebellionis cauſa, cujus modò, v. 2, facta mentio, pergit: Conradus igitur, Patri ſuo rebellans, venit ad Papam Urbanum, & ſolutus ab excommunicatione, in Longobardia regnavit, contra Patrem. Erat denique Conradus iſte in omni bonitate & probitate conſpicuus,

humi-

Digitized by Google

humilis & modeſtus, qui paucos annos ſupervivens, poſtquam coronatus eſt, immaturè obiit, &c.; *Conradus Urſperg.*, eod. an., pag. 174; *Chronographus Saxo*, an. eod., pag. 271; *Sigebertus Gemblacenſ.*, an. eod.; *Donnizo* Presbyter, in Vita *Mathildis*, Principis Italiæ, lib 2, cap. XI, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſvic.*, pag. 674; Alius Auctor ejusdem Vitæ, cap. 23, ibid., pag. 698; *Albericus*, ad an. 1093, pag. 140, &c.; *Albertus Stadenſis*, eod. an., pag. 141; *Sigonius*, lib. IX, de *Regno Italiæ*, eod. an., pag. 381; *Baronius*, T. XI *Annal.*, eod. an., p. 625. An. 1095, inita cum Papa, *Urbano* 2, transactione circa acquirendam Imperialem coronam, nuptias celebravit cum *Rogerii* Siculi filia, *Violanta*; vid. *Bertoldus*, ad h. a., p. 374: *Cuonradus Rex, filius Heinrici, Domino Papæ Urbano, Cremonam venienti, obviam progreditur, Eique ſtratoris officium exhibuit, quarto Idus Aprilis. Deinde fecit ei fidelitatem juramento, de vitâ, de membris, & de Papatu Romano. Dominus autem Papa in filium S. R. Eccleſiæ recepit illum, eique conſilium & adjutorium, ad obtinendum Regnum, & ad coronam Imperii acquirendam, coram Populo, firmiſſimè promiſit, ſalva quidem Juſtitia illius Eccleſiæ, & Statutis Apoſtolicis, maximè de Inveſtituris in ſpiritualibus officiis a Laico non uſurpandis - - - - - Cuonradus Rex, cum Regio apparatu, in Tuſciam, Piſas perrexit, ibique ſponſam ſuam, filiam Rogerii, Ducis de Sicilia, adhuc admodum parvulam, cum inaudita pecunia, ſibi oblatam, recepit, &c.* Conſentiunt *Donnizo*, l. c., pag. 675; Alter Auctor Vitæ *Mathildis*, l. c., ad an. 1095, pag. 698. Obiit tandem in Italia, anno 1101, menſe Julio, *Florentiæ* ſepultus. Vid. *Donnizo*, l. c., lib. 2, cap. 13, pag. 676, ubi, ſtabilitæ inter Ipſum, & *Mathildam* Principem pacis memor, canit:

Poſt iſtam pacem febre tactus; Julius autem
Menſis erat, magnus moritur Chonradus, & annus
Tertius, Urbanus (Papa) *quod tranſierat memoratus.*
Ejus habet corpus Florentia florida prorſus, &c.

Sic *Dodechinus*, l. c., ad an. 1101, p. m. 465: *Conradus, filius Imperatoris, in Italia obiit, & ſepultus in Civitate Florentia.* Nec aliter *Otto Friſing.*, lib. VII *Chron.*, cap. 7, pag. 143: *Conradus, Henrici Imperatoris filius, Chriſtianiſſimus, cui Pater Italiam commiſerat, nono, ex quo à Patre diſceſſerat, anno, immatura morte præventus, diem obiit, ac in Civitate Florentia Tuſciæ honorificè ſepultus eſt, &c.*; Unde ſimul conſtat, Italiam, à Patre, Ejus curæ fuiſſe demandatam; *Sigebertus Gemblac.*, an. eod.; *Conradus Urſperg.*, an. eod., pag. 181, addens, non ſine veneni ſuſpicione, ad plures eum abiiſſe; *Albericus*, eod. an., pag. 190; *Albertus Stadenſis*, eod. an. pag. 145; *Chronicon Auguſtenſe*, h. a., apud *Freherum*, pag. 357; *Sigonius*, l. c., lib. IX, eod. an., p. 387. Solus *Chronographus Saxo*, p. 279, ponit annum 1102.

(3) *Henricus V*, poſtea Imperator, de quo ſuo loco.

(4) *Agnes*, nupta *Friderico Hohenſtauffio*, Suevorum Duci. Occaſionem recenſet *Otto Friſing.*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 8, apud *Urſtiſium*, p. m. 412: *Ea tempeſtate* (qua, occiſo Rudolpho Anti-Cæſare, Bertolfus, Ejus Gener, Sueviæ Ducatum uſurpaverat,) *Comes quidam, Fridericus nomine, ex Nobiliſſimis Sueviæ Comitibus originem trahens, in Caſtro, Stoyphe dicto, Coloniam poſuerat. Hic cum eſſet conſilio providus, armis ſtrenuus, ad Curiam Imperatoris aſſumptus, - - - ſic eum alloquitur:* (Imperator) *Virorum optime, quem inter omnes in pace fideliſſimum, & in bello fortiſſimum expertus ſum, cerne, qualiter Romanus Orbis, tenebris involutus, fide vacuus, juxta quod dicitur:*

Ultima cœlicolûm terras Aſtræa reliquit,

ad auſus nefarios, factaque nefandiſſima concitatur. Nec Parentibus reverentia, nec Dominis debita ſubjectio ſervatur - - - - Aſſurge igitur huic tam peſſimo morbo, atque ad debellandos Imperii hoſtes viriliter accingere. Neque enim priorum meritorum tuorum immemor exiſto, nec futurorum ingratus ero. Filiam quippe, quam habeo Unicam, tibi in matrimonio ſortiendam tradam, Ducatumque Sueviæ, quem Bertolfus invaſit, concedam. Sic itaque prædictus Fridericus, Dux ſimul Suevorum, & Gener Regis factus, ad propria rediit, &c. Sua hinc hauſit *Paulus Langius*, in *Chronico Citizenſi*, apud *Piſtorium*, pag. 778, ut & *Mutius*, lib. XV *Chron. German.*, ad an. 1084, p. m. 122; Ab obitu hujus *Friderici*, uxor evaſit, anno 1105, *Leopoldi*, Marchionis Auſtriæ, teſte laudato *Ottone Friſingenſi*, Eorum filio, lib. 7 *Chron.*, cap. 9, ad an. 1105, pag. 144: *Henricus junior*, (filius Henrici IV, Imp.) *omnes vires Patris, in Duce Boëmiæ, Beroe, ac Marchione Leopaldo, cujus ſororem præfatus Dux habuit, fore conſiderans, ipſos, multis modis promiſſa ſorore ſua, quæ tunc nuper à Friderico, Suevorum Duce, viduata fuerat, in uxorem Marchioni, inductos, ambobus, ut Patrem relinquerent, perſuaſit, &c.*; & lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 10, pag. 413: *Mortuo Alemanorum Duce, Friderico, Agnetem, ab ipſo viduatam, frater ſuus, Henricus, Imperatoris Henrici filius, in ſua ſuſcepit, eamque Leopaldo, Orientali Marchioni, in uxorem dedit, filiis ipſius, (prioris matrimonii) Friderico quindecim, Conrado duodecim annos habentibus, &c.* Conf. *Albericus*, an. 1105, pag. 195; *Mutius*, l. c.; *Franciſcus Patavius*, Advocatus Conſiſtorialis, in Oratione, de *S. Leopoldo*, Auſtriæ Marchione, præ-

ſente *Innocentio VIII*, & jubente *Friderico III*, Imp., Romæ, publico in Conſiſtorio, habita, apud *Surium*, 15 Novemb., pag. 355, §. 3: *Uxor Ei, pari ſanctitate ac moribus, Deoque maximo ita jubente, anno* 1106, *oblata*, *Agnes*, *Imperatoris filia*, *pudicitia inſignis*, *& quæ Viro*, *ſponte ad bona opera properanti*, *calcaria ſubderet*, *&c*, *quod præcipuum munus mulierum dicit Juriſconſultus*, *fœcundiſſima*, *liberos duodeviginti enixa eſt*, *&c*. Obiit hæc Princeps, anno 1143, teſte *Chronographo Saxone*, h. a., pag. 296: *Obiit* - - - - *Agnes*, *Marchioniſſa*, *Mater Chunradi*, (Tertii) *Regis*, *&c.*; quæ in *Chronico Montis Sereni*, h. a., apud *Maderum*, pag. 17, repetuntur.

Recentiores addunt

Adelheidam, Abbatiſſam Gandersheimenſem. Vid. *Henricus Bodo*, in Syntagm. *de Conſtructione Cœnobii Gandeſiani* apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 503, & Dn. *Leuckfeldi Antiquitates Gandesheimenſes*, cap. 20, §. 2, pag. 161, & 162, ubi ſimul Cœnobii *Cluſenſis* celebratur fundatrix. Eandem Tabula 27 Geneal. Dn. *Hübneri* ſiſtit nuptam *Boleslao III*, Polonorum Regi, an. 1139 extinctam.

Bertham, Uxorem *Marquardi* Sen. Ducis Carinthiæ, & Marchionis Styriæ; Vid. *Matthiæ Theatr. Hiſtor.* p. m. 902.

Sophiam, *Salomonis*, Hungariæ Regis, conjugem. *Matthiæ*, l. c. vid. tamen Vit. *Henrici III* Imp. v. 3. Clar. Dn. *Hübner*, l. c., eam uxorem *Godefridi*, Brabantiæ Ducis, an. 1140 defunctam, conſtituit.

v. (4.) Anno 1056 ſucceſſiſſe Principem hunc Parenti, utpote jam an. 1053 electum Regem, dictum præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hos annos, pag. 105. *Antoninus Florentinus*, Part. 2 *Hiſt.*, Tit. XVI, cap. 5, p. 196, de eo ſic judicat: *Fuit Henricus ore facundus, ingenio acutus, eleemoſynis largus, in re militari fortunatiſſimus; Nam ſexageſies, ut legitur, collatis ſignis dimicavit; & licet, malorum ductus conſilio, fuerit S. R. Eccleſiæ perſecutor, fuit tamen, tam longo tempore, Princeps valde glorioſus, & fortunatus. Quamvis circa finem Imperii ſui, juſto Dei judicio, ob recompenſationem & punitionem atrocitatum, & perſecutionum, quas Clero intulerat, multas Ipſe, non ſolum à Principibus Imperii, verum etiam à proprio Filio, pertulit calamitates, &c.* Re vera turbulenta vidit tempora; mira tamen fortitudine, *Romanorum Pontificum*, Filiorum, *Conradi* & *Henrici*: *Saxonum*, aliorumque conjuratorum excepit tela; æmulis ſe objecit, Imperiique dignitatem, quam hoſtes haud ſemel abrogare conabantur, ſat diu tutatus eſt. Cauſæ malorum erant

(1) Inveteratum odium, quo Ejus Parentem Saxones habuerant; de quo *Lambertus*, ad an. 1057: *Principes Saxoniæ, crebris conventiculis, agitabant de injuriis, quibus ſub Imperatore affecti fuerant, arbitrabanturque, pulchre ſibi de his ſatisfactum fore, ſi filio Ejus, dum adhuc ætas opportuna injuriæ eſſet, Regnum eriperent, &c.*, Idem ait *Monachus Herveldenſis*, ad h. a., apud *Schardium*, T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 379.

(2) Tutela materna, quam Regni Proceres deteſtabantur; Audi *Adamum Bremenſem*, lib. 3 *Hiſtor. Eccleſ.*, cap. 35, pag. 104, verba ejus repetente *Alberto Stadenſi*, ad an. 1057, pag. 127: *Ad gubernacula Regni Mulier*, (Imperatrix, Mater Principis) *cum Puero, magno Imperii præfuit detrimento. Indignantes enim Principes, aut muliebri poteſtate conſtringi, aut infantuli ditione regi, primò quidem communiter vindicarunt ſe in priſtinam libertatem, ut non ſervirent; deinde contentionem moverunt inter ſe, quis eorum videretur major; poſtremò, armis audacter ſumptis, Dominum, & Regem ſuum deponere moliti ſunt, &c.*

(3) Contentiones, quibus, ut ex *Adamo* audivimus, Germaniæ Proceres vexabantur, penes quem, Rege Puero, major eſſet auctoritas? notatu digna *Lamberti*, ad an. 1063, p. m. 170, verba: *Educatio Regis, atque ordinatio omnium rerum publicarum penes Epiſcopos erat, eminebatque inter eos Moguntini & Colonienſis Archi-Epiſcoporum auctoritas. A quibus cum in partem conſilii Adelbertus, Bremenſis Archi-Epiſcopus, aſſumptus fuiſſet, tum propter claritatem Generis, tum propter ætatis atque Archi-Epiſcopatus prærogativam, ille, ſæpius colloquendo, obſequendo etiam, atque aſſentando, ita ſibi Regem brevi devinxerat, ut, cæteris Epiſcopis poſthabitis, totus in eum inclinaretur, & ipſe in Regno communi pene Monarchiam uſurpare videretur. Secundas, poſt eum, partes agebat Werenher Comes, juvenis, tam ingenio, quam ætate, ferox. Hi duo, pro Rege, imperitabant. Ab his Epiſcopatus & Abbatiæ; ab his, quicquid Eccleſiaſticarum, quicquid ſecularium dignitatum eſt, emebatur: nec alia eu[m]quam, licet induſtrio atque egregio Viro, ſpes adipiſcendi honoris ullius erat, quam ut hos prius, ingenti profuſione pecuniarum ſuarum, redimiſſet. Et ab Epiſcopis quidem, & Ducibus, metu magis, quam Religione, temperabant. In Abbates vero, quod hi injuriæ obviam ire non poterant, tota libertate graſſabantur, illud præ ſe ferentes, nihil minus Regem in hos juris ac poteſtatis habere, quam in Villicos ſuos, vel in alios quoslibet Regalis Fiſci diſpenſatores. Et primo quidem Prædia Monaſteriorum Fautoribus ſuis, prout libitum erat, diſtribuerant, &, quod reliquum erat, crebra Regalium ſervitiorum exactione, usque ad feces ultimas exhauriebant. Deinde, convaleſcente audacia, in ipſa Monaſteria impetum faciebant, atque ea inter ſe, tanquam Provincias, partiebantur, Rege ad omnia, quæ juſſus fuiſſet, pueriii facilitate, annuente, &c.* Quæ omnia & apud *Monachum Herveldenſem*, eod. an., Tom. 1 *Rer. German. Schardii*, pag. 383, & 384, occurrunt; quibus addas ea *Bertoldi Conſtantienſis*, in append. ad *Hermannum Contractum*, an. 1073, p. m. 345: *Rudolfus*, Dux

Dux Alemanniæ, & Bertolfus, Dux Carinthiorum, & Welph, Dux Bajoariæ à Rege, Heinrico, diſceſſerunt, quia, aliis ſubintroëuntibus Conſiliariis, ſuum conſilium apud Regem non valere perſpexerunt, &c.

(4) Delicta Juventutis, quorum *Bertoldus*, ad an. 1068, præc. verſ. 2, meminit, & fuſius *Chronographus Saxo*, ad an. eundem, p. m. 258: *Heinricus Rex, adoleſcentiæ uſus libertate, ſolam Saxoniam, ex omni Romano Imperio, coepit incolere; Principes deſpicere; Nobiles opprimere; inferiores ſuſtollere; venatui, luſibus, cæteriſque hujusmodi exercitiis, plus quam juſtitiis faciendis, ut accuſatus eſt, operam dare; filias Illuſtrium quibuslibet obſcure natis conjugare, &c.*; mox annectens: *His diſcordiæ ſeminariis contigit, Regi quamplurimos inſidiatores, tam Regni, quam vitæ ſuæ, creſcere, &c.* Add. *Bruno, Hiſt. Belli Saxonici*, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. German.*, p. 100, &c.

(5) Rixæ cum Uxoribus, de quibus præc. v. 2.

(6) Lites cum Pontificibus Romanis, circa inveſtituram Eccleſiaſticam, qua Eum ſpoliare conabantur.

(7) Ardor propugnandi Jura Regia Romæ. Vid. ad ſeq. annum 1073.

(8) Exauctoratio *Ottonis*, Bajoariorum, *Bertoldi*, Carinthiorum Ducum, aliorumque Principum incarceratio, rebus non ſatis firmis.

(9) Studium intempeſtivum, quo, an. 1073, Moguntino Præſuli, in Erfurtenſi Synodo, decimas per Thuringiam inſolitas adſcribi curavit, quam maxumè irritato inde Clero.

(10) Caſtella, & arces per Saxoniam & Thuringiam exſtructæ, &c. &c. En rerum ſeriem:

An. 1057 choream duxit *Otto*, *Guilielmi* Marchionis frater, qui, à puero apud Bohemos exul, comperta fratris morte, *magna ſpe obtinendæ hæreditatis, regreſſus in Saxoniam, à cunctis illic Principibus benigne accipitur, magnisque omnium adhortationibus inſtigatur, non modo Marchiam, quæ ſibi jure hæreditario competeret, ſed ipſum quoque Regnum affectare. Ubi alacrem paratumque negotio advertunt, fidem illi omnes dicunt, ſuas quisque manus, ſuam operam pollicentur, Regemque, ubicunque fortuna opportunum feciſſet, interficere conſtituunt, &c.* Hæc *Lambertus*, h. a., pag. 163, & *Monachus Herveldenſis*, an. eod., apud *Schardium*, l. c., p. 379; ambo tamen teſtantur, occiſo *Ottone* à Regis Patruelibus, *Brunone*, ibidem interſecto, & *Ekberto*, graviter ſaucio, conſilium evanuiſſe. Pugnam depingens vetuſti *Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium Chronici* auctor, apud *Maderum*, de *Antiq. Brunſuic.*, p. m. 8. & 9, veris falſa immiſcet: *Ludolfus* (Marchio Saxoniæ) *genuit Ekbertum & Brunonem. Hi, in Mersborch Principibus ab Imperatore vocatis, venerunt prope Nendorp, ad flumen, quod Salica dicitur, ubi ipſis Otto & Wilhelmus, fratres, Principes Thuringiæ, hoſtes eorum, occurrunt, &, bello commiſſo, Brunonem occiderunt, Ekbertum graviter vulnerantes: è contra altero duorum fratrum, Principum Thuringiæ, interfecto, ſcilicet Wilhelmo. Nam Otto ſuperſtes Adelheydem, Alberti de Ballenſtede, generavit, &c.* *Wilhelmus* enim, frater *Ottonis*, jam anno præcedente 1056, in prælio contra Sclavos, perierat, teſte *Lamberto*, ad h. a., p. 163: *Profectus Botfeldiu*, (Imperator Henricus III) *cum ibi aliquandiu venationi deditus moraretur, comperit, Wilhelmum, Marchionem, & Diodericum, Comitem, cum infinita multitudine Saxonici exercitus, quos contra Luticios miſerat, male geſtis rebus, occubuiſſe, &c.*; Quæ *Monachus Herveldenſis*, eod. an., p. 379, & *Chronographus Saxo*, an. eod., pag. 254, comprobant; deinde fatentur ambo, ad an. 1057, *Ottonem*, *Guilielmi* fratrem, coronæ Regiæ æmulum, in dicta pugna periiſſe: *In prima fronte Brun & Otto, ambo pleni irarum, ambo ſui tegendi immemores, dum hoſtem ferirent, tam concitatos in ſeſe viciſſim impetus dederunt, ut uterque alterum, primo incurſu, equo excuſſum, letali vulnere transfoderet. Amiſſis Ducibus, aliquandiu utramque aciem anceps pugna tenuit. Sed Ecbertus, quanquam graviter ſaucius, dolore tamen interempti fratris efferatus, rapido curſu, in confertiſſimos hoſtes præcipitem ſe mittit: Bernardi Comitis filium, egregium adoleſcentem, ſed vix dum militia maturum, interficit; cæteros, languidius, quoniam Ducem perdidiſſent, pugnantes, in fugam convertit. Sic Reſpublica maximo metu liberata eſt, & Saxones, adempto rebellionis Signifero, nihil ulterius, quod ſecus eſſet, contra Regem moliti ſunt, &c.* Conf. *Ubbo Emmius*, *Append. Genealogica*, p. 151-155; *Maderus*, *Genealogia Witichindi*, præfixa *Chronico Montis Sereni*, pag. 51, & 52. Qua ratione *Bruno & Ecbertus*, Regis, *Heinrici IV*, Patrueles dicantur, exponit *Meibomius*, in Apologia pro *Ottone IV*, Tom. 3 *Rer. Germ.*, pag. 137.

An. eod. Cuono, Cognatus Regis, Dux factus eſt Carentinorum. Ita *Lambertus*, h. a., pag. 164; *Monachus Herveldenſis*, h. a., pag. 379.

An. 1058 cœperunt lites cum Aula Romana; defuncto enim, 4 Cal. April., *Stephano IX, Sedem Apoſtolicam protinus, inconſulto Rege & Principibus, invaſit Benedictus quidam Lateranenſis, adjutus factione populàrium, quos pecunia corruperat, &c.* Hæc *Lambertus*, h. a., pag. 164; & *Monachus Herveldenſ.*, an. eod., pag. 380; add. *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chron. Caſſin.*, c. 101, (al. 102) p. m. 314: *Gregorius de Alberico, Lateranenſis & Tuſculanenſis Comes, comperto Romani Pontificis* (Stephani IX) *obitu, ſociato ſibi Girardo de Galera, & Romanorum potentium aliquot, nocturno tempore,*

pore, cum armatorum turbis, Eccleſia jura pervadunt, & Johannem, Veliternenſem Epiſcopum, Mincium poſtea cognominatum, Papam conſtituunt, Benedicti X nomine illi impoſito, &c.; Bertoldus Conſtantienſis, l. c., an. 1058, p. m. 342; *Martinus Polonus*, in Vita *Benedicti X*, p. m. 370; *Platina*, in ejusdem Vita, p. m. 151; *Baronius*, T. XI *Annal.*, an. eod., §. 11, p. 247.

An. eod. Rudolfum conſtituit Ducem *Alemanniæ*. Vid. ſeq. Tit. XVI, Catal. Ducum Alaman.

An. 1059, agnoſcentes Romani Principes, ſuperiori anno, Imperatoris Juribus, circa conſtituendum Pontificem Maximum, vim illatam, *ſatisfactionem ad Regem mittunt, ſe ſcilicet fidem, quam Patri dixiſſent, Filio, quoad poſſent, ſervaturos, eoque animo, vacanti Romanæ Eccleſiæ, Pontificem, usque ad id tempus, non ſubrogaſſe, Ejus magis ſuper hoc expectare ſententiam; orantque ſedulo, ut, quem Ipſe velit, transmittat, &c.* Sunt verba *Lamberti*, h. a., pag. 164, & *Monachi Herveldenſ.*, eod. an., pag. 380, immediatè annectentium, Regem quoque *Gerhardum* Florentinum Papam conſtituiſſe, *Nicolaum* 2 vocatum. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1059, pag. 106, &c. Add. *Marianus Scotus*, an. eod.; *Bertoldus*, l. c., ad an. 1058, p. 342; *Platina*, l. c. Quo minus interim Romani ad vomitum redirent, ſolemni Decreto Conſiſtoriali proſpexit *Nicolaus* Juribus Cæſareis: *Eligatur* (Pontifex) *de ipſius Eccleſia gremio, ſi reperitur idoneus; vel, ſi de ipſa non invenitur, ex alia aſſumatur, ſalvo debito honore, & reverentia dilecti Filii noſtri, Henrici, qui inpræſentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente, ſperatur, ſicut jam ſibi conceſſimus, & Succeſſoribus illius, qui ab Apoſtolica Sede perſonaliter hoc Jus impetraverint. - - - - Quod ſi quis, contra hoc noſtrum Decretum, Synodali ſententia promulgatum, per ſeditionem, vel præſumtionem, quolibet ingenio, electus, aut etiam ordinatus, ſeu inthronizatus fuerit, auctoritate Divina, & SS. Apoſtolorum, Petri & Pauli, perpetuo anathemate - - - abjiciatur, ſicut Anti-Chriſtus, invaſor & deſtructor totius Chriſtianitatis. - - - - Quisquis autem hujus noſtræ Decretalis ſententiæ temerator extiterit, & Romanam Eccleſiam ſua præſumptione confundere, & conturbare, contra hoc ſtatutum, tentaverit, perpetuo anathemate atque excommunicatione damnetur, & cum impiis, qui non reſurgent in Judicio, reputetur, &c. &c.* Integram Conſtitutionem, ex vetuſtiſſimo Libro Abbatiæ Monaſterii *Farfenſis*, literis Longobardicis ſcripto, poſt *Gratianum*, Diſt. XXIII, c. 1: *In nomine Domini*, &c, exhibet *Baronius*, T. XI Annal., ad an. 1059, pag. 257, &c. Subſtitit ita res, ad

Annum usque 1061, quo, *Roma, Nicolao Papa defuncto, 6 Calend. Auguſti, Romani Henrico Regi, ejusdem nominis IV, Coronam, & alia munera mittentes, de Summi Pontificis electione Regem interpellaverunt. Qui, Generali Concilio Baſileæ habito, impoſita Corona, à Romanis transmiſſa, Patricius Romanorum eſt appellatus; deinde, communi omnium conſilio, Romanorumque Legatis eligentibus, Chadelo, Parmenſis Epiſcopus, 7 Cal. Novemb., Papa eligitur, & Honorius appellatur, Papatum nunquam poſſeſſurus; ſed, 27 die ante ejus promotionem, Lucenſis Epiſcopus, nomine Anſelmus, à Normannis, & quibusdam Romanis Papa 158 ordinatus, Alexander vocatur, ſedit annos duodecim, &c.* Hæc *Bertoldus*, h. a., pag. 342, & 343, cum quo ſentit *Continuator Hermanni Contracti*, eod. an., apud *Urſtiſium*, pag. 337 & 338: quibus contrariatur *Leonis Oſtienſis* minus fida narratio, lib. 3 *Chron. Caſſinat.*, cap. 21, p. m. 340: *Cum maxima ſeditio inter Romanos cœpiſſet de ordinando Pontifice exoriri, Hildebrandus Archi-Diaconus, cum Cardinalibus, Nobilibusque Romanis, conſilio habito, ne diſſenſio convaleſceret, Anſelmum tandem, Lucenſem Epiſcopum, poſt tres circiter menſes, in Romanum Pontificem eligunt, eumque Alexandrum vocari decernunt - - - - quod cum ad aures Imperatricis, Ejusque Filii perveniſſet, indignatione nimia ducti, quod hæc, ſine Illorum conſenſu, & auctoritate, geſta fuiſſent, & Ipſi nihilominus Cadaloum, Parmenſem Epiſcopum, ultra montes, à Placentino duntaxat, & Vercellino, Epiſcopis, ipſa die Feſtivitatis Apoſtolorum Symonis & Judæ, in Papam eligi faciunt, Eumque Romam - - - transmittunt, &c.* Conf. *Lambertus*, an. 1063, pag. 167; *Monachus Herveldenſis*, an. eod., l. c., p. 382; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 34, pag. 136; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 498; *Sigebertus*, an. eod. 1063; *Chronographus Saxo*, an. eod., pag. 256; *Albericus*, an. eod., pag. 103, &c.; *Martinus Polonus*, in Vita *Alexandri*, 165 Pontificis, p. m. 370, & 371; *Platina*, in *Vita Alexandri* 2, p. m. 152, diverſis ſtudiis agitati. Magno Anti-Papæ, *Alexandro*, incremento fuit *Hildebrandus*, ex Archidiacono, creatus, ab ipſo, Romaniæ Curiæ Cancellarius, qui, odii beneficio, quo tutelam Matris, quam Rex puer ſubibat, multi Germanorum Procerum deteſtabantur, auxiliante *Godefrido*, Tuſciæ Principe, *Chadilos*, i. e. *Honorii* 2, partibus claſſicum cecinit, Parmam ſe conferre coacti; vid. *Petrus Damiani*, apud *Baronium*, l. c., ad an. 1062, pag. 296, &c. Auxit malum, quod, auxilia expetente *Andrea*, Hungarorum Rege, contra *Belam*, Regni invaſorem, Rex, *Henricus*, hoc ipſo anno, *Wilhelmum, Marchionem Thuringorum, & Epponem, Citicenſem Epiſcopum, cum Duce Boëmorum, & exercitu Bajoarico, illuc miſerit*, infelici rerum eventu,

Digitized by Google

ventu, *Andrea* Rege occiſo, Marchione & Epiſcopo captis, exercituque Germanorum diſſipato. Vid. *Lambertus*, h. a., pag. 166; *Monachus Herveldenſ.*, an. eod., pag. 381. Defuncto, an. ſeq. 1062, *Wilhelmo*, ſucceſſit in Marchia *Otto* frater. Vid. ſeq. Tit. XVI, in Catalog. Ducum Thuringiæ.

An. 1062 longe alia rerum facies apparuit, quandoquidem *Anno*, Colonienſis Præſul, *communicatis cum Ecberto Comite, & Ottone, Duce Bavariorum, conſiliis*, Regem, in Inſula *S. Suitberti* commorantem, clam ſubduxit, utut invitum & reclamantem, ſummoque vitæ periculo in Rhenum propterea præcipitem ſe dantem, ægrè ab *Ecberto* inde retractum, & *Coloniam* abductum, blanditiis poſtea delinitum, cæterorumque Germaniæ Procerum obſequio frequentatum cultumque, removenda ſic à dirigendis Regni negotiis Imperatrice, ex mœrore Monaſterium ingreſſa. Vid. *Lambertus*, h. a., pag. 166. *Monachus Herveldenſ.*, an. eod., pag. 381; *Continuator Hermanni Contracti*, an. eod., p. 338; *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 34, pag. 136; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chronic.*, p. 498; *Baronius*, T. XI *Annal.*, h. a., pag. 299, & 300; *Sigonius*, lib. 9, de *Regno Italiæ*, an. eod., p. m. 349; *Lehman. Chron. Spir.*, lib. 5, cap. 26, pag. 422. Quibus ita ordinatis, cogit Colonienſis *Osborienſe* Concilium, in quo *Cadalous* 28 Oct. damnatur, *Alexandro* confirmato. Vid. *Baronius*, l. c. pag. 301.

An. 1063, quo *Rex*, *exercitum in Pannoniam movens, Salomonem, filium Andreæ Regis, in Regnum Patris ſui reſtituit*; ut *Bertoldus*, h. a., pag. 343, conſentientibus *Lamberto*, eod. an., pag. 170, & *Monacho Herveldenſi*, eod. an., pag. 383, loquitur; inſuperque, *anno Regni ſui nono, ætatis ſuæ decimo quarto, accinctus gladio, in nomine Domini*, ceu idem *Bertoldus* l. c. ſcribit, in tantum Regis pueri vileſcebat auctoritas, ut, Ipſo præſente, ſanctumque Pentecoſtes feſtum *Goslariæ* celebrante, orto ob ſellarum poſitionem Epiſcopalium tumultu, in ſacram ædem Hildesheimenſis Epiſcopus, & Fuldenſis Abbas armatos introducerent, omnique licentiæ laxarent fræna. Vid. *Lambertus*, l. c., pag. 167; *Monachus Herveldenſ.*, l. c., p. 382; *Bertoldus*, l. c. Factum interim *Romæ*, ut Cæſaris amici *Alexandrum* Simoniæ accuſarent, & *Cadaloum*, ſeu *Honorium*, Legitimum Papam venerarentur, valde deſuper ſtomachante *Petro Damiani*, in Epiſtola ad *Hildebrandum* & *Stephanum*, Cardinales, apud *Baronium*, l. c., ad an. 1064, pag. 344, §. 3; Ad ſaniora quoque conſilia redeuntibus Germanis, mittitur,

An. 1064, *Anno* Colonienſis, in Italiam, Jura Regia defenſurus, qui etiam, *Romam* veniens, publico in Conſiſtorio, magna animi præſentia, percontabatur *Anſelmum*: *Qua ratione, Frater Alexander, abſque mandato & aſſenſu Domini mei, Regis, recepiſti Papatum? à longis namque temporibus, à Regibus hoc, abſque dubio, eſt obtentum.* Ita *Nicolaus Arragonius*, Cardinalis, de *Geſtis Pontificum Romanorum*, apud *Baronium*, l. c., pag. 349, §. 19, mox annectens: *Et incipiens à Patriciis Romanorum, & Imperatoribus nominavit eos, per quorum mandatum, & aſſenſum plurimi Romanorum Pontificum in Sedem Apoſtolicam habuerunt ingreſſum, &c.* Paulo aliter hæc *Nauclerus*, Vol. 2 Chronograph., Generat. 36, pag. 768; add. *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 31, pag. 443; *Zieglerus*, de *Epiſcopis*, lib. 2, cap. 2, pag. 282; minimum prominet hinc *Lamberti*, ad h. a., pag. 171, & *Monachi Herveldenſis*, eod. an., pag. 384, narratorum falſitas: *Cauſabantur Romani Principes, quod Rex, eis inconſultis, Romanæ Eccleſiæ Pontificem conſtituiſſet, &, ob eam injuriam, defectionem meditari videbantur; propter quod placuit, Colonienſem Archi-Epiſcopum Romam mitti. Qui veniens eo, cum aliud turbatis rebus invenire non poſſet remedium, judicavit, Ordinationem, quæ inſcio Senatu Romano facta fuiſſet, irritam fore; & ſic, amoto Parmenſi Epiſcopo, per electionem eorum, Anſelmum, Lucenſem Epiſcopum, pro eo ordinari conſtituit, &c.* Quid, ore *Hildebrandi*, Colonienſi fuerit reſponſi datum, commemorat idem *Nicolaus Arragonius*, l. c., §. 20: *Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, quod, in electione Romanorum Pontificum, juxta Sanctorum Patrum Canonicas Sanctiones, Regibus prorſus nihil eſt conceſſum, & permiſſum, &c.* add. *Nauclerus*, l. c. Jam cogitur *Mantuana* Synodus, in qua, ab objectis ſibi criminibus, Simoniæ præſertim, *Alexandrum* ſe purgaſſe, ex eodem *Nicolao*, l. c., aſſerit *Baronius*, l. c., pag. 351, §. 26 & 27; accedente militari potentia, *Honorius* rejectus eſt, nequaquam tamen juribus cedens, ſed vim vi repellere conatus; qua de rerum confuſione legendus *Lambertus*, l. c., & *Monachus Herveldenſ.*, l. c., dicentes inter alia: *Congreſſio facta eſt, multique hinc & inde vulneribus acceptis corruerunt. - - - Anſelmus tamen, qui & Alexander, & virtute militum, & favore Principum, Sedem obtinuit. Alter vero,* (Honorius) *etſi per contumeliam repulſus, tamen, quoad vixit, ab Jure ſuo non cedebat; huic* (Alexandro) *ſemper derogans, hunc adulterum Eccleſiæ Dei, hunc Pſeudo-Apoſtolum appellans, Miſſas quoque ſeorſim celebrans, Ordinationes facere, & ſua per Eccleſias decreta, & Epiſtolas, more Sedis Apoſtolicæ, deſtinare non deſiſtebat*, &c. Conf. *Sigebertus*, ad ann. 1067. Non legitur, ab hoc tempore, Cæſarem *Honorii* cauſam egiſſe.

An. 1066, pertæſi malæ educationis Regiæ, quam *Adelbertus* Bremenſis unicè moderabatur, Principes Imperii, Regi ſignificant, aut Regno cedendum, aut familiaritate Bremenſis defungendum: Vid. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 106.

An. 106., mortuo *Ottone* Marchione, largitur Thuringo-

Digitized by Google

ringorum Marchiam patrueli ſuo, *Egberto*. Vid. ſeq. Tit. XVI, Catal. Ducum Thuringiæ.

An. 1069 repudium dare conatur Conjugi *Bertha*. Vid. *Lambertus*, h. a., p. 176, 177, & 178, *Monachus Herveldenſ.*, an. eod., pag. 388.

An. 1070 proſcribit *Ottonem*, Ducem Bajoariæ. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad annum 1070, & 1071, pag. 107, & 108.

An. 1071 creat *Welfum*, *Azonis*, Marchionis Eſtenſis, filium, Bavariæ Ducem. Vid. ſeq. Tit. XVI, Catal. Ducum Bavariæ.

An. eod. inter Ducem Polonorum, & Ducem Beheimorum infeſtiſſima diſſenſio erat, propter quod eos Rex, in Civitatem Miſene, autumnali tempore, evocatos, durius corripuit, &, ut deinceps ſuis ſinguli terminis contenti eſſent, nec ſe viciſſim temerariis incurſionibus laceſſerent, ſub obtentu Regiæ Majeſtatis præcepit, alioquin ſe hoſtem & vindicem experturus foret, qui prior alteri arma intuliſſet. Hæc *Lambertus*, h. a., p. 186, & *Monachus Herveldenſ.*, eod. an., p. 394; rectè hinc concludente *Conringio*, lib. 1, de *Finibus Imperii*, cap. 16, §. 12, p. m. 207: *Subjectum itaque fuiſſe tunc Polonum, non minus atque Bohemum, clariſſimum eſt.*

An. 1072 defuncto *Adelberto* Bremenſi, *qui* (ut *Lambertus*, h. a., pag. 187, & *Monachus Herveldenſis*, an. eod., pag. 395, loquuntur) *triumphatis æmulis ſuis, qui eum, ante aliquot annos, de Palatio ejecerant, ſolus nunc Rege fruebatur, receptus non modo in gratiam & familiaritatem, ſed pene in Regni conſortium, & omnium, quæ publice vel privatim agenda erant, ſocietatem - - - - tum primum Reſpublica in priſtinum ſtatum dignitatemque reformari cœpit, frenaque injecta ſunt vaganti usque ad id tempus licentia - - - - eo moderamine*, (Colonienſis Archi-Epiſcopus, qui rerum publicarum adminiſtrationem, poſt regem, ipſius cunctorumque regni principum precibus permotus, in ſe ſuſceperat) *ea induſtria, atque autoritate rem tractabat, ut profecto ambigeres, Pontificali Eum, an Regio nomine digniorem judicares, atque in Rege ipſo, qui in culta atque ſocordia pene præceps ierat, paternam virtutem, & paternos mores brevi exſuſcitaret, &c.* Vid. *Lambertus*, l. c., & p. 188; *Monachus Herveldenſis*, l. c. Attamen *multa ſibi munitiſſima Caſtella conſtruxit in partibus Saxoniæ & Thuringiæ, & multas ſibi munitiones injuſtè uſurpavit: unde multorum animos contra ſe excitavit, &c.* Ita *Bertoldus*, l. c., ad h. a., pag. 345.

Ann. 1073 recrudiuere motus: *Bertoldo, Duci Carnotenſium, Ducatum, ſine legitima diſcuſſione, abſenti abſtulit, & Marcwardo, cuidam propinquo ſuo, tradidit. Rudolphus quoque, Dux Sueborum, tumultum aliquem Reipublicæ machinari formidabatur, &c.* Ita *Lambertus*, h. a., pag. 189; & *Monachus Herveldenſ.*, eod. an., pag. 396. Magis Procerum irritabat animos Rex, totam *Thuringiam* Moguntino Præſuli vectigalem reddi curans, coacta *Erfurdenſi* Synodo; Vid. *Lambertus*, l. c., & p. 190; *Monachus Herveldenſ.*, l. c. *Hinc tota Thuringia & Saxonia Regi, Heinrico, rebellant, propter prædictas munitiones, & alia multa, quæ, contra voluntatem ejusdem Populi, Rex, in eorum Regione, fecit inconſultè.* Hæc *Bertoldus*, l. c., ad h. a., pag. 345; conf. *Lambertus*, h. a., pag. 189, &c.; *Monachus Herveldenſ.*, an. eod., pag. 396, & ſeqq., ſuſius docentes, quomodo Rex Saxones pariter & Thuringos in ſervitutem redigere fuerit conatus, quique propterea, (Signiferis *Buccone*, Halberſtadienſi Epiſcopo, *Ottone*, Duce quondam Bajoariæ, & *Hermanno*, defuncti *Ottonis*, Saxonum Ducis, fratre, cujus nepotem, *Magnum*, Ducem, Rex, jam per biennium, in cuſtodia tenebat) armata manu libertatem propugnare decreverint, Thuringi quidem *Trueburgi*, & Saxones *Gerſtungæ*, 13 Cal. Nov., in Thuringiæ Haſſiæque confinio, conventus agentes, & undique contrahentes copias, in nihilum redigendis Regis conatibus. Quam multas, contra Eum, delatas quoque Romam querelas, argumento ſunt *Conradi Urſpergenſis* verba, ad annum 1073, pag. 169: *Anno, Colonienſis Epiſcopus, & Hermannus Babenbergenſis Romam miſſi ſunt, pecuniam, quæ Regi debebatur, congregandi gratia. Qui, Legatione peracta, reverſi, literas Alexandri Apoſtolici detulerunt, Regem vocantes ad ſatisfaciendum, pro Simoniaca hæreſi, aliisque nonnullis emendatione dignis, quæ de ipſo Romæ fuerant audita, &c.* Quæ *Otto Friſingenſ.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 34, pag. 137; *Chronographus Saxo*; eod. an. 1073, p. 260; *Albertus Stadenſis*, eod. an., p. 136; *Albericus*, ad ann. 1072, pag. 115; *Baronius*, Tom. XI Annal., ad ann. 1073, §. 1, p. m. 408, aliique comprobant. En! audacia Romanæ Aulæ, ſolvendi loco tributi, legitimum Regem, & Dominum in judicium vocat. Luit tamen hoc ipſo anno *Alexander* pœnas, 11 Cal. Maji, à Summo judice, Deo, & ipſe in judicium vocatus. Poſt cujus Fata cœpit demum triſtis iſta periodus, Imperatoribus pariter & Imperio haud parum exitioſa. Eligitur namque Pontifex *Hildebrandus*, à ſolis Romanis, temerariè Regis auctoritate ſpreta. In cauſam facinoris inquirenti, Romam miſſo *Eberhardo* Comiti cavillatoriè reſpondetur: vi Romanos Pontificatum detuliſſe; Quo minus verò fraudes detegerentur, fidem fecit *Hildebrandus*, Pontificium munus nequaquam ſe ſubiturum, priusquam Imperatoris accederet conſenſus; qua calliditate deceptus Auguſtus electionem confirmavit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1073, p. 108.

An. eod. *duobus fratribus, Ruſſorum Regibus, de Regno contendentibus, alter eorum, à conſortio Regni pulſus, interpellat Henricum Imp., ſe & Regnum Ruſſorum ei ſubmittens, ſi ejus auxilio reſtitueretur. Sed id fruſtra fuit, quia graviſſima in Imperio Romano orta diſſenſio monebat, magis ſua tueri, quam aliena acquirere, &c.* Hæc *Sigebertus*, h. a. Conf. *Albericus*, an. eod., p. 116.

An. 1074, ex ungue leo, dio noctuque Cæſarum

Jura,

Digitized by Google

Jura, in ordinandis rebus Eccleſiaſticis, evertere ſtuduit *Hildebrandus*, ſeu *Gregorius VII*, Papa, Religionis pallio nequitiam amiciens. Primum aggreſſus eſt contracta legitimè, Presbyterorum, Diaconorum, aliorumque Clericorum, matrimonia; deinde, amicis Cæſaris, Præſulibus Simoniæ notam inuſſit, ejectorum ſedes mancipiis tradens; tandem ipſi Cæſari inſultavit, injuſtè veluti pulſorum Antiſtitum cauſæ Patrono. Audiamus *Lambertum*, h. a., pag. 212, & *Monachum Herveldenſem*, eod. ann., pag. 412, dicentes: *Hildebrandus Papa, cum Epiſcopis Italiæ conveniens, jam frequentibus Synodis decreverat, ut, ſecundum inſtituta antiquorum Canonum, Presbyteri Uxores non habeant, habentes aut dimittant, aut deponantur: nec quiſquam omnino ad Sacerdotium admittatur, qui non, in perpetuum, continentiam, vitamque cælibem profiteatur. Hoc Decreto per totam Italiam promulgato, crebras literas ad Epiſcopos Galliarum tranſmittebat, præcipiens, ut ipſi quoque in ſuis Eccleſiis ſimiliter facerent, atque à contubernio Sacerdotum omnes omnino fœminas, perpetuo anathemate, reſecarent. Adverſus hoc Decretum protinus vehementer infremuit tota factio Clericorum, hominem planè hæreticum, & veſani dogmatis eſſe, clamitans, qui, oblitus ſermonis Domini, quo ait: Non omnes capiunt hoc verbum, qui poteſt capere, capiat: & Apoſtolus: Qui ſe non continet, nubat, melius eſt enim nubere quam uri, violenta exactione, homines vivere cogeret, ritu Angelorum, &, dum conſuetum curſum naturæ negaret, fornicationi, & immunditiei fræna laxaret: quod ſi pergeret ſententiam confirmare, malle ſe Sacerdotium, quam conjugium, deſerere, & tunc viſurum eum, cui homines ſorderent, unde gubernandis per Eccleſiam Dei plebibus Angelos comparaturus eſſet. Nihilominus ille inſtabat, &, aſſiduis legationibus, Epiſcopos omnes ſocordiæ ac deſidiæ arguebat, &, niſi ocyus injunctum ſibi negotium exequerentur, Apoſtolica ſe cenſura in eos animadverſurum, comminabatur, &c.* Locus ſanè notatu dignus; factum confirmantibus *Mariano Scoto*, ad an. 1074, & 1075; *Golſchero*, Monacho *S. Matthiæ* Trevirenſis, de *Geſtis Treverorum*, cap. 59, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, in *Acceſſ. Hiſtor.* T. 1, pag. 88; *Sigeberto Gemblac.* an. 1074; *Ottone Friſingenſ.* lib. 6 *Chron.* cap. 34, pag. 137; *Gotfrido Viterb.* part. 17 *Chron.* pag. 499; *Aberico*, ad an. 1074, pag. 118; *Sigonio*, lib. IX, de *Regno Italiæ*, eod. an. pag. 356, & 357; *Baronio*, Tom. XI *Annal.* eod. an. §. 30, &c., p. 443, & ſeqq., ſtrenuo Decreti defenſore. Eodem tempore *Legati Sedis Apoſtolicæ in Alemanniam ad Regem venire, pro ipſius Regis moribus corrigendis, in quorum manus ſe Rex Ipſe, ſub correctionis ſponſione, commiſit, ſuumque auxilium Domino Apoſtolico, ad deponendos Simoniacos, firmiſſimè promiſit. Ipſi etiam Regis Conſiliarii, omnes res Eccleſiarum, injuſte acquiſitas, ſe reddituros, coram ejuſdem Legatis, ſub ſacramento promiſere, &c.* Hæc *Bertoldus*, eod. an. 1074, pag. 345; Legationem amplius deſcribente *Baronio*, l. c., pag. 433, & 434. Quoad bellum Civile, convenit inter Eum, Regnique Proceres, Gerſtungæ, de deſtruendis, per Saxoniam Thuringiamque, caſtellis & munitionibus, quarum intuitu orti motus, placandoque Bojorum Duce, *Ottone*, intra anni ſpatium, *juxta Principum juriſdictionem*. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, an. 1074, pag. 109.

An. 1075 novum emiſit *Hildebrandus* Decretum, coacta *Romæ Synodo*, vi cujus *Clerici*, *aliquem ſacrorum ordinum gradum, & officium pretio adepti, deinceps in Eccleſia non miniſtrent, nec Eccleſiam, pretio acquiſitam, aliquis retineat, nec deinceps alicui Eccleſiam vendere & emere liceat. Deinde, ut à Clericali officio ceſſent, quicunque ſe per incontinentiam reprehenſibiles exhibent. Item, ne Populus Clericorum officia nullatenus recipiat, quos prædictas Apoſtolicas Inſtitutiones contemnere percipiat, &c.* Sunt verba *Bertoldi*, h. a., pag. 346; quo, & ſuperiori Decretis, ſubdolè, Regio Juri, circa *Inveſtituram Eccleſiaſticam*, ſtructæ inſidiæ, quandoquidem Romana Curia hinc inde conſtitutos à Rege Præſules, vel Simoniæ, vel incontinentiæ, aliusve criminis titulo, ab officiis removit, vel ſuſpendit. Teſtes *Liemarus* Bremenſis, *Henricus* Spirenſis, *Hermannus* Babenbergenſis, aliique. Vid. *Bertoldus*, l. c.; *Lambertus*, eod. an., pag. 214, &c.; *Monachus Herveldenſ.*, an. eod., pag. 414, &c. Opportunum ei valde erat bellum, quod Cæſar, malis conſultoribus, adverſus Saxones, reſtaurabat, in vulgus ſpargens, *Wecelum*, Magdeburgenſem; *Bucconem*, Halberſtadienſem; *Magnum*, Ducem Saxoniæ; *Ottonem*, Ex-Ducem Bajoariæ, & nonnullos alios pacem *Gerſtungenſem* ſuperioris anni violaſſe, quod illi penitus negabant. Locus coadunandi exercitus Cæſarei fuit *Bredingæ*, Fœderatis *Lupezæ* convenientibus. De ſalvanda pace fruſtra ſolicitis hinc inde currentibus Legatis, atrox tandem committitur prælium Id. Junii, feria tertia, ad fl. *Unſtrut*, haud procul ab *Hohenburgo*, multa millia conſumens, Cæſare tamen reportante victoriam; qui fructus inde lecturus, hoſtium ſuperſtites 11 Nov. *Gerſtungam* vocavit, ultima eis minando, ni ſe dederent; tempori igitur inſervientes, in loco, cui *Spiraha* nomen, deditionem ſubierunt *Wezel* Magdeburgenſis; *Buco* Halberſtadenſis, Præſules; *Otto*, Dux quondam Bajoariæ; *Magnus*, Dux Saxoniæ; *Hermannus* Comes, Ejus patruus; *Fridericus*, Comes Palatinus; *Ditericus*, Com. de Catelenburg, multique alii, quos per Sueviam, Bajoariam, Italiam, Burgundiam, &c. deportari fecit, Beneficia eorum inter milites, quorum opera præcipuè in bello Saxonico uſus fuerat, diſtribuens; quo facto, ſimulque *Aſenburgo* reſtaurato, exercitum demum dimiſit. Vid. *Bruno*, *Hiſtoria Belli Saxon.*, h. a., ap. *Freherum*

berum, T. 1 *Rer. German.*, pag. 116; *Lamberetus*, h. a., p. 216 ad 228; *Monachus Herveldenſ.*, eod. an., pag. 415 ad 424; *Bertoldus*, eod. an., pag. 346; *Marianus Scotus*, eod. an.; *Sigebertus*, an. eod.; *Golſridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. 499; *Annales Hildesheimenſ.*, an. 1075, ap. Dn. de *Leibnitz*, p. 732; *Chronicon Leodienſe*, eod. an., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, p. 338; *Otto Friſing.*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 6, p. 411; *Chronographus Saxo*, an. eod., p. 261; *Alberiens*, an. eod., p. 118, qui tamen, pag. 131, dictum prælium ad an. 1086 refert, quod omnino falſum; *Albertus Stadenſis*, eod. an., p. 137.

An. 1076, in *Goslarienſi* Conventu, in gratiam recipit *Ottonem*, Ex-Ducem Bajoariæ, tunc captivum, à reliquis Principibus juramentum exigens non alterius eligendi Regis, quam filii ſui, utut adhuc infantuli. Vid. *Lambertus*, h. a., pag. 233; *Monachus Herveldenſ.*, eod. an., pag. 427; Ibidem, cum *Hildolphum* Archi-Epiſcopum Colonienſem eligi curaret, & Canonici reluctarentur, denunciabant præſentes Nuncii Papales: *Ut, ſecunda feria ſecunda hebdomadæ in Quadrageſima, ad Synodum Romæ occurreret, de criminibus, quæ objicerentur, cauſam dicturus, alioquin ſciret, ſe, absque omni procraſtinatione, eodem die, de corpore S. Eccleſiæ, Apoſtolico anathemate, abſcindendum fore, &c.* hæc *Lambertus*, l. c., & *Monachus Herveldenſ.*, l. c. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, pag. 110. Temeritate hac non parum irritato Cæſare, convocantur extemplo Regni Proceres *Wormatiam*, quorum concors erat ſententia: Papam eſſe deponendum; Vid. l. c. Legatis Pontificis domum redeuntibus, cunctaque, quæ decreta erant, referentibus, accedente Cæſaris Epiſtola ad ipſum *Hildebrandum*, apud *Brunonem*, de *Bello Saxonico*, T. 1 *Rer. German. Freheri*, pag. 122, cujus verba l. c. habentur, aliaque acerbiori, apud *Urſtiſium*, in Vita noſtri Cæſaris, pag. 394, *Reineccium*, in Ejusdem vita, pag. 31, & *Lehmannum*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap 31, p. m. 446, &c., quæ incipit: *Henricus, non uſurpatione, ſed pia Dei ordinatione, Rex, Hildebrando, jam non Apoſtolico, ſed falſo Monacho, &c.*; congregat Pontifex Synodum *Romæ*, lectisque publice literis Cæſareis, *Regem excommunicat, &, cum Eo, Archi-Epiſcopum Moguntinum, Sigifridum; Epiſcopum Trajectenſem, Wilhelmum; Epiſcopum Babenbergenſem, Rubertum - - - porro Ottonem, Ratiſponenſem Epiſcopum, & Ottonem, Conſtantienſem Epiſcopum, & Burchardum, Loſannenſem Epiſcopum, Eberhardum Comitem, Udalricum, & alios nonnullos, quibus Rex potiſſimum Conſiliariis utebatur, jampridem excommunicaverat, &c.* Hæc *Lambertus*, l. c., p. 234, & *Monachus Herveldenſ.*, l. c., pag. 428; Conſentientibus *Brrtoldo Conſtantienſi*, eod. an., pag. 346; *Sigeberto*, ad an. 1077; *Baronio*, T. XI Annal., an. 1076, §. 12, pag. 471. Proſtat Excommunicationis decretum apud *Brunonem*, l. c., pag. 123, *Baronium*, l. c., §. 10, p. 473, & 474, & *Cherubinum*, Tom. 1 *Magni Bullarii Romani*, pag. 52, hac ſub formula:

Beate Petre, Apoſtolorum Princeps, inclina, quæſumus, pias aures tuas nobis, & audi me, ſervum tuum, quem ab infantia nutriſti, &, usque ad hunc diem, de manu iniquorum liberaſti, qui me, pro tua fidelitate, oderunt, & oderunt. Tu mihi teſtis es, & domina mea, Mater Dei, & B. Paulus, frater tuus, inter omnes Sanctos, quod tua Sancta Romana Eccleſia me, invitum, ad ſua gubernacula traxit, & ego non rapinam arbitratus ſum, ad Sedem tuam aſcendere, potiusque volui vitam meam in peregrinatione finire, quam locum tuum, pro gloria mundi, ſæculari ingenio arripere. Et ideo, ex tua gratia, non ex meis operibus, credo, quod tibi placuit, & placet, ut Populus Chriſtianus, tibi ſpecialiter commiſſus, mihi obediat, ſpecialiter pro vice tua mihi commiſſa, & mihi, tua gratia, eſt poteſtas à Deo data ligandi atque ſolvendi, in Cælo & in Terra. Hac itaque fiducia fretus, pro Eccleſiæ Tuæ honore & defenſione, ex parte Omnipotentis Dei, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, per tuam poteſtatem & auctoritatem, Henrico Regi, filio Henrici Imperatoris, qui contra Tuam Eccleſiam, inaudita ſuperbia, inſurrexit, totius Regni Teutonicorum & Italiæ gubernacula contradico, & omnes Chriſtianos à vinculo juramenti, quod ſibi fecère, & facient, abſolvo, &, ut nullus Ei, ſicut Regi, ſerviat, interdico. Dignum eſt enim, ut, qui ſtudet honorem Eccleſiæ Tuæ imminuere, ipſe honorem amittat, quem videtur habere. Et quia ſicut Chriſtianus contempſit obedire, nec ad Dominum rediit, quem dimiſit, participando excommunicatis, & multas iniquitates faciendo, meaque monita, quæ, pro ſua ſalute, ſibi miſi, te teſte, ſpernendo, ſeque ab Eccleſia tua, tentans eam ſcindere, ſeparando, vinculo Eum anathematis, vice tua, alligo, & ſic Eum, ex fiducia tua, alligo, ut ſciant Gentes, & comprobent, quia tu es Petrus, & ſuper tuam Petram Filius Dei vivi ædificavit Eccleſiam ſuam, & portæ inferni non prævalebunt adverſus eam.

Leo oſtienſis, lib. 3 *Chron. Caſſinenſis*, cap. 49, p. m. 390, rejicit excommunicationem hanc in annum 1077, verb: *Anno Dominicæ Incarnationis 1077 Mattilda, Comitiſſa Liguriæ & Tuſciæ, iram Imperatoris Henrici, ſibi infeſti, metuens, Liguriam & Tuſciam, Provincias, Gregorio Papa, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ devotiſſimè obtulit. Hæc ergò cauſa, inter Pontificem, & Romanum Imperium, diſſenſionis, & odii fomitem miniſtrabit. Quapropter Pontifex, opportunitate reperta, eundem Imperatorem, ob Inveſtituram Eccleſiarum, à liminibus Eccleſiæ ſeparavit, &c.*

Quid de hoc bruto fulmine, (cujus & auctor *vitæ Henrici IV*, apud *Reineccium*, pag. 12, meminit, nec non

Digitized by Google

non *Goltherus*, l. c., pag. 89; *Albericus*, an. 1077, pag. 122; *Martinus Polonus*, p. m. 371; *Chronicon Magdeburgicum*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 306; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 55, pag. 262, aliique) ſentiat *Benno* Cardinalis, Archi-Presbyter Romanus, tunc præſens, in *Hiſtoria Hildebrandi*, edita à *Reineccio*, an. 1580, p. m. 41, docet *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 31, pag. 449: *Præter voluntatem & conſilium Cardinalium, extra ordinem judicandi, ſacris canonibus determinatum, Imperatorem, in nulla Synodo Canonice accuſatum, præcipitanter excommunicavit, in qua excommunicatione nullus Cardinalium ſubſcripſit. Ut primum, ad excommunicandum Cæſarem, de Sede ſurrexit, ſedes ipſa, noviter lignis fortiſſimis compoſita, ſubitò, Dei nutu, terribiliter ſciſſa eſt in plures partes, ut manifeſtè daretur intelligi, quanta ſeſſor ille, tam periculoſa excommunicatione, & præſumptione, quamque terribilia ſchiſmata ſeminaret, contra Eccleſiam Chriſti, contra Sedem B. Petri, quam crudeliter diſſiparet Cathedram Chriſti, conculcando Leges Eccleſiæ, imperando potentia & auſteritate, &c.* Auctor Vitæ *S. Gebehardi, Salisburgenſis* Archi-Epiſcopi, apud *Henricum Caniſium*, Tom. VI *Antiq. Lection.*, & *Surium*, 16 Junii, pag. 228, cap. 18, ait: *Hoc novum, ſive rarum in Regem anathema utrum ex venditione Epiſcopiorum, & Abbatiarum, an ex alia infamia cauſas ſumpſerit, penes earum conſcios ſit, & Judices. Nobis ſententia paſtoris timenda eſt, ſive juſta, ſive injuſta, &c.* Candidius *Otto Friſing.*, lib. 6 *Chron.*, cap. 35, circa finem, ſcribit: *Lego & relego Romanorum Regum & Imperatorum geſta, & nusquam invenio, quenquam eorum, ante hunc, a Romano Pontifice excommunicatum, vel Regno privatum*; & lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 1: *Gregorius VII, qui tunc Urbis Romæ Pontificatum tenebat, eundem Imperatorem, tanquam a ſuis deſtitutum, anathematis gladio feriendum decernit. Cujus rei novitate eo vehementius indignatione motum ſuſcepit Imperium, quo nunquam ante hæc tempora hujusmodi ſententiam, in Principem Romanorum promulgatam, cognoverat. Eapropter, pluribus ex Italia, Gallia, Germania, apud Bajoariæ Civitatem, Brixinoram, in ipſo Pyrenæo, haud procul à Valle Tridentina, ſitam, coadunatis Epiſcopis, Princeps Curiam magnam celebravit, &c.* Hujus loci quoque eſt gravis Oratio *Conradi Trajectenſis*, ann. 1085, in *Gerſtungenſi* Conventu habita, apud *Aventinum*, lib. 5 *Annal. Boicor.* cap. 14, p. m. 549, &c., & *Flacium*, *Catalog. Teſtium Veritatis*, pag. 345 ad 350; Add. Oratio Trevirenſis Antiſtitis, apud *Flacium*, l. c., pag. 353, & 354; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chronicor.*, p. m. 499, &c.; *Conradus Urſpergenſ.*, pag. 208; *Du Pin*, de Diſciplina Eccleſiæ antiqua, Diſſert. 7, cap. 2, §. 5, pag. 477.

An. eod. Rex, finito in Wormatia Colloquio, concitus Goslariam rediit, ibique iram ſuam, quæ multo jam tempore in Saxones anxie æſtuaverat, omni crudelitate explebat. Principes Saxoniæ, qui in deditionem venerant, in ultimas regni partes relegabat; Bona eorum ſuis fautoribus, pro libito ſuo, diripienda permittebat; eos, qui nec dum dediti fuerant, acerrimis indies Edictis ad deditionem urgebat, &, niſi quantocyus dederentur, ferro & igne infeſtari, & longius natali ſolo effugari, comminabatur; tum omnia Caſtella, quæ ſuperiori anno dirui juſſerat, ſummo niſu, ſummo Provincialium labore & ærumna, inſtaurabat, nova quoque in omnibus per Saxoniam montibus & collibus - - - exſtruebat, &c. Ita *Lambertus*, h. a., pag. 235; *Monachus Herveldenſ.*, an. eod., pag. 429.

An. eod. Ducatum *Lotharingiæ* regendum committit *Conrado*, filio defuncti Ducis, *Gozilonis*, & Marchiam *Antwerpienſem Godefrido*, conſobrino ejusdem Ducis, Vid. *Monachus Herveldenſis*, l. c., pag. 429; & præced. Tit. 2, § 10, lit. d, ad an. 1076, pag. 115.

An. eod. Rudolphus, Dux Suevorum; *Welf*, D. Bavariæ; *Bertoldus*, D. Carinthiæ; *Adalbero*, Epiſcopus Herbipolenſis; *Hermannus*, Epiſcopus Metenſis, aliique Proceres Imperii fœdus contra Cæſarem pangunt, fundamenti loco ponentes Papale fulmen. *Lambertus*, h. a., pag. 235; *Monachus Herveldenſ.*, l. c. Hac rerum facie, cuſtodum indulgentia, libertatem, inſcio Rege, conſequebantur *Hermannus*, *Magni* Ducis patruus, Principumque dedititiorum plerique, quos ſubditi ingenti gaudio ſuſceperunt. Non multo poſt, Conventum agentibus modo dictis Principibus *Ulmæ*, placuit, 17 Cal. Nov. celebranda eſſe, apud *Triburias*, nova Comitia, ibique finem litibus imponendum; ſtatuto tempore Ordinibus congregatis, decernitur: *Henricum* à ſumma rerum removendum; alium in ejus locum eligendum; excommunicato adhærentes à fidelium communione arcendos; pari cautela eorum vitandam ſocietatem, qui Presbyteris conjugatis, vel pretio Eccleſiaſticas Ordinationes comparantibus communicaſſent, &c. Vid. *Lambertus*, l. c., pag. 243; *Monachus Herveldenſ.*, l. c., pag. 434. Stantibus ita rebus, videns Cæſar, maxime coronam periclitari, aſperrima hyeme, iter Romanum in ſe ſuſcipit, abſolutionem à Papa petiturus. *Lambertus*, l. c., pag. 245; *Herveldenſis*, l. c., pag. 436.

An. 1077, turbido rerum ſtatu, *Dux Polonorum*, (Bolislaus Audax) *qui, per multos jam annos, Regibus Teutonicis tributarius fuerat, cujusque Regnum jam olim Teutonicorum virtute ſubactum, atque in Provinciam redactum fuerat, repentè in ſuperbiam elatus, propterea quod Principes Teutonicos cerneret, domeſticis ſeditionibus occupatos, nequaquam ad inferenda exteris Gentibus arma vacare, Regiam dignitatem, Regiumque nomen ſibi uſurpavit, diadema impoſuit, atque ipſo die Natalis Domini, à quindecim Epiſcopis, in Regem eſt conſecratus, &c.* Ita *Lambertus*, h. a., pag. 246, & *Mo-*

Yyy 2 *nachus*

nachus Herveldenſ., eod. an., pag. 436. Hæc dum aguntur, ſuperatis, mille periculis, nive glacieque obrigeſcentium Alpium cacuminibus, lubricum omnem penitus deceſſum negare viſis, in campeſtria tandem Italiæ deſcendit Imperator, mittitque ſtatim Canuſium, quo Papa, & Mathildis Princeps ſe receperant, humili voce abſolutionem à Banno efflagitantes; diu Papa reſtitit, veritus in Rege juvenilis animi inconſtantiam, & proclive, quocunque aſſentatores impuliſſent, ingenium: ſed ſuperatus tandem importunitate perurgentium, & gravitate ſententiarum, ſi veraciter, inquit, Eum facti pœnitet, Coronam, & cætera Regni inſignia, in argumentum veræ & ex animo actæ pœnitudinis, noſtræ poteſtati dedat, & ſe, poſt tam contumax admiſſum, Regio nomine & honore deinceps indignum profiteatur. Hæc Lambertus, l. c., pag. 248, & 249, & Monachus Herveldenſ., l. c., pag. 478, ambo pergentes: Durum nimis hoc viſum eſt Legatis. Cumque vehementer inſiſterent, ut ſententiam temperaret, nec calamum conquaſſatum judicii auſteritate penitus contereret: vix & ægre tandem exoratus annuit, ut cominus veniret, &, ſi veram pro admiſſis pœnitudinem gereret, culpam, quam, Sedi Apoſtolicæ contumeliam irrogando, contraxerat, Sedis Apoſtolicæ Decretis nunc obediendo expiaret.. Venit Ille, ut juſſum fuerat, & cum Caſtellum illud triplici muro ſeptum eſſet, intra ſecundum murorum ambitum receptus, foris derelicto omni Comitatu ſuo, depoſito cultu Regio, nihil præferens Regium, nihil oſtentans pompaticum, nudis pedibus, jejunus, mane uſque ad veſperam, perſtabat, Romani Pontificis ſententiam præſtolando. Hoc ſecundo, hoc tertio die fecit; quarto demum die in conſpectum Ejus admiſſus, poſt multas hinc inde dictas ſententias, his poſtremo conditionibus excommunicatione abſolutus eſt: Ut (1) die & loco, quemcumque Papa deſignaſſet, evocatis ad Generale Concilium Teutonicis Principibus, præſto eſſet, & accuſationibus, quæ intenderentur, reſponderet, Ipſo Papa, ſi ita expedire videretur, cognitore cauſarum aſſidente, &, ad ejus ſententiam, vel retineret Regnum, ſi objecta purgaſſet, vel æquo animo amitteret, ſi, probatis criminibus, Regio deinceps honore indignus, juxta Eccleſiaſticas Leges, decerneretur, nullam, ſive retento, ſive amiſſo Regno, hujus injuriæ vindictam, à quopiam hominum, in perpetuum exacturus; (2) uſque ad eam diem, qua cauſa Ejus legitimè diſcuſſa terminaretur, nulla Regii cultus ornamenta, nulla Regiæ dignitatis inſignia ſibi adhiberet, nihil circa rerum publicarum adminiſtrationem, juxta conſuetudinem, suo jure ageret, nihil, quod ratum fore oporteat, decerneret; poſtremò (3) præter Regalium ſervitiorum exactionem, quibus neceſſario Ipſe, & ſui ſuſtentandi eſſent, nihil Regium, nihil publicum uſurparet; omnes autem, qui Ei, ob jurejurando, fidem dixiſſent, ab hujus ſacramenti vinculo, & conſervandæ erga Eum fidei debito, apud Deum, & apud homines, interim liberi expeditique manerent (4) Ruebertum, Babenbergenſem Epiſc., & Udalricum de Cosheim, & cæteros, quorum conſiliis ſe remque publicam prodidiſſet, à ſua in perpetuum familiaritate amoveret; (5) Si, purgatis, quæ objicerentur, potens confortatusque in Regno perſtitiſſet, ſubditus Romano Pontifici ſemper, dictoque obtemperans foret, &, ad corrigenda, quæcunque in Regno Ejus, contra Eccleſiaſticas Leges, prava conſuetudine, inoleviſſent, conſentiens Ei, & pro virili portione cooperator exiſteret; (6) Ad ultimum, ſi quid horum prævaricaretur, irritam fore hanc, quæ nunc tantopere expetita ſit, anathematis abſolutionem, &c. Quid ad hæc Imperator? Gratanter Rex accepit conditiones, &, ſervaturum ſe omnia, quam ſanctiſſimis poterat aſſertionibus, promittebat - - - - ita abſoluto Eo excommunicatione, Papa Miſſarum ſolemnia celebravit - - - expletoque ſacro miniſterio, Regem ad prandium vocavit, benigniſſimeque refectum, & de omnibus, quæ Eum obſervare oporteret, diligenter inſtructum, cum pace ad ſuos, qui longius extra caſtellum remanſerant, dimiſit, &c. Hæc iterum Lambertus, l. c., pag. 249, & 250, & Herveldenſis, l. c., & pag. 439; de qua ſubmiſſione hæc Leo Oſtienſis, Chron. Caſſin. lib. 3 cap. 49, pag. m. 390: Cæſar (excommunicatus) cum optimatibus Imperii, conſilio habito, tranſcenſis Alpibus, ut cum Pontifice paciſceretur, intravit Italiam. Triduo namque ante Pontificis Curiam, qui, eo tempore, in unam munitiſſimam Mattildæ arcem ſe contulerat, idem Auguſtus, diſcalceatus permanens, pacem expoſcebat, & hoc per ſe, hoc per Principes Imperii, hoc per familiares Apoſtolici poſtulabat. Pacis autem tenor iſtiusmodi fuit: Ut, ſi quid commiſſi ab utraque parte factum eſſet, ſolveretur. Demum vero Cæſar, more Anteceſſorum ſuorum, Romano Pontifici fidelitatem faceret, &c. Add. Benno, in Vita Hildebrandi, p. m. 45: Perverſoris Judicis injuriam & violentiam (Rex) patienter, & publice, & cum lacrymabili afflictione, nudis pedibus, in laneis veſtibus, hyeme præter ſolitum aſpera, apud Canuſium, ſpectaculum Angelorum factus & hominum, & Hildebrandi ludibrium triduo pertulit, &c.; nec non Bruno, de Bello Saxonico, p. m. 134. Ecce, quid ipſe Hildebrandus, in literis ad Germaniæ Proceres, lib. IV Gregor. Epiſt. 12, & apud Cherubinum, Tom. 1 Magni Bullarii Romani, pag. 53, nec non Baronium, Tom. XI Annal., ad an. 1077, §. 15, p. 490, &c., de ea commemoret: Priusquam intraſſet Italiam, ſupplices ad Nos Legatos præmittens, per omnia ſe ſatisfacturum Deo, & S. Petro ac Nobis, obtulit, &, ad correctionem vitæ ſuæ, omnem ſe ſervaturum obedientiam, repromiſit, dummodo apud Nos abſolutionis & Apoſtolicæ benedictionis gratiam impetrare mereretur. Quod cum diu multis conſultationibus, differentes, acriter eum de ſuis exceſſibus, per omnes, qui intercurrebant, nuncios, redargueremus, tandem, per ſemetipſum, nihil hoſtile, aut temerarium oſtentans, ad oppidum Canuſii, in quo morati ſumus, cum paucis advenit, ibique per triduum, ante

portam

portam caſtri, depoſito omni Regali cultu, miſerabiliter, utpote diſcalceatus, & laneis indutus, perſiſtens, cum multo fletu Apoſtolicæ miſerationis auxilium & conſolationem implorare non prius deſtitit, quam omnes, qui ibi aderant, ad quos rumor ille pervenit, ad tantam pietatem, & compaſſionis miſericordiam movit, ut pro Eo, multis precibus & lacrymis, intercedentes, omnes quidem inſolitam mentis noſtræ duritiam mirarentur, nonnulli vero, in Nobis non Apoſtolicæ ſeveritatis gravitatem, ſed quaſi tyrannicæ feritatis crudelitatem eſſe, clamarent, &c. add. *Chronographus Saxo*, an. 1076, pag. 261; Nobile encomium! Heroica actio! Juramentum Cæſaris Pontifici tunc præſtitum recenſent *Baronius*, l.c., §.18, pag. 491, & *Cherubinus*, l.c., pag. 53:

Ego Henricus, Rex, de murmuratione & diſſenſione, quam nunc habent contra me Archi-Epiſcopi & Epiſcopi, Duces, Comites, cæterique Principes Regni Teutonicorum, & alii, qui eos, in eadem diſſenſionis cauſa, ſequuntur, infra terminum, quem Dominus Papa, Gregorius, conſtituerit, aut juſtitiam, ſecundum judicium Ejus, aut concordiam, ſecundum conſilium Ejus, faciam, niſi certum impedimentum mihi, vel ſibi obſtiterit: quo transacto, ad peragendum idem paratus ero, &c. His geſtis, miſſo ad Italiæ Epiſcopos Proceresque, unà cum Rege excommunicatos, *Eppone*, Citicenſi Præſule, nomine Pontificis, à banno Eos abſolutum, mandatisque Papæ ab Epiſcopo Italis expoſitis, *fremere omnes, & ſævire verbis ac manibus cœperunt, Apoſtolicæ legationi irriſoriis exclamationibus obſtrepere, convicia & maledicta, quæcunque turpiſſima furor ſuggeſſiſſet, irrogare: ſe excommunicationem illius nihili æſtimare, quem ipſum omnes Italiæ Epiſcopi, juſtis ex cauſis, jam pridem excommunicaſſent, qui ſedem Apoſtolicam, per Simoniacam hæreſin, occupaſſet, homicidiis cruentaſſet, adulteriis, aliisque capitalibus criminibus polluiſſet: Regem ſecus, ac deceat, egiſſe, crimenque gloriæ ſuæ intuliſſe, nunquam abolendum, quod homini hæretico, & probris omnibus infamato Majeſtatem Regiam ſummiſerit, &, quem juſtitiæ Patronum, legumque Eccleſiaſticacum vindicem ſibi paraſſent, is, fœdiſſima ſubjectione ſua, fidem plane Catholicam, authoritatem Eccleſiæ, dignitatem Reipublicæ prodiderit: ſe, in ultionem Ejus, omnes, quas potuerint, Papæ injurias irrogaſſe, & nunc, quod dictum quoque turpe ſit, ſe in mediis perturbationem fluctibus relictis, ipſum ſibi conſuluiſſe, & cum hoſte publico, privata neceſſitudine, in gratiam rediſſe, &c.* Hæc *Lambertus*, l.c., pag. 250, & *Monachus Herveldenſ.*, l.c., pag. 439. In vulgus ſparſa Italorum reſponſione, derivatoque in Regem populi odio, *una omnium voluntas, una ſententia erat, ut, abdicato Patre, qui ultrò Regni faſcibus indignum ſe effeciſſet, filium Ejus, licet impubem adhuc, & Regni negotiis immaturum, Regem ſibi facerent, & cum eo Romam profecti Papam alium eligerent, per quem & ipſe protinus Imperator conſecraretur, & omnia Papæ hujus Apoſtatici geſta caſſarentur, &c.* Vid. *Lambertus*, l.c., & pag. 251; *Monachus Herveldenſ.*, l.c. Perlato ad Regem conſpirationis nuncio, quæcunque in apologiam ſuam protulit, factumque Canuſianum ſummæ neceſſitati imputavit, avertendo Germaniæ Procerum *Forchemenſi* Decreto. Italorum animis propterea non placatis, abrumpendo cum Pontifice inito fœdere, reparandæ concordiæ initium faciendum ſtatuens, in priſtinum gratiæ familiaritatisque ſuæ gradum revocabat, quoscunque anathemate innodatus à ſe amovere cogebatur. *His paulatim rebus Italorum indignatio mitigari, furor deflagrare, ſtudia denuo in Eum incaleſcere cœperunt, ita, ut frequentior indies ad Eum multitudo conflueret, ſumptus exercitui copioſiores miniſtrarent, & ad omne, quod juſſiſſet, promtiſſimè jam manus operamque ſuam pollicerentur. Erant tunc temporis apud Eum, ex Teutonicis Principibus, Liemarus, Bremenſis Archi-Epiſcopus, Eppo, Citicenſis Epiſcopus, Benno, Oſenbruggenſis Epiſcopus, Burchardus, Loſannenſis Epiſcopus, Burchardus, Baſilienſis Epiſcopus: Laici, Udalricus, Eberhardus, Bartholdus, & alii pene omnes, quos, in Oppenheim, Legati Apoſtolicæ Sedis, à contubernio Ejus, propter excommunicationem, ſegregaverant: qui nunc, poſt receptam communionem, Eum cum quoque Eccleſiæ reconciliatum comperiſſent, unanimiter ad Eum confluxerunt, & ei deinceps, peregrinationis Ejus individui Comites, adhærebant, &c.* Hæc iterum *Lambertus*, & *Monachus Herveldenſis*, ll. cc. Cæſare in Italia exiſtente, rebusque ferè caducis medicinam tempeſtive afferri curante, Moguntinus Præſul, Wirzburgenſis & Metenſis Epiſcopi; *Rudolphus*, Sueviæ, *Welfus*, Bavariæ, & *Berdolfus*, Zæringiæ Duces, cum aliis Imperii Principibus, novum celebrarunt *Forchemii* conventum, 3. Id. Mart. Pontifici, ut aut ipſe, aut per Legatum eodem ſe conferret, imponendo rebus fine, ſcribentes. Pontifex totus jam in Cæſaris interitum inclinans, ſub ſpecie pactorum Canuſianorum, in effectum deducendorum, invitat Eum per literas, à Cardinali *Gregorio* allatas, mandans: ſe ſiſteret *Forchemii*, rationes hactenus geſtæ adminiſtrationis redditurum, Romanæque Sedis ſententiam amplexurum. Accepto nuncio, reſpondit Cæſar: *ſe, poſt acceptum Regnum, hac primum vice Italiam intraſſe, & ideo, multis nunc & magnis Reipublicæ negotiis implicitum, non poſſe tam cito, infectis rebus, provincia excedere: quia, ſi id faciat, Italos, quos longo tempore anxia adventus ſui expectatione ſuſpendiſſet, graviſſimè offendat: præterea diem, conventui habendo ſtatutum, è vicino imminere, ſeque, jam brevibus induciis, tanta terrarum ſpacia, nulla equorum celeritate, poſſe tranſcurrere, etiamſi nullis extrinſecus retardetur impedimentis, &c.* ſunt verba *Lamberti*, l.c., pag. 252, & *Monachi Herveldenſis*, p. 440; quæ & ſua facit *Baronius*, Tom. XI *Annal.*, ad ann. 1077, §. 30, pag. 495. Edoctus de his Pontifex, *Canuſii* degens, protinus mittit *Bernhardum*, Abbatem Maſſilienſem, & *Bernhardum*, Cardinalem, *Forchemium*, ſignificatum Principibus congrega-

gregatis, ob anguſtias itinerum à Cæſareis præoccupatas ſe nec tuto in Germaniam progredi, nec Romam regredi valente, penes ipſos eſſe, rebus Imperii & Eccleſiæ proſpicere, donec ipſe, adempta itineris difficultate, Conventum adire, & decidendis præſens eſſe poſſet. Vid. *Lambertus*, & *Monachus Herſveldenſ.*, ll. cc. Certiores de his redditi Principes male feriati, adulta conſpiratione concordique, deponunt *Henricum* Cæſarem, eliguntque *Rudolphum*, Sueviæ (non *Burgundiæ*, ut *Alberico*, an. 1077, pag. 121, & Auctori *Chronici Leodienſis*, an. eod., apud *Labbeum*, Tom. 1 *Bibliothecæ M*[illegible]., pag 338, placet,) Ducem, à *Sigfrido* Moguntino 7 Cal. April. inauguratum; de cujus electione ut audiantur alii, operæ pretium duco.

ELECTIO RUDOLPHI,
Anti-Cæſaris.

Leo Oſtienſis, lib. 3 *Chron. Caſſin.*, cap. 49, pag. 391: *Cum Henricus in priſtina relapſus eſſet, à Gregorio rurſus excommunicatus fuit, coronaque Imperii* **Rodulphum** *Ducem inſignire curavit, &c.* *Otto Friſingenſis* Epiſcopus, lib. 1, de Geſtis *Friderici I*, cap. 7, p. m. 411: *At Romanus Pontifex, Gregorius, qui jam, ut dictum eſt, Principes adverſus Imperatorem concitabat, omnibus, ut alium crearent, latenter & manifeſtè ſcribebat. Igitur Rudolfus, Dux Suevorum, ab Eis Rex factus, diadema à Romana Eccleſia accepiſſe traditur, cum hujusmodi ſcripto:*

Roma dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo.

Alii inſcriptionem ita referunt:

Petra dedit Romam Petro, Tibi Papa coronam.

Vid. *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slav.*, cap. 28, §. 3, p. 72; *Albertus Stadenſ.*, an. 1076, pag. 137; *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, eod. an., p. m. 254; *Johannes Schiphowerus*, *Chron. Archi-Comitum Oldenburg.*, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 135, &c. Alii hanc producunt:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho.

Vid. *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 Chron., pag. 500; *Albericus*, ad an. 1077, p. m. 122; *Joh. Crans*, ap. *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 91; *Theodoricus Engelhuſius*, in *Chron.*, pag. 203; *Angelus de Nuce*, in Not. ad dictum locum *Leonis Oſtienſis*, lit. d, pag. 391. Falſam eam eſſe fictamque, tradit *Baronius*, Tom. XI *Annal.*, ad an. 1077, §. 40, & 41, p. 499, & an. 1080, §. 14, pag. 529, Papam ſtatuens doluiſſe, Regnum Germaniæ ſchiſmate ſciſſum, proptereaque Legatis ſuis, *Forchemii* exiſtentibus, mandaſſe, eo allaborarent, ut uterque Regum, donec in Germaniam eſſet deſcenſurus, quietum ſe teneret, inobediente excommunicando; inſuper *Rudolphum* non prius pro Rege legitimo agnoviſſe, quam, ex ſententia Concilii an. 1080, *Henricus* ſceptro indignus fuerit habitus; tunc demum miſſa *Rudolpho* corona, cum inſcriptione: *Petra dedit Petro*, &c. Sed hæc aliena, infirma tamen, ceu modo apparebit. *Marianus Scotus*, ad an. 1077, ait: *Saxones igitur ferociores ex damno, quod paſſi ſunt, effecti, adhuc rebellare nitebantur. Quos prædictus Dux Rodolphus compeſcuit, ne hoc facerent, dans Eis conſilium, propter pacem & concordiam, ut in poteſtatem Regis ſe traderent, in fide ſua. Cujus ſequentes conſilium, veniente poſtmodum Rege in Saxoniam, Principes Saxonum in poteſtatem Ejus ſe dederunt: videlicet Vezelo, Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis, Butto* (Bucco) *Halverſtedenſis, Otto Dux, Magnus Dux, Udo Marchio, quos omnes Rex cuſtodiri præcepit. Videns ergo Rodolphus Dux, qui Eis conſilium dederat, & fidejuſſor extiterat, quod eos juvare non poterat, dolorem inde habens non minimum, Regi indignabatur nimium. Ipſi autem, ſine voluntate Regis, quomodocunque liberati de cuſtodia, & ad ſua tandem reverſi, poſt Rodolphum miſerunt, Eumque ſuper ſe Regem fecerunt. Qui, ductus Moguntiam, conſecratus eſt à Sigefrido Archi-Epiſcopo in Regem. Qui ſtatim congregato exercitu Verzeburg obſedit, &c.* Rubrica ipſius Conſtitutionis *Rudolphi*, apud *Goldaſtum*, *T. I Conſt. Imper.*, p. 238, ſic ſe habet: *Decreta Comitiorum Forcheimenſium, de Lege Regia, & ne Imperium procedat ſucceſſione, ſed electione, ſtatuta à Rudolpho Rege, ab Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Majoribus & Minoribus electo, in conventu apud Forcheim, anno Domini* 1077, &c. Huc faciunt verba *Brunonis*, in *Hiſtor. Belli Saxonici*, apud *Freherum*, p. 134: *Interea Saxones & Suevi Forcheim conveniunt; ſed & de aliis Regionibus Legati aderant: quicquid iſti de Republica commodè definierint, idem laudare ſuos indicant. Aderat etiam Legatus Apoſtolicus, qui cuncta, quæ de Regno Noſtrates utiliter diſponerent, Apoſtolicæ Sublimitatis auctoritate firmaret. Ex multis, quos probitate dignos in electione propoſuerunt, tandem Rudolfum, Ducem Suevorum, Regem ſibi Saxones & Suevi concorditer elegerunt, &c.* *Conradus Urſpergenſis*, an. 1077, pag. 170: *Rodulphus, indigena Sueviæ, quæ Regalibus omnino ſtemmatibus eſt aliena, mediantibus Sigefrido Metropolitano, & Adalberone, Wirciburgenſi Epiſcopo, Bertholdo quoque, Duce Carinthio, ac prædicto Ottone, aliisque nonnullis Principibus, in præſentia quorundam Romanæ Sedis Legatorum, non voluntario annuentium, apud Forcheim, in Regem elevatur, &c.* De eadem ſcribit *Bertoldus Conſtantienſis*, ad an. 1077, memor juramenti, quo Cæſar promiſiſſe fertur, ſe Concilii judicium ſubiturum: *Hoc autem juramentum nec 15 dies obſervavit, captis venerabilibus Epiſcopis, Geroldo Oſtienſi, & Anſelmo Lucenſi. Unde & Papa, miſſis Legatis Principibus Regni, declaravit, ſe parum profeciſſe in eo, quod illum in communionem receperit, cum Simoniaci & excommunicati non minus tunc foverentur ab eo, quam pridem. His ergo auditis,*

ditis, Principes Regni, generali colloquio apud Forcheim 3 *Id. Mart. habito, egregium Rudolfum Ducem ſibi in Regnum ſublimarunt, quem 7 Cal. Aprilis - - - coronarunt, &c.* Conf. *Waltramus Numburgenſis*, de *unitate Eccleſiæ conſervanda*, ap. *Schardium*, de *Jurisdict. Imper.*, p. m. 24, & 25; *Bruno*, de *Bello Saxonico*, pag. 134, & 135, exhibens ſimul pacta conventa; *Annales Hildesheimenſ.* Ill. Dn. *Leibnitii*, pag. 732, an. 1077; *Chron. Magdeburg.*, Tom. 2 *Rer. German. Meibomii*, p. 310.

Jam ad priora. Allato nuncio, *Rudolphum* Regem electum, compoſitis in Italia rebus, revertens Cæſar in Germaniam, copioſum exercitum congregat, confluentibus undique, qui fidem datam nondum conſpurcaverant, quo nomine *Helmoldus*, lib. I Chron., c. 28, Francos laudat: *Principes, Civitatesque, quæ ſunt circa Rhenum, non receperunt Rudolfum, omnesque Francorum Populi, eò, quòd juraſſent Henrico, & juramenta temerare noluiſſent, &c.* Addit *Bertoldus*, l. c., infenſiſſimus licet Cæſari, Bohemos, & Bavaros: *Rex autem poſt Paſcha generale colloquium cum Principibus Regni collegit, quo ſoluto, ipſe, cum admodum paucis, ad obſidendum quoddam caſtellum, perrexit. Sed ecce, ex improviſo, æmulus Ejus, Henricus, cum maxima multitudine Bohemorum & Bajoariorum, advenit, &c.* Quid in Svevia peregerit, docet *Sigebertus Gemblac.*, ad an. 1077: *Rodulphum adorſus, Eum fugere compulit, &, iterata expeditione, Sueviam depopulatur, &c.* De *Rudolphi* fuga commemorat *Bertoldus*, l. c: *Rex autem Rudolfus, celebrata Pentecoſte apud Cellam S. Aurelii, Legatum quendam ad Apoſtolicum direxit, & ipſo in Saxoniam properavit, &c.* Mox annectit, *Henricum* Cæſarem *Ulmæ* fuiſſe denuo coronatum: *Eo tempore Heinricus, impoſita ſibi corona apud Ulmam, interdictum Regnum uſurpavit, &c.* Non parum ſucceſſus fauſtos Cæſaris Papam torſiſſe, vel exinde patet, quod Eum novo banno onerari juſſerit. *Bertoldus*, l. c., more ſuo, i. e. in odium Cæſaris, rem ita recenſet: *Eo tempore Papa utrique Regi, ex parte S. Petri, præcepit, ut treugas ad invicem facerent, & adventum Ejus ad Teutonicas partes, pro dirimenda lite, non impedirent, ſed debitum conſilium & auxilium ad hoc iter Ei præberent. Legatis autem ſuis, qui adhuc in Teutonicis partibus morabantur, præcepit, ut ex duobus Regibus illum excommunicarent, qui prædictæ Legationi non obediret: obedientem verò, ex parte S. Petri, in Regno confirmarent, quod & non multo poſt factum eſt: ſcil. in die ſequenti poſt feſtivitatem S. Martini, Goslare, Heinrico, pro inobedientia, iterum excommunicato, Rudolfo pro obedientia in Regno ſublimato. Nam Heinricus prædictam Legationem Papæ nec ſuſcipere dignatus eſt, nec animum ad Treugæ compoſitionem, ſed ad tyrannidis crudelitatem intendit, &c.* Confirmat hæc *Marianus Scotus*, ad an. 1078. (Hinc *Baronium*, ad an. 1077, §. 40, &c., p. 499, erraſſe videmus, cenſentem, Papam demum an. 1080 *Rudolphum* pro legitimo Rege agnoviſſe.) Sequenti anno 1078, impetrata à Pontifice abſolutione à banno, ut *Marianus* teſtatur, *Heinricus Imperator, Sueviam pervagatus, caſtella frangit, omnia depopulando, inimicis ſuis formidinem, amicis addit fortitudinem, & multos, qui ex deſperatione rerum a ſe defecerant, ad ſe trahit, &c.* Ita *Sigebertus Gemblac.*, ad an. cit. Conf. *Albericus*, an. eod., pag. 122. Horrendum erat prælium, quod cum *Rudolpho*, in Saxonia, apud *Strovi*, ſeu *Struve*, 7 Id. Aug., occiſo *Vecelone*, Præſule Magdeburgico, commiſerat. Adſcribunt quidem *Rudolpho* victoriam *Marianus Scotus*, & *Bertoldus Conſtantienſis*; Aſt *Bruno*, in *Hiſt. Belli Saxonici*, p. m. 136, in contrarium ait: *Exercitus Saxonicus ad Methelrikeſtadt* (Melrichſtatt, ſeu Mellerſtadt, in Franconia, ad fluvium Streu, olim Strovi) *venit, ibique Heinricum, cum non parvo robore virtutis, invenit - - - Prælium incipitur fortiter, imo crudeliter; ex utraque parte pugnatur, & hinc & inde fuit diverſus eventus pugnæ, fugiunt iſti, fugiunt illi; noſtri capiuntur, ſed eripiuntur, hoſtes interficiuntur; ex noſtris itaqe primi fecerunt fugam, qui nunquam venire debuiſſent ad pugnam, Epiſcopi ſcilicet, quos omnes, quod ſub Religione nutriti, melius ſciebant Pſalmos cantare, quam Legiones armatas ad bella diſponere, ſolo viſu præliantium verſos in fugam tanta multitudo ſequitur, ut Rex totum exercitum penitus fugæ ſe dediſſe arbitraretur, &c.* Conf. *Waltramus Numburgenſis*, (an *Venericus Vercellenſis*) de *Unitate Eccleſiæ conſervanda*, apud *Schardium*, de *Juriſdict. Imperiali*, p. m. 32, & *Freherum*, T. 1 *Rer. German.*, p. 194; *Chronicon Bigaugienſe*, in calce *Chronici Montis Sereni, Maderi*, p. 245, ad an. 1078; *Chronogr. Saxo*, an. eod., pag. 262, incertam reddens victoriam; *Annal. Hildesh.* cit., an. eod., pag. 732; *Albertus Stadenſ.*, eod. an., pag. 138; *Conradus Urſperg.*, an. eod., p. 270; *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 313: *Brunonis* etiam relationem veriorem eſſe, exinde ſuſpicor, quod Pontifex, in literis, ex ſententia Synodi, ad Principes Imperii, de an. 1079, ap. *Brunonem*, l. c., ad h. a., pag. 139, & 144, ambiguis iterum verbis Regiæ dignitatis mentionem fecerit, quaſi nondum coronam *Rudolpho* firmaſſet; quare & Saxones acuto ſtylo Ei reſcribebant: *Accepimus dudum Sanctitatis veſtræ literas, hoc continentes, quod vos in Synodo Romana decreviſtis, quatinus in Noſtris partibus conventus omnium Epiſcoporum & Laicorum, Deum timentium, fieret, ad diſcutiendum hoc, cui illorum, qui de Regni gubernaculo certant, juſtitia magis faveat - - - novimus intelligentiam veſtram, quod nunquam de re indiſcuſſa Synodus, Vobis præſidente, judicavit. Quæ ergo neceſſitas ſecundæ diſcuſſionis? Si autem prædictus ille nondum diſcuſſus eſt, ſed, ſicut vos dicitis, adhuc diſcutiendus, quæ ratio fuit, ut homini indiſcuſſo Regalis dignitas, ex dignitate Apoſtolica, ſine ullo conditionis additamento, interdiceretur? Si nondum diſcuſſus, ſed adhuc diſcutiendus, quare Regi alteri obedire, ex veſtra authoritate, juſſi ſumus, priuſquam certum fuiſſet, iſtum non poſſe regnare? Si autem Apoſtolica illa indulgentia pro rata habenda non eſt,*

eſt, quid erit de illis Epiſcopis, & aliis, qui, propter prædictam abſolutionem, juramenta Henrico facta infregerunt, nonne manifeſtè perjurii convincuntur? Si enim ille juſtè regnare poteſt, iſti injuſtè fecerunt, qui promiſſæ fidelitatis jugum à ſe projecerunt. Adhuc aliud. Quid de illis ſacramentis erit, quæ poſtea Regi Rudolpho facta ſunt, cujus ditioni, veſtra authoritate, ſubjugati ſumus? Ecce qualis rerum perturbatio, &c. Vid. *Bruno*, l.c., p. 144, & 145. Accedente, eod. an. 1079, prælio tertio, ad *Fladenheim*, quo iterum fuſi Saxones, teſtibus *Mariano*, h.a., *Conrado Urſperg.*, h.a., pag. 171, *Chronogr. Saxone*, an. eod., pag. 263, *Alberto Stadenſi*, an. eod., pag. 138, & 139, Imperator *Henricus*, compoſito animo, *in Pentecoſte conventu habito Moguntiæ, decrevit, Hildebrandum a Papatu eſſe depoſitum, & Longobardiam petens, Guibertum, Ravennæ Epiſcopum, pro Hildebrando, Papam deſignat, &c.* Hæc *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 1079. Factum hoc eſſe demum an. 1080, verius eſt, & quidem, poſtquam a *Gregorio* Papa Cæſar denuo fuerat excommunicatus Non. Mart. in Romana Synodo, cujus excommunicationis Decretum recitat Baronius, Tom. XI *Annal.*, ad an. 1080, §. 8, 9, 10, & 11, pag 527, & 528, & *Cherubinus* Tom. I *Magni Bullarii Romani*, pag. 53, & 54; *Bertoldus Conſtantienſis*, ad an. 1080, ait: *Gregorius Papa Synodum Romæ, menſe Martio, collegit .... in fine Synodi Henricum depoſuit, ipſumque cum omnibus ſuis fautoribus anathematizavit, & Rudolfum, Apoſtolica autoritate, in Regia dignitate confirmavit. Unde æmulus Ejus, congregata multitudine omnium Schiſmaticorum, ſive excommunicatorum, apud Brixinam, legitimum Papam abjuravit, & Guibertum, Ravennatem quondam Epiſcopum, ſed, jam triennio, a Papa Gregorio irrecuperabiliter depoſitum, & anathematizatum, ſibi, non in Papam, ſed in hæreſiarcham, elegit. Deinde, apud Maguntiam conventu facto, eandem ipſam electionem, a quibuſcunque potuit, confirmari fecit, &c.* Ejuſdem Conventus meminit *Marianus Scotus*, aliique, præced. Tit. 2, §. 10, lit. a, ad an. 1080, p. 112. His ad finem perductis, ingreditur Cæſar Saxoniam, occurrenteque *Rudolpho*, pari exercitu, quartum committitur horrendum prælium, ad *Alſteram*, haud procul *Merſeburgo*, 15 Oct., Saxonibus victoriam reportantibus, *Rudolpho* tamen lethali, amiſſa manu dextera, vulnere ſaucio, nec multo poſt extincto. *Bertholdus Conſtantienſis*, ad h. a.; *Marianus Scotus*; *Sigebertus Gemblacenſis*; *Waltramus Numburgenſ.*, (*Venericus Vercellenſis*) de *Unitate Eccleſiæ conſervanda*, ap. *Freherum*, l.c., pag. 195, & *Schardium*, l.c.; *Leo Oſtienſis*, lib. 3 *Chron. Caſſin.*, cap. 49, pag. 391, quamvis minus rectè annum 1081 proferat; aliique, Eum in ipſo diſcrimine occubuiſſe, docent. *Helmoldus* verò, lib. 1 *Chron.*, cap. 29, Eum poſtea demum, ex vulnere, obiiſſe, aſſerit, hanc in rem allegans moribundi orationem ad circumſtantes: *Videtis manum dexteram meam, ex vulnere ſauciam. Hac ego juravi Domino Henrico, ut non nocerem Ei, nec inſidiarer gloriæ Ejus. Sed juſſio Apoſtolica, Pontificumque petitio me ad id deduxit, ut, juramenti transgreſſor, honorem, mihi indebitum, uſurparem. Quis igitur finis nos exceperit, videtis, quia in manu, unde juramenta violavi, mortale hoc vulnus accepi. Viderint ergo ii, qui Nos ad hoc inſtigaverunt, qualiter Nos deduxerint, ne forte deducti ſimus in præcipitium æternæ damnationis. Et hoc dicens, cum gravi moleſtia diem clauſit extremum, &c.* Conf. *Bruno*, l. c., pag. 150, ad an. 1080; *Burckhardus*, de *Caſib. Monaſterii S. Galli*, cap. 7, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, pag. 68; *Chronographus Saxo*, an. 1080, pag. 263; *Chronicon Bigaugienſe*, l. c., an. eod.; *Annales Hildesheimenſ.* Dn. de *Leibnitz*, an. eod., p. m. 732; *Albertus Stadenſis*, an. eod., pag. 139; *Albericus*, an. eod., pag. 124; *Conradus Urſperg.*, an. eod., pag 172; *Auctor Chronici Slavici*, ap. *Lindenbrogium*, an. eod., pag. 254; *Schiphower*, *Chron. Archi-Comitum Oldenburg.*, cap. 4, ap. *Meibom.*, T. 2 *Rer. Germ.*, p. 135; Aliique. Auctorem vulneris, poſt *Albericum*, l.c., nominat *Matthias*, in *Theatr. Hiſtor.*, pag. 907, *Godofredum*, D. Bullioneum; ibi: *Quarto Rudolphus profligatus, ad Elyſtrum fluvium, anno Chriſti* 1080, *Idib. Oct., Eique à Godefrido Bilioneo, circa ilia, lethale vulnus inflictum, aliis etiam concurrentibus, dextra manus abſciſſa eſt, &c.* *Leo Oſtienſis*, l. c., ipſum Cæſarem Eum proſtraſſe, tradit; *Primo publico Marte ſuperatus*, (Cæſar) *deinde victor effectus, eundem Ducem gladio trucidavit, &c.* Mortuo *Rudolfo*, repetiit *Henricus* Italiam, circumpoſuitque *Romæ* obſidium, anno 1081, teſtibus Leone Oſtienſi, l. c.; *Bertholdo Conſtantienſi*; *Mariano Scoto*; Continuatore *Lamberti*; *Chronographo Saxone*, h. a., pag. 263; *Alberto Stadenſi*, an. eod., pag. 139; *Alberico*, an. eod., pag. 124; *Chronico Magdeburgico Meibomii*, l. c., pag. 318, & 319; aliiſque, tempore, quo Germaniæ Procerum nonnulli novum Regem elegerant, *Hermannum* Lutzelburgicum, à Moguntino inauguratum, *Islebiæque* aulam habentem, quare & ab allii copia, quo ager ille abundat, *Knoblochs Kænig*, per contemptum, vocabatur.

Electio HERMANNI Anti-Cæſaris.

Bertoldus Conſtantienſis, ad an. 1081, ſcribit de hac electione: *Eodem tempore Principes Regni Teutonicorum, ſc. Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, Duces, Marchiones & Comites, conventu facto, Hermannum, Nobilem Virum, ſibi in Regem elegerunt .... Electus eſt autem ante Feſtum S. Laurentii, & in ſequente die, poſt feſtum ejuſdem Sancti, de inimicis triumphavit, in confinio Bajoariæ, in loco, qui dicitur Hoſtette: poſtea in Saxoniam conſecrandus diſceſſit, &c.* Conf. *Bruno*, l.c., pag. 152, eod. an. Refert hoc *Marianus Scotus* ad an 1082, inquiens: *Catholici per Saxoniam conſtituti, ex conſtantia Domini Apoſtolici roborati, conſtituerunt ſuper ſe Regem*

Digitized by Google

gem Hermannum. Iſte Hermannus fuit Lotharingus, vir ſapiens, modeſtia, genere, & fortitudine inſignis. Ipſius filius erat Otho Palatinus, Comes de Rinecke, &c. Idem annus placet Continuatori *Lamberti Schafnab.; Conrado Urſperg.*, pag. 172; *Chronographo Saxoni*, pag 264; *Annalib. Hildesheim.*, l. c., pag. 732; *Alberico*, pag. 126; *Alberto Stadenſi*, pag. 139; *Gobelino Perſonæ*, æt. 6 *Coſmodrom.*, cap. 55, pag. 262; *Chronico Magdeburgico*, cit. pag. 319; aliisque multis. Vera autem eſt utraque ſententia; prior, ſi auſpicemur annum à Calendis Januarii; poſterior, ſi à Nativitate Salvatoris ejus initium repetamus; de Inauguratione pergit *Bertoldus*, ad an. 1082: *Hermannus Rex nativitatem Domini glorioſiſſimè celebravit Goslare. Ibi etiam in Feſto S. Stephani, eò, quod Patronus Ejus fuerit, Regia dignitatis unctionem & coronam, Principibus Regni annitentibus, ab Epiſcopis ſolenniter accepit, &c.* Conf. *Bruno*, l. c., pag. 153: *In Natali S. Stephani, Protomartyris, à Sigefrido, Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopo, in Regem venerabiliter eſt unctus, quum jam* 1082 *annus Incarnationis Dominicæ fuiſſet inceptus, &c.* De facto teſtantur *Burchardus*, l. c.; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slav.*, cap. 30, p. m. 78; *Engelhuſius*, de *Imperatoribus, è domo Brunſuicenſi oriundi*, apud *Maderum*, de *Antiq. Brunſ.*, pag. 51, & 52; *Gerhohus*, *Reicherſpergenſis* Abbas, in Vita *Henrici IV*, cap. 15, p. m. 43; &c. &c. Juramentum Ejus exhibet *Goldaſtus*, T. 1 *Conſtit. Imper.*, an. 1082, p. 242.

Exorto igitur novo ſchiſmate, continuavit Cæſar, an. 1082, ut *Bertoldus* & *Baronius* ſcribunt, omni ſtudio obſidium Romanum, deſperatis in Germania rebus medicinam inhiantibus. Demum, an. 1083, rem aggreſſus, capta Urbe *Leonina*, deſignatum Papam *Guibertum*, ſub titulo *Clementis III*, confirmavit, teſte *Bertoldo; Leone Oſtienſi*, lib. 3, c. 49, & 50, pag. 391, &c.; *Baronio*, ad h. a., §. 1, p. 559; quamquam *Marianus Scotus*, id. an. 1081 jam accidiſſe, commemorat. Anno ſequenti 1084 ipſa *Roma* potitus, à *Clemente* Papa coronatus fuit. Vid. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad h. a.; *Helmoldus*, lib. 1 Chron., c. 30; *Bertoldus Conſtantienſis*, ad h. a.; *Baronius*, ad h. a., §. 1, pag. 559, & 560. *Romam* anno 1083 expugnatam, ſtatuunt *Marianus Scotus*; Continuator *Lamberti Schafnab.*; &, ex Authore vitæ *Henrici IV*, *Lehmannus*, lib. V *Chron.*, c. 35, p. 470; *Rogerus de Hoveden*, *Annal. Angl.*, pag. 459; *Chronographus Saxo*, pag 264; *Annales Hildesheimenſ.*, l. c., pag. 732; *Chronicon Leodienſe Labbeanum*, l. c., p. 338; *Albertus Stadenſ.*, pag. 139, diem addens 4 Non. Junii; &c. &c. De occupatione hac, ut & inauguratione Cæſarea, in feſto Paſchatos celebrata, legi meretur ipſius Imperatoris Epiſtola ad *Theodoricum* Virdunenſem, apud *Golſcherum*, de *Geſtis Trevirenſibus*, cap. 61, in *Acceſſionibus Hiſtoricis* Ill. Dn. *Leibnitii*, pag. 93, & 94; add. *Albericus*, an. 1084, pag. 128; *Chronicon Slavicum Lindenbrogianum*, an. eod., p. 254; Confectis in Italia rebus, rediit Cæſar in Germaniam, bella gerens contra *Bertoldum*, Sueviæ Ducem, *Hermanno* fidelem, de quibus *Bertoldus*, l. c. *Auguſtam Vindelicorum* Ejusdem jugum ſubiiſſe, annotat *Dodechinus*, in appendice ad *Marianum Scotum*, ad h. a. Hæc dum agebantur, congregans *Gregorius*, P. R., Synodum, Anathematis ſententiam, in *Guibertum* Antagoniſtam, ipſumque Cæſarem, *Henricum*, ejusque aſſeclas repetiit; (Vid. *Bertoldus*, l. c.) Reſtaurata excommunicatione in Synodo Quedlinburgenſi, præſente ipſo *Hermanno* Rege, anno 1085. Vid. *Bertoldus*, ad h. a. *Henricum* contra cum ſuis aliam Synodum Moguntiæ celebraſſe, denuò *Gregorium*, P. R., exauctoraſſe, & *Guibertum* confirmaſſe, teſtantur *Sigebertus; Dodechinus*; & ipſe *Bertoldus*, l. c. Abeunte, adhuc eodem anno, *Gregorio* Papa ad plures, *Salerni*, ubi hucusque exul latebat, teſtibus modo allegatis Autoribus, quibus jungas *Leonem Oſtienſem*, l. c., lib. 3, cap. 65, p. m. 408; *Chronogr. Saxonem*, an. 1085, p. 265; *Rogerum de Hoveden*, p. 460; *Albericum*, an. 1085, pag. 129, & 130, ubi inſigne documentum pœnitentiæ ejus admiſſorum in Cæſarem, totamque Eccleſiam; *Abbatem Caſſinenſem, Cardinalem, Deſiderium, qui & Victor, invitum, pauci de Romanis ad culmen Sacerdotii ſummi trahunt, corruptisque pecunia Leoninæ Urbis cuſtodibus, ob metum ſchismatis, nocte conſecrandum, in Eccleſiam B. Petri inducunt. Ubi profluvio ventris correptus, moxque Urbem egreſſus rebus humanis in brevi exceſſit, ac Ottoni, Oſtienſi Epiſcopo, qui & Urbanus, Eccleſiæ Regimen reliquit, &c.* ſunt verba *Ottonis Friſingenſ.*, lib. 7 Chron., cap. 1, pag. 140; Conf. *Leo Oſtienſis*, l. c., cap. 66, p. m. 409, & cap. 68, pag. 412, & cap. 73, pag. 418; *Petrus Diaconus*, lib. 4 *Chronici Caſſinenſ.*, cap. 2, pag. 427. *Bertoldus* refert electionem *Victoris III*, quem & ipſum *Henricum* anathematis fulmine feriiſſe dicit, ejusque obitum ad an. 1087. *Urbanum* II an. 1088 ordinatum fuiſſe, idem aſſerit; comprobante *Sigeberto*, ad h. a., & *Baronio*, Tom. XI Annal., ad h. a., §. 3, pag. 590. Anno 1086, *Henrico* Rege Saxoniam ingreſſo, cunctaque circumcirca præda & incendio vaſtante, occurrenteque *Hermanno*, acre certamen ſurrexit ad *Bleichfeld*, haud procul *Wirzburgo*, in Franconia, cui à Papalibus cincto *Henricus* ſuppetias ferre voluerat, aſt victus, terga vertens, inſigni caſtigatus clade, vix evaſit. Vid. *Dodechinus*, h. a.; *Bertoldus*, h. a.; *Addit. Lamberti*, h. a.; *Chronogr. Saxo*, h. a., p. 269; *Conradus Urſperg.*, pag. 173; *Annal. Hildesheim.* cit., an. eod., pag. 732; *Albericus*, an. eod., pag. 130; *Albertus Stadenſ.*, an. eod., pag. 140. An. 1087, *inter Imperatorem & Saxones, vario eventu, ſæpe pugnatur, &c.* Ita *Sigebertus*, h. a.; *Annal. Hildesh.*, l. c.; *Albericus, an.* 1087, pag. 134. Sequenti anno 1088, deficientibus Saxonibus ab *Hermanno*, partesque *Henrici* amplectentibus, ſeceſſit *Hermannus* in *Lotharingiam*, ibique naturæ debitum ſolvit, *Metis* ſepultus. Vid. *Bertoldus*, h. a. Continuator *Lamberti* ait: *Hermannus no-*

men Regium deponit, & ipſe mox periit, &c. Apud Dodechinum, ad an. 1087, legitur: *Hermannus Rex occiditur, &c.* Eveniſſe hanc necem demum an. 1090, opinatur *Sigebertus*, dicens: *Hermannus tyrannus, à Saxonia Lotharingiam repetens, ad concitandos Regni motus laborat, qui dum muro caſtelli cujusdam incautè approximat, jacto de turri ſaxo, in capite percutitur, & moritur, &c.*; quæ *Albericus*, an. 1090, p. 138, repetit; *Chronogr. Saxo*, an. 1087, pag. 270, in obſidione quadam Eum interiiſſe ſcribit; *Albertus Stadenſ.*, an. 1087, docet, Eum, Victorem, Caſtrum quoddam ingreſſurum, à porta cardinibus avulſa, cum multis aliis, fuiſſe attritum; adhuc aliter *Lehman.*, *Chron. Spir.*, lib. V, C. 35, in fin: *Der neuerwehlte Kœnig Hermann ward endlich von den Sachſen wieder verſtoſſen, und ausgeſchafft, hernach, im Jahr* 1088, *in einem Flecken, von einem Weib, mit einem Stein, den ſie ihme vom Thurn auf den Kopff geworffen, umbracht.* Percurrente fama Germaniam, nonnulli rebellantium adhærere cœperunt *Eggeberto*, Marchioni Saxoniæ, quem, jam an. 1088, imperium affectaſſe, *Bertoldus*, ad an. cit., memoriæ prodidit.

Electio ECBERTI.

Lehmannus, in Chronico Spirenſi, lib. V, in fin. cap. 35, ait: *An deſſen ſtatt haben ſie Marggraff* Egbertum, *wieder den Keyſer, zum Kœnig erwehlt, welchem gleichſals weder Glück noch Seegen beygewohnt, &c.* De electione hac nihil ſingulare, apud coævos Scriptores, reperire potui; Multa vero Eum diſcrimina cum *Henrico* habuiſſe, maximè an. 1089, arci *Gleichen*, ſeu *Glichin*, haud procul *Erfordia*, imminente, amiſſisque Regalibus, in fugam conjecto, teſtantur, *Dodechinus*, ad h. a., Continuator *Lamberti*, h. a., & *Bertoldus*, ad h. a.; quare *Lehmanni* verba poſteriora non crudè accipienda ſunt. Conf. *Waltramus Numburg.*, de *unitate Eccleſiæ conſervanda*, ap. *Freherum*, l. c., pag. 216 ad 218; *Chronographus Saxo*, an. 1085, & 1089, p. 269, & 270; *Annal. Hildesheim.* cit., ad an. 1089, p. 732. Tandem, an. 1090, Eum has res reliquiſſe, meminit *Bertoldus*, verbis: *Eggebertus quoque, Marchio de Saxonia, in cauſa S. Petri ſtrenuus, dolo cujusdam Abbatiſſæ a Quintileninburc, ſororis inquam Henrici Regis, ut ajunt, per inſidias occiditur, &c.* Conf. *Sigebertum*, ad an. cit: *In Saxonia Ecbertus Comes, dum fideles Imperatoris bello inſequitur, & ipſe perimitur, &c.*; *Conradus Urſperg.*, pag. 173, an. eod.; *Chronographus Saxo*, an. eod., p. 270, & 271; *Albericus*, an. eod., p. 138; *Chronicon Bigaugienſe*, apud *Maderum*, pag. 245; *Annales Hildesheim.* Dn. *Leibnitii*, an. eod., pag. 732; *Albertus Stadenſis*, an. eod., pag. 141; *Ubbo Emmius*, *Append. Geneal.*, pag. 151; *Maderus*, *Præfat. Chronici Montis Sereni*, pag. 52. Add. *Lehmannus*, l. c: *Iſt, in einer Schlacht mit dem Keyſer, flüchtig worden, in eine Mühl kommen, darinn ihne des Keyſers Freund einer hingericht*, anno 1090. Additionator *Lamberti* putat, Eum jam an. 1089 occiſum; ibi: *Eckibertus Marchio, juxta aquam, quæ dicitur Slicha, in molendino quodam miſerabiliter interfectus occubuit, &c.* Molam illam *Eyſenbüttel* vocat *Matthias*, in *Theatr. Hiſtor.* De obitu ejusdem ait Author Vitæ *Henrici IV*: *Hoſtis ferociſſimus, non in acie, ſed in molendino peremptus, turpiter jacuit.*

Anti-Cæſaribus è medio ſublatis, tenuit *Henricus* ſolus ſceptra, ad an. 1093, quo *Conradus*, filiorum Ejus primogenitus, in favorem *Urbani II*, P. R., contra *Guibertum*, ſeu *Clementem III*, ab *Henrico*, Patre, conſtitutum Papam, annoque 1091 denuo à Romanis receptum, ſimulque ab *Urbano* excommunicatum, *Bertoldo* teſte, novas in Italia turbas ciebat, paternis hoſtibus ſe accingens, devinctis ſibi Lombardiæ Civitatibus, *Mediolano*, *Cremona*, *Lauda*, *Placentia*, aliisque, contra Cæſarem, 20 annorum fœdus invicem firmantibus; vid. *Bertoldus*, h. a. Comprimenda rebellione, ſeceſſit Cæſar in Italiam, filiumque captum cuſtodibus tradidit; aſt ille in libertatem ſe vindicans, à Mediolanenſi Præſule Longobardiæ Rex creabatur, annuente *Welpho* Duce, & potentiſſima Ejus Conjuge, *Mathilda*, accedente non multo pòſt *Welphi* Patre, *Welpho*, Duce Bojorum, non mediocri Cæſaris damno. Vid. *Bertoldus*, ad h. a. 1093. Cauſam rebellionis recenſet *Dodechinus*, ad h. a., cujus verba, præced. v. 2, extant. Summa eſt, quod Imperator conjugem, *Adelheidam*, in carcerem conjecerit, & proſtibuli inſtar habuerit; enimvero, cuſtodibus evadens Regina, ad *Mathildim* venit, quæ eam *Urbano* Pontifici adduxit, qui, *agnita Reginæ calamitate, humanitatis miſeratione compaſſus, facta concione Catholicorum, denuo Henricum Regem excommunicavit, pro illicitis ac nefandis, omnibusque ſeculis inauditis rebus, in legitima uxore ſua perpetratis, &c.* Hæc *Dodechinus*, l. c., mox ſubnectens: *Conradus igitur Patri ſuo rebellante, venit ad Papam Urbanum, & ſolutus ab excommunicatione, in Longobardia regnavit contra Patrem.* Redeuntibus *Welphis* ad officia, annoque 1095 in Germaniam revertentibus, conciliatum Principes cum Cæſare, ulterius ſeditionem propagaturus *Conradus*, *Piſis*, nuptias celebrabat, cum filia *Rogerii*, Siculorum Reguli, magnarum opum virgine; Vid. *Bertoldus*, h. a. Ejiciendis interea *Romà* Guibertinis, turrim *Creſcentii*, aliaque loca adhuc præſidio tenentibus, unice laborabat *Urbanus* Papa, ſed anno demum 1099, (quo, ut verbis *Rogeri de Hoveden*, Annal. Anglic. pag. 467, utar, *tertia hebdomada Paſchæ, magnum Concilium tenuit Romæ, in quo excommunicavit omnes Laicos, inveſtituras Eccleſiarum dantes, & omnes, easdem Inveſtituras de manibus Laicorum accipientes, nec non omnes, in officium ſic dati honoris conſecrantes. Excommunicavit etiam eos, qui, pro Eccleſiaſticis honoribus, Laico-*

rum

rum homines ſiunt.) *Caſtellum Sancti Angeli, cum aliis munitionibus, in ſua poteſtate detinuit, omnesque æmulos ſuos in civitate, cum Dei adjutorio, ſatis viriliter aut placavit, aut vi perdomuit, &c.* Hæc *Bertoldus*, ad h. a. Quibus peractis, ſepulchra Patrum intravit 4 Cal. Aug., ſedens ann. XI, menſ. V, electo in Ejus locum *Regengero*, vulgo *Paſchali II.* Vid. *Bertoldus*, l. c., *Otto Friſing.*, lib. 2 Chron., cap. 6, & *Dodechinus*, ad h. a., ubi: *Paſchalis igitur Pontifex in ſpecula totius Eccleſiæ conſtitutus, juxta tenorem Anteceſſorum ſuorum, Alexandri, Gregorii, Urbani, contra invaſores ſpiritualium chariſmatum, Decretum promulgavit: ac denuo Henricum Regem, cum omnibus fautoribus ſuis, excommunicatum pronunciavit. Interea Wigbertus, Romanæ & Apoſtolicæ Sedis invaſor, moritur, & quia non habuit ſucceſſorem ſuæ ſectæ, ruit omnis Populus ad Paſchalem Papam, &c.* *Guibertum* hunc an. 1100 ultima habuiſſe fata, docet *Otto Friſing.*, lib. 7 Chron., cap. 7. Hæc dum aguntur, eligitur *Henricus V*, Romanorum Rex, ceu ex ſupra dictis, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad annum 1099, pag. 114, patet; Enimvero, impellentibus Papæ aſſeclis, an. 1105, ſepoſito juramento, *Filius Imperatoris Henrici, à Patre averſus, quoscunque poteſt, ab Eo avertit, &, ſub obtentu meliorandæ Reipublicæ, & reſtaurandæ Eccleſiæ, in Eum inſurgit, &c.* Hæc *Sigebertus*, ad h. a.; quæ comprobat *Dodechinus*, h. a. *Otto Friſing.*, lib. 7 Chron., cap. 8, ait: *Henricus, filius Ejus, rebellionem contra Patrem, in Noricis partibus, conſilio Theobaldi Marchionis, & Berengarii Comitis, ſub ſpecie Religionis, eò, quod Pater Ejus à Romanis Pontificibus excommunicatus eſſet, molitur, &c.* Conf. *Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, p. 338, ad an. 1105; *Chronograph. Saxo*, an. 1106, p. 280; *Albertus Stadenſis*, an. 1105; *Albertus*, an. eod., p. 193; *Conradus Urſpergenſ.*, an. eod., p. 186; *Chronica Auguſtenſis*, ap. *Freberum*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 357. Accepto nuncio, *miſſis Imperater poſt eum Legatis, tam lacrymis, quàm mandatis, revocavit, obteſtans Eum, ne ſenem Patrem contriſtaret: imò ne Patrem omnium offenderet, ne ſe ſputis hominum exponeret, ne ſe fabulam mundo faceret. Inſuper meminiſſet, qua ſe ſibi obligaſſet cautione: hoſtes eſſe, non amicos, inſidiatores, non conſultores, qui ſibi talia ſuggeſſiſſent, &c.* Hæc Author Vitæ Cæſaris, in *Urſtiſiano Codice*, p. m. 387. Quid porro? *Ille prorſus abnuit, & ſe non ulterius ſecum partem habiturum, quia excommunicatus eſſet, aſſeruit. Ita, ſub ſpecie cauſæ Dei, ſuam cauſam egit. Illico Bavariam, Sueviam, Saxoniam percurrit, Proceres convenit, attraxit omnes, ut ſunt ingenia novarum rerum cupida, & ſubintravit in Regiam poteſtatem, tanquam ſepeliiſſet Patrem, &c.* Hæc idem Author, l. c. Nulla igitur ratione redeunte *Henrico V* ad ſaniora conſilia, arripiens Cæſar arma, haud procul *Ratisbona*, in ripa fl. *Reginonis* conſidet, filio in altera hærente: *Videres lachrymabiles ac miſerabiles apparatus: cerneres mundum, contemptum ſui, luce clarius, effectibus ſuis prodentem; quod videlicet, contra legem naturæ, filius in Patrem aſſurgeret, contra normam juſtitiæ miles Regem, ſervus Dominum impugnare pararet: frater contra fratrem, conſanguineus contra conſanguineum ſtaret, ac proprii ſanguinis conſortis ſanguinem fundere cogitaret, &c.* ſunt verba *Ottonis Friſing.*, lib. 7 Chron., c. 9, pag. 144, qui, cap. 10, pergit: *Non multo poſt filius Patrem, in oppido Rheni Bingen, alloquens, ad obedientiam Romanæ ſedis, de anathematis vinculo exhibendam, hortatur. Pater verò conventum pro hac re Principum coadunari rogat, ſicque, ad petitionem ſuam, Curia Moguntiæ, in proximo Natali Domini, celebranda, cunctis Regni Primoribus indicitur, &c.* Anno ſequenti, undique confluentibus *Moguntiam* Principibus, recuperandi loco Regni, denuo excommunicatur Cæſar, Regnoque penitus privatur, Inſignibus filio traditis. Vid. *Otto Friſing.*, l. c., cap. XI, cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad. an. 1106, pag. 115, habentur. Fuſius hæc enarrat Auctor Vitæ Cæſaris, apud *Urſtiſium*, pag. 388, ibid. dicens, celebrandis Comitiis Moguntinenſibus, *Henricum V* occurriſſe Patri, ad *Confluentiam*, ibique delicta fatentem veniam imploraſſe & gratiam, data fide, ſe rem eò deducturum, ut Proceres Regni reverentiæ debita ulterius Ei non eſſent denegaturi, additis precibus, ut ſaltem exercitum dimitteret, ne adventurus hoſtis videretur; Patrem, filio obedientem, copias ſuas, retentis duntaxat trecentis, domum remiſiſſe, & unà cum Eo Moguntiam petiiſſe, ubi, advolante ſubornato nuncio, Bavaros Suevosque, cum ingenti multitudine, Moguntiam veniſſe, filius Patri, non tutum fore hoſtes adire, ſuggeſſerit, ſecedendum paulo in proximum caſtellum, *Bingen*, ſe interea Procerum animos demulſuro: Habita filio fide, Cæſarem caſtellum intraſſe, mox verò, occluſa porta, circumdatum cuſtodibus, perfidiam filii nimis ſerò accuſaſſe. De Tragœdia hac evolve Epiſtolam ipſius Cæſaris, ad Regem Galliæ, præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 115, &c. *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, ad h. a., §. 9, & 10, pag. 41, minus accuratam geſtarum rerum ſeriem conſtruit. Meminit *Helmoldus*, lib. 1 *Chron.*, cap. 33, Cæſarem ad tantam egeſtatem redactum fuiſſe, ut ab Epiſcopo *Gebhardo*, *Spiræ*, Præbendam petierit, nec obtinuerit: *Ecce! deſtitutus Regno decidi à ſpe, nihilque mihi utilius eſt, quam renuntiare militiæ. Da ergo mihi Præbendam apud Spiram, ut ſim famulus Dominæ meæ, Dei Genitricis, cui devotus ſemper extiti, Novi enim literas, & poſſum adhuc ſubſervire Choro. Ad quem ille, per Matrem, inquit, Domini, non faciam, quod petis. Tunc Cæſar ſuſpirans, & illachrymatus, ad circumſtantes ait: Miſeremini mei, vos ſaltem amici mei, quia manus Domini tetigit me, &c.* Inde in Belgas tranſiens, *Coloniæ* primum, deinde *Leodii*, non ut exul, ſed ut Rex ſuſcipitur. Geſtis ejus adhuc annectendum, quod Generum, *Fridericum* Hohenſtauffium, Ducem *Sueviæ* creaverit; Vid. ſeq. Tit

XVI, Catal. Ducum Sueviæ; nec non *Wratulaum* Regem Bohemiæ, an. 1086; vid. præced. §. 8, lit. c, pag. 113; *Henricum* inſuper, Limburgium, *Lotharingiæ* Ducem; vid. ſeq. Tit. XVI, Catal. Ducum Lotharing., ut & *Henricum*, Comitem, Friſiæ Marchionem, an. 1102, utut ſtatim interfectum. Vid. *Chronogr. Saxo*, h. a., pag. 279; *Annales Hildesheim.* cit., p. 733, ad an. 1101.

v. (5.) His, aliisque ita peractis, ad plures abiit Imperator, *Leodii*, an. 1106, 4, vel 7 Id. Aug., teſte *Donnizone*, Presbytero, in Vita *Mathildis*, Italiæ Principis, lib. 2, cap. 15, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſ.*, pag. 678, ubi:

Auguſti quarto defungitur Idus, in anno
Chriſti milleno, centeno, denique ſeno,
Ad templum Spiræ dormit, quod ſtruxerit Idem.

Conf. *Dodechinus*, h. a., pag. 466; Auctor *Vitæ Ejus*, apud *Urſtiſium*, pag. 392; *Sigebertus Gemblac.*, h. a.; *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chron.*, c. 12, pag. 146; *Chronicon Stederburgenſe*, h. a., ap. Ill. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 853, & *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 452; *Chronicon Leodienſe*, h. a., ap. *Labbeum*, T. 5 *Biblioth.*, p. 338; *Chronicon Malleacenſe*, h. a., ibid., T. 2, p. 217; *Monachus Hamerslebienſ.*, de *Præclare geſtis Imperatorum*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 143, & Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 710, diem emortualem ejus conſtituens 7 Id. Aug.; quem & *Chronographus Saxo*, pag. 281, anno licet 1107; *Conradus Urſperg.*, an. 1106, pag. 192, & *Albericus*, ad an. 1106, pag. 205, producunt; *Albertus Stadenſ.*, h. a., pag. 150; *Continuator Lamberti*, h. a; Alii; Epitaphium Ejus, quod *Spiræ* cernitur, præ ſe fert *Idus Junii*, 1106; Vid. infra, Vit. *Henrici V*, v. 5. Qua rabie factio Papalis in defunctum etiam ſævierit, depingit *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, pag. 504: *Apud Leodium moritur, & more Regio ibi ſepelitur. Sed poſtea, mandato Romani Pontificis, a cœmeterio ejicitur, eique omnis Chriſtiana ſepultura denegatur. Corpus autem Ejus, a Ledio, in Urbem Spiram, ſcil. ſupra Rhenum, - - - - eſt in feretro deportatum, & in Capella S. Aphræ, ſine ſepultura, per ſpatium quinque annorum, in feretro conſervatum, &c.* Idem docent *Annales Hildesheim.* citati, h. a., pag. 736; *Albertus Stadenſ.*, l. c; *Levoldus de Northof*, in *Chron. Comitum de Marca*, apud *Meibomium*, l. c., p. 383, obitum tamen Ejus ad an. 1105 referens; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, c. 58, p. 266; aliique; *Chronicon Bigaugienſe*, apud *Maderum*, in calce *Chronici Montis Sereni*, pag. 249, cum *Chronographo Saxone*, annum 1107 ponit. De poſteriori ejus ſepultura inquiunt laudati *Annales Hildesheim.*, ad an. 1111, p. 738: *Septimo Idus Auguſti, cum frequentiſſimo Epiſcoporum, aliorumque Principum Conventu, Patrem ſuum*, (Imperator) *Regio more, Spiræ ſepelit.*

(19) HENRICUS V.

v. (1.) Lucem aſpexit, *Henrico IV*, Imp., & *Bertha* Parentibus, anno 1081; teſtibus *Mariano Scoto*, h. a.; *Chronographo Saxone*, an. eod., pag. 264; *Annalibus Hildesheimenſibus*, an. eod., apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 732; & *Additionatore Lamberti*, h. a., pag. 253; Errat *Golſcherus*, in *Geſtis Treverorum*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1 *Acceſſ. Hiſtor.*, pag. 109, docendo, non niſi viginti annorum adoleſcentem Eum Parentis jacturam feciſſe, juxta quem calculum an. 1086 mundum intraſſet.

v. (2.) Uxor fuit *Mathilda*, *Henrici*, Anglorum Regis, filia. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1114, pag. 118; de cujus obitu inquit *Gaufredus*, in *Chronico Voſienſi*, ad an. 1166, apud *Labbeum*, Tom. 2 Biblioth. MS: *His diebus Mathildis Imperatrix, Monacha Fontis-Ebraudi* (Font-Evraud, in confinibus Pictavienſium) obiit, &c.

v. (3.) Filiam ejus, *Chriſtinam*, nupſiſſe *Uladislao*, Polonorum Regi, auctoritate *Cromeri*, lib. 6, & *Neugebaueri*, lib. 3 *Hiſt. Polon.*, probat *Matthiæ*, *Theatr. Hiſt.*, p. m. 915. De *Berta* ſcribit *Petrus Diaconus*, lib. 4 *Chronici Caſſinenſis*, cap. 61, p. m. 484, ad an. 1117, &, mutatis quibusdam vocibus, *Baronius*, Tom. XII Annal., ad an. 1117, pag. 114, §. 1: *Imperator* (ingreſſus Urbem Romam) *Ptolemæo, Illuſtriſſima Octavia Stirpe progenito, Ptolemæi, Magnificentiſſimi Conſulis Romanorum, filio, Bertam, filiam ſuam, in Conjugio tradidit, &c.*

v. (4.) Antiſtitum malitia ſeductus juvenis arma Parenti intulit, Imperiumque turbato ordine ad ſe rapuit, quietè expectandum. Quæ ambitio fortunam, impietas ſplendorem, imo familiam evertit ſine maſcula prole extincti. Sacrorum Juris, & inaugurationum Cleri ceſſio, priſtinæ Imperatorum auctoritati valde damnoſa, non parum tenebrarum memoriæ Ejus offudit. Summa geſtorum hæc eſt:

An. 1106, impio conatu licet jam an. 1099, ut præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 114, dictum, Rex fuerit electus, Patrem de ſolio deturbavit. Vid. l. c., ad an. 1106, pag. 115, &c.; & Vita *Heinrici IV*, v. 4.

An. eod. Godefridum, Lovanienſem Comitem, creat Ducem *Lotharingiæ*; vid. ſupra l. c. pag. 117.

An. eod. transfert Ducatum *Saxoniæ* in *Lotharium*, Comitem Supplenburgicum. Vid. ſeq. Tit. XVI, Catal. Ducum Saxon.

An. 1107 *Saxoniam veniens*, (Rex) *invenit ibi Ducem Boëmiæ, Patria pulſum, quem reduci juſſit in Ducatum, per Comitem Wicbertum, &c. Annal. Hildesheim.* Dn. de *Leibnitz*, h. a., pag. 737.

An. eod. recrudeſcere cœperunt lites, inter Aulam

lam

Digitized by Google

lam Regiam & Papalem, circa *Inveſtituram* maximè *Eccleſiaſticam*, quandoquidem, firmanda ſua auctoritate, ſupprimendaque Regia, *Paſchalis* 2, Pontifex, Synodum *Guaſtallæ*, in Lombardis, celebravit, ann. 1106, in qua cautum: *In ingenuam libertatem reſurgit Eccleſia. Unde providendum eſt, ut horum ſchiſmatum cauſæ penitus abſcindantur. Patrum ergo noſtrorum Conſtitutioni conſentientes, Eccleſiarum Inveſtituras à Laicis fieri, omnimodè prohibemus. Si quis autem Decreti hujus temerator extiterit, tanquam materna injuria reus, Clericus quidem ab ejusdem dignitatis conſortio repellatur, Laicus vero ab Eccleſia liminibus arceatur, &c.* Vid. *Baronius*, T. XII Annal., h. a., §. 33, pag. 55, ex *Libro Cenſuum* Vaticanæ Bibliothecæ, à *Cencio* Camerali collecto; conf. *Conradus Urſperg.*, ad an. 1106, p. 192; *Gratianus*, Cauſ. 16, Q. 7, can. 16; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 37, pag. 806; decreto huic majori pondere addendo, convocat Pontifex, an. 1107, *Trecenſe* Concilium, in Gallia, ibique planè idem decidi curat, vel *Urſpergenſi* teſte, ad h. a., pag. 193: *Anno Domini* 1107 - - - *circa Aſcenſionem Domini, Concilium non modicum, apud Trecas, habuit, ubi inter multa, quæ, pro tempore & neceſſitate corrigenda, correxit, ſententiam de libera Paſtorum electione, & de coërcenda Laicorum in Eccleſiaſticas dignitates præſumptione, juxta Prædeceſſorum ſuorum Decreta, promulgavit*, &c. Conf. *Annal. Hildesheimenſ.* Ill. Dn. *Leibnitii*, h. a., pag. 737; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 58, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 266; *Platina*, in Vita *Paſchalis* 2, p. m. 165; *Sigonius*, lib. X, de *Regno Italiæ*, an. 1107, p. 398, & 399; *Albertus Cranzius*, lib. 5 *Metropol.*, c. 33; *Nauclerus*, l. c., pag. 807. Quid ad hæc Cæſar? *Rex Henricus, peragratis Saxoniæ finibus, poſt Paſchale Feſtum, Moguntiæ actum, eidem ſe Concilio vicinum, non tamen præſentem, cum nonnullis Epiſcopis & Optimatibus, exhibuit, cum quibus etiam inito conſilio, Legatos honorabiles ad Apoſtolicum transmiſit, per quos tam ipſi, quam univerſæ Synodo, poteſtatem conſtituendorum Epiſcoporum, privilegiis Apoſtolicis Carolo Imperatori conceſſam, notificarent. Super qua quæſtione, quia in alieno Regno quicquam definiri, utpote jam Romano incipiens potiri ſceptro, Henricus non patitur, induciæ ſibi totum ſequentis anni ſpatium Romam veniendi, & eandem cauſam Generali Concilio ventilandi conceduntur*, &c. Hæc *Conradus Urſperg.*, l. c., &, ex eo, *Baronius*, l. c., ad an. 1107, §. 1, p. 57. Quo minus interim juribus ſuis damna Cæſar inferret, inveſtivit, adhuc eodem anno, *Adelgotum*, de Magdeburgenſi Archi-Epiſcopatu, teſte *Chronico Magdeburgico*, apud *Meibomium*, Tom. 2, pag. 323. Excandeſcens ſic irâ *Paſchalis* cogit,

Anno 1108, Concilium *Beneventanum*, in quo definitum eſt: deteſtandos eſſe à Laico Eccleſiis præpoſitos; Vid. *Petrus Diaconus*, lib. 4 *Chron. Caſſinat.*, cap. 33, p. m. 458, cujus verba *Baronius*, l. c., ad an. 1108, §. 2, pag. 63, mutato licet nonnihil ſtylo, repetit: *Menſe Octobrio adveniente, idem Apoſtolicus, ad hunc locum adveniens, ſociato ſibi noſtro Abbate, Synodum celebraturus, Beneventum perrexit; in qua, videlicet veſtigia Prædeceſſorum ſuorum ſecutus, conſtituit: ut, quicunque Inveſtituram Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticam dignitatem de manu Laici acceperit, & dans, & accipiens communione privetur, &c.* Aſt nauci faciens Rex impium hoc decretum, convocat,

An. 1109, Imperii Proceres *Francofurtum*, quo in Conventu *depoſito Gotefrido, Fuldenſium Abbate, Wolfhelmum eis præfecit, ex eadem Congregatione, &c.* Sunt verba *Conradi Urſperg*, ad h. a., pag. 193. Ibidem decretum fuit bellum *Polonicum*, ob denegatum Imperatori tributum; Vid. *Conradus*, l. c.; *Albertus Stadenſ.*, h. a., pag. 151; *Annales Hildesheim.* cit., an. eod., pag. 737; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 37, an. eod., pag. 807; *Conringius*, de *Finib. Imp.*, lib. 1, cap. 18, §. 14, pag. 210.

An. eod. auxilia fert *Almo*, contra *Colomannum*, fratrem, Hungarorum Regem, irrito licet conatu. Vid. *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chron.*, cap. 13, p. 146; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 282; *Albericus*, Monachus trium fontium, an. eod., pag. 208.

An. 1110, Principibus Imperii *Ratisbonæ* Conventum agentibus, expoſuit Rex, armata manu Italiam ſe ingreſſurum, Imperii Juribus vi, pace niſi liceret, propugnandis. Audiamus *Petrum Diaconum*, lib. 4 *Chron. Caſſinat.*, cap. 35, p. m. 460: *Anno Dominicæ Incarnationis* 1110, *Indict.* 3, *menſe Junio, ſexto ejusdem, ſtella Cometes apparuit. Eo etiam tempore jam dictus Paſchalis Papa 2, Urbem egrediens, ad has partes devenit, & Ducem ac Principem, omnesque Comites Apuliæ, Calabriæ, ac Principatus advocans, accepit ſecuritatem ab eis, quatenus Illum adjuvarent contra Heinricum Imperatorem, ſi neceſſitas ſibi incumberet, & ad hoc provocati fuiſſent. His ita peractis, Romam redit, & omnes Proceres Romanorum ſimili ſacramento conſtrinxit. Heinricus interea Imperator, immenſum valde exercitum congregans, intravit Italiam, Prædeceſſorum ſuorum, antiquorum videlicet Imperatorum, Dignitates & Jura, & Imperii Coronam, ab eodem Pontifice, Romæ accipere cupiens, &c.* Eadem recitat *Baronius*, Tom. XII Annal., ad h. a., §. 1, p. 69, mutatis tamen phraſibus. Memor expeditionis hujus *Otto Friſingenſ.*, lib. 7 *Chron.*, cap. 14, pag. 146, ait: *In Comitatu Ejus triginta millia Equitum electorum, exceptis his, qui ex Italia ad Eum confluxerant, tantumque caſtrorum ambitum, qui adhuc ſuperſtites ſunt, fuiſſe tradunt, ut viſu vix penetrari potuiſſet*, &c. Conf.

Digitized by Google

Dodechinus, in *Appendice ad Marianum Scotum*, h. a.; *Donnizo* Presbyter, in *Vita Mathildis*, lib. 2, cap. 18, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 680; *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 194; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, p. 504, 505; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 151; *Annales Hildesheimenſes* Dn. *Leibnitii*, an. eod., p. 737; *Sigonius*, lib. 10, de *Regno Italiæ*, h. a., pag. 400, &c.; *Nauclerus*, l. c., Generat. 38, pag. 812. Rebus, per Longobardiam & Tuſciam, Imperatori ex voto ſuccedentibus, priusquam in Urbem ſe infunderet, currunt utrinque Legati, Papales in primis, apud *Aretium* quæcunque grata Imperatori offerentes, qui cum eis *Sutriam* proceſſit. *Ibi Legati Apoſtolici, cum miſſis Regiis advenientes, promptum eſſe Papam ad conſecrationem, & omnem Regis honorem, & voluntatem, ſi tamen Ipſe ſibimet annueret libertatem Eccleſiarum, laicam ab illis prohibens Inveſtituram, recipiendo nihilominus ab Eccleſiis Ducatus, Marchias, Comitatus, Advocatias, Monetas, thelonea, cæterorumque Regalium, quæ poſſident, ſummam, &c.* Hæc *Conradus Urſperg.*, ad an. 1111, p. 194. Annuente Rege, *Romam* iverunt Legati, ubi inter eos convenit tandem, in S. Petri porticu, de capitibus, de quibus *Petrus Diaconus*, l. c., cap. 35, p. 460: *Erat jam hyemis tempus, cumque in Tuſciam deveniſſet*, (Rex) *miſſis Romam, in porticu S. Petri, Nuntiis, cum Petro Leonis, & aliis Pontificis Nuntiis, hoc Pactum inter eos deliberatum eſt, ut*

(1) *Imperator ſcripto refutaret omnem Inveſtituram omnium Eccleſiarum, in manu Pontificis, in conſpectu Cleri & Populi, in die Coronationis ſuæ; &, poſtquam Papa feceris de Regalibus, ſicut in alia carta ſcriptum eſt, ſacramento firmabit, &*

(2) *Dimittet Eccleſias liberas, cum oblationibus & poſſeſſionibus, quæ ad Regnum manifeſtè non pertinebant, &*

(3) *Abſolvet Populos à juramentis, quæ contra Epiſcopos facta ſunt.*

(4) *Patrimonia, & poſſeſſiones B. Petri reſtituet, & concedet, ſicut à Carolo, Ludovico, Heinrico, & aliis Imperatoribus factum eſt, & tenere adjuvabit, ſecundum ſuum poſſe; &*

(5) *Non erit in facto, aut in conſilio, ut idem Papa perdat Papatum Romanum, aut vitam, vel membra, vel capiatur mala captione, aut per ſe, aut per ſummiſſam perſonam; nec ipſe, nec Fideles ipſius, qui pro ipſo ſecuritatem ei fecerint, id eſt, Petrus Leonis, cum filiis ſuis, quorum bona damnum ſtudioſe non patiantur, vel aliis, quos Imperatori ſignificaverit; & ſi quis eis malum fecerit, Rex eos fideliter adjuvabit.*

(6) *Pro hujus ſecuritatis obſervatione Mediatores dabit eidem Pontifici Fridericum, filium ſororis ſuæ; Engilibertum, & Theobaldum, Marchiones; Hermannum, & Gotfridum, Comites; Fridericum, Palatinum Comitem de Saxonia; Beringarium de Bajoaria; Fridericum, Saxonem; Albertum, Cancellarium; Cononem, fratrem Berengarii; Sigeboth de Bajoaria; Heinricum, Ducem Carinthiæ; Bertulfum, filium Ducis Bertulfi, qui jurabunt Papæ ſecuritatem de vita, de membris, de Papatu, de captione; & ſi Imperator hæc omnia ſupraſcripta non obſervaſſet, ipſi, cum honoribus ſuis, ad Romanam Eccleſiam ſe tenerent obſides.*

(7) *Pro ſecuritate Pontificis Rex dare pollicitus eſt, proxima quinta feria, & ſecurè ad Inſulam* (Tiberinam) *mitteret, in poteſtate Papæ, Fridericum Ducem, Nepotem ſuum; Brunonem, Epiſcopum Spirenſem; Chonradum, nepotem Comitis Herimanni, & filium ejus; & Heinricum, fratrem Comitis Friderici; Obſides, ſi recepiſſet, redderet, in die Coronationis ſuæ, tranſito ponte; &, ſi forte coronatus non fuiſſet, aut non tranſiſſet, ſimiliter redderet apud Caſtellum S. Angeli.*

(8) *Legatos, quos Papa ad Eum miſiſſet, in eundo, & redeundo, ſecuros faceret, tam à ſe, quam à ſuis, & ſi eis neſcienter injuria illata fuiſſet, ad emendandum fideliter adjuvaret. Et poſtquam Rex hoc adimpleverit, Papa*

(1) *Præciperet Epiſcopis præſentibus, in die coronationis Ejus, ut dimittant Regalia Imperatori, & Regno, quæ ad Regnum pertinebant, tempore Caroli, Ludoyci, Heinrici, & aliorum Prædeceſſorum Ejus.*

(2) *Scripto firmabit, ſub anathemate, auctoritate ſua, & Juſtitia, ne quis eorum, vel præſentium, vel abſentium, vel ſucceſſores eorum intromittant ſe, vel invadant Regalia,* id eſt, *Civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, Monetas, Teloneum, Mercatum, Advocatias Imperii, Jura Centurionum, & Curtes, quæ manifeſte Imperii erant, cum pertinentiis ſuis, Militias, & Caſtra Imperii.*

(3) *Nec ipſe* (Papa) *Imperatorem, nec Romanum Imperium ſuper his ulterius inquietaret; & privilegio, ſub anathemate, confirmaret; nec poſteri ſui inquietare præſumerent.*

(4) *Imperatorem benigne, & cum honore ſuſciperet, &, more Prædeceſſorum ipſius, Catholicorum Imperatorum, ſcienter, & non ſubtracto* (ſub tecto) *coronabit, &, ad tenendum Imperium, officii ſui auxilio adjuvabit.*

(5) *Si Papa hoc non adimpleverit, Petrus Leonis, cum omnibus ſuis, teneret ſe ad Imperatorem.*

(6) *Obſides, niſi effugerent, redderet altero die poſt corona-*

Digitized by Google

ronationem; ſi per Papam remanſerit, ut non coronetur, ſimiliter reddet.

Cumque hoc inter eoc conſtitutum fuiſſet, jurejurando firmavit hoc Imperator, Albertus Cancellarius, Hermannus, Fridericus, & Gotfridus, Comites, Fridericus Saxo, & Cuono, frater Berengarii, Sigeboth de Bavoaria, Heinricus, Dux Carinthiæ, Bertulfus, filius Ducis Bertulfi; hi omnec, poſt Imperatorem, eo ordine juraverunt, ut, ſi Imperator hoc implere nollet, ipſi, cum omnibus ſuis, tenerent ſe ad Romanam Eccleſiam, &c. Eadem, ſed mutato ſtylo, extant apud Baronium, l. c., pag. 69, & 70, & Goldaſtum, Tom. I Conſtit. Imper., p. 252, & 253. Conf. Sigonius, l. c., ad an. 1111, p. 401, & 402. Magnam his lucem affert Epiſtola ipſius Imperatoris, ad omnes Chriſtianos, apud Dodechinum, in Appendice ad Marianum Scotum, ad an. 1110, pag. 467, inter alia ſcribentis: Dum in eo tunc eſſem, ut Me ad Eccleſiæ utilitatem, & ipſius votum, ſi juſtum eſſet, componerem, cœpit exaltationem (Paſchalis Papa) & dilatationem Regni, ſuper omnec Anteceſſorec meos, promittere; ſtudebat tamen ſubdole, quomodo Regnum & Eccleſiam à ſtatu ſuo diſcinderet, tractare. Quod ſic facere aggreſſus eſt: Regno quidem, jam à Carolo, quadringentis & amplius annis, & ſub ſexaginta tribus Apoſtolicis, Inveſtituras Epiſcopatuum, eorundem authoritate, & Privilegiorum firmitate, tenenti, abſque omni audientia, auferre volebat. Et quum, per Nuncios noſtroc, ab eo quæreremuc: Quid de Nobis fieret, in quo Regnum noſtrum conſtat, quomodo ferè omnia Anteceſſorec Noſtri Eccleſiis conceſſerunt, & tradiderunt? ſubjunxit: Fratres, Eccleſiæ Decimis & oblationibus ſuis contentæ ſint: Rex vero Prædia & Regalia, quæ à Carolo, & Ludovico, Ottone & Henrico Eccleſiis collata ſunt, Sibi & Succeſſoribus ſuis recipiat, & detineat. Ad hoc quum Noſtri reſponderent: Noc quidem nolle violentiam Eccleſiis inferre, nec, iſta ſubtrahendo, tot Sacrilegia incurrere; fiducialiter promiſit, & ſacramento pro eo firmavit, Dominica: Eſto Mihi, ſe omnia hæc, cum Juſtitia & authoritate, Eccleſiis auferre, Nobisque & Regno, cum Juſtitia & authoritate, reddere: Noſtris itidem firmantibuc, ſi hoc, ut præmiſſum eſt, ita compleſſet, quod tamen nullo modo fieri poſſe ſciebat, me quoque, uti quærebat, Inveſtituras Eccleſiarum reſignaturum; ſicut in Charta Conventionic plenius poteris videre. Hæc eſt charta Conventionit Ejus ad Me:

Dominus Papa præcipiet Epiſcopis præſentibus, in die Coronationic Regis, ut dimittant Regalia Regno, quæ ad Regnum pertinebant, tempore Caroli, Henrici, & aliorum Prædeceſſorum Ejus, & ſcripto firmabit, ſub anathemate: ne quis eorum, vel præſentium, vel abſentium, vel ſucceſſorum eorum intromittant ſe ullo modo, vel invadant eadem Regalia, id eſt, Civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, Monetas, Teloneum, Mercatum, Advocatias, omnia Jura Centurionum, id eſt, Villicorum, turres & villas, quæ Regni erant, cum omnibus pertinentiis ſuis, Militiam & Caſtra. Nec Ipſe Regem & Regnum, ſuper his, ulterius inquietabit, ſed privilegio ſuo, ſub anathemate, confirmabit, ne Poſteri ſui inquietare præſumant: Regem benignè & honorificè ſuſcipiet, &, more Prædeceſſorum ſuorum Catholicorum, ſcienter, non ſubtractò, coronabit, &, ad tenendum Regnum, cum his omnibus, officii ſui auxilio adjuvabit. Si Dominuc Papa hæc Regi non adimpleverit, Ego, Petrus Leonis, juro, quod, tota potentia mea, tenebo ad Dominum Regem. Obſidec autem, niſi effugerint, reddemus altero die poſt Coronationem Regis. Si per Papam remanſerit, ut non coronetur, ſimiliter reddemuc, Dominico die, quum Rex ad proceſſionem venerit. Obſides dabo Gratianum, filium meum, & filium Vizonis filii, & filium ſororis meæ, ſi eum habere potero. Hæc ſunt Sacramenta ex parte Domini Papæ:

Ego, Petrus Leonis, juro vobis, quia Dominus Papa, proximo die Dominico, adimplebit Regi, quod in charta Conventionis ſcriptum eſt.

Hæc ſunt ſacramenta ex parte Regis:

Ego, Comes Hermannus, ego, Comes Gotfridus, ego, Volmarus, ego, Adelbertus, juro vobis, quia Dominuc Rex, proxima quarta vel quinta Feria, ita Principec jurare faciet, & obſides dabit, ſicut in Charta Conventionis ſcriptum eſt. Et ſic obſervabunt Domino Papa, eo tenore, ſi Dominuc Papa, proximo die Dominico, ſic adimpleverit Regi per omnia, ſicut in charta Conventionis ſcriptum eſt.

Ego vero, ut oſtenderem, nullam Eccleſiarum Dei diſturbationem ex velle noſtro procedere, in cunctorum oculis aſtantium, & auribuc hoc Decretum promulgavi:

Ego Henricus, Dei Gratia, Romanorum Imperator Auguſtus, affirmando & B. Petro, omnibus Epiſcopis & Abbatibus, & omnibus Eccleſiis, omnia, quæ Anteceſſores mei, Reges, vel etiam Imperatores, eis conceſſerunt, vel tradiderunt, & quæ illi, pro ſpe æternæ retributionis, obtulerunt, do. Ego peccator, pro timore terribilis Judicii, ullo modo ſubtrahere recuſo.

Hoc Decreto à me lecto, & ſubſcripto, petii ab eo, ut ſicut in charta Conventionic ejus ſcriptum eſt, mihi adimpleret. Quum ergo ſupradictæ poſtulationi inſiſterem, ſcilicet ut cum juſtitia & authoritate, promiſſa mihi conventione, firmiter univerſic in faciem ejuc reſiſtentibus,

bus, & decreto ſuo palam hæreſim inclamantibus, ſcilicet Epiſcopis, Abbatibus, tam ſuis quam Noſtris, & omnibus Eccleſiæ filiis; hoc, ſi ſalva pace Eccleſiæ dici poteſt, Privilegium proferre noluit:

Paſchalis Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto Filio, Henrico Regi, & Ejus Succeſſoribus, Imperatoribus.

Divina Legis Inſtitutionibus ſancitum eſt, & ſacris Canonibus interdictum, ne Sacerdotes curis ſecularibus occupentur, neve ad Comitatum, niſi pro damnatis eruendis, atque pro aliis, qui injuriam patiuntur, accedant. Unde & Apoſtolus Paulus inquit: Judicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad judicandum. In veſtri autem Regni partibus Epiſcopi vel Abbates adeo curis ſecularibus occupantur, ut Comitatum aſſidue frequentare, & militiam exercere cogantur, quæ nimirum aut vix, aut nullo modo, ſine rapinis, Sacrilegiis, incendiis, aut homicidiis exhibetur. Miniſtri vero Altaris Miniſtri Curiæ facti ſunt: quia Civitates, Ducatus, Marchionatus, Monetas, Turres, & cætera ad Regni ſervitium pertinentia à Regibus acceperunt. Unde etiam mos Eccleſiæ intolerabilis inolevit, ut electi Epiſcopi nullo modo conſecrationem acciperent, niſi prius per manum Regiam inveſtirentur. Aliquando etiam vivis Epiſcopis inveſtiti ſunt. His & aliis plurimis malis, quæ per Inveſtituram plerunque contigerant, Prædeceſſores Noſtri, Gregorius VIII, (VII) & Urbanus II, fel. mem. Pontifices, excitati, collectis frequenter Epiſcopalibus Conciliis, Inveſtituras illas manus laicæ damnaverunt; &, ſi qui Clericorum per eam tenuiſſent Eccleſias, deponendos, datores quoque communione privandos, percenſuerunt, juxta illud Apoſtolicorum Canonum Capitulum, quod ſe ita habet: Si quis Epiſcopus, ſeculi poteſtatibus uſus, Eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur & ſegregetur, omneſque, qui illi communicant. Quorum veſtigia ſubſequentes & Nos, eorum ſententiam Epiſcopali Concilio confirmamus. Tibi itaque, Fili Chariſſime, Henrice Rex, & nunc, per officium noſtrum, Dei Gratia, Romanorum Imperatori, & Regno Regalia illa dimittenda præcepimus, quæ ad Regnum manifeſte pertinebant, tempore Caroli, Ludovici, Ottonis, & cæterorum Prædeceſſorum Tuorum. Interdicimus etiam, &, ſub anathematis diſtrictione, prohibemus: Ne quis Epiſcoporum, ſeu Abbatum, præſentium vel futurorum, eadem Regalia invadant, id eſt, Civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, Monetas, Teloneum, Mercatum, Advocatias, Jura Centurionum, & turres, quæ Regni erant, cum pertinentiis ſuis, Militiam & Caſtra; & ne ſe deinceps, niſi per gratiam Regis, de ipſis Regalibus intromittant. Sed nec poſteris noſtris liceat, qui, poſt nos, in Apoſtolica Sede ſucceſſuri erunt, aut Te, aut Regnum ſuper hoc inquietare negotio. Porro, Eccleſias cum oblationibus, & hæreditariis poſſeſſionibus, quæ ad Regnum manifeſtè pertinebant, liberas manere, decrevimus, ſicut, in die Coronationis Tuæ, Omnipotenti Domino, in Conſpectu totius Eccleſiæ, promiſiſti. Oportet enim Epiſcopos, curis ſecularibus expeditos, curam ſuorum agere Populorum, nec Eccleſiis ſuis abeſſe diutius. Ipſi enim, juxta Paulum Apoſtolum, pervigilant, tanquam rationem pro animabus eorum reddituri, &c. Conf. *Goldaſtus*, Tom. 1 *Conſtit. Imp.*, pag. 256, & 257.

An. 1111, ad finem controverſiæ hac perducenda, novus *Sutrii* celebratur Conventus, in quo, præſtitis utrinque Juramentis, Imperator dixit:

Ego Henricus Rex, ab hac hora in antea, non ero in facto aut conſilio, ut Dn. Paſchalis, Papa 2, perdat Papatum, vel vitam, vel membra, aut capiatur mala captione, vel per me, vel per ſubmiſſam perſonam, nec ipſi, nec fidelibus ſuis, qui, pro ipſo, mihi ſecuritatem fecerunt, vel fecerint, id eſt, Petro Leonis, cum filiis ſuis, & Godefredo, quorum bonis ſtudioſè non potiemur, vel aliis, quos Dn. Papa mihi ſignificaverit. Et ſi quid Dn. Papa fecerit eis, ego eos fideliter adjuvabo. Sic obſervabo Domino Papæ ſine fraude, & malo ingenio, ſi Dn. Papa, proxima die Dominica, ſic adimpleverit mihi, ſicut in Conventionis chartula ſcriptum eſt; Vid. ex *Actis Sutrinis Baronius*, T. XII, ad an. 1111, §. 4, pag. 77; *Petro Leonis*, nomine Pontificis, viciſſim jurante:

Ego

Ego Petrus Leonis juro vobis, quod Dn. Papa, proximo die Dominico, adimplebit Regi, niſi a Rege remanſerit, quod in Conventionis chartula ſcriptum eſt; Datum Nonis Februarii, in atrio B. Petri, in Eccleſia S. Mariæ, quæ dicitur in Turri, &c. Vid. *Baronius*, l.c., §.3, p. 77. Rex hinc, tertio Idus Februarii, in Sabbato ante Quinquageſimam, *Romam* acceſſit, ſub cujus adventum mox ortus tumultus, de quo Ipſe Imperator, in dicta Epiſtola, apud *Dodechinum*, l.c., pag. 468: *Vix portas Civitatis ingreſſi ſumus, cum, noſtris infra muri mœnia ſecurè vagantibus, quidam vulnerati, alteri interfecti, omnes vero ſpoliati, aut capti ſunt: Ego tamen, quaſi pro levi cauſa, non motus, bona & tranquilla mente, usque ad Eccleſiæ B. Petri januas cum proceſſione perveni, &c.*; Ubi ſcilicet Papa Eum præſtolabatur, ſtipatus Cardinalibus, cæteroque Clero. Ibi *ter ſe invicem complexi, ter ſe invicem oſculati ſunt, &, ſicut mos, dexteram Pontificis tenens, cum magno Populi gaudio & clamore, ad Portam venit argenteam. Ibi, ex libro, profeſſionem Imperatoriam faciens, a Pontifice deſignatus eſt Imperator, & iterum a Pontifice oſculatus; mox ſuper Eum orationem primam, ſicut in ordine continetur, Lavicanus Epiſcopus dixit: Poſt ingreſſum Baſilicæ, cum in rotam porphyreticam perveniſſet, poſitis utrimque ſedibus, conſederunt. Pontifex inſtaurari Eccleſiaſticum Jus, refutationem Inveſtituræ, & cetera, quæ in Conventionis charta ſcripta fuerant, petiit, &c.* Hæc, ex Actis *Baronius*, l. c., §. 6, & 7, pag. 78. Conf. *Petrus Diaconus*, lib. 4 *Chronici Caſſinenſis*, cap. 37, p. m. 462. Promiſſis equidem Rex ſtare haud recuſabat, Pontifex vero, impellentibus malevolis Præſulibus, ea viciſſim adimplere tergiverſabatur, unde motus Imperator *Paſchalem*, totamque Aulam cuſtodibus commiſit, donec pactis conventis ſatisfieret. Teſtis eſt *Otto Friſingenſis*, lib. 7 *Chronic.*, cap. 14, p. m. 146: *Ad Urbem progreditur.* (Imperator) *Ibi a Paſchali Papa, cum Clero & Populo Romano, in Urbe Leonina, ante fores B. Petri, cum crucibus & thuribulis, aliisque Eccleſiaſticis, ſeu forenſibus ornamentis ſtante, & adventum Ejus præſtolante, cum maximo tripudio ſuſcipitur. Ipſe autem præfatum Pontificem, conſilio quorundam ſceleratorum, cum magna tamen reverentia, captivavit, ac Ulrico, Aquilejenſium Patriarchæ, cuſtodiendum commiſit, ſicque tumultu orto, ac omnibus pretioſis rebus, ad decorem & Regale faſtigium expoſitis, immaniter diſtractis, in luctum verſum eſt gaudium. Occaſio autem ſceleris hujus hæc fuit: quod, Rege Romam tendente, inter Ipſum & Papam conventio facta, ab obſidibus firmata narratur: ut ſcilicet Rex Inveſtituras Epiſcoporum remitteret, & Papa Ipſi Regalia eorum reſignaret. Itaque, dum Romam veniſſet, ac à Pontifice promiſſa ſibi perſolvi exegiſſet, Papa, eò quod, reclamantibus Epiſcopis, ea, quæ petebantur, adimplere non poſſet, tanquam nocens, cum per omnia eſſet innocens, cuſtodiâ mancipatur, &c.* Conf. *Petrus Diaconus*, l.c., cap. 38, p. m. 465; *Sigebertus Gemblacenſ.*, an. 1111; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, pag. m. 505; conf. *Conradus Urſperg.*, an. eod., p. 194, & 195; *Donnizo*, in *Vita Mathildis*, lib. 2, cap. 18, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 681; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slavic.*, cap. 40, p. m. 96, &c.; *Albertus Stadenſis*, an. eod. 1111; *Annales Hildesheimenſ.* Ill. Dn. *Leibnitii*, pag. 737, & 738, ad an. eundem; *Chronographus Saxo*, an. 1112, pag. 283; *Albericus*, an. 1111, pag. 213, & 214; *Martinus Polonus*, in Vita *Paſchalis* 2, p. m. 372; *Sigonius*, lib. 10, de *Regno Italiæ*, an. 1111, pag. 402, & 403; *Nauclerus*, Vol. 2 *Generat.* 38, an. eod., pag. 812, & 813; *Gerhohus*, *Reicherſpergenſis* Præpoſitus, in Vita *Henrici IV*, cap. 21, & 22, p. m. 49, &c.; *Baronius*, l. c., §. 11, & ſeqq., p. m. 73, &c.; quorum tamen plerique à partibus ſtant Papæ, ſeculique vitio rem mala fide narrant. De nuda captivitate Pontificis, Ejusque Curiæ teſtantur Chronica *S. Petri Catalaunenſis*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, p. 296, an. 1111; *Metenſe*, ibid., pag. 346, an. eod.; *Vezeliacenſe*, ibid., pag. 396, an. eod.; & *Malleacenſe*, ibid., T. 2, pag. 218. Hac rerum facie, *Populus Romanus, cum infinita erumpens multitudine, Tyberim tranſeunt, ac Regem pene ex improviſo, multis de exercitu in Urbe, ſive in agro manentibus, ante gradus Eccleſiæ S. Petri invadunt. Rex ergo, ut erat armis experientiſſimus, cum paucis, quos ibi habebat, in hoſtem ruit, diutiſſimeque ac acerrimè, ſuis jam adventantibus, pugnans, occiſis multis, cæteros in fugam vertit. Romani, fuga, in Ponte juxta Caſtrum Creſcentii, coartati, Tyberi ſe committunt, pluresque aquis, quam gladiis periiſſe narrantur. Rex, tam crudeli facto perpetrato, anguſtias portarum ſuſpectas habens, muros Urbis rupit, egreſſusque Papam captivum ſecum duxit.* Sunt verba *Friſingenſis*, l. c., pag. 147, conſentiente *Viterbienſi*, l. c., & addente, quomodo controverſia hæc tandem fuerit ſopita: nimirum, *Papa aliquandiu capto, & detento, Imperator à Civibus revocatur, & Epiſcoporum Inveſtituras, id eſt, annulum & baculum à Papa recipiens, ipſum Papam, & cives Romanos muneribus reconciliare curavit, & à Papa coronatus favorem & nomen Imperiale ſortitur, &c.* Prolixius cuncta deſcribit *Petrus Diaconus*, l. c., cap. 39, p. m. 466, & cap. 40, pag. 467, & 468. Hiſce itaque legibus recuperavit Pontifex libertatem, & Imperator, *poſt Octavas Paſchæ*, nactus coronam. Formula Conceſſionis Papalis, de Inveſtituris Epiſcopatuum, ſic ſe habet:

Domnus Papa Paſchalis concedit Domno Imperatori Henrico, & Regno Ejus, quod, Privilegio ſuo, ſub anathemate, & confirmabit, & corroborabit, Epiſcopo vel Abbate libere electo ſine ſimonia, aſſenſu Imperatoris, quod Domnus Imperator eos annulo & virga inveſtiat. Epiſcopus autem, vel Abbas, ab Imperatore inveſtitus, liberè accipiat conſecrationem ab Epiſcopo, ad quem pertinuerit. Si quis vero à Clero & à Populo eligatur, niſi ab Imperatore inveſtiatur, &

à nemine conſecretur, & Archi-Epiſcopi, & Epiſcopi libertatem habeant conſecrandi ab Imperatore inveſtitos. Super his etiam Domnus Papa Paſchalis non inqnietabit Regem Henricum, nec Ejus Regnum & Imperium, &c. Vid. Baronius, l. c., §. 18, pag. 81; & Goldaſtus, T. 1 Conſtit. Imper., pag. 254, & 255. Annexum ex parte Pontificis tale Sacramentum, à Cardinalibus, juxta Pontem Mammeum, qui Romanos à Teutonicis dirimebat, præſtitum:

Dominus Paſchalis Papa non inqnietabit Regem præſentem, Henricum, neque de Inveſtitura Epiſcopatuum Ejus Regni, aut Abbatiarum, neque in his ſe intromittet, neque de injuria ſibi illata, & ſuis, in perſona & bonis, neque malum redditum reddet Ei, neque alicui perſonæ, pro hac re, & penitus in perſonam Regis numquam anathema ponet, neque remanebit in Domino Papa, quin coronet Eum, ſicut in Ordine (ita vocatur Cerimoniale Romanum) continetur, & Regnum, & Imperium, officii ſui auxilio, Eum tenere bona fide adjuvabit, & omnia ſupplebit Dominus Papa Domino Regi præſenti, Henrico, ſine fraude, & malo ingenio, Sic me Chriſtus adjuvet. Hæc, ex Petri Diaconi lib. 4 Chron. Caſſin., cap. 40, p. m. 468, Baronius, l. c., §. 17, p. 81, & Goldaſtus, l. c. Imperator verſa vice hæc pollicebatur:

Ego Henricus liberos dimittam, quarta vel quinta feria proxima, Domnum Papam Paſchalem, & Epiſcopos, & Cardinales, & omnes captivos, & obſides, qui pro eo, & cum eo capti ſunt, & liberos perduci faciam intra Portam Trans-Tiberinæ Civitatis, nec ulterius capiam, aut capi faciam eos, qui in fidelitate Domini Papæ Paſchalis permanent, & Populo Romano, ac Transtiberinæ Inſulæ Civitatis pacem & ſecuritatem ſervabo, tam per me, quam per meos, & in perſonis, & in rebus eorum, qui pacem mihi ſervaverint. Patrimonia & Poſſeſſiones S. R. Eccleſiæ, quæ abſtuli, reſtituam, & cuncta, quæ habere debet, more Anteceſſorum meorum recuperare, & tenere adjuvabo, bona fide; & Domno Papæ Paſchali obediam, ſalvo tamen honore Regni & Imperii, ſicut Catholici Imperatores Catholicis Pontificibus Romanis. Hæc omnia obſervabo bona fide, ſine fraude, & malo ingenio. Vid., ex Actis, Baronius, l. c., pag. 82, §. 20; & Goldaſtus, l. c., pag. 254, addentes ſimul nomina Cardinalium, & Imperii Principum, qui conventionem hanc itidem juramentis utrinque firmarunt. Quæ omnia Petrus Diaconus l. c., pag. 468, comprobat. Reſtabat adhuc ſolenne celſi Juris Inveſtiturarum Eccleſiaſticarum Inſtrumentum, ſine quo Imperator domum reverti noluit. Ægrè quidem Pontifex, ſecum longè alia volvens, illud confici curavit, neceſſitate vero coactus, hanc denique chartam, vulgo Privilegium, Cæſari porrexit;

PRIVILEGIUM
Paſchalis Papæ, de Inveſtituris Epiſcopatuum, & Abbatiarum.

Paſchalis Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Chariſſimo Filio, Henrico, Teutonicorum Regi, &, per Dei Omnipotentis gratiam, Romanorum Imperatori, & Auguſto, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem,

Regnum Veſtrum ſanctæ Eccleſiæ ſingulariter adhærere, diſpoſitio divina conſtituit, & Prædeceſſores Veſtri, probitatis, & providentiæ amplioris gratiâ, Romanæ Urbis coronam, & Imperium conſecuti ſunt. Ad cujus videlicet Coronæ & Imperii dignitatem Tuam quoque perſonam, Fili chariſſime, Henrice, per Noſtri Sacerdotii miniſterium, Majeſtas Divina provexit. Illam igitur Dignitatis prærogativam, quam Prædeceſſores noſtri veſtris Prædeceſſoribus, Catholicis Imperatoribus, conceſſerunt, Nos quoque Tuæ Dilectioni concedimus, & præſentis PRIVILEGII pagina confirmamus: Ut Regni Tui Epiſcopis, & Abbatibus, liberè, præter violentiam & ſimoniam, electis, Inveſtituram Virgæ & annuli conferas. Poſt inſtitutionem vero, canonicè factam, conſecrationem accipiant ab Epiſcopo, ad quem pertinuerit. Si quis autem à Clero, & à Populo, præter Tuum aſſenſum, electus fuerit, niſi à Te inveſtiatur, à nemine conſecretur. Hanc Epiſcopi & Archi-Epiſcopi libertatem habeant à Te inveſtitos Epiſcopos & Abbates canonicè conſecrandi. Prædeceſſores enim Veſtri Eccleſias Regni ſui tantis Regalium ſuorum beneficiis ampliaverunt, ut Regnum ipſum, Epiſcoporum maximè & Abbatum præſidiis, oporteat communiri, & populares diſſenſiones, quæ in electionibus contingunt, Regali oporteat Majeſtate compeſci. Quamobrem Prudentiæ & poteſtati Tuæ cura debet ſollicitius imminere, ut & Romanæ Eccleſiæ magnitudo, & cæterarum ſalus, præſtante Domino, Regiis beneficiis & ſervitiis conſervetur. Si qua vero Eccleſiaſtica, vel Secularis Potentia, aut perſona, hanc noſtræ conceſſionis paginam contemnens, contra eam, temerario auſu, venire tentaverit, anathematis vinculo innodetur, honoriſque ac dignitatis ſuæ periculum patiatur, Obſervantes autem miſericordia Divina cuſtodiat, & perſonam ac Majeſtatem Tuam feliciter imperare concedat.

Extat celebratiſſimum hoc Documentum apud Albericum, Monachum trium fontium, an. 1111, pag. 217, & 218, Nauclerum, Vol. 2, Generat. 38, pag. 813; Baronium, l. c., an. eod., §. 23, pag. 82, & 83; Goldaſtum, l. c., pag. 255. Annectit Petrus Diaconus, lib. 4 Chron. Caſſin., cap. 40, p. m. 468: Cum ibidem (in Caſtris apud Octavum) cartam ipſam Imperator accepiſſet, poſtmodum

Digitized by Google

modum tamen, cum ad B. Petri Eccleſiam perveniſſent, poſt corona acceptionem eam ad manum Pontificis retulit, nec ſolum contra ejus voluntatem, ſed etiam, contra omnem conſuetudinem, de ejus manu accepit. Coronatus eſt autem idem Imperator, portis omnibus Romanæ Urbis, ne quis civium ad Eum accederet, obſeratis. Cumque ad Hoſtiæ confractionem veniſſet, (Miſſam celebrando) *partem ipſe accipiens, partem Imperatori contradens, dixit: Sicut pars iſta vivifici Corporis diviſa eſt, ita diviſus ſit à Regno Chriſti & Dei, quicunque Pactum iſtud dirumpere temptaverit, &c.* In Notis *Maſſoni*, ad Ivonis Epiſtolas, hæc ita ſcripta, ex antiquo Codice, refert *Baronius*, l.c., §. 24, p. 83: *Hæc ſunt Verba, quæ dixit Domnus Apoſtolicus Domno Imperatori, Henrico, in communione Corporis & ſanguinis Chriſti, die Coronationis ſuæ: Domne Imperator, Henrice, Corpus Domini, natum ex Maria Virgine, paſſum in cruce pro nobis, ſicut ſancta Catholica tenet Eccleſia, damus Tibi, in confirmationem veræ Pacis, & concordiæ, inter me & Te, Amen. Anno Verbi incarnati* 1111 *hoc confirmatum eſt, in Baſilica S. Petri,* 16 *Kal. Martii, regnante in Cœlis Domino noſtro Jeſu Chriſto, cum Patre æterno, & Spiritu S. amen.* Idem habet *Goldaſtus*, l. c., factum comprobantibus *Sigeberto Gemblacenſi*, ad an. 1111, Auctore *Magni Chronici Belgici*, p. m. 139, *Sigonio*, lib. 10, an. 1111, pag. 407, &c. Inaugurationis ſolemnibus finitis, reverſus eſt Cæſar in caſtra, Pontifex contra, cum Cardinalibus & Epiſcopis, magno jubilo, Idibus Aprilis, quinta feria poſt Octavas Paſchæ, ad ſua rediit. Vid. *Petrus Diaconus*, l. c.

An. 1112, reverſo in Germaniam Auguſto, exacto prius ab Italiæ Civitatibus homagio, cujus formulam *Nauclerus*, Generat. 38, Vol. 2, p. 813, & 814, exhibet, Sanctiſſimus Pontifex, plenitudinis Papalis privilegio, horribilis juramenti, ad aram præſtiti, de quo dictum, ſibi relaxans vinculum, congregat Lateranenſem Synodum, 15 Kal. April., quindecim Cardinalium Presbyterorum, octo Cardinalium Diaconorum, duodecim Archi-Epiſcoporum, centum & quatuordecim Epiſcoporum, multorumque aliorum Prælatorum, & Abbatum, cunctaque, anno 1111, cum Cæſare ſolenniter contracta, abolet, revocat, damnat, reſpuit, tanquam hæretica, impia, & militari manu extorta vinculisque, *Privilegio* ceſſi Juris Inveſtiturarum grave olens *Pravilegii* nomen imponendo, confirmatis, in contrarium, omnibus & ſingulis *Gregorii VII* & *Urbani* 2, adverſus Inaugurationes Prælatorum, Imperatori competentes, editis Conſtitutionibus & Decretis. Ultimus Canon Concilii horum teſtis eſt, ubi *Paſchalis* Ipſe inquit: *Amplector omnem Divinam Scripturam - - - - & præcipuè Decreta Domini mei, Papæ Gregorii, & b. m. Papæ Urbani; quæ ipſi laudaverunt, laudo; quæ ipſi tenuerunt, teneo; quæ confirmaverunt, confirmo; quæ damnaverunt, damno; quæ repulerunt, repello; quæ interdixerunt, interdico; quæ prohibuerunt, prohibeo in omnibus, & per omnia, & in his ſemper perſeverabo, &c.* Publicam hanc profeſſionem, quam *Baronius*, Tom. XII Annal., ad h. a., §. 7, p. 97, aſſervat, congregatorum Patrum excepit ſententia, à *Gerhardo*, Engoliſmenſi Epiſcopo, prælecta: *Privilegium illud, quod non eſt PRIVILEGIUM,* (*neque vero dici debet Privilegium, ſed PRAVILEGIUM,*) *pro liberatione captivorum & Eccleſiæ, à Domno Papa Paſchali, per violentiam Henrici Regis, extortum, nos omnes, in hoc ſacro Concilio, cum eodem Domno Papa, congregati, Canonica cenſura, & Eccleſiaſtica auctoritate, judicio Sancti Spiritus, damnamus, & irritum eſſe judicamus, atque omnino caſſamus, & ne quid auctoritatis & efficacitatis habeat, penitus excommunicamus. Quod ideo damnatum eſt, quod in eo Privilegio continebatur, quod electus canonicè, à Clero & Populo, à nemine conſecretur, niſi prius à Rege inveſtiatur; quod eſt contra Spiritum Sanctum, & Canonicam inſtitutionem, &c.* Vid. *Baronius*, l.c., §. 8, pag. 97, addens §. 9, p. ead: *Perlecta vero hac charta, acclamatum eſt ab univerſo Concilio: Amen, Amen, Fiat, Fiat.* De quo horribili perjurio, & irrita mancipiorum Papalium ſententia teſtantur quoque, ſtylo licet Epiſcopali nefandum Papæ crimen vel palliantes, vel defendentes, *Petrus Diaconus*, lib. 4 *Chron. Caſſinenſ.*, cap. 42, p. m. 470; *Otto Friſingenſis*, lib. 7 *Chron.*, cap. 14, pag. 147; *Gotfridus Viterbienſ.*, part 17 Chron., p. 505, & 506; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slavor.*, cap. 40, p. m. 98; *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 195; *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. V *Hiſt. Angl.*, in Vita *Henrici I*, Regis, p. m. 168; *Chronographus Saxo*, an. 1113, pag. 283; *Albertus Stadenſis*, an. 1112; *Albericus*, ad an. 1111, pag. 219; *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 38, pag. 814; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 58, pag. 267; *Sigonius*, lib. 10, de *Regno Italiæ*, ad an. 1112, p. 408, & 409. Non miror, Pontificem fidem feſelliſſe, impioque Concilii decreto pacta Imperatorem inter & Eum conventa vana fuiſſe declarata, quia pompam, & illicitas Romanæ Curiæ Cæſareorum jurium uſurpationes ſatis temperabant; benè tamen, quod *Baronius*, l. c., §. 12, pag. 93, perjurium Papæ vel hac ratione tueri conetur, quod non Ipſemet, ſed Concilium dicta pacta aboleverit, ſcriptumque *Privilegium* ceſſi juris, inveſtiendi Epiſcopos & Abbates, inane dixerit & execrandum; cum ex propoſitione Ejus, in Concilio facta, nominatim verbis: *Porrò*

ſcriptum illud, quod magnis neceſſitatibus coactus, non pro vita mea, non pro ſalute, aut gloria, ſed pro ſolis Eccleſiæ neceſſitatibus, ſine Fratrum (Cardinalium) *conſilio, aut ſubſcriptionibus, feci, ſuper quo, nulla conditione, nulla promiſſione, conſtringimur, ſicut pravè factum cognoſco, ita pravè factum confiteor, & omnino corrigi, Deo præſtante, deſidero, cujus correctionis modum, Fratrum, qui convenerunt, conſilio judicioque, conſtituo, ne forte, per hoc, in poſterum, detrimentum aliquod Eccleſiæ, aut animæ meæ præjudicium relinquatur, &c.*, quæ vel ipſe, ex actis, l. c., §. 6, p. 91, recitat, ſatis conſtet ſuperque, quid de *Privilegio* illo, reliquisque Conventionibus cenſuerit. Clarius adhuc mentem deſuper explicuit, in literis ad *Guidonem*, Viennenſem Archi-Epiſcopum, apud eundem, l. c., §. 3, pag. 90: *Scripta, quæ in tentoriis, in quibus, cum multitudine Clericorum, & Civium Urbis, & totius Provinciæ, cuſtodiebamur, pro libertate Eccleſiæ, & pro abſolutione captivorum omnium, & pro excidio, quod Eccleſiæ, Urbi, & Univerſæ Provinciæ, ſuperincumbente undique gladio, imminere videbatur, de Electione, ſeu de Inveſtituris Perſonarum facta ſunt, ſcilicet: Ut, Electione libera facta, ſine vi & ſimonia, conſenſu Regis, facultatem habeat Rex inveſtiendi per Virgam & annulum, & electus à Clero & Populo non conſecretur, niſi à Rege inveſtiatur: Ego, Canonica cenſura, caſſa omnino & irrita judico, & ſub damnatione perpetua permanere decerno, ut nullius umquam auctoritatis ſint, & nullius bonæ memoriæ, &c.* Adeò perſpicuè ſenſa animi Pontificis hæc declarant, ut dictus Viennenſis Præſul, eodem adhuc anno, Concilium in Metropoli ſua convocaverit, in quo deciſum: *Inveſtituram Epiſcopatuum & Abbatiarum, & omnium Eccleſiaſticarum rerum, de manu laica, S. R. Eccleſiæ auctoritatem ſequentes, hæreſim eſſe judicamus. Scriptum illud, ſeu Privilegium, quod à Domno Paſchali, Papa, violenter Henricus Rex, de Inveſtituris, de anathemate in Perſona ſua, non ſponte, extorſit, in virtute S. Spiritus damnamus, atque irritum eſſe, & nullius beatæ memoriæ judicamus fieri, &c.* Vid. *Baronius*, l. c., §. 13, pag. 93. Quid turbarum civerit hic proceſſus, documento ſunt ſecuta inde bella, commiſſæ clades, cædesque, in Germania maximè; motuum auctore, ſive anteſignano *Alberto* Moguntino, qui, ex intimo Cæſaris Conſiliario, infenſiſſimus ejus hoſtis evaſerat, Saxones in malitiæ fœdus pertrahendo, rebellionibus veluti, præ reliquis Germaniæ Civibus, tunc aſſuetos. *Sentiens igitur Imperator, omnem jam Saxoniam à ſe deficere, & conſpirationum virus latius ſerpere, primo omnium, ipſum autorem rebellionis, Moguntinum cepit Epiſcopum. Deinde, toti infuſus Saxoniæ, Provinciam eorum maxima ſtrage pervaſit, Principibus eorum occiſioni, aut certe captivitati traditis. Tunc ii, qui ſuperſtites fuerant de Principibus Saxonum, videlicet Luderus, Dux, Reingerus, Halverſtadenſis Epiſcopus, Fridericus, Comet de Arntsberg, multique Nobiles, conglobati in unum, Imperatori, denuo in Saxoniam cum exercitu redeunti, occurrerunt, in loco, qui dicitur Welpesholth, produxeruntque exercitum ſuum adverſus exercitum Regis, licet impares numero, tres enim contra quinque pugnaverunt, commiſſumque eſt prælium illud, noſtra ætate famoſiſſimum, Calendis Februarii, quo Saxones ſuperiores inventi, virtutem Regis attriverunt. Cecidit in eo bello Hogerus, Princeps militiæ Regis, natus & ipſe in Saxonia, deſtinatus ad Ducatum Saxoniæ, ſi res proſperè ceſſiſſent.* Sunt verba *Helmoldi*, lib. 1 *Chron. Slav.*, cap. 40, pag. 98; Commiſſum hoc prælium

Anno 1115, docent *Dodechinus*, Append. ad *Marianum Scotum*, ad h. a.; *Chronicon Bigaugienſe*, in calce *Chronici Montis Sereni*, apud *Maderum*, eod. an., pag. 253; *Conradus Urſpergenſis*, eod. an., pag. 196; Auctor pervetuſti *Chronici Brunſuicenſis*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſ.*, eod. an., p. 8; *Annales Hildesheimenſes* III, Dn. *Leibnitii*, de *Script. Brunſuic.*, eod. an., pag. 738; *Albertus Stadenſis*, an. eod., pag. 154; *Chronicon Auſtrale*, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. German.*, eod. an., p. 318; *Chronicon Montis Sereni*, Dn. *Maderi*, eod. an., p. 3; *Albertus Cranzius*, lib. 5 *Saxon.*, cap. 35; aliique; licet *Chronographus Saxo*, pag. 284, & Auctor Libri de *Fundatione Monaſterii Gozecenſis*, apud *Maderum*, in calce *Chronici Montis Sereni*, p. m. 230, annum 1116 proferant; factum conteſtantibus *Johanne Schiphowero*, *Chron. Archi-Comitum Oldenburgenſium*, cap. 4, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 140; *Theodorico Engelhuſio*, in *Chronico*, p. m. 216; *Cranzio*, lib. 6 *Metropolis*, cap. 7, p. m. 146; aliis multis. Locum depingit *Gryphiander*, de *Weichbildis Saxonicis*, cap. 21, §. 11, p. m. 51: *Joduttæ ſtatuæ veriſſima origo hæc eſt: quod Saxones, cum, ſub Lothario Duce, inſignem victoriam, prope Sylvam, Academiæ Helmaſtadienſi vicinam, vulgo Welffesholtz, ab Henrico V, Cæſare, obtinuiſſent, ſtatuam in rei geſtæ memoriam collocarunt, quam, ab occiſorum miſerabili interjectione, Zedut, ſive, ut Saxonicè, Tiodut denominarunt, &c.*

An. 1116, 2 Non. Martii, altius criſtam erigens *Paſchalis*, novum celebrat Concilium in *Laterano*, ubi ulterius animi ſenſa exponit, inter alia dicens: *Poſtquam Dominus de ſervo ſuo fecit, quod voluit, & me, Populumque Romanum tradidit in manus Regis, videbam, quotidie paſſim fieri rapinas & incendia, cædes & adulteria. Hæc & ejusmodi mala cupiebam avertere ab Eccleſia, & Populo Dei, &, quod feci, pro liberatione Populi Dei feci. Feci autem, ut homo, quia pulvis ſum, & cinis. Fateor, me male egiſſe: ſed rogo vos omnes, orate pro me ad Deum, ut indulgeat mihi. Illud autem malum ſcriptum, quod in tentoriis factum eſt, quod, pro pravitate ſui,*

ſui, PRAVILEGIUM dicitur, condemno, ſub perpetuo anathemate, ut nullius umquam ſit bonæ memoriæ, & rogo vos omnes, ut idem faciatis, &c. Extat hæc oratio apud *Conradum Urſpergenſem*, ad h. a., pag. 198; *Sigonium*, lib. 10, de *Regno Italiæ*, eod. an., pag. 411; *Nauclerum*, Vol. 2, Generat. 38, an. eod., p. 815; & *Baronium*, T. XII *Annal.*, an. eod., §. 2, p. 114, addentes ex Actis: *Tunc ab univerſis conclamatum eſt: Fiat, Fiat. Bruno autem, Signinus Epiſcopus, altius exorſus eſt: Gratias agamus Omnipotenti Deo, qui Dominum Papam, Paſchalem, qui præſenti Concilio præſidet, audivimus proprio ore damnantem illud Pravilegium, quod pravitatem & hæreſim continebat. Ad hæc quidem cavillatoriè ſubjunxit: Si Privilegium illud hæreſim continebat, qui illud fecit, hæreticus fuit, &c.* Sana concluſio. Attamen Imperator denuo ibi excommunicatur; Vid. *Baronius*, l. c., §. 10, & 11, p. 109.

An. eod. certior de his redditus Cæſar, vindicaturus ſimul debitam ſibi hereditatem potentiſſimæ Italiæ Principis *Mathildæ*, an. 1115, ut præced. Tit. 4, §. 3, lit. o, pag. 321, dictum eſt, defunctæ, in Italiam, armata manu, proficiſcitur. Vid. Auctores ibidem citati; conf. *Dodechinus*, in *Appendice ad Marianum Scotum*, h. a.; *Petrus Diaconus*, lib. 4 *Chron. Caſſinenſ.*, cap. 60, pag. 483: *Heinricus Imperator, qui, defuncta Mattilda, tunc apud Linguriam degebat, gratia diſponendarum rerum illius, lætus effectus,* (ob rixas inter Papam & Romanos) *quia non bene cum Papa conveniebat, xenia Imperialia Urbis Præfecto, & Romanis tranſmiſit, adventum ſuum illis prænuncians affuturum. Pontifex interim loco ceſſerat, & Petro Leonis, in munitionibus degenti, quoque modo poterat, ſubſidia miniſtrabat, &c.*; & *Conradus Urſperg.*, l. c., pag. 199: *Scindebatur inter hæc & hujuſmodi Regnum Teutonicum, quod, jam decennio, vel paulo plus, concorditer quieverat. Et quia Rex aberat, unusquisque, non quod rectum, ſed quod ſibi placitum videbatur, hoc faciebat, &c.* *Sigonius*, l. c., *Nauclerus*, l. c.

An. 1117, Cæſare Romam ingreſſo, ſucceſſit Pontifex in Caſſinenſe Cœnobium, agens *cum Principibus, aliisque Romanis, ut, adverſum Imperatorem conglobati, illi obſiſtere pergant, &c.* Hæc *Baronius*, l. c., ad h. a., §. 1, pag. 120, ex *Petri Diaconi Chronico Caſſinat.*, lib. 4, c. 63. Quæ, in mea editione, *Pariſienſi* ſcil. de an. 1668, lib. 4, cap. 61, p. 484, ſic ſe habent: *Agit Papa cum Principe, aliisque Normannis, quatinus contra Imperatorem conglutinentur, illique obſiſtant, &c.* Irrita vero hac conſpiratione, intrat Cæſar Eccleſiam B. *Petri*, & à *Mauritio*, Bracharenſi Archi-Epiſcopo, ante corpus B. *Gregorii*, coronatur. Vid. *Baronius*, l. c., §. 5, pag. 115; *Sigonius*, l. c., eod. anno, pag. 413.

An. eod. Henricus Imperator ab Italia in Lotharingiam repatriat, & ſecundum illud: qui à multis timetur, neceſſe eſt, ut multos timeat, conjuratos in ſe Regni Principes, modo minis, modo ſatisfactione, ad pacem invitat, &c. Hæc *Albericus*, ad h. a., pag. 231; eademque *Robertus de Monte*, ſeu potius *Anſelmus*, Append. ad *Sigebertum*, ſed ad an. 1118, p. 617.

An. 1118, mortuo *Paſchali* Papa, vacanti Cæſar Sedi proviſurus, tertia vice deſcendit in Italiam; Romanis vero nec adventum Ejus, nec conſenſum præſtolantibus, ſed auctoritate propria *Johannem* Cajetanum, Eccleſiæ Cancellarium & Cardinalem, ſub *Gelaſii* 2 nomine, intrudentibus, iratus *Romam* revertitur, & *Mauritium*, aliis *Burdinum*, Hiſpanum, *Braccarenſium* Antiſtitem, Gregorium VIII dictum, Sedi imponit, ab eoque diademate redimitur. Vid. *Petrus Diaconus*, lib. 4 *Chron. Caſſinenſis*, cap. 64, p. m. 486: *Papa Paſchalis, à Benevento Romam regreſſus, 12 Cal. Febr. vita decedit, & Johannes Cancellarius, hujus Caſinenſis Cœnobii à pueritia Monachus, à Clero, Senatu Populoque Romano, in Galeſium Papam eligitur. Talia dum Heinrici Imperatoris veniſſent ad aures, feſtinus Romam advenit, Nunciosque ad eundem Electum tranſmittere ſtuduit, per quos ei direxit, quod ſi finem,* (fidem) *quam Papa Paſchalis cum Imperatore fecerat, obſervaret, & Conventiones, quæ inter Romanum Imperium, & Sedem Apoſtolicam ſtatuta fuerant, firmaret, Imperator confeſtim fidelitatem eidem Electo, & Romanæ Eccleſiæ faceret; ſin aliâs, alium Pontificem in Romana Eccleſia inthronizaret. Videns igitur idem Electus, rationes ſuas cum rationibus Imperii convenire non poſſe, per fluvium Tiberim, Mare ingreſſus, una cum Epiſcopis & Cardinalibus aliisque Clericis Romanæ Eccleſiæ, nec non & Præfecto Romanæ Urbis, multisque aliis Nobilibus Romanis, advenit Caietam. Hoc ubi Imperatori nunciatum eſt, è veſtigio Mauricium, Bracarienſem Archi-Epiſcopum, à Papa Paſchali depoſitum, invaſorem Romanæ Eccleſiæ conſtituit - - - Supradictus autem Electus - - - Capuam veniens, una cum Epiſcopis & Cardinalibus, excommunicavit eundem Imperatorem, una cum prædicto invaſore, eorumque complicibus - - - Imperator interea, cum Oppidanis fœdus iniens, Romam rediit, ibique, die S. Pentecoſtes, ab eodem Hæreſiarcha coronatus, Liguriam rediit. Hoc ubi Pontifex ſupradictus agnovit, Romam reverſus eſt, &c.* Conf. *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 200; *Rogerus de Hoveden*, *Annal. Angl.*, an. eod., p. 474; *Annales Hildesheimenſ.* Ill. Dn. *Leibnitii*, an. eod., pag. 739; *Robertus de Monte*, h. a., pag. 617; *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, h. a., pag. 233; *Chronographus Saxo*, an. 1119, pag. 285; *Albertus Stadenſis*, an. 1118, pag. 155; *Martinus Polonus*, in Vitis *Gelaſii* 2, & *Calixti* 2, p. m. 372; *Platina*, in eorumdem vitis, p. m. 169, &c.; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodr.*, cap. 58, pag. 267; *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 38, pag. 817, &c.; *Sigonius*, lib. 10, de *Regno Italiæ*, eod. an., p. 414; *Baronius*, T. 12 Annal., an. eod., §. 8, & ſeqq., pag. 121, &c.; *Gerbohus*, in vita *Heinrici IV*,

Digitized by Google

& *V*, c. 23, & 24, pag. 52, & 53. Durante ſchiſmate, & *Gelaſio* in Galliam aufugiente, celebravit *Cono*, Præneſtinus Epiſcopus, *Gelaſii* Legatus, *Coloniæ*, *Frizlarisque*, Synodos, Cæſarem, in Italia degentem, iterum iterumque excommunicat. Vid. *Conradus Urſperg.*, an. 1119, p. 200; *Nauclerus*, l. c., an. eod., p. 818, & 819; *Baronius*, l. c., §. 35, pag. 129. Redux inde in Patriam, nuncium admittit Princeps,

Anno 1119, *Gelaſium* Papam, in Cluniacenſi Cœnobio, transacta Viennenſi Synodo in Galliis, exuvias mortales depoſuiſſe. Vid. *Petrus Diaconus*, l. c.; *Urſpergenſis*, h. a., pag. 200. Videbatur equidem ſchiſma tunc ceſſaturum; enimverò, Cardinalibus, qui *Gelaſium* in Galliam comitati ſunt, nova electione, Pontificem conſtituentibus *Guidonem*, Cardinalem, & Viennenſem Archi-Epiſcopum, ſub *Calixti* 2 appellatione, recrudnere motus. Vid. *Baronius*, l. c., ad h. a., §. 5, pag. 133, & 134. Convocabat ſtatim Pontifex *Rhemenſe* Concilium, 13 Cal. Novemb., quadringentorum viginti & ſex Patrum, quibus ſuffragantibus, factum Decretum: *Epiſcopatuum, Abbatiarum, aut quarumlibet Eccleſiaſticarum poſſeſſionum Inveſtituram, per manum laicam, fieri penitus prohibemus. Quicumque igitur Laicorum deinceps inveſtire præſumpſerit, anathematis ultioni ſubjaceat. Porrò, qui inveſtitus fuerit, bonore, quo inveſtitus eſt, absque ſpe recuperationis, omni modo careat.* Vid. *Rogerus de Hoveden*, l. c., pag. 475, *Baronius*, l. c., §. 13, pag. 135. Legibus his Cæſari communicatis, cum Jure ſuo, circa laudatas Inveſtituras, cedere nollet, novo anathemate innodatur; Vid. *Baronius*, l. c., §. 14, p. 136: *Talia ſermocinante Apoſtolico, illicò omnes in eundem conſenſum reducti, in Imperatorem Henricum excommunicationis ſententiam jaculantur, &c.* Conf. *Rogerus de Hoveden*, l. c.; *Chronicon S. Maxentii*, vulgo *Malleacenſe*, eod. an., apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, p. 219; *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chron.*, cap. 15, pag. 147; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 285; *Albericus*, an. 1118, pag. 234; *Albertus Stadenſ.*, an. eod., p. 155; *Sigonius*, l. c., ad an. 1119, p. 416; *Nauclerus*, l. c., *Generat.* 38, an. eod., pag. 819; *Gerbohus Reicherſpergenſis*, in *Vita Henrici* IV, & V, cap. 25, pag. 98. Finito Concilio, adiit Imperator *Moguntiam*, publico in Conventu de Imperii negotiis cum Principibus collocuturus; (*Dodechinus*, h. a.) animis autem eorum, ab *Alberto* Moguntino, *Friderico* Colonienſi, & *Conrado* Juvavienſi, Præſulibus, jam ſeductis, perturbato toto Imperio, (teſte *Ottone Friſing.*, l. c., cujus verba *Albericus*, ad an. 1118, p. 234. repetit,) re infecta inde diſcedit.

An. 1120 *Fuldæ & Quedlinburgi* iterum publici habentur Conventus, ad componendas has lites; aſt parum feliciori eventu. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 118, & 119.

An. eod. Dux Lutgerus, (Lotharius, Saxoniæ Dux) *Fridericus, Palatinus Comes, Rodolfus, & plures alii Imperatori reconciliantur Goslariæ, &c.* Hæc *Annales Hildesheimenſ.* Dn. de *Leibnitz*, h. a., pag. 739.

An. 1121, redeunte ex Gallia *Romam Calixto*, & *Sutrinis Mauritium*, ſeu *Burdinum*, Anti-Papam, qui ad eos confugerat, *Johanni* Cremenſi Cardinali, ad hoc miſſo, tradentibus, poſtmodum camelo, verſo in caudam ore, impoſitum, *Romam* ductum, omniumque ludibrio expoſitum, & tandem Monaſterio *Cavenſi* incluſum, in quo inglorius mortem oppetiit, (*Pandulpho* teſte, ſcriptore coævo, apud *Baronium*, Tom. XII *Annal.*, h. a., §. 1, p. 144, conſentientibus *Petro Diacono*, lib. 4 *Chron. Caſſinenſis*, cap. 68, p. m. 496; *Ottone Friſing.*, l. c.; *Wilhelmo Malmesburienſi*, *Annal. Angl.*, p. m. 169; *Conrado Urſpergenſi*, h. a., p. 201; *Chronographo Saxone*, h. a., pag. 285; *Roberto de Monte*, an. eod., pag. 618; *Alberico*, an. 1118, pag. 234, & 235; *Alberto Stadenſi*, an. 1121, p. 156; *Sigonio*, lib. X *Regn. Ital.*, an. eod., p. 418;) celebrat Imperator Comitia *Herbipoli*, & ſeriò, cum Principibus, de tollendis ſchiſmate atque diſſidiis, Imperium inter & Romanam Curiam hactenus flagrantibus, loquitur, Romam ablegatis *Brunone*, Spirenſi Epiſcopo, & *Arnolpho*, Fuldenſium Abbate, qui Pontifici quæcunque geſta referrent. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 119; add. *Baronius*, l. c., §. 7, p. 146.

An. 1122, dictis Legatis Romam venientibus, ſibique, in *Lateranenſi* Concilio, demandata exponentibus, lætus Pontifex, ex ſententia Patrum, feſtinanter *Lambertum* Cardinalem, Oſtienſem Epiſcopum, aliosque duos Purpuratos, negotiorum veluti directores, in Germaniam mittit; quibus adventantibus, placuit: *Concilium, tam Epiſcoporum, quam Principum, cui etiam Imperator adeſſet, Wirceburgi celebrandum, ſolemni die Natalis Apoſtolorum, Petri & Pauli, &c.* ita *Baronius*, l. c., §. 9, h. a., pag. 148, qui §. 10, p. 149, pergit: *In quo quidem Conventu cum Archi-Epiſcopus Moguntinus, & cum Eo Apoſtolicæ Sedis Legati conſecraſſent, contra electionem Imperatoris, ejus loci Diaconum, Ruggerum, in Epiſcopum, cujus potiora jura eſſe ſcirentur: omnis ſpes rerum componendarum videri poterat penitus eſſe proſcripta, & majorum paratus fomes incendiorum, cum, jam ita ſoluto Conventu illo, quisque eſſet dimiſſus ad propria, Legati autem Apoſtolicæ Sedis Moguntiam petiiſſent, &c.* His tamen non obſtantibus, congregato alio Principum Conventu *Wormatiæ*, reſignavit tandem Cæſar Legatis Romanis *Inveſtituram Eccleſiaſticam*, viciſſim ab Oſtienſi Epiſcopo à vinculis anathematis abſolutus. Formula Conventionis extat præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 65; Hac rerum ſerie, Imperatorum Jura Sacrorum, quibus, in quartum ſeculum usque, gaviſi fuerant, uno momento infelix Reipublicæ fatum ſummoperè concuſſit.

Idem Cæſar primum Sabaudiæ Comitem conſtituiſſe fertur. Vid. *Conring.* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 5, §. 24.

5, §. 24, p. m. 191; *Bodinus*, lib. 1, de *Republica*, cap. 9, §. 127, p. 200.

Eundem, pro decem coronatorum millibus, *Senenſem* Rempublicam libertati ſuæ commiſiſſe, docent *Bodinus*, l. c., §. 123, p. m. 193; *Limnæus*, ad *Capitulationem Caroli V*, Artic. IX, 5: *Dasjenige, ſo darvon kommen*, v. 4, pag. 167, & lib. 1 *Jur. Publ.*, cap. 9, §. 63, pag. 141; *Victor*, de *Exemptionibus Imperii*, Concluſ. 2, §. 24, p. m. 12.

v. (5.) Tandem deceſſit, anno 1125, Trajecti Friſiorum, Spiræ ſepultus. Vid. *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chronic.*, cap. 16, p. m. 148: *Omnibus bene compoſitis, conſilio Generi ſui, Regis Anglorum, totum Regnum vectigale facere volens, multum in ſe Optimatum odium contraxit. Hujus rei gratia dum inferiores Rheni partes circuire parat, in Trajecto, Friſiæ Urbe, morbo correptus, 19 Regni anno, Imperii vero 14 diem ultimum clauſit, ac per Coloniam Agrippinam deportatus, in Civitate Galliæ, Spira, juxta Patrem, Avum, Proavum, Imperatores, cultu Regio ſepelitur.* De genere morbi ſcribit *Robertus de Monte*, ad ann. licet 1126, pag. 621: *Aquis contendens, morbo dracunculi, qui ſibi erat nativus, moleſtari cœpit, propter quod & ibi aliquot dies remoratus eſt. Deinde, quaſi Pentecoſtem celebraturus, Ultrajectum venit, & tandem feria quinta in Pentecoſte vitam cum Regno amiſit. Corpus Ejus, ejectis inteſtinis, ſale reſperſum, Spiram relatum eſt, &c.* De anno obitus valde diſſentiunt inter ſe auctores. *Henricus Huntindonienſis*, lib. VII *Hiſtor. Angl.*, apud *Savile*, pag. 382; *Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, pag. 339; *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, pag. 254; *Henridus Bodo*, de *Cœnobio Gandesheimenſi*, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 504, circa finem; *Büntingius*, *Chron. Brunſ.*, p. 124, aliique proferunt, hoc titulo, annum 1124. *Dodechinus* vero, *Append.* ad *Marianum Scotum*, pag. 470; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 208, & 209; *Chronicon Bigaugienſe*, in calce *Chronici Montis Sereni Maderi*, pag. 257; *Otto Friſing.*, l. c., cap. 17, & lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 15, p. 415; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 509; *Chronographus Saxo*, p. 286; Vetuſtum *Chronicon Brunſuicenſe*, in *Maderi Antiquitatibus Brunſuic.*, p. 8; *Annales Hildesheimenſes* Ill. Dn. *Leibnitii*, pag. 740; *Albericus*, pag. 249; *Albertus Stadenſis*, p. 155; *Chronicon Montis Sereni*, p. 3; *Levoldus de Northof*, in *Chron. Marcano*, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 383; *Additionator Lamberti*, p. 254; *Paulus Langus*, *Chron. Citicenſ.*, pag. 785, & 787; *Baronius*, T. XII Annal., pag. 163, §. 12, & alii rectius ponunt annum 1125; in proximè ſequentem 1126 progrediuntur *Helmoldus*, l. 1 *Chron. Slav.*, cap. 41, §. 1, pag. 107; *Robertus de Monte*, l. c.; *Monachus Hamerslebienſis*, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 710; Auctor *Fundationis Monaſterii Gozecenſis*, in calce *Chronici Montis Sereni*, *Maderi*, pag. 234; Chronicon *S. Petri Catalaunenſis*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.*, pag. 296; *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, cap. 16, p. 195; *Johannes Schiphower*, de *Archi-Comitibus Oldenburgicis*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 140; *Henricus Wolterus*, *Chron. Bremenſ.*, ibid., pag. 49; *Chronicon Magdeburgicum*, ibid., pag. 325; *Sigonius*, lib. X *Regn. Ital.*, pag. 423; Alii. Non minor lis de die, quo has res reliquit. *Albericus*, l. c., & *Levoldus de Northof*, l. c., ſtatuunt, cum *Roberto de Monte*, l. c., *feriam quintam Pentecoſtes*; *Conradus Urſperg.*, p. 207, *Albertus Stadenſis*, l. c., *Chronicon Montis Sereni*, l. c., & *Baronius*, l. c., habent 10 Cal. Junii; *Sigonio*, l. c., placet 12 Cal. Junii; Epitaphium Ejus, ut mox apparebit, continet 10 Cal. Auguſti. Apud *Conradum Urſpergenſem*, l. c., leguntur Epitaphia quatuor Imperatorum, *Conradi II*, *Henrici III*, *Henrici IV*, & *Henrici V*, *Spiræ* ſepultorum; ibi: *In quatuor igitur ſepulchris prænominatorum Imperatorum continetur ſermo metricè factus, ad menſuram unius verſus hexametri, hoc modo incipiens, à Septentrionali Plaga: Super primum ſepulchrum continentur duo verba, exarata in marmore, hæc ſcilicet:* FILIUS HIC. *In marmore ſecundi Sepulchri exarata ſunt hæc verba:* PATER HIC. *Super marmore quoque tertii Sepulchri ſcriptum eſt:* AVUS HIC. *Et in quarto exſculptum eſt:* PROAVUS JACET ISTIC. *Sicque perficitur unus Verſus Hexameter. Adjunguntur autem his duo Mauſolea, ejusdem operis marmorei, & ejusdem ſtructuræ, & elevationis, in quibus deſcriptus eſt unus Verſus Hexameter, à Septentrione in Auſtrum, qui, in priori tumulo, continet hæc verba exſculpta:* HIC PROAVI CONIUNX. *In ſecundo:* HIC HENRICI SENIORIS. *Dies quoque & annos, quibus præfati Imperatores obierunt, annotavimus, ſicut ibi annotati continentur, in hunc modum. In primo itaque, verſus Auſtrum, quod eſt noviſſimum in deſcriptione Verſus prænotati, ſic ſcriptum reperitur:*

CUNRADUS II, IMPERATOR ROMANORUM. ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MXXXIX. NON. JUNII OBIIT.

In ſecundo, verſus Septentrionem, ſic deſcriptum erat:

HUJUS FILIUS, HEINRICUS TERTIUS, QUI DICTUS EST NIGER, ROMANORUM IMPERATOR. ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M. LVI. NON. OCTOB. OBIIT.

In tertio, verſus Septentrionem, rurſum ſcriptum eſt:

HUJUS FILIUS, HEINRICUS. IIII. DICTUS SENIOR. ROMANORUM IMPERATOR. ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M. C. VI. IDUS JUNII OBIIT.

In quarto ſcriptum eſt:

FILIUS EJUSDEM, HEINRICUS V, DICTUS JUNIOR,

JVNIOR, ROMANORVM IMPERATOR. ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M. C. XXV. X KALEN. AVGVSTI OBIIT.

Quæ *Friſingenſis* de *Regno vectigali* in medium protulit, confirmant *Albericus*, l. c., & *Magnum Chronicon Belgicum*, p.m. 146.

(20) LOTHARIUS.

v. (1.) De origine hujus Principis extat locus ſingularis, apud *Chronographum Saxonem*, ad an. 1009, pag. 221, ubi, mentione facta *Brunonis*, Epiſcopi, à Paganis, in confinio Ruſſiæ & Lithuaniæ, manibus pedibusque, mox capite truncati, dicitur: *Pater præfati Epiſcopi Bruno dicebatur, Mater Ida, frater Gevehardus. Gevehardus genuit Burchardum, & Idam. Burchardus genuit Gevehardum, Patrem Conradi, Magdeburgenſis Archi-Epiſcopi. Ida vero genuit Gevehardum Comitem, Patrem Lotharii, Imperatoris.* Aliter Genealogiam hanc recenſet *Crantzius*, lib. 6 *Saxon.*, cap. 1, inquiens: *Luderus, Dux Saxoniæ, Pronepos Gebehardi ejus, qui fratrem habuit Brunonem, Religioſum virum, qui, in Pruſſia prædicans, pro Chriſto fecit martyrium, ſub Imperio Henrici 2, annis octo poſt mille. Erat is proavus Comes de Quervorde, filium habens Burchardum, qui genuit Gebehardum, hujus Luderi Patrem, &c.* Aliterque *Bucelinus*, part. 2 *Germaniæ Topo-Chrono-Stemmatographicæ*, pag. 402, ubi ſucceſſio ita profertur:

Bruno, Dn. Querfurtenſis, ✠ 1008; Uxor Ida.

Burcardus I, an. 1035; Ux. N. Com. Haldeslevienſis.

Gebhardus, Com. Querfurtenſ. & Supplenburg. occiſus 1075; Ux. Hedwig. Burggrav. Norimb.

Lotharius, Imperator.

Brunonis martyris Parentum, *Brunonis & Idæ*, meminit *Ditmarus Merſeburgicus*, lib. 6 *Chronic.*, p. m. 82, &, ex eo, *Surius*, in vita *Brunonis*, *Pruſſorum Apoſtoli*, 15 Octob., p. m. 245. Patrem Ejus, *Gebbardum*, fuiſſe Comitem Supplenburgicum, docet vetuſtum *Chronicon Brunſuicenſe*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.*, pag. 12, & 13: *Gertrudis* (Ecberti, Marchionis Saxoniæ, filia) *nupſit Comiti Henrico, qui Pinguis dicebatur, qui fuit filius Ottonis de Northeym, Ducis quondam Saxoniæ, & erat de progenie Sifridi, Comitis de Berneborch, cujus filii Ekkehardum Marchionem in Polede occiderunt. Gertrudis, de Henrico, genuit Rikyſam, quæ tradita eſt Ludero, qui fuit filius Comitis Ghevehardi de Supelingheborch, & erat potens, & induſtrius, ad quem devoluta eſt hæreditas de Haldesleve, &c.* Recte hinc *Hermannum* de *Lerbeke*, in *Chronico Comitum Schwabenburgenſium*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 498, ſcribentem: *Anno Domini 1106 Henricus IV Ducatum Saxoniæ dedit Ludero, Comiti Saxoniæ, qui deſcenderat de ſemine Wedekindi, Regis Angariæ, &c.*, corrigit *Meibomius*, in Notis ad h. l., pag. 523, ajens: *Origo Luderi, ſive Lotharii, Saxoniæ Ducis, poſtea Romanorum Imperatoris Auguſti, fuit, non ex ſtirpe Wedechindi, ſed ex familia Dynaſtarum Querfordenſium. Patrem habuit Gebhardum, qui in prælio Saxonum contra Henricum IV, ad flumen Thuringiæ, Unſtrum, an. 1075, occubuit, &c.* Quæ de obitu Parentis Ejus hic dicuntur, probat *Bruno*, in *Hiſtoria Belli Saxonici*, ap. *Freberum*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 116, ad. an. 1075: *Noſtris ex partibus, ex Summis Principibus, Gevehardus Comes, ex mediis vero Folcmarus & Suidgerus cecidiſſent, &c.* add. *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, pag. 499: *Imperator Saxones bello petit, & juxta fluvium Hunſtrot, bello incerto, cæſis hinc inde quam pluribus, cruentam victoriam vix obtinuit. Cecidit ibi Gebehardus, Pater Ducis Lotharii, qui poſtea imperavit, &c.* Conf. *Albericus*, pag. 131, malè licet *Unſtrutenſe* prælium ad an. 1086 referat. Vid. præced. Vita *Henrici* IV, Imp., v. 4, ad an. 1075, p. 537. De Matre Ejus, annoque nativitatis, ex *Chronico Quernfurtano*, fol. 145, & 159, ſcribit *Matthiæ, Theatr. Hiſt.*, pag. 919: *Mater dicta fuit Hedwigis, quæ fuit filia Friderici, Bavari, Burggravii Noribergenſis. Ex hiſce Parentibus Lotharius, circa annum Chriſti 1070, in Luttersloh, in Regione Lunæburgenſi, non procul ab urbe Cellenſi ſita, natus eſt, &c. Büntingius*, pag. 120, ponit annum 1075, memor cladis *Unſtrutenſis* an. 1075, inquiens: *Wenig Tage für derſelben Schlacht iſt Hertzog Lutter zu Lutterlohe, im Leineburgiſchen Land, nicht weit von der Stadt Zell, in dieſe Welt gebohren.* Ejusdem ſententiæ eſt *Meibomius*, l. c. Eſt itaque Genealogia talis:

Bruno

Bruno. Ux. *Ida.*

- *Bruno*, Epiſcopus, an. 1009, 7 Id. Mart. à Paganis occiſus.
- *Gebehardus*, Comes Querfurtenſis.
  - *Burchardus.*
    - *Gevehardus.*
      - *Conradus*, Præſul Magdeburgicus.
  - *Ida*
    - *Gebehardus*, Com. Supplenburgicus, an. 1075, ad Unſtrutum, necatus.
      - *Gertrud*, Com. Hollandiæ. Vid. *Chron. Saxo*, an. 1123, p. 286.
      - LOTHARIUS, Imp. Vid. *Cranzius*, lib. 5 *Saxon.*, c. 25, & lib. 6, cap. 1.

v. (2.) Uxorem duxit *Richenſeam*, vulgo *Rixam*, filiam *Henrici Craſſi*, Saxoniæ Principis, Comitisque in *Northeim*, atque *Gertrudis*, Saxoniæ Marchionis, *Eckberti*, gnatæ, cujus ipſe Cæſar, in Diplomate Fundationis Eccleſiæ *Segenbergenſis*, de an. 1137, apud *Bangertum*, in Notis ad *Helmoldi Chronicon Slavicum*, lib. 1, cap. 53, voc. *Eccleſia*, pag. 129, & Dn. *Schlöpken*, part. 1 *Chron. Bardovicenſ.*, cap. 13, §. 5, pag. 175, ſic meminit: *Pro remedio animæ Noſtræ, ac dilectæ Conjugis Noſtræ, Righzem, &c.*; nec non, in Fundatione *S. Egidii Brunſuicenſis*, de an. 1134, apud Dn. *Rehtmeyer*, part. 1 *Antiquitatum Brunſuicenſium*, inter documenta ad cap. V, §. 1, pag. 32, & 33: *Dat Gerdrudt, Marggravinne to Saſſen, eine Dochter Ekeberti, des Marggraven, heft gebuvet ein Kloſter, in de Ehre der Jeberinne Goddes, Marien, in de Stidde, Brunſwich genometh, &c.*; & paulo poſt: *In Unſer Jegenwerdicheit, und unſer Hußfruwen, Rikenſen, der vorgenanten Gerdruden Dochter, &c.*; paucisque interjectis: *Mit Volbort ærber Erven, næmliken Ottonis, æres Sonen, und ærer Dochter, Rikenſen, Unſer Hußfruwen, und Gertrudis, Palandes Gravinne, &c.* Add. Ejusdem literæ, ad Abbatem Monaſterii *Caſinenſis*, apud *Angelum de Nuce*, in Appendice, ad *Leonis Oſtienſis*, & *Petri Diaconi Chronicon Caſinenſe*, p. m. 25, §. 2123: *Salutat Te Dilecta noſtra, Rychyza &c.*; & aliæ, ad Decanum, reliquosque Fratres ejusdem Cœnobii, l. c. *Salutat Vos Dilecta Noſtra, Rychyza, &c.* Conf. Charta *Thietmari*, Verdenſis Epiſcopi, qua, an. 1142, Cœnobium Monialium *Ullesheimenſium* Monachis tradidit, apud Dn. *Schlöpken*, l. c., §. 15, pag. 181: *Præcipiente Domino Lothario Imperatore, cohortante Religioſa Conjuge Ejus, Domina Rizinza, Imperatrice, &c.*; ut & Diploma *Henrici Leonis*, de an. 1195, apud Dn. *Leuckfeldum*, cap. XIII *Antiquitatum Walckenredenſium*, pag. 256: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus, D. G. Dux Bawariæ & Saxoniæ, filius Henrici, Ducis Bawariæ & Saxoniæ, & Contectalis Ejus, Gertrudis, Filiæ Lotharii Imperatoris, & Richinzæ Imperatricis, &c.*; *Vetuſtum Chronicon Brunſuicenſe*, apud *Maderum*, l. c.; Vita *S. Autoris*, Trevirenſis Archi-Epiſcopi, apud Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 701; *Albertus Stadenſ.*, an. 1105, pag. 148; *Albertus Cranzius*, lib. 5 *Saxon.*, cap. 27; *Meibomius*, in Notis ad *Hermanni de Lerbeeke Chronicon Comitum Schaumburgicorum*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 523, & in *Hiſtoria Bardewicenſi*, Tom. 3, ibid., pag. 61; Dn. de *Leibnitz*, in Introductione in *Collectionem Scriptorum Brunſuic.*, §. 42, p. m. 28. Nuptias fuiſſe celebratas anno 1113, aſſerit, poſt *Albertum Stadenſem*, h. a., pag. 154, *Büntingius*, l. c., pag. 122. Obiit Auguſta an. 1141, juxta *Chronographum Saxonem*, h. a., pag. 296, *Albertum Stadenſem*, an. eod., pag. 162, *Chronicon Montis Sereni*, p. m. 17, aliosque; juxta dictum *Chronicon Brunſuicenſe* vero, apud *Maderum*, pag. 13, ſepulta jam fuit an. 1139, 3 Cal. Novemb., *Regiæ Lutteræ*. Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.*, cap. 12, pag. 290, habet an. 1140, 30 Octob.

v. (3.) De Filia Ejus, cujus modo memini, ſcribit *Conradus Urſpergenſis*, pag. 209: *Filiam, Gerdrudim, unicam quam habebat, dederat uxorem Henrico, Duci Bavariorum, &c.* Sic & *Chronicon Brunſuic.* cit., apud *Maderum*, pag. 14: *Hinricus Catulus, de Ghertrude, filia Regis unica, genuit Hinricum Leonem, &c.* annum nuptiarum 1127 exprimit *Dodechinus*, Append. ad *Marianum Scotum*, ad h. a., pag. 470: *Rex, in Feſto Pentecoſtes, apud Urbem Merſeburg, Duci Bavarorum filiam ſuam, juxta Regalem magnificentiam, conjugio ſociavit, &c.*; &, poſt eum, *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 286: *Heinricus, Dux Bawariorum, Gertrudem, filiam Regis, duxit uxorem, &c.*; & *Chronicon Montis Sereni*, ſeu *Lauterbergenſe*, an. eod., pag. 6, ad quod provocat *Meibomius*, in Notis ad *Chronicon Schaumburgicum Hermanni de Lerbeke*, pag. 524. Ejus-

dem ſententiæ eſſe videtur Monachus *Weingartenſis*, in Chronico de *Gwelfis Principibus*, cap. 11, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 786, de loco ſimul nuptiarum ſcribens: *Heinricus, defuncto Patre*, (Henrico Nigro, an. 1126,) *Ducatum Ejus* (Bavariæ) *adeptus - - - - miſſis Legatis in Saxoniam, ad deducendam ſponſam ſuam, Gertrudem ſcil., filiam Lotharii Imperatoris, Optimates quocque Bavariæ ac Suevia ad nuptias invitat. Quibus lautè, in plano, juxta Licum fluvium, ultra Auguſtam, in loco, qui dicitur Contio Legum*, (fortè Legionum) *in Octava Pentecoſtes, celebratis, eandem in partes iſtas adduxit, &c.* add. *Schateni Annal. Paderborn.*, lib. 7, an. 1127, p. 712; de facto teſtantibus *Ottone Friſingenſi*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 18, pag. 416; *Helmoldo*, lib. 1 *Chron. Slavic.*, cap. 56, §. 5, & 10, pag. 134, & 135; *Alberto Stadenſi*, ad an. 1113, pag. 154, & an. 1139, pag. 161, & 162; *Alberico*, ad an. 1141, pag. 290; *Chronico Brunſuicenſi*, apud *Maderum*, l. c., pag. 13; *Eckſtormii Chronico Walkenredenſi*, pag. 59, &c.; *Cranzio*, lib. 5 *Saxon.*, cap. 34. Obiit hæc Princeps anno 1143, teſte *Chronographo Saxone*, h. a., pag. 296: *Obiit Gertrudis, Ductrix, &c.* Chronicon *Lauterbergenſe*, ſeu *Montis Sereni*, pag. 17, ponit an. 1142: *Gertrudis, Duciſſa, obiit, filia Luderi Imperatoris, &c.* Iconem ejus exhibet *Bucelinus*, part. 2 *Germaniæ Chrono-Topo-Stemmatographicæ*, p. 401.

Alii inſuper adſcribunt Ei (1) filium, *Lotharium*, infra pubertatis annos defunctum; vid. *Matthiæ*, *Theatr. Hiſtor.*, pag. 919; (2) filiam, *Hedwigem*, *Ludovico III*, Landgravio Thuringiæ, nuptam; Vid. Auctor *Appendicis ad Martinum Polonum*, ad an. 1130; Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 18, apud *Piſtorium*, pag. 916; *Spangenberg. Adelſpiegel*, lib. 10, cap. 16, fol. 308; *Eckſtormius*, l. c.; *Matthiæ*, l. c.; *Paullini Annal. Iſenac.*, §. 24, pag. 18.

v. (4.) *Hugo* Præmonſtratenſis, in Vita *S. Nortberti*, ordinis Præmonſtratenſis Fundatoris, & Archi-Epiſcopi Magdeburgenſis, cap. 50, apud *Surium*, 6 Junii, p. m. 127, in genere, de Principe noſtro ſcribit: *Erat Vir ille ſtrenuus belli ductor, præcipuus in armis, providus in conſilio, terribilis inimicis Dei & S. Eccleſiæ, veritatis amicus, juſtitiæ tenax, injuſtitiæ hoſtis. Cujus probitas patuit in Sicilia, viguit in Saxonia. Qui quamdiu vixit, Romanum Imperium, quod Ejus curæ mandatum fuerat, titubare non potuit, &c.* quæ *Conradus Urſperg.* pag. 212 repetit. Apud *Helmoldum*, lib. 1 *Chron. Slav.*, cap. 41, pag. 107, legitur: *Cœpit, in diebus Lotharii Cæſaris, oriri nova lux, non tam in Saxoniæ finibus, quam in univerſo Regno, tranquillitas temporum, abundantia rerum, pax inter Regnum & Sacerdotium, &c.* Eadem profert *Albertus Stadenſis*, ad an. 1133; *Gervaſius Tilberienſis*, de *Imperio Romano*, lib. 2, cap. 19, p. m. 64, ait: *Piiſſimo Lothario ſucceſſit Conradus, &c.* In ſpecie vitam ejus quod concernit,

An. 1106 obtinuit, ab Anteceſſore, *Henrico V*, Ducatum Saxoniæ. Vid. ſeq. Tit. XVI, Catalog. Ducum Saxoniæ. Ubi ſimul reliqua, quæ tanquam Dux peregit, enarrantur.

An. 1125, mortuo *Henrico V*, nepoti Ejus ex ſorore, *Conrado*, Franconiæ Duci, æmulo, Imperiumque prenſanti, renitens licet & reclamans, prælatus, ſolium conſcendit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 120, ubi coævi teſtes, quibus *Petrum Diaconum* jungas, lib. 4 *Chronici Caſſinenſis*, cap. 87, p. m. 513: *Henrico V Imperatore defuncto, Conſules, Præfecti, Dictatores, Duces, & Principes, in unum convenientes, de Imperatoris electione tractare cœperunt. Viſum demum omnibus eſt, ut Electionem ipſam in arbitrio Archi-Epiſcopi Maguntini, & Lotharii, Ducis Saxoniæ, ponerent, ut, quem illi utilem Romano Imperio eſſe aſtruerent, hunc procul dubio eligerent univerſi. Archi-Epiſcopus autem ferali Zelo adverſus cognationem Einrici Imperatoris deſæviens, & de Imperiali culmine Fridericum & Conradum, Nepotes ejus, propellere cupiens, ob illorum odium ſupradictum Lotharium, armis experientiſſimum, Religione, & prudentia multa pollentem, qui, per plura annorum curricula, Lenticos expugnans, ſub Romano Imperio redegerat, utilem, atque idoneum ad Imperiale faſtigium accipiendum judicavit, ſicque hujus calliditate Romanum Imperium à Teutonicis ad Saxones tranſlatum eſt, &c.* quorum auctoritate ſimul refellitur *Alberti Stadenſis* narratio, ad an. 1126: *Fridericus, Dux Sueviæ, poſt mortem Heinrici, avunculi ſui, accepit Regalia, certiſſimus, quod à Principibus eligeretur. Sed Albertus Monguntinus, ab Heinrico quondam captivatus, injuriam in Nepote vindicare diſponens, complicibus coadunatis, conſilium concepit, quo Regalia poteſtati Friderici eripiant, & ſic ad alium eligendum roborentur. Ipſi ergo, de quibus Dux Fridericus minus certus erat, imò adverſarios æſtimabat, conſona voce Ejus electioni in publico applaudebant; unde certior factus, ad favorem Principum captandum, & ut ſincerius ad Imperium videretur accedere, quod etiam ſe fidelem oſtenderet in commiſſo, Regalia Principibus reddidit. Et quia ad hoc opus erat, ſagaciter Eum à promotione ſummovere, utpote acceptum omnibus, quia liberaliſſimum, manſuetum, grandævum, & Regii ſanguinis, callidè nominaverunt eum Epiſcopo aliquos de ſua ſocietate, qui, ex condicto, onus Imperii ſuis viribus impar certatim abnuerent, aſſerentes, quod debilitata Regni jura ſtrenuum efflagitarent Adminiſtratorem. Fridericus ergò ſub forma aliorum humiliter onus recuſavit. Unde ſtatim, arrepta occaſione, Lotharium elegerunt, ultrò ſe offerentem, videlicet etiam quod promiſiſſet plura, quæ non perſolvit. Ipſo igitur celebriter electo, Principes tam ſacramentis*,

Digitized by Google

mentis, quam hominiis; ſe Ei adſtrinxerunt; ſed poſtea, detectis dolis, Fridericus ſe Regi oppoſuit, &c. Præter enim, quod coævi Scriptores, l.c. adducti, nihil recenſeant de circumventione quadam, falſum eſt, *Fridericum*, Alamannorum Ducem, Regalia habuiſſe, quæ, vel ipſe *Otto Friſing.*, lib. 1 *Geſtor. Friderici I*, cap. 15, p. m. 415, in poteſtate Imperatricis viduæ fuiſſe, teſtatur; ne dicam, veritati repugnare, *Lotharium* ultrò ſe obtuliſſe, pluraque promiſiſſe, quam præſtare potuerit, quem, voto omnium, renitentem etiam ac reclamantem, ad Regnum tractum, ex *Viterbienſi*, part. 17 *Chron.*, p. m. 509, *Ottone Friſingenſi*, lib. 7 *Chron.*, cap. 17, pag. 148, & *Alberico*, Monacho trium fontium, ad an. 1125, pag. 250, diſcimus. Peracta electione, *menſe Septembri, cum eisdem Legatis*, (Pontificis Romani) *& duobus Archi-Epiſcopis, & octo Epiſcopis, & multis Abbatibus, & cum eminentioribus Aulæ Regalis Primatibus, Aquiſgranum veniens, Dominica die, Id. Septemb. à Friderico, Archi Præſule Colonienſi, in Regem benedicitur, & ungitur, omni Clero & Populo feſtivum* Ἐπινίκιον *acclamantibus, &c.* Sunt verba *Roberti de Monte*, ad an. 1125; idem, ex *Anſelmo*, docet *Albericus*, l.c., &, poſt eum, *Continuator Lamberti*, eod. an.; *Baronius*, Tom. XII Annal., eod. an., §. 13, pag. 163; *Büntingius*, *Chron. Brunſuic.*, pag. 125; *Sigonius*, lib. XI *Regni Ital.*, an. 1126, pag. 424; *Lehman*, *Chron. Spir.*, lib. 5, cap. 45, pag. 487; *Schatenus*, *Annal. Paderbornenſ.*, lib. 7, an. 1125, pag. 708. Adeò torſerat hæc res *Fridericum* Suevum, Ejusque aſſeclas, ut, turbando *Lotharii* regimine, ſeparatum agentes Conventum, *Conradum*, Orientalium Francorum Ducem, *Friderici* Germanum, Regem crearent, qua de re *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chron.*, cap. 17, pag. 148, inquit: *Lotharius, natione Saxo, Patre Gebehardo, voto omnium, renitens valde, ac reclamans, ad Regnum tractus - - - per omnia progeniem Imperatoris, Henrici, humiliavit, ut plane Dei judicio juſto, ſicut in libro Regum habes, ex peccatis ac prævaricatione Patrum, ſemen ipſorum affligi videretur. Unde gravis diſſenſio Regni, in multos annos protracta, plurimos in anima & corpore periclitari fecit. Prædicti enim Fridericus & Conradus, juvenes, Sororii Henrici Imperatoris, dum ſe viderent opprimi, in quantum poterant, reniti conabantur. Ob quam cauſam à Summo Pontifice, Honorio, qui Calixto ſucceſſerat, excommunicatur. Porrò, Conradus, à Fratre, ac quibusdam aliis Rex creatus, Pyrenæum per jugum ſeptimi montis, qua Rhenus & Oenus fluvii oriuntur, tranſcendit, ubi à Mediolanenſibus - - - honorifice ſuſcipitur, ac ab eorum Archi-Epiſcopo, Anshelmo, Modoyci, Sede Italici Regni, in Regem ungitur. Pro his, aliisque præfatus Archi-Epiſcopus à ſummo Pontifice deponitur, &c.* Conf. *Gotfridus Viterbienſ.*, l.c.; *Albericus*, ad an. 1127, pag. 252, quo *Conradum* electum, & an. 1128, pag. 257, quo eum *Modoniæ* (Modoëtiæ) inauguratum ſcribit; *Chronicon Montis Sereni*, ad eosd. an., pag. 6, & 7; *Cranzius*, lib. 6 *Saxon.*, cap. 1; *Baronius*, l.c.; *Lehmannus*, l.c., cap. 47, pag. 489; *Sigonius*, l.c., ad an. 1128, p. 427; *Schatenus*, l.c., ad an. 1129, p. 720. Durantibus turbis, movet Rex,

An. 1126, in Bohemiam, adverſus *Ulricum*, in favorem reſtituendi *Ottonis*, Moraviæ Principis, qui, injuſtè inde pulſum ſe, querebatur; initia quidem minus fauſta fuerunt expeditioni, Nobilioribus occiſis, vel captis, lætior autem exitus, quandoquidem, ut *Ottonis Friſingenſis*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 20, pag. 417, verbis utar, *Henrico, Saxoniæ Marchione, qui, de ſorore Ducis natus, cum Rege advenerat, mediante, ad pedes Imperatoris ſatisfactionem offerens, humiliter Dux venit, hominiumque ſibi, eum ſacramento fidelitatis, exhibens, Ducatum ab Eo ſuſcepit, captivos reddidit, &c.* Conf. *Dodechinus*, ad an. 1126; *Annales Hildeshemenſ.*, an. eod., apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 740; *Albericus*, an. eod., pag. 251, & an. 1127, pag. 255; *Albertus Stadenſis*, an. 1126, pag. 156; *Robertus de Monte*, ad an. 1127, p. m. 622; *Chronicon Montis Sereni*, an. 1126, pag. 5; *Chronicon Bigaugienſe*, p. m. 257; *Continuator Lamberti*, an. 1126; *Hermannus de Lerbeke, Chron. Comitum Schauenburgenſium*, ad an. 1125, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 499; *Dubravius*, lib. XI *Hiſt. Bohem.*, p. m. 85; & quos teſtes alios producit *Meibomius*, in notis ad *Chron. Schaumburg.*, l.c., pag. 523.

An. 1127 obſidio cinxit *Norimbergam*, præſidio *Conradi* Ducis, adverſarii, ejusque fratris, *Friderici*, firmatam, irrito licet conatu. *Dodechinus*, h. a.; *Otto Friſing.*, lib. 1, de *Geſtis Friderici*, cap. 16, & 17.

An. eod. conſtituit *Conradum* quendam Marchionem *Miſniæ*. Vid. *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 104.

An. 1128, re pariter infecta, *Spiram*, ab iisdem fratribus occupatam, oppugnat; adhibita vero vi majori, conjectoque *Friderico* Duce in fugam, altero, *Conrado*, in Italia commorante, protracta ab Idibus Julii 1129 ad Calendas Januarias usque anni 1130 obſidione, honeſtis tandem legibus eam ſui reddit juris. Vid. *Otto Friſing.*, l.c.; *Dodechinus*, ad an. 1129, & 1130; *Chronographus Saxo*, ad eosd. an., pag. 287; *Albericus*, ad an. 1128, pag. 256; *Chronicon Montis Sereni*, an. 1129, pag. 10; *Annales Hildesheim.*, l.c., an. 1129, pag. 740; *Sigonius*, lib. XI, de *Regno Italiæ*, ad an. 1128, & 1129, pag. 427; *Lehmannus*, *Chron. Spir.*, lib. 5, cap. 47, pag. 491, &c.

An. 1130, defuncto *Honorio II*, novum *Romæ* oritur ſchiſma, aliis eligentibus *Gregorium*, Cardinalem Diaconum S. Angeli, ſub titulo *Innocentii* 2, aliisque *Petrum*, *Leonis Frangipani* Filium, Nobilem Romanum, *Anacletum* a dictum. Vid. *Petrus Diaconus*,

conus, lib. 4 *Chron. Caſſinenſ.*, cap. 97, p. m. 521, &c.; *Dodechinus*, h. a.; *Robertus de Monte*, h. a.; *Hugo*, in Vita *S. Northerti*, Archi-Epiſc. Magdeburg., cap. 47, apud *Surium*, 6 Junii, p. m. 125, & 126; *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chron.*, cap. 18, pag. 149; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 288; *Gaufredus*, Chron., apud *Labbeum*, T. 2 *Biblioth. MS.*, cap. 46, pag. 301; *Chronicon Montis Sereni*, an. 1130, pag. 11; *Albertus Stadenſis*, h. a.; *Baronius*, T. XII Annal., h. a., §. 1, &c., pag. 183, &c. Quibus literis *Anacleti* electores Imperatorem in partes ſuas trabere ſtuduerint, docet *Baronius*, l. c., §. 16, pag. 181; ipſius *Anacleti* literas ad eundem exhibet, l. c., §. 21, pag 190, aliasque, ad Reginam, l. c., §. 24, pag. 191. Hac rerum confuſione, aufugit *Innocentius* in Galliam, in itinere, anno 1131, *Leodii*, cum Rege *Lothario* in colloquium deſcendens, inter alia *modeſtè* etiam de reſtituendo jure *Inveſtiturarum Eccleſiaſticarum* faciente verba; ſcribit quidem *Petrus Diaconus*, lib. 4 *Chronici Caſſinenſis*, cap. 97, p. m. 522: *Innocentius igitur Alemannorum & Lotheringorum Terram ingreſſus, juxta Leodium à Lothario Rege excipitur, Virgam, & anulum Ei, juxta morem antiquum, confirmans, nec non & Terram Comitiſſæ Mathildæ Ei contradens, &c.* Quæ in aliis Editionibus, cap. 99, paulo aliter, recenſentur; enimverò, confirmationem hanc eſſe ficti aliquid, ex dictis, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1131, pag. 121, eruendum eſt. Nec tamen dubitandum, vera eſſe, quæ *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chron.*, cap. 20, in fine, tradit: *Plenus dierum obiit, futurus, niſi morte prævenutus foret, cujus virtute & induſtria Corona Imperii ad priſtinam dignitatem reduceretur, &c.* teſtimonio ſunt ad an. 1136 mox dicenda.

Anno eod. creat primum Landgravium Thuringiæ, *Ludovicum III.* Vid. ſeq. Tit. XVI, Catal. Ducum Thuringiæ, & præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, an. 1130, pag. 121.

Anno 1132 Italiam petens, denuo colloquitur cum *Innocentio* Pontifice, & Terræ Proceribus, in *Roncaliis, Conradoque* periculosè, ut *Otto Friſing.*, l. c., lib. 7, cap. 18, pag. 149, loquitur, ad Patriam repedante, Longobardiam redigit in ordinem. Vid. *Dodechinus*, h. a.; *Albericus*, h. a., pag. 270; *Sigonius*, lib. XI *Regn. Ital.*, an. eod., pag. 432; *Baronius*, l. c., an. eod., §. 6, pag. 219.

Anno 1133 creat *Canutum*, *Erici*, Daniæ Regis, filium, Regem Obotritorum. Vid. præced. §. 8, lit. a.

An. eod., ſubacta Longobardia, *Romam*, exercitu ſtipatus, ingreditur; reſtituit Sedi *Innocentium*, & ab Eo, in Eccleſia *Conſtantiniana*, inauguratur Imperator. Vid. *Petrus Diaconus*, lib. 4 *Chronici Caſſinenſ.*, cap. 97, p. m. 522: *Lotharius Rex venit Romam, & accipiens coronam ab Innocentio, reverſus eſt, &c.* Add. *Otto Friſing.*, l. c: *Rex autem plus mente, quam milite, confidentiam gerens, ad Urbem usque progreditur, ibique, qualibus potuit, cum paucis ſtrenue peractis, in Eccleſia S. Salvatoris, quæ Conſtantiniana dicitur, à Summo Pontifice, Innocentio, coronatus, Imperatoris & Auguſti adeptus eſt nomen. Nempe Eccleſiam B. Petri, ubi mos coronari erat Imperatoribus, Petrus* (Anti-Papa) *eo tempore occupaverat, &c.* idem docet *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 Chron., pag. 509: *Innocentius Papa, apud Clarum montem Concilio celebrato, Romam rediit, & Regem Lotharium, in Lateranenſi Palatio, apud. S. Salvatorem, coronavit. Non enim poterat apud S. Petrum morari, propter potentiam Anacleti, filii Petri Leonis, &c.* nec aliter *Robertus de Monte*, h. a.; *Hugo*, in vita *S. Northerti*, apud *Surium*, 6 Junii, cap. 50, pag. 127; *Conradus Urſperg.*, pag. 212; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 289; Auctor libri de *Fundatione Eccleſiæ Gozecenſis*, in calce *Chronici Montis Sereni*, an. eod., pag. 236; *Albericus*, an. eod., pag. 271; *Albertus Stadenſis*, an. eod.; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 Coſmodrom., cap. 59, p. m. 268; *Sigonius*, l. c., an. eod., p. 433; ipſe *Baronius*, l. c., ad h. a., §. 1, pag. 220, inquiens: *Innocentius Papa in Sedem ſuam, Romæ, à Lothario reſtituitur, & Lotharius ab Eo coronatur Imperator, &c.* Nugæ ergò ſunt, cum Cæſar dicatur ſervilem quaſi honorem Pontifici exhibuiſſe, nec, niſi flexis genubus, coronari potuiſſe, inaugurationis actu, in Lateranenſi Palatio, in memoriam, Cæſareæque ſubjectionis exemplum, vivis depicto coloribus, addita epigraphe:

Rex venit ante fores, jurans prius Urbis honores.
Poſt homo fit Papæ: ſumit, quo dante, Coronam.

Quale juramentum Pontifici præſtiterit, commemorat *Baronius*, l. c., §. 2, & 3, pag. 221: *In Vaticanis Schedis reperimus iſta de Coronatione Lotharii: Hoc eſt juramentum, quod Dominus Rex, Lotharius, tempore hæreſis filii Petri Leonis, Domino Papæ Innocentio præſtitit, ante fores Baſilicæ S. Salvatoris, quæ Conſtantiniana appellatur, in die, qua coronatus eſt ab ipſo Innocentio, antequam coronam acciperet, Domino Cencio de Frajapanis juramentum computante, & Ottone, Nepote ſuo, ac ceteris Nobilibus Romanis ibi exiſtentibus;*

Ego, Lotharius Rex, promitto, & juro, Tibi, Domino Papæ Innocentio, Tuisque Succeſſoribus, ſecuritatem vitæ, & in membris, & malæ captionis, & defendere Papatum, & honorem tuum, & Regalia S. Petri, quæ habes, manutenere, &, quæ non habes, juxta meum poſſe, recuperare, &c.

Colligo ex his, Eccleſiæ defenſionem, tollendumque ſchiſma Auguſto cordi fuiſſe, ſpontaneo motu Pontifici protectionem pollicenti, cunctis in gloriam Ejus vergentibus, Majeſtatisque Cæſareæ amplitudinem. Quicquid *Romæ* peregit, non coactè fecit, ſed quia ita placuit. Ipſe Victor erat, non Papa;

pa;

Digitized by Google

pa; Ipſe Pontificem priſtinis reſtituit honoribus, non contrà. Hinc nec præſumendum, glorioſum Principem, in Imperialis Majeſtatis detrimentum, vel minimum commiſiſſe. Lateranenſis pictura inſuetam ſaltem reſpicit inaugurationem, ejusmodi ſolemnitatibus inſerviente aliâs *D. Petri* æde, quam, ut audivimus, *Anacletus*, Pſeudo-Papa, adhuc tenebat. Inſcriptio ſerius in Imperatorum odium acceſſit, quare & deſuper querelam moventes *Fridericum* Imperatorem, Ordinesque Imperii inducit *Radevicus*, lib. 1 *Geſt. Friderici I*, cap. 10, addendo: *Talis pictura, talisque ſuperſcriptio Principi, quando alio anno circa Urbem fuerat, per fideles Imperii delata, cum vehementer diſplicuiſſet, amica prius invectione præcedente, laudamentum à Papa Adriano accepiſſe memoratur, ut & ſcriptura, pariter atque pictura talis de medio tolleretur, ne tam vana res ſummis in orbe Viris litigandi & diſcordandi præbere poſſet materiam, &c.*

An. 1134 *Imperator celebrat Paſcha Halverſtad, ubi quidam de Primoribus Danorum, Magnus nomine, advenit, & in die ſancto, manibus applicatis, Miles Imperatoris efficitur, & Regnum ipſius Patriæ ab Ipſo percepit, &, poſt ſacramenta, Cæſari, ad Eccleſiam procedenti, circulo Illius* (corona) *decoratus, enſem Imperatoris honorificè portavit. Qui, in Patriam reverſus, à quodam Henrico, & fratre illius occiſus eſt, &c.* Sunt verba *Chronographi Saxonis*, h. a., pag. 290; conf. *Saxo Grammaticus*, lib. 13 *Hiſt. Danic.*, p. m. 219; *Annales Hildesheimenſes*, h. a., apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſ.*, pag. 741; *Chronicon Montis Sereni*, an. eod., pag. 13; *Albertus Stadenſ.*, an. eod., pag. 159; *Albericus*, ad an. 1135, pag. 273; *Theodoricus Engelhuſius*, Chron., p. 225; *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 38, p. 825, in fine.

An. 1135, pandente portas *Spira*, quam, à *Friderico* & *Conrado* fratribus, Alamannorum Francorumque Ducibus, hactenus interceptam, nova militum corona circumdedit, dictos Principes in gratiam recipit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, an. 1135, pag. 122.

An. eod. denuo exercitum in Italiam ducit; adverſus *Rogerii* Siculi, & Anti-Papæ *Anacleti* aſſeclarum refrenandos conatus; Qua de Expeditione hæc apud *Petrum Diaconum*, lib. 4 *Chron. Caſſin.*, cap. 97, p. m. 522: *Dum in conſpectu Ejus totus, ut ita dicam, Romanus orbis pacatus quieſceret, & ſub Ejus ditione calcati jacerent, à Papa, Innocentio, Piſis remorante, frequentibus litteris monitus, ut Romani Imperii coronam ab hoſtium jugo defenderet, & Eccleſiam ſciſſam ad pacem, concordiam, & unitatem, Cæſar ſtrenuiſſimus, & Clementiſſimus, liberaret, anno Dominicæ Incarnationis* 1135, *immenſum valde nimis totius Romani Imperii exercitum congregans, una cum Richiza Auguſta, uxore ſua, intravit Italiam*, &c. En res, ibi geſtas! *Papiam veniens, Cives illos, pactione pecuniæ, in gratiam ſuſcepit . . . Bononienſes quoque & Emilienſes ſupplices, Duce* (Henrico Superbo) *interveniente, recepit; poſt, usque ad Thaurinum progrediens, totam Citeriorem Italiam ſine ferro ſubegit. Inde ad Pennunum* (Apenninum) *tranſiens Imperator, Anchonam, Spoletum, cum aliis Urbibus, ſeu Caſtellis Ulterioris Italiæ, in deditionem accepit. Deinde, contra Rogerium aciem dirigens, Campaniam & Apuliam peragravit; Porrò Heinricus noſter per Tuſciam exercitum duxit, quam etiam ab Imperatore beneficio obtinuit . . . . poſt, ejecto de Campania & Apulia Rogerio, Reginaldo vero, Viro forti, ac Nobili, Ducatu Apuliæ commiſſo, de reditu diſponunt, &c.* Hæc *Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, cap. 12, ap. Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 788, & 789; conf. *Petrus Diaconus*, l. c., cap. 105, & ſeqq., p. 532, &c., ubi omnia fuſius recenſentur; *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chron.*, c. 19, & 20, pag. 149, & 150; *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c., pag. 509, & 510; *Conradus Urſpergenſ.*, pag. 212, & 213, ad an. 1136; *Dodechinus*, an. eod.; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slavic.*, cap. 54, §. 4, pag. 130; *Albertus Stadenſ.*, an. eod.; *Robertus de Monte*, ann. 1137; *Chronographus Saxo*, an. eod., pag. 293; *Annales Hildesheim.* cit., an. eod., p. 741; *Chronicon Montis Sereni*, an. eod., pag. 15; *Albericus*, an. 1136, & 1137, pag. 277, & 279; *Chronicon Bigaugienſe*, p. 259; Nauclerus, Vol. 2, Generat. 38, ann. 1137, pag. 826; *Sigonius*, lib. XI *Regni Ital.*, an. 1136, & 1137, pag. 437; *Baronius*, T. XII, ad eosd. annos, &c. Nec ſilentio prætereundum, quod, in ordinem redacto *Rogerio*, inter Imperatorem ipſumque Papam *Innocentium*, cui auxilia tulit, in concedendo *Apuliæ* Ducatu, gravis penè controverſia fuerit orta, utroque hoc jus ſibi arrogante. Summam exponit *Otto Friſing.*, l. c., cap. 20, p. 150: *Silentio præterire noluimus, quod, in dando Ducatu*, (Apuliæ) *inter ipſum* (Imperatorem) *& Romanum Pontificem penè controverſia orta fuit, utroque, Ducatum Apuliæ ſui fore juris, affirmante: quæ lis conſilio tandem hoc modo deciſa dicitur, ut, in dando Duci vexillo, utrique manum adhiberent, &c.* Clarius loquitur *Falco*, apud *Baronium*, Tom. XII Annal., an. 1137, §. 14, pag. 256: *Apoſtolicus Innocentius,* (in Avellina Civitate conſidens) *Ducem, ad defenſionem Apuliæ, ordinare nomine ſuo ſatagebat, Imperator vero nomine ſuo, contra voluntatem Apoſtolici, ordinare volebat. Unde factum eſt, ut per triginta fere dies adinvicem ea de re fuerit diſcordatum, ſed, ſapientium conſilio communicato, diſcordia talis deſtructa eſt. Quid multa? Divina favente Clementia, & Ipſo Imperatore annuente, omnibusque ſuis, prædictus Apoſtolicus, ſuo nomine, ad B. Petri fidelitatem, Comitem Rainulphum, Virum utique prudentem & diſcretum, in Ducem elegit, &, eo electo, Vexillum, ad honorem Ducatus, Apoſtolicus & Imperator, in conſpectu omnium, Ei tradiderunt, & confirmaverunt, &c.* Conf. *Martinus Polonus*, in *Vita Lotharii*, p. m. 373; in primis *Gotfridus Viterbienſ.*, l. c., pag. 510, canens:

Bis ſidet Italiam, Romam quoque denuo venit,
Et ſemel Apuliam, cum feritate, premit.
Rogerius nunc Dux Siculus regnare putatur,
Pulſus ab Apulia, qui Cæſaris enſe fugatur,
Cæſar habet Barum, vincit & uſque Pharum.
Rainonem creat Ipſe Ducem, cui cuncta relinquit,
Quem Dux Rogerius poſt hoc certamine vincit,
Et facit Apuliæ ſe, ſine fine, Ducem.
Indeque ſe Regem juſſit Dominumque ſocari,
Moreque Regali Regalia ſigna parari,
Atque per Apuliam magna tributa dari.
Hoſtis Et Papa ſatis Innocentius extat,
Intrat in Apuliam, Regi contraria praſtat.
Captus ibi cedit, Regia jura dedit.

Ex quibus patet, quanta conſtantia Imperator Jura Imperii, contra ipſum etiam *Innocentium*, amicum, defenderit; quod amplius oſtendunt Acta Caſſinenſis controverſiæ, mortuo Abbate *Seniorecto*, exortæ, apud *Petrum Diaconum*, lib. 4 *Chron. Caſſin.*, cap. 104, p. m. 530, & 531, cap. 105, 107, & 108, pag. 532 ad 537; *Baronium*, l. c., ad an. 1136, pag. 240, &c., & an. 1137, pag. 257, &c.; *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, pag. 320, &c.; quandoquidem, ſchiſmate durante, cum *Rogerius*, Apuliæ Princeps, Jurisdictionem quandam, *Caſſinenſi* in Cœnobio, ab *Innocentio*, quod *Anacleti* partes amplecteretur, diris expoſito, ſibi vindicaret, Abbas & Monachi ad Cæſarem miſerunt, ſignificantes: *Caſſinenſe Cœnobium eſſe Cameram Imperii, ad eamque ejus ſpectare defenſionem, contra Rogerium Tyrannum primò, inde adverſus Pontificem ipſum, Caſſinenſes Monachos exagitantem excommunicationibus, omnesque è loco diſpergere minitantem;* hæc ex Actis: pollicebatur etiam Cæſar, ſe Cœnobii curam habiturum. Mortuo Abbate, cum *Rogerius* electum novum Abbatem, *Rainaldum*, veluti ſe inſcio conſtitutum, non ſolùm reprobaret, ſed & Pontifex eum Cœnobio expelli juberet, aſſerens, electionem, ab excommunicatis factam, nullius eſſe roboris, altera vice Monachi Cæſarem interpellarunt, qui etiam, an. 1137, in Comitiis *Aquaspenſilibus*, finiendæ litis gratia celebratis, conſtanter reſpondit, nihil detrimenti, ſe Imperatore, Cœnobium paſſurum, fulminanti Papæ reponens: *Si me mea ſpe fruſtratum eſſe ſultis, neque fratres ab excommunicationis ſententia abſolvere, conteſtor, hodie ſchiſma inter me & Pontificem futurum, &, pro amico obſequentiſſimo, infeſtiſſimum fore inimicum.* Vid. *Goldaſtus*, l. c., pag. 326; de eventu ſcribit *Petrus Diaconus*, l. c., cap. 123, (vel 124, juxta exemplar *Baronii*, l. c., ad An. 1137, §. 24, p. 259) p. m. 568: *Rationibus Pontifex victus, Caſſinenſis Abbatis electionem Fratribus, ordinationem Lothario, Imperatori, & Succeſſoribus Ejus conceſſit, & confirmavit; Conſecrationem vero Abbatis, & prandium, in eundo, & redeundo à Benevento, ſibi & ſucceſſoribus ſuis retinuit, &c.* Vide, quanta conſtantia Cæſar Romanæ Curiæ tela exceperit, Imperii jura defenſurus. Conf. *Petrus Diaconus*, l. c., cap. 124, p. m. 569, & 570.

An. 1136, poſt fata *Heinrici* Marchionis, præficit Marchiæ, *Luſatiæ*, *Conradum*, nuper creatum Marchionem *Miſniæ*. Vid. *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 14, quamvis, pag. 206, id in annum 1135 referat.

An. eod. generum ſuum, *Henricum*, Bavariæ Ducem, Saxoniæ quoque Ducatu auget; vid. ſeq. Tit. 16, *Catalog. Ducum Saxoniæ;* nec non Tuſcia; vid. *Monachus Weingartenſis*, l. c.

Num, per *Irnerium*, JCt., Jus Civile poſtliminio quaſi iterum in Imperium introduxerit, ceu, ex *Conrado Urſpergenſi*, p. m. 212, & *Sigonio*, lib. XI, de *Regno Italiæ*, ad an. 1137, pag. 445, & 446, probare conatur *Bartoldus Nihuſius*, exponit Ill. *Courringius*, de *Origine Juris German.*, cap. 21, pag. 117, 127, 133, &c. Conf. Ejusdem præfatio, in Editionem primam dicti Tractatus; nec non *Relatio Bononienſium*, de *Irnerio*, l. c., p. 321, &c. Leges tamen *Feudales* Eum tuliſſe, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 65, dictum eſt.

v. (5.) De obitu hæc habet *Meibomius*, in Notis ad *Herlingsbergam Heinrici Roſla*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 798: *Obiit anno 1137, die 3 Decemb. Otto Friſingenſis ait, actus Ejus, ut nulla poſſent aboleri oblivione, in plumbeis laminis deſcriptos, juxta Eum reconditos; Habet eadem Aventinus, Annal. Bojor. lib. VI, & Cuſpinianus, in Cæſaribus, niſi quod hic pro plumbeis tabulis inculcet aneas. Verum falluntur omnes; in Mauſoleo enim* Lotharii, *quod eſt in* Lotharia Regia, *cujus cœnobium conditum ab Ipſo dixi, quum an. 1618 aperiretur, reperta fuit tantum una plumbea, cujus inſcriptionem, quod alibi nondum exſtet, ut ipſe coram, juſſu Parentis mei, deſcripſi, hic ſubjungo.*

LOTHARIUS. DI. GRA.
ROMANORUM. IMPERA
TOR. AUGUSTUS.
REGNAVIT. ANNOS.
XII. MENSES. III. DI
ES. XII. OBIIT. AUTEM.
II. NONAS. DECEM

BRIS. VIR. IN. XRO. FIDELIS
SIMUS. VERAX. CONSTANS. PA
CIFICUS. MILES. IMPERTERRITUS.
REDIENS. AB. APULIA. SAR
RACENIS. OCCISIS. ET. E
JECTIS.

Idem monumentum extat in Dn. *Heineccii Antiquitatibus Goslarienſibus*, lib. 2, ad an. 1137, p. 141; B. Dn. *Fridericus Ulricus Calixtus*, Abbas Regiæ Lutteræ, in Differt. de *Cultu Religioſo*, an. 1688, menſ. Januar. Helmſtadii habita, pag. 10, & 11, inquit: *Aurum ſitientes, è plumbo ductam invenerunt laminam, quæ tot Seculorum antiquitate in tres reſoluta erat partes; fru-*

ſtorum

Digitized by Google

ſtorum extrema ſerrata erant, ſicut cranii junctura ſerrata ſunt. Hujus laminæ inſcriptio, de felicis ἀναλύσεως *die, de quo olim incerti Hiſtorici certarunt, Nos, qui de ſacrilega violatorum manu acceptam veneranter & religioſè aſſervamus, facit certiores. Inſcriptionem, in gratiam curioſi, antiquitatiſque ſtudioſi Lectoris, delineabimus. Habet autem ita:*

LOTARIUS DI GRA
ROMANORUM IMPERATOR
AUGUSTUS REGNAVIT
ANNOS XII MENSES III
DIES XII OBIIT AUTEM III
NONAS DECEMBRIS VIR IN

XPO FIDELISSIMUS VERAX
CONSTANS PACIFICUS
MILES IMPERTERRITUS
REDIENS AB APULIA SAR
RACENIS OCCISIS ET
EJECTIS.

Diſcrimen harum inſcriptionum eſt, quod (1) prior variis punctis diſtinguatur, quibus poſterior caret, (2) illa tredecim, hæc ſaltem duodecim lineis conſtet, (3) prior aliter dividatur, (4) vocem *Lotharius*, per TH, exhibeat, quæ, in poſteriori, ſimplici T, ſcribitur, (5) ibi legatur 2 *Nonas*, *hic* 3 *Nonas*. Conf. *Schateni Annales Paderbornenſes*, lib. 8, ad an. 1137, pag. 745; *Zeileri Topograph. Brunſuic.*, ſub voce: *Kœnigslutter*, pag. 134; ubi ſimul Epitaphium Ejus habetur, quod *Büntingius* quoque, pag. 133 *Chronici Brunſuicenſis*, refert:

Magnus Lotharius jacet, Orbis gloria, cujus
Actio, Conſilium ſuſtulit Imperium.
Rex, Cæſar, Auguſtus, Clarus, Vir moderatus,
Inclytus Italiæ Victor & Apuliæ.
Hanc hic fundavit Cellam, Monſchoſque gregavit,
Abbatem ſtatuens, prædia contribuens.
Exuitur membris, heu! trina luce Decembris.
Eccleſiæ gemitus illius eſt obitus.
Optimus Auguſtus, Regni moderamine juſtus,
Lotharius Patriæ favit, & Eccleſiæ.
Luce Decembris obit, quæ Nonas tertia promit,
Quem merito fidei colligit Aula Dei.
Lotharius, ſceptro, ceu Carolus alter, adepto,
Æquo judicio præfuit Imperio.
Diruit errorem, Regni firmavit honorem:
Quem Deus atthereo muneret Imperio.

Commentario igitur egent verba *Chronici Laurishamenſis*, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 89: *Lothario Imperatore in Italia defuncto, & in Brenonſwich tumulato, &c.*; utpote quæ falſa ſunt, ſi de *Urbe Brunſuicenſi* accipiantur; ſubſiſtere contra poſſunt, ſi de *Terra Brunſuicenſi* ea interpretemur. De anno Ejus obitus diſceptatio eſt. *Chronica Auſtralis*, apud *Freherum*, p. 319, habet an. 1136; *Dodechinus*, in *Appendice* ad *Marianum Scotum*, p. m. 472, rectius ponit annum 1137; quem ſequuntur *Robertus de Monte*, h. a., pag. 625; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 294; *Albericus*, h. a., pag. 280, & 281; *Chronicon Bigaugienſe*, in Calce *Chronici Montis Sereni*, h. a., pag. 259; *Albertus Stadenſis*, h. a.; *Annales Hildesheimenſes*, h. a., apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 741; *Additionator Lamberti Schafnaburg.*, h. a.; *Chronicon Stederburgenſe*, h. a., apud. *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 453; *Levoldus* à *Northoſ*, in *Originibus Marcanis*, ibid., pag. 383; *Chronicon Holſaticum*, in *Acceſſionibus Hiſtoricis* Ill. *Leibnitii*, cap. 14, pag. 24; *Chronicon Montis Sereni*, pag. 16; *Chronicon Slavicum Lindenbrogianum*, p. 255; *Aventinus*, lib. 4 *Annal. Boicor.*, pag. 623; *Sigonius*, lib. XI *Regni Ital.*, h. a., p. 445; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 38, pag. 826; *Schatenus*, l. c.; Alii. *Petrus Diaconus* contrà, lib. 4 *Chron. Caſſinenſis*, cap. 109, p. m. 546; *Otto Friſingenſis*, lib. 7 *Chron.*, cap. 22, pag. 151; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 213; Auctor *Chronici Slavici*, apud *Lindenbrogium*, cap. 19, pag. 196; *Baronius*, T. XII Annal., ad an. 1138, §. 13, p. 269; *Onuphrius*, & alii, Eum deceſſiſſe, arbitrantur, anno 1138; Erroneam autem eſſe ſententiam hanc, diplomatibus *Conradi III* probari poſt, an. 1138, ipſius Regni primo, & quidem 3 Id. April. *Odoni*, Abbati *S. Remigii* Rhemenſis, 4 Id. April. Eccleſiæ *Aquenſi*, & 5 Id. April. Eccleſiæ *Ultrajectenſi* datis, apud *Andream Du Cheſne*, *Hiſt. Geneal. Domus Lucemburg.*, pag. 27; *Aubertum Miræum*, *Dipl. Belg.* lib. 2, cap. 40; & Dn *Tolnerum*, *Codic. Dipl. Palat.* §§. 44, 45, & 46, pag. 40, & 41; cum certum ſit, *Lotharium* menſe Decembri obiiſſe, conſequenter an. 1137. Magis errat auctor *Chronici Leodienſis*, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth.* MS., p. 405, annum 1139 propugnans. De die mortis non minus litigari, innuunt præmiſſæ inſcriptiones, quarum altera habet: 2 *Non. Decemb.*, & altera: 3 *Non. Decemb.* priorem ſequuntur *Chronographus Saxo*, l. c.; *Annales Hildesheim.* cit.; *Chronicon Montis Sereni*, l. c.; &c.; poſteriorem vero *Albertus Stadenſis*, l. c.; *Sigonius*, l. c.; *Baronius*, l. c.; aliique. Solus *Dodechinus*, l. c., mavult 3 *Cal. Decemb.*, & *Onuphrius* pridie Kal. Oct. *Otto Friſingenſis*, l. c., & *Conradus Urſperg.*, l. c., producunt indiſtinctè *Autumnum*. Locum, ubi obiit, nominat *Chronographus Saxo*, l. c., *Breduwan* Villam, in faucibus Alpium; in *Chronico Montis Sereni*, l. c., legitur *Bredina*; *Petrus Caſſinenſis*, apud *Baronium*, l. c., mortuum Eum ſcribit *apud Cluſam Liguriæ*; In *Chronico Laurishamenſi*, l. c., indiſtinctè *Italiæ* fit mentio; *Monachus Weingartenſis*, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſ.*, pag. 789, cap. 13, ait: *De Italia, per Tridentinam Vallem, redientes, Imperator morbo correptus, in Sylva, quæ eſt inter Oenum & Licum, ſub viliſſima caſa, 13 Regni ſui anno, diem obiit, ac inde, per Auguſtam, & Orientalem Franciam, in Saxoniam portatus, in Mo-*

naſterio

naſterio Luther honorifice ſepelitur, *&c.* idem dicunt *Albericus*, l.c., *Sigonius*, l.c., *Nauclerus*, l.c., *Baronius*. l.c. obſcurior cæteris *Levoldus de Northof*, Eum *in Patria* extinctum, commemorat.

(21) CONRADUS III.

v. (1.) Ortus eſt hic Princeps Patre, Alamannorum Duce, *Friderico*, & Matre *Agnete*, *Henrici IV*, Imperatoris, filia, circa annum 1090, teſte *Ottone Friſingenſi*, fratre ejus uterino, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 10, pag. 413, ubi docet, *Conradum* decimum quintum annum egiſſe, cum mater ejus, *Agnes*, *Leopoldo*, Auſtriæ Marchioni, nupſerit; quod an. 1105 contigiſſe, ex eodem, lib. 7 *Chronic.*, cap. 9, ad an. 1105, pag. 144, conſtat. Verba ſuperius, in vita *Heinrici IV*, Cæſaris, v. 3, habentur.

v. (2.) Uxor Ejus fuit *Gertrudis*, filia *Beringeri*, Solisbacenſis Principis, quem anno 1166 defunctum, *Otto de S. Blaſio*, ad h. a., pag. 206, teſtatur. Sororem *Gertrudis* nupſiſſe Græcorum Imperatori, *Emanueli*, aſſerit *Otto Friſing.*, lib. 1, de *Geſtis Friderici* Imp., cap. 23, pag. 418.

v. (3.) Liberos genuit:

(1) *Judittam*, conjugem *Ludovici Ferrei*, Landgravii Thuringiæ; Vid. Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 19, p. m. 917; *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, p. m. 924. Num ad ſecunda vota tranſierit, ignoro. Lego tamen, apud *Chronographum Saxonem*, ad an. 1138, p. 294: *Obiit Bolizlaus, Dux Polonorum, relinquens quinque filios - - è quibus Bolizlavus, quia ſenior erat, & Gener Conradi Regis, Ducatum illius Terræ obtinuit, &c.* Sic & *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1146, p. m. 19: *Conradus Rex cum Conventum haberet*, ***Wladislaus*, *Gener Ejus***, *ipſum adiit, & , recepto ab Eo Poloniæ Ducatu, fratres ſuos exheredare conatus eſt, &c.* Enimverò, vocem: *Gener*, hoc loco *affinem* denotare, ex ipſo *Chronographo Saxone*, ad an. 1146, p. m. 297, conſtat, ubi: *Cunradus Rex, dum Cunæ Curiam haberet, Wlodiſclazo, qui erat ſenior inter fratres, & qui ſororem Regis habebat in conjugio, Regem adiit, ac, ſuſcepta Patria, ut ſolus Ducatum obtineret, fratres exhæredare conatus eſt, &c.*

(2) *Henricum*, an. 1147 electum Romanorum Regem; Vid. *Otto Friſingenſ.*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, c. 43, p. m. 431. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1147, pag. 125. Mortuus legitur an. 1150; Vid. *Otto Friſing.*, l. c., cap. 62, pag. 445: *Circa idem tempus filius Regis, Henricus, quem Ipſe, ut ſupra dictum eſt, per electionem Principum, Regem ordinaverat, diem obiit, habens adhuc alium fratrem parvulum, nomine Fridericum, &c.* Errat ergò *Cranzius*, lib. 6 *Saxon.*, cap. 14, Eum poſt Patrem obiiſſe tradens.

(3) *Fridericum*, Franconiæ Ducem, à ſede ſua, dictum Ducem de *Rotenburg*; cujus *Baronius*, Tom. XII, ad an. 1152, §. 3, pag. 369, meminit, de Parente Ejus ſcribens: *Qui & reliquis Regalia, non filio, ætate ſatis minori*, ***Friderico***, *ſed fratris ſui filio, itidem* ***Friderico*** *nominato, Suevorum Duci, quod & Generalibus Comitiis fuit à Principibus approbatum, &c.* Nituntur hæc auctoritate *Ottonis Friſingenſis*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, Imp., cap. 63: *Regalia Duci* ***Friderico***, *cum unico ſuo, item* ***Friderico***, *commendans. Erat enim, tanquam vir prudens, de filio ſuo, adhuc parvulo, ne in Regem ſublimaretur, quaſi deſperatus: idcirco & privatæ & rei publicæ melius profuturum judicabat, ſi is potius, qui fratris ſui filius erat, ob multa virtutum ſuarum clara facinora, ſibi ſuccederet, &c.* Inſignem patrueli, *Friderico* Imperatori, in Italia operam navavit. Mediolanenſium memor *Otto de S. Blaſio*, ad an. 1158, cap. XI, ait: *Conditiones pacis, mediante* ***Friderico, Duce de Rotinburch***, *Henrico, Duce Bavariæ & Saxoniæ, Bertolfo, Duce Zaringiæ, nec non & Rege Bohemiæ, ab Imperatore quærunt, &c.* Staturam Ejus depingit *Acerbus Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Brunſuicenſibus*, ad an. 1167, pag. 844; *Dux Fridericus, Regis quondam Conradi filius, homo pulcher, multum fortis, ſapiens, & ingenioſus &c.*; nec non ejus *Continuator*, ibid., pag. 848, verbis: ***Fridericus*, *Dux de Rotomburgo***, *qui Regis Conradi, Patrui Imperatoris Friderici, fuit filius, erat, pro ætate, fortis, Juſtitiæ cupidus, bene compoſitus, graſſus & ſpiſſus, albus, pulcher atque formoſus, hilaris, jucundus; capillis quaſi albis & nigris, &c.* Uxorem habuit *Richenſeam*, *Henrici Leonis*, Bavariæ & Saxoniæ Ducis, gnatam, quam ann. 1167 ductam teſtatur *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 34: *Filius Conradi Regis filiam Henrici Ducis in matrimonium ſortitus eſt, &c.* Conf. *Helmoldus*, lib. 2 *Chron. Slav.*, cap. 10, §. 6, pag. 231: *Mortui ſunt ea peſtilentia* (in Italia) *Reinoldus Colonienſis, Hermannus Verdenſis, qui erant Duces conſilii: præterea Nobiliſſimus adoleſcens, filius Conradi Regis, qui duxerat unicam filiam Henrici, Ducis noſtri, &c.* & paulo poſt, §. 7, p. 232: *Miſit Henricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ, Legatos in Angliam, & adduxerunt filiam Regis Angliæ, cum argento & auro, & divitiis magnis, & accepit eam Dux in uxorem. Separatus enim fuerat à priore conjuge, Domina Clementia, propter cognationis titulum. Habuit autem ex ea filiam, quam filio Conradi Regis dedit in matrimonium, qui etiam modico ſupervixit tempore, præventus immatura morte, in expeditione Italica, ut ſupra dictum eſt, &c.* nomen Ducis exprimit, l.c., cap. 14, §. 3, pag. 238: *Rogavit Rex Danorum Ducem, ut filiam ſuam, viduam* ***Frederici*, *Nobiliſſimi Principis de Radenburg***, *daret filio ſuo, qui jam deſignatus erat Rex, in uxorem, &c.* In Expeditione Italica, qua Cæſar Pontificem Roma-

Digitized by Google

Romanum in ordinem redegerat, Eum peſtilentia periiſſe, ex dictis eruendum. De anno vero diſcordant Scriptores. *Otto de S. Blaſio*, l. c., cap. 20, ponit annum 1166; ibi: *In partibus Tuſciæ Dux Fridericus de Rotinburch, filius Cunradi Regis, Berengerus, Princeps de Sultzbach, - - - - hac peſtilentia tacti, occubuerunt, &c.* Laudatus *Continuator Morenæ*, l. c., pag. 846, mavult annum 1167, inquiens: *Obiit namque Dux Fridericus in Rotemburgo, Regis quondam Conradi filius, & Imperatoris germanus conſobrinus, de quo immenſus dolor ferè per totum inolevit, quoniam ipſe homo erat magnæ virtutis, &c.* pro eodem pugnat *Albertus Stadenſis*, h. a. *Chronicon Stederburgenſe*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 858, excurrit in annum 1168, ubi: *Reinaldus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, & Dux de Rodenborg, & alii quam plures Nobilium, Romæ, ex peſtilentia perierunt, &c.* Sepultus jacet *Ebraci*, quod opulentiſſimum Ciſtercienſium Monachorum Cœnobium, Herbipolenſis Diœceſeos, quatuor milliaribus à Suinfurto, teſte *Caſparo Bruſchio*, de *Monaſteriis Germaniæ*, voc: *Ebracum*, p. m. 144, cui hæc debemus: *Hic jacet Regina Gertrudis, Uxor quondam Conradi, Regis Romanorum, hujus Cœnobii fundatoris, tranſlata in hanc tumbam à Venerabili Abbate Nicolao, Anno* 1169, *quinto Cal. Maji. Cubant in eodem hoc Monaſterio Fridericus, Suevorum Dux, filius Conradi III Regis, Rotemburgius cognominatus, cujus tumulo addita eſt hæc ſequens metrica epigraphe:*

Hic Dux Suevorum Friderich, fotor Monachorum,
Et Romanorum Regis natuſ, jacet, horum
Author fundorum: Deus huic da Regna bonorum.
14 *Kal. Septembrium Romæ obiit.*

Peccat *Henningeſius*, part. 1 *ſecundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 45, eum fratrem *Friderici Coclitis*, Suevorum Ducis, conſtituendo, cum fuerit ejus è fratre nepos, ἄπαις decedens, relicto herede *Friderico* Imperatore. Quæ de Suevia hic dicuntur, laxiori ſenſu accipienda veniunt, quatenus *Franconia* pars Alamanniæ fuerit.

v. (4.) Defuncto *Lothario*, Princeps hic, judice *Gervaſio Tilberienſi*, de *Imperio Romano*, lib. 2, cap. 19, p. m. 64 Edit. Mader., *Vir Strenuus*, auxilio *Theoduini*, Nuncii *Innocentii* 2, P. R., *Arnoldi*, Colonienſis, & *Adalberonis*, Trevirenſis Archi-Epiſcoporum, & *Friderici* fratris, Alamannorum Ducis, à factione Gibellina, an. 1138, apud *Confluentes*, Rex electus eſt, excluſo defuncti Genero, *Henrico*, Bojorum Saxonumque Duce, utut Regalia tenente. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1138, pag. 123. Nonnunquam *ſecundus*, modò *tertius Conradorum* vocatur; poſterior lectio vulgaris eſt; prior Diplomatibus conformis, quorum, in vita *Conradi I*, v. 4, memini; ubi ſimul notandum, *Regem Romanorum* Eum vocari, licet coronam Romanam non fuerit adeptus. Spectat huc obſervatio *Limnæi*, ad *Capitulationem Caroli V*, Procœm. voc: *Rœmiſcher Kœnig*, §. 81, pag. 65, & 66, ex *Goldaſti Replica pro Imperio*, cap. 36, pag. 368. conf. idem, l. c., ad voc. *Rœmiſchen Reichs*, §. 18, p. 102. Flagrante *Hohenſtaufiorum* ira, vindictam coquentium, *Albertus*, Saliſquellenſis Marchio, *Urſi* cognomine celebris, eundem cum *Henrico* Duce avum habens, ultimum Saxoniæ Ducem, Billingiorum ſtirpis, *Magnum*, armata manu Saxoniæ Ducatum, quem Matris *Eilicæ*, laudati Ducis *Magni* filiæ, intuitu, prætendebat, invadit, & quicquid *Henrico* eripere potuit, legibus ſuis ſubjicit, tanta rerum confuſione, ut, Patrimonio Feudisque ſervandis, coronæ Dux facile fuerit oblitus; qui contrà, Regalibus reddendis, in Curiam Ratisbonenſem vocatus, comparet, tradit Regalia, compenſationem ſibi promiſſam expectat, aſt vacuus abire jubetur. Fraudem hanc vel ipſe *Otto Friſingenſis* ſilentio præterire neſciens, inquit, lib. 7 *Chronic.*, cap. 23, pag 152: *Ad quæ* (Regalia) *reddenda, in Feſtivitate Apoſtolorum Petri & Pauli, dies ei præfigitur Ratispona. Quo veniens, Regalia quidem, multis illectus promiſſis, reddidit, ſed tamen ea minime conſecutus, infecto pacis negotio, ſine gratia Ejus, receſſit*; mox addens: *Cumque multis modis homo præpotens & animoſus, ſed nutu Dei humiliatus miſericordiam peteret, nec impetraret: tandem, judicio quorundam Principum, apud Herbipolim proſcribitur, ac proxima Nativitate Domini, in Palatio Goslarienſi, Ducatus Ei abjudicatur. Et mirum dictu, Princeps antè Potentiſſimus, & cujus auctoritas, ut Ipſe gloriabatur, à mari usque ad mare, i. e. à Dania usque in Siciliam, extendebatur, in tantam in brevi humilitatem venit, ut, pene omnibus Fidelibus & amicis ſuis in Bajoaria à ſe deficientibus, clam inde egreſſus, quatuor tantum comitatus ſociis, in Saxoniam veniret, &c.*; & paulo poſt: *Conradus Rex Bajoariam ingreſſus, Ducatum Leopaldo Juniori, Leopaldi Marchionis filio, fratri ſuo, ex parte Matris, tradidit, & exhinc Provincia noſtra multis malis ſubjacere cœpit, &c.* Conf. idem, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, cap. 7, p. m. 449: & *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chronic.*, pag. 511. In Saxonia quid contigerit, ex *Helmoldo*, lib. 1 *Chron. Slav.*, c. 54, p. m. 131, petendum eſt, ubi: *Statim enim, ut corpus defuncti Cæſaris* (Lotharii) *perlatum eſt in Saxoniam, & Lutturæ tumulatum, ortæ ſunt ſeditiones inter Henricum, Regis Generum, & Adelbertum, Marchionem, contendentium propter Ducatum Saxoniæ. Conradus autem Rex, in ſolium Regni levatus, Adelbertum in Ducatu firmare niſus eſt, injuſtum eſſe perhibens, quenquam Principum duos tenere Ducatus. Nam Henricus duplicem ſibi vendicabat Principatum, Bavariæ atque Saxoniæ. Bellabant ergò hi duo*

rrincipes, duarum ſororum filii, inteſtinis prælis, & commota eſt univerſa Saxonia. Et quidem **Adelbertus**, *præripiens caſtrum* **Luneburg**, *cum Civitatibus* **Bardewich**, *atque* **Brema**, *Occidentali Saxonia potitus eſt. Sed & Nordalbingorum fines partibus Ejus appliciti ſunt. Quam ob rem Comes Adolphus Provincia pulſus eſt, eò, quod fidem, juratam Imperatrici Rickenzæ, & Genero Ejus, temerare noluiſſet, &c.* Quæ omnia *Albertus Stadenſis*, ad an. 1138, repetit. Conf. *Chronicon Weingartenſe, de Guelfis Principibus*, cap. 13, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.*, pag. 789; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 1138, pag. 283. Hoc modo Regno potitur *Conradus*; *Henricus* contra, ejus æmulus, Terris ſpoliatus.

An. 1140 *Caſtrum Vinsberg à Rege obſeſſum; in qua obſidione Velph, frater Henrici Ducis, cum Rege, in eodem loco, bellum commiſit, in ſabbato 12 Cal., & Rex tandem victor extitit, multis prædicti Velfonis interfectis, & nonnullis captis; ac non longè poſt Caſtrum cepit, &c.* Hæc *Dodechinus*, ad h. a., pag. 473; Conf. *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chron.*, cap. 25, pag. 153; *Chronicon Weingartenſe, de Guelfis Principibus*, cap. 13, apud Ill. Dn. *Leibnitium, de Script. Brunſ.*, pag. 789; *Conradus Urſpergenſ.*, pag. 114; *Albericus*, h. a., pag. 287,; *Sigonius*, lib. XI *Regni Italici*, an. eod., pag. 449; Fabulam addit *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 38, an. eod., p. m. 827, ajens: *Rex Conradus Oppidum Winſperg obſedit, & in deditionem accepit, ex gratiaque Matronis conceſſit, ut, quæcunque humeris portare poſſent, liceret efferri, quæ, neglecta ſupellectili, maritos ſuos, quotquot potuerunt, videntibus cunctis, & induſtriam mirantibus, exportaverunt. Et Fridericus, frater Regis, contradicens, de Viris, inquit, non eſt cogitatum. Cui Rex: Non decet, inquit, verbum Regium immutari; & mulieres laudavit. Hæc Abbas Spanheimenſis, &c.* Refellit eam Ill. Dn. *Leibnitius*, in Notis ad *Chronicon Weingartenſe*, pag. 789, & Clar. Dn. *Eccardus*, de *uſu Etymologiæ*, in *Hiſtoria*, cap. 5.

An. 1142, in Comitiis Francofurtenſibus, reſtituit Saxoniæ Ducatum *Henrico Leoni*; Vid. ſeq. Tit. XVI, *Catal. Duc. Saxon.*

An. eod. tranſigit cum Imperatore Græco. Vid. præc. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 65.

An. 1143 bellum geſſit cum quibusdam Sclavis rebellibus, Regnum inquietantibus, *multos eorum cepit, vel occidit, multosque, in fugam verſos, in flumen, quod contiguum fuit, demerſit, reliquos, multa ſumma gratiam ſuam redimentes, ad deditionem compulit, &c.* Ita *Albericus*, ad h. a., p. 299.

An. 1144 *Lucius ſucceſſit*, (Celeſtino P. R.) *qui, pro manſuetudine & humilitate ſui, officio Sacerdotali dignus, gravem à Civibus perſecutionem paſſus, humiles ad Regem Conrardum literas mittit, tam ſuam oppreſſionem continentes, quam de incolumitate & proſperitate ejus Deo gratias agentes, Ipſumque, ad patrocinium Romanæ Eccleſiæ, invitantes, in hunc modum: Lucius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Cariſſimo filio Conrardo, Romanorum Regi Illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum, &c. Populus enim Romanus nullas veſaniæ ſuæ metas ponere volens, quos ante inſtituerat*, (locus hic mendoſus) *Patrocinium adjiciunt, atque, ad hanc dignitatem Jordanum, Petri Leonis filium, eligentes, omnes ei, tanquam Principi, ſubjiciuntur. Deinde Pontificem ſuum adeunt, & omnia* ***Regalia Ejus, tam in Urbe, quam extra poſita, ad jus Patricii ſui repoſcunt, eumque, more antiquorum Sacerdotum, de Decimis & oblationibus tantum ſuſtentari oportere dicentes,*** *de die in diem animam juſti affligere non timuerunt, &c.* Hæc *Albericus*, h. a., pag. 303. Conf. *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, pag. 512; *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chron.*, cap. 27 p. m. 154; *Sigonius*, lib. XI *Regni Ital.*, an. 1144, p. 452, &c.

An. 1146, impellente *Bernhardo*, Abbate Clarevallenſi, habitis *Spiræ* & *Francofurti* Comitiis, conſentit in feralem *Expeditionem ſacram*, ſuperiori anno, ab *Eugenio III*, P. R., adverſus Sarracenos, rem Chriſtianam in Palæſtina evertentes, indictam. Bulla, multum continens iniqui, extat apud *Cherubinum*, T. 1 *Magni Bullarii Romani*, pag. 64. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1146, pag. 124. De initio itineris inquit *Sugerius*, Abbas *S. Dionyſii*, teſte *Baronio*, T. XII Annal., ad an. 1147, §. 8, pag. 330, Regni Galliæ Adminiſtrator, cum *Ludovicus* VII, Rex, ſuaſu ejusdem *Bernhardi*, idem in ſe ſuſciperet: *Anno igitur, ab Incarnatione Domini*, 1147, *in hebdomada ſecunda poſt Feſtum Pentecoſtes, prius ordinatis rebus, ad iter peregrinationis tanta neceſſariis, venit Rex, ut moris eſt, ad Eccleſiam S. Dionyſii, à Martyribus licentiam accepturus, & ibi, poſt celebrationem Miſſarum, baculum peregrinationis, &* ***vexillum B. Dionyſii***, *quod* ***Oriſlambe*** *Gallice dicitur, valde reverenter accepit, ſicut moris eſt antiquorum Regum, quando debent ad bella procedere, vel votum peregrinationis adimplere. Et tunc movit directè, cum magno Comitatu Prælatorum & Baronum, &c.* Expeditionem ipſam depingunt *Otto Friſing.*, *Conradi* Imperatoris, fratrisque comes, lib. 1 de *Geſtis Friderici I*, cap. 44, ubi, exercitus memor, ait: *Tantam autem poſt ſe multitudinem traxit*, (Imperator) *ut & flumina ad navigandum, camporumque latitudo ad ambulandum vix ſufficere videretur, &c.*; item, cap. 45, & 58; *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chron.*, pag. 513, & 514; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slavor.*, cap. 59, & 60; *Robertus de Monte*, ad an. 1147, & 1148; *Dodechinus*, *Append. ad Marianum Scotum*, ad an. 1147, pag. 473, & 474; *Chronographus Saxo*, ad eosdem annos, pag. 298, &c.; Albericus, ad eosdem, pag. 313, &c.; *Monachus Weingartenſis*, de *Guel-*

fis

Digitized by Google

ſis Principibus, cap. 13, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſ.*, pag. 790; *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1147, pag. 20; *Albertus Stadenſis*, an. 1147, pag. 165; *Conradus Urſpergenſ.*, p. m. 214, & 215, ad eundem an. 1147; *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 39, p. m. 833, &c.; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 59, pag. 259; *Sigonius*, lib. XI *Regni Ital.*, an. 1147, & 1148, pag. 459, &c.; *Baronius*, l. c., ad eosdem annos. De eventu ſcribit *Helmoldus*, l. c., cap. 60, pag. 144: *Tranſmiſſo ergo mari, Ludovicus, Rex Franciæ, direxit iter verſus Hieroſolymam, & , pugnantibus ſecum Barbaris, univerſum perdidit exercitum. Quid dicam de Rege Alemaniæ, & his, qui cum Eo fuerant? univerſi perierunt ſiti & fame, transducti in deſertum maximum, dolo Legati Regis Græciæ, qui eos in fines Perſarum ducere debuerat. Adeo contabuerunt fame & ſiti, ut incurſantibus Barbaris ultro cervices præbuerint, &c.* Conf. Auctores modo citati. Male hinc *Jacobus de Konigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, p. m. 114: *Dirre Künig det eine herliche Merfart, und gewan das heilge Lant, und do Er herwider heim fur, do ſtarb Er zuhant.*

Anno 1147 filium, *Henricum*, Regem Romanorum eligi curavit, antequam iter ſacrum aggrederetur. Vid. præced. T. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 125.

An. 1147 *Conradus Rex Ungariam intrat, ac Ducem eorum, Vardis nomine, bello petit, igne prædaque vaſtat univerſa, & rebellem Ducem obſides dare, ſibique jurejurando fidelitatem confirmare coarctat, &c.* Sunt verba *Dodechini*, ad h. a., pag. 473; Contigiſſe hoc in itinere in Terram Sanctam, modo adducti Auctores teſtantur.

Anno 1149, re, ut dictum, infeliciter adverſus Saracenos geſta, initoque fruſtra cum *Emanuele*, Græcorum Imperatore, contra *Rogerium*, Siculorum Regem, fœdere, per mare Adriaticum, domum revertitur Imperator; Vid. *Dodechinus*, h. a., p. 474: *Conradus Rex ab Hieroſolymis reverſus eſt, nihil dignum memoriæ referens, &c.* Eundem annum proferunt *Otto Friſing.*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 59, pag. 443; *Chronicon Montis Sereni*, pag. 21; *Robertus de Monte*, h. a.; *Albertus Stadenſis*, h. a.; *Continuator Lamberti*, h. a.; *Sigonius*, lib. XI *Regni Italiæ*, h. a., pag. 464; *Baronius*, l. c., ad h. a., §. 2, pag. 358; Alii. Auctor Vitæ *Godefridi*, *Cappenbergenſis* Comitis, cap. 50, apud *Surium*, 13 *Januar.*, p. m. 215, rejicit hunc reditum in annum 1148; *Chronographus Saxo* contrà, p. 303, & *Albericus*, pag. 319, in annum 1150.

v. (5.) Tandem, omnibus per Germaniam ad tranquillitatem ſummam compoſitis, Italiam, denuo à *Rogerio*, Siculorum Rege, vexatam, armata manu ingreſſurus, ab *Eugenio* Pontifice coronandus, moritur, anno 1152, 15 Kal. Mart. Vid. *Otto Friſing.*, lib. 7 *Chron.*, cap. ult: *Anno ab incarnatione Domini* 1152 *Conradus, Dux de Zeringen, obiit, poſt quem etiam Conradus Rex eodem anno defunctus eſt, &c.*; & lib 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 63, an eod: *Ipſe vero non multo poſt, omnibus bene in Gallia & Germania compoſitis, cum etiam jurata expeditione in proximo Imperii coronam accepturus eſſet, non ſine ſuſpicione quorundam, quos ex Italia habuit, Medicorum, quaſi ex Rogerii Siculi metu ſubmiſſorum, morbo corripitur; ſicque tamen tanto non fractus infirmitatis dolore, Curiam celebraturus, Babenberg venit; ubi, cum multorum planctu, raptus, prioris fortitudinis in ultimo diſcrimine retinens animum, proxima à capite jejunii ſexta feria, id eſt, 15 Kal. Mart. vitam finivit, &c.* Idem docet *Robertus de Monte*, h. a.; *Dodechinus*, h. a.; *Otto de S. Blaſio*, cap. 4; *Chronicon Bigaugienſe*, in Calce *Chronici Montis Sereni*, p. 261; *Chronicon Montis Sereni*, p. 25; *Chronicon S. Vitoni Virdunenſis*, h. a., ap. *Labbeum*, T. 1 Biblioth. MS., p. 402; *Albericus*, an. eod., p. 321; *Conradus Urſpergenſis*, an. eod., p. 215; *Albertus Stadenſis*, an. eod., pag. 166; *Continuator Lamberti*, h. a., licet ponat 16 Cal. Mart.; *Levoldus de Northof*, Chron. *Comitum de Marca*, an. eod., apud *Meibomium*, T. I *Rer. German.*, pag. 384; *Jacobus de Kænigshoven*, *Chron. Alſatico*, cap. 2, p. m. 114; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, eod. an., p. m. 255; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 39, an. eod., pag. 836; *Sigonius*, lib. XI *Regni Ital.*, an. eod., pag. 465; *Baronius*, Tom. XII Annal., an. eod., §. 3, pag. 369; *Schatenus*, lib. 8 *Annal. Paderborn.*, an. eod., pag. 788; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 49, pag. 492; *Heineccius*, lib. 2 *Antiquit. Goslar.*, h. a., pag. 148; Errat *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Sclav.*, cap. 72, pag. 166, & *Chronicon Stederburgenſe*, apud *Meibomium*, l. c., pag. 454, annum 1151, hoc titulo, producentes; *Chronographus Saxo*, pag. 304, ex altera parte, cum *Antonino Florentino*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVII, cap. 9, §. 6, p. 232, in annum 1153 uſque prolabitur, & *Güntherus*, in *Ligurino*, lib. 1, apud *Reuberum*, p. m. 280, in an. 1154, canens:

Vel magis, ut Chriſti, qui tempora condidit ortu,
Tempora diſtinguas, millenis adjice centum,
Mox quinquagenis ſubnectens quatuor annis,
Temporis hac ſeries effluxerat, orbaque Regni
Teutonici Sedes Chunradi morte vacabat, &c.

Epitaphium Ejus extat inter antiqua Monumenta Viennenſis Eccleſiæ impreſſa, hujus tenoris:

Qui veſtes geritis pretioſas, qui, ſine fine,
Non profectúras accumulatis opes.
Diſcite, quam paucis opibus poſt funera ſitis
Contenti, ſaccus ſufficit atque lapis.
Conradus jacet hic, qui tot Caſtella, tot Urbes
Poſſedit, tumulo clauditur Iſte brevi.
Mente Dei famulus, Princeps habitu, trabeatus
Exterius, veſtis aſpera ſubtus erat.
Qua jacet, Eccleſiam gemmis reparavit & auro,
Andreæ Sancti promeriturus opes.
Is Rex Conradus Monachos ſtabilivit ibidem,
Corpore qui fertur dudum tumulatus ibidem.

Idem reperitur apud *Baronium*, l. c., pag. 370, &, ex parte, *Lehmannum*, l. c., p. 493, & *Heineccium*, l. c.; De loco ſepulturæ lis eſt. *Otto Friſing.*, lib. 1, de *Geſtis Friderici*, cap. 263, p. m. 446, inquit: *Volentibus Familiaribus ſuis, juxta Ejus, ut aſſerebant, petitionem, Eum ad Laureacenſe Monaſterium deferre, ibique in proprio fundo juxta Patrem humare, Babenbergenſis Eccleſia, hoc contumelioſum ſibi fore judicans, non permiſit: quin imo convenientiſſimum & honeſtiſſimum & Eccleſia illi, & Imperio decernens, juxta tumbam Imperatoris Henrici, ejus loci fundatoris, qui nuper, auctoritate Romanæ Eccleſia, in loca ſancta levatus, pro Sancto habetur, Regio cultu Eum ſepelivit, &c.* Idem docet *Baronius*, l. c. *Conradus Urſpergenſis* vero, pag. 214, *Laureacenſe* Cœnobium hoc nomine in medium profert, quem *Nauclerus*, l. c., ſequitur. *Otto de S. Blaſio*, l. c., p. 198, habet *Spiram*; ibi: *Cunradus Rex moritur, eodem ſcil. anno, quo hoſpitatus eſt in Civitate Friburgenſi, Spiram deportatus exequiis Regalibus ſepelitur, anno Regni ſui XV.* Ejusdem ſententiæ ſunt *Lehmannus*, l. c., & *Heineccius*, l. c. Auctor *Chronici Carionis*, lib. 4, pag. 617, inteſtina *Bambergæ*, & oſſa *Laureaci* recondita, ſtatuit.

(22) FRIDERICUS BARBAROSSA.

v. (1.) Filius fuit hic Princeps *Friderici Coclitis*, ſeu *Luſci*, Alamannorum Ducis, & *Judittæ*, *Heinrici Nigri*, Bojorum Ducis, filiæ; teſtes ſunt Auctores, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, an. 1152, pag. 125, &c., adducti. Errat hinc *Jacobus à Kœnigshoven*, in *Chronico Alſatico*, cap. 2, p. m. 114, inquiens: *Friderich der Erſte, des vorgenanten Conrotz Sun, richſete 38 Jor, &c.* non enim erat *Conradi* filius, ſed, ex fratre *Friderico*, nepos. Lucem aſpexit an. 1121.

v. (2.) Uxores duas habuit, (1) *Adelheidam*, filiam *Theobaldi*, Marchionis Hochburgici, al. Vohburgici, quam anno 1153 repudiaſſe, poſt *Ottonem Friſing.*, lib. 2, de *Geſtis* Ejus, cap. XI, pag. 451, *Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſ.*, pag. 793, affirmat; ibi: *Anno 1153 divortium factum eſt Conſtantiæ, inter Fridericum & Adilam, filiam Diopoldi, Marchionis.* Sic & *Conradus Urſperg.*, an eod., pag. 223: *Divortium quoque factum eſt Conſtantiæ, inter Fridericum Regem & Aldam, filiam Diepoldi, Marchionis.* Cauſam divortii exponit idem, pag. 217: *Judicio Eccleſiæ, in Synodo Conſtantienſi, inter Ipſum & Adilam, filiam Marchionis Diepoldi de Hochburg, quam habuerat uxorem, divortium celebratum eſt, objectu Conſanguinitatis. Quam poſtea Dietho de Ravensburg, Miniſterialis Ipſius, habuit uxorem, &c.*; Conſentiente Friſingenſi, l. c., & *Güntbero*, in *Ligurino*, lib. 5, p. m. 352, & *Baronio*, T. XII Annal., ad an. 1156, §. 15, pag. 398; *Otto* de *S. Blaſio* contrà, ut mox dicam, adulterii crimen obtendit, de quo [illegible] loquitur *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1153, pag. 26; *Chronographus Saxo* rem in annum 1154 rejicit, p. 305. (2) *Beatricem* Burgundam, de qua *Otto Friſingenſ.*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, cap. 29, p. m. 471, hæc ſuppeditat: *In Civitate Orientalis Franciæ, Herbipoli, Regio apparatu, multa Principum aſtipulatione, juncta ſibi Beatrice, Reinaldi Comitis filia, nuptias celebrat. Reinaldus iſte, de antiqua & Illuſtri Burgundionum proſapia originem trahens, illius Burgundiæ Comes dicebatur, quæ olim, à Rudolfo Rege, Imperatori Henrico, Conradi filio, cum Teſtamento relicta, Regnum erat. Hac eadem Provincia eſt, à qua Conradus Dux, ejusque filius, Bertolfus, Duces vocari conſueverunt, &c.* *Dodechinus*, in appendice ad *Marianum Scotum*, pag. 474, annum exprimit nuptiarum 1156, ſponſam licet falſò *Agnetem* appellet; ibi: *Hoc ipſo anno Fridericus Imperator Agnetem, Principis Burgundiæ filiam, uxorem duxit, repudiata priore legitima uxore, apud Conſtantiam, unde in Eccleſia graviſſimum exortum eſt ſchiſma, &c.* quem errorem *Meibomius* quoque, in Notis ad *Chronicon Corbejenſe*, Tom. I *Rerum German.*, pag. 761, in fine, notavit. Annum tamen eundem laudant *Chronicon Montis Sereni*, pag. 30; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., pag. 328, & 329, ſingulare hoc addens: *Fredericus Imperator, judicio & conſilio Archi-Epiſcoporum & Epiſcoporum, relicta uxore ſua, duxit filiam Comitis Burgundiorum, Rainaldi nomine, de Ultra Saonam, quam Patruus ſuus, Comes Guillelmus, arcta turris cuſtodia diu clauſam tenuerat, ut eam perderet, & hæreditatem Ejus fraudulenter præriperet; ſed, Deo miſerante, de manibus ejus liberata Imperatori in conjugium copulata eſt, &c.*; *Sigonius*, lib. XII *Regni Ital.*, an. eod., p. 480; *Baronius*, T. XII Annal., an. eod., §. 15, p. 398; *Browerus*, lib. XIV *Annal. Trevirenſ.*, an. eod., p. m. 61; Alii. *Robertus de Monte*, p. m. 635, profert annum 1157, vocatque perperam Reginæ Patrem *Wilhelmum*, verbis: *Fridericus, Imperator Alemannorum, ducit filiam Wilhelmi, Comitis Maſcovenſis, & cepit cum ea Civitatem Veſontionem, & alias multas, quas Pater Ejus tenuerat de Duce Burgundiæ. Pars tamen honoris illius quædam remanſit Ramaldo*, (Rainaldo) *Comiti, Patruo ejusdem puellæ, &c.* quæ inverſo ordine dicta; *Wilhelmus* enim Reginæ Patruus erat, non Pater; *Rainaldus* contrà Pater, non Patruus. *Otto de S. Blaſio*, cap. 10, p. m. 200, annum ſequentem 1158, hoc titulo, producit, ajens: *Fridericus Imperator Generalem Curiam, cum maxima Principum frequentia, apud Conſtantiam habuit, ibique, coram Hermanno, Epiſcopo, in choro Conſtantienſi, uxorem ſuam, filiam Marchionis de Vohiburch, Adelheidam nomine, cauſa fornicationis ſæpius infamatam, repudiavit, eique poſtmodum filiam Reginboldi, Principis ac Excellentiſſimi Comitis Burgundiæ, nomine Beatricem, ſuperduxit, &c.*; Factum conteſtantibus *Mutio*, lib. 18 *Chron.*, p. m. 144;

Nau-

Nauclero, Vol. 2, Generat. 39, p. m. 852; aliisque multis. Staturam Reginæ depingit Continuator *Ottonis & Acerbi Morenarum*, de *Rebus Laudenſibus*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *ſcript. Rer. Brunſuic.*, pag. 848: *Beatrix vero, conjux ipſius Imperatoris, fuit & ipſa Nobili Genere orta de Provincia Burgundiæ; mediocris ſtaturæ, capillis fulgentibus auro, facie pulcherrima; dentibus candidis, bene compoſitis; erectam habens ſtaturam; ore puſillo, vultu modeſto, oculis claris, ſuavibus, & blandis; ſermonibus pudica; manibus gracilis; & conſorti ſuo pleniſſime ſubdita; Eumque timens ut Dominum, & diligens omnifariam ut virum; litterata, & Dei cultrix, &c.* De obitu Ejus diverſæ ſunt ſententiæ. *Rogerus de Hoveden*, part. poſter. *Annalium Anglic.*, in vita *Henrici* 2, ad an. 1184, p. m. 623, inquit: *Obiit Imperatrix Romanorum, uxor Friderici Imperatoris, &c.* Ad eundem annum ſcribit Auctor *Chronici Auguſtenſis*, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 362: *Beatrix Imperatrix obiit, &c.* *Otto de S. Blaſio*, cap. 27, p. m. 210, ponit annum 1185: *Beatrix Imperatrix obiit, & apud Urbem Spiram Regalibus exequiis, præſente Henrico Rege, filio ſuo offenſo, ſepelitur, &c.* Eundem laudant *Godefridus Colonienſis*, in Annalibus, apud *Freherum*, l. c., pag. 249, & *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 198; In libello de *Fundatione Cœnobii Bigangienſis*, in calce *Chronici Montis Sereni*, pag. 266, rejicitur hic obitus in annum 1187.

v. (3.) De Liberis Ejus occurrunt ſequentia apud *Ottonem de S. Blaſio*, cap. 10, p. m. 200: *Ex hac Beatrice genuit Fridericum, Ducem Sueviæ; Henricum, Imperatorem: Cunradum, Ducem; Ottonem, Comitem Burgundiæ; Philippum, Regem, qui omnes in brevi perierunt, &c.;* qui tamen rectius, cap. 21, ad an. 1167, pag. 207, *Henricum* Regem natu maximum celebrat. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1185, eos hoc ordine recenſet: *Beatrix Imperatrix obiit, Mater Heinrici Imperatoris, & Conradi Suevi, & Friderici, Ducis Sueviæ; & Ottonis ſine Terra, & Philippi, tunc Scholaris parvi, &c.* Rurſum aliter eos collocat *Conradus Urſpergenſis*, p. m. 227, ad an. 1176, ajens: *Imperator quippe, jam vergens in ſenium, quieti cœpit operam dare, & utilitatibus filiorum ſuorum intendere; quinque enim jam genuerat filios: Heinricum videlicet,* (omiſſa hic vox: *Fridericum,*) *quem effecit Ducem Suevorum; & Ottonem, qui poſtmodum habuit Terram Matris ſuæ; nec non Conradum, qui, mortuo prædicto Friderico, fuit Dux Suevorum, ſed & minimum Philippum, qui, mortuo Heinrico, ſucceſſit in Regnum, &c.;* aſtipulante *Günthero* Poëta, in *Ligurino*, lib. 1, p. m. 276, &c., ubi primo *Henricum* Regem, deinde *Fridericum*, Ducem Sueviæ, mox, pag. 277, *Ottonem* Burgundum, poſtea *Conradum*, Franconiæ Ducem, & tandem, p. 278, *Philippum* alloquitur; &, poſt hunc, *Nauclero*, Vol. 2 *Chronogr.*, Generat. 40, p. 857. Apud *Albericum*, ad an. 1190, p. m. 381, iterum alius reperitur ordo, ſcil: *Primus itaque Imperatoris Frederici filius fuit Imperator Henricus: alii duo, Fredericus & Conradus, Duces Suaviæ, qui deceſſerunt ſine hærede. Quartus dictus eſt Otto, Comes Alemannus de Burgundia, qui de Comitiſſa Bleſenſi, Margareta, genuit filiam unicam, Beatricem, quam habuit Otto, Dux,* (Meraniæ) *& per eam factus eſt Comes Burgundiæ. Quintus Imperatoris filius, nomine Philippus, poſt alios fuit Dux Suaviæ, & Rex Alemanniæ, &c.* *Mutius*, lib. XIX Chron., ad an. 1181, p. m. 158, adhuc aliter eos locat, ita, ut *Henricus* Imperator veniat primo loco; *Otto*, Dux Burgundiæ, eum excipiat; quem ſequitur *Fridericus*, Dux Sueviæ; quarto loco *Conradus*, defuncti *Friderici* ſucceſſor, & tandem natu minimus, *Philippus*, Rex; extant ejus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1181, p. 140. Vitas eorum quod concernit, de *Henrico & Philippo*, Regibus, inferius dicendi erit occaſio.

Fridericum Sueviæ Ducatui præfuiſſe, ex hactenus dictis conſtat. Memor Comitiorum Moguntinenſium, anni 1181, *Conradus Urſperg.*, pag. 227, ait: *Duo de filiis ipſius,* (Imperatoris) *videlicet Henricus Rex, & Fridericus Dux, gladios accinxerunt. Deſponſavit quoque poſtmodum prædicto Henrico, filio ſuo, Dominam Conſtantiam, filiam Rogerii, quondam Regis Siciliæ - - - - alteri quoque filio ſuo, Friderico Duci, deſponſavit filiam Regis Ungariæ, qui tamen, morte præventus, ipſam non transduxit, &c.* Sedulus erat Parentis comes in Terra Sancta; cujus etiam meminit *Otto* de *S. Blaſio*, cap. 31, ad an. 1188, p. m. 212, de Comitiis Moguntinenſibus ſcribens: *Habita deliberatione, ad ſubveniendum* (Eccleſiæ, & Imperio, Imperator) *ſe obtulit, acceptaque cum Filio, Friderico, ſcilicet Suevorum Duce, peregrinationis cruce, in remiſſionem peccatorum, crucis ignominiam ſe vindicaturum, publicè denunciavit, &c.* Exequias quoque Parentis Eum celebraſſe, ex *Alberto Stadenſi*, ad an. 1191, diſcimus, ubi: *Fridericus, Dux Sueviæ, circumducens exercitum Antiochiæ, dignas ibi Patri exequias celebravit, &c.* Quomodo exercitum, flebili planctu Cæſaris obitum deplorantem, fuerit conſolatus, exponit *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 3 *Chron. Sclav.*, cap. 34, p. m. 369, §. 3, ſic Eum loquentem inducens: *Pater quidem meus mortuus eſt, ſed vos conſtantes eſtote, nec deficiatis in tribulationibus noſtris, & videbitis auxilium Domini ſuper vos, &c.* Quid porrò contigerit, ibidem narratur: *Et quia Idem in omnibus ſe prudenter gerebat, omnes, mortuo Patre, Principatui Ejus ſe ſubdiderunt. Qui, recolligens, qui remanſerant, plurimi enim diſtracti erant, pervenit Antiochiam; quem Princeps Antiochiæ honorifice ſuſcipiens,*

pient, ipſam Civitatem Ei conſignavit, ut de ipſa ordinaret, quid vellet, &c. Reliqua ejus geſta recenſet *Nicetas Choniata*, in Annalib., lib. 2, de *Imperio Iſaaci Angeli*, cap. 8, p. m. 47: *Filius autem Ejus*, (Fridericus) *Paterno Principatu ſuſcepto, Antiochiam venit, unde in ulteriorem Cœle-Syriam profectus, Laodiceam, ſeditione laborantem, & ad Iſmaëlitas inclinantem, pacavit. Berytum quoque nullo labore ſubegit, atque aliis plurimis Syriacis Urbibus, quæ pridem Latinis paruerant, tum vero ad Sarracenos defecerant, potitus, & Tyrum profectus, Acem*, (al, Acram, Accaron, Aſcalon) *quam Iſmaëlitæ occuparant, obſedit, &, pluribus laboribus, pro Chriſti nomine, exhauſtis, extremum & ipſe diem ibi clauſit.* De obitu inquit *Otto de S. Blaſio*, cap. 35, ad an. 1191, p. 215: *Fridericus Dux, reliquis aſſumptis, Chriſtianis, in obſidione Accaron deſudantibus, aſſociatur, ab eiſque glorioſe ſuſcipitur; ubi, modico manens tempore, febre corripitur, immaturaque morte raptus, cum maximo planctu, ibidem ſepelitur, &c.* Idem affirmat *Arnoldus*, l. c., §. 5, & 6, pag. 370; *Godefridus*, Monachus *Colonienſis*, in Annalibus, ad an. 1190, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 258, eadem comprobans, ſingulare hoc addit: *Quanta fuerit in hujus Viri corde circa Deum divotio, ex hoc conſtare poteſt omnibus, quod, decumbenti quum à Phyſicis eſſet ſuggeſtum, poſſe curari Eum, ſi rebus Veneris uti vellet, reſpondit: malle ſe mori, quam, in peregrinatione Divina, corpus ſuum per libidinem maculare, &c. Chronicon Auguſtenſe SS. Udalrici & Afræ*, part. 2, apud *Freherum*, l. c., pag. 363, rejicit obitum hujus Principis in annum 1192; quod *Sigonius* ſequitur, lib. XV *Regni Italiæ*, h. a., p. 575; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, pag. 872, mavult annum 1190.

Conradus, Franconiæ Dux, defuncto fratri, *Friderico*, in Ducatu Sueviæ ſucceſſit, quem *Rogerus de Hoveden*, in *Annal. Angl.*, p. m. 679, jam an. 1190, *Sueviæ Ducem* compellat; *Otto de S. Blaſio*, cap. 37, pag. 217, ſub eodem anno, ſcribit: *Reverſus ad Ciſalpina Henricus Imperator, Cunrado, fratri ſuo, Ducatum Sueviæ conceſſit. Hic Cunradus fortis agreſtisque natura homo, ſed liberalis admodum animi erat, ideoque magna appetens, illicitaque ſemper ſatiens, vicinis & remotis terrori fuit, &c.* Idem docet *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, ad an. 1190, pag. 875; quoniam verò Cæſar ex Italia in Germaniam demum an. 1192 eſt reverſus, *Conradus* quoque hoc duntaxat anno Ducatum obtinuit: Eundem & Franconiæ Ducatum rexiſſe, teſtis eſt *Güntherus* Poëta, in *Ligurino*, lib. 1, pag. m. 277, ubi:

Nec tu, Regifico Chunradi nomine clarus,
Ac verus virtute nepos, cui, fœdere certo
Nominis & Juris, ſuccedens Francona rura,
Herbipolimque regis, *prima cui munera Muſa*
Obtulimus, ſcriptos ſacra de Sede libellos,
Prætereundus eris, &c.

Conf. laudatus *Otto S. Blaſianus*, cap. 21, ad an. 1167, pag. 207, cujus verba ſeq. v. 4, ad an. 1167, exhibentur. Deceſſit anno 1196, teſte eodem *Ottone*, cap. 44, pag. 222, ubi: *Anno Dominicæ Incarnationis* 1196 *Henricus Imperator, mortuo fratre, Cunrado, Philippo, fratri ſuo, qui in Sicilia interim cum Eo manebat, data ſibi ſponſa ſua, filia Conſtantinopolitani Imperatoris, Ducatum Alemanniæ conceſſit, Ipſumque, cum eadem ſponſa, in Germaniam deſtinavit. Qui, in Alemanniam perveniens, apud Auguſtam Urbem, in Pentecoſte armis cinctus, nuptias magnifice celebravit, in loco, qui Gunzinlech, à quibusdam Concio Legum, dicitur: ac poſtea, aſſumptis militibus, Alpes tranſcendens, in Siciliam ad Imperatorem rediit, citatus ab eo, negotiis ſuis, per omnem Ducatum, Diethelmo, Conſtantienſi Epiſcopo, commendatis, &c.* Apud *Conradum Urſpergenſem*, ad an. 1197, p. 233, obiiſſe legitur hoc ipſo anno; ibi: *In Alemannia Chunradus, frater Imperatoris, Dux Suevorum, movit exercitum contra Bertholdum, Ducem Zaringiæ, de voluntate Imperatoris; cumque maneret in quodam Oppido, Durlaich nomine, obiit, & ſepultus eſt in Monaſterio Loricenſi. Multi aſſerebant, Eum fuiſſe interfectum à quodam, cujus uxorem adulteravit violenter, ſive ab ipſa uxore. Erat enim vir, totus inſerviens adulteriis, & fornicationibus, & ſtupris quibuslibet, luxuriis & immunditiis. Strenuus tamen erat in bellis, & ferox, & largus amicis, & tam ſui, quam extranei tremebant ſub eo. Tunc Imperator Ducatum Sueviæ contulit præfato Philippo, fratri ſuo, &c.* Eundem annum ponit *Henningeſius*, Part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 45, ubi Eum Spoleti Ducem, & Fratris, *Henrici*, Siciliæ Vicarium vocat. *Nauclero*, Vol. 2, Generat. 40, pag. 896, placet annus 1195. Confunditur nonnunquam cum *Conrado*, Patruo, C. P. R., anno 1195 defuncto, & in Cœnobio Schönavienſi, prope *Heidelbergam*, ſepulto, ceu ſeq. Tit. XI, §. 1, lit. b, v. 7, in vita Ejus, pluribus probabo.

Otto, laudatorum Principum Germanus intermedius, è *Margaretha*, *Theobaldi*, Bleſiacenſis Comitis, filia, ſuſcepit *Beatricem*, *Ottoni*, Meraniæ Duci, nuptam, *Alberico* teſte, ad an. 1190, pag. 381, cujus verba modo præmiſſa. Hic eſt Princeps ille, de quo antiquus liber manuſcriptus in pergameno, in Archivo Epiſcopatus Parentini, apud *Baronium*, Tom. XII *Annal.*, ad an. 1177, §. 7, pag. 673; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, pag. 856; *Raphaël Volaterranus*, in *Anthropologia*, lib. 22, pag. 507, & 508; *Albertus Cranzius*, lib. 6 *Saxoniæ*, cap. 37; *Petrus Juſtiniani*, lib. 2 *Hiſtoria Veneta*, p. m. 26; aliique multi fabulantur, quod à Parente numeroſæ Claſſi, ſeptuaginta quinque triremium, præfectus, flagrante inter Ipſum & Pontificem, *Alexandrum III*, bello, in Venetos, ad quos Papa confugerat, moturus, ad Iſtriæ littora appulerit, infauſto Marte verò, ad promontorium Salviorum, (*La Ponta de Salvore*) congreſſus cum *Sebaſtiano Zi-*

no Zi-

no Ziani, Venetorum Principe, cum triginta triremibus Ei occurrente, ad internecionem fuerit cæſus, captusque ductus Venetias, ubi poſtmodum pacem, inter Parentem, Imperatorem, & Papam, vel procuraverit, vel contraxerit, à Parente ratihabitam, nata inde, Aſcenſionis Domini Feſto, deſpondendi, à Venetorum Duce projecto annulo, ſingulis annis, Adriatici Maris cerimonia. Nihil enim horum recenſent *Otto Friſingenſis*; *Gotfridus Viterbienſis*; *Conradus Urſpergenſis*; *Otto de S. Blaſio*; *Godfridus Colonienſis*; *Albericus*, *Monachus trium fontium*; *Albertus Stadenſis*; ne quidem *Platina*, aut *Sigonius*; quare meritò vel ipſe *Baronius*, l. c., §. 13, &c., pag. 674, & 675; *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spirenſ.*, cap. 56, pag. 505; *Jacobus Spigelius*, in Not. ad librum I *Guntheri Ligurini*, p. m. 277; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 1, cap. XI, §. 4, p. 92, & alii ea pro figmento habent. Conf. Ill. Dn. *Amelot de la Hoſſaie*, Tom I *de l'hiſtoire de Veniſe*, Edit. an. 1695, p. m. 266. Matris Patrimonium Burgundicum ei obtigiſſe, præter *Ottonem de S. Blaſio*, cap. 10, pag. 200, *Conradum Urſpergenſem*, ad an. 1176, pag. 227, & *Albericum*, ad an. 1190, pag. 381, quorum verba modò exhibui, docet *Guntherus*, in *Ligurino*, lib. 1, p. m. 277, canens:

At Tibi, cui Rhodanus totus famulatur ab Ortu
Usque ſuo, totusque fluit, dum gurgite feſſo
Oceani tumidis tandem ſe miſceat undis,
Hæc placuiſſe velim: dubium, puer Inclyte, dici
Rex ne, Comeſne velis: veterum nam Regna potenter
Allobrogum materna regis, Regnique decore
Dignus ab Excelſo nomen deducis Othone.

Quo anno obierit, incertum eſt; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 45, habet an. 1191, 11 Julii; Dn. *ImHoff*, Tab. 8 Geneal. Reg., & Dn. *Hübner.*, Tab. 28 Geneal., ponunt annum 1200.

Varias eidem fuiſſe filias, fatentur omnes. Recentiores Ei duas adſcribunt, ſcil. (1) *Sophiam*, nuptam, an. 1186, *Guilielmo IV*, Marchioni Montisferratenſi; (2) *Beatricem*, Abbatiſſam Quedlinburgicam; Vid. *Henningeſius*, l. c., & part. 2, pag. 82, Dn. *Hübner*, l. c. *Matthiæ, Theatr. Hiſtor.*, pag. 928, *Sophiæ* maritum vocat *Conradum*, Marchionem Miſniæ. *Beatricem* quod attinet, neſcio, quomodo Epitaphium ejus, in Cœnobio *Michelſteinenſi*, *Blanckenburgum* inter & *Heimburgum*, apud *Zeilerum*, in *Topographia Ducatus Brunſuicenſ.*, voc: *Michaelſtein*, pag. 156, extans, cum annis nuptiarum Imperatoris conciliandum veniat; ſic enim ſe habet:

Quia lubrica & brevis conſtat via (vita) *hominis, per me quisque ſciat, quæ in hoc hoſpitio tenetur peregrina, Orta de Stemmate Regali Friderici: nunc ſum pulvis & vermis: Lector mihi deprecare, quod & tu cupis expectare; per XXIII annos Abbatiſſa præſui, Incarnationis Domini M CLXII anno, Indict. 8, Idib. Julii.*

Juxta quem calculum præeſſe cœpiſſet Abbatiæ, anno 1139, quo Pater Ejus adhuc adoleſcens erat. Apud *Ottonem de S. Blaſio*, cap. 25, p. m. 210, adhuc alius mentio fit, verbis: *Anno Dominicæ Incarnationis 1179 Soldanus, Rex Iconii, miſſis ad Fridericum Imperatorem Legatis, quamvis paganis, cum ſuis omnibus fœdus cum Eo pepigit, Filiamque Ejus matrimonio ſibi conjungi poſtulavit, ac, ſe Chriſtianum, cum Gente ſua, fieri, ſi adipiſceretur Imperatoris filiam, ſponte promiſit. Imperator autem, licet Filiam tenere diligeret, vixque poſtulata concederet, tamen conſenſit, eamque ſibi dare promittens, prius tamen mortuam luxit, quam petenti dederit, &c.* De quarta ſcribit *Rogerus de Hoveden*, part. poſter. *Annal. Angl.*, ad an. 1184, p. m. 623: *Archi-Epiſcopus Colonienſis, ad petitionem Regis Angliæ, conceſſit, Richardo, Comiti Pictaviæ, Regis filio, Filiam Friderici, Romanorum Imperatoris, dari in uxorem; ſciebat enim, Ipſum Imperatorem hoc velle, & plurimum deſideraſſe &c.*; addens autem paulo poſt: *Eodem anno obiit filia Friderici, Romanorum Imperatoris, quæ maritanda erat Richardo, Comiti Pictaviæ,*

v. (4.) In genere de *Friderico* noſtro ſic judicat *Conradus Urſpergenſis*, pag. 215: *Erat Vir, armis ſtrenuus, acer animo, exercitatus in bellis, corpore robuſtus, in conſiliis providus, in negotiis peragendis virilis, affabilis manſuetis, ſuperbis reſiſtens, ingenio ſubtilis, memoria excellentiſſimus; quorumcunque enim hominum vultus vel perſonas ſemel agnoſcebat, etiam poſt multa interſtitia temporum, ſi ad Eum rurſus veniebant, citiſſimè eos nominatim ſalutavit, ac ſi quotidie cum Eo morati fuiſſent. Erat quoque ſtatura mediocris, magis tamen longa, quam brevi, pectore plenus, &, ut dictum eſt, corpore robuſtus, facie ſatis eleganti, barba & capillo rufo, &c.*; & pag. 229: *Fuit Fridericus Imperator Vir Chriſtianiſſimus, bellorum omnium Triumphator, animoſus, manſuetus, familiaris, quibuslibet victis Clementiſſimus, obliviosus injuriæ, ſtatura mediocris, corpore rufus, ætate longævus, & qui corporis ſtrenuitate non erat inferior quolibet Ducatu Regiminis &c.* Sic & Continuator *Ottonis & Acerbi Morenarum*, de *Rebus Laudenſibus*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, *de Script. Brunſuic.*, pag. 848: *Erat mediocriter longus, pulchræ ſtaturæ, recta & bene compoſita membra habens; alta facie, rubeo colore ſuffuſa; capillus quaſi flavus & criſpis; hilari vultu, ut ſemper velle ridere putares: dentibus candidis, pulcherrimis manibus, ore venuſto; bellicoſiſſimus; tardus ad iram; audax & intrepidus; velox, facundus, largus, non prodigus; in conſiliis cautus & providus; velocis ingenii, in ſapientia multum abundans; amicis & bonis dulcis & benignus, malis vero terribilis, & quaſi inexorabilis; Juſtitiæ cultor, Legum amator, Deum timens; in eleemoſynis promptus, maxime fortunatus, ab omnibus ferè dilectus, & in omnibus ſic perfectus, quod à longævis temporibus nullus fuit Imperator, qui ſibi potuerit rationabiliter comparari, &c.* Add. *Gervaſius Tilberienſis*, in *Otiis Imperialibus*, lib.

2, cap.

Digitized by Google

2, cap. 19, Edit. *Mader.* p. m. 64: *Conrado ſucceſſit Fredericus. plus ad hoc operante Strenuitate ſua, quam Electione Teutonicorum, &c.*; *Martinus Polonus*, Chronolog. Impp., in ejus vita, p. m. 374, & 375; *Æneas Silvius, Hiſt. Friderici III, Imp.*, p. m. 27; *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVII, cap. 9, §. 19, pag. 238; In ſpecie geſtorum Ejus hæc eſt ſeries:

An. 1147 defuncto Patri, beneficio Patrui, Imperatoris, ſucceſſit in Ducatu Sueviæ. Vid. *Otto de S. Blaſio*, cap. 2, ad h. a., pag. 197: *Conradus Rex, mortuo Fratre ſuo, Friderico, Suevorum Duce, filio ejusdem nominis Ducatum conceſſit, ac pariter cum ipſo, cruce peregrinationis accepta, Jeroſolymam adiit, &c.* Conf. *Otto Friſing.*, lib. 1 *Geſtor. Friderici I*, cap. 39, p. m. 429. Rectè hinc Præmonſtratenſis Monachus, in vita *Godefridi, Cappenbergenſium* Comitis, cap. 54, apud *Surium*, 13 *Ianuar.*, p. m. 216; *Gotfridus Viterbienſ.*, part. 17 *Chron.*, p. m. 512, &c.; *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Sclavor.*, cap. 59, pag. 142; *Albertus Stadenſ.*, ad an. 1147; Veterumque alii *Ducem Sueviæ* Eum nuncupant; nec malè *Dux Eliſatii* audit, in Chronico *S. Vitoni Virdunenſis*, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 402, ad an. 1152, qui in Tabulis ipſius *Conradi III*, Imp., de *Rapacitate & injuſtitia Oeconomorum*, an. 1150 editis, apud Dn. *Paullini*, de *Advocatis Monaſticis*, §. 35, p. m. 568, *Fritherieus, Dux Sueviæ & Alſatiæ*, vocatur, quatenus ſcil. Alſatia partem Sueviæ conſtituit; clarius Auctor *Annalium Hildesheimenſium*, apud Ill. Du. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, p. 740, ad an. 1126, *Lotharii* Imp. memor, ait: *Rex expeditionem movet ſuper Fridericum, Ducem Sueviæ, VEL Alſatiæ, &c.*, Principis noſtri Parentem deſignans. Quorſum ſpectat, quod *Ditmarus*, lib. 5 *Chronic.* de *Hermanno*, Suevorum Duce, verba faciens, pag. m. 54 ſcribit: *Caput Ducatus ſui, Argentinam, quæ Strasburg dicitur - - - - - milite petit armato, &c.*; Argentoratum licet Metropolis ſit Alſatiæ.

An. 1152 electus eſt Imperator, in locum defuncti Patrui, *Conradi*; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 125; Allucinatur *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVII, cap. 9, pag. 233, ſcribendo: *Cum Electores Imperii non concordarent, committentes voces ſuas in Eum, Ipſe ſe elegit Imperatorem.* Hæc enim, ex ibidem dictis, refelli poſſunt.

An. eod. coronatur Rex, Ratisbonæ; l. c.

An. eod. dirimit litem Danicam, in favorem *Sueinonis* Regis, contra *Canutum*. Vid. l. c.

An. eod. tranſigit cum *Eugenio III*, P. R.; conventionis formulam, ex Vaticano Codice, qui *Cencius Cameralis* inſcribitur, exhibente *Baronio*, Tom. XII *Annal.*, ad h. a., §. 5, & ſeqq., p. 371, cujus initium notari meretur: *Venerabili in Chriſto, Domino Eugenio, D. G. Apoſtolicæ Sedis Pontifici, Fridericus, eadem Gratia, Romanorum Imperator Auguſtus, filialem dilectionem, & debitam in Chriſto reverentiam, &c.*; ubi Princeps *Romanorum Imperatoris Auguſti* charactere inſignitur, priusquam fuerit inauguratus. Conf. *Goldaſtus*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, pag. 331.

An. eod. conſtituit Præſulem Magdeburgicum, orta circa electionem lite; Vid. *Otto Friſing.*, lib. 2 *Geſtor. Friderici I*, cap. 6, p. m. 449: *Circa idem tempus Magdeburgenſis Eccleſia, quæ Saxoniæ Metropolis eſſe dignoſcitur, Paſtore ſuo viduata, ad electionem faciendam, reſedit. Dumque alii ejusdem Eccleſiæ Præpoſitum, Gerardum, alii Decanum eligerent; diviſis hinc inde perſonis, Regem, adhuc in Saxonia morantem, adire diſponunt. Quos dum, multis modis, ad unitatem & vinculum pacis Princeps reducere ſatageret, ac proficere non valeret, alteri parti, i. e. Decano cum ſuis, perſuaſit, ut Guicmannum, Cicenſem Epiſcopum, Virum adhuc juvenem, ſed Nobilem, eligerent: eique accerſito Regalia ejusdem Eccleſiæ conceſſit, &c.* Quo jure? exponit idem, l. c; *Tradit enim Curia, &, ab Eccleſia, eo tempore, quo, ſub Henrico V, de Inveſtitura Epiſcoporum deciſa fuit inter Regnum & Sacerdotium controverſia, ſibi conceſſum, autumat, quod, obeuntibus Epiſcopis, ſi forte in eligendo partes fiant, Principis arbitrii eſſe, Epiſcopum, quem voluerit, ex primatum ſuorum conſilio ponere, nec electum aliquem ante conſecrandum, quam ab Ipſius manu Regalia per ſceptrum ſuſcipiat, &c.* Conf. *Baronius*, l. c., §. 9, pag. 371. Quid Papa in facto deſideraverit, oſtendunt ejus literæ, ad *Eberhardum*, Salisburgenſem, aliosque Germaniæ Præſules, apud *Ottonem Friſing.*, l. c., cap. VIII, p. 450.

An. eod. inveſtit *Welfonem VI*, avunculum ſuum, ex Bavariæ Ducibus oriundum, de *Marchia Tuſciæ, Ducatu Spoletano, Principatu Sardiniæ*, & *Domo Comitiſſæ Mathildis.* Vid. præced. Tit. IV, §. 3, lit. o, pag. 321.

An. 1154 decidit litem Bavaricam, inter *Henricum Leonem*, Saxoniæ Ducem, ejusque Vitricum, *Henricum* Auſtriacum, qui certis legibus Ducatu cedere jubetur. Vid. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., p. 128.

An. eod., auxilium, contra Mediolanenſes, implorantibus *Laudenſibus* & *Comenſibus*, imperat Mediolanenſium Conſulibus, ut à querelas moventium injuriis abſtinerent; cum vero, lectis literis, pro concepta ex ſecundis rebus ſuperbia, non modo mandata Mediolanenſes deſpicerent, ſed & nunciis Regiis inferrent manus, temeritatem caſtigaturus, prima vice militem ſolo Italico obducit. Vid. *Otto Friſing.*, lib. 2, de *Geſtis Ejus*, cap. XI, & XIII, pag. 457, &c.; *Otto Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, ad an. 1154, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 809; *Dodechinus*, h. a., pag. 474; *Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*,

Digitized by Google

pibus, an. eod., apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., p. 793; *Sigonius*, lib. XII *Regn. Ital.*, an. eod., p. 469, &c.; *Baronius*, T. XII *Annal.*, an. eod., §. 8, p. 381.

An. 1155, idibus Aprilis, fame ſumma tabeſcentes *Terdonenſes*, ſeu *Derthonenſes*, ad deditionem compellit, oppidumque eorum direptione & incendio pervaſtat. Vid. *Otto Friſing.*, l. c., cap. 16 ad 20, pag. 456, &c.; *Otto de S. Blaſio*, cap. VII, an. eod., pag. 199; *Otto Morena*, l. c., an. eod., pag. 811; *Sigonius*, l. c., eod. an., pag. 471 ad 473; *Baronius*, loc. cit., an. eod., §. 6. pag. 383.

An. eod. imponit, *Ticini*, ſive *Papiæ*, Coronam *Longobardicam*. Vid. *Otto Friſing.*, l. c., cap. 20, pag. 460: *Peralta Victoria*, (Terdonenſi) *Rex à Papienſibus, ad ipſorum Civitatem, triumphum ſibi exhibituris, invitatur, ibique, ea Dominica, qua Jubilate canitur, in Eccleſia S. Michaëlis, ubi antiquum Regum Longobardorum Palatium fuit, cum multo Civium tripudio coronatur, deductis ibi, cum magna Civitatis lætitia & impenſa, tribus diebus, &c.* Conf. *Continuator Lamberti*, h. a.; *Sigonius*, l. c., pag. 473; *Naucierus*, Vol. 2, *Generat.* 39, pag. 838; *Schatenus*, *Annal. Paderborn.*, lib. 8, an. eod., pag. 797. Eundem *Modoetiæ* quoque inauguratum, docet *Radevicus*, lib. 1 *Geſtor. Friderici I*, cap. 44, p. m. 504, & *Güntherus*, lib. 8 *Ligurini*, p. m. 401. Conf. ſeq. Tit. 8, §. 5, lit. g.

An. eod. Romæ, ab *Hadriano IV*, Pontifice, 18 Junii coronatur Imperator. De qua Inauguratione ita *Otto Friſingenſ.*, l. c., cap. 22, pag. 464: *Princeps ad gradus Eccleſiæ B. Petri veniens, à Summo Pontifice honorifice ſuſceptus, ac usque ad confeſſionem B. Petri deductus eſt. Dehinc, celebratis ab ipſo Papa Miſſarum ſolennibus, armato ſtipatus Rex milite, cum benedictione debita, Imperii coronam accepit, anno Regni ſui quarto, menſe Junio, XIV Kalend. Julii, cunctis, qui aderant, cum magna lætitia acclamantibus, Deumque, ſuper tam glorioſo facto, glorificantibus, &c.* Conf. *Otto de S. Blaſio*, cap. 7, an. eod., pag. 199; *Conradus Urſpergenſ.*, an. eod., pag. 223; *Otto Morena*, l. c., pag. 812; *Dodechinus*, an. eod., pag. 474; *Albericus*, eod. an., p. 326, & 327; *Chronicon Montis Sereni*, eod. an., pag. 27; *Albertus Stadenſis*, eod. an., pag. 190; *Leboldus de Norhof*, *Chron. Marcan.*, eod. an., apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 384, in fine; Appendix ad *Chronicon Leodienſe*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, eod. an., pag. 406; *Continuator Lamberti*, an. eod., pag. 255; *Sigonius*, lib. 12 *Regni Ital.*, an. eod., pag. 475, & 476; *Naucierus*, l. c., qui duo, unà cum *Antonino Florentino*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. 17, cap. 9, pag. 233, coronationem 6 Cal. Julii celebratam, opinantur; *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, an. eod., §. 26, pag. 387; *Schatenus*, l. c., pag. 798, quamvis inaugurationis diem ponat 14 Kal. Junii, loco Julii. *Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 793, rejicit eam in annum 1154; *Robertus de Monte* contrà, pag. 634, & *Chronographus Saxo*, pag. 305, in annum 1156. De tumultu & ſeditione Romanorum, ægre ferentium, ſe inſciis, Imperatorem coronatum, ſurgenteque inde conflictu, rebellibus in ordinem redactis parum fauſto, legas eosdem Auctores, ll. cc. His ita confectis, potitur *Spoleto*, recipitque in fidem *Andream*, Principem Apuliæ. Vid. *Otto Friſing.*, l. c., cap. 23, & 24, p. 465, &c. Hinc, ob Civile bellum, inter *Arnoldum* Moguntinum, & *Hermannum*, C. P. R., exortum, revertitur in Germaniam. *Otto Friſing.*, l. c., cap. 26, 27, & 28, pag. 468, &c. Cauſaque in Comitiis *Wormatienſibus* cognita, *Palatinum iſtum Comitem, magnum Imperii Principem, cum decem Comitibus, complicibus ſuis, canes, per Teutonicum milliare, portare coëgit, &c.* Ita *Otto Friſingenſ.*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, cap. 28, pag. 470. Conf. *Güntherus*, Poëta, in *Ligurino*, lib. 5, apud *Reuberum*, pag. 348, 351, & 352; *Dodechinus*, ad an. 1155, p. 474; *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 224, pag. 261; *Lehmannus*, lib. 4 *Chron. Spir.*, cap. 63, pag. 528; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.*, cap. 14, p. 302, &c. Add. ſeq. Tit. XI, §. 1, lit. b, v. 7, vita *Hermanni* 2, C. P. R.

An. 1156 erigit *Ducatum Auſtriæ*, in favorem *Henrici* Marchionis, redditque Bavaricum *Henrico Leoni*, Duci Saxoniæ. Vid. præced. T. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 128.

An. eod. inveſtit Fratrem, *Conradum*, de *Comitatu Palatinatus Rheni*; vid. Ejus vita, ſeq. Tit. XI, §. 1, lit. b.

An. 1157, mediante matrimonio cum *Beatrice*, Burgunda, ſuperiori anno, ceu præced. v. 2 dictum, contracto, recuperat *Burgundiam*, dudum jam ab Imperio ſeparatam, Regnique ab Ordinibus, hoc anno, homagium exigit. Novam hanc acceſſionem ita depingit *Otto Friſingenſis*, lib. 2, de *Geſtis Ejus*, cap. 29, pag. 471: *Reinaldus iſte*, (Cæſaris ſocer) *de antiqua & Illuſtri Burgundionum proſapia originem trahens, illius Burgundiæ Comes dicebatur, quæ olim, à Rudolfo Rege, Imperatori Henrico, Conradi filio, cum teſtamento relicta, Regnum erat. Hæc eadem Provincia eſt, à qua Conradus Dux, Ejusque filius, Bertolfus, Duces vocari conſueverunt. Quæ vero hujus diſceptationis cauſa fuerit, paucis abſolvam. Mos in illa, qui pene in omnibus Galliæ provinciis ſervatur, remanſit, quod ſemper Seniori fratri, ejusque liberis, ſeu maribus, ſeu fœminis, paternæ hereditatis cedat auctoritas, cæteris ad illum, tanquam ad Dominum, reſpicientibus. Ex qua conſuetudine factum eſt, ut Guilhelmus, qui dicebatur Puer, hujus, ex parte Patris, conſanguineus, Conradi vero, Ducis, ſororis filius, rerum ſummam, dum adhuc viveret, illa in Provincia haberet. Quo, fraude ſuorum, rebus humanis exempto, Reinhaldo Comiti, jure hære-*

 ditario,

ditario, Dominium ceſſit. Actum eſt hoc, ſub Henrico V, ſeu Lothario 2; verum prædictus Comes, nimis juſtitia ſuæ confiſus, erat enim homo lenis, &, ex nimia lenitate, remiſſus, Curias Principis adire neglexit. Ex quo factum eſt, ut indignatione motus Princeps prædictam Terram Conrado Duci concederet, ſicque uterque vicina ſibi vendicaret loca. Longa itaque concertatione, in tantum, ut etiam, in campo, congreſſu publico, ab iis pugnaretur, pene uſque in præſentiarum deducta eſt hæc controverſia, donec recenter ab Imperatore, ſicut cognovimus, eo tenore deciſa eſt: quod Bertolfus, prædicti Conradi filius, in negotii tranſactionem, tres Civitates inter Juram & Montem Jovis, Loſannam, Gebennam, & N. accepit, cæteris omnibus Imperatrici relictis. Protenditur etenim hæc Provincia penè à Baſilea, id eſt, à caſtro, quod Mons Biliardi vocatur, uſque ad Iſaram fluvium, de quo Lucanus:

Hi vada liquerunt
Iſara, - - - - - - - -

junctam habens Dominatui ſuo eam Terram, quæ propriè Provincia vocatur, & ab eo flumine porrigitur uſque ad ea loca, quæ Rodanus mari recipitur, & Arelatum Civitas ſita eſt. At Reinaldus iſte, Simonis, Lotharingorum Ducis, filiam ducens, ab ea tantum hanc puellam ſuſcepit, ipſamque, non multo poſt moriens, ſecundum prædictum morem, totius terræ ſuæ hæredem reliquit. Quam Imperator, ut oſtenſum eſt, in matrimonio ſortitus, non ſolum Burgundiam, ſed & Provinciam, Imperio jam diu alienatas, ſub uxoris titulo - - - - familiariter poſſidere cœpit. Illuſtrandæ rei gratia, addi merentur illa *Dodechini*, ad an. 1127: *Guillielmus, Princeps Burgundiæ, occiditur à ſuis. - - - Conradus de Zeringa, coram plerisque Burgundionum Optimatibus, Principatu Burgundiæ, apud Spiram Civitatem, ſublimatur, &c.*, ſcil. à *Lothario* Imperatore, cui *Reinaldus*, legitimus Princeps, fidelitatem præſtare noluit. Defuncto *Conrado*, Zæringiæ Burgundionumque Duce, anno 1152, Chronico *Conſtantienſi* teſte, apud *Urſtiſium*, T. 1, pag. 666, ubi: *Conradus ſuccedit fratri, mortuo anno 1122; regnat in Neckergoja, Brisgoja, Burgundia, & Reinfelde; moritur anno* 1152, 8 *Jan.*, *&c.*, ſucceſſit filius Ejus, *Bertolfus IV*, cum quo *Fridericus I*, Imp., dictam Transactionem inierat, de qua inſuper legendus *Otto de S. Blaſio*, cap. 21, ad an. 1167, pag. 207; *Præter hæc, Burgundiam ingreſſus, Terram ſoceri ſui, Reginaldi Comitis, qui jam obierat, in ditionem ſuam redegit: ac Regnum Burgundiæ, cum Archiſolio Arelatenſi, quod Duces de Zeringen, quamvis ſine fructu, tantum honore nominis, jure Beneficii, ab Imperio jam diu tenuerant, à Bertolfo Duce extorſit: præſtitis ſibi trium Epiſcopatuum Advocatiis, cum Inveſtitura Regalium, ſcil. Lauſanenſis, Genevenſis, Sedunenſis, &c.* Hæc anno 1156 contigiſſe, adductus Friſingenſis locus evincit. *Radevicus*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. XI, pag. 483, addit, Burgundiæ Ordines, anno 1157, Cæſari homagium ſolviſſe: *His ita geſtis*, inquiens, *Fridericus, ad ordinanda Imperii negotia, in Regno Burgundiæ, animum intendit - - - - Stephanus, Viennenſis Archi-Epiſcopus, & ArchiCancellarius de Burgundia, & Eraclius, Archi-Epiſcopus & Primas Lugdunenſis, & Odo, Valentinus Epiſcopus, & Ganfredus Aſmionenſis, & Silvio, Magnus Princeps & præpotens de Claria, tunc ad Curiam venientes, Friderico fidelitatem fecerunt atque hominium, & Beneficia ſua de manu Illius reverenter ſuſceperunt. Arelatenſis autem Archi-Epiſcopus, & alii omnes Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, Primates, & Nobiles veniſſent, idemque feciſſent, niſi mora Principem adeundi, compendio ſuæ brevitatis, præſtitiſſet impedimentum. Miſſis tamen, per honeſtos valde, & induſtrios nuncios, literis, omnimodam ſubjectionem, & debitam fidelitatem Imperio Romano compromiſerunt, &c.* Conf. *Naucierus*, Vol. 2, Generat. 39, pag. 852. Notatu digna ſunt, quæ *Petrus de Marca*, in Diſſert. de *Primatibus*, §. 121, p. m. 90, &, ex eo, *Conringius*, annot. ad lib. 1, de *Finibus Imp.*, cap. 13, p. m. 75, ſcribunt: *Fridericus I collatam à deceſſoribus ſuis, poſt adjunctum Imperio Arelatenſe Regnum, donationem jurium Regalium, tam in urbe, quam ejus agro trans Ararim, confirmavit, an. 1157, juſſitque, ut Heraclius, Archi-Epiſcopus Lugdunenſis, Exarchon, & Summus Princeps Palatii Burgundiæ nuncuparetur, &c.* §. 123, pag. 92, pergit *Marca: Fridericus I contulit*, (Præſulibus Viennenſibus) *an.* 1157, *ut eſſent in Regno Burgundiæ Sacri Palatii Achicancellarii, &c.* Tantum de poſteriori acceſſione Burgundiæ ad Imperium; de priori evolvas præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 7, pag. 248, & 249.

An. eod., ob Londinenſem Præſulem, in Burgundia, (cum, à Romana Curia recedens, domum reverteretur,) à quibusdam captum, rebus ſpoliatum, & cuſtodibus traditum, nec, volente Papa, libertati reſtitutum, valde committitur cum Papa, protervè ingratitudinis Eum accuſante, atque Imperium Romanæ ſedis *Beneficium* vocante, tandem verò ad palinodiam adacto. Vid. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1157, pag. 130, & 131. Superba enim Legatione Papali, temeritatem Pontificis, Veſontinis in Comitiis, propugnante, ignominioſè domum remiſſa, per literas reliquis Imperii Proceribus expoſuit: quouſque Romanæ Curiæ aſcenderit arrogantia, quidque Legatis datum ſit reſponſi, dignitatem ſcil. Imperatoriam ſola niti Principum electione, nullatenus Papali diſpoſitione, vel conſenſu, multo minus

Digitized by Google

minus liberalitate; quæ omni auro pretioſiores literæ apud *Radevicum*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 10, p. m. 482, & 483, nec non *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 263, & 264, legi poſſunt, ubi inter alia; *Cum nuper in Curia Biſuntii eſſemus, & de honore Imperii & ſalute Eccleſiarum, debita ſollicitudine, tractaremus, venerunt Legati Apoſtolici, aſſerentes: ſe talem Legationem Noſtræ aſſerre Majeſtati, unde honor Imperii non parvum accipere deberet incrementum. Quos cum, prima die adventus ſui, honorificè ſuſcepiſſemus, & ſecunda, ut mos eſt, ad audiendam legationem eorum, cum Principibus Noſtris conſediſſemus, ipſi, quaſi de mammona iniquitatis inflati, de altitudine ſuperbiæ, de faſtu arrogantiæ, de execrabili tumidi cordis elatione, legationem, Apoſtolicis literis conſcriptam, Nobis præſentaverunt, quarum tenor talis erat: Quod præ oculis mentis ſemper deberemus habere, qualiter Dominus Papa Inſigne Imperialis Coronæ Nobis contulerit, neque tamen pœnitentia moveretur, ſi majora Excellentia Noſtra ab eo BENEFICIA ſuſcepiſſet. Hæc erat illa paterna dulcedinis Legatio, quæ unitatem Eccleſiæ & Imperii confovere debuit, quæ vinculo pacis utrumque colligare ſtuduit, quæ ad utriusque concordiam & obedientiam animos audientium allexit. Certè, ad vocem illam nefandam, & omni veritate vacuam, non ſolum Imperialis Majeſtas debitam indignationem concepit, verum omnes Principes, qui aderant, tanto furore & ira ſunt repleti, quod ſine dubio illos duos iniquos Presbyteros mortis ſententia damnaſſent, niſi hoc noſtra intercepiſſet præſentia. Porrò, quia multa paria literarum apud eos reperta ſunt, & ſchedulæ ſigillatæ, ad arbitrium eorum adhuc ſcribendæ, quibus, ſicut hactenus conſuetudinis eorum fuit, per ſingulas Eccleſias Teutonici Regni, conceptum iniquitatis ſuæ virus reſpergere, altaria denudare, vaſa Domus Dei aſportare, cruces excoriare nitebantur: ne ultra procedendi facultas eis daretur, eadem, quâ venerant, via, ad Urbem eos redire fecimus. Cumque, per Electionem Principum, à ſolo Deo Regnum & Imperium Noſtrum ſit, qui, in paſſione Chriſti, Filii ſui, duobus gladiis neceſſariis regendum Orbem ſubjecit, cumque Petrus Apoſtolus (1 Petr. 2) hac doctrina mundum informaverit: Deum timete, Regem honorificate: quicunque, Nos Imperialem Coronam, pro Beneficio, à Domino Papa ſuſcepiſſe, dixerit, Divinæ inſtitutioni, & doctrinæ Petri contrarius eſt, & mendacii reus erit, &c.* Conf. *Otto de S. Blaſio*, cap. 8, pag. 200. Certior de his redditus Pontifex, valde conquerebatur, in literis ad Germaniæ Epiſcopos, de injuria, Legatis ſuis, *Bernhardo* & *Rolando*, Cardinalibus, ob verba: *Inſigne videlicet Coronæ Beneficium Tibi contulimus*, illata, prout extant apud *Radevicum*, l. c., cap. 15, p. 485, & 486, & *Goldaſtum*, l. c., pag. 265, & 266; enimverò terſè reponebant Præſules: *Equidem à verbis illis, quæ in litteris Veſtris continebantur - - - - commota eſt univerſa Reſpublica Imperii noſtri; aures Imperialis potentiæ ea patienter audire non potuerunt, neque aures Principum ſuſtinere; omnes ita continuerunt aures ſuas, quod Nos, ſalva gratia veſtra ſanctiſſimæ Paternitatis, ea tueri, propter ſiniſtram ambiguitatis interpretationem, vel conſenſu aliquo approbare nec audemus, nec poſſumus, eò, quod inſolita & inaudita fuerunt, usque ad hæc tempora, &c.* Vid. *Radevicus*, l. c., cap. 16, pag. 486, & 487; *Goldaſtus*, l. c., pag. 266; ſed pergunt Præſules: *Debitam Patri noſtro reverentiam libenter exhibemus, liberam Imperii Noſtri coronam Divino tantum Beneficio aſcribimus; Electionis primam vocem Moguntino Archi-Epiſcopo, deinde, quod ſupereſt, cæteris, ſecundum ordinem, Principibus. Recognoſcimus Regalem Unctionem Colonienſi, ſupremam verò, quæ Imperialis eſt, Summo Pontifici. Quicquid præter hæc eſt, ex abundanti eſt, à malo eſt, &c.* & paulo poſt: *In Capite Orbis Deus, per Imperium, exaltavit Eccleſiam; in Capite orbis Eccleſia (non per Deum, ut credimus) nunc demolitur Imperium. A pictura cœpit; ad ſcripturam pictura proceſſit; ſcriptura in auctoritatem prodire conatur. Non patiemur, non ſuſtinebimus: Coronam ante ponemus, quam Imperii Coronam unà nobiſcum ſic deponi conſentiamus. Picturæ deleantur: Scripturæ retractentur; ut inter Regnum & Sacerdotium æterna inimicitiarum monumenta non remaneant, &c.* Conf. *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 60, pag. 269, & 270; *Sigonius*, lib. XII, de *Regno Italiæ*, ad an. 1158, pag. 482, ſimilia loquentem Imperatorem inducit. Pontificem his officii admonentibus, nova in Germaniam mittitur Legatio, an. 1158, exacerbatum Imperatorem mitigatura, importunis verbis blandiori juncta interpretatione, de qua *Radevicus*, l. c., cap. 22, pag. 490, *Sigonius*, l. c., pag. 483, & 484, & *Goldaſtus*, l. c., pag. 267, evolvantur; ibi: *Occaſione ſiquidem cujusdam verbi, quod eſt: BENEFICIUM, Tuus animus, ſicut dicitur, eſt commotus, quod utique nedum tanti viri, ſed nec cujuslibet minoris animum meritò commoviſſet. Licet enim hoc nomen, quod eſt BENEFICIUM, apud quosdam in alia ſignificatione, quam ex impoſitione habebat, aſſumatur: tunc tamen in ea ſignificatione accipiendum fuerat, quam Nos ipſi poſuimus, & quam, ex inſtitutione ſua, noſcitur retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto eſt editum, & dicitur Beneficium, apud nos, non Feudum, ſed bonum factum; In qua ſignificatione in univerſo ſacræ Scripturæ corpore invenitur, ubi ex beneficio Dei, non tanquam ex Feudo, ſed velut ex benedictione Dei, & bono facto Ipſius, gubernari dicimur, & nutriri. Et Tua quidem Magnificentia liquidò recognoſcit, quod nos ita benè & honorificè Imperialis Dignitatis Inſigne Tuo*

Capiti

Digitized by Google

Capiti impoſuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus judicari. Unde, quod quidam verbum hoc, & illud ſcilicet: Contulimus Tibi Inſigne Imperialis Coronæ, à ſenſu ſuo viſi ſunt ad alium retorquere: non ex merito cauſæ, ſed de voluntate propria, & illorum ſuggeſtione, qui pacem Regni & Eccleſiæ nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum: Contulimus, nil aliud intelleximus, niſi, quod ſuperius dictum eſt, impoſuimus, &c. Mediante qua interpretatione, acquievit Cæſar; *lectis* enim, *& benigna interpretatione expoſitis literis, Imperator mitigatus eſt, clementiorque factus, quasdam cauſas, alio loco memorandas, quæ ſeminarium diſcordiæ præſtarent, ſi non congrua emendatio interveniret, Legatis per capitula diſtinxit. Quibus, ad nutum Principis, & per omnia, bene reſpondentibus, Præſulemque Romanum in nullo Regiæ dignitati derogare, ſed honorem ac juſtitiam Imperii ſemper illibatam conſervare pollicentibus, pacem & amicitiam tam Summo Pontifici, quam omni Clero Romano, reddidit, eamque, ſigno pacis & oſculo, abſentibus per præſentes deſtinavit, &c.* Hæc apud *Auguſtam* acta, teſtatur, totidem verbis, *Radevicus*, l.c., cap. 23, p. 491: Conf. *Otto de S. Blaſio*, ad an. 1158, cap. 9, pag. 200. Sed revertar ad

An. 1157, quo Bellum Polonicum orditur, cauſam deſcribente *Radevico*, lib. 1, cap. 2, de *Geſtis Friderici I*, p.m. 477, ad h. a., ubi: Expeditionis hæc ratio fuit: *Boitzlaus* (Boliſlaus) *Cazimerus, & tertium item Lobizlaus, qui Gertrudem, neptem Imperatoris, filiam Leopaldi, Marchionis Auſtriæ, ſortitus fuerat uxorem, totam Terram funiculo hæreditatis tenere debebant, majore natu, quem ultimo poſuimus loco, nomen & honorem Ducis habente. Quo à fratribus, per vim, cum Regalis ſanguinis uxore, projecto, & ad Conradum, Romani Imperii tunc Principem, perfuga profecto, & clementer recepto; miſſa ad prænominatos Tyrannos crebra Legatione, ut in priſtinum ſtatum fratrem reciperent, Rex ſpretus eſt, Duciqué exilium, uſque ad obitum Regis, duravit. Divo autem Principe Friderico rerum ſummam gubernante, pari modo mandatum Ejus flocci pendere ſibi impune arbitrabantur. Ceſſit vero his ſecus, ac rati ſunt. Nam & altioris ſpiritus, & acrioris ingenii Principem multiplicatæ injuriæ ulterius diſſimulare facinus non ſinebant. Acceſſit ſiquidem ad hæc, quod vel debitum fidelitatis ſacramentum offerre, vel ſolitum ſingulis annis tributum quingentarum marcarum publico ærario inferre jam deſueverant, talibusque indiciis, aperte ſe ab Imperio deſciviſſe, & non clanculam, ſed evidentem rebellionem moliri, proteſtabantur, &c.* Quæ omnia, longo carmine, *Güntherus*, in *Ligurino*, lib. VI, pag. 362, &c., comprobat, unde ſua hauſit *Conringius*, lib. 1, de *Finib. Imper.*, cap. 18, §. 15, p. 211. Quo eventu bellum ſit geſtum, redditaque Imperio vectigalis *Polonia*, dictum ſupra Tit. 2, §. 10, lit. d, ad annum 1157, p. 130.

An. 1158 *Labeslaum*, ſeu *Uladislaum*, ex Duce, Regem *Bohemiæ* creat. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 131.

An. eod. *nuncii Regis Daciæ*, (Daniæ, Waldemari) *nuper electi, Principis* (Imperatoris, *Auguſtæ* commorantis) *adeunt præſentiam, poſtulantes, quatenus Inveſtituram de Regno ſuo Regi mittere, ac electionem de Ipſo factam ratihabitione confirmare dignaretur. Exaudivit eos Imperator, præbito & accepto ab eis ſacramento jurisjurandi, poſt reditum ſuum de Italia, infra quadraginta dies, Regem ad Curiam venturum, & Regni adminiſtrationem de manu Principis, debitæ fidelitatis interpoſita ſecuritate, ſuſcepturum, &c.* Sunt verba *Radevici*, lib. 1, cap. 24, pag. 491, probantia, *Daniam*, hoc tempore, Feudum fuiſſe Imperii. Quo etiam pertinent dicta ſuperius, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad annum 1152, pag. 126. Conf. *Güntherus*, in *Ligurino*, lib. 7, p. m. 383; *Boeclerus*, in Not. ad *Æneæ Sylvii Hiſtoriam Friderici III*, §. VII, p. 131; *Conringius*, l. c., lib. 1, cap. 14, §. 14, p. 183.

An. eod., altera vice, Imperator exercitum in Italiam movet; cujus Expeditionis cauſa ab initio fuit *Wilhelmus*, Siculorum Rex, filius *Rogeris*, in ordinem redigendus; Mediolanenſibus autem, qui, *Ottone Friſingenſi* teſte, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, cap. 30, pag. 472, deſtructam *Tirdonam* jam an. 1156 reſtauraverant, nova rebellionis ſpecimina edentibus, Auguſtoque injurias inferentibus, mutato conſilio, verſa in eos ſunt arma, captaque *Cremona*, in Cæſaris verba adactum *Mediolanum*, Civibus ægrè in fidem admiſſis, *Friderico*, Franconiæ, *Henrico Leone*, Saxonum Bojorumque, & *Bertolfo*, Zæringiæ Ducibus, una cum Bohemorum Rege, pro iis intercedentibus. Vid. *Otto de S. Blaſio*, cap. XI, ad h. a., p. 200, & 201; *Radevicus*, l. c., lib. 1, cap. 25, & ſeqq.; *Otto Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, h. a., ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 818; *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a., pag. 332; *Dodechinus*, h. a., pag. 474, & 475; *Conradus Urſpergenſis*, h. a., pag. 223; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 190; *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 31; *Nauclerus*, Vol. 2, *Gener.* 39, p. 841; *Sigonius*, lib. XII *Regni Italici*, h. a., pag. 485, &c.; *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, h. a., §. 13, pag. 410; *Schatenus*, *Annal. Paderbornenſ.*, h. a., lib. 8, pag. 810; Dn. *Behrens*, *Hiſtor. Præpoſitorum & Decanorum Hildesheimenſium*, pag. 15. Errat ergò *Weingartenſis Monachus*, de *Guelfis Principibus*, §. 14, ad h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, l. c., pag. 793, tradendo, Cæſarem Mediolanenſes vincere non potuiſſe. His ad finem perductis, *Roncalienſia* celebravit Comitia, omnem movens lapidem, ut amiſſa per Italiam *Regalia* Sibi & Imperio iterum vindicaret, variasque Feudorum, ſervandæque Pacis Publicæ ferret Leges. Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. c, pag. 66, & §. 10, lit. d, ad an. 1158, pag. 132. Sa-

cra-

ramenti formula ab Italis præſtiti, *Radevico*, l. c., lib. 1, cap. 19, pag. 488, teſte, hæc fuit:

Ego juro, quod, a modò in antes, ero fidelis Domino meo, Friderico, Romanorum Imperatori, contra omnes homines, ſicut jure debeo Domino & Imperatori, & adjuvabo Eum retinere coronam Imperii, & omnem honorem Ejus in Italia, nominatim & ſpecialiter Civitatem illam, & quicquid in ea juris habere debet, vel in omni virtute Comitatus vel Epiſcopatus N. Regalia ſua Ei non auferam ibidem, nec alibi, &, ſi fuerint ablata, bona fide recuperare & retinere adjuvabo. Neque in conſilio ero, neque in facto, quod vitam, membrum, vel honorem ſuum perdat, vel mala captione teneatur. Omne mandatum Ejus, quod Ipſe mihi fecerit, per ſe, vel Epiſtolam ſuam, aut per Legatum ſuum, de facienda juſtitia, fideliter obſervabo, & illud audire, vel recipere, vel complere nullo malo ingenio evitabo. Hæc omnia obſervabo, fide bona, ſine fraude. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta quatuor Evangelia. Conf. *Sigonius*, l. c., pag. 483; *Goldaſtus*, T. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 267.

An. 1159 denuo rebellant Mediolanenſes; vigore enim Legum, anno ſuperiori, apud Roncalias, ab Imperatore latarum, *cum, de Curia Optimatum, ad ſingulas Civitates, bini, vel plures, pro conſtituendis Poteſtatibus & Conſulibus, à Principe deſtinati fuiſſent, contigit, Reinaldum Cancellarium, & Ottonem, Palatinum Comitem de Bajoaria, ſæpe jam memoratos, Comitemque Gozwinum Mediolanum devenisse, id negotium in ea Civitate, ſicut & in cæteris, juſſos promovere. Populus ergo in ſeditionem converſus, ad domos, ubi Legatos manere ſuſpicabantur, mox procurrere, contumelioſa & ſuperba perſtrepere, lapidibus aliiſque miſſilibus crepitare - - - - Ita Mediolanenſes, violata pace, ruptis ſacramentis, contaminato fœdere, quod etiam apud Barbaros Legatis Jus Gentium conſtituit, defectionis iteratæ venenum, quod corde conceperant, quod occultis machinationibus conflaverant, hac temeritate diſcooperire non verentur, &c.* Ita *Radevicus*, l. c., lib. 2, cap. 21, pag. 520, ad an. 1159. Conf. *Otto de S. Blaſio*, cap. 14, ad an. 1160, p. 203. Valde deſuper iraſcens Imperator, magnitudinem criminis, in *Antimiaco* villa, ubi feſtivitatem Luminum celebrabat, confluentibus Imperii Proceribus, amplo ſermone expoſuit, eoſque in auxilium, contra domandos rebelles, vocavit, inter alia dicens: *Injuriam, quam Nobis, imò Vobis & Imperio ſuperbia & præſumptio perverſiſſimorum hominum iniquè ingeſſit, occulto Dei judicio, eò tendere videtur, ut hi, qui in ſuam & multorum perniciem debacchantur, multorum quoque condemnatione, & Imperiali auctoritate, Legumque vigore, competenter debeant compeſci - - - Conſulite Romano Imperio, cujus etſi Nos Caput, Vos Membra, Nobis, in hoc negotio, ut libet, vel milite, vel Imperatore utimini: Deo propitiante, illorum præſumptionem reiteratam iterata vindicta eouſque proſequetur, ut, quod in noſtram injuriam, & Romani gloriam Imperii commiſerunt, ea coërtione reprimatur, ne pravis & ſeditioſis creſcat ſpes, & ne crimen eorum inultum maneat, &c.* Vid. *Radevicus*, l. c., cap. 23, pag. 521: Quibus condignè reſpondentibus, in jus vocantur rebelles, in Villam *Marnicam*; qui etiam ſe ſiſtunt, ſed, pœnitentiæ agendæ loco, turgidè, crimina ipſis objicientibus, reponunt: *Juravimus quidem, ſed juramentum attendere non promiſimus.* Vid. *Radevicus*, l. c., cap. 24, & 25, pag. 522, & 523. Majori hinc ira ſuffuſus Imperator, armata manu, quocunque modo injuriam ſe vindicaturum, decernit, *Henricum Leonem*, Saxonum Bajorumque Ducem, Proceresque alios officii commonefaciens & fidelitatis. Vid. Idem, l. c., cap. 26, p. 523. Rebelles ſtatim hoſtes declarantur Imperii, l. c., cap. 30, pag. 524; deſcendunt in Italiam, præter Auguſtam, laudatus Dux *Henricus*, ejusque Patruus, *Guelfus*, quorum virtutes, quibus æmuli invicem certabant, *Radevicus*, l. c., cap. 38, pag. 529, admiratur; mox, diviſo exercitu, hinc *Cremam* obſidio premit, illinc hoſtes profligat. Vid. l. c., cap. 40, & 42, p. 530, & 531; *Otto Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, h. a., pag. 819, &c.; *Sigonius*, lib. 12 *Regni Ital.*, h. a., pag. 501, &c.

An. eod., *Hadriano* Papa confirmationem denegante *Guidoni*, Archi-Epiſcopo Ravennatenſium ab Imperatore conſtituto, recruduerunt, Cæſarem inter Aulamque Romanam, motus. Literas invicem exaratas ſuppeditat *Radevicus*. l. c., c. 16, & 17, p. m. 517, & 518. Jubet Cæſar, in Epiſtolis ad Papam nomen ſuum præponi, nec aliter, quam in ſingulari, Præſulem alloquitur; l. c., cap. 18, pag. 518; querelas deſuper moventi Pontifici maſculè reſpondet, ceu dictum præced. §. 6, lit c, pag. 419. Sed jam longè alia. Mortuo, hoc ipſo anno, *Hadriano*, graviſſimum oritur Romæ ſchiſma, aliis eligentibus *Octavianum*, Tit. S. Cæciliæ Presbyterum Cardinalem, aliiſque *Rolandum*, Tit. S. Marci Presbyterum Cardinalem, Romanæ Eccleſiæ Cancellarium, quorum illi *Victoris*, & huic *Alexandri* nomen datum. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1160, pag. 133. Cardinalium utriusque partis literæ, ad alios Epiſcopos, extant apud *Radevicum*, l. c., cap. 52, & 53, pag. 537, &c. Scandali, in ipſa conſecratione dati, meminit *Alexander*, in Epiſtola ad *Gerhardum* Bononienſem, apud *Radevicum*, l. c., cap. 51, pag. 536: *Unde & ipſe Octavianus in tantam audaciam inſaniamque prorupit, quod mantum, quo nos, reluctantes & renitentes, quia noſtram inſufficientiam videbamus, juxta morem Eccleſiæ, Odo, Prior Diaconorum, induerat, tanquam arreptitius, à collo noſtro, propriis manibus, violenter excuſſit, & ſecum inter tumultuoſos fremitus aſportavit. Cæterum, cum quidam de Senatoribus tantum facinus inſpexiſſent, unus ex eis, Spiritu Divino ſuccenſus, Mantum ipſum de manu eripuit ſævientis; Ipſe vero ad quendam Capellanum ſuum,*

um, qui ad hoc inſtructus venerat, & paratus, ilicò flammeos oculos fremebundus inflexit, clamans & innuens, ut Mantum, quem fraudulenter ſecum portaverat, feſtinanter afferret. Quo utique ſine mora delato, idem Octavianus, abſtracto pileo, & capite inclinato, cunctis fratribus aut loco inde, aut voluntate remotis, Mantum, per manus ejusdem Capellani, & cujusdam Clerici ſui, ambitioſus aſſumpſit, & ipſe idem, quia non erat alius, in hoc opere, Capellano & Clerico extitit Coadjutor. Verum ex Divino credimus judicio contigiſſe, quod ea pars Manti, quæ tegere anteriora debuerat, multis videntibus & ridentibus, poſteriora tegebat. Et cum ipſe idem hoc emendare ſtudioſius voluiſſet, quia capitium Manti, extra ſe raptus, non poterat invenire, collo fimbrias circumduxit, ut ſaltem Mantus ipſe appenſus ei quodammodo videretur. Sicque factum eſt, ut, ſicut tortæ mentis erat, & intentionis obliquæ, ita, ex tranſverſo & obliquo, Manto fuerit, in teſtimonium ſuæ damnationis, indutus, &c. Paucis mutatis, eadem recenſet *Baronius*, l. c., ad an. 1159, §. 37, pag. 421. Hac rerum facie, anathematis fulmine ferit *Victor Alexandrum*, 5 Cal. Nov., viceque verſa *Alexander Victorem*, maximo Eccleſiæ ſcandalo. Vid. *Radevicus*, l. c., cap. 50, & 51, pag. 535, &c.

An. 1160, convocata Synodo Papienſi, *Octavianum*, ſive *Victorem* Papam conſtitui curat. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 133. Quomodo Synodi ſententiam laudaverit, recenſet *Radevicus*, l. c., cap. 68, pag. 550: *Confirmato & recepto taliter in Papatu Victore, defertur ad Principem Sacerdotalis Concilii ſententia. Qua venerabiliter ſuſcepta & approbata, Victor ad Eccleſiam vocatur, & magna ſolennitate, & frequentia Cleri ac Populi ſuſcipitur, ipſique, ut Summo Pontifici, & Univerſali Papæ, acclamatur. Divus quoque Imperator conſuetam ei reverentiam, ſicut Conſtantinus B. Sylveſtro, humiliter, pro foribus Eccleſiæ, exhibuit, &, manu ejus accepta, usque ad Sedem deduxit, & inthronizavit, &c.* Apud *Helmoldum*, lib. 1 *Chron. Sclav.*, cap. 90, pag. 205, mentione facta ejusdem Schiſmatis, legitur: *Cum ergo Cæſar expugnaret Mediolanum, venit ad Eum Victor in Caſtra, quæ erant apud Papiam, & recepit Eum. Adunatoque Concilio, receperunt Eum Reinoldus Colonienſis, & Conradus Moguntinus, Electi, & omnes, quot Imperialis aut timor aut favor agebat, &c.* Plura docet diſcipulus S. *Eberhardi*, Archi-Epiſcopi *Salisburgenſis*, in Ejus vita, Cap. 13, apud *Surium*, 22 Junii, pag. 290: *Imperator, refutato Alexandro, quem conjuraſſe prius contra ſuam Rempublicam querebatur, alii æmulo totis viribus cum adhæreret, ex majori parte Italiam poſt ſe, & Alemanniam traxit; reliqua Eccleſia in obedientiam Papæ Alexandri conceſſit, &c.*; nec non *Otto Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, ad h. a., apud Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſ.*, pag. 826, & 827, longo ſermone enarrans, qua ratione Cæſar, miſſis ad electos, *Victorem* & *Alexandrum*, Comite Palatino, & Comite *Guidone de Blandiate*, & alio quodam, eos, ad proximum caput jejunii, *Papiam* venire juſſerit, rationes ſuas, coram Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis Viris Religioſis, de Alemania, Burgundia, Lombardia, Tuſcia, Apulia, Romania, aliisque partibus Imperii, convocatis, in primis coram Imperatore ipſo, tanquam Romanæ Eccleſiæ Advocato, expoſituros; annectendo, *Victorem* quoque mandatis ſtetiſſe, *Alexandrum* verò Concilii judicium rejeciſſe, quod, ſummus veluti Pontifex, nemini reſpondere teneretur, qui omnes alios judicare poſſet. *Cum igitur Orthodoxorum Papiæ congregatorum univerſitas, in nomine Domini, ſediſſet, cauſa ſedis Apoſtolicæ; per aliquot dies, remoto omni ſeculari negotio judicioque, ipſa quæſtione legitime & canonice agitata, & diligenter inſpecta, ſufficienter, in conſpectu Concilii, per teſtes idoneos eſt probatum: Dominum Papam Victorem, & nullum alium, in Baſilica B. Petri, à ſaniori parte Cardinalium, ad petitionem Populi Romani, cum conſenſu & voluntate Cleri, immantatum, & quod, præſente, & non contradicente Raynaldo,* (Alexandro III) *quondam Cancellario, in Cathedra B. Petri fuit collocatus: & quod ibi, & à Cardinalibus, & Clero Romano, Te Deum laudamus, glorioſe eſt decantatum; & quod ipſe ad Palatium, cum blandis* (bandis) *& aliis inſignibus Papalibus, eſt deductus, &c.* add. *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1159, pag. 31; & reliqui, ſupra l. c. adducti. In favorem contrà *Alexandi* ſcribit *Helmoldus*, l. c: *Alexandrum recepit Hieroſolymitana Eccleſia, & Antiochena, præterea omnis Francia, Anglia, Hiſpania, Dania, & omnia Regna, quæ ſunt ubique Terrarum. Inſuper Ciſtercienſis Ordo Eidem univerſus acceſſerat, in quo ſunt Archi-Epiſcopi & Epiſcopi quamplures, & Abbates amplius, quam ſeptingenti, & Monachorum inæſtimabilis numerus, &c.* idem affirmant *Albertus Stadenſis*, ad an. 1159; Gaufredus, Prior *Voſienſis*, in Chronico, cap. 58, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Bibliothecæ MS.*, pag. 311; *Baronius*, Tom. XII Annal., ad an. 1159, §. 82, p. 433; *Schatenus*, lib. 8 *Annal. Paderbornenſ.*, ad an. 1160, p. 812, &c. Hanc ob cauſam proſcripſit Cæſar Ciſtercienſium Ordinem, *Helmoldo* teſte, l. c: *Quam ob rem iratus Cæſar propoſuit Edictum, ut omnes Monachi Ciſtercienſis Ordinis, qui conſiſtebant in Regno ſuo, aut Victori ſubſcriberent, aut Regno pellerentur. Itaque difficile relatu eſt, quot Patres, quanti Monachorum greges, relictis ſedibus ſuis, transfugere in Franciam. Pontifices etiam quamplures, Sanctitate inſignes, in Longobardia, & in univerſo regno, Principis violentia, ſedibus ſuis pulſi, & alii ſuperpoſiti ſunt in locum illorum, &c.* Conf. *Albertus Stadenſis*, l. c. Totis itaque viribus tuebatur Cæſar *Victoris* partes, &, ut *Baronius* loquitur, l. c., §. 64, pag. 428: *Nihil*

non

non molitus eſt, quo illi poſſet ſtabilire Sedem. Quam maxume torſerat Eum, quod *Alexander* Papienſe Concilium ſpreverit, tanquam qui nullius ſubjaceret judicio, ceu *Otto Morena*, l. c., & *Otto de S. Blaſio*, cap. 13, pag. 202, tradunt. Plebs contrà *Victorem* deteſtabatur, *clamabant* enim, ut *Baronii* verbis utar, l. c., §. 38, pag. 421, *& pueri contra ipſum, ut invaſorem, dicentes: Ecce! Maledicte, non eris utique tu Papa, Alexandrum volumus, quem elegit Deus. Mulieres quoque blaſphemantes, ipſum hæreticum appellantes, eadem verba repetebant, & alia deriſoria verba decantabant, nominantes eum, lingua vulgari, Smantacompagnum.* Factione *Alexandri* indies creſcente, denuo diris *Victor* exponitur, ſententia in ipſum Cæſareum extenſa; Vid. *Baronius*, ex actis, ad h. a., §. 44, pag. 450: *Cum autem B. Alexander, Papa, Eundem Imperatorem, benignè & frequenter admonitum, à ſua perfidia non poſſet nullatenus revocare, cum Epiſcopis & Cardinalibus, in Cœna Domini, apud Anagniam, Ipſum, tanquam principalem Eccleſiæ perſecutorem, excommunicationis vinculo ſolenniter innodavit; & omnes, qui, cum Eo, juramento fidelitatis tenebantur aſtricti, ſecundum antiquam Prædeceſſorum Patrum conſuetudinem, ab ipſo juramento abſolvit, atque in Octavianum, & ejus complices jamdiu prolatam excommunicationis ſententiam innovavit, &c.* Turbis hiſce durantibus, potitur Imperator *Crema*, 6 Cal. Febr., Oppidumque flammis tradit, ejectis inde viginti millibus incolarum, miſeram vitam pro lucro habentium. Vid. *Radevicus*, l. c., cap. 62, pag. 544; *Otto Morena*, l. c., ad h. a., p. 826.

An. 1161 adigit in ſua verba, *Alexandro III* fœdere junctas, Civitates, *Mantuam*, *& Novam Laudam*, Vid. *Otto de S. Blaſio*, h. a., cap. 15, pag. 203; *Otto Morena*, l. c., ad. an. 1160, & 1161, pag. 829, &c.; *Chronicon Montis Sereni*, an. 1161, pag. 32.

An. 1162, *Mediolanum* novo obſidii genere, circumpoſita centum amplius millium bellatorum corona, claudens, rebelles tandem, ferro & fame, imperata facere cogit, captumque oppidum funditus evertit, civibus vix vita donatis. Legi meretur *Burchardi*, Imperatori à ſecretis, ad *Nicolaum*, Sigebergenſem Abbatem, de *Excidio Mediolanenſi*, epiſtola, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 236, &c., qua docet, Mediolanenſium *Conſules*, ipſis Calendis Martii, proſtratos, cum nudis gladiis in cervicibus, Clementiam Imperatoris efflagitaſſe, & Sacramenta, quæ præſtare jubebantur, præſtitiſſe: ſequenti Dominica: *Reminiſcere* trecentos amplius *Milites* ſelectiſſimos idem feciſſe, & tertia die *Populum*. Conf. *Dodechinus*, *Append. ad Marianum Scotum*, h. a., pag. 475; *Otto de S. Blaſio*, h. a., cap. 16, pag. 203, & 204; qui ſimul commemorat, hac occaſione *Reginaldum* Colonienſem, *trium* Magorum, vulgò *Regum*, corpora, ibi reperta, Coloniam transmiſiſſe; *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 32; *Otto Morena*, & ejus filius, *Acerbus Morena*, l. c., ad h. a., pag. 837, &c.; *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 307; *Conradus Urſpergenſ.*, h. a., pag. 222 ad 224; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 191; *Appendix Chronici Leodienſis*, h. a., apud *Labbeum*, T. 1 Biblioth. MS., pag. 406; *Gaufredi Chronicon Voſienſe*, ibid., Tom. 2, pag. 314, cap. 62; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, h. a., pag. 338; *Sigonius*, lib. XIII, h. a., pag. 511, &c.; *Auctor Hiſtoriæ Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, apud *Lindenbrogium*, p. m. 92, ad an. eund., in vita *Hartwici*, Archi-Epiſcopi XXIII; *Compilatio Chronologica*, h. a., apud *Piſtorium*, pag. 737; *Siffridus Presbyter*, lib. 1 *Epitomes*, ad h. a, pag. 693; & *Continuator Lamberti*, h. a. *Robertus de Monte* contrà, pag. 642, & *Continuator Radevici*, apud *Urſtiſium*, pag. 558, referunt excidium hoc ad annum 1163. De facto teſtantur *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, cap. 27, pag. 199, & 200; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 60, pag. 270; *Paulus Langius*, *Chron. Citizenſ.*, p. m. 800; *Auctor Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 19, p. m. 917; *Æneas Sylvius*, *Hiſtor. Friderici III*, p. m. 22, & 23, exhibens ſimul deditionis leges; *Wymphelingus*, *Epitom. Rer. German.*, cap. 32, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. German.*, pag. 181; *Schatenius*, lib. IX *Annal. Paderborn.*, h. a., pag. 818; Dn. *Conradus Bertoldus Behrens*, Hiſtor. *Præpoſitorum & Decanorum Hilleshemenſium*, pag. 16; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.*, cap. 15, pag. 318. Confecto negotio, ſubdidit ſuis legibus *Brixiam*, *Placentiam*, *Bononiam*, *Imolam*, *Faventiam*; *ſimiliter omnes Civitates Lombardiæ, & totius Italiæ, & Caſtra, & arces, in illa æſtate, Domino Imperatori ſubditæ ſunt, præter Guardam, quæ eſt prope Veronam, quam tunc tenebat procer quidam, Tiriſendus nomine, qui ſe Imperatori parere quaſi dedignabatur. Contra quem Comes Marcoaldus, cum Pergamenſibus & Veronenſibus, atque Mantuanis, veniens, &, quaſi per annum, ipſam arcem obſidens, tandem cum ipſo Tiriſendo fœdere compoſito, obtinuit ipſam arcem, &c.* Sunt verba *Acerbi Morenæ*, l. c., pag. 839, qui ſequentibus commemorat, ſubacta Italia, Cæſarem, Regemque Galliæ, qui *Alexandrum* tuebatur, novum Colloquium, apud *Berenzonam*, menſe Auguſto, celebrandum, indixiſſe, ibidemque fuiſſe deciſum, examen: *Num Victor, numve Alexander legitimus eſſet Pontifex?* committendum eſſe decem Religioſis Epiſcopis, quorum quinque à partibus *Victoris*, totidemque à partibus ſtarent *Alexandri*; *Alexandrum* vero examini denuo ſe ſubdere recuſaſſe, ruptoque colloquio, Imperatorem in Germaniam reverſum. Mox addit: *Poſt paucos vero dies remiſit Dn. Imperator in Italiam Raynaldum, Archi-Cancellarium, & Electum Archi-Epiſcopum Coloniæ, ut vice ſua, quæ forent ordinanda in Italia, ſtatueret ipſe. Archi-Cancellarius, aliquantulum in Lombardia, & in Marchia, deinde Tuſcia & Romania*

ſingulas

ſingulas Civitates perambulans, ſua ſolertia eximia omnes Civitates & Principes Marchiæ, & Tuſciæ, atque Romaniæ ad Imperatoris amorem & obſequium mirabiliter provocavit, &, ad honorem Domini Papæ Victoris, quosdam Epiſcopos, rebelles ei, depoſuit, aliis in locum eorum ſubrogatis. Deinde miſit in Italiam Clariſſimus Imperator, quaſi circa feſtum S. Andreæ, Hermannum, Verdenſem Epiſcopum, de Saxonia, deditque ei poteſtatem, ut de omnibus cauſis Italiæ, tam de principalibus, quam de litibus appellationum, ſua vice, cognoſceret, easque legitimo tramite definiret. Qui & ipſe partim Laudæ, partimque in aliis tam Marchiæ, quam Lombardiæ Civitatibus, ſapienter & moderate, mandatum Imperatoris adimplevit, &c.

An. eod. inveſtit *Woldemarum* de Regnis Daniæ & Sueciæ. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 134.

An. 1163, tertia vice Imperator Italiam, ſine apparatu tamen bellico, ingreditur, negotia ſaltem Imperii ordinaturus. Vid. *Acerbus Morena*, l. c., ad h. a., pag. 840; *Otto de S. Blaſio*, cap. 17, ad h. a., pag. 204; *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, apud *Lindenbrogium*, pag. 92.

An. 1164 *quidam Judex de Sardinia, de Civitate* Ebonca, *maxime opulentus, ad majorem dignitatem provehi deſiderans, ab Imperatore cœpit implorare,* ut Regio ſolio decoraretur. *Tandem Principum, ac non modicæ pecuniæ interventu, pro poſſe licet reſiſterent ac rogarent Populi, ne illum Regem conſtitueret, die lunæ, tertia menſis Auguſti, ipſum* Imperator Regem Sardiniæ *inſtituit, promittentem, & jurantem Imperatori fidelitatem.* Hæc *Acerbus Morena*, l. c., ad h. a., pag. 841; Conf. *Albericus, Monachus trium fontium*, h. a. pag. 343, ubi *Barraſonam* eum vocat; *Sigonius*, lib. 13 *Regni Ital.*, h. a., pag. 517; Ill. *Baro de Bibram*, de *Jure Baronum*, cap. 13. §. 14, p. 41; Dn. *Schweder*, *de Juribus ſingularum perſonarum Illuſtrium*, Sect. 2, cap. 1, §. 8.

An. eod., defuncto Papa *Victore*, in Civitate *Luca*, *Guido Cremenſis ſubſtituitur à Cardinalibus, tunc ibi exiſtentibus, & à Dn. Raynaldo, Archi-Cancellario, ac Epiſcopo Laudenſi, & aliis quibusdam Epiſcopis in Apoſtolica Sedis honorem ſublimatus eſt, &c.* Hæc *Acerbus Morena*, l. c., pag. 840. Hunc Imperator ſtatim laudavit, *Paſchalis III* nomine inſignitum. Vid. *Continuator Radevici*, h. a.; *Godefridus Colonienſis*, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Germ.*, ad h. a., pag. 240; *Baronius*, T. XII Annal., h. a., §. 39, & 40, p. 495, &c.

An. 1166, quarta vice, revertitur Imperator in Italiam, motus, ob nimias exactiones, quibus Longobardi à Miniſtris Cæſareis premebantur, exortos, ſedatum. Vid. *Acerbus Morena*, l. c., ad h. a., pag. 842; *Otto de S. Blaſio*, h. a., cap. 20, p. 205; *Godefridus Colonienſis*, h. a., apud *Freherum*, l. c., pag. 241; *Sigonius*, lib. XIII *Ital.*, h. a., pag. 520, & lib. XIV, pag. 521, &c. *Dodechinus* refert hanc expeditionem in annum 1165, & Auctor *Appendicis ad Radevicum*, apud *Urſtiſium*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 558, in annum 1167.

An. 1167, 16 Januar. *Romam* verſus proficiſcitur, ſuſcipiendo *Bononienſium, Imolenſium, Faventium, Forlienſium*, & *Anconenſium obſides*, magno pecuniæ pondere hinc inde exacto. *Cremonenſes* contra, *Pergamenſes, Brixienſes, Mantuani*, & *Ferrarienſes* juramento invicem ſe obſtringunt, quocunque modo, *ſalva duntaxat Imperatori debita fidelitate*, ab injuriis & contumeliis Miniſtrorum Cæſareorum ſeſe vindicaturos. Vid. *Acerbus Morena*, l. c., ad h. a., pag. 842; cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. a, ad h. a., pag. 135, habentur. Hac rerum facie, inſignia *Roma* incrementa ſumente Alexandri factione, ad eam debellandam, *Paſchalis, Viterbii* degens, Cæſarem, crebris Legationibus, *Romam* quantocyus pergere, efflagitat, qui etiam, precibus ejus annuens, 9 Cal. Auguſti, *in monte prope Romam, cum ſuo exercitu, caſtra metatus eſt. Deinde, cum omnibus ſuis Equitibus, ſicut armati venerant, ad portam Romæ, quæ dicitur Porta Viridaria, quæ eſt ex parte S. Petri verſus montem Gaudium, veniens, ibique maximum prælium committens, tandem eos ſuperavit, & devictis, atque fugavit, totumque locum, qui Cortina S. Petri dicitur, & etiam porticum S. Petri cepit, & domos expoliavit atque combuſſit, pluribusque etiam hominibus interfectis, multos cepit. - - - ſequenti proximo die Dominico prædictus Papa Paſchalis, cum ſuis Cardinalibus, in ipſa Eccleſia S. Petri, Miſſam honorifice, & cum magno gaudio celebravit, ipſoque die in Capite Imperatori circulum aureum tantummodo impoſuit. Sequenti vero die Martis, in quo fuit feſtum S. Petri ad Vincula, prædictus Dn. Papa* Paſchalis *Dn.* Federicum *Imperatorem, & Sereniſſimam Auguſtam,* Beatricem*, Conjugem ſuam, coronis, ex auro puriſſimo, & multis pretioſiſſimis gemmis decoratis, coronavit, in ipſa Eccleſia S. Petri. Romani itaque hoc cernentes, &, cum Imperatore pugnare ſe minime poſſe, conſiderantes, nec etiam flumen Tiberis tranſire audentes, fœdus cum Imperatore magis, quam bellum, facere decreverunt. Ambaſciatores igitur ad Imperatorem dirigunt, fœdusque cum Eo faciunt, Papamque* Paſchalem *in perpetuum ſe pro Papa habere, & tenere, firmiter cum jurejurando promittunt. - - - hoc itaque ſic peracto, imperator ſuos Nuncios, ad fidelitates Romanorum ſuſcipiendas, in Roma, ultra Tyberim direxit, &c.* Hæc *Acerbus Morena*, l. c., pag. 845. *Otto de S. Blaſio*, l. c., cap. 20, pag. 206, expugnationem Romanam malè in annum 1166 rejicit, quindecim Romanorum millia tunc periiſſe, addens; nulla tamen inaugurationis Cæſareæ facta mentione, cujus contra, poſt *Sigonium*, lib. XIV *Ital.*, h. a., p. 526, *Baronius* quoque, Tom. XII Annal., ad h. a., §. 11, pag. 533, meminit, quam *Gobelinus Perſona*, ætat. 6

Coſmo-

Coſmodromii, c. 60, p. 271, de ſola Imperatrice interpretatur. Non obſtante vero hac cæſaris victoria, denuo rebellabant *Mediolanenſes*, Urbe reſtaurata, fœdere, cum Cremonenſibus, Laudenſibus, Pergamenſibus, Brixienſibus, atque Parmenſibus icto, freti; quorum cognita perfidia, *decimo die ante Calendas Octobris, in feſto S. Matthæi Apoſtoli, in an.* 1167, *poſuit dictus Imperator, palam in concione, omnes Civitates Lombardiæ, quæ ſibi erant contraria, & adverſus Eum juraverant, in banno, projecto ibi, coram omnibus, guanto, exceptis Laude & Cremona, &c.* ita *Continuator Acerbi Morenæ*, l. c., ad h. a., p. 846; ſic ortum civile bellum, de quo idem, l. c., ut & *Otto de S. Blaſio*, l. c., *Sigonius*, l. c., aliique legendi.

An. eod. *Fridericus Imperator, reverſus ad Ciſalpina, totam Terram, & univerſam ſubſtantiam* **Friderici de Rotinburch** (Conradi III imp. filii) *ditiſſimi, fidelis in poſſeſſione prædiorum Principis, fratruclis ſui, hæreditaria poſſeſſione poſſedit, ac multorum Baronum poſſeſſiones poſtmodum in ſuam poteſtatem contraxit.* Sunt verba *Ottonis de S. Blaſio*, h. a., cap. 21, p. 207. Conf. *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 39, p. m. 852.

An. eod. tranſigit cum *Welfone*, ſuper Ducatu *Spoletano*, Marchia *Tuſciæ*, & Principatu *Sardiniæ*. Vid. præced. Tit. 4, §. 3, lit. o, p. 324.

An. eod. diſtribuit Provincias inter liberos, teſte eodem *Ottone S. Blaſiano*, l. c., ubi pergit: *Omnia Beneficia, quæ, ab Eccleſiaſticis Principibus, Epiſcopis, Abbatibus, ſub Dominio habuerant*, (Barones, quos nominat) *filiis ſuis præſtari faciens, pacativè poſſedit, liberosque ſuos omnes literis apprimè erudiri faciens, eos facultatibus redituum, excellentiis dignitatum, per ſortitas Provincias, delegaliter ſublimavit. Nam, Friderico, qui ſecundus natu erat Filiorum, Ducatu Sueviæ, cum hæreditate Welfonis, & prædiis Rudolfi, Comitis de Phullendorf, conceſſo: Cunrado vero dignitatibus, beneficiis & prædiis Friderici, Ducis de Rotinburch, ditato: Ottone Archiſolio Arelatenſi, cum Burgundia, Reinaldi, avi ſui, terra, ſublimato, Henricum, qui prior natu erat, Regem poſt ſe deſignavit, Philippo, adhuc infantulo, præter hæc omnia, res Eccleſiarum, ab Epiſcopis, vel Abbatibus ſibi conceſſas, vendicans, ſub jure hominii, &c.*

An. 1168 iterum ab *Alexandro* Pontifice, in Lateranenſi Concilio, diris exponitur. Vid. *Baronius*, Tom. XII, h. a., §. 70, & 71, p. 580.

An. 1169 *Henricum*, filium, Regem eligi curat. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., p. 136.

An. 1170, defuncto *Paſchali* Papa, tertius opponitur *Alexandro*, *Johannes* ſcil., Strumenſis Abbas, *Calixtus* dictus, in cujus ſavorem Imperator novam expeditionem in Italiam volvit, ſummis viribus *Alexandrum*, ejusque aſſeclas, perfidos *Mediolanenſes*, debellaturus, circumpoſita, hunc in finem, *Alexandriæ*, in honorem *Alexandri*, nuper demum ab iis exſtructæ, militari Corona. Vid. *Otto de S. Blaſio*, cap. 22, h. a., pag. 208. Infecto quidem negotio, *Papiam*, an. 1171, ſe recipere coactus eſt, reliqui vero Lombardi gratiam Ejus exoſculati noſcuntur. Vid. idem, l. c., cap. 23.

An. 1174 rurſus in Italiam exercitum ducit, juxta deciſum Comitiorum *Wormatienſium*, anni 1172, ad caſtigandam Lombardorum contumaciam; capta *Aſtenſi* Civitate, movit ad *Alexandriam*, re licet denuo infecta. Inde magis excandeſcens, jurato *Mediolanenſibus* exitio, ſuperatis, an. 1175, montibus, vocat Imperii Proceres *Clavennam*, in Rhætis, ad colloquium pariter & auxilium. Aderat in primis *Henricus Leo*, Saxonum Bojorumque Dux, aurum, argentum, cæterasque, contrahendo exercitui neceſſarias, extemplò offerens impenſas; ſemet ipſum duntaxat excipiens, non quidem, ut prætendebat, ætatis ingraveſcentis ratione, quippe quæ florentiſſima adhuc fuit, ſed, ut ſuſpicor, ſchiſmatis intuitu, quo Eccleſia hactenus erat preſſa, Cæſare ſummo ſtudio *Alexandro* Pontifici renitente, contra quem, ſaniori cum parte, pugnare noluit, exiſtimando, Eum legitimum eſſe Papam, *Calixtum* contrà intruſum, atque hæreticum. Veroſimile inſuper eſt, Ducem ſimul in mentem revocaſſe inſidias, ſibi, in Terra Sancta commoranti, ab Imperatore ſtructas, de quibus *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 60, pag. 271: *Anno Domini* 1173 *Henricus, Dux Saxoniæ, cum quingentis fere militibus, ad Terram Sanctam, pro viſitando ſepulchro Domini, profectus eſt - - - - - interim Imperator, exiſtens in partibus Saxoniæ, potentiores quosdam Provinciæ, quibus Dux Urbes ſuas commiſerat, terroribus vel promiſſionibus, ſecretò circumvenit, & juramento conſtrinxit, ut, ſi forte Dux non rediret, Urbes cum terra ſibi contraderent. Et, poſt hoc Duce reverſo, propter hæc facta eſt diſſenſio inter Imperatorem, & Ducem, &c.* ne dicam de Saxonum rebellionibus, quas vel ſola ipſius abſentia hactenus aluerat. Non ignoro quidem, quæ *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 2 *Chron.*, cap. 15, pag. 265, aliique, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, an. 1177, pag. 139, adducti, in præjudicium Ducis afferunt; ponderaturus autem genuinam rerum geſtarum ſeriem, facili negotio cunctorum objectiones refellet. Cæſarem enim, in Italiam reverſum, hoſtes profligaſſe, conſequenter nihil detrimenti à Ducis abſentia ſenſiſſe, docebunt ad an. 1176 mox dicenda. Vid. *Dodechinus*, h. a.; *Chronographus Saxo*, h. a., ut & ad an. 1175, p. 310; *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 39; *Chronicon Weingartenſe*, de *Guelfis Principibus*, h. a., apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 793; *Sigonius*, lib. 14 *Ital.*, h. a., p. 536; *Baronius*, T. XII, h. a., §. 1, p. 650.

An. 1176, finito colloquio Clavennatenſi, Imperator *reverſus eſt in Italiam cum exercitu, quem tunc contrahere poterat, adjuvante partes ejus, omni inſtantia, Chriſtiano Moguntino, qui, etiam usque ad finem vitæ ſuæ, Longobardiam vaſtabat, ſubjiciens eam Imperio,*

rio, plus placere cupiens Imperatori terreno, quam Cœleſti, &, neglectis ovibus ſibi commiſſis, magis tributa Cæſarum, quam lucra Chriſti, colligebat. Imperator itaque proſperatus victoriam adeptus eſt, &, ad voluntatem, abuſus eſt Terra illa, incendiis & deprædationibus devaſtans omnem Civitatem munitam; & contritum eſt cornu adverſariorum, & ſiluerunt in conſpectu Ejus. Sunt verba *Arnoldi Lubecenſis*, lib. 2 *Chron. Sclav.*, cap. 16, pag. 266, & 267. Hæc geſta eſſe apud *Papiam*, teſtatur *Chronographus Saxo*, h. a., pag. 311; nec confundenda hæc Cæſaris victoria cum clade, quam poſtea, cum fortuna non moderatè uteretur, legitur paſſus, de qua intelligendi *Dodechinus*, h. a.; *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 42; *Robertus de Monte*, h. a., & an. 1177; *Sigonius*, lib. 14, h. a., pag. 541, &c.; *Baronius*, Tom. 12, h. a., §. 19, pag. 665.

An. 1177 Venetiis tranſigit, 9 Cal. Auguſti, cum *Alexandro III*, P. R., quem pro legitimo Papa habet, & viciſſim, ab eo, ab excommunicationis fulmine liber pronunciatur. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 137, &c. Eum à Papa nullatenus pedibus tunc fuiſſe conculcatum, præter Auctores, l. c. adductos, peculiari diſſertatione Hiſtorico-Critica, ſub tit: *Fabula, de Friderico I, Imp., à Pontifice Romano pedibus conculcato*, Iſenaci, an. 1710, ventilata, docuit Dn. *Chriſtophorus Auguſtus Heumannus*, Seminarii Theologici ibidem Inſpector; notans ſimul, in Additamento, diſſertationem AntiBaronianam: *Num Alexander III Fridericum Barbaroſſam calcaverit pedibus? à Joh. Daniele Artopæo*, An. 1673, 16 Aug. Lipſiæ habitam, vix verbo mutato, ex B. *Johannis Gerhardi Confeſſionis Catholicæ* Præfatione, & dedicatione, libri ſecundi parti primæ præfixa, pag. 336 ad 339, eſſe deſcriptam.

An. eod. inducias pangit cum *Wilhelmo*, Siculorum Rege. Vid. *Baronius*, T. XII, ad h. a., pag. 701; Ill. Dn. *Leibnitius*, Tom. 1 *Cod. Diplom. Juris Gentium*, pag. 2.

An. eod. in Germaniam reverſus, *Henricum Leonem*, Saxonum Bajorumque Ducem, maximo odio proſequi cœpit; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 137.

An. 1179, & 1180 proſcribit *Henricum Leonem*, Bavariæ Ducatum *Ottoni Wittelſpachio*, Angariamque & Weſtphaliam *Philippo* Colonienſi, & *Bernhardo* Anhaltino adjudicans. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hos annos, p. 139.

An. 1181 *Caſimirum* & *Bogislaum*, Pomeraniæ Principes, in numerum Imperii Procerum cooptat. Vid. *Limnæus*, Addit. ad lib. V *Jur. Publ.*, cap. 7, §. 98, pag. 828. *Micrælius* vero, lib. 3 *Hiſtor. Polit.*, Sect. 12, p. m. 678, id contigiſſe ait an. 1182, in Caſtris Lubecenſibus.

An. 1183 pacem *Conſtantiæ* init cum Italis. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., p. 141.

An. eod., *Imperatore habente Curiam Erphordiæ, in Palatio, ſub quo erat cloaca, fractis trabibus, ſubmerſi ſunt in cloaca octo Principes, & multi Nobiles, & plus, quam centum Milites, nullo Epiſcopo, vel Clerico quicquam paſſo. Imperator feneſtram rapiens vix evaſit. Quidam Comes, ſcil. Henricus de Swarzenborch, potens, ibi profundius corruit, qui ſemper ſic juravit: Si hæc fecero, vel dixero, ſubmergar in latrina, &c.* Hæc *Albertus Stadenſ.*, h. a.

An. 1184 in celeberrimo Conventu, apud *Moguntiam*, armis condecorat filios, *Henricum*, & *Fridericum*. Vid. l. c., ad h. a., pag. 141. Add. *Spangenberg, Chron. Sax.*, h. a.; Dn. *Tolnerus, Hiſt. Palat.*, cap. 15, p. 323, &c.

An. 1186, ultima vice, in Italiam deſcendit, nuptiisque filii *Henrici* Regis, cum *Conſtantia*, *Rogerii*, Siculorum Regis, filia, *Mediolani*, celebratis, mediantibus, Siciliam, cum annexis Ducatibus, Genti ſuæ infert. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 142.

An. 1187 Norimbergæ pacem publicam promulgat. Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 66, & §. 10, lit. d, ad h. a., p. 142.

An. 1188, in Comitiis Moguntinenſibus, à Pontificis Legato, *Henrico*, Albanenſi Epiſcopo, Cardinali, cruce inſignitus, bellum ſacrum, adverſus Sarracenos, decernit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 149. Occaſio hæc fuit. Defunctus, anno 1185, *Balduinus IV.* Hieroſolymorum Rex, *Amalrici* filius, hæredem ſcripſit, annitentibus Regni Ordinibus, *Balduinum V*, ex ſorore *Sibylla*, *Wilhelmi de Longa ſpata*, à Marchionibus Monferratenſibus oriundi, Conjuge, nepotem, addita lege, ut *Regimundus*, Tripolitanus Comes, Pueri cognatus, Regnum moderaretur, ad ejus quintum decimum ætatis annum, computando tempore, etiamſi interea Puer ad plures eſſet abiturus. Mortuo itaque, anno ſequenti 1186, *Balduino V*, ætatis nono, Regni adminiſtrationem, ex *Balduini IV* tabulis, prætendebat Tripolitanus, mater verò pueri, ſecundis nuptiis jam juncta *Guidoni*, ſeu *Widoni*, Luſignani Comiti, ſemet ipſam hæredem conſtituebat, Regum veluti filiam, ſororem, & matrem; partibus ejus accedente Patriarcha, *Guido*, Dominica: *Omnes Gentes plaudite*, clauſis Hieroſolymorum portis, Rex inungitur. Certior de his redditus Tripolitanus, injuriam ſibi fieri, affirmabat, *Guidonemque*, ſine Primorum electione, Populorumque conſenſu, ſolium conſcendentem, Tyranni inſtar habendum, liberando ab ejus invaſione Regno. Stantibus ita rebus, in auxilium vocat Tripolitanus *Saladinum*, Sarracenorum Regem, miſſis *Damaſcum* Legatis. Valde inde lætatus *Saladinus*, prædæ jamdiu inhians, horrendum contrahit exercitum, annoque 1187, Tripolitani cauſam quaſi procuraturus, Terram Sanctam

invadit,

invadit, *Tiberiadem* ſuccendit, occurrentem ſibi *Guidonem*, & Antiochiæ Principem, *Rainaldum*, 4 Non. Junii, una cum Cruce in prælio capit, Epiſcopos trucidat, reliquos, inprimis qui ex Templariis & Hoſpitalariis, quos præ cæteris exoſos habuerat, captivitatem ſubeuntes, Salvatorem negare deteſtabantur, vel ultimo pariter ſupplicio afficit, vel in miſeriorem longe vità ſervitutem abducit. Hinc *Ptolemaidem*, *Sidonem*, *Gibeletum*, & *Berythum* ſub jugum rapit, in quo ultimo loco coronam imponens, *Babyloniæ* Rex ſalutatur. Inde *Aſcalonem* pergens, tradito ſibi à Templariis Oppido, *Guidonem* liberum dimittit. Tandem ipſis *Hieroſolymis* obſidio imminet, victor 4 Cal. Octob. Sanctam Urbem ingreſſus, ſub pacto, ut, exceptis majoribus & opulentioribus, ſinguli maſculorum decem aureos darent, fœminæ quinque, & abirent illæſi, tantum æris contrà pendere non valentes, ſervi manerent & ancillæ. Sepulchrum Domini Religioſis Viris tali conditione relictum eſt, ut tributum Saladino, *Byzantium* ſcilicet *auri*, pro ſingulis, ſanctum ſepulchrum viſitaturis, ſolverent. Sic erepta Chriſtianis Palæſtina, triſti ſpectaculo. Contraxi hæc ex *Arnoldo Lubecenſi*, lib. 3 *Chron. Sclav.*, cap. 23, 24, 25, 26, & 27, pag. 343 ad 355. Conf. *Otto de S. Blaſio*, cap. 29, & 30, ad an. 1186, & 1187, pag. 211, & 212; *Rogerus de Hoveden*, *Annal. Angl.*, ad eosd. an., p. 634, & 635; *Chronicon Montis Sereni*, an. 1187, pag. 51, &c.; *Conradus Urſpergenſis*, an. eod., pag. 228, & 229; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, an. eod., pag. 370; *Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 798, an. eod.; *Chronicon Stederburgenſe*, ibid., pag. 861; *Albertus Stadenſis*, ad an. 1186, & 1188, quo poſteriori expugnatam demum arbitratur Hieroſolymorum Civitatem; cujus etiam ſententiæ eſt Auctor *Chronici Remenſis*, ad an. 1188, apud *Labbeum*, T. I *Biblioth. MS.*, pag. 361; nec non *Chronicon Vezeliacenſe*, an. eod., ibid., pag. 397; priorem contrà amplectuntur *Godefridus*, Monachus *S. Pantaleonis*, in Annalib., ad an. 1187, apud *Freberum*, T. I *Script. Rer. German.*, pag. 250; *Wilhelmus Tyrius*, lib. 22, de *Bello Sacro*, c. 1, &c.; *Guilielmus Neubrigienſis*, lib. 3 *Rer. Angl.*, cap. 15, 16, & 17; *Jacobus de Vitriaco*, lib. 1 *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ*, cap. 94; *Thomas Cantipratenſis*, Epiſcopus Suffraganeus Cameracenſis, in Vita *S. Chriſtianæ* Virginis, quam *Mirabilem* vocant, cap. 20, apud *Surium*, 23 *Junii*, p. m. 322; *Chronicon Maſſilienſe*, an. 1187, apud *Labbeum*, l. c., pag. 341; *Chronicon Rotomagenſe*, an. eod., ibid., pag. 369; *Levoldus de Northof*, in Chronico *Marcano*, an. eod., apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 385; *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVII, cap. 9, §. 10, & ſeqq., pag. 236, &c.; *Marianus Sanutus*, lib. 3 *Secretorum fidelium Crucis*, part. 9, c. 4, &c.; *Sigonius*, lib. 15 *Regni Ital.*, an. 1187, pag. 564, &c.; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 40, ad an. 1186, & 1187, pag. 864 ad 867; *Baronius*, Tom. XII Annal., an. 1187, §. 5, &c., p. 777, &c.; *Schatenus*, *Annal. Paderborn.*, lib. IX, an. eod., pag. 879, &c.

An. eod. tranſigit cum *Henrico Leone*, Saxonum Bojorumque Duce; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 143.

An. 1189, habitis Poſonii Comitiis, ingreditur iter ſacrum, &, per *Bulgariam*, in *Græciam* ducens exercitum, *Philippopolim* armata manu expugnat, nec non *Themutum*. Vid. *Otto de S. Blaſio*, cap. 32, pag. 213; Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 149.

An. 1190 *Iconio* potitur, *Ciliciæ* Soldani Regia; inde, inferioris *Armeniæ* Provincias triumphator peragrans, *Regem unum coronavit in Armenia, nomine Gedeonem*; ita *Albericus*, ad h. a., pag. 380; ulterius cum progrederetur, miſero fato ſubmergitur, de quo mox plura.

v. (5.) Tot tantiſque rebus magnis ad finem perductis, flebili caſu, in Minori Armenia, undis ſuffocatur, an. 1190. Incertus Auctor, itineris comes, cunctaque memoratu digna, de hac expeditione, literis conſignans, quas in *Appendice Radevici*, p. m. 560, &c., legimus, ait: *Ivimus Caleph, ubi tantam aſperitatem & difficultatem viæ, in tranſitu montium, invenimus, quod, ſumma jactura rerum, vix pervenimus Caleph, in Dominica die, quæ fuit Vigilia Barnabæ Apoſtoli. Eodem die, cum Dominus Imperator, per quoddam compendium, tranſiret, in convallibus montium, quandam rapidiſſimam aquam*, (locus hic corruptus) *ſalvumque Eum recepit in aliam partem. Facto autem ibi prandio, poſt infinitos & intolerabiles labores, quos, per menſem, jam erat paſſus, & vellet balneari in eadem aqua, & ita ſe refrigerare vellet natando, Dei judicio, caſu lacrymali & inopinato ſubmerſus eſt. Cujus reliquias, debita veneratione, nobiſcum portamus, & uſque Turſoch*, (Tarſum) *famoſiſſimam Civitatem, pervenimus, &c.* Fluvium hunc vocat *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 3 *Chron. Slav.*, cap. 33, §. 9, pag. 366, *Saleph*; ibi: *Tranſeuntes Terram Armeniorum, venerunt ad fluvium Saleph, ubi caſtrum ejuſdem nominis ſitum erat, &c.* cap. 34, §. 1, pag. 369, pergit: *Quo cum perventum fuiſſet, propter nimiam æſtus intemperiem, pulveriſque ſqualorem, Dominus Imperator in eodem amne lavare ſimiliter, & refrigerari diſpoſuit. Siquidem idem amnis non multum latus erat, curſum tamen velocem, propter montium circumgyrationes, habebat. Aliis igitur ad vadum certum tranſeuntibus, Ipſe, multis invitis, aquam ingreditur, & ſperans, ſe natando transmeare, fluminis impetu abripitur, quo nollet, trahitur, &, priusquam ſubvenire potuiſſent, qui circa Ipſum erant, aqua præfocatus interiit, &c.* Idem nomen retinent *Albertus Stadenſis*, ad an. 1191; *Rogerus de Hoveden*, *Annal. Angl.*, p. m. 651, & 708, *Baronius*, T. XII, an. 1190, §. 9, pag. 804; Alii. *Otto de S.*

Blaſio vero, cap. 35, pag. 215, eum appellat *Cidnum*; ibi: *Cæſar Fridericus Tarſum tendens, amne quodam parte exercitus tranſpoſita, refrigerandi gratia, æſtus quippe erat nimius, ingreſſus, nandi enim peritus erat, ſubitaneo frigore naturalem calorem extinguente, deficiens, ſubmergitur, miſerabili morte Imperator, terra marique potens, finem vitæ ſortitur. Fertur à quibusdam, hoc in Cidno amne accidiſſe, in quo & Alexander Magnus, ſimili quidem modo, ſed non morte, periclitatus. Nam Cidnus Tarſo contiguus eſt. Obiit anno Regni* 38, *Imperii autem* 35, *Incarnationis Domini* 1191 - - - *ſepultisque inteſtinis Ejus, cum carne reliqua, apud Tarſum, oſſa Antiochiam tranſlata, cultu Regio officioſiſſime reconduntur, &c.* Apud *Conradum Urſpergenſem*, p. m. 229, audit *Serra: Dum, in æſtu maximo, in flumen, quod Serram incolæ appellant, lavandi gratia, deſcendiſſet, mortuus eſt, &c.* Eadem appellatione venit apud *Sigonium*, lib. XV *Regn. Ital.*, an. 1190, pag. 569; *Schatenum*, lib. 9 *Annal. Paderborn.*, an. eod., pag. 888, qui ſimul notat, *Saleph, Cidnum, Farfar*, & *Serram* eſſe ſynonyma; *Bæclerum*, in *Hiſtoriam Æneæ Sylvii*, de *Friderico III*, §. 14, pag. 137, &c. Annus fuit 1190. Ita *Chronicon Montis Sereni*, pag. 56; *Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, pag. 798; *Godefridus*, Monachus *Colonienſis*, Annal., apud *Freberum*, T. 1 *Rer. German.*, h. a., pag. 258; *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. 17, cap. IX, §. 19, pag. 238; *Levoldus de Northof*, *Chron. Marcan.*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 385; *Chronicon Metenſe*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 346; *Sigonius*, l. c.; *Baronius*, l. c.; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 54, p. 503; *Bangertus*, ad lib. 3 *Arnoldi Chron. Sclav.*, cap. 34, pag. 352; *Schatenus*, l. c.; & alii; *Rogerus de Hoveden*, l. c., id contigiſſe arbitratur anno 1188; *Chronicon Stederburgenſe*, apud *Meibomium*, l. c., pag. 432, ponit annum 1189; *Otto de S. Blaſio*, l. c., *Albertus Stadenſis*, l. c., & Auctor *Chronici Sclavici*, apud *Lindenbrogium*, pag. 256, habent annum 1191; ſolus *Chryſoſtomus Henriquez*, ordinis Ciſtercienſis Monachus, & Congregationis Hiſpanicæ Hiſtoriographus Generalis, in *Faſciculo Sanctorum Ordinis Ciſtercienſis*, lib. 1, Diſtinct. 25, p. m. 369, producit annum 1149, &, lib. 2, Diſtinct. 2, pag. 39, an. 1180, errore manifeſto. Non minor, de die, controverſia eſt; Juxta *Chronicon Montis Sereni*, l. c., periit 4 Idus Junii, i. e. 10 Junii; ejusdem ſententiæ eſt *Baronius*, l. c.; juxta *Sigonium* vero, & *Bangertum*, l. c., 3 Id. Junii, i. e. 11 Junii. Sepulturæ memor *Rogerus de Hoveden*, l. c., inquit: *Tractum in terram* (Cæſarem) *ſui eviſceraverunt Eum, & viſcera, & cerebrum, & carnem ſuam, aqua coctam, & ab oſſibus ſeparatam, ſepelierunt in Civitate Antiochiæ, oſſa autem illius, linteaminibus mundis involuta, Conradus, Dux Suaviæ, filius Ejus, tulit ſecum, usque ad Civitatem Tyri, & ibi ſepelivit ea, &c.* Conf. *Otto S. Blaſianus*, l. c.; *Monachus Weingartenſis*, l. c.; *Martinus Polonus*, in Ejus vita, p. m. 375. Factum conteſtantur *Theodoricus de Niem*, de *Privilegiis & Juribus imperii*, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 279, & 280; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, p. m. 870, &c.

(23) HENRICUS VI.

v. (1.) In lucem editus eſt, *Noviomagi*, *Friderico I*, Imp., & *Beatrice*, Burgunda, Parentibus, anno 1165; Vid. *Gotfridus Viterbienſis*, part. 17 *Chronic.*, pag. 522, cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1186, pag. 142, produxi; *Godefridus Colonienſis*, ad h. a., apud *Freberum*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 241; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 66, p. 514; aliique præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1169, nominati.

v. (2.) Nuptias contraxit, *Mediolani*, an. 1186, cum *Conſtantia*, *Rogerii*, Siculorum Regis, filia, *Wilhelmique* ſorore, triginta annorum Principe; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1186, pag. 136, & præced. §. 2, lit. b, p. 407. Sponſalia jam anno 1181, *Moguntiæ*, fuiſſe celebrata, docet *Conradus Urſpergenſis*, ad h. a., p. 227. Genealogia Auguſtæ hæc eſt.

Tan-

Tancredus Normannus.

Robertus Guiſcardus, *Henrici I*, Anglorum Regis, Miles, qui Imperatori, armata manu, *Apuliam*, *Calabriam*, & *Capuam* eripuit, nec non, ejectis inde Græcis, Inſulas, *Corfu*, *Cretam* ſeu *Candiam*, *Rhodiorum*, &c. Tandem, an. 1085, à propria conjuge, (inſtinctu *Alexii*, Imp. Græci, qui, facinore patrato, ſe eam uxorem ducturum, pollicebatur,) veneno è medio ſublatus, poſtea tamen, in perfidiæ præmium, Byzantii, publicè cremata. Vid. *Rogerus de Hoveden*, part. 2 *Annal. Angl.*, in vita *Richardi I*, Regis, pag. 710; *Albericus*, ad an. 1085, pag. 130.

Rogerius I, qui, Paganis pulſis, *Siciliæ* potitus, *Comitem Siciliæ* ſe vocavit; extinctis etiam agnatis, *Apuliam*, *Calabriam*, & *Capuam* acquiſivit. Vid. *Rogerus*, l. c., pag. 710, & 711.

Rogerius 2, ex Duce Apuliæ, Calabriæ, & Capuæ, volentibus Regni ordinibus, *primus Rex Siciliæ* inauguratus, bella geſſit cum *Lothario*, Imperat., mortuus an. 1154. Ux. (1) *Alberia*, fil. *Alphonſi*, R. Caſtiliæ, (2) *Beatrix*, fil. *Güntheri*, Com. Roiteſtenſis, Vitriacenſium Caſtellani. Vid. *Rogerus*, l. c., pag. 711; *Gaufredus*, *Voſienſ.* Chron., ap. *Labbeum*, T. 2, *Biblioth. MS.*, cap. 55, pag. 309, cap. 65, pag. 317; *Albericus*, ad ann. 1137, pag. 280; 1154, pag. 324; 1168, p. 351; 1185, p. 367; & 1190, p. 381.

Tancredus, Dux Apuliæ, Calabriæ, & Capuæ. Ux., an. 1088, *Adela*, vidua *Canuti*, Danorum Regis, eoque mortuo, nupta *Balduino*, Hieroſolymorum Regi. Vid. *Rogerus*, l. c.; *Albericus*, ad an. 1085, pag. 130, ubi cum *Rogerium* vocat, pariter & an. 1113, pag. 223. Quod nomen Recentiores omnes retinent.

Wilhelmus, Princ. Apuliæ. Vid. *Albericus*, an. 1088, p. 135.

Boimundus, aliis *Boamundus*, Princ. Apuliæ. Vid. *Rogerus*, l.c.; *Albericus*, an. 1185, pag. 130.

Rogerius 3, Dux Apuliæ, ex (1;) obiit ante Patrem, quo invito, ancillam Palatii in thorum aſſumſit. Vid. *Rogerius*, l. c.; *Albericus*, an. 1190, pag. 384; *Sigonius*, lib. 15 *Ital.*, an. 1189, pag. 568.

Wilhelmus I, ex (1,) defuncti Patris ſucceſſor in Regno, ✠ 1167. Vid. *Rogerus*, l. c.; *Gaufredus*, l.c.; *Albericus*, an. 1154, pag. 324, & 1197, p. 412.

Conſtantia, ex (2,) poſthuma, uxor *Henrici VI*, Imp., de qua ſermo.

Tancredus, Com. *de Laliche*, mortuo agnato, *Wilhelmo* 2, annitente Papa Clemente III, Regnum Siciliæ invadens; ob 1192; Cujus uxorem, *Sybillam*, (quam *Martinus Polonus* in vita *Henrici VI*, Imp., pag. 375, male *Margaretham* nominat) *Henricus VI*, Imp., an. 1195, una cum filiabus, in Monaſterium *Hohenburg*, in Alſatia, protruſit. Vid. *Rogerus*, l. c.; *Otto de S. Blaſio*, cap. 37, pag. 217, ad an. 1190, & cap. 41, an. 1195, pag. 220; *Sigonius*, l. c., an. 1194, & 1195, pag. 578, &c.; *Cranzius*, lib. 7 *Sax.*, cap. 3, pag. 175; *Antoninus Florentinus*, part. 2 Hiſtor., Tit. 17, cap. 9, §. 25, pag. 239.

Wilhelmus 2, ultimus Rex Siciliæ, ob. 1189. Uxorem duxit, an. 1177, *Johannam*, fil. *Henrici*, Regis Angl., comortuo, nuptam *Raimundo*, C. Tholoſano. Vid. *Wilhelmus Neubrig.*, lib. 3, cap. ult., cujus verba *Sigonius* recitat, l.c., an. 1190, pag. 568; *Rogerus*, l. c., in Vita *Heinrici* 2, ad an. 1177, p. 551; & in vita *Richardi* 1, ad an. 1189, p. 663, & an. 1191, pag. 711; *Arnoldus Lubecenſ.*, lib. 4, cap. 5, p. 389; *Otto de S. Blaſio*, cap. 37, ad an. 1190, pag. 217; *Albericus*, an. 1189, pag. 380; *Chronica Auguſtenſ.*, ap. *Freherum*, T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 363, ad an. 1190.

Rogerius IV, al. V, à Patre coronatus Rex Siciliæ, ✠ 1194; Sponſa *Irene*, fil. *Iſaaci Angeli*, Imp. Græci. Vid. *Rogerus*, l. c., an. 1194, p. 746; *Nauclerus*, Vol. 2, *Gener.* 40, p. 871; *Antoninus Florentinus*, l. c.

Wilhelmus, coronatus Rex Siciliæ, ann. 1195, una cum matre & ſororibus, *Curiam*, ap. Rhætos, deportatus, in Caſtro *Amiſo* perpetuo carceri mancipatus, tandemque oculis & virilibus privatus. Vid. *Otto S. Blaſ.*, l.c.; *Rogerus*, l. c., an. 1194, p. 746; *Martinus Polonus*, l. c., licet eam falſò *Tancretum* vocet; *Sigonius*, l. c.; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, an. 1195, pag. 876; *Anton. Florent.*, l. c.

Tres filiæ, quarum una uxor erat *Galteri*, Com. Briennæ, qui hoc titulo Apuliæ Ducatum invaſit, ibique occiſus eſt. Vid. *Albericus*, ad an. 1201, p. 422; *Sigonius*, l. c. Conf. ſeq. v. 3, ad an. 1193; *Antoninus Florentinus*, l. c.

Obiiſſe *Conſtantiam*, an. 1198, 27 Nov., poſt *Sigonium*, lib. 15 *Regni Ital.*, h. a., pag. 585, docet *Baronius*, T. XII *Annal.*, an. 1197, §. 8, pag. 873; *Godfridus Colonienſis*, ap. *Freherum*, pag. 266, habet an. 1199; *Rogerius Parma*, Canon. Sec. XV, ap. *Baronium*, l. c., ad an. 1185, §. 32, pag 773, in annum plane 1204 excurrit, teſte epitaphio, quod ei poſuit, canens:

Cæſaris Henrici latet hic, Conſtantia, Conjunx,
Undeno luſtro, hac platea, rugoſa Sacerdos
Facta, dedit partu Fridericum Auguſta ſecundum.
Pro meritis ſacrata tenet ſic oſſa Panormus.
Vixit ann. 61, *Obiit ann.* 1204.

v. (3.) De Filio eorum, *Friderico* 2, ſuo loco agam. Recentiores addunt filiam *Mariam*, *Conradi*, Moraviæ Marchionis, Conjugem.

v. (4.) Curriculum vitæ Ejus, (de quo ſic judicat *Conradus Urſpergenſis*, p. m. 233: *Erat Imperator, Henricus, prudens ingenio, facundus eloquio, facie ſatis decora, plus tamen macilenta, ſtatura mediocris, corpore tenuis & debilis, acer animo; ideoque inimicis ſuis erat pavendus & terribilis, Vanitatibus deditus, maxime venationum & aucupiorum, &c.* Quæ *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, ad an. 1198, pag. 876, repetit; Add. *Gervaſius Tilberienſis*, in *Otiis Imperialibus*, lib. 2, cap. 19, Edit. Mader. p. m. 66: *Erat Henricus Vir moderatus, modeſtus, apud rebelles atrociſſimus, hoſtibus invictus, contumacibus ſeverus, proditoribus immiſericors, literatis ipſe literatior; quod in armorum minus erat exercitio, ſupplebat facundus & munificus; gratioſus apud bonos; expoſitus apud ſimplices; contra ſuperbos cervicoſus, Animo Patrem ſapiebat, non gladio, &c.*; & *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.* Tit. 17, cap. 9, §. 25, pag. 239: *Erat hic Henricus, in agendis, ſtrenuus; in hoſtes acer; in largiendo munificus, &c.*) tale fuit:

Anno 1169, adhuc infans, Rex Germaniæ coronatus eſt. Vid. præc. Tit. 2, §. 10. lit. d, ad h. a., p. 136.

An. 1190 tranſegit cum *Henrico Leone*, in integrum reſtituendo. Vid. ibid., ad h. a., pag. 143.

An. 1191, feria ſecunda Paſchatos, inauguratur Romæ Imperator. *Henricus Rex, à Cæleſtino Papa, in Paſcha*, 18 *Cal. Maji, in Imperatorem conſecratur, &c.* ita *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 58; Eundem annum ponunt *Rogerus de Hoveden, Annal. Angl.*, part. poſter., in Vita *Richardi I*, ad an. 1191, pag. 689; *Godfridus Colonienſis*, in *Chronico*, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 259; *Levoldus à Northoſ, Chron. Marcan.*, apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 335; *Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, ap. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſ.*, pag. 799, licet, Typographi errore, loco M. C. XCI, ibi extet M. C. XXI; *Sigonius*, lib. 15 *Regni Ital.*, h. a., p. 572; *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, h. a., §. 12, pag. 810; *Schatenus*, lib. IX *Annal. Paderborn.*, h. a., pag. 891; Alii. *Otto de S. Blaſio*, cap. 33, pag. 214; *Chronicon Bigaugienſe*, in calce *Chronici Montis Sereni*, p. m. 267; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, p. 871 & alii proferunt, hoc titulo, annum 1190; *Albertus Stadenſis* contrà, pag. 199; *Conradus Urſpergenſis*, p. 232; *Albericus, Monachus trium fontium*, p. 395; *Gobelinus Perſona*, æt. 6 *Coſmodrom.*, cap. 61, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 275, falſò licet inaugurationis diem feriam primam Nativitatis Domini conſtituat; aliique in annum 1192 excurrunt, factum conteſtantibus *Arnoldo Lubecenſi*, lib. 4 *Chron. Slav.*, cap. 4, pag. 388; *Alberto Cranzio*, lib. 7 *Saxon.*, cap. 3. Conjugem Ejus fuiſſe coronatam, docent *Otto S. Blaſianus*, l. c.; *Arnoldus Lubecenſis*, l. c.; *Rogerus*, l. c.; *Albertus Stadenſis*, l. c.; aliique. Singulare quid narrat *Rogerus*, l. c., cujus verba *Baronius*, l. c., & *Schilterus*, lib. 5, de *Libertate German.*, cap. 7, §. 1, p. 762, repetunt, ſcil: *Deinde introduxit eos* (Cæſarem cum Conjuge) *Dominus Papa in Eccleſiam, & unxit Eum in Imperatorem, & uxorem ſuam in Imperatricem. Sedebat autem Dominus Papa in Cathedra Pontificali, tenens Coronam auream Imperialem inter pedes ſuos, & Imperator, inclinato capite, recepit coronam, & Imperatrix ſimiliter, de pedibus Domini Papæ. Dominus autem Papa ſtatim percuſſit, cum pede ſuo, coronam Imperatoris, & dejecit eam in terram, ſignificans, quod ipſe poteſtatem ejiciendi Eum ab Imperio habet, ſi Ille demeruerit. Sed Cardinales, ſtatim arripientes Coronam, impoſuerunt eam capiti Imperatoris.* De veſana hac temeritate tacent quidem Scriptores Germani; *Baronio* autem, l. c., ea valdè arridet, addenti: *Ut autem id fixum menti Ejus hæreret, nempe: dare, cuſtodire, conſervare, & auferre, ſi cauſa exigeret, Imperium, eſſe in voluntate Romani Pontificis, ejusmodi voluit commonuiſſe Ipſum exemplo, &c.* Quod perfidum dogma à Viris Catholicis, in *Gallia*, *Anglia*, *Venetorumque* Ditione, ut *Germaniam* non nominem, ad nauſeam usque, dudum jam profligatum eſt. Vid. *Lehman.*, *Chron. Spir.*, lib. 5, cap. 68.

An. eod. ſigna movet, adverſus *Tancredum*, mortuo *Wilhelmo* 2, *Siciliam* invadentem, quam, vigore homagii, in eventum morituri ſine prole *Wilhelmi*, à Siciliæ Proceribus, reliquisque Ordinibus Sibi jam præſtiti, tabularumque dotalium titulo, nomine uxoris, ſibi vendicabat; ſecundo etiam Marte præliando, *Apuliam* ſui Juris facit; *Neapoli* tamen fruſtra tentata; quo durante obſidio, *Conſtantia* Imperatrix, à Salernitanis prodita, *Tancredo* in Siciliam mittitur, interveniente *Cæleſtino* Papa, anno demum 1192, Imperatori reddita. *Rogerius*, l. c., an. 1191, pag. 711; *Wilhelmus Neubrigienſis*, lib. 3, cap. ult.; *Arnoldus Lubecenſ.*, lib. 4, cap. 5, pag. 389, & 390; *Otto de S. Blaſio*, cap. 37, pag. 217; *Albericus*, ad an. 1190, pag. 381; *Sigonius*, lib. 15 *Ital.*, an. 1191, pag. 572, & 573; *Gobelinus*, æt. 6 Coſmodr., c. 61, pag. 275; *Cranzius*, l. 7 *Sax.*, cap. 3; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, an. 1190, pag. 871; *Baronius*, Tom. XII *Annal.*, an. eod., §. 17, pag. 811, & an. 1192, §. 40, pag. 841.

An.

Digitized by Google

An. 1192 exeunte, in captivitatem mittit *Richardum*, Angliæ Regem, à *Leopoldo*, Auſtriæ Duce, interceptum, quod (1,) mortuo, an. 1189, Rege *Wilhelmo*, patruelem Ejus, *Tancredum*, ad occupandum *Siciliæ Apuliæque* Regnum, impulerit; (2) *Cypri* Regem, *Guidonem*, an. 1187, in cuſtodiam conjecerit, Inſula extraneo vendita; (3) Tyri, in foro agentem Marchionem de *Monteſerrato*, Conradum, Cæſaris amicum, ab octo Haſſacinis occidi vel permiſerit, vel curaverit; (4) Vexillum *Auſtriæ* Ducis, Cæſaris cognati, apud *Joppen*, in cloacam projici curaverit. Vid. *Rogerus de Hoveden, Annal. Angl.*, part. poſter., in Vita *Richardi I*, ad an. 1192, pag. 716. & 717, &c.; *Gervaſius Tilberienſ.*, l. c., pag. 67; *Otto S. Blaſ.*, cap. 38, an. 1190, pag. 217; *Albertus Stadenſ.*, ad ann. 1192, & 1193, pag. 199; *Albericus*, an. 1192, pag. 395, &c.; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, ad an. 1193, p. 874; *Levoldus de Northof*, Chronic. Marcan., ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 385, ad an. 1194; *Gobelinus Perſona*, æt. 6 *Coſmodrom.*, cap. 61, p. 275; *Platina*, in vita *Cœleſtini* 3, p. m. 189; *Baronius*, Tom. XII Annal., an. 1192, §. 47 ad 51, p. 822, & 823. Epiſtolam ipſius Imperatoris, ad *Philippum*, Galliæ Regem, deſuper ſcriptam, exhibet *Rogerus*, l. c., pag. 721.

An. eodem, rediens in Germaniam, ſelectum militem cogit, expeditioni Italicæ impoſiturus finem. *Sigonius*, l. c., ad h. a., pag. 574.

An. eod. Conradum, fratrem, Ducem *Sueviæ* conſtituit. Vid. præced. Vita *Friderici I*, Imp., v. 3, voc: *Conradus*,

An. 1193, & 1194, *Henricus Imperator, audita morte Tancredi, ejusque filii*, (Rogerii IV) *in Sicilia regnantium, exercitu, claſſeque parata in Campaniam venit, Salernum expugnat, diramque vindictam ſumit de Cruibus, qui captam Conſtantiam, Auguſtam, miſerant ad Tancredum, receptisque Appulis atque Calabris in fidem, Meſſanam ſe contulit, ubi, promiſſionibus allectis Siculis, eosdem in deditionem accepit, pactisque conventis, Reginam matrem, cum puero* (Wilhelmo) *atque puellis, redegit in ſuam poteſtatem, quos perjurus idem Imperator, Henricus, vinculis alligavit, puerumque excæcavit, puellas vero, duas ſorores, cuſtodiri mandavit, una cum Matre, &c.* Hæc, ex *Chronicis Foſſæ Novæ, Baronius*, l. c., ad an. 1193, §. 1, pag. 843; quamvis totius Siciliæ reductio anno demum 1194 fuerit adimpleta, captis Principibus, ut, præced. v. 2, dictum, propter obortas, eorum gratia, novas Populorum ſeditiones, an. 1195, in Rhætiam deportatis. Conſ. *Otto de S. Blaſio*, cap. 39, 40, & 41, ad annos 1193, 1194, & 1195, pag. 218, &c.; *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 4, cap. 20, §. 6, pag. 419; *Conradus Urſpergenſ.*, ad ann. 1193, & 1194, pag. 232; *Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, ad an. 1192, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 799; *Gotfridus Colonienſis, ad an.* 1195, apud *Freherum*, pag. 261; *Chronicon Bigaugienſe*, l. c., an. 1194, pag. 267; *Albericus*, an. eod., pag. 403; *Martinus Polonus*, in vita *Henrici VI*, pag. 375; *Albertus Stadenſis*, an. 1195, pag. 199, & 200; *Chron. Auguſtenſ.* Frcheri, ad an. 1195, pag. 364; *Sigonius*, lib. 15 *Ital.*, an. 1194, & 1195, pag. 576 ad 578; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, ad ann. 1193, 1194, & 1195, p. 875, & 876.

An. 1194 tranſigit, in Comitiis Spirenſibus & Moguntinis, cum *Richardo*, Angliæ Rege, de libertate Ei reſtituenda; quam etiam *Moguntiæ*, mediantibus Imperii Proceribus, fruſtra in contrarium euntibus Rege Galliæ, *Philippo* 2, & captivi Regis fratre, *Johanne*, ſub pacto ſolvendarum Imperatori centum & triginta millium marcarum argenti, Ducique Auſtriæ triginta millium, 4 Febr. obtinuit, cum jam per annum unum, ſex hebdomadas, & tres dies captivitatem ſubierit. Formulam Conventionis exhibet *Rogerus de Hoveden*, part. poſter. *Annal. Angl.*, in Vita *Richardi I*, an. 1193, pag. 728; de Liberatione Ejus vid. Idem, l. c., ad an. 1194, pag. 733 ad 735; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 199; *Godefridus Colonienſis*, an. eod., pag. 261; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 61, p. m. 275; *Platina*, in vita *Cœleſtini III*, P. R., pag. 189; *Baronius*, l. c., ad h. a., §. 1, pag. 852. Conſ. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 144. De aliis quoque capitibus inter eos conveniſſe, innuit Epiſtola Imperatoris, ad Angliæ Magnates, apud *Rogerum*, l. c., ad an. 1193, p. 732: *Univerſitati Veſtræ duximus intimandum, quod dilecto amico noſtro Richardo, Illuſtri Regi Anglorum, Domino Veſtro, certum diem liberationis ſuæ ſtatuimus, à ſecunda feria, poſt diem nativitatis Domini, in tres ſeptimanas, apud Spiram, ſive apud Wermaciam, & inde in ſeptem dies poſuimus Ei diem coronationis ſuæ de Regno Provenciæ, quod Ei promiſimus, & hoc certum habeatis, & indubitatum, &c.*

An. eod. Imperator ſecundam Expeditionem facit in Apuliam, &c. Ita *Godefridus Colonienſ.*, l. c. Conſ. *Arnold. Lubec.*, lib. 4, cap. 20, §. 3, pag 418.

An. 1195 Filiolum, *Fridericum*, eligi curat Romanorum Regem. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 145.

An. eod. Philippum fratrem creat Principem Tuſciæ, Terræque Mathildis. Vid. præced. Tit. 4, §. 3, lit. o, pag. 325.

An. eod. inveſtit *Henricum* Jun., Ducem Saxoniæ, de Palatinatu Rheni. Vid. ſeq. Tit. XI, §. 1, lit. b, v. 7, in vita *Henrici*.

An. eod. Marquardum de Anninwilir, Dapiferum & Miniſterialem ſuum, libertate donavit, & Ducatum Ravennæ, cum Romania, Marchiam quoque Anconæ ſibi conceſſit. &c. Hæc *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 232.

An. eod. tam inopinata, quam expectabili victoria potitus,

Digitized by Google

titus, totam Apuliam, Siciliam, & Calabriam ſibi ſubjugavit, &c. Ita *Godefridus Colonienſ.*, ad h. a., apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 261, paulo poſt addens: *Imperator de Apulia revertitur, cum Gloria & divitiis incomparabilibus.* Conf. *Gerhard. Stederburg.*, apud *Meibomium*, T. 1, pag. 435, & ſeq. Tit. XI, §. 1, lit. b, v. 7, Vita *Henrici*, C. P. R., Ducis Saxoniæ.

An. 1196, cum ultimam expeditionem in Siciliam moliretur, (cujus *Godefridus Colonienſis*, l. c., ad h. a., pag. 262, meminit: *Anno Dominicæ Incarnat.* 1196, *Imperator in Apuliam denuo proficiſcitur, &c.*) *dictum eſt Imperatori, quod Imperatrix miſiſſet clenodia cuidam Jordano de Sicilia, & receperit clariora. Hic gloriabatur, ſe futurum Regem, & ducturum Conſtantiam. Quem Imperator captum in ſedem ferream candentem poſuit, & coronam ignitam clavis ferreis capiti ejus incuſſit. Quendam etiam Richardum, per plateas tractum, ſuſpendi fecit, quia eum, Conſtantiæ conſilio, impotionare voluit, &c.* Hæc *Albertus Stadenſ.*, h. a., pag. 200. Conf. *Arnoldus Lubecenſ.*, lib. 5 *Chron. Slavor.*, §. 6, p. 430, & cap. 2, §. 2, pag. 432; ibidemque *Bangertus*, in Notis, pag. 437; *Rogerus de Hoveden*, l. c., ad an. 1197, p. 772, circa finem;

An. eod. largitur fratri, *Philippo*, Ducatum Sueviæ; Vid. *Monachus Weingartenſis*, l. c., pag. 799: *Henricus, Romanorum Imperator, in Apulia poſitus, audito triſti rumore*, (de obitu fratris Conradi) *ultra, quam credi poteſt, animo conſternatus - - - - Philippo, fratri ſuo, penes ſe poſito, Ducatum Sueviæ conceſſit. Qui, quamvis puer, partes iſtas ingrediens, Terram ſatis ſtrenuè rexit, Herena*, (Irene) *filia Regis Græcorum, aſſumpta in matrimonium, quam, pridie Imperator, devicto Palerno, filio Dancredi deſponſatam, illi copulavit, &c.* Conf. *Conradus Urſperg.*, ad an. 1197, pag. 233; & *Otto de S. Blaſio*, cap. 44, ad an. 1196, p. m. 222; quorum verba præced. vita *Friderici Barbaroſſæ*, v. 3, voce: *Conradus*, habentur; *Sigonius*, lib. 15 *Regn. Ital.*, an. 1197, pag. 581.

An. 1197, per *Conradum* Cancellarium, Herbipolenſem Epiſcopum, coronari curat *Almericum, Guidonis*, Hieroſolymorum Regis, germanum, Regem *Cypri*. Vid. *Arnoldus Lubecenſ.*, lib. 5 *Chron. Sclav.*, cap. 3, §. 8, pag. 433; *Cancellarius, cum Comite Adolfo, aliisque amicis, apud Cyprum adlittavit, Regem ejusdem Inſulæ coronaturus Diademate, à Domino Imperatore transmiſſo; Sane idem Rex, ſub ditione Conſtantinopolitani Imperatoris prius ſubſiſtens, ad majorem gloriæ ſuæ dignitatem, à Glorioſiſſimo Romanorum Auguſto coronari deſiderantiſſime expetiit. Illuc itaque glorioſe veniens, glorioſus ſuſcipitur, lautiſſime detinetur, expletisque inſtantis negotii rebus, exquiſitiſſimis ditatus muneribus, omnibusque ſuis, prout cujusque exigebat magnificentia, repedatis navibus, Accon proſperè velificabat, &c.* Factum comprobat *Rogerus de Hoveden*, part. poſter. *Annal. Angl.*, in vita *Richardi I*, Regis, ad an. 1197, p. 773; conſecratorem vero conſtituit Moguntinum Archi-Epiſcopum, verbis: *Præfatus Maguntinus Archi-Epiſcopus, conſilio & voluntate Principum Alemanniæ, tradidit Aimerico, Domino Cypre, Accon, & Tyrum, & Barbud, & cæteras Civitates, quas ceperant; deinde dedit Ei Miliſent in uxorem, quæ fuerat uxor Henrici, Comitis de Campania, & coronavit eos in Civitate de Barbud, & Ipſe Aimericus devenit Homo Henrici, Romanorum Imperatoris, de Inſula Cypri, &c.* Erroris fundamentum puto *Conradi* nomen, Moguntino Archi-Cancellario, & Herbipolenſi Cancellario commune, ceu ex *Ottone de S. Blaſio*, cap. 42, p. m. 220, diſcimus. Conf. *Marianus Sanutus*, lib. 3, part. 10, cap. 8; *Conringius*, de *Finib. Imper.*, lib. 1, cap. 17, §. 22, p. m. 194; Dn. *Ludovicus*, de *Auſpicio Regum*, cap. 2, §. 5, pag. 99. Idem, *Armeniæ* quoque Regem, *Leonem*, coronatum, miſſus fuit ab Imperatore, ſed, mortuo Auguſto, Moguntinus actum celebraſſe legitur. Vid. *Arnoldus*, l. c., cap. 5, §. 6, pag. 448: *Moguntinus tunc aberat, in Armenia conſtitutus, pro coronando Rege ejusdem Terræ, ad quod tamen negotium Cancellarius deputatus fuerat, qui, ut dictum eſt, in Cypro ſimilia perpetraverat. Sed, cum eſſet apud Baruth, viſum eſt Principibus, ut, remanente Cancellario, Moguntinus vicem ejus suppleret, & Ipſum Regem, diademate impoſito, ad titulum Romani Imperii coronaret. Ipſe enim Rex omnimodis hoc affectans - - - - per ſcripta ſimul & verba ampliſſima intimavit, paratiſſimum ſe dicens Romano ſubdi Imperio, ſi coronam, diu deſideratam, ab ipſius mereretur ſuſcipere Nuncio, &c.* quæ *Baronius*, Tom. XII Annal., ad an. 1197. §. 11, p. m. 875, repetit, notans tamen in margine, textum in fine eſſe corruptum, &, poſt pronomen: *Ipſius*, omiſſa videri verba: *Romani Pontificis.* Cardinalis nota, conf. *Theodoricus Engelhuſius*, in *Chron.*, in vita *Henrici VI*, pag. 242; *Petrus Merſæus*, *Annal. Mogunt.*, *XXXII Epiſcop.* p. 202; *Bruſchius, de Epiſcopis German.*, ad an. 1200, p. 7; *Bangertus*, in not. ad lib. 5 *Arnoldi*, cap. 5, §. 6, p. 448; Dn. *Ludovicus*, l. c., pag. 100.

An. eod., miſſa Legatione Conſtantinopolim, petit ab Imperatore, *Alexio Angelo*, aut reſtituat ſibi, tanquam Siciliæ Regi, quicquid terrarum *Wilhelmus*, Siculorum Rex, in oriente quondam habuerit, ſcil. ab *Epidamno*, ad *Theſſalonicenſium* usque Civitatem, aut annuum pendat tributum; quem etiam *Angelus* ſolvere cogitur, & quidem ſedecim talenta auri puriſſimi, concuſſo valde Imperio Byzantino; Vid. *Nicetæ Choniatæ Annales*, lib. 1, de *Vita Alexii Angeli*, p. 54, &c.; &, ex eo, *Baronius*, Tom. XII, ad h. a, §. 2, & 3, p. 872.

Eum cogitaſſe aliquando de Imperio, liberis ſuis, here-

hereditario Jure, relinquendo, lib. 1, Tit. 2, §. 8, lit. c, pag. 66, dixi.

v. (3.) Hoſtibus Imperii circumquaque ſubactis, & injecto Calabris Siculisque fræno, terra marique potens, filiolo, *Friderico* Rege, germani *Philippi*, Alemannorum Ducis, curæ demandato, *Meſſana* Siculorum, in Vigilia S. Michaëlis, an. 1197, 28 Septemb. ſpiritum emiſit; Vid. *Rogerus de Hoveden*, part. poſter. *Annal. Angl.*, in vita *Richardi I*, ad an. 1197, pag. 773: *Henricus, Romanorum Imperator, facta reconciliatione cum Uxore ſua, & Magnatibus Siciliæ, incepit ægrotare, & miſit Savaricum, Bathonienſem Epiſcopum, conſanguineum, & Cancellarium ſuum de Burgundia, ad Richardum, Regem Angliæ, & obtulit Ei recompenſationem pecuniæ, quam de eo ceperat, pro redemtione ſua, ſive in auro & argento, ſive in terris. Dum autem prædictus Savaricus iret in iſta legatione, prædictus Romanorum Imperator obiit in Sicilia, apud Meſſanam, in Vigilia S. Michaelis, excommunicatus à Celeſtino Papa, propter captionem & redemptionem Richardi, Regis Angliæ; & ideo prohibuit idem Papa, ne corpus Illius ſepeliretur, licet Archi-Epiſcopus Meſſanæ pro Eo multum oraſſet, &c.* Sic & *Chronicon Foſſæ Novæ*, apud *Baronium*, T. XII, ad h. a., §. 4, pag. 872:

Imperii Romæ ſexto deceſſit ab anno,
Mille, dein centum bis, demptis tribus ab iſtis,
Transferant, annis, periit cum peſſimus anguis, &c.

Eundem annum ponunt *Otto S. Blaſianus*, cap. 45, pag. 222, addens: *Apud Meſſanam, Civitatem Siciliæ, defunctus, ibidem, cum maximo totius exercitus lamento, cultu Regio ſepelitur, &c.*; *Albericus, Monachus trium fontium*, pag. 412; *Chronicon Montis Sereni*, pag. 65; *Godefridus Colonienſis*, apud *Freherum*, p. 262; *Jacobus de Konigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 172, p. m. 115, ubi: *Dirre Keyſer fur in eime Sumer yegene, und drang in der Hitze vil, das in die Sehiffe ane ſties, und ſtarp, noch Gotz Geburte, M. C. LXXXXVII Jor, und wart zu Spire begraben*, i. e. Imperator hic, æſtivo tempore, venatum ivit, & calore ſuffuſus tam avidè bibit, ut diarrhœam inde contraxerit, ex qua obiit, anno, à Nativitate Domini, 1197, Spiræ ſepultus; *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. XVII, cap. 9, §. 32, p. 241; *Sigonius*, lib. 15 *Regni Ital.*, pag. 581, idem docens; *Baronius*, l. c., ad an. 1185, §. 34, pag. 774; *Bangertus*, ad lib. 5 *Arnoldi Lubecenſis*, cap. 3, pag. 441; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spirenſ.*, cap. 66, pag. 535; *Schatenus*, *Annal. Paderborn.* lib. IX, pag. 910, & 911; Aliique multi. *Conradus Urſpergenſis* vero, pag. 233; *Albertus Stadenſis*, p. m. 200; *Chronicon Metenſe*, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth.*, pag. 346; *Conradus Moguntinus*, apud *Urſtiſium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 574; *Gobelinus Perſona*, æt. 6 *Coſmodrom.*, cap. 61, pag. 275; *Levoldus à Northof*, *Chron. Marcan.*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 385; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, p. 896, & aſſeclæ, id an. 1198 contigiſſe, putant, in quam ſententiam proſtat etiam Epitaphium, a *Rogerio Paruta*, Canonico Sec. XV, compoſitum, apud *Baronium*, l. c., ad an. 1186, §. 31, pag. 773:

Imperio adjecit Siculos Henricus utrosque
Sextus, Suevorum candida progenies.
Qui Monacham Sacris Uxorem duxit ab aris,
Pontificis ſcriptis, hic tumulatus ineſt.
Imperavit ann. VII, Menſ. V. obiit Meſſanæ 1198.

Malam potionem, inſidiis ejus Conjugis ei porrectam, Eum vivis eripuiſſe, pro certo habet *Johannes Vito Duranus*, in *Chronico*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, part. 1 *Acceſſ. Hiſtoriar.*, p. m. 5, &, poſt eum, *Gobelinus Perſona*, l. c. Ambiguè loquitur *Urſpergenſis*, l. c., ut & *Albericus*, l. c. *Theodoricus Engelhuſius*, in *Chronico*, pag. 242, ſcribit planè: *Henricus, poſtquam Imperio plurima recuperavit in Apulia, veneno in hoſtia ſacra intoxicatur, per quendam Siculum, in Caſtello Boncovent, diœceſeos Senonenſis, &c.* ſine dubio autem confundit hunc Principem cum *Henrico VII*, Lüzelburgico.

(24) PHILIPPUS.

v. (1.) Natu minimus eſt filiorum *Friderici Barbaroſſæ*, Imp., & *Beatricis*, Burgundiæ Principis; Vid. præced. vita *Friderici* laudati, v. 3, p. 573; Annum nativitatis apud veteres non offendi.

v. (2.) Nuptias celebravit, an. 1196, cum *Irene*, filia *Iſaaci Angeli*, Imperatoris Conſtantinopolitani, deſponſata prius *Rogerio IV*, *Tancredi*, Siculorum Regis, vel Tyranni, Filio. Vid. *Otto de S. Blaſio*, cap. 41, ad annum 1195, pag. 220, & cap. 43, pag. 221, & cap. 44, ad ann. 1196, pag. 222; *Conradus Urſpergenſis*, an. 1195, pag. 232, eam *Erinam* compellans, addensque, pag. 233, nuptias demum anno 1197 fuiſſe conſummatas; *Albertus Stadenſis*, anno 1195, pag. 200, eam *Ceciliam* vocans; *Rogerus de Hoveden*, part. poſter. *Annal. Angl.*, in vita *Richardi I*, ad an. 1194, pag. 746, Patrem ejus *Thurſac* appellans; *Godefridus Colonienſis*, ad an. 1195, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 261, qui, ad an. 1204, pag. 275, Reginæ nomen *Mariæ* imponit, quæ apud Monachum *Weingartenſem*, de *Guelfis Principibus*, p. m. 799, cujus verba in *Vita Henrici VI*, v. 4, ad an. 1196, extant, *Herena* audit; *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1197, pag. 65, & 66; *Albericus Monachus trium fontium*, ad an. 1193, pag. 399, & ad an. 1202, p. 425; *Sigonius*, lib. 15 *Regni Ital.*, ad an. 1194, pag. 576, & an. 1195, pag. 578, qui eam *Irenen* nominat, pariter ac *Nauclerus*, Generat. 40, an. 1195, p. 876; *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtor.*, Tit. 17, cap. 9, §. 25, p. 239. Eam, an. 1204, ab *Adolfo*, Colonienſi Archi-Epiſcopo, Aquisgrani, fuiſſe inauguratam, docet *Godefridus Colonienſis*, l. c., cujus verba præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1204, pag. 148, habentur. Ob interfectum maritum dolore

Digitized by Google

dolore contabuiſſe, atque, abortu facto, an. 1208 vitam finiiſſe fertur. Vid. *Albericus*, ad h. a., pag. 447: *Poſt mortem Regis Regina, uxor Ejus, dolore nimio afflicta, defungitur, menſe Decembri, &c.* Add. *Fragmentum Hiſtoricum* apud *Urſtiſium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 87: *Regina, audita Ipſius morte, - - - cum eſſet prægnans, dolorem dolori cumulans, ad Stoup caſtrum deducta eſt, cum feſtinatione, ubi, poſt modicum tempus, aborſum fecit, & ſic vitam cum fœtu finivit, & ad Monaſterium Lorche deportatur, & ibi glorioſè ſepelitur, &c.* Conſ. *Henningeſius*, part. 1 *ſecundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 47.

v. (3.) Plures Ei fuiſſe filias, evincit, ſeq. v. 5, *Urſpergenſis* teſtimonium. *Henningeſius*, l. c., eas, hoc ordine, recenſet.

(1) Cunegundis, deſponſata quidem Ottoni, Wittelsbachio Comiti, ſed, ob homicidium, Pater hanc ipſi in matrimonium dari noluit, quæ cauſa cædis ejus fuit. Nupta vero Wenceslao, Bohemiæ Regi, filio Ottocari Primiſlai.

(2) Ethiſa, (rectius *Maria*, adhuc ante maritum defuncta, proinde nec *Ferdinando* Hiſpano nupta. Vid. ſeq. Tit. XVI, Catal. Ducum Sueviæ, vita *Philippi*) *Uxor* (1) *Henrici IV, Ducis Brabantiæ, cognomento Magnanimi*; (2) *Ferdinandi III, Regis Hiſpaniæ.*

(3) N. nupta filio Richardi, Comitis Tuſciæ, nepoti Papæ ex Fratre.

(4) Beatrix, aliis Gibſelda, Conjux Ottonis IV, Imperatoris, per quas nuptias inimicitiæ, inter Philippum & Ottonem Imperatorem, ſunt compoſitæ. Sed hæc, decimo quarto, vel quarto die à nuptiis, vitam finiit, &c.

Ottonem Wittelſpachium ambiviſſe unam harum Principum, infecto autem negotio, ob commiſſam cædem quandam, docent *Otto de S. Blaſio*, cap. 50, ad an. 1208, pag. 226; & *Conradus Urſpergenſis*, pag. 237, quorum verba ſeq. v. 5 recitabo; Dn. Tolnerus, *Hiſt. Palat.*, cap. 17, pag. 371; & alii multi.

De *Ethiſa* loqui videtur *Chronicon rythmicum* vetus ap. *Meibomium*, in Notis *ad Chronicon Marcanum Northovii*, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 418, ubi, facta prius mentione *Beatricis*, *Ottonis IV* Conjugis:

Ire Sueſter, ſcone unte klar,
Der her ouch an hute plach,
Gaph her herlich darnach
Dem Konige us Spanielant.

De nuptiis tertiæ filiarum, cum *Innocentii III* Nepote ex fratre, nihil legi apud Veteres, excepto, quod Pontifex anxiè eas ſolicitaverit. Vid. *Conradus Urſperg.*, l. c., cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1207, pag. 149, extant; conf. *Mutius*, lib. 19 *Chron. German.*, p. 171, & 172.

Beatricis fata, in vita mariti Ejus, *Ottonis IV*, Imp., exponam.

v. (4.) Principem noſtrum hiſce delineat *Conradus Urſpergenſ.*, l. c. *Erat Philippus animo lenis, mente mitis, eloquio affabilis, erga homines benignus, largus ſatis & diſcretus, debilis quidem corpore, ſed ſatis virilis, in quantum confidere poterat de viribus ſuorum, facie venuſta & decora, capillo flavo, ſtatura mediocri, magis tenui, quam groſſa, &c.* Oeconomiæ Ejus memor, immediatè pergit: *Hic cum non haberet pecunias, quibus ſalaria, ſive ſolda præberet Militibus, primus cœpit diſtrahere prædia, quæ Pater ſuus, Fridericus Imp., latè acquiſierat in Alemannia, ita, ut cuilibet Baroni, ſive Miniſteriali villas, ſeu prædia ruſtica, vel Eccleſias ſibi contiguas obligaret; ſicque factum eſt, ut nihil ſibi remaneret, præter inane nomen dominii Terræ, & Civitates, ſeu Villas, in quibus fora habentur, & pauca caſtella Terræ, &c.* En ſummam Ejus vitæ:

An. 1195 creatur à Fratre, *Henrico VI*, Imp., Princeps Tuſciæ & Terræ Mathildis. Vid. præced. Tit. 4, §. 3, lit. o, p. 325.

An. 1196, ejuſdem Cæſaris beneficio, ſuccedit fratri, *Conrado*, in Ducatu Sueviæ. Vid. *Vita Friderici I*, Imp., v. 3, p. 573, voc. *Conradus*, & *Vita Henrici VI*, v. 4, ad an. 1196.

An. 1197, poſt fata *Henrici VI*, orto in Imperio ſchiſmate graviſſimo, aliis, defuncti filiolo, *Friderico*, jam an. 1195 electo Romanorum Regi, Imperialem deberi Coronam, aſſerentibus, adminiſtratione Regni interim Patruo Ejus & Tutori, *Philippo* noſtro, relinquenda, aliis *Bertholdo*, Zæringiæ Duci, diadema offerentibus, aliiſque *Ottonem*, Saxoniæ Ducem, Potentiſſimi *Henrici Leonis*, Saxonum Bojorumque Ducis, filium, Regem ſalutantibus; ipſe à nonnullis Imperii Proceribus in ſolium evehitur, utpote, *Friderico* adhuc in cunis vagiente, conſervandis rebus publicis magis natus, jamque Imperii Inſignia tenens. *Bertholdo* ſponte juribus cedente, potiores *Philippi* & *Ottonis* partes erant, quorum illi *Philippus* 2, Galliarum Rex, huic, præter *Richardum*, Angliæ Regem, *Innocentius* 3, Pontifex, patrocinabantur. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1198, pag. 145. Surgente hinc civili bello, diviſis invicem Imperii Principibus, de conciliandis ſibi amicis ſolicitus *Philippus*,

An. 1198, Bohemiæ Principem, *Ottocarum*, (qui & *Primiſlaus*) Regio ornat diademate, quo omnes hactenus Succeſſores Ejus gaviſi ſunt. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., p. 148.

An. 1199 ab *Innocentio III*, P. R., *Ottonis IV* fautore, diris devovetur. Vid. *Rogerus de Hoveden*, part. poſter. *Annal. Angl.*, in Vita *Johannis*, p. 795, cujus verba ſupra, l. c., exhibui.

An. 1204 inauguratur, una cum Conjuge, *Aquisgrani*, ab *Adolfo* Colonienſi, Rex Germaniæ. Vid. ſupr. l. c. ad h. a.

An. 1207, vario Marte, protracto hucusque bello, (de quo *Rogerus*, l. c., in Vita *Richardi I*, ad an. 1199,

pag.

Digitized by Google

pag. 790, & in Vita *Johannis*, pag. 795, &c.; *Otto de S. Blaſio*, cap. 46, &c., pag. 223, &c.; *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 7 *Chron. Sclav.*, cap. 14, pag. 554, &c; *Conradus Urſperg.*, pag. 237, & 238; *Chronicon Montis Sereni*, p. 267; *Albertus Stadenſis*, ad an. 1199 ad 1207, pag. 201, & 202; *Albericus*, ad an. 1198, pag. 414, an. 1200, pag. 419, & an. 1206, p. 442; *Chronica Auguſtenſis Freheri*, T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 365, & 366; *Chronica Sclavica Lindenbrogii*, ad an. 1199, 1200, 1201, 1205, 1206, & 1207, p. 257; *Gobelinus Perſona*, ætat 6 *Coſmodromii*, cap. 63, pag. 276; *Theodoricus Engelhuſius*, Chron., p. 243, &c.; *Mutius*, lib. 19 *Chron. Germ.*, pag. 166 ad 172; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 40, pag. 897, &c.; aliique evolvantur,) de pace agitur, inter *Philippum*, durante vita *Ottonis*, prætenſionibus ſuis in Imperium renunciaturum, atque *Ottonem*, *Philippi* filiam in uxorem ducturum. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1207, p. 149.

(5.) Anno 1208 *Philippus*, ſatis ſpirantibus ſecundis ventis, ab *Ottone Wittelſpachio*, 22 Junii, Bambergæ, perfidè occiditur. Quo de Regicidio hæc ſuppeditat *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 7 *Chron. Slav.*, cap. 14, §. 4, p. 555: *Philippus Rex filiam ſuam Othoni*, (de Widelingsbach) *utpote Nobili Viro, deſponſare decreverat. Sed quia idem Otho nimis erat crudelis, & inhumanus, mutata voluntate, propoſitum deſponſationis mutaverat. Quod intelligens Otho Palatinus, pro filia Henrici, Ducis Poloniæ, laborabat.* Sequentibus docet, Witelſpachium literas commendatitias ab ipſo *Philippo*, ad Polonum, petiiſſe & obtinuiſſe, iis vero poſtmodum apertis, ſibique contrariis inventis, necem Regi jurando, nudo gladio cubiculum ejus ingreſſum, uno ictu Eum necaſſe. Conf. *Otto de S. Blaſio*, ad h. a., cap. 50, p. 226: *Philippus Rex, ſubjectis ſibi, multis modis, omnibus penè Ottonis fautoribus, Ipſum poſtremo perſequi deliberat, contractoque valido exercitu, contra Brunſwic ire diſponens, in Civitatem Babinbergenſem divertit, exercitu jam in procinctu conſtituto: ibique phlebotomatus aliquandiu quieſcere voluit. Itaque Otto, Palatinus de Witilinſpach, remordente memoria injuriæ, ſibi, in ablatione filiæ, à Philippo Rege exhibitæ, (deſponſatam enim illi filiam, prætenta conſanguinitatis propinquitate, negaverat,) tempus opportunum ratus, atque inſtigatione Marchionis de Andehſe animatus, in vindictam exarſit, ſociorumque frequentia ſtipatus, quaſi in expeditionem iturus, Babinberc ad Regem Philippum divertit, &, quaſi ei in aurem loquuturus, cubile Regis familiariter pulſavit, gladio ſub veſte latente. Intromiſſus igitur, continuò, exerto gladio, Regem invaſit, unoque ictu, capite letaliter vulneratum, occidit: vulnerato etiam Henrico, Dapifero de Walpurg, qui eum comprehenſum retinere voluit: ſicque cubili erumpens, aſcenſo equo, cum ſociis ſeceſſit, Rege ſtatim expirante, &c.* Eandem rationem profert *Conradus Urſpergenſis*, h. a., pag. 237: *Fuit autem occiſus 10 Kal. Julii, hac ſola cauſa, quia, cum deſponſaſſet unam de Filiabus ſuis præfato ſceleroſo*, (Ottoni Wittelſpachio) *idem quendam liberum, familiarem Ducis Bavariæ, perfide interfecit, de qua perfidia coram Principibus notatus fuit: & ideo Rex filiam ſuam ſibi tradere denegavit, &c.* Præcedentem diem, ſcil. 21. Junii, exprimit *Albertus Stadenſis*, an. eod., p. 202: *Rex Philippus, à Comite de Witilſpach, in Bavenberg occiditur, undecimo Kalend. Julii, & in Spira ſepelitur, &c.* Epitaphium ejus, quod *Spiræ* fuit, exhibet *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 84, p. 593: *Anno Dominicæ Incarnationis M. CC. VIII Rex Philippus, Bavenbergæ occiſus XI Cal. Julii, obiit.* Conf. *Godefridus Colonienſis*, apud *Freherum*, Tom. 1 *Rer. German.*, h. a., pag. 278; *Albericus*, h. a., p. 447; *Chronicon Montis Sereni*, h. a., pag. 85; *Conradus Moguntinus*, h. a., apud *Urſtiſium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 574; *Continuator Chronici Leodienſis*, h. a., apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, p. 406; *Chronicon Rothomagenſe*, h. a., ibid., p. 371, licet perperam ibi *Dux Saxonum* vocetur; *Chronicon Metenſe*, h. a., ibid., p. 346; *Chronicon Elwangenſe*, h. a., apud *Freherum*, l. c., p. 455; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, h. a., p. 257; *Siffridus*, Presbyter Miſnenſis, lib. 2 Epitomes, h. a., apud *Piſtorium*, pag. 694; *Fragmentum Hiſtoricum, M. Alberti Argentoratenſis Chronico* præfixum, apud *Urſtiſium*, T. 2 *Rer. Germ.*, p. 87; *Theodoricus de Niem, de Privilegiis Imperii, circa Inveſtituras*, ap. *Schardium*, de *Juriſdict. Imperiali*, p. m. 281; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 63, p. 276; *Theodoricus Engelhuſius*, h. a., p. 243, in fine; *Conradus de Fabaria*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 7, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1, p. 76; *Paulus Langius*, in *Chronico Citizenſi*, h. a., pag. 797; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 41, h. a., p. 906, & 907; *Albertus Cranzius*, lib. 7 *Saxon.*, cap. 28; *Chronica Auguſtenſis Freheri*, l. c., pag. 366, malè tamen ad annum 1209; quæ etiam, pag. 364, ad an. 1197, inverſo ordine, tradit, Imperatorem à Wittelſpachio jugulatum, quod filiam ejus noluerit in thorum aſſumere; *Aventinus*, l. VII *Annal.*, p. 527; *Büntingius*, *Chron. Brunſuic.*, p. 184; *Lehmannus*, l. c., cap. 70, p. 567; *Schatenus, Annal. Paderbornenſ.*, lib. 10, h. a., p. 950; *Spondanus, Contin. Annalium Baronii*, h. a., pag. 35; *Meibomius*, in *Apologia* pro *Ottone IV*, Tom. 3 *Rer. Germ.*, p. 132, &c.; Dn. *Tolnerus, Hiſtor. Palat.*, cap. 17, h. a., pag. 370, & 371. De præmio Regicidæ inquit *Conradus Urſpergenſis*, p. 237: *Brevi ſpatio temporis interjecto*, (à Regicidio) *cum regnaret Otto, facinoroſus ille, ab Heinrico de Kalindin, præfato Marſcalco, ob vindictam Domini ſui, glorioſe fuit interfectus, in quadam grangia, non longè à Ratiſpona &c.* Sic & *Chronicon Montis Sereni*, Anno 1208, p. 85; *Otto de S. Blaſio*, cap. 51, ad an. 1209, pag. 226; *Conradus de Fabaria*, l. c., cap. 8, p. 76; *Fragmentum hiſtoricum Urſtiſianum*, l. c.; *Chronica Auguſtenſis*, l. c., *Chronicon Elwangenſe*, l. c.; *Paulus Langius*, l. c.; *Nauclerus*, l. c., pag. 907; Dn. *Tolnerus*, l. c., ad an. 1209, pag. 371, qui ait: *Henricus Pappenheimius, Mareſchallus, Ottonem Wittelſpachium, Cæſaris percuſſorem ſupra memoratum,*

in ripa Danubii, juxta Oberndorſ, haud procul à caſtro ejus Niderſtrang, adoritur, eumque, multis vulneribus confoſſum, interficit, caput ejus in Danubium projicit; corpus vero, novo demum anno poſt, permittente Pontifice, in Cœnobio Undersdoſ, ad Majores ſepelitur.

(25) OTTO IV.

v. (1.) Erat filiorum *Henrici Leonis*, Saxonum Bajorumque Ducis, atque *Mathildis*, *Henrici*, Anglorum Regis, filiæ, tertius ordine; Vid. *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 3 *Chron. Sclav.*, cap. 2, pag. 242, §. 5: *Filios etiam ex eo, poſt reditum* (è Terra Sancta) *ſuſcepit:* (Duciſſa Mechtildis) *Henricum*, *Luderum*, *Ottonem*, *Willehelmum*, &c.; non natu maximus, ut *Ladislaus Sundhemius*, Viennenſis Canonicus, in Hiſtoria *Familiæ Welphonum*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.*, pag. 805, & *Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 19, p. m. 418, arbitrantur. Nativitatis annus me latet. Effigiem, cum vitæ curriculo, exhibet *Bucelinus*, part. 2 *Germaniæ Topo-Chrono-Stemmatographicæ*, p. 418, &c.

v. (2.) De Uxoribus ſcribit *Sundhemius*, l. c: *Maria, Ejus uxor prima, fuit filia Ducis Brabantiæ, ex qua non habuit proles. Beatrix, ſecunda Ejus Uxor, fuit filia Philippi, Regis Romanorum, Ducis Sueviæ, per quam ad concordiam venerunt, &c.* Nititur hæc ſententia auctoritate *Rogeri de Hoveden*, qui part. poſter. *Annal. Angl.*, in Vita *Richardi I*, ad an. 1198, pag. 776, ait: *Prædictus autem Otho duxit ſibi in uxorem filiam Ducis de Luvain, quæ, die coronationis prædicti Othonis, ſedit ſimul cum Eo, in cathedra Regali, ſed non tunc coronata, &c.*; nec non verbis *Conradi Urſpergenſis*, pag. 235; *Frequenter commiſſa ſunt pugnæ inter eos,* (Philippum & Ottonem) *maximè circa Moſellam fluvium, & Otto ſemper fugatur. Inter hæc deſponſavit Otto filiam Ducis Brabantiæ, ſed eam poſtea repudiavit, &c.* Sic & *Godefridus Colonienſis*, ad annum 1199, apud *Freherum*, Tom. 1 *Rer. Germ.*, p. 266: *Ottoni Regi deſponſatur filia Ducis Brabantiæ, &c.* Conf. *Henningeſius*, part. 2 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 118; *Matthiæ, Theatr. Hiſtor.*, p. 947; aliique multi. Nomen Ducis, *Henrici*, exprimit *Albericus, Monachus trium fontium*, ad ann. 1214, p. m. 477, ubi: *Dux de Lemburch, Henricus, & Dux Henricus Brabantiæ, cujus filiam duxerat in uxorem Otto prædictus, &c.* Contra ſentientes *Beatricem* priorem conſtituunt conjugem, v. g: *Vetuſtum Chronicon Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium*, apud *Maderum*, *de Antiquit. Brunſuic.*, pag. 17: *Anno Domini 1210 Dominus Otto IV in Imperium eſt aſſumtus. Hic duxit uxorem Beatricem, Regis Philippi filiam, quæ obiit anno Domini* 1213, 3 *Id. Auguſti. Poſtea duxit Mariam, ſororem Ducum Brabantiæ, de quarum nulla habuit ſucceſſorem, &c.*; & *Levoldus à Northof*, in *Originibus Marcanis*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 388, ad an. 1214: *Fridericus, Rex, congregato exercitu copioſo, ut Ducem Brabantiæ ſubjugaret, cujus filiam prædictus Otto, mortua alia ſua uxore, filia Philippi Suevi, Regis, in Camera ſua, in Bavenberg, per quendam ſuum comitem, crudeliter interfecti, duxerat in uxorem, ultra Moſam proceſſit, &c.*; nec non *Chronicon Rythmicum* apud *Meibomium*, in Notis ad dictum *Levoldi* locum, p. 418:

In derſelbigen Zwidracht,
Nam hernach Keyſerlicher acht
Zu Northuſen ſin Junckvrowelin,
Beatricem, das Megetin,
Die ich nante hi zuvoren.
Das Vrowelin hochgeboren
Ir ſtarb in vierzen Nachten,
Do von Gottes Bort ſich brachten,
Duſent, Zwehundert, und zwelf Jar.

Et paulo poſt:

Darnach, an kurtzen Tagen,
Nam der Keyſer (hær ich ſagen)
Des Hertzogen Schweſter us Brabant,
Maria, ſo was ſie genant, &c.

Ejusdem ſententiæ eſſe videtur *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1215, adeoque poſt fata *Beatricis*, p. m. 486, inquiens: *In Paſcha Cives Colonienſes pacti ſunt pecuniam Ottoni, jam reprobato, ut recederet ab eis, & abſolverunt Eum ab omni debito, quod eis debebat, & dederunt Ei inſuper ſexcentas marchas argenti, & Ipſe, poſt Paſcha, clam receſſit, &, poſt Ejus receſſum, uxor Ejus, filia Ducis Brabantiæ, ſub ſpecie viri peregrini, ſimiliter receſſit à Colonia, & ſecuta eſt Virum ſuum, &c.* Quæ *Chronicon Belgicum magnum*, p. m. 220, repetit, &, ex eo, *Meibomius*, l. c., pag. 418. Add. *Büntingius*, pag. 180 *Chronici Brunſuicenſis: Die ander iſt geweſen Frau Maria, Hertzog Henrichs zu Braband Tochter, damit Er ſich dabevor ehlich eingelaſſen, Sie aber nicht heimgeholt, ſondern an Kayſer Philippi Tochter ſich befreyet; Nach derſelbigen Todt hat er dieſe Mariam genommen, und, biß an ſeinen ſeeligen Hintritt aus dieſem Leben, mit ihr eine Chriſtliche Ehe beſeſſen. Sie haben aber keine Erben mit einander gezeugt.* Idem docet *Meibomius*, l. c.; confer vero, quæ Dn. *Henricus Meibomius* Junior, in Notis ad Avi ſui *Apologiam pro Ottone IV*, Tom. 2 *Rer German.*, pag. 154, annectit. Sicut de ordine diſputatio eſt, ita de nomine *Beatricis*: perhibet enim *Caſpar Schioppius*, in *Genealogia Auſtriaca*, *Philippi* filiam, *Beatricem*, non *Ottoni* noſtro, ſed *Ferdinando Sancto*, Regi Caſtellæ, nupſiſſe, addens: *Id verum eſſe, Princeps Hiſtoriographus, Hieronymus Surita, in Ar-*

Digitized by Google

in Arragonicis Annalibus, tum Johannes Mariana, poſtremo Conſalvus Illeſcas, in Hiſtoria Pontificia, præſtiterit. Germanos nonnullos, qui aliter ſcripſerunt, hoc in errorem induxit, quod plures Philippo filias fuiſſe neſciverunt, &c. Enimvero *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 7 *Chron. Sclav.*, cap. 16, §. 1, pag. 559, præfatum *Chronicon Brunſuicenſe* apud *Maderum*, l. c., & pag. 18, & *Rythmicum*, apud *Meibomium*, l. c., *Ottonis* conjugem, expreſſis verbis, *Beatricem* vocant. Sponſalia refert *Otto de S. Blaſio*, cap. 51, pag. 227, ad ann. 1209; ipſas nuptias anno 1212 fuiſſe celebratas, tradunt *Godefridus Colonienſis*, h. a., pag. 281; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 203; *Chronica Auſtralis Freheri*, T. 1 *Rer Germ.*, ad h. a., pag. 321; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, p. 257; *Mutius*, lib. 19 *Chron. Germ.*, h. a., pag. 175; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spirenſ.*, cap. 74, pag. 575; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.*, cap. 16, pag. 356, ad h. a.; & alii. *Meibomius* autem, in *Apologia pro Ottone IV*, l. c., pag. 154, habet annum 1214. Sed nec de loco nuptiarum inter Auctores convenit; *Chronica Auſtralis*, l. c., & *Albertus Cranzius*, lib. 7 *Saxon.*, cap. 34, ponunt *Brunſuigam*: *Chronico Rythmico* contrà, l. c., *Godefrido Colonienſi*, l. c., *Mutio*, l. c., *Gobelino*, æt. 6 *Coſmodrom.*, cap. 63, p. 276, *Auctore Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 34, apud *Piſtorium*, pag. 922, *Lehmanno*, l. c., *Meibomio*, l. c., aliisque *Northuſam*, hoc nomine, proferentibus. De facto teſtantur *Conradus de Fabaria, de Caſibus S. Galli*, cap. 8, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alamannic.*, p. 77; *Arnoldus Lubecenſis*, l. c., cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1208, pag. 150, extant; *Godefridus Colonienſis*, an. eod., pag. 278; vid. ibid.; *Conradus Urſpergenſis*, pag. 237, ibid., ad an. 1207, p. 149. Obiit hæc Princeps, non ſine ſuſpicione veneni, quarto à nuptiis die, teſtibus *Alberto Stadenſi*, l. c., *Chronico Rythmico*, l. c., *Chronica Auſtrali*, l. c., *Chronico Lindenbrogiano*, l. c., quamvis *Chronicon Brunſuicenſe Maderianum*, l. c., id anno 1213, 3 Id. Auguſti contigiſſe, putet.

Nonnulli tertiam Ei adſcribunt conjugem, filiam Johannis, Marchionis Brandenburgici, indeque natas *Mechtildem*, *Alberto I*, Saxoniæ Duci, nuptam, & *Mariam*, *Woldemari* Sleswicenſis uxorem; ſed vapulant in *Chronico Büntingiano*, p. 180.

v. (3.) Liberis Eum caruiſſe, ex hactenus dictis eruendum eſt.

v. (4.) De publica felicitate Regiminis hujus Imperatoris ait *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 7 *Chron. Sclav.*, cap. 17, pag. 560, §. 1: *Orta eſt autem nova lux in Orbe Romano, jucunditas pacis, & ſecuritas quietis, & ceſſavit ſubſannatio & inſultatio multorum, qui Othonem affirmabant nunquam regnaturum, &c.* Sic & Auctor *Fragmenti hiſtorici*, *Alberti Argentoratenſis Chronico* præfixi, apud *Urſtiſium*, T. 2 *Rer. German.*, ad an. 1211, pag. 88 *Omni autem tempore Ottonis, per totum Regnum Alemanniæ, ſumma pax & ſecuritas fuit, ita, ut omnes mirarentur, quod etiam in abſentia Ejus, dum eſſet in Sicilia, tanta pax eſſe potuit in Terra, &c.* Add. vetus *Chronicon rythmicum*, apud *Meibomium*, in *Apologia pro Ottone IV*, Tom. 2 *Rer. German.*, p. 132:

Otto, dher hohe Keyſer clar,
Hilt an ſo grozer ere, dhri Jar,
Dhe Kronen und daz Riche,
Al dher Werlt ſo vrideliche,
Daz men In mæchte nennen ſcone
Des Vridhes Herre unte Sohne, &c.

Albertus Cranzius, lib. 7 *Saxon.*, cap. 29; *Bangertus*, in Notis ad dictum locum *Arnoldi*. Ipſe *Conradus Urſpergenſis*, ei valdè infenſus, pag. 238, in fine, inquit: *Rex, peragratis partibus Rheni, advenit in Sueviam, cœpit autem prædonibus, & facinoroſis terrorem incutere, & judicia ſuper eos exercere, &c.* Ut autem Gibellinum animum proderet, mox addit: *Potius indignans ſuper eos per ſuperbiam, quam amans juſtitiam, &c.* Atro carbone Eum depingit hic Abbas, pag. 235, ſcribens: *Miſerunt nuncios ſuos*, (Colonienſes & Argentoratenſes) *Albertum videlicet de Taguburg, & de Liningen, Comites, in Angliam, ut inde advocarent, & adducerent Ottonem, pro eo, quod ſuperbus & ſtultus*, (ſtolida ratio!) *ſed fortis videbatur viribus, & ſtatura procerus.* Et pag. 239: *Contra morem Gentis, Comites, ſeu Barones, vel Principes, ad ſe venientes, rebus & verbis inhoneſtavit. Feuda quoque, quæ Philippus habuerat ab Eccleſiaſticis Principibus, etiam contra voluntatem illorum, obtinere voluit, & tam ipſos, quam Eccleſias, opprimere cœpit, ſimulans zelum juſtitiæ, cum potius ageret ſuperbè. Unde à pauperibus, & Monachis, & Clericis tanquam defenſor collaudabatur juſtitiæ, ſed Deus aliud reſpexit in corde, &c.* Paria convitia evomit *Martinus Polonus*, in Ejus vita, p. m. 376: *Otto IV, de Gente Saxonum, à Domino Innocentio III fuit coronatus, in Baſilica S. Petri, ſed non fuerunt ſibi, propter maleficium ſuum, anni tributi, &c.*; nec non *Sebaſtianus Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 19, p. m. 418: *Otto der Vierdt, der Erſtgeboren Sohn Hertzog Heinrichen des Lœwen, (der Hertzog in Beyern und Sachſen was,) ein hochfertiger und fræveler Fürſt, der jederman verachtet, und darumb auch nit lang im Keyſerthumb bleiben mocht, &c.* de *Cuſpiniani*, *Turſellini*, aliorumque criminationibus legas *Meibomium*, in dicta *Apologia*, pag. 114, &c. Curriculum vitæ Ejus tale fuit:

An. 1190 Richardus, Rex Angliæ, dedit Othoni, nepoti ſuo, filio Mathildis, ſororis ſuæ, quondam Duciſſæ Saxoniæ, Comitatum Eboraci; &, quamvis multi recepiſſent Eum, & feciſſent Ei homagia & fidelitates, multi tamen Ei reſiſtebant, dicentes, quod à fidelitate Regis non recederent, priusquam cum Eo, ore ad os, loquerentur. Unde factum eſt, quod Dominus Rex dedit Eidem Othoni Comitatum Pictavis, in commutationem Comitatus Eboraci, &c. Sunt verba *Rogeri de Hoveden*, part. poſt. *Annalium Angl.*, in Vita *Richardi*, ad h. a.,

pag. 685, &c. Hinc toties Auctoribus Comes Pictavorum vocatur. Illuſtris Auctor de la Lettre, ſur la connexion des Maiſons de Brunſuic & d' Eſte, pag. 6, hanc in rem ſcribit: Son fils, Otton IV, quoique Cadet, ne laiſſa pas de parvenir à l' Empire. J'ay trouvé, par le moyen des Titres, qui ſe gardent dans l' Archiv Royal d' Angleterre, qu'auparavant il avoit été fait Duc d' Aquitaine, par le Roy d' Angleterre, ſon Oncle, étant conſideré comme Prince du ſang, & qu'il y avoit ſuccedé immediatement à la fameuſe Altenor, héritiere de Guienne, Reine de France, & puis d' Angleterre, dont il etoit le petit fils. On a encore des privileges, qu'il donna aux Habitants de l' Isle d' Oleron, comme à ſes Sujets.

An. 1196, ampliſſima cum dote, uxorem ducere debuit Margaretham, Wilhelmi, Scotorum Regis, filiam; res autem effectu caruit. Rogerus de Hoveden, l. c., ad h. a., pag. 759, ait: Rex fuit apud Pictavim, die Natalis Domini, quæ Feria ſecunda evenit, & Hubertus, Cantuarienſis Archi-Epiſcopus, totius Angliæ juſtitiarius, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, fuit, eodem die, apud Eboracum, miſſus, ex parte Regis, loqui cum Willielmo, Rege Scottorum, de matrimonio contrahendo, inter Othonem, filium Henrici, Ducis Saxoniæ, nepotem Richardi, Regis Angliæ, & Margaretham, filiam ſuam. Convenerat enim inter Richardum, Regem Angliæ, & Willielmum, Regem Scotiæ: quod idem Rex Scotiæ daret prædicto Othoni Margaretham, filiam ſuam, in uxorem, cum toto Loenais; & quod Rex Angliæ daret Othoni, & filiæ Regis Scotiæ, & hæredibus eorum totam Northumbriam, & Comitatum Carleoli; & Rex Angliæ haberet in cuſtodia totum Loenais, cum Caſtellis ſuis; & Rex Scotiæ haberet in cuſtodia totam Northumbriam, & Comitatum Carleoli, cum caſtellis ſuis. Sed, quia Regina Scotorum tunc temporis prægnans erat, noluit Rex Scotiæ ſtare prædictæ conventioni, ſperans, quod Dominus daret ei filium, &c. Conf. Ill. Dn. Leibnitius, de Scriptorib. Brunſuic., p. 879.

An. 1197, defuncto Henrico VI, in ſchiſmate, cum Philippo, defuncti fratre, eligitur Imperator. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1198, pag. 145, &c.

An. 1198, quarto Nonarum Julii, coronatur Rex Germaniæ, Aquisgrani, ab Adolpho, Colonienſi Archi-Epiſcopo, teſte ſubſcriptione tabularum fœderis, Eccleſiam Colonienſem, Ejusque Præſulem, modò laudatum, inter, & Abbatiam Corbejenſem, ejusque Antiſtitem, Windekindum, apud Gelenium, lib. 1 Hiſtoriæ Engelbertinæ, p. 22; Schatenum, lib. 9 Annalium Paderbornenſium, ad an. 1198, p. 916; & Meibomium, in Apologia, pro Ottone IV, Tom. 3 Rer. Germ., p. 117, ubi: Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, centeſimo, nonageſimo Octavo, Indictione prima. Datum apud Aquisgranum, quarto Nonas Julii, per manum Godefridi Capellani, in die ſcilicet coronationis Domini Ottonis quarti, Regis Romanorum, feliciter. Amen, &c. Factum comprobant Arnoldus Lubecenſis, lib. 6 Chron. Sclav., cap. 1, §. 3, pag. 450, addendo, ſumptibus ſeptuaginta millium marcarum, magnoque labore, Eum Aquisgrano, Philippi partes tenente, prius fuiſſe potitum; Otto de S. Blaſio, cap. 46, an. eod., pag. 223, idem docens, ut & Albertus Stadenſis, h. a., pag. 200; Albericus, Monachus trium fontium, an. eod., p. 414, diem licet inaugurationis in Pentecoſtes feſtum rejiciat; Conradus Urſpergenſis, p. 235; Godefridus Colonienſis, an. eod., apud Freherum, T. 1 Rer. German., pag. 264; Nauclerus, Generat. 40, an. eod., p. 899; Spondanus, Contin. Annal. Baronii, an. eod., §. 8, pag. 3; Schatenus, l. c., pag. 914.

An. 1203 Rex Otto ſuperveniens cum exercitu, (in Thuringiam, quam Philippus Rex, Hermannum Landgravium debellaturus, armata manu invaſerat) à cunctis favorabiliter ſuſcipitur: & Bohemus, fidelitate promiſſa, ab Ipſo coronatur; & in feſto S. Bartolomei Apoſtoli, à Guidone, Eccleſiæ Romanæ Legato, apud Marſpurg, in Regem ſolenniter conſecratur. Ibi etiam Lantgravius Ottoni Regi fidelitatem, quam pridem fecerat, iteravit, & confirmavit, præſentibus omnibus, qui tunc aderant, Principibus, &c. Sunt verba Godefridi Colonienſis, l. c., ad hunc annum, pag. 268. Ejusdem inaugurationis Ottonianæ ſecundæ meminit Chronicon Montis Sereni, h. a., pag. 75, aſt eam Coloniæ peractam docens: Otto Rex benedictionem Regalem à quodam Cardinali Epiſcopo, Apoſtolicæ Sedis Legato, Coloniæ accepit, &c.

An. eod. judicium Familiæ herciſcundæ, cum Fratribus, inſtituit. Vid. Maderi Antiq. Brunſuic., §. 18, & 19 Documentorum, pag. 239, & 242. Conf. ſeq. Tit. XI, §. 1, lit. b, v. 7, Vita Henrici, C. P. R., & Duc. Saxoniæ.

An. 1204 hoſtem expertus eſt germanum, Henricum, Saxoniæ Ducem, Comitemque Rheni Palatinum, cum Brunſuigam, Caſtrumque Liechtenberg, in ſecuritatem petenti, denegaret, ceu ex Arnoldo Lubecenſi, lib. VI, cap. VI, pag. 459, diſcimus; Annum exprimit Albertus Stadenſis, ſcribens, ad an. 1204, pag. 201: Dux Heinricus, inſtante hora belli, ante Brunſwich, à fratre Ottone ad Philippum ſe tranſtulit; Nec non Chronicon Montis Sereni, h. a., pag. 75, id licet contigiſſe tradat apud Goslariam: Philippus Rex, dimiſſis auxiliatoribus, Goslariam cum ſuis regreditur, ubi, cum Rex Otto, militibus collectis, cum Ipſo congredi tentaret, Henricus Palatinus, frater Ipſius, ad Philippum tranſiit, præſtitaque Ei fidelitate, Advocatiam Goslarienſem ab Eo promeruit, &c. Conf. Cranzius, lib. VII Saxon., cap. 17; Lehman., Chron. Spir., lib. 5, cap. 74, p. 573.

An. 1207, inter Eum, & Philippum, de pace agitur. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 149.

An. 1208, occiſo, ab Ottone Wittelſpachio, Rege Philip-

Digitized by Google

Philippo, denuo eligitur, & quidem unanimi Procerum Imperii, *Halberſtadii* & *Francofurti* congregatorum, conſenſu, Imperator. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 150.

An. 1209, celebratis *Auguſtæ Vindelicorum* Comitiis, de quibus *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 7 *Chron. Slav.*, cap. 20, §. 1, p. 565, legi meretur, in Italiam profectus, *Veronam*, *Guardam*, *Bononiam*, *Mediolanum*, aliasque Regni Urbes in fidem accipit; contracto hinc valido ex omni Italia exercitu, *Tuſciam applicuit*, *nuncios ad Dominum Apoſtolicum*, (Innocentium III,) *Patriarchàm Aquilejenſem*, *& Epiſcopum Spirenſem*, *Cancellarium ſuum*, *Romam præmiſit; qui*, *ex perſona Regis*, *compoſitione Imperialis conſecrationis cum Apoſtolico facta*, *ad Regem regrediuntur*, *Ipſumque cum univerſo exercitu*, *ex parte Domini Apoſtolici*, *filiali affectu*, *compoſitionem Conſecrationis intimantes*, *ſalutaverunt. Qui mox ad urbem tendens*, *exercitum caſtrametari*, *ante Portas Urbis*, *fecit: Ipſeque*, *craſtina die Dominica*, *ante feſtum S. Michaëlis*, *quæ*, *eo anno*, *quinto Calend. Octob. evenit*, *à Domino Papa*, *Innocentio*, *& à Romanis honorificè ſuſcipitur*, *datoque Sacramento*, *coram Eccleſia*: ***Se juſtum Judicem, ac viduarum & orphanorum Tutorem: nec non Eccleſiarum, & præcipue Patrimonii S. Petri Defenſorem, pro poſſe, exiſtere***: *ab Apoſtolico conſecratus coronatur*, *Imperatoriſque & Auguſti nomen*, *nonageſimus ſextus ab Auguſto*, *ſortitur. Conſecrationem igitur deſideratam adeptus*, *cum magno tripudio ab Urbe recedens*, *in partes Tuſciæ divertit*, *&c.* Hæc *Otto de S. Blaſio*, Cap. 52, i. e. ultimo *appendicis Chronici Ottonis Friſingenſis*, h. a., pag. 227. Comprobant hanc Inaugurationem *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 7 *Chron. Sclav.*, Cap. 21, pag. 567; *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 202; *Conradus Urſpergenſis*, h. a., pag. 238, & 239; *Godefridus Colonienſis*, h. a., pag. 279, diem coronationis 3 Nonar. Octob. fuiſſe, ſtatuens; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, h. a., pag. 452; *Chronicon Montis Sereni*, h. a., p. 86, & 87; *Robertus de Monte*, h. a., pag. 681; *Chronicon Bigaugienſe*, in calce *Chronici Montis Sereni*, h. a., pag. 268; *Conradus de Fabaria*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1, cap. 8, p. 77, addens, ante coronationem Eum etiam juramento promiſiſſe, ſe *Fridericum*, *Henrici VI* filium, in nullis rebus, hæreditario Jure ad Eum ſpectantibus, nec Romanam Eccleſiam ullatenus perturbaturum; *Martinus Polonus*, in vita *Ottonis IV*, p. m. 376; *Theodoricus de Niem*, *de Privilegiis Imperii circa Inveſtituras Eccleſiaſticas*, apud *Schardium*, *de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 253; *Conradus Moguntinenſis*, apud *Urſtiſium*, pag. 574; *Monachus Paduanus*, lib. 1 *Chron.*, ad h. a., ibid., p. 582; *Johannes Vito Duranus*, in *Chronico*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, part. 1 *Acceſſionum Hiſtoricarum*, p. 5; *Fragmentum Hiſtoricum*, apud *Urſtiſium*, T. 2, p. 87; *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, h. a., pag. 257; *Magnum Chronicon Belgicum*, h. a., pag. 218; *Gobelinus Perſona*, æt. 6 *Coſmodrom.*, Cap. 63, p. 276; *Chronica Auguſtenſis Freheri*, h. a., pag. 366; *Siffridus*, Presbyter *Miſnenſis*, lib. 2 Epitomes, h. a., apud *Piſtorium*, p. 694; *Platina*, in vita *Innocentii III*, p. m. 191; *Paulus Langus*, *Chron. Citizenſ.*, h. a., ibid., p. 797; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 41, h. a., pag. 909; *Mutius*, lib. 19 *Chronic.*, p. 173, & 174; Aliique multi. Hinc Imperator Ipſe, in Confirmationis Privilegiorum Abbatiæ *Walckenredenſis* Inſtrumento, apud *Meibomium*, in ſæpe dicta *Apologia*, *pro Ottone IV*, pag. m. 160, & Dn. *Lenckfeldum*, cap. 18 *Antiquitatum Walckenredenſium*, p. 361, hunc annum *primum Imperii* ſui vocat; ibi: *Acta hæc ſunt apud Interamnem*, *in partibus Spoletanis*, *anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo*, *ducenteſimo nono*, *anno Regni noſtri undecimo*, ***Imperii vero primo***, *Nono Kal. Januar.*, *Indict. XII*, *&c.* Cum hinc inde mentio fiat pactorum Auguſti cum Romana ſede, operæ pretium duxi, integram eorum, modo non fictam, ſeu interpolatam, formulam, ex libro decimo *Annalium Paderbornenſium* Dn. *Schateni*, ad an. 1210, p. 956, deſcribere:

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, *Otto Quartus*, *divina favente clementia*, *Romanorum Rex*, *& ſemper Auguſtus. Recognoſcentes*, *ab Eo noſtræ promotionis donum miſericorditer proceſſiſſe*, *à quo eſt omne datum optimum*, *& omne donum perfectum*, *Ipſum*, *Ejuſque Vicarium*, *& ſponſam Ejus*, *ſanctam Eccleſiam*, *diſpoſuimus*, *& decrevimus magnifice honorare*, *ut*, *qui nobis*, *in præſenti*, *temporale contulit Regnum*, *in futuro quoque tribuat ſempiternum. Proinde vobis*, *Reverendiſſime Pater*, *& Domine*, *ſumme Pontifex*, *Innocenti*, *quos*, *pro multis beneficiis*, *nobis impenſis*, *ſinceriſſimo veneramur affectu*, *veſtriſque Catholicis ſucceſſoribus*, *& Eccleſiæ Romanæ omnem obedientiam*, *honorificentiam*, *& reverentiam ſemper*, *humili corde*, *ac devoto ſpiritu*, *impendemus*, *quam Prædeceſſores noſtri*, *Reges & Imperatores Catholici*, *veſtris Anteceſſoribus impendiſſe noſcuntur*, *nihil ex iis volentes diminui*, *ſed magis augeri*, *ut Noſtra devotio clarius eniteſcat. Illum igitur abolere volentes abuſum*, *quem interdum quidam Prædeceſſorum Noſtrorum exercuiſſe dicuntur*, *in Electionibus Prælatorum*, *concedimus & ſancimus*, *ut Electiones Prælatorum liberè ac Canonicè fiant*, *quatenus ille præficiatur Eccleſiæ viduatæ*, *quem totum Capitulum*, *vel major & ſanior pars ipſius duxerit eligendum*, *dummodo nihil ei obſtet de Canonicis inſtitutis. Appellationes autem*, *in negotiis & cauſis Eccleſiaſticis*, *ad Apoſtolicam Sedem liberè fiant*, *earumque proſecutionem*, *ſive proceſſum nullus impedire præſumat. Illum quoque dimittimus & refutamus abuſum*, *quem*, *in occupandis bonis decedentium Prælatorum*, *aut etiam Eccleſiarum vacantium*, *noſtri conſueverunt Anteceſſores committere*, *pro motu propriæ voluntatis. Omnia vero ſpiritualia vobis & aliis Eccleſiarum Prælatis relinquimus libere diſponenda*, *ut*, *quæ*

ſunt

Digitized by Google

ſunt Caſaris, Caſari, & , qua ſunt Dei, Deo, recta diſtributione, reddantur. Super eradicando autem haretica pravitatis errore auxilium dabimus, & operam efficacem. Poſſeſſiones etiam, quas Eccleſia Romana recuperavit, ab Anteceſſoribus noſtris, ſeu quibuslibet aliis ante detentas, liberas & quietas ſibi dimittimus, & ipſam, ad eas retinendas, bona fide promittimus adjuvare; quas vero nondum recuperavit, ad recuperandum, pro viribus erimus adjutores, & , quacunque ad manus noſtras devenerint, ſine difficultate ei reſtituere ſatagemus. Ad has pertinet tota Terra, qua eſt à Radicoſano, usque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, Terra Comitiſſa Mathildis, Comitatus Britennorii, Exarchatus Ravenna, Pentapolis, cum aliis adjacentibus Terris, expreſſis in multis Privilegiis Imperatorum, & Regum, à tempore Ludovici, ut eas habeat Romana Eccleſia in perpetuum, cum omni jurisdictione, diſtrictu, & honore ſuo. Verum tamen, cum ad recipiendam coronam Imperii, vel, pro neceſſitatibus Eccleſia, ab Apoſtolica Sede vocati, venerimus, de mandato Summi Pontificis recipiemus procurationes. Adjutores etiam erimus, ad retinendum & defendendum Eccleſia Romana Regnum Sicilia, ac vetera jura, qua ad eam pertinere noſcuntur, tanquam devotus filius, & Catholicus Princeps. Ut autem hac omnia memorato Sanctiſſimo Patri noſtro, Innocentio, SS. Romana Eccleſia Summo Pontifici, Ejusque ſucceſſoribus, per Nos, & Noſtros Succeſſores, Romanos Imperatores, & Reges, obſerventur, firmaque & inconvulſa ſemper permaneant, praſens Privilegium conſcriptum, Majeſtatis noſtra Aurea Bulla, juſſimus communiri.

Signum Domini Ottonis IV. Romanorum Regis Invictiſſimi.

Deeſt *annus*, quo confectum hoc Inſtrumentum; deeſt *locus*, ubi datum & ſcriptum; deſunt *teſtes*; ne dicam de inſolita ſubſcriptione. Minimum Imperii Proceres, in literis, quibus, anno 1199, *Innocentio III.* Pontifici, electionem Ejus annunciant, apud *Baronium*, Tom. X *Annal.*, ad an. 996, p. 901, & 902, *Lehmannum*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 74, p. 570, & 571, & *Meibomium*, in laudata *Apologia*, Tom. 2 *Rer. German.*, p. 119, & 120, &, quantum ad rhombum facit, apud *Rachelium*, de *Capitulatione Regni Germanici*, §. 5. t. 5, p. 36, & *Conringium*, in *Addendis* ad *Annotationes ad Lampadium*, p. m. 267, & 268, aliter de Juramento Auguſti loquuntur, ſcribentes: *Tanta igitur dignitatis munus Excellentiſſimus Princeps Divina potius Gratia, quam ſuis meritis adſcribens, primitias hujus honoris offerens Domino, propria voluntate juramento firmavit, in primis SS. Romana Eccleſia, deinde omnia* (fortè: omnium) *Eccleſiarum Jura bona fide ſervare, & manutenere, & Subjectos Imperii, exheredatos maxime, & à ſuis poſſeſſionibus violenter ejectos, in ſua juſtitia, pro poſſe, juvare, & conſervare. Pravam illam conſuetudinem inſuper, quam Imperatores, Anteceſſores ſui, in occupandis rebus mobilibus, vel ſe moventibus decedentium Epiſcoporum, vel Abbatum Principum, hucusque ſervaverunt, penitus exſtirpans, Nos, Eccleſiaſticos Principes, ex hac indebita vexatione, Regali benevolentia, liberos dimiſit, &, decedentium bona ſuis ſucceſſoribus ſervanda, liberaliter ſtatuit, &c.* Cæſarem certè, Imperii Jura repetendo, ad hoc juramentum reſpexiſſe, innuunt verba *Chronici Montis Sereni*, ad annum 1211, pag. 93: *Otto Imperator cum in conſecratione ſua, ut fieri ſolet, juraſſet: Se Bona Imperii conſervare, & à quolibet detenta repetere velle; Viterbium, & quasdam alias Civitates, quas Anteceſſores ſui B. Petro contulerunt, hac ratione, cepit impetere, quas etiam multis & gravibus damnis affecit. Praterea Henricum,* (Fridericum) *Regem Sicilia, Henrici Imperatoris filium, perſequi & expugnare aggreſſus eſt, Eumque Regnum ſuum de manu Ejus accipere compellebat, &c.*; nec non *Matthaus Pariſius*, magna prudentia & uſu rerum prævalens Scriptor Anglicus, (*Conringio* judice, lib. 1, de *Finib. Imperii*, cap. 10, §. 21, p. m. 83:) *Anno 1210, circa dies iſtos, Otto, Romanorum Imperator, memor juramenti, quod fecerat, cum à Papa ad Imperium fuerat ſublimatus, quod videlicet Dignitates Imperii conſervaret, & jura diſperſa, pro poſſibilitate ſua, revocaret, fecit, per ſacramentum legalium hominum, Imperii Dominica caſtella ſua, & alia Jura, ad Dignitatem Imperialem ſpectantia, perquiri, &, quacunque, per recognitionem, ad Jus Imperii ſpectare didicerat, in uſus ſuos convertere laborabat. Hac autem de cauſa orta eſt diſſenſio graviſſima, inter Dominum Papam, & Imperatorem memoratum, eò, quod tempore, quo vacabat Imperium, idem Papa caſtella plurima, cum rebus aliis, occupaverat, qua ad Dignitatem Imperii pertinebant. Unde Imperator, quia, quod ſuum erat, revocare ſtuduit, ipſum Papam, ſine merito, ad odium provocavit. Fridericum quoque, Regem Sicilia, idem Imperator graviter perſecutus eſt, qui ſimiliter, dum vacavit Imperium, quasdam munitiones occupatas detinuit. Unde Papa memoratus Ipſum Imperatorem, per nuncios & litteras, frequenter monere ſtuduit, ut tam à perſecutione Romana Eccleſia, quam à Regni Sicilia, ac tutela, commiſſa Sedi Apoſtolica, exhareditatione ceſſaret. Imperator autem Nunciis Dn. Papa tale perhibetur dediſſe reſponſum: Si,* inquit, ***Summus** Pontifex Imperii Jura injuſtè poſſidere deſiderat, à ſacramento, quod, tempore Conſecrationis mea ad dignitatem Imperialem, me jurare compulit, abſolvat, quod videlicet diſperſa Imperii jura revocarem. Denique, cum Papa Ipſum Imperatorem à praſtito juramento, quod omnes Imperatores, in ſua conſecratione, inſpectis SS. Evangeliis, jurare tenentur, abſolvere noluit, & Imperator econtra Imperii jura,*

Digitized by Google

jura, quæ jam, parte maxima, in manu potenti revocaverat, reddere contempſit, idem Papa in Ipſum Imperatorem ſententiam excommunicationis tulit, atque univerſos, tam Alemanniæ, quam Imperii Romani, Magnates ab Ejus fidelitate abſolvit, & hinc odium Regis & iram efficaciter obdurabit, &c. Eadem repetunt *Conringius*, lib. 2 de *Finib. Imper.*, cap. 19, §. 23, p. 240, ibidemque, in *Annotatis* ad lib. 1, cap. 10, p. m. 59, &c., & *Meibomius*, l. c., p. 139, & 140.

An. 1210, vigore juramenti, de quo modò dictum, per Jureconſultos in Regni Jura inquiri curat, & terras, durante, inter Ipſum & *Philippum*, civili bello, à Pontifice, & *Friderico*, Siculorum Rege, injuſtè inde avulſas, armata manu iterum vindicat; propterea verò ab *Innocentio III* anathematis fulmine notatus. Fidem faciunt, quæ ex *Matthæo Pariſio* modò adduxi, cui *Sigonius*, lib. 16, jungendus: *Otto, Urbe egreſſus, in Urbibus Etruriæ ſuburbanis conſedit, ac, de more, ſummis adhibitis Jureconſultis, jura Regni diligenter inquirere, tanquam ea conſtituturus, incepit, Cum autem, quædam Oppida à Pontifice, alia vero, in Campania, à Friderico, modò vacante Imperio, occupata, comperiret, quæ ad Imperium, ſive Regnum pertinere putaret, nulla Pontificis, ac ſacramenti ſui habita ratione, militibus protinus immiſſis, recepit, &c.* In eandem rem ſcribit *Godefridus Colonienſis*, ad an. 1210, pag. 279: *Novus Imperator in Italia commoratur, quæ ordinanda & diſponenda, per Provincias & Civitates, erant, ordinans, & diſponens. Apuliam etiam Imperio reſtituere volens, quam Siculus* (Fridericus, poſtea Imperator) *à Papa in feodo ſe tenere affirmabat, quam etiam quidam, Rutgerus nomine, quondam Imperio vi ablatam invaſerat, Exercitum ſatis copioſum, per quoſdam Primores Terræ illius, in eam tranſmiſit, quos poſtea ſubſecutus juxta Capuam commoratur. Hinc graviſſima diſcordia inter Papam & Ipſum oriuntur. Imperator à Papa excommunicatur. Imperator, per Civitates & Caſtella cuſtodibus deputatis, ne cui adeundi Papam, pro aliquo negotio, liceat, interdicit, &c.*; de facto teſtantibus *Chronico Montis Sereni*, ad an. 1211, p. 93; *Chronico Bigaugienſi*, an. 1209, pag. 268; *Conrado Urſpergenſi*, an. 1209, & 1210, pag. 239; *Alberto Stadenſi*, an. 1210, p. 202; *Alberico, Monacho trium fontium*, an. eod., p. 455; *Martino Polono*, in vita *Ottonis IV*, p. 376; *Jacobo* de *Königshoven*, *Chron. Alſat.*, in ejusdem Vita, p. m. 115, §. 174; *Monacho Paduano*, eod. an., apud *Urſtiſium*, pag. 582; *Conrado Moguntino*, eod. an., ibid., p. 574; *Siffrido Presbytero*, lib. 2 Epitomes, an. 1209, apud *Piſtorium*, p. 694; *Theodorico de Niem*, de *Privilegiis Imperii circa Inveſtituram*, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 281; *Gobelino Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 63, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 276; *Chronica Auguſtenſi*, ap. *Freherum*, T. 1 *Rer. Germ.*, ad ann. 1210, p. 366; *Nauclero*, Vol. 2, Generat. 41, an. eod., p. 909, & 910; *Blondo*, Decad. 2, lib. 6; *Platina*, in vita *Innocentii III*, p. m. 191, *Mutio*, lib. 19 *Chron. Germ.*, p. 174; *Johanne Barclajo*, in *Vindiciis*, pro *Guilielmo* Patre, contra *Bellarminum*, cap. 2, §. 7, apud *Goldaſtum*, T. 3 *Monarchiæ*, pag. m. 802; *Spondano*, T. 1 *Annal. Baronii contin.*, an. 1210, §. 1, p. m. 40; *Lehmanno*, lib. 5 *Chron. Spirenſ.*, cap. 74, p. 575; *Du Pin*, de *diſciplina Eccleſiaſtica*, Diſſert. 7, c. 3, §. 3, p. 543, licet Eum pro vero Imperatore non agnoſcat. Bonitate cauſæ confiſus Imperator, pari fundamento, Pacta, inter *Henricum V*, Imp., & *Calixtum* Papam, circa Inveſtituras Eccleſiaſticas, aboleri voluit, vel *Marſilio Patavino* teſte, in *Defenſore Pacis*, part. 2, c. 25, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Monarchiæ*, p. m. 278, ubi: *Calixto Imperator prædictus*, (Henricus V) *ad cor rediens, Inveſtituram Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum, per Annulum & Baculum, liberè reſignavit, & conceſſit, per omne Imperium, in omnibus Eccleſiis, Canonicam fieri electionem, poſſeſſiones & Regalia B. Petri, quæ, propter ſuam, vel aliam cum Eccleſia diſcordiam, alienata fuerant, Romana Eccleſia reſtituit, & alias poſſeſſiones, tam Clericorum quam Laicorum, eiſdem, occaſione guerræ, ſublatas, reſtitui fideliter diſpoſuit. Has ſiquidem poſtmodum conceſſiones, & Privilegia, ex cauſa fortaſſe legitima, revocare volentes, aut revocantes, ſimpliciter, aut in parte, Ottho Quartus, & Federicus II, Romanorum Imperatores, Epiſcoporum & Cleri Romani plurimas inſidias, perſecutiones, & impedimenta ſunt paſſi, &c.*; & conſentiente *Alberto Cranzio*, lib. 7 *Vandaliæ*, cap. 21: *Cum Fridericus 2, adverſus Ottonem electus, graviſſimam Eccleſiæ perturbationem moliretur, reſuſcitans antiquam, de Italiæ Provinciis, deque inveſtiendis Epiſcopis, controverſiam, de qua Henrici duo, Quartus & Quintus, Pater & Filius, inde Fridericus I, hujus avus, & deinde Otto Quartus graviſſimè, ſed fruſtra contenderunt, &c.* Frendente deſuper Papa,

An. 1211, *Otto Imperator, proſperis utens ſucceſſibus, totam ſibi Apuliam & Calabriam ſubjecit, Civitates in deditionem accepit, Caſtra militibus ſuis munivit. Ibi etiam quidam Princeps Siciliæ, cum Sarracenis, qui fortiſſima caſtra in montanis tenebant, Eum invitantes, totam Siciliam Ejus ditioni ſubdendam promittebant, &c.* Hæc *Godefridus Colonienſis*, l. c., ad h. a., p. 280; Conf. *Albertus Stadenſis*, eod. an., p. 202; *Mutius*, l. c.; Aliique. Interrupturus Pontifex fauſtos Auguſti ſucceſſus, non ſolum, per Moguntinum Præſulem, banni formulam in Germania promulgari jubet, ſed & *Fridericum*, Siciliæ Regem, in Ejus locum evehi; pergit de his *Godefridus*, l. c: *Ipſo etiam anno, Syfridus, Mogontienſis Archi-Epiſcopus, & Legatus à Papa conſtitutus, cum Hermanno, Lantgravio, & Rege Boëmiæ, & quibusdam Principibus & Nobilibus Terræ, apud Bavinberg Colloquium habuit, ubi Epiſcopum ipſius Civitatis, propter necem Philippi Regis, expulſum, reſtituerunt. Cauſa etiam hujus negotii fuit, ut, ſecundum præceptum Papæ, Ottonem Imperatorem relinquerent, & Fridericum, Regem*

Sicilia, filium Heinrici Imperatoris, eligerent. Sed, cum plures aſſenſum non praberent, infecto negotio receſſerunt, &c. Quid plura? addit, l. c: *Ibi etiam Syfridus, Epiſcopus, Ottonem Imperatorem excommunicavit, &, miſſis litteris ſuis ad omnes Archi-Epiſcopos & Epiſcopos, ut ipſum facerent, auctoritate Apoſtolica pracepit. Unde commotus Palatinus Comes Rheni, frater Imperatoris, Heinricus, cum Duce Brabantia, & cateris Nobilibus Lotharingia, & ſuperiorum partium, totum Epiſcopatum Moguntienſem, circa feſtum S. Michaëlis, incendio & rapina vaſtavit, nihil, prater Civitates & Caſtra, intactum relinquens, &c.* idem docet *Mutius*, l.c. Certior tamen de his factus Imperator, relicta Italia, in Germaniam redit, ubi,

An. 1212, fruſtra Romanæ Curiæ, in Comitiis *Norimbergenſibus*, dolo & fraude expoſitis, Anti-Cæſarem experitur dictum *Fridericum*, Siculorum Regem. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1210, pag. 151. Principes rebelles fovente *Philippo*, Galliarum Rege, primas Legiones in Eum ducit. De cauſa ſimultatis, ſcribit *Arnoldus Lubecenſis*, lib. VII *Chron. Sclav.*, cap. 17, §. 2, p. 560: *Cum Otho à Principibus de Pictavio ad Regalem electionem vocaretur, &, conductu Regis memorati, Franciam tranſiret, Ipſe Eum tranſeuntem vidit, & ſalutavit, &, inter collationes, quibus ſe mutuo ſalutabant, Rex Francia in hac verba prorupit: Intelleximus, ait, quod ad Imperium Romanum vocemini. Ad hac Ille: verum eſt, ait, quod audiſtis: ſed in Deo ſit iter meum. Cui Rex: Non credatis, quod tanta vobis proveniat dignitas. Quod ſi vel ſola Saxonia in perſonam veſtram conſenſerit, detis mihi nunc dextrarium, quem peto, & cum creatus* (creati) *fue.itis, dabo Vobis tres Civitates meliores Regni mei, Pariſium, Stampes, Aurelianum. Habebat ſane Rex Otho munera multa Regis Anglia, avunculi ſui, Richardi, & centum quinquaginta millia marcarum, qua in ſomariis ferebant quinquaginta dextrarii. Inter quos erat unus nominatior, quem Rex petebat. Dominus ergò Otho, dato dextrario, ibat via, qua cœperat. Nunc ergo non ſit injuria, Dominum Imperatorem repetere ſua, &c.* Conſ. *Monachus Paduanus*, ad an. 1210, apud *Urſtiſium*, p. 582. Quicquid horum ſit, veriſimilior mihi ea ratio belli videtur, quod *Philippus*, Rex Galliarum, ab initio ſtatim *Ottoni* fuerit adverſatus, & *Philippi* Suevi cauſam peroraverit, immoderatis animi motibus id indulgens, ut, quamprimum fulmina, ex Arce Tarpeja, in *Ottonem* emiſſa conſpiceret, male feriatis Germaniæ Principibus Siculorum Regem, *Fridericum*, in ejus locum, Imperatorem creandum, ſummoperè commendaverit. Vid. *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 1211, pag. 458, cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1210, pag. 151, habentur.

An. 1214, 6 Cal. Auguſti, apud *Pontem Bovinum*, in Flandria, *Inſulam* (L'Isle, ſeu Ryſſel) inter & *Tornacum*, acre prælium committit, cum *Philippo*, Galliarum Rege, victoriam reportante; Totam rei ſeriem recenſet *Albericus*, h. a., pag. 477 ad 482; de facto teſtantibus *Godefrido Colonienſi*, h. a., pag. 282; *Alberto Stadenſi*, h. a., pag. 203; *Chronico Montis Sereni*, eod. an., pag. 108; *Chronico Divionenſi*, eod. an., apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 295; *Mutio*, lib. 19 *Chron.*, an. eod., p. 177; *Aventino*, lib. VII *Annal. Boicor.*, p. 529; *Nauclero*, Vol. 2, *Generat.* 41, p. m. 913; *Spondano, Contin. Annal. Baronii*, Tom. 1, h. a., §. 4, & ſeqq., p. 55, &c.; *Schateno*, lib. 10 *Annal. Paderbornenſ.*, h. a., pag. 965, &c.; Et quos alios vocat Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Pal.*, cap. 16, p. 357. Ab hoc tempore indies vires ejus factæ ſunt debiliores, *Friderici* contra incrementa habuerunt. Quare quieti ſe dedit, vacansque bonis operibus, (diplomate, inter alia, teſte, quo, an. 1216, Eccleſiæ Gandersheimenſi Bona ſua apud *Herrebuſen* largitus eſt, cujus copiam Dn. *Leuckfeldus* in *Antiquitatibus Poeldenſibus*, cap. 24, §. 4, pag. 145, ſuppeditat,) contulit ſe *Hartsburgum*, ubi, ut mox dicam, quietè animum Deo reddidit.

v. (5.) Obiit tandem anno 1218, 19 Maji, *Hartburgi*, *Alberto Stadenſi* teſte, ad h. a., pag. 204: *Otto Imperator, anno Regni ſui vigeſimo, in Caſtro Hartesburg, ineffabili contritione compunctus, ita, ut coquinariis ſuis praciperet, ut in collum ſuum conculcarent, XIV Kalend. Junii, obiit, à Sigefrido, Hildenſemenſe Epiſcopo, abſolutus. Hanc abſolutionem Papa Honorius confirmavit. Sepultus eſt autem in Brunſwich, &c.* Eundem annum comprobant verba, veteri Tabulæ, Brunſuigæ, in æde *D. Blaſii*, è regione tumuli *Henrici Leonis*, inſcripta: *Anno 1218 is tho der Hartzborg de Grotmachtige Kayſer Otto, des Nahmens de Veerde, ein Herr tho Brunſwick, Hertogen Hinricks des Lawen Sohne, geſtorben, und in de Kercken S. Blaſii, binnen Brunſwick, begraven worden, &c.*; nec non *Conradus Urſpergenſis*, h. a., pag. 245; *Albericus Monachus trium fontium*, an. eod., pag. 498; *Chronicon Brunſuicenſe*, apud *Maderum*, in *Antiquitatibus Brunſuicenſibus*, p. 18; *Godefridus Colonienſis*, h. a., pag. 288, licet, Eum *Idibus Maji* deceſſiſſe, arbitretur; *Ericus*, Rex Daniæ, in *Hiſtoria Gentis Danorum*, §. 84, h. a., pag. 89; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, h. a., cap. 36, p. 204; aliud Chronicon, ibidem, h. a., p. 258; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spirenſ.*, cap. 74, p. 576; *Büntingius*, *Chron. Brunſuic.*, p. 199; *Spondanus*, l. c., ad h. a., § 7, p. 72; *Franckius*, *Chron. Francofurt.*, p. 223; *Schatenus*, l. c., ad h. a., pag. 977; & Alii; *Mutius* vero, in fine libri XIX *Chronicorum*, p. m. 177, perperam id refert ad annum 1214; *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 96, pag. 115, adhuc malè producit annum 1216; nec rectius, apud *Siffridum* Presbyterum, lib. 2 *Epitomes*, p. m. 695, offendis annum 1217; *Chronica Auguſtenſis* contra, apud *Freherum*, p. 367, in annum 1219 usque excurrit, cujus ſententiæ quoque eſſe videtur *Magnum Chronicon Belgicum*, p. m. 221, ubi ſimul morbi genus:

Obiit

Digitized by Google

Obiit 14 Calend. Junii, fluxu Sanguinis, &c., quod Gobelinus Perſona, ætat. 6 Coſmodromii, cap. 63, p. m. 276, de dyſenteria interpretatur. Alberti Stadenſis nugas; quas Albertus Cranzius, lib. 7 Saxoniæ, cap. 37, & Spondanus, l. c., repetunt, refutat Meibomius, in Apologia pro Ottone, Tom. 3 Rer. German., pag. 147. In Chronico MS. Johannis Staitwegii, quod Hildeſii eſt, legitur: Do Keyſer Otto to Banne was, wolde he nicht roven, noch ſtriden, unde doch to der Hartzborg, unde ſprach vaken: Leve Gott, gif einen guden Heren, de din Volck regere; unde ſtarff dar in groter Ruwe, und wart begraven to Brunswick, &c. i. e. Interprete Meibomio l. c. p. 146: Cum diris innodatus eſſet Otto Imperator, neque prædas agere, neque pugnare volebat, ſed, Hartzburgum ſe conferens, frequenter iſta uſurpabat verba: Benigne Deus, da Principem bonum, qui Populum Tuum gubernet. Ibidem ſeriam agens pœnitentiam, vita exceſſit, ſepultus Brunſuigæ.

(26) FRIDERICUS II.

v. (1.) Variæ de Principis hujus, Henrici VI, Imperatoris, & Conſtantiæ, Siciliæ Regni heredis, filii, Nativitatis termino ſunt ſententiæ. Juxta Rogerum de Hoveden, part. poſter. Annalium Angliæ, in Vita Richardi I, ad annum 1197, p. m. 772, mundum intravit, anno 1190; ibi enim habetur: Eodem anno filius Henrici, Romanorum Imperatoris, quem pepererat Ei Conſtantia, Imperatrix, filia Rogeri, quondam Regis Siciliæ, puer ſeptem annorum, baptizatus eſt, & vocatum eſt nomen Ejus Fredericus, &c. Si Ottoni de S. Blaſio, in Appendice ad Ottonis Friſingenſis Chronicon, cap. 45, ad an. 1197, p. m. 222, fidem adhibeamus, aſpexit lucem, anno 1193; verba hæc ſunt: Apud Meſſanam, Civitatem Siciliæ, defunctus, (Henricus Cæſar) ibidem, cum maximo totius exercitus lamento, cultu Regio, ſepelitur, filium ætatis annorum quatuor relinquens, &c. Ejusdem ſententiæ eſt Godefridus Colonienſis, ad an. 1196, apud Freberum, T. 1 Rer. German., p. 262: obtinet, (Cæſar Henricus) ut filium ſuum, Fridericum nomine, Vix triennem, in Regem eligant, &c; nec non Chronicon Sclavicum Lindenbrogii, p. m. 257, ad annum 1197: Principes peregrini elegerunt Fredericum, filium Imperatoris, Henrici, Vix quatuor annos habentem; vocabatur autem, alio nomine, Conſtantinus, à nomine Matris, quæ Conſtantia dicebatur, &c.; Mutius, lib. 19 Chron., pag. 164, in fine: Apud Principes Electores effecit Henricus, ut Fridericum, filium ſuum, natu trium annorum, eligerent in Regem, &c.; Antoninus Florentinus, part. 2 Hiſtor., Tit. 17, cap. 9, §. 25, p. 239: effecitque apud Alemanniæ Principes, ut filium ſuum unicum, Fredericum, quem ex Conſtantia, Uxore ſua, ſuſceperat, nondum annorum trium, Regem Alemanniæ eligerent, &c.; Baronius, Tom. XII Annal., ad an. 1197, §. 8, p. 873, exiſtimans, errore librarii, apud Hovedenum legi 7, pro 3; Lehmannus, lib. 5 Chron. Spirenſ., cap. 78, pag. 581; Aliique. Levoldus de Northof, in Chron. Marcano, apud Meibomium, T. 1 Rer. German., pag. 385, eum natum putat anno 1194, ſcribens h. a: Henricus Imperator, reparata expeditione ſecunda, Apuliam & Siciliam, quas ſibi, ratione Uxoris ſuæ, vendicabat, feliciter ſubjugavit, & tunc natus eſt Ei filius, quem Fridericum nominavit, &c. Annum proximè ſequentem ponit Albertus Stadenſis, inquiens, pag. 199: Anno Domini 1195 natus eſt Imperatori Henrico filius, in Valle Spoletana, in Civitate Aſis, nocte, quæ præcedit dormitionem Johannis Evangeliſtæ, quindecim Epiſcopis & Cardinalibus præſentibus, & baptizatus dictus eſt Fridericus, &c. Annum 1196 producit Conradus Urſpergenſis, pag. 232: Anno Domini milleſimo, centeſimo nonageſimo ſexto natus eſt Imperatori filius, Fridericus, qui poſtea tenuit Imperium, &c. Aſſeclam habet Auctorem Chronica Auguſtenſi Freberi, Tom. 1 Rer. German., pag. 364, ad an. 1196: Imperatrix filium peperit, qui vocatus eſt Fridericus, &c. Locum, ubi vitalem auram primitus hauſit, nominat Albertus Stadenſis, l. c., Aſſiſium, in agro Spoletano; Lehmannus, l. c., Neapolim; Matthias, Theatr. Hiſt., p. m. 942, Panormum. Nonnullos natales ejus legitimos in dubium vocare, dictum præced. §. 2, lit. b, pag. 407

v. (2.) De Uxoribus Ejus inquit Mutius, in fine lib. 20 Chronicorum, p. m. 190: Uxores habuit tres: (1) Mariam, Aragoniæ Regis filiam; (2) Jolen, Hieroſolymitani Regis filiam; & (3) Mechtildem Anglicam, &c. Easdem profert Nauclerus, Vol. 2, Generat. 42, p. m. 938.

Mariam, Conjugem harum primam (Regi Hungariæ prius nuptam, vel Conrado Urſpergenſi teſte, ad an. 1210, pag. 239. qui ſimul docet, Fridericum, an. 1210, eam jam in thoro habuiſſe,) vocat Albericus, Monachus trium fontium, ad an. 1141, p. m. 290, Conſtantiam; ibi: Kikiſſam, quæ Imperatori Caſtellæ, Alfonſo, peperit Sanctiam - - - - & Conſtantiam, quæ primo fuit Regina Hungariæ, & poſt eam duxit Fredericus, Rex Apuliæ, & Imperator Romanorum, & genuit ex ea Henricum, Regem Alemanniæ, &c.; rurſus, ad an. 1213, pag. 473: Tertia vero ſoror illius, (Petri, Arragonum Regis) dicta eſt Conſtantia, Regina Hungariæ, & Imperatrix Alemanniæ, &c. Sic & Monachus Paduanus, lib. 1 Chron., ad an. 1224, apud Urſtiſium, T. 1 Rer. Germ., p. 585: Mortua Conſtantia Imperatrice, filia Regis Arragonum, de qua Regem Ale-

mannia, *Henricum*, *habuit Imperator Federicus*, *&c.* Juxta *Albertum Stadenſem*, p. m. 205, obiit anno 1222.

De *altera* Conjuge, *Mutio*, l. c., *Nauclero*, l. c., *Platina*, in *vita Innocentii IV*, p. m. 198, *Lehmanno*, l. c., p. 583, aliisque *Jole* dicta, ſcribit *Godefridus Colonienſis*, l. c., ad an. 1223, pag. 292: *Imperatori Friderico deſponſatur filia Johannis*, *Regis Iheroſolymitani*, *&c.* Nuptiarum meminit *Albericus*, ad an. 1224, pag. 512, & 513; *Rex Johannes*, *de voluntate Summi Pontificis*, *Honorii*, *dedit filiam ſuam Tolendim Imperatori Friderico in uxorem*, *cum Regno Hieroſolymitano*, *quod Ei competebat jure hereditario*, *quibusdam tamen conditionibus bona fide interpoſitis*, *&c.* Sic & *Monachus Paduanus*, l. c., ad eundem annum, licet ei *Iſabellæ* nomen imponat: *Ipſe* (Imperator, mortua priori conjuge) *Iſabellam*, *filiam Joannis*, *Regis Jeroſolymitani*, *accepit uxorem*: *de qua genuit Conradum*, *quem dilexit tenerrime*, *ſuper omnes*; *& ſic Regnum Jeroſolymitanum*, *occaſione hujus matrimonii*, *eſt adeptus*, *&c.* *Alberto Stadenſi*, pag. 206, nuptiæ hæ celebratæ videntur an. 1225, ut & Auctori *Chronicæ Auguſtenſis Freheri*, h. a., pag. 368. De facto teſtantur *Æneas Sylvius*, *Hiſt. Friderici III*, Imp., p. m. 33; *Mutius*, l. c., p. 179; *Theodoricus de Niem*, *de Privilegiis & Juribus Imperii*, *circa Inveſtituras Eccleſiaſticas*, apud *Schardium*, De *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 252, qui, cum dicto *Monacho Paduano*, eam *Iſabellæ* nomine compellat: *Fridericus 2*, *Auguſtus*, *Regnum Hieroſolymitanum demum acquiſivit*, *ſibi*, *hereditario jure*, *ſponte dimiſſum*, *per Johannem*, *ultimum Regem Hieroſolymitanum*, *hominem vecordem & imbellem*, *cum Iſabella*, *Ejus filia*, *quam eidem Friderico 2 dedit in uxorem*, *& dictum Regnum Hieroſolymitanum Ei aſſignavit in dotem*: *ex qua dictus Fridericus 2 genuit Conradum*, *primum ſcil. Siciliæ & Hieruſalem Regem*, *à quo genitus eſt Conradinus*, *&c.*; & rurſus, pag. 275: *Hujus* (Johannis Regis) *filiam*, *nomine Iſabellam*, *Imperator duxit in Uxorem*, *cum qua habuit in dotem Regnum Hieruſalem.* *Ex quibus*, *Friderico & Iſabella*, *natus fuit Conradus*, *Rex Jeruſalem & Siciliæ*, *& Dux Suaviæ*, *Pater Conradini*, *&c.*; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, an. 1223, §. 1, pag. 85, *Iſabellæ* nomen penitus rejiciens; *Schurtzfleiſchius*, in *Characteribus Eventorum*, Controverſ. 2, p. m. 7; Alii. Eam in puerperio ſpiritum emiſiſſe anno 1228, docet *Chronica Auguſtenſis Freheri*, h. a., pag. 370.

Tertia vice Wormatiæ nuptias celebravit, anno 1235, cum filia *Johannis ſine Terra*, & ſorore *Henrici III*, Angliæ Regum; teſte *Alberto Stadenſi*, h. a., pag. 210: *Imperator duxit ſororem Regis Angliæ*, *&c.* Add. *Albericus*, an. eod., p. 555: *Matrimonium Imperatoris Alemanniæ*, *Friderici*, *cum ſorore Regis Angliæ*, *Henrici*, *procuratum*, *per Archi-Epiſcopum Colonienſem*, *& per Ducem Brabantiæ*, *&c.*; nec non *Godefridus Colonienſis*; an. eod., p. 299, cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1235, pag. 155, exhibui; *Chronicon Elwangenſe Freheri*, an. eod., p. 456; *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 42, an. eod., pag. 929, qui, l. c., pag. 938, eam nominat *Mechtildim*; *Mutius*, l. c., pag. 183, qui, pag. 190, eidem *Mechtildis* nomen tribuit. *Spondanus* l. c. eam *Iſabellam* fuiſſe vocatam exiſtimat; ejusdem ſententiæ eſt Ampliſſ. Dn. *ImHoff*, *in Hiſtoria Genealogica Regum Angliæ*, Tab. V, pag. 11, conſtituens ſimul eam ſextam Auguſti Conjugem; ibi: *Iſabella*, (filia Johannis ſine Terra) *nata* 1214, *Uxor ſexta Imperatoris Friderici 2*, *ducta 20 Julii*, 1235, *defuncta 1 Dec.* 1241. Qui cum eo ſentiunt, hunc ſtruunt ordinem: (1) *Conſtantia* Arragoniæ Regis filia; (2) *Jole*, ſeu *Jolanta*, filia unica *Johannis de Bregna*, Regis Hieroſolymorum; (3) *Agnes*, filia *Ottonis*, Marchionis Meraniæ, quam repudiatam *Ulricus*, Carinthiæ Dux, conjugem elegerit; (4) *Rutina*, fil. *Ottonis*, Comitis Bavarici in Wolfershauſen; (5) *Iſabella*, fil. *Ludovici* Bavarici, cæſi in Kelheim, mater *Agnetis*, ſeu *Margaretha*, *Alberto*, Landgravio Thuringiæ, nuptæ; (6) *Mechtildis*, ſeu *Iſabella*, filia *Johannis*, Regis Angliæ. Ita *Matthia*, *Theatr. Hiſtor.*, in vita *Friderici 2*, pag. 949, & 950; *Henningeſius*, part. prior. *ſecundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. m. 46, & 47; *Morery*, voc: *Frederic 2*, Empereur, p. m. 561.

v. (3.) Liberi Ei dantur legitimi;

(1) *Henricus*, ex Arragonia natus, & quidem, Auctore *Henningeſio*, l. c., pag. 46, anno 1213, cujus ſententia auctoritate *Conradi Urſpergenſis* nititur, qui, p. 245, ad annum 1221, *Henricum* noſtrum conſtituit *Puerum annorum circiter octo*; verba præced. T. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1220, pag. 153, habentur; *Alberto Cranzio*, lib. 7 *Saxon.*, cap. 38, videtur fuiſſe *decem annorum*, cum Rex Romanorum eligeretur, id eſt, an. 1220. Juxta *Naucłerum*, Vol. 2, Generat. 41, pag. 922, egit, anno 1222, ætatis annum *duodecimum*. Vid. ſupra, l. c. A Patre Ducatu Sueviæ auctus, Rex Romanorum eligitur, *Francofurti*, anno 1220; Vid. ſupra, l. c. Biennio poſt, eundem, ab *Engelberto* Colonienſi, *Aquisgrani* coronatum, ibidem dixi. An. 1223, *Henricus VII*, *Rex Romanorum effectus*, *Agnetem*, *filiam Luepoldi*, *Ducis Auſtriæ*, *accepit in uxorem*, *de conſilio Patris ſui*, *Friderici Imperatoris*, *&c.* Sunt verba *Conradi Urſpergenſis*, h. a., pag. 247; Auctor *Chronicæ Auſtrialis Freheri*, Tom. 1, pag. 321, refert has nuptias, ad annum 1222; *Albertus Stadenſis* contra, pag. 206, ad annum 1225, aſſentiente *Nauclero*, Vol. 2, Generat. 41, h. a., p. 922, ſponſamque *Margaretham* appellante:

Digitized by Google

lante: *Rex Henricus, filius Imperatoris Friderici 2, duxit uxorem Margaretam, filiam Ducis Auſtriæ, nuptiaſque, magna cum pompa & ſolemnitate, Norinbergæ, in præſentia multorum Principum, celebravit . . . . in palatio, ubi celebratæ ſunt nuptiæ, tantus erat numerus hominum, ut, præ multitudine, gradus ipſi, quibus ad Palatium aſcendebatur, fracti, plus minus ſeptuaginta homines opprimerent, &c.* Idem nomen retinent Chron. Auguſtenſ., an. 1225, pag. 368; *Annales Colmarienſes Urſtiſii*, Tom. 2, pag. 41; *Mutius*, lib. 20 *Chron.*, p. m. 179; & *Æneas Sylvius*, cap. 27 *Hiſtor. Bohem.*, p. 135; *Chronicon Elwangenſe Freheri*, Tom. 1, p. 456, rejicit dictas nuptias in annum 1226; ejuſdem ſententiæ eſſe videtur *Godefridus Colonienſis*, p. 293, docens, Imperii Principes noluiſſe, in Comitiis *Francofurtenſibus* anni 1225, conſentire in laudati Regis nuptias cum ſorore Regis Angliæ. Factum comprobat *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 64, p. m. 277. Principem hanc, anno 1227, *Aquisgrani* fuiſſe inauguratam, dictum ſupra, l. c., ad h. a., pag. 155. Ex ea natos duos Principes, ſcil. *Fridericum*, à *Bertholdo*, Auſtriæ Marchione, in gratiam *Manfredi*, in convivio, infecto piſce necatum, atque *Henricum*, à *Conrado* Patruo, an. 1254, jugulatum, tradit *Henningeſius*, l. c., pag. 46. Ob quas rationes repudii libellum ei dare aliquando fuerit meditatus, exponit *Conradus de Fabaria*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 15, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Rer. Alaman.*, part. 1, pag. 84. De rebellione ejus inquit *Monachus Paduanus*, ad an. 1231, p. m. 586; *Ad petitionem Regis Henrici, filii Federici Imperatoris, Mediolanenſes, & alii, audientes Imperium, Legatos in Alamanniam direxerunt, & cum Eo, contra Imperatorem, ſocietatem firmiſſimam ſtatuerunt. Concepit enim Rex dolorem, & peperit iniquitatem, contra proprium Genitorem, ideo, quod videbatur, quod Imperator, plus Eo, puerum Conradum diligeret, & foveret, &c.* Rectius autem *Conradus de Fabaria*, l. c., cap. 16, p. 85: *Friderico Imp. Semper Auguſto, in Ultramarinis, pro recuperatione ſepulchri Dominici, labore maximo, dante operam, Gregorius IX, Romanæ Urbis Pontifex, modis, quibus poterat, elaborabat, ipſum ab Imperio perturbare, filiumque ſuum, Hainricum Regem, concitatis ad hoc Principibus Alemanniæ quibusdam præcipuis, ac majoribus, Epiſcopis, Archi-Epiſcopis, ac Baronibus in hoc conſentientibus. Horum præcipuè Dux Bavariæ præbuit aſſenſum, & conſilium, palliatione ſallaciæ, quam erga Regem tunc temporis habuiſſe viſus eſt, &c.* Tantum enim nefas committere, Romanæ Sedi tunc erat proprium. Eventum hiſce delineat *Paduanus*, l. c., ad annum 1232: *Federicus Imperator, in menſe Martio, dum de Apulia vellet in Hiſtriam navigare, impulſus vi ventorum venit Venetias . . . . . aſcendit autem in Alemanniam Imperator, &, capto filio proprio, Rege ſcil. Henrico, miſit Eum in Apuliam, ibique fecit Ipſum, usque ad diem mortis, ſicut proditorem, in carcere cuſtodiri, ideò, quod confœderatus fuerat cum Lombardis: conſtituitque in locum ejus Conradum, quem tenerrimè diligebat, &c.* Juxta *Albertum Stadenſem*, ad an. 1235, p. m. 210, *Chronicon Elwangenſe Freheri*, an. eod., pag. 456, & *Godefridum Colonienſem*, an. eod., pag. 299, verius contigit hæc incarceratio ipſo anno 1235. Conf. *Trithemius, Chron. Hirſaug.*, an. eod., p. m. 237; *Chronica Auſtralis Freheri*, pag. 323, habet annum 1236; De facto teſtantur *Martinus Polonus*, in vita *Friderici* 2, p. m. 376, & *Mutius*, lib. 20 *Chron.*, pag. m. 183, & 184, addens: *A Patre capitur, Regno abdicatur, duriſſimis verbis Patris correptus, in Apulia cuſtodia arctiſſima mancipatur, in qua cuſtodia moritur brevi. Quidam crediderunt, Patris juſſu necatum, &c.* Eadem profert *Nauclerus*, l. c., Generat. 41, p. m. 930; & *Albertus Cranzius*, lib. 8 *Saxon.*, cap. 5; *Jacobus Wymphelingus*, Epitom. *Rer. German.*, cap. 40, ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 185, &c.; *Lehmannus*, *Chron. Spirenſ.*, lib. 5, cap. 80, p. 585, & cap. 85, p. 594. Perperam addit *Theodoricus Engelbuſius*, in Chronico, in vita *Friderici* 2, p. m. 247: *Periit in Flumine, prope Capuam.* Quas Curias in Germania celebraverit, annotavi præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad annos 1223, 1224, 1225, 1227, & 1234.

(2) *Conradus*, de quo, ſuo loco, inter Imperatores.

(3) *Jordanus*, cujus *Nauclerus*, l. c., Generat. 42, pag. 938, mentionem facit: *Quamvis velint multi, ex Jole, Hieroſolymitani Regis filia, natum*, (Conradum) *quæ Jordanum filium peperit, &c.*

Juxta *Henningeſium*, l. c., pag. 47, his jungendi:

(4) *Henricus Junior*, Pro-Rex Italiæ à Patre conſtitutus, cum ad Synodum Lugdunenſem ire vellet; Maritus *Iſentrudis*, Arabum Regis filiæ; Matrem Ei dat *Mechtildim* Bavaram; *Matthiæ* verò, *Theatr. Hiſt.*, in vita *Friderici* 2, p. 950, *Mechtildim*, ſeu *Iſabellam*, Anglam.

(5) *Conſtantia*, Uxor *Ludowici*, Landgravii Haſſiæ, *Iſabellâ*, Anglâ, nata. Conf. *Matthiæ*, l. c.

(6) *Agnes*, Uxor *Conradi*, Landgravii Thuringiæ & Haſſiæ, eadem Matre prognata.

(7) *Margaretha*, Uxor *Alberti Degeneris*, Marchionis Miſniæ, & Landgravii Thuringiæ, ejuſdem Matris filia, quam *Matthiæ*, l. c., pag. 949, à Bavara in lucem editam ſcribit. Meminit Ejus *Siffridus*, Presbyter *Miſnenſis*, lib. 2 *Epitom.*, apud *Piſtorium*, p. 695, ad an. 1231, & pag. 698, ad an. 1270; *Paulus Langius*, in *Chronico Citizenſi*, ad an. 1294, l. c., p. 817, & ad an. 1307, pag. 824; ut & Auctor Hiſtoriæ *Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 64, & 65, l. c., pag. 930; *Cruſius*, *Chron. Miſnenſ.*, p. 18; Dn. *Paullini*, *Annal. Iſenac.*, §.

62, pag. 52, & 53, ubi, an. 1270, in Cœnobio *Catharinıano, Francoſurti ad Moenum*, mortua dicitur, &c. Hæc eſt infelix illa Princeps, quæ, inſidiis mariti, impellente pellice, *Cunigunda* de *Eiſenberg*, ſibi ſtructis, clam, funibus ex arce *Wartberg* demiſſa, ſe ſubducere, an. 1269, cogebatur, præ nimio amore ergà Gnatos, iis valedicendo, natu majoris, *Friderici*, genas admordens; cui inde nomen *Admorſi* datum. Vid. Auctores citati.

Liberi Ejus Naturales ſunt:

(1) *Encius*, aliis *Hencius*, vel *Henricus*, Matre *Blanca*, filia *Bonifacii*, Dynaſtæ *d' Angliano*, in Marchionatu Montferratenſi, genitus; Miles fortiſſimus, qui, à Patre, *Rex Sardiniæ* conſtitutus, an. 1249, ineunte Junio, *Monachò Paduano* teſte, lib. 2 *Chron.*, h. a., pag. 593, cum, armata manu, *Bononienſem* agrum invadere moliretur, ſtimulante Cardinale *Ubaldino*, Pontificis, *Innocentii IV*, Legato, à *Bononienſibus*, inflatis animis, apud *Mutinam*, Ei occurrentibus, menſe Majo, acri prælio profligatus eſt, captusque caveæ ferreæ cancellatæ incluſus, ea lege, ut, ad obitum usque, ſumptibus publicis, vitam miſeram tranſigeret, quam demum, an. 1272, depoſuit, *Bononiæ*, in Templo *D. Dominici*, ante chorum ſepultus, ubi, in tabula lapidea, Ejus proſtat epitaphium, *Henningeſio* quoque, l. c., pag. 47, viſum:

D. O. M.

Viator, quisquis es, ſiſte gradum, &, quod ſcriptum eſt, vide; ubi perlegeris, penſita. Hoc is, cujus cauſſa hoc ſcriptum eſt, rogat. Orto inter Bononienſes bello, Cæſar Fridericus 2, Romanorum Imperator, filium, Hencium, Sardiniæ & Corſicæ Inſularum Regem, Mutinenſibus ſuppetias ferre jubet: Qui, inito, apud D. Ambroſii pontem, certamine, à Bononienſibus capitur, nullaque, ut dimittatur, impetrat, licet Pater minis, deinde precibus, & pretio, deprecatoribusque uteretur, cum tantum auri, pro redimendo filio, polliceretur, quantum ad mœnia Bononiæ circulo aureo cingenda ſufficeret. Sic captivus annos 22, menſes 11, dies 16, tenetur, aliturque Regio more, publica Bononienſium impenſa. Sic defunctus, magnificentiſſimè & pientiſſimè funeratus, hic tumulatur. Præterea ſimulachrum hoc, in perpetuum monumentum, & hoſti & captivo S. P. Q. B. Anno Salutis 1272, 2 Id. Mart. Hoc volebam, ut ſcires; Abi & Vale. Et paulo inferius: *Senatus Bononienſis pietate ac liberalitate oſſa Hencii, & hoſtis & captivi, hic jacent. Humanæ ſortis memor, piis manibus benè precare.*

Conf. de hoc *Encio Petrus de Vineis*, lib. 2, Epiſt. 34, & lib. 3, Epiſt. 47; *Sigonius*, lib. 18 *Regni Ital.*, in fine; aliique, quorum nomina *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1249, §. 3, pag. 172, producit; quibus addendi *Monachus Paduanus*, l. c.; *Æneas Sylvius*, in *Hiſtoria Friderici III*, Imp., p. m. 32; *Mutius*, lib. 20 *Chron.*, pag. 187, 189, & 190; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 42, p. 933, & 938, & Generat. 43, pag. 950, ubi, Eum an. 1271 obiiſſe, docet; *Albertus Cranzius*, lib. 8 *Saxon.*, cap. 12, & 18; *Spondanus*, l. c., ad an. 1239, §. 1, p. 132; *Pallatius*, Vol. 3, de *Geſtis Pontificum*, in Vita *Innocentii IV*, p. 11; *Conringius*, lib. 1, de *Finibus Imp.*, cap. 11, §. 5, pag. 93; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.*, lib. 5, cap. 7, §. 4, p. 691.

(2) *Manfredus*, cujus Matrem *Henningeſius*, l. c., *filiam Marchlanniæ* vocat; *Matthiæ* verò, l. c., pag. 950, germanum eum conſtituit laudati *Encii*, Matre *Blanca* natum. *Tarenti* Princeps erat, judice *Æneâ Sylvio*, in *Hiſtoria Friderici III*, Imp., p. m. 33, *acris ingenii adoleſcens, non ſpecie ſolum corporis, ſed animi dotibus, & litteris exornatus*, qui, defuncto *Conrado* Rege, fratre, *Innocentio* Pontifici, manu valida *Apuliam* occupanti, primùm ſe ſubmiſit, mox verò, ad Principatum tendens, copias Papales apud *Fogiam* profligavit, eoque mortuo, toto Regno potitus eſt; ita enim *Monachus Paduanus*, lib. 2 *Rerum Longobardicarum*, apud *Urſtiſium*, ad an. 1254, p. 596: *Poſt cujus* (Conradi Regis) *deceſſum, Innocentius Papa, in manu valida, intravit in Apuliam, & ſedem ſuam fixit apud Neapolim. Ad cujus præſentiam omnes Principes Apuliæ convenerunt, Manfredus etiam, Princeps Tarenti, filius Federici, eidem ſubjectionem & devotionem in omnibus deferentes - - - dum autem Magnificus Innocentius eſſet in mortis articulo conſtitutus - - - Manfredus, naturalis filius Federici, impatiens contra Dominum Sedis Apoſtolicæ, jam rebellis effectus, magnam ſtragem militum Eccleſiæ, apud Fogiam, perpetravit. Audita igitur morte Innocentii, & ſubſtitutione Alexandri,* (IV) *cum majore audacia cœpit Eccleſiam in Apulia expugnare, vires ejus quotidie ſubvertendo. Cujus audacia ac ſagacitate mirabili Apuli pavefacti, à devotione Romanæ Eccleſiæ diſcedentes, Principi humiliter adhærebant. Papa itaque Alexander, ordinatus Capitaneus, cum militia infinita, qui deberent contumaciam & proceſſum Principis cohibere, exiens de Neapoli, ad partes Campaniæ properavit. Manfredus autem, opus incoeptum conſummare intendens, armis, muneribus, & ambagibus exercitum Eccleſiæ ita debilitare curavit, donec ipſum de Regno turpiter & effœminatè coëgit exire, taliter, quod totius Regni Paterni obtinuit Principatum, in præjudicium Eccleſiæ & gravamen, &c.* idem docet *Chronica Auguſtenſis Freheri*, ad ann. 1254, pag. 378, addens: *Manfredus, etiam filius Friderici, quondam Imperatoris, Principatum tenens in Apulia, potenter terram ipſam defendit, nomine Conradi* (Conradini) *parvuli, fratruelis ſui, qui adhuc, cum Domina Elizabeth, Matre ſua, in Bavaria morabatur, &c.* Audiamus *Mutium*, lib. 21 *Chron.*, pag. 192: *Papa Innocentius, aſſerens, ſe pueri Conradini bajulum,*

lum, totumque Regnum occupavit, ſub illo prætextu, Tutoribus, à Patre (Conrado Rege) *relictis, reclamantibus. Ubique Pontifex conſecutus eſt poſſeſſionem Conradini, tribuit eam ſuis Nepotibus, Conſanguineis, & Familiaribus. Mortuo Innocentio, Alexander, eisdem dolis & artibus, contra Adoleſcentem egit, &c.* Conf. *Magnum Chronicon Belgicum*, p. m. 236, ad an. 1252. Stantibus ita rebus, imponit ſibi *Manfredus* coronam, ſparſis ubique, de *Conradini* obitu, falſis literis. *Monachus Paduanus*, l. c., lib. 3, ad an. 1260, p. 613, de his pergit: *Princeps Manfredus, naturalis filius Federici, qui Regnum Siciliæ & Apuliæ uſurpavit, &, auctoritate propria, capiti ſuo impoſuit diadema, tam in præjudicium Romanæ Eccleſiæ, quam gravamen & oppreſſionem Conradini, Ducis Sueviæ, filii Regis Cunradi - - - potentiſſimam obtinuit Civitatem,* (Florentiam) *& cum ipſa pariter ferè ſibi totam Tuſciam ſubjugavit, &c.* Clarius adhuc loquitur *Johannes Vito Duranus*, in *Chronico*, part. 1 *Acceſſionum Hiſtoricarum* Ill Dn. *Leibnitii*, p. m. 19: *Hujus tempore Alexandri Papæ Manfredus, filius naturalis quondam Friderici Imperatoris, gerens ſe pro Pædagogo Conradi, nepotis Friderici, ipſo Conradino mendaciter publicato mortuo, ſibi ipſi coronam aſſumſit, quod quia factum, in præjudicium Dn. Papæ, fuit, primò excommunicatus erat, poſt, contra ipſum, magnus exercitus, ſed in nullo proficiens, mittitur, &c.* Succeſſor *Alexandri*, an. 1261, extincti, *Urbanus IV*, continuavit bellum, parum vero feliciori eventu, ecu, l. c., Vito Duranus teſtatur: *Inter hunc Papam,* (Urbanum IV,) & *Manfredum, Principem Apuliæ, filium Friderici, quondam Imperatoris, orta eſt contentio, pro Regno Apuliæ, & cum Dominus Papa quotidie ſuis ſtipendiariis donaret ſalarium, mille marcas, defendere ſe non potuit, &c.* Defuncto etiam, ann. 1264, *Urbano*, qui Eum excepit, *Clemens IV*, an. 1265, *de conſilio Cardinalium, Catholicum Principem, Carolum, Comitem Provinciæ, fratrem videlicet Chriſtianiſſimi Ludovici, Regis Franciæ, & Alphonſi, Illuſtriſſimi Comitis Tholoſani, ad ſuſcipiendam coronam Regni, exoratoriis literis, invitavit. At Ille, utpote Vir ſtrenuus & magnanimus, cupiens Eccleſiæ, in tantis anguſtiis, ſubvenire, & opulentiſſimi Regni dominium obtinere, aſſenſum præbuit Apoſtolicæ voluntati, &, ad aggrediendum tam arduum negotium, incepit ſe magnifice præparare - - - - - - ad cujus adventum Romani mirabiliter ſunt gaviſi, Eique obviam unanimiter procedentes, Ipſum in Urbem, cum triumphali gloria, honore Regio deduxerunt, &c.* Hæc *Monachus Paduanus*, l. c., ad an. 1265, pag. 620, & 621. Inde in Apuliam deſcendens, occurrentem ſibi, apud *Capuam*, offendit *Manfredum*, ab omnibus ferè Terræ Principibus jam deſertum, eoque *Beneventum* ſe recipiente, Apulos, an. 1266, 5 Martii, in prælium pertrahit, *cumque primæ acies, ex utraque parte, ad prælium proceſſiſſent, & viriliter dimicarent, & hinc inde multi caderent vulnerati, Rex; de ſublimi equo proſpiciens, vidit, milites ſuos ferè ab hoſtium multitudine ſuperari. Tunc, omnipotentis auxilio invocato, cum ſua terribili acie irruit ſuper hoſtes, quaſi impetus tempeſtatis: Domino vero auxiliante, cui facile eſt, in manibus paucorum concludere infinitas acies Principis, terga verterunt, & tanta multitudo de Ipſius exercitu eſt proſtrata, quod campum celabant corpora occiſorum - - - ibidem etiam ipſe Princeps Manfredus occubuit, hoſtium gladiis interfectus, cujus corpus, in capite pontis Beneventi, Rex Carolus fecit honorifice ſepeliri. Uxor autem Ejus, quæ filia erat Cumani Principis Græcorum, capta fuit, dum anxie diſponeret, audita morte mariti, cum ſuis filiis in Græciam transfretare. Et cum fuiſſet hoc Regi Carolo nunciatum, fecit eam, ſimul cum filiis, in quodam caſtro recludi, & ibidem cum diligentia cuſtodiri, &c.* Hæc idem *Monachus Paduanus*, l. c., ad an. 1266, pag. 622. Diem prælii notat *Henricus Stero*, Altahenſis Monachus, apud *Freherum*, l. c., pag. 384, ad eundem annum: *Facta eſt, 3 Non. Martii, congreſſio in Apulia, inter Karolum, fratrem Regis Franciæ, & Manfredum, Regem Siciliæ, & Manfredus devictus occubuit, &c. Chronica Auguſtenſis Freheri*, l. c., pag. 382, perperam hanc ſtragem ad annum 1265 refert; adhuc minus rectè *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 43, pag. m. 947, ad annum 1264. Add. *Jacobus Wymphelingus, Epitom. Rer. German.*, cap. 40, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 185; *Matthiæ*, in Vita *Conradi* IV, p. m. 959. Qualem Uxorem habuerit, ex *Monacho Paduano*, ad an. 1266, modo audivimus. *Henningeſius*, l. c., eam vocat *Beatricem*, *Amadei III*, Sabaudiæ Comitis, filiam, viduamque *Manfredi*, Marchionis Saluzziani, Matrem (1) *Conſtantiæ, Petro*, Arragonum Regi, nuptæ, qui, opera *Johannis Prochytæ, Nicolai IV*, P. R., & *Johannis Palæologi*, Siciliam occupavit, omnesque Gallos, ad campanæ pulſum, an. 1282, 3 Cal. April., uno Veſpere, interfecit; (2) *Anſiſii*, oculis privati, & in carcere *Veronæ* defuncti. Epitaphium Ejus, ex *Cruſii* parte 2 *Annal.*, fol. 108, recitat *Matthiæ*, l. c., pag. 959:

Hic jaceo, Caroli, Manfredus, morte ſubactus:
Cæſaris hæredi non fuit urbe locus.
Sum Patris ex odiis auſus confligere Petro:
Mors dedit hic mortem, mors mihi cuncta tulit.

(3) *Fridericus*, Princeps *Antiochiæ*, quem *Theodoricus Engelhuſius*, in Chronico, p. m. 247, perperam *Regem Tuſcorum* conſtituit, licet *Florentiæ* vitam terminaverit. Filius Ejus, *Conradus Caputus*, ex *Maria, Haythoni*, Armeniorum Regis, filia, natus, *Conradino* aguato, in Sicilia, auxilia ferens, à *Carolo Andegavenſi* capitur, & per *Guidonem*, Montfortii Comitem,

Digitized by Google

mitem, privatus oculis, ſuſpendio mulctatur. Vid. *Henningeſius*, l. c., pag. 47;

Engelhuſius, l. c., dat Ei adhuc alium filium, *Ericum*, Regem *Lombardiæ*; de hoc autem nihil legi.

v. (4.) De *Friderico* noſtro ita ſentit *Siffridus*, *Presbyter Miſnenſis*, lib. 2 Epitomes, ad an. 1209, apud *Piſtorium*. p. m. 694: *Erat ingenioſus, ſtudioſus, & literarum ſcientiæ magnus; leges optimas, pro libertate Eccleſiæ, & contra hæreticos, edidit. Iſte, ſupra omnes, divitiis & gloria abundavit - - - - In diebus Ipſius tam Latinorum, quam Teutonicorum, & aliarum Nationum Provinciæ multa pace, & tranquillitate, & abundantia gaudebant*, &c.; Et *Paulus Langius*, in *Chronico Citizenſi*, apud *Piſtorium*, p. m. 797, ad an. 1212; *Fridericus 2 - - - - fuit potentiſſimus Imperator, Italiæ, Sardiniæ, Siciliæ, Hieruſalem, & Sueviæ; quo nullus magnificentior tenuit Imperium, à Carolo Magno, uſque ad Eum*, &c. Quæ *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 78, pag. 583, repetit. Sic & *Jacobus Wymphilingus*, l. c., cap. 39, p. m. 184: *Fuit Fridericus Ille 2 potentiſſimus Imperator, Italiæ, Siciliæ, Sardiniæ, Hieroſolymæ, & Sueviæ Rex, quo nullus potentior Romanum tenuit Imperium, à Carolo Magno; fuit armorum ſtrenuus, linguarum peritus, fuit Vir haud dubie dignus omni bellica laude, non animi ſolum vigore, ſed etiam corporis viribus excellens*, &c. Et *Æneas Sylvius*, in *Hiſtoria Friderici* 3, p. m. 28, ejus memor: *Cujus indoles magnum Virum, & fortiſſimum promittebat Imperatorem*, &c. nec aliter *Johannes Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, apud *Sylburgium*, Tom. 2 *Hiſtoriæ Auguſtæ*, p. m. 599: *Viguere in hoc Principe, quod negari non poſſit, egregiæ corporis animique virtutes. Namque avo ſimillimus, militaris laudis appetentiſſimus fuit. Corpus laborum non minus patiens, quam ſtrenuum plurimum audaciæ ad pericula ſubeunda, non minus tamen conſilii, inter ipſa diſcrimina: nullo unquam labore fatigatus, nullis caſibus victus, linguarum peritus, munificentiæ ſingularis, Regii ſplendoris & ornatus ambitioſiſſimus*, &c. Cæterum,

An. 1195, eligitur Rex Romanorum; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 145.

An. 1212 eligitur Anti-Cæſar *Ottonis IV*; Vid. ibid., ad an. 1210, pag. 151, & 152.

Anno 1213 pernicioſam Reipublicæ edit Auream Bullam, de *Libertate Eccleſiaſtica*; cujus ſummam præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 67, tetigi.

An. 1214 inauguratur Rex Germaniæ, *Moguntiæ*; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 152.

An. 1215, *in ipſa Vigilia* (B. Jacobi Apoſtoli) *Fridericus, Rex Siciliæ, cum quibuſdam Principibus, & Nobilibus totius Lotharingiæ, Aquiſgrani veniens, ſequenti die, ſcilicet in feſto S. Jacobi, à Syfrido, (Moguntinenſi Archi-Epiſcopo,) Legato Apoſtolicæ Sedis, Coloniæ Archi-Epiſcopo non exiſtente, in Regem ungitur, & in Regali Sede collocatur. Quo mox conſecrato, Johanne, Xantenſi Scholaſtico, crucem ibidem prædicante, ad ſubventionem Sanctæ Terræ, cruce ſignatur*, &c. Hæc *Godefridus Colonienſis*, h. a., apud *Freherum*, p. 282; conf. *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod., p. 486, & 487, licet, coronationem *Feſto Mariæ Magdalenæ* celebratam, exiſtimet. *Levoldus de Northof* vero, *Chron. Marcan.*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 388, ad eundem annum; *Chronicon Montis Sereni*, an. eod., pag. 109; *Browerus*, lib. 15 *Annal. Trevirenſ.*, h. a., §. 107, p. 117; & *Schatenus*, lib. 10 *Annal. Paderbornenſ.*, an. eod., p. 967, malunt, *die Jacobi*; de facto teſtantur *Spondanus*, Tom. 1 *Continuat. Annal. Baronii*, h. a., §. 4, pag. 60, & alii. *Conradus Urſpergenſis*, p. 243, perperam eam in annum 1212 collocat; nec rectius *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 41, pag. 913, in ſequentem 1213.

An. eod. Fridericus Rex Civitatem (Coloniam Agrippinam) *ingreſſus, à Civibus & Clero ſuſcipitur, & per ſeptem dies ibidem demoratus, omnes præſentes Nobiles, tam ſuperiorum quam inferiorum partium, falſas monetas, & injuſtas exactiones vectigalium abjurare, & firmam pacem præcepit*, &c. Ita *Godefridus Colonienſis*, l. c. Conf. *Browerus*, l. c.; *Schatenus*, l. c., pag. 969.

An. eod. proſcribit *Henricum*, Saxoniæ Ducem, Comitemque Palatinum Rheni, de Palatinatu inveſtiens, in Comitiis *Ratisbonenſibus*, *Ludovicum*, Ducem Bavariæ. Vid. *Nicol. Burgundus*, *Hiſt. Ludovici Bavari*, lib. I, p. m. 4; *Gewoldus*, de *Septemviratu*, p. 193; *Aventinus*, lib. VII, pag. 529; *Paræus*, *Hiſt. Palat.*, p. 75; *Spener.*, *Op. Herald.*, lib. 3, cap. 27, §. 9. p. 670; *Schatenus*, *Annal. Paderborn.*, lib. 10, ad h. a., pag. 967; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.*, cap. 16, pag. 358, & cap. 17, pag. 372.

An. 1219 ſuſcipit, in Comitiis *Goslarienſibus*, ab *Henrico*, C. P. R., & Duce Saxoniæ, Inſignia Imperii, à Fratre, *Ottone* Imp., ſibi relicta. Vid. *Albertus Stadenſ.*, h. a.; *Chron. Auguſtenſ.*, an. eod., apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 367.

An. 1220 *Fridericus Romæ coronatur in Imperatorem, in Baſilica S. Petri, de mandato Honorii Papæ, per Miniſterium Domini Hugolini, tunc Hoſtienſis Epiſcopi, poſtmodum Apoſtolici; ubi Imperator, de bonis & prædiis Imperii, in Italia ſitis, multa contulit Eccleſiæ S. Petri, & vota votis accumulans, de manu ejusdem Epiſcopi rurſus crucem accepit, ad perficiendum iter Hieroſolymitanum*, &c. Sunt verba *Conradi Urſperg.*, h. a., pag. 245. *Honorium* ipſum inaugurationem celebraſſe, docet *Cæſarius*, Monachus *Vallis S. Petri*, ſeu *Heiſterbacenſis*, in Vita S. *Engelberti* Colonienſis, cap. 5, verbis, ſeq. Tit. XI, §. 7, lit. a, occurrentibus; *Martinus Polonus*, in vita *Friderici* 2, p. m. 376; nec non *Godefridus Colonienſ.*, h. a., pag. 291, cujus verba, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 153, habentur, addentis ſimul coronationis diem, feſtum ſcil. B. Cæciliæ, i. e. 22 Novemb.; *Albertus Stadenſ.* an. eod., p. 204; *Albericus, Monachus trium fontium*, ann. eod., pag. 507, & 508;

Chron.

Chronicon Montis Sereni, an. eod., p. 136; *Monachus Paduanus*, apud *Urſtiſium*, an. eod., p. 584; *Conradus Moguntinenſis*, an. eod., ibidem, p. 574; *Chronica Auguſtenſis Freheri*, an. eod., p. 367; *Johannes Vito Duranus*, in Chronico, Tom. I *Acceſſionum Hiſtoricarum* Ill. Dn. *Leibnitii*, p. m. 5; *Magnum Chronicon Belgicum*, an. eod., p. m. 221; *Levoldus de Northof, Chron. Marcan.*, l. c., an. eod., p. 388; *Chronica Auſtralis Freheri*, an. eod., p. 321; *Chronicon Elwangenſe*, an. eod., ibidem, pag. 455; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 41, an. eod., p. 920; *Gobelinus Perſona*, æt. 6 *Coſmodromii*, cap. 64, pag. m. 276; *Browerus*, lib. 15 *Annal. Trevirenſ.*, an. eod., §. 121, pag. 120; *Spondanus*, Tom. 2 *Contin. Annal. Baronii*, an. eod., §. 1, p. 77, diſtinguens *Conſecrationem* à *Coronotione*: *Urbem, una cum Uxore, Conſtantia, ingreſſus, in Baſilica S. Petri, die feſto S. Ceciliæ*, 22 Novembris, *præſente Pontifice, ab Hugolino Cardinale, Epiſcopo Oſtienſi, conſecratus eſt, atque ab ipſo Pontifice coronatus, &c.*: *Schatenus*, lib. 10 *Annal. Paderborn.*, an. eod., pag. 983; *Johannes Palatius*, de *Geſtis Romanorum Pontificum*, Tom. 2, in vita *Honorii III*, p. m. 737, annectens pacta quædam, ſub quibus coronam fuerit nactus, ibi: *Acceptis Inſignibus*, (ab Henrico, Duce Saxoniæ, C. P. R.) *Romam venit, anno* 1220, *ubi, poſt reſtitutionem jurium Eccleſiæ, ac Regnum Siculum translatum in filium Henricum, ut poſtulabat Honorius, ne Regnum, Eccleſiæ ſtipendiarium, ab Aula Pontificis ad Imperatoriam putaretur traductum*, &c.; *Heineccius*, lib. 2 *Antiquitatum Goslarienſium*, an. 1220, p. 223; *Paulus Langus* vero, in *Chron. Citizenſi*, p. m. 799; *Compilatio Chronologica Piſtorii*, pag. 740; *Trithemius*; *Calviſius*; & alii perperam referunt hanc inaugurationem ad an. 1219.

An. eod. inſignia Privilegia largitur Principibus Imperii Eccleſiaſticis, quorum, præced. Tit. 2, §. 8, lit. c, pag. 68, & præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1220, p. 154, memini.

An. eod. filium primogenitum, *Henricum*, in Regem Romanorum eligi curat. Vid. præced. verſ. 3, voc: *Henricus*.

An. eod. ſigno Crucis inſignitus, *in Regnum Apuliæ intravit, interfectis & expulſis rebellibus, ipſum ſibi feliciter ſubjugavit. Ipſe, de montibus Siciliæ, per gravia bellorum pericula, depoſuit Saracenos, & transferens eos in Apuliam, fecit ipſos in Civitate Nucera communiter habitare, &c.* Sunt verba *Monachi Paduani*, h. a., apud *Urſtiſium*, pag. 584; quamvis *Conradus Urſpergenſis*, p. 245, liberationem Siciliæ à Saracenis ad an. 1222 referat.

An. 1221 *Imperator contra duos Comites Tuſciæ, videlicet Matthæum, & Thomam, qui occupaverant quædam Caſtra & Terras ſuæ ditionis, in Apulia, pugnare cœpit, & expugnatos omnibus bonis privavit. Qui poſtmodum confugientes Romam, præſidium Sedis Apoſtolicæ implorant: quocirca Imperator multotiens conquerebatur, quod inimicos ſuos, & hoſtes publicos ſedes Apoſtolica foveret, &c.* Ita *Conradus Urſperg.*, h. a., pag. 245; Conf. *Cuſpinianus*, in Vita *Friderici* 2; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 79, p. 583, dictos Comites *Thomam* & *Richardum* vocans, *Innocentii III*, P. R. defuncti, fratres; Dn. *Ludovicus Ellies Du Pin*, de *Diſciplina Eccleſiaſtica*, Diſſert. 7, cap. 3, §. 3, p. 545. Fomiti diſcordiæ hujus acceſſit repetita de *Inveſtituris* diſceptatio, cujus in vita *Ottonis IV*, v. 4, ad an. 1210, ex *Cranzii* libro 7 *Vandaliæ*, cap. 21, memini; de eadem ſcribit *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 41, ad h. a., pag. 920: *Enormia aggreſſus, Ditionem vexabat Pontificiam, Pontifices & Archi-Epiſcopos ponens in Eccleſiis, modo ſuo, & inſtitutos à Papa expellens, Collectas ab Eccleſiis exigens. Dicebat enim, jus, Regibus Siciliæ, in Electionibus Prælatorum, ex antiquo debitum, minorari à Papa, quod eorum Privilegium Innocentius III ſuſtuliſſet Conſtantiæ, Friderico Puero exiſtente, ut ſupra dictum eſt: & forte fuit privilegium, de quo in Gloſſ. Summæ*, 16, *Q.* 7, *quod Apuliæ Reges habeant inveſtire: admonitus autem ſuper his ipſi non obtemperabat; admonentem magis magisque indies ſprevit. Unde Eum percuſſit Pontifex anathemate, niſi reſipiſceret, & ablata redderet; &, cum ſperneret primam execrationem, iteratò Pontifex privationem Imperii Regnorumque addidit: tertio, per contumaciam exaſperatus Pontifex, omnes Imperii & Regnorum olim ſuorum ſubditos à ſacramento fidelitatis abſolvit, &c.* Quæ omnia repetit *Du Pin*, l. c., p. 546. Conf. de hac excommunicatione *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 221, & Dn. *Schilterus*, *de libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. 5, c. 7, §. 3, p. 690, rectè ad annum 1226 eam referens.

An. eod. ſolenni Conſtitutione proſcribit omnes *Leges paribiles*; Vid. præced. Tit. 2, §. 7 lit. a, pag. 46.

An. 1222 filium, *Henricum*, ab *Engelberto*, Colonienſi Præſule, *Aquisgrani* coronari curat Regem Romanorum. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1220, pag. 153. Conf. *Cæſarius*, Monachus *Vallis S. Petri*, ſive *Heiſterbacenſis*, in vita *S. Engelberti*, cap. 5, apud *Surium*, 7 *Novemb.*, p. 186.

An. 1224, nuptias celebrando cum filia *Johannis Brenæ, Hieroſolymorum* Regis, jura in Hieroſolymorum Regnum conſequitur. Vid. præced. v. 2.

An. 1227 *obiit Honorius Papa III, cui ſucceſſit Gregorius IX, Epiſcopus Oſtienſis. Iſte, ſub pœna excommunicationis, imperatori præcepit, ut, pro recuperatione Terræ Sanctæ, mare tranſiret, ſecundum Magnificentiam Imperatoriæ Majeſtatis. Imperator autem de hoc negotio intromittere ſe nolebat. Veruntamen, ne præceptum Apoſtolicum omnino ſpernere videretur, cum exercitu Galearum in Syriam navigavit, & taliter cum Soldano pepigit Babylonis, quod ipſe Jeroſolymam, & quaſdam alias Civitates reddidit Chriſtianis, &c.* Ita *Monachus Paduanus*, l. c., ad h. a., pag 585. Quid autem ad hæc Pontifex? pergit Paduanus: *Audiens itaque Papa, Gregorius, quod tam Potentiſſimus Imperator, ad modum pyratæ, mare tranſiſſet, in quo tremendum nomen Romani Imperii apud*

Barbaras Nationes minus & deprimi videbatur, Eum excommunicationis vinculo innodavit, & mox miſit exercitum in Apuliam, ut eam Eccleſiæ ſubjugaret. Quod audiens Imperator velociter in Apuliam eſt reverſus. Tandem facta eſt concordia inter eos, & ceſſavit quaſſatio præliorum, &c. Memor hujus Pontificis, *Conradus Urſpergenſis*, h. a., pag. 247, meritò ait: *Hic, tanquam ſuperbus, primo Anno Pontificatus ſui, cœpit excommunicare Fridericum, Imperatorem,* pro cauſis frivolis & falſis, &c. Conf. *Godefridus Colonienſis*, h. a., pag. 296: *Expeditio cruce ſignatorum, ab omnibus mundi partibus mota, caſſatur, & diſſipatur, Friderico Imperatore, ſicut dudum promiſerat, non transfretante.* Ob quam cauſam *à Gregorio Papa excommunicatur, &c.*; *Magnum Chronicon Belgicum*, an. eod., p. 231; & *Paulus Langius, Chron. Citizenſ.*, h. a., apud *Piſtorium*, p. 799. *Albertus Stadenſis*, pag. 207, rejicit excommunicationem hanc in Annum 1228, & *Compilatio Chronologica Piſtorii*, p. 741, in ſequentem 1229. *Godefridus Colonienſis*, pag. 296, refert *Friderici* iter in *Syriam*, & recuperationem *Hieroſolymorum* in annum 1228, ejusque reditum in annum 1229.

An. 1229 re vera *Hieroſolymam* demum Imperatori noſtro à Sultano Ægypti fuiſſe redditam, ex ipſius Auguſti literis, *in Civitate Sanctâ Jeruſalem*, 18 *Martii, Indictione Secunda*, quæ anno 1229 congruit, ad Status Imperii datis, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, in *Mantiſſa* Tomi. 2 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, §. 45, p. m. 245, &c., diſcimus. Ejusdem ſententiæ eſt *Conradus Urſpergenſis*, ad an. 1229, pag. 248; ibi: *Anno Domini 1229 fit compoſitio, in Quadrageſima, inter Imperatorem & Soldanum; Hieruſalem quoque, & Nazareth, & Joppe, cum Terris adjacentibus, & aliis quibusdam locis, Imperatori reſtituuntur, & Treuga, inter Chriſtianos & Sarracenos, usque ad decennium, ſtatuitur, &c.*; Nec non *Albertus Stadenſis*, an. eod., pag. 208; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod., p. 533; & *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 41, an. eod., pag. 924; conf. *Browerus*, lib. 15 *Annal. Trevirenſ.*, §. 146, ad annum licet 1228, pag. 127; *Spondanus*, Tom. 1 *Continuat. Annal. Baronii*, ad eundem annum 1228, §. 7, pag. 99. Horum geſtorum Ipſe meminit Imperator, in dictis literis ad Status Imperii, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 246: *Non ſolum reſtitutum eſt Nobis corpus Civitatis Sanctæ, ſed tota Contrata,* (la Contrée) *ſicut deſcendit inde ad maritimam, ad caſtrum Joppen, ut peregrini de cætero proceſſum liberum habeant ad ſepulchrum, & ſecurum inde regreſſum .... reſtituta eſt nobis inſuper Civitas Bethlehem, & tota Terra media inter Jeruſalem & Civitatem ipſam. Civitas etiam Nazareth, & tota Terra media inter Accaron, & Civitatem eandem; Terra tota Toronis, quæ largiſſima eſt & ampla, & ſatis commoda Chriſtianis. Civitas Sidonis, cum tota planicie & pertinentiis ſuis ..... Super hæc itaque licet Nobis, ſecundum Pactum, reædificare muros Sanctæ Civitatis Jeruſalem, Caſtrum Joppen, & Caſtrum Cæſareæ, Caſtrum Sidonis, & Caſtrum S. Mariæ Domus Theutonicorum, quod in montana Accaron ædificare cœperunt, &c.* Pergit *Urſpergenſis*, l. c: *Cumque Imperator, ſuper hoc laudabili, & glorioſo facto, reſcriberet Domino Papæ, & gaudium annunciaret Chriſtianitati, Papa literas illas abjecit, & reſpuit, &c.* Add. *Godefridus Colonienſis*, l. c: *Fridericus Imperator tandem Mare tranſit, &, recuperata Jeruſalem, & parte Terræ Sanctæ, cum Sarracenis, usque ad certum terminum, Treugas facit. Sed, quod, quaſi inobediens & excommunicatus, tranſivit, factum ſuum Gregorius Papa non approbat, nec ipſum abſolvit. Sed reditum Ejus metuens, Terram ſuam & Caſtra, per Johannem, ſocerum Imperatoris, impugnat, & occupat, pluribus Civitatibus Longobardiæ, & aliis locis ſibi, contra Imperatorem, confœderatis, & auxilium ferentibus militare. Romanis autem Imperatori adhærentibus, Papa Romam egreditur, &, cautelam ſui habens, Peruſii moratur, &, per omnes Provincias, publicè mandat Imperatorem excommunicatum denunciari, miſſis Nunciis, & maximè Prædicatoribus, ad id exequendum, &c.* Mirare, lector, pacificum Sanctiſſimi almique Patris animum, qui maluit Terram Sanctam, ſub jugo Turcarum gementem, quam reſtitutam videre Chriſtianis. Ex mandato Pontificis itineri non ſtatim ſe accingens, diris devovetur. Mare tranſiens, ſpoliatur Terris. Plura annectit *Urſpergenſis*, ad an. 1228, p. 248: *Imperator volens implere votum ſuum, & pacatum ſibi efficere Papam, transfretavit ad Terram Hieroſolymitanam; prius tamen eodem anno condixerat Curiam Principum Alemanniæ, in Quadrageſima, apud Ravennam, à qua ſimiliter impeditus fuit nunciis & legationibus Domini Papæ. Nam Veronenſes & Mediolanenſes non permiſerunt aliquos tranſire per fines ſuos, ſpoliantes rebus ſuis, etiam ipſos cruce ſignatos, ut aſſerebant, autoritate Domini Papæ, quod, proh dolor, nefas eſt dicere. Nihilominus tamen Imperator venit ad Terram Sanctam, menſe Auguſto, & applicuit apud Acon, & ibi permanſit: ut ajunt, multa ſuſtinuit, ex perfida proditione Templariorum .... Papa vero, captata occaſione de abſentia Imperatoris, copioſum exercitum deſtinavit in Apuliam, & Terras Imperatoris, in ſervitio Chriſti demorantis, quod nefandiſſimum eſt dicere, abſtulit, & ſibi ſubegit, & cruce ſignatos, ne transfretarent, omni ſtudio prohibuit, tam in Apulia, quam in Lombardia. Quis, talia facta rectè conſiderans, non deploret, & deteſtetur, quæ indicium videntur, & quoddam portentum, & prodigium ruentis Eccleſiæ?* Conf. *Nauclerus*, l. c.; Dn. *Du Pin*, de *diſciplina Eccleſiaſtica*, Diſſ. 7, cap. 3. §. 3. p. 546, & 547. En novam fraudem! Allato nuncio, Impera-

peratorem, 18 Martii, 1229, ceu ipſe, in præfatis literis ad Ordines Imperii, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., pag. 247, teſtatur, Hieroſolymitanam coronam ſibi impoſuiſſe, *Papa, cum ſuis complicibus, ut aſſerebant homines, famam fecit in Apulia divulgari, Imperatorem eſſe mortuum; quocirca Civitates, quæ adhuc adhærebant Imperatori, diſponebant ſe tradere ſub dominio Papæ, & omnes Alemannos, de Terra Sancta redeuntes, & ibidem in Apulia demorantes, duriſſimo & nequiſſimo facinore interficere. Sed Deus miſericors aliter providit, & homines ſuo ſervitio deditos, ad laudem & gloriam nominis ſui, clementiſſime conſervavit, &c.* Hæc *Conradus Urſperg.*, l. c. Certior de his redditus, tempore æſtivo dicti

An. 1229, *Imperator reverſus, venit in Apuliam, ante alios, qui revertebantur; Cujus reverſione compreſſa, crudelitas ſævientium, & furor invadentium conquievit. Multi namque, tam de Ultramontanis, quam de partibus illis, Chriſtiani & Saraceni, coadunati ſunt ad Imperatorem, ut haberet maximum exercitum, & fortiſſimum; cæpit Terras ſibi ablatas recuperare, & hoſtes de finibus ſuis expellere, &c.* Hæc idem *Conradus*, l. c.; quæ comprobat *Godefridus Colonienſis*, an. eod., pag. 296; *Nauclerus*, l. c., an. eod., pag. 924; *Paulus Langius*, l. c., an. eod., p. 800, ajens: *Totam Italiam, multis prælis, attrivit, omnesque Civitates, præter Bononiam & Parmam, in ſuam redegit poteſtatem. Mediolanum etiam penè deſtruxit, &c.*

An. 1230, mediantibus *Leopoldo*, Auſtriæ Duce, & *Hermanno* de *Salza*, Magno Magiſtro Ordinis Teutonici, aliisque Germaniæ Principibus, eam ob cauſam in Italiam profectis, abſolvitur Excommunicationis nodo, pacem pangens cum turbulento Papa, *Gregorio IX, unciis auri centum & viginti millibus Eccleſiæ, ob illata damna, perſolutis. Deinde, cum Romani non ſatis Pontifici obedientes forent, Legemque rogaſſent: Ut Oppida Eccleſiæ, juxta urbem poſita, Romanis vectigal penderent, neque monitis, caſtigationibusque ad ſanitatem reduci poſſent. Fridericus Reate Pontificem convenit, cumque Eo in hanc ſententiam conſenſit, ut primo quoque tempore, conjunctis copiis, Romanos adorirentur. Abeunte deinde Friderico in Germaniam, Germani Milites ad Pontificem confluxerunt, tanta multitudine, ut Romani nequaquam auſi fuerint, aperto Marte, cum Eccleſiæ copiis congredi. Recuperavit tamen Gregorius Pontifex, Germano Milite, Patrimonium S. Petri, Sabinumque agrum, &c.* Hæc in *Paraleipomenis Conradi Urſpergenſis*, ad h. a., pag. 249; Conf. de hac Pace *Albertus Stadenſis*, an. eod., pag. 208; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod., p. 536; *Godefridus Colonienſ.*, an. eod., p. m. 297; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 41, an. eod., p. 924; *Platina*, in Vita *Gregorii IX*, p. m. 194; *Sigonius*, lib. 17 *Ital.*, an. eod.; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, an. eod., §. 1, pag. 104; *Browerus*, lib. 15 *Annal. Trevirenſ.*, an. eod., §. 147, p. 127; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spirenſ.*, cap. 80, p. 586;

An. eod., 5 Oct. miraculoſum & inſignem lucium, 19 pedum longitudinis, *Lutera* in ſtagnum immittit, captum an. 1497, 6 Nov., & *Heidelbergam* delatum, ætate 267 annorum: de quo plura *Freherus*, part. 2 *Originum Palatin.*, cap. 12, p. 53, & 54; *Lehman.*, lib. 5 *Chron. Spirenſ.*, cap. 83, pag. 592; *Sigismundus von Bircken im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 6, cap. 2, an. 1497, p. 1106.

An. 1232 *bellum molitur contra Longobardos, viam præcludentibus filio ſuo, Regi, & Militiæ Germanorum, &c.* Ita *Godefridus Colonienſis*, h. a., p. 297, & 298.

An. eod. apud *Sibidatum*, in *Foro Julii*, menſe Majo, varia Statuum Imperii Privilegia confirmat, cujus Conſtitutionis formulam *Schilterus*, Tom. 2 *Inſtit. Jur. Publ.*, Tit. 16, p. 117, complectitur.

An. eod. *Meſſanenſes contra Imperatorem rebellionem excitant, &c.* Ita *Godefridus Colonienſ.*, l. c., pag. 298.

An. eod. *Johannes de Berito Imperatori, in Terra Transmarina, repugnat - - - manu valida Cyprum occupat, & Regem Cypri, filium ſororis ſuæ, ſibi aſſociat. Mittitur contra illum Richardus, Marſchalcus Imperialis, qui congreſſus cum ipſo vincitur, multis militibus de Exercitu Imperiali captis, &c.* Idem *Godefridus*, l. c.

An. 1233 *Imperator Meſſanam, Civitatem Siciliæ, ingreditur, &, captis ſuis rebellibus, eos igni cremat, &c.* Hæc rurſus *Godefridus*, h. a., pag. 298; conf. *Albericus*, an. eod., pag. 547. Add. Cap: *Venerabili* 37, Extra, de *Officio & poteſtate Judicis delegati.*

An. 1234 in Comitiis *Francofurtenſibus* varias Conſtitutiones promulgat, quarum, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 68, memini. Conf. l. c., §. 10, lit. d, ad an. 1234, pag. 155.

An. 1233, in Comitiis *Moguntinis*, tranſigit cum *Ottone Puero*, Duce Saxoniæ, cui novum *Ducis Brunvicenſis & Luneburgenſis* titulum impertit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, p. 155.

An. eod., Hagenoæ, inveſtit Comitem Toloſanum, de Marchia Provinciæ. Vid. *Godefridus Colonienſis*, h. a., pag. 300; *Heineccius*, lib. 3 *Antiquit. Goslarienſ.*, ad an. 1236, p. 251, & qui ibi teſtes nominantur.

An. 1236 *Imperator Fridericus repetit à Rege Hungariæ tributum quadraginta ſeptem annorum, quod videlicet, ex quo mortuus eſt avus Ejus, Magnus Fredericus, ſolutum non fuerat, &c.* Hæc *Albericus*, h. a., pag. 558, & 559.

An. eod. filium, *Conradum*, in Romanorum Regem eligi curat, in locum Primogeniti, *Henrici*. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., p. 156, & ſeq. Tit. 13, Procem., lit. c.

An. eod., 1237, & 1238 rebelles Longobardos, Mediolanenſes ſcilicet, Vercellenſes, Mantuanos, Pla-

centinos, Faventinos, Bononienſes, alioſque multos, quibus Sanctiſſimus Pontifex, *Gregorius IX*, contra datam fidem, Venetique clam favebant, in ordinem redigit. Vid. *Godefridus Colonienſis*, ad an. 1236, & 1237, pag. 300, & 301, &c; *Monachus Paduanus*, lib. 1 *Chron.*, ad annos, 1236, 1237, & 1238, p.m. 587, & 588; *Albertus Stadenſis*, an. 1237, & 1238, pag. 210, & 211; *Platina*, in vita *Gregorii IX*, p.m. 195; *Mutius*, lib. 20 *Chron.*, p. 183; *Paulus Langus*, ad an. 1237, p.m. 800; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 41, pag 931, qui, memor prælii ad *Curiam Novam*, inter Imperatorem & rebelles confœderatos, anno 1237, 5 Cal. Decemb., commiſſi, ait: *Mediolanenſes, cum ſociis, victi ſunt, multis interfectis, & plurimis captis, cum Carrocio ſuo, ubi etiam captus eſt Magiſtratus Mediolanenſis, filius Ducis Venetorum, ac multi alii Nobiles Lombardiæ; quibus omnibus ductis in Apuliam, Filium Ducis Veneti fecit Imperator ſuſpendi ſuper Turrim, quæ erat in littore maris; alios diverſis cruciatibus fecit trucidari. Ex hac victoria recuperavit Dominium Lombardiæ. Exinde, cum ſex millibus Armatorum, Brixiam obſidens, quam poſtremo pactis in deditionem accepit, & ſimiliter omnes alias Civitates Lombardiæ, exceptis Bononia, & Parma, &c.* Mox addit: *Auditam cladem Mediolani Pontifex moleſtiſſimè tulit, omiſſaque deinceps ſpe bene gerendæ rei, ob illatum ſociis incommodum, redire ad Urbem inſtituit, &c.* *Chronica Auſtralis Freheri*, an. 1238, pag. 323; *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1236, §. 1, &c., pag. 122, an. 1237, §. 5, & 6, pag. 125, & an. 1238, §. 1, pag. 128; *Browerus*, lib. 15 *Annal. Trevirenſ.*, an. 1237, §. 162, pag. 131, & 132; *Heineccius*, lib. 3 *Antiquitatum Goslarienſium*, an. 1237, & 1238, p. 252, &c.

An. 1239 *Pontifex, Imperatoris animoſitatem intelligens, cum Venetis, adverſus eundem, init fœdera, per quæ Claſſis Triremium quindecim eſt armata, communi impenſa, quam adhiberi voluit Pontifex Friderico Siciliæ viribus (juribus) expellendo, qui interea, poſt Mediolanenſem cladem, Cremonæ aliquandiu fuit, ubi exercitum, & reparatum, & auctum, majorem ſolito coëgerat; quia tamen Dominicæ Reſurrectionis ſolennia imminebant, ea apud Paduam, tunc ſibi primum omnino, per Ecelinum, ſubditam, celebrare conſtituit. Unde factum eſt, ut tertio ipſius Paſchatis die, adeunte Friderico Eccleſiæ Paduanæ Dominicam domum, accelerans Tabellarius conſtitutæ apud Urbem Pacis, & promulgatæ exerationis, Imperatorem fecerit certiorem, &c.* Hæc *Nauclerus*, l. c., ad h. a., pag. 931; Sic tertia vice Cæſar anathematis vinculo conſtrictus fuit, formulam petulantis libelli, *Alberto* Archi-Diacono, & *Philippo de Aſſiſio*, nuncio ſuo, in Alemannia commoranti, ſub Dato 8 Kal. Octob. *Laterani*, transmiſſi, exhibente *Cherubino*, Tom. 1 *Magni Bullarii Romani*, pag. 106. Ceremoniarum meminit *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 211; *Papa Gregorius Imperatorem Fridericum, in Cœna Domini, quæ erat 9 Kal. Aprilis, extinctis candelis, anathematizavit, ita dicens: Excommunicamus & anathematizamus, auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatorum Apoſtolorum, Petri & Pauli, & noſtri, Fridericum, dictum Imperatorem, pro eo, quod, contra Romanam Eccleſiam, ſeditionem movit in Urbe, &c.* Conſ. *Monachus Paduanus*, lib. 1 Chron., h. a., pag. 588; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod., pag. 568; *Matthæus Pariſienſis, Hiſt. Angl.*, an. eod.; *Trithemius, Chron. Hirſaug.*, an. eod.; *Platina*, in vita *Gregorii IX*, p. 195; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 64, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 278; *Browerus*, lib. 15 *Annal. Trevir.*, cap. 166, ad h. a., pag. 132; *Albertus Cranzius*, lib. 7 *Metropol.*, cap. 52, p. m. 198, & 199; *Sigonius*, lib. 18 *Regni Ital.*; *Spondanus*, Vol. 1 *Contin. Annal. Baronii*, h. a., §. 2, pag. 132: *Du Pin*, Diſſert. 7, de *Diſciplina Eccleſiaſtica*, cap. 3, §. 3, pag. 547; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum German.*, lib. 5, cap. 7, §. 4, & 5, pag. 691, &c.; *Pallatius*, de *Geſtis Romanorum Pontificum*, Tom, 2, in Vita *Gregorii IX*, pag. 753; *Heineccius*, lib. 3 *Antiquitatum Goslarienſium*, h. a., pag. 254. Vulgato anathemate, advocat ſtatim Concionem Imperator in Aula Patavina, ubi *Petrus de Vineis*, Cancellarius, panegyrim, in Ipſius laudem, & Pontificis opprobrium, texuit. Excuſæ ſunt *Petri de Vineis* Epiſtolæ, ſeu potius diplomata, & publica ſcripta alia, vel Imperatoris mandato exarata, vel ad ipſum data, *Ambergæ*, an. 1609. Mox gladio cinctus Auguſtus, ad *Romam* usque, victorias legit; Pontifex contra, in Vaticanum procedens, ex ambone remiſſionem obtulit peccatorum, liberationem à purgatorio, vitamque æternam omnibus, adverſus Eum, Eccleſiæ hoſtem quaſi, crucem ſumpturis. Enimvero Victor Princeps cruce ſignatorum, quotquot ceperat, capita quatuor in partes ſcindi juſſit, vel, candenti ferro, ſigno crucis in fronte notari, Diſtichon mittens Pontifici:

Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Corruet, & Mundi deſinet eſſe caput.

Reſpondente Pontifice:

Niteris incaſſum navem ſubmergere Petri;
Fluctuat, aſt nunquam deſinet eſſe ratis;

Replicat Imperator:

Fata volunt, ſtellæque docent, aviumque volatus,
Quod Fridericus ego malleus Orbis ero.

Ad quæ Pontifex:

Fata volunt, Scriptura docet, peccata loquuntur,
Quod Tibi vita brevis, pœna perennis erit.

Vid. *Mutius*, lib. 20 *Chron.*, p.m. 187; *Cuſpinianus*, ex *Alberico de Roſate*; *Pallatius*, l. c.; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 81, pag. 588; *Meibomius*, in Notis ad *Hermanni, de Lerbeke Chronicon Schawenburgicum*, Tom. 1 *Rer. German.*, pag. 526; & Alii. Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. m. 351, & *Johannes Jacobus*

Beck,

Digitized by Google

Beck, *im Lutherthumb vor Luthero*, p. m. 38, eosdem recitant verſus, ſed ad annum 1245, quo ab *Innocentio IV* excommunicationis ſententiam ſubiit. Paulo aliter leguntur apud *Matthæum Pariſienſem*, pag. 475, verba *Meibomio*, l. c., exhibente. Similes producit ipſe *Lerbekius*, l. c., pag. 503, ſed inſtar dialogi inter *Fridericum Ænobarbum*, & *Alexandrum III*, rectè propterea à *Meibomio*, l. c., pag. 587, in fine, vapulans. Quid Principes Imperii, in favorem Imperatoris, ad Pontificem reſcripſerint, ex *Goldaſto*, Tom. 2 *Conſtit. Imp.*, p. 78, &c., petendum eſt.

An. eod. *Sardiniam* offert Papa *Ludovici S.*, Galliarum Regis, fratri. Vid. *Schilterus*, l. c., §. 4, p. 691.

An. 1240 *Papa Gregorius*, *inſolentias Imperatoris contra Eccleſiam metuens*, *Principes ſuper electione alterius ſollicitavit*; *ſed nihil profecit*, *quia quidam Principum Ei reſcripſerunt: Non eſſe ſui juris*, *Imperatorem ſubſtituere*, *ſed tantum Electum à Principibus coronare. Electio enim ad iſtos dinoſcitur pertinere. Ex prætaxatione Principum & conſenſu eligunt Imperatorem Trevirenſis*, *Moguntinus*, *& Colonienſis. Trevirenſis enim*, *licet de Alemannia non ſit*, *ratione antiquitatis eligit* - - - - - *Palatinus eligit*, *quia Dapifer eſt: Dux Saxoniæ*, *quia Marſcalcus: & Margravius de Brandenburg*, *quia Camerarius*; *Rex Boëmiæ*, *qui Pincerna eſt*, *non eligit*, *quia non eſt Teutonicus*, *&c.* Hæc *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 215. Quæ Auctor *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, §. 31, apud *Lindenbrogium*, p. m. 98; *Limnæus*, ad *Capitulationem Caroli V*, Art. 28, voc. *Päbſtliche Recht*, §. 27, pag. 299; *Conringius*, ad *Lampadium*, part. 3, cap. 4, §. 2, p. 150, & de *Republica*, Exercit. 4 de *Ducibus & Comitibus Imperii*, *th.* 39, pag. 176, & 177; *Lambecius*, lib. 2 Comment. *Bibliotheca Cæſarea*, cap. 8, pag. 827, & 828; *Schilterus*, in *Commentario* ad *Jus Feudale Alamannicum*, cap. 8, §. 5, pag. 94; aliique multi repetunt.

An. eod. Helvetos in clientelam recipit Imperii. Vid. *Joſias Simlerus*, de *Republica Helvetiorum*, lib. 1, p. m. 36, Edit. *Elzevir.*, de an. 1627;

An. 1241, 12 Cal. Septemb., defuncto Papa *Gregorio IX*, ortum ſchiſma, aliis *Romanum*, Portuenſem, aliiſque *Godefridum*, Sabinenſem, eligentibus; utroque cedente, *Cœleſtinus IV*, antea *Gaufridus* dictus, Pontificalem cathedram conſcendit. Vid. *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 215, & 216; *Monachus Paduanus*, lib. 1 *Chron.*, an. eod., p. m. 590; *Pallatius*, l. c., an. eod. p. 756, & in Vita *Cœleſtini IV*, pag. 759, ubi, ex *Matthæo Pariſio*, addit: *Quinque Cardinales elegerunt ſextum*, *ſcil. Gaufridum Mediolanenſem*, *cui electioni favit Imperator congratulans*, *&c.*; Alii Hic, miſſis ad Cæſarem, *Faventiam* obſidentem, Legatis, qui de pace agerent, nondum viſo reſponſo, decimo quarto Pontificatus die iterum obiit; Vid. *Albertus Stadenſ.*, l. c., p. 216; *Pallatius*, l. c., pag. 760, ei dat 16 dies; & *Monachus Paduanus*, l. c., atque *Mutius*, lib. 20 *Chron.*, p. 187, in fine, octodecim.

An. 1242, vel 1243, novo Pontifice, *Innocentio IV*, de ineunda cum Imperatore pace, itidem ſolicito, *proponebat* (Cæſar) *ædem Ejus auferre*, *jurisdictiones*, *& poſſeſſiones villarum & caſtrorum*, *quibus erant ab Imperio prædotata: & taliter volebat humiliare ſuperbiam Clericorum* - - - *unde*, *contra ſe*, *odium Prælatorum*, *in toto Imperio*, *non modicum excitavit*, *&c.* ſunt verba *Monachi Paduani*, ad ann. 1242, pag. 590. *Pallatius*, l. c., Vol. 3, in vita *Innocentii IV*, pag. 7, docet, Eum anno demum 1243, 23 Junii Papam electum; aſſeclas habens *Browerum*, lib. 16 *Annal. Trevirenſ.*, an. 1243, cap. 8, pag. 138; *Spondanum*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baronii*, an. eod., §. 3, pag. 148; aliosque; *Alberto Stadenſi*, pag. 216, perperam in annum 1244 usque procurrente. Quicquid ſit, confirmatus Pontifex, in die Apoſtolorum Petri & Pauli, confirmavit ſtatim ſententiam, à *Gregorio IX* in Imperatorem latam. Vid. *Matthæus Pariſienſis*, ann. 1243; *Pallatius*, l. c.; *Du Pin*, de *diſciplina Eccleſiaſtica*, Diſſ. 7, cap. 3, §. 3, pag. 548, qui, ex *Matthæo Pariſienſi*, verba Parochi cujusdam Pariſienſis, quæ pronunciaverit, eum, ex mandato, excommunicationis ſententiam in Imperatorem promulgaret, recitat: *Audite univerſi*, *accepi in mandatis*, *ut*, *candelis accenſis*, *& pulſis campanis*, *in Imperatorem Fredericum excommunicationis ſententiam ferrem ſolemnem*, *cauſam tamen ignorans. Non ignoro controverſiam & odium inexorabile*, *motum inter eos. Scio enim*, *quod unus eorum alteri injuriatur: quis*, *cui*, *neſcio*; *ſed illum*, *in quantum mea ſe extendit poteſtas*, *excommunicatum denuncio*, *alterutrum horum*, *videlicet eum*, *qui alteri injuriatur*, *& abſolvo injuriam patientem*, *quæ tam damnoſa eſt Chriſtianitati*, *&c.* Ut magis Auguſto illuderet, finxit, ſe *Caſtellani* cum Eo collocuturum; Imperatore vero, in condicto loco, ſe ſiſtente, clam aſtutus Pontifex, ann. 1244, in Galliam ſeceſſit.

Ann. 1245, in favorem *Friderici* Bellicoſi, Auſtriæ Ducis, evexit Terras Auſtriacas in Regnum. Vid. præced. §. 8, lit. a.

Anno eodem, *Lugdunenſe* Concilium convocante Papa Innocentio IV, *Imperator*, *pro ſe*, *Nuncios miſit*, (*Henricum de Stableck*, Epiſcopum Argentoratenſem; *Hugonem*, Magiſtrum Manſionis S. Mariæ Teutonicorum; *Petrum de Vineis*, Virum eloquentiſſimum; & *Thaddæum*, ſeu *Theodorum*, Sueſſanum;) *inter quos erat quidam Thaddæus*, *Doctor Legum*, *qui pro Eo elegantiſſimè allegavit*, *ita*, *ut plurimorum ſibi audientiam conquireret & favorem: nihilominus autem Papa Imperatorem*, *in die Jacobi*, *feria tertia*, *quæ tertia*

4 H 3

tia dies erat Concilii, excommunicavit, &c. Hæc *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 217; & rurſus, p. 218: *Papa in jam dicto Concilio, ſcilicet die Jacobi, contra Imperatorem, excommunicationis ſententiam renovavit, & Eum ab Imperiali culmine, auctoritate propria, depoſuit, & hanc depoſitionem per totam Eccleſiam promulgavit, præcipiens, ſub interminatione excommunicationis, ut nullus Eum Imperatorem de cætero nominaret. Qua ſententia per mundum volante*, **quidam Principum, cum multis aliis**, *reclamabant, dicentes:* ***Ad Papam non pertinere Imperatorem vel inſtituere, vel deſtituere, ſed Electum à Principibus coronare.*** *Interea Papa ſollicitari fecit Principes, quos ad Imperium regendum credidit idoneos, ut aliquis eorum onus Imperii ſumeret, & laborem, promittens ei, quicunque Imperium aſſumeret, conſilium & auxilium, pariter & favorem, &c.* Hæc in Concilio geſta, *non ſine omnium audientium*, (ut *Matthæi Pariſienſis*, h. a., verbis utar) *& circumſtantium ſtupore, & horrore*, quandoquidem *Friderici* Procurator publicè promiſit, Eum, ſi Pontifex reconciliari cuperet, (1) Græciam ad unitatem Eccleſiæ revocaturum, (2) Terram S. recuperaturum, (3) ablata Romanæ Eccleſiæ reſtituturum; Franciæ & Angliæ Regibus promiſſi hujus Fidejuſſoribus futuris. Extat Damnationis libellus, *Lugduni*, 16 Kal. Auguſti, 1245, ſcriptus, apud *Cherubinum*, Tom. 1 *Magni Bullarii Romani*, pag. 112, &c., in quo, circa finem, petulantiſſima formula occurrit: *Nos itaque ... memoratum Principem, qui ſe Imperio, & Regnis, omnique honore, ac dignitate reddidit tam indignum, quique, propter ſuas iniquitates, à Deo, ne regnet, vel imperet, eſt abjectus, ſuis ligatum peccatis, & abjectum, omnique honore, & dignitate privatum à Domino oſtendimus, denunciamus, ac nihilominus ſeneentionando privamus; omnes, qui Ei juramento fidelitatis tenentur adſtricti, à juramento hujusmodi perpetuo abſolventes, auctoritate Apoſtolica firmiter inhibendo: ne quisquam de cætero ſibi, tanquam Imperatori, vel Regi, pareat, vel intendat; & decernendo, quoslibet, qui deinceps Ei, velut Imperatori, ac Regi, conſilium, vel auxilium præſtiterint, ſeu favorem, ipſo facto Excommunicationis vinculo ſubjacere. Illi autem, ad quos in eodem Imperio Imperatoris ſpectat Electio, eligant liberè Succeſſorem. De præfato vero Siciliæ Regno providere curabimus, cum eorundem Fratrum noſtrorum conſilio, ſicut viderimus expedire, &c.* Eadem habentur in *Sexto Decretalium*, lib. 2, Tit. 14, de *Sententia & re judicata*, cap. 2: *Ad Apoſtolicæ, &c.*; ut & Præfatione *Schardii*, *Epiſtolis Petri de Vineis* præfixa. Co.n. de nova hac excommunicatione *Monachus Paduanus*, lib. 1 *Chron.*, ad an. 1244, & 1245, p. 590, & 591; *Johannes Vito Duranus*, in *Chronico*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Acceſſionum hiſtoricarum*, pag. 8; *Matthæus Pariſienſis*, ad an. 1245; *Chronicon S. Victoris Maſſilienſe*, ad h. a., apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 342; *Rotomagenſe*, h. a., ibid., pag. 377; *Cæſarius*, Monachus *Vallis S. Petri*, ſeu *Heiſterbacenſis*, in Vita *S. Engelberti*, Colonienſis Archi-Epiſcopi, cap. 13, apud *Surium*, 7 Novemb., p. m. 192; *Martinus Polonus*, in Vita *Friderici* 2, pag. 376; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, an. 1245, pag. 259; *Platina*, in *Vita Innocentii IV*, licet annum 1246 ponat, p. m. 297; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, an. 1245, pag. 251; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 67, p. m. 282; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. m. 42; *Chronica Auguſtenſis Pappenheimii*, an. 1245, ap. *Freherum*, pag. 374; *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chronici Alſatici*, §. 175, p. m. 116; *Fragmentum Hiſtoricum, Chronico Alberti Argentinenſis præfixum*, apud *Urſtiſium*, T. 2, p. 91; Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 50, apud *Piſtorium*, p. m. 926; *Compilatio Chronologica*, ad an. 1245, ibid., pag. 742; *Paulus Langus*, *Chron. Citzenſ.*, ibid., pag. 801, ad an. 1242; *Albertus Cranzius*, lib. 8 *Saxon.*, cap. 12; *Mutius*, lib. 20 *Chronic.*, ad ann. 1746, pag. 188; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 42, pag. 936; *Matthias Flacius Illyricus*, in *Catalogo Teſtium Veritatis*, pag. 806, & 807; *Spondanus*, Vol. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad ann. 1245, §. 19, &c., pag. 157; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevirenſ.*, an. eod., pag. 139; *Pallatius*, Vol. 3, de *Geſtis Pontificum*, in *Vita Innocentii IV*, pag. 9, & 10, qui geſta *Thaddæi* in Concilio recenſet; Dn. *Du Pin*, de *Diſciplina Eccleſiaſtica*, Diſſert. 7, cap. 3, §. 3, p. 549, &c. Audiens Cæſar, *Taurini*, contra Ipſum in Concilio decreta, coronam ſibi afferri juſſam capiti impoſuit, illamque, ob Papale, vel Synodale decretum, nec amiſiſſe, nec, ſine cruento certamine, amiſſurum ſe, maſcule aſſeruit. Auctoritate inſuper plenas, ad *Ludovicum Sanctum*, Galliarum Regem, literas dedit, quæ apud *Petrum de Vineis*, lib. 1, Epiſt. 3, *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, p. m 375, alibique extant, graviter Jura Regum propugnans, nullamque eſſe Pontificis ſententiam in ſe latam, utpote (1) à Judice incompetente promulgatam; (2) etſi Romanus Antiſtes plenariam habeat in ſpiritualibus poteſtatem, abſolvendi ſcilicet, ligandique peccatores, propterea vero nec Divina, nec humana Lege Ei competere, pro lubitu Imperium in alios transferre, aut de puniendis Regibus & Principibus temporaliter, *in privatione Regnorum*, judicare; (3) licet etiam poteſtate tali frueretur, tamen nullum juris ordinem Eum ſervaſſe, procedendo, ſine accuſatore idoneo, ſine teſtibus, ſine omni probatione criminis, vel contumaciæ, pronunciandoque ſententiam, non exiſtente Reo, nec Procuratore præſente, &c.; in fine adhortatione annexa, omnium Seculi Principum agi cauſam; ſe conculcato, parum ſalutis aliis fore; à ſe Papam inchoaſſe, in aliis finiturum. Succi plenum adhuc Ejusdem Diploma: *De Uſurpatione Papæ Romani, in Jurisdictione & auctoritate Seculari, & quod Papa nec inſtituere, nec deſtituere Imperatorem, Reges, Principesve queat*, apud *Golda-*

Digitized by Google

Goldaſtum, l. c., Tom. 1, pag. 306, ad an. 1245; nec non Edicta & Mandata, *de Injuriis Pontificum Romanorum, in Imperatorem & Principes Imperii, injuſtaque eorundem tyrannide & uſurpatione*, ibid., l. c., Tom. 3, p. 372, &c. Calumniam, cujus *Pappenheimius*, in *Chronico Auguſtenſi*, l. c., meminit, inquiens: *Iniquitatem in excelſo locutus eſt, ponens in Cœlum os ſuum. Dixit enim, audiente Landgravio Heinrico: Tres ſeduxerunt totum Mundum: Moſes Hebræos; Jeſus Chriſtianos; & Machmet Sarracenos: Quamobrem, ſi Principes inſtitutionibus meis aſſentirent, ego multo meliorem modum vivendi, & credendi cunctis Nationibus ordinarem, &c.*, unde forſan ſua *Joh. Vito Duranus*, l. c., pag. 10, *Compilatio Chronologica*, l. c., p. 743, *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 50, pag. 926, *Gobelinus Perſona*, l. c., cap. 64, pag. 278, aliique multi, Ipſe diluit Cæſar, in Epiſtola *ad univerſos Prælatos, contra Pontificis calumnias*, apud *Petrum de Vineis*, lib. 1, Epiſt. 31, p. 203, confeſſionem de Salvatore, Moſe, & Muhamete piè edendo. Conf. Clariſſ. Dn. *Struvius*, Diſſ. de *Doctis Impoſtoribus*, §. 21, p. m. 34, &c.; Dn. *Heineccius*, lib. 3 *Antiq. Goslar.*, h. a., pag. 263, &c. Hac rerum facie, revertitur Cæſar *Taurino Cremonam*, ibidemque ordinatis Imperii rebus, in *Apuliam* redit, *Conrado* filio in Alemanniam miſſo. Enimvero, dum hæc aguntur, quidam Imperii Principum, in primis ſacri ordinis, Romanæ Curiæ gratiam aucupaturi, partes *Friderici* deſerunt, eliguntque novum Regem, ultimum Thuringiæ Haſſiæque Comitem Provincialem, HENRICUM, cogn. RASPONEM, inde, *Alberto Stadenſi* teſte, ad an. 1246, p. 218, per contemptum, REGEM CLERICORUM (*Pfaffen-Kœnig*) dictum; de cujus Electione, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1245, p. 157, & 158, teſtimonia adduxi. Recrudeſcente itaque Civili bello,

An. 1146, novus Rex, *Henricus*, rebus ſuis conſulturus, Comitia celebrat Francofurti, de quibus, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 158 evolvas. In ejusdem gratiam Sanctiſſimum Papam, *Innocentium*, ad *Melabadinum*, Sarracenorum Ægypti Principem, literas dediſſe, docet earum tenor, lib. 3 *Epiſtol. Innocentii*, Ep. 29, & ap. *Albertum Stadenſ.*, an. 1246, pag. 218, &c.; & *Cranzium*, lib. 8 *Metropol.*, c. 14. *Conradus* contra, Romanorum Rex, indignè ferens, Patrem Imperio orbatum, ſibique ſuccedendi ſpem ereptam, ad arma progreſſus, haud procul *Francofurto*, cruentum cum *Raſpone* prælium, die *Oswaldi*, committit, infauſto licet Marte, utpote in fugam conjectus, multis ſuorum occiſis, vel in captivitatem abductis. Vid. *Albertus Stadenſ.*, h. a., pag. 218; *Monachus Paduanus*, lib. 1 Chron., an. eod., pag. 591; *Siffridus Presbyter*, lib. 2 Epitom., ad an. 1247, p. m. 696; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 237, & 242; *Jacobus de Kœnigshoven, Chron. Alſat.*, cap. 2, §. 175, p. m. 116; *Mutius*, lib. 20 *Chron.*, p. m. 189; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 42, ad an. 1246, p. 937; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, an. eod., cap. 17, pag. 140; *Spondanus*, Vol. 1 *Contin. Annal. Baronii*, an. eod., §. 4, p. 162, rectè carpens *Cranzium*, lib. 8 *Saxon.*, cap. 14, victoriam *Conrado* adſcribentem.

An. 1247, *Conrado* in Bavariam aufugiente, *Henricus Raſpo* Sueviam ingreditur, *Reutlingam* corona militum circumdans; infecto autem negotio inde abire compulſus, obſidio *Ulmæ* imminet; qua itidem in fide manente, *ſagitta ab Oppidanis vulneratus graviter eſt, quod vulnus ſtatim rata & lethalia ſymptomata ſecuta ſunt, & paucis diebus, poſt vulnus acceptum, moritur, &c.* Sunt verba *Mutii*, l. c. Conf. *Albertus Stadenſ.*, h. a., pag. 219; *Monachus Paduanus*, l. c., an. eod., pag. 592; *Continuator Lamberti Schafnaburg.*, an. eod., p. 258, addens, profluvio ventris Eum obiiſſe; *Siffridus Presbyter*, l. c.; *Paulus Langus, Chron. Citizenſ.*, an. eod., pag. 803; *Nauclerus*, l. c., an. eod., p. 937, *dyſenteria* defunctum affirmans; *Compilatio Chronologica Piſtorii*, an. eod., pag. 743, habet: *profluvio ventris*, locum ſepulturæ *Iſenacum* vocans; pariter ac *Magnum Chronicon Belgicum, &c.*, pag. 242; *Chronica Auguſtenſis Freheri*, pag. 374, perperam licet ad an. 1246; Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 52, pag. 927; *Cranzius*, lib. 8 *Metrop.*, cap. 13, & 15, pag. 208, & 209; *Browerus*, l. c., ad h. a., cap. 18, pag. 140; *Spondanus*, l. c., an. eod., §. 1, p. 164, *Mathæum Pariſienſem* carpens, quod, *Henricum* noſtrum, cum ad coronam Regni Romanorum accipiendam pergeret, à *Conrado* Rege invaſum, acerrimoque victum prælio, dolore confectum interiiſſe, ſtatuat; Dn. *Heineccius*, lib. 3 *Antiquit. Goslarienſ.*, an. eod., pag. 265; *Dn. Paullini, Annal. Iſenacenſ.*, ann. eod., §. 52, p. m. 45, addens, Eum *Wartburgi dyſenteria* deceſſiſſe, mandatumque Ejus corpus terræ ad S. *Catharinam*, juxta Patris latus, ipſo *Julianæ* die, & cor apud *FF. Dominicanos*, largiſſimis cum indulgentiis; *Sagittarius*, Diſſ. de *Henrico* noſtro, cap. 3; Alii. De tribus *Henrici* Uxoribus, ſcil. (1) *Eliſabetha N.*, aliis *Adelheida*, fil. *Ottonis* D. Brunſuicenſis, quamvis ſine fundamento; Vid. ſequent. Tit. XVI, Catal. Ducum Saxon., Vita Ottonis pueri; (2) *Gertrude, Leopoldi Glorioſi*, Auſtriæ Ducis, filia; (3) *Beatrice, Henrici* 2, Lotharingiæ Ducis, gnata, legas Dn. *Paullini*, l. c., pag. 45, 46, & 47.

An. eod. novum Anti-Cæſarem experitur *Fridericus*, ſcil. *WILHELMUM, HOLLANDIÆ* Comitem, impellente eodem Papa, *Innocentio IV*, *Henrico Raſponi* ſurrogatum. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 158.

An. 1248, tempore, quo *Fridericus* Imperator *Parmenſibus* incaſſum ultima minatus eſt, intercipit *Aquiſgranum WILHELMUS* Anti-Cæſar, ibique, Kal. Novemb., die Dominica, à *Guilielmo*, S. Sabinæ Cardinale, Romanæ Eccleſiæ Legato, coronatur. Vid.

Johan-

Johannes Hocſemius, horum temporum æqualis, Tom. 2 *Leod. Epiſc.*, apud *Browerum*, lib. 16 *Annal. Trevirenſ.*, cap 18, ad h. a., pag. 140, & 141; idem docet *Levoldus de Northoſ*, *Chron. Marcan.*, an. eod., apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 389; *Syffridus Presbyter*, lib. 2 Epitomes, pag. m. 696, eod. ann., ſcribit, Eum à duobus Cardinalibus inauguratum; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 237, nominat, hoc titulo, *Conradum*, Colonienſem Archi-Epiſcopum, ſolemnia pag. 245 depingens; *Albertus Stadenſis*, pag. 220, ceremoniam hanc in annum 1249 rejicit; *Spondanus*, Vol. 2 *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1248, §. 4, p. 69; *Heineccius*, lib. 3 *Antiquit. Goslarienſ.*, h. a., pag. 268; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.*, lib. 3, cap. 8, §. 12, pag. 381, &c. De turbis Parmenſibus, fugaque *Friderici*, *Cremonam* verſus, evolvas *Monachum Paduanum*, lib. 1 Chron., an. 1248, pag. 592; *Matthæum Weſtmonaſterienſem*, h. a.; *Matthæum Pariſienſem*, *Annal. Angl.*, h. a.; *Sigonium*, lib. 18, de *Regno Italiæ*, h. a.; aliosque, quorum nomina *Spondanus*, l. c., §. 2, pag. 168, exhibet. Add. *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 64, pag. 280; *Pallatius*, Vol. 3, de *Geſtis Pontificum*, in Vita *Innocentii* IV, p. 10, & 11.

An. 1249 Filius *Friderici* naturalis, *Encius*, Miles fortiſſimus, Sardiniæ Rex, infeliciter cum Bononienſibus dimicans, in captivitatem abducitur, ad obitum usque, qui anno demum 1272 contigit, male habitus. Vid. præced. v. 3.

v. (5.) Dum, pro filii *Encii* liberatione, bellum parat Imperator, An. 1250, in *Apuliam* deſcendens, gravi ægritudine contracta, in Caſtello *Florentino*, ſex milliaribus *Luceriâ*, Idibus Decembris, i. e. ipſo die *Luciæ*, animam tandem, non ſine veneni ſuſpicione, deponit. Vid. *Albertus Stadenſis*, h. a., pag. 221: *Fridericus Imperator mortuus eſt, ab Archi-Epiſcopo Palermitano abſolutus, & in Sicilia, in jam dicta Eccleſia, tumulatus, &c.* Conf. *Monachus Paduanus*, l. c., an. eod., p. 593; *Jacobus de Kœnigshoven*, *Chron. Alſat.*, cap. 2, §. 175, p. 117; *Annales Dominicani Colmarienſes*, an. eod., apud *Urſtiſium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 7; *Matthæus Pariſienſis*, *Annal. Angl.*, an. eod.; *Chronica Auguſtenſis Pappenheimii*, an. eod., apud *Freherum*, p. 376, addens: *Veneno extinctus ſepultus eſt in Fungia, in die S. Luciæ Virginis, tam occultè, quod multi, per annos quadraginta, vadiabant, Eum vivere, venturum in proximo, manu forti, &c.*; Autor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, an. eod., p. 252; *Mutius*, lib. 20 *Chron.*, an. eod., p. 190; *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 42, an. eod., pag. 938; *Paulus Langus*, *Chron. Citiz.*, an. eod., p. 804; *Blondus*, lib. 7, decad. 2; *Browerus*, l. c., an. eod., p. 144; *Spondanus*, l. c., an. eod., §. 16, p. 177; *Pallatius*, l. c., an. eod., p. 11; *Du Pin*, de *Diſciplina Eccleſ.*, Exercit. 7, c. 3, §. 3, p. 550; Alii; *Johannes Vito Duranus* contra, ap. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Acceſſ. Hiſt.*, p. 14, *Syffridus Presbyter*, lib. 2 *Epitomes*, pag. 696, & *Compilatio Chronologica*, p. m. 743, perperam Ejus obitum anno 1252 inſeribunt. In *Apulia* Eum mortuum, omnes fatentur, licet alii, ut *Æneæ Sylvii*, in *Hiſtoria Friderici III*, p. m. 32, verbis utar, *Eum Panbormi deceſſiſſe tradant, cum imperaſſet duos & triginta annos; alii, apud Ferenſulam*, ſeu *Florentinum*, *in Apulia, gravi & periculoſa ægritudine diu laboraviſſe, affirment, à Manfredo adoleſcente, ex Concubina filio, eum jam convaleſceret, ſuffocatum, qui os jacentis ſtrato compreſſerit, &c.* Pro *Panormo* ſtare videtur *Cranzius*, lib. 8 *Saxon.*, cap. 18; Pro *Florentino*, Caſtro non Tuſciæ, ſed Apuliæ, *Pallatius*, l. c.; *Spondanus*, l. c.; alique. Diem obitus, *S. Luciæ* memoriæ ſacratum, i. e. 13 Decemb. probant *Compilatio Chronologica*, l. c; *Chronica Auguſtenſis*, l. c.; *Joh. Vito Duranus*, l. c., qui tamen potius de ſepultura loqui videtur; *Spondanus*, l. c.; *Browerus*, l. c.; &c. Apud *Monachum Paduanum*, l. c., errore Typographi, legitur: *Dies Lucæ*: De *Morbi genere* ſcribit *Mutius*, l. c., pag. 189, & 190: *Quo genere morbi, lis eſt Scriptoribus; alii, animi ægritudine & moerore confectum, febre; alii, veneno; alii, alia morte, vita defunctum, volunt, &c.* Eum *veneno* periiſſe, exiſtimant *Joh. Vito Duranus*, l. c.; *Compilatio Chronologica*, l. c.; *Chronica Auguſtenſis*, l. c.; *Raphaël Volaterranus*, lib. 23 *Anthropologiæ*, p. m. 557; Alii. *Martinus Polonus*, in Ejus vita, p. m. 377, parricidii accuſat ejus filium, *Manfredum*, inquiens: *Quem infirmantem Manfredus, filius Ipſius naturalis, ambiens Regni Siciliæ Dominium, & theſauros, uno Secretario Imperatoris conſcio, timens, ne convaleſceret, cuſſino* (pulvinari) *ſuper faciem poſito, ſuffocavit, & tandem, per nefas, Regnum obtinuit, &c.* Ejusdem ſententiæ ſunt *Paulus Langus* l. c.; *Johannes Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, in vita *Friderici* 2, apud *Sylburgium*, Tom. 2 *Hiſtoriæ Auguſtæ*, pag. 600; & *Cranzius*, l. c. *Æneas Sylvius*, l. c., annectit: *hoc credere, arduum eſſe.* Dubius etiam hæret *Platina*, in Vita *Innocentii IV*, p. m. 198. De *loco ſepulturæ* non minor diſſenſio. Juxta *Albertum Stadenſem*, l. c.; terræ mandatus eſt *Panormi*; *Siffridus Presbyter*, l. c., & *Compilatio Chronologica*, l. c., proferunt, hoc nomine, *Fogiam*; *Duranus*, l. c., habet *Fodiam*; & *Chronica Auguſtenſis*, l. c., cum *Nauclero*, Vol. 2, Generat. 42, ad an. 1252, p. 941, *Fungiam*. Epitaphium recitant *Theodorus Engelhuſius*, in *Chronico*, p. m. 247; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 47; & *Heineccius*, lib. 3 *Antiq. Goslar.*, p. 270:

Si Probitas, ſenſus, Virtutes, Gloria, Cenſus,
Nobilitas orti poſſent reſiſtere morti,
Non foret extinctus Fredericus, qui jacet intus.

De Pſeudo-Friderico ſcribit *Siffridus Presbyter*, lib. 2 Epitomes, ad an. 1284, p. m. 700: *Vir quidam ſenex venit in Coloniam Agrippinam, aſſerens, ſe eſſe Fridericum Imperatorem, qui, ante 32 annos, mortuus fuerat. Hic ejectus à Colonia, receptus eſt à Civibus Nuſſiæ, &c.*; & ad an. 1285.

Digitized by Google

an. 1285: *Vir ille, qui finxerat ſe Imperatorem Fridericum, crematus eſt in Witzlarea, &c.* Conf. *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chronici Alſatici*, §. 181, eod. an. 1285, pag. 118, & 119, & *Hiſtoria Auſtralis Pappenheimii*, ad an. 1284, apud *Freherum*, pag. 332, & 333, ubi dicitur juſſu *Rudolphi* Imp. combuſtus. *Annales Colmarienſes*, apud *Urſtiſium*, T. 2, pag. 29, docent, Eum *Eslingæ*, an. 1295, crematum; *Jacobus Wimphelingus*, cap. 41 *Rer. German.*, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 186, habet, *Nuſſiæ*, pariter ac *Joh. Baptiſta Egnatius* lib. 3 *Romanorum Principum*, apud *Sylburgium*, Tom. 2, p. 600; Nomen ejus exprimit Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. 259, ad an. 1292; ibi: *Inventus eſt, qui ſe diceret Fridericum 2, quem Fridericum Holſtuch quidam dixere, alii Tile Kolup cognominant, qui ſe diceret clam ſuis ſubduxiſſe, faſtidio rerum, ut quietior vveret, & mortuum ſubdidiſſe, quem pro ſe vulgus hominum tumulaſſet, paucis conſciis conſilii ſui, ſe, per 30 annos, peregrinatum, nunc reviſere Terras Imperii. Tanta proferebat ſecretorum indicia, ut quibusdam fidem faceret, præſertim Landgravius Thuringia. - - - - - eandem fictitius Fridericus combuſtus fuit, juſſu Rudolphi, &c. Joh. Vito Duranus*, T. 1 *Acceſſ. Hiſtor. Dn. de Leibnitz*, p. 25, ait, eum fuiſſe Fabrum. *Theodoricus Engelhuſius*, in Chronico, p. 247, & 248, arbitratur, eum à Colonienſibus ad rogum damnatum. Add. *Albertus Cranzius*, lib. 8 *Saxoniæ*, cap. 34; *Joh. à Leide*, lib. 24 *Chron. Belgici*, c. 18; *Aventinus*, lib. 7 *Annal. Bojor.*; *Cruſius, Annal. Suevic.*, part. 3, lib. 3, cap. 7; *Spondanus*, Tom. 1 *Annal. Baronii Contin.*, ad an. 1250, §. 21, pag. 179; *Heineccius*, lib. 3 *Antiq. Goslar.*, ad. ann. 1284, & 1285, p. 300.

(27) CONRADUS IV.

v. (1.) *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 42, p. m. 938, & *Mutius*, lib. 20 *Chron. German.*, in fine, p. 190, dubitant, num *Fridericus* 2, Imperator, Principem hunc ex priori Conjuge, *Arragonia*, an vero poſteriori, *Hieroſolymitana*, ſuſceperit. *Thomas Fazellus*, *Rer. Sicul. dec. poſter.* lib. 8, c. 3, mavult ex priori. Sed ex Actis Electionis Ejus in Romanorum Regem, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1236, pag. 156, ſatis clarum eſt, Hieroſolymitani Regni heredem Eum in lucem ediſſe. Aſſentit *Chronica Auguſtenſis Freheri*, ad ann. 1225, p. 368: *Imperator, cum filia Johannis, Regis Jeroſolymitani, nuptias in Apulia celebravit; ex qua genuit Chunradum, poſtea Regem, &c.*; & *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 42, ad an. 1250, pag. 940; & *Platina*, in *Vita Innocentii IV*, pag. 198; de nomine Matris legas Vitam *Friderici* 2, v. 2. Circa annum variant. Alii putant, Eum natum an. 1227; alii, anno ſequenti. Vid *Matthia*, in Ejus vita, p. 958. Sufficit, Eum *puerum* fuiſſe, cum Rex Romanorum eligeretur. Vid. ſupra, l. c.

v. (2.) De Conjuge Ejus legitur in *Chronica Auguſtenſi Pappenheimii*, apud *Freherum*, pag. 374, ad annum 1246: *Conradus, filius Friderici Imperatoris, duxit Uxorem Dominam Eliſabeth, filiam Ottonis*, (ſcil. Illuſtris) *Ducis Bavariæ, &c.* Conf. *Fragmentum Hiſtoricum, M. Alberti Argentinenſis Chronico* præfixum, apud *Urſtiſium*, Tom. 2, p. 92; *Mutius*, lib. 21 *Chron.*, p. m. 191; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 42, p. m. 940; *Cruſius*, lib. 2 *Annal. Suev.*, Part. 3, cap. 4, & 10; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 46, & 196; Dn. *Schurtzfleiſchius*, in *Auctario Hiſtoriæ Auguſtæ Sequioris*, in vita *Conradi IV*, p. m. 34; Dn. *Tolnerus, Hiſtor. Palat.*, cap. 18, pag. 384, ad an. 1235; qui, pag. 400, addit, nuptias demum an. 1246, *Vogburgi*, celebratas, mortuoque *Conrado, Eliſabetham*, an. 1269, 6 Oct. nupſiſſe *Meinhardo III*, Goritiæ, Tyrolis, & Carinthiæ Comiti, defunctam an. 1270, ſepultamque in Monaſterio *Stambs*. Vid. *Albertus Argentinenſis*, ad an. 1273, p. m. 101; Du. *Paulini, Annal. Iſenac.*, §. 52, p. 45; Dn. *Luca, Fürſten-Saal*, p. 37, nuptiarum tempus fuiſſe an. 1240, docens.

v. (3.) Filius indè natus, CONRADINUS, famoſus Ille, at infelix Princeps, non an. 1248, ut *Lambecio*, lib. 2 *Comment. Bibliotheca Cæſarea*, cap. 6, pag. 509, videtur, ſed, teſte *Chronica Auguſtenſi Pappenheimii*, ap. *Freherum*, pag. 376, an. 1252, lucem aſpexit. Perperam Eum *Henrici* filium conſtituit *Æneas Sylvius*, *Hiſt. Friderici III*, p. m. 33: *Conradini Pater Henricus fuit, ex Conſtantea, Regis Caſtellæ ſorore, natus, quem Fridericus in Apulia necari juſſit*, &c. Rectius legitur in dicta *Chronica Auguſtenſi*, l. c., ad an. 1252: *Domina Eliſabeth, filia Ottonis, Ducis Bavariæ, genuit Chunradi Regis filium, in die Annunciationis S. Mariæ, & vocatus eſt Conradus, &c.*; & lib. 3 Chronicorum *Monachi Paduani*, ad an. 1267, p. m. 633: *Conradinus, filius Regis Conradi, &c.* Add. *Mutius*, lib. 21 *Chron.*, pag. 192: *Conradinus, filius Conradi, copias in Germania conſcribit, &c.* Profeſſo ſtudio corrigit errorem hunc *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 42, pag. 941, verbis: *Quod fertur Cunradus in teſtamento Cunradinum, Nepotem ſuum, filium ſcilicet fratris Henrici, ex Conſtantia, Regis Caſtellæ ſorore, natum, hæredem inſtituiſſe, error eſt, ſalva pace. Fuit enim Cunradinus, Cunradi filius, ex filia Ducis Bavariæ genitus, de quo extat Epiſtola Cunradini, & incipit: Ex abundantea cordis; in qua ſic ſcribit: Cum autem Magnificus Rex, Cunradus, divæ memoriæ, Chariſſimus Pater Noſter, teſtamento ſolenniter condito, Nos tenellum, tempore mortis ſuæ, in manibus Sanctæ Matris Eccleſiæ, ac tutela reliquiſſet, &c.* Ejusdem furfuris argumentum ſuppeditat *Alexandri IV*, P. R., *Prohibitio eligendi*,

Digitized by Google

vel nominandi Conradinum, in Regem Romanorum, data *Anagniæ*, 15 Kal. Aug., an. 1256, apud *Angelum Mariam Cherubinum*, Tom. 1 *Magni Bullarii Romani*, p. 137, ubi, §. 3: *Et ideo de Conrado puero, Nato quondam Conradi, prædicti Friderici filii, eſt præcavendum omnino, ne ullo modo intendatur ad Eum, nec nominetur ad hoc, nec aliquatenus eligatur: maximè, cum propter infantiam, nimiumque defectum ætatis, ſit ad iſta prorſus inhabilis, ac ineligibilis penitus, puer Ipſe; nec Jus, quod ex Electione provenire, vel conſurgere conſuevit, ſibi poſſet competere, nec in ſua cadere, vel retineri perſona, cum propter puerilem ætatem, quæ diſcretione caret, & legitimum conſenſum, vel diſſenſum non habet, Electioni, ſi de Ipſo fieret, conſentire non poſſet; nec Ipſius conſenſus aliquam haberet efficaciam, vel vigorem. Et ex eo etiam idem Puer in Regem eligi, vel nominari non debet, quia, cum, per Electionem hujusmodi, de Advocato, vel defenſore idoneo, debeat Eccleſiæ provideri, & Ipſe Puer ſit, omnino ineptus, & inutilis ad talis defenſionis officium, ſeu miniſterium exequendum, oporteret eandem Eccleſiam, ſi contingeret, eligi dictum Puerum, manere diutius, non abſque gravibus forte diſpendiis, defenſionis commodo deſtitutam. Nec per hoc etiam conſuleretur amplo & ſpatioſo Regno Theutonico, de Rege vel Rectore condigno, cum malè poſſit alios regere, qui non novit gubernare ſe ipſum; nec bene vel digne aliorum gubernaculo præeſſe valeat, qui regimine ducitur alieno, & cui, propter tot patentes defectus, neceſſaria eſt alterius cuſtodia, & tutela, &c.* Scripta eſt hæc Epiſtola *Gerhardo*, ArchiEp. Moguntino, legiturque etiam in *Prodromo* T. 1 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, Ill. Dn. *Leibnitii*, §. 13, pag. 11, &c. Conf. *Raphaël Volaterranus*, lib. 23 *Anthropologiæ*, p. m. 556; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1262, §. 4, pag. 217; *Pallatius*, T. 3 de *Geſtis Pontificum*, in *Vita Alexandri IV*, pag. 24; *Henningeſius*, l. c., pag. 46, & part. 2, p. 14, qui, neſcio quo auctore, Ei conjugem dat *Brigittam*, *Diterici Sapientis*, *Miſniæ* Marchionis, filiam. Defuncto Patre *Conrado*, legitimus erat *Siciliæ*, *Apuliæque*, nec non *Hieroſolymorum* Regnorum hæres, *Franconiæ* inſuper & *Suebiæ* Dux. Cum adhuc in cunis vagiret, acerrima lis oriebatur, inter *Manfredum*, *Tarenti* Principem, Parentis Ejus fratrem naturalem, & *Innocentium IV*, P. R., circa tutelam adminiſtrandam, utroque aſſerente, eam ſibi demandatam: Papa vero, hoc ſub prætextu, quicquid poterat, ad ſe rapiente, & in Nepotes ſuos, Conſanguineos & familiares transferente, *Conradini* cauſam ſeriò agere viſus eſt *Manfredus*, in tantum, ut *Alexandro IV*, *Innocentii* ſucceſſori, eiſdem dolis & artibus uſuro, arma tandem inferret; verum, copiis Ejus apud *Fogiam* profligatis, detracta tutoris larva, anno 1260 ipſemet Siciliæ & Apuliæ diadema ſibi impoſuit, lite, hinc inde ſparſis, *Conradinum* ad ſuperos migraſſe, fingens. Vid. præced. Vita *Friderici* 2, v. 3, voc: *Manfredus*. Extincto *Alexandro*, *Urbanus IV*, Anteceſſorum relegens veſtigia, *Siciliam*, cum *Apulia*, Romanæ Sedis Bona aſſerere haud erubuit, *Manfredo* uſurpatoris & Tyranni nomen impingens, ne quidem facta *Conradini* mentione. Majori adhuc temeritate, *Clemens IV*, de rebus ſuis deſperans, obtulit, an. 1265, *Carolo* Andegavenſi, *Ludovici*, Galliarum Regis germano, utriusque Regni coronam. Grata Gallo Legatione, mox armata manu Italiam ingreditur, cum triumphali gloria, & honore plane Regio Romæ exceptus. Turbato animo adventus *Caroli* nuncium admittens *Manfredus*, contrahit undique copias, tranſitum ulterius tendenti hoſti præcluſurus. Aſt fruſtra. Fratris enim auxilio ſibi venientibus turmis, *Carolus*, an. 1266, *manu forti arripuit iter, ad Regnum Siciliæ obtinendum. Tranſivit itaque flumen Ceperani, & in primo impetu Civitatem S. Germani obtinuit, devictis militibus, & fugatis. Eodem tempore quidam Magnates Apuliæ, à Principe recedentes, Regi Carolo adhæſerunt. Princeps autem Manfredus, accepto guſtu audaciæ militiæ Gallicanæ, ſuorum quoque inopinata inconſtantia, doluit vehementer: ſtatimque, per univerſas partes Regni, nuncios deſtinavit, præcipiendo, ut omnes Milites, & viri bellatores, qui erant, in locis opportunis, ad cuſtodiam conſtituti, protinus ad Eum, apud Capuam, convenirent.* Sunt verba *Monachi Paduani*, lib. 3 *Chron.*, ad an. 1266, pag. 621. Certior de his redditus *Carolus*, eodem tendit. Sed adventum Ejus non expectans *Manfredus*, *Beneventum* verſus properat. *Carolus* mox inſecutus, hoſtes ibi, in planicie, in acie ſtantes, offendit. Convocato ſic belli Senatu, decretoque facto, prælium nullatenus differendum, aggreditur *Carolus*, 5 Mart, *Manfredum*, eo ſucceſſu, ut, cæſis ad internecionem ejus copiis, Ipſe interficeretur, cujus corpus tamen, in capite Pontis *Beneventi*, honorificè ſepeliri curavit. Vid. ſupra, l. c. Reportata victoria, ſubactoque ſimul *Siciliæ* Regno, revertitur *Carolus*, an. 1267, in Tuſciam, ortos ibi motus ſedatum. Quæ dum agebantur, *Conradinus, filius Regis Conradi, Romanorum, Piſanorum, Senenſium, Papienſium, & Veronenſium literis & nunciis excitatus, ad recuperandum Paternum Regnum cœpit cordis deſiderium ardentiſſime applicare. Tunc Principes Alemanniæ, de quorum amicitia confidebat, ad Colloquium invitavit. Poſt multa hinc inde propoſita, eſt tandem, Majorum conſilio, diffinitum, quod Ipſe, ſine mora, deberet in Italiam proficiſci. Protinus egregius Adoleſcens, cum auxilio amicorum, exercitum congregavit, deſcendensque de Alemannia, venit Veronam, comitantibus Eum Duce Bavariæ, avunculo ſuo, Comite de Tiraulo, qui Matrem Ipſius duxerat in Uxorem*, (Meinhardo III,) - - - - - - *Anno Domini* 1268 *Illuſtris Conradinus, exiens de Verona, cum electa manu militum,*

litum, fluvium Mincianum, & Oleum tranſvadavit, &, per diſtrictum Cremonæ, Papiam perrexit, nullo audente Ipſius tranſitum impedire. - - - - Cum igitur, fama teſtimonio, Conradinum veniſſe Piſas, fuiſſet per Italiam declaratum, de Lombardia, Tuſcia, & aliis Regionibus confluxit ad Eum militum maxima multitudo, qui potentiam Regis Caroli deprimere, & Conradinum ſublimare pro viribus affectabant, &c. Hæc omnia *Monachus Paduanus*, l. c., ad ann. 1267, & 1268, pag. 623; Quibus *Henricus Stero*, Altahenſis, ad an. 1268, p. m. 385, annectit: *Conradus Rex, invitatus diu à Lombardis & Apulis, priori anno Italiam ingreſſus, adhærentibus & faventibus ſibi plurimis Civitatibus, Romam ingreditur, ubiglorioſe, tanquam Imperator, cum magno triumpho, ſuſcipitur, Domino Papa tunc apud Viterbium exiſtente, parvipendens Papæ excommunicationem, &c.*; Et *Mutius*, lib. 21 Chron., pag. 192: *Inſigni memorabilique prælio, Apud Aretium, hoſtes vicit. Poſt quod prælium, ſi uſus fuiſſet victoria prudenter, ſubjugaſſet totam Italiam. Jam enim mittebantur, ab omnibus partibus Italiæ, ad Eum nuncii. Sed, relictis omnibus, Romam feſtinabat; cum Urbi appropinquaſſet, venerunt illi obvii Senatus Populusque Romanus, & Eum, exceptum maximis honoribus, Imperatorem ſalutant, & longo Comitatu in Capitolium ducunt, &c.* De Coronatione hac teſtantur etiam *Engelhuſius*, in Chronico, in *Vita Clementis IV*, pag. 253; *Raphaël Volaterranus*, lib. 23 *Anthropologiæ*, pag. 557; alii. His tamen non obſtantibus, fatorum inclementia, triſtem Princeps exitum habuit, quandoquidem *Romà* in *Apuliam* movens, ad *Fucinum* lacum *Marſorum* Regionis, 23 Aug., commiſſo cum *Carolo* Andegavenſi prælio, Victor prius, mox victus, *incidit in manus quorundam Civium Romanorum, qui, pro immenſa pecuniæ quantitate, Ipſum Regi potentiſſimo tradiderunt. Rex autem excepit Illum, gaudens, Ipſumque fecit, cum ſumma diligentia, cuſtodiri. Paucis itaque diebus poſt bellum tractatum ingreſſus eſt Romam Magnificus Triumphator, &, acclamante Populo Romano, ſuſcepit lætanter Senatoriam dignitatem; Conſtituto itaque, pro ſe, in Urbe Vicario, & rebus proſpere ordinatis, in Apuliam eſt reverſus, &, poſt aliquot dies, Nobilem & pulcherrimum Conradinum, & coætaneum Ejus, Ducem ſcil. Auſtriæ,* (Fridericum) *qui venerat cum Eo de Alemannia, juſſit, apud Neapolim, publicè decollari, &c.* Ita *Monachus Paduanus*, l. c., pag. 624. *Pallatius*, Tom. 3, de *Geſtis Pontificum*, in vita *Clementis IV*, pag. 45, ait: *Conradinus & Fridericus ignoti, & per Italiam trepidi, agaſonum habitu ſe occultantes, in Aſturam venerunt, conſilio Piſas navigandi. Jam erant in navi, ſed panis deerat, commeatus, & pecunia. Quum anulum alter detrahit à digito, & in pignus tradit naviculario, ſive pretio permutandum, gemmam aurifici nauta detulit; ſed miratus artifex, tam pretioſum lapillum à ſordido homine poſſideri, Suſpectans, unde habeat? quærit. Ille candidè: à duobus juvenibus ingenui vultus & ſanguinis, ſed habitu & veſte ſqualidis, neque ultra ſe ſcire. Defertur res ad Dynaſtam Urbis, Joannem Frangipanem. Is adoleſcentes retrahi, & ad ſe duci* (juſſit) *dictum, factum. Siſtuntur, agnoſcuntur. Putabant ſe extra periculum, quia extra ſolum hoſtile: ſed avaritiam ignorabant Dynaſtæ, à quo Carolo proditi, Neapolim ducti; poſt matura conſilia, cum infamia Andegavenſis Stirpis, capite plectendos decrevit adoleſcentes, &c.* Diem ſupplicii annotat *Heinricus Stero*, l. c: *Apud Neapolim, juſſu prædicti Karoli, decollatur, 4 Kalend. Novemb., feria ſecunda. Cum Ipſo etiam tunc decollatus eſt Fridericus, Dux, filius Hermanni, quondam Marchionis de Paden, Ducis Auſtriæ, de quo ſpes non modica fuerat, quod deberet aliquando Paternos Ducatus, Auſtriæ videlicet & Styriæ, obtinere, &c.* Conf. *Siffridus Presbyter*, lib. 2 Epitom., ad an. 1268, apud *Piſtorium*, pag. 698; Auctor *Fragmenti Hiſtorici*, apud *Urſtiſium*, Tom. 2, pag. 93, an. eod.; *Albertus Argentinenſis*, ibid., pag. 98; *Levoldus de Northoſ*, Chron. Comitum *de Marca*, an. eod., apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 390; *Paulus Langius*, Chron. Citizenſ., an. eod., p. 813; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 43, an. eod., pag. 950; *Munſterus*, lib. 2 *Coſmographiæ*, cap. 72, p. m. 343; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spirenſ.*, cap. 67, an. eod., p. 544; Alii. *Ericus* contrà, Daniæ Rex, in *Hiſtoria Gentis Danorum*, apud *Lindenbrogium*, p. 275, refert ſupplicium hoc in annum 1269, quem etiam probant *Chronica Auſtralis Freheri*, h. a., pag. 324; *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baron.*, an. eod., §. 7, pag. 237; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, an. eod., §. 85, pag. 159; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 46; *Pallatius*, l. c., pag. 46, addens, *Conradinum* die 26 Octobr. in theatrum productum; *Lambecius*, lib. 2 *Comment. Bibliothecæ Vindobon.*, cap. 6, pag. 509; Dn. *Lucæ*, *Fürſten-Saal*, §. 4, pag. 39, &c. *Chronicon Elwangenſe Freheri*, pag. 457, habet an. 1267; De facto teſtantibus *Joh. Vitone Durano*, in Chronico, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 1 *Acceſſ. Hiſtor.*, pag. 16 ad 20, licet *Conradum* & *Conradinum* confundat, poſteriorem filium *Friderici* Imperat. conſtituendo; *Raphaële Volaterrano*, loc. cit., pag. 557; *Theodorico Engelhuſio*, l. c.; Auctore *Paraleipomenon Urſpergenſis*, pag 254; *Joh. Stumpffio*, lib. 6 *der Schweitzer-Chronick*, cap. 16, fol. 486; *Munſtero*, l. c., lib. 3, cap. 19, p. 420; *Cruſio*, lib. 2 *Annal. Suev.*, part. 3, cap 19, pag. 119; Aliis. *Henricus Gundelſingius*, in *Appendice Hiſtoriæ Auſtriacæ*, qua Succeſſionem Tyrolenſium Comitum exhibet, apud *Lambecium*, l. c., qui eam, ex MS. Codice Cæſareo, publici fecit juris, hoc ſingulare addit: *Veniens* (Conradinus) *in Italiam, cum Auſtriæ*

Duce, adjunctâ ſibi & Germanorum multitudine, cum Carolo, Provinciæ Comite, ob Siculi Regni uſurpationem, conflictum iniVit: Victoque, per Germanos, Caroli exercitu, & fugato, Germani, prædam fugientium inſequentes, Conradinum, cum Duce Auſtriæ, & paucis, dereliquerunt. Quod Videns Carolus, qui ſe in monte, cum magna exercitus ſui parte, ut finem Videret, receperat, Conradinum, quaſi deſolatum, invaſit; quo cum Duce capto, & quibusdam aliis vehementer abducto, exercitus totus, diſperſus ob prædam, miſerabiliter fugatus, & occiſus eſt. Scripſit autem Carolus Clementi, tunc Papæ, Quarto, quid faciendum ſibi eſſet de Conradino, qui reſcripſit:

Vita Conradini mors Caroli,
Mors Conradini vita Caroli,

Sic Carolus Conradinum, cum Duce Auſtriæ, & cæteris, decollavit, &c. Conf. *Albertus Argentinenſis*, l. c.; *Gerhardus de Roo*, lib. 1 *Hiſtoriæ Auſtriacæ*, pag. 19; *Pandulphus Collenutius, Hiſtor. Neapolit.*, hoc titulo, à *Pallatio*, l. c., productus; *Henningeſius*, l. c.; *Chronicon Carionis*, lib. 5, pag. 689; *Matthiæ*, in vita *Conradi IV*, p. m. 960; Dn. *Lucæ*, l. c.; Alii. Aſſertum hoc, poſt *Johannem Antonium Summonte*, lib. 3 *Hiſtor. Neapolitanæ*, impugnare ſtudet *Spondanus*, l. c., ad an. 1268. §. 13, pag. 234. in medium aſſerens, (1) *Clementem IV*, totis ferme undecim menſibus, antequam *Carolus* judicium de *Conradini* nece ferret, diem ſuum obiiſſe, ſcil. an. 1268, 29 Novemb.; (2) auctoritate *Ricordani*, cap. 193 *Hiſtor. Florent.*, & *Johannis Villanii*, lib. 7 *Hiſtor. Florentinæ*, cap. 29, probari poſſe, Pontificem & Cardinales dictam necem ægrè admodum paſſos eſſe, *Carolumque* de ea acriter reprehendiſſe; (3) nec ſcriptores rerum Germanicarum, eorundem, vel proximorum temporum, *Steronem* puta, *Auctorem Fragmenti Hiſtorici Urſtiſiani*, *Siffridum*, & alios, vel hilum de ſuaſione, aut conſenſu *Clementis* habere. Enimvero extra dubium ponit, *Conradum* an. 1269, ſeptimo Cal. Novemb., i. e. 26 Oct., ultimum ſubiiſſe ſupplicium, quod & *Pallatius*, l. c., aſſerit, ſed id non probant, præfatis Auctoribus, ferè coævis, id an. 1268 contigiſſe docentibus, quibus vel ipſi *Ricordanus* & *Villanius*, ad quos provocatur, accedunt, aſſirmando, *Clementem, & Cardinales ægre Principum necem tuliſſe; imò acriter propterea Carolum reprehendiſſe;* cujus conſequens eſt, *Clementem Conradino* omnino ſupervixiſſe, quia *Clemens*, ipſis fatentibus, 29 Nov., 1268, ad plures abiit. Inſultaſſe inſuper Pontificios miſerè jugulati *Conradini* manibus, tali Epitaphio:

Aſturis ungue Leo pullum rapuit Aquilinum,
Hic deplumavit, acephalumque dedit,

monent *Henningeſius*, l. c., *Matthiæ*, l. c.; Alii. Cauſam *Conradini* peroravit B. Dn. *Schurtzfleiſchius*, in *Characteribus Eventorum*, Controverſ. 3, pag. 9. Ex Scriptoribus Italis, *Ricordano*, *Villanio*, *Collenutio*, *Summontio*, & aliis annectit *Spondanus*, l. c., ad an. 1269, §. 8, pag. 237: *Friderico Auſtrio primò ſecuri percuſſo, caput Ejus reciſum, dum extremum calorem expiraret, nomen Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſemel iterumque, clarè pronunciaſſe: Conradinum autem, illud amplectentem, atque oſculantem, innocentis Adoleſcentuli & amici, cui cauſa interitus fuiſſet, cum lacrymis caſum planxiſſe: deinde multa, de acerbitate inimicorum, & ſui innocentia, conqueſtum, chirotecam (ſive anulum) ad circumſtantes abjeciſſe, in ſignum inveſtituræ Regnorum ſuorum, quorum hæredem jure ſuo conſtituerit Fridericum Caſtellanum, filium amitæ ſuæ, ſeu, ut plures habent, Petrum Aragonium, qui duxerat filiam Manfredi, Patrui ſui;* (Conſtantiam) *Scribitque Æneas Sylvius, in ſua Europa, hoc pignus delatum à quodam fuiſſe ad Petrum. Addunt, poſt necem utriusque Adoleſcentis, carnificem, in ipſo temporis & loci veſtigio, ab alio, ad hoc parato, confectum fuiſſe, ne gloriari poſſet, abs ſe tam nobilia capita abſciſſa eſſe: Habentque item nonnulli, ante omnia, Protonotarium Regni, poſtquam ſententiam capitis publicè legiſſet, ſica repente à Roberto, Flandriæ Comite, Regis Caroli Genero, qui aderat, necemque pro Viribus diſſuaſerat, rei indignitate commoto, confoſſum fuiſſe, &c.* Conf. *Pallatius*, l. c., p. 45, & 46, &, ex *Pandulphi Collenutii* libro IV *Hiſtor. Neapolitanæ*, *Schurtzfleiſchius*, l. c., p. 12, qui, in *Auctario Hiſtoriæ Auguſtæ ſequioris*, in vita *Conradi IV*, p. m. 33, addit: *Ita defecit Auguſta Hohenſtauffiorum Familia, & magnus opulentusque Veteris Sueviæ Ducatus in multas partes diſtractus eſt, quibus rebus vicini Comites Principesque creVerunt, & cadentis antiquæ Stirpis poſſeſſionibus aucti ſunt: Oppida quoque ejus Regionis, & Franciæ* (Orientalis, i. e. Franconiæ) *complura, ad dignitatem Imperii Civium evecta, priſtinam conditionem mutarunt. Haud ſecus Familiæ Equeſtres, utroque in Ducatu, peramplo tunc & conjuncto, ſeſe extulerunt, & inſtituendis, augendisque in Imperio honoribus laborem ſumptumque non inutilem, ne abnuentibus quidem, difficillimo tempore, Auguſtis, adhibuerunt, &c.* Patrato facinore, ut *Steronis*, ad an. 1268, apud *Freherum*, pag. 385, verbis utar, *Karolus memoratus, tanquam duobus Regibus, Manfredo ſcilicet, filio Friderici Imperatoris, & Conrado, Fratruele Ipſius, Victis & occiſis, Regno Siciliæ liberè potitur.*

v. (4) Strenuus erat Princeps *Conradus*, vivo Patre, ceu præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1236, pag. 156, dictum, Rex Romanorum electus & confirmatus. Conf. ſeq. Tit. XIII, Proœm., lit. c. Retinendi Ejus Imperii animum declarant Diplomata, quorum unum, *Datum, apud Hagen, tertio Julii, quinta decima Indictione*, adeoque an. 1242, Epiſcopo Mindenſi facultatem condendi duo Oppida cum Jure *Weichbildico*, largiens, in *Chronico Epiſcoporum Mindenſium*, apud *Piſtorium*, pag. 744, talis extat initii: *Conradus,*

Divi

Digitized by Google

Divi Auguſti Imperatoris, Friderici 2, Filius, Dei Gratia, **Romanorum in Regem electus, Semper Auguſtus,** *& hæres Regni Hieruſalem, &c.* Ubi ſimul notandum, nomen *Divi* vivo *Friderico* dari. Conf. Ejusdem Conſtitutiones apud *Goldaſtum*, T. 2 *Conſtitut. Imper.*, pag. 83, & 85; Ægrè etiam injurias ferens, à Romana Curia Parenti illatas, vindictam ancipiti armorum fortunæ credidit, infauſto tamen Matre, apud *Francofurtum*, ab *Henrico Raſpone*, quem rebelles *Friderico*, *Romæ* exoſo, Regem oppoſuerant, profligatus. Qua de re, in vita *Friderici* 2, v. 4, ad an. 1246, quædam notavi. Occiſo tandem *Henrico*, adverſario, mortuoque Patre, *Friderico*, ſumma rerum jam moderaturus,

An. 1250, magno cum apparatu, in Siciliam & Apuliam tendit, *Wilhelmique*, Hollandiæ Comitis, recens intruſi Regis, vires prius infringere conatur, aſt, infelici ſucceſſu, apud *Oppenheimium*, pugnans; vid. *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, cap. 35, ad an. 1251, pag. 145; *Heineccius*, lib. 3 *Antiquit. Goslar.*, pag. 271. Majus periculum ſubiit 28 Dec., cum in *Monaſterio S. Emmerani*, *Ratisbonæ*, dormiret; parum ſiquidem abfuit, quin ſicaria manu transfoderetur, facinoris auctoribus *Alberto*, Epiſcopo loci, & *Ulrico*, *S. Emmerani* Abbate, Papæ aſſeclis, utut poſtea damnandum crimen graviter luentibus, Epiſcopo in Monachorum ordinem redacto. Vid. *Spondanus*, Vol. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad h. a., §. 22, pag. 179; Conf. *Chronica Auguſtenſis Freheri*, an. 1251, pag. 376; *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 42, an. eod., pag. 940, & 941; & *Mutius*, lib. 21, pag. 191, quos *Spondanus* carpit, quod hæc, exeunte anno 1251, contigiſſe ſcribant, *Conrado* ex Apulia jam reverſo, cum potius eo tempore, i. e.

An. 1251, iter iſtud demum fuerit ingreſſus. Sic enim *Monachus Paduanus*, lib. 1 *Chron.*, ad h. a., p. 593: *Conradus, filius Federici, deſcendens de Alemannia, venit Veronam, &, cum auxilio Ecelini, in menſe Decembri, intravit in mare, in Portu Texanæ, & navigans in Apuliam, eam, cum Inſula, facilimè obtinuit, ſecundum ſua beneplacitum voluntatis, &c.* Totam expeditionem deſcribens *Mutius*, l. c., pag. 190, & 191, poſt reliquia, ait: *Ubi in Siciliam & Apuliam venit, magno gaudio & honore ab omnibus Civitatibus exceptus eſt, & ſalutatus Rex, præter Neapolin & Capuam, & paucas alias, quæ Civitates, Pontificis partibus ſtudentes, rebellabant. Conradus igitur primum verbis cum Neapolitanis agit, jubet eos venire, & cauſam dicere; quod cum recuſarent, crimine L. M. reos condemnavit; cumque, poſt condemnationem, non peterent gratiam, obſidione, & oppugnationibus, perpetuis octo menſibus, fatigatam, & ad famem redactam, nullum auxilium ſperantem, ad deditionem compulit, redactam in poteſtatem, muris, turribus & munitionibus, domibus everſis, immunitam reddidit, perviamque cuilibet viatori, etiam media nocte. Poſtea Capuam, eodem modo, dejectis munitionibus, perviam facit, & aperit. Aquinum quoque - - - - obſeſſum, & expugnatum incendio conſumpſit. Quicunque ſuſpecti erant favere Pontificis partibus, illi ex Regno, à Conrado, ejiciebantur, &c.* In ordinem redactis Siculis Apulisque, certior redditus, *Innocentium* Papam, *Hugonem*, Tit. S. Sabinæ Cardinalem, ad Principes Civitatesque Germaniæ, cum mandato *Wilhelmi Hollandi* partium amplectendarum, ſuarumque, ſub Excommunicationis periculo, deſerendarum, ablegaſſe, rediit in Germaniam, ubi, ab Affine, *Henrico* Bavaro, honorifice exceptus, refectis copiis, hoſtes condignis pœnis ſubjecit, Vid. *Villanius*, lib. 6 *Hiſtor. Florentinæ*, c. 44; *Ricordanus*, cap. 146 *Hiſtor. Florent.*; *Blondus*, 2 Decad., lib. 7; *Platina* in Vita *Innocentii IV*, p. m. 198; *Chronica Auguſtenſis*, l. c.; *Paraleipomena Urſpergenſis*, an. 1250, pag. 252; *Mutius*, l. c., p. 191; *Nauclerus*, l. c.; *Aventinus*, lib. 7 *Annal. Boicor.*; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, §. 35, an. 1251, p. 145; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, an. eod., §. 5, pag. 181, & ad an. 1252, §. 1, pag. 182, quo dictas Apuliæ Civitates expugnatas docet; *Heineccius*, lib. 3 *Antiq. Goslar.*, p. 271.

v. (5.) Exuvias tandem mortales depoſuit, in Apulia, non ſine ſuſpicione veneni, auctore *Manfredo*, fratre ſpurio, à Medico quodam perfido, an. 1254, Ei propinati. Sic enim *Platina*, l. c: *Quem* (Conradum) *poſtea, Manfredi opera, veneno petitum conſtat, &c.*; Et *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 42, ad an. 1252, p. 941: *Corporis valetudine aliquantulum laborare cœpit.* (Conradus) *nam Manfredus, ambitione ductus regnandi, adauxit infirmitatem, Medicis magna & multa promittens, ut in clyſtere venenum ponerent, ex qua re Ille de medio ſublatus eſt - - - - ſepultus in Fungia, Civitate Apuliæ, ut Catholicus Princeps, extitit in Eccleſia, &c.*; *Benevenutus de Rambaldis*, in *libro Auguſtali*, apud *Freherum*, Tom. 2, pag. 13, in vita *Conradi*; *Pallatius*, T. 3, de *Geſtis Pontificum*, in vita *Innocentii IV*, pag. 12; Aliique multi. Annum, & diem obitus deſignat *Chronica Auguſtenſis Freheri*, ad an. 1254, p. 377, ajens: *Chonradus Rex, priori anno Neapoli expugnata, & muris ejus ad terram proſtratis, homo pacificus, & Judex ſeverus, in Vigilia Aſcenſionis Domini diem clauſit extremum, de cujus obitu Teutonici, Apuli, & Lombardi, præter illos, qui erant ex parte Eccleſiæ, dolore nimio ſunt turbati, &c.* Eundem annum ponunt *Monachus Paduanus*, lib. 2, h. a., pag. 596; *Sigonius*, lib. 19 *Ital.*; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 2, pag. 187, ex Italis quibusdam Scriptoribus, annectens: *cum Ejus cadaver Meſſinam, ad ſepulturam, delatum fuiſſet, dum exequiæ in Templo celebrarentur, ſubitò, ex multitudine cereorum incendio* (orto,) *templi tectum, cum cadavere, arſiſſe; quendamque ſic in Eum, egregiè ſerioque, luſiſſe:*

Funere Conradus caruit, tumuloque: rebelli
Utraque namque negat munera Religio.

Ecce, quibus in deliciis hæc habeat Apamiarum Præſul, cum tamen ex *Nauclero*, l. c., & *Mutio*, l. c., p. 191,

conſtet, Eum *Fungiæ* ſepultum quieſcere. *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir*, cap. 87, pag. 597; Alii. *Auctor contrà Fragmenti Hiſtorici, Alberto Argentinenſi* præfixi, apud *Urſtiſium*, T. 2, pag. 92, ad an. 1251; *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſatici*, §. 176, p. m. 117; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, an. 1252, p. 253; *Paulus Langius*, in *Chronico Citicenſi*, ad eundem an. 1251, p. 804; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 236; *Nauclerus*, l. c., &, qui eos ſequuntur, Eum jam ann. 1252, à fratre *Manfredo*, veneno è medio ſublatum, volunt. *Chronicon Elwangenſe Freheri*, p. 457, in annum usque 1256 excurrit.

(28) WILHELMUS HOLLANDUS.

v. (1.) Parentes habuit *Florentium IV*, Hollandiæ Comitem, & *Mechtildim*, *Henrici*, Brabantiæ Ducis, filiam. Vid. *Magnum Chron. Belgic.*, pag. 227, 237, & 243; *Fragmentum Hiſtoricum*, apud *Urſtiſium*, T. 2, p. 92; *Antonius Thyſius, Compend. Hiſtoriæ Bataviæ*, pag. m. 83; *Hugo Grotius*, de *Antiquitate Reipublicæ Batavicæ*, p. m. 84; *Deſcriptio confœderati Belgii Elzeviriana*, de an. 1630, p. m. 119, ad ann. 1223, & 1234; *Matthiæ*, in Ejus vita, p. 961; *Schurtzfleiſch, Hiſtor. Auguſt. ſequior.*, p. m. 35. Annum nativitatis reperire non potui, niſi quod in *magno Chronico Belgico*, p. 244, ad an. 1247, legatur: *Electus*, (Wilhelmus) *Viceſimum agens annum, adhuc fuit imberbis, robore decorus, cute candidus, crine nigerrimus, ſtatura procerus, ac in diſpoſitione corporis collaudandus, &c.*, & apud *Lehmannum*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 90, p. 601: *Graf Wilhelms Geſtalt wird alſo beſchrieben, das Er ein langer gerader Herr, ſtarcken Leibs und Gliedmaſen, kohlſchwartzen Kopffs, im Angeſicht wohl geſtalt, ohne Barth, und im zwantzigſtem Jahr ſeines Alters geweſen, zur Zeit, als Er zum Kœnig erwehlt worden, &c.* idem docet *Morery*, voc: *Guillaume, Roi des Romains*, p. m. 104, verbis: *Guillaume n' étoit âgé que de 20 ans*; ſcil. cum Rex inauguraretur. Ejusdem ergo ætatis fuit cum *Conrado IV*, i. e. circa annum 1227, vel 1228 natus; quamvis *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 42, ad an. 1256, p. 943, proximè ſequentem 1229 malle videatur, ſcribendo, Regem tunc fuiſſe trucidatum, *anno ætatis ſeptimo & viceſimo.*

v. (2.) De nuptiis inquit *Albertus Stadenſis*, ad an. 1251: *Wilhelmus Rex duxit filiam Ducis Ottonis (Pueri) de Brunſwich, & in ipſa nuptiarum nocte, ſcilicet Converſionis S. Pauli, Palatium, in quo quieverunt ſponſus & ſponſa, in Brunſwich juxta Leonem, penitus exarſit, ex luminis & ſtraminis incuria; corona Regis exuſta eſt, & multæ res precioſæ. Duo ſartores, qui in conſuendis in quadam camera ſedebant veſtibus, ſunt exuſti. Rex & Regina vix evaſerunt, Regina tamen Regem, tanquam in domo eſſet notior, educente, &c.* Nomen Reginæ exprimit *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1193, p. m. 400, verbis: *Guilelmus, de ſorore Regis Daciæ, genuit iſtum Ottonem, qui tenuit Ducatum de Brunſwik, Pater* (Patrem) *Iſabellæ, Uxoris Guilielmi, Romanorum Regis, &c.* Rectius *Eliſabetham* legit *Magnum Chronicon Belgicum*, p. m. 237: *Occiſo Florentio, Sereniſſimo Principe, filius Ejus, Wilhelmus, hujus nominis ſecundus, Hollandiæ Comes XIV hæreditarie ſublimatus eſt, ducens in Uxorem Eliſabetham, filiam Ducis de Bruynſwich, præclaram Virginem, ex qua genuit Florentium, ſuccedentem Hollandiæ Comitem, &c.*; Et, diu ante ipſum, Auctor *Chronici Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium*, apud *Maderum*, in *Antiquitatibus Brunſuicenſibus*, p. m. 20, ubi: *Otto, Dux de Luneborch - - - - duxit uxorem, ſuæ Nobilitati congruentem, Mechtildem, Marchionis Alberti filiam de Brandesborch, & genuit Ottonem, Albertum, Johannem, Conradum; Filias quoque: Mechtildem, Helenam, Aleydem, Helenam, Agnetem*: &, p. 21, in fine addit: *Elyſabeth, quam duxit Wilhelmus de Hollandria Rex, & genuit Florentium, Comitem Hollandriæ*; &c. Conf. *Chronicon Marienthalenſe Meibomii*, T. 3 *Rer. German.*, pag. 263; *Cranzius*, lib. 8 *Saxon.*, cap. 19; *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, ad an. 1251, p. m. 260; Auctor *Chronici Cœnobii Montis Francorum Goslariæ*, p. m. 22; *Henningeſius*, part. 1 *ſecundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. m. 144, & part. 2, p. 119; *Lehmannus*, l. c., pag. 602; *Deſcriptio Belgii Elzeviriana*, l. c.; *Büntingii Chronicon Brunſuicenſ.*, in vita *Ottonis*, p. 211; *Matthiæ*, l. c., pag. 962; *Heineccius*, lib. 3 *Antiq. Goslarienſ.*, ad an. 1251, p. 271. De obitu hujus *Eliſabethæ* pergit *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 248, ad an. 1255: *Anno dehinc LXVI obiit Venerabilis Matrona, Eliſabeth, Romanorum Regina, in Nidelborch Monaſterio honorifice tumulata.*

v. (3.) *Florentium* Ejus fuiſſe filium, ex *Chronico Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium*, & *Magno Chronico Belgico* modò audivimus. Conf. *Henningeſius*, l. c., part. 1, p. 144, qui, ut & *Matthiæ*, l. c., Ei aliam inſuper filiam, *Beatricem*, adſcribit, *Ferdinando III*, Caſtiliæ & Legionis Regi, nuptam; *Deſcriptio Belgii Elzeviriana*, l. c. Geſta *Florentii* habes in *Magno Chronico Belgico*, p. 252, &c.

v. (4.) Frater fuit *Mathildis*, ſeu, ut alii volunt, *Margarethæ*, *Hermanni*, Hennebergici Comitis, Conjugis, quæ, annos circiter 40 nata, in die Paraſceves, circa horam nonam, anno 1276, uno partu 365 liberos enixa fertur, qui baptizati à *Guidone*, Trajectino Suffraganeo, in pelvi, maſculi quidem *Johannis*, & puellæ *Eliſabethæ* nomina acceperint; addunt, Matrem cum liberis, eodem adhuc die, ad plures abiiſſe, atque in *Lausdunenſi* Monaſterio Ord. *S. Bernhardi*, prope *Hagam Comitum*, ſepultam quieſcere; Vid. *Johannes à Leidis*, lib. 24 *Chron. Belgici*, c. 11, ad an.

1276;

1276; *Jacobus Meyerus* lib. 9 *Annal. Flandriæ*, an. eod.; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 227, & 228, ubi Hiſtoria, an fabula, ita refertur: *Legitur in Chronico, Mechtildim hanc, filiam Florentii, cum, quodam tempore, pauperem & inopem mulierem, cujus maritus nuper defunctus erat, oſtiatim mendicantem, atque in ulnis ſuis duas proles, quas uno partu ediderat, ratione quæſtus, bajulantem, vidiſſet, infectam graviter in illam fuiſſe, tanquam ſi non eſſet poſſibile, mulierem ex viro, coitu uno, plures quam unam concipere prolem: pauperculam vero, ſe excuſando de inhoneſtate, dixiſſe Comitiſſæ: Domina Illuſtriſſima, nos ambo, à Deo poſſe fieri. Sed illa non credens, ignominioſe à conſpectu ſuo pauperculam rejecit. Quare paupercula devota, oculos ſuos elevans ad Cœlum, lacrymando petiit à Domino, cui omnia poſſibilia ſunt, ut ipſa conciperet à Comite, marito ſuo, tot proles, quot ſunt dies in anno; quod & factum eſt - - - - in Villa Loſſonnenſi, quæ ſtatim, poſt partum, omnes defuncta ſunt, &c.*; *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baronii*, an. 1256, §. 2, p. 196; *Henningeſius*, l. c., pag. 145; *Camerarii Horæ ſubciſivæ*, Cent. 2, cap. 66; *Matthia*, l. c., p. 961. Quomodo anno 1247, ipſo S. Michaëlis feſto, in Colonienſi agro, impellente *Innocentio IV*, P. R., auxilioque *Henrici*, Lotharingiæ & Brabantiæ Ducis, *Friderico* 2. Imperatori, fuerit oppoſitus, dixi præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., p. 158; licet alii *Coloniam*, alii *Nuſſiam*, aliique *Voringiam*, hoc titulo, proferant.

An. 1248, poſt longam obſidionem, potitur. 31 Oct., *Aquisgrano*, ibique, 1 Nov., Rex Germaniæ inauguratur, ſolennia deſcribente *Magno Chronico Belgico*, pag. 245, lectu digna; Conf. *Johannes à Leidis*, lib. 23 *Chron. Belgici*, c. 6; *Renerus Snoy*, lib. 7 *Rer. Batav.*; *Tritthemius*, *Chron. Hirſaug.*, h. a.; *Spondanus*, T. 1 *Cont. Annal. Baron.*, an. eod., §. 4, p. 169; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, an. eod., §. 19. p. 141.

An. 1250 debellavit, apud *Oppenheimium Conradi*, Regis, in Apuliam ituri, copias. Vid. præced. vita *Conradi*, v. 4, ad. h. a.

An. 1251 confirmatur ab *Innocentio IV*, P. R., teſte *Chronica Auguſtenſi Freheri*, ad h. a., pag. 376: *Papa, in Cœna Domini, Wilhelmum, Comitem Hollandiæ, jam dudum à quibusdam Principibus in Romanum Regem electum, multis Epiſcopis præſentibus, apud Lugdunum confirmat.*

An. 1253 in ordinem redigit Comitiſſam Flandriæ, ſibi arma inferentem. Vid. *Albertus Stadenſis*, h. a., p. 222; *Chronica Auguſtenſis*, l. c., victoriam hanc ad dictum annum 1251 refert.

An. 1254 *inter Regem Wilhelmum, & Colonienſem Archi-Epiſcopum, in Nuſſia, tanta controverſia ſurrexit, quod Colonienſis, applicato igne valido ad domum, in qua erat Legatus, cum Rege, voluit ambos incendio ſuffocare; vix evaſerunt.* Hæc *Albertus Stadenſis*, h. a, pag. 222.

An. 1255, in Vigilia S. Martini, *Oppenhemii*, confirmat Pacem Publicam, à Statibus Imperii ſacramento firmatam; Extat ejus conſtitutio inter *Privilegia Nobilitatis Rhenanæ*, an. 1624, publicis Moguntiæ typis expreſſa; nec non apud Dn. *Datum*, lib. 1, de *Pace Publica*, cap. 4. §. 20, p. 22, & 23; meminit dicti fœderis *Chronica Auguſtenſis Freheri*, ad an. 1247, p. 375: *Hujus Wilhelmi Regis tempore Civitates apud Rhenum, cum Principibus, Optimam pacem ineunt, eligentes ſibi Capitoneos, deſtruentes caſtra nociva, & injuſta telonia removentes, quæ, poſt obitum ipſius Regis, qui vixit quaſi novem annis, omnia redierunt in priſtinum malum ſtatum. Fuerunt autem ſubſcripti Principes, & ſubſcriptæ Civitates, quæ Sancta Pacis fœdera jurarunt, Gerhardus, Archi-Epiſcopus Moguntinenſis; Conradus, Archi-Epiſcopus Colonienſis; Arnoldus, Treverenſis Epiſcopus; Jacobus, Metenſis Epiſcopus: Abbas Fuldenſis; Ludwicus, Palatinus Rheni, Dux Bavariæ; Conradus, Comes Silveſter; Richerus, Com. de Catzenelebogen; Fridericus, Com. de Liningen; Bertholdus, Com. de Zigenhagen; Enicho, Comes Sylveſter; Gotfridus, frater ſuus; Dominus Popo, Com. de Turingen;* (Tubingen) *Ulricus, Com. de Ferreto; Comes de Wurnberg;* (Virnberg) *Domina Sophia, Landgravia Turingiæ; Domina Udulhildis, Comitiſſa de Liningen; Dominus de Trinperch; Ulricus de Mintzenberch; Geralatus de Limpurch; Philippus de Herchenveld: Philippus de Valckenſtain; Dominus de Stralenberch; Pincerna de Erpach; Wernherus, Dapifer de Alzaya; Henricus de Ernberch; Rumpoldus, de Stainach. Nomina Civitatum confœderatarum ad Pacem generalem: Moguntia; Colonia; Wormatia; Spira; Argentina; Baſilea; Thirigenſis; Friburg; Briſacum; Columbaria; Schlezeſtat; Hagenowia; Weiſenburg; Nuinſtat; Wimpina; Haydelberg; Lauternbuch; Oppenhaim; Frankenfurt; Friderberch; Wetslaria; Gaulnhauſen; Marpurch; Agluveld; Voldra; Mulenhauſen; Aſchaffenburch; Seleſtat; Pingia; Dipacum; Watheracum;* (Bacharach) *Veſalia; Bopardia; Andernacum; Bunna; Nuſſia; Aquis, ſedes Regalis; in Weſtphalia, Münſter, & aliæ Civitates, plus quam ſexaginta, cum Civitate Bermenſi, Grumperch, Hirsvelden, &c.* Conf. idem Chronicon, ad an. 1255, p. 378; *Thrithemius*, *Chron. Hirſaug.*, in Vita *Volpoldi*, 252 Abbatis, ad an. 1254; *Adelzreuterus*, part. 1 *Annal. Boicor.*, lib. 24, f. 671, §. 15; *Engelhuſius*, in *Chronico*, in Vita *Wilhelmi* Regis, p. m. 251; *Peucerus*, lib. 6 *Chron.*; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spirenſ.*, cap. 92, pag. 604, & 605; *Aventinus*, lib. 7 *Annal. Boicor.*; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, an. 1255, §. 15, p. 195; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, §. 35. ad an. 1251, p. 145, & §. 38, ad an. 1254, p. 146; ipſam fœderis formulam exhibent Ill. Dn. *Leibnitius*, in *Mantiſſa*, Tom. 2 *Codicis Juris Gentium Diplomatici*, §. 8. pag. 93 ad 98, & Dn. *Datt*, l. c., §. 33, &c., pag. 24.

v. (5.) Ad obitum usque titulo *Romanorum Regis, ſemper Auguſti*, uſus legitur in Diplomatibus, vel præfata Conſtitutione, qua dictam Pacem Publicam confirmavit, apud Dn. *Datum*, teſte, ſic inchoata; *Wil-*

helmus

lib. 6 cap. 3, lit. d, pag. 60; *Heineccius*, lib. 3 *Antiq. Goslar.*, ad an. 1252, p. 27; Auctor *Chronici Cœnobii Montis Francorum Goslariæ*, pag. 23; Alii. Tandem an. 1256, 28 Januar. in bello Friſico occiſus. *Wilhelmus Rex, eodem menſe*, (Januario) *in Friſia cum exercitu exiſtens, à Freſonibus eſt occiſus. Qui cum ad quandam Civitatem ejusdem Provinciæ veniſſet, fertur ibidem inveniſſe ſepulchrum, opere mirifico conſtructum, & dum à civibus quæreret, cujus eſſet hoc ſepulchrum, opere tam ſumptuoſo decoratum? dicebant, quod nondum quiquam ibi ſepultus eſſet, ſed antiqui Patres eorum conſtruxerint illud, præfatum cognoſcentes, quod in eodem loco deberet Romanorum Regum aliquis tumulari. Devicta itaque & ſubjugata tota Freſia, cum jam Victor ipſa Terra exiret, à quibusdam fugitivis, ſecus viam in arundineto latitantibus, cuſpidibus occiditur, &, in prædicto tumulo, ab indigenis ſepelitur, anno Regni ſui nono, &c.* Sunt verba *Chronicæ Auguſtenſis Freheri*, ad h. a., pag. 378, & 379. Locum, ubi occiſus, denotat *Albertus Stadenſis*, eod. an., p. 222; *Wilhelmus, Romanorum Rex, occiditur à Freſonibus*, **Medemlek**, *prope Hollandiam, morantibus, in loco incognito ab eisdem ſepultus, &c.* Annum comprobant *Fœderati Status Imperii*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., p. 97, §. 35: *Poſt obitum Sereniſſimi Domini noſtri, Wilhelmi, Romanorum Regis, piæ memoriæ, convenimus Mogentiæ, anno Domini* 1256, *Dominica Reminiſcere, &c.*; nec non *Chronica Sclavica Lindenbrogii*, eod. an., p. 260; *Siffridus Presbyter*, lib. 1 Epitom., an. eod., p. 697; *Annales Colmarienſes*, an. eod., apud *Urſtiſium*, T. 2, p. 7; *Albertus Cranzius*, lib. 8 *Saxon.*, cap. 19; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 42, an. eod., p. 943; *Mutius*, lib. 21 Chron., an. eod., p. 191; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, an. eod., §. 1, p. 196; Alii. *Johannes à Leidis* vero, in *Chronico Belgico*, lib. 23, cap. 30; *Nangius, in Vita Ludovici Sancti*; *Jacobus Meyerus*, lib. 9 *Annal. Flandr.*; *Cuſpinianus*, in Vita *Wilhelmi*; *Trithemius*, *Chron Hirſaug.*; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 247, & 248, addens, apud Villam *Hoichtwonde*, eum jugulatum; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, an. 1255, §. 39, p. 146; *Meibomius*, in Notis ad *Hermanni Lerbekii Chronicon Schaumburgicum*, Tom. 1 *Rer. German.*, p. 538, cum aſſeclis, referunt ejus obitum in annum 1255; de facto teſtantur *Gobelinus Perſona*, æt. 6 *Coſmodrom.*, c. 65, p. 250; *Æneas Sylvius*, *Hiſt. Friderici III*, p. m. 34; *Chronicon Epiſcoporum Oſnabrug.*, ap. *Meibomium*, l. c., T. 2, p. 219; Alii. *Cranzius*, l. c., affirmat, ſuo adhuc tempore fuiſſe ignoratum, ubi terrarum fuerit ſepultus; ſed, ex *Johanne de Leidis*, lib. 24 *Chron. Holl.*, c. 13, diſcere eſt, vigeſimo ſeptimo ab Ejus nece anno ſepulchrum Præſuli, an. 1248, die Epiphaniæ, Coloniæ Eum exceperit, horrida hyeme in ver floriferum, formoſamque fructibus æſtatem mutata, poſt præfatos Scriptores Batavos, legas *Trithemii Chronicon Sponheimenſe*, ad an. 1254; *Spondanum*, l. c., ad an. 1247, §. 3, p. 165; *Lehmannum*, lib. 5 *Chron. Spirenſ.*, cap. 90, pag. 602, & 603.

RICHARDUS, & ALFONSUS.

Interfecto, à Friſiis, *Wilhelmo* Hollando, ortoque in Imperio ſchiſmate, *Gerhardus Moguntinus*, & *Conradus Colonienſis* ArchiEpiſcopi, *Ludovicus*, C. P. R., ejusque frater, *Henricus*, Bojorum Dux, in Octava Epiphaniæ, intra pomœria *Francofurtenſia*, in loco, (Epiſtola *Urbani* IV, qua *Richardum* Anglum, ad diem 2 Maji, 1263, per Procuratores legitimos, Romæ ſe ſiſtere jubet, lite ibi ſopienda, teſte, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, in *Prodromo* T. 1 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, Dipl. 14, §. 5, pag. 15,) *Franckeferd* dicto, elegerunt laudatum RICHARDUM, *Cornubiæ* Comitem, *Johannis ſine Terra*, Angliæ Regis, & *Iſabellæ*, Angulemiæ Com., filium, circa an. 1209 natum, Eumque, die Aſcenſionis Domini, una cum Conjuge, *Sanctia*, è *Provinciæ* Comitibus oriunda, *Aquisgrani*, Diademate exornarunt; *Arnoldus* contrà, *Trevirenſis* Præſul, & *Albertus*, Saxoniæ Dux, *Ottocaro*, Bohemiæ Rege, & *Johanne Brandenburgico* annitentibus, intra præfati Oppidi muros, in media Quadrageſima, ſuffragia ALFONSO ſapienti, *Caſtellæ* & *Legionis* Regi, *Ferdinandi III*, Regis, & *Elbiſæ*, *Philippi*, Imperatoris filiæ, gnato, dederunt. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1257, pag. 159, &c. Cauſam Angli ab initio nummorum Valor favorabilem reddidit; pecuniis vero profuſis, apud *Baſileam*, egeſtate preſſus, à ſuis derelictus, &, anno 1259; vel, ut auctor *Chronici Sclavici*, apud *Lindenbrogium*, p. m. 261, habet, anno 1260, plane in Angliam reverti coactus eſt; nec inde rediit, faſtidio ſuarum rerum perturbatus, belloque Civili, quo Anglia ſubmergebatur, à *Simone Monfortio*, ſeditioſorum Procerum præcipuo duce, pridie Id. Maji, an. 1264, ad *Lewenſe* Oppidum, debellatus captusque, &, anno proximè ſequenti, 1 Aug., trucidato, ad Vicum *Eveſham*, in prælio, *Monfortio*, libertati demum reſtitutus, ceu, ex *ſupplemento Matthæi Pariſienſis*, & *Thomæ Walſinghami Hypodigmate Neuſtriæ*, *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baron.*, ad an. 1264, §. 4, & 5, p. 221, & an 1265, §. 10, p. 224, annotat; nec, ut ex *Wilhelmo Weſtmonaſterienſi* idem, l. c., ad

l. c., ad an. 1259, §. 8, p. 205, docet, oblatam ſibi à Papa, *Alexandro IV*, Coronam Romanam curavit, nec ad reditum in Germaniam ullo modo, magno derelectionis indicio, ſe compoſuit, *Romanorum Regis* titulo domi ſuperbiens. Vid. *Fragmentum Hiſtoricum Urſtiſianum*, T. 2, p. 92, & 93; *Spondanus*, l. c., ad an. 1259, §. 6, p. 205; Extant tamen, apud Germanos, Dignitatis Ejus Regiæ veſtigia, quo *Francofurtenſium* privilegiorum quædam pertinent, data Moguntiæ, anno 1257, 7, & 8 Sept., apud *Limnæum*, lib. 7 *Jur. Publ.*, cap. 16, §. 12, p. 218, & §. 15, pag. 220, quibus tale initium: *Richardus, D. G. ROMANORUM REX, ſemper Auguſtus, &c.* Add. Conſtitutiones Ejus apud *Goldaſtum*, T. 1 *Conſtit. Imp.*, pag. 308, inter quas Edictum, de an. 1262, quo *Tigurina* Civitas Imperio aſſeritur, non admodum bene ſe habere apparet, quia datum *Hagenoæ*, cum conſtet, *Richardum* jam dudum in *Anglia* fuiſſe; meminit ejusdem *Joſias Simlerus*, de *Republ. Helvetiorum*, pag. 92, & 93; non minus huc facit diploma *Rudolphi* I, Imp., ſub dato *Auguſtæ*, an. 1275, apud *Gewoldum*, de *Septemviratu*, cap. 10, pag. 212; *Goldaſtum*, Tom. 1 Conſt. Imp., p. 311; *Lundorpium*, Tom. IV *Act. Publ.*, lib. 3, cap. 108, p. 933, lit. D; & *Lambecium*, lib. 2 Comment. *Biblioth. Vindobon.*, cap. 8, pag. 828, ubi: *Prædictus Dux Henricus*, (Bavariæ) *frater ipſius, olim Electioni Inclyti Richardi, Romanorum Regis, Noſtri Prædeceſſoris, una cum ipſo* (Ludovico Palatino) *præſentialiter, cum cæteris Principibus Co-Electoribus, interfuit, & in Eum uterque direxit legaliter votum ſuum, eundem in Romanorum Regem, una cum aliis Con-Principibus, jus in hoc habentibus, eligendo, &c.* *Alfonſum* juvabat materni ſanguinis honor, quo Germanorum benevolentiam ſibi conciliaverat. Addit *Monachus Paduanus*, lib. 2 *Chron.*, ad an. 1257, p. m. 602: *Uterque electus ſuos Legatos ad Romanam Curiam deſtinavit, pro confirmatione à Summo Pontifice* (Alexandro IV) *impetranda; ſed Dominus Papa in partem aliquam declinare, ne forte pax Eccleſiæ turbaretur, de concilio Cardinalium, ſub ſpecie deliberandi, diſtulit, ſuper quæſtione tantorum Principum, definitivam ſententiam promulgare, &.* ſcribit quidem *Spondanus*, l. c., ad an. 1257, §. 1, pag. 201, ex *Villanio*, lib. 6 *Hiſt. Florent.*, c. 75, Romanam Curiam magis *Alfonſo*, ad deſtruendum velut *Manfredum* potentiori, faviſſe, præfata vero *Urbani IV*, qui *Alexandri* erat ſucceſſor, Epiſtola, ad *Richardum*, contrarium præ ſe fert, quandoquidem §. 7, p. 16, memor eorum, quæ Oratores Ejus, in Ipſius favorem, Romæ peroraverint, qua ſcilicet ratione legitimè fuerit electus, &, nemine contradicente, *Aquisgrani* inauguratus, poſt reliqua, ait: *Tibi, electo, prædictis conſuetudinibus obſervatis, ubi, & à quibus id fieri debuit, & nulli alii acquiſitum;* (Jus in Imperio) *ac Regimen, nomen, & Imperii diadema indubitate deberi, ſupplicaverunt, inſtanter & humiliter petierunt, Tibi & hujusmodi nomen aſcribi, maximè cum antedictus Prædeceſſor* (Alexander) *id Tibi, de Fratrum ſuorum* (Cardinalium) *conſilio, adſcripſiſſet, &c.* minimùm favor *Urbani* erga *Richardum* per totam elucet epiſtolam, quam etiam orditur: *Urbanus IV, &c. Richardo, IN ROMANORUM REGEM electo, &c.*: cum *Alfonſum* non niſi *Caſtellæ & Legionis Regem* nominet. Obfuit maximè *Alfonſo*, quod in Germaniam planè non venerit, ſigno contemptus manifeſto, vel tacitæ abdicationis; hinc ambo *Johanni Baptiſtæ Egnatio*, lib. 3 *Romanorum Principum*, apud *Sylburgium*, Tom. 2 *Hiſtoria Auguſtæ*, p. 600, *Benevenuto de Rambaldis*, in *Libro Auguſtali*, apud *Freberum*, T. 2, p. 13, aliisque multis inter Germaniæ Reges perperam collocandi videntur, utpote, laborante turbis Republica, delecti. Obiit *Richardus* an. 1271, non 1273, ut in *appendice Chronici Leodienſis*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, p. 406, legitur; & *Alfonſus* an. 1284, de quo pariter ſolennia ſuperſunt documenta, quod electionem ſuam, ſub initium, ſeriò ad animum revocaverit, *literas* intelligo *Inveſtiturarum*, quibus, an. 1258, pridie Id. Martii, *Toleti, Friderico*, Lotharingiæ Duci, Ducatum cognominem, cum Comitatu *Remiremont*, & annexis Regalibus, beneficiaria Lege contulit, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., Tom. I, Dipl. XIII, p. 18, ſic inchoatas: *In æterni Dei nomine, Amen. Pateat univerſis, præſentem paginam inſpecturis, quod Nos, Alfonſus, D. G. ROMANORUM REX, ſemper Auguſtus, &c.* add. Reſcriptum Ejus, de *Officio boni Regis*, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imp.*, p. 308, malè licet, ſub anno 1253, quo nondum fuerat electus, eundem titulum referens, nec non Mandatum ad Civitates Italiæ, de an. 1258, ibid., Tom. 3, pag. 405. Turbida hæc tempora depingens *Urbanus IV*, in citata Epiſtola, apud Dn. *Leibnitium*, l. c., §. 2, p. 13, inquit: *Sentit utique, ſentit Mater Eccleſia tam Populi ſibi commiſſi, quam ſuam gravem de hujus contentione jacturam; crevit namque perverſorum audacia, & ipſorum abundante malitia, dum, eodem vacante Imperio, ipſi Eccleſiæ defenſionis debita ſuffragia ſubtrahuntur, liberius peccatis inſiſtitur, hæreſes, pullulant, ſcandala ſuſcitantur, multiplicantur cædes & ſtrages, injuriæ invaleſcunt, in perſecutionum turbinibus Petri navicula fluctuat; & interdum, qui fidelium ipſius cenſeri nomine gloriantur, in arcum perverſum, fideli debitum non verſando, converſi eam in ſuis juribus injurioſe impetunt, & moleſtant, illa nunc denegando pro libito, nunc illicitè occupando, &c.* Sic & *Mutius*, lib. 21 *Chron.*, p. 192 1 *His temporibus arma ubique, Leges ferè nusquam dominabantur, quisque occupat, quantum potuit, per vim, &c.* Nec aliter *Trithemius*, in *Chronico Hirſaugienſi*: *His temporibus, cum non eſſet Rex in Terris, qui motus prædonum reprimeret, omnia, per tumultum, ſine Lege, ſine ordine, pro libitu fiebant, &.* add. *Fragmentum Hiſto-*

ricum Urſtiſianum, T. 2, p. 93: *Cum Regnum Romanorum vacaret, à tempore Richardi Regis, qui Romani Imperii (licet profeciſſet modicum) aſſumpſit gubernacula gubernanda, & nullus Alemanniæ Principum, propter metum aliquorum Alemanniæ, ſibi Romani Regni Regimen aſſumere vellet, qui partem Imperatoris, & ſuorum, contra Eccleſiam, fovebant, & medio tempore, in partibus Alemanniæ, & aliarum circumjacentium, per diverſos ſpoliatores viarum, & Nobiles ipſius Terræ, fuerint inſolentiæ perpetratæ quamplurimæ, &c.*; ut &, quæ *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, c. 95, p. 611, ex Numburgenſis Epiſcopi, *Julii Pflugii*, libello, de *Republica Germaniæ*, exſcripſit: *Cum diu, & aliquot ſecula floruiſſet Imperium Germaniæ noſtræ, ita tulit tandem caſus, rebus noſtris infeſtus, ut, poſt mortem Friderici 2, idem duodeviginti annos Imperatore careret. Interea, cum Majores noſtri non haberent, cui parerent uni, optimam illam, de qua egimus, Reipublicæ ſuæ formam prope amiſiſſe videntur. Quam etſi poſteà, per Rudolphum Habſpurgum, Reſpublica recuperavit, non ita tamen, ut ante Interregnum, floruit. Nam quo tempore Magiſtratus Principesque Nationis noſtræ præſidio Principis ſui nudati erant, nec habebant, à quo defenderentur, opes ipſi ſuas, quibuscunque rebus poſſent, firmarunt. Et multa eorum, quæ antè Imperatorum fuerant propria, ad ſe tranſtulerunt, ut, cum quisque, in Civitate, atque Ditione ſua & regenda & tuenda, munus Imperatoris obiret, ipſe ejus nervis & quaſi viribus niteretur. Ac cum magiſtratus, Principesque noſtri illa uſurpaſſent aliquamdiu, nec, ſine vi, ab eorum poſſeſſione dimoveri poſſent, maluit Rudolphus de jure ſuo decedere, quam offendere voluntates eorum, quorum opera & domi & militiæ utiliter uti poſſet: nec ſuſpicatus fuit, unquam fore, ut, qui ex ipſo quaſi patrimonio Imperii crevìſſent, non obtemperaturi eſſent ſibi, poſteruque ſuo ultro, nec Rempublicam gratis animis adjuturi, &c.*; non minus *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, ad an. 1258, pag. 147: *Hac tempeſtate Germaniæ ſtatus multo maxime dejectus, & calamitoſus extitit; quando effoeta, & ſuâ ſenecta quadam exſanguis, velut in diuturno morbo, uſque eo contabuit, ut ne capiti quidem ſuſtinendo, nedum fovendis ſingulis artubus eſſet idonea, &c.* Familias vetuſtate Generis illuſtres, quæ fato inclinantis Reipublicæ perierunt, recenſet Dn. *Schurtzfleiſchius*, in *Auctario Hiſtoriæ Auguſtæ ſequioris*, p. 42. Diſſentiunt ſecum invicem Scriptores, quo tempore Imperium vacare cœperit. *Matthias Palmerius*, & *Emundus*, in *Magno Chronico Belgico*, p. 242, & 252, ordiuntur *Interregnum* ab anno 1245, quo, ultima vice, *Fridericus* 2 Imp. à Romana Curia proſcriptus, arbitrantes, illud 28 annorum fuiſſe, cui ſententiæ & *Albertus Argentinenſis*, ſub initium *Chronici*, ap. *Urſtiſium*, T. 2, p. 97, in fine, ſuffragatur. *Henricus Stero*, in Annal., ad an. 1277, p. m. 391, indiſtinctè à *temporibus Friderici* illud numerandum, docet; Juxta *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 242, *Egnatium*, l. c., *Benevenutum de Rambaldis*, l. c., *Mutium*, l. c., *Naucleram*, Vol. 2, Generat. 42, pag. 943, & aſſeclas initium ſumſit, ab obitu *Wilhelmi Hollandi*, adeoque ab anno 1256; *Lehmannus* l. c., pag. 609; *Browerus*, l. c.; & Dn. *Datt*, lib. 1 *Rer. German.*, c. 4, §. 27, &c., p. 23, illud inchoaſſe cenſent, ex quo *Richardus* in Angliam fuerit reverſus, quorum ſententia nec fundamento caret, ſi momenta rerum geſtarum bene expendantur. Coronidis loco addenda, ex *Werneri Rolewinckii Faſciculo temporis*, ætat. 6, apud *Piſtorium*, p. m. 81, ſequentia, quæ *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 252, repetit: *Mortuo Richardo, Alphonſus, coram Gregorio X, intuitu pacis, voluntariè ceſſit omni juri, ſi quod haberet; erat enim Vir prudens, & maximus Aſtronomus. Ejus tabulæ famoſæ ſunt, quas fecit, &c.* Unde hæc hauſerint, ignoro. De Provinciali Pace, an. 1270, *Quedlinburgi*, à Principibus Germaniæ inita, legas *Schilterum*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. 5, cap. 10, §. 5, p. 730.

(29) *RUDOLPHUS HABSPURGICUS.*

v. (1.) Genus duxiſſe fertur hic Princeps ex *Anicia* Gentis Familia *Perleonia*, apud Romanos valdè Illuſtri; magnum ita ſentientium catalogum ſtruit *Gabriel Bucelinus*, part. 3 *Notitiæ Genealogicæ Germaniæ*, p. 22, quibus tamen ipſe ſummoperè adverſatur, originem ejus à perantiquis Alſatiæ Comitibus Provincialibus repetens; *Aniciæ* conſanguinitatis arborem conciſam ſiſtit *Lambecius*, lib. 2 *Commentar. Biblioth. Cæſar.*, cap. 6, p. 483; Proavum Ejus perhibens, *Albertum Divitem*, *Anicium Perleonium*, *Montis Aventini* Comitem, anno 1144, ab *Arnaldiſtis Romà* pulſum, in Helvetiam commigraſſe, &, per matrimonium cum *Werneri*, ultimi, ex Familia *Altenburgica*, *Habsburgenſium* Comitis, filia, primum Gentis ſuæ *Habiburgi* Comitem evaſiſſe. Ridet hæc *Bucelinus*, l. c. *Chronicon Conſtantienſe Piſtorii*, pag. 672, *Alberti Divitis* conjugem vocat *Itham*, fil. *Rudolfi*, ultimi Comitis Brigantini & Pfullendorfii; ita & *Henningeſius*, part. 1 *ſecundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 268. Lucem aſpexit an. 1218, Cal. Maji, Patre *Alberto Sapiente*, & Matre *Hedwige*, ſeu *Heilwige*, *Ulrici*, *Kiburgenſium* Comitis, filia. Vid. *Annales Colmarienſes*, part. 2, apud *Urſtiſium*, T. 2, p. 37; *Chronicon Conſtantienſe*, l. c.; *Bucelinus*, l. c., pag. 26; *Henningeſius*, l. c., pag. 270, 295; *Schurtzfleiſch*, in *Auctario Hiſtoriæ Auguſtæ* ſequioris, pag. 43. Errat *Emundus*, in *Magno Chronico Belgico*, pag. 252, Eum ex filia *Friderici* 2, Imp., nepotem conſtituens, verbis: *Schiſma* (inter Richardum & Alphonſum) *duravit per XVII annos, nec aliquis eorum benedictionem Imperialem obtinuit. Et tandem Filia dicti Friderici obtinuit apud illos duos Electos, de Imperio contendentes, ut renunciarent juri ipſis acquiſito, in favorem Filii ſui, ſcilicet Rudolphi, Comitis de Ansburg* (fortè Avsburg, quaſi Absburg, ſeu

Habs-

Habsburg) *ſive Hambſpurg, ut ille eligeretur, &c.*, niſi de *ſpirituali filio* hæc accipiantur. Minimum, Imperatorem *Fridericum* de ſacro lavacro Eum levaſſe, auctor eſt *Albertus Argentinenſis*, in *Chronico*, ſub initium, apud *Urſtiſium* T. 2, p. 97.

v. (2.) Uxorem duxit (1) *Annam*, filiam *Burchardi*, *Hochbergenſis* Comitis, cujus filius, *Albertus*, Imp., in formula fœderis cum *Philippo Pulchro*, Gallorum Rege, an. 1299, Argentorati, icti, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, §. XXIII, p. 41, meminit: *Jurabunt etiam in animas noſtras, Nobis præſentibus, videlicet, pro jam dicto Illuſtri Rege Francorum, Comes S. Pauli; pro Nobis vero, Rege Romanorum, Comes Burchardus de Hohemberg, Avunculus noſter cariſſimus, &c.* Conf. *Annales Colmarienſes*, part. 2, apud *Urſtiſium*, T. 2, p. 40: *Uxor Rudolfi, filia Burchardi de Hohenberc*; in margine legitur: *Anna de Hohenberg, Sueva, uxor Rudolphi Regis.* Obiit an. 1181, teſtibus iisdem *Annalibus*, part. 1, l. c., pag. 17, ad an. 1281: *Regina Rudolfi, Regis, in Nenna moritur, & aliquot centum equis Baſileam ducitur, ibique à tribus Epiſcopis, & ducentis mille Clericis, & multitudine Civitatis hominum, in Vigilia S. Benedicti, cum gloria maxima, ſepelitur, &c.* Eadem habentur, l. c., part. 2, pag. 47; add. *Henricus Stero*, Annal., apud *Freherum*, T. 1, p. 393, an. eod: *Uxor prædicti Domini Rudolfi, Romanorum Regis, nomine Anna, obiit, &c.* Locum indicat *Hiſtoria Auſtralis Freheri*, an. eod., p. 332: *Anna, Mater Ejus*, (Clementiæ, ad ſponſum, in Apuliam miſſæ) *dum ipſam tranſmiſſam nimium lugeret, moritur præ dolore*, 14 *Kal. Maji, cui celebratis ſolenniter Wiennæ obſequiis, verſus Baſilicam* (Baſileam) *ducitur, ad ſepulturam, &c.* Conf. *Albertus Argentinenſis*, ap. *Urſtiſium*, l. c., pag. 104; *Mutius*, lib. 21 *Chronicor.*, an. eod., p. 196; *Bucelinus*, l. c., pag. 27; *Morery*, voc: *Auſtriche*, pag. m. 319; Alii. *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 43, pag. 965, ad an. 1273, vocat eam *Annam, filiam Comitis de Heigerlach, &c.* *Henningeſius*, l. c., p. 271, rem ſic expendit: *Anna, filia Burchardi* 1, *Comitis Hochbergenſis, ſoror Alberti, Com. in Haigerloch, qui, dotis loco, ſuam partem in Landgraviatu Alſatiæ Rudolpho tradidit, Anno Chriſti* 1240, *ſubmerſa in Rheno, cum Briſacum navigio proficiſceeretur, A. C.* 1273, *al.* 1281, 12 *Kal. Octob., ſepulta Baſileæ, in ſummo templo, &c.* de ſubmerſione citati Auctores nihil commemorant.

(2) *Rex Rudolphus uxorem Gallicam duxit, in Romatico monte, feſto S. Agathæ, &c.* Ita *Annales Colmarienſes Urſtiſii*, l. c., part. 1, pag. 19, ad annum 1284. *Albertus Argentinenſis*, l. c., ait: *Mortua domina Anna de Hohenberg, Regina, & in choro Eccleſiæ Baſilienſis, cum duobus filiis, ſepulta: Rex filiam ſororis Regis Franciæ*, (Navarræ potius) *in ſenio, juvenem recepit uxorem, quæ tamen, poſt mortem Regis, rediit ſatis egens, &c.* Conf. *Mutius*, l. c: *Poſt hujus* (Annæ, an. 1281 defunctæ) *mortem, anno tertio, duxit aliam uxorem, filiam Ducis Burgundionum, &c.* *Henningeſio*, l. c., nominatur *Agnes*, filia *Eudi IV*, Burgundiæ Ducis. *Bucelinus*, l. c., pag. 27, idem nomen retinet; *Morery* vero, voc. *Bourgogne*, memor liberorum *Hugonis IV*, (non Eudonis) & *Beatricis* de *Champagne*, *Tetbaldi*, Navarræ Regis, filiæ, pag. 483, eam appellat *Eliſabetham*; ibi: *Il en eut . . . Elizabeth, mariée, en 1284, à Rodolphe I, Empereur, apres la mort duquel elle prit une ſeconde alliance avec Pierre de Chambeli, Sieur de Neauſle*, cum quo genuit N. Dominum de *Chambeli, Neauſle & Thorigny*, atque *Johannam*, *Philippo de Vienne*, Domino de *Pagny*, *Mirbeau*, &c. nuptam, *dit le Jeune, & mourut en 1333. &c.* Sine prole eam deceſſiſſe, docent *Bucelinus*, l. c., & *Henningeſius*, l. c.

v. (3.) De liberis Ejus, è priori Conjuge ſuſceptis, ſcribit *Albertus Argentinenſis*, l. c., p. 104, & 105: *Rex Rudolphus, cum Anna de Hohenberg, ſorore Alberti de Hohenberg, habuit tres filios, inter alios: Rudolphum, Albertum, & Hartmannum. Qui Hartmannus, apud Reynow, in Rheno, periit, & cum matre, & parvulo fratre, Carolo, in choro Baſilienſis Eccleſiæ eſt ſepultus. Item habuit ſex filias, quarum unam* (Mechtildim) *habuit Dux Bavariæ ſuperioris*; (Ludovicus, C. P. R., Elector) *alteram* (Catharinam) *Dux Bavariæ Inferioris*; (Otto, R. Hungariæ ſimul) *Tertiam* (Agnetem) *Dux Saxoniæ*; (Albertus, Elector) *Quartam* (Hedwigem) *Dux Vratislaviæ*; (Henricus) *quo defuncto, recepit Marchionem in Brandenburg*; (Ottonem) *Quintam* (Juttam) *habuit Rex Wenceslaus Bohemiæ, filius Ottochari, per ipſum Rudolphum Regem occiſi*; *Sextam* (Clementiam) *habuit Carolus, primogenitus Regis Siciliæ, ſive Apuliæ*, (Caroli Andegavenſis, qui *Conradinum* capitis damnavit.) *Bucelinus*, l. c., pag. 27, & *Henningeſius*, l. c., pag. 271, addunt inſuper (1) *Rudolphum*, anno 12 defunctum; (2) *Fridericum*, ſepultum Tulnæ, in Auſtria; (3) *Margaretham*, Uxorem *Theodorici*, Comitis Cliviæ; (4) *Euphemiam*, Monialem Tulnenſem; præter hos annectit *Henningeſius* (5) alium *Hartmannum*, Cœnobii Tulnenſis conditorem, & (6) anonymam, *Wilhelmo*, Baroni Ochſenſteinio, nuptam. Conf. *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 271, pag. 317; *Henricus Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden* p. m. 362.

De *Alberto*, ſuo loco, inter Imperatores, dicam.

Rudolphus perperam ab *Alberto Argentinenſi*, l. c., fratri *Alberto* præponitur, rectius, ab eodem, p. 100, ſecundo loco nominatus, verbis: *Habuit autem & Rex, à prædicta Uxore de Hohenberg, tres filios: Albertum, Rudolfum, & Hartmannum, &c.* An. 1282, una cum fratre laudato, à Patre, Auſtriæ Ducatum, lege beneficiali, obtinuit, ita tamen, ut Auſtriæ Inferioris Regimen penes ſolum *Albertum*, tanquam natu majorem, ejusque ſtirpem maſculam eſſet, niſi, intra quatuor annos & dimidium, ab ipſo Patre, de peculiari Regno, aut eximio Ducatu ſpeciali, ſibi proſpiceretur; ſicut etiam, eodem adhuc anno, Du-

catu Sueviæ auctus fuit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad annum 1282, pag. 162. Nequaquam verò exiſtimandum eſt, Ducatum Sueviæ ea amplitudine Ei obveniſſe, qua Gens Hohenſtauffia eum rexerat, quid enim, durante infelici Interregno, inde non fuerit diſcerptum? hinc in *Annalibus Colmarienſibus*, apud *Urſtiſium*, T. 2, pag. 25, ad an. 1290, ſaltem *Dux Alſatiæ* vocatur; ibi: *Dux Alſatiæ, Rudolfus, filius Regis Rudolphi, obiit, & in Praga Bohemorum ſepelitur, &c.* Conf. Ill. *Obrechti Prodromus rerum Alſaticarum*, cap. 12, p. m. 253. Conjugem habuit *Agnetem*, filiam *Ottocari*, Bohemiæ Regis; Vid. *Albertus Argentinenſis*, l. c., pag, 102; add. *Æneas Sylvius*, cap. 28 *Hiſt. Bohem.*, pag. 137; De anno obitus diſcors Auctorum ſententia. In *Chronica Auſtrali Freheri*, pag. 325, legitur, ad annum 1289; *Rudolf, Dux, filius Rudolphi Regis, cum Pragæ viſitaret ſororem ſuam, Reginam, mortuus eſt, &c.* ſed ibid., pag. 336, id refertur ad an. 1290, quem, ut vidimus, *Annales quoque Colmarienſes*, l. c., præ ſe ferunt; Hoc certè anno eum adhuc vixiſſe, teſtatur inſuper *Siffridus Miſnenſis*, lib. 2 Epitomes, apud *Piſtorium*, p. 700, ad an. 1290: *Rex Romanorum, Rodolphus, intravit Turingiam ---- fueruntque ſecum ibidem filii ſui, Albertus, & Rodolphus, Dux Auſtriæ, qui adhuc vixit, licet de morte ſua anticipando dictum ſit, &c.*, ſcilicet ad an. 1278, pag. 700, ubi: *Sororem Wenceslai* (R. Bohemiæ) *conjunxit Rodolpho filio ſuo juniori, quem conſtituit Ducem Auſtriæ. Hic defunctus eſt Pragæ, & ſepultus in Eccleſia Cathedrali, relinquens filium, nomine Joannem. Albertus autem, ſenior filius Regis Rodolphi, ſucceſſit fratri ſuo in Ducatu Auſtriæ.* Quod poſterius aſſertum falſum eſt, cum *Albertus* Auſtriam ſortitus ſit, non *Rudolphus*. Ejusdem filii, *Johannis*, meminit *Albertus Argentinenſis*, l. c: *Rudolphus Dux, poſtea moriens, unicum filium, Johannem Ducem, Alberti Regis* (Patrui) *occiſorem, reliquit, &c.* idem docet *Æneas Sylvius*, l. c. De Regicidio hoc vid. *Vita Alberti I. Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 271, falſò tradit, *Rudolfum* noſtrum creatum Bohemiæ Regem, annoque demum 1303, vel 1307, Pragæ, à *Zabiſii*, Satrapæ, factione veneno ſublatum, confundens eum cum *Rudolpho*, Ejus, ex fratre *Alberto*, nepote.

Hartmannus in Rheno periit. Vid. *Annales Colmarienſes*, ad an. 1282, p. 18: *Filius Rudolfi Regis, Landgravius Alſatiæ, ſubmerſus fuit in Rheno, prope Rinaugiam, & ſepultus fuit in Baſilea, à quatuor Epiſcopis, &c.* In *Paraleipomenis Conradi Urſperg.*, pag. 258, perperam hoc refertur ad an. 1273: *Eodem anno Rudolphi filius prope Reinaw, cum aliquot Miniſtris, in Rheno ſubmergitur: Is erat 18 annorum, & Regis Angliæ filiam uxorem habebat, &c.* nomen exprimit *Albertus Argentinenſis*, l. c., pag. 100: *Habuit autem & Rex, à prædicta Uxore de Hohenberg, tres filios, Albertum, Rudolfum & Hartmannum, qui Hartmannus poſtea, prope Rhiinawin, Rheno ſubmerſus, Baſileæ, cum Matre prædicta, & adhuc uno filio parvulo,* (Carolo) *in choro majoris Eccleſiæ Baſilienſis, ſunt ſepulti, &c.* Quæ pag. 105 repetit.

Caroli mentionem facit *Albertus Argentin.*, pag. 105, cujus verba, ſub initium hujus v. 3, adduxi. Anno 1276, in *Valentini* feſto, *Rinfeldiæ* eum natum, paucisque hebdomadibus poſt iterum mortuum, & Baſileæ terræ mandatum, docent *Annales Colmarienſes*, ad h. a., pag. 12, & 40.

Nuptias *Mechtildis*, Ejus filiæ, cum *Ludovico*, C. P. R., & Duce Bavariæ ſuperioris, probant Ipſius Cæſaris Diploma, quo Principi huic, tanquam Vicario Imperii, Auſtriam committit, poſt obitum ſuum curandam, ap. Dn. *Leibnitium*, Tom. 2 *Cod. Dipl. Juris Gentium*, in Mantiſſa, §. X, p. 102; ibi: *Chariſſimus Gener noſter, Princeps Magnificus, Ludovicus, C. P. R., Dux Bavariæ, &c.*; *Henricus Stero*, an. 1273, pag. 388; *Albertus Argentin.*, pag. 100, & 105; *Siffridus, Presbyter Miſnenſis*, p. 699, in fine.

De *Catharina*, Uxore *Ottonis*, Ducis Bavariæ Inf., & ſimul Hungariæ Regis, vid. *Albertus Argent.*, p. 105; *Annal. Colmar.*, p. 42.

Agnetem, conjugem *Alberti* 2, Ducis Saxoniæ, innuit *Albertus Argent.*, l. c.; & *Siffridus*, l. c., p. 699; & *Henricus Stero*, l. c. Ejusdem memores ſunt rythmi, apud *Albinum, Chron. Miſn.*, Tit. XVI, p. m. 433; Dn. *Spenerum, Op. Herald.*, Prolegomen. §. 14, p. 12, & Dn. *Layritium*, im *Palmwald*, Tab. XIII, §. 15, p. m. 636, in vita *Alberti* hujus:

Kœnig Rudolph die Pfaltz mir gab,
Die Grafſchafft Brene, mit aller Hab,
Zu ſeiner Tochter, Fraw Agneten,
Das ich die Chur mœcht bas vertreten;
Dieweil er hatte des Reichs Machs, &c.

Hedwig, Uxor *Ottonis Brandenburgici*, cogn. Parvi, occurrit apud *Albertum Argentin.*, l. c. conf. *Siffridus*, l. c.; *Hiſtoria Auſtralis Freheri*, p. 330.

De *Jutta*, *Wenceslai*, Bohemorum Regis, Conjuge, teſtantur idem *Albertus*, l. c.; *Siffridus*, l. c.; *Chronica Auſtralis Freheri*, p. 325, ubi nuptiæ ad annum 1286 referuntur, ſed pag. 333 ad præcedentem an. 1285; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 261; *Mutius*, lib. 21 *Chronic.*, pag. 195; *Annales Colmarienſes*, part. 2, pag. 44; *Henricus Stero*, ad an. 1278, pag. 393; *Æneas Sylvius*, *Hiſt. Bohem.*, cap. 28, pag. 136; *Dubravius*, lib. 18 *Hiſt. Bohem.*, pag. 147. de Ejus coronatione legas *Chronic. Auſtral. Freheri*, ad an. 1297, pag. 340; & *Siffridum*, l. c., ad an. 1296, pag. 701; Obiit an. 1296; Vid. *Siffridus*, l. c., pag. 701.

Clementiæ, *Caroli* Siculi conjugis, meminit *Al-*

bertus

Digitized by Google

bertus, l. c.; *Siffridus*, l. c., pag. 699; *Annales Colmarienſes*, p. 17, tempus nuptiarum, ſcil. an. 1281, deſignant; conſentiente *Chronica Auſtrali*, l. c., pag. 325, & 332, an. eod.

De reliquis nihil reperi; minimùm *Henningeſii* narratio de anonyma, *Wilhelmi* Bar. Ochſenſteinii conjuge, fundamento caret, cum Dominus de *Ochſenſtein* in *Annalibus Colmarienſibus*, p. 17, ad an. 1281, dicatur *Filius ſororis Rudolphi Regis*, *&c.* rurſus pag. 48, ad an. 1273: *Othonem de Ochſenſtein, nepotem ex ſorore ſua, Rudolfus Advocatum Alſatiæ præpoſuit*, *&c.* Conf. *Albertus Argent.*, l. c., pag. 98: *Habuit Comes de Kuſſenberg ſororem ipſius Rudolfi: quo defuncto ſine liberis, eadem ſoror Ottoni de Ochſenſtein data eſt in uxorem, ex qua Domini de Ochſenſtein & Strasberg poſtmodum prodiere.*

Perperam à *Levoldo de Northof*, in *Chronico Marcano*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 390, ad an. 1273, nominatur Comes de *Havekesberge*; nec rectius à *Gobelino Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, cap. 66, pag. 281: Comes de *Havebesberge*; aut, in *Chronico Magdeburgico*, ibid., T. 2, p. 331: de *Haveesburg*; aut à *Johanne Villano*, in *Hiſtoria Florentina*, lib. 7, cap. 3: *Conte di Furinborgo*, & cap. 4, adhuc corruptius: *Conte di Finborgo*, vapulante propterea à *Lambecio*, lib. 3 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, pag. 331. ubi ſententia, *Habſpurgenſes* & *Fürſtenbergios* ejuſdem Gentis eſſe, arbitrantium, proſternitur, &c.; aut in *libro Auguſtali Benevenuti de Rambaldis*, apud *Freberum*, T. 2, p. 14: *Comes de Avenſperg.* Rempublicam, diuturni Interregni motibus concuſſam, & ferè deſtructam, ad priſtinum ſplendorem, concordiam & auctoritatem, prudentia & induſtria, revocavit. Animi corporisque bona, quibus erat præditus, enarrant *Annales Colmarienſes*, part. 2, p. 37: *Erat Vir longus corpore, habens in longitudine ſeptem pedes, gracilis, parvum habens caput, pallidam faciem, atque longum naſum, paucos habebat crines; Vir in cibo, potu, & in aliis moderatus: Vir ſapiens & prudens, &, cum maximis divitiis, in ſumma tamen ſemper extitit paupertate, &c.*; *Siffridus*, Presbyter *Miſnenſis*, lib. 2 Epitomes, ad an. 1274, pag. 698: *In diebus ſuis tranquillam pacem procuravit; æquus Judex divitis & pauperi extitit; Eccleſias & Hoſpitalia defendit, & protexit. Cum videret, milites humilibus perſonis, ſecum loqui cupientibus, acceſſum ad ſe prohibere, dixit: Per Deum, date hominibus accedendi locum; non enim propter hoc ad Imperium ſum electus, ut hominibus in arca præcludar - - - omnibus ſe expoſuit, neminem contempſit. Strenuus erat in armis, in Chriſtiana Religione fidelis. Et cum eſſet miræ prudentiæ, & provectæ ætatis, hilaris tamen & jucundus ſemper extitit, &, cum magna modeſtia, & manſuetudine, Imperium gubernavit, &c.* Conf. *Albertus Argentinenſis*, l. c., pag. 101: *Rex autem longus, & gracilis ſtatura valde, aquilum habens naſum, &c.*; nec non *Benevenutus de Rambaldis*, l. c: *Fuit Vir prudens in agendis, in armis ſtrenuus, juſtus, Deum timens, civilis, & parcus, &c.* Add. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 261: *Rudolphus, Comes de Habſpurg, probus, in armis ſtrenuus, & prudens, &c.*; & *Paraleipomena Conradi Urſpergenſ.*, ad an. 1273, pag. 258: *Rudolphus ſeverus fuit Juſtitiæ executor, pacis ſtudioſiſſimus, humilitate, quæ Nobilitatis comes eſt, mira præditus, &c.* Qua occaſione, an. 1273, *Baſileam* corona militari cingens, ſub auſpiciis *Werneri* Moguntini, Rex Romanorum *Francofurti* fuerit renunciatus, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 161, dictum eſt.

An. eod., unà cum Conjuge, *Anna Hohenbergica*, *Aquisgrani* inauguratur; Vid. ſupra, l. c. Tempus deſignant *Annales Colmarienſes*, h. a., part. 2, pag. 40: *In vigilia omnium Sanctorum Rudolfus Rex coronatur.* Rem comprobant *Albertus Argentin.*, an. 1273, p. 100: *Ambæ igitur partes, cum Magnatibus illarum partium, cum Rege & Regina, Alberti ſorore, Comitis de Hohenberg, Aquisgranum, pro ipſorum coronatione, egregie ſunt profecti, rebus per omnia bene geſtis, &c.*; *Siffridus*, *Presbyter Miſnenſis*, lib. 2 Epitom., pag. 698, an. eod.; *Henricus Stero*, an. eod., p. 388; & *Mutius*, lib. 21, pag. 192. & 193; *Browero*, lib. 16 *Annal. Trevirenſ.*, pag. 162, id ad an. 1274, 8 Id. Januar. referente; Conſecratore *Sigfrido* Colonienſi.

An. eod. creat *Mainhardum*, ex Comite Tyrolenſi, *Carinthiæ* Ducem; Vid. *Albertus Argentinenſ.*, h. a., p. 101: *Tempore electionis Regis* (Rudolfi) *iverat Albertus* (ejus filius) *ad Comitem Tirolis*, (Meinhardum) *ad recipiendam Eliſabet, filiam ſuam. Et intelligens Comes electionem Regis, Alberto filiam illicò copulavit. Erat autem ipſa Eliſabet ſoror quondam Chunradini ex matre, quæ, defuncto Chunrado Rege, recepit Comitem Tirolis. Vacaverunt autem Imperio, à tempore occiſionis Chunradini, Ducatus Auſtriæ, Stiria, & Carinthiæ. Rex autem, de Ducatu Carinthiæ, quem alias ipſe Comes occupavit, recepta ab eodem magna pecunia, inveſtivit eundem, qui poſtea non Comes, ſed Dux Carinthiæ vocabatur, &c.* In *Paraleipomenis Conradi Urſpergenſis*, p. 258, referuntur hæc ad an. 1278.

An. eod. *venit Argentoratum, & pacem firmat cum omnibus Rheni Civitatibus, &c.* Ita *Paraleipomena Urſpergenſ.*, h. a., p. 258.

An. eod. transfert, *hæreditario jure* poſſidendum, *Norimbergenſem Burggraviatum* in *Fridericum*, Comitem *Zolleranum*; Diploma Inveſtituræ, *datum Aquisgrani, anno Domini* 1273, *octavo Calend. Novemb. Indict. III*, exhibent Dn. *Wagenſeilius*, in Comment. de *Civitate Norimbergenſi*, lib. 2, cap. 1, p. 293; & Dn. *Luca*, *im uhralten Reichs-Fürſten-Saal*, part. 3, cap. 7, pag. 806; unde ſimul Burggraviorum Jura cognoſci poſſunt;

cui documento aliud jungi meretur de an. 1281, eadem continens, apud *Limnæum*, Tom. 4, Addit. ad lib. 5, cap. 7, pag. 745; conf. idem, lib. 5 *Jur. Publ.*, cap. 7, §. 3, pag. 164; *Johannes Cernitius*, in *Iconibus decem Electorum è Familia Burggraviorum Norimbergenſium*, an. 1628, Berolini excuſis, annexa rerum geſtarum ſerie, quod inſigne opus Dn. *Antonius Teiſſier*, Sacratiſſimo Boruſſorum Regi à Conſiliis Legationum, an. 1707, idiomate Gallico, *Berolini* publici fecit juris; in Vita *Friderici I*; Dn. *Imhoff*, *Notit. Procer. Imp.*, lib. 4, cap. 3, §. 2, p. m. 144; Corrigendus hinc Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. 258, Inveſtituram hanc anno 1274 inſcribens. De facto teſtatur *Chytræus*, lib. XV *Saxoniæ*, pag. 383.

An. 1274 *Papa Gregorius* (X) *acceſſit Loſannam, Dominum Rudolphum, electum, per Principes Alemaniæ, in Romanorum Regem, & electionem, de Ipſo factam, confirmavit, ſibi nomen & dignitatem adſcribendo, & promiſit Ipſum in Imperatorem poſtea conſecrare, &c.* Hæc *Henricus Stero*, ad h. a., pag. 389; aſſentientibus *Siffrido Presbytero*, lib. 2 *Epitomes*, an. eod., pag. 698; & *Joh. Vitone Durano*, an. eod., apud Ill. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Acceſſ. Hiſtor.*, pag. 24, & 36; ſed Author dictorum *Paraleipomenon*, l. c., pag. 257, id factum arbitratur anno 1237; verbis: *A Papa confirmatus fuit: nam Lauſannæ ſimul fuerunt, ut hæc Carmina indicant:*

Bis ſexcenti ſeptuaginta treſque ſtetere
Anni, Lauſanæ dum Rex & Papa fuere.

Idem docent *Nauclerus*, Vol. 2, *Generat.* 43, an. 1273, pag. 965; & *Magnum Chronicon Belgicum*, an. eod., p. 260, cujus verba mox, ad an. 1286, occurrunt; pag. 261 addens: *Electionem* (Rudolphi) *Gregorius Papa X approbavit, in favorem Terræ Sanctæ, ad quam plurimum anhelabat, & intendebat, illuc perſonaliter proficiſci: ut &, ad petitionem dicti Papæ, Rudolphus crucem ſuſcepit transmarinam, &c.*; *Cranzius*, lib. 8 *Sax.*, cap. 30. *Spondanus* verò, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, pag. 255, §. 8, refert Conventum Lauſannenſem, Imperatoris & Papæ, ad an. 1275, addens, Imperatorem tunc Pontifici præſtitiſſe juramentum, quod Diſt. 63, can. 33: *Tibi Domino*, legitur, & ſimul ſacramento promiſiſſe, propediem Romam, ad accipiendam Coronam, ſe venturum. Conf. idem, ad an. 1277, §. 5, pag. 261.

An. eod., in Comitiis *Auguſtanis*, audito Legato Bohemiæ Regis, *Ottocari*, Electionem ſuam impugnantis, mittit, in Bohemiam, Norimbergenſem Burggravium, reſtitutionem *Auſtriæ*, *Stiriæque* Ducatum, nec non *Carinthiam*, *Carniolam*, aliaque, durante Interregno, erepta Imperio Bona petitum, præſtando deſuper homagio; re tamen infecta, *Ottocaro* utrumque denegante. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 152. Habuerat enim in matrimonio *Margaretham*, ultimi Ducis Auſtriæ, *Friderici*, lineæ Babenbergicæ, ſororem, *Henrici* Regis, *Friderici* 2 Imperatoris filii, viduam, cum qua Terras eas, dotis titulo, obtinuiſſe, *Carinthiam* vero, *Carniolam, Marchiam Sclavonicam, & Portum Naonis*, parata pecunia, ab *Ulrico*, *Carinthiæ* Duce, maſcula prole orbato, comparaſſe ſe, jactabat; Cæſare contra dicente, nec Auſtriam feudum eſſe muliebre, nec *Carinthiam*, cum annexis, ſe, tanquam Seniore, inſcio, venundari potuiſſe. Vid. *Æneas Sylvius*, cap. 27. *Hiſt. Bohem.*, pag. 135, *Dubravius*, lib. 17 *Hiſt. Bohem.*, p. m. 141, referens ſimul *Ottocari* inconſideratum reſponſum, Burggravio, Imperatoris nuncio, homagium imperanti, datum: *Ipſa re verum experior, de quo aliquando ſubdubitavi: Inſolentius nihil eſſe humili, cum ſurgit in altum. Hic Rudolphus, heri videlicet aſſecla noſter,* (erat ejus aliquando Aulæ Mareſchallus) *hodie Germanorum Cæſar, ut ſubito, per ſummam inſolentiam, veteri Domino ſuo inſultat! Sed propediem ſentiet, uter magis valeat, Dominus, an ſervus?* Addendo: *Iratus denique reſpondet: Nihil ſe Rudolpho debere, nihil etiam velle Ei reddere, &c.*; *Mutius*, lib. 21, pag. 193, ad an. 1274. Hinc ortum bellum.

An. 1276, Auſtriam armata manu ingreſſus, *Viennam* obſidet, eaque, capto prius *Neoſtadio*, anno 1277, potitur. Vid. *Annales Colmarienſes*, part. 2, ad ann. 1276, & 1277, pag. 42 ad 44: *Videns autem Rex Bohemiæ, quod non poſſet Regi Romanorum reſiſtere, humiliavit ſe, & commiſit ſe gratiæ ſuæ; Principes autem Reges ſub his conditionibus concordabantur: debebat Rex Bohemorum filiam ſuam filio Regis Rudolphi matrimonio copulare: Regalia ſua, ſicut deceret, ab Ipſo recipere, & trecentos milites, cum equis phaleratis, in exercitu Regis ducere, quando vellet, &c.* Hæc iidem *Annales*, l. c., pag. 44. Plenius hæc intelliguntur ex ipſo Laudo Concordiæ, Imperatorem inter & *Ottocarum*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 2 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, in *Mantiſſa*, §. IX, p. 100, &c., quod ſic incipit: *Nos, B.* (Bertoldus à Sternberg) *Herbipolenſis; Bruno, Olomucenſis, Epiſcopi; L.* (Ludovicus) *Comes Palatinus Rheni; Marchio Brandenburgenſis;* (Otto) *Arbitri Dominorum Romanorum & Bohemiæ Regum, ſuper quæſtionibus, quæ inter ipſos, ſuper diviſis Terris & Principatibus, vertebantur, arbitrando pronuntiamus, &c.* In ſequentibus dicitur, §. 3: *Item arbitramur, quod Dominus Rex Bohemiæ cedat, ſimpliciter, & præciſe, omni juri, quod habebat, vel habere videbatur, in Terris & hominibus, cujuscunque conditionis exiſtant, Auſtria videlicet, Styria, Charintia, Carniola, Marchya,* (Vinidorum) *& Goritia*, ac *Portuſnab*; Portus Naonis, in Foro Julii) & §. 6: *Item pronunciamus, quod Dominus Rex Romanorum, exceptis Terris & hominibus ſupradictis, infeudabit Dominum O.* (Ottocarum) *Regem Bohemiæ, & liberos ſuos, de omnibus Feudis, ſcilicet Bohemiæ, Moraviæ, & aliis quibuscunque,*

quæ

qua Ipſe, & Progenitores ſui, de jure, ab Imperio noſcuntur hactenus tenuiſſe. §. 7: Et ut prædicta Pax, Concordia, & reconciliatio perpetuam obtineant firmitatem, & partes mutuo ſyncerius ſe diligant, & conjuncti efficacius in plena amicitia ſolidentur, pronunciamus arbitrando, quod Dominus O. (Ottocarus) *Bohemiæ Rex, tradat ſuam Filiam in Uxorem Filio Domini R.* (Rudolphi) *Regis Romanorum; & idem Rex Bohemiæ dabit, ſeu etiam reſignabit, ſimpliciter & præciſe, Domino R. Regi Romanorum, Terras & poſſeſſiones in Auſtria, quas hactenus, proprietatis, vel feudi titulo, tenuit, vel ſua pecunia comparavit; & eaſdem Terras, ſeu & poſſeſſiones Dominus Rex Romanorum ſuo filio obligabit, pro quadraginta millibus marcis argenti, quas eidem Filio ſuo, in donationem propter nuptias, deputabit - - - - - &, ſi idem Filius ſine hæredibus deceſſerit, prædicta Bona apud Imperium remanebunt, nec ad Uxorem ipſius, Filiam Regis Bohemiæ, quibuscunque* (modis) *Bona hujusmodi devolventur. Et Dominus noſter Rex Romanorum tradet filiam ſuam, in Uxorem, Filio Domini O. Regis Bohemiæ, & dabit Rex Romanorum Filio Regis Bohemiæ quadraginta millia marcarum argenti, dotalicii nomine, &, pro illis, obligabit ſibi redditus* (reditus) *quatuor millium marcarum argenti in Terra Auſtriæ, ultra Danubium, verſus Bohemiam, Moraviam, & Ungariam, Cremſa & Stain Oppidis duntaxat exceptis - - - - - ſi vero Filius Regis Bohemiæ ſine hærede deceſſerit, dicta Terra ultra Danubium, penes Regem Bohemiæ, titulo pignoris, remanebit, nec ad Uxorem Ipſius, Filiam Regis Romanorum, de Bonis hujusmodi devolvetur, &c.* Conſul & dies deſunt. Commentarii interim loco hæc eſſe poſſunt iis, quæ *Hiſtoria Auſtralis Freheri*, ad an. 1276, pag. 328, eorundem Arbitrorum memor, & quidem Herbipolenſis & Palatini, à parte Imperatoris; Olomucenſis & Brandenburg., à parte Regis ſtantium; *Æneas Sylvius*, l. c., pag. 135; *Dubravius*, l. c., pag. 142; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 43, ad ann. 1276, p. 966; *Mutius*, lib. 21 Chron., ad an. 1274, pag. 194; *Bonfinius*, *Hiſtor. Hungar.*, Decad. 2, lib. 8, p. 216; *Cranzius*, lib. 7 *Vandal.*, cap. 30; *Spondanus*, T. 1 Contin. *Annal. Baron.*, ad an. 1277, §. 6, pag. 261; aliique tradunt. Excepit conventa ipſius Inveſtituræ ſolennitas, in Inſula Danubii, *Kamberga*, ut *Dubravio*, l. c., dicitur, de qua *Annales Colmarienſes*, l. c., pergunt: *Venit Rex Bohemiæ, cum veſtibus deauratis, & gloria Regia fulgente, procedit ad pedes Regis Romanorum, humiliter ab Eo ſua Regalia mendicavit. Inſuper & centum millium marcarum reditus, & quadraginta millium marcarum, quas Auſtriæ Dux habuerat, & Rex Bohemiæ, de Regina Margaretha, poſſederat, reſignavit. Tunc Rex Romanorum Regi Bohemiæ Regnum, nec non & Regalia conceſſit, & ſe amicum ſuum intimum, omnibus aſtantibus, intimavit. Rege Romanorum hæc faciente, indutus veſte griſea, deſpectus & humilis apparebat, & in tripode reſidebat, &c.* Ex condicto, in tentoriis hæc contigiſſe, teſtatur *Æneas Sylvius*, l. c. licet ea, quæ hic, & apud *Joh. Vitonem Duranum*, in Chronico apud Ill. D. *Leibnitium*, part 1 *Acceſſ. Hiſtor.*, p. 30, nec non apud *Albertum Argentinenſem*, ad an. 1276, p. 101, de vili abjectoque *Rudolphi* veſtitu leguntur, non approbet, dicens potius: *Suggeſtum in tentorio ſublime paratur, ibique aureum ſolium eminentiori loco erigitur. Rodolphus, diademate, & Imperialibus Inſignibus conſpicuus, conſidentibus Electoribus Imperii, cæteris Baronibus circumſtantibus, advenientem Regem ſedens expectat. Ille, cum paucis Regni Optimatibus, ingreſſus, conſcenſo ſuggeſto, ad pedes Imperatoris, genua flectit: proinde, ex veteri conſuetudine, admotis SS. Evangeliis, jurejurando ſe adegit, &c.:* & mox: *Tentorium erat arte compoſitum, à ſummo usque deorſum, in quatuor proſciſſum partes, decidit, Regemque, ut erat in alto loco ad Imperatoris genua ſupplex, videndum exercitibus præbuit. Stabant circum armatæ acies, rei exitum expectantes: ſed quam læti Teutones glorioſum Imperatorem ſuum intuebantur, tam moeſti triſtesque Bohemi Regis ſui vecordiam atque ignaviam excipiebant, qui ſervire Imperatori magis, quam prælium experiri, voluiſſet, &c.* Conf. *Dubravius*, l. c.; *Spondanus*, l. c., §. 7, p. 261; *Heineccius*, lib. 3 *Antiquitatum Goslarienſium*, ad an. 1276, pag. 292. Indignabundus igitur, irarumque plenus, domum reverſus *Ottocarus*, oratione perquam aſpera, magis magisque à Conjuge ad arma concitatur, ſibi exprobrante: *Quis te virorum omnium ignavior? Auſtriam, Provinciarum nobiliſſimam, tot Urbibus, tot Proceribus inſignem, nulla neceſſitate coactus, è manibus tradidiſti: Stiriam, Carinthiam, &, quas poſſidebas in Italia, Civitates turpi metu reliquiſti: cum Comite Habſpurgenſi, infimi generis, affinitatem contraxiſti: poſtremo Ei, qui ſatelles quondam tuus fuerat, jurejurando exhibito, te ſubmiſiſti, & ſervus ſervi factus, tuam ſimul ac Majorum tuorum gloriam offuſcaſti. En virum, qui magnitudine animi tenuiſſe Imperium videri vult! Laudarem, ſi te illi non ſubjeciſſes. Age, ſi tibi animus virilis deeſt, neque gladios exertos intueri potes, ſine me Regem eſſe. Experiar profecto, Bohemis, an Teutonibus Regnum debeatur? &c.* Hæc *Dubravius*, l. c. Tali modo fidem frangens *Ottocarus*, denuo ad arma proruit; enimvero,

An. 1278, die B. *Ruffi*, id eſt, 26 Auguſti, convenientibus, in Auſtriæ infra Onaſum campo, à *March* fluvio, *Marchfeld* dicto, prope *Ciſterſdorf*, exercitibus, atrox committitur prælium, ancipiti primum Marte, Bohemis multitudine & robore, Germanis contra ordine & arte ſuperioribus. Tandem vero, conjectis in fugam Bohemis, *Ottocarus* à ſuis derelictus, dum fortiter pugnat, ab equo dejicitur, gladioque transfixus reddit animam. Corpus, conſentiente Imperatore, in Bohemiam translatum, Regio honore ſepultum eſt. Vid. de decretoria hac pugna Auctores ſequentes, quoad circumſtantias licet inter

ſe

Digitized by Google

ſe diſcordes. Annum 1278 omnes comprobant. Diem, 7 Cal. Septemb., id eſt, 26 Aug., B. *Ruffo* ſacrum, habent *Hiſtoria Auſtralis Freheri*, h. a., pag. 329; *Henricus Stero*, an. eod., pag. 392; *Æneas Sylvius*, l. c., an. eod.; *Dubravius*, l. c., an. eod., pag. 142, & 143; *Naucleru*, Vol. 2, Generat. 43, an. eod., p. 967; *Spondanus*, Tom. I *Contin. Annal. Baron.*, an. eod., §. 11, pag. 266; *Heineccius*, lib. 3 *Antiquit. Goslar.*, an. eod., pag. 296; Alii. Locum vocant campum, *Marckfeld*, *Siffridus*, *Presbyter Miſnenſis*, an. eod., apud *Piſtorium*, p. 699; *Andreas*, *Presbyter Ratisbonenſis*, *in Chronico Bavariæ*, apud Dn. *Schilterum*, in fine *Corporis Rerum German.*, p. m. 87; *Æneas Sylvius*, l. c.; *Dubravius*, l. c.; &c. *Mutio*, lib. 21 *Chron.*, p. 195, dicitur *Niderſprung*; Auctori *Paraleipomenon Urſpergenſis*, ann. eod., pag. 258: *Nidersbruck*; & in *Hiſtoria Auſtrali*, loc. cit: *Campus Idunſpengenſis*. *Annales Colmarienſes*, an. eod., p. 14, & 46, & *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chronici Alſatici*, §. 180, an. eod., pag. 118, numerant quatuordecim occiſorum millia. Militares teſſeras, ex parte quidem Imperatoris: *Chriſtus*, *Chriſtus*; & ex parte Bohemorum: *Praga*, *Praga*, refert *Hiſtoria Auſtralis*, l. c. *Ottocarum* cædens nominatur in *Hiſtoria Auſtrali*, pag. 330, *Berchtoldus*, *Dapifer de Emretwerch*; *Nauclero*, l. c., *Bertöldus*, *Dapifer de Emerweck*; In *Chronico Elwangenſi*, apud *Freberum*, an. 1278, pag. 457, ipſe *Rudolphus* Imperator; *Bonfinio*, Decad. 2 *Hiſtoriæ Hungaricæ*, lib. 8, pag. 217, *Ladislaus*, *Rex Hungariæ*, *Rudolpho* ferens auxilia; *Alberto Argentinenſi*, an. 1278, p. 102, quidam Bohemus; *Æneas Sylvius*, l. c., *Dubravius*, l. c., & *Spondanus*, l. c., Eum à duobus fratribus, ex Styria oriundis, quorum ipſe tertium de medio ſuſtulerat, jugulatum arbitrantur. Minimum errat *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 261, Eum plane non interfectum, ſed captivum duntaxat ductum, poſtea in Regnum reſtitutum, cenſens, confundendo ſic Patrem & Filium. De ſepultura inquit *Æneas Sylvius*, l. c., quod regio honore in Bohemia terræ fuerit mandatus; *Mutius*, l. c., Eum apud Franciſcanos *Viennæ* quieſcere putat. In *Hiſtoria Auſtrali*, l. c., pag. 331, cujus verba *Nauclerus*, l. c., repetit, dicitur à *Bertoldo* Dapifero, nudo penitus corpore, *Marchekam* ductus, indeque *Viennam*, ad *Scotos*, indeque poſtridie, *cum toto Clero & Religioſis*, *ſub ſilentio*, *nullo cantu præmiſſo*, *nullis campanis pulſatis*, *ad domum Fratrum Minorum deportatus*, *ibique*, *nuda facie*, *omnibus oſtenſus*; *poſtea*, *ejectis interioribus*, *corpus ſpeciebus conditum*, *lineis mundis*, *& purpura*, *à Regina Romanorum datis*, *involutum*, *& in Capitulo Fratrum Minorum intumulatum*, *nullis pro Eo exequiis celebratis*, *nec campanis pulſatis*, *nec Miſſis dictis*, &c. mox additur: *Fere 30 hebdomadibus in pheretro conſervatur. Deinde venientes ſui Bohemi receperunt Eum*, *& aſſignaverunt Eum Fratribus Minoribus in Zueyma*, (Znoima, Moraviæ) *ibique jacet intumulatus*, *usque in hodiernum diem*, &c. Si *Dubravio*, l. c., credendum, *Znoimæ* aliquandiu ſaltem quievit, poſtea *Pragam* translatus, & in Cœnobio, *Franciſci* in honorem, ab ipſo exſtructo, majori pompa ſepultus. Nudum prælium confirmant *Johannes Vito Duranus*, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, part. 1 *Acceſſ. Hiſtor.*, pag. 31; *Cranzius*, lib. 7 *Vandal.*, c. 31, & lib. 8 *Metropol.*, cap. 39, p. 221; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, ad an. 1278, §. 101, p. 163; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 105, pag. 625; aliique multi. *Munſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 19, pag. 422, perperam hæc anno 1279 inſcribit. Confecto bello, *Moraviam* ingreſſus Imperator eam ſub jugum miſit, cumque *Pragam* tenderet, interveniente *Ottone Longo*, Marchione Brandenburgico, *Ottocari* affine, res amicè compoſita eſt, *Bohemia*, *Moraviaque*, regio octo annorum puero, *Wenceslao Bono*, *Ottocari* filio, reſtitutis, adminiſtratione dicto Marchioni demandata, filiaque Imperatoris, *Jutta*, eidem deſponſata; viceque verſa, *Rudolpho*, Imperatoris filio, *Agnetem*, *Wenceslai* ſororem, in uxorem ducente, *Auſtria*, & annexis Provinciis Cæſari relictis. Vid. *Hiſtoria Auſtralis*, l. c., pag. 330; *Henricus Stero*, l. c., pag. 393; *Albertus Argentin.*, l. c.; *Æneas Sylvius*, l. c., & cap. 28, pag. 136, & 137; *Dubravius*, l. c., p. 143, & lib. 18, pag. 147; *Siffridus Presbyter*, l. c.; *Auctor Paraleipemon Urſpergenſis*, p. 258, & 259.

An. 1280 inveſtit *Carolum*, Siciliæ Regem, de Comitatu *Provinciæ*. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 9, p. 251.

An. 1282 in Comitiis Auguſtanis, creat *Albertum* & *Rudolphum*, filios ſuos, Duces Auſtriæ. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1282, p. 162.

An. eod. laudatum *Rudolphum* conſtituit Ducem Sueviæ. Vid. l. c.

An. 1285 Pſeudo-Fridericum ad rogum damnat. Vid. præced. Vita *Friderici* 2 in fine, p. 616.

An. 1286 Rex, *nullum motum habens ad Italiam*, *forſitan*, *quia vidit*, *cæteris multis male ſucceſſiſſe*, *miſit prædictum Henricum*, *Epiſcopum Baſilienſem*, *cum membranis*, *ſigillo ſuo ſigillatis*, *ad Civitatem Romanam*, *qui ibidem Sedi Apoſtolicæ Romandiolam*, *& quædam alia*, *in damnum grave Imperii*, *dedit*: *ibi habitis quibusdam tractatibus*, *nomine Regio ſigillavit*, &c. Hæc *Albertus Argentinenſis*, pag. 103. De donatione *Romandiolæ* teſtatur etiam *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 260, licet in Lauſannenſi Conventu, an. 1274, vel 1275, jam factam arbitretur, & quidem *Gregorio X*, non *Honorio IV*, verbis: *Gregorius Papa Viennam rediens*, *magnam Conſecrationem Prælatorum fecit*, *inde profectus Lauſannam*, *ubi dictus Rex Rudolfus*, *cum Regina*, *uxore ſua*, *filiisque*, *& filiabus ſuis*, *veniens*, *juramentum ſolitum*

eidem

eidem Papa fecit, & Romaniolam, cum Exarchatu Ravennæ, Eccleſiæ Romanæ reſtituit, &. Quæ Dn. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum Germau.*, §. 6, pag. 730, & 731 repetit. De *Nicolao III* pergit *Chronicon Belgicum*, p. 263: *Iſte Papa, ex prudenti ſollicitudine, novit obtinere potentes* (patentes) *literas Rudolphi, Regis Romanorum, ac omnium Principum Almanniæ, ſuper reſtitutione & confirmatione, factas Eccleſiæ Romanæ, de Romaniola, & de Exarchatu Ravennæ, &c.* confer autem, quæ *Conringius*, lib. 2, de *Finibus Imperii*, cap. 20, §. 9, pag. 260, contra *Bzovium*, T. 19 Annal., ad an. 1530, diſſerit. Minimum, *Henricum*, Comitem Fürſtenbergium, ab Imperatore noſtro, Præfectum & Rectorem *Romaniolæ* fuiſſe conſtitutum, ex diplomate, quod *Lambecius*, in appendice ad lib. 3 *Comment. Bibioth. Cæſareæ*, pag. 327, exhibet, diſcimus. Num alia Imperii Bona in Italia profuderit, lib. 2, Tit. 5, §. 1 videbimus.

An. eod. in ordinem redigit *Eberhardum*, Comitem Wurtenbergicum, homagium præſtare recuſantem. Vid. *Annales Colmarienſes Urſtiſii*, h. a., pag 22; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat 43, an. eod., p. 973; *Mutius*, lib. 21, pag. 197, &c.; *Paraleipomena Urſpergenſis*, an. 1282, p. 259.

An. 1287 *Dominus Rudolphus, Romanorum Rex, Comitis Burgundiæ, rebellantu ſibi, Terram ingreditur cum exercitu, & licet idem Comes multorum, de Picardia, & Francia, & Flandria, juvaretur auxiliis, tamen, cum prædicto Rege, ad bellum congredi non audebat, ſed, per Ducem Burgundiæ, ad gratiam & concordiam rediit cum eodem, &c.* Hæc *Annales Steronis*, h. a., apud *Freherum*, p. 395.

An. eod. pacem Publicam promulgat. vid. Præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1287, p. 163.

An. 1288 tradit genero, *Alberto*, Duci Saxonum, *Palatinatum Saxoniæ*, Vid. Dn. *ImHoff*, *Tab. Geneal. Principum Imperii*, Tab. XVIII. Conf. *Albinus*, *Chron. Miſn.*, Tit. XV, pag. 389, & XVI, p. m. 433; add. præced. v. 3, in vita *Agnetis*, ejus filiæ, p. 628; Dn. *Zweyburg*, *Theatr. Præced.*, part. 2, T. 2, pag. 11; Dn. *Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Vitricis Eccleſiæ*, *t.* 9, p. m. 19, & *t.* 10, p. 24, in margine.

An. 1289 *Dominus Rudolphus, Romanorum Rex, iterato contra Comitem Burgundiæ triumphavit.* Id. *Stero*, h. a., pag. 396. Conf. *Albertus Argentin.*, an. eod., p. 104.

Quanta ſolicitudine Helvetiorum libertatem confirmaverit, & auxerit, docent *Joſias Simlerus*, *de Republica Helvetiorum*, lib. 1, pag. 41, *Edit Elzevir.*, de an. 1627; & *Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 66, p. 508.

v. (5.) Rebus bene geſtis, ſpretaque *Romana Corona*, in cauſas inquirentibus reſpondendo: *Multos Alemannorum Reges Italia conſumpſit. Non ibo Romam. Rex ſum, Imperator ſum. Nec minus pro utilitate Reipublicæ me facturum confido, quam ſi Romæ fuiſſem coronatus, &c.*; Vid. *Goldaſtus*, T. 1 *Conſtit. Imp.*, ad an. 1274, p. 311; & ſeq. Tit. VIII, §. 2, lit. z, ſolvit tandem, anno 1291, naturæ debitum. *Deficiente tandem Rege præ ſenio, &, dicentibus ſibi Medicis, quod ultra certos dies durare nequiret, Ipſe dixit: Eamus Spiram, ad alios Reges, inibi in Majori Eccleſia ſepultos. Et manens in Oppido Germersheim, juxta Spiram, ibique moriens, Spiram ductus, & in ſepulchro Regali honorifice eſt ſepultus, Anno Regni Ejus decimo octavo, cujus Epitaphium, in ſilice ſuperpoſito ſculptum, tale eſt:*

Anno Domini M. CC. XCI. pridie Calend. Octobris
Obiit Rudolfus de Habſpurg, Romanorum Rex.

Sunt verba *Alberti Argentin.*, h. a., pag. 109: Eundem diem ponunt *Onuphrius*, *in Chronico Eccleſiaſtico*, h. a.; *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.*, cap 271, pag. 317; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, h. a., §. 18, pag. 304; & Dn. *Wagenſeilius*, *de Republ. Noribergenſ.*, cap. 26, pag 247; *Henricus Stero* verò, Annal., h. a., pag. 397; *Compilatio Chronologica Piſtorii*, an. eod., pag. 746; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 44, an. eod., pag. 976; *Trithemius*, *Chron. Hirſaug.*, an. eod.; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, an. eod., §. 131, pag. 172; *Lehmannus*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 104, pag. 624, ubi ſequens Ejus Epitaphium: *Rudolphus de Habiburg, Romanorum Rex, Anno Regni ſui XVIII, Anno Domini M. CC. LXXXXI, menſe Julio, in die Diviſionis Apoſtolorum, &c.*; *Henricus Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, p. m. 361, aliique multi habent 15 Julii. De nudo anno teſtantur *Jacobus de Kœnigshoven*, *Chron. Alſat.*, cap. 2, §. 182, p. 119, perperam licet Eum, aſſecla *Mutio*, lib. 21 Chron., pag. 200, *Spiræ* defunctum tradat; *Siffridus*, *Presbyter Miſnenſis*, lib. 2 *Epitom.*, an. eod., pag. 700; *Annales Colmarienſes*, h. a., pag. 26; Excerpta ex *Necrologio Veteri Hildesheimenſis Eccleſiæ*, apud. Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus rerum Brunſuic.*, pag. 765, an. eod.; *Chronica Auſtralis*, apud *Freherum*, p. 337, an. eod.; *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 333; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, p. m. 423; *Johannes Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, apud *Sylburgium*, T. 2 *Rer. Roman.*, pag. 600; Aliique multi. *Sepulturæ* locum comprobant etiam *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 261; & *Paraleipomena Urſpergenſis*, an. 1292, pag. 259; *Spangenbergius*, c. 270 *Chron. Saxon.*, pag. 458, malè id ad annum 1290 refert, vapulans à Dn. *Heineccio*, lib. 3 *Antiquit. Goslarienſ.*, ad an. 1291, pag. 310. Inſcriptio *Kœnigsfeldiana*, apud *Sigismundum von Bircken*, *im Oeſterreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 3, cap. 11, p. 374: *Anno Domini* 1291, 18 *Idus Auguſti obiit D. D. Rudolphus, Rex Romanorum, Pater Domini Alberti, Romanorum Regis*, omnino mendoſa eſt.

(30) ADOLPHUS NASSOVIUS.

v. (1.) Patrem habuiſſe dicunt *Adolphum*, Com. Naſſovienſem, Præfectum Prætorio *Rudolppi* Imperatoris; & Matrem *Annalem*, fil. *Friderici I*, Burggravii Norimbergenſis. Vid. *Henningeſius*, part. 2 *ſecundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 376; *Matthia Theatr. Hiſtor.*, in ejus vita, pag. 971; *Chytræus* verò, lib. 7 *Saxon.*, ad an. 1515, pag. 186, aliique vocant ejus Parentem *Walramum in Weilburg*. Mater pariter in *Hiſtoria Auſtrali*, apud *Freherum*, pag. 338, ad an. 1292, nominatur *ſoror Eberhardi, Comitis de Catzenellebogen*; cujus nomen *Adelheida* exprimit Dn. *Hübnerus*, Tab. Geneal. 255.

v. (2.) Uxor Ei fuit *Imagina*, fil. *Gerlachi*, Dynaſtæ *de Limpurg*. Vid. *Henricus Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, pag. 364, & 365; *Henningeſius*, l. c.; *Spangenberg, Chron. Mansfeld.*, cap. 274, p. m. 323; *Matthia*, l. c.; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, p. m. 424; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, cap. 132, ad an. 1292, p. 172.

v. (3.) Liberos genuiſſe fertur

(1) *Adolphum*, qui, ſponſus filiæ Regis Bohemiæ, obiit. Vid. *Henningeſius*, l. c.; *Pantaleon*, l. c., pag. 365; *Munſterus*, l. c.; *Matthia*, l. c.;

(2) *Rupertum*, cui *Juditta*, fil. *Wenceslai*, Reg. Bohem., nupſit. Vid. *Henningeſ.*, l. c. *Pantaleon* l. c. putat, Eum filiam *Henrici*, Burggravii Norimbergenſis, uxorem duxiſſe; idem docet, *Matthia*, l. c., tribuens autem ei *Henrici* nomen;

(3) N. ab *Alberto* Imperatore captum, maritum filiæ Comitis Palatini Rheni. *Pantaleon*, l. c.; *Matthia* l. c.;

(4) *Mechtildim*, *Rudolpho*, C. P. R., nuptam. *Henricus Stero*, Annal., ad an. 1295, pag. 399; *Matthia*, l. c.; *Münſterus*, l. c.; *Henningeſius*, l. c., & part. 1, p. 208; Dn. *Tolnerus*, *Hiſtor. Palatina*, Tab. Geneal. E.

Dominus *Hübnerus* addit, l. c.,

(5) *Henricum*, in juventute extinctum;

(6) *Gerlacum*, an. 1361 mortuum, qui ex *Agnete*, *Conradi*, Haſſiæ Landgravii, filia, *Adolphum*, in *Idſtein & Weisbaden*, & *Johannem*, in *Weilburg* & *Saarbruck*, ſuſcepit;

(7) *Walramum*, maritum *Mechtildis*;

(8) *Adolphum*, puerum ad plures abeuntem;

(9) *Adelheidam* Veſtalem;

(1) *Imaginam*, defunctam virginem.

v. (4) *Fuit homo magnanimus, & magni conſilii, juvenis quidem ætate, ſed ſenex moribus.* Ita *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 271; apud *Munſterum*, l. c., p. 423, audit *ein gerechter, Sieghaffter und frommer Mann*; *Lehmanno*, lib. 5 *Chron. Spir.*, cap. 118, pag. 647, vocatur *Ein groſsmüthiger Herr, der Lateiniſchen und Frantzöſiſchen Sprach wohl erfahren, ſtreng und ernſthafft, &c.*; *Benevenuto de Rambaldis*, libr. Auguſtal., apud *Freherum*, Tom. 2, pag. 13, *Vir Magnanimus, &c.*; In *Annalibus Henrici Steronis*, ad an. 1291, pag. 397, *Miles multum ſtrenuus, &c.*; & in *Annalibus Colmarienſibus Urſtiſii*, T. 2, pag. 26, ad an. 1292: *ſtatura mediocris Vir, agilis, amabilis, ſciens Gallicum, Latinum, & Germanicum, &c.* *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, ad an. 1292, §. 1, pag. 306, Eum celebrat *Virum inſignem, ac ſtrenuum, ſed virtute magis, quam auctoritate & opibus potentem*.

An. 1292, ſub auſpiciis *Gerhardi* Moguntini, Imperator *Francofurdiæ* eligitur, *Alberto* Auſtriaco ſpe excidente, & *Wenceslao*, Bohemiæ Rege, honorem à nonnullis ſibi oblatum recuſante, ut *Cranzius*, lib. 7 *Vandaliæ*, cap. 31; *Dubravius*, lib. 18 *Hiſtor. Bohem.* p. m. 149; *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 271, p. 318; *Spondanus*, l. c., aliique teſtantur. Electionis teſtes nominavi præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., p. 165.

An. eod. Aquisgrani, una cum Conjuge, à *Sigfrido*, Colonienſi ArchiEpiſcopo, coronatur. Vid. *Annal. Colmarienſes*, h. a., pag. 26; *Pantaleon*, l. c., pag. 364; *Browerus*, l. c.; *Münſterus*, l. c., p. 423.

An. 1293 *Dominum Johannem de Gabilone conſtituit Vicarium ſuum, & miſit in Tuſciam, quem Bonifacius Papa favorabiliter recepit, &c.* Hæc *Annales Henrici Steronis*, h. a.; pag. 398. Conf. *Pantaleon*, l. c.

An. eod. cœpit Bellum Thuringicum inter *Albertum degenerem*, Marchionem *Thuringiæ*, ejusque filios, *Fridericum Admorſum*, & *Dicemannum*, è *Margaretha*, *Friderici* 2 Imp. filia, natos, quibus Patruus, *Henricus*, *Alberti* germanus, maſcula prole orbatus, Marchionatu *Miſniæ*, nec non *Luſatiæ & Pliſnenſi*, agro, ceſſerat; Patre enim prætendente, injuſtè ſe à fratre præteriri, filiis contrà, juſto titulo, ſe ſcriptos hæredes aſſerentibus, bellum ortum eſt; *quia vero Albertus, contra filios, prævalere nequiverat, illos exhæredare cupiens, Terras eorum, quas enſe acquirere non potuit, Marchiam videlicet Miſnæ & Luſatiæ, Terramque Pliſnenſem, Adolpho Imperatori vendidit, & Lantgraviatum Doringiæ filio ſuo, Luvico, quem ex concubina* (Cunigunda de Eiſenberg) *ſuſceperat, relinquere ſtatuit. Adolfus itaque Rex, circa id tempus, valido exercitu Suevorum & Rhenenſium collecto, ad poſſidendas dictas, quas ab Alberto* (pro duodecim millibus marcarum puri argenti) *emit, Provincias, Philippum, Patruum ſuum, Ducemque ſui exercitus, miſit, &c.* ſunt verba *Pauli Langii*, in *Chronico Citizenſi*, ad an. 1294, pag. 817, & 818, ſequentibus facinora, à dicto exercitu commiſſa, latè depingentis. Conf. *Henricus Stero* l. c: *Adolphus, Romanorum Rex, Terras Turingiæ, & Miſnenſes, rebellantes ſibi, intravit, & duobus annis manens ibidem, expugnavit eaſdem, & Nepotes olim Friderici Imperatoris, perſequutores Eccleſiæ,*

qui

qui easdem Terras occupaverant, ejecit penitus ab eisdem - - - - - Ipſe Marchio Miſnenſis, cui adhuc Civitas & Caſtrum Michſen, cum paucis Caſtellis, remanſerat, ſe Domini Regis gratiæ ſubdidit - - - - - & ſic pax eisdem Terræ redit, &c. Plura de hoc bello annotarunt *Siffridus, Presbyter Miſnenſis*, part. 2 Epitomes, ad annos 1294, & 1296, pag. 700, & 701; Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 78, ad an. 1293, pag. 932, & 933; *Hiſtoria Auſtralis Freheri*, ad an. 1295, pag. 339; *Chronicon Elwangenſe Freheri*, ad an. 1294, pag. 457; *Annales Colmarienſes Urſtiſii*, an. 1294, & 1295, pag. 28, & 29; *Albertus Argentinenſis*, pag. 109; *Continuator Lamberti Schafnaburg.*, ad an. 1294, & 1295, p. m. 261, & 262; *Fabricius, Orig. Saxon.*, lib. VI, ad an. 1294, pag. 597, &c.; *Annales Iſenacenſes Dn. Paullini*, §. 71, ad an. 1294, pag. 63, & 64; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, cap. 134, ad an. 1293, pag. 173; *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 272, ad an. 1293, pag. 318, &c.; *Henricus Pantaleon*, l. c., p. 364, &c.; *Münſterus*, l. c.; *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1294, §. 15, p. 312; Dn. *Peifferus*, lib. 4 *Rerum Lipſienſium*, §. 14, & 15, p. 436, &c.

An. 1294 *Orta eſt diſcordia inter* Regem Franciæ, (Philippum Pulchrum) *ex una parte, &* Edwardum, *Regem Angliæ, ex altera: & Adolphus, Romanorum Rex, plus favens Regi Angliæ, repetivit, à Rege Franciæ,* Regnum Arelatenſe, *& quasdam alias Terras, & Provincias, quas dicebat eſſe Imperii; inſuper & ſpineam coronam Domini, quas niſi redderet, eas quod in manu forti vellet requirere, demandavit; & ob hoc multi Comites, & Nobiles, ſicut Comes Flandriæ,* (Guido) *& de Bar, & alii ſe eidem Regi Franciæ oppoſuerunt, qui Ei antea conſueverant adhærere, &c.* Hæc *Henricus Stero*, ad h. a., pag. 399. Exitiale hoc bellum *Adolpho* fuit, præbuitque anſam Moguntino Præſuli, & *Alberto* Auſtriaco, concitandæ rebellionis, in ſpeciem proferentibus, Eum eſſe Angli ſtipendiatum, centumque millia argenti marcarum, in conſcribendum militem partim erogandarum, partimque inter Imperii Proceres diſtribuendarum, privatis uſibus mancipaſſe; quæ res etiam depoſitionis Ejus cautis annexa eſt, vel *Mutio* teſte, lib. 22 *Chron.*, p. 202. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1296, & 1298, pag. 165, &c. Add. *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1294, §. 13, & 14, pag. 312, & an. 1296, §. 2, pag. 318, & an. 1297, §. 11, p. 324.

An. 1296 Adolphus Rex bello Miſnam ingreſſus, inter alia Oppida, Friberg, per annum & quatuor menſes obſeſſam, proditione tandem cepit, &c. Ita *Paulus Langus*, in *Chron. Citizenſi*, ad h. a., apud *Piſtorium*, pag. 819.

An. eod. inſidiæ ei ſtruuntur, Vid. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, an. 1296, p. 165.

An. 1298, in Vigilia Nativitatis *Johannis Baptiſtæ*, *Gebhardus* Moguntinus, *Albertus* Saxo, & *Otto* Brandenburgicus, Electores, in favorem *Alberti* Auſtriaci, Moguntiæ, peſſimo exemplo, futiles ob rationes nulliusque pretii, Imperatorem noſtrum exauctorarunt. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1298, pag. 166. Hinc ad arma itum. Partes *Adolphi* tuebantur *Rudolphus*, C. P. R., & *Otto*, Dux Bavariæ, cum Imperii Civitatibus, in fide manentibus; *Alberto* contra favebant, præter dictos tres Electores exauctorantes, *Conradus* Argentoratenſis, aliique Præſules, cum Comitibus Leiningenſibus & Bipontinis. Rebus utrinque diſpoſitis, atrox committitur prælium, juxta *Wormatiam*, inter pagum *Gellheim*, & Monaſterium *Roſenthal*, 2 Julii, in quo Imperator noſter, ab *Alberto* æmulo proſtratus, occubuit. Latè deſcribitur hoc prælium, part. 2 *Chronici Colmarienſis*, ad an. 1298, p. 59, & 60; ut & à reliquis, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 167, & 168, in teſtimonium adductis. Notatu dignum eſt, omnes *Adolphi* hoſtes miſera habuiſſe fata. Moguntinus, rebellionis Auctor, ſupina morte periit. *Albertus* æmulus, à proprio nepote ex fratre, occiſus eſt. *Conradum* Argentinenſem quidam ruſticus, apud *Friburgum*, interemit. Comes Bipontinus in ripa *Gliſe* undis ſuffocatur. *Fridericus* Leiningenſis phreneticus deceſſit. *Albertum* Hohenloicum *Otto*, D. Bavariæ, trucidavit. Comes *Ochſenſteinius*, *Otto*, in ipſo prælio, ad plures abiit, &c. Vid. *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, p. 365.

v. (5.) Tandem igitur in prælio Wormatienſi præfato, an. 1298, 2 Julii, die *Proceſſi & Martiniani*, Imperator noſter, ab *Alberto* Auſtriaco, æmulo, vulneratus, occubuit. Teſtes, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., pag. 167 & 168, nominavi. *Lehmannus*, lib. 5 *Chronici Spirenſis*, c. 118, p. 649, meminit ſtatuæ, in loco, ubi Imperator periit, erectæ, cui inciſum:

Adolphus à Naſſaw, Romanorum
Rex, interficitur ad Gellnheim,

vel, ut *Freherus*, part. 2 *Orig. Palat.*, cap. 13, pag. 62, legit:

Adolfus à Naſſau, Rom. Rex. Interficitur apud Gellnheim.

Lehmannus, l. c., lib. 7. c. 11, p. 738, & 739, exhibet copiam Tabulæ, à *Matthia* Epiſcopo, in Choro Summi Templi Spiræ, ſuſpenſæ, ſequentis tenoris:

Adolphus, de Genere Comitum de Naſſauwe, Romanorum Rex, tempore Friderici de Bolandia, Epiſcopi Spirenſis, in hoc choro Regum ſepultus, obiit anno Domini Milleſimo, ducenteſimo, nonageſimo octavo, ſexto Nonas Julii. Et occiſus per Albertum, Ducem Auſtriæ, ſucceſſorem in Regno.

Errant ergò *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 275, pag. 324; *Henricus Pantaleon*, l. c.; & qui eos ſequuntur, prælium hoc, obitumque Auguſti anno 1299 inſcribentes.

(31) ALBERTUS I.

v. (1.) Filium Eum fuiſſe natu maximum *Rudolphi* Imperatoris, & *Annæ* Hochbergicæ, nulla eget probatione; vid. præced. vita *Rudolphi*, v. 3, pag. 626.

v. (2.) Uxorem habuit *Eliſabetham*, fil. *Meinhardi III*, Ducis Carinthiæ, & Tyrolenſis Comitis; Vid. Ejus *Promiſſio, de Confœderatione cum Philippo, Rege Galliæ*, apud *Quatuor Valles*, vulgo *Quatrevaux*, de an. 1299, §. 3, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Codicis Juris Gentium Diplomatici*, §. XXV, pag. 42, ubi: *Singula per Romanorum Reginam, Illuſtrem Elizabeth, Conſortem Noſtram, approbari ---- faciemus, &c.* Conf. *Chronicon Conſtantienſe Piſtorii*, pag. 674, quod, Comitiorum Norimbergenſium, de ann. 1299, memor, ait: *Illis etiam Eliſabeth, Meinradi, Ducis Carinthiæ, & Comitis Tyrolis filia, Uxor Regis, in Reginam ungitur, & creatur &c.* Sic & *Albertus Argentinenſis Urſtiſii*, T. 2, pag. 101, cujus verba, in vita *Rudolphi I*, v. 4, ad an. 1273, quo nuptiæ celebratæ, habentur; & rurſus, pag. 105: *Ex Alberto, qui habebat Eliſabeth, filiam Comitis Tirolis, antequam Pater promoveretur in Regem, quem Comitem ipſe Rex poſtmodum Ducem Carinthiæ creavit, creati ſunt*, &c. Obiit hæc Princeps an. 1313, 5 Cal. Novemb., teſte Inſcriptione *Konigiſeldenſi*, apud *Sigismundum von Bircken*, im *Oeſterreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 3, cap. 11, pag. 374: *Anno Domini 1313, 5 Cal. Novemb. obiit Sereniſſima Domina Eliſabetha, Reginæ Romanorum, fundatrix iſtorum duorum Monaſteriorum, conthoralis quondam Domini Alberti, Regis Romanorum.* Falſò itaque *Siffridus, Presbyter Miſnenſis*, lib. 2 Epitomes, p. m. 700, eam *Mathildim* vocat, inquiens: *Dux Albertus, filius Regis Rodolphi, jam duxerat in uxorem Mathildim, ſororem Ducis Carinthiæ & Comitis Tyrolenſis, quæ genuit Ei multos filios, & filias, &c.* Conf. de ea *Henningeſius*, part. 1 *ſecundi & tertii Regni* in *Quarta Monarchia*, pag. 270; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 369; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, pag. 426; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spirenſ.*, cap. 1, pag. 709.

v. (3.) Liberi Ejus erant

(1) *Rudolphus primogenitus, qui factus eſt Rex Bohemiæ, & filiam Regis Franciæ ducens, ſine liberis eſt defunctus*, &c. Ita *Albertus Argentinenſis*, p. m. 105; Annum nuptiarum, 1299, deſignat *Hiſtoria Auſtralis Freheri*, p. 326, ad h. a: *Albertus, Rex Romanorum, & Philippus, Rex Franciæ, convenerunt; ubi Rex Franciæ ſororem ſuam, Dominam Blancam, filio Regis Romani adjunxit, &c.* & clarius adhuc, eodem anno, p. 341, & 342: *Albertus, Rex Romanorum, & Rex Franciæ, Philippus, cum magna pompa militum, apud Gadior, amicabiliter convenerunt, ubi prædictus Rex Franciæ ſororem ſuam, Dominam Blancam, filio Regis Romanorum, Rudolpho, copulavit in uxorem, in die Conceptionis B. Mariæ Virginis. Hæc facta ſunt ſupradicto in confinio Regnorum Regis Romanorum, & Regis Franciæ, in prato infra Tol & Gadior, quæ deſponſatio Archi-Epiſcopis Alemaniæ, Moguntinenſi & Colonienſi, qui cum Rege Romanorum illuc venerant, minus placuit, & hujus deſponſationis copulæ intereſſe noluerunt, ſed deinceps, metu ſuæ poſſibilitatis, Romanorum Regem, Albertum, exoſum habuerunt &c.* Adeſt aliud teſtimonium omni exceptione majus; Promiſſio ſcilicet ipſius *Alberti* Imp., qua, intuitu hujus matrimonii, laudato *Rudolpho* Ducatus Auſtriæ & Stiriæ, & Ejus ſponſæ, *Blancæ*, Comitatum Alſatiæ, Terramque Friburgenſem, an. 1299, dotalitii titulo, dat, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Cod. Diplom. Juris Gentium*, §. XXII, pag. 39, &c.; cujus verba præced. Tit. 2, §. 10 lit. d, ad an. 1299, pag. 169, habentur; conf. Ejusdem Confœderatio, cum dicto Rege Galliæ, *Philippo*, facta apud *Quatuor Valles*, ſeu *Quatrevaux*, 8 Dec. 1299, ibid., §. XXV, p. 42: *Cum in prolocutione, ſeu tractatu matrimonii, inter Illuſtrem Rudolphum, Ducem Auſtriæ, Primogenitum noſtrum cariſſimum, & Dominam Blancham, ſororem Magnifici Philippi, Regis Francorum, amici noſtri cariſſimi, contrahendi, inter Nos, & eundem Regem Franciæ, per ſolennes Procuratores & Nuntios utriusque actum fuerit, & conventum, &c.* *Henricus Stero*, ad an. 1299, pag. 403, malè id anno 1301 inſcribit: *Cui*, (Rudolpho) *anno 1301, filiam Philippi, Regis Franciæ, natam ex filia Ducis Brabantiæ, uxorem copulavit, &c.* *Siffridus, Presbyter*, l. c., ait: *Primogenitus Ejus, Rudolphus, duxit filiam Regis Franciæ, quæ, in primo puerperio defuncta, ſepulta eſt in Vienna Auſtriæ, &c.* Contigiſſe hoc an. 1305, Auctor eſt *Henningeſius*, loc. cit: *Blanca, filia Philippi III, Regis Galliæ, ſepulta Viennæ, Anno Chriſti 1305, in Minorum cœnobio, &c.* Secundis nuptiis ſociavit ſibi *Eliſabetham, Primislai*, Poloniæ Regis, filiam, viduamque *Wenceslai*, Regis Bohemorum, cujus *Albertus Argentinenſis*, l. c., pag. 111, hiſce meminit: *Habuit* (Albertus Imp.) *ſex filios, Rudolphum primogenitum, qui cum Relicta, ſecunda ſcilicet Uxore Wenceslai, Regis Bohemiæ, (Filio ejusdem Regis mortuo) contrahens, & Rex Bohemiæ effectus, ſine liberis eſt defunctus, &c.*; nec non *Æneas Sylvius*, cap. 30 *Hiſtor. Bohem.*, pag. 138: *Rodolphumque, filium ſuum, Regem conſtituit*, (Albertus Cæſar) *Elizabeth, Senioris Wenceslai Relicta, in matrimonium Ei tradita, quo Regnum Ejus ſolidius eſſet, &c.*; *Dubravius*, lib. 19 *Hiſt. Bohem.*, pag. 156: *Ad conciliandos Bojemorum animos, muliebri quoque gratia uſus eſt*, (Rudolphus) *ducta in Uxorem Elizabeth, quam Venceslaus Senior viduam*

Digitized by Google

am reliquerat, apud omnes Ordines, propter modeſtiam vita, multum gratioſam,&c. Bucelinus, part. 3 *Notitiæ Genealogicæ Germaniæ*, p. m. 27, perperam ei *Agnetis* nomen imponit; *Matthiæ*, in Vita *Alberti I*, p. 974, majori adhuc errore, dicta *Calliſia*. Obiit tandem Princeps noſter ἄπαις, ann. 1307, 4 Julii, die, *S. Ulrico* ſacro. Vid. *Henningeſius*, l. c.; *Bucelinus*, l. c.; *Matthiæ*, l. c. In primis huc facit Inſcriptio Cœnobii *Kœnigsfeld.*, apud *Sigismundum von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 3, cap. 11, p. 374, ubi: *Anno Domini* 1307, 4 *Nonas Julii obiit Dominus Rudolphus, Rex Bohemiæ, filius Domini Alberti, Regis Romanorum.*

(2) *Fridericus, in Romanorum Regem, in diſcordia, electus & coronatus, qui, ex filia Regis Arragonum, ſola relicta Filia, qua poſtea Comiti Carinthiæ* (fortè Goritiæ) *data eſt, ſine liberis eſt defunctus.* Ita *Albertus Argentinenſis*, pag. 105; & rurſus, p. 111: *Item habuit Fridericum, elegantem, formoſum, & fortem, &c.* Conf. *Nauclerus*, Generat. 44, pag. 980. De nuptiis Ejus legitur in *Chronico Auſtrali Freheri*, p. 326, ad an. 1315: *Fridericus, Dux Auſtriæ, filius Alberti Regis, duxit uxorem quandam filiam Regis Arragoniæ, &c.* Et apud *Nicolaum Burgundum*, in *Hiſtoria Bavarica*, l. 1, p. m. 5: *Eliſabetham, Arragoniæ Regis filiam, ſibi deſponderat, &c.* Conf. *Albertus Argentinenſ.*, ad an. 1315, p. 119; *Iſabellam* eam vocant, *Jacobi*, Arragonum Regis, gnatam, *Henningeſius*, l. c., & *Bucelinus*, l. c. Quomodo in ſchiſmate, poſt obitum *Henrici VII*, Cæſar fuerit electus, quæque habuerit fata, in vita *Ludovici Bavari*, Imp., exponam. Notandum, quando in *Annalibus Henrici Sseronis*, ad an. 1313, pag. 408, *Alberti* Imp. *primogenitus*, vel in *Annalibus Henrici Rebdorfienſ.*, ad an. 1314, pag. 421, Ejusdem *filius ſenior* vocatur, accipiendum hoc eſſe de filiis Imperatoris, tunc adhuc viventibus; *Rudolphum* enim, de quo modo dictum, ætate Eo fuiſſe majorem, publicis documentis probatum eſt. Dant inſuper Ei alteram conjugem, *Cunigundam*, filiam *Ludovici Bavari*, Imp. Vid. *Bucelinus*, l. c., *Henningeſius*, l. c. Ex priori ſuſcepiſſe fertur (1) *Eliſabetham*, defunctam ſponſam *Johannis*, Regis Bohemiæ, (2) *Annam*, deſponſatam *Ludovico Romano, Ludovici Bavari* Imp. filio, nuptam vero *Johanni Henrico*, Comiti Goritiæ; Ex poſteriori (1) *Fridericum*, (2) *Leopoldum*, infantes extinctos, & in *Kuningsfeldo* ſepultos, (3) *Eliſabetham, Günsheri* Com. Schwartzburgici, electi Romanorum Regis, conjugem. Vid. *Henningeſius*, l. c., & *Bucelinus*, l. c. *Albertus Argentinenſis* autem, l. c., de unica ejus filia, ex Arragonia nata, loquitur. De obitu ſcribit *Nicolaus Burgundus*, l. c., ſub finem libri 2, pag. 126: *Principio anni* 1330 *Fredericus Auſtriacus fatis conceſſit. Conſtans fama eſt, veneno ſublatum eſſe. Nobilis quidam, cujus nomen non editur, benevolentia Ejus exciderat: ad quam recuperandam philtrum in remedium adhibuit: eoque temere & intemperanter diluto, mortem illi propinavit. Tanta vis veneni fuit, ut pediculari morbo fœdaverit corpus, vel, nam utrumque traditur, dyſenteria diſſolverit, &c. Hainricus Rebdorfienſis*, Annal., pag. 423, Eum veneno necatum arbitratur an. 1329; *Henricus Stero* contrà, pag. 410, anno 1331, & *Sigismundus à Bircken, im Oeſterreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 3, cap. 4, pag. 302, an. 1330, 13 Januar.

(3) *Dux Leopoldus ſtrenuiſſimus, qui, relictis duabus filiabus, ex filia Comitis Sabaudiæ, quarum una poſtea data eſt Duci de Sneinitz, Sileſiæ, alia Domino de Cuſin, Franciæ, ſine aliis liberis defunctus, &c.* Hæc *Albertus Argentin.*, pag. 105, eundem, pag. 111, vocans *Leopoldum bellicoſum & prudentem.* Apud *Henningeſium*, l. c., pag. 271, hæc de Eo occurrunt: *Leopoldus, Equitum gloria, vel Glorioſus, Landgravius Alſasiæ & Brisgojæ, qui Sueviam etiam tenuit. Terram Sanctam adoleſcens ingreſſus eſt. Friderico fratri, contra Ludowicum Bavarum, auxilio fuit, Eumque cuſtodia liberavit. Tandem, cum incidiſſet in febrim ardentem, Argentorati, mota mente, obiit, anno Chriſti* 1346, (rectius 1326) *ſepultus Künningesfeldæ. Conjunx prima, Catharina, filia Henrici VII, Imperatoris; ſecunda, Catharina, filia Amedæi IV, Comitis Sabaudiæ, &c.* Liberi Ei ibidem dantur duæ filiæ, ſcilicet *Catharina, Uxor* (1) *Galli cujusdam Baronis de Küſyn*, (2) *Henrici V, Ferrei, Saganenſis Principis; & Agnes, nupta Boleslao, Duci Snidnicenſi, & Laurenſi, mortuo A. C.* 1368, *&c.* Conf. *Albertus Argentin.*, an. 1315, p. 119; ejusdem meminit *Nicolaus Burgundus*, l. c., pag. 36, & lib. 2, p. 93, ad an. 1326, quo Eum mortuum teſtatur; *Bucelinus*, l. c.; *Matthiæ*, l. c., in Vita *Alberti*, Imp., pag. 974, Eum itidem an. 1326 defunctum tradens, pariter ac *Sigismundus von Bircken*, l. c., p. 300, qui diem 28 Febr. addit; & lib. 3, cap. 11, pag. 374.

(4) *Otto Dux, ex filia Ducis Bavariæ Inferioris duos relinquens filios, Fridericum & Leopoldum, qui mortui ſunt ſine liberis, &c.* Ita *Albertus Argentin.*, pag. 105, &c., qui, pag. 111, Eum poſt *Albertum* & *Henricum* collocat, aſſeclis *Nicolao Burgundo*, l. c., & *Nauclero*, l. c. *Henningeſius*, l. c., de eo hæc habet: *Otto audax, venuſtus, gratioſus, & jucundus, Dux Styriæ, Tulnenſem tractum in diviſione accepit; Constructor Novimontis, Monaſterii Bernhardinorum, in quo cum conjugibus & liberis ſepultus eſt. Obiit A. C.* 1345. *Ux.* (1) *Eliſabeth, fil. Stephani, Ducis Bavariæ*, (2) *Anna, fil. Johannis, R. Bohemiæ, mortua A. C.* 1340, *&c.* De liberis prioris matrimonii annectit: (1) *Eliſabeth, deſponſata Regi Angliæ, Eduardo, A. C.* 1326, *ante diem nuptiis dictum mortuo;* (2) *Fridericus, natus A. C.* 1228, *obiit anno Chriſti* 1344; & de prole poſterioris matrimonii:

Digitized by Google

monii: *Leopoldus, inſans, extinctus eſt, &c.* Conf. *Nicolaus Burgundus*, p. 38; *Bucelinus*, l. c.; *Matthia*, l. c., perperam eum an. 1344 extinctum docens; teſte Inſcriptione *Konigsfeldenſi*, apud *Sigismundum von Bircken*, l. c., lib. 3, cap. 11, pag. 374, an. 1339 mortuum; ibi: *Anno Domini* 1339, 13 *Cal. Martii obiit Dn. Otho, Dux Auſtriæ, filius Dn. Alberti, Regis Romanorum.*

(5) *Henricus*; vid. *Albertus Argentin.*, p. 111; *Nicolaus Burgundus*, l. c., pag. 36, &c.; *Nauclerus*, l. c.; *Henningeſius*, l. c., de eo ait: *Henricus Comis, vel placidus, feſtivus & facetus, Coadjutor Moguntinus, captus cum fratre Friderico, à Ludowico Bavaro, Imp., anno Chriſti* 1322, *& Johanni, Regi Bohemiæ, traditus, obiit ἄπαις Bulkæ, in Auſtria*, A. C. 1327, 3 *Non. Febr.*, *ſepultus Kuningsfeldæ. Uxor* (1) *Eliſabeth, fil. Ruperti, C. P., mortua ἄπαις*; (2) *Iſabella, fil. Johannis, Com. Friburgenſis, ſine prole defuncta, &c.* add. *Bucelinus*, l. c. Loco Comitis de *Friburg* legendum eſſe *Virnenburg*, patet ex *Nicolai Burgundi* lib. 1 *Hiſt. Bavar.*, pag. 5, & *Alberto Argent.*, ad an. 1313, pag. 118, quorum verba in vita Ludovici Bavari occurrunt. *Matthia*, l. c., Eum anno 1344 ad plures abiiſſe, aſſerit, ſed malè, utpote defunctum an. 1327, 3 Febr., teſte *Sigismundo von Bircken*, l. c., pag. 302; capite 11 tamen, pag. 374, legitur 3 Nonas Januarii; Ibi: *Anno Domini* 1327, 3 *Nonas Januarii, obiit Dn. Heinricus, Dux Auſtriæ, filius Dn. Alberti, Regis Romanorum.*

(6) *Albertus*; Vid. *Albertus Argentin.*, p. 111, qui, pag. 105, nomine ſuppreſſo, ejus memor, inquit: *Dux Auſtriæ, qui ex* (Johanna) *filia* (Udalrici) *Comitis Ferretarum habet filios & filias: quorum Rudolphus, primogenitus, habet filiam Caroli Imperatoris, & Bohemiæ Regis, &c.* Plura de eo, poſteriſque Ejus recitant idem, ad an. 1319, pag. 121; *Henningeſius*, l. c., pag. 272; *Bucelinus*, l. c.; *Matthia*, l. c. Obiit anno 1358, 13 Cal. Aug., teſte Inſcriptione *Kœnigsfeldenſi*, apud *Sigismundum von Bircken*, l. c., lib. 3, c. 11, pag. 374, ubi: *An. Domini* 1358, 13 *Cal. Auguſti obiit Illuſtriſſ. Dominus Albertus, Dux Auſtriæ, Styriæ, & Carinthiæ.*

(7) *Agnes, ducens Andream, Regem Ungariæ, ſine liberis eſt defuncta.* Ita *Albertus Argentin.*, pag. 105; conf. idem, pag. 111; nec non *Chronica Auſtralis Freheri*, ad an. 1301, p. 326; *Nauclerus*, l. c.; *Bucelinus*, l. c.; *Matthia*, l. c.; *Henningeſius*, l. c., pag. 271.

(8) *Duciſſa Lotharingenſis, ex qua Rudolfus filius, & Rudolfus nepos, & Domina de Chabilone ſunt nati, &c.* Hæc *Albertus Argent.*, pag. 105, qui, p. 111, eam *Elſam* vocat: *Item aliam filiam, nomine Elſam, dedit Duci Lotharingiæ, quæ ex eo Ducem Rudolfum Lotharingiæ procreavit, &c.* *Nauclero*, l. c., *Bucelino*, l. c., *Henningeſio*, l. c., & *Matthia*, l. c., audit *Eliſabetha*, uxor *Friderici*, Ducis Lotharingiæ.

(9) *Catharina, deſponſata Henrico Imperatori, eoque defuncto, Duci nupta Calabriæ, filio Regis Ruperti Siciliæ, ſine liberis eſt defuncta, &c.* Hæc *Albertus Argentin.*, pag. 105. *Nauclerus*, l. c., *Henningeſius*, l. c., & *Bucelinus*, l. c., maritum Ejus *Carolum* vocant. Conf. *Nicol. Burgundus*, l. c.

(10) *Anna*, Uxor (1) *Hermanni* longi, March. Brandenburg., (2) *Henrici*, Ducis Vratiſlavienſis. Vid. *Albertus Argentin.*, pag. 111; *Siffridus Presbyter*, ann. 1304, pag. 703; *Bucelinus*, l. c.; *Matthia*, l. c.; *Henningeſius*, l. c. In *Hiſtoria Auſtrali Freheri*, pag. 339, malè data legitur *Marchioni de Braubnrg in Greta, &c.* Perperam etiam *Nauclerus*, l. c., vocat Brandenburgicum *Goldemarum.*

(11) *Guta*, Ux. *Ludovici*, Com. Oetingenſis. Vid. *Albertus Argentin.*, pag. 105, & 120; *Henningeſius*, l. c.; *Bucelinus*, l. c.

v. (4.) *Nauclerus*, l. c., pag. 980, de Eo ſcribit: *Hic Albertus erat unoculus, adſpectu trux, & avarus, curabat enim ditari liberos, &c.*; pariter *Jacobus de Kœnigshoven*, c. 2 *Chron. Alſat.*, §. 191, p. 122: *Er was gar gritig noch gute, das Er doch dem Riche niit zufugete, wan nuwent ſinen Kinden, der Er vielhette, &c.*; & *Albertus Argentinenſis*, pag. 111: *Iſte Albertus Rex, monoculus, potens in Regno Alemanniæ, & inibi filiis ſuis omnia, quæ potuit, attrahens, partes alias non curavit, &c.* add. *Pantaleon*, part. 2 *Der Teutſchen Helden*, pagina 368: *Es was* Albertus *ein unüberwindlicher Kayſer, welcher zwelff Feld-Schlachten gethon, und allezeit obgelegen, alſo, daß man Jhn den Triumphierer genennet. Er was, gegen den Wolverdienten, freygebig, und ſtrieffe die Laſter mit groſſem Ernſt, alſo, daß Er allezeit under den Teutſchen Fürſten wie ein Liecht geſchienen. Er liebet fürnemlich dreyerley Menſchen, und hielt ſie in hohen Ehren, erſtlich die Schamhafften Frauen; demnach die fromme Prieſterſchafft, und dann die mannliche Kriegsleuth. Die Lügner haſſet Er überaus ſehr, vermeydet der Boßhafftigen Geſellſchafft, und was in wiederwerdigem Glück gantz geduldig. Doch was Er zu der Raach nicht gach, ſondern vergaſſe gern aller Schmaach, und unbilligkeit.* Conf. *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, pag. 424, & 425. Qua occaſione oculi jacturam fecerit, docet *Kœnigshovius*, l. c: *Ime wart eines moles vergeben, do hingent In die Artzete an die Beine, und ſtochent Ime ein Ouge us, und brohtent, mit Artzenige, zu, das die vergift alle ging zu dem Ougen us, und genas, &c.* Conf. *Albertus Argentinenſis*, p. 109: *Intoxicatus Dux Albertus in Auſtria, & diu per pedes ſuſpenſus, oculum perdens evaſit, &c.* *Pantaleon*, l. c.; *Münſterus*, l. c.

An. 1298, trucidato *Adolpho* Naſſovio, *Albertus electus, reſignata electione per triduum, apud Franckenfurt, in Vigilia B. Laurentii, ab omnibus Electoribus, in*

Roma-

Romanorum Regem ſecundario eſt electus, qui ſubito Aquisgrani glorioſe coronatur, &c. Hæc in *Chronica Auſtrali Freheri*, ad h. a., pag. 341. Conf. de Ejus Electione præced. Tit. 2, §. 10, lit. D, ad an. 1298, p. 166, &c. Coronationem Ejus *Aquisgranenſem à Wichboldo*, Colonienſium Antiſtite, feſto *D. Bartholomæi*, peractam, comprobant *Albertus Argentinenſis*, an. eod., p. 110, & 111; *Jacobus de Kœnigshoven, Chron. Alſat.*, §. 190, c. 2, p. 122; *Mutius*, lib. 22, p. 202; *Magnum Chronicon Belgicum*, h. a., pag. 277; *Paraleipomena Urſpergenſis*, an. eod., pag. 262; *Naucierus*, Vol. 2, Generat. 44, pag. 980; *Browerus*, lib. 16 *Annal. Trevir.*, an. eod., c. 141, p. 175;

An. 1299 pacem pangit cum Rege Galliæ, *Philippo*, apud *Quatuor Valles*, 8 Decemb., qua, inter alia, cautum: Ipſum filio ſuo Primogenito, *Rudolpho*, ejusque hæredibus, ab eo deſcendentibus, Ducatus *Auſtriæ* & *Styriæ*, nec non Dominia *Carniolæ*, *Marchiæ*, ac *Portus Naonis* traditurum, inſuperque ſponſæ ejus, *Blancæ*, laudati Regis *Philippi* ſorori, in dotalitium, Comitatum *Alſatiæ*, & Terram *Friburgenſem* daturum. Vid. Ill. Dn. *Leibnitius*, T. 1 *Cod. Juris Gentium Diplom.*, §. XXV, & XXVI, p. 42, & 43; verbis præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1299, p. 169, extantibus; conf. præced. v. 3, ſub initium, ubi aliorum quoque teſtimonia; quibus addas Dn. *Conringium*, lib. 1, de *Finibus Imperii*, c. 7, §. 9, p. 51.

An. eod. Comitia *Norimbergæ* celebrat, ibidemque multa peragit utilia. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a., p. 168, & 169.

An. 1300, extincto, anno præcedente, *Johanne*, ultimo Comite *Hollandiæ*, *Wilhelmi*, Romanorum Regis ex filio, *Florentio*, nepote, *Albertus*, *cum magna potentia, deſcendens, Comitatus Holandiæ & Selandiæ, qui vacaverunt Imperio, & quos Comes de Henegowe* (Johannes, tanquam laudati Regis Wilhelmi, è ſorore Adelheida, nepos) *occupaverat, apprehendere volens, præmonitus à fratruele ſua de Kiburg, Uxore Comitis de Cleven, quod omnes inferiores Principes contra Eum convenirant: ſic quod infecto negotio eſt reverſus, &c.* Ita *Albertus Argentin.*, ad h. a., p. 111; Conf. *Chronicon Colmarienſe*, part. 2, an. eod., apud *Urſtiſium*, T. 2, p. 60; *Magnum Chron. Belg.*, l. c.

An. eod., ſub dato *Apud Argentinam, Id. Maji, Indict. XIII*, inveſtiturarum literas, *Burggraviatum Norimbergenſem*, Ejusque Jura concernentes, porrigit *Friderico* Burggravio; Formulam exhibent Dn. *Wagenſeilius*, in Comment. *de Libera Civitate Norimbergenſi*, lib. 2, c. 2, p. 344, & Dn. *Luca, im Uhralten Furſten-Saal*, part. 3, c. 7, p. 807, & 808.

An. eod. tres Archi-Epiſcopi, Gerhardus Moguntinus, Trevirenſis, (Dietherus) *frater ſcilicet Regis Adolphi, & Colonienſis* (Wichboldus) *ſe contumaciter contra Regem Romanorum, Albertum, erexerunt, &, orto gravi bello, inter eosdem hoſtiliter præliatum eſt, usque ad annum ſequentem, &c.* Hæc *Siffridus Presbyter*, lib. 2 *Epitomes*, h. a., pag. 702. Cauſam diſcordiæ exponit *Chronicon Colmarienſe*, l. c., pag. 61: *Cum Regi viſum fuiſſet, quod Rhenum potenter teneret, & ſe confirmatum crederet, mandavit Archi-Epiſcopo Moguntino, Archi-Epiſcopo Colonienſi, atque cæteris, accipientibus telonium ſupra Rhenum, ne incurrerent indignationem Regiæ Majeſtatis. Epiſcopi Regi reſponderunt: Telonia noſtra longo tempore debitè accepimus, & Anteceſſores noſtri longo tempore receperunt, & eos Reges Romanorum minimè turbarunt. Unde & nos hæc telonia nolumus voluntarie reſignare, &c. Rex, his auditis, ſignificavit Papæ, quod Domini Archi-Epiſcopi ſupra Rhenum fluvium, per telonium, injuſtas exactiones facerent, & totam terram graviter perturbarent. Epiſcopos Papa corrigere tardavit. Rex tamen, quomodo eos ſuis corrigeret, cogitavit, &, de conſilio ſuorum, eos diffidavit, &c.* Conf. de hoc bello idem *Chronicon*, part. 1, ad an. 1301, p. 33, & an. 1302, pag. 34, & 35, & 62; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 278, &c.; *Levoldus de Northof, Chron. Marcan.*, ad ann. 1301, & 1302, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 395; *Hiſtoria Auſtralis Freheri*, an. 1300, p. 342; *Siffridus*, l. c., an. 1302, p. 702; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, p. 425; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, an. 1302, §. 14, p. 343; *Heineccius*, lib. 3 *Antiq. Goslar.*, pag. 322.

An. 1301, *orta diſcordia, inter Albertum Regem, & Wenceslaum Bohemum, ſuper quibusdam Terris, Albertus, cum tribus millibus galeatorum de Suevia & Rheno, & cum quinquaginta millibus Hungarorum, & aliorum, Bohemiam potenter ingreſſus, eam, decem ſeptimanis, ignis incendio devaſtavit, ſed nullam munitionem evicit.* Sic *Albertus Argentin.*, h. a., p. 112.

An. 1302 *Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, Colonienſis, Treverenſis cum Domino Alberto, Romanorum Rege, concordaverunt, & pacis unionem ſervandam perpetuo juraverunt, &c.* Sunt verba *Chronicæ Auſtralis Freheri*, h. a., p. 342.

An. 1303, occaſione diſcordiarum inter *Philippum IV, ſeu Pulchrum*, Regem Galliæ & *Bonifacium VIII*, P. R., amicitiam Romanæ Curiæ ſibi conciliat, de qua *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 278, ait: *Iſte* (Albertus) *miſit ſolennes Nuncios ad Bonifacium VIII, in Urbe Romana tunc exiſtentem, pro confirmatione electionis ſuæ obtinenda, quam Bonifacius, multis juribus, & fallirationibus allegatis, repulit primavice, & ipſam dixit penitus eſſe nullam, eò quod Albertus in Legem Majeſtatis deliquit, interficiendo Dominum ſuum, ſcil. Dominum Adolphum, Romanorum Regem. Tamen Bonifacius Papa, videns diſſenſionem ſuam cum Philippo, Rege Franciæ, eò, quod Regi mandaverat, ut Regnum Franciæ à ſe in Feudum*

dum reciperet, & ut nemo per Franciam ad Curiam venire poſſet, in præjudicium Regis Franci, electionem Domini Alberti, quam ante repulerat, anno Domini 1303, *die Aſſumptionis B. Mariæ, confirmavit, qua die idem Bonifacius Papa, Anagniæ reſidens, Regem Franciæ excommunicatum nuntiari & publicari mandavit, eidemque Alberto, verbo, non opere, Regnum Franciæ ſubjecit, ſicut & alia Regna, &c.* Conf. *Annal. Henrici Steronis*, pag. 402, & ad an. 1302, p. 404; *Albertus Argentin.*, p. 111; *Annales Colmarienſes Urſtiſii*, ad an. 1303, p. 35, & an. 1302, p. 62; *Mutius*, l. c., p. 202, addens; *Negata eſt Illi aliquoties confirmatio. Scribunt enim Papam reſpondiſſe, non dignum Imperio, qui occiderit Adolphum, ſuum dominum, habentem coronam in capite, ac ſpatham ad latus, clamantem: Ego ſum Cæſar, &c.* idem docet *Benevenutus de Rambaldis*, in *Libro Auguſtali*, apud *Freherum*, T. 2, p. 13; verbis, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1298, p. 168, extantibus; & *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 44, p. 980, & 981; add. *Paraleipomena Urſpergenſis*, p. 262; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, an. 1303, §. 1, p. 344, & 345; Alii. De ridicula Pontificis liberalitate legas *Conringium*, lib. 1, de *Finibus*, cap. 7, §. 9, p. 51; qui etiam, in *Annotatis* ad dictum lib. 1, cap. 8, p. m. 43, &c., integram Orationem, quam turgidus Pontifex, in *Alberti* favorem, publico in Conſiſtorio, pronunciabat, ſiſtit, inter alia inquiens: *Omnes ſunt à Chriſto, & a Nobis, tanquam à Vicario Jeſu Chriſti. Unde hæc nota, & ſcripta ſunt, quod Vicarius Jeſu Chriſti, & ſucceſſor Petri poteſtatem Imperii à Græcis tranſtulit in Germanos, ut ipſi Germani, id eſt, ſeptem Principes, quatuor Laici, & tres Clerici, poſſint eligere Regem Romanorum, qui eſt promovendus in Imperatorem, & Monarcham omnium Regum & Principum Terrenorum. Nec inſurgat hic ſuperbia Gallicana, quæ dicit, quod non recognoſcit ſuperiorem. Mentiuntur: quia de jure ſunt, & eſſe debent ſub Rege Romano, & Imperatore - - - - & Nos volumus, quod, quicunque evangelizaverit aliud, anathema ſit. Ille quidem, videlicet electus in Regem Romanorum, prius fuit in nubilo arrogantiæ & ignorantiæ - - - - nunc autem exhibet ſe devotum, & promptum, ad faciendum omnia, quæ volumus, Nos, & fratres Noſtri, & Eccleſia iſta. Unde nunc venit, & aſſuit tempus miſerendi Ejus - - - - venit quidem tempus, ut conſtituamus Eum ſuper Gentes & Regna, ut evellat & deſtruat, diſſipet & diſpergat, & ædificet & plantet. In nomine Domini conſtituimus ſic Eum hodie - - - - & licet etiam multi eſſent defectus in electione iſtius, nos tamen volumus ſupplere omnem defectum, & magis de benignitate, quam de rigore, ſupplemus, de plenitudine poteſtatis. Unde electionem de Ipſo factam approbamus, & ratificamus, &c.* Verſa vice varias abjectaſque blanditiarum formulas complectitur Imperatoris Conſtitutio, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, p. 316, ubi: *Recognoſcens igitur, quod Romanum Imperium, per Sedem Apoſtolicam, tranſlatum eſt, in perſona Magnifici Caroli, in Germanos, & quod jus eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum, certis Principibus, Eccleſiaſticis & Secularibus, eſt ab eadem Sede conceſſum, à qua Reges & Imperatores, qui fuerunt, & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladii poteſtatem, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, pia devotione, & ſincero corde, profiteor, &c.*

An. eod. Albertus, Rex Romanorum, Bohemiam, cum maxima armatorum multitudine, potenter intravit, ad montes auri & argenti pervenit, & inde, imperfecto negotio, ad propria remeavit, &c. Hæc *Annales Colmarienſes*, h. a., pag. 36; Conf. *Chronicon Elwangenſe*, an. eod., pag. 458; *Siffridus, Presbyter Miſnenſis*, ad an. 1304, pag. 703.

An. 1305 *coepit Rex Bohemiæ, Wenceslaus* 2, *graviter infirmari, videnſque, ſibi mortis periculum imminere, per literas, & ſolennes meditationes, & Nuncios, Regi Romanorum, Alberto, reconciliatus eſt, & formam concordiæ ejusmodi reliquit unico filio ſuo, Wenceslao III, cui & Regnum tradidit adhuc vivens. Tandem - - - - dormivit cum Patribus ſuis, circa feſtum Pentecoſtes, &c.* ita *Siffridus Presbyter*, h. a., pag. 704.

An. 1306 *Rex Bohemiæ, Wenceslaus III, nondum coronatus, occiſus eſt fraudulenter, à quodam milite, procurantibus quibusdam Baronibus Regni ſui - - - - non relinquens hæredem Regni. Tunc Barones dicti Regni elegerunt ſibi Regem, Ducem Carinthiæ, ſororium ſcil. præfati Regis occiſi,* (Henricum) *inconſulto tamen Rege Romanorum, cujus intereſt, conferre jam dictum Regnum. Igitur Rex Romanorum, Albertus, forti manu intravit in Bohemiam, & conſtituit ibi Regem filium ſuum, Rodolphum, Ducem Auſtriæ, dans ei Uxorem Reginam Bohemiæ, videlicet Regis Wenceslai 2 viduam; ſic ergo Regnum Bohemiæ ad Teutonicos tranſlatum eſt, &c.* Sunt verba *Siffridi Presbyteri*, h. a., pag. 704; Conf. *Chronicon Elwangenſe*, ad an. 1305, p. 458; *Albertus Argentinenſ.*, p. m. 111 & 112; *Æneas Sylvius*, cap. 30 *Hiſtor. Bohem.*, p. 138; *Dubravius*, lib. 19 *Hiſtor. Bohem.*, p. 156 *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 44, p. 980; *Mutius*, lib. 22, p. 210, & 211; *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boicor.*, c. XIV, §. 6. & 7, pag. 705, & 706.

An. eod. inhærens Contractui, inter *Adolphum* Cæſ., & *Albertum*, Marchionem, de quo in vita *Adolphi*, An. 1293, dictum, erecto, *Thuringiam* & *Miſniam* armata manu invadit, contra *Fridericum* Marchionem, Alberti filium, de qua infauſta expeditione, cæſis, apud Villam *Luckam*, ad internecionem Cæſareis, evolvas Auctorem *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 81, & 82, ad annos 1306, & 1307, pag. 933, & 934; *Paulum Langum, Chron. Citizenſ.*, an. eod., p. 823, &c.

An. 1307, *Spira*, pacem in Sueviæ partibus conciliat.

ciliat, cujus ſormulam Dn. *Dattus*, lib. 1 *German. Rer.*, cap. 5, §. 29. pag. 29 & 30, exhibet.

An. eod. *Helvetici* motus erumpere cœperunt. *Albertus* Imperator enim *Helvetiorum* libertatem, & privilegia, à *Friderico* 2, & *Rudolpho*, Auguſtis, conceſſa, quocunque modo infringere cum conaretur, miſisque eò *Liechtenbergio* & *Ochſenſteinio*, Baronibus, primò blandis verbis, in Familiæ ſuæ clientelam eos pertrahi curaret, & reluctantibus deinceps homines moleſtos, *Grislerum*, aliis *Gaeslerum* dictum, & *Peregrinum Landenbergium*, præficeret, quorum alter *Suitiis*, *Uriisque* præfectus, arcem *Cuſſenaci*, (cui poſtea, in colle *Solothurn*, addita nova, *Zwing Uri unter die Stagen* nuncupata, jugum quaſi *Uriis* præſagiens, quo in extremam ſervitutem redigendi forent;) alterque *Sarnam* & *Rotzbergium*, apud *Underwaldios*, inhabitabant, duro aſperoque Imperio Populum prementes, eo quidem ſucceſſu, ut *Lucernates* quoque, *Tugii* & *Glaronenſes*, Auſtriæ domui ſeſe dederent; tres Pagi ſupra dicti, *Uria*, *Suitia* & *Underwalda*, conſilia ſubminiſtrante *Wernero*, Comite Homburgio, communi nomine Legatos ad Imperatorem miſere, confirmationem Privilegiorum & Imperialis libertatis efflagitatum, queſtumque ſimul de nimiis exactionibus, quibus premerentur, avaritia inexplebili & crudelitate Præfectorum: cum vero, re infecta, inde reverterentur legati, Cæſareis Miniſtris atrociter reſpondentibus, ipſosmet in culpa eſſe, quod Imperatore minus clementi uterentur, qui vicinorum *Lucernatum*, *Tugiorum* & *Glaronenſium* exemplum ſequi nollent, Auſtriæque domus Imperio ſe ſubjicere; *Grisleri* inſuper petulantia planè eo usque creſceret, ut, in foro *Altorfenſi*, pileum ſuum, prælongæ perticæ impoſitum, Principum more, flexis genubus, & capite detecto, coli vellet, gravi pœna in mandatum peccaturis ſtatuta; *Wernerus Stouffacherus*, Vir Nobilis, & magnæ auctoritatis apud *Suitios*, ejusque vetus fidusque amicus, *Waltherus Fürſt*, *Urienſis*, cui mentem ſuam pateſecit, aſſumpto in conſilii ſocietatem *Arnoldo à Melchtala*, *Underwaldenſi*, (cujus Patrem, *Henricum*, *Landenbergius* oculis privaverat,) jurejurando tandem, menſe Septembri, in loco obſcuro, *Ruttelisſmatten* nomen eſt, prope *Mitlerſtein*, è conſpectu ſerme *Brunnæ*, *Suitiorum* Vici, prima vice, ſe invicem obſtringunt, communi conſilio & auxilio, liberandæ à Tyrannis Patriæ, ſeriò caventes, quemlibet in Pago ſuo, quotquot poſſet, Viros probos & prudentes Fœderi aſciſcere teneri, vitam ſortunasque vindicandæ libertati poſtpoſituros; celebrandis poſthac Conventibus, inſtituendisque agendarum rerum conſultationibus, in loco, ad Urienſem lacum, *im Grütli* dicto. Jacta ſic alea, Plebs pariter & Nobilium pars maxima, quorum privilegiis non minus Præfecti imminebant, Fœderatorum partes ſequebantur. Aucto eorum numero, plerisque viſum eſt, manum operi admovendam, decretumque à duodecim ſociorum præcipuis, habito, hunc in finem, poſtridie *S. Galli*, 16 Cal. Novemb. 1307, *Grütlenſi* colloquio, proximis Januarii Calendis Præfectorum arces humo æquandas, eosque Patria pellendos; quod & factum; *Grislero* tamen interea, a *Wilhelmo Tellio*, ex Confœderatis uno, (quem, ob non exhibitum pileo honorem, ad dejiciendum, è filioli chariſſimi vertice, ſagitta pomum, aut ultimum ſupplicium ſubeundum damnaverat, poſteaque, trajecto feliciter pomo, ad perpetuos carceres, quod interroganti: quid altera ſagitta, quam in pharetra habebat, eſſet facturus? candidè reſponderet, necato priori filio, altera cor ejus ſe fore trajecturum) in via, *Cuſſenacum* ducente, vulgo *die Hole Gaſſe*, quò, mirum in modum, Præfecti manibus evadens, ſe receperat, telo confecto. Statuto tempore, dirutis arcibus, primo die lunæ, dicti anni 1308, laudati tres Pagi, *Uria*, *Suitia* & *Underwalda*, primum fœdus ſolenne, in decem annos, icerunt, fruſtra deſuper ſrendente *Alberto* Cæſare, quem, vindictam molientem, ex fratre nepos, *Johannes* Dux, eodem adhuc anno, è medio ſuſtulit. Vid. *Nicolaus Burgundus*, lib. 1 *Hiſt. Bavar.*, pag. 27, &c.; *Simlerus*, de *Republica Helvetiorum*, lib. 1, p. m. 42 ad 61; *Franciſcus Guillimannus*, lib. 2 *Rer. Helvet.*, cap. 16, pag. 129, &c.; *Mutius*, lib. 22, pag. 207, &c.; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 44, pag. 983, &c.; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, pag. 386 ad 390; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 66, 67, & 68, p. 507 ad 511.

v. (5.) Tandem anno 1308, 1 Maji, die *Philippi* & *Jacobi* memoriæ ſacro, miſerè interficitur, de quo Regicidio *Albertus Argentinenſis*, ad h. a., pag. 113, & 114: *Johannes autem Dux, fratruelis Regis, quem Rex in Curia ſua, cum filiis ſuis, nutrivit, efferens, munitiones Dominii de Kiburg ad ſe ſpectare, tanquam matri ſuæ, per Rudolfum Regem, olim, morganatico jure, donatum, libenter habuiſſet ſua: inſtans ferventer, ut ſibi ſaltem munitiones aliquas aſſignaſſet. Ad quod cum Rex induci nequiret, & inſuper multos Baronum bonis ſuis & juribus ſpoliaret; inſtante frequenter Regina, ut liberos ſuos ſibi commendatos haberet, ac ipſius Joannis prodigalitatem nimiam accuſante, tandem ipſe Joannes Dux, cum Baronibus, Rudolfo de Wart, Walthero de Eſchibach, & Udalrico de Palma, Regem interficere cogitavit - - - - - cum poſt prandium Rex vellet equitare ad Reginam, in Rinfeldam, veniſſetque ad flumen Ruſam, Joannes Dux, & ſui, primi, in navi aſcenderunt, quæ ibi unica erat. Sequenti autem vice, tranſeunte Rege, & equitante per ſata, ſicut in more habuit, colloquente ſibi dicto de Caſteln, milite; acceſſerunt Joannes Dux, & ſui, primusque, Rudolphus de Wart, dixit: Quamdiu iſtud cadaver equitare permittemus? at*

Rulaſſingen, *famulo Ejus*, *frænum equi Regis apprehendente*, *Joannes Dux cultrum extrahens*, *collo Regis infixit*; *Rudolfus vero de Wart Regem gladio perforavit*; *Udalricus vero de Palma faciem & caput gladio diviſit*; *Waltherus vero de Eſchibach*, *licet Regem facto non læſerit*, *interfuit tamen*. *Sic Albertus*, *Romanorum Rex potens*, *filius Rudolfi Regis*, *in terra ſua*, *anno Domini* 1308, *Cal. Maji*, *in meridie*, *anno Regni ſui decimo*, *eſt occiſus*. *In quo loco occiſionis ſolenne Monaſterium Konigsfeld*, *Ordinis Minorum*, *eſt conſtructum*, *in quo Rex primò ſepultus*, *Spiram poſtea eſt translatus*, *in quo etiam loco plures filiorum ſuorum ſepulti ſunt*, *&c.* Conf. inſcriptio *Kœnigsfeldina*, apud *Sigumundum von Bircken*, *im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 3, cap. 11, pag. 374: *Anno Domini* 1308, *Cal. Maji*, *occiſus eſt Dn. Dn. Albertus*, *Rex Romanorum*, *in loco*, *ubi nunc eſt majus Altare*, *&c.* Idem docet *Decretum Electionis Henrici* VII, de an. 1309, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, Tom. 2 *Cod. Dipl. Jur. Gent.*, in Mantiſſa, §. 49, pag. 252: *Vacante nuperrime*, *videlicet anno Domini milleſimo trecenteſimo octavo*, *ipſa die Beatorum Philippi & Jacobi Apoſtolorum*, *per obitum claræ memoriæ Dn. Alberti*, *quondam Romanorum Regis*, *Romano Imperio*, *&c.*; *Conradus Vecerius*, de *Rebus Geſtis Henrici VII*, apud *Urſtiſium*, an. eod., pag. 66; *Henricus Stero*, *Annal.*, ad an. 1307, pag. 406, ubi verſus memoriales:

Millenis tricentenis bis quatuor annis,
In Majo menſe, Rex Albertus perit enſe,
Perque Ducem Suevum, Johannem, rumor in ævum.
O Deus, hoc factum furtim fuit Impadis actum.
Feſtum Waldpurgæ facit hoc facinus quoque noſſe,
Chriſtus ab æternis defendat eum modo pœnis;

Chronicon Elwangenſe, an. 1308, pag. 458; *Trithemius*, *Chron. Hirſaug.*, h. a.; *Villanius*, lib. 8 *Hiſtor. Florent.*, cap. 95; *Benevenutus de Rambaldis*, in *Libro Auguſtali*, ap. *Freherum*, T. 2, pag. 13; *Jacobus de Kœnigshoven*, *Chron. Alſat.*, cap. 2, §. 192, pag. 123; *Levoldus de Northof*, *Chron. Marcan.*, an. 1308, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 397; *Paulus Langus*, *Chron. Citizenſ.*, an. eod., pag. 825; *Auctor Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 83, pag. 934; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 278; *Johannes Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanor. Principum*, apud *Sylburgium*, T. 2 *Rer. Roman.*, p. 601; *Æneas Sylvius*, cap. 28 *Hiſt. Bohem.*, pag. 137; *Aventinus*, lib. VII *Annal*, cap. 14, §. 9, p. m. 706; *Dubravius*, lib. 19 *Hiſt. Bohem.*, pag. 155; *Theodoricus Engelhuſius*, in *Chronico*, p. m. 264, licet perperam in balneo eum occiſum tradat; *Auctor Paraleipomenon Urſpergenſis*, pag. 262, rectius ſcribens: *Trajecto Rheno*, *circa Rheinfelden*, *non longe ab Oppido Bruck*, *circa Windoniſſam*, *inter Ryſam*, *Arulamque*, *Helvetiorum flumina*, *nomen Regis campi locus obtinet*, *quo loci Ungariæ Regina Monaſterium ædificavit*, *à filio fratris ſui*, *Johanne*, *interficitur*, *fortaſſis non ſine permiſſione Dei*, *qui ſic voluit Adolphi mortem ulciſci in Alberto*, *&c.*; *Henricus Rebdorffienſis*, an. 1308, pag. 413; *Henricus Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 369; *Mutius*, lib. 22 Chron., in fine, p. 212, & 213; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 44, an. 1308, pag. 987; *Franciſcus Guillimannus*, lib. 2 *Rer. Helvetic.*, cap. 16, p. m. 133; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, pag. 425; *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevirenſ.*, an. eod., §. 2, pag. 185; *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 278, p. 326, & 327; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, an. eod., p. 365, §. 2; Alii. *Crantzius*, lib. 8 *Saxon.*, cap. ult., perperam hæc in annum 1310 refert; Nec ſatis accuratè legitur in Tabula *Matthiæ* Epiſcopi, in choro templi majoris *Spiræ* ſuſpenſa, apud *Lehmannum*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 11, pag. 739: *Albertus*, *Romanorum Rex*, *Dux Auſtriæ*, *filius Rudolphi*, *Romanorum Regis*, *anno Domini milleſimo*, *trecenteſimo octavo*, *quarto Cal. Septemb. obiit*, *& à fratre Patris ſui*, *Rudolphi Regis*, *occiſus*, *& hic ſepultus*, *&c.*; nec enim à Patruo occiſus eſt, neque 4 Cal. Sept. obiit. *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 66, p. m. 282, & *Theodoricus Engelhuſius*, l. c., ſine fundamento, Eum à *Bonifacio* Papa coronatum arbitrantur. Occiſorem Ejus, *Johannem* Ducem, aſpera poſt ſubiiſſe hæc fata, docet *Mutius*, l. c., p. 213: *Johannes Dux*, *poſt multiplicem metamorphoſin*, *in qua aliquando transfigurabat ſe in mercatorem*, *ſæpius in mendicum*, *nonnunquam totum ſemeſtre tempus paſcebat greges*, *aut armenta*, *aliquando agebat aratorem*, *dura enim egeſtas Eum omnia docuerat*, *poſtremo*, *in forma mendici*, *quod opificium callebat melius*, *quam alia*, *proditus eſt*, *& captus ab Imperatore Henrico*, *(VII) Qui* - - - - - - *incluſit Eum Monaſterio*; *illic pie fertur diu vixiſſe*, *&c.* Juxta *Alberti Argentinenſis Chronicon*, pag. 117, obiit *Piſis* in cuſtodia. Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, l. c., Eum in eremo vitam tranſegiſſe putat; ſed *Spondanus*, l. c., poſt *Æneam Sylvium*, l. c., interpretatur id de *Ordine Eremitarum D. Auguſtini*, quem *Piſis*, à Cæſare, ingredi coactus fuerit. Reliqui occiſores varias ſimiliter pœnas dabant: *Udalricus de Palma*, in domo converſarum, Baſileæ, latitans obiit; *Waltherus ab Eſchenbach*, ut pecorum paſtor, in agro Würtembergico, mortuus eſt; *Rudolphum de Wart*, ad caudam equi ligatum, & ad ſupplicii locum tractum, fractis dorſo & membris, rota contudit; *Rulaſſingen*, ſervus *Wartii*, apud *Enſishemium* pari ſupplicio ſublatus eſt. Vid. *Mutius*, l. c.; *Nauclerus*, l. c.; *Paraleipomena* cit.; *Pantaleon*, l. c.; *Münſterus* l. c. Iconem dicti *Johannis* exhibet *Sigismundus à Bircken*, *im Oeſterreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 3, cap. 1, ad an. 1313, p. 263, qui, pag. 264, addit, Eum 13 Dec. ejuſdem anni Piſis ad plures abiiſſe.

(32) HEN-

(32) HENRICUS VII.

v. (1.) De origine Ejus ſcribit *Conradus Vecerius*, Ei à ſecretis, in libro de *Ejus Geſtis*, apud *Urſtiſium*, T. 2, pag. 63: *Qui Majores Imperatori Henrico, aut omnino Parentes fuerint, quamvis curioſa veſtigatione, cognoſcere non potui, &c. Henningeſius* vero, part. 1 *ſecundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 158, Parentem Ejus vocat *Henricum* 2, Comitem Lucelburgenſem & Limburgicum, an. 1289 occiſum, & Matrem *Beatricem*, *Balduini*, Hannoniæ Comitis, gnatam; ita & *Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 19, p. m. 426; *Henricus Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in ejus vita, pag. 375; *Matthiæ*, in Ejus vita, p. m. 977; *Morery*, voc. *Luxembourg*, p. m. 394;, Alii. Conf., ſeq. v. 5, *Johannis*, filii Ejus, Apologeticas.

v. (2.) Conjugis memor, pergit *Vecerius*, l. c: *Uxor Illi quæ, cujusque fuerit, itidem propè in ambiguo eſt, &c. Henningeſio*, l. c., audit *Margaretha*, fil. *Johannis*, Brabantiæ Ducis; conſentiunt *Morery*, l. c.; *Matthia*, l. c., p. 978; *Münſterus*, l. c., p. 427; *Pantaleon*, l. c., p. 377. *Albertus Argentinenſis*, p. m. 116, fatetur quidem, Eam fuiſſe Brabantiæ Ducis filiam, ſed, ut pag. 117 tradit, vocatam *Beatricem*. Eam, an. 1311, *Genuæ* defunctam, *Vecerius*, pag. 70; & *Albertus Argentinenſis*, h. a., pag. 117, commemorant. Conf. *Naucierus*, Vol. 2, Generat. 44, an. eod., p. 990; *Mutius*, lib. 23 *Chron.*, p. 217; *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, an. 1312, §. 29, p. 192.

v. (3.) Liberi Ei dantur

(1) *Johannes*, cognomento *cæcus*, qui cum *Eliſabetha*, filia *Wenceslai Senioris*, an. 1311, 4 Febr. ducta in uxorem, Regnum Bohemiæ nactus eſt. Cæſus, ad *Creſſiacum*, an. 1346, 10 Cal. Sept., auxilia ferens Gallis, contra *Eduardum* Anglum. *Jacobus de Kœnigshoven*, *Chron. Alſat.*, cap. 2, §. 208, pag. 131; *Albertus Argentin.*, an. 1346, pag. 136, &c.; *Henricus Rebdorfienſ.*, an. eod., pag. 436; *Æneas Sylvius*, *Hiſt. Bohem.*, c. 32, pag. 138, &c.; *Dubravius*, lib. 21 *Hiſt. Bohem.*, pag. 117. Inde natus *Carolus IV* Imperator evaſit, de quo ſuo loco. Liberos reliquos recenſet *Henningeſius*, l. c. Conf. de Eo, Ejusque conjugibus, & victoriis, tam in Bohemia, quam Italia, reportatis, *Hainricus Rebdorfienſis*, Annal., ad an. 1309, ap. *Freherum*, pag. 413; *Chronicon Elwangenſe*, ad an. 1310, ibid., pag. 458; *Jacobus de Kœnigshoven*, l. c., §. 195, pag. 124; *Cranzius*, lib. 9 *Saxon.*, cap. 5; *Albertus Argentinenſis*, p. 115; *Mutius*, lib. 23, pag. 215; *Æneas Sylvius*, l. c., cap. 31, & 32, pag. 138, & 139; *Dubravius*, l. c., lib. 19, pag. 159, & 160, & lib. 20, pag. 162 ad 177, &c.; *Pantaleon*, l. c., p. 376, &c.; *Münſterus*, l. c., p. 426, & 427, & 431; *Morery*, l. c., *Matthiæ*, l. c., p. 978; *Lehman.*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 11, p. 733; *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, an. 1309, §. 10, pag. 188; *Spondanus*, T. 1 *Cont. Annal. Baronii*, an. eod., §. 7. p. 370;

(2) *Beatrix*, Ux. *Caroli*, Regis Hungariæ. Vid. *Henningeſius*, l. c.; *Morery*, l. c.; *Pantaleon*, l. c., p. 381;

(3) *Maria*, Ux. *Caroli Pulchri*, Regis Galliæ. Vid. *Henningeſ.*, l. c.; *Morery*, l. c.; Apologetica fratris Ejus, *Johannis*, ſeq. v. 5; *Pantaleon*, l. c.;

(4) *Agnes*, Ux. *Rudolphi*, C. P. R. Vid. *Henningeſ.*, l. c.; *Morery*, l. c.; *Pantaleon*, l. c.;

(5) *Catharina*, Ux. *Leopoldi*, dicti *Gloria Equitum*, Ducis Auſtriæ. *Henningeſ.*, l. c.; *Morery*, l. c.

v. (4.) *Benevenuto de Rambaldis*, *lib. Auguſtal.*, ap. *Freherum*, T. 2, p. 13, vocatur *Vir prudens, juſtus, honeſtus, Catholicus, dilectus omnibus, &c.*; *Henrico Rebdorfienſi*, in Annal., ad an. 1309. ibid., Tom. 1, p. 413, *diſcretus & devotus, &c.*; *Conradus Vecerius*, l. c., p. 67, ait: *Henricum, Luceburgiæ Comitem, nulli Germaniæ Principum cedere arbitror, ſive Religionem, ſive fidem, ſeu recte magnitudinem animi ſpectaverit, &c.* Ex *Serrarii* libro quinto *Rer. Moguntin.* ſcribit *Spondanus*, T. 1 Contin. *Annal. Baronii*, an. 1308, p. 366, §. 3: *Fuit autem Henricus VIII* (VII) - - - - *corpore quidem luſcus, ſed animo integer, multarumque virtutum Princeps, egregiis belli pacisque dotibus apprime ornatus, &c.* Electionis Ejus Hiſtoriam in Romanorum Regem continet *Mutius*, lib. 23 *Chron.*, p. 213, & 214: *Poſt occiſum Imperatorem Albertum Imperii Electores Francofurdiæ convenerunt. de eligendo Imperatore multa controvertuntur; Rex enim Galliæ, Philippus,* (IV, ſeu Pulcher) *turbabat Eos: quosdam enim ex Principibus pecunia corruperat, nam ambiebat Imperium, & in certam ſpem ductus erat ab iis, quibus munera dederat. Totis igitur viribus hoc agebat Rex. Quare Pontificem Romanum,* (Clementem V) *tum Avenione agentem, conatus eſt, clam introductis copiis in Urbem, vi cogere, ut, coacta Synodo, ſuam authoritatem & Eccleſiæ interponeret, apud Principes Electores, & ad illos Legatum mitteret, cum authoritate Apoſtolica, Epiſcopum, quem Ipſe Rex judicaturus erat. Sed hoc Regis Philippi conſilium eſt Pontifici proditum - - - - Pontifex, quamprimum convocatis Cardinalibus ſuis, qui erant Illi à conſiliis, rem, ut erat Illi nunciata, enarrat, Patres - - - - omnes, una ſententia, primo decernunt, Gallum omnibus modis impediendum, ne fiat Imperator, ne Eccleſia Illi ſubjiciatur, neve jus ullum habeat in Eccleſiæ rebus - - - - decernuntque, ſine omni mora, celeriter Legatum in Germaniam mittendum, & Principibus Electoribus ſignificandum, ut, ſine cunctatione, eligant Imperatorem, niſi velint Imperium pervenire ad Gallos; & illis monſtrandum, quam hoc illis cavendum ſit, quantam libertatis Germania paſſura ſit jacturam, ſi fiat. Legati celeriter mittuntur, jubenturque feſtinare, antequam Rex Avenionem veniat, & incipiat turbam, quam parturiebat. Et ſimul ſtatuerunt, communi conſilio, quem potiſſimum eligendum Principibus proponerent. Cenſuerunt autem nominandum Comitem de Lucenburg, Religionis Eccleſiæ amantem, & ſtrenuum, cum moderatione,*

tione, in rebus agendis, Bello & Pace, Cardinali Oſtienſi; qui in Concilio aderat, conſuetudine longa familiariter notum. Illa omnia Legati miſſi effectui dant. Ad Principes perlata ubi ſunt, intra pauculos dies conveniunt; concorditer Imperator eligitur Henricus, Comes Lucenburgi, appellaturque Romanorum Imperator ſeptimus. Atque ita, ad votum & voluntatem Papæ, hunc Principes elegerunt - - - - - Electio ſtatim promulgata eſt per Germaniam, Galliam, & Italiam. Quod cum perveniſſet ad Regem Galliæ, immoderatiſſimè ira doloreque animi conturbatus eſt - - - - Quam ob rem cogitare, loqui, facere contra Pontificem, majora ſemper contra Eum moliri cœpit. Omnino enim vindicare injuriam ſtatuebat; de Imperio vero conſequendo nulla Illi ſpes relicta fuit, idcirco nihil negotii Imperatori aut Principibus fecit, &c. Nomina Electorum complectitur ipſius Electionis Decretum, de an. 1309, 11 Aug., apud Illuſtr. Dn. Leibnitium, in Mantiſſa, Part. 2 Cod. Diplom. Juris Gentium, §. 49, p. 252, &c., quod & hic, ob ſingularia contenta, ex parte, legi meretur:

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, ac Domino ſuo, Domino (Clementi V) Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici, Baldewinus, D. G. Trevirorum Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Regnum Arelatenſe Archi-Cancellarius; nec non Rodolphus, eadem gratia, Comes Palatinus Rheni, Bavariæ, & Rodolphus, Saxoniæ Duces, ac Waldemarus, Marchio Brandenburgenſis, ad quos Jus, una cum Venerabilibus Patribus, Colonienſi & Maguntinenſi Archi-Epiſcopis, (eligendi) Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, dignoſcitur pertinere, beatiſſima pedum oſcula beatorum. Vacante nuperrime, videlicet anno Domini milleſimo, tricenteſimo octavo, ipſa die B. B. Philippi & Jacobi Apoſtolorum, per obitum claræ memoriæ Domini Alberti, quondam Romanorum Regis, Romano Imperio, & Nobis, una cum dictis Dominis, Henrico Colonienſi, & Petro Maguntinenſi, Archi-Epiſcopis, Noſtris Co-Electoribus, pro futuri Regis ſubſtitutione, poſtmodum convenientibus, in diem electionis, videlicet quartam feriam ante feſtum B. Andreæ Apoſtoli, quæ eſt viceſima ſeptima dies Menſis Novembris, concordavimus, & communiter ipſam diem præfiximus ad electionem hujusmodi celebrandam. Qua die, in Oppido Franckenvord, loco quidem ad hoc ſolito & conſueto, Nobis omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt Electioni celebrandæ commode intereſſe, iterum convenientibus, & ibidem præſentibus, deliberatione provida præhabita, ad procedendum in Electionis negotio prælibato, Ego, Balduinus, Treverenſis Archi-Epiſcopus prædictus, in ſcriptis legi Monitionem, & proteſtationem quandam, vice mea, & omnium, jus in ipſa Electione habentium, monendo omnes excommunicatos, ſuſpenſos, ac etiam interdictos, nec non quoscunque alios, ſi qui forent forſitan inter eos, qui, de Jure, vel conſuetudine, intereſſe in Ipſius Electionis negotio non deberent, quod à tractatibus Electionis celebrandæ, & ab eadem Electione recederent, Me, & alios libere eligere permittentes, proteſtans, quod non eſſet mea, vel aliorum intentio, tales admittere, tanquam jus in Electione habentes, aut procedere vel eligere cum eisdem; immò volui, quod voces talium, ſi qui reperirentur poſtmodum interfuiſſe, nulli præſtent ſuffragium, nec alicui afferant nocumentum, & prorſus pro non receptis, ſive pro non habitis habeantur. Quam proteſtationem Nos omnes, & ſinguli alii noſtri Co-Electores ratam & gratam habentes, & acceptantes, conſenſimus in eandem. Et demum, poſt Tractatus præhabitos, conſideratis ſollicitè & diligenter circumſtantiis, & ſtatu Perſonarum diverſarum, per quas, ſeu per quem Regno vacanti poſſet utilius provideri; in Illuſtrem Virum, Henricum, Comitem Lucemburgenſem, Virum utique Catholicum, orthodoxæ fidei fervidum Zelatorem, Eccleſiæ Dei, & Miniſtrorum Ejusdem, ac pacis Sanctæ, (Eccleſiæ) ab ineunte ætate ſua, experientia, quæ eſt rerum efficax magiſtra, atteſtante, devotum & humilem amatorem, ſtrenuum, de alto & generoſo ſanguine procreatum, in omni morum honeſtate proſpicuum & præclarum, affabilem, benignum & manſuetum, ac in aliis agibilibus, pro regimine Reipublicæ, quam plurimum circumſpectum, noſtrum intuitum, divina diſponente Clementia, convertentes; Ego, Baldowinus, Treverenſis Archi-Epiſcopus, pro me, & nomine meo; præfatus Henricus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, pro ſe, & nomine ſuo; ac jam dictus Archi-Epiſcopus Maguntinenſis, pro ſe, & nomine ſuo; Ego vero Rodolphus, Dux Bavariæ, pro me, & nomine meo; Ego quidem Rodolphus, Dux Saxoniæ, pro me, & nomine meo; ſimiliter & Ego, Waldemarus, Marchio Brandenburgenſis prænarratus, pro me, & Magnifico Viro, Ottone, Marchione Brandenburgenſi, Patruo meo, cujus vices in hac parte gero, nec non Illuſtrium Virorum, Johannis & Erici, Fratrum, Ducum Saxoniæ, qui etiam vices ſuas in hoc caſu Mihi commiſerunt, ſi, de Jure, vel de conſuetudine, repertum fuerit, Eos fore in ipſa Electione admittendos, vice & nomine, votis Noſtris, & aliorum Coelectorum noſtrorum prædictorum, diligenter inquiſitis, Nos, & dicti alii Co-Electores Noſtri, omnes & ſinguli, jus in Electione dicti Regis habentes, conſentimus concorditer in eundem Comitem, & ipſum nominavimus, quilibet noſtrûm pro

ſe, nullo

ſe, nullo penitus, ut præmittitur, diſcrepante, in Romanorum Regem eligendum, & in futurum Imperatorem promovendum, & in Advocatum SS. Romanæ & univerſalis Eccleſiæ, ac Defenſorem viduarum, & orphanorum. Quibus ſic peractis, Ego Rodolphus, C. P. R. prædictus, de mandato & voluntate ſpeciali Co-Electorum meorum omnium prædictorum, eundem Henricum, Comitem Luzemburgenſem, elegi ſolemniter, in hunc modum: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen - - - - Ego Rodolphus, C. P. R., vice mea, & Coelectorum meorum omnium, jus in ipſa Electione habentium, ex poteſtate, Mihi ab eisdem tradita ſpecialiter, & conceſſa, eundem Henricum, Comitem Luzemburgenſem, invocata S. Spiritus Gratia, eligo in Romanorum Regem, in Imperatorem futurum promovendum, in Advocatum SS. Romanæ & Univerſalis Eccleſiæ, ac defenſorem viduarum & orphanorum. Electione autem hujusmodi celebrata, cum omnes & ſinguli Electores alii prædicti approbavimus, & Te Deum laudamus, alta voce, fecimus decantari, & dictum Noſtrum Electum, qui præſens extitit, & Electioni de ſe factæ, divinæ nolens reſiſtere voluntati, interpellatus à Nobis, reverenter conſenſit, ad Eccleſiam Fratrum Prædicatorum in Franckenvort deduximus, & deinde Electionem ipſam Clero & Populo fecimus ſolemniter publicari. Eapropter Sanctitati veſtræ, tam devote, quam humiliter, voto unanimi ſupplicamus, ut Ipſum Henricum, ſic devote & concorditer electum, in Romanorum Regem, ut eſt dictum, paternis ulnis amplectentes, eidem munus conſecrationis conferendo, ſibi de ſacroſanctis manibus veſtris ſacri Imperii diadema dignemini, loco & tempore, favorabiliter impertiri - - - - - - Acta ſunt hæc in domo Fratrum Prædicatorum in Franckenvort, præſentibus Venerabili Patre, Dn. Johanne, Epiſcopo Argentinenſi, & Honorabilibus Viris, Dominis Henrico, Abbate Fuldenſi, Erneſto, Decano Colonienſi, Simone de Marvilla, Theſaurario Metenſi, & Petro de Eſch, Clerico, Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis, Anno Domini, (milleſimo trecenteſimo octavo) *die* (vigeſima ſeptima menſis Novembris) *& loco prædictis, Indictione ſeptima, &c.* Annum & diem comprobat *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, h. a., cap. 7, p. 187; conf. *Trithemius, Chron. Hirſaug.*, h. a. *Aventino* vero, lib. VII *Annal. Boicor.*, cap. XIV §. 10, p. 706, arridet 15 Octob. *Albertus Argentinenſis*, an. eod., p. 115; *Henricus Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, pag. 375; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 158, ponunt 1 Novemb. *Henricus Stero, Annal.*, an. eod., p. 406; *Spangenberg, Chron. Mansfeld.*, cap. 278, an. eod., p. 327; *Franciſcus Guillimannus*, lib. 2 *Rer. Helvetic.*, cap. 16, §. 20, pag. m. 133, aliique multi habent 25 Nov., diem *D. Catharinæ* ſacrum; Auctor *Magni Chronici Belgici*, p. 286, putat, Eum, in dicto B. *Catharinæ* Feſto, in Villa *Reynſe*, prope *Confluentes*, deinde, majori ſolennitate, *Francofurti*, ſerius electum; quam ſententiam & Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. 266, & *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 44, pag. 988, amplectuntur. *Dubravio*, lib. 19 *Hiſt. Bohem.*, p. 157, arridet 1 Dec.; Aliis aliter cenſentibus; Vid. *Conradus Vecerius*, l. c., p. 66, & 67; *Villanius*, lib. 8 *Hiſt. Flor.*, c. 101; *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, c. 83, p. 934; *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 194, p. 123; *Levoldus* de *Northof, Chron. Marcan.*, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 397; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 44, p. 988; *Paulus Langius, Chron. Citizenſ.*, p. 825; *Wymphelingus, Epitom. Rer. German.*, cap. 43, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 187; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 10, p. 731, & 732; *Palatius*, de *Geſtis Pontificum*, Vol. 3, p. 205, §. 8; Alii. *Henricus Rebdorfienſis*, in Annal., apud *Freherum*, p. 413, orditur Ejus Imperium anno 1309. *Conradus Vecerius*, l. c., pag. 67, malè ſuſpicatur, electionem in Comitiis *Luceburgicis* celebratam; nec majori fundamento *Henningeſius*, l. c., *Middelburgum* hoc titulo profert, prælaudato Inſtrumento ſolenni, perſpicuis verbis, *Francofurti* mentionem faciente.

An. eod. Pagorum Helveticorum, *Uraniæ*, *Suitii*, & *Underwaldæ*, Privilegia, veteresque immunitates illis conceſſas confirmat, atque Præfectum, ſeu Advocatum, ſuo Imperiique nomine, conſtituit. qui *Tigurinæ* Urbi, *Turgoviæ*, laudatisque tribus Pagis jus diceret, *Rudolphum*, Comitem *Habſpurgicum*, in *Lauffenberg*, qui, anno ſequenti, apud Cæſarem, per calumniam, ut dicunt, accuſatus, opera *Leopoldi*, Ducis Auſtriæ, qui ipſum oderat, Præfectura privatus eſt, ſurrogato in Ejus locum *Eberhardo de Burgla*, Turgovienſi. Vid. *Simlerus*, de *Republ. Helvet.*, p. m. 62, & 63; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 69, pag. 512. Ipſas Privilegiorum tabulas, datas Conſtantiæ, An. 1308, 3 Non. Junii, exhibet *Franciſcus Guillimannus*, lib. 2 *Rer. Helvet.*, c. 16, §. 20, p. m. 133, & 134.

An. 1309, die Epiphaniæ, vulgo *Trium Regum*, una cum Conjuge, *Margaretha*, ab *Henrico* Colonienſi, *Aquisgrani* coronatus eſt., Vid. *Albertus Argentin.*, l. c., pag. 115; *Magnum Chronicon Belgicum*, l. c.; *Henricus Stero*, l. c., ad An. 1308, pag. 406; *Villanius*, l. c., cap. 102; *Conradus Vecerius*, l. c., pag. 67; *Levoldus de Northof*, l. c., ad an. 1308; *Chronicon Magdeburgicum*, apud *Meibomium*, l. c., Tom. 2, p. 335, in vita *Burchardi*, 27 Archi-Epiſcopi; *Mutius*, l. c., pag. 214; *Nauclerus*, l. c.; *Aventinus*, l. c., quamvis Conſecratorem conſtituat Archi-Epiſcopum Moguntinum; *Browerus*, l. c., c. 7, & 8; *Henningeſius*, l. c.; *Spondanus*, l. c., ad an. 1309, §. 1, p. 369.

Ann. eod. legatos mittit ad Aulam Pontificis, *Avenione* ſubſiſtentis, ſcil. *Ottonem* Baſileenſem, & *Sifridum* Curienſem, Epiſcopos; *Amadeum*, Sabau-

diæ; *Johannem Delphinum*, Albonenſium & Viennenſium; *Guidonem*, Flandriæ; & *Johannem* Sarapontanum, Comites, una cum *Simone de Merbilla*, Theſaurario Metenſi, pro impetrandis Unctione & Coronatione Imperialibus; Procuratorium, quo ſub dato *Conſtantiæ*, 4 Non. Junii, Indict. VII, ann. 1309, Regni ſui primo, Eos inſtruxit, habetur apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c., §. 49, pag. 251, & 252. Quid Eis fuerit datum reſponſi, docet Tenor Pronunciationis Pontificis, inſtituta deliberatione longa, ſuper hac re factæ, ibid., §. 49, (c) pag. 255, & 256: *Ipſum chariſſimum filium noſtrum*, ***Henricum***, *Electum reputamus, nominamus, denunciamus & declaramus Regem Romanorum, de ipſorum Fratrum* (Cardinalium) *conſilio, juſtitia exigente; & perſonam Ipſius approbantes, pronunciamus, & declaramus eſſe ſufficientem, habilem, & idoneum ad promovendum in Imperatorem. Decernimus etiam, & pronunciamus, inunctionem, conſecrationem & Coronam Romani Imperii, per manus Noſtras, debere ſibi concedi, loco & tempore opportunis - - - - & quia citius non poſſumus - - - feſtum Purificationis B. Mariæ, quod erit uſque ad biennium computandum, à proximo futuro feſto Purificationis ejuſdem, in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, pro prædictis complendis, Eidem aſſignamus, &c.* Conf. Ejuſdem literas, ad laudatum Imperatorem, 7 Cal. Aug. ſive 26 Julii, anno Sedis quarto, *Avenione* datas, ibidem, l. c., §. 49, (c) pag. 259: *Te, chariſſimum Filium Noſtrum*, ***Henricum***, *in Regem electum, deputamus Regem Romanorum, de ipſorum Fratrum conſilio, juſtitia exigente; tuamque perſonam, tot excellentium meritorum claritate ſuffultam, approbamus, pronuntiamus, & declaramus plenè ſufficientem & habilem, ad ſuſcipiendum hujuſmodi Imperialis Celſitudinis dignitatem: decernentes & pronunciantes, Unctionem, Conſecrationem, & Imperii Romani Coronam, Tibi, per manus noſtras, debere concedi, loco & tempore opportunis - - - - - Celſitudini Tuæ, ad Unctionem, Conſecrationem & coronationem Imperii Romanorum, de manibus noſtris, in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, Deo auctore, ſumendas, Feſtum Purificationis B. Mariæ, quod erit uſque ad biennium computandum, à proximo futuro feſto Purificationis ejuſdem, Tibi, de ipſorum Fratrum conſilio, aſſignamus, &c.* Conf. *Henricus Rebdorfienſis*, an. 1309, p. 406; *Levoldus de Northof*, l. c.; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 286; *Mutius*, l. c., pag. 214. Juramentum, quod dicti Procuratores, eodem die, *Avenione*, in domo Fratrum Prædicatorum, Pontifici præſtitere, tale fuit: *Vobis, Sanctiſſimo Patri & Domino, Domino* ***Clementi***, *divina providente Clementia, Papæ Quinto, vice & nomine dicti Domini Noſtri Regis, & in animam Ipſius, promittimus & juramus, per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per hæc ſancta Dei Evangelia, & per hoc lignum vivificæ crucis, & per has reliquias Sanctorum, quod nunquam vitam, aut membra, neque ipſum honorem, quem habetis, ſua voluntate, aut ſuo conſenſu, aut ſuo conſilio, aut ſua exhortatione, perdetis, & in Roma nullum Placitum, aut Ordinationem faciet, de omnibus, quæ ad Vos pertinent, aut Romanos, ſine veſtro Conſilio & conſenſu; & quicquid de Terra Eccleſiæ Romanæ pervenit ad Ipſum, aut perveniet, Vobis reddet, quam citius poterit; & quandocunque in Lombardiam & Tuſciam aliquem mittet, pro Terris & juribus ſuis gubernandis, quoties mittet Eum, jurare faciet illum, ut adjutor Veſter ſit, ad defendendum Terram S. Petri, & Romanam Eccleſiam, ſecundum ſuum poſſe: &, ſi, permittente Domino, dictus Dominus Noſter Rex Romam venerit, ſanctam Romanam Eccleſiam, & Vos, Rectorem ipſius, & ſucceſſores veſtros exaltabit, ſecundum ſuum poſſe: & cum Romæ, vel alibi, per Vos, in Imperatorem coronandus fuerit Dominus Noſter Rex, prædictum ſacramentum, & aliud fieri conſuetum, ad requiſitionem veſtram, tempore Coronationis ſuæ, perſonaliter renovabit, &c.* Vid. confectum deſuper Inſtrumentum, ap. Dn. de *Leibnitz*, loc. cit., pag. 256, &c.

An. eod. Spiræ celebrat Comitia, in quibus filio *Johanni*, undecim annorum puero, *Eliſabetham*, *Wenteslai*, Bohemiæ Regis, filiam hæredemque, uxorem dat. Vid. *Albertus Argentin.*, h. a., pag. 115, & 116, addens, virginitatem *Eliſabethæ*, mediante ventris inſpectione, prius fuiſſe exploratam. Conf. Auctores, præcedent. v. 3, adducti. Notatu dignum eſt, quod *Albertus*, l. c., pag. 116, de Comitiis annectit: *Manſit ibi Rex ſex hebdomadibus*, ***cum Principibus Electoribus, & aliis Principibus, & Civitatum Nunciis***, *de ſuo tranſitu, & de præſtandis ſervitiis in Italiam diſponendo, ubi & ad Eum venerant Matheus, Mediolani, & Thobaldus, Brixiæ Magnates, & plurimi Lombardorum, &c.* En clarum veſtigium diviſorum Imperii Procerum in tres Claſſes, Electorum ſcil., Principum, & Civitatum, quod & *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 11, pag. 732, & 733, annotavit. Cauſam Wurtembergicam ibidem fuiſſe agitatam, docet *Mutius*, lib. 23, h. a., pag. 214: *Habuit primum Magnum Spiræ Conventum, ut animos Principum & Civitatum erga ſe & Imperium exploraret, & ſimul tentaturus, anne Comitem Wirtenbergenſem, Eduardum*, (Eberhardum) *poſſet adducere, ut officium ſuum faceret ſine bello; quare vocavit illum Spiram; venit Comes, ſed ita comitatus, ut totus Conventus ab eo timeret periculum. Henricus, electus Imperator, qui nihil privati adverſus eum habebat, manſuete eum excepit, ſalutavitque comiter, & primum ſolus cum ipſo egit, conatus eum in viam reducere, &c.* & pag. 215: *Tandem dicit illi aperte, ſe non poſſe non defendere eas Imperii Civitates, quas affligebat in dies Comes, nam, niſi hoc faceret, ſe poſſe judicari Virum non bonum, qui ſuum officium negligeret; nam, ſuſcipere provinciam adminiſtrandam, & officio debito non fungi,*

pre-

Digitized by Google

proditoris eſſe, non Principis, dicebat; admonet præterea, ut potius jam ſe in Italiam comitetur; ſe illum habiturum fratris ſui loco - - - - reſpondet Comes ſuperbus, ſe, contra jus, nihil hactenus egiſſe, nemini injuriam intuliſſe, ſe nemini obſtrictum eſſe, ut, ceu mancipium, ad alterius voluntatem vivat. Gratias agere ſe Henrico, qui amet, laudetque pacem tantopere; ſi velit, poſſe pacem ſervare, neque enim ſe bellum incœpturum cum Imperatore. Quam ob rem, utrum velit pacem, aut bellum, in manu Imperatoris eſſe; ſe malle quidem pacem, ſed ita, ut bellum nihil timeat, neque à bello tantopere abhorrere, ut ſuum jus non perſequi velit, aut ſervire iis, quibus non neceſſum ſit. - - - Comes igitur domum rediit, eo, quo venerat Spiram, animo nihil prorſus mutatus. Henricus apud Principes, poſt abitum Ejus, conqueritur de hominis corde immobili, nedum non pœnitente, & injurias, quas inferebat Civitatibus, enumerat; decernitur hoſtis Imperii, & bellum adverſus eum ſtatim parat Imperator, &c. de bello ſubjungit: *Illi, quibus erat Wirtenbergenſe bellum commiſſum, invadunt Ducatum, hoſtiliter oppugnant, expugnant, diripiunt, incendunt, captis & occiſis multis, &c.* Conf. *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, ad ann. 1310, §. 15, pag. 189, addens, ibidem, Occiſoribus *Alberti*, dictam capitis ſententiam.

An. eod., cum exercitu, in Bohemiam mittit filium, *Johannem*, in modo dictis Comitiis, nuptias cum laudata *Eliſabetha*, *Wenceslai* Regis filia, & hærede, celebrantem, ad occupandum Regnum, pellendumque inde *Henricum*, Carinthiæ Ducem, quem Bohemi Regem elegerant; fauſti fuere ſucceſſus, quandoquidem, amiſſa *Praga*, *Henricus* Carinthiæ Ducatum repetiit, verſaque vice, Bohemi dictum *Johannem* Regem conſtituerunt, à Moguntino Archi-Epiſcopo inauguratum. Vid. Auctores, præced. v. 3, citati.

An. eod., nondum finito bello Wirtenbergenſi, Ipſe arripuit, cum exercitu, iter in Italiam, &c. Ita *Mutius*, l. c., pag. 215; Addit *Conradus Vecerius*, de *Ejus rebus geſtis*, l. c., pag. 68, Germaniam tunc curæ filii Ejus, *Johannis*, Bohemiæ Regis, fuiſſe demandatam: *Ipſe, univerſa Germania Joanni filio demandata, cum non adeo grandi Comitatu, iter ingreſſus, Alpibusque propinquans, Lauſani conſtitit, reliquam exercitus partem opperiens, &c.*; conſentientibus *Ænea Sylvio*, *Hiſt. Bohem.*, cap. 32, p. m. 138; *Dubravio*, *Hiſt. Bohem.*, lib. 20, pag. 163; *Lehmanno*, *Chron. Spir.*, lib. 7, cap. 11, pag. 735, &c. Cauſam belli exponit Proſcriptionis formula, *Piſanis* in Comitiis, an. 1311, in *Robertum*, Siciliæ Regem, latæ, Fœdera ſcil., inter dictum Regem, & rebelles *Florentinos*, *Lucanos*, *Senenſes*, aliosque per Italiam Imperatoris hoſtes, ſancita; de quorum origine *Albertus Argentinenſis*, ad an. 1311, pag. 117, hæc prodit: *Rex* (Henricus) *properavit ad Urbem, quem Robertus, Rex Apuliæ, tenens Romam, niſus eſt impedire, pro eo, quod Rex Eum, per Nuncios ſuos, Mediolani Inveſtituram Feudorum petentem, inveſtire diſtulit, quousque veniret ad Urbem, &c.*

An. 1310, 8 Kal. Auguſti, ſub dato Francofurti, confert *Bertoldo*, Comiti *Hennenbergico*, ejusque hæredibus Jura & honores *Principum*. Diploma extat apud *Meibomium*, T. 3 *Rer. German.*, pag. 208, & 209; & Germanicè, apud Dn. *Luca*, *im Uhralten Furſten-Saal*, part. 4, cap. 6, p. m. 1181, &c. Conf. *Europ. Herold*, Edit. an. 1688, pag. 1554; *Thucelii Electa Juris publici Curioſa*, cap. 6, p. 267.

An. eod. Italiam ingreditur, veniensque *Aſtam*, potentiores Cives ſecum *Mediolanum* perducit, ubi à *Guidone de Turri*, Dominatum Civitatis exercente, pacificè excipitur, quem tamen paulo poſt, concitatam ob rebellionem, inde ejicit, Præfecturam Urbis *Matthæo Vicecomiti* (Viſconti) committens, quæ etiam in Ejus poſteris hæſit. Vid. *Nicolaus Burgundus*, *Hiſt. Ludovici Bavari*, lib. 2, pag. 61; *Albertus Argentinenſis*, h. a., pag. 116; *Vecerius*, l. c., ad h. a., pag. 68; *Chron. Elwangenſe*, an. eod., pag. 458; *Henricus Stero*, an. eod., pag. 407; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 44, pag. 989, ad an. 1311; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 286; *Mutius*, l. c., pag. 216, & 217; *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, ad h. a., §. 18, &c., pag. 189, & 190; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, an. eod., §. 8, pag. 373; *Palatius*, Vol. 3, de *Geſtis Pontificum*, in *Vita Clementis V*, §. 8, pag. 206.

An. 1311, die Epiphaniæ, inauguratur *Mediolani*, à loci Archi-Epiſcopo, Rex Italiæ. *Vecerius*, l. c., ad an. 1310, pag. 68, ait: *Rex Romanus, dolentibus Guidotti oculis, Mediolanum, pridie Dominici Natalis, invehitur, dieque ſequente octavo Antiſtes ejus diœceſeos, in Ambroſii Beatiſſimi delubro myſteriis vacantis, Henrici verticem ſecunda Corona redimivit. Auguſtæ quoque, quam una ſecum advexerat, idem honor habitus. Affuere ſolennibus omnium ferè Italiæ Civitatum Legati, Gibellinarum* (i. e. Cæſarearum) *modò partium, &c.* Conf. *Lewoldus à Northof*, *Orig. Marcan.*, ad an. 1310, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 397: *Rex Henricus Lutzenburgenſis ultra montes proficiſcitur, Corona Ferrea, in Mediolano, coronatur, ante Feſtum omnium Sanctorum, &c.*; & *Magnum Chron. Belgicum*, pag. 286: *Ibi*, (Mediolani) *in Epiphania Domini, ſequenti ſcil. anno Salutis 1311, in Eccleſia S. Ambroſii Mediolanenſis, per Archi-Epiſcopum Mediolanenſem, corona ferrea fuit coronatus. Quam tamen debuiſſet accepiſſe in Modicia, ex more antiquo, ſed ex certa cauſa fecit in Mediolano, creavitque, in die coronationis, ducentos Milites, de diverſis Nationibus, &c.* Add. *Chronicon Elwangenſe*, an. 1311, pag. 458; *Nauclerus*, l. c.; *Mutius*, l. c., pag. 217; *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imperat.*, Cap. XI, §. 1, & 2, pag. 142; *Browerus*, l. c., an. eod., §. 21 ad 24, pag. 190, & 191; *Sponaanus*, l. c.; *Palatius*, l. c.

An. eod

An. eod., fœdata rebellione *Mediolani*, ſuppreſſa factione *Turriana*, Præfecturaque, ut dictum, demandata *Matthæo Vice-Comiti*, totam Longobardiam in ordinem redigit, *Paduam*, *Cremonam*, *Brixiam*, *Veronam*, *Parmam*, *Mantuam*, locaque alia occupando, Præſidesque hinc inde conſtituendo; qua de expeditione legas *Vecerium*, l. c., pag. 69, & 70; Conf. *Albertus Argent.*, l. c., pag. 116, & 117; *Henricus Rebdorfienſis*, ad an. 1309, pag. 413; *Henricus Stero*, an. 1310, pag. 407; & reliqui, modo nominati.

An. 1312 Romam petit, de cujus itinere certior factus *Robertus* Siculus, *Johannem fratrem mittit ad Urbem, cum Equitum ſexcentorum præſidio, literis ſubinde ſcriptis ad Civitates Hetruriæ, Guelpharum partium, de ſubmittendis opportune Romam auxiliis. Ricardo, Lunenſi Comiti, quem Robertus Thuſcis impoſuerat, datum negotium Latii maturè ineundi, idque cum phalange peditum 2600. Hi, ad diem 16 Cal. Junii, Romam pervecti, Urſinos conveniunt, moxque, de ſententia Conſilii, Capitolium, Hadriani molem, ac Vaticanum armatis inſederunt; Petro Sabaudo, Senatore Urbis, conjecto in vincula; Columniis, aliisque Cæſarianarum partium, Lateranum, Mariam majorem, Amphitheatrum, Rotundam, Sanctamque Sabinam occupantibus, &c.* Ita *Vecerius*, l. c., pag. 71, ad annum 1312. His tamen non obſtantibus, ante diem Calendarum Junii, Romam ingreſſus, 26 Maji acri prælio cum hoſtibus commiſſo, *de ſententia Cardinalium, Conventu in Lateranum, ad diem Sextilium Calendarum*, (i. e. 1 Aug.) *indicto, Oſtienſique, Fliſco & Arnoldo* (Cardinalibus) *Cæſareas Infulas ſacrato capiti imponentibus, quod felix fauſtumque ſit, prægrandi apparatu, ſingularique ſpectantium gaudio, Auguſti nomen, apicemque faſtigii Imperialis accepit, &c.* Hæc ibidem; refert itaque *Vecerius*, l. c., &, cum eo, *Chronicon Elwangenſe*, pag. 458; *Chronicon Magdeburgicum*, in vita *Burchardi*, 27 Archi-Ep., apud *Meibomium*, T. 2 *Chron. Magdeb.*, p. 335; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 287; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 44, p. 990; *Cranzius*, lib. 9 Saxon., cap. 3; *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, an. 1312, §. 30 ad 33, pag. 192, & 193; *Spondanus*, T. 1. *Contin. Annal. Baronii*, an. eod., §. 2, pag. 379, aliique multi Inaugurationem in annum 1312; quam ſententiam Ipſius Imperatoris Edictum de *Coronatione Romana*, ſub dato *Romæ*, 4 *Calend. Julii*, *Regni ſui anno quarto*, *& Imperii primo*, confirmat, quandoquidem an. 1308, 27 Nov., ut ſupra vidimus, Rex electus noſcitur, ut adeo *annus* Regni Ejus *quartus* neceſſariò à Nato Chriſto ſit *milleſimus trecenteſimus duodecimus* dicendus; Accedit, quod Cæſar *anno Regni quinto*, 7 Cal. Maji, proſcribendo *Robertum*, Siciliæ & Apuliæ Regem, Coronationis brevi antea celebratæ faciat mentionem; Errant ergò *Henricus Stero*, in *Annalib.*, pag. 407, & *Henricus Rebdorfienſis*, pag. 418, eam anno 1311 contigiſſe arbitrantes. De die pariter diſceptatio eſt. *Vecerius*, l. c., ponit 1 Aug.; præfatum contrà Edictum Cæſareum loquitur de Feſto *BB. Petri & Pauli*, i. e. de die 29 Junii; ibi: *Sanctiſſimum in Chriſto Patrem, Dn. Clementem, Summum Pontificem, requiſivimus, ut, ad Urbem accedens, præfata ſolennia Nobis ibidem tradere dignaretur. Qui, cum, ex certis cauſis, juxta Noſtrum immenſum deſiderium intereſſe nequiret, ne dicta Coronatio, ob ſui abſentiam, impediri valeret, Venerabilibus Patribus, Dominis Arnoldo, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, Leonhardo Albanenſi, & Nicolao, Hoſtienſi ac Veltrenſi Epiſcopis, ac Franciſco S. Luciæ, nec non Lucæ, S. Mariæ in Via lata, Diaconis Cardinalibus, commiſit in hac parte plenarie vices ſuas, cum clauſula, ut, ſi non omnes his exequendis intereſſe valerent, quatuor, tres, duo, vel unus eorum dictæ coronationis noſtræ negotium expediret. Verum, dictis Leonhardo & Franciſco de hac luce ſubtractis, per dictos Dominos Cardinales ſuperſtites, die Feſto Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum, quem, ad hoc, ut poteramus, virtute dictæ commiſſionis elegimus, in Eccleſia S. Johannis Lateranenſis, præſente Archi-Epiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum Eccleſiaſticorum Ordinum Urbis, Ducumque, Comitum, Baronum, Nobilium, ac Romani Populi innumeroſa caterva, oleo ſacro uncti fuimus, nec non Imperiali diademate coronati, ac aliis debitis ac conſuetis ſolenniis inſigniti, &c.* Erroris hinc arguit *Spondanus*, l. c., omnes, aliud tempus hoc titulo producentes. Conf., de Expeditione hac Romana, *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chronici Alſatici*, §. 195, pag. 124. Addit Dn. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiæ Germaniæ*, lib. 6, cap. 1, §. 3, pag. 741: *Renovata tum Lex Regia per SCtum, quo S. P. Q. Romanus omne jus ſuum in Henricum VII Imp. contulit: Ego, Coronarum Corona, Mundique Caput, Confirmo Principi poteſtatem, ſibique ſubjicio Civitates, Gentiumque Nationes. Tueantur Aquilæ Gloriam meam hac Roma.* Conf. *Goldaſtus*, Tom. 3 *Conſtit. Imp.*, pag. 408. His ad finem præductis, *Piſas* revertitur Cæſar, legibusque coërcere hoſtes aggreſſus, quos armis proſequebatur, aſperrima, in Thuſcos, Edicta promulgat, Florentiamque premit obſidio. Vid. *Vecerius*, l. c., pag. 72; *Nauclerus*, l. c., pag. 991; *Browerus*, loc. cit., §. 34, pag. 193. Lites, quas cum *Clemente V*, Imperium Romanæ Eccleſiæ *Feudum* conſtituente, habuit, maſculè reſpondens; *ſe nemini fidelitatis juramento teneri*, recenſet ipſe Pontifex, in Cap. Un. de *Jurejurando*, lib. 2 *Clementinarum*, Tit. IX, nec non lib. 2 *Clementinarum*, Tit. XI, de *Sententia & re judicata*, C. 2; *Paſtoralis, &c.* add. ſeq. Tit. 8, §. 2, lit. q.

An. 1313, In Comitiis *Piſanis*, 7 Cal. Maji, proſcribit *Robertum*, Siciliæ & Apuliæ Regem, quod (1) cum Imperii hoſtibus, *Florentinis*, *Lucanis*, *Senenſibus*, aliisque *Factionis Guelficæ* ſociis, fœdera pepigerit; (2)

iter

Digitized by Google

iter ſuum, Romam verſus, modo quocunque impedire ſit conatus; (3) *Cremonam, Parmam & Regiam* ad rebellionem concitaverit; (4) Vitæ ſuæ ſtruxerit inſidias; (5) *Johannem* fratrem, & ſtipendiarios, in impedimentum celebrandæ Inaugurationis ſuæ, Romam miſerit, qui etiam, ut Auguſti verbis utar, *contra Nos, & Gentes noſtras, hoſtiliter poſuerunt inſidias, fecerunt inſultus, ſpoliationes, violentias, & homicidia perpetraverunt, viasque publicas, & loca, per quæ, ad tendendam Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe, omnibus Religionem profitentibus Chriſtianam liber aditus patere debeat, bellicoſis apparatibus claudere, Nobis ac Gentibus noſtris, ad Baſilicam ipſam, ne ipſa coronatio celebrari valeret, acceſſum totis viribus prohibere, ac alias, omni modo, quo poterat, Majeſtatem noſtram offendere procurarunt, &c.* Formula banni extat apud *Albericum de Roſate*, in l. 5, *Quisquis C. Ad L. Jul. Majeſt.*, *Henricum Rebdorfienſem*, ad an. 1309, pag. 413, &c., *Goldaſtum*, T. 1 *Conſtit. Imper.*, p. 321, &c., & *Conringium*, lib. 2, de *Finibus Imperii*, cap. 21, §. 3, pag. 301, &c. Inde huc ſpectant: *Robertum prædictum, cujus eligimus domare ſuperbiam, & præſumptionem erectam conterere, Ipſumque à ſtatu ſuo, quantumcunque ſublimi, deponere, cum, propter præmiſſa, Majeſtatis criminis reus ſit, univerſis & ſingulis dignitatibus, quocunque titulo comprehenſis, quibus ſe intitulat, & decorat, auctoritatibus, honoribus, libertatibus, immunitatibus, & Privilegiis, Provinciis, Comitatibus, Civitatibus, Caſtris, Terris, Villis, & aliis Feudis, Vaſallis, bonis, rebus, juribus, & jurisdictionibus univerſis, tam perpetuis, quam temporalibus, quos, quas, & quæ habet, tenet, & poſſidet, vel quaſi, ſeu habuerunt, & poſſederunt hactenus quomodolibet Ipſe, vel ſui Prædeceſſores, privamus: eundem Robertum, rebellem, proditorem, & hoſtem Imperii, dictæque Majeſtatis crimine reum, de toto prædicto Imperio exbannimus, & diffidamus: Ipſum, ſi quo tempore in Noſtram & Imperii fortiam pervenerit, vita, per capitis mutilationem, privandum, in his ſcriptis ſententialiter condemnamus, &c.* In fine legitur: *Actum Piſis, in præſentia Noſtrorum Principum & Baronum, ac Populi multitudine copioſa, 7 Cal. Maji, Regni Noſtri anno quinto, Imperii vero anno primo, quod fuit* 1311; rectius 1313. Meminit ſententiæ hujus *Clemens V*, in *Clementinis*, lib. 2, Tit. 11, de *Sententia & Re judicata*, cap. 2: *Paſtoralis*; ſed, impudenti temeritate, *nullitatis & temeritatis* eam accuſans, quod Ipſemet, non Imperator, ordinarius Siculorum Regis eſſet Judex, perperam extra Imperium ab Imperatore in judicium vocati, inſuperque cauſæ impellentes eſſent contortæ, nulliusque valoris. Conf. *Nicolaus Burgundus*, lib. 2 *Hiſtor. Bavar.*, p. m. 61. *Veterius*, l. c., p. 72, rectè eam coronatione poſteriorem ſtatuit, id quod & rerum geſtarum ſeriei magis congruit, & *Annus Regni quintus*, quo lata legitur, non *milleſimo trecenteſimo undecimo*, à Nato ſalvatore, ſed *milleſimo trecenteſimo, decimo tertio* reſpondet; quem propterea *Nauclerus*, Vol. 2, Gener. 44, p. 991, hoc titulo, jure celebrat; Conf. *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, ad an. 1313, §. 35, pag. 194; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, an eod. §. 1, pag. 382; &, omnibus antiquior, *Henricus Stero*, an. eod., pag. 407; & *Albertus Argentinenſis*, pag. 110; add. *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spirenſ.*, cap. 11, pag. 738.

v. (5.) Strenuè ſic cum Jura Imperii per Italiam vindicatum iret, anno 1313, hauſto veneno, præmaturam mortem oppetebat. *Henricus Stero*, in Annal., ad h. a., pag. 407, ait: *Hic Imperator, ut communis fuit opinio, per pœnitentiarium ſuum, immixto veneno in calice Domini, cum Imperator ab ipſo Euchariſtiam ſumeret, extinctus fuit, & Piſis ſepultus, ut patet per ſequentes verſus:*

Jure dolet Mundus, quod Jacobita ſecundus
Judas nunc extat: mors Cæſaris hoc manifeſtat.
Dum fuerant anni tranſacti mille trecenti,
Et decimi terni, in feſto S. Timothei,
Occidit Heinricus, tabe veneni,
Glorius Imperator, Germanæ Gentis amator,
Juſtitiæ cultor, Viduarum ſtrenuus ultor.

Conf. Annales *Henrici Rebdorfienſis*, an. eod., pag. 416: *Manu armata eodem Imperatore ſubjugante Civitates Italiæ, ſibi rebelles, cum magno exercitu jacente in partibus Thuſciæ, prope in Caſtro, dicto Bontbonientb,* (Bonconvento) *Civitatem Senarum; in die Aſſumptionis Virginis Glorioſæ, cum devote ſumeret corpus & ſanguinem Dominici Sacramenti, in ablutione calicis, per quendam Fratrem Ordinis Prædicatorum, ut narratur, immiſſum eſt venenum in calicem, & ſic intoxicatus ſtatim obiit, & in Civitate Piſana ſepultus eſt, &c.* Audiamus *Benevenutum de Rambaldis*, in *Libro Auguſtali*, apud *Freherum*, T. 2, pag. 13: *Heinricus - - - - - hic, Vir prudens, juſtus, honeſtus, Catholicus, dilectus omnibus, ſedatis ſollicite diſcordiis Alamanniæ, alto animo diſponebat reformare potentem Italiam, ut ſic facilius redimeret Terram Sanctam, ſi fata permiſiſſent; & ſperabatur Dominus omnium in brevi, cum magno favore Lombardorum & Tuſcorum. Sed Bononia & Florentia, cum quibusdam aliis, obviarunt ſibi: unde opera Florentinorum, ut in fama fuit, venenatus apud Bonconventum, Caſtellum Senarum, optimus Imperator, cum imperaſſet annis quatuor, menſibus octo, & diebus 18, nunquam elatus proſperitate, nunquam dejectus adverſitate, anno Domini 1313, mortuus eſt, &c.* Add. *Albertus Argentinenſis*, p. m. 110: *Venit Cæſar, cum exercitu ſuo, juxta Senas, aliquot diebus, ad Senenſium ſibi rebellium Terram, ignis incendio devaſtando, & captos ex eis in arboribus ſuſpendendo. Et, in Aſſumptionis Virginis Mariæ vigilia, decantata coram Eo Miſſa, Eoque per quendam Prædicatorem communicato, poſt*

Miſſam cœpit illico infirmari. Dicebatur enim, quod ipſe Prædicator venenum, ſub ungue digiti tenens abſconſum, poſt communionem, potui Cæſaris immiſiſſet, & illico diſceſſiſſet. Cum autem conſuleretur Cæſari, quod Piſas reverteretur, Ipſe ſe in ſervitio Domini eſſe, & non retroceſſurum, reſpondit, & procedens, cum veniſſet ad Villam, quæ dicitur Bonconvet, *progredi ultra nequivit, ſed in die Bartholomæi deceſſit, quem exercitus Piſas reduxit, ubi, cum ineffabili lamentatione, eſt honorifice ſepultus, anno Domini* 1313. *Sicque, heu! periit columna Magnanimitatis & Juſtitiæ, & flos germinis Germanorum, &c.* Majori fidentia Auctor *Chronici S. Vitoni Virdunenſis*, ad an. 1313, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.*, pag. 403: *Henricus de Lucembourg, Imperator, in Euchariſtia* intoxicatur, *in Italia.* Quod execrandum crimen candidè inſuper fatetur *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 335. in primis auctor Rhytmi, in vetuſtiſſimo libro reperti, apud *Freherum*, in Appendice, T. 1 *Rer. German.*, pag. 15, &c., nefandum Regicidam *Paulinum* vocans; ibi:

Gens frement in Florentia
\- - - - -
Theſauri pandens arcam,
Paulinum quendam variis
Corrumpit cum denariis,
Quam pluribus florenis:
Ut Principem piiſſimum,
Monarcham Potentiſſimum,
Inficiat venenis.
\- - - - -
Paulinus, non intrinſecus
Paratus, ſed extrinſecus,
Solennia Miſſarum
Dicturus ſub oramine,
Ut Principem libamine
Communicet Præclarum.
Sed ſimulata Veritas,
Hic venenoſa feritas
Sub ungue occultatur,
Qua Princeps Sereniſſimus,
Fide Chriſtianiſſimus
Clandeſtine vocatur &c. (necatur)

Sic & *Mutius*, lib. 23 *Chron.*, pag. 219, cujus verba *Pallatius* repetit, Vol. 3, *de Geſtis Pontificum Romanorum*, in vita *Clementis V*, pag. 206, inquiens: *Ipſe tandem morbo abſumptus,* non ſine veneni ſuſpicione, *cum in* Robertum, *Regem Neapolis, quem exauctoraverat, arma pararet. Bonconventi ſtabat, jejunio ac bonis operibus indulgens, ut ſacramentum ſumeret Euchariſticum. Aberat forte Tridentinus Epiſcopus, Ejus Confeſſor, unde quidam Bernardinus, Ordinis Prædicatorum, vel ut alii,* Johannes de Monte Politano, *ſubornatus à Guelphis, cum forte coram Cæſare Miſſam celebraret, venenum ei ſub ſpecie exhibuit Sacramenti, vertens calicem vitæ in calicem mortis. Senſit mox Imperator, mortem adeſſe, noluit tamen myſtam increpare, ne Sacrificium interrumperet. Miſſa peracta, remedia adhibuit, ſed jam virus præcurrerat. Unde ad Sacrificum converſus, ſuſurravit in aurem:* Domine, Calicem vitæ mihi dediſti ad mortem. *Recede ſtatim, ne ab amicis arreptus male pereas, &c.* Conſ. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 287; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 68, pag. 284; *Johannes Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, in Ejus vita, apud *Sylburgium*, T. 2 *Rer. Roman.*, pag. 601; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, pag. 382; *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boicor.*, cap. 15, §. 1, p. m. 713; *Naucler us*, Generat. 44, pag. 991; *Cranzius*, lib. 9 *Saxon.*, cap. 7, tradens, ſigna ſaltem veneni in cadavere defuncti apparuiſſe. *Browerus* contra, lib. 17 *Annal. Trevir.*, an. 1313, §. 37, pag. 194, & *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, an. eod., §. 5, & 6, p. 382, famam, de veneno propinato, fabulis accenſent, quod (1) *Johannes Villanius*, tum florens Florentiæ; *Continuator Hiſtoriæ Ptolemæi Lucenſis*, qui prope aderat, infirmitatemque Ejus cœpiſſe docet, ab apoſtemate in coxa, & inde veniſſe in febrem, ex qua, decima die poſt, deceſſerit; *Albertinus Muſſatus*, Patavinus, diligens rerum *Henrici* Scriptor, tres alias mortis Ejus cauſas adducens, nimirum natum ſub genu anthracem, ſciſſam à ſtranguria veſicam, quo morbo aſſiduè laboraverit, & pleuriſim, quam, merſo jam ſpiritu, vomuiſſe conſtiterit; aliique Scriptores coævi nihil de re tanti momenti adnotaverint; (2) tot teſtimonia Pontificum Romanorum, Imperatorum, Principumque, tam Secularium quam Eccleſiaſticorum, Germaniæ & Italiæ, de innocentia dicti *Bernhardi*, & totius Ordinis Prædicatorum, extent. *Stephanus Baluzius*, Tom. 1 *Miſcellaneorum*, pag. 162, Ill. Dn. *Leibnitius*, T. 1 *Codicis Diplomatici*, §. 87, pag. 188, & Dn. *Luca*, *im Uhralten Fürſten Saal des H. R. Reichs*, Part. 4, cap. 5, pag. 1240, &c., Apologeticas *Johannis*, Bohemiæ Regis, defuncti Filii, ſiſtunt, quæ ſi genuinæ ſint, quandam rebus lucem afferunt. Tenor hic eſt:

Johannes, *D. G. Bohemiæ Rex, Lucemburgenſis Comes, univerſis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in eo, qui cuſtodit veritatem in Secula, & facit judicium omnibus, qui injuriam patiuntur. Quia Salvator Noſter in hunc mundum venit, ut perhiberet teſtimonium veritati, & nos, ſecundum modulum noſtrum, debemus Ipſum, quantum poſſumus, imitari, & maximè, quando, per vanitates & inſanias falſas, veritas corruit in plateis, & ſalus Populi gravius impeditur ex eo, quod aliqui diminuant bonam famam illorum, qui pro veritate fidei mittuntur, ut ſint in lucem Gentium, &, loquendo, & exhortando,*

Digitized by Google

*hortando, usque ad extremum Terræ, proficiant cuilibet ad ſalutem. Quicunque enim ſic cogitant infamia, vel procurant, contra Dei Nuncios, ſeu Miniſtros, reſtat procul dubio, quod contra Populum Dei Conſilium malignantur. Unde ait Propheta, Pſalm. 82: Super Populum Tuum malignaverunt conſilium: & cauſa illicò ſubinſertur: Quia cogitaverunt adverſus Sanctos Tuos; & ſequitur: Ut non memoretur nomen illorum ultra. Nuper autem retulit coram Nobis Religioſus Vir, Frater Petrus, de Caſtro Reginaldi, Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod, in magnum ipſius Ordinis dedecus, & contemptum, facti ſunt Romancii, Chronicæ & Moteti, in quibus continetur, quod claræ memoriæ Dominum & Genitorem Noſtrum, Imperatorem Henricum, Frater quidam, Bernardus de Montepeluciano, Ordinis ſupra dicti, adminiſtrando Ei ſacramentum Euchariſtiæ, venenavit; & propter hoc, ad defenſionem veritatis, prædictus Frater, Petrus de Caſtro Reginaldi, habere ſuper hoc litteram teſtimonialem humiliter ſupplicavit. Et Nos Ipſius ſupplicationi, prout poſſumus, inclinantes, notum facimus univerſis, quod a principio, quando rumores audivimus de prædictis, Nos, & amici Noſtri de his inquiſivimus diligenter, &, contra dictum Fratrem Bernardum de Montepeluciano, nihil invenimus fide dignum. Idcirco ipſum credimus prædictum facinus nullatenus commiſiſſe, quia prædictum Genitorem, in ſua infirmitate ultima, ipſe Frater Bernardus diligenti obſequio cuſtodivit, & pacifice in ſua Religione, inter fideles Imperii commorando, ubi à Familiaribus prædicti Domini Genitoris Noſtri * longo tempore ſupervixit; & hoc fuit non modicum ipſius innocentiæ argumentum. Duæ etiam amitæ noſtræ, ſorores prædicti Domini Genitoris Noſtri, habitum prædicti Ordinis ſuſceperunt, quarum una fuit Priorissa in quodam Monaſterio, & ſic profeſſa in dicto ordine usque ad mortem permanſerunt. Poſtea etiam Domina Maria, ſoror Noſtra Germana, ſuſcepit habitum Ordinis memorati. Tamen, antequam eſſet profeſſa, inclytæ recordationis Carolus, Rex Francorum, eam ſibi in uxorem petiit copulari; & ſic facta Regina Francorum, quamdiu vixit, habuit Confeſſorem de Ordine ſupra dicto; & poſt mortem, ſicut elegerat, habuit inter Sorores ipſius Ordinis ſepulturam. Et ſimiliter Avia noſtra, Domina Beatrix, mater dicti Domini Genitoris noſtri, quæ poſt Eum aliquo tempore ſupervixit, fecit ſe inter Sorores prædicti Ordinis ſepeliri. Nos etiam, & cariſſima Conſors Noſtra habuimus poſtea de prædicto Ordine Confeſſores. Et ſi Nobis, & amicis noſtris apparuiſſet, quod aliquis de Fratribus Ordinis ſupradicti, in Dominum Genitorem Noſtrum, tam doloroſum & nefandum flagitium perpetraſſet, nunquam voluiſſemus tot & tantas familiaritates Fratribus ipſius Ordinis exhibere. Ideo rogamus, quantum poſſumus, univerſos, ut, ſicut docet Apoſtolus, deponentes mendacium, loquatur unusquisque cum proximo ſuo veritatem, quod non credat narrationem ignorantium & Romancii, in quibus, contra veritatem, plurima continentur, quin hoc eſſet ſalutis eorum, & præjudicium animæ Patris noſtri. Rogamus etiam quemlibet, qui ſuper hoc à Fratribus prædicti Ordinis fuerit requiſitus, ut procuret, ſicut poterit, quod adverſarii à prædictis æmulationibus arceantur, ita, quod totus prædictus Ordo Fratrum Prædicatorum poſſit Deo, ſine cordis moleſtia, liberius deſervire, & Populum ad viam ſalutis efficacius revocare. Quod ut perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſentibus noſtris litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Datum in Caſtro de Magduno, ſuper Euram, Bituricenſis Dioeceſis, 17 Menſis Maji, Anno 1346.*

De anno & die teſtantur etiam *Levoldus de Northof*, in *Chronico Marcano*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 398; *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 195, p. 125; Alii. Epitaphium Cæſaris, quod poſt *Browerum*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, an. 1313, §. 41, p. 196, mutato nonnihil ſtylo, *Welſerus à Neunhoff*, Patricius Noricus, in Tract. de *Summis S. R. J. Officialibus*, pag. 238, exhibet, à ſemet ipſo *Piſis* deſcriptum, ſic ſe habet:

Hoc in ſarcophago, non quidem ſpernendo,
Henrici, olim Lucenburgenſis Comitis ſeptimi,
Poſt hæc ſeptimi ejus nominis Romanorum
Imperatoris, oſſa continentur; quæ, ſecundo, poſt
Ejus fatum, anno, videlicet 1315, die
Vero 25 ſextilis, Piſas translata, ſummo
Cum honore, 7 funere, hoc in phano, ad hunc
Usque diem, collocata permanſere.

(33) LUDOVICUS V, BAVARUS.

v. (1.) Parentes habuit *Ludovicum Severum*, Ducem Bavariæ ſuperioris, & C. P. Rheni, atque *Mathildim*, filiam *Rudolphi* Imperatoris; Vid. *Nicolaus Burgundus*, *Hiſt. Bavar.*, ſeu *Vita Ludovici IV*, lib. 1, p. m. 5; *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boicor.*, cap. XV, §. 9, p. m. 715; *Henningeſius*, part. 1 *ſecund. & tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 196, & 198; *Bucelinus*, part. 3 *Notitiæ Genealogicæ Germaniæ*, p. m. 43; *Ritterſhuſius*, Tab *Ducum Bavariæ*; *Matthiæ*, *Theatr. Hiſtor.*, in Ejus vita, p. 981; Reliqui. De anno nativitatis judicandum eſt ex *Annalibus Henrici Rebdorfienſis*, ad an. 1314, p. m. 421, dicentis: *Hic, tempore electionis ſuæ*, (adeoque an. 1314) *ætatis triginta annorum, vel circa* fuit. Hac ratione mundum intravit, an. 1284. *Ritterſhuſius*, l. c., & Dn. *Hubnerus*, *Tab. Geneal.* 133, habent 1286, & *Hen-*

ningeſius 1287, quem Dn. *Tolnerus*, cap. 19 *Hiſtoriæ Palatinæ*, p. 418; & Dn. *ImHoffius*, *Tab. Geneal. Principum Imperii*, §. XIII, aliique ſequuntur; cui ſententiæ vel ipſe *Aventinus*, l. c., ſuffragari videtur, docendo, Eum, *ſeptem annos* natum, Patrem amiſiſſe; quem, anno 1294, animam efflaſſe, Annalium fide conſtat.

v. (2.) Ter Nuptias celebravit,

(1) Cum valde divitis cujuſdam Comitis filia, quæ ſterilis deceſſit; Vid. *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 44, p. 992; *Mutius*, lib. 24 Chronic., p. 222; *Matthia*, l. c., p. 982;

(2) Cum *Beatrice*, filia *Henrici*, Ducis *Glogoviæ*, ſeu, ut *Nauclerus*, l. c.; *Mutius*, l. c.; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, p. 431; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, p. 402, aliique ſcribunt, *Poloniæ*, defuncta an. 1323, juxta *Henningeſium*, l. c., rectius 1322, juxta *Nicolaum Burgundum*, loc. cit., p. 41; *Aventinum*, l. c., cap. 16, §. 2, p. 723; & *Rittershuſium*;

(3) An. 1324, Cum *Margaretha*, fil. *Wilhelmi III*, Comitis Hollandiæ, Seelandiæ, &c., defuncta an. 1356. Vid. *Nicolaus Burgundus*, l. c., lib. 2, p. m. 66, & 87; *Henricus Rebdorffienſis*, *Annal.*, ad an. 1347, p. m. 435, & ad an. 1351, p. 447; *Magnum Chronicum Belgicum*, pag. 303; *Nauclerus*, l. c.; *Mutius*, l. c.; *Münſterus*, l. c.; *Pantaleon*, l. c.; *Henningeſius*, l. c., pag. 199; alii. Dn. *Tolnerus*, l. c., eam an. 1361 denatam docet.

v. (3.) Liberi, quos cum *Beatrice* genuiſſe fertur, ſunt

(1) ***Ludovicus Senior***, Præfectus Cubiculo *Caroli IV*, Imp., Dux Bavariæ, &, mortuis, an. 1322, *Woldemaro*, ejusque fratre, *Johanne IV*, Brandenburgicis Marchionibus, Norimbergæ, à Patre de Marchia Brandenburgica inveſtitus, quam poſtea fratri, *Ludovico Romano*, reliquit. Prior ejus Conjugum, *Margaretha*, erat filia *Chriſtophori*, Regis Daniæ, & poſterior, *Margaretha*, à deformitate oris, dicta *Maultaſch*, gnata & hæres *Henrici*, Ducis Carinthiæ, Comitisque Stiriæ & Tyrolis, ducta an. 1342, 10 Febr., annoque 1366 mortua, ceſſo prius Domui Auſtriacæ Tyrolenſi Comitatu. Suſcepit quidem ex hac filium *Meinhardum*, Ducem Carinthiæ, & Comitem Styriæ atque Tyrolis; deceſſit autem ille an. 1363, ſponſus *Margaretha*, *Leopoldi Probi*, Auſtriæ Ducis, filiæ. Ipſe obiit an. 1361, 18 Sept. Vid. *Henrici Rebdorfienſis Annales*, ad an. 1341, p. m. 429. & an. 1361, & 1362, pag. 452; *Nicolaus Burgundus*, l. c., lib. 1, pag. 38, & 41, & lib. 2, pag. 59; *Aventinus*, l. c., cap. 19, §. 2, p. 446, & cap. 21, §. 1, p. 760; *Nauclerus*, l. c.; *Mutius*, l. c.; *Münſterus*, l. c.; *Pantaleon*, l. c.; *Henningeſius*, l. c., pag. 198; *Bucelinus*, l. c.; *Rittershuſius*, l. c.; *Matthia*, l. c.

(2) ***Stephanus fibulatus***, qui Duces Bavariæ, ex *Eliſabetha*, fil. *Friderici*, Auſtriæ Ducis, electi à quibusdam Imperatoris, *Nicolao Burgundo* teſte, l. c., lib. 2, ad an. 1325, p. m. 92, quam *Henningeſius*, l. c., & *Rittershuſius*, Tab. *Ducum Bavariæ*, gnatam *Ludovici 2*, Ungariæ & Siciliæ Regis, conſtituunt, proſevit; *Margaretha*, altera Ejus conjux, *Johannis*, Burggravii Norici, filia, ſine liberis deceſſit. Vid. Auctores citati.

(3) ***Beatrix***, Ux. *Caroli*, Regis Hungariæ, ob. 1315. *Henningeſ.*, l. c.

(4) ***Anna***, quæ trima obiit. *Hennigeſ.* l. c.

(5) ***Mechtildis***, Ux., an. 1338, *Friderici Severi*, March. Miſniæ, defuncta an. 1346; Vid. *Nic. Burgundus*, p. 41; *Contin. Lamberti*, ad an. 1338; *Henningeſ.*, l. c.; *Bucelinus*, l. c; *Rittershuſius*, l. c.

Liberi *Margarethæ* Hollandæ ſunt

(6) ***Wilhelmus***, Comes Hollandiæ, Selandiæ, Friſiæ, & Hannoniæ, qui, ex phreneſi, in carcere obiit, an. 1377, vel 1378. Vid. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 303, & ad an. 1378, p. 322; *Albertus Argentin.*, ad an. 1352, p. 156; *Nauclerus*, l. c.; *Mutius*, l. c.; *Henningeſius*, l. c., p. 199; *Münſterus*, l. c.; *Pantaleon.*, l. c., p. 403; *Bucelinus*, l. c.; *Rittershuſius*, l. c.; *Matthia*, l. c. Ux: *Mechtildis*, fil. *Henrici*, Lancaſtriæ Ducis. Vid. *Aventinus*, l. c., lib. VII, cap. 20, §. 1, p. m. 755; Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Angl.*, Part. 1, Tab. V; Dn. *Hübner*, *Tab. Geneal.* 133.

(7) ***Albertus***, fratris *Wilhelmi* hæres & ſucceſſor in Provinciis Belgicis; Vid. *Magnum Chronicon Belgicum*, ad an. 1378, p. 322; an. 1404, 8 Cal. Febr. defunctus eſt, Hagæque Comitum, in Sacello Palatii, terræ mandatus; de cujus Uxoribus & liberis *Magnum Chronicon Belgicum*, l. c.; *Andreas*, *Presbyter Ratisbon.*, in *Chronico Bavarico*, apud *Schilterum*, *de Script. Rer. German.*, p. 41, ſimul eum an. 1405 extinctum tradens; *Henningeſius*, l. c, pag. 201; *Bucelinus*, l. c.; *Rittershuſius*; Dn. *Hübnerus*, l. c.; aliique evolvantur.

(8) ***Ludovicus Romanus***, ita dictus, quod, *Nicolao Burgundo*, l. c., pag. 106, & *Aventino*, l. c., cap. 17, §. 14, pag. 734, teſtibus, tempore Inaugurationis Patris, an. 1328, *Romæ* natus ſit, à *Carolo IV*, Imp., Marchiam Brandenburgenſem cum Electoratu, beneficiali lege, obtinuit; fictitium *Woldemarum*, *Johannem Rebok*, molitoris filium, Marchia pepulit; &, *Aventino* teſte, l. c., lib. VII, cap. 21, §. 1, pag. m. 760, an. 1359, juxta *Rittershuſium* vero, *Gen. Bav.*, Dn. *Hübnerum*, l. c., & alios, an. 1366, obiit. Conjugem Ejus, *Ingelburgim*, *Alberti*, D. Megapolit., fil., indeque natam *Ingelburgim*, *Friderico*, Burggravio Norimbergenſi, nuptam, exhibent *Henningeſius*, l. c., pag. 199, & reliqui. Meminit Ejus *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 303; *Albertus Argentinenſ.*, ad an. 1352, p. 156. Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. m. 269, &c.; *Nauclerus*, l. c. & pag. 998: *Mutius*, l. c., *Münſterus*, l. c.; *Pantaleon*, l. c.; *Dubravius*, *Hiſt. Bohem.*, lib. 22, p. 180.

(9) *Ot-*

Digitized by Google

(9) *Otto*, Marchio Brandenburgicus, qui *Carolo IV* Imperatori Marchionatum vendidit, an. 1379 defunctus, nullis, ex duabus Conjugibus, *Margaretha*, *Alberti*, Auſtriæ Ducis, & *Anna*, laudati Cæſaris filiabus, relictis liberis. Vid. *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 303; *Andreas, Presbyter Ratisbonenſis*, l. c., ad an. 1379, p. m. 38; *Nauclerus*, l. c.; *Mutius*, l. c.; *Münſterus*, l. c.; *Pantaleon*, l. c.; *Henningeſius*, l. c.; *Bucelinus*, l. c.; *Rittershuſius*, l. c.; Dn. *Hübnerus*, l. c.

(10) *Eliſabetha*, nupta (1) *Johanni*, ultimo D. Bavariæ Infer., (2) *Ulrico*, Com. *Wirtembergico*. Vid. *Henningeſius*, l. c.; *Matthia*, l. c.; & *Pantaleon*, l. c. Ejusdem meminit *Münſterus*, l. c., &, ante omnes, *Magnum Chronicon Belgicum*, l. c., eam tamen *Reginam Angliæ* vocans; Dn. *Hübnerus*, l. c.

(11) *Agnes*, Monialis; *Henningeſius*, l. c.; *Rittersbuſ.*, l. c.; *Münſter.*, l. c. Hanc *Nicolaus Burgundus*, l. c., Matre *Beatrice* natam docet.

(12) *Anna*, Uxor *Guntheri*, Com. Schwartzburgici, Imperatoris; *Henningeſius*, l. c.

v. (4.) Qualis fuerit hic Princeps, & quomodo Imperiale Solium conſcenderit, patet ex Epiſtola quinque Electorum, ad futurum Papam, ſub dato *Franckenford*, 10 Kal. Novemb. 1314, apud *Nicolaum Burgundum*, in *Hiſtoria Ludovici Bavari*, lib. 1, p. m. 15, &c.; *Chriſtophorum Gewoldum*, de *S. R. I. Septemviratu*, cap. 6, §. 37; *Abrahamum Bzovium*, Annal., ad an. 1314; *Lundorpium*, part. IV *Actor. Public.*, lib. 3, cap. 108, p. 730, lit. B; & Ill. Dn. *Leibnitium*, part. 1 *Codicis Juris Gentium Diplomatici*, §. 36, pag. 66, &c.; quæ, propter res ſingulares, negotiumque Electionis Regis Romanorum iſtius temporis multum illuſtrantes, quas complectitur, integra hic legi meretur:

In Nomine Domini Amen. Sanctiſſimo in Chriſto Patri, ac Domino ſuo, Domino SS. Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici futuro, Petrus, Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia, Sanctæ Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius; Joannes, D. G. Bohemiæ & Poloniæ Rex; Waldemarus, Marchio Brandenburgenſis, ac Joannes, Dux Saxoniæ Senior, humiles ac devoti, cum omni reverentia, devotiſſima pedum oſcula beatorum. Vacante nuper, per obitum, foelicis recordationis, Sereniſſimi Domini Henrici, quondam Romani Imperatoris, ipſo Romanorum Regno, ſeu Romano Imperio, & Nobis, una cum Reverendo Domino Balduino, Sanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo, nec non Reverendi Domini, Henrici, Archi-Epiſcopi Colonienſis, & Illuſtrium Principum, Joannis, Bohemiæ & Poloniæ Regis, Rudolphi, C. P. R., Ducis Bavariæ, Waldemari, Marchionis Brandeburgenſis, ac Ducis Saxoniæ Honorabilibus Procuratoribus, ad quos, tam de jure, quam de conſuetudine antiqua & approbata, jus eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum, noſcitur pertinere, ſolemniter concordantibus in diem Electionis hujusmodi, videlicet craſtinum B. Lucæ Evangeliſtæ, quæ eſt decima nona Menſis Octobris; Et Ego, Petrus Archi-Epiſcopus Moguntinus, prædictus, ex Officii mei debito, ipſam diem, ad Electionem hujusmodi celebrandam, præfixi, litteris meis - - - - vocatoriis, ipſis Con-Principibus, & Co-Electoribus meis deſtinando. Qua die veniente, ſuburbio Oppidi Regalis Franckenfordenſium, loco ſiquidem ad hoc ſolito & conſueto, Nobis, Petro Moguntinenſi, Balduino Trevirenſi, Archi-Epiſcopis; Joanne, Bohemiæ & Poloniæ Rege; Waldemaro, Marchione Brandeburgenſi, ac Joanne, Duce Saxoniæ, ſupradictis, ibidem convenientibus, celebrata Miſſa S. Spiritus, deliberatione provide præhabita, ad procedendum in Electionis negotio prælibato, &, in quantum debuimus, expectantibus, quod Reverendus Dominus Henricus, Archi-Epiſcopus Colonienſis, & Rudolphus, Comes Palatinus, Dux Bavariæ, nondum venerant, nec per ſe, nec per ſuos Procuratores in dicto loco convenerant; Nos, pro bono pacis, volentes in hoc eis deferre, ac facere gratiam ſpecialem, terminum ſupradictum, videlicet craſtinum B. Lucæ Evangeliſtæ, unanimi conſenſu, cum Reverendo Domino Balduino, Trevirenſium Archi-Epiſcopo, usque in diem ſequentem duximus continuandum, quam continuationem dictis Archi-Epiſcopo Colonienſi, & Rudolpho Comiti Palatino, ac aliis, quorum intereſſe poterat, Nos, Archi-Epiſcopus Moguntinenſis antedictus, per Noſtros Nuntios ſpeciales, ad id deputatos, inſinuavimus, notificavimus, & ad eorum notitiam deduximus, ipſos citando, vice & nomine omnium noſtrorum præſentium, ut, præfata die, in dicto loco ad eligendum convenirent. Qua die continuata, ipſis Archi-Epiſcopo Colonienſi, & Comite Palatino, & aliis, quorum intereſſe poterat, ſic vocatis, & ſufficienter expectatis, quod non venerunt, nec pro ſe miſerunt, nec vices ſuas alicui, ſeu aliquibus commiſerunt, in Electionis negotio memorato, audita Miſſa S. Spiritus, Nos, Archi-Epiſcopus Moguntinenſis antedictus, ipſa die continuationis, quæ fuit viceſima Menſis prædicti, hora debita & conſueta, procedere cupientes, in ſcriptis monitionem legimus, & proteſtationem quandam, vice noſtra, ac omnium ibidem præſentium, jus in ipſa Electione Regis Romanorum habentium illa vice, monendo omnes infames, excommunicatos, ſuſpenſos, ac etiam interdictos, nec non quoscunque alios, ſi qui forent forſitan

inter eos, qui, de jure, vel conſuetudine, intereſſe in ipſius Electionis negotio non deberent, quod à Tractatoribus Electionis celebrandæ futuri Regis Romanorum, & ab eadem Electione recederent, Co-Electores Noſtros, Nos & alios, quorum intereſſet, eligere permittentes; proteſtando, quod non eſſet noſtra, vel Co-Electorum noſtrorum intentio, tales admittere, tanquam jus in dicta Electione habentes, aut procedere, vel eligere, cum eiſdem, imò voluimus, & intentionis Noſtræ fuit, quod voces talium, ſi qui reperirentur interfuiſſe, nulli præſtarent ſuffragium, nec aſſerrent alicui nocumentum, & prorſus pro non receptis, ſive pro non habitis haberentur. Quam proteſtationem Nos omnes ſupradicti, una cum Reverendo Patre, Domino Balduino, Archi-Epiſcopo Trevirenſi, CoElectores nunc præſentes, ratam & gratam habentes, conſenſimus in eandem; demum, poſt Tractatus præhabitos, conſideratis ſollicite & diligenter circumſtantiis pluribus, & ſtatu perſonarum diverſarum, per quas, ſeu per quam Regno vacanti & Imperio poſſet utilius provideri; in Illuſtrem Virum, Ludovicum, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bavariæ, Virum utique Catholicum, Orthodoxæ Fidei fervidum Zelatorem, Eccleſiæ Sanctæ, Dei, & Miniſtrorum Ejuſdem, ac pacis ſanctæ, ab ineunte ætate ſua, experientia, quæ eſt rerum magiſtra efficax, atteſtante, devotum & humilem amatorem, ſtrenuum in armis, in judicio juſtum, in Conſiliis providum, in univerſa morum honeſtate præclarum, benignum, affabilem & manſuetum, de alto ac Generoſo ſanguine Divorum Regum & Principum procreatum, ac in cunctis agibilibus, pro Regimine Reipublicæ, quamplurimum circumſpectum, noſtrum intuitum, divina diſponente Clementia, convertentes, Nos, Petrus, Moguntinus Archi-Epiſcopus, pro Nobis, & nomine Noſtro; præfatus vero Dominus Balduinus, Trevirenſis Archi-Epiſcopus, pro ſe, & nomine ſuo; Nos vero Joannes, Bohemiæ & Poloniæ Rex; Valdemarus, Marchio Brandeburgenſis, & Joannes, Dux Saxoniæ, quilibet noſtrûm, pro ſe, & nomine ſuo, Votis noſtris, per dictum Dominum Moguntinum antedictum, vice ſua, & Noſtra, &, ex ſpeciali mandato noſtro, & ſuo, diligenter inquiſitis, Nos Electores prædicti, in loco prædicto præſentes, jus totale, ea vice, in Electione dicti Regis habentes, conſenſimus concorditer in eundem Ludovicum, & ipſum nominavimus, quilibet noſtrûm pro ſe, nullo penitus diſcrepante, in Romanorum Regem eligendum, in Imperatorem poſtmodum promovendum, & in Advocatum SS. Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ, Viduarumque & orphanorum defenſorem. Quibus ſuperactis, Ego, Petrus, Moguntinenſium Archi-Epiſcopus, de Mandato ſpeciali, & voluntate, mea & meorum CoElectorum prædictorum, eundem Ludovicum, C.P.R., Ducem Bavariæ, elegi ſolemniter, in hunc modum: In Nomine Domini, Amen. Cum, vacante Romano Imperio, per mortem, fœlicis recordationis, ſereniſſimi Domini Henrici, quondam Romani Imperatoris, vocatis, qui fuerunt vocandi, & qui in Electione Regis Romanorum jus habere dignoſcuntur, ac præſentibus, dicta die continuata ad eligendum, omnibus, qui voluerunt, potuerunt, ac debuerunt commodè intereſſe, placuerit omnibus & ſingulis præſentibus ad Electionem procedere futuri Regis, &, inquiſitis votis omnium & ſingulorum, jus in Electione ipſius Regis habentium, & præſentium, ſingulos Electores prædictos, appareat ex præmiſſis, direxiſſe concorditer vota ſua in Illuſtrem Ludovicum, C.P.R., Ducem Bavariæ, in Eum conſentiendo, & Ipſum nominando, in Romanorum Regem eligendum, per cujus quidem Ludovici prædicti experta ſtrenuitatis merita, fidei puritatem, & conſtantiam ſperatur SS. Romana & Univerſalis Eccleſia potenter & utiliter defenſari, ac, in ſpiritualibus & temporalibus, votiva ſuſcipere incrementa, & etiam Reſpublica provide dirigi, & pariter, ſuperno ſuffragante auxilio, gubernari; Ego, Petrus, Archi-Epiſcopus Moguntinus antedictus, vice mea, ac CoElectorum meorum prædictorum, jus in ipſa Electione habentium, ex poteſtate, mihi per Eos tradita ſpecialiter & conceſſa, eundem Ludovicum, invocata S. Spiritus gratia, in Romanorum Regem eligo, in Imperatorem futurum promovendum. Electione autem hujuſmodi celebrata, eam nos omnes & ſinguli, Electores prædicti præſentes, approbavimus, & De Teum laudamus, alta voce, fecimus decantari, & dictum Noſtrum Electum, qui præſens extitit, & Electioni de ſe factæ, divinæ nolens reſiſtere voluntati, interpellatus, cum inſtantia, à Nobis, reverenter conſenſit, & deinde Electionem ipſam Clero & Populo ſolemniter fecimus publicari. Poſtmodum vero ipſum Electum in Civitatem Franckenfordenſium introducentes, in Eccleſiam S. Bartholomæi deduximus, & Ipſum ſuper altare majus, prout moris & conſuetudinis eſt, adhibitis ſolemnitatibus, in talibus debitis & conſuetis, poſuimus, Te Deum laudamus denuò decantantes; deinde, in cœmeterio Eccleſiæ antedictæ, Clero & Populo Ipſum Electum præſentavimus, & Ejus Electionem fecimus ſolemniter publicari. Eapropter Sanctitati Veſtræ, tam humiliter quam devote, voto unanimi, ſupplicamus, ut Ipſum Electum Noſtrum, in Regem Romanorum, paternis ulnis amplectentes, munus inunctionis & conſecrationis Eidem conferendo, de ſacroſan-

ctis

ſtu manibus Veſtris, Sacri Imperii Diadema dignemini, loco & tempore, favorabiliter impertiri, ut ſciant & intelligant univerſi, quod poſueris in lucem Gentium Vos Dominus, &, per Sanctitatis Veſtræ arbitrium, Orbi Terræ, poſt nubila, exoptata ſerenitas eluceſcat. Cæterum, ut Beatitudo Veſtra agnoſcas evidentius, Vota noſtra omnium præſentium, in prædictis omnibus & ſingulis, concordaſſe, ac in petitione hujusmodi exiſtere unanimes & concordes, præſens Electionis Noſtræ decretum Sanctitati Veſtræ tranſmittimus, ſigillorum Noſtrorum appenſione, ex certa ſcientia, roboratum. Datum, apud Franckenford, decimo Kalendas Novembris, anno Domini Milleſimo trecenteſimo decimo quarto.

Ex his facile conjicere eſt, Electionem non ſine controverſia peractam. Nicolaus Burgundus, in Hiſtoria Bavarica hujus Principis, lib. 1, p. m. 5, rem ſic enarrat: Henrico VII in Italia ſublato, Principatus electio varios animorum motus in Germania conciverat. Imperium palam affectabat Fridericus Auſtriacus, Alberti Cæſaris filius, Principumque formoſiſſimus ſuæ ætatis: qui paternis avitisque titulis ſplendens, geniique magnitudine erectus ad magna, fortunam, Penatibus ſuis egreſſam, largitione, ambitu, poſtremum & vi, moliebatur retrahere. Carolo, Hungariæ Regi, proximo cognationis vinculo annexus erat. Roberto, Regis Neapolitani filio, Catharinam, ſororem, matrimonio dederat. Eliſabetham, Arragoniæ Regis filiam, ſibi deſponderat. Inter tot clariſſimas neceſſitudines, alterum & Ipſe ſpiritum tenens, ambiguos adhuc Electorum animos variis artibus ſubruebat, & quaſi venale licitabatur Imperium. Rudolphus Palatinus, & Rudolphus Saxo, Ejus amitini, largitionibus corrupti. Henricum Vernoburgium, Colonienſem Archi-Epiſcopum, in partes traxit, oſtentatione affinitatis; Henrico enim fratri uxorem pepigerat Archi-Epiſcopi neptem, ex fratre genitam. Nam, quæ fiducia ſua jactabat, eadem quoque aliena promittebat. Cæterum Petrus, Moguntinus Archi-Epiſcopus, & Johannes, Bohemiæ Rex, Henrici VII filius, ex adverſo nitebantur, &c. & pag. 6: Balduinus, Archi-Epiſcopus Trevirenſis, cum his conſentiebat, Johannis Regis frater, Moguntino chariſſimus. Præterea Waldemarus, Brandenburgicus Elector, ſollicitabatur in partes, inflammante Moguntino, & per Legatos identidem ingerente, Fredericum, contra fas, contra Leges, contra Majorum mores, infami largitione, cauponari faſtigium, &c. & pag. 7: Septemviri Francofurtum vocati ſunt, (an. 1314,) ad præſtituendum diem habendis Comitiis, quæ diſcordia hactenus extraxerat. Aderant Moguntinus & Trevirenſis ad conſtitutum; cæteri Principes dimiſerant Legatos; unoque conſenſu indictus eſt dies electionis 14 Kal. Novemb. Cæterum, digreſſis reliquis, Moguntinus & Trevirenſis cum Legatis Bohemiæ Regis, ac Johannis Saxoniæ Ducis iniere conſilium, cui rerum ſumma optimè crederetur. Brandenburgicos Legatos non admiſcere placuerat huic ſecreto, qui pro Henrico, Waldemari patruo, laturi ſuffragia, favorem ejus modeſtè inſinuaverant Archi-Epiſcoporum animis, atque inter ambitioſa vota pendentes, cum bonis verbis, domum ſe receperant, &c. pag. 10: In tanto certamine pro Principatu, pares quoque, de Jure Suffragii, Factiones exarſerant. Henricus Carinthius palam ſe ferebat (uxorio nomine) Bohemiæ Regem, ſuique rationem in Comitiis volebat haberi. Ex alia parte Joannes, Saxoniæ Dux, duobus prioribus comitiis repulſus, nunc in Moguntini partes ſecedens, ad Electionem ſibi quærebat aditum, quem Principum diſcordia reſeraturum promiſerat. Nec deerat ſpecies æquitate pleniſſima. Quippe ea tempeſtate Principes omnes ejusdem Familiæ, pari jure, Septemviratu fruebantur, donec, pactis, aut diviſionibus, à communione exciderent. Itaque Joannes, Alberti 2, Saxoniæ Ducis, Frater junior ætate, cum filio Ejus, Rudolpho I, acerrime diſceptabat, prædicans, ad ſe rediiſſe vices Electionis, quia Henricum VII Rudolphus elegerat. Sunt, qui & æmulum objiciant Waldemaro Brandeburgenſi; ſed tamen neminem nominant. Illud certe ex diplomatibus conſtat, Ottonem & Waldemarum Fratres, in electione Henrici VII, communi jure tuliſſe ſuffragium. Dein, Ottone mortuo, Waldemarum ſtetiſſe à Bavaro, &, non multo poſt, totam Gentilitatem cum ipſo extinctam. In ſumma, certatim explicabantur Factiones, tantumque ſibi virium quæque ſumebat, quantum alteri, adverſus quam parabantur, acceſſerat. Stabat interim in medio Reſpublica, &c. pag. 11: Jam Moguntinus & Trevirenſis occupata ſuburbia (Francofurtenſia) armatis compleverant, cum ſucceſſit Fredericus Auſtriacus, multis & ipſe militibus ſtipatus. Aderat Ei Rudolphus Palatinus, cum Henrico Carinthio. Sed poſtquam intellexit, intus eſſe, qui auderent venienti obſiſtere, in adverſa Mœni ripa, Saxenhauſium occupat. Rudolphus Saxo, & Archi-Epiſcopus Colonienſis in eadem ſeceſſere caſtra. Hæc res turbavit Francofurtenſium animos, expectatione ſuſpenſos, quem exitum habitura eſſent Comitia, factionibus diſtracta, &c. p. 12 addit, exiſtimaſſe quosdam: Parum ritè Rudolphum Saxonem, & Henricum Carinthium excludi poſſe à ſuffragiis, in dicta cauſa. Vocandos eſſe, qui diſputarent de jure eligendi, ut ſe Collegio ſiſterent, ne quid

de

Digitized by Google

de conſuetudine pereat: ſcituros, ſi venire contempſerint, præſentibus ſe adverſariis vindicias daturos. In hanc ſententiam iri placuit. Dicta eſt dies 12 Kal. Novemb. At pari contumacia Auſtriaci tergiverſabantur, acrius accenſi, quod, tanquam à legitimo Collegio, juſſi eſſent cauſam dicere. Itaque, cum nihil amplius obſtaret, itum eſt in ſuffragia, peractisque ſolemniis, Moguntinus, Trevirenſis, Joannes Saxo, Joannes Bohemus, & Waldemarus Brandeburgenſis, in Palatio clauſi, conſpirantibus ſuffragiis, Ludovicum Bavarum Imperatorem deſignant, &c: & pag. 13: *Motis Caſtris, univerſæ copiæ ſparſim diffluunt, deſerto Frederico, qui, triginta non amplius Equitibus cinctus, properabat, cum Rudolpho Palatino & Colonienſi Archi-Epiſcopo, Aquisgranum diſcedere, occupaturus ſolium Caroli Magni. In itinere certior factus, teneri Urbem inimicorum præſidiis, Bonnæ ſubſtitit, ibique, à Colonienſi, diademate cingitur. Sed fata, Germaniæ tranquillitati necdum propitia, avertere Bavarum ab omni pernicie. Sive Civili ſanguini parcebat, ſive infra curam habuit, contentus exarmaſſe hoſtem, fugienti ſpatium dedit, quo Saletionem ſe reciperet, repararetque Exercitum. Ipſe interim Aquisgrani, cum Beatrice Conjuge, à Trevirenſi Archi-Epiſcopo, coronatus, Imperialium Urbium ſollicitabat obſequium, adhuc deliberantium, utri parti præſtaret accedere, &c.* Conf. de hoc ſchiſmate *Henrici Stero* Annales Altahenſes, ad an. 1313, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 408: *Eodem anno, quo extinctus fuit, per venenum, felicis recordationis Heinricus Imperator, VII hujus nominis, ab Augusto 98, Principes, ad præficiendum Monarcham cælitus conſtituti, tempore Autumnali, contentioſè eligentes, quidam in Franckenſurt, aliqui per literas, aliqui in locis ſibi competentibus, & ſic diſcordantes in duas partes, una elegit Fridericum Ducem Auſtriæ, primogenitum filium Alberti, quondam Regis Romanorum, videlicet Rudolfus, Palatinus Comes & Senior Dux Superioris Bavariæ, Colonienſis Archi-Epiſcopus, & Dux Saxoniæ Senior, qui in Epiſcopum Patavienſem à Sede Apoſtolica erat deputatus, nondum tamen eandem ſedem aſcenderat, ſciens, ſe fruſtratum in electione, & perfectione Monarchæ, junioremque Ducem, fratrem ſuum, timens, eligere volens Ducem Bavariæ Superioris, nomine Ludovicum, occaſione electionis, gratiæ Apoſtolicæ renunciavit, & quod Senior erat, illicò habilis ſuis eligendo, Ducemque Auſtriæ, cum reliquis, ſublimavit. Altera verò pars Electorum, videlicet Rex Bohemiæ, Johannes, qui filius fuit felicis recordationis Heinrici, quondam Imperatoris, Balduinus, Trevirenſis Archi-Epiſcopus, qui frater fuit Imperatoris modo dicti, Petrus, S. Sedis Moguntinenſis Archi-Epiſcopus, & Junior Dux Saxoniæ, qui ſe dicebat eſſe in electione, & non fratrem ſuum ſeniorem, ob cauſas ſupra memoratas: Iſti prædicti Principes elegerunt in Regem Romanorum Ludwicum, Ducem Juniorem Superioris Bavariæ, & coronatur Aquisgrani, &c.* In Annal. *Henrici Rebdorf.*, ad an. 1314, ibid., pag. 421, legitur: *Ludwicus IV, Junior, filius Ludwici, Ducis Superioris Bavariæ, ſupranominati, anno Domini 1314, in die B. Lucæ Evangeliſtæ, per majorem partem Electorum Imperii, videlicet per duos, Petrum, Archi-Epiſcopum Moguntinum, Baldwinum, Archi-Epiſcopum Treverinſem, Joannem, Regem Boemiæ, & Waldmarum, Marchionem Brandenburgenſem, Francenſurt eſt electus ad Regem, cum magna potentia armatorum, quos prædicti Electores illuc adduxerant. Et, ex oppoſito, & in diſcordia, Fridericus, filius Senior Alberti, quondam Regis Romanorum, ſupradicti, Dux Auſtriæ, ſimiliter eſt electus in Regem Romanorum, per minorem partem Electorum Imperii, videlicet, per Hainricum, Archi-Epiſcopum Colonienſem, & Rudolphum, fratrem prædicti Ludwici, Comitem Palatinum Rheni, & Ducem Superioris Bavariæ, & per Ducem Saxoniæ, nomine Rudolphum, in oppido Bunnenſi Colonienſis Diœceſis, & coronatus ibidem, quia tantam potentiam unitam habere non potuit idem Fridericus, ut in Francenfurt, in termino, ad eligendum comparere auderet. Præfatus autem Ludwicus, ſtatim poſt hæc, in die B. Catharinæ Virginis immediatè ſequenti, Aquisgrani, per ſuos Electores etiam extitit coronatus, &c.* Plenius rem exponit *Albertus Argentinenſis*, in Chron., ad an. 1313, apud *Urſtiſium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 118, & 119: *Mortuo itaque Hainrico Imperatore, & vocatis Principibus in Francfurt, Fridericus, Dux Auſtriæ, filius Alberti Regis, & nepos Rudolfi Regis, pro Regno laborabat; Cui Petrus Moguntinus, olim Epiſcopus Baſileenſis, quem Albertus quondam Rex læſerat, & Balduinus Trevirenſis, & Joannes Bohemus ſe opponunt. Fridericus autem Auſtralis alloquitur Rudolphum & Ludovicum, Duces Bavariæ, Palatinos Rheni, exhibens ſe ad aſſiſtendum Eis. At illi, æſtimantes ſe tanto negotio impotentes, ſe Friderici ſervitio aſtrinxerunt. Dux quoque Saxoniæ, & Voldemarus, Marchio Brandenburgenſis, Friderico adhæſerunt. Hi enim Laici omnes, & uxor Bohemi fuerunt quondam Regis Rudolphi Nepotes. Item Hainricus de Virnenberg, Colonienſis, acto inter alios tractatu, fecit, quod filia fratris ſui, Comitis de Virnenberg, copulata fuit Hainrico, Duci Auſtriæ, fratri Friderici; ſimiliter adhæſit Eidem. Veniente autem Friderico, cum forti exercitu valde, & caſtra metante juxta Franckfurt, apud Saxenhauſen, Petrus Moguntinus naves afferens, victualia, juxta Moguntiam, abſtulit Friderico. Exercitus autem Moguntini, Treverenſis & Bohemi ſe ex inferiore parte Mogani collocavit. Inductus eſt autem Ludovicus, Bavariæ Dux junior, qui & alias Friderico prævaluit in conflictu, quod contra Eum eligi ſe permiſit, quia, in promiſſione facta Friderico, Ipſe Ludovicus intelligebatur exceptus. Inductus eſt etiam N. miles Voldemari Brandenburgenſis, habens ab Eo mandatum ſufficiens in genere eligendi, Ludovicum elegit, contra Domini voluntatem. Electi ſunt igitur in diſcordia, in die B. Lucæ Evangeliſtæ, anno Domini 1314, Fridericus,*

Dux

Dux Auſtriæ, ab Archi-Epiſcopo Colonienſi, à Rudolpho Bavaro, Palatino Rheni, & à Duce Saxoniæ: Ludovicus vero à Petro Moguntinenſi, Balduino Treverenſi, Archi-Epiſcopis, Woldemaro Marchione, & Johanne Rege Boemiæ: nec ii Principes convenerant, ſed quiſque in ſuo exercitu, per ſe, vel per Procuratorem, elegit, & in ſuis exercitibus publicarunt. Fridericus autem Auſtralis præ fame recedere eſt coactus, multique dextrarii in aſcenſu manſerunt in via. Ludovicus itaque Aquisgrani à Moguntino & Treverenſi, in loco, quo debuit, ſed non à quo debuit: Fridericus vero in Bunna, à Colonienſe, à quo debuit, ſed non in loco, in quo debuit, coronati ſunt. Adhæſerunt autem Ludovico Civitates Inferiores Rheni, usque Selz; Friderico autem Selz, & Superiores Regni Civitates, exceptis Berna & Solodora, quæ neutrum curabant, &c. Audiamus *Huldericum Mutium*, qui librum 24 Chronici, pag. 221, ita orditur: *Poſt mortem Henrici Lucenburgenſis, Imperatoris Romanorum, convenerunt Imperii Electores Principes Francofurdiæ. Eratque magna inter Eos, de Imperatore eligendo, diſſenſio, alii, aliis cauſis, ad alium eligendum movebantur. Fridericus, Albertus & Lupoldus, Auſtriaci Principes, ambiebant Imperium, habebant autem ſibi ſtudentes Rudolphum & Ludovicum, Duces Bavariæ. Vehementer vero reſiſtebant Auſtriacis Rex Bohemiæ, Epiſcopi Treverenſis & Moguntinenſis. Cum Ii viderent, futurum, ut eligeretur Fridericus Auſtriacus, multa adverſus Eum conati ſunt, tandem, cum nihil promoverent, quem volebant ipſi, nec impedire Fridericum poſſent, Ludovicum Ducem Bavariæ eligebant, quem prius à Friderico alienarant; adjunxerunt autem ſibi & Legatum Marchionis Brandenburgenſis, ut etiam ſuffragium ſuum tulerit Bavaro, quanquam aliud à Principe ſuo in mandatis habuerat. Quare à Rege Boemiæ, Archi-Epiſcopo Moguntinenſi & Treverenſi, Marchionisque Legato electus eſt Ludovicus Dux Bavariæ. Fridericum Auſtriacum vero elegerunt Palatinus Rheni, Archi-Epiſcopus Colonienſis, Ludolphus Dux Bavariæ, Ludovici frater, & Rudolphus Dux Saxoniæ. Erat magna diſcordia & ſimultas inter illos Principes, diſcedit uterque Francofurdia, Ludovicus Bavarus cum ſuis in Oppenheim, Fridericus Auſtriacus Heidelbergam ſe confert, &c.* Falſa hinc narratio *Alberti Cranzii*, lib. 9 Saxon., c. 8. quando ait: *Electores Principes Seculi indignum rati, quod ab Eccleſiaſticis ſolis ea poteſtas expectaretur, non expectatis tribus Archi-Epiſcopis Electoribus, Ludovicum elegerunt: Archi-Epiſcopi autem contemptum ſui reputantes, nullam eſſe electionem proteſtati ſunt, de Ludovico ſine ſe peractam. Nam & Rodulphus, Dux Saxoniæ, qui elegiſſe diceretur, non ad eam pertineret, ſed Dux Inferioris Saxoniæ, Ericus, foret advocandus, &c.* Patet ex antea dictis, Moguntinum & Trevirenſem Authores fuiſſe electionis Bavari: quomodo igitur proteſtari potuerint? non video. Add., de litigioſa hac electione, *Leboldi de Northof Chron. Marcanum*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 398, & 399, ad an. 1314; *Jacobus de Kœnigshoven, Chron. Alſat.*, cap. 2, §. 196, pag. 125; *Gobelinus Perſona*, æt. 6 *Coſmodromii*, cap. 68, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 284; *Chronicon Magdeburgicum*, ibid., Tom. 2, pag. 337; *Chronicon Elwangenſe Freheri*, an. 1314, pag. 458; Ipſe *Carolus IV* Imp., in Hiſtoria Vitæ ſuæ, apud *Freherum*, de *Reb. Bohem.*, p. m. 89, & 90; *Andreas Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico*, apud *Schilterum*, de *Script. Rer. Germ.*, pag. 32, licet perperam eam ad an. 1315 referat; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 288; *Nauclerus*, Generat. 44, pag. 992; *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, apud *Sylburgium*, T. 2 *Rer. Roman.*, pag. 601; *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trev.*, §. 47, & 48, ad an. 1314, pag. 197; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in vita Ludovici, p. 394, &c.; *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.*, ad an. 1314, cap. 279, pag. 329, & 330; *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baron.*, ad ann. 1314, §. 5, p. 385; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 14, pag. 742, &c.; in primis *Sigismundus à Bircken*, *im Oeſterreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 3, cap. 2, pag. 266 ad 278; *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boicorum*, cap. XV, §. 7, & ſeqq., p. m. 714, &c.; *Franciſcus Guillimannus*, lib. 2 *Rer. Helvetic.*, cap. 16, §. 22, p. m. 134; aliique multi. Vitio vertendum *Benevenuto* de *Rambaldis*, quod in *libro Auguſtali*, apud *Freherum*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 13, nullam Ejus inter Imperatores mentionem faciat. Hac ratione bellum exarſit atrox, quo durante,

An. 1315, *indicta eſt Baſileæ Curia in feſto Pentecoſtes ſolenniſſima, per Auſtrales, ubi inter Fridericum Electum, & filiam Regis Arragonum, & Lupoldum,* (Ejus fratrem) *& filiam Comitis Sabaudiæ, nuptiæ celebrantur, &c.* Ita *Albertus Argentin.*, pag. 119; Conf. *Chronica Auſtralis Freheri*, an. eod., pag. 326.

An. eod. *obſedit Lupoldus* (Auſtriacus) *Solodurum, &, ad recognoſcendum Fratrem ſuum* (Fridericum) *pro Rege, coëgit. Aſcenditque, cum magno exercitu, verſus Suiciam, volens Fratri Villas illas, quæ ſunt de Jure Imperii, ſubjugare. Et cum Ottho, Comes de Strasberg, cum uno exercitu, ex parte Ducis, ingrederetur, per Vallem Underwalden, artans eam partem, ac declinare volens ad Ducem, & aſcendente Ducis exercitu magno, ex alia parte montium, ecce, deſcendit Populus Suiciæ, cum impetu, per clivum montis quendam, & læſis ibi, atque ſine miſericordia interfectis melioribus Nobilibus, qui præceſſerant, Ducem, cum exercitu ſuo, lamentantem fugaverunt - - - - perierunt autem ibi mille quingenti. Sicque valles illæ poſt adhuc ſtant invictæ, &c.* Hæc *Albertus Argentin.*, l. c. Commiſſum eſt hoc prælium, *die Othomari*, i. e. 16 Novemb., ad *Moregartum*. Vid. *Munſteri Coſmographia*, lib. 3, cap. 69, pag. 513, perperam licet ad an. 1251; *Aventinus*, l. c., §. 12, p. m. 715; *Joſias Simler*, de *Republ. Helvet.*, pag. 70, & 71; *Bilibaldus Birckheymer*, lib. 1, de *Bello Helvetico*, apud

Freberum, part. 3 *Rer. Germ.*, p. 43; *Franciſcus Guillimannus*, l. c., §. 24. p. 135.

An. eod., *Ludovico* ‚noſtro' connivente, tres Pagi Helvetici, *Urania*, *Suitia* & *Unterwalda*, primum fœdus perpetuum, in priſtinæ libertatis firmamentum, *Brunnæ*, die Martis poſt *S. Nicolai*, id eſt, 9 Decemb., invicem pangunt; formula extat apud *Simlerum*, l. c., pag. 73, &c. in Editione Germanica ſubſcriptio hæc eſt: *Und durch das, daß die Vorgeſchriebene Sicherheit, unddie Gedinge ewig und ſtete bleiben, ſo haben wir, die Vorgenandte Landleute und Eydgenoſſen, von Uri, von Schweitz, und von Unterwalden, unſere Sigele gehenckt an dieſen Brieffe, der ward gegeben zu Brunnen, do man zelt, von Gottes Gebürte, dreyzehen hundert Jahr, und darnach in dem funffzehenden Jahre, am nachſten Zinſtag nach S. Nicolaus Tag.* Idem dies reperitur in formula Gallica, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, part. 1 *Cod. Dipl. Juris Gentium*, §. XXXVII, v. 12, pag. 70; ibi: *Nous les ſusdits Payſans & Alliez d' Ury, de Schwitz, & d' Underwalden avons fait pendre nos ſceaux à ces preſentes, qui fuerent faictes à Brumen, l'an, aprés la nativité de noſtre Seigneur, treize cens quinze, le premier mardy aprés le jour de St. Nicolas.* Conf. *Birckheymer*, l. c., & *Guillimannus*, l. c. Minus rectè *Münſterus*, l. c., C. 70, p. 514, initia hujus fœderis in annum 1316 rejicit. Gravius errant annum 1320 hoc titulo producentes.

An. 1316 *comitia Principum habet Norinberga*, (Ludovicus) *in quibus Auſtriæ Principes læſæ Majeſtatu damnantur; ipſorum Bona, in Pagis Helveticis, Imperio addicuntur; Pagorum libertas confirmatur. Extant hujus decreti tabulæ, data in Caſtris ad Merridam, 23 Martii, anno Salutis 1316, Anno autem Imperii Ludovici 2.* Ita *Simlerus*, l. c., p. 77.

An. eod. *Bellum habuit* (Ludovicus) *cum Friderico prædicto*, (Auſtriaco) *juxta Ezlingen, in fluvio Neckaro, in quo plures ex utraque parte ſunt occiſi, & quivis ab alio diſceſſit, &c.* Sunt verba *Henrici Rebdorfienſis* h. a. pag. 422; Conf. de tumultuoſo hoc prælio, incerta victoria commiſſo, *Albertus Argentinenſis*, pag. 120; *Nicolaus Burgundus*, in *Vita Ludovici* noſtri, lib. 1, h. a., pag. 32, & 33; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 23, an. eod., pag. 760; *Münſterus*, l. c.; *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, §. 51, ad an. 1315, pag. 198; *Aventinus* l. c., §. 13, pag. 715.

An. 1318 *Dux Leupoldus, frater prædicti Friderici*, (Auſtriaci) *grave bellum cum Suitanis habuit*, (apud Sempachium) *in quo multos Nobiles amiſit, &c.* Ita *Henricus Rebdorfienſis*, h. a., p. 422.

An. 1320 terribile Privilegium *Norimbergenſibus* dediſſe fertur, vi cujus Parentes filios inobedientes carcere turris coërcere, vivosque in profluentem demergere poſſint. Vid. *Limnæus, J. P.* lib. 7, cap. 35, §. 13, & 14, pag. 384; Dn. *Wagenſeilius*, de *Republ. Norimberg.*, cap. 27, p. 254.

An. 1322 contulit *Ludovicus* in *Conradum*, *Comitem Schlüſſelburgium*, Caſtrum & Oppidum *Grüningen*, in Suevia, cum juribus inde pendentibus, lege beneficiali. Reperitur Inveſtituræ formula *in der Deduction, daß dem Hochfurſtlichen Hauß Würtenberg das Reichs-Panner, oder Reichs-Fendrich-Amt, Prædicat und inſigne, ſchon von etlichen Seculis her, rechtmaßig zuſtehe*, de an. 1693, lit. D, & E Documentorum, pag. 11 ad 14: ſubſcriptio hæc eſt: *Daz iſt geſchehen ze Regenſpurg, an dem neheſten Suntag nach Sand Michels Tag, do man zalt von Chriſtis Geburt, Dreutzehen hundert Jar, darnach in dem zweynzweinzigiſten Jare, in dem achten Jare unſers Richs, &c.* Inde huc ſpectant verba: *Beſunder ſetzen wir für Ougen, daz du Van-Führers, in dem Groztetigen Sige Unſers Strites* (de quo prælio mox plura) *veſte wareſt, wollen wir dir, umb ſolche Dienſt, Trewe, Arbeit, und Veſticheit, lonen, daz mir dich furbaz deſter bereiter haben, mit Trewe und Dienſt; verliben wir dir, und deinen Erben, ze rechtem und ewigem Leben, Grüningen, Stadt und Burch, mit allen ihren Rechten, &c.* Conf. *Kulpiſius*, *Comment. in Monzamban.* cap. 2, §. 8, p. 479, &c.; Dn. *Obrecht*, diſſert. de *Vexillo Imperiali*, c. 4.

An. eod., *proximo die ante feſtum B. Michaelis, poſt diverſas turbationes partium Alemaniæ, prædicti Ludwicus & Fridericus, electi in Reges, congregato magno exercitu, utrinque in Inferiori Bavaria, prope Muldorff, Saltzburgenſis diœceſis, bellum inivernnt, in quo Ludwicus Fridericum, Co-Electum ſuum, & Hainricum, fratrem Ejus, Ducem Auſtriæ, captivavit. Hainricus captus aſſignatus eſt Johanni, Regi Bohemiæ, debellantibus* (debellantium) *uni, qui Eum aliquo tempore tenuit in vinculis, &, intervenientibus tractatibus, (quia quædam Caſtra & munitiones, in metis Auſtriæ, & Moraviæ, pertinentia ad Duces Auſtriæ, fuerunt aſſignata eidem Regi) tandem eundem dimiſit, & poſtea modico tempore ſupervixit. Ludwicus vero Fridericum in carcere tenuit in Caſtro Trauſennytz, Ratiſponenſis diœceſis, tribus annis, vel circa, &c.* Ita *Henricus Rebdorffienſis*, h. a., pag. 422; Conf. de hoc prælio *Nicolaus Burgundus*, l. c., eod. an., pag. 39 ad 58, &c.; *Albertus Argentinenſis*, ad an. 1323, pag. 121, & 122, memor ſimul laudati *Schlüſſelburgii*, verbis: *Cui* (Ludovico) *aderant Johannes, Rex Bohemiæ, & Balduinus, Archi-Epiſcopus Treverenſis, cum exercitu ſuo, ſcil. mille quingentis Galeatis, & cum triginta millibus Peditum, ad Friderici exercitum declinavit, vexillum conflictus committens Comiti de Schlüſſelberg, &c.*: unde ſimul conſtat, commiſſum eſſe prælium an. 1322, nec 1320, aut 1323, quia hoc ipſo anno, ut modo vidimus, in compenſationem ſtrenuè navatæ operæ, Cæſar *Schlüſ-*

ſelbur-

Digitized by Google

ſelburgium de Caſtro *Groningenſi* inveſtivit; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 289, perperam vero ad an. 1332; *Chronicon Elwangenſe Freheri*, an. 1322, pag. 458; *Henricus Stero*, an. eod., p. 410, ubi verſus memoriales:

Annis ter denis, minus octo, mille trecentis
Actis, Ludwicus vincit, capitur Fridericus,
Ante diem feſtum Michaelis, quod ſcio geſtum.
Anno milleno, ter CCC, bis Xque ſecundo,
Quando Wenezlai clerus canit, ac Adonai,
Tunc Rex Ludwicus conflixit cum Friderico,
Quem captivavit, Auſtrales & ſuperavit,
Atque Ducem dictum, grandi certamine victum,
In Truſnit duxit, ubi longo tempore luxit.
Sed locus, hac acta prope quem ſunt omnia facta,
Muldorf eſt dictus, ubi flumen circuit Enus.

*Naucler*us, Vol. 2, Generat. 45, ad an. 1323, pag. 996; *Mutius*, lib. 24 Chron., an. eod., pag. 225, &c.; *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, an. 1322, §. 67, pag. 202; *Trithemius, Chron. Hirſaug.*, an. eod.; *Andreas, Presbyter Ratisbonenſis*, *Chron. Bavar.*, an. eod., p. m. 32; *Spangenberg, Chron. Mansfeld.*, cap. 280, an. eod., pag. 330; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in vita *Sigfridi Schweppermanni*, pag. 392, & 393, & in vita *Ludovici Bavari*, pag. 395, &c.; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmographia*, cap. 19, in vita *Friderici*, pag. 428; *Dubravius*, lib. 20 *Hiſtor. Bohem.*, p. m. 166; *Sigismundus à Bircken*, *im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 3, cap. 3, ad an. 1322, pag. 285, &c.; *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boicor.*, cap. 15, §. 24, p. m. 717, & §. 31, ad finem usque, pag. 719 ad 722; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 14, pag. 743, & 744; *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baron.*, ad an. 1322, §. 10, pag. 406, & 407; Alii. Fama eſt, reportata Victoria, *Ludovicum*, cum belli Ducibus, menſæ accumbendo, ob annonæ penuriam, paucula inter hoſpites ova diſtribuiſſe, ſingulis quidem unicum duntaxat, excepto laudato *Schweppermanno*, in primis fortiter ſe gerenti, cui duo dederit, dicendo:

Dem Mann ein Ey,
Dem frommen Schweppermann zwey.

Sepultum *Schweppermannum* in Monaſterio *Caſtell*, ordinis S. Benedicti, in Palatinatu Superiori, ad Lautherum amnem, ante ſacellum B. *Mariæ* Virginis, ejusque tumulo rythmos ſequentes ſuperadditos:

Hie leit begraben Herr Seyfried Schwepperman,
Alles Thuns un Wandels an,
Ein Ritter Keck und Veſt,
Der zu Gunderſdorff im Streit that das Beſt.
Er iſt nun tod,
Dem GOtt genod. *Obiit anno* 1337.
Jedem ein Ey,
Dem frommen Schwepperman zwey,

teſtatur *Bruſchius*, in *Chronologia Monaſteriorum Germaniæ*, voc: *Caſtellum*, pag. 124; Conf. *Pantaleon*, l. c., in Ejus vita, pag. 393; *Sigismundus à Bircken*, l. c., p. 291, paulo aliter inſcriptionem hanc referentes, & Dn. *Lucæ Uhralter Fürſten-Saal*, part. 3, cap. 7, pag. 811. Arte magicà *Leopoldum* Auſtrium *Fridericum* fratrem à vinculis liberare ſtuduiſſe, ex *Alberto Argentinenſi*, l. c., pag. 123; *Gerhardo de Roo*, lib. 3 *Annal. Rer. Auſtriac.*; *Nic. Burgundo*, l. c., lib. 2., ad an. 1326, p. 93; *Trithemio*, l. c.; *Münſtero*, l. c.; *Cuſpiniano*, in Vita *Friderici Auſtriaci*; *Lehmanno*, l. c., cap. 15, p. 745, & 746; *Sigismundo à Bircken*, l. c., lib. 3, cap. 4, ad an. 1323, p. 292; aliisque diſcimus.

Anno 1313, extinctis ſuperiori anno Electoribus Brandenburgicis, *Woldemaro* & *Johanne*, *Cæſar*, *Frederico capto, ſplendidiſſimam Provinciam, cum Septemviratu, ad Imperium rediiſſe certus, & in fortunam ſuam recipiens, filio Ludovico, in Comitiis Norinbergenſibus, contulit. Primores Gentis in contraria ſtudia diducti erant. Alii cum* (Rudolpho) *Saxone, alii cum Ludovico conſentientes, multitudinem quoque in partes diſtraxerant, & in mutuum ſanguinem gladii acuebantur. Cæterum Saxo, intricatum ſe videns longo & difficili bello, cum Cæſare in gratiam rediit, ceſſitque Provincia, cujus adhuc erat incerta poſſeſſio. Itaque Ludovicus, Cæſaris filius, qui Brandeburgenſis poſtea dictus eſt, compoſitis in Provincia rebus, Margaretham uxorem duxit, Chriſtophori filiam, Daniæ Regis, &c.* Hæc *Nicolaus Burgundus*, h. a., lib. 2, pag. 59; Ipſe Cæſar *Ludovicus*, in *Appellationis* Diplomate, à ſententia *Johannis XXII*, ad futurum Concilium, apud *Aventinum*, lib. VII, cap. 16, §. 22, p. m. 728, ait: *Recte, bene, ac ſapienter, ſicuti Legibus cautum eſt, more Majorum, Brandenburgenſem Ducatum (quem ille homo, qui vulgo Papa dicitur, Madenburgenſem falſo vocat) filio Noſtro, Ludovico, in tutelam atque fidem commiſimus, &c.* Conf. *Albertus Argentinenſis*, ad an. 1319, pag. 121; *Chron. Elwangenſ. Freheri*, ad an. 1324, pag. 458; *Annales Rebdorfienſis*, ibid., ad an. 1326, pag. 424; *Pantaleon*, l. c., in Vita *Ludovici IV*, p. 395, &c.; *Dubravius*, lib. 20 *Hiſtor. Bohem.*, p. m. 166; & notandum, hos omnes *Woldemarum* pro ultimo Electore habere, cum potius frater ejus, *Johannes IV*, decimo quarto die poſt, demum defunctus, hoc nomine compellandus veniat; Vid. Dn. *Antonii Teiſſier Vies des Electeurs de Brandebourg*, in præfat.; *Henningeſius*, part. 2 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 200; *Layritz*, *Palmwald*, de *Domò Brandenburgica*, §. 13, pag. 309; *Zeilerus*, *Topograph. Brandenburg.*, pag. 9; Dn. *ImHoff*, *Not. Proc. Imper.*, lib. 4, c. 10, §. 3, p. m. 208; *Micralius*, lib. 3 *Syntagmatis*, ſect. 12, p. m. 636.

An. eod. cœpit bellum Italicum. *Johannes* 22, elatus ad Eccleſiæ Romanæ faſtigium, protinus aſſerere cœpit, Imperio vacante, adminiſtrationem Italiæ ſibi deberi. Mandavit itaque Rectoribus Civitatum, abdicarent ſe Magiſtratu, quem nefas eſſet, injuſſu ſuo, gerere quempiam, &c. Vid. *Extravagant*

Digitized by Google

Johannis XXII, *Ne Sede vacante*, Tit. 5, cap. un: *Si Fratrum.* Veniunt hoc titulo *Caſtrucius*, *Lucæ*: *Mansfredus*, *Landæ*: *Reinaldus*, *Placentiæ*: *Bonacaſſa Paſerinus*, *Mantuæ*: in *Etruria*, *Hugucio Facciolus*: *Canis Scaliger*, *Veronæ*; qui, ſpecie tuendarum *Gibellinarum* partium, re ipſa dominationem aucupabantur, commiſſa ſibi gubernacula, obſequii imagine, verſuri in hæreditatem. Votis ut gauderet, nec *Ludovico*, nec *Friderico*, electis Cæſaribus, palam favit. Multis Civitatibus interim *Bertrando* Legato, vulgo *Cardinali Portuenſi*, *Bononiæ* reſidenti, ſe dedentibus, poſthæc *Henrico*, Goriciæ Comite, Vicario Cæſaris per Italiam, mortuoque *Matthæo Vice Comite*, quem *Henricus VII* Mediolanenſibus præfecerat, cum *Ludovicus* filium ipſius, *Galeacium*, in præfectura confirmaret, isque Principis auxilia, contra *Bertrandi* conatus, viciſſim ſolicitaret, mittuntur tres Comites in Italiam, rogatum Legatum, ne Dominum, Civitatemque *Mediolanenſem*, Imperii ſubditos, vexaret; quo reſpondente, incerto adhuc Imperio, ſe mirari, *Ludovicum* cauſam perorare Comitum hæreticorum; animi utrinque commoti; Pontifex, ſub dato *Avenione*, *in Palatio Epiſcopali*, *VIII Id. Octob. Anno VIII*, ſuperbum emittit ſcriptum, cujus formulam *Nicolaus Burgundus*, l.c., pag. 73, (&, ex eo forſitan, *Aventinus*, lib. VII *Annal.*, cap. 16, §. 8, p. m. 724, & 725, mutato licet nonnihil ſtylo, nec ſatis accurate ſub anno 1321, quandoquidem jam ibi mentio fit Brandenburgenſis Principatus, in filium *Ludovici* Imp. tranſlati, quod, hoc demum anno, contigiſſe, ex modo dictis conſtat,) ſuppeditat, inter alia dicens: *Cum, deſuncto Henrico Imperatore, Septemviri Principes, in contraria ſtudia diducti, elegerint duos, admovendos faſtigio, Ludovicum Bavariæ, & Fredericum Auſtriæ, Duces, neutri Eorum fas fuit uſurpare titulum nomenque Regis, vel adminiſtratione ſe ingerere, priusquam Apoſtolicæ Sedis acceſſit auctoritas. Ad eam enim rejectio, & admiſſio, ac, donec alterutrum fiat, tota Imperii adminiſtratio pertinet. Quippe, ante adeptam auctoritatem, Electi ipſi nec ſunt Reges, nec habendi pro Regibus, neque etiam nominandi Reges, ſed in Regem electi. Quandoquidem igitur ſupradictus Ludovicus, non approbatus, non admiſſus, ſe palam dixerit Germaniæ Regem, eoque titulo non contentus, gubernacula Imperii invaſerit, Clientes in fidem acceperit, honores & officia diſtribuerit, atque adeo nuper Marchionatum Brandeburgenſem in Filium tranſtulerit, Galeacium, Vice-Comitem, Ejusque fratres, damnatos hæreſis crimine, atque proſcriptos, in tutelam acceperit, aliuque Eccleſiæ rebellibus auxilio acceſſerit, non ſine manifeſta injuria Divinæ Majeſtatis, Eccleſiæ contemptu, animæque ſuæ exitio; Nos itaque, ne in conſuetudinem tranſeat pernicioſa temeritas, obviare decrevimus, ipſumque Ludovicum ab erroribus in viam retrahere. Sed quia præſentem habere non licet, nec tutus ad Illum patet acceſſus, poſitumque eſt in mora periculum, accedente Fratrum noſtrorum conſenſu, ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis, injungimus ipſi, ſub pœna excommunicationis, ut, intra ſpatium trium menſium, adminiſtrationem deſerat, eamque differat reſumere poteſtatem, donec acceperit conſenſum à Nobis. Jubemus præterea, ut à ſe geſta, ſub colore tituloque Regis, intra idem temporis ſpatium reſtituat in integrum. Quod ſi Imperio Noſtro detrectaverit morem gerere, abſentia ejus non ſpectata, procedemus ad publicationem pœnarum, in quas ipſo jure factoque incidit, vel prout Nobis æquum videbitur, &c.* Quid arrogantius quidve impudentius hac temeritate? Adverſus quæ ſtolidè facta, ſubſecuto mox fulmine, lite nondum examinata, nec cauſa cognita, appellaſſe poſtea noſcitur Imperator ad futurum Generale Concilium? Vid. *Villanius*, lib. 9 *Hiſt. Florent.*, cap. 195, & 227; *Nicolaus Burgundus*, l.c., pag. 61, &c.; *Nauclerus*, Generat. 45, ad ann. 1323, pag. 996; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. m. 269; *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baron.*, an. eod., §. 1, & 2, pag. 409; *Pallatius*, *de Geſtis Roman. Pontificum*, Vol. 3, in *Vita Johannis XXII*, pag. 217, & 218.

An. 1324 Avenionem mittit Imperator Legatos, *Albertum Straſburgium*, Commendatorem Hoſpitaliorum S. Johannis per Alemanniam; *Everſturpium Sabechium*, Archi-Diaconum Herbipolenſem, & *Henricum Thorumum*, Canonicum Pragenſem, exploraturos de fulmine certiora, ſpatiumque ad defenſionem exacturos, ſi libratum eſſe conſtaret. Eo venientes vanitate tumentem Papam offundunt, imbutumque conſiliis deterioribus, & pervicaciter repoſcentem Imperium, extenſo duntaxat in unum alterumque menſem vadimonio; Inſecto igitur negotio, domum reverſi, afferunt *Ludovico* codicillos, ſibi datos, quibus lectis, tota inhorruit Aula. Duo erant viri, eruditione tunc præ cæteris exculti, *Johannes de Janduno*, Peruſinus, & *Marſilius Patavinus*, Medicus, qui magnopere, hærenti Principi, quid faciendum, ſuaſerant, à rigidis Papæ cenſuris ad proximum Generale Concilium appellandum, unico frenandæ Pontificum libidinis remedio, quoties poteſtate Eccleſiæ, ad privatos affectus, abuterentur. Proficiſcitur ergo Princeps *Norimbergam*, ibique, capto cum amicis conſilio, corrogatisque teſtibus, appellationis formulam publicè recitari jubet, quam *Nicolaus Burgundus*, l.c., ad hunc annum, pag. 78, &c., ſiſtit; enimverò acrius inde accenſus Pontifex, induciis, quas Legatis nuper adjecerat, finitis, 10 Kal. April. ad ſecundum prolabitur Edictum, quinto Id. Julii tertium & peremptorium proponens; quo pariter circumducto, Kal. Oct. affixo programmate, execratum eſſe Bavarum vulgat, miſſo *Ottone*, Carinthiæ Antiſtite, cum *Lamperto*, Dominicani Ordinis *Tholo-*

ſæ

ſa Præfecto, qui in Germaniam exemplar deferrent, Populumque, Cæſari obediturum, à ſacris arcerent. Verſa vice, Pariſienſis Academia, JCti Itali, & Germani, totum litis proceſſum nullius eſſe momenti, arbitrabantur, nec Papam propria in cauſa Judicem eſſe poſſe, nec accuſatoris ſimul & Judicis fungi officio, nec ferre ſententiam in Principem, Ejus Jurisdictioni nequaquam ſubjectum, multo minus in non auditum, convictumve, contendebant, ſeparandam eſſe poteſtatem Regiam à Pontificali, addentes: illam in negotiis ſeculi, hanc in ſpiritualibus ſupremam: dogma, de jure adminiſtrandi Imperii, Imperatore mortuo, vel Electoribus, circa eligendum novum, invicem diſcordantibus, contrariari Legibus & conſuetudini Germaniæ: rite electum pro Imperatore habendum, qui nullatenus Romani Præſulis indigeret confirmatione, &c. Prodibant undique atroces libelli alii. Ipſe Cæſar Comitia *Ratisbonæ* agens, fusè ordinibus expoſuit, peſſimis graſſari Pontificem conſiliis: caput ſuum, nullam aliam ob cauſam, execrationibus devotum, quam quod habenas, legitimè ſibi delatas, ab illo extorqueri non pateretur, haut dubiè Imperium ſubverſuro, niſi inverecundæ Ejus proterviæ obviam iretur. Statim, tuendam Germaniæ libertatem, & pro Reipublicæ hoſtibus habendos, qui Pontificia mandata emitterent in publicum, fit ſententia, cui mox auctoritatem verè Regiam ſpirans Edictum, ſeu *Appellationis* potius Diploma ad futurum Concilium, quod apud *Palatium*, pag. 168 *Aquilæ Vagæ*, *Aventinum*, lib. VII *Annal.*, cap. 16, §. 13, p. m. 726, & *Goldaſtum*, T. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 325, legitur, annexit, Papam vivis depingens coloribus, de quo ait: *Divina*, *humana Decreta juxta contemnit, atque conturbat. Jus Gentium violat; Leges Naturæ prophanat: ſacra polluit; indictâ cauſâ, nec dum reos condemnat - - - - in propria cauſa actor, teſtis & Judex eſt - - - Satanæ ſpiritum ſibi ſumit, ſe ſimilem Altiſſimo facit - - - Aviditate potentiæ, pecr iâ ima ſummis miſcet, omnia venalia, Deum & inferos, habet - - - libidine dominandi in præceps abit; aliena, quæ nihil ad eum attinent, curat, uſurpat; ſua, hoc eſt, Religionem, ſpiritualia, mores, vitam hominum, negligit. Imperium Terræ, mortalia, vetante Chriſto, arripit. Præſides, Pro-Conſules, profeſſus crucem atque paupertatem, in aliena ditione obtrudit. Ubi res ad Interregnum redit, penes ſe ſummam poteſtatem eſſe, comminiſcitur. Munus præfecti Prætorio Rheni, Reguli Bojorum, intercipere, atque in ſe transferre conatur - - - Me hæreticorum fautorem falsò vocat. Chriſtianus ſum; at ipſe Hæreſiarcha eſt. Non enim diſcipulus eſt Chriſti, cujus vitam irridet, paupertatem flocci pendit, pietatem aſpernatur, Religionem polluit, Sacra prophanat, mores ſpernit, inſtituta condemnat, dogmata vilipendit. Nam D. Franciſcum, veritatis divinæ præconem, paupertatis Chriſtianæ anteſignanum, conſectaneos Ejus univerſos, Avinione, 6 Id. Dec., anno ab Orbe ſervato 1322, impietatis condemnavit - - - Franciſcanos, Fraterculos, ignominioſo apud ſe cognomine, item ſtolidas pecudes, pernicioſas vulpeculas, quæ, ſimulata Religione, mundo imponant, Populum fallant, nuncupat. Illorum Religionem exſcindere, quod Chriſtum, comites Ejus nihil poſſediſſe in Terris doceant, aſſerant, prædicent, conatur, &c.* In fine: *Ut Anti-Chriſtus non ſit, tamen, ejus antecurſorem atque anteambulonem eſſe, neceſſe eſt. A quo, ad propugnandum Templum Dei, cujus cura Nobis cœlitus, à Deo Optimo Maximo, data eſt, ad univerſum totius Orbis Senatum Chriſtianum provocamus, &c.* Ad quæ Pontifex conticuit, excepta Decretali: *Quia quorundam, &c. Extravagant. Johannis XXII*, Tit. XIV, de *Verbor. Signif.* cap. 5, quam, in confirmationem Decreti: *cum inter*, Extravag. Tit. XIV, de *Verb. Signif.* cap. 4, jam an. 1322 emiſſi, contra *Nicolai III* Decretalem: *Exiit*, de *Verb. Signif.* in 6, cap. 3, & *Clementis V*, in ipſa Synodo Viennenſi an. 1311, editam Conſtitutionem, *Exivi, &c.*, lib. 5 *Clementinar.* T. XI, de *Verb. Signif.*, C. 1, in odium *Franciſcanorum*, quorum cauſam Cæſar agebat, promulgavit, hæreticam cenſens ſententiam: Salvatorem & Apoſtolos nihil proprii habuiſſe in Mundo. Conf. de his *Nicolaus Burgundus*, l. c., ad h. a., pag. 76 ad 88; *Villanius*, lib. 6 *Hiſt. Florent.*, cap. 265, & 275; *Tritbemius*, *Chron. Hirſaug.*, an. 1314; *Albertus Argentinenſis*, p. m. 123; *Waddingius*, Tom. 3 *Annal. Ordinis Minorum*, ad ann. 1322, & 1324; *Nauclerus*, Vol. 2, *Gener.* 45, ad an. 1323, pag. 996, & 997; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, an. 1324, §. 1 ad 7, pag. 411 ad 413; *Palatius*, T. 3 de *Geſtis Romanor. Pontif.*, in vita *Johannis* 22, pag. 217, & 218; *Du Pin*, de *Diſciplina Eccleſiaſtica*, Diſſert. V, cap. 1, §. 4, pag. 355, &c. add. quæ ex *Stephani Bruleſeri* Tract. de *Excellentiſſima paupertate Chriſti & Apoſtolorum*, parte 2 *Reſponſi Calixtini*, *Vindiciis Moguntinenſium* Theologorum, *circa Infallibilitatem Pontificis Romani*, oppoſiti, p. m. 98 ad 110, extant, ut & Reſponſio *Danielis Papebrochii ad Exhibitionem errorum, per Sebaſtianum à Sancto Paulo, Ordinis Carmelitani in Belgio bis Provincialem, Coloniæ, an.* 1693, *evulgatam*, edita Antwerpiæ, an. 1696; unde quædam excerpſit Dn. *Tenzelius*, *Colloq. Menſtr.*, Menſ. Mart., 1698, ſub initium. Vera minimùm *Guilielmi Occami* Concluſio, part. 1 *Dialogi*, lib. 5, cap. 2, apud *Goldaſtum*, T. 2 *Monarchiæ*, p. m. 469, in fine: *Octavum exemplum eſt de pluribus Summis Pontificibus, tenentibus contra ea, quæ fidei ſunt, aſſertiones contrarias, videlicet, de Johanne XXII, ex una parte, & de Nicolao III, aliiſque quampluribus, ex altera, qui de Paupertate Chriſti, & Apoſtolorum Ejus contrariam ſententiam diffinierunt, vel approbaverunt ab aliis diffinitam, quam ſententiam prædictus Johannes XXII reprobat manifeſte. Ex quo infertur, quod vel Johannes XXII, vel Nicolaus III, ex quo alter eorum erravit in fide, fuit hæreticus reputandus.*

An. eod. Francofurti, 4 Cal. Junii, concedit Vicariatum, in Civitate & Diſtrictu *Lucæ*, *Caſtruccio de Antelminellu*; Diploma extat apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1 *Cod. Diplom. Juris Gentium*, §. 61, pag. 126, & 127.

An. 1325 *Ludwicus obſedit Caſtrum Ducum Auſtriæ, dictum* Purgaw, *cum magna potentia, volens Fridericum, adverſarium ſuum captum, capitali ſententia ibidem plectere, ſed, per Leupoldum, Ducem prædictum, fugatus eſt inde, &c.* Hæc *Annales Henrici Rebdorſienſis*, ad an. 1324, pag. 422, & 423; *Nicolaus Burgundus* vero, l. c., pag. 89, &c., & *Chronicon Elwangenſe*, pag. 458, ea rectius ad an. 1325 referunt.

An. eod. tranſigit cum Antagoniſta, *Friderico*; ſumma hæc eſt: (1) *Fredericus Dux juri, ſi quod ad faſtigium habet, renunciato*; (2) *Electionis ſuæ tabulas Ludovico Regi tradito*; (3) *Eodem ſuperſtite, ne ambito Regnum: vocatus ultro, etiam ſollicitante Pontifice, nuncium remittito*; (4) *Quicquid Fredericus Dux, Ejusque fratres ab Imperio avulſum occupant, vel pignori ſubjecerint, reſtituatur in integrum*; (5) *Auſtriacis Fratribus cum Ludovico Rege, Ejusque liberis eſto æternum fœdus; eſto armorum ſocietas, adverſus quoscunque, ſive Profanos, ſive Eccleſiaſticos, & nominatim contra Pontificem, ejusque fautores, quamdiu Ludovico & Imperio perſeveraverint eſſe infeſti*; (6) *Dux Carinthiæ, & quatuor Ejus Conſiliarii præcipui; item Rudolphus, Com. Hohenbergius; Hugo, Com. Brigantinus; Albertus, Com. de Sancto Monte; Comes Schebhettingus; Rudolphus & Heſſo, Marchiones Badenſes; Comes Fürſtenbergius, & Otto Ochſenſteinius ſacramento promittant, militaturos ſe, bona fide, cum Cæſare, in fratres Auſtriacos, transgredientes fidem conventionis; idem juramentum præſtanto duodecim Sueviæ, & Alſatiæ, Styriæque Magnates*; (7) *Auſtriaci Fratres, Dux Carinthiæ, & ſupradicti Comites, quidquid, Jure Beneficii, poſſident, à Ludovico Rege in clientelam accipiunto; Eundem pro Rege habento; Honorem Illi & reverentiam, Majorum more, præſtanto; ut idem faciant, quicunque partes ipſorum ſecuti ſunt, curanto; Arma inferunto abnuentibus*; (8) *Fredericus Dux Eliſabetham, filiam, Ludovici filio, Stephano, deſpondeat; Bertholdus, Com. Hinnebergius, cum Burgravio Norembergenſi, dotem puellæ conſtituant; &, donec ea repræſentetur, Burgovia & Riſeburgum pignore ſunto*; (9) *Parentibus è medio ſublatis, utriusque liberi pacem colant; Sed ſi* (10) *Fredericum fata Ludovico ſuperſtitem fecerint, & ſuccedat Ipſe in faſtigium, Feuda Imperii, Ludovici Regis liberis debita, & nominatim Marchionatum Brandeburgenſem tradat illis in Clientelam; Si vero alius Imperium exceperit, in Feudorum ſuorum tutelam mutua conferantur auxilia*; (11) *Quicquid Auſtriacis Fratribus, ab anterioribus Imperatoribus, oppignoratum eſt, ratum maneat*; (12) *Nemini fraudi eſto, ſtetiſſe in partibus*; (13) *Injuriarum meminiſſe ne liceto*; (14) *Captivi utrimque dimittuntor*; (15) *Hac conventio anterioribus pactis ne derogato*; (16) *In has Leges Fredericus Dux Sacramentum dicito; pactis ſtato, vel redito in carcerem, &c.* Ita *Nicolaus Burgundus*, l. c., ad h. a., pag. 91, & 92; Conf. *Annales Henrici Rebdorſienſis*, an. eod., pag. 423; & *Chronicon Elwangenſe*, ad an. 1326, pag. 458; *Mutius*, lib. 24 *Chron.*, pag. 227, &c.; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 45, p. 997, an. 1325; *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baron.*, an. eod., §. 5, p. 416. *Simlerus*, *de Republ. Helvet.*, pag. 98, perperam tranſactionem hanc in annum 1330 rejicit. Hinc forſan illud figmentum, de mutua ſocietate inter eos ſtabilita, apud *Sigismundum von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 3, cap. 4, p. 295, &c.; quaſi unum & indiviſum Regnum caperet duos, mutuam poteſtatem non deſtructuros, de quo præced. Tit. 2, §. 8, lit. a., pag. 69, quodque *Burgundus*, l. c., *inconditam adulationem*, *vanamque credulitatem ſpernendam* merito vocat.

An. eod. certior factus Pontifex de Senatus Conſulto Imperii, anni ſuperioris, omnem navare cœpit operam, ut *Carolo IV*, Gallorum Regi, Electorum ſuffragiis, Imperium deferretur. Haud procul etiam ab exitu veſana jam ſtabant conſilia, cum *Bertholdus de Bucheck*, Teutonici ordinis Confluentiæ Commendator, à propoſito Moguntinum Præſulem deterreret, *dedecus & periculum oſtentans, quod in ſubvehendo Gallo imminere videbatur. Rem eſſe peſſimi exempli, pudendam ſibi, Reipublica exitioſam, dejicere Principes, & attollere, ex unius Pontificis libidine; obtrudi Reipublica alienigenam, cum quo nullum Germanis linguæ commercium, nulla vita conſuetudo intercederet. Suffeciſſe olim indigenas; & ſi exauctorandus eſſet Ludovicus, ne nunc quidem Germaniam adeo ægram, ut neminem ipſa ſuppeditare nequeat, faſtigio dignum. Eſſe Gallo hereditarium Regnum, publicasque opes, eò diverſurum, à propiore cura Imperii ſubductum. Semper illas Gentes emolumentum facere ſolitas ex aliena calamitate, animoque etiam nunc proſpicere, qua ratione de Imperio delibare poſſint aliquid, quod Gentili ſceptro adjiciant. Prudenter Bohemum & Trevirenſem ab hiſce conſiliis averſos eſſe. Neque Populum ad deſtituendum Ludovicum poſſe impelli. Favorem illi ex injuria, odium Gallo ex invidia, & hinc Civile bellum oriturum. Turbato igitur Moguntino, & cæteri deſiſtunt. Ubi tamen res emanare cœperat, Ludovicus ſane graviſſimè concuſſus eſt, &c.* Hæc omnia *Nicolaus Burgundus*, l. c., pag. 88, & 89; ſimilia *Henricus Rebdorſienſis*, ſed ad annum 1326.

An. 1326, & 1327, creſcente in Italia *Guelforum* factione, *Ludwicus ingreſſus eſt Alpes, Terram Ducis Karinthiæ, Civitatem Tridentinam, ubi ad Eum ſolennes Ambaſiatores miſerunt Rectores Lombardiæ, videlicet, Galeacius de Vice Comitibus, Dominus tunc Mediolanenſis; Dominus Canis de Scala, Dominus tunc Veronenſis; Paſſivus*, (fortè *Paſſerinus*) *Dominus Mantuanus; Caſtruccius, Dominus Lucanus; & alii Italici Gibellini,*

ni, qui diverſas preſſuras ſuſtinuerant, à Legatis Cardinalibus Papæ Johannis XXII, & à ſtipendiariis Eccleſiæ, miſſis & conductis in Lombardiam, ſupplicantes Eidem, ut, pro ſubſidio eorum, Italiam dignaretur intrare. Quibus acquieſcens, intravit Italiam, cum gente modica, & venit Mediolanum, ubi honorifice ſuſceptus eſt, & coronatus, ſecunda corona, argentea, & poſt Eum magna copia Alemanorum ſequebatur; unde, cum in Mediolano jam tanto tempore quietus ſtaret, ut deficere inciperet in expenſis, inductus malo conſilio quorundam, Galeacium, Dominum Mediolanenſem, auctorem ſui introitus, & qui multas expenſas Ei impendit, captivat, & dominium ejusdem Civitatis alteri commiſit, videlicet Hugoni, Comiti de Monteforti, Alemanno & ſic inde tranſit; vocatus per Caſtrucium, Dominum Lucanum, venit Tuſciam, ubi obſedit Civitatem Piſanam, quam tandem obtinuit, & dominium ibidem Caſtrucio commiſit, &c. Sunt verba Henrici Rebdorfenſis, Annal., ad annum 1326, pag. 423; Quæ, de Mediolanenſi Inauguratione, heic dicuntur, rectius inſcribunt anno 1327 Albertus Argentinenſis, p. 124, & Nicolaus Burgundus, l. c., ad h. a., pag. 99; diverſo licet ſtylo; ille enim ait: Fuit Ludovicus, Mediolani, in Eccleſia S. Ambroſii, à Joanne, Archi-Epiſcopo Mediolanenſi, in Feſto Pentecoſtes, cum Margaretha, Uxore ſua, anno Regni ſui XIII, (adeoque an. 1327) corona ferrea coronatus, &c.; hic vero: In hac ſolemnia Pentecoſtes dies indictus erat . . . deſignati ſunt tres Epiſcopi, qui Inaugurationis ſacra facerent, Aretinus, Tridentinus & Brixienſis; quippe Archi-Epiſcopum Mediolanenſem, cujus erat hoc munus, Gibelinorum factio expulerat, quod ſtudere Guelfis crederetur, &c. Alberti ſententiam amplectitur Nauclerus, Vol. 2, Generat. 45, an. 1327, p. 997; nec non Mutius, lib. 24 Chron., pag. 228, in fine; Aventinus, lib. VII Annal., cap. 17, §. 6, p. m. 732, quamvis conſecratori aliud nomen imponat: Quinquagenalibus, Ferreo Diademate, ex veteri inſtituto, à Vidone Mala Petra, Archimyſta Mediolanenſi, ornatur, &c.; aliique; Burgundum autem ſequitur Spondanus, T. 1 Cont. Annal. Baron., an. 1327, §. 3, pag. 421; Annum comprobant Magnum Chronicon Belgicum, p. 291, licet, loco Mediolani, Piſas nominet; Browerus, lib. 17 Annal. Trevir., an. eod., §. 73, p. 204, &c. Errant ergò Chronicon Elwangenſe Freheri, p. 459, & Henricus Stero, p. 410, quorum illud an. 1328, hicque ann. 1329 inauguratum Mediolani Cæſarem tradunt. Eodem anno 1327 Galeacium Mediolanenſi Præfectura fuiſſe exutum, in Ejusque locum, ab Imperatore, ſurrogatum Montfortii Comitem, laudati Nicolaus Burgundus, l. c., p. 100, &c.; Albertus Argentinenſis, l. c., Montfortium, Wilhelmum vocans; Nauclerus, l. c.; Spondanus, l. c.; aliique teſtantur; Chronicon Elwangenſe, l. c., profert hoc titulo annum 1328; & Stero, l. c., annum 1329.

An. 1328, 27 Januar. coronatur Imperator; Romam enim ingreſſus, habito cum Primoribus conſilio, Capitolium aſcendit, quo Populum convocari præceperat, ad concionem; receptusque in ſolium, per conſtipatam multitudinem, Elleramum Epiſcopum, Auguſtiniani ordinis, juſſit aſſurgere; is, à laudibus Cæſaris, honora oratione exorſus, deſiderium Ejus eſſe expoſuit, ut Senatus Populusque Romanus Imperii diadema petenti deferret. Ad hæc verba ſecutus eſt ingens plauſus, Vivat Cæſar, acclamantium. Fuere, qui dubitarent, an, invito Pontifice, hæc ita rite agerentur: cæterum Populus Romanus econtra contendebat: Suas eſſe partes, Imperium conferre, Pontificis autem conſecrare, iisdem auſpiciis. Carolum enim Magnum tunc demum coronatum eſſe, poſtquam Populus Romanus imperare Eum juſſiſſet; Hodierni autem Pontificis turbulentum ingenium, atque injuſta in Cæſarem odia obeſſe ſibi non debere. Dicta eſt Inaugurationis dies ſexto Kalend. Febr. . . . . cœperunt deinde cogitare, nihil rite agi poſſe, ſine Comite Palatii Lateranenſis, qui tunc Romæ nullus habebatur: atque id ipſum ad Ludovicum deferunt. Ille hanc dignitatem Caſtrucio contulit, aureaque donatum Bulla, ſua manu, baltheo præcinxit. Delectus eſt Serra Columna, qui Conſecrato diadema imponeret . . . . Inaugurationis ſolemnia in Templo Vaticano conſueverant haberi, in cujus vicinam diverterat Cæſar; conveniens ergò viſum fuit, Aulam inde ad Sancta Maria Majoris transferre, quo longius explicaretur feſtivus apparatus, poſſetque pompa ſpectari à pluribus . . . . Jacobus Renatus, Nepos Cardinalis Pratenſis, & Elleramus, Epiſcopi, occurrentes intranti in veſtibulo Templi, cum ſuis inſulis dignitatis, ducebant progredientem ad aram, ubi, inter ſolemnes preces, ſua quisque officia implevit. Margaretha Uxor ſimul coronata eſt . . . . Peractis ſolemniis, Imperator foris ſe conſpicuum oſtendens, expectantibus, pro Concione, edixit: protecturum ſe Catholicam fidem; convenienti honore culturum Religioſos & Sacerdotes; Viduis ac Pupillis Jura daturum. Acclamatum tunc eſt à multitudine, confuſis vocibus: Vivat Imperator. Atque inde itum in Capitolium ad epulas, quas publice exhiberi juſſerat. Poſtera die ſuas in Urbe vices Caſtrucio mandavit, Senatoria Dignitate inſignito, &c. Hæc omnia Nicolaus Burgundus, l. c., ad an. 1328, pag. 105, & 106; Conf. Pallatius, de Geſtis Pontificum Romanorum, T. 3, in Vita Johannis 32, p. 219, & 220; Aventinus, lib. VII Annal., cap. 17, §. 7, p. m. 732. Albertus Argentinenſis, p. m. 124, ad eundem annum, inau-

inaugurationem celebratam putat, in Eccleſia S. Petri, 17 Januarii; eosdem annum, diemque ponit *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baron.*, h. a., §. 2, p. 423; *Henricus Rebdorfienſis* vero, pag. 424, *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 291, *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 45, p. 998, *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, §. 73, p. 204, aliique multi eam referunt ad annum 1327: *Chronicon Elwangenſe* contrà, p. 459, ad an. 1329; de facto teſtantur *Platina*, in Vita *Johannis* 23, pag. m. 228; *Mutius*, lib. 24, p. m. 229; alii. *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in Vita *Ludowici* IV, Imp., pag. 296, perperam, coronationem peractam, ſcribit, Cal. Junii.

An. eod. Imperator, ſolennibus ad finem perductis, convocata Synodo, in geſta *Avinione* degentis, *Romamque* redire nolentis *Johannis XXII*, *Ottonis Magni* exemplo, inquiri facit, convictumque Majeſtatis Læſæ, aliorumque criminum, imò & errorum, articulos fidei evertentium, v. g. defunctorum animas, ante reſurrectionem, Chriſtum non viſuras, &c., *Hæreticum* appellat, 4 Cal. Maji, Fratremque, *Petrum Rainalucium*, Ordinis Minorum, ex Reatini agri vico, Corbario, oriundum, Virum doctum, & ad res agendas aptiſſimum, Papam, ſub *Nicolai V* nomine, conſtituit. Vid. *Nicolaus Burgundus*, l. c., pag. 107 ad 113; *Albertus Argent.*, an. eod., p. 124; *Platina*, l. c.; *Magnum Chronicon Belgicum*, l. c.; *Johannes Georgius Herwardus ab Hohenburg*, in Apologia pro noſtro Cæſare, contra *Bzovii* injurias, ad an. 1328, §. 36, &c.; *Hencus Rebdorfienſis*, Annal., ad an. 1327, p. 424; *Chronicon Elwangenſe*, ad an. 1329, p. 459; *Hermannus de Lerbeke*, *Chron. Schawenburg.*, apud *Meibom.*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 515; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 68, p. 284; *Nauclerus*, l. c.; *Mutius*, l. c.; *Panteleon*, l. c.; *Aventinus*, lib. 7 *Annal. Boicor.*, c. 17, §. 8, &c., p. m. 732, &c.; *Spondanus*, l. c., §. 4, p. 424, & §. 6, p. 425; *Browerus*, l. c.; *Pallatius*, l. c., pag. 221; *Abrahamus Bzovius*, de *Roman. Pontif.*, ad an. 1328, §. 5, unde quædem hauſit *Conringius*, lib. 2, de *Finib. Imper.*, cap. 21, §. 7, p. 290, &c. Ipſum Edictum Cæſareum, de *Exauctoratione & abdicatione Johannis XXII Papæ*, *propter tyrannidem*, *injurias*, *faſtum*, *& ambitionem*, *Reipublicæ perniccioſam*, *Veritatique Chriſtianæ ac Religioni exitioſam*, *publicatum Romæ*, *in Synodo generali*, *ex totius Concilii decreto*, 14 (non IV, ut ibi habetur, quippe qui dies non reſpondet epilogo, ubi: *Datum & factum - - - Octavo decimo die Aprilis*; adeoque 14 Cal. Maji) *Cal. Maji*, *Anno Domini* 1328, legitur apud *Aventinum*, l. c, §. 8, & ſeqq., p. 733, &c., & *Goldaſtum*, T. 1 *Conſt. Imp.*, p. 328, & 329. Literas, quas Cæſar jam antea, ſcil. 28 Mart. 1328, Romæ, in eadem cauſa, ad *Ottonem*, Ducem Brunſuic. & Luneb., dederat, Papam *Apoſtatam* vocans, exhibet Ill. Dn. *Leibnitius*, in Mantiſſa, part. 2 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, §. 47, p. 249. Breve tamen *Nicolai*, à quo Cæſarem altera vice coronatum *Rebdorfienſis*, l. c., teſtatur, erat Regimen, redeunte enim Cæſare in Germaniam, Nicolaus ab Eo *Piſis relictus*, *ſive proditus*, *ut probabile eſt*, *ſive Religioſa perſuaſione*, *ut quidam volunt*, *inductus*, *ut agnoverit errorem ſuum*, *& abſolutionem a Pontifice petierit*, *ducitur ad Johannem Pontificem*, *qui Avenione erat*, *ubi Pontificatum abjuravit*, *& errorem hæreſinque confeſſus eſt*, *carceri mancipatur perpetuo.* Ita *Mutius*, l. c., pag. 239. Neſandas abjurationis Ejus tabulas, in privato Conſiſtorio, an. 1330, 6 Septemb. editas, ſiſtit *Pallatius*, l. c., p. 225, &c.

An. eod., ſub dato *Romæ*, 15 Febr., Diploma porrigit Illuſtri *Caſtruccio de Antelminellis*, Sacri Lateranenſis Palatii Comiti, quo eum *Ducem Lucanum*, & *Vexilliferum S. R. Imperii perpetuum* creat; reperitur ejus formula apud *Meibomium*, Tom. 3 *Rer. Germanic.*, pag. 209, &c., & Ill. Dn. *Leibnitium*, part. 1 *Cod. Diplom. Juris Gentium*, §. 65, p. 130, &c. inde huc ſpectat: *de certa ſcientia*, *& de conſilio Principum & Baronum*, *Civitates Lucæ*, *Piſtorii*, *Volaterrarum & Lunæ*, *cum omnibus & ſingulis Caſtris*, *Villis & locis*, *ſitis in diœceſibus ipſarum*, *& cum omnibus earum*, *& cujuscunq; earum pertinentiis*, *Territoriis*, *& Juriſdictionibus quibuscunque*, *ad jus*, *honorem*, *& nomen Ducatus pertinentibus*, *transferentes*, *& volentes*, *ſub uno dignitatis vocabulo contineri Ducatus Lucani*, *Te*, *pro te*, *& ſucceſſoribus tuis*, *ex te*, *per lineam maſculinam*, *natis & naſcituris*, *in perpetuum ipſius Ducatus Ducem*, *& Vexilliferum Noſtrum & S. R. Imperii ubilibet*, *de præmiſſæ noſtræ poteſtatis plenitudine & principali munificentia*, *promovemus*, *&c.* Enimverò, *Roma* egreſſus, *reverſus eſt in Tuſciam*, *ad Civitatem Piſanam*, *& Lucanam*, *& ſedato ibi quodam rumore inter Lucanos*, *& filios Caſtrucii præmortui*, *Dominium Civitatis Lucanæ abſtulit filiis prædictis*, *quibus*, *& Pater*, (Patri) *eodem anno*, *conceſſerat*, *& novum Dominum præfecit ibidem*, *& exinde tranſiens obſedit Mediolanum*, *remoto Hugone*, *Comite de Monteforti*, *&c.* Hæc *Henricus Rebdorfienſis*, l. c., ad h. a., pag. 424.

An. 1329 *Imperator paternam hereditatem*, *quam cum fratre* (Rudolpho) *pro indiviſo poſſederat*, *in æquas partes diſtribuit*, *fraternis liberis optione data*, *quam vellent portionem eligere.* *Communem autem Septemviratum ſic partitus eſt*, *ut ſui*, *fraternique liberi*, *eorumque heredes alternatim ſuffragia in Comitiis ferrent*, *nunc hac videlicet*, *nunc illa linea*; *Prima tamen Palatinis cederet Electio*; *deinde perveniret ad Ludovicum & Stephanum*, *ſuos liberos*; *inde rurſus ad fraternam lineam tranſitura.* *Pœna quoque nominatim adjecta eſt*, *ut ſuo jure in perpetuum caderet*, *qui*, *circumſcripta alterutra linea*, *transgrederetur Legem Conventionis - - - - - Quorum vices eſſent in Electione*, *ſalva Agnatorum jura curarent.* *Deficientibus maſculis in alterutra linea*, *ad alteram tota perveniret hereditas.* *Controverſias*, *ortas inter ſubditos utriusque Provinciæ*, *dirimerent arbitri*,

Digitized by Google

bitri. Hi à partibus deligerentur; tres Actor nominaret, quibus Reus quatuor adjiceret. De cauſis arduis Principes cognoſcerent. In has Leges diviſionis dictum eſt utrimque ſacramentum. Et poſtea Septemviri rata habuere Pacta, &c. Sunt verba *Nicolai Burgundi*, l. c., ad hunc annum, pag. 123; Conſ. Annales *Henrici Rebdorfienſis*, an. eod., pag. 424, ubi: *Anno Regni ſui decimo quinto de Italia reverſus eſt* (Imperator noſter) *in Alemanniam, & tunc Ducatum Francorum Bavariæ, quem antea, poſt expulſionem & obitum fratris ſui, Rudolphi, pro majori parte, ſolus occupaverat, cum filiis ejusdem fratris, Rudolpho & Ruperto, diviſit, quibus ceſſerunt Oppida circa Rhenum, videlicet Haydelberg, & cætera, ac alia etiam circa nemus Bohemicum, videlicet Ambereh, & ſimilia. Ipſi autem Ludwico ceſſit Monacum, Ingolſtat, Legenfelt, & ſimilia, &c.*; *Mutius*, lib. 24 *Chron. Germ.*, p. 223. Diviſionem hanc factam eſſe *Ticini*, ſive *Paviæ*, feria ſexta ante feſtum S. *Oswaldi*, docet *Andreas*, *Presbyter Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico* apud *Schilterum*. de *Script. Rer. Germ.*, p. m. 34, ubi ſimul confirmantur, quæ de alternatione, quoad exercitium Juris eligendi, modo dicta ſunt; quæque fuſius *in der Chur-Bayeriſchen Ableinung des Herrn Pfaltz-Graffen Carl Ludwigs Manifeſts*, de an. 1539, apud *Lundorpium*, Tom. IV *Contin. Actor. Publ.*, lib. 3, cap. 108, lit. H documentorum, p. 735, habentur; unde etiam hauſi, ſeq. Tit. XIII, §. 6, lit. a, proferenda; *Gewoldus*, de *Septemvir.*, pag. 192; & Dn. *Tolnerus*, cap. 2 *Hiſtor. Palatin.*, pag. 41, & 47; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spirenſ.*, cap. 29, p. m. 769, refert eam ad an. 1327; Alios eam plane in dubium revocare, obſervavit Dn. *Tolnerus*, l. c., pag. 47, ajens: *Freherus, Libro, de Legitima Tutela Electorum Palat., dubitare videtur de hac Diviſione, æque ac ordine circa alternationem Juris Electoralis, inter Palatinos & Bavariæ Duces; vid. Gebwoldi antitheſ. ad Freherum, p. 11. Ratio dubitandi hæc eſt, quod, inſequentibus temporibus, apud ſucceſſores id minimum obſervatum fuerit: imò contrarium poſtea, viventibus adhuc hiſce Ludovici Imp. ex fratre Nepotibus, an. 1356, expreſſè cautum eſt, per Auream Bullam Caroli IV, & Sigismundi Imp.* Conſ. *Aventinus*, lib. VII *Annal.*, cap. 17, §. 20, pag. 736.

An. 1330 Revertitur Imperator in Germaniam, *Nicolao Burgundo* teſte, l. c., ad h. a., pag. 126; quo abſente, *Johannes, Rex Boemiæ, intravit Italiam, vocatus à quibusdam Rectoribus ibidem, & multæ Civitates Lombardiæ obediunt ſibi, & pro Domino ipſum recipiunt. Habuit enim magnam familiaritatem cum Legato Papæ Johannis Cardinali, qui tunc tenuit Dominium Civitatis Bononienſis. Propter quod Ludwicus conqueritur Principibus contra Eum, dicens, Eum contra Imperium exceſſiſſe. Sed, ſequenti anno, idem Rex, rediens de Italia, ſuper hoc ſe excuſat, coram eodem Ludwico, in Ratiſpona, &c.* Sic *Henricus Rebdorfienſ.*, Annal., h. a., pag. 425; Conſ. *Nicolaus Burgundus*, l. c., lib. 3, ad an. 1330, & 1331, pag. 132 ad 137; *Albertus Argentinenſis*, ad an. 1330, pag. 124, & 125; *Chronicon Ehwangenſe*, an. 1331, pag. 459; *Dubravius*, lib. 20, & 21 *Hiſt. Bohem.*, pag. 169 ad 172; *Mutius*, lib. 24 *Chron.*, pag. 230, &c.; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 45, an. 1330, pag. 998, &c.; *Aventinus*, lib. VII, cap. 18, §. 1, p. m. 737.

An. 1331, una cum recepto in gratiam *Johanne*, Rege Bohemiæ, rixas Bavariæ Inferioris Principum, hereditates mixtas ferre diutius nolentium, dirimit; *datis* enim *arbitris, Provincia ita diviſa eſt, ut Henricus, Stephani filius, quem Seniorem appellant, Landishutum, Strabingam, & Schardingam acciperet. Fratri Ejus, Ottoni, Burghuſum, Oetinga, &, cum Traunſtanio, adjacentes montibus terræ obvenere. Dingolfinga, Landavium, Chambium, Vilshovia, Dekendorfium, Henrico Juniori data, Ottonis Regis filio, &c.* Hæc ex *Nicolao Burgundo*, l. c., lib. 3, h. a., pag. 137; Conſ. Annales *Rebdorfienſis*, l. c., an. eod., p. 425.

An. eod., ejus auſpiciis, Suevicæ Civitates *publicam Pacem* invicem pangunt, cujus formulam exhibet Dn. *Datt*, lib. 1 *Rer. German.*, cap. 5, §. 31, & 32, pag. 30, & 31.

An. 1332 promulgat *Pacem Publicam*, ad Rheni tractum; Formula extat apud *Lehmannum*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 30, pag. 770, &c. Conſ. Dn. *Datt*, l. c., §. 33, & 34, p. 31.

An. eod., miſſis Oratoribus, Pacem Pontifici, *Johani* 22, fruſtra offert. *Rebdorfienſis*, l. c., ad h. a.; *Nicolaus Burgundus*, l. c., an. eod., p. 140.

An. 1333 *Imperator, execrationis impatiens, & cum Pontificem ex adverſo obſtinatum videt, redemturus animi tranquillitatem, Inſignia Imperii deponere conſtituit, & in Henricum Bavarum transferre - - - conſcriptæ igitur tabulæ ſunt, quibus Henrico reſignabat faſtigium, certis conditionibus aſtricta: Ne fas illi eſſet, mortalium cuiquam indicium facere de abdicatione, priusquam Ipſe à Pontifice abſolveretur: &, ſi veniam impetrare non poſſet, nullum Pactum eſſe volebat. At ille, inconſulta levitate, tantum gaudium ſolus non ferens, temerare ſtatim ſuſtinuit tam grande ſecretum. Et non cunctanter fama Germaniam invaſit, ejuraſſe Cæſarem Imperium, plerisque indignantibus, quod conſtantiam, quam tot bella non fregerant, quod pulcherrimum victoriæ præmium, qua æmulum devicerat, poſt tot denique labores & diſcrimina, vano conſcientiæ ſtimulo ictus, ad inimicorum ludibrium dejiceret. - - - - - Ubi fama ad liquidum perducta eſt, hortari Illum magnopere cœperunt, ne tantum flagitium admitteret; non enim, inquiebant, Tui juris eſt, quem velis, ſucceſſorem eligere: accipiendus eſt à Septemviris; ubi vacuum ſolium, tuo deſcenſu, efficerit*

effeceris, agent illi partes ſuas - - - - Erubeſces, ad memoriam fortunæ prateritæ. & præſentis humiliatem. Nec minus poſteri verecundabuntur, quoties in imaginem tuam reſpicient - - - Hæc & ejusmodi ingerentibus Imperator aures ſuas aperuit, revocavitque mandatum. Ita *Nicolaus Burgundus*, l. c., lib. 3, ad h. a., p. 141 ad 143; conf. *Henricus Rebdorfienſis*, an. eod. pag. 425; *Aventinus*, lib. VII, cap. 18, §. 6, p. m. 738.

An. 1334 moritur *Johannes* 22, Pontifex, ſucceſſorem nactus *Jacobum Furnerium*, in Oppido *Savarduno*, Tholoſani agri, Appamiarum diœceſeos, natum, Patre *Guilielmo*, molitore, ad *Aurigam* amnem, Ciſtercienſis Ordinis, nominatum *Benedictum XII.* Vid. *Nicolaus Burgundus*, l. c., ad h. a., pag. 143; *Albertus Argentin.*, an. eod., p. 125, ubi *piſtoris* filius, ſed *Theologorum ſummus* audit; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 45, an. eod., pag. 999; *Rolewinck, Faſcic. Tempor.*, p. m 84; *Platina*, in vita *Benedicti XII*, p. 230; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 297; *Mutius*, lib. 24, pag. 132; *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, ad ann. 1335, §. 97, pag. 210; *Pallatius*, T. 3, de *Geſtis Pontificum Romanorum*, in vita *Benedicti XI*, pag. 253, &c.; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad ann. 1334, §. 6, pag. 452, & 453. *Huic Benedicto, in principio creationis ſuæ, Philippus*, (VI) *Rex Franciæ, mittens Legatos, audacter, quaſi nihil ſibi denegare auderet, petiit inaudita, inter alia ſcilicet*, (1) *ut filium ſuum primogenitum, Generum Regis Bohemiæ*, (Johannem Bonum) *faceret Regem Viennæ*; (Arelatenſem) (2) *quod ſe Vicarium faceret Italiæ*; (3) *quod ſibi, per totam Chriſtianitatem, daret decimam decimarum, per decennium; &* (4) *ſibi daret totum Eccleſiæ theſaurum, in ſubſidium Terræ ſanctæ; de quo & Ipſe, & Cardinales, territi, ſe reformare cum Ludovico, Romanorum Principe, decreverunt, &c.* Hæc *Albertus Argentin.*, h. a., p. 125, & 126; conf. *Nicolaus Burgundus*, l. c., ad an. 1335, pag. 143; Certior de his redditus Imperator,

An. 1335, Duos Comites Oetingenſes, *Ludovicos*; *Henricum Siphingum*, Ordinis Teutonici Commendatorem; *Eberhardum Tumovium*, Archi-Diaconum Auguſtanum; *Marquardum de Randeck*, Canonicum Auguſtanum, & *Udalricum* Cancellarium ad Aulam Papalem dirigit, literas humillimas oblatum, abſolutionemque ab excommunicatione petitum; quibus *Papa gratioſiſſime reſpondens, dixit: Se, & fratres ſuos, de hoc, quod nobilis ramus Eccleſiæ, Alemannia, quæ ſe, in perſona Domini Ludovici, lædi per Eccleſiam, æſtimans, jam ab arbore Eccleſiæ ſeparari cœperat, eidem arbori, cum tam magno honore Sedis, redintegraretur, plurimum gratulari; multum commendans Alemanniam, & Dominum Ludovicum, quem Nobiliorem mundi dicebat: conquerens, Regi Italiam, per Tyrannos, ac Regnum Armeniæ capi à Paganis, cujus Principes, tempore Joannis Papæ, & ſuo, Chriſtianorum implorabant auxilium, ac Terram Sanctam, propter Imperatoris carentiam, occupari: unde meritò dixit abſolutionem eidem impertiri ſe debere, quæ & dari craſtino ſperabatur, &c.* Hæc *Albertus Argentin.*, h. a., pag. 126; conf. *Nicol. Burgundus*, l. c., an. eod., & an. 1336, pag. 144.

An. 1336, verſa vice, *Philippus*, Galliarum, & *Robertus*, Siculorum Reges, ſuos quoque Oratores ad Aulam mittunt Papalem, omnem moventes lapidem, ut dicta conventio impediretur; multa quidem hanc in rem verba facientibus, aſſerentibusque, *Ludovicum multa contra Eccleſiam feciſſe, Papa dixit: imò Nos fecimus contra Eum: Ipſe enim cum baculo veniſſet ad pedes Prædeceſſoris noſtri, ſi voluiſſet; ſed ipſe noluit Eum recipere: & quicquid ille fecit, quaſi provocatus fecit, &c.* (Sunt verba *Alberti Argentin.*, l. c., pag. 126; Conf. *Nicolaus Burgundus*, l. c., an. eod., pag. 145.) Nihilominus tamen Cardinales, *Philippi & Roberti* cauſarum Patroni, rem eo deducebant, ut Legati infecto negotio domum reverti cogerentur. Hinc novos Oratores, *Guilielmum*, Juliaci Comitem, & *Rupertum*, C. P. R., ex fratre nepotem, ad Pontificem ire jubet Cæſar, cum codicillis, veram pœnitentiam, animumque pacis amantem præ ſe ferentibus, in tantum, ut, iis lectis, Pontifex vix lachrymas teneret, ſupplicem videns nihil detrectantem, modo Eccleſiæ redderetur, quare etiam, prolixa oratione, Cardinales hortatus eſt, conſentirent in pacem, ad quam divinis ſe urgeri ſtimulis ajebat; at illi in Gallorum ſtudia penitus conceſſerant, nec ad ſaniora redeuntes conſilia, licet in Germaniam miſſus Megolenenſis Præſul, in Bavari vitam moresque inquiſitum, ſplendida omnia de Eo referret. Vid. *Nicol. Burgundus*, l. c., p. 148 ad 150; *Albertus Argent.*, l. c., an. eod., p. 127; *Henricus Rebdorfienſis*, an. 1337, p. 426.

An. eod. fœdus pangit Imperator cum *Eduardo*, Angliæ Rege, contra *Philippum*, Regem Galliæ, verum ſe Francici Regni hæredem aſſerente. *Et ecce, Rex Angliæ, cum reverentia accedens Principem in Villa Rens, ſuper Rhenum, ſibi facto homagio, colligavit ſe eidem. Princeps vero ipſum Regem, datis ſuper eo literis Imperialibus, Generalem Vicarium per Germaniam & Teutoniam deputavit. Scripſit quoque literas Princeps Regi Franciæ, quem Philippum de Valeſio nominavit, quod ab occupatione Terrarum Imperii deſiſteret, ac Fideli Imperii, Eduardo, Regi Angliæ, Principi ſuo dilecto, ſuper querelis ſuis, juſtitiam faceret coram ipſo Principe: altoquin cum ipſe Philippus Feuda, quæ teneret, ab Imperio non recognoviſſet, ſicut Rex Angliæ, ipſi Eduardo aſſiſtere cogeretur, in quantum juſtitia perſuaderet, & diffidare Philippum, &c.* Ita *Albertus Argentin.*, h. a, pag. 127; *Nicolaus Burgundus*, l. c., pag. 151, refert hoc fœdus ad an. 1337. Conf. *Aventinus*, lib. VII, cap. 18, §. 19, p. m. 741. Poſtea Cæſarem & Gallum amicos iterum factos, teſtatur *Albertus*, l. c.

An.

Digitized by Google

An. 1338, domum redeuntibus ad Pontificem miſſis Oratoribus, atque uno ore referentibus, in quas anguſtias redactus eſſet miſerrimus ſenex, quantumque à Gallo, Cæſari tunc nondum reconciliato, ſibi metueret. 6 Julii, *ſtatim Comitia, Majorum more, Renſii, indicta ſunt: ad quæ, præter Septemviros, magno numero confluxerunt Optimates. Ventum ad extrema, clamabatur: Oppreſſam eſſe libertatem: coaleſcere in ſe Pontificium Imperium: quid deinceps prodeſſent Comitia? irent Septemviri in ſuffragia, Romano Orbi caput imponerent; venturum ſtatim Pontificem cum ſuis fulminibus, excuſſurum Electum de ſolio, quem ipſe non fecerit, qui Gallis diſplicuerit, aut cui alterutrum iraſci contigerit. Approbationem, Apoſtolicæ Sedi ab Ottonibus indultam, tractu temporis Confirmationem illos vocaſſe, ut, ſub eo titulo, in vacantis Imperii adminiſtrationem ſubreperent, Juriſdictionem in Cæſarem uſurparent, quam Domini habent in vaſallos - - - Tunc univerſorum conſenſu Lex ſcripta eſt, in hanc formulam: Cum quidam, avaritia & ambitione cæci, peſtifera dogmata in Rempublicam inferant, quibus agitatur Imperii tranquillitas; priusquam malum illud altius invaleſcat, Septemvirorum aliorumque Principum admoto conſilio, ſancimus: Soli Deo ſubeſſe Romanum Imperium; Electum Cæſarem à Septemviris, ſive ab omnibus, ſive à majori parte, ſtatim eſſe, nuncuparique Imperatorem, ac Regem; Denique rerum adminiſtrationem conſequi, plenamque diſponendi facultatem, absque ulla approbatione, confirmatione, vel auctoritate Apoſtolicæ Sedis. Si quis autem econtra ſenſerit, vel acceſſerit contradicentibus, aut Conſtitutionem hanc quoquo modo violaverit, decernimus eſſe reum Majeſtatis - - - - Leges fœderis paucæ fuere: Romani Imperii, & Septemvirorum Jura, & Privilegia, & conſuetudines tuerentur: à Miniſtris, & amicis, Vaſallisque, & Civibus idem officium exigerent: Auxilia invicem bona fide præſtarent, &c.* Hæc *Nicolaus Burgundus*, l. c., ad h. a., pag. 155, & 156; Conf. *Albertus Argentin.*, an. eod., p. 129; *Aventinus*, lib. 7 *Annal. Boicor.*, cap. 18, §. 13, &c., p. m. 740, & 741; *Goldaſtus*, Tom. 1 *Conſtit. Imperial.*, p. 335, & Tom. 3. p. 409; *Hervartus contra Bzovium*, an. 1338, §. 34; *Schilterus, de Libertat. Eccleſ. German.*, lib. 6, cap. 3, §. 3, pag. 758, &c. His ad finem perductis, pergit *Albertus*, loc. cit., *Ludovicus Princeps, Anno Domini 1338, Regni ſui 24, Imperii vero XI, die octavo menſis Auguſti, in Franckfurt vocata Curia, Decretum quoddam, de conſilio quorundam fratrum Minorum confectum, ſub ſigillo ſuo magno edidit, in quo & inter alia declaravit, Proceſſus quondam Domini Joannis Papæ nullos, & quod Papa non poſſit contra Imperatorem talia attentare, cum Juriſdictiones ſint diſtinctæ, januis ſuæ Curiæ affigebat, cum jurium approbatione, &c.* Ipſa Conſtitutio Imperialis, de Jure Imperii, quam conſervavit *Albericus* de *Roſate*, in L. 3 C. de *Quadriennii Præſcript.*, hujus tenoris eſt:

Licet jura utriusque Teſtamenti manifeſtè declarent, Imperialem dignitatem & poteſtatem immediate in filio Dei ab antiquo proceſſiſſe, & Deum, per Imperatorem & Reges, mundi jura humano generi apertè tribuiſſe, & quod Imperator ex ſola electione Eorum, ad quos pertinet, verus efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatione, ſeu approbatione, quoniam in terris, quoad temporalia, non habet ſuperiorem, ſed Eidem Gentes ſubſunt & Nationes, & Ipſe Dominus Noſter Jeſus Chriſtus mandavit, quæ ſunt Dei, Deo, & quæ ſunt Cæſaris, Cæſari reddenda; Quia tamen nonnulli, avaritiæ & ambitionis cæcitate ducti, & nullius ſcripturæ intelligentiam habentes, ſed divertentes à tramite recti ſenſus, in quædam iniqua & prava commenta, & in aſſertiones deteſtabiles prorumpunt, contra poteſtatem & auctoritatem Imperialem, & Jura Imperatorum, Electorum, aliorum Principum, & Imperii fidelium committentes, fallaciter aſſerentes: Quod Imperialis dignitas & poteſtas eſt à Papa, & quod electus in Imperatorem non eſt verus Imperator, nec Rex, niſi prius per Papam, ſive Sedem Apoſtolicam confirmetur, approbetur, & coronetur: &, per hujusmodi pravas aſſertiones, & peſtifera dogmata, hoſtis antiquus movet lites, jurgia ſuſcitat, contentiones parit, & ſeditiones procurat; Ideo, ad tantum malum evitandum, de conſilio & conſenſu Electorum, & aliorum Principum Imperii, declaramus, quod Imperialis dignitas & poteſtas eſt immediatè à ſolo Deo; & quod de jure, & Imperii conſuetudine antiquitus approbata, poſtquam aliquis eligitur in Imperatorem, ſive Regem, ab Electoribus Imperii concorditer, vel majori parte Eorundem, ſtatim, ex SOLA ELECTIONE, eſt Rex Verus, & Imperator Romanorum cenſendus, & nominandus, & Eidem debet, ab omnibus Imperio ſubjectis, obediri; & adminiſtrandi jura Imperii, & cætera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habet poteſtatem, nec Papa, ſive Sedis Apoſtolicæ, aut alicujus alterius approbatione, confirmatione, auctoritate, indiget, vel conſenſu. Et expropter hac in perpetuum valitura lege decernimus, ut electus in Imperatorem concorditer, vel à majori parte Electorum, ex SOLA ELECTIONE cenſeatur, & habeatur ab omnibus, pro vero & legitimo Imperatore, & Eidem ab omnibus ſubjectis Imperio debeat obediri, & adminiſtrationem, & Juriſdictionem Imperialem, & Imperialis poteſtatis plenitudinem habeat, & habere ac obtinere ab omnibus cenſeatur, & firmiter aſſeratur. Quicunque autem contra hæc declarata, decreta, vel definita, aut aliquid eorum aſſerere, ſeu dicere, aut aſſerentibus ſeu dicentibus conſentire, vel eorum mandatis, vel literis, vel præceptis obedire præſumpſerint, eos omnibus feudis, quæ ab Imperio detinent, & omnibus gratiis, Juriſdictionibus, privilegiis, & immu-

4 P 2

immunitatibus, à Nobis, vel Prædeceſſoribus noſtris eis conceſſis, ex nunc privamus, & ipſo jure & facto decernimus eſſe privatos. Inſuper eos crimen læſæ Majeſtatis decernimus incurriſſe, & pœnis omnibus, impoſitis crimen læſæ Majeſtatis committentibus, ſubjacere. Datum in Oppido Noſtro de Franckenfurt, die VIII menſis Auguſti, anno Domini 1338, *&c.*

Idem Decretum exhibent *Hieronymus Balbus*, Epiſcopus Gurcenſis, in libr. de *Coronatione Caroli V*, Imp., p. 65; *Henricus, Rebdorſienſis* Monachus, ad an. 1339. pag. 426, & 427; *Lehmannus*, lib. VII *Chron. Spir.*, cap. 17, p. 750, & 751; *Johannes Georgius Herwartus*, in defenſione *Ludovici*, Cæſaris hujus, contra *Bzovium*, ad an. 1338; *Adelzreiterus*, in *Annalib. Gentis Boicæ*, part. 2, lib. 3, §. 38, &c.; Ill. Dn. *Leibnitius*, part. 1 *Codicis Juris Gentium Diplomatici*, pag. 148, & 149, cujus exemplar nonnihil diſcrepat à reliquis, quandoquidem, loco: *prorumpunt*, ibi legitur: *prorumpentes;* verſaque vice, loco: *committentes, committunt, &c.* In aliis exemplaribus, loco initii: *Licet jura utriusque teſtamenti*, reperitur: *Licet juris utriusque teſtimonia*; deinde, pro: *ducti*, extat: *devicti;* pro: *intelligentiam habentes*, reperitur: *intelligentiam ſe habere dicentes*; loco: *poteſtas eſt immediatè à ſolo Deo*, legunt: *poteſtas pendet immediatè à ſolo Deo;* & pro: *vel majori parte Eorundem*, legitur: *vel majori parte ab his, quorum intereſt.* Proſtat & aliud exemplar, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 Conſt. Imp., p. 336, *Reinkingium*, de *Regim. Sec. & Eccleſ.*, lib. 1, Claſſ. 2, cap. 4, §. 3, pag. 102, & *Thulemarium*, *Octov.* cap. 25, §. 10, pag. 483, &c., in quo, poſt vocem: *poteſtatem*, omittitur adverbium *immediatè*; poſt verba: *Jeſus Chriſtus mandavit*, extat: *Matth.* 22: loco: *ducti*, habetur: *devicti*; loco: *Et Eidem debet ab omnibus Imperio ſubjectis obediri*, exprimitur: *Et Eidem ab omnibus Imperio ſubjectis obediendum*; pro: *Et habere, ac obtinere*, legitur: *Et ita habere, ac obtinere;* loco: *Datum in Oppido Noſtro de Franckenfurt, die 8 menſis Auguſti, anno Domini* 1338, ponitur: *Datum in Civitate Colonienſi Alemaniæ, anno Domini* 1339, *&c.* Cæterum & hoc ipſum exemplar non ejuſdem editionis eſt, v. g. *Goldaſtinum* habet: *Et fallaciter aſſerentes;* *Thulemarius* contra conjunctionem: *Et*, omittit; Ibi legitur: *Sive Sedem Apoſtolicam*; hic: *Aut Sedem Apoſtolicam, &c:* Ibi: *De Conſilio*; hic: *Et Conſilio;* ibi: *Obediri*; hic: *obediendum, &c.* Hæc ideo ſaltem adduco, ut diverſitas quidem lectionis, ſed non ſenſus, appareat, qui ubique æqualis eſt, eademque exprimit. Quid, contra proceſſus *Johannis XXII*, eodem die & loco Cæſar promulgaverit, exponit *Mutius*, lib. 24 *Chron. Germ.*, pag. 236 ad 238, ubi ipſius Conſtitutionis copia eſt, cujus Exitus ſic ſe habet: *Quam ob rem de conſilio & conſenſu Prælatorum omnium & Principum Alamaniæ, in Oppido noſtro Francofurt congregatorum, denunciamus & decernimus, Proceſſus hujuſmodi nullos eſſe, & nullius roboris ac momenti. Ac univerſis & ſingulis, ſub Noſtro degentibus Imperio, cujuscunque ſtatus & conditionis fuerint, diſtrictè præcipimus & mandamus, quatenus nulla ſingularis perſona, aut communitas dictas ſententias execrationis aut interdicti præſumant obſervare. Quicunque autem contra fecerint, eos omnibus feudis, quæ tenent ab Imperio, & omnibus gratiis, privilegiis, libertatibus, & emunitatibus privamus. In quorum omnium teſtimonium præſentes literas fieri fecimus, & noſtra Imperialis Majeſtatis bulla juſſimus communiri. Datum in Oppido Francofurt, præfatis Prælatis ac Principibus ibidem Nobis aſſiſtentibus, die VIII menſis Auguſti, anno* Domini 1338, *Indictione 6, Regni Noſtri anno 24, Imperii vero 11, &c.* Conf. *Freherus*, in *Appendice* ad Tom. 1 *Scriptorum Rerum German.*, pag. 19, &c.; *Goldaſtus*, T. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 331, &c.; *Flacius Illyricus*, *Catalog. Teſtium Veritatis*, p. m. 820, &c., ubi conſtitutio plenior. Add. *Aventinus*, lib. VII. cap. 18, §. 21, &c., p. m. 742, &c. Singulari Epiſtola ad Pontificem miſſa, confirmarunt hoc, & repetierunt Electores Imperii, cujus tenor apud *Henricum Rebdorſienſem*, in Annal., ad an. 1339, p. 427, extat; ibi:

Sanctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Benedicto Papæ, Veſtri devoti filii, Henricus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, Electorum Principum Decanus, nec non per Germaniam Sacri Imperii Archicancellarius; Balduinus, Archi-Epiſcopus Trevirenſis, Cancellarius Galliæ; Walramus, Archi-Epiſcopus Colonienſis, Cancellarius Italiæ: Waldemarus Marchio Brandeburgenſis, Camerarius; Rudolphus Palatinus, Dapifer; Rudolphus, Dux Saxoniæ, Portitor Enſis; Romanorum Regis, & coronandi Imperatoris legitimi Electores. Gravamur non modicè, & turbamur ex intimis, cum reverendam SS. Rom. Eccleſiam, Matrem Noſtram, & ipſius Summos Pontifices, quibus reverentiam & honorem exhibere volumus, promptis & devotis animis, omni vice, ac SS. Imperium & Imperatores, ſeu Reges Ipſius, quorum defenſio ad Nos, ac omnes alios Coëlectores Noſtros, præ cæteris mundi Principibus, ſpecialiter pertinere dinoſcitur, ſicut temporibus præſentibus, videmus ad invicem diſcordare. Nam ex hoc non potuerunt Sibi & Populo Chriſtiano proficere & prodeſſe, & prout eſt divinitus inſtitutum, ſibi mutuo ſuffragari. Propter quæ, in diverſis mundi partibus, provinciis & terris, ipſis regendas gubernandas commiſſis, innumera execrabilia pericula animarum, perſonarum, & rerum, & diverſa ſcandala in Dei Eccleſia (quod dolenter referimus) ſunt ſuborta, & majora præſumuntur futuris temporibus, quæ ad planum dici nequeunt vel conſcribi, certitudinaliter ſuboriri: quæ ſubmoveri non poſſunt, niſi utraque poteſtas contenta ſit ſuis juribus & conſuetudinibus, hactenus obſervatis, & reformentur, quæ una contra aliam attentavit. Sanctitati Veſtræ, cum omni devotione, & in modum, quem poſſumus, meliorem & humiliorem, referimus bono zelo, quod ſuper præmiſſis, & ad conſulendum & providendum ſacroſancto Romano Imperio, cujus jura, honores, bona, libertates & conſuetudines proſtrata jacent, & à diverſis perſonis, eccleſiaſticis

Digitized by Google

ſticis & ſecularibus, ſunt & fuerunt hactenus, in grave præjudicium dicti Imperii, invaſa, occupata, & multipliciter conculcata, XV die menſis Julii anni XXXVIII in Reinſe, ſuper alveo Reni (ubi Principes Electores, ſuper negotiis Imperii tractandis, convenire conſueverunt ab antiquo) cum aliis omnibus Principibus Electoribus Imperii, in unum fuimus congregati, &, diverſis deliberationibus & conſiliis præmiſſis, ſicut divina gratiæ placuit, omnes unanimes fuimus, &, nullo penitus diſcrepante, pro defenſione & recuperatione jurium, bonorum, bonorum, libertatum, conſuetudinum ſacri Romani Imperii, ac totius Chriſtianitatis, ad cujus Regimen & defenſionem idem Imperium principaliter ordinatum dinoſcitur, diſpoſuimus & ordinavimus, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, & firmavimus jurejurando per ſacramenta, corporaliter a nobis & omnibus Coëlectoribus noſtris præſtita: quod jura, honores, bona, libertates, & conſuetudines dicti Imperii, & Noſtra, Nobis in electione Imperii competentia, ex conſuetudine, vel de jure, manuteneamus, defendamus, & illibata conſervemus, toto poſſe, & viribus noſtris, contra omnes homines, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, ſeu ſtatus exiſtant, & quod hoc non obmittimus, propter aliqua pericula rerum & perſonarum, aut præcepta, mandata, & proceſſus, per quemcunque, & in quemcunque modum & formam prolati ſint, vel in antea proferantur, contra Imperium & Nos, vel Electores Noſtros, per quæ dicto Imperio, ac Nobis, & Co-Electoribus noſtris, in prædictis juribus, bonis, hominibus, libertatibus, & conſuetudinibus, præjudicatum ſit, vel in futurum poſſet præjudicium generari. Et tandem ſuper præmiſſo lamentabili deſiderio, & cauſis originalibus, ex quibus ortum dinoſcitur, quod, inter Sacr. Rom. Eccleſiam, & Sacr. Rom. Imperium, & Dominum Noſtrum Ludovicum, Romanorum Imperatorem, jam longis temporibus diligenti & ſolicita deliberatione præhabita, Nos, & alii Co-Electores noſtri cognovimus, & Nobis conſtitit evidenter, ex proceſſibus quondam Domini Johannis Papæ XXII, prædeceſſoris Veſtri, quod Ipſe primo & poſtea ſententias excommunicationis & interdicti, (ſi ſic dici merentur) ac alias diverſas ſententias & proceſſus, de facto, contra Deum, & juſtitiam, & juris ordinem, fulminavit, contra prædictum Dominum noſtrum, Dominum Ludovicum, Romanorum Imperatorem, ac fautores, & adhærentes ſibi, qui à majori parte Principum Electorum fuit, ritè & rationabiliter, in Regem Romanorum electus, in Imperatorem poſtea conſecrandus: quòd ſe de adminiſtratione Imperii intromiſit, non approbata, per prædictum Prædeceſſorem Veſtrum, Ipſius electione, quam in diſcordia aſſeruit celebratam. Per quas ſententias & proceſſus, cum juri & conſuetudini Imperii, præfato Domino Noſtro Ludovico, Nobis & aliis Electoribus Imperii permaximè derogetur; cum jure caveatur, & conſuetudine, cujus contrarium memoria hominum non exiſtit, ſit rationabiliter introductum, &, ſine cujusvis contradictione, legitime obſervatum, ſicut etiam in prædicto Parlamento, per Nos & alios Co-Electores noſtros, perhabita diligenti deliberatione & diſcuſſione, ac conſilio multorum Principum, Comitum, Baronum, & Nobilium, eſt concorditer declaratum, & ſententialiter diffinitum: Quod, vacante Romano Imperio, Is, qui eligitur concorditer, vel à majori parte Principum Electorum, pro Rege Romanorum ab omnibus eſt habendus, & quod nec nominatione, approbatione, confirmatione, conſenſu, vel auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ſuper amminiſtratione bonorum & jurium Imperii, indiget, ſive titulo Regio aſſumendo, quodque jura & bona Imperii adminiſtrare & gubernare poterit, & de Jure & Conſuetudine, nulla Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc licentia habita vel obtenta; Quare, cum Sanctitas Veſtra teneatur, præ omnibus Regnis mundi, defendere jura Imperii, quod ad defenſionem Sedis Apoſtolicæ, & totius fidei Chriſtianæ eſt cœlitus ordinatum, & ſine cujus ſalubri gubernatione & defenſione non poteſt in opulentia pacis perſiſtere Chriſtianus Populus, nec bene colere pacis auctorem; Clementiæ Sanctitatis Veſtræ ſupplicamus, cum omni humilitate & reverentia, qua poſſumus & valemus, quatenus ſententias & proceſſus prænotatos, & quidquid exinde ob nos ſecutum eſt, totaliter & penitus revocetis, tanquam in præjudicium Imperii & jurium Ipſius prolatos. Quæ jura illibata pro poſſe, ſervare tenemur, ratione à Nobis præſtiti juramenti, ut obinde in omni obedientia & devotione Eccleſiæ Romanæ, & Sanctitatis veſtræ debeamus, devotioribus animis, perpetuo permanere. Et ne, ſi ſecus fieret, Nos, & alii Co-Electores Noſtri, cum aliis Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus Alamaniæ, cogeremur invenire & quærere, contra eosdem proceſſus & ſententias, quamvis inviti, remedia opportuna. Super præmiſſis ad Sanctitatem Veſtram tales tranſmittimus, quibus, in dicendis & petendis Noſtro nomine, fidem, Veſtram Clementiam petimus, adhibere, &c.

Occurrunt eædem literæ apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſt. Imp.*, p. 335, & Dn. *Leibnitium*, part. 1. *Codicis Juris Gentium*, p. 149. Quo animo Papa Germanorum Decreta exceperit, deſcribit *Mutius*, l. c., p. 238: *Pontifex è contra bullis horrendis & multis fulminavit, quibus conſcientiæ miſerrime tortæ ſunt, &c.* His tamen ſpretis, confirmabantur denuo omnia, an. 1339, in Comitiis *Francofurtenſibus*, addito, Pontifici plane nihil juris, nec Vicariatum, vacante Imperio, nec confirmationem electi Cæſaris, aliudve in Imperio competere. Acta Comitiorum extant apud *Goldaſtum*, Tom III *Conſt. Imp.*, pag. 411, ubi inter alia: *Adhæc multa præclara proponit, publica atque ſolenni acclamatione novas confirmationes antiquis Legibus addens, easque corroborans: ſcilicet, ut Electores Imperii, ET NULLUS ALIUS, Regem Romanorum eligant, &c.* Quibus ſimul verbis, prima vice, Electorum dignitas, publica Lege, corroborata fuit. Qui plura deſiderat hac de controverſia, adeat *Goldaſtum*, Tom. II *Monarchiæ*, & Tom. III *Conſt. Imp.*, p. 409, &c. Add. *Appendix Fragmentorum*, à *Marquardo Frehero* Tomo I *Scriptorum rerum Germanicarum* annexa, p. 19, &c. Conf. Dn. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.*, lib. 6, cap. 3, §. 4, p. 761; Dn. *Tentzel. Vindiciæ Conring.* pro *Cenſura Diplom. Lindav.*, cap. 8, §. 2, p. 162, & 163, & §. 5, p. 169.

An. eod. creat *Rainoldum*, ex Comite, *Ducem Gel-*

driæ, cum privilegio veſtibus Cæſareis induendi Imperatorem, quoties actus publici celebrentur, nec non Coronam imponendi Romanorum Regibus, cum Aquisgrani, Mediolani, vel Romæ coronentur, eamque iterum deponendi, portandi, & in manibus geſtandi. Extat Diploma, ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Cod. Dipl. Jur. Gent.*, §. 78, pag. 151. Conf. *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, p. 406; *Joh. Iſacus Pontanus*, *Hiſtor. Geldrica*, lib. 7, p. 228; *ImHoff*, *Not. Proc.*, lib. 5, cap. 6, §. 3, p. 237; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſ.*, p. 271.

An. eod. tranſigit cum Rege Galliæ. Vid. *Annal. Rebdorf.*, h. a., pag. 429; *Nauclerus*, Generat. 45, pag. 1001.

An. 1340 generalem Pacem in Suevia ſancit. Vid. *Datt*, lib. 1 *Rer. German.*, c. 5, §. 35. p. 31.

An. 1341, propter impotentiam *Johannis*, filii Regis Bohemiæ, nullum Ejus declarat matrimonium cum *Margaretha*, Carinthiæ Duciſſa, cui verſa vice licentiam dat nubendi *Ludovico*, filio ſuo, Marchioni Brandenburgenſi. Extant publicæ Tabulæ, apud *Rebdorfium*, l. c., ad h. a., pag. 430, &c. Conf. *Nicol. Burgund.*, l. c., ad an. 1341, & 1342, p. 166, Ill. Dn. *Leibnitius*, part. 1 *Cod. Dipl. Jur. Gent.*, §. 82, & 83, pag. 154, &c.

An. 1342, deponente exuvias mortales Benedicto XII, ſucceſſor Ejus, *Clemens VI*, antea *Petrus Rogerius* dictus, ſummo ardore refricuit controverſiam cum Imperatore. Citatur ab Eo Cæſar *Avenionem*, ſtatutoque die non veniens, contumaciæ damnatur; Vid. *Albertus Argentinenſis*, ad h. a., p. 133. Conf. *Mutius*, lib. 24 Chron., ad h. a., pag. 239, inquiens: *Statim, poſt arreptum Pontificatum, Joannis XXII, Pontificis, execrationis ſententiam, in Lodovicum Imperatorem, confirmat, & denuo excommunicat omnes, qui Illi adhærent, & non ſtatim ab Eo diſcedunt. Et mox convertit ſe ad ejiciendos ex Italia Gibelinos, & provehendos Guelphos; quoscunque intelligit vel uno verbo favere Imperatori, proſcribit, aut capit, quosdam occidit, &c.* De Cæſare, l. c., verſa vice ſic pergit: *Ludovicus animi & bilis abunde ſatis habens, contemnit Papam cum Bullis ſuis, quas aſſiduas è Roma mittebat, confert ſacerdotia, Epiſcopatus, omnesque Eccleſiaſticas dignitates, ex ſuo arbitrio, & quicquid antea, authoritate Pontificia, in Eccleſia & collegiis, Univerſitatibusque fiebat, jam poteſtate Imperiali confirmatur, abrogatur, mutatur, & innovatur, &c.* Errat *Mutius*, Bullas Româ emiſſas putans, commorante tunc Papa Avenione; rectius *Albertus Argentinenſis*, l. c: *Papa autem munitionem literis oſtiis Eccleſiæ Avenionenſis affixit, contra Principem, ut usque ad certum diem ſatisfaceret Deo & Eccleſiæ, & ab occupatione Jurium Imperii deſiſteret, &c.* Componendis amicè rebus, rogaverat Cæſar Regem Galliæ, per literas, mediationem ſuam interponeret: quo reſpondente, multisque literis aliis invicem permutatis, miſit, an. 1343, ad Aulam Papalem, *Humbertum* Delphinum, Avunculum ſuum, *Marquardum Randeckium*, Præpoſitum Bambergenſem, *Eberhardum Tommavium*, Præpoſitum Auguſtanum, atque *Ulricum*, Cancellarium, cum plena poteſtate agendi, quicquid Pontifici placeret. Audita Legatione, concepit Papa Procuratorium turpiſſimum & rigidiſſimum, ſcil: (1) Confiteretur Cæſar omnes objectos errores & hæreſes; (2) Reſignaret Imperium; (3) Illud non reſumeret, niſi conſenſu & voluntate Sedis Papalis; (4) Se, Filios, bona & Statum in manus & poteſtatem Papæ poneret, &c. Nemo ſanæ mentis arbitrabatur, Cæſarem capita hæc laudaturum, etiamſi perpetuo carceri mancipandus foret, aut ad ſupplicium ducendus, ut *Mutius*, l. c., p. 240, loquitur. *Verum Princeps mandatum hujusmodi non ſolum ſigillavit, ſed etiam, coram tabellione, miſſo per Papam, ſe ſervaturum, nec revocaturum, juravit. De quo Papa ipſe & Collegium mirabantur, dicentes inter ſe: Iſte homo diffidentia eſt perplexus, &c.* ſunt verba *Alberti Argentinenſis*, l. c., ad an. 1343, p. 133. Conf. *Aventinus*, lib. VII, c. 19. §. 6, p. 747; *Nicolaus Burgundus*, l. c., ad eundem annum, p. 168, &c.; *Herwartus, contra Bzovium*, an. eod., §. 22; *Schilterus*, l. c., §. 6, p. 763; Ipſum ſubmiſſionis Inſtrumentum, à Notariis Romanis confectum, exhibet *Stephanus Baluzius*, lib. 2 *Miſcell.*, pag. 272. Aſſenſum deſuper Ordinum Imperii expetiturus, convocabat Eos Francofurtum, ann. 1344, queis exponendis ritè expoſitis, reſpondit, omnium nomine, *Wigkerus*, Cancellarius Trevirenſis: *Gratioſe Domine, Domini Noſtri Principes, Electores, & alii Imperii fideles, pridem Coloniæ congregati, recenſentes articulos reformationis veſtræ, quos Papa requirit, & in quibus intentio Apoſtolicæ Sedis reſidet, concorditer decreverant, illos articulos in perniciem & diſtructionem Imperii eſſe conceptos; & quod nec Vos, nec ipſi, virtute juramenti, Imperio præſtiti, annuere valeatis, & quod ipſi nuncios & literas dirigere velint, Papæ & collegio, ut ab his deſiſtant. Quod ſi nolint, jam alium terminum, in Rhens ſuper Rhenum, ad octo dies ſtatuerunt, ubi Vobiscum deliberare volunt, qualiter in eventu tali hujusmodi conatibus reſiſtatur, &c.* Extant hæc apud *Albertum Argentinenſem*, ad an. 1344, pag. 134. Conf. *Nicol. Burgund.*, l. c., an. eod., p. m. 170, &c.; *Aventinus*, l. c., §. 10, p. 748. Idem aſſerentibus Imperii Civitatibus, nova Comitia, octavo abhinc die, celebrabantur *Renſii*, in quibus, *Francofurtenſi* decreto confirmato, concipiebantur literæ ad Pontificem, quarum ſumma erat: propoſita capita fruſtra expectari, nec unquam ab Imperio iri ratihabitum. Maximè hinc irritatus Pontifex, nihil non eſt molitus, quod deſtruendis Cæſari, Ejusque Familiæ aptum videbatur.

Hinc, *an.* 1346, Cœnæ Dominicæ Feſto, *contra Ipſum duriſſimè procedens, & eos proceſſus Papæ Joannis innovans, ipſum hæreticum & Schiſmaticum declaravit, in proceſſu pœnas juris hæreticorum, & omnes maledictiones antiquas inferendo: in quo etiam monuit Principes Electores,*

ctores, ut Regem eligerent idoneum, in Imperatorem promovendum, infra certum tempus expreſſum, ne Eccleſia diu Advocato careat: alioquin circa hoc Sedes Apoſtolica cogitaret, &c. Hæc *Albertus*, l. c., ad h. a., p. 134, & 135. Conſ. *Auctor Paraleipomenon Urſperg.*, pag. 272; *Nicol. Burgund.*, l. c., an. eod., p. 173; *Herwartus*, l. c., an. eod., §. 4, &c.; *Nauclerus*, Vol. 2, Gener. 45, an. eod., pag. 1005; *Mutius*, lib. 24, p. 241; *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevirenſ.*, an. 1346, §. 124, p. 216; *Pallatius*, T. 3 *Geſtorum Pontificum Romanor.*, in Vita *Clementis VI*, pag. 273, &c.; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, an. eod., §. 1, p. 484. Partes Pontificis tenentibus *Johanne*, Rege Bohemiæ; *Carolo*, Ejus filio; *Balduino* Trevirenſi, & *Gerlacho*, Moguntino, Præſulibus, tantum pondus habuit Pontificis audacia, ut dictus Gerlachus, Naſſovienſis, proſcripto & excommunicato *Heinrico de Virnenburg*, recens promotus Præſul Moguntinus, Electores *Renſam* vocans, novum Cæſarem, *Carolum*, Moraviæ Marchionem, laudatum *Johannis* Bohemi filium, eligeret. qua de electione *Albertus Argentinenſis*, ad an. 1346, p. 135, ita ſcribit: *Poſt hæc proviſus Moguntinus, Gerlacus de Naſſowe, ad villam Rens, ſuper Rhenum, ad feriam quartam poſt Margaretæ, ſub anno Domini* 1346, *volens Apoſtolico mandato obedire, quantum in Eo fuit, ad eligendum Regem, Principes convocavit; ubi convenientes Balduinus de Lützelburg, Treverenſis; Walderamus de Juliaco, Colonienſis; item Gerlacus de Naſſowe, noviter proviſus Moguntinenſis, Archi-Epiſcopi; Item Rudolfus, Dux Saxoniæ, & Joannes, Rex Bohemiæ, & Imperium diu vacaſſe decernentes, prædictum Carolum, Marchionem Moraviæ, in Regem elegerunt Romanum: pro quo facto prædicti Colonienſis & Dux Saxoniæ magna pecunia ſunt corrupti, &c.* Ejusdem meminit *Henricus Rebdorfienſis*, in Annal., ad h. a., pag. 436: *Procurante Domino Clemente Papa VI, Karolus, filius Regis Bohemiæ, ſupra nominatus, à quinque Electoribus Regni, videlicet à Dominis Balduino, Archi-Epiſcopo Treverenſi; Baldwino,* (rectius Walramo) *Archi-Epiſcopo Colonienſi; Blatero, ratione Comitum de Naſſau (quem tunc idem Papa providerat ad Eccleſiam Moguntinenſem, depoſito prius Hainrico Archi-Epiſcopo, ſupra nominato) & Joanne, Rege Boëmiæ, Patre Ipſius; & à Rudolpho, Duce Saxoniæ, ſupra nominato, in odium prædicti Ludwici, in Regem Romanorum eſt electus, in villa Rentze, Treverenſis Diœceſis, menſe Julio, circa feſtum B. Margaretæ; de cujus potentia, & adhæſione multorum Principum, ante Electionem prædictam, fuit fama ſolennis, &c.* Conſ. *Mutius*, lib. 24 Chron., pag. 242: *Quibus Rebus Comes Gerlacus de Naſſau fretus, convocat, autoritate Apoſtolici Romanive mandati, Principes ad Rens, cauſa eligendi alium Imperatorem. Conveniunt Archi-Epiſcopi Lucenburgenſis, Treverenſis, Colonienſis, Moguntinenſis, & multi alii Eccleſiaſtici Prælati. Veniunt quoque Rudolfus, Dux Saxoniæ, Joannes, Rex Boëmiæ, & alii. Interim Ludovicus parturit bellum in Bavaria, ſed fatis reſiſtentibus. Illi verò, quos jam dixi, in Rens, ex impulſu & auctoritate Papæ, elegerunt alium Imperatorem, filium Regis Boëmiæ, Carolum, Moraviæ Marchionem, &c.* add. Auctor *Geſtorum Baldewini Trevirenſ.*, lib. 3, cap. 8; *Nicolaus Burgundus*, l. c., ad an. 1346, p. 173, &c; *Nauclerus*, l. c., an. eod., p. 1006; *Browerus*, l. c., an. eod., §. 126, p. 217; *Pallatius*, l. c., pag. 275; *Spondanus*, l. c., an. eod. 1346, §. 2, & 3, p. 484, &c.; *Schilterus*, l. c., lib. 3, cap. 8, §. 13, p. 383, & lib. 6, c. 3, §. 8, p. 764. Electione ad finem perducta, conabatur *Carolus*, AntiCæſar, inaugurationis gratia, Aquisgranum tendere; civibus autem *Ludovicum* perfide non deſerentibus, abiit *Coloniam*; nec ibi receptus, *Bonnæ* tandem coronatus fuit, Papa cuncta confirmante. Vid. *Albertus Argentinenſis*, l. c., p. 138: *Anno Domini* 1346, *Dominica ante feſtum Martini, Papa, in Conſiſtorio publico, prædictum Carolum in Romanorum Regem ſolenniter approbavit: quem cum Aquenſes, & Colonienſes non recepiſſent, in Bunna, ab Archi-Epiſcopo Colonienſi, Dominica ante Andreæ, extitit coronatus, & ab ipſo Colonienſis, Trevirenſis, Gerlacus de Naſſaw, proviſus Moguntinus, Archi-Epiſcopi: Item Monaſterienſis, Metenſis, Leodienſis, & Virdunenſis, Epiſcopi, de ſuis Regalibus, ſunt inveſtiti, &c.* Conſ. *Mutium*, l. c., p. 243.. Hac rerum facie, *Spiram Ludovicus convocavit Principes & Civitates Imperiales, ut exploraret voluntatem eorum erga ſe; ſpe omnia adhuc meliora invenit; plerique per Superiorem Germaniam deteſtabantur electionem Caroli, nihil morabantur Papæ excommunicationes. Nemo audebat in Superioris Germaniæ Regionibus publicare Papales proceſſus adverſus Ludovicum, &c.* Comprobant hanc *Mutii*, l. c., aſſertionem *Albertus Argentinenſis*, l. c., p. 139, & *Henricus Rebdorfienſis*, in Annal., ad an. 1346. Exorto hinc graviſſimo bello, diu æquo pugnatum Marte.

An. eod. Ludovicus Imp., audita Wilhelmi Comitis (Hollandiæ) *morte, pro tribunali, in ornamentis Imperialibus, ſedens, exquiſivit à plerisque Romani Regni Principibus: Quid de Comitatus Hollandiæ ſucceſſione æquum videretur? decretum vero fuit, vacare eum Imperio, quia Wilhelmus Comes abſque liberis deceſſiſſet. Principatum igitur Cæſar Margarethæ Imperatrici, Conjugi ſuæ, donavit, quæ vera ſoror germana fuit Wilhelmi Comitis. Qua de cauſa Imperatrix, apparatu pulcherrimo, in Hollandiam deſcendit, anno ſalutis* 1346, *ubi benigne, cum omni honore & ſolennitate, ab omnibus recepta, homagium à Vaſallis accepit, &c.* Hæc ex *Magno Chronico Belgico*, p. 303. Conſ. *Nicolaus Burgundus*, an. eod., pag. 177; *Annal. Rebdorſ.*, an. 1347, pag. 435; *Albertus Argentin.*, an. 1346, p. 135; *Aventinus*, lib. VII, c. 19, §. 12, p. 748.

v. (5.) Tot tantisque laboribus exantlatis, vivendi finem fecit Imperator Auguſtiſſimus, *Furſtenfeldii* operam venationi, valetudinis cauſa, daturus, in per-

ſequen-

Digitized by Google

ſequendo urſo, 11 Octob. apoplexia correptus, de cujus obitu Vid. *Aventinus*, l. c., §. 26, p. m. 751. Conf. *Albertus Argentin.*, ad h. a., pag. 141: *Eodem anno Princeps Ludovicus in venatione Urſi, in Sylvis juxta Monacum, paralyſi percuſſus, de equo corruens, expiravit, anno Domini* 1347, *quinto Idus Octobris, anno Regni ſui* 33 *finito, minus octo diebus, Imperii vero* 19. Conf. *Henricus Rebdorfienſis*, ad h. a., p. 437: *Eodem anno, quinto Idus Octobris, prædictus Ludwicus, de Civitate ſua, Monaco, Friſingenſis Diœceſis, exiens ad venationem ferarum, in qua, temporibus vitæ ſuæ, delectabatur ultra modum, de mane hilaris & jucundus, quia uxor ſua præſcripta ſibi peperit infantem, qui adhuc non erat baptizatus, cum inſiſteret venationi, & inſideret equo ſuo, ſubito apoplexia percuſſus, circa meridiem ejusdem diei, cecidit ad terram, in medio Familiæ ſuæ, de equo, ad duo milliaria de Monaco, & ſubitanea morte deceſſit, &c.* Conf. *Nicolaus Burgund.*, h. a., p. 179, & 180; *Nauclerus*, Gener. 45, an eod. p. 1008; Addit *Mutius*, ſub initium Lib. 25 *Chron.*, p. 244, Eum convivio lautiſſimo excepiſſe *Annam*, ſeu Johannam, Auſtriæ Duciſſam, & liberalius, ex eodem ſæpius poculo, cum ea bibiſſe, ſenſiſſe vero ſtatim dolores, iisque diſcutiendis, venatum iviſſe, aſt, morbi vi aucta, de equo lapſum repente fuiſſe fato functum; mox ſubjungit: *ſuſpicio fuit, veneno necatum, quod tamen, quod ſciam, nemo aſſeruit, &c.* Conf. *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 6, pag. 492; *Pallatius*, l. c., pag. 275; *Pantaleon*, p. 2 *der Teutſchen Helden*, p. 403. Talis fuit exitus Principi fortiſſimo, cujus heroicas virtutes, malevolo calamo, *Abrahamus Bzovius* aggredi haud erubuit; curante contrà Sereniſſimo Duce *Maximiliano*, ſuperiori ſeculo, *Joh. Georgius Herwartus*, Apologetico ſcripto, ſolidis argumentis innocentiam, reliquasque Ejus laudes perennitati incorporavit. Decretum laudati Ducis, propterea datum, ex eodem *Herwarto*, hujus tenoris eſt: *In cognitionem venimus, ab Abrahamo Bzovio, Polono, Dominicani Ordinis Profeſſo, in altero ſuo Annalium Eccleſiaſticorum Tomo, quem Baronianis ſuccenturiavit, Divæ memoriæ Ludovicum Imperatorem, totius Noſtræ Familiæ inclytæ Progenitorem, præter meritum, æquum & verum, acerbè tractatum eſſe. Quod cum in totius Noſtræ Domus opprobrium & contemptum vergere videatur, idcirco Joanni Georgio Herwarto, Conſiliario noſtro Intimo, & Provinciali Cancellario, cujus in veterum hiſtoriis peritiam compertam habemus, hiſce mandamus, & ſerio injungimus, uti Progenitorem Noſtrum, Cæſarem Ludovicum, à Bzovianis injuriis vindicet, veritatemque propugnet; ita voluntati Noſtræ, & rei æquitati ſatisfaciet, & rem gratam nobis præſtabit. Monachii, 9 Mart. anno* 1618.

Maximilianus.

Johannes Marpeck.

(34) CAROLUS IV.

v. (1.) Natus eſt hic Princeps, *Johannis*, Bohemiæ Regis, & *Eliſabethæ*, *Wenceslai Senioris*, ultimi Bohemiæ Regis, filiæ, filius, circa annum 1315, vel 1316, quandoquidem, *Ænea Sylvio* teſte, cap. 33 *Hiſtor. Bohem.*, p. 139, unum & triginta annos agebat, cum Pater Ejus, in *Creſſiacenſi* prælio, contra *Eduardum*, Angliæ Regem, in favorem *Philippi VI*, Regis Galliarum, arma ferens, occumberet; quod an. 1346 contigiſſe, tralatitium eſt. Conf. *Dubravius*, lib. 20 *Hiſt. Bohem.*, pag. 163, in fine. *Matthiæ*, *Theatr. Hiſtor.*, in Ejus vita, p. m. 987, refert ejus natales ad an. 1316, 14 Maji: ita quoque *Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 4, cap. 12, pag. 498; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spirenſ.*, cap. 34, pag. 779; & alii. In Baptiſmate, *Wenceslai*, in Confirmatione vero, *Caroli*, nomina Eum fuiſſe ſortitum, Tit. 2, §. 12, lit. d, pag. 230, dixi.

v. (2.) Uxores quatuor habuit,

(1) *Blancam*, filiam *Caroli Valeſii*, vix ſeptennem ſibi deſponſatam; Vid. *Hiſtoria Vitæ Ejus*, quam ipſemet compoſuit, apud *Freherum*, in Cod. *Rer. Bohem.*, p. m. 94;

(2) *Annam*, ſeu *Agnetem*, filiam *Rudolphi*, C. P. R., cum marito coronatam; Vid. *Annal. Rebdorf.*, ann. 1349, pag. 445, & 446; *Dubravius*, loc. cit., lib. 22, pag. 180;

(3) *Annam*, fil. *Bulconis*, Ducis Suidnicenſis in Sileſia;

(4) *Eliſabetham*, fil. *Bogislai V*, Ducis Pomeraniæ, an. 1363 ductam. Conf. *Dubravius*, l. c.; *Henningeſius*, part. 1 *ſecundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 160; *Pantaleon*, part. 2 *Der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 421, & 422; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, p. m. 433; *Matthiæ*, l. c.; *Sigismundus von Bircken*, l. c.; Dn. *Hubner*, *Tab. Geneal.* 30.

v. (3.) Liberi ſunt

(1) *Margaretha*, Ux. *Ludovici*, Hungariæ & Poloniæ Regis, nata ex prima; Vid. *Vita Caroli IV*, l. c., pag. 99; *Henningeſius*, loc. cit.; *Pantaleon*, l. c., pag. 422; *Matthiæ*, l. c.;

(2) *Eliſabetha*, nupta *Johanni Galeacio*, Mediolanenſium Duci, ex eadem; Vid. *Matthiæ*, l. c.; Conf. *Henningeſ.*, l. c., pag. 61; *Pantaleon*, l. c.;

(3) *Wenceslaus* Imperator, ex *tertia*; de quo ſuo loco;

(4) *Sigismundus* Imperator, ex *quarta*; de quo ſuo loco;

(5) *Johannes*, Marchio Moraviæ, Luſatiæ & Gorlitiæ, qui *Richardim*, *Alberti* 2, Sueciæ Regis, filiam, in thoro habuit, eaque defuncta, *Margaretham*, *Leopoldi*, Ducis Auſtriæ, filiam; Vid. *Henningeſius*, l. c., pag. 161;

(6) Ca-

(6) *Catharina*, Ux. *Rudolphi III*, Ducis Auſtriæ; Vid. *Henningeſ.*, l. c.; *Pantaleon*, l. c.;

(7) *Anna*, Ux. *Ottonis*, Duc. Bavariæ, & Electoris Brandenburgici, l. c.;

(8) *Margaretha*, Ux. *Johannis* 2, Burggravii Norimbergenſis, l. c.;

(9) *Eliſabetha*, Ux. *Alberti cum trica*, Ducis Auſtriæ, l. c.;

(10) *Margaretha*, Ux. *Johannis*, Burggravii Norimbergenſis, l. c.;

(11) *Margaretha*, Ux. *Amadei*, Com. Sabaudiæ, l. c.;

(12) *Agnes*, Ux. *Wilhelmi* ambitioſi, Ducis Auſtriæ, l. c.;

(13) *Helena*, Ux. *Henrici IV*, R. Angliæ, l. c.

Quibus matribus autem in lucem ſint editæ, non additur.

v. (4.) Fuit *Vir magnorum operum, qui Regnum Bohemiæ, tum Religionis cultu, tum Legum ac bonorum morum diſciplina, illuſtravit.* Ita *Æneas Sylvius*, cap. 33 *Hiſtor. Bohem.*, pag. 139; & paulo poſt: *Clarus profectò Imperator, niſi Bohemici Regni gloriam magis, quam Romani Imperii, quæſiviſſet, &c.* Conf. *Dubravius*, l. c., lib. 21, pag. 174, cujus verba, præced. Tit. 2, §. 12, lit. f, p. 230, habentur, & lib. 22, pag. 179: *Omnes facile ante ſe in Bojemia Reges Carolus præceſſit, non ſolum dignitate, quam novam in Regnum, cum Cæſareis Inſignibus, primus ipſe invexit, ſed etiam gratia & favore apud cunctas viciniores Nationes, propter eximias ſuas ac verè Regias virtutes, &c.* Apud *Benevenutum de Rambaldis*, in *Libro Auguſtali*, Tom. 2 *Freheri*, pag. 13, audit *Vir peritus literarum & multarum linguarum, aſtutus & ſagax, &c.* Conf. Oratio *Jaſonis Mayni*, Equitis Romani, ad *Maximilianum* Imp., cum an. 1494 nuptias celebraret, apud *Freherum*, l. c., pag. 224; verba, præced. §. 5, lit. f, extant; *Pantaleon*, l. c., pag. 419: *Er ward, von ſeinen Eltern, in allen Künſten und Tugenden, wol unterrichtet, alſo, daß Er in fünff Sprachen, Italieniſch, Frantzœſiſch, Teutſch, Behemiſch, und Lateiniſch, gar wohl erfahren. Hiemit war er auch mit ſonderbarer Weißheit, und aufrichtigen Wandel begabet, &c.* Add. *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 34, pag. 779: *Iſt von Leibes-Geſtalt ein anſehnlicher Herr, hochverſtændig, anſchlægig, darneben liſtig, geduldig, friedfertig, Gottsfürchtig, und in fünff Sprachen fertig und gelehrt geweſen, &c.* Ipſe, in *Hiſtoria vitæ ſuæ*, l. c., pag. 94, ait: *Pervenimus in Bohemiam, de qua abſens fueramus undecim annis - - - - Idioma Bohemicum ex toto oblivioni tradideramus, quod poſt redidicimus, ita, ut loqueremur, & intelligeremus, ut alter Bohemus. Ex Divina autem gratia non ſolum Bohemicum, ſed Gallicum, Lombardicum, Teutonicum, & Latinum ita loqui, ſcribere, ac legere ſcivimus, ut una lingua iſtarum, ſicut altera, ad ſcribendum, legendum, loquendum, & intelligendum Nobis erat apta, &c.* Sic & *Johannes*, Archi-Ep. *Pragenſis*, in Oratione, in Ejus obitum habita, apud *Freherum*, Cod. *Rer. Bohem.*, pag. 110: *Intellexit fere omnia Idiomata totius Chriſtianitatis; optime iſtas Linguas ſcivit, videlicet Bohemicam, quæ eſt naturalis, Teutonicam, Latinam, Francigenam, Lombardicam, Tuſcanicam, & quamplures particulares Linguas, & ab his deſcendentes perfectè ſcivit, ac intellexit, &c.* & *Aventinus* lib. VII *Annal.*, cap. 21, §. 17, p. m. 762: *Carolus IV, Cæſar Auguſtus, eruditus, ſapiens, aſtutus, eloquens, multarum literarum peritus, ex hac vita migravit, &c.* Elato vix funere *Ludovici* Bavari, ſine ulteriori electione, veluti, eo adhuc vivente, ceu in Ejus vita, ad an. 1346, dixi, jam electus, Imperium adiit, intrans Inferiorem Bavariam, indeque pergens *Ratisbonam*, *Norimbergam*, *Argentoratum*, *Baſileam*, aliaque ad oppida Imperii, à quibus tamen non eodem plane modo ſuſceptus eſt, teſte vel ſola *Norimberga*, non, niſi pactis conditionibus, portas pandente; Vid. *Albertus Argentinenſ.*, ad an. 1347, p. 141 ad 145; *Henricus Rebdorfienſis*, de an. cit., pag. 437; *Mutius*, lib. 25 Chron., p. 244, & 245. Confluentibus igitur ad *Carolum* Civitatibus Sueviæ, Franconiæ, & Alſatiæ, magna ſpe, abſque omni controverſia Eum Cæſarem manſurum, *ecce, Henricus Moguntinus, Ludovicus, Marchio Brandenburgenſis, Rupertus Palatinus, cui in hoc alii duo conſenſerant, & Ericus, Dux Saxoniæ, cui, ex ſucceſſione Patris ſui Senioris,* (non) *Rodolpho Duci, jus eligendi competere dicebatur, quamvis Rodolphus, Caroli Elector, quadam Dominia, quibus Principatum annexum aſſerit, ſe habere prætendat, de eligendo Rege alio, cum electionem Caroli irritam aſſerant, concordarunt. Miſſisque per eos pluries ſolennibus nunciis ad Eduardum, Angliæ Regem, ſibique electione oblata, remiſſisque per Eum nuntiis literisque, ſibi ſub caſtro Lonſtein, de non variando, ſub ſigillis ipſorum Principum aſſignatis, eoque deliberationem ſuam diutius protrahente, eò quod inter Ipſum & Francum tractabatur de treugis: Francoque ſciente, Anglum electionem Romani Regni appetere, & ob hoc, ne creſcat Ejus potentia, treugas, alias ſibi graviſſimas, recuſante; Angloque, propter litem cum Franco, in feſto B. Joannis Baptiſtæ renovatam, de electione de ipſo facta intromittere ſe nolente, cum literis, ſibi deſuper datis, remiſſis, Principibus reſcripſit, ſe iiſdem Principibus favoris ſui auxilium polliceri. Quo facto, iidem Principes Electores, vocato Friderico Marchione Miſſenenſi, Abnepote quondam Friderici, Imperatoris, ex filia Ejus, genero prædicti Ludovici Principis defuncti, in principio menſis Junii, in Kans Bavariæ, convenerunt, ubi inter Eos actum eſt, quod idem Marchio prædictam Beatricem, olim Imperatricem, in uxorem duceret, & de Romano Regno, ad Eorum electionem, intromittere ſe deberet. Oppidum quoque Nurenberg, ejectis potentioribus Regis fautoribus, dicente Populo, ſe non conſenſiſſe in Regem, Marchionem de Brandenburg pro Rege acceptavit. Poſthæc Marchio Miſſenenſis, deſiſtens à propoſito, receptis, à Rege Carolo, decem millibus marcis, facto ſibi homagio, & excepto, ne contra filios defuncti Principis faceret, à Rege ipſo Feudorum Imperialium inveſtituram accepit:*

pit: quamvis enim juvenis, arthritico tenebatur, & infra biennium moritur, &c. Sunt verba *Alberti Argentinenſis*, ad an. 1348, pag. 145, & 146. Quæ comprobat *Mutius*, lib. 25 Chron., ad an. 1348, pag. 246: *Poſt Nativitatem Chriſti anno 1348 convenerunt quidam electuri alium Imperatorem Prinsipes; erant autem Dux Saxoniæ; Ludovicus, Marchio Brandenburgenſis; Rupertus, Palatinus Rheni; Henricus, Moguntinus Archi-Epiſcopus, qui Caroli electionem nullam eſſe judicabant. Mittunt ad Anglorum Regem, Eduardum, offeruntque Illi Imperium, nam à Germanis genus ducebat ſuum. Eduardus, pericula, labores, & bella timens, recuſavit Imperium, Principibus gratias agit, quod tam honorifico de ſe ſentiant, Eis pollicetur ſuam opem, ſicubi indigeant. Vehementer gratum fuit illorum de ſe judicium. Poſtea, Fridericum, Marchionem Miſnenſem, eligunt, ſed ea lege, ut Beatricem viduam, uxorem quondam Ludovici Imperatoris, juvet. Huic electio placet, & quomodo auſpicandum Imperium ſit, pro temporis ratione, incipit cogitare. Sed Carolus, ubi intellexit electum Fridericum, mutavit Illi animum, decem enim millia marcarum argenti Ei dedit, promiſitque majora, expoſuit præterea Illi, quam nihil ſit à quoquam periculi ſibi, quem Pontifex confirmarit, & jam major Germaniæ pars pro Imperatore habeat - - - igitur Fridericus Imperator maluit accipere pecuniam, & ea in pace uti, quam tot ſubire labores, quorum finis ſit incertus, fortaſſis etiam patrimonii perditio, ignominia, & mors, &c.* Conf. *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 210, p. m. 133; *Münſterus, Coſmograph.* lib. 3, cap. 19, in vita *Caroli IV*, pag. 432; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spirenſ.*, cap. 34, pag. 779; *Spondanus*, T. 1 *Cont. Annal. Baron.*, ad an. 1347, §. 7, pag. 493; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.*, lib. 6, cap. 3, §. 10, p. 766; *Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Vita Alberti III, Ducis Saxoniæ*, p. m. 6, 121, & 122. Duplici repulſa nihil commoti Principes ſupradicti ad aliam electionem progrediebantur, anno 1349, electo *Günthero*, Com. Schwartzburgico, de quibus *Albertus Argentinenſis*, ad h. a., pag. 150, ſcribit: *Guntherus, Comes de Schwartzenburg Thuringiæ, ætatis circa 45 annorum, Vir robuſtus, bellicoſus, ſtrenuus & prudens in bellis, qui in ſervitio Henrici Moguntini, & quondam Ludovici Prinsipis plurimum laboravit, quique in pluribus conflictibus feliciter prævalens propriis, capiendo & talliando Barones, plurimum eſt ditatus, à Principibus, Carolo contrariis, ut ſe intromitteret de Regno, rogatur. Qui primo renuens, tandem eo pacto annuit, ſi in Franckfurt per Principes & Nobiles ſententiatum fuerit, vacare Regnum & Imperium, majorque pars Principum, qui ſimiliter per ſententiam deslarati fuerint jus habere, ipſum, absque omni ſimonia, elegerint, per Deum, dicens: ſe expoſiturum periculis, pro Deo & Imperio, corpus ſuum. Hoc facto, cum exercitu ſuo in campo ſe poſuit juxta Franckfurt, feria ſexta poſt Hilarii, an. 1349. Convenientibusque inibi Principibus quatuor, & multis aliis Baronibus, & per ſententiam decreto, Imperium vacare, & Eidem quatuor competere jus eligendi; electus eſt in Purificatione, per Henricum Archi-Epiſcopum Moguntinum, Ludovicum Marchionem de Brandenburg, Rudolfum de Bavaria, Palatinum Rheni, annuente Ruperto, ſuo fratre, & capto tum Ruperto, fratrueli Eorum, & Ericum Ducem Saxoniæ, in Regem Romanorum. Huic etiam Erico, tanquam filio fratris ſenioris, Rudolphi Ducis, electoris Caroli, decernebatur jus eligendi habere, &c.* Conf. Annales *Henrici Rebdorfienſis*, ad an. 1348, p. 455, ubi: *Anno tertio Regni Karoli, menſe Februarii, Guntherus Comes de Schwartzburg in Thuringia, in odium Karoli, per aliquos Electores Regni, videlicet Hainricum, depoſitum Archi-Epiſcopum Moguntinum, Ludwicum, Marchionem Brandenburgenſem, Rudolphum & Rupertum, fratres, Duces Bavariæ & Comites Palatinos Rheni, nec non quendam Ducem Saxoniæ, Patruelem Rudolphi, prænominati Ducis Saxoniæ, in Regem Romanorum in Franckenfurt eligitur, &c.* Aſſentit *Mutius*, lib. 25, pag. 247, in hoc tamen errans, quod electionem ad annum 1350 referat, nominetque Saxoniæ Ducem, *Henricum*, loco *Erici*; ibi: *Anno 1350 denuo convenerunt Principes, Caroli electionem reprobantes, & miſerunt Legatum ad Comitem de Schwartzenburg ex Thuringia, qui erat Vir incomparabilis militaribus virtutibus, ea ætate, offeruntque Illi Imperium: gravatim conſenſit, nec aliter, niſi Francofurdiæ primum decernatur à Principibus, Imperium vacare, & prius Carolus, per Principum ſententiam, deponatur. Congregati igitur ſunt Francofurdiæ Principes Electores quatuor, & multi præterea Principes alii, qui, concordi ſententia, judicaverunt, electionem Caroli eſſe ſeditionem contra Rempublicam, legibus & armis puniendam. Decretumque eſt, quatuor Principes Electores, qui tum Francofurdiæ erant, habere jus, & plenam poteſtatem eligendi Imperatorem Romanorum. Ludovicus igitur, Brandenburgenſis Marchio, Rudolphus, C. P. Rheni, Henricus, Dux Saxoniæ, Henricus, Archi-Epiſcopus Moguntinus, eligunt Güntherum Comitem de Schwartzenburg in Imperatorem, &c.* Conf. Auctor Vitæ *Baldewini Trevirenſis*, lib. 3, cap. 8, cujus verba *Schilterus*, lib. 6, de *Libert. Eccleſ. German.*, cap. 3, §. 10, p. 766, ſiſtit; *Schiphower, Chron. Oldenburg.*, apud *Meibom.*, T. 2 *Rer. Germ.*, p. 157; *Jacobus de Kœnigshoven*, l. c., §. 211, pag. 133; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 69, p. m. 284; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 46, pag. 1011; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in vita *Güntheri*, pag. 413; *Münſterus*, l. c.; *Lehmannus*, l. c.; *Browerus*, lib. 17 *Annal. Trevir.*, an. 1349, §. 139, pag. 220; *Spondanus*, l. c.; *Spangenberg.*, *Chron. Mansfeld.*, c. 286, pag. 336. Jam novum Bellum. *Güntherus ſex totas hebdomadas in caſtris ad Francofordiam expectavit hoſtem, ex conſuetudine, & ſtatuta lege: nemine verò adveniente, qui repelleret, in Urbem Francofurdiam ingreſſus, Imperator appellatus eſt. Carolo enim non videbatur in unum prælium ponere omnes fortunas ſuas, ſi enim viciſſet Güntherus, actum erat de Imperio Caroli.* Hæc *Mutius*, l. c.; Queis addit *Albertus Argentinenſis*, l. c., p. 151: *Aliæque Civitates Imperii in Wederaugia Eum ſimiliter receperunt, &c.*

&c. Omnium primus nutabat *Rudolphus*, C. P. R., quem *Carolus*, mediante matrimonio, cum Ejus filia, in ſuas partes pertraxerat; Vid. *Albertus Argentinenſis*, l. c.: *Carolus autem, quia fuerat viduus, tractaverat cum Rudolfo de Bavaria Palatino, qui Güntherum elegerat, de ſponſalibus, cum filia Rudolfi Palatini, quæ unica fuerat filia ex matre de Carinthia, & duxit eam uxorem, &c.* Non multo poſt incidit *Güntherus* in morbum, *Francofurti*, quo corrigendo, *Fridancki*, Medici famoſi, potionem, ab ipſo, invito licet, ſe præſente, probatam, hauriens, adeo enervatus evaſit, ut ad res gerendas quascunque inhabilis crederetur, Medico, triduo poſt, non levi ſigno injecti potioni veneni, extincto. Vid. *Albertus Argent.*, l. c.; *Mutius*, l. c., pag. 247; *Henricus Rebdorfienſis*, l. c.; Reliqui, ll. cc. Hac rerum facie, convocatis prius amicis *Spiram*, *Moguntiam* petiit *Carolus* cum exercitu, *Gunthero* graviſſimo morbo *Altevila*, duabus leucis à Moguntia diſtantis caſtri nomen eſt, apud *Henricum Moguntinum*, oppreſſo. Ibi miſſis ſæpius nunciis ad reliquos Electores, Principesque, *Güntheri* fautores, *veniens Marchio de Brandenburg ſine Gente, habitis tractatibus cum Rege Carolo de concordia, videns etiam Güntherum factum invalidum, negotium inter Eos comportavit, ita, quod Günthero, pro renunciatione juris ſuæ electionis, data ſunt viginti duo millia marcarum argenti, & duo oppida Thuringiæ Imperialia, pro tempore vitæ ſuæ. Quod ipſe Güntherus, licet infirmus, difficulter conſenſit: ſi ſanus fuiſſet, nullatenus conſenſiſſet; de Principum ſuorum Electorum, ſpecialiter Bavarorum perſidia, multa conquerendo. Obiit autem Ipſe Guntherus, poſt comportationem hujusmodi, infra menſem, in Franckfurt, & in Eccleſia parochiali ibidem, præſente Rege Carolo, fuit cum lamentatione ſepultus, &c.* Sunt verba *Alberti Argent.*, ad an. 1349, p. 152. Conf. *Mutius*, l. c., ad an. 1350: *Ante mortem Güntheri verò compoſita eſt pax inter Eum & Carolum Imperatorem: cum enim decumberet in Alta villa, arce Archi-Epiſcopi Moguntini, diceretur que leviter ægrotare, quidam Principes interpoſuerunt, & his conditionibus compoſuerunt eos, ut Güntherus reſignaret totum Imperium, omneque ſuum jus concederet Carolo: Carolus autem Günthero daret oppida duo, cum agris eorum, in Thuringia ſita. Mox poſt factam pacem Güntherus obiit, &c.* Quas ob rationes *Ludovicus* Brandenburgicus amicitiam *Caroli* quæſiverit, exponit *Henricus Rebdorfienſis*, in Annal., l. c., pag. 445: *Carolus prædicto Marchioni Comitatum Tyrolis, & omnem terram, quam tenuit in Alpibus, conceſſit, & apud Dominum Papam obtinere promiſit diſpenſationem ſuper matrimonio, cum filia Ducis Carinthiæ, uxore Johannis, fratris Karoli, qui adhuc vixit, per ipſum de facto contracto, &c.* De matrimonio hoc vide hiſtoriam *Ludovici* Bavari, v. 4, ad an. 1341. De obitu verò *Güntheri*, l. c., dubiis verbis utitur: *Hac igitur compoſitione facta, præfatus Güntherus de Schwartzpurg, ex præmiſſa infirmitate, menſe Junio ſequenti obiit, ut dicebatur, ſepultus in Franckenfurt, &c.* Hoc modo obtinuit demum *Carolus* Regimen ſolus, illudque ad vitæ finem moderatus eſt.

An. eod. 1349, in Principum Imperii claſſe, locum procuravit *Alberto & Johanni*, Megapolitanis, in Curia Pragenſi; Vid. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, ad h. a., pag. 208; *Cranzii Vandalia*, lib. 8, c. 23, p. 191, & lib. 9 *Sax.*, c. 27; *Chronicon Carionis*, lib. 5, pag. 932; *Henningeſius, ſecundi & tertii Regni in Quarta Monarchia* part. 2, pag. 298; *Limnæus*, lib. 5 *Juris Publici*, cap. 12, pag. 266; *Spenerus, Op. Herald.* part. ſpec., lib. I, cap. 61, §. 4, pag. 249; *Bucholceri Index Chronolog.*, ad h. a.; *Ritterſhuſii Exegeſ.*, pag. 130; *Schurtzfleiſch*, diſſert. de *Rebus Mecklenburg.*, §. 10.; *ImHoff, Not. Proc.*, lib. V, cap. V, §. 3. Auctor *Chronici Holſatiæ*, T. 1 *Acceſſionum Hiſtoricarum* Ill. Dn. *Leibnitii*, cap. 22, pag. 52, & 53, & cap. 23, pag. 57, perperam primum Ducem Megapolitanum *Henricum* vocat. *Chytræus*, lib. 5 *Saxon.*, p. 137, id refert ad an. 1348.

An. eod. *Rex Carolus communiter recognitus, ab omnibus Principibus & Civitatibus in Alamannia, Rex Romanorum, cum Regina, Uxore ſua, nuper ducta, tranſit Aquisgranum, ubi ſecundo coronatur, & Regina ſecum, in feſto B. Jacobi, per Dn. Archi-Epiſcopum Colonienſem; in qua coronatione cum Marchio Juliacenſis ſceptrum teneret Regale, Ludwicus, Marchio Brandenburgenſis, recipere voluit ſibi de manu, dicens, ad officium ſuum hoc ſpectare: propter quod rumor eſt inter eosdem Dominos ſuſcitatus, quem Rex intercepit, & per Principes extitit diffinitum: Quod, quando Rex Romanorum coronatur, tunc ad officium Marchionis Brandenburgenſis ſpectat Sceptrum Regale tenere: ſin autem Feuda Regalia concedit, tunc ad officium alterius Marchionis hoc ſpectat, &c.* Ita *Henricus Rebdorfienſis, Annal.*, h. a., pag. 445, & 446; Conf. *Levoldus à Northof, Chron. Marcan.*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 405.

An. 1352 *Wormatiæ celebravit Comitia Principum, de reformanda Eccleſia, & rebellibus Imperio & Eccleſiaſticæ poteſtati domandis, plurima tractans.* Hæc *Mutius*, lib. 25 Chron., h. a., p. 248.

An. eod. inveſtit *Ludovicum Romanum*, *Ludovici* Imp. filium, de Marchionatu Brandenburgico, tradita tamen Marchiæ parte Ejus fratri, *Alberto;* vice verſa, à *Ludovico* Inſignia Imperii, à Parente ſibi relicta, conſequitur. Vid. *Albertus Argentin.*, h. a., p. 156, *Dubravius*, lib. 22 *Hiſt. Bohem.*, p. 181. *Henricus Rebdorf.* vero, p. 449, inveſtituram hanc demum an. 1356, in Comitiis Norimbergenſibus, celebratam, docet.

An. 1354, in favorem fratris *Wenceslai*, erexit Ducatum *Luxenburgicum;* vid. *Albertus Argentinenſis*, ad an. 1352, pag. 157, & an. 1354, pag. 161. Plura ſcribit Author *Magni Chronici Belgici*, pag. 305, inquiens: *Iſte Carolus Romanorum & Bohemiæ Rex, in Civitate Metenſi,*

anno Domini 1354, *Indictione ſeptima*, 3 *Idus Martii*, *Regnorum ſuorum anno octavo*, *Illuſtrem Wenceslaum*, *Comitem Lucemburgenſem*, *illuſtravit*, *ſublimavit*, *decoravit*, & *erexit in Ducem*, & *ipſum Comitatum Lucemburgenſem in Ducatum*: & *ut Ducatus Principatusque Lucemburgenſis ſolido fundamento magis firmaretur*, & *tanto ſe Romano Imperio obligatiorem conſpiceret*, *quo ampliori Regiæ liberalitatis munere decoratus erat*, *Wenceslaum*, *hæredes* & *ſucceſſores*, *Duces Lucemburgenſes*, *perpetuo*, *infra ſcripto claro quidem officio*, *clementius inſignivit*, *nimirum*, *quoties Rex Carolus*, *aut Succeſſores*, *Romanorum Imperatores*, *ſive Reges*, *ad reprimendam rebellium ſuorum ſuperbiam*, *ſeu Imperii procurandos honores*, *armati procederent*, *ut tum Dux*, *hæredes* & *ſucceſſores*, *Duces Lucemburgenſes*, *qui pro tempore fuerint*, *frenum Imperialis*, *ſeu Regalis dextrarii*, *à latere dextro gubernarent*, & *debitæ fidei diligentia cuſtodirent*; *item*, *ut in accubitu menſæ ſuæ cibos Regios*, *qui in ſolemnibus curiis adminiſtrantur*, *coram ipſo incederent*, & *in genere*, *tanquam Principes* & *fideles Imperii*, *belli* & *pacis tempore*, *cuſtodiam* & *curam Imperatorum haberent*, *prout hæc*, & *multa alia*, *in literis Cæſareis*, *Bulla Aurea communitis*, *deſuper confectis*, *plenius continentur*, &c. Ipſum Diploma reperitur, apud *Gervaſium Tilberienſem*, in Comment. de *Imperio Romano*, in appendice, pag. 108, &c.; *Meibomium*, T. 3 *Rer. Germ.*, pag. 211, &c.; & Ill. Dn. *Leibnitium*, part. 1 *Cod. Diplom. Juris Gentium*, §. 94, pag. 207. Conf. *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in Vita Caroli, pag. 421, addens, ibidem, *Wilhelmum* Juliacenſem, è Marchione, *Ducem* creatum.

An. eod. Italiam ingreſſus, Lombardicam coronam impoſuit, teſte *Alberto Argentinenſi*, ad an. cit., p. 163: *Rex eodem anno* 54, *menſe Septembri*, *quaſi occultè*, *cum paucis ingreditur Lombardiam* .... *ſicque Mediolani honorificè eſt receptus*, & *in Palatium Epiſcopi traductus*, *ab Archi-Epiſcopo Mediolanenſi*, *quem de genere prædictorum Vice-Comitum Papa præfecerat*, *corona ferrea coronatur*, &c. Add. *Dubravius*, lib. 22 *Hiſt. Bohem.*, pag. 181. Inaugurationem hanc anno 1355 celebratam, *Henricus Rebdorfienſis*, in Annal., h. a., pag. 448, cenſet: *Et ſic quaſi ſolus ſubmittit ſe manibus eorundem*, & *coronatur ſecunda corona argentea*, *in Eccleſia S. Ambroſii*, *in Mediolano*, *in Epiphania Domini*, &c. Ejusdem ſententiæ eſt *Mutius*, l. c.

An. 1355, corona Lombardica redimitus, *Piſas* appellit, compoſitisque ibi, aliarumque Civitatum Tuſciæ diviſionibus, pariterque receptis earundem obſequii & ſubjectionis profeſſionibus, *Senas* ſecedit, inde magnis itineribus *Romam* contendens; *ubi*, *in die Paſchæ*, *à Cardinali Hoſtienſi* (Petro Bertrandi) *in Imperatorem coronatur*, *in Eccleſia Sancti Petri*, *ac eodem die recedit ab Urbe*, &c. Sunt verba *Henrici Rebdorfienſis*, ad h. a., pag. 448, quæ comprobant *Albertus Argentinenſis*, an. eod., pag. 163; *Jacobus de Kœnigshoven*, *Chron. Alſat.*, an. eod. §. 214, pag. 134; *Dubravius*, l. c., addens, Conjugem Ejus, *Annam*, ſimul fuiſſe coronatam; *Mutius*, l. c.; *Münſterus*, l. c., pag. 433; *Pantaleon*, l. c., pag. 420; *Trithemius*, *Chron. Hirſaug.*, h. a.; *Lehmannus*, l. c., pag. 780; *Browerus*, l. c., ad h. a., §. 171, p. 229; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 1, pag. 529; *Pallatius*, de *Geſtis Roman. Pontif.*, in *Vita Innocentii VI*, T. 3, p. 297.

An. 1356 Comitia celebrat *Norimbergæ*, in quibus varias Conſtitutiones, circa eligendos poſthac Romanorum Reges, Electorumque Jura, promulgat, quæ hodie, ſub tit. *Aureæ Bullæ*, innoteſcunt. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. b, & c, p. 228, &c. Conf. *Henricus Rebdorfienſis*, Annal., h. a., p. 449; *Magnum Chron. Belgicum*, pag. 306; *Cranzius*, lib. IX *Saxon.*, cap. 29; *Dubravius*, l. c., pag. 183; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 1, p. 535; *Browerus*, l. c., ad an. 1355, §. 172, p. 229.

An. eod. Comitia agit *Metis*, ibique reliquas Conſtitutiones, *Auream Bullam* conficientes, promulgat. Memor hujus Curiæ *Albertus Argentinenſ.*, ad h. a., p. 164, ait: *Fuerunt ibi Principes Electores*, & *Officiales*, *ſeu Miniſteriales Imperii*, *quorum quilibet miniſtrabat Imperatori*, *ſedenti in menſa*, *in officio*, *ſeu miniſterio ſuo proprio*. *Quilibet autem veniebat*, *ſuper equo*, *usque ad menſam*. *Deſcendente vero de equo*, *coram menſa*, *hiſtrionibus* & *mimis dabatur equus*, &c. quæ Germanico Idiomate reddit *Jacobus de Kœnigshoven*, l. c., §. 215, p. 135; Conf. *Annales Rebdorfienſis*, l. c.; *Dubravius*, l. c.; *Magnum Chronicon Belgicum*, l. c.; *Pantaleon*, l. c.; *Spondanus*, l. c.; *Browerus*, l. c., an. 1356, §. 175, pag. 230; add. præced. Tit. 2, §. 12, lit. b, & c, p. 238, &c.

An. eod., Feria quinta poſt Epiphanias Domini, Norimbergæ, una cum reliquis Electoribus, decretum vulgat, quo Electoralia Jura *Ruperto Rufo*, C. P. R., contra *Stephanum*, Bavariæ Ducem, adſcribuntur. Legitur illud apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, p. 351.

An. eod., ſub Ejus auſpiciis, in novum fœdus coëunt Civitates Sueviæ, cujus formulam exhibet Dn. *Datt*, lib. 1 *Rer. German.*, cap. 5, §. 38, p. 31, &c.

An. 1360, *Ulricum* & *Eberhartum*, Comites Würtenbergicos, in ordinem redigit, ablataque Sueviæ Civitatibus reſtituere cogit. *Annal. Rebdorf.*, h. a., pag. 451; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 46, an. eod., p. 1015; *Mutius*, lib. 25, an. eod., p. 252.

An. 1365 coronatur Rex Arelatenſis. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 13, p. 254.

An. 1366 *Johannem*, Comitem Naſſovio-Weilburgenſem & Saræpontanum, Ejusque hæredes legitimos, in perpetuum, creat *Principes Comites*, vulgo *Gefürſtete Grafen*; Diploma, ſub dato: *Herbipoli*, an. 1366, Indict. IV, 7 Cal. Octob., reperitur in *Johannis*, Comitis Saræpontani, *Unterthänigſten Memorial*, *an das Höchſtlæbliche Churfurſtl. Collegium*, *umb Mainteni-rung bey dem Furſten-Recht*, *und introduction ins Furſtliche Collegium*, de anno 1653, apud *Lundorpium*, Tom. VI *Act. Publ.*, lib. 5, c. 22, p. 829, & 830, &c. Conf. Ejusdem *Allerunterthänigſtes Memorial*, *an die R. K. Majeſt.*, *die*

Digitized by Google

die Praecedenz im Fürſten-Rath betreffend, de eodem anno, ibid., c. 38, p. 848, & 849; nec non *Johannis Ludovici, & Ludovici Cratonis*, Comitum Naſſovio-Saræpontanorum, *Beſchwerungsſchreiben, an die Reichs-Verſamblung, zu Regenſpurg, wegen der von Ihren reſp. Brüdern und Vettern ſuchenden Erhæbung in den Fürſtenſtand*, de an. 1685; *in den Hoff- und Staats-Schreiben Germani Sinceri*, edit. Francof. an. 1707. pag. m. 403; Ampliſſ. Dn. *ImHoff, Notit. Procer. Imperii*, lib. 5, c. 6, §. 6, p. m. 238.

Ann. 1373 traditione Oppidorum *Lanſe, Herſprinck*, &c., additaque certa pecuniæ ſumma mediante, conſequitur à Genero, *Ottone*, Marchiam Brandenburgicam, quam in filium, *Sigismundum*, transfert. Vid. *Dubravius*, lib. 25 *Hiſt. Bohemicæ*, pag. 205: *Sigismundo, adhuc impuberi, Carolus Pater, Marchiam Brandenburgenſem, quam ab Othone, poſtremo illius Marchione, emerat, dono dedit, mira indole animi ingeniique Ejus captus, &c.* Conf. *Andreas Presbyter Ratisbon.*, in *Chron. Bavar.*, ad h. a., pag. 38, ducenta florenorum millia ſtipulata commemorans; *Cranzius*, lib. 9 *Vandal.*, c. 10, & lib. 9 *Saxon.*, c. 34; *Aventinus*, lib. 7 *Annal. Boic.*, cap. 21, §. 13, p. 762; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in Vita Sigismundi, pag. 455;

An. 1376 *Wenceslaum* filium eligi curat Regem Romanorum. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. g, pag. 230, & ſeq. Ejus vita, v. 4, h. a.

An. 1378 *Wilhelmum*, Comitem *Bergenſem*, ſeu *Montanum*, *Ducis* charactere honorat. Vid. *Erdmanni Chronicon Epiſcoporum Oſnabrugenſium*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, ad h. a., pag. 237, &c. Conf. *Hermanni de Lerbeke Chron. Schawenburg.*, ibid., Tom. 1, pag. 519.

An. eod., ad vitæ dies, titulum *Vicarii Imperii* impertitur *Carolo* Delphino. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 15, p. 253, &c.

v. (5.) Tot tantisque rebus ad finem perductis, tandem, *Anno Domini* 1378, *obiit Carolus IV, Romanorum Imperator, & Rex Bohemiæ, in Vigilia Andreæ Apoſtoli, &c.*, adeoque 29 Novemb. Ita *Albertus Argentin.*, in fine ſui *Chronici*, p. m. 166; Idem docent *Johannes*, Archi-Ep. *Pragenſis*, in Oratione, in Ejus obitum habita, apud *Freherum*, Cod. *Rer. Bohem.*, p. 111: *Memoria Ejus permanet in Seculum Seculi; & ideo in memoriam Ejus tale Epitaphium tumulo Ejus inſcribitur:*

Anno Mille: trecen. LXXVIII, tertia Kal. Decembris.

Quartus Ego Carolus, magni quondam tremor Orbis,
Cæſar, & Invictus, modo victus morte, ſub iſta
Foſſa tegor: Deus alme, precor, mens Aſtra ſubintret.
Spiritus ô cuncti, pro me, pia ſolvite vota,
Quos moriens liqui, quos vivens opere fovi.
Et ſic anima Ejus requieſcat in ſancta pace, &c.;

& *Jacobus de Kœnigshoven*, l. c., §. 228, pag. 141, addens, Eum Pragæ ſepultum, in æde D. Virginis Mariæ; & *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, l. c., Tom. 2, p. 348, in vita *Petri de Brunna*, 31 Archi-Epiſcopi; *Browerus*, lib. 18 *Annal. Trevir.*, h. a., §. 53, p. 248; *Spondanus*, l. c., an. eod., §. 24, p. 604; aliique. *Dubravius* vero, lib. 22 *Chron. Bohem.*, pag. 187; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in Ejus Vita, p. 422; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 160; & alii, Eum defunctum, arbitrantur, 27 Mart.; & *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boicor.*, c. XXI, §. 17, pag. m. 762, ipſis *Calend. Decembr.* De nudo anno teſtatur *Chronicon Elwangenſe*, T. 1 *Rer. German. Freheri*, h. a., pag. 460; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, p. 433; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 46, h. a., pag. 1021; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, c. 34, p. 780; Alii. Perperam igitur *Mutius*, in fine libri 25 Chron., pag. 258, annum 1377, hoc nomine, profert; nec majori Jure *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 326, ex *Florentio*, & *Spangenbergius*, c. 296 *Chron. Mansfeld.*, p. 346, in annum 1379, 24 Febr., & Auctor *Chronici Sclavici*, apud *Lindenbrogium*, p. 209, plane in annum 1380 prolabuntur.

(35) WENCESLAUS.

v. (1.) Circa natales hujus Principis, diverſi diverſa proponunt. *Albertus Argentinenſis*, ſcriptor coævus, ad an. 1350, p. 155, ait: *Natus eſt autem, iisdem diebus, Carolo Regi, in Bohemia, ex nova uxore, filia Rudolphi, Ducis Bavariæ, filius, Wenceslaus, ex proavo, nominatus, &c.* Eundem annum profert *Mutius*, lib. 25 *Chron.*, p. 248, ſed non eandem Matrem, inquiens: *Hoc tempore natus eſt ex Joanna, Suedi* (Suidnicenſis) *Ducis filia, Wenceslaus, Carolo Genitore, &c.* *Henricus Rebdorfienſis* vero, in *Annalibus*, id refert ad annum 1361, ſcribens, ad h. a., pag. 451: *In principio menſis Martii Imperatrix, in Nurenberg, filium maſculum genuit, de quo Imperator lætitiam habuit non modicam, & eundem baptizandum ſolenniter reſervavit, per unum menſem & amplius. Nam ad baptiſmum Ipſius invocat ſolennem Curiam in Nurnberg, & Electores Imperii quaſi omnes. Et hic filius baptizatus eſt Dominica, qua cantatur: Miſericordia Domini, quæ tunc fuit 3 Id. Aprilis, in Parochia S. Sewoldi, in Nurnberg, & levatus de fonte per Archi-Epiſcopos, Moguntinenſem, Colonienſem, Pragenſem, & per Epiſcopos ſex, & quinque Abbates, & nomen Ejus Wenceslaus appellatum, &c.* Pro eodem faciunt *Æneas Sylvius*, cap. 37 *Hiſt. Bohem.*, p. 147, Eum anno ætatis quinquageſimo ſeptimo defunctum tradens; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 160; *Matthiæ, Theat. Hiſtor.*, in Ejus vita, p. 992; *Sigismundus*

dus von Bircken, im Oeſterreichiſchen Spiegel der Ehren, lib. 4, cap. 12, p. 498; & *Bucholzerus, Ind. Chronol.*, h. a., p. 375, diem licet 28 Sept., hoc titulo, producentes; in eandem ſententiam eunt, qui Eum anno 17 ætatis fuiſſe docent, eum Parens Ejus, an. 1378, ad plures tranſierit, veluti *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 59, pag. 825, nec non *Æneas Sylvius*, & *Münſterus*, quorum verba mox adducam, *quindecim* annorum puerum Eum conſtituentes, cum inauguraretur. Addit *Dubravius*, lib. 23 *Hiſt. Bohem.*, p. 189: *Accidit, ut eandem aquam*, (qua ablutus eſt, in baptiſmate) *adhuc infans, lotio ſuo reſpergeret, ſicut alvi ſimo ipſam aram, in qua nondum bimulus coronabatur, conquinavit, &c.*

v. (2.) De conjugibus Ejus hæc ſuppeditat *Æneas Sylvius*, cap. 34 *Hiſt. Bohem.*, p. 140: *Wenceslaus --- quindecimum agens annum, cum Conjuge ſua, Johanna, apud Belgas, Civitate Aquenſi, Romani Regni Coronam accepit, &c.* Qua defuncta, pergit: *Altera ſuperducta eſt ex domo Bajoaria, nomine Sophia, longè Viro ſuo præſtantior, &c.* Clarius loquitur *Münſterus*, lib. 3 Coſmograph., c. 19, in Ejus Vita, p. 434: *Wenceslaus, Kayſer Carlens Sohn, ward im 15 Jahr ſeines Alters, aus Anbringen ſeines Vatters, erwælt zum Rœmiſchen Kœnig, und zu Ach gekrœnt, ſampt Johanna, ſeinem Gemahel, die Herzog Albrechts von Bayern, und Grafen zu Holand Tochter was, &c.*; adeoque Ludovici Bavari Imp. neptis. Et p. 435: *Er hat zwey Weiber gehabt, die erſte hieß Johanna, was Herzog Albrechts von Bayern Tochter, und die andere Sophia, Herzog Hanſen von München Tochter, &c.* Conf. *Dubravius*, l. c., pag. 192; *Chronicon Carionis*, Ejus vita; *Henningeſius*, l. c., licet priorem *Annam* vocet; *Matthiæ*, l. c.; *Sigismundus von Bircken*, l. c.; Dn. *ImHoff, Tab. X Imperat.*; Dn. *Hübnerus, Tab. Geneal.* 107.

v. (3.) *Henningeſius*, l. c., adſcribit Ei filiam, *Annam*, Matre *Sophia* natam, nuptamque, an. 1384, *Richardo* 2, Angliæ Regi, &, decennio poſt, Richemondiæ defunctam; Dn. *Hübner* vero, Tab. 73 *Geneal.* hanc *Annam* non Ejus gnatam, ſed ſororem fuiſſe, rectius docet. Conf. *Pallatius*, de *Geſtis Romanorum Pontificum, in Vita Urbani VI*, Tom. 3, p. 364.

v. (4.) Plerumque ab Auctoribus male audit. *Æneas Sylvius*, l. c., petulantiæ Pragenſium Judæorum claſſicum canens, in ejusque inquirens originem, ait: *Venceslaus, deſidia corruptus, præſenti rerum ſtatu contentus, neque præterita corrigere, neque futura curavit præcavere. Fuit enim Venceslaus longe Patri abſimilis, voluptatum ſequax, ac laboris refugiens, vini prorſus, quam Regni, curioſior, &c.* Sic & *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 229, in Ejus vita: *Dirre Wenceslaus iſt gar ein mutwillig Man geweſen, der allen Mutwillen und Bosheit getrieben hette. Alle die Wiſheit, und gute Lere, die In ſin Vatter leret, die hielt Er keins, &c.* & paulo poſt: *Dirre Künig Wenzeslaus firte ein bœß unmenſchlich Leben ---- Er war nüt ein Merer des Heiligen Riches, alſo ſich ein Rœmeſcher Künig ſchribet, ſunder Er was ein Mynner, und Verſumer, und ein Unnützer Man des Heiligen Riches. Er half der Heiligen Kirchen, und vil andern Landen, mer zu Unfriden, denne zu Friden, und das durch Grit, und um Guts willen, &c.* Nec aliter *Albertus Cranzius*, lib. 10 *Saxon.*, cap. 4, & lib. 8 *Vandal.*, cap. 43, & lib. 9, cap. 6; *Dubravius*, lib. 23, pag. 189, & 190; *Jacobus Wymphelingus*, cap. 46 *Rer. German.*, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 190; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 70, p. 286, & 287; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 326, ubi *Neronianæ crudelitatis* accuſatur, adductis, pag. 327, in fidei teſtimonium exemplis; *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. German.*, in vita *Petri de Brunna*, 31 Archi-Ep., pag. 348; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. 281, & 282; *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boicor.*, cap. 22, §. 1, p. m. 765; *Johannes Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, apud *Sylburgium*, T. 2 *Hiſtor. Roman.*, p. m. 601; *Münſterus*, l. c., p. 434, cujus hæc ſunt verba: *Es waz dieſer Wenzeslaus gar ein ungeſchaffen und ungeſchickt Menſch, von Leib und Gemüt. Der Leib waz krum, und daz Gemüt thumm, und gantz weybiſch --- do dieſer Tœlpel aufgeworffen ward zum Bœhemiſchen und Rœmiſchen Kœnig, gab Er ſich bald auff Weybs Lüſt, dienet ſeinem Bauch, und ließ daz Vœgelein ſorgen, &c.*; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 59, pag. 825; *Henningeſius*, l. c.; *Spangenberg, Chron. Mansfeld.*, cap. 296, pag. 346, ad an. 1379; *Morery*, voc: *Venceslas*, p. 527; *Matthiæ*, l. c., & pag. 993; *Lambecius*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Vindobon.*, cap. 8, pag. 752, &c.; Alii. Deteſtandum minimum eſt, ſi verum, quod *Dubravius* ſcribit, l. c., pag. 190: *Adeo natura ferus & ſanguinarius*, (erat) *ut aſſiduum penes ſe carnificem haberet, quem, vulgari vocabulo, compatrem familiariter appellabat, quia filium ejus de fonte ſacro levavit; & tam proximum ſibi adhibuit, ut aliquoties uno eodemque equo ſecum vehi illum paſſus fuerit, deſilientemque rapi ad pœnas, quos juſſerat, ſpectaverit, &c.* Quæ Cæſare indigna. Rigidus Cleri fuit Cenſor. Ei exitio erat, quod clementer cum Huſſitis egerit. En bilem *Johannis Crinellæ*, in *Magno Chronico Belgico*, pag. 330: *Wenzeslaus hæreticam perniciosamque, quam Huſſitas nuncupant, Sectam in Regno ſuo fovit, &c.*; & *Wymphelingi*, l. c: *Wenceslaus ignaviter Imperium potius occupavit, quam rexit. Paſſus eſt enim Huſſitarum hæreſin invaleſcere; quam quidem perniciosiſſimam Factionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Papaliſque Excellentiæ, & Ceremoniarum Eccleſiaſticarum contemptricem inde ortum ſumpſiſſe reperio, &c.* Maximum Romæ crimen, non odiſſe, quos Pontifex flammis, enſe, rota perſequitur. Ollam penitus evertit,

cum

Digitized by Google

cum an. 1398, inſtigante Academia Pragenſi, *Durocortori*, hodiè *Rhemis*, de tollendo ſchiſmate inter *Benedictum XIII*, Avenionenſem, & *Bonifacium IX*, Romanum, Summos Pontifices, eligendoque, communibus ſuffragiis utriuſque Cardinalium, novo Papa, cum *Carolo VI*, Galliarum Rege, conſilia caperet; *Emundo* coævo teſte, in *Magno Chronico Belgico*, pag. 328. Conf. *Pallatius*, T. 3 *Geſtorum Romanorum Pontificum*, in Vita *Bonifacii IX*, pag. 384. Cæterum,

An. 1376, vivente adhuc Patre, 10 Junii, *Francofurti ad Mœnum*, electus eſt Rex Romanorum. Decretum Electionis extat apud Ill. Dn. *Leibnitium*, in *Mantiſſa*, part. 2 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, §. 50, lit. d, p. 262, & 263, tali ſub formula:

In Nomine Domini Amen.

Anno Nativitatis Ejuſdem 1376, *Indictione* 14, *imperante Sereniſſimo Principe, ac Domino Karolo, Romanorum Imperatore, ſemper Auguſto, & Boemiæ Rege Glorioſiſſimo, die decima Menſis Junii, horaque tertia, in Sacriſtia Eccleſiæ Collegiatæ S. Bartholomæi Franckenfurtenſis, Maguntinenſis Diœceſis, in mei, nec non Jacobi Wigandi de Nova Civitate, Publicorum Notariorum, & Teſtium ſubſcriptorum, præſentia, univerſis & ſingulis Principibus Imperii Sacri Electoribus, pro eligendo Regem Romanorum, in unum convenientibus, Reverendiſſimus in Chriſto Pater, Dominus Ludovicus, Sanctæ Maguntinenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, Principum Electorum ſuorum ſingulorum eſt vota ſcrutatus. Qui, præmiſſis variis tractatibus, ſolemniter repetitis, omnes & ſinguli, nullo contradicente, & ipſe Dominus Maguntinenſis, ſimiliter requiſitus, per alios ſuos Co-Electores, ſimul cum eis, Sereniſſimum Principem ac Dominum, Dominum Wenceslaum, Boëmiæ Regem, in Regem Romanorum, in Imperatorem promovendum, unanimiter & concorditer elegerunt. Cui ſiquidem electioni, tam concorditer celebratæ, Dominus Wenceslaus, Rex præfatus, per prædictos Electores Principes requiſitus, deliberatione præmiſſa, conſenſum ſuum adhibuit, pariter & aſſenſum. Super quo, à nobis infra ſcriptis Notariis, pro parte Principum Electorum, unum, vel plura requiſita ſunt fieri publica inſtrumenta. Acta ſunt, anno, Indictione, & loco, quibus ſupra, præſentibus Honorabilibus Viris, Dominis Nicolao Camerucenſi, Magdeburgenſis Diœceſis, & Camerico Damerojo, S. Mariæ Cracovienſis Eccleſiarum Præpoſitis, nec non Droyskero, Decano Cicenſi, Merſburgenſis Diœceſis, teſtibus, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis, &c.*

In primis huc faciunt literæ ipſorum Electorum, deſuper confectæ, ibidem §. 50, lit. e, pag. 264:

Nos Ludovicus, D. G. Maguntinenſis Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, notum facimus, tenore præſentium, univerſis, quia, cum omnibus aliis Sacri Romani Imperii Principibus Coëlectoribus noſtris, unanimiter & concorditer, Sereniſſimum Principem, Dominum Wenceslaum, Regem Boëmiæ, in Romanorum Regem elegimus, animo deliberato, & de certa noſtra ſcientia, ſub bona noſtra fide, dicto Domino Noſtro, Romanorum Regi, promiſimus, & promittimus, præſentibus, ſine dolo, quod Ipſum, omnibus ſuæ noſtræque vitæ temporibus, verum & legitimum Romanorum Regem, promovendum in Imperatorem, nominare, reputare, tenere, & habere volumus & debemus, ac eundem Dominum Noſtrum, Regem noſtrum Romanorum, circa electionem noſtram hujuſmodi, per nos factam, manutenere firmiter, & ſibi, tanquam Regi Romanorum, fideliter aſſiſtere, contradictione qualibet non obſtante. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Frankenford, anno Domini 1376, die Sacramenti.

Nos Cuno, D. G. Sancta Treverenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Galliam Archi-Cancellarius, notum facimus, tenore præſentium, univerſis, quia cum omnibus aliis S. R. Imperii principibus Coëlectoribus noſtris, unanimiter & concorditer, ſereniſſimum Principem, Dominum Wenzeslaum, Regem Boemiæ, in Romanorum Regem eligimus, animo deliberato, &c. reliqua ut ſupra.

Nos Fridericus, D. G. Sancta Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, notum facimus, &c., ut in prioribus.

Nos Rupertus Senior, D. G. Comes Palatinus Reni, Sacri Romani Imperii Archi-Dapifer, & Bavariæ Dux, notum facimus, &c., ut in prioribus.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, ac Domino, Domino Gregorio, digna Dei providentia, SS. Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Domino Noſtro Reverendiſſimo, Sigismundus, D. G. Marchio Brandenburgenſis, S. R. Imperii Archi-Camerarius, & Princeps Elector, devota pedum oſcula beatorum. Ad gubernandum feliciter Imperii Sacri Romani Rempublicam, ejuſque multiplices ſufferendos labores & onera, digna maturaque deliberatione præviſi, &, ut idem ſacrum Romanum Imperium, Sereniſſimi ac Invictiſſimi Principis & Domini Genitoris noſtri, Domini Karoli IV, Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, viribus jam corporea valetudine laceſſitis & ſenio, forti potentique præſidio non careat, pro ſalubri commodo totius Chriſtianitatis & ſtatu, in relevamen & adjutorium dicti Domini Genitoris noſtri, Domini Karoli, Romanorum Imperatoris, Semper Auguſte, hodie in Eccleſia Collegiata S. Bartholomæi, in Oppido Frankenfurde, ſuper alveo Mogani, Maguntinenſis Diœceſis, una cum omnibus & ſingulis, Eccleſiaſticis & Sæcularibus Principibus, Coëlectoribus noſtris, ad quos Electio Romanorum Regis legitime ſpectare dinoſcitur, iidem-

Digitized by Google

iidemque Principes Electores Imperii nobiſcum pariter, diſponente Snperno, Spiritusqne Sancti gratia devotius invocata, Sereniſſimum Principem, Dominum fratrem Noſtrum, Dominum Wenceslaum, Chriſtianiſſimum Regem Boëmiæ, in Romanorum Regem, promovendum In Imperatorem, votis concordibus, elegimus, nemine diſcrepante, qui etiam in electionem hujusmodi, prævia deliberatione, conſenſit, & eandem electionem ritè celebravimus, adhibitis ſolemnitatibus & ceremoniis, debitis & conſuetis. Quæ ad Veſtræ Sanctitatis notitiam, præſentinm tenore, deducimns, ſummopere ſupplicantes, quatenus perſonæ dicti Domini fratris noſtri, Wencelai, in Regem Romanorum concorditer ſic electi, Veſtræ Beatitudinis expendere dignemini ſolitam gratiam & favorem. Præſentium, ſub appenſo noſtro ſigillo, teſtimonio literarum. Datnm Frankenſurd, anno Domini 1376, *Indictione* 14, *die* 10 *Junii.*

Nos Wenceslaus, D. G. Sacri Romani Imperii Archi-Marſcallus, Saxoniæ & Lunemburgenſis Dux, notum facimus, &c. ut ſupra.

Reliqua Inſtrumenta publica, huc pertiuentia, ibidem legi merentur, à pag. 260 ad 271; interque ea Epiſtola *Caroli IV*, ad *Gregorium XI*, dat. Nurenberg. 1376, 2 Non. Martii, ubi, pag. 260, §. 2, Cæſar, enarrando argumenta, quorum intuitu *Wenceslaus* fuerit electus, ait: *Conſideratis, matura devotione ad Dominum, & Romanam Eccleſiam, quam Cæſar habet pro tempore defenſare, circumſpectionis induſtria, forma corporis, vires ſtrenui & laborioſi Principis veriſimiliter habitura, nec non fidelitate ad dictum Imperium, &c.* quibus ſimul patet, Eum non tanta laboraſſe deformitate, quanta vulgus credit. Ratio, cur Bohemiæ Rex prædictus Electorum literas non ſubſcripſerit, eſt, quia ipſe Cæſar, *Carolus IV*, tunc Regno præfuit, peculiares, hanc in rem, literas Pontifici mittens, quarum tenor, l. c., pag. 263, habetur; inde huc faciunt: *Pro ſalubri commodo totius Chriſtianitatis & Statu, in relevamen & adjutorium noſtrum, tanquam Boëmiæ Rex, S. R. Imperii Archi-Pincerna, & Princeps Elector, hodie, in Eccleſia Collegiata S. Bartholomæi, in Oppido Frankenfurt, ſuper alveo Mogani, Maguntinenſis Dioceſis, una cum omnibus & ſingulis, Eccleſiaſticis & Secularibns Principibus Co-Electoribus noſtris, ad quos Electio Romanorum Regis legitime ſpectare dignoſcitur, iidemque Principes Electores Imperii Nobiſcum pariter, diſponente Superno, Spiritusque Sancti gratia devotius invocata, Sereniſſimum Principem, Dominum Wenceslaum, Chriſtianiſſimum Regem Boëmiæ, Primogenitum Noſtrum Cariſſimum, in Romanorum Regem, promovendum in Imperatorem, votis concordibns, elegimus, nemine diſcrepante, &c.* Conf. de hac Electione Bulla *Caroli IV*, de *Jure & Succeſſione Electorum Saxoniæ*, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Conſtit. Imp.*, pag. 373, §. 2, ubi: *Diligentius penſato, qualiter idem Wenceslaus modernus, tanquam Dux Saxoniæ, Sacri Imperii Archi-Mareſchallus, & Princeps Elector, cum aliis Principibus & Co-Electoribus ſuis, & ipſi cum eo, Sereniſſimum Principem, Dn. Weneeslaum, Regem Bohemiæ, Primogenitum noſtrum chariſſimum, in Romanornm Regem, unanimiter & concorditer, in Eccleſia Collegiata S. Bartholomæi, Francenford, Moguntinenſis Diœceſeos, nullo penitus reclamante, Spiritus S. gratia invocata, hodie elegerunt, &c.* Eſt autem data Bulla an. 1376, Indict. XIV, quarto Id. Junii, Francofurti. Add. *Albertus Argentinenſis*, an. 1376, pag. 166; aliique, præced. Tit. 2, §. 12, lit. g, pag. 230, adducti teſtes. Errant ergo *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 306; *Mutius*, lib. 25 *Chron.*, pag. 255, & lib. 26, pag. 258; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 46, pag. 1021, & qui eos ſequuntur, electionem hanc jam anno 1370 celebratam, exiſtimantes.

An. 1378, *Patre præſente, Aquisgrani, ab Archi-Epiſcopo Colonienſi* (Friderico, Comite Sarwerdano) *coronatus eſt, &c.* Ita *Erdwinus Erdmannus*, in *Chronico Epiſcoporum Oſnabrugenſium*, ad h. a., apud *Meibominm*, T. 2 *Rer. German.*, p. 237. Conjugem Ejus, *Johannam*, unà fuiſſe inauguratam, docet *Æneas Sylvius*, cap. 34 *Hiſt. Bohem.*, pag. 140; Conf. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 326, ubi ſimul lis, circa jus præferendi Enſis Regii, inter Electorem Saxoniæ, & Ducem Lucemburgicum, oborta; *Gobelinns Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 70, pag. 286; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, ad h. a., §. 23, pag. 604.

An. 1380 *Cuno*, (Trevirenſis) *cum Electoribus Collegis, Aquisgranum prodiit, ubi Wenceslans Cæſar, Pilleo Cardinali Raveunate in medium conſulente, Urbani* (VI) *partes, explosſo Clemente*, (VII) *ſtudioſius, cum Germaniæ Proceribus, amplexus eſt, &c.* Hæc *Browerus*, lib. 18 *Annal. Trevir.*, h. a., § 59, pag. 250. Conf. de hoc notabili ſchiſmate, an 1378, ab obitu *Gregorii XI*, exorto, Germania, Italia, Bohemia, Ungaria, Anglia, Polonia, Dania, Suecia, Norwegia, Boruſſia, Friſia, &c. *Urbano*, *Romæ* ſedenti, Gallia contra & Hiſpania *Clementi*, qui *Avenionem* ſeceſſerat, faventibus, *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 320, &c., ad ann. 1378; *Mutius*, lib. 26 *Chron.*, pag. 258, &c.; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 46, ad an. 1378, p. 1022, & Generat. 47, l. c., &c.; *Platina*, in Vita *Urbani VI*, p 258, &c.; *Gobelinus Perſona*, l. c., pag. 287, & cap. 72, & ſeqq. p. 291, &c.; *Pallatius*, Tom. 3 *Geſtor. Romanor. Pontificum*, in Vita *Urbani VI*, pag. 364, &c.; *Browerus*, l. c., ad an. 1378, §. 50, pag. 247; *Spondanus*, l. c., an. eod., p. 600, &c.

An. 1383, lepra extincto, 8 Dec., *Wenceslao*, Lützenburgi, Limburgi ac Brabantiæ Duce, *Wenceslaus* Imperator, ejus è fratre, *Carolo IV*, nepos, in Ducatu Luzenburgico ſuccedit. Vid. *Browerus*, l. c., ad h. a., §. 65, & 66, p. 251.

An. 1389 Comitia celebrat *Francofurti ad Moenum*, in quibus *Pax Publica* promulgatur. Formulam ſuppeditat

Digitized by Google

peditat *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 63, pag. 829, &c.

An. 1393, die *Stanislai*, in Cœnobio *Beraunenſi*, quo, in Monachorum vitam inquiſiturus, ſeceſſit, capitur, & in cuſtodiam ducitur *Pragam*, ubi per 15 hebdomadas, in carcere, *Schpincka* dicto, delituit, inde tandem à balneatoris ancilla, *Suſanna*, liberatus. Vid. *Dubravius*, lib. 23 *Hiſt. Bohem.*, p. 190, & 191; unde ſua hauſit *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 61, p. 826, & 827; &, poſt eum, *Petrus Lambecius*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Vindobon.*, cap. 8, pag. 752, &c. *Æneas Sylvius* vero, cap. 34, pag. 140, Eum, per 17 hebdomadas, in cuſtodia habitum, opera *Johannis*, Luſatiæ Principis, & *Procopii*, Moraviæ Marchionis, libertati fuiſſe redditum, docet. Idem ait *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 47, pag. 1032, & *Bonfinius*, Decad. 3, lib. 2 *Rerum Ungaricarum*, pag. 276; *Gobelinus Perſona* contra, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 70, pag. 287, & *Magni Chronici Belgici* compilator, pag. 326, Moraviæ Marchionem ipſum in Eum inſurrexiſſe, eumque cepiſſe, arbitrantur.

An. 1394, auctore fratre, *Sigismundo*, altera vice, carceris ſqualorem ſubit, primo *Praga*, deinde *Viennæ*; ope piſcatoris tandem in libertatem vindicatus. Vid. *Æneas Sylvius*, l.c.; *Dubravius*, l.c., p. 191; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 326; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, ad an. 1393, p. 210; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, c. 19, in Ejus vita, p. 434; *Lehmannus*, l. c.; *Bonfinius*, l. c.

An. 1395, ſub dato *Pragæ*, 11 Maji, ereat *Johannem Galeacium primum Ducem Mediolani*. Extant Inveſtiturarum literæ ap. Ill. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, p. 257, &c. Inde huc pertinent: *Animo deliberato, ſano Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, Procerum, & aliorum noſtrorum & Sacri Imperii fidelium accedente conſilio, Te, Princeps dilecte, non ad tuæ petitionis inſtantiam, ſed de benignitate Regia, motuque proprio, ac tuæ originis Nobilitate poſcente - - - - hodie, in nomine Domini, & Salvatoris noſtri, à Quo omnis Principatus & honor provenire cognoſcitur, illuſtravimus, & illuſtramus, & in Ducem Civitatis & Diæceſis Mediolani ſublimavimus, ereximus, decoravimus; & ſublimamus, erigimus & decoramus, de Romanæ Regiæ plenitudine poteſtatis; decernentes expreſſe, quod Tu, heredes & ſucceſſores Tui, Duces Mediolani, perpetuis in antea temporibus, omni dignitate, Nobilitate, jure, poteſtate, libertate, conſuetudine & honore gaudere debeatis & frui continuo, quibus alii ſacri Imperii Principes, & nominatim Duces Illuſtres fruiti ſunt hactenus, & quotidie potiuntur, &c.* Conf. *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 47, an. eod., pag. 1028, addens, *Galeacium* dignitatem hanc obtinuiſſe, mediantibus centum florenorum millibus; quæ *Münſterus*, l.c., pag. 435, Germanicè reddit; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, an. eod., §. 12, p. 661, loquitur de centum quinquaginta florenorum millibus; Errat Auctor *Chronici Magdeburgenſis*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rerum German.*, pag. 351, in vita *Alberti*, 34 Archi-Epiſcopi, creationem hanc in annum 1394 referens; nec majori jure *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, pag. 210, eam rejicit in annum 1398; de facto teſtantur *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 230, pag. 141; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 327; *Platina*, in vita *Bonifacii IX*, P. R., p. m. 246; *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Rom. Princ.*, apud *Sylburgium*, T. 2 *Rer. Rom.*, pag. 601; *Dubravius*, l. c., p. 190; *Cuſpinianus*, in Ejus vita; *Lehmannus*, l. c., cap. 40, pag. 785; Alii. Adeò autem Electores ægrè id tulerunt, ut inter reliquas abdicationis cauſas & hanc ponerent: *Ipſo nihilominus Imperium membris aliquot pernicioſe mutilante, & mutilum reddi permittente. In quorum numero ſunt Mediolanum, & Provincia Longobardiæ, quæ juris S. R. Imperii fuerant, redeuntibus inde ad Imperium ampliſſimis emolumentis, in qua ditione Mediolanenſis, veluti Miniſter, Sacri Imperii partibus fungebatur; Eum Is, contra quàm Ejus ſublimitatem & dignitatem decebat, accepta pecunia, Mediolani Ducem, & Comitem Papienſem creavit &c.* Vid. *Albertus Argentinenſis*, in Appendice vitæ *Bertholdi à Buchecke*, Epiſcopi Argentinenſis, apud *Urſtiſium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 181; & *Goldaſtus*, Tom. 1 *Conſtit. Imper.*, pag. 379; qui ipſam Exauctorationis formulam ſiſtunt; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, cap. 23, §. 27. p. 333.

An. 1400, Indictione VIII, feria ſexta, die 20 Auguſti, ſub Caſtro *Lonſtein* ad Rhenum, Trevirenſis Diœceſis, è publico ſolio, in tribunalis uſum erecto, à *Johanne*, Archi-Epiſcopo *Moguntino*, conſentientibus Trevirenſi, Colonienſi & Palatino Electoribus, exauctoratur, quod

(1) Schiſmati, inter *Clementem VI*, & *Urbanum VII*, in Eccleſia Romana orto, *tanquam Advocatus Eccleſiæ*, nihil remedii adhibuerit;

(2) Imperium mutilaverit, creando Ducem *Mediolanenſem*;

(3) Complures Urbes Terrasque, tam Germaniæ, quam Italiæ, ab Imperio avulſerit;

(4) Membranas perplures nudas, raſasque, Majeſtatis ſigillo munitas, quibus poſſeſſores quæcunque, pro lubitu, inſcribere poterant, pecuniæ oppoſuerit;

(5) Controverſias & bella, quibus Germania miſerè vexata, nullatenus curaverit;

(6) Prædationibus, latrociniis, incendiis, aliisque malis, pacem publicam in Imperio evertentibus, obviam non iverit;

(7) Vel propria manu, vel aliorum, quos ſecum habuit, contra Juris normam, varias perſonas innocentes neci dederit, aquis ſubmerſerit, flammis injecerit, aliove ultimi ſuplicii genere è medio ſuſtulerit;

(8) Sæpius iterumque monitus pravos mores non correxerit, &c. Quibus articulis in argumentum ductis, inquit Moguntinus: *Nos itaque Joannes, Archi-Epiſcopus, nomine prædictorum Dominorum S. R. J. Co-Electorum, noſtroque, tum commemoratis, tum pluribus aliis inſignibus defectibus, cauſiſque moti, hac noſtra ſententia, quam præſenti ſcripto damus atque ferimus, prædictum Dominum Wenceslaum, ceu inutilem, negligentem, diſſipatorem, & indignum S. R. Imperii defenſorem, eodem Romano Imperio, omnique Ejus gradu, dignitate ac ditione, ad idem pertinente, privamus, & ſubmovemus; cunctis Principibus, Optimatibus, Equitibus, Ingenuis, Urbibus, Provinciis, & ſubditis S. R. Imperii denunciantes, eos ab omni Homagio & juramento, perſonæ Wenceslai, nomine Imperii, præſtito, prorſus eſſe liberos: requirentes atque monentes eos, ſub jurisjurandi fide, qua ſacro Imperio adſtricti tenentur, ne prædicto Domino Wenceslao, tanquam Romanorum Regi, deinceps obediant, & obſequantur; neque Illi jus ullum, obſequium, cenſum, reditum, aut ullam etiam obventionem, quocunque nomine tandem appellanda veniat, ceu Romanorum Regi, pendant, exhibeant, aut exhiberi permittant, ſed ejusmodi debita utili & idoneo Romanorum Regi, Divino favente Numine, ſufficiendo, aſſervent, &c.* Integræ Depoſitionis Tabulæ habentur, ut dictum, apud *Albertum Argentinenſem*, l. c., & *Goldaſtum*, l. c., nec non *Bzovium*, Annal., an. 1400, *Arniſæum*, *de Jur. Majeſt.*, lib. 1, cap. 5, §. 5, *Hotomannum*, cap. 41 *Diſp. Feudal.*, & Dn. *Crügerum*, de *Juribus Novemvirorum*, in calce operis, p. m. 417, &c. Factum comprobant *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 230 ad 234, pag. 141 ad 143; *Emundus Dynterus*, coævus, Burgundiæ Ducibus, *Antonio I, Johanni IV, Philippis 1 & 2*, à Secretis, in *Magno Chronico Belgico*, perperam licet ad an. 1399, pag. 328; *Florentinus*, ibid., pag. 330; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 70, pag. 287; *Æneas Sylvius*, cap. 34 *Hiſt. Bohem.*, pag. 140; *Andreas*, *Presbyter Ratisbon.*, in *Chron. Bavarico*, h. a., apud *Schilterum*, *de Script. Germ.*, pag. 40; *Platina*, in vita *Bonifacii IX*, P. R., pag. 247; *Hermannus* de *Leerbecke*, in *Chron. Schawenb.*, an. 1400, ap. *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 520; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 47, ad an. 1400, pag. 1032; *Mutius*, lib. 26, an. eod., pag. 265; *Trithemius*, *Chron. Sponheim.*, an. eod.; *Cranzius*, lib. 10 *Vandaliæ*, cap. 1; *Cuſpinianus*, in Ejus vita; *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.*, an. 1400, cap. 303, pag. 351; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, an. eod., p. 284; *Bonfinius*, Decade 3, lib. 2 *Rerum Ungaricarum*, pag. 276; *Onuphrius Panvinius*, *de Comitiis*, cap. 12, p. m. 152, & 153; *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boic.*, cap. 23, §. 3, p. m. 771; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, p. 435; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 72, pag. 850, & 851; *Browerus*, lib. 18 *Annal. Trev.*, an. eod., §. 100, pag. 259; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, an. eod., §. 3, pag. 675, & 676; *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 11, §. 27, & 28, pag. 142, & 143; *Pallatius*, T. 3, de *Geſtis Pontificum Romanorum*, in vita *Bonifacii IX*, pag. 384. Quantum ponderis autem exauctorationi huic tribuendum ſit, (1) ex *Emundo Dyntero*, l. c., judicandum eſt, cujus verba ſunt: *Deſtitutus fuit à Bonifacio Papa IX Wenzelaus, data Electoribus Imperii poteſtate alium, in Regem Romanorum, eligendi, poſtea in Imperatorem promovendum: Qui elegerunt Illuſtrem Dn. Rupertum, Ducem Bavariæ, in Regem, Anno Domini 1399, qui, ab eodem Papa, Bonifacio, fuit confirmatus, & poſtea Aquisgrani, cum maxima difficultate, propter potentiam Principum, qui Wenzelao adhæſerunt, coronatus. Wenzelaus enim ſemper magnam partem Principum & Civitatum Alemaniæ habuit pro ſe, qui pro Rege Romanorum coluerunt, &c.* Ex quibus conſtat, abdicationem hanc neutiquam ex ſententia totius Imperii proceſſiſſe; quod *Florentinus* quoque, in eodem Chronico, pag. 330, nec non *Johannes Niderus*, lib. 4 *Formicarii*, cap. 3, ibid., pag. 342; *Mutius*, lib. 26, pag. 266; *Cranzius*, l. c.; *Gobelinus*, l. c., pag. 288; *Browerus*, l. c., ad an. 1401, §. 102, pag. 260; *Spondanus*, l. c., §. 4, pag. 676; *Lehmannus*, l. c., cap. 74, pag. 852; *Bœclerus*, *Notit. Imper.* lib. 4, cap. 1, §. 5, pag. 91, & 92; *Limnæus*, Tom. V *Jur. Publ.*, Add. ad lib. 2, cap. 11, §. 33, pag. 63; Illuſtriſſ. Comes *Johannes Guilielmus de Wurmbrand*, in diſſert. de *Foro Principum S. R. Imperii*, cap. 1, §. 5, pag. 11, aliique multi corroborant. (2) Ne quidem totum Electorale Collegium in eam conſenſiſſe, argumento eſt Epiſtola ipſorum trium Electorum Clericorum, *Johannis* Moguntini, *Friderici* Colonienſis, & *Werneri* Trevirenſis, ad Senatum *Spirenſem*, ſub dato: *In Campis prope Renſee, ſabbatho proximo poſt Feſtum Aſſumptionis B. Mariæ, Virginis glorioſæ, Anno Domini* 1400, qua electionem *Ruperti* Palatini ei notam faciunt, apud *Lehmannum*, l. c., pag. 851; ibi: *Als wir euch fürgeſchrieben haben, daſſ wir den Hochgebohrnen Fürſten, Herrn Wentzelaw, Kœnig zu Bœhem, umb kundliche tægliche Gebreſten und Miſſethat, damit Er ſich des H. R. Reichs unwirdig gemacht hat, von demſelben Ræmiſchen Reich abgethan, und abgeſetzt han; als ſind wir heut bey einander geweſen, - - - und haben einmütiglich gekohren den Allerdurchlauchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Ruprecht, zu den Zeiten Pfaltzgrave bey Rhein, und Hertzog in Beyern, nun Ræmiſchen Kœnig, und, von den Gnaden Gottes, ein zukunfftiger Kayſer, &c.* Conf. *Jacobus de Kœnigshoven*, l. c., §. 233, pag. 143: *Alſo komment, uf den vorgenanten Tag, gon Raynſtein, 3 Ertzbiſchove, und Hertzog Ruprecht von Beyern - - - Aber der Künig*, (Wenceslaus) *und der Hertzog von Sahſſen, und der Marggrave von Brandenburg, das ouch Kurfürſten ſint, die koment nüt dar, wie doch ſü dar beruffen worent. Und do ſü des Küniges,*

wol

Digitized by Google

wol uff 10 *Tagen, gewartent, und Er nüt kam, noch nieman von ſinen wegen, do entſetzetent die drye Ertzbyſchofe, und der Pfaltzgrobe, mit Urteil, den vorgenanten Künig Wentzeslaus, von ſiner vorgeſchriebenen untete wegen, von dem Rich, und Würdigkeit, &c.* (3) In Concilio *Piſano*, an. 1409, *Wenzeslai* Oratores, non aliter ac Romanorum Regis Legati, ſuſcepti leguntur, apud *Emundum Dynterum*, l. c., pag. 328. (4) Frater Ejus, *Sigismundus*, Hungariæ Rex, conqueſtus eſt, in literis ad Cardinales *Boniſacii*, P. R., quod germanus, non vocatus, nec convictus, ſineque cauſæ cognitione, fuerit Imperio privatus, &c. Vid. *Emundus*, l. c. Hinc argumenta: Eum validè non exauctoratum. Quibus ſane periculis Imperator non foret expoſitus, ſi à tribus, vel quatuor Electoribus, quorum unus inſuper in Ejus locum ſurgit, turbato judiciali ordine, ſolio dejici poſſet? Adſunt autem indicia deſertionis, cujus Ipſe *Wenceslaus* accuſandus; exemplo (1) abſolutæ Reipublicæ Norimbergenſis ab homagii vinculo, mediantibus aliquot plauſtris vini Bacheracenſis, teſte *Cranzio*, lib. 10 *Vandaliæ*, cap. 1; (2) Colloquii cum *Jodoco*, Moraviæ Marchione, Patrueli ſuo, à Moguntino & Colonienſi ad Imperium vocato; nam *Is, cum Wenceslaum, Patruum* (Patruelem) *ſuum, viſitaret, vocatus in penitiores ædes, ita compellatus eſt: Etſi ſatis ſciam, non eſſe dignitatis meæ, quod Electores Imperii me Regno abdicarunt; ſolatio tamen mihi eſt, quod ex Familia noſtra hoc decus non excidit: Ego te libens volensque ſucceſſorem mihi datum accipio. Territo ex hoc Jodoco, cum ignarus rerum eſſet; Pone metum, inquit, Nepos; nam neque Imperium invitus depono, neque, ſi retinere cuperem, jura ſanguinis violarem: ſuſcipe Imperium, meque, & meis utere, ut libet.* Hæc *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 47, pag. 1032; aſſentientibus *Mutio*, lib. 26, p. 265; *Cranzio*, lib. 9 *Vandal.*, cap. 31; *Cuſpiniano*, l. c.; *Spondano*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, ad an. 1400, §. 4, p. 676; (3) Conſenſus in *Sigismundi* fratris electionem, de quo *Emundus*, l. c., pag. 328, ait: *Quod prædictus Sigismundus, Rex Ungariæ, frater Ejus, poſt diſceſſum Ruperti, contra Wenzelaum, in Regem Romanorum fuit electus, hoc contigit, (ut in Karleſteyn Ipſemet nobis retulit) de ſuo conſenſu, & cum proteſtatione, ut prædictus Rex Ungariæ, frater ſuus, Imperator fieret, & Ipſe Romanorum Rex maneret, &c.* Sic & *Theodoricus de Niem*, in vita *Johannis XXIII*, P. R., apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. Germ.*, pag. 20: *In primo anno Pontificatus dicti Balthaſaris* (nomen Johannis, ante electionem) *moriebatur Jodocus, Marchio Moraviæ, fratruelis Domini Sigismundi, moderni Regis Romanorum, in Romanorum Regem, paulo elapſo tempore, prius electus, &, ejus loco, conſentiente Domino Wenceslao, Rege Bohemiæ, & fratre dicti Sigismundi, per Dominos Principes Electores Imperii, in Francofordia, dictus Dn. Sigismundus, tunc & nunc etiam Rex Hungariæ, in Regem Romanorum fuit electus, &c.* Conf. *Chifletius*, in *Alſatia, Regi Catholico vindicata*, c. 4, p. 26; *Limnæus*, l. c., pag. 64; (4) derelictionis, qua negotia Imperii habuit. Vid. *Schilterus*, lib. 6 de *Libert. Eccleſiar. German.*, cap. 4, §. 9, pag. 774. Quæſtio hic moveri ſolet: *Num Privilegia, à Wenceslao conceſſa, valeant?* de qua evolvas *Limnæum*, Tom. IV *Jur. Publ.*, in Addit. ad lib. 2, cap. 11, §. 33, pag. 265, & 266, & Tom V, in Addit. ad eundem locum, p. 63, & 64, & *Bœclerum*, l. c. Hactenus eorum abrogatio nondum doceri potuit; conſequenter nec dubium eſt, quin vigorem habeant, donec probetur, jure & legitimè Eum deſtitutum; ex quo vero Imperium deſeruit, parum forte præſidii inde petitur.

An. eod. Anti-Cæſarem nanciſcitur; ſed quem? Electores Moguntinus, Trevirenſis & Colonienſis, dejicientes *Wenceslaum*, in literis, ad Senatum Spirenſem, ut modo dictum, miſſis, apud *Lehmannum*, l. c., nominant *RUPERTUM* Palatinum, à ſe ei ſuffectum, *Sabbato proximo poſt feſtum Aſſumptionis B. Virginis*; idem docet *Jacobus de Kœnigshoven*, l. c: *Donoch an dem nechſten Tage* (poſt deſtitutionem Wenceslai) *erwelten die vorgenanten drye Ertzebyſchofe, und anders nieman, den obgenanten Hertzogen Ruprecht von Beyern, an das Rich, &c.*; nec aliter *Emundus Dynterus*, coævus, in *Magno Chronico Belgico*, pag. 328: *Propter mala merita, & alia maleficia, Regno Romanorum privatus, & ab eodem deſtitutus fuit, à Bonifacio Papa IX. Wenzelaus, data Electoribus Imperii poteſtate alium in Regem Romanorum eligendi, poſtea in Imperatorem promovendum. Qui elegerunt Illuſtrem Dominum Rupertum, Ducem Bavariæ, in Regem, &c.* In eandem ſententiam ſcribit *Florentinus*, ibidem, pag. 330: *Wenzelaus, propter ſegnitiem atque laſciviam, ab Electoribus, eſt ab Imperio depoſitus, unde quidam, hoc anno* (1400) *vacaſſe Imperium, ſcribunt. licet Robertus ſtatim fuerit ad Imperium electus, ſed non pariter ab omnibus, nec ubique receptus, &c.* Conf. *Johannes Niderus*, lib. 4 *Formicarii*, cap. 3, ibid., pag. 342; *Benevenutus de Rambaldis*, in *Libro Auguſtali*, ap. *Freherum*, T. 2, p. 14; *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, apud *Sylburgium*, T. 2 *Hiſt. Roman.*, p. 601; *Aventinus*, lib VII Annal., c. 23, §. 3, p. m. 771; *Platina*, in Vita *Bonifacii IX*, p. m. 247; *Cranzius*, lib. 10 *Vandaliæ*, Cap. I; *Chronicon Magdeburgenſe Meibomii*, T. 2 *Rer. German.*, p. 348; *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, ad an. 1399, p. m. 211; *Browerus*, lib. 18 *Annal. Trevir.*, ad an. 1400, §. 100, pag. 259; Freherus, ad Petrum de Andlo, lib. 2, c. 2; Alii. In contrarium, ſunt, qui JODOCUM, Moraviæ Marchionem, hoc titulo produ-

 cunt;

cunt; ita *Nauclerus*, Generat. 47, pag. 1032: *Refertur, quod - - - - - Jodocus, Marchio Moraviæ, depoſito Wenceslao, à Moguntino & Colonienſi Archi-Epiſcopis, Rex Romanorum fuerit electus. Sed is brevi tempore mortuus, in Bruna, Urbe Moraviæ, ſub Regali ſceptro, ſepelitur, &c.*; *Mutius*, lib. 26, p. 265, ad an. 1400: *Conveniunt, juxta Majorum decreta, Principes Electores Francofordiæ, cauſa eligendi alium Imperatorem:* (depoſito Wenceslao) *ſed non concordarunt, alii enim Rupertum, C. P. R., Epiſcopus Moguntinenſis & Colonienſis Jodocum, Moraviæ Marchionem, elegerunt*; add. *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, p. 435; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad h. a., §. 3, p. 676; *Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib 4, c. 3, p. 411; *Pallatius*, de *Geſtis Romanorum Pontificum*, Tom. 3, in vita *Bonifacii IX*, p. 384; Alii. *Henricus Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, p. m. 440, rectius FRIDERICUM, *Magni Torquati*, Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis, filium, hoc nomine profert, verbis: *Wie nun zu dieſer Zeit der Sieghaffi Keyſer Wenzela des Reichs-Geſcheffien nicht wolt verwalten, und die Churfürſten ghen Franckfurdt zuſammen kommen, damit ſie einen neuwen Keyſer erwehleten, warde dieſer Friderich, durch ſeine groſſe Tugendt, ſo Er an Leyb und Gemüt gehabt, ein Ræmiſchen Kænig erklaret, zu End des Meyen, da man zalt 1400 Jar. Denn man achtet dieſen allein für würdig, welcher das abgehende Reich wieder auffbringen, und alle Leeman hin und wider ſtillen mæchte; deßhalben auch meneklich, ſo damalen zugegen, Friderichen, und der gantzen Teutſchen Nation viel Glück und Heil gewünſchet, &c.* Ejusdem ſententiæ ſunt *Onuphrius Panvinius, in Faſtis*; *Münſterus*, lib 3 *Coſmograph.*, cap. 19, in vita *Ruperti*, p. m. 435; *Spangenbergius, Chron. Mansfeld.*, cap. 103, p. 351, diem Electionis vocans *diem Urbani*; ſicut & *Büntingius, Chron. Brunſuic.*, pag. 265; *Serrarius*, lib. 5 *Rer. Mogunt.*; *Lambecius*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 8, p. 710; in primis *Meibomius*, Diſſ. de *Friderici, Ducis Brunſ. & Lyneb., in Imperatorem Electione, & miſera cæde*, Tom. 3 *Rer. German.*, p. 420, &c., qui rem accuratè expendit, aſſerendo, *Fridericum* omnino fuiſſe electum, ſed in Comitiis *Francofurtenſibus*, an. 1400, menſe Majo, celebratis, ſententia in *Wenceslaum* nondum promulgata; errante hinc *Cranzio*, lib. 11 *Metropol.*, c. 2, p. 294, & lib. 10 *Saxon.*, c. 19; aliisque, qui, *Fridericum* ad ſalutationem *Ruperti*, C. P. R., electi jam Regis, acceſſiſſe, arbitrantur, non longè à *Frizlaria* vero confoſſum; quorſum collimant illa *Chronici Sclavici Lindenbrogiani*, l. c.: *Anno Domini* 1400 *Fredericus, Dux Brunſwicenſis, Princeps Pacis, verbo verax, & hominibus affabilis, interfectus eſt, in Vigilia Pentecoſtes, prope Friſlariam, dum eſſet in via ad viſitandum novum Regem Romanorum, gladio Frederici de Hertigeshuſen, Milites, &c.*; nec non *Spondanus*, l. c.: *Poſt depoſitionem promulgatam, tractantes Electores de ſubſtitutione digni alicujus Principis, in locum Wenceslai, convenere in Fridericum, Ducem Brunſuicenſem, egregium Principem, ac rei militaris peritiſſimum, Imperatorem ejus nominis Quartum, &c.*; cum potius antecedentia doceant, exauctorationis formulam demum 20 Aug. *Lohnſteinii* promulgatam, ſabbatoque, proxime *Aſſumptionis B. Mariæ* feſtum ſecuto, *Rupertum*, C. P. R., in ejus locum aſcendiſſe, *Friderico* noſtro tunc non amplius in vivis exiſtente, utpote inſidiis *Johannis Moguntini* Præſulis, *Henrici* Comitis Waldeccii, *Friderici Hartingshauſii*, Regicidæ, & *Cunomanni de Falckenberg*, haud procul *Fritzlaria*, cum domum reverteretur, ad coronationem ſe paraturus, in *Vigilia Pentecoſtes*, i. e. quinto Junii, miſerè jam trucidato. De qua cæde *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, c. 70, p. 288; *Theodoricus Engelhuſius*, in Chronico, p. 288, & 289; Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, c. 143, p. m. 951; *Spangenberg*, l. c.; *Münſterus*, l. c.; *Pantaleon*, l. c.; *Cranzius*, l. c.; *Spondanus*, l. c.; *Browerus*, l. c., ad an. 1400, §. 101, p. 260, dignitatem Imperatoris licet ei denegans; *Henningeſius*, part. 2 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 122; *Meibomius*, l. c., pag. 422, & in Notis ad *Hermanni Lerbeckii Chronicon Schawenburgicum*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 547; aliique evolvendi; *Limnæus*, lib. 4 *Jur. Publ.*, cap. 8, §. 116, p. 187, minus accuratè, eam *Nonis Julii* contigiſſe, putat. Univerſa ferè Germania Moguntino deſuper mala eſt precata; utut Waldeccius & complices, ſequenti juratoria confeſſione, innocentem Eum declaraverint.

Wir Henrich, Grave zu Waldeck, Cunzmann von Falckenberg, Friderich von Hertingshauſen, Ritter, bekennen, und thun kundt offentlich, mit dieſem Brief, allen, die ihn ſehen, oder hæren leſen: Als die Hochgebohrnen Fürſten und Herren, Herr Rudolph, Hertzog zu Sachſen, und ſeeliger Gedächtniß, Herr Friderich, Hertzog zu Braunſchweig, mit andern Herren, Graffen, Rittern, Knechten, ihren Dienern, und Mit-Reutern, niedergeworffen, und niedergelegen ſeyn, daran der Ehrwürdig in GOtt Vater, und Herr, Herr Johann, Ertz-Biſchoff zu Maintz, unſer lieber Gnædiger Herr, verdacht iſt, daß Er von der Geſchicht und Niederlage gewüſſt ſolle haben, das ſprechen wir bey den Eyden, die wir alle unſern Herren gethan haben, daß derſelbe unſer lieber Gnædiger Herr, Herr Johan, Ertz-Biſchoff zu Maintz, der Geſchicht und Niderlag, Rathes, Thates, Wiſſenſchaffe und Zuthuns, gantzlich unſchuldig iſt, und were es Sach, daß etwas der Geſchicht und Niederlage furter zu entſchuldigen, das wollen wir thun, nach Wiſſung Furſten, Graffen, Herren, Rittern und Knechten, in all der Maß, als wir von ihnen geweiſet, und unterrichtet. Zu Ubrkundt, ſo hat unſer jeglicher ſein eigen Inſiegel an dieſen Brieff gehangen. Datum

Digitized by Google

tum Fritzlariæ, Dominica proxima poſt feſtum Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo.

Latinè hæc extant apud *Serrarium*, lib. 5 *Rer. Mogunt.*, p. 869, & *Meibomium*, l. c., p. 423. Ipſe quoque Moguntinus, teſte *Serrario*, l. c., ſolenni juramento ſe purgavit, quem inſuper *Rupertus*, Imp., in executionis ſententia, an. 1403, Sabbato poſt *Purificationis Mariæ* feſtum, *Norimbergæ*, in *Hartingshauſium* & *Falckenbergium* lata, apud *Meibomium*, l. c., pag. 426, ſilentio præterit, quod *Serrarius* innocentiæ ſignum interpretatur. Quis autem ex his argumentis ſolis Epiſcopi cauſam peroret?

v. (5.) Obiit tandem an. 1418, ex Apoplexia, Pragæ; teſtibus *Dubravio*, lib. 23 *Hiſt. Bohem.*, pag. 197, in margine; *Nauclero*, Vol. 2, Generat. 48, pag. 1049; *Browero*, lib. 19 *Annal. Trevir.*, h. a., §. 2, pag. 267; *Henningeſio*, part. 1 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 160; *Sigismundo von Bircken*, *im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 4, cap. 12, pag. 498; *Matthiæ*, *Theatr. Hiſtor.*, p. 994; Aliis. *Andreas*, *Presbyter Ratisbonenſis* vero, in *Chronico Bavarico*, ap. *Schilterum*, de *Scriptoribus Rerum German.*, p. 42; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, p. 435; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spirenſ.*, cap. 59, p. 826; *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baron.*, ad an. 1419, §. 6, p. 771; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.*, an. eod., p. m. 388; *Morery*, voc: *Venceslas*, p. m. 527, ponunt annum 1419, & quidem tres poſteriores diem 16 Auguſti. *Engelhuſius*, l. c., pag. 299, ſcribit, Eum obiiſſe, anno, quo Dux Burgundiæ Pariſiis occiſus; quod an. 1419 factum, *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, p. 212, tradit.

(36) RUPERTUS.

v. (1.) Natus eſt hic Imperator, cognomento *Clemens*, it. *Juſtinianus*, Patre *Ruperto Tenace*, Electore Palatino, & Matre *Beatrice*, *Petri*, Siculorum Regis, filia; Vid. *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 208; *Rittershuſius*, *Tab. Geneal. Palat.*; Dn. *ImHoff*, *Tab. Geneal. domus Palatinæ* IV; Dn. *Tolnerus*, in *Hiſtoria Palatina Tabula Genealogica I*, qui ſimul annum nativitatis 1352 detegit. *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in ejus vita, pag. 445, vocat *Beatricis* Patrem *Fridericum*; quem ſequitur *Matthiæ*, in *Theatro Hiſtorico*, in Ejus vita, p. 996; *Bucelinus*, part. 3 *Notit. Geneal. German.*, p. m. 43, eam conſtituit Reginam Arragoniæ; à Dn. *Hubnero*, Tab. Geneal. 138, audit filia *Stephani*, C. P. R. Schirenſis, viduaque *Henrici*, Goritiæ Comitis.

v. (2.) Duas habuit Conjuges, quarum prioris incompertum nomen; altera fuit *Eliſabetha*, *Friderici IV*, Burggravii Norimbergenſis filia, an. 1411, 26 Junii defuncta. Vid. *Henningeſius*, l. c.; *Pantaleon*, l. c., p. 446; *Bucelinus*, l. c.; reliqui.

v. (3.) Liberorum hæc traditur ſeries:

(1) *Rupertus*, cognom. *Pipan*, C. P. R., ex priori matrimonio proveniens, maritus *Eliſabethæ*, *Johannis*, ultimi Comitis *Spanheimenſis*, filiæ; defunctus ante Patrem, an. 1395. Vid. *Andreas Presbyter Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico*, ap. Dn. *Schilterum*, de *Script. German.* ad an. 1410, p. 40; *Mutius*, in fine lib. 26, p. 270; *Henningeſius*, l. c.; *Matthiæ*, l. c.; *Bucelinus*, l. c.; *Rittershuſius*, l. c.; Dn. *ImHoff*, l. c.; Dn. *Hübner*, l. c.

(2) *Fridericus*, ex altera Conjuge; ob. ἄπ. etiam ante Patrem; *Mutius*, l. c.; *Andreas Ratisbonenſis*, l. c.; *Henningeſius*, l. c.; *Pantaleon*, l. c.; reliqui.

(3) *Ludovicus Cæcus*, vel *Barbatus*, C. P. R. Elector, extinctus an. 1437, 4 Kal. Januar., de cujus fatis, & relicta poſteritate evolvendi *Mutius*, l. c.; *Andreas Ratisbonenſis*, l. c., & p. 59; *Henningeſius*, l. c., pag. 210; *Pantaleon*, l. c.; *Rittershuſius*, l. c.; *Bucelinus*, l. c.; Dn. *ImHoff*, l. c., Tab. 5; Dn. *Hübnerus*, l. c. Hunc fuiſſe primogenitum, à Parentis obitu, probari poteſt Inſtrumento diviſionis, an. 1410, per ſeptem arbitros, ab ipſo Imperatore denominatos, inter *Ludovicum* noſtrum, Ejusque fratres, *Johannem*, *Stephanum* & *Ottonem*, factæ; Vid. *Primitiæ Actorum Compromiſſi Francofurtenſis*, *in Cauſa Sereniſſimæ Dominæ Duciſſæ Aurelianenſis*, *contra Sereniſſimum Dominum Electorem Palatinum*, impreſſ. an. 1701, p. m. 71, &c.

(4) *Johannes*, C. P. R. in Neuburg & Sulzbach, has res an. 1443 relinquens; de quo Vid. *Mutius*, l. c.; *Andreas Ratisbonenſis*, l. c., pag. 40; *Henningeſius*, l. c., p. 209; *Pantaleon*, l. c.; *Rittershuſius*, l. c.; *Bucelinus*, l. c.; *Matthiæ*, l. c.; Dn. *ImHoff*, l. c., Tab. 4; Dn. *Hübnerus*, l. c., Tab. 138.

(5) *Stephanus*, C. P. R. in *Simmern*, *Zweybrücken*, & Veldenz, mortuus ann. 1459, cujus fata exponunt *Mutius*, l. c.; *Andreas Ratisbonenſis*, l. c., p. 40; *Henningeſius*, l. c., p. 214; *Pantaleon*, l. c.; *Rittershuſius*, l. c.; *Bucelinus*, l. c.; *Matthiæ*, l. c.; Dn. *ImHoff*, l. c., Tab. 6; Dn. *Hübnerus*, l. c., Tab. 139.

(6) *Otto*, C. P. R. in *Sintzheim* & Mosbach, ad plures abiens an. 1465. Vid. *Mutius*, l. c.; *Andreas Ratisbon.*, l. c.; *Henningeſius*, l. c., pag. 211; *Pantaleon*, l. c.; *Rittershuſ.*, l. c.; *Matthiæ*, l. c.; *Bucelinus*, l. c.; Dn. *ImHoff*, l. c.; Dn. *Hübner*, l. c.

(7) *Eliſabetha*, Ux. *Friderici*, Ducis Auſtriæ. *Andreas Ratisbonenſis*, l. c.; *Henningeſ.*, l. c., p. 209; *Pantaleon*, l. c.; reliqui.

(8) *Agnes*, Conjux *Adolphi*, Ducis Cliviæ. *Andreas Ratisbon.*, l. c.; *Henningeſ.*, l. c.; reliqui.

(9) *Margaretha*, nupta *Carolo I*, Duci Lotharingiæ. *Andreas Ratisbon.*, l. c.; *Henningeſ.*, l. c., reliqui.

v. (4) Eum, an. 1400, *Wenceslao*, 20 Aug., à tribus Electoribus Clericis, & ipſo *Ruperto* noſtro publicè jam deſtituto, à quibusdam Electoribus, in ſchiſmate cum *Jodoco*, Marchione Moraviæ, fuiſſe conſtitutum Romanorum Regem, ex dictis, in vita *Wences-*

las, conſtat. Brevi autem poſt *Jodoco* exuvias mortales deponente, *Rupertum* quoque ab Ejus Electoribus aſſumptum, eventorum hiſtoria teſtatur.

An. 1401, *in die Epiphaniæ*, *Rupertus*, *ab Archi-Epiſcopo Colonienſi*, (Friderico) *Coloniæ coronatus eſt. Nam Cives de Aquisgrano, ubi locus Coronationis eſſe conſuevit, ab Epiſcopo, Rege electo, & à Principibus requiſiti, ipſum Electum recipere recuſabant, aſſerentes, eis hoc non licere, quamdiu ab obedientia Regis Wenceslai abſoluti non eſſent. Quapropter Cives Aquenſes, ab eodem anno, à Rege in perſonis & bonis damnati, per Civitates Imperii, tanquam rebelles, usque in præſens, multa diſpendia ferunt, &c.* Hæc *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 70, pag. 288, quæ *Compilator Magni Chronici Belgici*, p. 342, repetit. Conf. *Hermannus de Leerbeke*, in *Chronico Comitum Schawenburg.*, in fine, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 520; *Mutius*, lib. 26 *Coron.*, p. 265; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmogr.*, cap. 19, in vita Ruperti, p. 435; *Pantaleon*, l. c., p. 445; *Spondanus*, T. 1 *Cont. Annal. Baron.*, ad an. 1400, §. 3, p. 676; *Browerus*, lib. 18 *Annal. Trevir.*, ad an. 1401, §. 102, p. 260; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, c. 74, p. 852; *Henningeſius*, l. c., pag. 208; Dn. *Tolnerus*, l. c., part. 1, cap. 4, p. 136. Hinc errant *Cranzius*, lib. 10 *Vandal.*, c. 1, & lib. 10 *Saxon.*, cap. 19, & Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. m. 284, Coronationem *Aquisgrani* celebratam tradentes.

An. eod., ad bellum Italicum, contra *Galeacium*, *Mediolani* Ducem, ſe parans, ſub dato *Augſpurg*, *feria tertia, poſt feſtum Nativitatis B. Mariæ virginis*, conſtituit *Ludovicum Barbatum*, filium ſuum, Vicarium Imperii generalem. Extat Diploma apud *Goldaſtum*, T. 1 *Conſtit. Imper.*, p. 381, &c.; *Freherum*, cap. 6 *Originum Palat.*, p. 133, &c., & in *Not. ad Petrum de Andlo*, lib. 2, cap. 10, p. 199, &c.; Dn. *Leibnitium*, part. 1 *Cod. Dipl. Juris Gentium*, §. 113, p. 263; & Dn. *Tolnerum*, in *Codice Diplomatico Palatino*, §. 190, p. 136, &c. Conf. *Lehman.*, l. c., p. 853, ad an. 1401.

An. eod., à Pontifice, *Bonifacio IX*, coronam Imperialem offerente, & Florentinis, adverſus formidabilem univerſæ Italiæ *Johannis Galeatii*, *Mediolanenſium* Ducis, potentiam, evocatus, per Fecialem, *Galeatio* bellum indicit, niſi omnes Civitates & loca, Imperio per Italiam ſubtracta, reſtitueret. Quo reſpondente, ſe nihil poſſidere, præter quæ à legitimo Imperatore, *Wenceslao*, beneficiali lege, haberet, adeoque nihil reſtituere poſſe, ingreditur Cæſar Italiam; enimvero, Papa & Florentinis promiſſa auxilia tempeſtivè non ſubminiſtrantibus, non ſolum in *Brixtenſi* agro, ad Lacum *Benacum*, infelici ſucceſſu, cum hoſtibus congreſſus eſt, ſed & à *Leopoldo* Auſtrio, & Colonienſi Archi-Epiſcopo, aliisque deſertus, infecto negotio, An. 1402, in Germaniam redire compulſus. Vid. *Jacobus de Kœnigshoven*, *Chron. Alſat.*, §. 234, p. 143; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, c. 70, p. 288; *Antoninus Florentinus*, part. 3, Tit. 22, 23, §. 36; *Blondus*, lib. 10, Decad. 2; *Æneas Sylvius*, in Addit. ad *Benevenuti de Rambaldis Librum Auguſtalem*, ap. *Freherum*, T. 2 *Rer. German.*, p. 14; *Theodoricus à Niem*, in *Exhortatione ad ipſum Rupertum, de extirpando ſchiſmate*, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Monarchiæ*, pag. 1383; *Platina*, in Vita *Bonifacii IX*, pag. 247; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 343; *Mutius*, l. c., pag. 266, & 267; *Pantaleon*, l. c., pag. 446; *Münſterus*, l. c., pag. 435; *Leonhardus Aretinus*, lib. 12 *Hiſtor. Florentin.*; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 47, pag. 1035, &c.; *Bernhardinus Coricus*, part. 4 *Hiſtor. Mediolanenſ.*; *Lehmannus*, l. c., p. 852, & 853; *Spondanus*, l. c., ad an. 1401, §. 1, pag. 677; *Browerus*, l. c., ad an. 1402, §. 107, p. 261, &c.

An. 1409, die Epiphaniæ, Comitia agit *Francofurti ad Mœnum*, in quibus multum tractat cum Germaniæ Proceribus, nec non Franciæ Angliæque Regum Oratoribus, de tollendo ſchiſmate, inter *Benedictum XIII* & *Gregorium XII*, Pontifices Romanos, celebrandoque hanc in rem œcumenico, *Piſis*, Concilio, à Cardinalibus utriusque partis indicto, atque, conſentientibus Franciæ, Angliæ, Luſitaniæ, Bohemiæ, & Siciliæ Regibus, fruſtra *Ruperto* Cæſare, in *Gregorii* favorem, dilationem efflagitante, 25 Mart. inchoato; de laudatis Comitiis teſtantur *Theodoricus à Niem*, lib. 3 de *Schiſmat.*, c. 39; *Gobelinus Perſona*, l. c., cap. 89, p. 327, &c.; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 346, &c.; *Pantaleon*, l. c., p. 446; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 1, p. 711; *Pallatius*, T. 3 *Geſtorum Pontificum Romanorum*, in vita *Gregorii XII*, p. 428; Alii. Acta Concilii ipſius edidere *Lucas Dacherius*, Tom. VI *Spicilegii*; *Edmundus Richerius*, lib. 2 *Hiſtor. Conciliorum Generalium*, c. 2; *Spondanus*, l. c., §. 2, & ſeqq., p. 711, &c.; & Dn. *von der Hardt*, Tom. 2 *Hiſtoriæ Concilii Conſtantienſis*, part. 2, p. 62, &c. Summa eſt: Ambo Pontifices, 5 Junii, Pontificatu exuti ſunt, ſententiam publicè prælegente Alexandrino Patriarcha, cujus tenor habetur apud Dn. *von der Hardt*, l. c., pag. 137, &c., ſuffecto in eorum locum *Alexandro V*; Vid. *Antoninus Florentinus*, l. c., Tit. 22, c. 5, §. 3, &c.; *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 352; *Theodoricus Engelhuſius*, l. c., pag. 293; *Chronicon Oſnabrugenſe Erdwini Erdmanni*, apud *Meibomium*, l. c., pag. 243; *Gobelinus*, l. c., cap. 90, p. 328; *Platina*, in vita *Gregorii XII*, p. 254, ibique *Onuphrius*, pag. 255; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 346; *Paulus Langus*, *Chron. Citizenſ.*, ad an. 1408, p. m. 849; *Mutius*, l. c., lib. 26, ad h. a., p. 268; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 47, an. eod., p. 1039; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, pag. 282; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, an. eod., pag. 211; *Spondanus*, l. c., §. 10, p. 714, &c.; Auctor *de l' Hiſtoire du Schiſme, qui a été en l' Egliſe, depuis l' an* 1378, *jusques*

tra

Digitized by Google

en l' an 1428, edit. Pariſ. an. 1654; *Browerus*, l. c., ad h. a., §. 117, p. 263; *Pallatius*, l. c., p. 429, & 430.

An. 1410 ægrotans denominat ſeptem Arbitros, ſcil. *Rabanum*, Spirenſem Epiſcopum; *Johannem ab Hirtzhorn; Johannem Camerarium*, dictum à *Dalburg; Hermannum à Bodenſtein; Franciſcum Wolbertum à Sickingen; Rupertum ab Helmſtadt*, & *Tham Knebel*, qui Familiæ erciſcundæ negotium in ſe ſuſciperent, quod & factum, teſte diviſionis inſtrumento, *Heidelbergæ*, hoc anno, *die Dominica, Feſtum S. Michaëlis, Archangeli, proximè ſequenti*, confecto, vi cujus *Ludovicus*, Filiorum Ejus natu primus, Electoratum Palatinatus, cum Tractu *Ambergenſi; Johannes*, natu proximus, *Sulzbachium*, *Neoburgum*, & Comitatum *Chamenſem*; *Stephanus*, natu tertius *Simmern, Zweybrücken, Lüzelſtein*, &c., & natu ultimus, *Otto*, *Sinzhemium*, &, ab obitu Marchioniſſæ Badenſis, *Mosbachium* ſunt ſortiti. Vid. *Primitiæ Actorum Compromiſſi Francofurtenſis, in cauſa Duciſſæ Aurelianenſis contra Electorem Palatinum*, Edit. 1701, p. 71 ad 82.

v. (5) Vivendi finem denique fecit *Oppenheimii*, an. 1410, 18 Maji, *Heidelbergæ*, in æde *Spiritus Sancti*, terræ mandatus, teſte appoſito Epitaphio:

Rupertus, Dux Bavariæ, Comes Rheni Palatinus, Romanorum Rex, juſtus, Pacis & Religionis amator, dignus Deo viſus, qui pro juſtitia pateretur, hujus ſacræ ædis & Collegii inſtitutor, hic, cum Caſtiſſima Conjuge Eliſabetha, Norici montis Burggravia, quieſcit, vita functus Anno Chriſti M, CCCC. X. Calend. Jun. XV.

Vid. *Wympbelingus*, cap. 47 *Rer. German.*, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 190; *Trithemius*, in *Chronicon Ducum Bavariæ*; licet in *Chronico Sponheimenſi*, ſibi ipſi contrarius, 21 Maji ponat; *Pantaleon*, l. c., pag. 446; *Henningeſius*, l. c., pag. 208; *Spondanus* l. c., ad annum 1410, §. 6, pag. 721; *Matthiæ*, l. c., pag. 997, ubi itidem præfatum ejus Epitaphium, quod & *Sigismundus von Bircken*, lib. 4, cap. 3 *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, pag. 410, recenſet; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.*, an. eod., pag. 385; Dn. *ImHoff*, *Tab. Geneal Palat.* IV; aliique multi. *Spangenbergius* contrà, cap. 305 *Chronici Mansfeldici*, p. 355, *Morery*, voc: *Albert*, pag. 268, & aſſeclæ id referunt ad Calendas Junii. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 351, ait, *Johannem XXIII* coronatum Pontificem an. 1410, 8 Cal. Junii, &, poſt ejus coronationem, *ſtatim* Dn. *Rupertum* eſſe defunctum. Dn. *Tolnerus*, part. 1 *Hiſtor. Palat.*, cap. 4, pag. 136, & in *Tab. Geneal. I*, habet 18 Mart. De ſtudo anno loquuntur *Æneas Sylvius*, in Appendice ad *Benevenuti de Rambaldis librum Auguſtalem*, l. c.; *Jacobus* de *Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 234, pag. 144; *Mutius*, l. c., ad an. 1410, p. 270; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 48, an. eod., pag. 1042; *Andreas*, *Presbyter Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico*, apud *Schilterum*, *de Scriptorib. rerum German.*, p. m. 40, an. eod.; *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boic.*, cap. 23, §. 13, p. m. 773; *Browerus*, l. c., an. eod., §. 118, pag. 263; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 74, p. 852; &c. Errant omnino Auctor *Chronici Sclavici Lindenbrogiani*, p. m. 212, & *Rittershuſius*, in *Tab. Geneal. Palat.*, quorum ille annum 1413, & hic an. 1414, hoc nomine, producunt.

(37) SIGISMUNDUS.

v. (1.) Lucem aſpexit Princeps hic, Patre *Carolo IV*, Imperatore, Matre *Eliſabetha*, Pomeraniæ Duciſſa, an. 1367, vel 1368, 28 Junii. Vid. *Bucholzeri Index Chronolog.*, h. a., pag. 376; Conf. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 326; *Dubravius*, lib. 27 *Hiſt. Bohem.*, in fine, pag. 228; *Mutius*, in fine libri 27 *Chron.*, pag. 283; *Rolewinckius Faſcicul. Tempor.*, ætat. 6, pag. 87; *Engelhuſius*, Chron., p. m. 293; *Æneas Sylvius*, in appendice ad *Benevenuti de Rambaldis Librum Auguſtalem*, apud *Freherum*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 14; *Bonfinius*, Decad. 3, lib. 3 *Rer. Hungar.*, pag. 292; *Thuroſius*, cap. 24 *Chronici Hungarici*, in Ejus vita; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 48, pag. 1042; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 451, perperam Matrem Ejus vocans *Johannam*; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 160; *Matthiæ*, *Theatr. Hiſtor.*, p. m. 997; *Morery*, voc: *Charles IV, Empereur*, pag. 122, conſtituens eum *Anna* filium, & voc: *Sigismond, Empereur*, pag. 390; Dn. *ImHoff*, *Tab. Geneal. Regum X*; Dn. *Hübner.*, *Tab. Geneal.* 107.

v. (2.) Uxorem duxit

(1) *Mariam*, filiam heredemque *Ludovici*, Regis Hungariæ, an. 1386; defunctam an. 1392. Vid. *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 81, pag. 309; *Æneas Sylvius*, in appendice ad *Benevenutum* de *Rambaldis*, l. c.; Idem, in Commentario, de *Statu Europæ* ſub *Friderico III*, cap. 1, apud *Freherum*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 38; *Theodoricus Engelhuſius*, l. c., pag. 294; *Dubravius*, l. c., lib. 25, pag. 205; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 47, ad an. 1437, pag. 1029; *Mutius*, lib. 26 *Chron.*, pag. 261; *Bonfinius*, Decad. 2 *Rerum Ungaricarum*, lib. 10, pag. 251, & Decad. 3, lib. 1, pag. 254, &c.; *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanor. Principum*, in vita Ejus, p. m. 602; *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 323, pag. 378; *Pantaleon*, l. c., pag. 455; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 19, p. m. 437; *Morery*, voc: *Sigismond*, l. c.; *Henningeſius*, l. c., pag. 163; *Matthiæ*, l. c., pag. 998; reliqui.

(2) *Barbaram*, fil. *Hermanni*, Com. de *Cilly*, impudicam fœminam, carcere propterea, à Marito, punitam, quæ vero, ab Ejus obitu, libertatem recuperando, fœdis libidinibus *Gratii* conſenuit, peſte tandem, Kal. Maji, 1439, extincta. Vid. *Æneas Sylvius*,

de

Digitized by Google

de *Statu Europæ, ſub Friderico III*, l. c., cap. 1, pag. 39, & in *Hiſtoria Friderici III*, Imp., p. m. 43, nec non cap. 53 *Hiſt. Bohem.*, pag. 174, & cap. 54, & 55, pag. 175; *Dubravius*, l. c., pag. 209, & lib. 27, pag. 227; *Mutius*, lib. 27, pag. 282, & lib. 28, pag. 283; *Bonfinius*, l. c., Decad. 3, lib. 7, pag. 344, & 345; *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 303; *Spangenberg*, l. c.; *Pantaleon*, l. c., pag. 456, &c.; *Münſterus*, l. c.; *Henningeſius*, l. c.; *Matthiæ*, l. c.; *Lehman.*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 76, pag. 858; Alii.

v. (3.) Unicam, ex *Barbara* Cillenſi, filiam ſuſcepit heredemque, *Eliſabetham*, natam circa annum 1396, nuptam an. 1422, vel, ut aliis videtur, jam 1420, *Alberto* Auſtriaco, poſtea Imperatori, mortuamque an. 1447 (1440) 27 Sept. Vid. *Æneas Sylvius*, l. c., cap. 53, 54, & 55, pag. 174, &c., & in appendice ad *Benevenuti de Rambaldis Librum Auguſtalem*, l. c., pag. 15, nec non, de *Statu Europæ ſub Friderico III*, cap. 1, pag. 39; *Rolewinckius*, l. c., pag. 88; *Andreas, Presbyter Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico*, apud *Schilterum*, de *Scriptoribus Rer. German.*, p. 60, & 61; *Bonfinius*, l. c., Decad. 3, lib. 3, pag. 291, &c.; *Dubravius*, l. c., lib. 27, pag. 227, &c.; *Paraleipomena Urſpergenſis*, l. c.; *Mutius*, lib. 28 Chron., p. 283, &c.; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 48, p. 1063, &c.; *Henningeſius*, l. c., & p. 272; *Egnatius*, l. c.; *Spangenbergius*, l. c.; *Münſterus*, l. c., in vita *Alberti* 2, Imp., p. 437; *Pantaleon*, l. c., in ejusdem Vita, p. 497; *Matthiæ*, l. c., in Ejusdem vita, pag. 1010; *Lehmannus*, l. c., lib. 7, cap. 93, p. 905; *Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 4, cap. 13, p. 508.

v. (4.) Auguſtiſſimum hunc Principem omnis celebrat Hiſtoria. *Æneas Sylvius*, in appendice ad *Benevenuti de Rambaldis Librum Auguſtalem*, in Ejus vita, p. 14, ſic de eo judicat: *Præter inſignem corporis proceritatem, ac Imperatoriam plane indolem, affuit Illi liberalitas, ac munificentia, quanta in nullo antea Principum; Religionis ac pietatis augendæ ſtudium incredibile; multarum etiam Linguarum ſcientia; & in his Linguæ Latinæ ſtudium excelluit: quare doctos homines in primis fovit, &c.* *Rolewinckio*, l. c., pag. 87, audit *Vir Chriſtianiſſimus, & humilimus, adeo devotus, ut meritò canonizari debuiſſet, juxta quorundam Piorum vota, &c.* In *Magno Chronico Belgico*, p. 156, ita depingitur: *Fuit homo bellicoſus, & victorioſus contra Turcas & Sarracenos; geſſit tredecim bella, in quibus habuit victoriam - - ſcivit multas linguas, primo* ***Latinam & Theutonicam, Bohemicam, Slavicam, Italicam & Gallicam****, quibus omnibus loqui congrue poterat, &c.* Auctori *Chronici Magdeburgici*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 348, vocatur: *Mira prudentia, devotus & Chriſtianiſſimus* Princeps, &c. *Platina*, in vita *Johannis* XXIV, p. 257, Eum compellat *Virum ſtrenuum, & ad omnia fortiter agenda promptiſſimum.* Apud *Nauclerum*, Vol. 2, Generat. 48, p. m. 1042, deſcribitur tanquam *Princeps, ſingulari prudentia, magnitudine animi, beneficentia & liberalitate inſignis, corporis quoque Majeſtate ac decore Illuſtris, clara facie inclytus, ſpecioſo ac robuſto corpore, &c.* Conf. *Egnatius*, l. c.; *Mutius*, lib. 27 *Chron.*, p. 271; *Wymphelingus*, cap. 48 *Rer. German.*, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. Germ.*, p. 190, & 191; *Pantaleon*, l. c., p. 454; *Münſterus*, l. c., p. 436, & 437; Auctor *Paraleipomenon Conradi Urſpergenſis*, pag. 285; *Bonfinius*, l. c., Decad. 3, lib. 3, p. 281, &c.; *Lehmannus*, l. c., pag. 857; *Henningeſius*, l. c.; Alii. Geſta Auguſti hujus integrum Volumen eum requirant, non niſi ſummam eorum recenſebo.

An. 1373 obtinuit à Parente *Marchiam Brandenburgicam*. Vid., in Vita *Caroli IV*, v. 4, ad hunc annum.

An. 1386, una cum Conjuge, *Maria*, defuncti, an. 1382, 13 Sept., apud *Ternaviam*, *Ludovici, Hungariæ* Regis, filia natu majori, heredeque, trucidato prius *Carolo parvo*, Rege Neapolitano, Hungariæ invaſore, à Strigonienſi Archi-Epiſcopo, *Albæ Juliæ*, loco ſolito, Rex Hungariæ inauguratur. Vid. *Dubravius*, lib. 25, pag. 206; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 81, p. 309; *Bonfinius*, Decad. 3, lib. 1 *Rerum Ungaric.*, pag. 254, & l. c., lib. 2, ad an. 1386, pag. 267; *Mutius*, lib. 26, an. eod., p. 262; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 47, pag. 1027, &c.; *Pantaleon*, l. c., pag. 455; *Henningeſius*, loc. cit., pag. 436, ad annum 1387; *Münſterus*, l. c., pag. 436, perperam licet an. 1401 ponens; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, ad an. 1386, §. 4, pag. 630, &c. De ultimo ſupplicio, quo 32 Hungarorum Procerum, qui dictum *Carolum Neapolitanum* ſolio impoſuerant, affecit, legas *Æneam Sylvium*, in *appendice ad Benevenuti de Rambaldis librum Auguſtalem*, p. 14; *Nauclerum*, l. c., p. 1029; *Mutium*, l. c.; *Wymphelingum*, l. c., pag. 190, malè tamen 32 Turcarum Regulos nominantem; *Münſterum*, l. c.

An. 1396, 28, & 29 Sept. infauſtum prælium committit cum *Bajazethe*, Turcarum Imperatore, ad *Nicopolim*, ultra viginti Chriſtianorum millia abſorbens, Turcis, utut triplo majorem paſſis jacturam, victoriam reportantibus, *Sigismundo* vix fuga ſe ſalvante. Vid. *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 237, & 238, pag. 146, &c; *Mutius*, l. c., ad hunc annum, p. 264, & 265; *Nauclerus*, l. c., an. eod., p. 1031; *Bonfinius*, l. c., decad. 3, lib. 2, an. eod., p. 271; *Dubravius*, l. c., pag. 208, ad an. 1395; *Laonicus Chalcocondylas*, lib. 2 *Rerum Turcicarum*, p. m. 49, ad eundem annum; *Pantaleon*, l. c., pag. 455; *Spondanus*, l. c., ad an. 1396, §. 2, &c., p. 662, & 663; *Browerus*, lib. 18 *Annal. Trevir.*, §. 92, ad an. 1395, p. 257.

An. 1410 eligitur, *Francofurti ad Mœnum*, Imperator; de qua electione inſpiciendæ Trevirenſis, Palatini, & Brandenburgici Electorum literæ, ad Senatum Spirenſem, ſub dato: *Franckfurt uff dem Meyn, am Sambſtag, nach Mattheus des H. Apoſteln und Evangeliſten, Abend, nach Chriſti Geburt, in dem vierzehenhun-*

derſten

Digitized by Google

derſten und zehenden Jahre; apud *Lehmannum*, lib. VII *Chron. Spir.*, cap. 81, pag. 866, & 867; inde huc faciunt: *Von Gottes Gnaden, wir Werner, Ertzbiſchoff zu Trier, des H. Rœm. Reichs, in Welſchen Landen, und durch das Kœnigreich zu Arelat, Ertz-Cantzler; wir Ludwig, Pfaltzgrave bey Ryne, des H. R. Reichs Ertz Truchſeß, und Hertzog zu Beyern; Und wir Friderich, Burggraf zu Nürnberg, entbieten den Ehrſamen Wiſen, unſern beſundern Guten Fründen, Bürgermeiſtern, Rath, und Bürgern gemeinlich der Statt zu Spire unſern fründlichen Gruß. Liebe Fründe: Als unſer Herr Kœnig Ruprecht ſelig, der letzte Rœmiſche Kœnig, dem Gott gnade, von dieſer Welt geſcheiden iſt, hat der Ehrwürdige Herr Johan, Ertzbiſchoff zu Mentz, uns Werner, Ertzbiſchoff zu Trier, und uns, Ludewigen, Pfaltzgrave bey Ryne, obgenanten, jeglichen beſunder, und andere unſere Mit-Churfürſten, her, gen Franckfurt, uff S. Egidii Tag, nechſt vergangen, zu einer Wahl eines künfftigen Rœmiſchen Kœnigs, beruffen. mit ſeinen offen Brieſen, nemlich inhaltende: Wer es, daß wir, oder unſer Macht nit herkement, daß dann Er, mit andern Churfürſten, die, oder ihre Macht dann herkement, zu Ende der Wahl vollfahren wolten, als auch die Meynung der Gülden Bull außweiſes. Deß ſind alſo herkommen der Vorgenannt Herr Johan, Ertzbiſchoff zu Mentze, Herr Friderich, Ertzbiſchoff zu Cœlln, Wir Werner, und Wir Ludwig, vorgeſchrieben, und darnach, von des Durchleuchtigſten Fürſten und Herren wegen, Herrn Sigumunds, Kœnigs in Ungarn, &c., als eines Marggraven zu Brandeburg, des Heiligen Reichs Ertzcammerers und Churfürſten, wir Friederich, Burggrave zu Nürnberg, obgenant, mit ſinem vollen Macht und Gewalt, unter Sinen offen Briefen und Ingeſiegeln, nach Ußwiſung derſelben Gülden Bull, her, zu derſelben Wahl, geſandt; und, nach viel Reden, und thedingen, die ſich davon allhier, under uns, und den andern vorgenanten Churfürſten, etwan ſelbe, und dick, durch unſer treffliche Fründe, verlauffen hant, han wir Werner, Ertzbiſchof zu Trier, und wir, Ludewig, Pfaltzgrave by Ryne, mit Zufall unſer, Burggrave Friederichs, als machtiges Botten unſers Herrn, des Kœniges von Ungarn, als eines Marggraven zu Brandenburg und Churfürſten, Stimme und Willen, und alſo mit dem mehren Theil der Kürenund Stimmen, die uff dieſe Zyt hie ſind, in dem Namen, und zu Lobe des Allmachtigen Gottes, und dem H. R. Riche zu Troſte, mit redlicher Ordnung und Geſchickde, denſelben unſern Herrn Kœnig Sigmund von Ungarn, zu Rœmiſchem Kœnig, zukünfftigen Keyſer, uff unſer Eyd, die wir darüber gethan hant, hute, zwiſchen eine und zehen Horen vormittag, eintrachtiglich geweblet und gekoren. Dieſelbe Wahl und Chur auch, in dem Rechten, Krafft und Macht haben ſol, glich als ob ſie von allen Churfürſten innhelliglich geſchehen were, nach Ußwiſunge der geſchrieben Geſetze darüber. &c.* Corrigendus hinc *Engelhuſius*, in *Chronico*, p. m. 293, ajens: *Ruperto mortuo - - - - - Archi-Epiſcopus Treverenſis, Ludewicus Dux Heydelbergenſis, & Burggravius Nurenborgenſis, tunc Procurator Brandenborgenſis, Ipſum* (Sigismundum) *elegerunt, anno ſui* (Regni) *Ungariæ XXI; Archi-Epiſcopus autem Colonienſis, & Maguntinus elegerunt JODOCHUM, Marchionem Moraviæ, qui ſtatim, eodem anno, defunctus, ſicque & iſti Archi-Epiſcopi in dictum Sigismundum conſenſerunt, &c.*; & *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 Coſmodromii, cap. 90, pag. 330, & 331, cujus verba in *Magno Chronico Belgico*, pag. 356, quoque habentur: *Eodem menſe* (Septembri) *Principes Electores convenerunt apud Francfurdiam, pro Rege eligendo, & Archi-Epiſcopus Trevirenſis, Ludowicus Dux Heidelbergenſis Palatinus Rheni, & Burggravius Noribergenſis, tunc Procurator Marchionis Brandenburgenſis, quantum ad eligendum, elegerunt Dominum Sigismundum, Regem Ungariæ, fratrem Regis Bohemiæ, ad quem tunc ſpectabat Marchia Brandenburgenſis, in Regem Romanorum, Archi-Epiſcopis Colonienſi & Maguntinenſi adhuc in deliberatione perſiſtentibus. Sed Rex Bohemiæ, & Dux Saxoniæ ad electionem non venerunt; & hæc electio facta fuit 20 die dicti menſis. Et ſtatim Archi-Epiſcopus Maguntinus mandavit, Eccleſias Oppidi Francford non aperiri, ne illi, qui elegerant, electionis ſuæ publicationem & ſolemniſationem conſuetas perficiendi haberent facultatem; unde, illis venientibus ad fores Eccleſiæ, nec ingreſſum habere valentibus, Electionis illius publicatio retro Chorum ipſius Eccleſiæ facta eſt per eosdem. Et poſtea Maguntinenſi & Colonienſi Archi-Epiſcopis iterum convenientibus, JODOCUS, Marchio Moraviæ, Vir grandævus, per ipſos in Regem eſt electus, qui poſt, hoc eodem anno, defunctus eſt, & deinde prædicti Archi-Epiſcopi, Maguntinenſis & Colonienſis, in Regem Ungariæ ſupradictum, cum aliis, conſenſerunt, &c.*; & *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boic.* cap. 23, §. 14, p. m. 771; & *Spangenbergius*, cap. 305; *Chron. Mansfeld.*, pag. 355, in fine, aliique multi, idem dicentes. Præter enim, quod, laudatis in literis Electoralibus, nulla *Jodoci* mentio fiat, in contrarium verò clare dicatur, *Sigismundum*, poſt fata *Ruperti*, immediatè, uno eodemque actu, à *Moguntino, Trevirenſi, Colonienſi & Palatino* Electoribus, atque Burggravio Norimbergenſi, ipſius, tanquam Electoris *Brandenburgici*, Legato, fuiſſe electum, ex Hiſtoria *Wenceslai*, v. 4, ad annum 1400. conſtat, *Jodocum*, a Moguntino & Colonienſi, tunc *Wenceslao* quidem oppoſitum, brevi autem poſt ad plures abiiſſe; ut adeo temporum rationes male inſtituantur; verſa vice *Æneas Sylvius*, in Appendice *ad Benevenuti de Rambaldis Librum Auguſtalem*, in vita *Sigismundi*, pag. 14, una cum *Johanne Baptiſta Egnatio*, lib. 3 *Romanorum*

Digitized by Google

Principum, in Ejus vita, p. m. 602, perperam ſcribit: *Alberto vita functo, omnium votis Imperator deſignatur*; Anteceſſor ſane Ejus *Rupertus* fuit vocatus, non *Albertus*; deinde nec *omnium votis* electus noſcitur, *Bohemo* & *Saxone* abſentibus. Num Ipſemet ſibi votum dederit, ceu *Dubravius*, lib. 23 *Hiſt. Bohemicæ*, p. 195, &, ex illo, alii ſtatuunt, videbimus, ſeq. Tit. VI, §. 15, lit. d. *Rolewinckius*, *Faſcic. Temp.*, ætat. 16, p. 87, malè electionem hanc ad annum 1409 refert; nec majori auctoritate *Magnum Chronicon Belgicum*, l. c., ad annum 1411; Conf. de ea *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 48, ad an. 1410, pag. 1042; *Mutius*, lib. 27, pag. 271; *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 348; *Munſterus*, l. c., pag. 436; *Pantaleon.*, l. c., p. 456; *Morery*, voc: *Sigismond*, pag. 390. *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1410, §. 7, pag. 721, in favorem *Jodoci*, provocat quidem (1) ad verba *Theodorici Niemii*, in *Vita Johannis XXIII*, ſuperius, in vita *Wenceslai*, v. 4, ad an. 1400, adducta, quibus continetur, *Jodocum* prius imperaſſe *Sigismundo*, fratrueli, annoque primo Pontificatus dicti Papæ, h. e., anno 1410, demum hæres reliquiſſe, ſucceſſore *Sigismundo*; (2) ad Conſtitutionem *Jodoci*, de *reſiſtendo Regiæ Majeſtati, ſi contra Ordinationes Imperii fecerit*, ſub dato: *Frankenfurt, anno Domini* 1410, *Regni Ipſius primo*, apud *Goldaſtum*, T. 3 *Conſtit. Imper.*, p. 424; enimverò hæc non ſufficiunt, ad deſtruendam præfatorum Electorum propriam confeſſionem, qua Senatum Spirenſem certiorem reddunt, ſe, ab obitu *Ruperti*, immediate *Sigismundum* elegiſſe, nihil de *Jodoco* commemorantes. Quis inſuper, pro dicta Conſtitutione, tuto fidem interponat, præſertim cum non extet integra? *Browerus*, lib. 18 *Annal. Trevirenſ.*, an. eod., §. 100, pag. 259; *Lehmannus*, l. c., cap. 76, pag. 857; alii.

An. 1412, 1 Jul. conſtituit *Ludovicum Sabaudum* Vicarium Imperii per Terras Sabaudicas. Vid. ſeq. Tit. XI, §. 2, lit. f.

An. 1414 coronatur *Aquisgrani*, 8. Novemb. Vid. *Erdwinus Erdmannus*, in *Chron. Oſnabrug.*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 243, ad h. a: *Inclytus Rex Sigismundus, Ungariæ & Bohemiæ Rex, Aquisgrani, à Rever. Dn. Theodorico de Morſa, electo Eccleſiæ Colon. & confirmato, octavo die menſis Nov. coronatus eſt in Regem Romanorum, &c.*, & *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 356; Auctor *Paraleipomenon Conradi Urſpergenſis*, p. m. 285, id refert ad an. 1415.

Anno & die iiſdem confirmat, Aquisgrani, *Ludovico III*, Pio & Barbato, totique domui Palatinæ, Jura Electoralia, per Bullam, quæ apud *Goldaſtum*, T. 1 *Conſtit. Imp.*, pag. 398, & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.*, §. 145, p. 93, &c., aſſervatur.

An. eod., 5 Novemb., ſub Ejus auſpiciis, anno ſuperiori convocatum Concilium *Conſtantienſe*, præſente Papa *Johanne XXIII*, inchoatur. Vid. Acta apud Dn. *Hermannum von der Hardt*, *Tom. IV Hiſtoriæ Concilii hujus*, part. 1, pag. 5, ad 13, &c. Diem præcedentem ſolemnitati huic vindicant *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 94, pag. 339, & *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 352. Prima Seſſio habita decimo ſexto die ejusdem menſis; Vid. *Johannes de Segovia*, in opere, de *Admiſſione Præſidentium Papæ*, in Concilio Baſilienſi edito, apud Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. VI, pag. 9; *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 285; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, h. a., §. 9, p. 735; Dn. *Hardtius*, l. c., Tom. IV, part. I, pag. 15. Perſonæ comparentes recenſentur apud *Munſterum*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 99, pag. 558 ad 571. Fuiſſe autem magnas Imperatori partes, in convocando hoc Concilio, teſtatur Ejus Edictum, in Villa *Viglud*, Cumanæ Diœceſeos, anno 1413, 30 Oct., in ſecuritatem illud frequentaturorum emiſſum, apud Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. VI, part. 1, pag. 5: *Notum facimus, qualiter Reverendiſſimi Patres in Chriſto, Domini Antonius, Tit. S. Cæciliæ Presbyter, & Franciſcus, SS. Coſmæ & Damiani Diaconus, S. R. E. Cardinales, Apoſtolicæ Sedis Legati, ac Nobilis Manuel, Miles Conſtantinopolitanus, habentes, à Sanctiſſimo Dn. Noſtro Papa, Johanne XXIII, ſimul cum ſuo ſacro Collegio Dnn. Cardinalium, plenam ad infra ſcripta poteſtatem, prout literis Apoſtolicis conſtat, habitis Nobiſcum multis, ſuper infra ſcripta, deliberationibus & conſiliis, tandem, pro loco Generalis Concilii, Deo favente celebrandi, elegerunt, cum conſilio & aſſenſu Noſtro, Civitatem Conſtantiæ, Provinciæ Moguntinenſis, quem locum Nos eisdem nominavimus, tanquam idoneum, commodum, tutum, & communem omnibus Nationibus, ad ipſum Concilium venturis, & in quo poterimus, ſecundum Noſtrum Imperiale Officium, tueri omnes & ſingulos, cujuscunque ſtatus, ad Concilium venturos, in plena libertate. Quem etiam locum Nos, cum prædictis Dnn. Cardinalibus, pro Concilio elegimus - - - ubi Nos, Deo favente, curabimus, intereſſe, ac omni noſtro poſſe facere, ut omnes & ſinguli in Concilio exiſtentes plena ſecuritate, atque libertate, tam in acceſſu, quam ſtatu, & receſſu, potiantur - - - - ſimiliter Dnn. Cardinales, & Prælati, & Principes, omnesque aliæ, tam Eccleſiaſticæ, quam Seculares, Perſonæ, in Concilio exiſtentes, poſſint libere loqui, & tractare, & expedire omnia, quæ ſibi videbuntur opportuna, &c.* Eadem occurrunt in Ejusdem literis ad *Gregorium XI*, P. R., ibid., l. c., pag. 6; Conf. *Johannis XXIII*, P. R., Convocationis diploma, ibid., pag. 10, ubi, præfatorum Legatorum memor, inquit: *Tandem, de Ipſius Regis* (Sigismundi) *conſilio & aſſenſu, Civitatem Conſtantienſem, Provinciæ Moguntinenſis, pro loco Concilii hujusmodi celebrandi, concorditer elegerunt, &c.* Add.

Nauclo-

Nauclerus, Vol. 2, Generat. 48, pag. 1044. De Geſtis in Concilio legi merentur *Theodorici Urie*, Auguſtiniani Theologi, qui ipſe affuit, liber de *Conſolatione Eccleſiæ, Sigismundo* noſtro inſcriptus, apud Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. 1, pag. 1 ad 221; *Theodoricus à Niem*, in *Vita Johannis XXIII*, P. R., apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 24, &c.; *Gobelinus Perſona*, l. c.; *Theodoricus Engelhuſius*, in Chronico, in vita *Johannis XXIII*, pag. 294; *Raphaël Volaterranus*, lib. 22 *Anthropologiæ*, pag. 515, &c.; *Jacobus Cerretanus*, in Diariis Actorum hujus Concilii; *Franciſci Zabarellæ* Cardinalis *capita agendorum in Concilio Generali Conſtantienſi*, apud Dn. *von der Hardt*, l. c., pag. 506, &c.; *Wernerus Rolewinckius*, Faſcic. Temporum, ætat. 6, ap. *Piſtorium*, p. m. 87, & 88; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, pag. 285, &c.; *Nauclerus*, l. c., &c.; *Platina*, in Vita *Johannis XXIIII*, pag. 257, &c.; *Mutius*, lib. 27 *Chron.*; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 352, &c.; *Paulus Langus*, *Chron. Citizenſ.*, ad an. 1414, &c., p. 850, &c.; *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 158, pag. 958; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in vita *Sigismundi*, p. 456, &c.; *Spondanus*, l. c., ad annum 1414 ad 1418; *Pallatius*, T. 3 *Geſtorum Pontificum Romanorum*, in Vita *Johannis XXI*, pag. 453, &c.; *Browerus*, lib. 18 *Annal. Trevir.*, ad an. 1414 ad 1418, p. 264, &c. Summa eſt:

(1) Seſſ. IV, an. 1415, 30 Mart., & Seſſ. V, 16 April. promulgantur Conſtitutiones quædam, Generali Concilio poteſtatem reformandæ Eccleſiæ, in Capite & Membris, cujus deciſis etiam Pontifex ſtare teneatur, tribuentes. Vid. *Johannes Gerſon*, Tr. de Quæſtione: *Quomodo, & an liceat, in cauſis fidei, à ſummo Pontifice appellare?* ſub initium; *Platina*, l. c., p. 259; *Rolewinckius*, l. c., pag. 88; *Paraleipomena Urſpergenſis*, l. c.; *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 353; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 21, pag. 743; Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. IV, part. 3, pag. 86 ad 113.

(2) Seſſione XII, anno eodem, 29 Maji, ſolemni ſententia, Pontificatu exuitur *Johannes XXIII*, intuitu atrocium criminum, 25 ejusdem menſis, adverſus eum prolatorum & probatorum, (quorum ſexageſimus octavus articulus & hic legi meretur: *Dictus Johannes Papa XXIII, ſæpe & ſæpius, coram diverſis Prælatis, ac aliis honeſtis & probis Viris, pertinaciter, diabolo ſuadente, dixit, aſſeruit, dogmatizavit, & aſtruxit: Vitam æternam non eſſe, neque aliam poſt hanc. Quin imò dixit, & pertinaciter credidit: Animam hominis cum corpore humano mori, & extingui, ad inſtar animalium brutorum; dixitque, mortuum ſemel eſſe etiam in noviſſimo die minime reſurrecturum, &c.* Vid. Dn. *von der Hardt*, l. c., p. 208; reliqui enarrantur l. c., p. 196 ad 208; conf. *Theodoricus Niemus*, l. c., p. 30) & quidem ea cum extenſione, ut, *nullo unquam tempore, reeligatur in Papam; nec Petrus de Luna, Benedictus XIII, nec Angelus Corario, Gregorius XII, in ſuis obedientiis* (inobedientiis) *ſic nominati; & , ſi contrarium fieret, illud ſit ipſo facto irritum, & inane, nullusque, cujuscunque dignitatis & praeminentiæ, etſi Imperiali, Regali, Cardinalatus vel Pontificali dignitate præfulgeant, eis, vel eorum alteri, contra hoc Decretum, ullo unquam tempore, obediat, ſeu adhæreat, ſub pœna fautoriæ ſchiſmatis prædicti, & maledictionis æternæ, &c.* Sunt ipſius Depoſitionis ſententiæ verba, apud *Niemum*, l. c., pag. 33. Conf. Dn. *von der Hardt*, l. c., pag. 269 ad 285, & pag. 292 ad 296; & Tom. 2, part. XV, pag. 411, &c. *Theodoricus Engelhuſius*, in Vita *Johannis XXIII*, pag. 294, addit: *Degradatus eſt* (Johannes 23) *in Concilio Conſtantienſi, per omnes Mundi Nationes, & Imperatori, tanquam Advocato Eccleſiæ, præſentatus, detentus eſt à Ludowico, Palatino Rheni, in Caſtro Manheym, quaſi tribus annis, &c.* Conf. de hac incarceratione *Platina*, l. c., pag. 258; *Theodoricus Niemus*, l. c., pag. 31, &c.; *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 285; *Mutius*, lib. 27, pag. 276; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 353; *Erdwinus Erdmannus*, *Chron. Oſnabrug.*, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 243; *Nauclerus*, Generat. 48, pag. 1047; *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 158; *Paulus Langus*, l. c., pag. 850; *Volaterranus*, l. c.; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.*, cap. 94, pag. 341; *Jacobus Cerretanus*, in Diario Actorum Concilii hujus, apud Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. IV, pag. 296, &c.; *Rolewinckius*, l. c., p. m. 87; Recentiores omnes.

(3) Seſſione XIII, an. eod., 15 Junii, Laici uſu calicis, in Sacra Cœna, privati ſunt; verba *Canonis* ſic ſonant:

Definit, (Concilium) *quod, licet Chriſtus, poſt Cœnam, inſtituerit, & ſuis Apoſtolis miniſtraverit, ſub utraque ſpecie, panis & vini, hoc Venerabile Sacramentum, tamen, HOC NON OBSTANTE, Sacrorum Canonum auctoritas laudabilis, & approbata conſuetudo Eccleſiæ ſervavit, & ſervat, quod hujusmodi ſacramentum non debet confici poſt cœnam, neque à fidelibus recipi non jejunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alius neceſſitatis, à jure, vel ab Eccleſia conceſſo, vel admiſſo. Et ſicut hæc conſuetudo, ad vitanda aliqua pericula, & ſcandala, rationabiliter introducta eſt, ſic potuit ſimili, aut majori ratione introduci, & rationabiliter obſervari, quod, licet in primitiva Eccleſia hujusmodi Sacramentum reciperetur à Fidelibus, ſub utraque ſpecie, tamen poſtea à Conficientibus ſub utraque, & à Laicis tantummodo ſub ſpecie Panis ſuſcipiatur, &c.*

Conf. *Spondanus*, l. c., §. 39, p. 748; Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. IV, part. 4, p. 333, & 334.

(4) Seſſ. XIV, an. eod., 4 Julii *Carolus Malateſta*, Procurator *Gregorii XII*, P. R., ejus nomine & juſſu, ejurat Pontificatum, præſente Imperatore noſtro. Vid. Acta publica, ap. Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom 4, part. 5, pag. 367 ad 382; *Theodoricus Niemus*, l. c., p. 31; *Platina*, l. c., pag. 259; *Gobelinus*, l. c.; *Nauclerus*, p. 1047; *Paulus Langus*, l. c., pag. 851; *Magnum Chron. Belgic.*, p. 353; Alii.

(5) Seſſ. XV, *an. eodem*, 6 Julii, *Johannes Huſſus*, Academiæ *Pragenſis* Profeſſor, & Eccleſiaſtes in Sacello Academico, *Bethlehem* dicto, atque *Sophiæ*, *Wenceslai* Imp. Conjugi, à confeſſionibus ſacris, acerrimus corruptiſſimorum Seculi ſui morum, nævorumque Eccleſiæ expurgandorum cenſor, hæreſeos damnatur, & ad rogum rapitur; Vid. *Theodoricus Urie*, in Hiſtoria hujus Concilii, ap. Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. 1, part. 1, p. 170, &c.; Acta publica, apud eundem, Tom. 4, part. 6, p. 389 ad 395, & 445 ad 448; Add. *Æneas Sylvius*, *Hiſtor. Bohemica*, cap. 36, pag. 143; *Theodoricus à Niem*, l. c., pag. 31; *Gobelinus*, l. c.; cap. 95, p. 342, &c.; *Platina*, l. c., p. 259; *Engelhuſius*, l. c., pag. 295; *Nauclerus*, l. c., pag. 1045; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 354; *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. Germ.*, p. 353; *Rolewinckius*, l. c., p. 87; *Paraleipomena Urſpergenſis*, p. 288, & 289; *Mutius*, lib. 27, p. 274; *Spondanus*, l. c., §. 43, & 44, p. 749, & 750. De dogmatibus Ejus, & *Hieronymi Pragenſis* loquuntur *Martini V*, P. R. Conſtitutio, an. 1418, adverſus eos, & *Johannem Wicleffum*, edita, apud *Cherubinum*, T. 1 *Magni Bullarii Romani*, p. 309, &c.; Acta, apud Dn. *von der Hardt*, l. c., pag. 408 ad 412; *Æneas Sylvius*, l. c., cap. 35, pag. 140, & 141; *Gobelinus*, l. c.; *Theodoricus à Niem*, l. c., p. 47 ad 49; *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, l. c., pag. 354, & 355; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 355; *Mutius*, l. c., pag. 273; *Matthias Flacius Illyricus*, *Catal. Teſtium Veritatis*, pag. m. 849, &c. Qualis re vera *Huſſus* fuerit, ex Epiſtola 54 Nobilium Moraviæ, ad Concilium, in Ejus innocentiam, miſſa, apud auctorem *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. 291, judicandum eſt.

(6) Seſſ. XXI, an. 1416, 30 Maji, *Hieronymus Pragenſis*, ob doctrinam *Wicleffo-Huſſiticam*, pariter ad flammas damnatur. Vid. *Æneas Sylvius*, l. c., cap. 36, p. 143; *Theodoricus Urie*, l. c., apud Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. 1, part. 1, pag. 202, & 483; alius teſtis ocularis, apud eundem, Tom. IV, part. 8, p. 770, & 771; *Erdmannus*, *Chron. Oſnabrug.*, ap. *Meibomium*, T. 2 *Rer. Germ.*, p. 243; *Magnum Chronicon Belgicum*, l. c.; *Gobelinus*, l. c., pag. 343; *Theodoricus Niemus*, l. c., pag. 49; *Rolewinckius*, l. c., p. 87, & 88; in primis acerbam in Eum Orationem habuit in Concilio, hoc ipſo executionis die, *Jacobus*, Laudenſis Præſul, quam, ex Actis Seſſionis XXI, *Cochleus*, lib. 3 *Hiſt. Huſſit.*, & Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. 3, part. 5, cap. 1, p. 55, exhibent. Mitius cum eo agunt laudati Quinquaginta quatuor Equites Moravi, in Epiſtola, pro defenſione *Huſſi*, Concilio inſcripta, in *Paraleipomenis Urſpergenſis*, pag. 292; memorabilis inſuper epiſtola *Poggii*, *Florentini* Oratoris, ad *Leonhardum Aretinum*, *de admirabili animi præſentia*, *in Hieronymo Pragenſi*, *coram Judicio*, *& in buſto*, apud *Æneam Sylvium*, l. c., cap. 36, p. 143, &c., & Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. 3, part. 5, cap. 2, p. 64. Conf. *Mutius*, l. c., p. 274; *Paraleipomena Urſpergenſis*, p. 289, & 290; reliqui. *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, l. c., pag. 353, minus accurate, *Huſſum* & *Hieronymum* uno eodemque anno paſſos, arbitratur.

(7) Seſſ. XXXVII, an. 1417, 26 Julii, ſolenni ſententia, *Benedictus XIII*, P. R., jam ſemel, in Concilio *Piſano* an. 1409, damnatus, denuo, præſente Imperatore noſtro, dignitate Pontificali exuitur, tanquam hæreticus & ſchiſmaticus. Vid. Codex MS. *Vindobonenſis Dorrianus*, apud Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. 4, part. 9, p. 1367; & Codex *Guelferbytanus*, ibid., pag. 1374; *Gobelinus*, l. c., cap. 96, p. 344; *Platina*, in vita *Johannis XXIV*, p. 259; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 354, & 360; *Nauclerus*, Generat. 48, p. 1048; *Paulus Langus*, in *Chron. Citizenſ.*, p. 851; Auctor *Paraleipomenon Urſperg.*, p. 282; *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, c. 158; *Mutius*, lib. 27, p. 277, &c.

(8) Seſſ. XLI, an. eod., 8 Novemb. viginti tres Cardinales, quorum alii *Johanni XXIII*, alii *Gregorio XII*, & alii *Benedicto XIII* adhæſerunt, cum ſex Prælatis Nationis *Germanicæ*, totidem *Gallis*, totidemque *Hiſpanis*, *Anglis & Italis*, nec non quinquaginta tribus Miniſtris, Conclave ingreſſi, tertio die poſt, concordibus Suffragiis, Summum Pontificem elegerunt *Ottonem de Columna*, Cardinalem, abhinc *Martinum V* dictum. Vid. Acta publica apud Dn. *von der Hardt*, l. c., Tom. 4, part. 12, p. 1460 ad 1492; nomina Cardinalium habentur l. c., pag. 1479, & 1480; *Gobelinus*, l. c., cap. 96, p. 344; *Platina*, in vita *Martini V*, pag. 261; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. 290; *Theodoricus Engelhuſius*, in Vita *Martini VI*, p. 297; *Paulus Langus*, l. c., pag. 851; *Rolewinckius*, l. c., p. 87; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 360; Hiſtoria *Patriarcharum Bituricenſium*, in vita *Guillermi Boiſrateris*, c. 85, apud *Labbeum*, T. 2 *Biblioth. MS.*, p. 131; *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 158; *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, an. 1417, p. 212; *Onuphrius*, ad *Platinam*, in vita *Martini V*, p. 268; *Nauclerus*, l. c., pag. 1049; *Mutius*, l. c., p. 277; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 7, p. 764; *Pallatius*, T. 3 *Geſtorum Romanorum Pontificum*, in Vita *Martini V*, p. 468, & 469; *Browerus*, in fine lib. 18 *Annal. Trebir.*, an. 1417, §. 129, p. 266. *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, l. c., pag. 353, perperam electo *Matthæi* nomen imponit. Jam ad Hiſtoriam *Sigismundi*.

An. 1415, conſentientibus Electoribus, *Johanne*, Mogun-

Google

Moguntino; *Wernero*, Trevirenſi; *Theodorico*, Colonienſi; *Ludovico*, Palatino; & *Rudolpho* Saxone, creat Imperator, in Concilio *Conſtantienſi*, *Fridericum*, Burggravium *Norimbergenſem*, Electorem *Brandenburgicum*, Sacrique R. I. *Archi-Camerarium*; ſalva tamen (1) Imperatori, & Ejus fratri, *Wenceslao*, ipſorumque heredibus maſculis, quandocunque vellent, mediante ſumma *quadringentorum millium aureorum Hungaricorum*, *Friderico* ſolvendorum, reluendi poteſtate; (2) addita lege, ut *Friderico*, ſine heredibus maſculis, legitimè natis, decedente, vel illis natis ad plures abeuntibus, Marchia, cum Electoratu, ad *Sigismundum*, Ejusque heredes, &, his deficientibus, ad *Wenceslaum* rediret. Vid. *Joh. Cernitius*, *in Vitis Electorum Brandenburgenſium* & quidem in *Vita Friderici I*, Edit. Dn. *Antonii Teſſier*, de an. 1707, pag. 8, & 9, &c. Conf. *Limnæus*, lib. 5 *Jur. Publ.*, cap. 7, §. 82, pag. 188, & 189, ibique, Tom. IV *Additionum*, pag. 824, & 825; Dn. *ImHoff*, *Notit. Imper.*, c. 8, §. 1, pag. m. 44. Ab hoc tempore *Friderico Marchionis Brandenburgici Electoris* jura titulosque, ſine controverſia, competiiſſe, patet, inter alia, ex *Balthaſaris*, *Wilhelmi*, & *Chriſtophori*, Principum *Wendorum*, literis, hoc ipſo anno, *Berolini*, die Lunæ undecim millium Virginum, datis, quibus, ſe Terras ſuas, à laudato *Friderico*, beneficii titulo, tenere, fatentur, verb: *Wir Balthaſar, und Wilhelm, Gebrüdere, und wir Chriſtoff, ihr Vetter, alle von Wenden, und Herrn zu Werle, bekennen - - - daß wir uns - - - - vollkomlich geſezt haben, zu dem Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Friderichen, Marggraffen zu Brandenburg, des H. R. Reichs Ertz-Cammerer, und Burggraffen zu Nürnberg*, &c. Vid. *kurtze Hiſtoriſche, und aus authenticis Documentis & Actis fideliter gezogene Information, von dem Uhrſprung und Verfolg des Kœniglichen Preuſſiſchen, und Marggräfflich-Brandenburgiſchen Eventual-Succeſſions-Rechts, an denen ſæmptlichen Mecklenburgiſchen Reichs-Lehen*, &c., im preſſ. Coloniæ ad Spream, an. 1708, apud *Ulricum Liepertum*, lit. A *Document.*, p. 27. De facto teſtantur *Æneas Sylvius*, de *Statu Europæ*, *ſub Friderico III*, cap. 1, apud *Freherum*, T. 2 *Rer. Germ.*, p. 38, in fine; Auctor *Hiſtoriæ Fundationum Coenobiorum Bavariæ*, *Andreæ Ratubonenſis* Chronico annexæ, apud *Schilterum*, de *Scriptoribus rerum German.*, p. 89; & *Theodoricus Engelhuſius*, in *Chron.*, in Vita *Johannis XXIII*, P. R., p. 295; addat licet: *Rex Sigismundus Burggravium Nürenbergenſem conſtituit Marchionem Brandenborgenſem, & Electorem Imperii, usque in tertiam Generationem*, quæ clauſula fundamento caret; *Thomas Jordanus*, in Notis ad lib. 26 *Hiſtoriæ Bohemicæ Dubravii*, p. m. 221; Aliique. *Morery*, voc: *Brandebourg*, pag. m. 490, non ſatis accurate ſcribit: *Sigismond, Empereur, de la Maiſon de Luxembourg, vendit ce Marquiſat à Frederic IV, Burgrave de Nuremberg, en* 1411; confundens Præfecturam Marchiæ, quam Cæſar tunc Burggravio, ejusque heredibus, conſentiente fratre, *Wenceslao*, credidit, (ſub conditione tamen, ut eam reddere tenerentur, quandocunque vel ipſe, vel, ab ipſius obitu, *Wenceslaus*, eorumve heredes, ei, vel ejus heredibus, centum millia aureorum Hungaricorum perſolverint, ad compenſandos ſumptus, ornandæ Provinciæ, durante adminiſtratione *Jodoci*, Ipſorum fratruelis, valde turbatæ, impenſos,) cum emptionis venditionis contractu. Vid. *Johannes Cernitius*, l. c., ad an. 1411; Vigore hujus Præfecturæ *Fridericum* etiam, an. 1412, homagium à ſubditis Marchiæ exegiſſe, docet *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 352. Creatione autem hac non obſtante, retinuit *Sigismundus Marchionis Brandenburgici* titulum, ad obitum usque, teſte Diplomate, quo, an. 1416, Ducatum Sabaudiæ erexit, de quo mox; nec non aliis Ejus Conſtitutionibus & Decretis, apud *Goldaſtum*, v. g. *Decretis Poſonienſibus*, de an. 1435, T. 3 *Conſtit. Imper.* p. 442, quibus tale initium: *Sigismundus*, *Divina favente Clementia, Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ - - - - Rex; Archi-Princeps Brandenburgenſis*, &c.

An. 1416, 19 Febr., *Camberiaci*, in favorem *Amadei*, Comitis *Sabaudiæ*, Terras Ejus in *Ducatum* exaltat. Diploma habes apud Ill. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Cod. Dipl. Juris Gent.*, §. 126, p. 309, &c., tali præfixo titulo: *Sigismundus, D. G. Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comariæ, Bulgariaque Rex, ac Marchio Brandenburgenſis, nec non Bohemiæ & Lucenburgenſis hæres*, &c. *Amadeum* vocat *Illuſtrem Principem, Ducem Sabaudiæ, conſanguineum ſuum cariſſimum*, &c. Inveſtiturarum literæ, ibidem 20 Febr. deſuper Ei porrectæ, extant l. c., §. 127, p. 312, &c. De facto teſtantur *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 356; *Theodoricus Engelhuſius*, in Chronico, in vita *Johannis XXIII*, P. R., p. 295; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, p. 212, perperam licet ad an. 1218; *Morery*, voc. *Amé VIII, Comte de Savoye*, p. m. 143; *Henningeſius*, part. 2 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 78; Dn. *ImHoff*, in *Genealogiis Illuſtribus Galliæ*, Claſſ. 1, Tab. 3 *Domus Sabaud*, p. m. 72, in vita *Amadei VIII*; *Micralius*, lib. 3 *Hiſtor.*, Sect. 1, pag. 48, quamvis, errore Typographi, ibi 1406 legatur; Auctor *des heutigen Zuſtands von Savoyen*, de an. 1690, pag. 93.

An. 1417, 18 April. ſolenniter inveſtit, *Conſtantiæ*, *Fridericum*, recens creatum Electorem, de Marchia *Brandenburgica*. Vid. *Naucleru*s, Vol. 2, Generat. 48, ad h. a., pag. 1048, & 1064; *Cranzius*, lib. 9 *Vandal.*, cap. 38, & lib. 11 *Saxon.*, cap. 1; *Peucerus*, lib. 5 *Chroni-*

Digitized by Google

ci *Carionis*, p. 628; *Cuſpinianus*, in vita *Jodoci*, pag. 390; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in vita *Friderici* noſtri, p. 474; *Johannes Cernitius*, l. c., pag. 9; *Bucholcerus, Ind. Chronolog.*, h. a.; *Johannes Andreas Angelus*, lib. 3 *Chron. Veteris Marchiæ Brandenb.*, p. 196; *Reinerus Reineccius*, in *Originibus Stirpis Brandenburgicæ*, pag. 31; *Henningeſius*, l. c., pag. 208, & 209; *Micralius*, l. c., Sect. 12, pag. 638; *Pontanus*, lib. 9 *Hiſt. Dan.*, p. 542; *Joh. Wolfgang. Renſchius, im Brandenburgiſchen Ceder-Hayn*, pag. 75; *Morery*, voc. *Brandebourg* p. 490; *Georgius Chriſtoph. Renſchelius, im Stammbaum des Chur-und Furſtlichen Hauſes Brandenburg*, pag. 20; *Limnæus*, lib. 5 *Jur. Publ.*, c. 7, §. 82, p. 188, & 189, ibidemque Tom. IV, in Addit., p. 824, & 825.

An. eod. largitur ibidem, *Adolpho, Cliviæ* Comiti, titulos honoresque *Ducis*. Vid. *Nauclerus*, l. c.; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 356; *Pantaleon*, l. c., in Ejus vita, p. 469; *Henningeſius*, l. c., p. 366; *Micralius*, l. c., p. 660; *Morery*, voc. *Cleves*, p. 201.

An. 1418, Extincto fratre *Wenceslao*, ExImperatore, nactus eſt *Bohemiam*, ſimulque *Johannem Ziskam*, Nobili *Trosnaverorum* ſanguine proſatum, à puero in Regia enutritum, belliſque exercitatiſſimum, Huſſitarum Ducem, ſibi adverſarium & hoſtem, qui toto fere Regno erat potitus, tempore, quo Princeps noſter arma Turcis intulit. Vid. *Æneas Sylvius, Hiſt. Bohem.*, cap. 38, pag. 147; *Dubravius*, lib. 24 *Hiſt. Bohem.*, p. 199, &c.; *Bonfinius*, Decad. 3 *Hiſt. Hungar.*, lib. 2, p. 278, &c. *Pantaleon*, l. c., in Vita *Johannis Ziſcæ*, pag. 480; *Paraleipomena Urſpergenſis*, p. 293, &c.; *Pallatius*, T. 3 *Geſtorum Pontificum Romanorum*, in vita *Martini V*, p. 480; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad h. a., §. 7, p. 771, &c.; Alii.

An. 1420, à *Conrado* Archi-Epiſcopo, coronatur Rex *Bohemiæ*, Pragæ; Vid. *Æneas Sylvius*, l. c., cap. 42, p. 150; *Dubravius*, l. c., in fine libri 24, pag. 204; *Bonfinius*, loc. cit., pag. 280, & Decad. 3, lib. 2, pag. 287; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 1, p. 774; Diem Dominicam *S. Pantaleonis* exprimit *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 353. vice verſa, hinc inde, à Ziſca profligatur. Vid. *Æneas*, l. c., cap. 44, p. 150, &c.; *Dubravius*, l. c., pag. 203, &c.; *Bonfinius*, l. c.; *Spondanus*, l. c., §. 5, pag. 775.

An. 1422, in Comitiis *Norimbergenſibus*, conſtituit *Fridericum*, Electorem *Brandenburgicum*, Imperatorem militum, in Bohemos Huſſitas ducendorum, contra quos *Hermannus*, Præpoſitus in *Neukirchen*, Crucem prædicavit. Vid. *Andreas Ratisbonenſis*, in *Chron. Bavar.*, h. a., pag. 43.

An. 1423, Die Epiphaniæ, largitur *Presburgi*, *Friderico Bellicoſo*, Marchioni Miſniæ & Thuringiæ, Electoratum & Ducatum *Saxoniæ*, qui, (ut verba literarum Cæſarearum ſonant, ab obitu *Alberti III*, ultimi Electoris, lineæ Aſcaniæ, an. 1422 extincti,) *an Ihn, als Ræmiſchen Kænig, und das H. Reich, mit ſampt Graffen, Herren, Rittern und Knechten, Landen, Leuthen, und etlichen ſeinen Zugehærungen, recht und redlich gefallen; mit allen ſeinen Würden, Ehren, und der Chur eines Ræmiſchen Kænigs, &c.*: Suſque deque prædam ambientibus *Ludovico*, Electore Palatino; *Friderico*, Electore Brandenburgico, in favorem filii, *Johannis Alchymiſtæ*, qui laudati *Alberti III* neptem ex fratre *Rudolpho*, *Barbaram*, in matrimonio habuerat; & *Erico V*, Duce *Lauenburgico*, veluti ejuſdem *Alberti* agnato; Vid. *Spangenbergius, Chron. Mansfeld.*, cap. 311, pag. 359, & 360; *Georgius Fabricius*, lib. 7 *Originum Saxonicarum*, pag. 696; *Petrus Albinus, Chron. Miſnic.*, Tit. 16, pag. 419 ad 421, perperam licet anni 1424 mentionem faciat; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in vita *Friderici I*, Elect. *Saxon.*, pag. 486; *Spalatinus, vom Herkommen der Chur-und Fürſten des læblichen Hauſes zu Sachſen*, part. 2; apud *Hortlederum, von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Tom. 2, lib. IV, cap. 23, p. m. 1494, & 1495, §. 35, ad 40; ubi ſimul rationes, Cæſarem ad hoc commoventes, de quibus ſeq. Tit. XI, §. 4, lit. a, evolvendus; & *Hortlederus*, l. c., in Notis, ad §. 42, pag. 1496; *Limnæus, Jur. Publ.*, lib. 3, cap. 10, §. 11, & 12, p. 132, & 133; *Andreas Wernerus, Chron. Magdeb.*, cap. 26; *Strauchius*, Diſſ. Exoter. IX, de *Juribus quibusdam Saxonicæ Domus, fruſtra in Controverſiam adductis*, t. 10, p. m. 318, &c.; Dn. *Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Vitriea Eccleſiæ*, t. 8, p. m. 12; *Micralius, Syntagm. Hiſtor.*, lib. 3, Sect. 12, p. m. 601; Dn. *Joh. Sebaſtian Müller, Annal. Saxon.*, ad annum 1423, p. 11. Auctor *Chronici Holſatiæ*, part. 1 *Acceſſionum Hiſtoricarum Ill. Dn. Leibnitii*, cap. 10, p. m. 16, addit, *Fridericum* centum millia florenorum propterea exſolviſſe; verba ſunt: *Quando ultimi Duces Saxonum Electores obierunt, tempore Sigismundi Imperatoris, tunc Fridericus, Marchio Miſenenſis, datis centenis millibus florenis, pro Ducatu Wittenberg, in feudum etiam adeptus eſt nomen Dignitatis Ducis Saxoniæ, Ipſe, cum progenie ſua, &c.* Conf. *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, p. 1000; *Levini von Ambeer Sachſen Lauenburgiſcher Stammfall, und ſtreitiger Landes Anfall*; de an. 1690, §. 13, pag. 33, & 34. Electores in translationem hanc conſenſiſſe, docet Dn. *Müllerus*, l. c., ad an. 1424, p. 12, & 13.

An. 1425, *die S. Petri ad Vincula*, h. e. 1 Aug., inveſtit ſolenniter, *Budæ*, laudatum *Fridericum* de Electoratu *Saxonico*, & *Archi-Mareſchallatu* S. R. Imperii, cum omnibus Juribus, Terriſque, inde pendentibus. Extant Inveſtiturarum literæ, (ſub anno licet 1426,) apud *Wolfgangum Crauſium, von Urſprung des Hauſes Sachſen*, pag. 109; *Andream Wernerum*, l. c.; *Petrum Albinum*, l. c., pag. 427 ad 429; *Limnæum*, l. c., §. 11, pag. 132, & 133, & quidem ſub anno 1420; quod omnino falſum. Conf. *Fabricius*, l. c., pag. 697; Reliqui; *Henningeſius*,

ningeſius, part. 2 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 17, eandem refert inveſtituram ad ann. 1424; ſed *Hortlederus, von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Tom. 1, lib. 4, cap. 23, p. m. 1496, in Not. ad *Spalatini Chronicon Saxonicum*, part. 2, §. 42, lit. l, & Dn. *Mullerus*, l. c., pag. 13, eam ann. 1425 proceſſiſſe, Archivorum fide teſtantur; quorum ſententiam quoque *Lebinus von Ambeer, im Sachſen Lauenburgiſchen Stamm-Fall*, de an. 1690, §. 13, pag. 34; nec non Dn. *Zwey-burgius*, part. 2 *Theatri Præcedentiæ*, Tit. 2, pag. 11; & Dn. *Luca, im Uhralten Reichs-Fürſten-Saal*, part. 3, cap. 5, pag. 702, ſequuntur. Inde huc faciunt: *Und haben, als Wir in Unſer Kænigl. Maj. zu Ofen gezieret ſaſſen, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath Unſer und des Reichs-Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Graffen, Herren, Edlen, und Getreuen, den vorgenanten Friderichen, zu den vorgenanten Fürſtenthum, gewürdiget, und mit ſeinen Paniren und Schilden angeweiſet, und Ihn auch dazu geſchickt, und Ihn alſo, im Namen der H. Dreyſaltigkeit, das vorgenante Churfürſtenthum und Hertzogthum zu Sachſen, mit ſampt der Chur, und Ertzmarſchall-Ampt dazu gehœrend, und auch ſonſten mit der Pfaltz, Hauß und Stadt Alſtedten, und die Graffſchaft zu Brene, mit der Burggraffſchafft und Graffen-Gedinge zu Magdeburg und Hall, und mit allen ſeinen Herrlichkeiten, Wurden, Ehren, Rechten, Eigen, Eigenſchafften, Pfanden und Pfandſchafften, die zu dem Hertzogthumb zu Sachſen gehœren, geliehen, &c. Geben zu Ofen, an S. Peters Tag* ad Vincula, an. 1425. (al. 1426.) Conf. ſeq. Tit. XI, §. 4, lit. a.

An. eod., Dominica ante feſtum *Mariæ Magdalenæ*, creat *Henricum Seniorem*, Dominum de *Plauen in Plauen*, Burggravium *Miſniæ*, & S. R. J. Principem. Vid. *Petrus Becklerus*, in *Illuſtri Stemmate Ruthenico*, pag. 62, &c. Conf. Dn. *ImHoff, Notit. Proc.*, lib. 6, cap. 13, §. 5, pag. 320; Ill. Auctor *des Europ. Herolds*, Tom. 1, part. 1, cap. 13, p. m. 637.

An. 1431 Comitia *Norimbergæ* celebrat, de protrahendo bello Huſſitico multa verba faciens; infauſta licet Expeditio fuerit ſuſcepta. Vid. *Andreas Ratisbonenſis*, l. c., ad hunc annum, p. 49, & 50. *Æneas Sylvius*, l. c., cap. 48, p. 155, &c.; *Dubravius*, l. c., lib. 27, p. 223; *Cochlæus*, lib. 6 *Belli Huſſitici*; *Bonfinius*, l. c., Decad. 3, lib. 3, pag. 284; *Spondanus*, l. c., ad h. a., p. 805; *Pallatius*, T. 3, *de Geſtis Pontificum Romanorum*, in Vita *Martini V*, pag. 484.

An. eod., die *S. Catharinæ*, 25 Nov. in Baſilica *S. Ambroſii*, *Mediolani*, à *Bartholomæo Capra*, Archi-Epiſcopo loci, inauguratur *Rex Italiæ*, ſeu *Longobardorum*; Vid. *Bernhardinus Corius*, part. 5 *Hiſtor. Ducum Mediolanenſium*: *Spondanus*, l. c., §. 21, pag. 809; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 160; *Pallatius*, l. c., in Vita *Eugenii IV*, p. 502; *Andreas* vero Presbyter *Ratisbonenſis*, l. c., pag. 53, refert id ad annum 1432, cujus etiam meminit Ipſius Reſcriptum ad *Concilium Baſilienſe*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.*, pag. 437, ſub dato, *Mediolani*, 11 Dec. 1432, §. 2, verbis: *Ipſo Feſto S. Catharinæ Virginis, proximè præterito, hic, Mediolani, in Domicilio S. Ambroſii, Majorum Noſtrorum imitando veſtigia, Regium diadema aſſumpſimus, &c.* Conf. *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.*, cap. 4, §. 40, pag. 58; & ad *Capit. Caroli V*, Art. 30, voc: *die Rœmiſche Kœnigl. Cron*, §. 11, p. 311.

An. eod., ſub Ejus auſpiciis, ex ſententia Concilii *Senenſis*, an. 1423 inchoati, & ſequenti 1424 finiti, convocat *Martinus V Concilium Baſilienſe*, cujus Bullam *Angelus Maria Cherubinus*, T. 1 *Magni Bullarii Romani*, p. 333, exhibet. Quantæ fuerint Imperatoris partes, in convocanda hac Synodo, oſtendunt *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 357: *Anno Domini 1433 Rex Sigismundus, Romæ, à Papa Eugenio* (Martini ſucceſſore) *in Imperatorem, in feſto Pentecoſtes, coronatus eſt, & tunc mox, per Papam, & Imperatorem, Concilium Baſilienſe indictum eſt, &c.*; Ipſiusque Cæſaris literæ ad Bohemos, *Ænea Sylvio* teſte, l. c., cap. 49, p. 157: *Sigismundus . . . ad coronam Imperii Romæ ſuſcipiendam, iter ingreſſus, Primoribus Regni Bohemiæ literas dedit, in queis ſcriptum erat: Se, Natione Bohemum, nulli Genti magis, quam ſuæ, affectum, Romam, non aliam ob cauſam, petere, quam coronæ ſuſcipiendæ gratia . . . coeptum eſſe jam ſua opera Baſileæ Concilium, &c.* Evolvendi de eo duo Libri Commentariorum *Æneæ Sylvii*, hanc in rem ſcripti; Idem, *Hiſt. Bohem.*, cap. 50, &c., pag. 157, &c.; *Andreas*, Epiſcopus *Crainenſis*, in ejus deſcriptione, de an. 1480; *Paulus Langus*, *Chron. Citizenſ.*, ad ann. 1431, p. m. 857, &c.; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 356, &c.; *Mutius*, lib. 27, ad ann. 1430, pag. 280, &c.; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 48, an. 1431, pag. 1054, &c.; *Paraleipomena Urſpergenſis*, ad an. 1434, pag. 296, &c.; *Spondanus*, l. c., ad an. 1431, &c., pag. 805, & ſeqq.; *Pallatius*, l. c., in Vita *Eugenii IV*, pag. 502, &c.; *Spanhemius*, *Introduct. ad Hiſtoriam Eccleſ.*, pag. 520, &c. *Primam Seſſionem* celebratam an. 1431, 14 Dec., creato, ab Imperatore, *Wilhelmo* Bavaro Concilii Protectore, ex *Spondano*, l. c., §. 19, p. 809, diſcimus, Summa eſt:

Seſſ. 2, an. 1432, 15 Cal. Mart. confirmantur Decreta *Conſtantienſis* Concilii, ſcil. (1) *Synodum Generalem, legitime congregatam, poteſtatem immediatè à Chriſto habere, cui quilibet, cujuscunque Status, vel dignitatis, etiamſi Papalis exiſteret, in his, quæ ad fidem, & extirpationem ſchiſmatis, generalemque Eccleſiæ reformationem, in Capite & in Membris, pertineant, obedire teneretur*; (2) *Quicunque, cujuscunque dignitatis, Papalis etiam, Statutis Generalis Concilii obedire contempſerit, puniendum eſſe, &c.* Vid. *Spondanus*, h. a., §. 7, pag. 814; *Pallatius*, l. c., pag. 505. Repetita eſt hæc Concilii ſupra Papam auctoritas, Seſſione XVIII, an. 1434, 6 Cal. Julii.

Seſſio-

Seſſione XV durante, an. 1433, ultimo die Novembris, *S. Andreæ* ſacro, promittunt Bohemi Huſſitæ, à Synodo Ablegatis, *Philiberto*, Conſtantienſi Epiſcopo, *Johanni* de *Palomar*, & duobus aliis, *ſe Moravosque* pacem & unitatem Eccleſiaſticam amplexuros, confecto deſuper Inſtrumento, quod *compactata* vocant; vigore cujus, *Communio ſub utraque*, eam efflagitantibus, annosque diſcretionis habentibus, conceſſa; ea tamen lege, ut, diſpenſando ſacrum cibum, potumque, Præſules, publice iis utentes inſtruant, ſub qualibet ſpecie integrum contineri Chriſtum; non *corpus* duntaxat ſub *pane*, nec *ſanguinem* ſub *vino*; In reſiquis omnibus, miſeris Bohemis, numero, auctoritate, potentia & patrocinio, adverſariis multo inferioribus, ad veteres Romanæ Eccleſiæ ritus, dogmata & obedientiam redire compulſis. Vid. *Cochlæus*, lib. 8 *Hiſt. Huſſitarum*; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 48, pag. 1059; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 17, pag. 822, & ad an. 1436, pag. 840; Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2 *Cod. Diplom. Juris Gentium*, in *Mantiſſa*, pag. 138, &c.

Seſſ. XXI, An. 1435, 9 Junii prohibitum: Ne in Curia Romana, alibive, pro Confirmatione Electionum, proviſione, collatione, inſtitutione, vel inveſtitura, de Eccleſiis, Monaſteriis, Dignitatibus Eccleſiaſticis, Ordinibus ſacris, Benedictione vel Pallio, ante vel poſt, ratione literarum, Sigilli, Annatarum, Primorum fructuum, &c., quocunque ſub prætextu, conſuetudine, privilegio, ſtatuto, &c., poſthac aliquid exigatur, ſub pœna ſimoniæ. Vid. *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 13, p. 835.

Seſſ. XXX, An. 1437, 23 Dec., contra *Compactata* cum Bohemis Moravisque, decretum: Conſuetudinem communicandi *ſub Una*, ab Eccleſia & Sanctis Patribus introductam, pro Lege habendam eſſe, nec ulli eam reprobare, aut, ſine auctoritate Eccleſiæ, immutare licere. Conf. *Spondanus*, loc. cit., ad h. a., §. 9, pag. 845.

Seſſ. XXXIV, 25 Jun. 1439, *Eugenius IV*, P. R., tanquam Pacis publicæ, & unitatis Eccleſiæ perturbator, Simoniacus, perjurus, ſchiſmaticus, incorrigibilis, à fide devius, pertinax hæreticus, Jurium bonorumque Eccleſiæ dilapidator, & inutilis plane Pontifex, dignitate Papali exuitur, ſolutis ab ejus obedientia Chriſtianis omnibus, ſubque hæreſeos & ſchiſmatis, nec non privationis omnium Bonorum, Beneficiorum & Dignitatum pœnis, Ei diutius inhærere prohibitis. Vid. *Platina*, in Ejus vita, pag. 274, ibique *Onuphrius*, pag. 280; *Rolewinckius*, *Faſcic. Tempor.*, p. 88, perperam licet ad 10 Julii; *Nauclerus*, Generat. 48, p. 1062; *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 299; *Volaterranus*, lib. 22 *Anthropologiæ*, p. 516; *Mutius*, lib. 28, pag. 284; *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 358; *Erdmanni Chronicon Oſnabrugenſe*, ibid., pag. 260; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 372, & 373; *Langus*, *Chron. Citizenſ.*, ad ann. 1432, & 1439; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 31, pag. 872; *Pallatius*, l. c., in *Vita Eugenii IV*, p. 524, &c.

Seſſ. XXXVI, an. eod. 15 Cal. Octob. declaratum: B. Virginem *Mariam* ſine peccato originis fuiſſe conceptam. Vid. *Spondanus*, l. c., §. 39, p. 874.

Seſſ. XXXVIII, an. eod., Nonis Novemb. Cardinales ingreſſi Conclave, ſex & viginti ſuffragiis, elegerunt *Amadeum*, primum Sabaudiæ Ducem, apud *Ripalliam*, ad Lacum Lemannum, in eremo latitantem, Pontificem Romanum, *Felicem V* dictum. Vid. *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 284; *Spondanus*, l. c., §. 45, pag. 876, & 877; reliquique, præced. Seſſ. 34, adducti teſtes, ll. cc. Jam iterum in viam.

An. 1433, in Feſto Pentecoſtes, coronatur, Romæ, Imperator, ab *Eugenio IV* P. R. Teſtes ſunt *Rolewinckius*, l. c., ætat. 6, p. 87; *Andreas Ratisbonenſis*, in *Chronico*, h. a., pag. m. 53; *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, l. c., pag. 357; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 356, &c.; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, p. m. 215; *Spondanus*, l. c., ad h. a., § 14, p. 811; Alii. *Nauclerus*, Generat. 48, pag 1055, *Mutius*, lib. 27, p. 280; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 160, aliique peractam hanc Coronationem putant, anno 1432; *Pantaleon*, part. 2 *Der Teutſchen Helden*, pag. 460, perperam eam refert ad an. 1415; nec majori jure Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. 290, ad annum 1437. Factum comprobant *Platina*, in Vita *Eugenii IV*, pag. 270; *Laonicus Chalcocondylas*, lib. 2 *Rer. Turcicar.*, p. 48; *Æneas Sylvius*, cap. 52 *Hiſtor. Bohem.*, p. 172, & in appendice ad *Benevenuti de Rambaldis librum Auguſtalem*, in Ejus vita, pag. 14; *Dubravius*, lib. 25 *Hiſt. Bohem.*, pag. 210; *Bonfinius*, Dec. 3, lib. 3 *Rer. Hungar.*, pag. 285; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, c. 19, p. 436.

An. eod. 22 Septemb. creat *Johannem Franciſcum Gonzagam*, Marchionem *Mantuæ*, & *Vicarium* S. R. J. Vid. *Spondanus*, Tom. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad h. a., §. 14, pag. 821; *Henningeſius*, part. 2 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 231; Dn. *Spenerus*, *Op. Herald.* lib. 1, cap. 29, §. 2, p. 131; Dn. *ImHoff*, *Geneal. Gonzag.* Tab. 106; *Morery*, voc. *Mantoüe*, p. 431; *Ritterſhuſius*, Tab. 1 *Geneal. Ducum Mantuæ*; Dn. *Zweyburg*, *Theatr. Præcedent.* part. 1, Tit. 43, pag. 113, errore licet typographico, loco 1433, legatur 1443, quo anno *Sigismundus* dudum jam erat mortuus; Alii multi. Errant hinc *Gregorio Leti*, part. 1 *Dell' Italia regnante*, lib. 7, pag. 402, annum 1407; *Dubravius*, lib. 25 *Hiſt. Bohem.*, p. m. 210, & *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in vita *Sigismundi*, pag. 460, annum 1415; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronograph.*, Generat. 48, p. m. 1055, & *Jean de Laët*, Comment. de *Principatibus Italiæ*, cap. 7, p. m. 282, annum 1432, &

Auctor

Digitized by Google

Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſ.*, pag. 290, annum 1437, hoc titulo producentes.

An. 1434, 8 Mart. denuo confirmat Electoralia Jura & Archidapiferatus Imperii *Domui Palatinæ* competentia. Vid. Bulla Ejus, de *Jnre & ſucceſſione Electorum Palatinorum*, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Conſtit. Imp.*, p. 398.

An. 1436, 5 Julii, tranſigit cum Huſſitis, *Iglaviæ Moraborum*, præſentibus, & conſentientibus, *Alberto* Auſtrio, ipſius Genero, & Baſileenſis Concilii Oratoribus, *Philiberto*, Epiſcopo Conſtantienſi, *Johanne de Palomar*, Archi-Diacono Barchionenſi, Sacri Palatii Auditore, aliiſque; capita tranſactionis erant: (1) Delenda omnia Concilii adverſus Huſſitas edita Interdicta; (2) Servanda anno 1433 concluſa *Compactata*; (3) Pacem eis dandam, ab omnibus ubique Chriſtianis; (4) deponenda ab eis arma, (5) in reliquis, Romanæ Eccleſiæ præceptis obediendum; (6) Capiti eorum, *Johanni Rochezano*, Pragenſi Presbytero, promiſſus Pragenſis Archi-Epiſcopatus, &c. Vid. *Bonfinius*, l. c., p. 290; *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 7, pag. 839, &c. Datum deſuper Cæſaris decretum extat apud *Æneam Sylvium*, cap. 52, *Hiſt. Bohem.*, p. 172; & *Goldaſtum*, T. 3 *Conſtit. Imper.*, p. 454; conf. Ill. Dn. *Leibnitius*, T. 2 *Cod. Dipl. Jur. Gentium*, in Mantiſſa, §. 21, &c. pag. 143, & ſeqq. Quibus compoſitis, nono Cal. Sept. incredibili pompa, fauſtaſque inter acclamationes, Imperator *Pragam*, ubi paulo ante pro acerrimo habitus hoſte, ingreſſus eſt. Vid. *Æneas*, l. c.; *Mutius*, lib. 27, pag. 282; *Bonfinius*, l. c.; *Dubravius*, lib. 27 *Hiſt. Bohem.*, pag. 225; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 48, p. 1059; *Spondanus*, l. c., §. 8, p. 840.

An. 1437, Hæredem Bohemiæ Hungariæque ſcribit Generum ſuum, *Albertum*, Auſtriæ Ducem. Vid. *Andreas Presbyter Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico*, p. 60, & 61, ubi ultima Ejus verba, ad circumſtantes, in favorem *Alberti*, prolata; Conf. *Æneas Sylvius*, in Appendice, ad *Benevenuti de Rambaldis Librum Auguſtalem*, p. 15; & cap. 53 *Hiſtor. Bohem.*, p. 174; nec non de *Statu Europæ*, ſub *Friderico III*, Imp., cap. 1, apud *Frehernm*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 39; *Bonfinius*, Dec. 3. lib. 3 *Rer. Hungar.*, pag. 291; *Dubravius*, lib. 27 *Hiſt. Bohem.*, pag. 227, & 228; *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, in Vita *Sigismundi*, pag. 602; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 48, pag. 1060 ad 1063; *Mutius*, lib. 27 Chron. pag. 282, & 283; *Paraleipomena Urſpergenſis*, p. 303; *Spangenberg, Chron. Mansfeld.*, cap. 323, p. 378.

An. eod., ſub dato *Prag*, *am Frytag nach S. Simons und Juda*, *Caſparum Schlickium*, Cancellarium ſuum, ejuſque fratrem, *Matthiam*, & eorum hæredes, creat Comites, & quidem, ut verba ſonant, *zu Graven zu Paſſaw*, *in Wellſchen Landen.* Habetur diploma inter Documenta, Res *Friderici III* Imp. Illuſtrantia, Edit. *Schilteriana*, p. m. 85, &c.

An. eod. celebrat *Ægræ* Comitia. Vid. *Lehmannus*, lib 7 *Chron. Spir.*, cap. 92, p. 905, ubi formula convocationis: Conf. *Spangenberg*, l. c.

v. (5.) His aliiſque omnibus ad finem perductis, obiit *Znoymæ* Moravorum, 9 Decemb. anno 1437, ætatis 70; corpus Ejus, ex ultima Ejus voluntate, *Varadini*, apud Hungaros, in Eccleſia *S. Ladislai*, ſepulturæ traditum eſt, tali ſub epitaphio:

Cæſar & Imperium tnus en Ego Roma Sacratum
Rexi, non enſe, ſed pietatis ope:
Pontificem Summum feci, ſpretis tribus, unum.
Luſtravi mundum, ſchiſma necando malum.
Turcos oppreſſi, & Barbaras Gentes excuſſi:
Ampla Dominia contulit manus mea:
Et ſunt Ungaria, mea Regna, Bohemia, plura.
Pace Sigismundus hic requieſco pius.
Ac iter in Znayma mihi mors præcluſit amara;
Cum grege Catholico, tranſeo fine bono.
Anno milleno, quater centum, terdecem adde,
Ac ſeptem, Menſis Decembris, dieque nono.

Vid. *Andreas Presbyter Ratisbonenſis*, l. c., pag. 60; & *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2, *Chron. Alſat.*, §. 240, pag. 148, & 149, ubi hæc, in idiomate Germanico, exhibentnr. Idem docent *Emundus* in *Magno Chronico Belgico*, pag. 357; *Cuſpinianus*, in Ejus vita; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 160; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 462; *Spangenbergius*, cap. 323 *Chronici Mansfeldenſ.*, pag. 278; *Browerus*, lib. 19 *Annal. Trevir.*, §. 47, pag. 277; Alii. *Nauclerus* vero, Vol. 2, Generat. 48, pag. 1061, ſcribit, Eum mortuum, in ipſo feſto Conceptionis Mariæ, adeoque 8 Decemb. quam ſententiam ſequuntur: *Spondanus*, T. I, *Contin. Annal. Baron.*, h. a., §. 10, pag. 845; *Morery*, voc. *Sigismond*, pag. 390; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.*, h. a., p. 395; *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, pag. 1009. Alii. Annum obitus, ætatemque, ſeptuaginta annorum, comprobant: *Thuroſius*, in *Chronico Hungarico*, in Ejus vita, cap. 24, qui addit. Eum apoplexia defunctum; *Bonfinius*, Decad. 3, lib. 3 *Rerum Hungar.*, pag. 292; *Mutius*, lib. 27, pag. 283; &c. de nudo anno loquuntur: *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 303; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmograph.* cap. 19, pag. 436; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 76, pag. 857; *Zweyburg*, *Theatr. Præcedentiæ*, part. I, Tit. 18, p. 49; &c. Solum *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, pag. 216, profert, hoc titulo, annum 1438. Eum plane tacent *Æneas Sylvius*, cap. 53, & 54 *Hiſt. Bohem.*, p. 174, & 175, & de *Statu Europæ ſub Friderico III*, cap. 1, pag. 39; *Dubravius*, lib. 27 *Hiſt. Bohem.*, pag. 227 & 228, &c.

(38) ALBERTUS II.

v. (1.) Patrem habuit *Albertum IV*, cognom. *Mira-*

Digitized by Google

bilia Mundi, Ducem Auſtriæ; Matrem, *Johannam*, filiam *Alberti*, Ducis Bavariæ, & Hollandiæ Comitis; natus an. 1399. Vid. *Cuſpinianus*, in Ejus vita; *Henningeſius*, part. 1, *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 272; *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, in Ejus vita, pag. 1010; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 19, in Ejus vita, pag. 437; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 496; ejus ætatis hiſce memor: *Als nun der Vater in dem* 1404 *Jahr geſtorben, hat Er dieſen Sohn Albrecht, erſt fünff Jahr alt, Verlaſſen*; ergo lucem aſpexit an. 1399, quem etiam probant *Rittershuſius*, Tab. Geneal. 1 *Auſtriæ Archiducum*; Dn. *ImHoff* Tabb. Geneal. Impp. X; Dn. *Hübner Tabb. Geneal. XXXI. Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 4, c. 2, p. 402, & cap. 13, p. 508, Eum mundum intraſſe putat an. 1394; utpote decennem, cum Ejus Pater moreretur.

v. (2.) An. 1422, vel, ut alii ponunt, 1420, nuptias Viennæ celebravit cum *Eliſabetha*, *Sigismundi* Imperatoris filia unica, Hungariæque & Bohemiæ herede. Vid. quos teſtes adduxi in vita *Sigismundi*, v. 3. p. 688.

v. (3.) Liberi ſunt:

(1) ***Anna***, Uxor *Wilhelmi*, Ducis Saxoniæ, & Marchionis Miſniæ. Vid. *Pantaleon*, l. c., pag. 499; *Matthiæ*, l. c.; *Henningeſius*, l. c., & part. 2, p. 19, qui tamen natu minorem eam conſtituit; ſicut & *Bucelinus*, part. 3, *Notit. Geneal. Germ.*, pag. 27; & *Rittershuſius*, l. c., qui ſimul eam anno 1461 defunctam teſtatur; Dn. *Hübnerus Tab. Geneal.* 125, & *Sigismundus von Bircken*, l. c., malunt an. 1462; De anno nuptiarum, teſtatur *Recenſio deductionis nuptialis Archi-Duiſſæ, Annæ, Imperatoris Alberti 2 filiæ, ad ſponſum ſuum, Wilhelmum, Ducem Saxoniæ, an.* 1443, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Bibliothecæ Cæſareæ*, cap. 8, pag. 960; Perperam ſcribit *Emmudus* in *Magno Chronico Belgico*, pag. 376: *Genuit, ex prædicta Uxore, unicam filiam, quam in Uxorem duxit Illuſtris Wilhelmus, Dux Saxoniæ, &c.* unica enim non fuit.

(2) ***Eliſabetha***, nata 1439, nupta an. 1454 *Caſimiro IV*, Regi Poloniæ, & denata an. 1505. Vid. iidem.

(3) ***Georgius***, mortuus infans, ante Patrem. *Henningeſius*, l. c., *Bucelinus*, l. c., *Rittershuſius*, l. c., Dn. *Hübnerus*, l. c.

(4) ***Ladislaus***, *poſthumus*, Rex Hungariæ & Bohemiæ, natus an. 1440, 21 Febr., teſtibus *Henningeſio* l. c., *Rittershuſio* & *Sigismundo von Bircken*, l. c. *Wympbelingus*, cap. 49, *Epitom. Rer. German.*, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, pag. 191; *Matthiæ*, l. c., & Dn. *Hübnerus*. l. c., habent 22 Febr., & *Pantaleon*, l. c., pag. 506, 23 dicti menſis. Qui, cum *Pragæ* ſponſa, *Magdalena, Caroli VII*, Regis Galliæ, filia, Ipſi adduceretur, non ſine veneni ſuſpicione, anno 1557 (1558) 23 Novemb. moritur. Vid. iidem; inter quos *Matthiæ*, pag. 1011, ſponſæ nomen *Margaretha* imponit. Plura de Eo, *Æneas Sylvius*, Epiſt. 81, & teſtes obitus Ejus Patris, ſeq. v. 5.

v. (4.) *Ænea Sylvio*, cap. 55, *Hiſt. Bohem.*, p. 175, audit, Princeps *potens*, *Nobilis & virtute præſtans*. & cap. 56, pag. 177: *Princeps liberalitate ac fortitudine clarus, & qui cæteris rebus longe Religionis ſtudium antepoſuit, &c.* *Nauclerus*, Vol. 2 Generat. 48, pag. 1063, Eum vocat *Virum Optimum*; *Bonfinius*, Decad. 3 *Rer. Ungar.* lib. 4, pag. 298, ſic Eum delineat: *Fuit Albertus ſtatura corporis aliquanto ſupra mediocrem, mira fortitudine ac liberalitate inſignis: præter eximias Viri laudes intentiſſimum Religionis ſtudium pietatisque culturam prædicant. Item, colore ſubnigro, Venerando aſpectu, præterea mitiſſimus & in ſuos omnes nimium exorabilis fuiſſe dicitur.* Compilatori *Magni Chronici Belgici*, pag. 376, dicitur: *Homo prudens, & Victorioſus, & admodum dives, quoad paratas pecunias & theſauros, &c.* Apud *Lehmannum*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 93, pag. 905, depingitur: *Ein tapfferer Held, und Liebhaber der Gerechtigkeit, uffrechter, gerader, ſtarcker Leibesgeſtalt, &c.* *Pantaleon*, l. c., pag. 497, ait: *dergeſtalt fienge Albrecht an, in ſeinem galen Haar, aufzuwachſen, alſo, daß Er, in dem fünffzehenden Jar, alle andere Menſchen, ſo ihr vollkommen Alter erlangt, an der Länge weit übertroffen. &c.* Ad hiſtoriam Ejus quod attinet,

An. 1437, *feria quarta*, 19 *die Decembris*, *in Pruſanio*, ***Albertus*** *Dux in Regem Ungariæ eſt electus.* Ita *Andreas*, *Presbyter Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico*, p. m. 61.

An. 1438, ***Albertus***, *in Alba Regali, cum Conjuge ſua*, ***Elizabeth***, *Kal. Januarii, ſummo conſenſu & applauſu Populi, coronatus eſt, &c.* ſunt verba *Æneæ Sylvii*, l. c. cap. 54, pag. 175. Conf. *Dubravius*, lib. 28 *Hiſt. Bohem.*, pag. 229; *Bonfinius*, Decad. 3 *Rer. Hungar.*, lib. 4, pag. 294; *Nauclerus*, l. c.; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, pag. 216; *Mutius*, lib. 28, pag. 283; *Pantaleon*, l. c., perperam licet ad an. 1437. *Lehman*, l. c., *Spondanus*, Tom. 1 *Cont. Annal. Baron.*, h. a., §. 17, pag. 852.

An. eod., ***Albertus***, *Dux Auſtriæ, & Electus Rex Ungariæ, in die Johannis Evangeliſtæ, Pragæ, in Regem Bohemiæ eſt electus.* Hæc *Andreas Ratisbonenſis*, l. c. Conf. *Æneas Sylvius*, l. c., cap. 55, pag. 175; *Dubravius* l. c., *Bonfinius*, l. c., pag. 296, Reliqui. *Spondanus*, l. c.; ait, Eum pridie Nonas Maji, *Pragæ*, Bohemorum Regem renunciatum, ac tertio Calendas Junii (rectius *Julii*, ut *Bonfinius* & *Nauclerus*, l. c., docent; coronatio enim electionem non præceſſit) Solenni pompa, ibidem coronatum, fruſtra *Henrico Ptarſcone*, *Alexio Sternbergio*, *Georgio Podiebradio*, nonnullisque aliis, *Caſimiro*, Poloniarum Regi, tredecim anno-

Digitized by Google

annorum puero, vota dantibus, *Alberto* licet poſtmodum cum eo decertandum fuerit; qua de lite *Æneas*, l. c. & p. 176. *Dubravius*, l. c. *Cromerus*, lib. 21 *Hiſt. Pol. Cochlæus*, lib. 9 *Hiſt. Belli Huſſit. Nauclerus*, l. c. *Bonfinius*, l. c., pag. 296, &c. *Pantaleon*, l. c., aliique evolvendi.

An. eod. *Feria quinta poſt Oculi, die Vigeſimo menſis Martii, Electores, ſcil. Theodericus Moguntinenſis, Theodericus Colonienſis, Rabanus Treverenſis, Archi-Epiſcopi; Otto, Comes Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ, Tutor Ludovici, Comitis Palatini Rheni; Fridericus, Marchio Brandenburgenſis, concorditer Albertum, Ducem Auſtriæ, electum Regem Ungariæ & Bohemiæ, in Franckenfordia, in Regem Romanorum elegerunt, &c.* Hæc *Andreas Presbyter Ratisbonenſis*, l. c. Conf. *Æneas Sylvius*, l. c., pag. 175 & 176; & de *Statu Europæ ſub Friderico III*, cap. 1, apud *Freherum*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 39; *Bonfinius*, l. c., pag 295; *Nauclerus*, l. c., pag. 1063; *Lehmannus*, l. c., lib. 7, cap. 93, pag. 906; *Spondanus*, l. c., §. 18, pag. 852, &c.; *Jacobus* de *Kœnigshofen*, cap. 2, *Chron. Alſat.*, §. 241, pag. 149, rejicit hanc electionem ad diem Martis, Mediam Quadrageſimam præcedentem (*Dienſtag vor Halb Faſten*) adeoque 5 Mart. *Rolewinckius*, ætat, 6, *Faſciculi Temporis*, pag. 89, habet 17 Mart. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 376, ponit 18 Mart. *Onuphrius* & *Mariana*, lib. 21, cap. 13, planè Calendis Januarii, eam factam arbitrantur, confundentes eam cum inauguratione Hungarica. De nudo facto teſtantur: *Mutius*, loc. cit., pag. 284 & 285; *Pantaleon*, l. c., pag. 498; *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 304; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, p. 216; *Munſterus*, l. c., p. 437.

An. eod. *Aquisgrani* inauguratur Rex Germaniæ. Vid. *Dubravius*, l. c., lib. 28, pag. 229: *Ille non cunctatus Principes adire, ut, de veteri conſuetudine in Germania, locis ſuis Imperium iniret, Aquisgrani, miro omnium Electorum gaudio, & gratulatione, Imperii corona redimitus eſt, &c. Henningeſius*, l. c. malè tamen id factum putat 8 Idus Januar. fortè Junii. *Munſterus*, l. c.

An. eod. approbat Concilium Baſileenſe. *Spondanus*, l. c., §. 19, p. 853.

An. eod. die *Margaretha & Galli*, bis celebrat Comitia *Norimbergæ*, numeroſo Statuum Imperii conſluxu, ubi *Conſtitutione ſaluberrima*, (ut Dn. *Datti*, lib. 1, cap. 26 *Rer. German.*, §. 9, p. 178, verbis utar) *diffidationes omnes in Imperio abolevit; Auſtregas dirimendis Statuum litigiis ordinavit; univerſum Imperium, excepta Bohemia & Auſtria, in Quatuor Circulos diviſit; peculiares etiam, in quocunque Circulo, publicæ Pacis, rerumque Imperii judicialium, executores eſſe voluit, &c.* Extat illa Conſtitutio, apud Dn. *Schilterum*, Tom. 2, *Inſtit. Juris Publici*, T. XIX, pag. 339, perperam licet ad an. 1437, utpote quo nondum electus erat Cæſar. Inde quædam occurrunt ſeq. lib. 2, Tit 6, §. 2; Ejusdem meminit Ill. Auctor *des Europæiſchen Heroldes*, Tom. 1. part. 4, cap. 5, pag. 927; & *Sigismundus à Bircken im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 4 cap. 13 pag. 501; malè tamen Imperium in ſex circulos diviſum ajens. Separanda autem eſſe Comitia *Norimbergenſia* die *Margaretha* habita, ab iis, quæ die *Galli*, uno tamen eodemque anno, celebrata, docet Dn. *Datt*, l. c., & cap. 27, p. 185, &c. Carpens ſimul *Lehmannum*, quod lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 93, pag. 906, ea ad annum 1439 rejiciat.

v. (5.) Arma inferens Turcis in Hungaria, & Servia, tandem an. 1439, 27 Octob. vivendi finem fecit; de cujus obitu *Æneas Sylvius*, cap. 55 *Hiſt. Bohem.*, p. 177, ait: *Albertus, ubi expugnatam Sinderoviam*, (in Servia, ſeu Myſia ſuperiori, quam Raſciam vocant, in ripa Danubii) *Turcas abiiſſe cognovit, dimiſſo Exercitu, Budam rediit. Sed inſolito ferventis Auguſti calore vexatus, dum peponibus nimium oblectatur, in ventris ſolutionem incidit, ſentientque periculum, moriturus in Patria, Viennam repetere ſtatuit. Iter ingreſſus, quum jam Strigonium prætериiſſet, in Villa, quæ Longa dicitur, (Langendorff) condito Teſtamento, Sexto Kalend. Novembris, deceſſit, &c.* Idem docent *Dubravius*, lib. 28, *Hiſt. Bohem.*, pag. 230, addens: *Exequiæ Illi, ab Uxore, Elizabeth, prægnante, Regio apparatu, in Baſilica Albæ Regalis, celebratæ, ibidemque corpus conditum, &c. Bonfinius*, l. c., Decad. 3, lib. 4, pag. 298; *Nauclerus*, Generat. 48, h. a., pag. 1064; *Emundus*, in *Magno Chronico Belgico*, pag. 376, annectens, nonnullos Eum *intoxicatum* credere; *Wymphelingus*, *Rer. German.* cap. 49, apud *Schardium*, T. 1, *Rer. German.*, pag. 191; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 506; *Cuſpinianus*, in Ejus vita; *Bucholcerus*, *Ind. Chronol.*, h. a., pag. 397; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, h. a., §. 50, pag. 878 & 879; *Browerus*, lib. 19 *Annal. Trevir.*, h. a., §. 56, pag. 279; *Matthiæ*, *Theatr. Hiſtor.*, in Ejus vita, pag. 1011; *Lambecius*, lib. 2 *Commentar. Bibliotheca Cæſareæ*, cap. 8, pag. 708, & 709; Alii. *Lehmannus* vero lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 93, pag. 906, Eum deceſſiſſe, putat, die Simonis & Judæ, adeoque 28 Oct. cujus ſententiæ etiam eſt *Henningeſius*, part. 1, *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 272; *Rolewinckius*, ætat. 6 *Faſciculi Temporum*, p. m. 89, malè id contigiſſe arbitratur an. 1438; Gravius errat *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chronici Alſatici*, §. 241, pag. 149, de Eo ſcribens: *Alſo war Ihm vergeben, und ſtarb uff S. Simon & Judas Tag, do man zalt 1449 Jahr, und das thet ſein Schwieger, Keyſer Sigmunds Weib, darumb das Sie Kœnigin zu Ungern blibe, mit einem andern Manne, &c.* Sine dubio autem Typographo id vitio vertendum, quia ſequenti ſtatim §. 242, mentio fit electi, anno 1440, *Friderici* Imperatoris. Factum comprobant *Mutius*, lib. 28, pag. 285; *Paraleipomena*

Urſpergenſis, pag. 216; *Æneas Sylvius*, in Appendice *ad Benevenuti de Rambaldis librum Auguſtalem*, apud *Freherum*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 15; *Johannes Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, in Ejus vita, apud *Sylburgium*, T. 2 *Hiſt. Roman.*, pag. 602; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, in Ejus vita, pag. 437.

(39) FRIDERICUS III.

v. (1.) Filius *Erneſti Ferrei*, Ducis Auſtriæ, & *Cymburga*, *Ziemoviti*, vel *Simonis*, Maſoviæ Ducis, gnatæ, natus an. 1415, 23 (21) Septemb. Vid. Inſcriptio, in Ejus laudem confecta, apud *Sigismundum von Bircken*, *im Oeſterreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, præfat. cap. 1, p. 512: *Imperator Cæſar Fridericus IV, Pius, Felix, Pacificus, Victor & Triumphator, PP. Auguſtus, Rex German., Archi-Dux Auſtriæ, infauſtum Friderico Patruo annum decimi quinti Seculi decimum quintum, Natali ſuo, IX Kal. Octobr. Oenip. felicem reddidit, &c.* quamvis alii nativitatem hanc in XI Kal. Octob., ſive 21 Septemb. referant; Conf. *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 274; *Buccelinus*, part. 3 *Notitiæ Genealog. German.*, pag. 27; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 95, p. 909; *Rittershuſius, Tab. Geneal. Auſtriæ*; *Bucholzerus, Ind. Chronol.*, ad an. 1415, p. 387; *Matthiæ, Theatr. Hiſt.*, in Ejus vita, p. 1012, licet Matrem Ejus *Cunegundam* vocet; Dn. *ImHoff*, *Tab. Geneal. Imperat.*, §. XII; Dn. *Hubnerus*, *Tab. Geneal.* Tab. 125, & 126; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 19, in Ejus vita, p. 437, perperam Matrem Comitiſſam *Naſſoviæ* conſtituit; nec, majori jure, *Pantaleon* part. 2 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, p. 519, *Cymburgæ* Patri *Leopoldi* nomen imponit. De ſolo Parente teſtantur *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chronici Alſatici*, §. 242, pag. 149; *Mutius*, lib. 28, pag. 285; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 49, p. 1065; *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1440, §. 1, pag. 880; *Paraleipomena Urſpergenſis*, p. m. 306.

v. (2.) Nuptias celebravit an. 1452, 15 Mart., cum *Eleonora*, fil. *Eduardi*, Regis Portugalliæ, defuncta an. 1467, 1 Sept. Vid. *Æneas Sylvius*, in *Appendice ad Benevenuti de Rambaldis librum Auguſtalem*, in Ejus vita, apud *Freherum*, T. 2 *Rer. German.*, p. 15: & in *Hiſtoria Friderici III*, pag. 39, & 79; *Wernerus Rolewinckius Faſcic. Tempor.*, ætat. 6, p. 89; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 377; *Cranzius*, lib. 11 *Saxon.*, cap. 33; *Nauclerus*, l. c., p. 1077; *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, in Ejus vita, apud *Sylburgium*, T. 2 *Hiſtor. Roman.*, p. 602; *Munſterus*, l. c.; *Pantaleon*, l. c., pag. 520 & 521, ubi diem nuptiarum 16 Mart. fuiſſe tradit; *Henningeſius*, l. c., pag. 105, & 274; *Buccelinus*, l. c.; *Spondanus*, l. c., Tom. 2 ad an. 1452, §. 2, p. 21; *Matthiæ*, l. c.; *Rittershuſius*, l. c., reliqui. *Jacobi Motzii*, Legati Cæſarei, Oratio, qua an. 1451, laudatam Principem, ab Ejus fratre, *Alphonſo*, Rege, pro Domino ſuo, in matrimonium petiit, extat apud *Freherum* T. 2 *Rer. German.*, p. 15, & 16; Conf. alia, ad ipſam ſponſam habita, l. c., pag. 16; aliaque gratulatoria, ad laudatum Regem, *Alphonſum*, ſuper prædictum connubium, l. c., pag. 18, &c. Ejusdem mentio fit in laudata Inſcriptione apud *Sigismundum von Bircken*, l. c., qui lib. 5, cap. 7, pag. 579, benedictionem Sacerdotalem, ab ipſo Papa, *Nicolao V*, Romæ datam, in 16 Martii rejicit.

v. (3.) Liberi Ejus fuerunt:

(1) *Chriſtophorus*, nat. 1455, 16 Nov.; obiit an. 1456, 21 Mart. Vid. *Rittershuſius*, l. c., *Henningeſ.*, l. c., *Buccelinus*, l. c., *Matthiæ*, l. c.

(2) *Maximilianus*, Imperator, de quo ſuo loco.

(3) *Helena*, n. 1460, 3 Nov. defuncta an. 1461, 28 Febr. Vid. *Rittershuſius*, l. c., *Henningeſ.*, l. c., *Buccelinus*, l. c., *Matthiæ*, l. c.

(4) *Cunigunda*, nat. 1465, 4 Mart., nupta an. 1487 *Alberto IV*, Sapienti, D. Bavariæ; defuncta an. 1520; Vid. *Rittershuſ.*, l. c., *Henningeſ.*, l. c., *Buccelinus*, l. c., *Matthiæ*, l. c., *von Bircken*, l. c., lib. 5, c. 34, p. 963. Dn *Hubnerus*, l. c., habet 16 Mart.

(5) *Johannes*, n. 1466, 9 Aug. denatus an. 1467, 15 Febr. *Rittershuſ.*, l. c., *Henningeſ.*, l. c., *Matthiæ*, l. c., *Sigismundus von Bircken*, l. c., lib. 5, cap. 18, p. 743.

v. (4.) Si numerum Electorum Imperatorum, *Friderici* nomen præ ſe ferentium, reſpiciamus, *Quintus* ordine eſt; ſi vero de *coronatis* Romæ loquamur, *Tertius* nuncupandus. Vid. *Boeclerus*, in *Æneæ Sylvii Hiſtoriam Friderici III Imp.*, §. 2, apud *Schilterum*, *de Script. Rer. German.*, p. 122; *Lambecius*, in *Additamento Diarii Sacri itineris Cellenſis*, p. 218, &c.; & lib. 2 *Commentar. Biblioth. Cæſar.*, c. 8, pag. 710, docens, in *diario vitæ* Imperatoris noſtri, propria ipſius manu exarato, aliisque variis monumentis manuſcriptis, quæ in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea adſervantur, Eum partim integra ſcriptura, partim per abbreviaturam, *Tertium* vocari; pag. 886, l. c., meminit Codicis membranacei, an. 1482 *Friderico* noſtro dicati, quo Officium Eccleſiaſticum in honorem S. *Morandi*, Cluniacenſis Monachi, continetur, tali cum inſcriptione: *Anno Domini* 1482, *Divo Friderico Tertio*, *Romanorum Imperatori*, *ſemper Auguſto*, *feliciter imperanti*, *Paulus de Stokeraw*, *Theologiæ Doctor*, *hoc Opus dono dedit*, *&c.* add. Dn. *Tenzelius*, *in Vindiciis Conringianæ Cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, cap. 3, §. 5, pag. 45, & 46. In diplomate, quo Epiſcopo Herbipolenſi, an. 1468, facultatem exigendi *Telonii aurei*, ut vocatur, per Franconiæ Ducatum, largitur, legitur in fine: *Signum Sereniſſimi Principis & Domini, Domini Friderici Tertii*, *Imperatoris ſemper Auguſti*, *&c.* Vid. *Diplomata & Documenta* Hiſtoriam Ejus illuſtrantia,

apud

Digitized by Google

apud Dn. *Schilterum*, *de Script. Rer. German.*, pag. 81. Conf. Ejuſdem Exequiarum Relatio, ibid., p. 47; nec non Epitaphium, p. 55; & *Caroli V* Confirmatio Nobilitatis, *Sixto Olhaffio* facta, an. 1521, ibid., pag. 45, verb. *Weyland Kayſer Friderichen dem Dritten, &c. &c.* Apud *Rolewinckium*, l. c., & in *Magno Chronico Belgico*, l. c., audit: *Vir utique pacificus, & quietus, & patientia ſingularis, nec oſor Cleri, &c.* *Æneas Sylvius*, in appendice ad *Librum Auguſtalem Benevenuti de Rambaldis*, p. 15, &, ex eo, *Egnatius*, l. c., ſcribunt: *Pacis atque otii ſtudioſiſſimus Fridericus extitit, quam, tenore perpetuo, annos quatuor & quinquaginta (tot enim rerum potitus eſt) coluit, ſeu fatum id fuerit, quietiore Germania, quam multis retroactis ætatibus; ſeu prudentia verius id Principis effecit. Ille vero nihil ab initio antiquius habuit, quam tuendæ pacis ſtudio tumultus, qui oriebantur, ſedare; quare & ſeditionem moventes Auſtrales facile compeſcuit; & bellum, à Matthia, Pannonum Rege, illatum, compoſuit. Quin etiam in Flandros movens, qui Maximilianum Cæſarem aſſervarant, recepto filio, paucorum pœna contentus, omnem diſcordiarum fomitem ſuſtulit.* Apud *Mutium*, lib. 28, p. 285, hæc de eo habentur: *Omnes boni Principis virtutes videntur in hunc à Deo collatæ fuiſſe. Erat enim ſtatim, à primis annis, ſobrius omnino, quod rarum conſuevit eſſe in iſtius loci hominum genere. Cupidusque erat multa cognoſcendi, propterea peragravit adoleſcens, ſummo judicio præditus, longiſſimas Terras, ut inſtituta moresque hominum videret. Humanitate vero & benevolentia erga ſuos, & omnes mortales, qua fuerit, ſatis teſtatus eſt in vita ſua, neque ulla unquam ætas oblivisci poterit. Quæ item pietate, cum in Religione, tum erga ſuos, fuerit, ſatis ab aliis dictum eſt. Has autem animi dotes corpus virile, robuſtum, elegantiſſimumque, exornavit, quemadmodum & corporis præſtantiam ornarunt viciſſim animi virtutes, &c.* *Æneas Sylvius*, de *Statu Europæ ſub Friderico III*, cap. 16, circa finem, p. m. 61, inquit: *Multa ſunt in hoc Cæſare, quæ laudare poſſis; corpus egregium, & ſpecies Imperatore digna; animus ſedatus ac tranquillus; ingenium perſpicax, memoria tenacior; Religionis ardens Zelus, ingens cupiditas pacis & ocii. Singularem virtutem in quovis homine diligit, dignamque præmio ducit. Ædificat ſplendide: hortos tamen ac gemmas plus æquo admiratur & amat. Et in rebus gerendis tardior ac remiſſior eſt. Tenacem plerique accuſaverunt, & ad rem nimis attentum. - - - - nec ſua profundit, nec aliena diripit; verbis factisque temperans, &c.* Eodem ſtylo utuntur, *Cuſpinianus*, in Ejus vita; *Gerhardus de Roo*, lib. 9 *Hiſt. Auſtr.* *Linturius*, in Appendice ad *Werneri Rolewinckii Faſciculum Temporis*, ad an. 1493, p. 93; Inſcriptio in Ejus laudem compoſita, apud *Sigismundum von Bircken*, *im Oeſtreichiſchen Spigel der Ehren*, in præfatione cap. 1 Libri V, pag. 512; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 95, p. 910, aliique. *Bonfinius* contra, Decad. 4 *Rer. Ungar.*, lib. 4, p. 427, Imperatoris noſtri, & *Matthiæ Corvini*, Hungariæ Regis, mores librans, ait: *Fridericus Imperator, non modo parcus & frugi, ſed avarus, & plus pecuniarum, quam honoris, appetens, ad magna Chriſtianæ Reip. commoda, vel ſua, vel aliena culpa, animum extulit - - - - otii & quietis amator, quin & plus æquo negligens, deſidioſus & tardus - - - - invidus quandoque habitus, nobilia aliorum facinora intercepit; in pace, bellum; in bello pacem, optare ſolitus fuit, & nullam in utroque conſtantiam retinere. - - - arte, conſilio, calliditate, & pro judicio cuncta ſuo gerere placuit, & nihil conſiliis amicorum tribuere, demum ad utrumque difficilis - - - - cultus modicus, continentiſſimus fuit animus, inimicus crapularum, quin & ſemper abſtemius, hydropotesque perpetuus, ſolitudinis & contemplationis amator, &c.* Geſta Ejus quod refert:

An. 1440, electus eſt Imperator *Francofurti*, teſte *Jacobo de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 242, p. 149: *Friderich, Herzog Ernſten Sohn von Oeſtereich, war erwœhlt zu einen Rœmiſchen Kœnig, zue Franckfort, von den Churfurſten, uff unſer Frawen Tag der Liechtmeſſe, da man zalt 1440 Jahr, &c.* Eundem diem præ ſe fert *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 376: *Fridericus, hujus nominis Tertius, fuit, poſt deceſſum prædicti Alberti, per omnes Electores Imperii, concorditer electus, anno ſalutis* 1440, *Menſis Februarii die ſecunda, inter octavam & nonam horas, cujus Electio fuit publicata circa decimam horam ejusdem diei, &c.* ſicut & *Acta Patriciana Concilii Baſileenſis*; & *Sigismundus von Bircken*, l. c., lib. 5, cap. 1, p. 516; in præfata vero Inſcriptione, ibid., p. 512, mentio fit 30 Mart. *Imperatori Alberto 2, Patrueli, Francofurti, III Kal. April.*, *An.* 1440, *ab Electoribus Imperii, Succeſſor datus.* *Trithemius* in *Chronico Sponheimenſi* docet, Electores, in *Media Quadrageſima*, ad Electionem conveniſſe, adeoque, juxta calculum *Spondani*, Tom. 1 *Cont. Annal. Baronii*, ad h. a., §. 2, pag. 880, Quinto Nonas Martii, eo quod Paſchatos feſtum tunc 27 Martii contigerit, inſuperque annus fuerit biſſextilis. *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 49, pag. 1065, inquit: *Fridericus, Ejus nominis Tertius, Imperator, Erneſti, Ducis Auſtriæ, filius, Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ Dux, & Comes Tirolis, Alberto, Romanorum Rege, è vita ſublato, tertio Calendas Aprilis, communi voto, Cæſar electus.* Conf. *Lehmannus*, l. c., pag. 910; *Onuphrius*, & *Henningeſius*, l. c., perperam Electionem hanc referunt ad Calendas Januarii. De facto teſtantur: *Mutius*, l. c., pag. 285; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, h. a., pag. 216; *Paraleipomena Urſpergenſis*, p. 306; *Pantaleon*, l. c., p. 519;

An. eod. Inventa eſt divina ars Typographica, *Argentorati*, à *Johanne Mentele*, in ædibus, *zum Thiergarten*, dictis, prope Summum Templum. Vid. *Jacobus Wymphelingus*, *Epit. Rer. German.*, c. 65, apud *Schardum*, T. 1 *Rer. German.*, p. 197; *Boeclers* oratio, in memoriam ante duo ſecula inventæ artis laudatæ, an.

1640 Argentorati ſolenniter habita; I. A. *Schragius*, J. U. D. *im Bericht von Erfindung der Buchdrückerung in Straſsburg*, de an. 1640; Dn. *Schilterus*, in Not. ad c. 1 *Chronici Alſatici Jacobi de Kœnigshofen*, §. 11, pag. 443 ad 452. Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, pag. 308, auctorem nominat *Johannem Gutenbergium*, Argentinenſem, an. 1446; Conf. *Rolewinckius*, ætat. 6, *Faſciculi*, p. 89, b. *Mutius*, lib. 28, p. 289. *Sigismundus von Bircken*, l. c., cap. 2, p. 524, &c.

An. 1442 coronatur *Fridericus* Rex Germaniæ, *Aquisgrani*. Vid. *Emundus de Dynter*, variis Burgundiæ & Brabantiæ Ducibus à ſecretis, in Chronico, quod hoc ipſo anno explicit, verba referente *Magni Chronici Belgici* Compilatore, p. 376: *Fridericus III, poſtquam fuit per Eugenium Papam IV confirmatus, fuit per Theodoricum, hujus nominis ſecundum, Archi-Epiſcopum Colonienſem, Aquisgrani, more ſolito, in Regem Romanorum coronatus, die decimo ſeptimo menſis Junii, anno Domini* 1442, *Mundi vero* 6640, *&c. Mutius*, l. c., & *Naucleru*s, l. c., ſentire videntur, Eum, non multo poſt electionem, fuiſſe inauguratum; *Pantaleon*, l. c., ad factum eredit, anno 1441; *Henningeſius*, l. c., ipſum annum 1440, 8 Id. Januar. hoc titulo profert, quod omnino ſalſum; priorem ſententiam comprobantibus *Trithemio; Actis Patricianis Concilii Baſileenſis*, ad an. 1442; *Browero, Annal. Trevir.* lib. 19, an. eod., §. 60, p. 280; *Spondano*, l. c., an. eod., §. 7, pag. 897; *Sigismundo von Bircken*, l. c., pag. 512, & lib. 5, cap. 2, pag. 533.

An. eod. Comitia celebrat *Francofurti*, tollendi ſchismatis gratia, inter *Eugenium IV*, & *Felicem V* Pontifices Romanos; Vid. *Spondanus*, l. c., §. 6, p. 897, &c. *Lehmannus*, l. c., lib. 7, cap. 98, pag. 916. Conſtitutio Pacis Publicæ tunc promulgata, extat in Noviſſimo Corpore Receſſuum Imperii Moguntino, de an. 1692, p. 37, ſub Rubrica: *Reformation Kayſer Friderichs des III, zu Franckfurt am Mayn, an.* 1442 *aufgericht.*

An. eod. tertio Idus Novembris, ſolenni pompa, Baſileam ingreditur, congregatis ibi Patribus in translationem Concilii, & quidem in locum Cæſari gratum, prius conſentientibus. Vid. *Spondanus*, l. c., §. 8, & 9, p. 897, &c., & ad an. 1443, §. 6, p. 901.

An. 1443, ad *S. Martini*, celebranda indicit Comitia *Norimbergæ*, ejusdem tollendi ſchismatis ergo, & quidem *Caroli VII*, Francorum Regis, conſilio, literas mittens Cal. Julii, ad Reges Principesque Chriſtiani orbis, quibus eos hortatur, eodem dirigere dignentur Legatos ſuos. Vid. *Æneæ Sylvii* Epiſtol. 54, & 55, & 87. *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 6, p. 901; & ad an. 1444, §. 16, p. 909; *Browerus*, l. c., an. 1444, §. 69, p. 282.

Anno 1444, 10 Nov. commiſſum eſt infauſtum Prælium ad *Varnam*, Inferioris Moeſiæ Urbem, ad Pontum Euxinum, inter *Amurathem II* Turcarum Imperatorem, & Chriſtianos, inſtigatore *Juliano* Cardinali, *Eugenii IV* P. R. Legato, juramentum, infidelibus præſtitum, nullius roboris eſſe, aſſerente; cujus oratione motus *Uladislaus*, Hungariæ & Poloniæ Rex, inducias decem annorum, brevi antea *Segedini*, cum Turcis initas, rupit, bellumque eis intulit, aſt triſti rerum eventu, quandoquidem, Turcis, *à Deo*, *fœderis* vindictam malæ fidei efflagitantibus; Chriſtiani non ſolum ad internecionem cæſi ſunt, ſed & ipſe *Uladislaus* obtruncatus, cujus caput, haſta infixum, per circuitum, in ſignum victoriæ oſtentatum. Vid. *Æneas Sylvius*, de *Statu Europæ*, *ſub Friderico III*, cap. IV, pag. m. 46, ad 49; & in *Epiſtolis*, Epiſt. 52, 81, &c. *Cromerus*, lib. 21 *Rer. Polon. Bonfinius*, Decad. 3 *Rer. Ungar.*, lib. 6, p. 328, ad 336; *Laonicus Chalcocondylas*, lib. 6 *Rer. Turcic.*, p. 214, ad 216, & lib. 7, pag. 217, ad 222; in primis *Philippus Callimachus*, *de Rebus geſtis Uladislai Regis & pugna Varnenſi: Mutius*, lib. 28, p. 286, &c. *Spondanus*, T. 1 *Contin. Annal. Baron.*, ad h. a., §. 3, ad 12, p. 904, ad 908; *Sigismundus von Bircken*, l. c., cap. 4, p. 545, &c. *Bucholcerus*, *Ind. Chronol.*, h. a. *Rolewinckius*, ætat. 6 *Faſciculi Temporis*, p. 89, perperam commiſſum putat hoc prælium anno 1456, & quidem Victoribus Chriſtianis; errorem repetente *Magno Chronico Belgico*, p. 377.

An. 1446, ablegat Imperator *Æneam Sylvium*, Secretarium ſuum, Romam, *Eugenio IV* P. R. ſignificatum, exutos ab Eo dignitate Archi-Epiſcopali, *Theodoricum* Colonienſem, & *Jacobum* Trevirenſem, Electores, quod *Felici V*, & *Baſileenſibus* impenſius faverent, aut in integrum reſtituendos eſſe, aut timendum ſibi perpetuæ diviſionis periculum, Germanorumque odium irreconciliabile, præter quod Electores cæteri communem cauſam cum excommunicatis forent facturi, in evidens ſperandæ concordiæ detrimentum. Quibus probè ponderatis, rediit Pontifex ad ſaniora conſilia, omnia ſe adimpleturum promittens, quæ Cæſari juſta viderentur; vid. *Spondanus*, l. c., ad hunc annum, §. 1, p. 914.

An. eod. Nova Comitia *Francofurti* habentur, in quibus ſerio de *Felice V* deſtituendo, & *Eugenio IV* agnoſcendo, agitur, miſſis propterea Romam Legatis, qui negotium ad finem perducerent. Vid. *Browerus*, l. c., ad hunc annum, §. 75, p. 284; *Spondanus*, l. c., & §. 9, p. 916 *ex Æneæ Sylvii* lib. 1 *Commentariorum; Antonino Florentino*, Tit. 22, cap. 11, paragr. 17, & *Cochlæo*, lib. 9 *Hiſtor. Huſſit.*

An. 1447, Pacem Eccleſiæ reſtituit. Adventantibus enim exeunte anno præterito, Romam, ex Conventu *Francofurtenſi* ablegatis Oratoribus, omnium nomine, *Æneas Sylvius*, publico in Conſiſtorio, ſibi demandata, expoſuit, in primis petens (1) ut Generale Concilium, in tempore locoque deſignandis, convocaretur, (2) auctoritas Generalium Concilio-

Digitized by Google

ciliorum, ab Oratoribus Ejus profeſſa, ipſius literis approbaretur, (3) Nationis Germanicæ gravaminibus ſatisfieret, & (4) Acta in præjudicium Colonienſis & Trevirenſis Electorum revocarentur; quibus prolatis, morbo correptus Pontifex rem tractandam Cardinalibus committit, quorum opera negotium eo deductum, ut ægrotans Præſul omnia, quæ petita, ſe adimpleturum polliceretur; ſicque Oratores omnes in cubiculo jacenti Pontifici obedientiam præſtiterunt; Illeque confeſtim Bullas, in manus dedit *Æneæ*, ſeptimo Idus Februarii anni 1447 ſignatas, quibus multa, circa Beneficia Eccleſiaſtica, Jurisdictionem Diœceſium, Annatas, ſervitia &c. vel approbavit, vel confirmavit; omnes inſuper, qui à tempore diſſoluti Baſileenſis Concilii, decretis Ejus adhærentes, ſibi fuerint adverſati, & ad obedientiam redierint, aut intra ſex menſes eſſent reverſuri, ab omnibus cenſuris & pœnis abſolvit, & in priſtinas ſedes, honores, officia & beneficia, reſtituit pleniſſimè; quo titulo laudati quoque duo Electores in integrum reſtituti. Vid. *Æneas* ipſe, de *Statu Europæ*, cap. 54, p. m. 99: *Prius tamen quam obiret* (Eugenius IV) *Germani* (*qui, poſtquam duos de Pontifice contendere animadverterant, neutralitate quadam utentes, utrique recuſaverant obedire,*) *deſtinatis Romam Legatis, inter quos & Ego unus eram, à Friderico Imperatore miſſis, obedientiam Ei, jamjam morituro, reſtituerunt. Ipſe vero Theodoricum Colonienſem, & Jacobum Treverenſem, Archi-Epiſcopos, quos Pontificali dignitate privaverat, mutata ſententia, ad priſtinos reduxit honores, &c.* Plura ſuppeditat idem lib. 2 *Comment.* conf. *Cochlæus*, l. c., *Antoninus*, l. c., *Spondanus*, T. 1. *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1446, §. 8, & 9, p. 916. & 917; *Browerus*, l. c., ad an. 1447, §. 76, p. 284. Alii. Obiter Pacis hujus memores ſunt *Æneas*, in *appendice ad Benevenuti de Rambaldis Librum Auguſtalem*, T. 2 *Freheri Rer. German.*, pag. 15; *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, p. m. 603; *Paralipomena Urſpergenſis*, pag. 306; *Chronicon Sclavicum Lindenbrogii*, pag. 216; *Pantaleon*, l. c., pag. 520; *Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 6, ad an. 1447, pag. 565, &c. Alii. Bulla *Eugenii* extat apud *Cherubinum*, Tom. 1 *Magni Bullaris Romani*, §. 29, p. 372, &c.

An. eod. Infauſta ſatis Imperatoriæ Majeſtati componit cum *Nicolao V*, recens creato Papa, *Concordata*, de quibus ſeq. Tit. XV, §. 23 plura.

An. 1449, Perſuaſit *Felici V*, Pontifici Romano, renunciationem Pontificatus, quo *Lauſannenſi* in Concilio, 7 Idus Aprilis, in favorem *Nicolai V*, anno 1447 electi, ceſſit, dignitate Cardinalitia Legatique Germaniæ contentus. Vid. *Platina*, in vita *Nicolai V*, pag. 284: *Fredericus Imperator, inſtante Pontifice, Felicem compulit, ut ſe Pontificatu abdicaret, quod cerneret tantam ſeditionem, & tam diuturnam, Eccleſiæ Romanæ pernicioſam eſſe. Uſus tamen hac benignitate erga Amadeum Nicolaus eſt. Ad hominem namque galerum Cardinalatus miſit, eundemque Legatum Germaniæ fecit, ne omnino ſine dignitate viveret, &c.* Ita etiam *Naucleras*, Vol. 2, Generat. 49, p. 1074; & *Mutius*, lib. 28, p. 291; *Rolewinckius* verò, l. c., p. 88, *Compilatio Chronologica*, apud *Piſtorium*, ad an. 1449, p. m. 750, *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 373, aliique, Eum *Franciæ Legatum* conſtitutum docent; *Gobelinus*, lib. 7 *Commentar.*, & ex eo, *Pallatius*, T. 3 *Geſtorum Pontificum Romanorum*, in Vita *Nicolai V*, p. 549, & 550, Eum *Legatum in partibus Sabaudiæ* declaratum ſcribunt; *Spondanus*, T. 2 *Contin. Annal. Baron.*, ad an. 1449, §. 2, p. 8, plures conditiones recenſet, ſcil. quod (1) eſſet Sabinenſis Epiſcopus, S. R. E. Cardinalis, Sedisque Apoſtolicæ, *in Terris Juriſdictionibus Ducis Sabaudiæ, aliisque circumvicinis*, Legatus, & Vicarius perpetuus, (2) Ei primus locus in Eccleſia, poſt Romanum Pontificem, tribueretur, (3) Pontifex accedenti aſſurgeret, orisque duntaxat exhiberet oſculum, (4) Exceptis delatione corporis Chriſti, annulo Piſcatoris, cruce in pedibus, ac Umbraculo, habitum & inſignia Papalia Ei deferre liceret, (5) In Curia Romana, vel Generali Concilio, perſonaliter comparere minimè teneretur; De facto teſtantur *Æneas Sylvius*, de *Statu Europæ, ſub Friderico III*, c. 28, p. m. 82. *Browerus*, lib. 19 *Annal. Trevir.*, ad h. a., §. 80, p. 285; Alii. Extat renunciationis formula apud Ill. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Cod. Diplomat. Juris Gentium*, §. 152, p. 379, & 381.

An. 1452, Cal. Januar. Italiam ingreditur, ſuſcipiendi *Mediolanenſis* Diadematis gratia, *Romanique* Urbem *Romam*, ſecum ducens *Uladislaum* pupillum, Hungariæ Bohemiæque Regem, & *Albertum*, fratrem ſuum, intravit 9 Martii, obviam prodeuntibus tredecim Cardinalibus, omnique Clero & Magiſtratu; nudum enſem præferente Mareſchallo. Sequenti 15 die, ejusdem menſis, exemplo plane novo, inauguratur, *Romæ*, ad ſummum B. *Petri* Altare, à *Nicolao V*, Papa, *Rex Longobardorum*, Terra Mediolanenſi, ubi, Longobardici Regni coronam ſuſcipi, in conſuetudinem venit, peſtifera lue tunc infecta, præter quod rebellantes Imperio Mediolanenſes Tyrannum ſibi præfeciſſent, cui inſignia Ducatus concedere haud erubuerint. Vid. *Æneas Sylvius*, in vita *Friderici III*, apud *Schilterum, de Scriptoribus Rer. German.*, pag. 79; *Jacobus de Kœnigshoven*, cap. 2 *Chron. Alſat.*, §. 245, pag. 151, licet ſolemnia in diem 16 Martii referat; *Nauclerus*, l. c., pag. 1077; *Mutius*, lib. 29, pag. 293; *Spondanus*, l. c., ad an. 1452, §. 2, pag. 21; *Browerus*, l. c., an. eod., §. 87, pag. 287; *Pantaleon*, l. c., pag. 521, quamvis coronationem jam 8 Mart. peractam falſo exiſtimet;

met; *Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 7, p. 578, habet 14 Martii.

An. eod., 18 Mart. ibidem, à *Nicolao V*, coronatur Imperator, una cum Conjuge *Eleonora*; *Franciſco*, Vice-Cancellario, Cardinali Epiſcopo Portuenſi, unctionis ſolennitatem celebrante. Cerimonias exhibet *Æneas Sylvius*, in Ejus vita, l.c., pag. 80; ibi: *Tertiam benedictionem apud Cancellum S. Petri ſuſcepit. Exinde ductus ad Altare S. Mauricii, per Cardinalem Portuenſem, tunc Vice-Cancellarium, in ſcapulis, atque in dextro brachio, pro veteri more, oleo Sacro delinitus; hisdemque locis inuncta eſt Conjux Ejus, Leonora; quibus peractis, ambo in ſua tribunalia tranſierunt. Pontifex autem rem Divinam inchoavit, interque celebrandum, diverſæ ſolemnitates, à priſcis inventa Patribus, ſervata ſunt. Sceptrum, quo Regia poteſtas indicatur; Pomum, quod mundi Dominium oſtendit; Enſis, qui belli jura demonſtrat, per varias vices data. Poſtremo, corona aurea infulata, pretioſisque cooperta gemmis, Cæſareo capiti impoſita. Imperatrix quoque, poſt Cæſarem, coronam ex manibus Pontificis accepit, quam conjugis Sigismundi fuiſſe conſtabat, &c.* Plenius, ex *Cerimoniali Romano*, *Petrus Bertius*, lib. 2 *Germaniæ*, cap. 9, pag. 104, &c. & *Sigismundus von Bircken, im Oeſterreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 7, p. 580, &c. Conf. *Platina*, in vita *Nicolai V*, pag. 285; *Kœnigshoven*, l.c.; *Paralipomena Urſpergenſis*, h. a., p. 309; *Nauclerus*, l.c.; *Mutius*, l.c.; *Pantaleon*, l.c.; *Munſterus*, lib. 3, *Coſmograph.*, c. 19, in Ejus vita, pag. 437; *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 95, pag. 910; *Spondanus*, l.c., *Browerus*, l.c., notans ſimul, *Onuphrium*, nec non Annales *Colonienſes* & *Flandrenſes* coronationem hanc rejicere in annum præcedentem 1451; quibus addas *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, cap. 8, pag. 710; & eo priorem, *Dubravium*, lib. 28 *Rer. Bohemic.*, p. m. 234; revera etiam proſtat *Nicolai V* Bulla, *de Electione & Coronatione Friderici Imp.*, cum præcepto ad Imperii ſubditos, ut Ei obediant, ſub dato *Romæ*, An. 1451, 14 Kal. April., apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, §. 161, p. 403, & 404; enimvero fatendum quoque, dictam Bullam reperiri apud *Cherubinum*, Tom. 1 *Magni Bullarii Romani*, pag. 378, ſub dato, Romæ, Anno Incarnationis Dominicæ 1452; quem verum puto, utpote *ſextum* Pontificatus dicti *Nicolai*, an. 1447 electi, in utroque exemplari occurrentem. Inſcriptio in Ejus laudem compoſita, apud *Sigismundum von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, ſub initium, pag. 512, eundem quidem præ ſe fert an. 1452, ſed 17 Mart. ibi: *Primum Aquisgrani 1442, 15 Kal. Jul. diadema ſumſit; alterum in Urbe, Orbis Principe, è manu Summi Eccleſiæ Præſulis, qui honor Ipſi, inter Cæſares Auſtriacos, uni & ſoli obtigit, die ſolemni 16 Kal. April., 1452, accepturus, &c.* Conf. idem lib. 5, cap. 7, pag. 580, &c. Nudum factum comprobant *Rolewinckius*, l.c., pag. 89; *Bonfinius*, Decad. 3 *Rer. Ungar.*, lib. 7, pag. 345; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 377; *Æneas Sylvius*, in Appendice *ad Librum Auguſtalem Benevenuti* de *Rambaldis*, ap. *Freherum*, T. 2 *Rer. Germ.*, pag. 15; *Joh. Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, apud *Sylburgium*, T. 2 *Hiſtoriæ Romanæ*, p. 603; *Albertus Cranzius*, lib. XI *Saxon.*, cap. 33; Alii. Id certum eſt, Privilegium Imperatoris noſtri, de an. 1452, *das Nürnbergiſche Forſt- und Zeidel-Gericht betreffend*, præ ſe ferre annum Imperii Ejus primum, apud *Schilterum*, in Diplomatibus & Documentis, hiſtoriam hujus Principis illuſtrantibus, pag. m. 143, ibi: *Geben zu Neuenſtatt, an S. Thomas Abent, des Heiligen Zwœlff Potten, nach Chriſti Geburth, vierzehenhundert, und im zwey und funffzigiſten, Unſers Reichs im dreyzehenden, und des Kayſerthumbs im Erſten Jahr.* Corrigendum hinc *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 362, Cæſarem an. 1454 demum coronatum, cenſens. Oratio Legati Cæſarei, pro Coronatione hac, ad *Nicolaum V*, habita, reperitur apud *Freherum*, T. 2 *Rer. Germ.*, p. 21, &c.

An. eod. *Borſum*, filium *Nicolai III*, Eſtenſis & Ferrariæ Marchionis, ex illegitima Conjuge, utut ex vetuſta Ptolomæorum Senenſium domo nata, ſuſceptum, *Mutinæ & Regii* primum *Ducem* creat, reſervato quatuor millium aureorum cenſu, Imperio quotannis, in *Aſcenſionis Dominicæ feſto*, perſolvendorum. Vid. *Æneas Sylvius*, *in Hiſtoria Friderici III*, p. m. 94 & 95; *Joh. Baptiſta Pigna*, lib. 7 *dell' Hiſtoria de Prencipi d' Eſte*, p. 544; *Nauclerus*, l.c.; *Mutius*, l.c., p. 294; *Spondanus*, l.c., §. 3, pag. 21; *Henningeſius*, part. 2 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 143; Dn. *Georgius Engelbrecht*, de *Jure Diplomatum*, cap. 4, §. 12, pag. 81; Dn. *ImHoff*, *Tabb. Geneal. Principum Imperii & Italiæ*, Tab. 104; diem 18 Maji ſuppeditat *Rittershuſius*, Tab. Geneal. *Ducum Ferrariæ*. De facto teſtatur *Micralius*, lib. 3 *Syntagm. Hiſt.* Sect. 1, pag. m. 35.

An. eod. Redux in Germaniam rebellantes offendit Auſtrales, *Ulrico Eyzingero*, & *Ulrico*, *Ciliæ* Comite, Auctoribus, quorum conſilio *Ladislaum* Regem expoſcunt, reddere recuſanti bellum indicentes. Ubi Cæſar reſponſa diſtulerit, obſidere Eum, *Neoſtadii*, auſi ſunt, rem eo deducendo, ut *Ladislaum*, quem hactenus, invitum quidem, apud ſe retinuerat, dimittere cogeretur; qui, liber factus, nondum vero, præ tenera ætate, adminiſtrandis Provinciis ſufficiens, *Hungariam*, *Johanni Huniadi*; *Bohemiam*, *Georgio Podiebrachio*, & *Auſtriam*, dicto Ciliæ Comiti, avunculo ſuo, interea commendavit. Vid. *Bonfinius*, Decad. 3 *Rer. Ungar.*, lib. 7, pag. 345, &c. *Æneas Sylvius* de *Statu Europæ*, cap. 16, p. 60, &c. Id. *Hiſtor. Bohem.*, cap. 58, p. m. 180, &c. *Dubravius*, lib. 28 *Hiſt. Bohem.*, pag. 234, &c. *Nauclerus*, l.c., ad h. a., pag. 1077, &c. *Mutius*, l.c.,

pag.

pag. 294, & 295; *Spondanus*, l. c., §. 4, pag. 22; *Sigiſmundus von Bircken, im Oeſterreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 7, pag. 590, &c.

An. 1453, Dum Cæſar variis occupatur conſiliis inferendi Turcis, Græciæ imminentibus, belli, nuncium admittit, *Muhametem*, Turcarum Regem, 9 April., innumerabilibus copiis *Conſtantinopoli* obſidium circumpoſuiſſe; cujus eventus erat, ut 29 Maji, interfecto ultimo Imperatore Græco, *Conſtantino Palæologo*, armata manu ea potiretur. Defuncti reperto corpori amputatum caput, haſtæ infixum, per totam Urbem, & caſtra, circumlatum ferunt, poſtea tamen, una cum corpore, honorificè terræ mandatum. Obſervatione dignum eſt, Imperium Byzantinum ſub *Conſtantino*, *Helenæ* filio, cœpiſſe, iterumque ſub *Conſtantino*, *Helenæ* filio, deſiiſſe. De quo excidio *Æneæ Sylvii*, tunc viventis, *Epiſtolas*, 135, 136, 138, 139, 141, 147, 155, 156, 159, 162, 163, & 164, legas, ut adeo mirum ſit, eum cap. 4 de *Statu Europæ*, p. m. 51, illud anno 1452 contigiſſe ſcribere, errore *Sabellico* quoque, lib. 6 *Ennead*, 10, *Chriſtophoro Richerio*, lib. 4, *Rerum Turcicarum*, ad *Franciſcum I*, R. Gall. apud *Schardium* Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 398, *Lehmanno*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 112, pag. 964, nonnulliſque aliis, communi; priorem contra ſententiam tuentur Ipſe Cæſar, *Fridericus* in literis ad *Nicolaum V*, deſuper datis, an. 1453 apud *Freherum*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 182, *Laonicus Chalcocondylas*, lib. 8 *Rer. Turcic.*, pag. 260, &c. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 377, &c. *Leonhardus*, Chienſis, Archi-Epiſcopus *Mitylenenſis*, qui ipſemet captivitatem ſubiit, in Hiſtoria, *de Expugnatione Conſtantinopoleos*, ad *Nicolaum*, P. R. mox exarata, poſteaque, *Argentorati*, an. 1551 impreſſa; *Georgius Phrantza*, de eadem jactura, lib. 3, cap. 7 &c. *Platina*, in vita *Nicolai V*, p. m. 287; *Antoninus* Florentinus, Tit. 22, cap. 13, in princ. & §. 14; *Nauclerus*, l. c., ad h. a., pag. 1079; *Raphaël Volaterranus*, lib. 8, *Geographiæ*, an. eod., pag. 186; *Rolewinckius*, æt. 6 *Faſciculi*, pag. 89; *Mutius*, lib. 29, pag. 295; *Chronicon Magdeburgicum Meibomii*, Tom. 2 *Rer. German.*, pag. 362; *Guilielmus Canderſinus*, de *Oppugnatione Conſtantinopolitana*, Baſil. 1556; *Paraleipomena Urſpergenſis*, p. 310; *Crantzius*, lib. XI *Saxon.*, cap. 34; *Munſterus*, in *deſcriptione Germaniæ*, apud *Schardium*, l. c., Tom. I, p. 252; *Michaël Seneſchallus*, Epiſt. *de Vero anno & die expugnatæ Conſtantinopoleos à Turcis*, quæ, cum *Calendario Johannis d'Epieres*, extat Duaci, an. 1657; *Johannes Lauterbachius*, de *flebili Expugnatione Byzantii*, an. 1453 facta, Görlicii 1599; *Bucholcerus*, *Ind. Chronol.*, an. 1453; *Browerus*, lib. 19 *Annal. Trevir.*, an. eod., §. 90, pag. 287; *Spondanus*, T. 2 *Contin. Annal. Baron.*, an. eod., §. 3 ad 14, p. 24, &c. *Pallatius*, de *Geſtis Pontificum Romanorum*, Tom. 3, in vita *Nicolai V*, pag. 552; *Sigiſmundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 9, p. 596, &c.

An. 1454 celebrat Comitia *Ratiſbonæ*, menſe Martio, iterumque menſe Septembri, *Francofurti*, tractans de bello contra Turcas. Vid. *Æneas Sylvius*, lib. 1 *Commentariorum Pii 2*, *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 1, & 2, pag. 35, &c. & §. 12, p. 41.

An. 1455, in *Nova Civitate*, novus fit apud Cæſarem Conventus Principum, eadem de cauſa. Vid. *Æneas*, l. c.; *Browerus*, l. c., ad h. a., §. 92, p. 288; *Spondanus*, l. c., an. eod., §. 3, p. 42.

An. 1458, defuncto *Ladislao*, Bohemiæ, Hungariæque Rege, dividit Auſtriam, cum *Alberto* fratre, & *Sigiſmundo* Patrueli, ita, ut partem *inferiorem* ipſe retineret; pars *ſupra Onaſum* obveniret *Alberto*, & *Sigiſmundus* partem *Carinthiæ*, Comitatui Tyrolenſi conterminam, ſortiretur; *Viennæ* omnibus communi; Hungaris *Matthiam*, *Huniadis*, an. 1456 extincti Pro-Regis, filium, octodecim annorum puerum, utut in Bohemia captivum; & Bohemis, *Georgium Podiebrachium*, Reges eligentibus. Vid. *Æneas Sylvius*, Epiſt. 323, Id. in *Hiſtoria Friderici III*, pag. 97, &c. & de *Statu Europæ*, cap. 1, pag. 40, & 41, & cap. 16, p. 60, & 61; *Bonfinius*, Decad. 3, *Rerum Ungaricarum*, lib. 9, pag. 364, &c. *Jacobus*, Cardinalis Papienſis, de *Georgio*, *Rege Bohemiæ*, apud *Freherum*, de *Scriptoribus Rer. Bohemic.*, p. m. 214, &c. *Dubravius*, lib. 29, & 30 *Rer. Bohemic.*, pag. 242, &c. *Nauclerus*, Vol. 2 Generat. 49, pag. 1088, &c. *Mutius*, lib. 29, pag. 297, &c. *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 1 & ſeqq. pag. 57, &c. *Pantaleon*, l. c., pag. 521, &c. *Sigiſmundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 12, pag. 643, &c. ad 652. & cap. 13, p. 653, &c.

An. 1461, *Pio 2*, P. R. excommunicante *Dieterum*, ſeu *Dietericum*, *de Eiſenberg*, Electorem *Moguntinum*, ob cauſas, à *Lehmanno*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 104, pag. 935, prolatas, quarumque ipſe Elector, in Apologia ad omnes Principes & Status, ea propter exarata, ibid., cap. 105, pag. 938, &c. meminit, verbis: *Dann, wolten wir* (1) *umb genoſſ, ſo uns darauſſ entſtanden wære, in die Uffſatzung, und Schatzung, des zehenden, zwanzigſten und dreyſſigſten Pfennings, von Seiner Heiligkeit uff Teutſchland geſchlagen, verwilliget, und Uns verbunden haben;* (2) *Unſere Mit-Churfürſten, bey Zeit Unſers Lebens, ohne Seiner Heyligkeit Wiſſen und Gefallen, nit zu verſamlen;* (3) *Unſer Biſchoff und Suffraganien, und Pfaffheit unter Uns ſeyn, nicht zu beruffen,* (4) *und kein Gemein Concilium fürzunehmen, geſtatten, als daſſ an Unſer Botſchafft wir zu Sr. Heyligkeit geſandt hatten, zu mehrmalen geſonnen iſt, zweiffelt Uns nicht, wir wæren ſolcher unbillicher Beſchwerung vertragen, &c.* & *Adolpho Naſſovio*, Canonico Moguntino, in Ejus locum ſurrogato, Cæſar, an. 1462, ob motus deſuper exortos, in eundem invehitur, &, ex rationibus Status, quibus Aula Romana, ingruente Bello Turcico, comiter habenda erat, Eum proſcribit. Vid. *Hortlederus von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 3, cap. 1 p. m. 817 &c.

&c. *Lehmannus* l. c. & cap. 106, & ſeqq. pag. 942 &c. ubi totius belli deſcriptio; cujus finis fuit ceſſio *Dieterici*, an. 1463, in favorem Naſſovii, facta, reſervatis ſibi, ad vitæ dies, aliquot oppidis, accedente Pontificis abſolutione. Vid. *Gobelinus* lib. 6, 11 & 12 *Commentariorum Pii* 2; *Nauclerus* Vol. 2, Generat. 49, ad an. 1462 & 1463, pag. 1091 &c. *Mutius*, lib. 29 *Chron.* pag. 298 &c. *Spondanus* l. c. ad an. 1461, §. 4 & 5, p. 77 & 78. *Paraleipomena Urſpergenſis*, p. 318 &c. *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 5, cap. 14, p. 673 &c.

An. 1463, Obſidetur in arce *Viennenſi*, à Civibus, quibus *Albertus*, Ejus frater, auxilio fuit; liberatus tandem à *Georgio Podiebrachio*, Bohemiæ Rege, filios Ejus, in grati animi teſſeram, Duces *Münſterbergicos* creat. Vid. *Nauclerus* l. c. ad h. a. pag. 1094; *Mutius* l. c. an. eod. pag. 300; *Bucholcerus*, *Ind. Chronol.* an. eod. *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 5, cap. 15, p. 694, id refert in annum 1462.

An. 1467, Celebrat Comitia, *Norimbergæ*. Vid. *Crantzius* lib. 52 *Vandal.* cap. 37; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 8, pag. 112. publicatque Pacem Publicam. *Goldaſtus*, *Reichsſatzungen*, fol. 183. *Datt* lib. 1 *Rer. German.* cap. 17, §. 7, pag. 131.

An. 1468, Fundat Epiſcopatum *Viennenſem*. Vid. *Nova literaria Maris Baltici*, ad an. 1707, p. 187.

An. eod. Religioſum iter Romam in ſe ſuſcipit. Vid. *Freberus* T. 3 *Rer. Germ.* p. 15.

An. 1471, Magnum indicit Conventum *Ratisbonæ*, adverſus Turcas; Vid. *Rolewinckius*, ætat. 6 *Faſciculi*, pag. 89; *Cranzius*, lib. 13 Vandal. cap. 5; *Browerus*, lib. 19 *Annal. Trevir.* ad h. a. §. 128, pag. 298; *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.* cap. 337, ad h. a. pag. 393; *Sigismundus von Bircken*, l. c. cap. 20, pag. 757 &c. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 1 &c. pag. 126; *Lehmannus* l. c. cap. 112, pag. 964 &c. ad 974, qui Acta recenſet, ſimulque *matriculam Statuum Imperii*. decem armatorum millia Imperatori contra Turcam, auxilio promittentium. In ſpecie, de Conventu hoc legi merentur Epiſtolæ Familiares *Johannis Antonii Campani*, qui ipſemet interfuit, ad *Jacobum*, Cardinalem Papienſem, apud *Freherum* T. 2 *Rer. German.* pag. 143 &c. in primis *ſeptima*, tertio Nonas Julias data, ibid. pag. 149 &c. in qua ſimul mentio fit litis, circa priorem locum, inter abſentium Electorum Legatos, Burgundiæque Ducis Oratores, in ſubſellia redire recuſantes, cum priori conſeſſu Electoribus poſtponerentur, ortæ; de qua etiam *Browerus* l. c. §. 130, pag. 299. *Spondanus* l. c. §. 3, pag. 126; *Chifletius*, in *Vindiciis Hiſpan.* cap. 14, pag. 136, *Goldaſtus*, in *Rationali*, fol. 99, *Cruſius*, de *Praeminentia*, lib. 4, cap. 5, p. m. 616 & 617; aliique, evolvendi. conf. Choppinus de *Domanio*, l. 3, Tit. 7. *Chaſſanæus*, de *Gloria Mundi*, part. 5, conſid. 45. *Sigismundus von Bircken* l. c. p. 759 &c.

An. 1473, Inveſtit *Treviris*, *Carolum*, *Burgundiæ* Ducem, de *Geldria*, Regem vero Eum creare recuſat, licet ambitioſiſſimus Princeps non ſolum anxiè id efflagitaret, ſed & veſtes Regias, cæteraque omnia, ad unctionem & inaugurationem neceſſaria, haberet jamjam paratiſſima; quinimò thronos, ac ſedilia & alia ad pompam requiſita, in Eccleſia præparari curaſſet, ſpe fretus, ſub ſpecie matrimonii, *Maximiliani*, Imperatoris filii, cum *Maria* filia & hærede ſua, contrahendi, facile deſiderio ſe gaviſurum; eadem enim die, qua coronationis pompa expectabatur, ſummo diluculo, Cæſar, Duce ne quidem valere juſſo, Coloniam profectus eſt, *Carolo* ſummo dolore, & opprobrio oppleto. Vid. *Magnum Chronicon Belgicum*, ad an. 1473, p. m. 402, 403. & 410; *Nauclerus* Vol. 2, Generat. 50, ad h. a. pag. 1099; *Philippus Cominæus*, lib. 3, Commentariorum Edit. Baſil. an. 1574, p. m. 125 & 126; *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 327; *Albertus Crantzius*, lib. 12 *Saxon.* cap. XI; *Rodolphus Agricola*, de *Congreſſu Friderici III Imp. & Caroli*, *Ducis Burgundionum, apud Trevirim facto* an. 1474, apud *Freherum*, Tom. 2, *Rer. German.* pag. 157; *Sigismundus von Bircken*, l. c. lib. 5, cap. 21, pag. 770 ad 779. *Pontus Heuterus*, lib. 5, *Rer. Burgun.* pag. 173; *Reinkingius* de *Regimine Seculari & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 2, cap. 7, §. 59, pag. 128 & 129; *Spondanus* Tom. 2, *Contin. Annal. Baron.* ad h. a. §. 11, pag. 140; *Carpzovius* de *Lege Regia German.* cap. XI, Sect. 14, §. 29, p. 320; *Limnæus* ad *Capitulat. Ferdinandi III*, art. 46, pag. 734; *Rumelinus* ad A. B. Diſſ. IV, *th.* 12, pag. 117. Ill. Baro *Sigismundus de Bibran*, de *Jur. Baronum*, cap. 3, §. 15, pag. 41; in primis Dn. *Ludovicus*, de *Auſpicio Regum*, cap. 2, §. 5, pag. 102 &c. & quos hi teſtes alios adducunt.

An. eod. convocat Comitia *Auguſtam Vindelicorum*. Vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 5, cap. 21, pag. 765.

An. 1474, 17 Febr. *Rotenburgi ad Tauberam*, erigit, in favorem *Chriſtiani* I, Regis Daniæ, ituri Romam, Comitatus Holſatiæ & Stormariæ, una cum diſtrictu Dithmarſiæ, in *Ducatum Holſatiæ* à S. R. Imperio in feudum recognoſcendum. Diploma, deſuper confectum, extat apud Dn. *Meibomium* T. 3, *Rer. German.* p. 213, & in *variis opuſculis Hiſtoricis*, pag. 515; nec non ap. Ill. Dn. *Leibnitium* T. 1 *Codic. Diplom. Juris Gentium*, §. 189, pag. 431 & 432. Formula huc ſpectans, hæc eſt: *Matura deliberatione prævia, accedente ad hoc Electorum, aliorumque Principum, Comitum, Baronum, & Procerum noſtrorum conſilio, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine Cæſareæ poteſtatis Noſtræ, titulos Comitatuum Holſatiæ & Stormariæ extinximus, caſſavimus, eorumque Comitatuum terras & dominia univimus, eique diſtrictum Dithmarſiæ incorporavimus, hujusmodi Terras, diſtrictus & Dominia incorporata in Ducatum ereximus, extulimus & conſtituimus, conferentes eidem omnia & ſingula Ducalia ac Principatuum Jura, honores, prærogativas, eminentias, ac imponentes eidem Titulum Ducalem de Holſatia: volentes ac mandantes, in antea hujusmodi titulo ab omnibus appellari &c.* De facto teſtantur *Albertus Crantzius*, lib. 8, *Daniæ* cap. 37, ad an. 1474, p. m.

195; &

Digitized by Google

195; & lib. 12 *Saxon.* cap. 12; *Peterſen* part. 3 *Chron. Holſat.* f. 83 & 122; *Caſpar Danckwerth, Schleſswickiſche und Holſteiniſche Cronick*, part. 3, cap. 2 pag. 181 & cap. 11, pag. 242; *Martinus Zeilerus, Itinerar. German.* cap. 18, pag. 218; *Pantaleon*, part. 2 *der Teutſchen Helden*, in vita *Chriſtierni*, pag. 526; M. *Andreas Angelus Struthiomontanus, Holſteiniſch Chronick*, de anno 1597; *Henningeſius*, part. 2 *ſecundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia* pag. 274 & 275; *Micralius, Syntagm. Hiſtor.* lib. 3, Sect. 5, pag. 296.

An. eod. *Carolo*, Burgundiæ Duci, *Nuſſiam* gravi obſidione cingenti, arma infert, Eumque redigit in ordinem. Vid. *Philippus Comminæus*, l. c. & lib. 5, p. m. 231 &c. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 403, 412, 413 &c. Auctor *Chronici Mindenſis*, apud *Meibomium* T. 1 *Rer. German.* pag. 573; *Crantzius*, lib. 8 *Daniæ*, cap. 37, ad an. 1474, pag. 196; & lib. 12 *Saxoniæ*, cap. 12, & lib. 13 *Vandaliæ*, cap. 11; *Nauclerus* l. c. ad h. a. pag. 1099; *Olivarius Marcanus*, in *Rationario Aulæ & Imperii Caroli Audacis*, lib. 2, cap. 3; *Trithemius*, in *Chronico Sponheimenſi* ad h. a. *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 327; *Jacobus Wympfelingus, Epitom. Rer. German.* cap. 57, apud *Schardium* T. 1 *Rer. German.* pag. 195; *Spondanus*, l. c. ad h. a. §. 3, pag. 143; *Browerus*, lib. 19 *Annal. Trevir.* an. eod. §. 149 & ſeqq. p. 303 ad 305; *Spangenberg, Chron. Schauenburg.* cap. 338. an. eod. pag. 394. *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 5, cap. 23, pag. 793 &c. & cap. 24, p. 807 ad 822.

An. eod. Comitia celebrat *Auguſtæ Vindelicorum*, in quibus, 21 Maji, Pacem Publicam in ſex annos promulgat. Vid. *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spirenſ.* cap. 113, pag. 974 ad 980; Dn. *Datt*, lib. 1 *Rer. German.* cap. 17, §. 10, p. 132; *Sigismundus von Bircken*, l. c. lib. 5. cap. 22, pag. 788; inſuperque *Fridericum*, C. P. R. Victorioſum, quod, ab obitu fratris, *Ludovici Pacifici*, Electoratu Palatinatus fuerit potitus, licet legitimum filium, *Philippum*, reliquiſſet, in bannum Imperii declarat. Vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. pag. 789.

An. 1478, Comitia convocat *Norimbergam*, in quibus actum de auxiliis, Hungaris, adverſus Turcas, mittendis. Vid. *Lehmannus* l. c. cap. 115, p. 982 & 983.

An. 1480, Comitia agit *Francofurti* ad *Mœnum*, in quibus *Maximilianum*, filium, eligi curat Regem Romanorum. Vid. *Nauclerus* Vol. 2, Generat. 50, p. 1108: *Anno 1486, die 20 Menſis Januarii, Maximilianus, Auſtriæ Archi-Dux, cum Genitore, Friderico, Romanorum Imperatore, Francofordiam Urbem ingreſſus, exin, 16 die Februarii, peracto officio divino, in Baſilica S. Bartholomæi, Electores Romani Imperii, obſervato ordine Bullæ Aureæ, felici auſpicio, Maximilianum in Regem Romanorum elegerunt: poſtea vero Idem, die 10 menſis Aprilis, in Civitate Aquenſi, cum ingenti pompa, Corona Caroli Magni, ex archivis Norimbergenſibus allata, coronatus eſt &c.* Electionis Hiſtoria extat apud *Freherum*, T. 3 *Rer. Germ.* pag. 17 ad 23; Confer. *Johannes Linturius*, in Appendice ad *Werneri Rolewinckii Faſciculum Temporis*, h. a. pag. 91; in primis *Protocollum Electionis Regis Maximiliani, an.* 1486, 16 *Febr.* apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichs-Handel*, §. 4, p. m. 3 &c. & Dn. *Schilterum*, inter Documenta hiſtoriam *Friderici III* illuſtrantia, p. m. 218 &c. *Rolewinckius* l. c. ætat. 6 Faſciculi, p. 90; *Albertus Crantzius*, lib. 13 *Saxon.* cap. 1; *Mutius* lib. 29 *Chron.* an eod. pag. 305; *Paraleipomena Urſpergenſis*, an. eod. pag. 333; *Paulus Langius*, Chron. Citizenſ. an. eod. pag. 881; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden* in vita *Maximiliani*, pag. 4; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ* cap. 19, pag. 439; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 274. malè licet electionem celebratam ſcribat *Aquisgrani*; *Browerus*, lib. 19 *Annal. Trevir.* h. a. §. 166, pag. 308; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 1, pag. 184; *Lehmannus* lib. 7 *Chron. Spirenſ.* cap. 116, pag. 983; *Matthiæ, Theatr. Hiſtor.* in vita *Maximiliani*, pag. 1020; *Sigismundus von Bircken*, l. c. lib. 5, cap. 33, pag. 951; & ſub initium libri VI, pag. 1090, ubi Inſcriptio, in Ejus laudem compoſita: *Romanorum Rex, & paterni Imperii conſors, Anno* 1486, *Francofurti*, 14 *Kal. Mart. electus &c.* Alii. Quæ de Coronatione dicta ſunt, minus rectè ſe habent, quandoquidem ex ejus deſcriptione, apud *Freherum* l. c. p. m. 28, eam die nona Aprilis, non decima, ab Archi-Epiſcopo Colonienſi, *Hermanno*, Haſſiæ Landgravio, peractam, conſtat. Conf. *Sigismundus von Bircken* l. c. pag. 953; & dicta Inſcriptio, ſub initium Libri VI l. c. pag. 1090: *Aquisgrani, Quinto Eid. April. inunctus &c.* Majori jure corrigendi hinc *Michovius* lib. 4, cap. 73, & *Henningeſius* l. c. quorum ille, 28 Martii, hicque, 7 Cal. Mart. ſive 23 Febr. hoc nomine producunt.

Eodem anno, menſe Martio (ſcil. 17 Mart. Francofurti ad Mœnum) *Fridericus Imperator, aſſiſtente Maximiliano Rege, Principibus atque Communitatibus Sacri Imperii, eorumque Miſſis, conſentientibus, Legem tulit de Pace tenenda per integrum decennium, qua mandavit univerſis & ſingulis ſacro Imperio ſubjectis, ut Pacem invicem ſervarent, nemo alterum in perſona aut rebus offenderet, via facti. Et quod contrarium facientes, cujuscunque gradus, ſtatus aut præeminentiæ eſſent, cum ſibi adhærentibus, conſilium, auxilium aut favorem præſtantibus, ipſo jure & facto, bannum Imperiale incurrerent, ita, ut poſſent, nulla præmiſſa declaratione, in perſonis ſuis & rebus, impune offendi, à quocunque, tanquam violatores pacis promulgatæ &c.* Sunt verba *Naucleri* l. c. Ipſa Conſtitutio reperitur apud *Lehmannum* l. c. cap. 117, pag. 985 &c. Factum comprobant *Mutius* l. c. p. 305; *Paraleipomena Urſpergenſis*, an eod. pag. 333; Dn. *Datt*, lib. 1 *Rer. German.* cap. 17, §. 9, pag. 131; & lib. 3, cap. 1, pag. 493.

An. 1487, Comitia indicit *Norimbergenſia*, in quibus ſermo factus de ſervanda Pace Publica; defendenda adverſus Turcas Patria; conſtituenda Imperiali Camera; novaque Imperii matricula conficienda. Vid. *Paraleipomena Urſpergenſis*, l. c. *Mutius*, l. c. *Lehmannus*, l. c., cap. 118, pag. 989, &c. *Browerus*, l. c., ad h. a., §. 167, pag. 308; *Spondanus*, l. c., an. eod., §. 1, p. 186; *Sigismundus von Bircken*, l. c., lib. 5, cap. 34, pag. 964, &c. 973, &c.

An. 1488, Populo Flandriæ, injuria, ut fertur, & avaritia Miniſtrorum *Maximiliani*, Romanorum Regis, exaſperato, Imperiumque Regis non ſolum detrectare palam viſo, ſed & *Brugenſibus*, cum eos caſtigatum iret, Eum, inaudita protervia, Calendis Februarii, in domo Audientiarii, *Johannis de Groſſis*, in novem menſium cuſtodiam, liberam licet, depoſcentibus, fautoresque Ejus variis tormentis afficientibus & atrociter necantibus, per Germaniam Imperator Principes ad arma, pro liberatione Filii, ſumenda, concitat; quo, firmo pedeſtrium & equeſtrium exercitu, extructo, atque ad aſſerendum Regem, pœnasque ſimul de factioſis repetendas, profecto, poſt tertium menſem, *Brugenſes* captivo libertatem reddunt, ſolenni prius jurejurando, omnem ex animo offenſarum remiſſionem pollicenti; quamvis *Fridericus* Cæſar inultum facinus minimè relinquendum ratus, *Gandavenſium* agros infeſta populatione fœdaverit. Vid. Epiſtola *Friderici Bockii*, Argentoratenſium Capitanei, ex caſtris Gandavenſibus an. 1488, *Sambſtag vor* Johannis Baptiſtæ, ad Senatum Argentoratenſem, in Dn. *Jacobi Wenckeri*, amici mei perchari, Disquiſitione *de Clevenburgeris*, in fine *Collectaneorum Ejus Juris Publici Romano Germ.*, §. VIII, v. 2, pag. 36, &c. *Michael Bojemus*, in vita *Alberti III*, Ducis Saxoniæ, cogn. *Animoſi*, p. m. 64. *Hadrianus Barlandus* in *Chronico Ducum Brabantiæ*, cap. 161; *Albertus Cranzius*, lib. 13 *Saxon.*, cap. 10, 11 & 12; *Jacobus Marchantius*, lib. 3 de *Comitatu Flandriæ*; *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 344, ad h. a., pag. 400; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 19, in Vita *Maximiliani*, p. 439; *Browerus*, l. c., an. eod., §. 171 & 172, pag. 309 & 310; *Spondanus*, l. c., an. eod., §. 1 & 2, pag. 188; *Sigismundus von Bircken*, l. c., lib. 5, cap. 35, pag. 980 & 981; &c. & cap. 36, pag. 992, &c. *Nauclerus* vero, Generat. 50, pag. 1109; *Mutius*, l. c., pag. 305; Author *Paraleipomenon Urſpergenſis*, pag. 333, & aſſeclæ, id referunt ad an. 1487. De facto teſtatur *Rolewinckius*, loc. cit.

An. 1489, Comitia congregat *Francofurti*, auxilia ab Imperio petens adverſus *Carolum VIII*, Regem Galliæ, & *Matthiam*, Regem Hungariæ, tandemque cum Gallo pacem init. Vid. *Lehmannus*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 120, p. 996, &c. *Sigismundus von Bircken*, l. c., lib. 5. cap. 37, p. 1014 &c. ad 1017.

An. 1491, Convocat Status Imperii *Norimbergam*, auxilio egens contra Hungaros, & Bavaros. Vid. *Sigismundus von Bircken*, l. c., lib. 5, cap. 38, pag. 1029, &c.

An. eod. 1 Oct. *Lincii* pro Tribunali ſedens, in bannum declarat Civitatem *Ratisbonenſem*, quod propria auctoritate, an. 1486, *Alberto*, Duci Auſtriæ, ſe ſubjecerit. Vid. *Sigismundus von Bircken*, l. c., lib. 5, cap. 33, ad an. 1486, pag. 956, & cap. 38, an. 1491, pag. 1032, &c. Quæ tamen an. 1492, amicabili compoſitione, ad Imperium rediit. l. c., cap. 40, pag. 1063 ad 1067.

An. 1492, In *Confluentinis* Comitiis, auxilio vocat Status Imperii, ad vindicandam, à *Carolo VIII*, Galliarum Rege, illatam Nationi Germanicæ, injuriam, rapiendo *Maximiliani*, Romanorum Regis, ſponſam, *Annam*, Britanniæ Ducatus hæredem, domumque Ei remittendo filiam, *Margaretham*, dudum ſibi deſponſatam. Vid. *Trithemius*, *Chron. Hirſaug.*, ad h. a. *Lehmannus*, l. c., cap. 121, pag. 1005, &c. *Browerus*, l. c., ad h. a., §. 176, pag. 311; *Freberus*, part. 3, *Rer. German.*, pag. 36; *Sigismundus von Bircken*, l. c., lib. 5, cap. 39, pag. 1039; Dn. *Datt*, l. c., lib. 3, cap. 2, p. 498, &c.

v. (5.) Ad finem perducto feliciter quinquaginta trium annorum, & aliquot menſium, Regimine, deceſſit tandem Imperator, *Lincii*, an. 1493. 19 Auguſti, corpore Ejus Viennam, in æde *S. Stephani*, ſepulto. Ita enim ſub initio Exequiarum Ejus MS. inter *Diplomata & Documenta Friderici Imp.* apud Dn. *Schilterum*, de *Script. Rer. German.*, pag. 47: *Als oben, an ſeiner gepürlichen Stat, Kayſer Friderichs deß dritten Todt, und der Tag ſeines Sterbens, iſt beſtimbt, und genannt, am Montag vor Sannd Bartlmes Tag*, (adeoque 19 Aug.) *im 93 Jahr, &c.* Accedit Ejusdem Epitaphium l. c., pag. 55:

Fridericus Tertius, Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, Auſtriæ, Stirie, Karinthie, Carnelie, Dux, Dominus Marchie, Slavonie, ac Portunanis, Comes Habſpurg, Tirolis, Phitredis & Kyburg, Marchio Burgovie, & Landgravius Alſatie. Obiit Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Nonageſimo Tertio, Auguſti decimo nono.

Quinimò ipſius *Maximiliani* Regis literæ, ad Senatum Spirenſem, ſub dato Inſsbrück, 20. Aug. apud *Lehmannum*, lib. 7 *Chron. Spir.*, cap. 122, pag. 1007, ſic inchoatæ: *Daß leider unſer lieber Herr und Vatter der Ræmiſche Keyſer, lœblicher Gedæchtniß, am Montag næchſt verſchienen* (qui erat dies immediatè præcedens,) *ſo bald Seine Kayſ. Majeſt. Meß gebært - - - ſeinen Geiſt dem Allmæchtigen geopffert, &c.* Conſentientibus *Cuſpiniano*, in Ejus vita; *Johanne Linturio*, in Appendice ad *Werneri Rolewinckii Faſciculum Temporis*, ad an. 1493, p. 93, qui addit: *Sacro igne in pede accenſus, pede abſciſſo, denique eodem igne interiit &c.* *Bucholcero Ind. Chronol.*, an. eod., p. 451; *Hennin-*

Digitized by Google

Henuingeſio, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 274; *Sigismundo Von Bircken*, l. c., lib. 5, cap. 41, ad h. a., pag. 1073, & 1074, qui Eum, ex Dyſenteria, quam die *Aſcenſionis Mariæ*, octo pepones edendo, contraxerat, obiiſſe tradit. Aliis. Perperam ergò *Bonfinius*, Decad 4 *Rer. Ungar.*, lib. 3, pag. 514, Calendas Auguſti, & *Matthæus Michovius*, lib. 4, *Rer. Pol.*, c. 77, diem 26 ejusdem menſis, & *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 50, pag. 1111, Vigiliam *Nativitatis Mariæ Virginis glorioſæ*, adeoque 7 Septemb., cujus ſententiæ etiam *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.*, cap. 19, in Ejus vita, p. 438, & *Spondanus*, l. c., ad h. a., §. 7, p. 211, ſuffragantur, hoc titulo in medium proferunt. Annum comprobant *Spangenbergius*, in *Chronico Mansfeldico*, cap. 345, p. 401; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. 333; *Paulus Langus*, in *Chronico Citizenſi*, apud *Piſtorium*, pag. 884; *Browerus*, lib. 19 *Annal. Trevir.*, §. 76, p. 311, &c. ſolus *Mutius*, lib. 29, pag. 305, habet annum 1492.

(40) MAXIMILIANUS I.

v. (1) Natus eſt an. 1459, 22 Martii, Parentibus *Friderico III* Imperatore, & *Eleonora*, *Eduardi*, Portugalliæ Regis, filia. Vid. Monumentum, in Templo *Franciſcanorum*, *Oenoponti*, à *Ferdinando* Imp. in Ejus memoriam, erectum, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, c. 8, p. 697, & 698:

Imperatori Cæſari ***Maximiliano***, *Pio, Felici, Auguſto, Principi, tum Pacis, tum Belli artibus, omnium ſuæ ætatis Regum longe clariſſimo: ſub cujus felici Imperio, Inclyta Germania, dulciſſima Ipſius Patria, tam armis, quam literarum ſtudiis, plus quam antehac florere, caputque ſuper alias Nationes extollere, cœpit: cujus inſignia facta tabellis inferioribus, quamvis ſub compendio, expreſſa conſpiciuntur, Imperator, Cæſar, Ferdinandus, Pius, Felix, Auguſtus, Avo Paterno, perquam colendo, ac bene merito, pietatis atque gratitudinis ergo poſuit.* ***Natus eſt XXII Martii, Anno Domini M. CCCC. LIX. Obiit anno Domini M. D. XIX, XII Menſis Januarii.***

Idem docet coætaneus auctor, *Nicolaus Langkmannus*, in MS. Hiſtoria *Deſponſationis & Coronationis Friderici V* (III) *Imperatoris, Ejusque Conjugis Eleonoræ*, ibid., l. c., p. 698, in margine, verbis: *Anno Domini 1459, viceſima ſecunda die Menſis Martii, poſt meridiem, infra quintam & ſextam horas, Domina Imperatrix, & jam Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Regina,* ***in Nova Civitate***, *peperit in lucem filium, quem Reverendiſſimus Dominus Salzburgenſis Archi-Epiſcopus baptizavit, & nomen Ipſi impoſuit* ***Maximilianus***, *quem Dominus Deus protegat, &c.*, nec non *Balthaſar Sartorius*, Wratislavienſis, in *Thematibus Genetliacis Domus Auſtriacæ*, an. 1553, *Ferdinando I*, Romanorum Regi, oblatis, in Bibliotheca Cæſarea, teſte *Lambecio*, l. c., qui rectè hinc *Speculum Gloriæ Auſtriacæ*, *Sigismundi à Bircken*, an. 1668 Norimbergæ editum, lib. 6, cap. 20, p. 1367, corrigendum docet, quod in præfata Inſcriptione Ferdinandina, quam ſiſtit, pro 22 Martii, legat 23; non minus *Nathanis Chytræi delicias variorum in Europa Itinerum*, *Herborna*, an. 1594 editas, pag. 545, & *Felicis Reineccii*, *Hiſtoriam Illuſtrium Fœminarum Ordinis S. Franciſci*, p. 110, qui plane in 27 Martii excurrunt; priorem ſententiam amplectuntur etiam *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in Vita *Maximiliani*, pag. 1; *Bucholcerus*, *Ind. Chron.*, ad an. 1459, p. 425; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 274; *Matthiæ Theatr. Hiſtor.*, in Ejus vita, pag. 1019; *Sigismundus Von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 13, p. 659; & in Calendario Auſtriaco, libro ſexto annexo, ad 22 Mart., pag. 1407; licet Inſcriptio, in Ejus laudem compoſita, apud eundem, l. c., ſub initium Libri VI, pag. 1090, 23 Mart. præ ſe ferat, ibi: *Imperator, Cæſar, Maximilianus Pius, Felix, Fortis, Victor & Triumphator, Perpetuus Auguſtus, Rex Germaniæ, Archi Dux Auſtriæ, Belgarum Princeps, Imperatoris Cæſaris Friderici IV filius Porphyrogennetus*, ***Natus X (pro XI) Kal. Aprilis, die Viridium***, *Stemmatis ſui Viror, &c.*

v. (2) An. 1477, 20 Aug. priores nuptias celebrat, *Gandavi*, cum *Maria*, filia unica, & herede ditiſſimi & potentiſſimi *Caroli Pugnacis*, Ducis *Burgundiæ*, Brabantiæ, Limburgi, Luxenburgi & Geldriæ; Comitis Flandriæ, Burgundiæ, Arteſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Selandiæ, Namurci & Zutphaniæ; nec non Marchionis S. R. I. Antwerpiæ, & Domini Mechliniæ, anno eodem, in vigilia Epiphaniæ, h. e. die quinto Januarii, in obſidione Lotharingiæ Ducatus Oppidi *Nancy*, proditione *Nicolai*, Comitis de *Campobaſſo*, ſeu *Campobachio*, à copiis *Renati*, Lotharingiæ Ducis, cæſi, & tribus vulneribus confoſſi, (*ſi vel Wernero Rolewinckio*, ætat. 6 *Faſciculi Temporum*, pag. 90, ubi ſimul Epitaphium Ejus:

Te piguit pacis, tæduitque quietis in Vita,
Hic jaces, Carole, jamque quieſce Tibi:

Johanni de Serres, en ſon Inventaire General de l' Hiſtoire de France, in Vita *Ludovici XI*, p. 300, & 301; *Browero*, lib. 19 *Annal. Trevir.*, ad an. 1477, §. 156, pag. 305; *Spondano*, Vol. 2 *Contin. Annal. Baron.*, ad an. 1476, §. 9, pag. 152; *Petro Lambecio*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.*, c. 8, pag. 709, cujus hæc ſunt verba: *Carolus, cognomine Pugnax, Ducis Burgundiæ, Philippi Boni, filius, Dux Burgundiæ, qui anno Chriſti 1476, ab Helvetiis, eorumque Fœderatis, apud Granſeum, & Murretum, duabus graviſſimis cladibus, affectus eſt, & tandem, anno 1477, die 5 Januarii, in tertio infelici prælio, apud Nanſium,*

pum, ſeu, ut alii Vocant, Nancaum, Ipſe occubuit &c. aliiſque, fidem adhibeamus, quamvis Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. 330, & *Sigismundus Von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 25, ad h. a. pag. 835, prælium ipſo Epiphaniæ feſto commiſſum arbitrentur; de nudo anno teſtante *Philippo Cominæo*, lib. VII Commentar. p. m. 360; *Nauclero* vero Vol. 2, Generat. 50, pag. 1100 & 1101; *Mutio* lib. 29 *Chron.* pag. 303; *Wymphelingo* cap. 57, *Epitom. Rer. German.* apud *Schardium* T. 1 *Rer. German.* pag. 195, & qui eos exſcribunt, præcedentem 1476, hoc nomine proferentibus, quibus ſe *Lambecius* l. c. cap. VI, pag. 466, & 505, amplius opponit; Auctore *Chronici Mindenſis*, apud *Meibomium*, T. 1 *Rer. German.* pag. 573, infauſta Ejus fata vindicante *S. Quirini* precibus, cujus Fanum *Noveſii*, ſeu *Nuſſia*, an. 1474, deſtruxerit.) Vid. *Sigismundus von Bircken*, l. c. lib. 5, cap. 26, pag. 858; *Lambecius* l. c. lib. 2, cap. 8, pag. 709, mavult 19 Aug. *Albertus Cranzius*, lib. 12 *Saxon.* cap. 19; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, p. 331; & *Spondanus* l. c. ad an. 1477, §. 1, p. 156, habent, in fine Menſis Julii; annum comprobant *Nauclerus* l. c. pag. 1102; *Browerus* l. c. §. 158, pag. 305 & 306; *Henningeſius*, l. c. pag. 274; *Bucholcerus, Ind. Chronol.* pag. 437. Alii; *de Serres* l. c. pag. 307, & *Henningeſius*, part. 2, pag. 72, ſequentem 1478 producunt; factum confirmantibus, *Philippo Cominæo* l. c. lib. 8, pag. 423, & lib. 9, pag. 426; *Wernero Rolewinckio*, l. c. *Mutio* lib. 29, p. 303, & 304; *Roberto Gaguino* lib. 10 *Hiſt. Franc. Thuano*, lib. 38 *Hiſtor.* ad an. 1566, p. 314, ad 316; *Münſtero* lib. 3 *Coſmograph.* cap. 19, in Vita *Maximiliani*, p. 438; *Pantaleone*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, pag. 3. &c. Obiiſſe hanc Principem ex morbo, quem ab equo, in venatu Falconis, Brugis Flandrorum, in terram projecta, contraxerat, anno 1482, 28 Mart. docent *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 2, p. 173; *Lambecius* l. c. lib. 2, cap. 8, p. 709; *Sigismundus Von Bircken*, l. c. lib. 5, cap. 30, p. 914 &c. *Nauclerus* autem, l. c. pag. 1106, & *Henningeſius* l. c. part. 1, p. 274 & part. 2, p. 72, id contigiſſe ſcribunt 27 Mart. Factum confirmant *Cranzius*, l. c. cap. 29, ad an. 1482; *Cominæus* l. c. lib. 9, p. 426; *Beuterus* lib. 12 *Rer. Belg. Munſterus* l. c. p. 439; *Pantaleon*, l. c.

Jacturam *Mariæ* compenſaturus, deſponſat ſibi ſolenniter, per Internuncium, *Wolfgangum*, Baronem *de Polnheim*, Auſtrium, anno 1488, *Annam*, filiam hæredemque *Franciſci*, ultimi *Britanniæ Minoris* Ducis; enimvero, ipſas celebraturus nuptias, an. 1491, nuncium admittit, *Carolum VIII*, Galliæ Regem, futurum Ipſius Generum, dato *Margarethæ* ſponſæ, Ipſius è *Maria* Burgunda ſuſceptæ filiæ, repudii libello, in itinere per Galliam, laudatam *Annam*, conceſſo licet ad maritum profecturæ libero ac tuto tranſitu, rapuiſſe, ſibimetque ipſi ſociaſſe conjugem. Vid. *Johannes Linturius in Appendice ad Werneri Rolewinckii Faſciculum Temporum*, ad *an.* 1491, apud *Piſtorium* p. m. 93: *Carolus, Rex Franciæ, repudiavit filiam Maximiliani*, (Margaretham) *& rapuit deſponſatam Maximiliano, Regi Romanorum*, (Annam) *Duciſſam Britanniæ &c.* & p. 94: *Dictum eſt, quomodo Carolus, Rex Franciæ, deſponſavit ſibi primo filiam Maximiliani, Regis tunc Romanorum, & dum præfatus Maximilianus, Rex Romanorum, deſponſaſſet ſibi Duciſſam Britanniæ; Carolus, Rex Franciæ, vi eam rapuit, & ſibi deſponſavit, repudiata filia Regis Romanorum &c.* Meminit hujus raptus vel ipſe *Henricus VII*, Rex *Magnæ Britanniæ*, in literis, ad Electores reliquoſque Principes Imperii, juxta *Weſtmonaſterium*, 8 Febr. 1491, ſcriptis, apud Dn. *Dattum*, Lib. 3 *Rer. German.* cap. 2, §. 13, pag. 502, verbis: *Putamus, Veſtras Celſitudines non latere, quæ à Gallis proximè ſunt geſta, & tam Ducatum Britanniæ in poteſtatem redegiſſe, nullo Jure, aut juſto titulo, ſed ſola dominandi & propagandi Imperii cupiditate; quam etiam Illuſtriſſimam Duciſſam, Dominam Sereniſſimo Domino, Romanorum Regi, ſolenniter deſponſatam, violenter rapuiſſe, contra omnes Canones, contraque omnia, tam Divina quam humana Jura, & prætereà omnes Leges ac mandata Eccleſiæ, in contemptum ejusdem, ac præfati Domini Romanorum Regis, nec non & veſtrum, ac totius Imperii Germanici &c.* pariter ac in aliis, eodem die ad *Innocentium VIII*, P. R. datis, ibidem, §. 14, p. 503: *Cum præter noſtram omnem ſpem, & expectationem, Gallorum Princeps, veluti Legibus ſolutus, univerſum illum Ducatum* (Britanniæ) *& continuato bello jam tandem in poteſtatem ſuam redegerit, &, quod dictu execrabile eſt, Illuſtriſſimam Dominam Duciſſam, Sereniſſimo Romanorum Regi, cum omni requiſito ac debito juris ordine, ſolenniter deſponſatam, violenter rapiens, contra ſacros Canones, contraque Divina ſimul & humana Jura, & præter omnes Leges, ac mandata Eccleſiæ, in contemptum ejusdem, & Veſtræ Sanctitatis, ac præfati Illuſtriſſimi Romanorum Regis, omniumque Chriſtianorum, cum tamen diu antea eum Illuſtriſſima filia præfati Domini Romanorum Regis, ut omnibus eſt notum, ſolemniter contraxiſſet, atque eadem ubique pro vera & legitima ſua Conjuge, ab omnibus, absque ulla prorſus conteſtatione, habita eſſet & reputata &c.* Plenius hæc eluceſcunt ex Oratione, ad *Carolum* Regem, pro *Maximiliano* Rege, habita, apud *Linturium*, l. c. pag. 94 &c. nec non *Jacobi Wymphelingi* literis ad *Robertum Gaguinum*, Ordinis S. Trinitatis Generalem Miniſtrum, Galliæque Regis Oratorem, an. 1492, pridie Idus Februarii, ex *Spira* datis, aliiſque 16 Kal. Martii 1492, ibidem confectis, nec non *Gaguini*, reſponſione, 14 Febr. dicto anno, *Heidelbergæ* exarata, (qua factum *Caroli* vel hiſce rationibus palliare conatur, quod (1) *Margaretha*, *Maximiliani* filia, nondum annum ætatis quartum agens, ſperati ad pacem matrimonii gratia, ad *Carolum* Delphinum, itidem impuberem adhuc, fuerit deducta; (2) defuncto

Carolo

Digitized by Google

Caroli Patre, aliquot annis poſt, nondum adulta Parenti domum remiſſa; (3) pubeſcentibus liberum ſit ſponſaliorum pœnitere, quæ infra pubertatis annos conſtituti contrahant; (4) *Maximilianus* pacta nuptialia filiæ ſemper improbaverit; (5) nullum in filiam amoris indicium oſtenderit, per omne tempus, quo in Francia educata; (6) nec Regi *Carolo* ullam benevolentiam opere exhibuerit; (7) Regi Anglorum, notiſſimo Francorum hoſti, fœdere ſe adſtrinxerit; (8) inſuper inſignia Ordinis Periſcelidis ab Eo ſuſceperit; (9) rebus ſic ſtantibus, *Margaretha* nihil præter bellum marito fuiſſet allatura &c. ſimiliter (1) Pax Britannis aliter reddi non potuerit; quam mediante matrimonio inter *Carolum* Regem, & Populi Principem, *Annam;* (2) Rex, non niſi habito prius conſilio cum iis, quos ſui, rerumque ſuarum, curatores cuſtodesque virgo habebat, jurisjurandi religione affirmantes, nullo conjugali fœdere Eam cuiquam mortalium obnoxiam, ſed ſimulatum duntaxat, ad cautionem quandam, & ſtratagema belli, matrimonium cum *Maximiliano* fuiſſe, ne Britanni Francis ſe dederent, eam duxerit Uxorem; (3) nulli ex quatuor ad connubium deſtinatis Procuratoribus, in ſolidum à *Maximiliano* conjugii gerendi data fuerit facultas; (4) geſtum Miſſorum negotium, ab Eo non legatur ratihabitum &c.) & *Wymphelingi* Replica, qua, ſub dato *Spiræ*, 1: Kal. Mart. 1492, *Gaguini* argumenta acri ſtylo caſtigat, apud *Linturium* l. c. p. 99 ad 105; Conf. *Nauclerum*, Vol. 2 Generat. 50, ad an. 1491 p. 1109; *Mutius* lib. 29 *Chron.* an. eod. pag. 305; *Paraleipomena Urſpergenſis*, an. eod. p. 333; *Trithemius*, *Chron. Hirſaugienſ.* an. 1492; *Johannes Sleidanus*, in *deſcriptione Galliæ*, *Philippi Cominæi* Commentariis annexa, p. m. 533 & 534; *Guicciardinus*, lib. 1 *Hiſtor. Belg. Albertus Cranzius* lib. 13 *Saxon.* c. 15, & 16; *Münſterus*, lib. 3, *Coſmograph.* cap. 19, in vita *Maximiliani* p. 439; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in ejusdem vita, p. m. 4; *Browerus* lib. 19 *Annal. Trevir.* ad an. 1492, §. 175, p. 311; *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baron.* ad an. 1488, §. 7, p. 189, & ad annum 1491, §. 2 & 3, pag. 198; de *Serres*, en *ſon Inventaire General de l' Hiſtoire de France*, in vita *Caroli VIII*, ad an. 1490, p. 328, & 1491, p. 329 & 330; *Lambecius*, lib. 3 *Commentar. Biblioth. Cæſar.* p. 341; *Strauchius*, in *Diſſertationibus Juris Publici circa Controverſias Illuſtres Seculi XVI*, Diſſert. 1, de *Statu Europæ*, *currente Seculo XVI*, *t*. 2, pag. 3 & 4; *Morery*, voc. *Maximilien I*, *Empereur*, p. m. 475; *Sigismundus von Bircken*, *im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 38, ad an. 1491, p. 1030, & cap. 39, ad an. 1492, p. 1038; Dn. *Datt*, lib. 3 *Rer. German.* cap. 2, §. 2 ad 5, pag. 498; Alii. Fugiendus error *Chronic: Magdeburgici*, apud Dn. *Meibomium* T. 2 *Rer. Germ.* pag. 370, in fine, filiam heredemque Regis Angliæ eam conſtituentis.

Nulla igitur ſpe recuperandæ Conjugis ſibi relicta, *tertium* init matrimonium, anno 1494 16 Martii Oeniponti, cum *Blanca Maria*, *Galeacii Mariæ*, Mediolanenſium Ducis, filia. Vid. *Jaſonis Mayni* JCti, Equitis Romani, Legatique Ducalis in Germania, ad *Maximilianum* ſponſum directum Epithalamion, ipſoque nuptiarum die oblatum, apud *Freherum* part. 2 *Rer. German.* pag. 222 ad 228; *Linturius*, in *appendice ad Rolewinckii Faſciculum Temporum*, ad an. 1494, pag. 106; *Mutius*, lib. 30, an. eod. pag. 306; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 50, an. eod. pag. 1111; *Cuſpinianus*, in Ejus vita; *Paraleipomena Urſpergenſis* pag. 334; *Pantaleon* l. c. part. 3, pag. 5; *Münſterus* l. c. pag. 439; *Browerus* l. c. ad an. 1494, §. 177, pag. 312; *Micrælius Syntagm. Hiſtor.* lib. 2, Sect. 5, p. m. 513; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni*, *in Quarta Monarchia*, pag. 274; *Rittershuſius*, *Geneal. Auſtr. Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 6, cap. 1, ad an. 1494, pag. 1091; *Morery* l. c. pag. 476; *Matthiæ Theatr. Hiſtor.* in Ejus vita pag. 1020; Alii. *Paulus Langus*, in *Chronico Citizenſi*, apud *Piſtorum*, p. m. 887, minus rectè nuptias in annum 1495 rejicit. Obiit hæc Princeps an. 1511. Vid *Rittershuſius* l. c. Dn. *ImHoff Tab. Geneal. Imperat.* §. 12; Dn. *Hübner*, *Tabb. Geneal.* 126 & 299; de die ſcribit *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 6, cap. 24, pag. 1277, ad an. 1511: *Die Rœmiſche Kayſerin*, *Blanca Maria*, *hatte*, *mit dem verlaufenen Jahr*, *zugleich ihr Leben geendet*, *und ſtarb zu Inſpruck*, *am lezten Tag des Chriſtmonds*, *in der Nacht*, *zwiſchen 12 und 1 Uhr*, *dannenhero ihr Tod*, *von etlichen*, *und vielleicht billiger*, *auf den erſten Tag des* 1511 *Jahrs angeſezt wird &c.*

v. (3) *Blanca Maria* ſterili, ex priori, *Maria* Burgunda, ſuſcepit

(1) *Philippum*, natum 1478, 23 Junii, *Brugis* Flandrorum. Vid. *Wernerus Rolewinckius*, ætat 6 *Coſmodromii*, pag. 90, b; *Philippus Cominæus*, lib. 9 Commentar. pag. m. 426; *Michaël Bojemus*, in vita *Alberti III* Ducis Saxoniæ, quam Dn. *Schurtzfleiſchius*, inter *Diſſertationes Academicas*, vigeſimo nono loco exhibet, p. m. 65; *Pantaleon* l. c. part. 3, pag. 3; *Münſterus* l. c. *Bucholcerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 438; *Henningeſius* l. c. pag. 274, licet 24 Junii ponat; *Rittershuſius* l. c. *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 5, cap. 28, p. 884; Dn. *Hübner* l. c. Tab. 126 &c. Hic eſt, qui, ducta in uxorem *Johanna*, *Ferdinandi Catholici*, totius Hiſpaniæ Regis filia, an. 1496, 21 Octob. *Lieræ*, in Brabantia, à ſocru, *Iſabella*, *Caſtiliæ*, *Legionis*, *Granadæ*, aliorumque Regnorum Domina, an. 1504, 26 Nov. *Medinæ del Campo*, defuncta, ſcriptus eſt Monarchiæ hæres, annoque 1505, menſ. Jan. Bruxellis, publicè proclamatus, & ſequenti 1506, 4 Sept. *Valliſoleti* (inita prius transactione cum ſocero, *Ferdinando*, Regnis, quæ cum Conjuge *Iſabella* erat conſecutus, cedente, & *Neapolim* ſe recipiente,) una cum Uxore *Johanna*, ſolemnitatibus conſuetis, confirmatus Rex, utut eodem adhuc anno, 25 dicti Menſis die, ex ardente fe-

bri,

Digitized by Google

bri, *Burgis* contracta, extinctus, hærede Regni relicto filio, *Carolo*. Vid. *Mutius*, lib. 30, ad an. 1506, pag. 313; *Johannes de Laët*, in *Deſcriptione Hiſpaniæ*, cap. 12, pag. 260; *Browerus*, l. c., lib. 20, ad an. 1506, §. 31, pag. 324; *Mariana*, lib. 28, cap. 18, 19, 20 & 21, & lib. 29, cap. 7; *Spondanus*, T. 2 *Contin. Annal. Baron.*, ad an. 1506, §. 1 & 2, pag. 260, & 261; *Münſterus*, lib. 2 *Coſmographiæ*, cap. 25, pag. 82; *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.*, cap. 347, pag. 403; *Pantaleon*, l. c., pag. 7 & 8, & in vita *Philippi*, l. c., pag. 40; *Sigismundus von Bircken*, l. c., lib. 6, cap. 1, ad an. 1496, pag. 1102; & cap. 6, ad an. 1504, pag. 1156, & cap. 7, ad an. 1505, p. 1160, & 1161; & l. c., ad an. 1506, p. 1166 ad 1168, & cap. 11, ad an. 1506, pag. 1227; præfati Genealogici omnes.

(2) *Margaretham*, nat. Bruxellis; an. 1480, 10. Januar., quæ an. 1482 *Carolo VIII*, Regi Galliæ, adhuc Delfino, *Hedini*, deſponſata, ex formula Pacificationis *Maximilianum* inter, & *Ludovicum* Regem, Delfini Patrem, tunc initæ, matrimonio an. 1483, menſe Julio, *Ambaſiæ*, ſub jurejurando ſolemniter confirmato, nihilominus an. 1491, ut præced. v. 2, p. 709, dictum, repudiata eſt. Vid. *Gaguinus*, *de Reb. Geſtis Franc.*, lib. 10; *Cominæus*, lib. IX Commentar. p. m. 426, & 465 ad 468; *Sleidanus*, in *Deſcriptione Galliæ*, *Cominæo* annexa, pag. m. 533 & 534; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 50, p. 1106; *Mutius*, lib. 29, ad an. 1480, pag. 304; *Paraleipomena* Urſpergenſis, ad an. 1483, pag. 333; *Albertus Cranzius*, lib. 12 *Saxon.*, cap. 29; *Münſterus*, l. c., lib. 3, cap. 19 in vita *Maximiliani*, pag. 439; *Pantaleon*, l. c., in vita Ejus, pag. 3; *Sigismundus von Bircken*, l. c., lib. 5, cap. 29, an. 1480, pag. 900, & cap. 30, ad an. 1482, pag. 917 & l. c., ad an. 1483, p. 921; *Strauchius*, l. c., pag. 3. Alii. Eam poſtea nupſiſſe *Johanni*, *Ferdinandi Catholici*, Regis Hiſpaniæ filio, an. 1497, 2 April. eodem autem, & quidem 2 Octob. iterum mortuo, tertia vice, an. 1501, *Philiberto*, Sabaudiæ Duci, an. 1504 denato, tandem, ſuſcepta in ſe aliquamdiu Belgii præfectura, an. 1530 extinctam, laudati Genealogici confirmant. Minimum Sabaudiæ Ducem, *Philibertum*, Ejus fuiſſe Generum, documento eſt Ejus diploma an. 1503, in *Diario Europæo*, Tom. 1, an. 1658, pag. 713. Vid. ſeq. Tit. XI, §. 2, lit. f.

(3) *Franciſcum*, qui an. 1481, 2 Sept. *Bruxellis*, in lucem editus, eodem adhuc anno, 26 Dec. exuvias mortales rurſus depoſuit. Meminit Ejus *Cominæus*, l. c., lib. 9, pag. 426; *Pantaleon*, l. c. *Münſterus*, l. c. *Sigismundus von Bircken*, l. c., lib. 5, cap. 29, ad h. a., p. 909; Genealogici reliqui.

(4) *Georgium* addunt *Pantaleon*, l. c., *Münſterus*, l. c., *Henningeſius*, part. 1 *ſecundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 275; ſed mendum hic ſubeſſe ſuſpicor, quandoquidem *Georgius*, Ejus filius, primum, an. 1525, poſtulatus Brixienſis Epiſcopus, deinde an. 1539 ordinatus Archi-Epiſcopus Valentinus in Hiſpania, cumque ex Hiſpania in Germaniam rediret, à Gallis captus, & Lugduni in carcerem conjectus, tandemque, interceſſione & auctoritate *Caroli V* Imp., libertati reſtitutus, & an. 1544 Epiſcopus Leodienſis factus, anno 1557 defunctus, ex illegitimo matrimonio, una cum aliis, prodiit, de quibus *Henningeſius*, ipſe l. c., pag. 275; *Rittershuſius*, l. c.; Dn. *Hübnerus*, Tab. Geneal. 126, aliique videndi.

v. (4.) Qualis fuerit *Maximilianus*, cognoſci poteſt ex *Pandulphi Collenutii* JCti, & Equitis, Ferrarienſium Ducis Legati, oratione, an. 1494 ad Eum habita, apud *Freherum*, T. 2 *Rer. German.*, pag. 228, ad 233, nec non *Henrici Glareani*, Helvetii, Poëtæ Laureati, Panegyrico, in Ejusdem laudem conſcripto, ibid., pag. 233, & 234; *Johannis Fabri*, Auguſtani, Theologi, Oratione, in Ejus obitum, an. 1519, 16 Jan. *Welſii*, dicta, apud eundem, l. c., pag. 402 ad 420; *Georgii Sauromani* Oratione, in Ejusdem memoriam, an. 1519, Bononiæ declamata, ibid., pag. 421, &c. Epicediis *Petri Ægidii*, ibid., pag. 436, &c. Brevior eſt *Æneas Sylvius*, in *appendice ad Benevenuti de Rambaldis Librum Auguſtalem*, ibid., pag. 15, de eo ajens: *Magnus bello Princeps, & pace præclarus, cujus eximia bonitas, liberalitas ſumma, & Chriſtiana pietatis cultus, præcipue commendantur. Accedunt ad haſce animi dotes, oris probitas, ſtatura quadrata, in qua tamen Imperatoria Majeſtas eluceat; corpus validum ac robuſtum, idemque laboris atque operis patientiſſimum, par victus frugalitas, & ex eo valetudo proſperrima, &c.* Eadem profert *Johannes Baptiſta Egnatius*, lib. 3 *Romanorum Principum*, apud *Sylburgium*, T. 2 *Hiſtoriæ Romanæ*, pag. 603; *Nauclero*, loc. cit., Generat. 50, ad an. 1486, pag. 1108, celebratur: *Vir, ſumma virtute, rei militaris ſcientia, inſignis, in quo relucebat Juſtitiæ fervor ac Zelus, ſingularis benignitas atque clementia, cum vitæ ac morum obſervantia, &c.* apud *Wernerum Rolewinckium*, in fine *Faſciculi Temporum*, pag. m. 90, audit: *Vir utique magnæ virtutis & prudentiæ inſignis, ac rei militaris ſcientia, non ſine belloſis laboribus, à juventute peritus, fortunatus ac virtuoſus, &c.* *Jacobus Wymphelingus*, in *Epitom. Rer. German.*, cap. 59, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.*, p. 195, hæc de Eo: *Ipſo Alexandro Magno verè dici poteſt militarior. Qui dum adhuc ephebus eſſet, & imberbis, cum Gallis, Sicambris, Batavis, Morinis, Eburonibus, nunc eques, nunc pedes, in prima acie congreſſus, de eisdem etiam glorioſiſſime triumphavit. Sub hoc Cæſare feliciſſime degimus, quo uno nemo in ſuos benignior, in hoſtes atrocior, &c.* *Pantaleon*, part. 3, *der Teutſchen Helden*, pag. 1, de eodem inquit: *Er kondte in der Jugendt die Wœrter kümmerlich ausſprechen; das mehrtheil vermeinet, er würde ein Stumme beleiben. Wie Ihm aber in der Kindheit zu reden gantz beſchwerlich, alſo haben, in ſeinem vollkommenen Alter, alle Einheimiſche und Auslændiſche Menſchen, ſich ab deſſen Wohlredenheit verwundert; dann über die Gemeine Teutſche Sprach,*

reds

Digitized by Google

redt Er dermaſſen zierlich Latein, Frantzœſiſch und Italieniſch, daß ſich der Auslændiſchen Kœnigen Oratoren deßhalben nicht gnugſam verwundern mœgen. Er hat auch offt, auf den Reichstagen, on ein Tolmetſchen, mit den Fürſten, und frembden Legaten, von wichtigen Sachen, lange und künſtliche Red gehalten, alſo, das mengklich vermeinet, Er handelt alles nach der Kunſt, ſo Er doch dieſe Wolredenheit von Natur erlanget &c. & pag. 10: *der Kayſer was in guten Künſten zimlich unterrichtet, und von Natur mit Wolredenheit begabet, darzu ein freundlicher Fürſt. Sonſt was Er ein ſtarck vierſchrœtig Mann, in welchem ſich ein Keiſerliche Mayeſtæt erzeigt, alſo, das Ihn ein jeder, ſo Ihn vormalen nie geſehen, auch under dreyſig Fürſten, für ein Keiſer erkennen mœgen. Hiemit mocht Er viel Arbeit, auch Hitz oder Kelte, Hunger und Durſt, wol erleiden. In den Waaffen war Er zu Ernſt wol geübet, und in Schimpffſpilen, oder Thurnieren, mit andern Fürſten gantz behend. &c.* *Münſterus* l. c. pag. 438, ſcribit: *Hat von kind auf ein herrlichen Verſtand gehabt, ward aber durch ſein Zuchtmeiſter verſaumpt, daß Er, unter viel Sprachen, die Er kundt, allein die Lateiniſche Sprach nit gelehrnet; aber nichts deſter weniger hat Er dennoch die Studia gefürdert, und gelehrte Mænner lieb gehabt, die auch herfür gezogen &c.* Quod ad Ejus geſta pertinet,

An. 1477, mediante felici connubio, cum *Maria*, *Caroli Pugnacis*, Burgundiæ Ducis, filia, *Belgium* Genti ſuæ intulit. Vide Auctores, præced. v. 2, hoc titulo productos.

An. 1482, *Hesdini*, inter Eum, & *Ludovicum XI*, Regem Galliæ, ab obitu laudati *Caroli Pugnacis*, Provincias Burgundicas valde infeſtantem, pax ſtabilitur, vi cujus (1) *Carolus VIII*, Delfinus, thorum conſcendat cum *Margaretha*, *Maximiliani* filia, educanda interim in Gallia, donec utrinque juſta adeſſet ætas; (2) Dotis nomine, afferat Princeps marito futuro *Arteſiam*, Comitatum *Burgundicum*, agrosque *Matiſconenſem* (Maſcon) *Altiſſiodorenſem* (Auxerre) *Carolatenſem* (Charrolois) *Salinenſem* (Salins) *Barienſem* ad Sequanam (Bar ſur Seyne) & *Bolonienſem* (Boulogne); Terris *Philippo*, *Margarethæ* fratri, obventuris, ſterile ſi eſſet matrimonium; (3) Ordines Galliæ, ſolenni juramento, promittant, matrimonium iri conſummatum, quantocyus ſponſus & ſponſa ad illud contrahendum habiles judicarentur; (4) Fanum *S. Audomari* præſidio *Arteſiæ* ordinum firmetur, ad complementum dicti matrimonii usque, *Arteſiæ* Comitatui tunc rurſus incorporandum &c. Vid. *Gaguinus*, lib. 10 *Rer. Franc. Cominæus*, lib. 9 *Commentar.* p. m. 465 ad 468; *Cranzius*, lib. 12 *Saxon.* cap. 29; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 50, ad an. 1483, pag. 1106; *Mutius* lib. 29, ad an. 1480, pag. 304; *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 5, cap. 30, ad an. 1482, pag. 917 & 918; *Strauchius*, Diſſert. 1 *Juris Publici*, *de Controverſiis Illuſtribus Seculi XVI*, t. 2.

An. 1486, Eligitur Rex Romanorum, *Francofurti*. Vid. præced. vita *Friderici III*, v. 4, ad an. 1486.

An. 1488, In cuſtodiam datur à Brugenſibus, à Patre vero iterum liberatus. Vid. loc. cit. ad an. 1488.

An. 1489, Denuo transigit cum *Carolo* Rege Galliæ, Genero ſuo, Francofurti ad Mœnum; Vid. *Spondanus* Vol. 2 *Contin. Annal. Baron.* ad h. a. §. 5, pag. 192. *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 5, cap. 37, ad h. a. pag. 1016 &c.

An. 1490, mortuo *Matthia*, Rege Hungariæ, occupat 22 Aug. *Viennam*, brevique poſt totam Auſtriam, cum magna parte Hungariæ, quoad reliquam, tranſigens an. 1491, Poſonii, cum novo Rege, *Uladislao*, ut Eo, proleque maſcula extinctis, totum Hungariæ Regnum ſibi eſſet obventurum. Vid. *Bonfinius*, Decad. 4 *Rer. Ungaricar.* lib. 10, pag. 492 &c. *Mutius* lib. 29, *Chron.* ad h. a. pag. 305; *Nauclerus*, Generat. 50, an. eod. pag. 1109; *Dubravius*, lib. 31 *Hiſtor. Bohemica*, p. m. 257 &c. *Matthiæ Theatr. Hiſtor.* in Ejus vita, pag. 1025; *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 5, cap. 38, an. 1490, pag. 1025 &c. & ad an. 1491, p. 1031 &c.

An. 1493, declinando bellum, quo, ob ereptam ſibi à *Carolo VIII*, Galliarum Rege, ſponſam, *Annam*, Minoris Britanniæ heredem, domumque remiſſam filiam, *Margaretham*, ſolennibus pactis, ut præced. v. 2, & hoc ad an. 1482 monitum, dudum Ei deſponſatam, injurias vindicare meditabatur, amicabili compoſitione, *Silvanecti*, (Senlis) in Inſula Franciæ, 23 Maji, per Legatos, litem finit, cujus præcipua capita: (1) matrimonium, inter *Carolum* & *Margaretham*, pro irrito habendum, (2) Reddat *Carolus Maximiliano* Comitatus Burgundiæ, Arteſiæ & Carolatenſem, (3) Oppida: *Hedinum*, (Hesdin) *Ariam* (Aire) & *Bethuniam* (Bethune) retineat *Carolus*, ad annum usque ætatis *Philippi* Archi Ducis, *Maximiliani* filii, vigeſimum, quo Ei reddenda; (4) ſimiliter retineat Comitatus *Maſcon*, *Auxerre* & *Bar ſur Seyne*, (non, *ſur Saone*) in Burgundiæ Ducatu, donec legitima Juris via, ad quem pertineant, decidatur &c. Vid. *Browerus* l. c. ad h. a. §. 177, pag. 312; *Morery*, voc. *Maximilien I Empereur*, pag. 475; *Strauchius* l. c. pag. 4; *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 5, cap. 11, pag. 1071 &c. *De Serres*, *inventaire General de l' Hiſtoire de France*, in vita *Caroli VIII*, p. 330.

An. eod. Defuncto Patre, jam ante ſeptem annos electus Romanorum Rex, Imperator evadit.

An. 1495, Coercendis Gallorum per Italiam, varia Imperii loca, Apuliamque ferè totam, expugnantium, Turcarumque per Hungariam motibus, ſplendida admodum Comitia *Wormatiæ* celebrans, varia utilia ad finem perducit, utpote in quibus, cum conſenſu Statuum,

Inſtituit *Judicium Camerale*, de quo ſeq. Lib. IV,

Tit. VI, plura. Edita tunc | *Ordinatio Cameralis* reperitur in Codice Receſſuum Imperii Moguntino, de an. 1692, p. 41 &c.

Ibidem, promulgavit 7 Aug. Pacem Publicam perpetuo ſervandam. Conſtitutio, ſub Tit. *der Kœnigliche Landfried zu Wormc, anno* 1495 *aufgericht*, extat in dicto Corpore Receſſuum, pag. 46 &c. cui, p. 48, annexa eſt: *Handhabung des Friedens, Rechtenc, und der Ordnung, zu Wormbc anno* 1495 *aufgericht*; & pag. 51: *Kœnigliche Satzung von dem Gemeinen Pfenning, zu Wormbs an.* 1495 *aufgericht.* Quibus jungas: *Kœnigliche Satzung von den Gottcläſterern*, 6 Aug. ſubſcriptam, ibid. pag. 54; & Reformation *Kœnig Maximilians, die Freyſchœpffen, und das heimliche Gericht zu Weſtphalen, betreffend*, 10 Sept. promulgatam, ibid. pag. 55 &c. Conf. *Goldaſtus* Tom. 2 *Conſtit. Imper.* p. 110, 112 &c. Dn. *Datt*, lib. 5 *Rer. Germ.* cap. 1. p. 781.

Ibidem, 21 Julii, *Maximilianus Rex, proprio, ut ferebatur, motu, ad nullius inſtantiam, Eberhardum Seniorem, barbatum, Comitem de Würtemberg, Virum ſcienc prudentem, ſtrenuum, & non minus armis, quam rebus & divitiis, potentem, in publica Principum confeſſione, de Comitum numero, in Ducem ſublimavit, adhibitis, in eo negotio, ſolennitatibus debitis & conſuetis &c.* ſunt verba *Trithemii*, in *Chronico Hirſaugienſi*, ad an. 1495; ſolemnitates iſtas hiſce deſcribit *Johannes Linturius, in Appendice ad Werneri Rolewinckii Faſciculum Temporum*, ad an. 1495, pag. 107: *In Diata Wormatienſi, Comes Wurttebergenſis, Eberhardus, in Ducem promotus eſt, quod ſic factum fuit: Venit Comes Eberhardus Wormatiam, cum multis Clientibus & ſpecialiter cum novem Comitibus, & 37 Nobilibus, & Doctoribus, & multis equis. Ideo, in die Martis poſt Diviſionis Apoſtolorum, venit ille Eberhardus, & ducitur, à duobus Landegraviis Haſſiæ, duobus Wilhelmis, à dextra, & à Rudolpho, Principe de Anhald, ex ſiniſtra parte, qui ante Nobiliſſimum Regem Romanorum in pedes ceciderunt. Sic Rex Ille Comitem ex ordine Comitum poſuit, & fecit illum Ducem, & primo Pallium Ducale, deinde Pileum Ducalem, tertio Gladium Ducalem, & Arma, & Titulum Ducis dedit. Ibi primo Hel Fritz, Zolrenſis, & Hans à Werdenbergk, & Craft ab Hohenloh, petierunt Regalia à Rege Romanorum. Tum deinde ſellam Cæſaris, cum nigro & fulvo vexillo, circumequitari juſſit; & Ipſe, cum quinque vexillis, cum ducentis equis, deinde poſt venit. Fuerunt autem quinque Vexilla, unum Wirttenbergenſis Ducatus, quod portavit Simon Wecker, Comes in Zweybruckh & Bitſch, ſecundum fuit Ducatus Teck, quod portavit Comes Wolfius à Furſtenbergk. tertium fuit Comitatus Mompelgardici, quod portavit Simon, Dominus in Falckenſtein; quartum fuit fulvum vexillum, cum nigra Aquila, quod fuit Imperii Sturm-Vexillum, quod portavit Bernhardus Comes in Oberſtein; quintum fuit totum ruffum, quod eſt Sanguineum Vexillum, & ſignificat Regalia, quod portavit Stephanus, Baro de Gundelfingen. Sic fuit Ille inthroniſatus, & dotatus, à Rege Romanorum &c.* Conf. *Mutius*, lib. 30 Chron. pag. 306 & 307; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 50, an. 1495, pag. 1114; *Bernhardus Hertzog, Chron. Alſat.* lib. 2, fol. 157 &c. *Paralipomena Urſpergenſis*, pag. 334; *Paulus Langius, Chron. Citizenſ.* apud *Piſtorium*, an. eod. pag. 887; *Münſterus* lib. 3 *Coſmograph.* cap. 323, pag. 835; *Pantaleon* part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita *Maximiliani I*, p. m. 5 & 6; *Iſaacus Pontanus*, lib. XI *Hiſtor. Geldricæ*, ad an. 1495; *David Chytræus, Hiſt. Saxon.* lib. VII, ad an. 1515, pag. 188; *Martinus Bellajus Comment. Rer. Gallic.* lib. 4, fol. 152 &c. Ipſum Diploma Cæſareum, ſub dato *Wormbc, am ein und zwantzigſten Tag des Monatc Julii, nach Chriſti Geburt, viertzehen hundert, und in dem funff und Neuntzigſten Jahr*, exhibet *Hortlederus*, Tom. 1, lib. 3 *von Urſachen dec Teutſchen Kriegc*, cap. 1, p. m. 809 ad 813, &, ex eo, *Limnæus*, lib. V *Jur. Publ.* cap. 16, p. 365 &c. Notanda inde clauſula §. 10: *Ob es were (das Gott der Allmachtig nach Gnaden verhüten wolle) daß der Mannlich Stamm und Lini der Hertzogen und Herren von Wurtemberg gantz abſterben, und keiner mehr ſeyn würde, daß Alsdann ſolch Hertzogthumb, durch Uns, Kœnig Maximilian, oder Unſere Nachkommen am Reich, Kœnig oder Keyſer, nicht ſoll, oder mœge, ferner jemand, aus einiger Urſach, oder weiß, wie die geſeyn mœchte, zu Leben verleichen - - - - - verkaufft, verеuſſert - - - - oder in Beſeß zugeſtellet werden; ſondern ſolch Hertzogthumb - - - - ſoll bleiben bey Rœmiſchen Keyſern und Kœnigen, und bey den H. R. Reich ewiglich, und alſo zu Mehrung des Reichc Widdumb-Gut der Cammer incorporirt und verleibt ſeyn &c.* ad quam provocat Dux *Chriſtophorus*, an. 1533, apud *Hortlederum*, l. c. cap. 8, §. 6, p. 858; Ejusdem meminit *Antonius Quetta* JCt. Conſil. 6, §. 1; *Goldaſtus*, in Notis *zum Cadawiſchen Vertrag, in Reichs-Satzungen*, fol. 319; *Antonius Colerus, de Jure Imperii Germanici*, §. 61; Factum comprobant: *Scrauchius*, Diſſert. Exoter. X. de *Ejectione & reſtitutione Ducis Wirtenbergici*, t. 1, pag. 258; *Bucholzerus*, in *Indice Chronologico*, ad an. 1495, pag. 454, perperam licet 21 Junii ponens; *Henningeſius*, part. 1, *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 310; *Micralius*, lib. 3 *Syntagm. Hiſtor.* Sect. 12, p. m. 652; *Spenerus, Syllog. Genealog.* de *Familia Wirtenbergica*, pag. 565; *Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 6, cap. 1, ad an. 1495, pag. 1097; *Matthia, Theatr. Hiſtor.* in vita *Maximiliani I*, p. m. 1024; Dn. *Fridericus Lucæ, im Uhralten Reichs-Fürſten Saal*, part. 1, cap. 5, p. m. 174 & 175; Dn. *Datt*, lib. 3 *Rer. German.* cap. 12, §. 88 & ſeqq. p. 611 &c.

Eodem fere tempore, idem Sereniſſimus ac Invictiſſimus Rex Maximilianus, defuncto Johanne Maria, Vice-Comite, & Mediolanenſium Principe, per Legatos, ad hoc miſſos, Ludovicum Mariam Sphorciam,

Medio-

Digitized by Google

Mediolanenſibus præfecit Ducem &c. Hæc *Nauclerus* l. c. pag. 1114; Conf. *Mutius*, lib. 30, pag. 307; *Pantaleon*, l. c. pag. 6; *Iſaacus Pontanus* l. c. cujus verba Dn. *Datt* l. c. lib. 3, cap. 2, §. 42, pag. 508, repetit; *Guicciardinus*, lib. 1 *Hiſt. Ital.* f. 17; *Conringius*, de *Finib. Imp.* lib. 2, cap. 23, §. 27, pag. 334 & 335; Dn. *Datt* l. c. cap. 4, §. 10, pag. 523: *Hartnaccicus* ad *Micrælium*, lib. 3, Sect. 1, pag. 71, refert Inveſtituram hanc ad annum 1494.

Plura de his Comitiis ſcribunt *Linturius* l. c. pag. 106 & 107; *Mutius* l. c. *Nauclerus*, l. c. pag. 1113 &c. *Tritbemius*, l. c. *Gerhardus de Rhoo*, *Hiſtor. Auſtr.* ad an. 1495; *Pantaleon* l. c. pag. 5 & 6; *Browerus*, lib. 19 *Annal. Trevir.* an. 1495, §. 178, pag. 312; *Spondanus*, T. 2 *Contin. Annal. Baron.* an. eod. §. 22, pag. 226; *Iſaacus Pontanus*, l. c. Dn. *Datt*, l. c. lib. 3, cap. 1, pag. 493 &c. & cap 2, pag. 508: & lib. 5, cap. 1 ad 8, pag. 781 ad 892; *Sigismundus von Bircken* l. c. pag. 1096, 1097 & 1098.

An. 1497, *Circa Purificationis feſtum, Rex Romanorum, Maximilianus, Romam verſus, ut Imperiali corona, ab Alexandro VI, coronaretur, proficiſcitur - - - ſed, per Carolum, Regem Franciæ, pro tunc impeditur; itaque revertitur à Florentia & Venetiis ad Alemanniam &c.* Ita *Linturius* l. c. ad h. a. p. 108.

An. eod. Convocantur Comitia *Lindavienſia*, de quibus legas Dn. *Datt* l. c. l. 5, cap. 8, p. 892 &c.

An. 1498, in Comitiis *Friburgicis* Brisgoviæ, ſaluberrimam *circa vina* Conſtitutionem edit, quæ in Corpore Receſſuum Imperii Moguntino, de an. 1692, pag. 58, reperitur, ſub Rubr. *Ræmiſcher Kæniglicher Majeſtat Ordnung und Satzung uber die Wein; zu Freyburg in Brieſsgau, anno* 1497, *aufgericht &c.* licet annus mendoſè ſcribatur, rectius in fine expreſſus: *Geben zu Freyburg im Brieſsgaw, am 24 Tag des Monats Auguſti, nach Chriſti Geburt 1498, unſerer Reiche, des Ræmiſchen im dreyzehenden &c.* electus autem fuit Rex Romanorum an. 1486; Acta ſiſtit Dn. *Datt* l. c. lib. 5, cap. 10, pag. 901 &c. priorem tamen calculum ſequitur *von Bircken* l. c. lib. 6. cap. 2, p. 1106.

An. eod. celebrat Comitia *Lindaviæ*, eoque vocat Helvetios, petens ab iis, ut Fœderi Suevico ſe ſociarent, inſuperque, cum aliis Imperii Statibus, communem ſolverent denarium. Vid. *von Bircken* l. c. ad h. a. p. 1108 & 1109.

An. eod. Præfectura *Occidentalis Friſiæ*, jam ab anno 1494 Factionibus *Grœningenſi*, vulgò *der Uetcoopers*, & *Schiringenſi*, variis agitatæ motibus, hæreditario Jure tenenda, donat *Albertum*, Ducem Saxoniæ, addita lege, ut, numeratis ſibi 300000 florenorum, reſtitutisque ſumptibus, in redigendos in ordinem rebelles impendendis, Provincia iterum Archi-Ducibus cederet. Vid. *Sigismundus von Bircken*, l. c. ad h. a. p. 1107 &c. *Chytræus*, lib. 3 *Saxon.* p. 99.

An. 1499, Oritur inter Eum, & Helvetios, bellum, quod hi (1) non ſolum à Gallis ſtipendia mererentur, ſed & (2) varias Imperii Civitates in fœdus ſuum cooptarent, (3) Fœderi Suevico nomen dare recuſarent, (4) Communem Denarium Imperatori & Imperio ſolvere reluctarentur, (5) cum Rhætis, Auſtriorum hoſtibus, 13 Dec. an. 1498, perpetuum fœdus pepigerint. &c. Vid. *Nauclerus* Vol. 2, Generat. 50, h. a. p. 1119; *Linturius*, l. c. p. 109; *Mutius* lib. 30, an. eod. pag. 307; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita *Maximiliani*, p. 6 & 7; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 127, pag. 607, &c. *Simlerus*, in *Deſcriptione Helvetiæ*, p. 170, &c. 213 &c. 237 &c. *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 335; *Sigismundus von Bircken* l. c. ad ann. 1498 & 1499, pag. 1109 ad 1115, & cap. 3, pag. 1116 ad 1121. De reſtaurata pace *Baſileæ*, adhuc eodem anno, 22 Sept. Vid. *von Bircken.* l. c. lib. 6, cap. 3, ad an. 1499, p. 1125 &c.

An. 1500, Aſſenſu & approbatione Statuum Imperii, conſtituit, in Comitiis *Auguſtanis*, ſex Imperii Circulos, videlicet: *Franconicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum ſuperiorem, Weſtphalicum & Saxonicum Inferiorem.* Vid. ſeq. Lib. 2, Tit. VI, §. 4. In iisdem Comitiis, inſtituitur *Regimentum Imperii*, ſive *Senatus*, nomine Imperatoris & Imperii, Jus dicens; Vid. in Corpore Receſſuum Imperii Moguntino, de an. 1692, p. 60, *Ræmiſcher Kænigl. Maj. und des H. Reichs-Stand, Ordnung deß Regiments, zu Augſpurg, an.* 1500, *aufgericht;* in cujus Præfatione notanda verba: *Mit einmüthigem zeitigem Rath, und Willen, auch zugeben und annehmen, der Ehrwürdigen, Hochgebornen, Erſamen, Edlen, unſer lieben Neven, Oheimen, Andæchtigen, und deß Reichs Getreuen, Churfürſten, Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Pralaten, Grafen, Freyen, Herren, und anderer Stand des H. R. Reichs, haben Wir, hie, auf gegenwertigen des H. Reichs-Tag verſamblet, fürgenommen und beſchloſſen &c.* quibus Majeſtas Statuum Imperii non parum prominet. Vid. præced. Tit. 2, §. 11, lit. a. p. 226. Ibidem promulgatæ ſunt Conſtitutiones aliæ, veluti: *Erklarung des Land-Friedens zu Augſpurg.* l. c. p. 69, in cujus proœmio eadem formula occurrit; It. *Cammergerichts-Ordnung zu Augſpurg*, ibid. p. 72; It. Ratification *der Artickel des Cammer-Gerichts zu Lindau und Freyburg aufgericht &c.* l. c. pag. 77. Reliqui Receſſus articuli habentur l. c. p. 81 ad 94.

An. 1502, Magna Principum Comitia, Norinbergæ, præſente Maximiliano Imperatore, ſunt celebrata &c. Hæc *Mutius* lib. 30, ad h. a. pag. 311.

An. 1503, Ejus auſpiciis, inſtituitur contra Turcas *Cruciata*, ſive Societas *S. Georgii.* Vid. Dn. *Datt* l. c. lib. 2, cap. 1, p. 213 &c.

An. 1504, *Radzivilios* Principes inſignit charactere *Principum Imperii.* Vid. Auctores à Dn. *Ehrenharto Zweyburg*, part. 1. *Theatri Præcedentiæ* Tit. 61, pag. 148, hanc in rem adductos.

An. eod. Proſcribit *Rupertum* C. P. R. ejusque Patrem, *Philippum* Electorem, occaſione ultimarum Tabularum *Georgii Divitis*, Bavariæ Ducis, quibus *Rupertus*, *Georgii* Gener, hæres ex aſſe ſcriptus erat, exhæredatis Ejus Patruelibus, *Alberto*, (*Maximiliani* Imp. affine,) & *Wolfgango*, Fratribus, Bavariæ Ducibus; Cæſare enim Teſtamentum *Georgii*, tanquam in Imperii Leges, Feudorumque jura, peccans, reprobante, & ſolenni ſententia 20 April. Auguſtæ Vindelicorum pronunciata, Bavaris hæreditatem vindicante, bellum ortum eſt, *Rupertum* Gallis & Bohemis; Bavaros contrà, Imperatore, *Friderico* Brandenburgico, *Guilielmo* Landgravio Haſſiæ, *Ulrico* Wirtenbergico, Comitibus *Oetingenſibus* & *Ortenburgicis*, nec non Civitate *Norimbergenſi*, juvantibus; enimverò, victi ad Ratisbonam Palatini, propriis etiam Terris ejecti ſunt, & in bannum Imperii declarati; unde *Rupertus* contraxit moerorem, ex quo eodem adhuc anno, una cum Conjuge *Eliſabetha*, obiit; Vid. *Trithemius* de *Bello Bavarico*, apud *Freherum*, T. 3, *Rer. Germ.* pag. 37 &c. & lib. 2, Epiſt. ad *Conrad. Celtem*; *Paulus Langus Chron. Citiz.* h. a. p. 889; *Mutius*, lib. 30, pag. 311 & 312. errore licet Typographico, ad an. 1508; *Henrici Bebelii Ecloga Triumphalis, de Victoria Cæſaris contra Bohemos*, apud *Freherum* T. 2 *Rer. Germ.* pag. 251 &c. *Chytræus* lib. 5 Saxoniæ, pag. 139 & 140; *Paraleip. Urſperg.* pag. 336; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita *Maximiliani I*, pag. 7; *Matthiæ, Theatr. Hiſtor.* in Ejusdem vita, pag. 1025 & 1026; *Spenerus, Syllog. Geneal.* pag. 197 & 198; *Rittershuſius, Exegeſ.* pag. 103; *Sigismundus von Bircken*, l. c. lib. 6, cap. 6, pag. 1147 &c. *Browerus, Annal. Trevir.* h. a. §. 23, pag. 322.

An. 1505, Comitia *Colonienſia* celebrando, mediante Electore Saxoniæ, in gratiam recipit *Philippum*, Electorem Palatinum, ejusque nepotibus, ex filio *Ruperto*, *Ottoni Henrico* Magnanimo, & *Philippo* Victorioſo, Tractum inter *Nabum* & *Danubium*, qui *Neoburgici* Ducatus titulo venit, ex ſententia Imperii, 30 Julii lata, reſtituit. Vid. *Münſterus*, lib. 3, *Coſmograph.* cap. 19, pag. 439; *Von Bircken* l. c. ad an. 1505, pag. 1156 & 1157, & reliqui modò citati. Quid Palatinorum hoſtes hoc bello ſint lucrati, exponit *von Bircken* l. c. pag. 1157 ad 1159. de dictis Comitiis, teſtantur *Linturius* l. c. pag. 112, *Mutius* l. c. *von Bircken* l. c. & cap. 7 pag. 1161 &c. *Pantaleon* l. c. pag. 7, *Browerus* l. c. ad h. a. §. 28, pag. 323.

An. eod. tranſigit *Hagenoæ*, cum Legatis *Ludovici XII*, Regis Galliæ: Capita conventa ſunt (1) *Carolus* Archi Dux in uxorem ducat *Claudiam*, *Ludovici* filiam; (2) Imperator inveſtiat *Ludovicum*, de Ducatu *Inſubrium*, ſeu *Mediolanenſium*, pro ſe, & heredibus maſculis, iisque deficientibus, *Carolo & Claudiæ*, & eorum poſteris, obventuro; pro qua Inveſtitura Rex ſtatim Imperatori ſexaginta florenorum Rheni millia, totidemque, ſex menſibus poſt, ſolvat; ſingulis diebus feſtis Nativitatis Domini, duobus aureis calcaribus addendis &c. Vid. *De Serres, Inventaire General de l'Hiſtoire de France* h. a. pag. 377; *Browerus* l. c. an. eod. §. 27, pag. 323; *Spondanus*, T. 2, *Contin. Annal. Baron.* an. eod. §. 2, pag. 259; Inveſtituram quoque 9 April. in Comitiis, ibidem habitis, Oratoribus Regiis, magna celebritate, fuiſſe conceſſam, ex *Browero* l. c. patet; conf. de *Serres* l. c. pag. 378. Fœdere tamen paulo poſt rupto, Gallus filiam ſuam *Franciſco* Engulemio nuptum dedit, inſuperque Geldriæ Duci, adverſus Imperatorem arma ferenti, fuit auxilio, ſurgente inde nova belli flamma. Vid. *De Serres* l. c. ad an. 1506, p. 378.

An. 1507, *Maximilianus Imperator magna Comitia Germaniæ Principum celebravit Conſtantiæ, in quibus actum eſt primum, quomodo reſiſterent Venetis, & Regi Gallorum, qui vexabant Ducatum Mediolanenſem, & alia, contra Imperatorem & Imperium, conabantur; deinde, ſignificabat Imperator animi ſui propoſitum proficiſcendi Romam, ut ſtudium & voluntatem Principum & Civitatum experiretur: reperitque ſatis paratos & promptos, ad expeditionem illam, & Principes & Civitates, ſuperabantque plerique expectationem Ejus. Hoc Maximiliani propoſitum ſummis viribus nitebantur impedire Gallus & Veneti, magnamque Italiæ partem in ſua fœdera, contra Imperatorem, perduxerant, conatique ſunt omnes vias in Italiam Cæſari obſtruere, commeatuque prohibere. Maximilianus, ubi hos Galli & Venetorum conatus intellexit, Principum Germaniæ conſenſu, decrevit bellum, ſuſcipiendum contra Venetos, quare copias conſcripſit, & Venetorum Ditionem invaſit, multa cepit & diripuit &c.* Hæc *Mutius*, lib. 30, ad an. 1507, pag. 313; conf. *Linturius* l. c. an. eod. pag. 113; *Guicciardinus*, lib. 7, *Hiſtor. Browerus*, l. c. lib. 20, an. 1507, §. 31, pag. 324; *Trithemius, Chron. Sponheim.* an. eod. *Mariana* lib. 29, *Hiſt. Hiſp.* cap. 8; *Pantaleon*, l. c. part. 3, p. 7 & 8; *Paraleipomena Urſpergenſis*, h. a. pag. 337; *Goldaſtus*, part. XI, *der Reichshændel*, pag. 274; *Spondanus* l. c. an. eod. §. 2, pag. 263; *Von Bircken* l. c. lib. 6, cap. 12, pag. 1232 &c. Dn. *Datt*, lib. 3, *Rer. German.* cap. 7, §. 10, ad 26, pag. 557 ad 567; *Ordinatio Cameralis*, in dictis Comitiis confecta, habetur in *Corpore Receſſuum Imperii Moguntino*, de an. 1692, pag. 94, &c.

An. eod. Comitia habentur *Ratisbonæ*. Vid. *Ordinatio Cameralis* ad finem ibi perducta, in dicto Corpore Receſſuum, pag. 100.

An. 1508. In Belgium evocatus, ut, ingruente Bello Geldrico, rebus *Caroli*, Archi-Ducis, nepotis ſui, proſpiceret, eo abit, & neceſſaria pro lubitu diſponit. Vid. *Mutius*, l. c. ad h. a. pag. 313; *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 6, cap. 12, pag. 1242 &c.

An. eod. Ob ſibi denegatum tranſitum *Romam* ituro, Tridentum profectus. 3 Febr. trina vice, per præconem, *Laurentium Loredanum*, Ducem, Sena-

tum

Digitized by Google

tunque *Venetum*, in judicium vocat, nemineque, eorum nomine, comparente, eos in bannum Imperii majus declarat. Quo facto, *Bernardinus* Cardinalis Tit. S. Crucis, Bullam, aureis literis ſcriptam, Ei offert, qua Pontifex, *Julius* 2, *Imperialem titulum* Ei impertivit, ac ſi re vera eſſet coronatus; Vid. *Linturius* l. c. ad an. 1507, p. 113: *Papa transmiſit Cardinales ad Tridentum, cum Corona, & Imperiali titulo, Ipſum coronando, & titulo inſigniendo; ſed, prudenti uſus conſilio, Titulum recepit Cæſaris, coronam vero Romæ, ut decet, afferre recipiendo voluit &c.* Conf. *Sigismundus von Bircken* l. c. cap. 13 ad h. a. pag. 1245 & 1246; addens, die decima ejusdem menſis, in Cathedrali Eccleſia *Maximilianum*, ibi, à dicto Legato, ſolemnibus cerimoniis, declaratum eſſe *Imperatorem*; Quicquid horum ſit, ex Ipſius Cæſaris literis ad Senatum *Eslingenſem*, ſub dato *Bulſan, am achten Tagen des Monats Februarii*, 1508, apud Dn. *Datt* l. c. cap. 7, p. 569, conſtat, Eum, proprio motu, *Imperialem titulum*, & quidem *Electi Imperatoris*, ſibi vindicaſſe, nulla liberalitatis Pontificiæ, utpote qua nec indiguit, facta mentione: *Unangeſehen deß alles, ſeind Wir entſchloſſen zu widerſteen Baider Unſer Widerpartheyen, die Franzoſen und Venediger mit tæglichem Krieg anzugreiffen, und zu üben, auff das, ob Wir Sy von einander trennen, Ihnen dardurch ſtarck genug werden, und alſo zu Unſerm RomZug durchziehen mæchten - - dieweil das aber, aus Viel oberzehlten Urſachen, mißlich und ſorgfeltig iſt, ſo achten Wir in Unß, wo Wir gleich die Krœnung vom Pabſt, Unſer kleinen Macht, und groſſen Widerſtands halben, dergleichen doch keinem Rœmiſchen Künig nye begegnet iſt, dizmals nit erlangen mæchten, Wie dann unſern Vorfordern, Rœmiſchen Künigen, vor vilen Jahren offt beſchehen iſt, die die Kaiſerlich Kron zu Rom auch nit empfangen haben, daß darümb Wir, und die læblichen Teutſchen, deß Rœmiſchen Kayſerthums nit beraubt ſein ſollen, ſondern wollen Unß yetzo, unangeſehen deſſelben, auf Fürſorg, wie ès Unß gee. deß Titels, eins Erwæhlten Rœmiſchen Kayſers, angenommen haben, der Hoffnung, auch deß Fürſaz, ob immer müglich ſein will, die Crœnung zu empfaben - - - mit Ernſt begerend, ihr wollet Uns hinfüro allzeit ſchreiben, dergeſtalt: N. Erwelten Rœmiſchen Kayſern, zu allen Zeiten Merer deß Reichs, in Germanien, auch zu Hungarn, Dalmacien, Croacien &c. Künigen &c. aber in Reden, und mit Mund, wollet Uns nennen geſtracks: Rœmiſchen Kayſer &c. Wie Uns dann uff heutigen Tag, all Latiniſch und Welſch Gezüng Kaiſer ſchreiben und nennen; alles nit allein umb Unſer Eeren willen, ſonder mer zu Beſtætung und Behaltung deß Rœmiſchen Kaiſerthums, - - - daß Wir Uns aber ſelbs nit frey nennen Rœmiſchen Kayſer, ſonder Erwehlten, das thun Wir darum, daß Unſer H. Vater Pabſt, und der Stul zu Rom, nit dafür haben, alß ob Wir ihnen die Rœmiſch Kaiſerliche Chrœnung entziehen, ſondern, wo Wir, mit Unſer klainen gegenwærtigen Macht, Uber Unſern fleiß, und darſtrecken Unſers Leibs und Guts, yetzo nit mæchten, und Uns die Chrœnung mit gewalt und dem Schwert, entzogen würde, daß der Allmechtige verhüt, daß Wir dannocht die Babſtlich Chrœnung, durch Annehmen deß beſtimbten Unſers Titels, nit veracht, noch Unß der verzigen haben &c.* Conf. *Guicciardinus* lib. VII, *Rer. Ital.* ad an. 1508; *Gerhardus de Rhoo*, Lib. XII, *Annal. Auſtr.* an. eod. *Browerus* l. c. lib. 20, an. eod. §. 35, pag. 325; *Spondanus* l. c. an. eod. §. 1, pag. 265; Ab hoc tempore, hunc titulum Imperatores ſemper retinuiſſe, dixi præced. Tit. 4, §. 3, lit I, circa finem. p. 306, Hinc *Venetorum* fines ingreſſus, novennale bellum, cum iis geſtum, auſpicatus eſt. Quo felicius ducendo, in Germaniam revertitur, majora *Ulmæ*, à fœderatis Suevis, auxilia expetens; ex altera parte, in Galliam mittit *Matthæum Langum* de *Wellenburg*, Epiſcopum Gurcenſem, ſibi à conſiliis ſanctioribus, *Ludovico XII*, Regi pacem oblatum; ſub conditione, ut (1) Regi novæ inveſtiturarum literæ ſuper *Inſubriam* traderentur, (2) Ille viciſſim Imperatorem, contra Venetos, copiis & nummis, juvaret, (3) Papam, Regesque Hiſpaniarum & Angliæ, in idem fœdus cooptaret, (4) Mediolanenſem Ducatum, ad vitam duntaxat, teneret, ab ejus obitu, ad *Carolum* Archi-Ducem devolvendum; quæ tam grata erant, ut ſtatim Oratores mitteret, rem perfecturos. *Cameracum*, in Hannoniæ finibus, deligitur pangendo *fœderi* locus, quo confluunt, Imperatoris nomine, *Margaretha*, Ejus filia, & laudatus Epiſcopus Gurcenſis; *Georgius de Amboſia*, Cardinalis Tit. S. Sixti, Archi-Epiſcopus Rothomagenſis, Legatusque à Latere Pontificis per Franciam, Procurator pariter *Julii* Papæ, & *Ludovici* Regis; nec non *Jacobus de Albion*, *Ferdinandi*, Arragonum Regis, Orator; imputabat autem Venetis Papa, quod *Ravennam*, *Cerviam*, *Faventiam* & *Ariminum*, aliaque Oppida *Imolæ* & *Ceſenæ*, occuparent; *Maximilianus* querebatur, *Roveretum*, *Veronam*, *Paduam*, *Vincentiam*, *Tarviſium*, *Forum Julii*, *Patriarchatum Aquilejenſem*, multaque alia loca, Auſtriæ Domui ab iis erepta; *Gallus* ægre ferebat, *Brixiam*, *Bergomum*, *Cremam*, *Cremonam*, *Geradadamque*, loca ad Mediolanenſem Ducatum antiquitus ſpectantia, Eos uſurpare; *Arragonius*, ab iisdem ſpoliatum ajebat Neapolitanum Regnum, *Tranum*, *Brunduſium*, *Otrantum*, *Gallipolim* &c. vel adhuc tenentibus; de quibus belli cauſis Diploma Cæſareum, 5 Januar. 1509, in fœderis confirmationem, emiſſum, fuſius, apud *Petrum Juſtiniani*, lib. XI *Hiſtoriæ Venetæ*, p. m. 217 & 218, & *Sigismundum von Bircken* l. c. lib. 6, cap. 13, pag. 1251 ad

1253, legi poteſt. Ictum eſt igitur commune fœdus 9 Decemb. 1508, adverſus Venetos, declaratos ubique hoſtes, ad quos domandos, invitati etiam Britanniarum & Pannoniæ Reges; Dux itidem Allobrogum, prætenſionibus ejus in *Cyprum* favente Liga; non minus *Ferrarienſes & Mantuani* Duces eo vinculo devincti, ut adeo, rebus ſic ſtantibus, actum de Republica videretur. Vid. *Mutius* lib. 30, ad an. 1508, pag. 913; *Paulus Langus*, *Chron. Citizenſ.* ad an. 1503, pag. 889 & 1509, pag. 893; *Petrus Juſtiniani* l. c. pag. 216 & ſeqq. *Leander Albertus*, de *Incrementis Dominii Veneti*, in vita Ducis *Leonhardi Lauredani*, p. m. 382; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmograph.* cap. 19, in vita *Maximiliani*, p. 439 &c. *Onuphrius Panvinius*, de *Vitis Pontificum*, in Vita *Julii* 2, pag. 336; *Pantaleon* l. c. part. 3, pag. 8; *de Serres*, *Inventaire General de l' Hiſtoire de France*, in vita *Ludovici XII*, p. 380 & 381; *Browerus* l. c. ad h. a. §. 36, p. 325; *Franciſcus de Belleforeſt*, *Hiſtoire Generale de France* lib. 6, cap. 16; *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baronii*, an. eod. §. 2, p. 265; *Pallatius*, Tom. 3 de *Geſtis Pontificum Romanorum*, in vita *Julii* 2, p. 750 &c. *Sigismundus von Bircken*, l. 6. lib. 6, cap. 13, p. 1245 &c.

An. 1509, Imperator, & Foederati, ultima minantur Venetis; Pontifex acerbum in eos ſcriptum, 27 April. Romæ, compoſuit, cujus formulam in *Goldaſti Reichs-Handlen* part. 12, §. 3, p. 391 ad 400 legas; excommunicationis periculis eos ſubjiciens, niſi, ſpatio 24 dierum, cuncta Romanæ Sedi ablata reſtituerent, inſuperque violatæ jurisdictioni ſatisfacerent, utpote qui Beneficiorum collationes, à Pontifice factas, impediviſſent, nec poſſeſſionem, quam ad libitum, dediſſent; confugientes ad Apoſtolicam Sedem, quaſi Majeſtatis læſæ reos, puniviſſent; literas Apoſtolicas executioni non tradidiſſent; Clerum, ad ſanguinem usque, excoriaſſent &c. Conf. *Palatius* l. c. pag. 753; *Von Bircken* l. c. ad hunc annum, cap. 13, pag. 1257; Funeſtior illis fuit 14 Maji, quo in *Giaradada* Regiuncula, inter *Ripam altam* (Rivalta, corr. Rivolta) pari ſpatio à *Mediolano* & *Crema*, diſtans Oppidum, ſuper *Adduam* fl. *Vailam* (Vailate) & *Agnadelli*, Ducibus *Nicolao Urſino* Comite de *Petilia*, & *Bartholomæo Liviano*, infelici Marte, cum *Ludovico*, Gallorum Rege, congreſſi, jacturam non ſolum decem millium ſuorum paſſi ſunt, ſed & Oppidorum plerorumque, quibus antea erant potiti, Cæſare *Veronam*, *Vincentiam*, *Patavium* cum *Carnis*; Gallis, *Caravagio*, *Bergamum*, *Brixiam*, (Breſcia) *Cremonam*, *Cremam* & *Peſcaram*; *Ferdinando* Hiſpano, *Tranum*, *Monopolim* & *Barlettam*, in Apulia; Papa *Julio*, *Ravennam*, *Ariminum*, totamque *Æmiliam*; Ferrariæ Duce, *Rodigium*, & Mantuano *Aſulam*, nemine fere reſiſtente, occupantibus. Vid. *Juſtiniani* l. c. pag. 220 &c. *Guicciardinus* lib. 8 *Hiſt. Ital. Nardi* lib. 4, *Hiſtor. Florent. Onuphrius* l. c, pag. 336; *De Serres* l. c. pag. 381 &c. prælium d. 15 Maji commiſſum, putans; *Bucholcerus*, *Ind. Chron.* h. a. p. 469; *Pallatius*, l. c. *Spondanus*, l. c. ad h. a. §. 3. & 4, p. 268; *Von Bircken*, l. c. c. 13, p. 1258 & 1259; Calamitatibus his acceſſit Banni formula, ab Imperatore, in *Wormatienſibus* Comitiis, 13 Junii, adverſus eos promulgata, cujus tenor apud *Goldaſtum*, T. 2, *Conſtit. Imper.* p. 117, reperitur. Hac rerum facie, ad placandam Dei iram, ſupplicationibus publicis indictis, miſericordiam Pontificis efflagitantes Veneti, veniam factorum petierunt, annoque ſequenti impetrarunt; in primis Imperatoris gratiam aucupantes, in Germaniam miſere *Antonium Juſtiniani*, Auguſtum, oratione, quanta verborum demiſſione fieri potuit, in commiſerationem tractum; huc inde ſpectant: *Demnach bittet der Hertzog*, Senat *und Gemeine zu Venedig*, *mit dieſem demütigen und unterthänigſten Fußfall*, *Ew. Maj. wolle doch unſer äuſerſtes Verderben*, *mit Augen der Erbarmnis*, *anſchauen*, *und Uns wieder empor kommen laſſen. Wir wollen alles*, *was Ew. Maj. Uns vorzuſchreiben belieben wird*, *genehm halten*, *und gehorſamlich eingehen. Und weil wir uns für ſchuldig erkennen*, *als wollen wir Uns auch ſelber eine Straffe ſetzen; Es ſollen an Ew. Majeſt. als Erbherrn zurückfallen*, *alle Orte*, *die unſere Vorfahren dem Ræmiſchen Reich*, *und Ertz-Hauß Oeſtreich*, *entzogen haben; Ja*, *wir wollen noch hinzu thun*, *alles dasjenige*, *was wir auf dem Lande ſeither inngehabt*, *ſamt allem Recht*, *das wir jemals darzu hatten. Wir ſind auch erbætig*, *Ew. Maj. und allen derer Nachkommen*, *hinfüro in Ewigkeit*, *fünffhundert Pfund Golds*, *zum jährlichen Tribut*, *zu erlegen*, *auch allen Ew. Maj. Geſetzen*, *Geboten*, *und offentlichen Auſſchreiben*, *williglich zu gehorchen. Ew. Maj. wolle Uns nur beſchützen wieder den Hochmuth derjenigen*, *zu denen wir Uns ehmals verbunden hatten*, (Gallos intelligit) *die aber jitzund unſere ärgſte Feinde ſind*, *und nichts anders verlangen*, *als die von Venedig gantz auszutilgen. Wir wollen*, *wan von Ew. Maj. wir dieſes erhalten*, *dieſelbe einen Vatter*, *Stiffter und Erhalter unſerer Statt nennen*, *und dero Ruhm*, *unter dieſem Namen*, *auf unſere Kinder und Kinds-Kinder*, *pflantzen. Es wird auch*, *unter Ew. Maj. Lobſprüchen*, *nicht der geringſten einer ſein*, *daß der Allerdurchlauchtigſte Kayſer* Maximilianus *der Erſte iſt*, *dem die Statt Venedig einen Fußfall gethan*, *Ihn vor ihren Erlæſer gehalten*, *und Ihme freywillig ſich untergeben &c.* Extat tota Oratio apud *Sigismundum von Bircken*, l. c. l. 6, cap. 13, h. a. pag. 1260 & 1261; &, ante eum, apud *Guicciardinum* l. c. ejusdem, dubiis licet verbis, meminit *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 4. pag. 268; Enimvero adeò conſtantem in fœdere ſe oſtendit Imperator, ut nulla de re paciſci cum ſupplicantibus vellet, absque Rege Galliæ; quamvis ſuo damno, Venetis *Vincentiam*, locaque alia, eodem adhuc anno recuperantibus, inſuperque *Patavio* à Cæſareis, re infecta, obſeſſo. Vid. *Juſtiniani* l. c. p. 227, &c. *von Bir-*

ckem

cken l. c. cap. 14, h. a. pag. 1266 &c. De *Serres* l. c. pag. 383 &c.

An. eod. Comitia agens *Wormatiæ*, Ordines Imperii auxilio vocat contra Venetos, aſt parum auditus, reponentibus Statibus, bellum, non Imperium, ſed domum Auſtriacam, reſpicere. Interim *Veneti* ibi, eeu modo dictum, proſcripti ſunt. Acta Comitiorum collegit *Goldaſtus* part. 12 *der Reichshändel*, §. 4, p. 400 ad 407; Conf. *Sigismundus von Bircken* l. c. pag. 1251, & 1254 ad 1256; *Linturius*, in *appendice ad Werneri Rolewinckii Faſciculum Temporum*, h. a. pag. 113; *Mutius* lib. 30, p. 314; *Browerus* l. c. lib. 20, h. a. §. 37, p. 325.

An. eod. Mediante *Georgio de Amboſia*, Cardinali & Archi-Epiſcopo Rothomagenſi, convenit *Bleſis* (Blois) in Belſia, 12 Decemb. inter Plenipotentiarios Imperatoris noſtri, & *Ferdinandi* Arragonum Regis, de Hiſpania, ut 1) *Ferdinandus* Regno Caſtiliæ præeſſet, donec *Carolus* Archi-Dux, ipſius nepos ex filia, *Johanna*, annum ætatis vigeſimum attingeret; (2) Imperatori quinquaginta *Ducatorum* millia ſolveret; (3) in recuperandis Oppidis, omnem contra Venetos navaret operam; (4) laudato Archi-Duci, ſingulis annis, quadringentas auri libras penderet; (5) In Hiſpaniam profecturo exſtructam claſſem obviam mitteret, & una, Fratrem Ejus, *Ferdinandum*, in Belgium; (6) *Carolus* Regio titulo, ad Matris vitæ dies, non uteretur. Vid. *Mariana*, lib. 29 *Rer. Hiſp.* c. 21, *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 10, pag. 270; *von Bircken* l. c. lib. 6, cap. 14, h. a. p. 1269.

An. 1510 *Convenerunt Auguſtæ* (Vindelicorum) *Principes Civitatesque Imperii omnes, & Imperator Maximilianus, multorumque Regum Legati, Regis Galliæ, Ungarorum, Boemorum, & Julii, Summi Pontificis. In eo conventu multum actum eſt de Venetis, omniumque ſententia concordi, bellum denuo decretum eſt adverſus eos - - - quam ob rem, primum omnium mittunt ad Summum Pontificem Legatos, cum Illo de pace agunt, non ignorantes, hoc placato, cum aliis minus negotii fore &c.* Ita *Mutius* lib. 30, pag. 314 & 315. Conf. *Linturius* l. c. ad h. a. *Browerus* l. c. lib. 20, h. a. §. 38, p. 326; *von Bircken* l. c. cap. 14 ad h. a. pag. 1269 &c. Quid, præter auxilia, contra Venetos, mittenda Imperatori, ibi fuerit concluſum, docet R. I. Auguſtanus h. a. Certior de his redditus Pontifex, metu, ne creſcentibus Imperatoris & Gallorum victoriis per Italiam, Ipſe tandem ſuccumberet, rupto fœdere Cameracenſi, clam *Bononiæ*, cum Venetis tranſigit 24 Febr. promittentibus, ſe (1) nemini beneficia Eccleſiaſtica poſthac collaturos, (2) Decretis Pontificiis obedituros, (3) Controverſias Eccleſiaſticas ad Romanam Curiam remiſſuros, (4) nullas decimas à Bonis Eccleſiaſticis exacturos, (5) ſubditos Pontificii Status à Vectigali Maris Adriatici liberos declaraturos, (6) Hoſtes Pontificis non recepturos, (7) damna, Romanæ Sedi durante bello illata, reſtauraturos &c. quibus juramento firmatis, in veteris amicitiæ Foedus eos cooptat Pontifex, abſolvitque cenſuris, Imperatore & Gallo valde inde turbatis. Vid. *Juſtiniani* l. c. lib. XI, pag. 230; *Guicciardinus* lib. 8 *Hiſt. Ital. Onuphrius*, in Vita *Julii* 2, p. 336 & 337; *Paraleipomena Urſpergenſis*, h. a. pag. 337; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 1 & 2, pag. 273; *de Serres* l. c. pag. 383; *von Bircken* l. c. ad h. a. pag. 1272; *Palatius*, de *Geſtis Pontificum Romanorum*, Tom. 3 in Vita *Julii* 2 ad h. a. pag. 755; Dn. *Amelot de la Houſſaie*, Tom. 2 de *l'Hiſtoire de Veniſe*, p. 457 & 458. Diſſolvenda penitus Cameracenſi confoederatione, intulit Papa Ferrarienſium Duci, *Alfonſo*, Gallorum patrocinio gaudenti, arma, Eumque *Mutina* emungens, *Mirandulam*, quæ Gallicis præſidiis tenebatur, expugnavit, aperto diſſidii indicio, quaque animoſitate Gallorum victorias in Italia æmularetur. Vid. *Onuphrius* l. c. *Juſtiniani* l. c. pag. 231; *Spondanus* l. c. §. 3, pag. 273 &c. *Palatius* l. c. pag. 755 &c. *von Bircken* l. c. p. 1276. Utque *Ferdinandum* Hiſpanum ſibi devinciret, à foedere abſtrahendum, confirmavit Ei, & ſucceſſoribus, ineunte Julio, univerſum Regnum Neapolitanum, ſub conſueto hactenus cenſu poſſidendum, quæ pacta adhuc 7 Aug. eo usque mitigata ſunt, ut, remiſſo veteri annuo vectigali, ſingulis duntaxat trienniis, equum candidum ad Romanam aulam mitterent, ac, quoties in Ditione Pontificia bellum eſſet, trecentis gravis armaturæ Equitibus, auxilio venirent. Vid. *Mariana* l. c. lib. 29, cap. 24; *Guicciardinus* l. c. *Spondanus* l. c. §. 5. p. 274 & 275.

An. 1511 *Mantuæ*, cum Papa, agit de Pace, per Epiſcopum Gurcenſem, ſed fruſtra; cum *Ludovico*, Gallorum Rege, vice verſa convenit, ut non ſolum validiſſimis copiis in Italiam tranſcenderent, & Pontificem foedifragum, æquasque pacis conditiones reſpuentem, præpotenti armorum apparatu aggrederentur, ſed inſuper Concilium celebrari curarent, in quo fas eſſet, de Pontificis, nulla muneris ſui ratione habita, Chriſtianam rem bello exagitantis, querri injuria. Actum quoque eſt tacitis conſiliis, de *Roma*, omnique Statu Eccleſiaſtico, Imperatoris Legibus ſubjiciendis, *Mediolano*, *Florentia*, *Ferrara*, *Mantua* & *Genua*, relinquendis Gallo. Vid. *Juſtiniani* l. c. pag. 233, & 234; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 3, p. 279 & 280; *de Serres* l. c. pag 385; *von Bircken* l. c. lib. 6, cap. 14, h. a. pag. 1277 & 1278. Decenter ut omnia fierent, petit Imperator, per Legatos, ut *Julius*, Papa, pro reformanda, tam in Capite, quam in membris, Eccleſia, Concilium indiceret; quo renitente, novem Cardinales *Piſas* illud convocant, auctoritate freti Imperatoris, & Regis Galliæ, quodque *Julius*, ſolenni juramento, cum eligeretur, ſe obſtrinxiſſet, infra biennium, ſe Synodum Oecumenicam celebraturum, prætereaque, ex Conſtantienſis Synodi decreto, ſingulis decenniis ejusmodi Con-

Conventus eſſet habendus, quæ Papa cuncta ſperneret; Faciunt huc: *der Rœmiſchen Cardinæl Auſſchreiben, oder Convocationes, zum Concilio, wieder Pabſt Julium*, ſub dato, Mediolani, 23 Maji, 1511, apud *Goldaſtum*, part. 18 *der Politiſchen Reichs-Handel*, p. 736 &c. &, in idiomate Latino, apud eundem, Tom. I *Conſtit. Imper.* p. 425; nec non Edicta *Maximiliani* Imp. ſub dato *Friburgi*, 16 Jan. 1511, & *Ludovici*, R. Gall. ſub dato *Bleſis*, 15 Febr. 1511, *de celebratione & convocatione Concilii Piſani, pro neceſſitate & utilitate Reipublica Chriſtianæ, contra Julium* Q. P. R. apud eundem T. 1 *Conſtit. Imp.* p. 421 ad 424; It. *Convocatio Generalis Concilii, ex parte Principum*, ibidem, pag. 427; Papam eodem vocatum, teſtatur *Onuphrius*, in Ejus vita, pag. 337; Seſſionem primam habitam eſſe Nonis Novembris, docet *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 23, pag. 286; pridie tamen Idus Novembris, Seſſione 3, imminente Civili bello, *Mediolanum* translata Synodus. Vid. *Spondanus* l. c. §. 24, p. 287; *Juſtiniani* l. c. pag. 234; *De Serres* l. c. pag. 390; *von Bircken*, l. c. cap. 15, ad h. a. pag. 1283; *Palatius* l. c. p. 759; *Spanhemius*, *Introd. in Hiſt. Eccleſ.* p. 537; Concilium hoc ut ſolveret Papa, *Romanum* indicit, 15 Cal. Auguſt. teſte Ejus Bulla apud *Cherubinum* T. 1 *Magni Bullarii Romani*, Conſtit. 27, p. 519, unde ſua *Spondanus* hauſit l. c. §. 13, p. 283; Conf. *Onuphrius* l. c. *Palatius*, l. c. in vita *Julii* 2, p. 758; *Juſtiniani* l. c. vario interim Marte protracto bello.

An. eod. Ægrotante Papa, *Julio* 2, Papatum ambit Imperator. Vid. præced. Tit. 4, §. 1, lit. b, in fine, p. 294.

An. 1512, *Magna, per totos tres menſes, Comitia celebravit Treviris Maximilianus. Erant illic quoque aliorum Regum Oratores, aderant Principes Electores, aderat Legatus Regis Galliarum, aderat Campejus, Legatus Julii Papæ; Regum Navarræ, Angliæ, Poloniæ, Oratores aderant; in ſumma, maximus Principum Conventus fuit.* Ita *Mutius*, lib. 30, p. 315; *Chytræus*, lib. 6 *Saxon.* h. a. pag. 174, geſtorum in Comitiis hiſce meminit: *In Comitiis Imperii, primum, apud Treviros, hoc anno inchoatis, & Coloniam inde traductis, præter communes in Senatu Imperii, de Pacis Publica conſervatione, & Judicio Cameræ, deliberationes, nunc uſitata Decem Circulorum, ſeu Regionum, in Imperio Germanico: Auſtriaci, Bavarici, Suevici, Francici, Rhenenſis Superioris, Electoralis, Burgundici, Weſtphalici, Saxonici Inferioris & Superioris, diſtributio primum facta: & de auxiliis Maximiliano, communi ſubditorum Imperii contributione, præſtandis, decretum; & de Schiſmate Cardinalium, à Julio 2 diſcedentium, quod Ludovicus XII, Galliæ Rex, fovebat, non tolerando, actum: & Ezardus, Friſiæ Comes, quod Georgio, Saxoniæ Duci, Groningam non reſtitueret, & aliis Imperatoris mandatis non pareret, proſcriptus eſt &c.* Conf. *Browerus* l. c. lib. 20, h. a. §. 45, pag. 327 ad 329; *Spondanus* l. c. an. eod. §. 20, pag. 296; *Sigismundus von Bircken*, l. c. lib. 6, cap. 15, h. a. pag. 1288 &c. *Paralcipomena Urſpergenſis*, p. 337; de tribus Receſſibus, 16 & 26 Aug. & 8 Oct. ſubſcriptis, evolvas Corpus Receſſuum Imperii; Quinto nonas Maji auſpicatus eſt *Julius Lateranenſe* Concilium, ſuperiori anno, contra *Piſanum*, jamque *Mediolanenſe*, convocatum; vid. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 8, pag. 292; quem contra *Mediolanenſes* Patres, *Seſſione Sexta*, 24 Mart. & *Septima*, 19 April. celebratis, contumaciæ accuſarunt; in *Octava* etiam, 21 April. tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, adminiſtratione Papali ſuſpenſum declararunt. Vid. *Spondanus* l. c. §. 14, pag. 293 & 294; Verſa vice *Julius*, Seſſ. 2, *Laterani*, 17 Maji, eorum Decreta omnia, *Piſis* & *Mediolani* facta, damnat, &, ſub rigidiſſimis cenſuris, obſervari vetat. *Spondanus* l. c. §. 10, pag. 292. Continuatum interim bellum Venetum; mirum dictum; *Ludovicus*, Rex Galliæ, paucarum hebdomadarum intervallo, *Bononia*, à Pontificiis, Hiſpanis, & Venetorum confœderatorum copiis, obſeſſa, virtute *Gaſtonis Fuxii* (de Foix) liberata, & *Brixia* à Venetis, paucis ante diebus eam occupantibus, recepta, maximoque inſuper prælio caſtigatis, ad *Ravennam*, die Paſchatos, hoſtium copiis; Pontifici pacem offert, nec auditur modo, utut victor; quin potius deſertus à *Maximiliano*, pacem Eccleſiæ procuraturo, toto Ducatu Mediolanenſi, totaque Italia, diu ſatis Victoriis Ejus inſerviente, fuerit ejectus, nec multo poſt approbante Imperatore *Lateranenſe Concilium*, (approbatione Seſſ. 3, die 3 Dec. publicè lecta) adhuc cum tota Francia, anathematis fulmine percuſſus. Helvetiis, Anglis, Hiſpanis, & Cæſare in Eum concitatis. Deſtructo ſic penitus *Cameracenſi* fœdere, Veneti in exitium ſuum conjuratis ſe ſubduxerunt, Majeſtatemque ſervarunt. Vid. *Spondanus* l. c. §. 4 & 5, pag. 290 & 291, & §. 19, pag. 295; *Chytræus* l. c. pag. 174 & 175; *De Serres* l. c. p. 392 &c. *von Bircken* l. c. p. 1284 ad 1292.

An. 1515, 17 Julii, ſplendidiſſimus fit congreſſus *Viennæ*, *Maximiliani* Imp. *Uladislai* Hungariæ, *Ludovici Bohemiæ*, & *Sigismundi* Poloniæ, Regum; de quo vid. *Johannis Cuſpiniani*, tunc Præfecti Urbis Viennenſis, *diarium*, ad *Jacobum Villingerum*, Imperatoris Theſaurarium, tranſmiſſum, apud *Freherum* T. 2 *Rer. German.* p. 304 &c. *Mutius*, lib. 30, ad h. a. pag. 316; *Paulus Langus*, *Chron. Citizenſ.* pag. 904: *David Chytræus*, lib. VII *Saxon.* h. a. pag. 185; *Dubravius*, lib. 32 *Hiſt. Bohem.* pag. 264 &c. *Johannes Sambucus*, in appendice ad *Bonfinii Res Hungaricas*, pag. 538; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, p. 9 & 10; *Spondanus*, Vol. 2 *Contin. Annal. Baronii*, h. a. §. 13, p. 316 &c. *Sigismundus von Bircken*, lib. 6, cap. 17, h. a. pag. 1323 &c. Actum ibi de pace inter hos Principes, eorumque Regna, firmanda, mediantibus matrimoniis prædicti *Ludovici* Regis, cum *Maria*, *Maximiliani* Imp. è filio,

Digitized by Google

filio, *Philippo*, nepte; & *Ferdinandi* Arhi-Ducis, *Mariæ* fratris, cum *Anna*, *Ludovici* ſorore; per quæ connubia, antiqua pactio de ſucceſſione Auſtriacæ Familiæ, in Hungariæ Bohemiæque Regna, in caſum extinctæ *Uladislai* maſculæ progeniei, reddita ſecurior; nec non, de bello contra Turcas ſuſcipiendo, Legatisque deſuper ad Venetos mittendis; de pace itidem, inter Moſchos & *Sigismundum*, honeſtis conditionibus componenda &c. Vid. Auctores citati.

An. eod. Durante bello Italico, recuperat Rex Galliæ, *Franciſcus I*, Ducatum *Mediolanenſem*, ingenti clade caſtigatis apud *Marinianum*, ad tertium à *Mediolano* lapidem, 13 & 14 Sept. *Helvetis*, quam Victoriam totius Ducatus ſecuta deditio, ipſiusque *Maximiliani Sfortiæ*, *Mediolanenſium* Ducis, transactio, vi cujus, 4 Oct. provincia Victori ceſſit, ſervatis ſibi annuis triginta duntaxat millium Ducatorum reditibus, ad vitæ dies, quos in Galliam ductus, captivi inſtar, an. 1552, Pariſiis, finivit. Vid. *Mutius* l. c. *Franciſcus Belcarius* lib. 15 *Comment. Rer. Gall.* §. 20; *De Serres*, en *ſon Inventaire General de l'Hiſtoire de France*, in vita *Franciſci I*, h. a. pag. 403 &c. *Spondanus*, l. c. ad h. a. §. 5 ad 8, p. 314 & 315; *von Bircken* l. c. p. 1340 &c.

An. 1518, Ultima Imperator Comitia celebrat, *Auguſtæ Vindelicorum*; in quo Conventu, ut *Chytræi* lib. 7 *Saxon.* h. a. pag. 201, verbis utar, *præcipua de Bello, Turcis inferendo, deliberatio fuit, qui ſuperiore biennio, Campſone, Syriæ & Ægypti Rege, ad Singam fluvium, cum Mamaluchis, caſo, univerſam Syriam, Palæſtinam & Ægyptum, in ditionem ac Imperium ſuum redegerant. Maximilianus etiam à Senatu Electorum, qui, ſolo Boëmiæ Rege excepto, omnes Comitiis intererant, Nepotis ſui, Caroli, rationem haberi, in electione Cæſaris, Ipſi ſucceſſuri, petivit &c.* Conf. *Mutius*, lib. 30, in fine, pag. 316, addens: *Aderat & Cardinalis Cajetanus, Legatus Apoſtolicus, præcipuè propter doctrinam Lutheri, adverſus Romanæ Sedis poteſtatem. Nam anno præcedenti, paucula quædam primum, contra Pontificias indulgentias, auſus eſt edere in publicum, habuitque defenſorem Fridericum, Ducem Saxoniæ. Adeo autem nihil profecerunt apud Lutherum Pontificiæ minæ, ut magis etiam viſæ ſint Virum excitare &c.* *Browerus* lib. 20 *Annal Trevir.* h. a. §. 63, pag. 332; *Pantaleon* l. c. p. 10 & 11; *Thuanus*, lib. 1 *Hiſtor.* ad h. a. pag. 11; *Spangenbergius*, cap. 354 *Chron. Mansfeld*, pag. 411; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 483; *Spondanus* l. c. ad hunc annum, §. 2 & ſeqq. pag. 329 & 330; *Seckendorf Hiſtor. Lutheraniſmi*, lib. 1 Addit. 3, fol. 42; *von Bircken* l. c. lib. 6, cap. 19, h. a. pag. 1359 &c. Receſſus, ibi confectus, reperitur in Corpore Receſſuum Imperii, ſub hoc anno.

v. (5) Supremum tandem diem obit *Welſii*, in Auſtria ſuperiori, ex febri, pharmaco intempeſtivè hauſto, enutrita, 12 Januarii, ætat. 59 annor. 9 Menſ. 21 dier. teſte Epitaphio, quod *Ferdinandus I* Imp. in Templo Franciſcanorum, S. Cruci dicato, *Oeniponti*, in Ejus memoriam, exſtrui curavit, marmorum pretio, & artificii excellentia, verè Auguſtum, apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Bibliothecæ Cæſareæ*, cap. 8, pag. 697 & 698; cujus verba præced. v. 1 exhibui. Eadem inſcriptio habetur apud *Sigismundum von Bircken* l. c. lib. 6, cap. 20, p. 1366 & 1367, minus rectè vero ibi refertur obitus ad 11 Januarii. Alia Epitaphia, *Petri Ægidii*, ſiſtit *Freherus* Tom. 2 *Rer. German.* pag. 439 & 440. Prædictum obitus terminum comprobat *Protocollum Electionis Caroli V*, apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichs-Hændel*, §. 5, p. 14: *Als in dem Jare, nach Chriſti unſers Herrn Geburt*, 1519, *auf Mitwochen, den zwælfften Tag des Monats Januarii, der Allerdurchleuchtigſt, Großmachtigſt, Hochgebohrn Fürſt und Herr, Herr Maximilian, Erwehlter Rœmiſcher Keyſer - - - - die Schuldt Menſchlicher Natur bezahlt, und ſein Leben geendet &c.* ut & *Johannes Faber*, Auguſtanus, Theologus Ordinis Fratrum Prædicatorum, in Oratione, *Welſii* an. 1519, 16 Januar. ſolenniter habita, apud *Freherum* l. c. pag. 419, ibi: *Mortuus eſt infra tertiam & quartam horas die* 12 *Menſis Januarii, Anno ſalutis* 1519, *poſteaquam vixiſſet annos LIX, Menſ. IX, dies vero XIX* (leg. XXI) *regnaſſetque annis* 33 *&c.* Eandem firmant ſententiam *Cuſpinianus*, in Ejus vita, hiſtoriam piiſſimi Ejus obitus & ſepulturæ, ad *Novam Civitatem* à ſe electæ, copiosè deſcribens; *Thuanus* lib. 1, *Hiſtor.* h. a. pag. 11; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.* cap. 19, in Ejus vita, pag. 439; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in Ejusdem vita, pag. 11, *Browerus* lib. 20 *Annal. Trevir.* h. a. §. 65, p. 332; *von Bircken*, l. c. in Inſcriptione, libro VI præfixa, pag. 1090; & lib. 6, cap. 20, h. a. pag. 1364; *Spondanus*, l. c. ad h. a. §. 1, p. 330; *Bucholcerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 489, multique alii. De nudo anno loquuntur *Mutius*, lib. 30, in fine, pag. 316; *Jacobus Spiegelius*, apud *Freherum* l. c. pag. 435; *Georgius Sauromanus*, in Oratione funebri, *Bononiæ*, eo ipſo anno, in Ejus laudem dicta, ibid. p. 421; *Chytræus* lib. 8 *Saxon.* p. 204; Alii.

(41) CAROLUS V.

v. (1) Lucem aſpexit *Gandavi*, anno 1500, 24 Febr. Patre *Philippo*, Hiſpaniarum Rege, & Matre *Johanna*, filia & herede *Ferdinandi Catholici*, Hiſpaniæ Regis. Vid. *Johannes Antonius Viperanus*, in Oratione funebri, in Ejus memoriam habita, ad *Mamertinos*, apud *Freherum* T. 3 *Rer. Germ.* p. 512; *Chytræus*, lib. 19 *Saxon.* p. m. 502; *Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 6, c. 4, ad h. a. pag. 112, & cap. 21, pag. 1392; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.* cap. 19 in Ejus vita, pag. 440; *Pantaleon*, part. 3 *der Teut-*

ſchen Helden, in Ejus vita, pag. 165; *Bucholzerus*, Ind. Chronol. h. a. pag. 459; *Matthiæ, Theatr. Hiſtor.* in Ejus vita, pag. 1034; qui munerum ſimul, apud baptiſterium, infanti oblatorum, interque ea Bibliorum, ab Abbatibus transmiſſorum, cum inſcriptione: *Scrutamini Scripturas*, memores exiſtunt; *Spondanus*, T. 2 *Cont. Annal. Baron.* ad an. 1525 §. 2, pag. 368. *Bucelinus Notit. German. Geneal.* part. 3, pag. 28; *Boeclerus, de Rebus Seculi XVI*, pag. 295; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 276; perperam licet, cum *Rittershuſio*, in *Geneal. Auſtr.* die 23 Febr. natum ſcribat; *De Serres en ſon Inventaire de l'Hiſtoire de France*, pag. 431, habet 25 Febr. *Nicolaus Mameranus*, in Relatione de præcipuis geſtis *Caroli V*, ad filium Ejus, *Philippum*, Hiſpaniarum Regem, transmiſſa, apud *Schardium*, T. 2, *Rer. Germ.* pag. 602, conſtituit Ejus natalem 24 Martii; de anno ſolo teſtantur *Thuanus* lib. 1 *Hiſtor.* pag. 5; *Paraleipomena Urſpergenſis*, p. 335; aliique multi.

v. (2) Nuptias celebravit an. 1526, *Seviliæ*, cum *Iſabella*, *Emanuelis* Portugalliæ Regis, filia; anno 1539, 1 Maji, defuncta; Vid. *Mameranus* l. c. ad hunc annum, pag. 603, nuptias 12 Martii celebratas ſcribens; alii vero proferunt 10 Januar. v. g. *Chytræus*, lib. XI *Saxon.* ad h. a. pag. 295; *Sigiſmundus von Bircken*, lib. 6, cap. 21, pag. 1393; *Matthiæ* l. c. p. 1035; *Rittershuſius*, in *Geneal. Regum Hiſpaniæ*; *Bucholzerus* l. c. ad an. 1526, p. 519; reliqui. Annum comprobat *Mutius* lib. 31, p. 318; *Henningeſius* ſolus l. c. refert eas in an. 1520, 24 Febr. & *Boeclerus, Hiſt. Sec.* 16, pag. 299, in an. 1525, 10 Januar.

v. (3) Liberi Ejus legitimi ſunt:

(1) *Philippus* 2, Rex Hiſpaniæ, nat. 1527, 21 Maji, denatus an. 1598, 13 Sept.

(2) *Maria*, Uxor *Maximiliani* 2, Imp. nata 1528, 21 Jun. defuncta an. 1603, 24 Febr.

(3) *Johanna*, conjux *Johannis III*, Regis Portugalliæ, mortua an. 1578;

(4) *Ferdinandus*, qui, an. 1545, infans obiit.

Naturales vero:

(1) *Johannes de Auſtria*, Belgio Præfectus, è *Barbara, de Blomberg*, an. 1547, 25 Febr. Ratisbonæ natus, atque an. 1578, menſe Octob. defunctus.

(2) *Margaretha*, è *Margaretha de Plumbes*, an. 1522, 28 Dec. nata, Uxor (1) *Alexandri de Medices*, Ducis *Urbini*, (2) *Octavii Farneſii*, Ducis Parmæ; ab Ejus obitu, Belgio præfecta, mortuaque an. 1586. Vid. de hac prole *Thuanus*, lib 21 *Hiſtor.* ad an. 1558, pag. 579; *Sigiſmundus von Bircken*, l. c. pag. 1393; *Matthiæ* l. c. p. 1035 & 1036; Reliqui.

v. (4) *Pantaleon*, l. c. pag. 166, Eum, *Heidelbergæ* viſum, ſic depingit: *So viel ſein Geſtalt belanget, hat Er ein weiß bleich Angeſicht, blauwe leebliche Augen, in welchen kein ſcheutzlich Geſicht, ſonder gantz Schamhaffige, wie einem ehrlichen Mann wol angeſtanden: Sein Naſen was von der Mitte har gebogen, welches man dan an den Perſiſchen Kœnigen, für das Zeichen eines Großthatigen Gemüth erkennet. Er hat ein zimlich hoch Küne, welches mit einen falben Bart bezieret: Er hat ein beſchornen Kopff, und ein ſchœn Goldgæl Haar darauff, wie die alten Rœmiſche Keiſer. Er was einer zimmlichen Lenge; hat ſtarcke Glieder; was wol geſetzet, und fürnemlich mit groſſen Feuſten begabet, ſo die Waffen füren mœgen. Seine Schenckel war gar ſchœn und rund, als wan ſie getreyet - - - - Er was eines auffrechten freundlichen Gemüt, gantz fromb, ſtill, mannlich, weiß, fürſichtig, mæßig, ernſthafft und beſtændig, alſo, daß Er im Glück, oder Unfall, Ihm allezeit gleichfœrmig geweſen &c.* Similia profert *Münſterus* l. c. De linguis, quas calluit, dictum præced. §. 5, lit. f. p. 414. Laudes Ejus complectuntur Orationes in Ejus memoriam habitæ, apud *Freherum*, T. 3 *Rer. Germ.* p. 507 ad 527. Vitæ curriculi ſumma hæc eſt:

An. 1515, Tutela recens egreſſus, Belgii Provincias ipſe gubernare coepit. *Chytræus*, lib. VII *Saxoniæ*, ad h. a. pag. 186; *Sigiſmundus von Bircken*, l. c. lib. 6, cap. 17, eod. an. pag. 1314; *Münſterus* l. c. pag. 441; *Pantaleon* l. c. pag. 166; *Paraleipomena Urſpergenſis* h. a. pag. 341; *Bœclerus Hiſt. Seculi XVI*, p. 296;

An. eod. 19 Maji, Middelburgi, reluit, à *Georgio & Henrico*, Ducibus Saxoniæ, *Friſiam Occidentalem*, in ipſorum Parentem, *Albertum Animoſum*, an. 1498. à *Maximiliano* Imp. collatam; mediante ſumma ducentorum millium florenorum Rheni. Vid. *von Bircken* l. c. p. 1316 & 1317; conf. *Chytræus* l. c. ad an. 1516, pag. 189.

An. 1517, 19 Sept. in Hiſpaniam transfretando, appulit Claſſem ad *Villam Vitioſam*, Aſturiæ Oppidum; Vid. *von Bircken* l. c. ad hunc annum, p. 1356; *Chytræus* l. c. ad h. a. pag. 197; *Pantaleon* l. c.

An. 1518. 7 Febr. inauguratur *Valliſoleti*, ſeu *Valladoliti*, Rex Hiſpaniarum, una cum Matre *Johanna*. Vid. *von Bircken* l. c. ad h. a. p. 1357; *Mutius* lib. 30, in fine, p. 316.

An. eod. Ejus auſpiciis, *Ferdinandus Magalanus*, Luſitanus Nobilis, quinque navibus inſtructus, novum iter ad *Moluccas* Inſulas per Occidentem quærens, *Fretum*, ab Eo *Magalanicum* dictum, *Peruanam* inter, & Polo Antarctico ſubjectas Terras, aperuit, per quod Orientem verſus, curſum dirigens, etſi ipſe in Inſula *Mantama*, in conſpectu pene *Moluccarum*, per inſidias occiſus fuit, duæ tamen ex ipſius navibus eo appulſæ ſunt, quarum altera, *Victoriæ* nomine inſignita, toto Terrarum orbe circumnavigato, incolumis *Hiſpalim* rediit, ubi reliquiæ ejus vel adhuc memoriæ ſervantur. Vid. *Chytræus* l. c. pag. 198. Conf. *Bucholzeri Index Chronol.* ad an. 1520, pag. 490 & 491; *Matthiæ Theatr. Hiſtor.* in Vita *Caroli V*, p. 1079 & 1080; *Spondanus*, Tom. 2 *Contin. Annal. Baronii*, ad an. 1520, §. 10, p. 337.

An.

Digitized by Google

An. eod. Quadraginta Maurorum millia per Hiſpaniam delet. *Pantaleon* l. c.

An. 1519 Mortuo *Maximiliano* Imperatore, duo maximè Imperio digni judicati ſunt, *Carolus* ſcilicet, Hiſpaniarum Rex, Ejus, è filio *Philippo*, nepos, atque *Franciſcus*, Rex Galliæ; *Alberto* Brandenburgiro, Moguntino Electore, *Caroli*, & *Richardo de Greiffenclaw-Wollfrat* Trevirenſi Septemviro, *Franciſci* cauſas perorantibus; exorto igitur *Francofurti*, ubi Electores, à Moguntino rite convocati, celebrandæ electionis Romanorum Regis gratia, convenerant, ſchiſmate, *Fridericus Sapiens*, Saxonum Elector, Neſtor veluti ſplendidiſſimi iſtius Senatus, ſapientia & auctoritate ſua, eo rem deduxit, ut ante omnia Electores juramento invicem ſibi pollicerentur, nullam ſe electionem pro legitima habituros, quæ non communi, minimumve majoris ipſorum partis, fieret conſenſu; Trevirenſis, videns fruſtra pro Gallo ſe laboraturum, cum Collegis eligit, 27 Junii, ipſum *Fridericum* Saxonem; Eo autem, magno & excelſo animo, electionem deprecante, ex Ejus commendatione, proximè ſequenti die, *Carolus* tandem, ſuffragiis concordibus, Cæſar eſt appellatus. Vid. *Eraſmus Roterodamus*, in *Epiſtolis*, lib. XIII, Epiſt. 4 ad *Johannem*, Epiſcopum Roſſenſem: *Dux Saxoniæ*, Fridericus, *bis ad me ſcripſit - - - - - delatum ſibi ab omnibus Imperium ingenti animo recuſavit, idque pridie, quam Carolus eligeretur. Mox rogatus, quem igitur cenſeret eligendum, negavit ſibi quenquam alium videri tanti nominis oneri ſuſtinendo parem, quam Carolum. Ob hunc inſignem animum à noſtris* (Caroli Legatis) *oblata triginta millia florenorum conſtantiſſime rejecit. Cumque urgeretur, ut tantum decem millia pateretur dari famulis: accipiant, inquit, ſi velint, attamen nemo manebit poſtridie apud me, qui vel aureum acceperit: ac poſtridie, conſcenſis equis, ſubduxit ſeſe, ne pergerent eſſe moleſti. Hoc mihi ut compertiſſimum retulit Epiſcopus Leodienſis* (Erhardus Comes de Marca) *qui Comitiis Imperialibus interfuit &c.* Plura de Electione hac ſuppeditant *Georgius Sabinus, in Hiſtoria de Electione & Coronatione Caroli V*, apud *Schardium*, T. 2 *Rer. German.* p. 2 &c. *Protocollum Electionis Caroli V, an.* 1519, apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichs-Hendel*, §. 5, pag. 14 &c. in ſpecie Tit. 26, l. c. p. 41; inde huc ſpectant; *Anno* (Milleſimo Quingenteſimo) *decimo nono*, *Dienſtags Vigilia Sanctorum Petri Pauli Apoſtoli*, (Apoſtolorum) *der da iſt geweſt der acht und zwantzigſte Tag deß Monats Junii, ſeind zu Franckfurth am Mayn gelegen, in* S. Bartholomeus *Kirchen daſelbſt, ungefehrlich um ſieben Uhr, verſamlet geweſt die ſechs Churfürſten, nemlich Meintz, Trier, Cœlln, Pfaltz, Sachſen, Brandenburg, perſœnlich, und Herr Ladiſlaus, Herr zu Sternberg, der Kœniglichen Würde und Kron zu Bœheim geſandte Bottſchafft, und, nach geſungener* de Spiritu Sancto, *ſamptlich gangen in das gewœhnliche* Conclave *gemeldter Kirchen, darzu nachfolgender Sachen zu gebrauchen gewœhnlich iſt, ſonſt* Liberaria *genannt, und zum erſten, vor Herrn Martin Goel &c. und Georgen Brickbern, offenbaren Notarien, und den hernach benannten Gezeugen, darzu erfordert und gebetten*, proteſtirt, *Ob Sie der Wahle eines Rœmiſchen Kœnigs nicht alle einmütiglich eins würden, oder werden mœchten, ſo ſolten doch* majora vota *gelten, gehalten und geacht, und die Wahl nicht da weniger eintrachtig geſchehen ſeyn, verkündet und* publicirt *werden, wie das die Gülden Bull anzeiget und vermocht; darbey ſeind als beruffen Zeugen geweſt:* Hieronymus, *Biſchoff zu Brandenburgk; Laurentius, Truchſeß von Bernechfelden, Thumb-Dechant zu Meintz; Herr Heinrich Reuß von Blauwen, Thum-*Derhant *zu Cœlln; Hieronymus von Ummingen, Pfaltzgraffiſcher Cantzler, und Friederich Thone, Hauptman zu Weymar; Auf das ſeind alsbald die Churfurſten, und Bœheimiſch Bottſchafft, in* Conclave *obgemeldt bey einander blieben, und die obernennten* Notarien *und Zeugen von ihnen gehen laſſen, ſich ein kurtz bedacht, und darnach die obernanten* Notarien, *und hernach geſchriebenen Perſohnen, als Zeugen nachfolgends* Actus, *wider hinein ins* Conclave obgemeldt *erfordert, und als ſie hineyn kommen, hat der Ertz-Biſchoff zu Meinz angefangen, und erſtlich den Ertz-Biſchoff zu Trier gefragt: Wem Er ſein* Votum *und Stimm zu einem Rœmiſchen Kœnig, und kunfftigen Keiſer, zu erwehlen, geben wolle? Darauf der Ertz-Biſchoff zu Trier geantwortet, unter andern Worten: Er gebe ſeine Stimm und* Votum *Kœnig Carlen zu Hiſpanien, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich &c. zum Rœmiſchen Kœnig und kunfftigen Keyſer zu erwehlen, in Hoffnung, Er ſolt darzu nütz und tüglich ſeyn. Deßgleichen hat der Ertz-Biſchoff zu Meintz die andern Churfurſten, auch die Bœheimiſche Bottſchafft, jeglichen in ſeiner Ordnung, gefragt; der jeglicher geantwortet, und ſeine Stimm und* Votum *geben, wie Trier obgemelt. Darnach haben alle Churfurſten, mit ſamt der Bœheimiſchen Bottſchafft, dem Ertz-Biſchoff zu Meintz gefragt: In wen Er ſein* Votum *und Stimm dirigiren und geben wolle? Darauff Meintz, wie die andern obbeſtimpt geantwortet, und ſein* Votum *und Stimm auch den vielgenannten Kœnig Carln, Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich, geben hat, zum Rœmiſchen Kœnig und künfftigen Keyſer zu erwehlen. Alsbald ſolches, wie jetzt berührt, geſchehen, haben die andern Churfürſten, mit ſampt der Bottſchafft von Bœheim, dem Ertz-Biſchoffen zu Meintz, in Beyſein vorgenandter* Notarien, *und hernach geſchriebenen Gezeugen*, Mandat, *Befehl unn Gewalt gegeben, den gedachten Kœnig Carln, zum Rœmiſchen Kœnig, und kunfftigen Keyſer, von ihrer aller wegen, einmütiglich zu benennen und zu erwehlen, dann auch alſo zu* pronunciren, *und zu* publiciren &c. Conf. Electionis Decretum ipſi Electo tranſmiſſum, apud *Goldaſtum* l. c. Tit. 31, pag. 45; Add. Acta Publica alia apud *Freherum*, Tom. 3, *Rer. German.* p. 140 &c. *Hubertus Thomas Leodius*, de *Vita Friderici 2 Palatini*, lib. 5, pag.

76 &c. *Thuanus*, lib. 1, *Hiſtoriarum*, ad an. 1519, p. m. 11 & 12; *Sleidanus*, de *Statu Religionis*, an. eod. *Nicolaus Mameranus*, de *præcipuis geſtis Caroli V*, apud *Schardium* T. 2, *Rer. German.* p. 602; *David, Chytræus*, lib. 8, *Saxon.* h. a. pag. 204 &c. *Spangenbergius*, cap. 354, in fine, *Chron. Mansfeld.* pag. 411; *Johannes Tetbingerus*, *de Rebus geſtis Huldrichi*, *Ducis Würtenbergici*, lib. 2, ap. *Schardium* l. c. pag. 48; *Paraleipomena Urſpergenſis*, h. a. pag. 347; *Browerus*, lib. 20, *Annal. Trevir.* an. eod. §. 66 ad 72, pag. 333 ad 335; *Spondanus*, Tom. 2, *Contin. Annal. Baronii* au. eod. §. 2 & 3, pag. 331; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* an. eod. p. 489 & 490; *Henningus Gœden*, Conſil. 1; *Limnæus* ad *Proœmium Capitulationis Caroli V*, verb. *Durch die Wahl*, p. 71 &c. *Johannes Strauchius*, Diſſert. 4, *Juris Publici*, de *Controverſiis Illuſtribus Seculi XVI*, in ſpecie *circa electionem Caroli V*, pag. 85 &c. Alii multi. *Pantaleon*, part. 3, *der Teutſchen Helden*, pag. 167, perperam electionem hanc ad 19 Julii refert. Capitulationem exhibet *Limnæus*, Tr. de *Capitulationibus Cæſareis*, pag. 38 ad 45; & Tom. 1, *Jur. Publ.* Lib. 1, cap. 12, §. 33, pag. 195 &c. Conf. *Goldaſtus*, Tom. 2, *der Reichs-Satzungen*, p. 181; *Sleidanus*, ſub finem libri I, *de Statu Religionis*; *Carpzovius*, in appendice ad *Legem Regiam Germanorum*, p. 372 &c. Num *Moguntinus primum* ſuffragium tulerit, ſeq. Tit. VI, §. 14, lit. f. examinabo.

An. 1520, 23 Oct. inauguratur *Aquisgrani*, à tribus Electoribus Clericis, conſecratore Colonienſi; Vid. *Protocollum Coronationis Caroli V*, apud *Goldaſtum*, part. 1, *der Reichs-Handel*; ubi Tit. VII, p. 51: *Auff Dinſtag Severini, deß drey und zwantzigſten Tags Octobris, anno* 1520, *iſt Kœnig Carl der Fünfft, zu Ach* coronirt *worden, wie hernach folgt &c.* & pag. 52: *Da ſolches alles geſchehen iſt, haben die drey Ertz-Biſchoff Cœln, Meintz und Trier, alle drey, dem Kœnig die Kœnigliche Crone auffgeſezt, mit zimlichen Wordten, darzu gehœrendt &c.* Conſ. l. c. Part. 3, §. 2, p. 151 &c. Idem docet *Hartmannus Maurus*, Conſiliarius Colonienſis, de *Coronatione Caroli V*, apud *Schardium* T. 2, *Rer. German.* p. 24, & *Goldaſtum*, part. 3, *Politic. Imper.* Diſc. 3, p. 272, inquiens: *Coronam autem, atque Regni Diadema, tres Archi-Epiſcopi, Colonienſis, Trevirenſis atque Moguntinus, Regi ſimul imponentes, dicebant: Accipe coronam Regiam Regni, quæ, licet ab indignis, Epiſcoporum tamen manibus, Capiti Tuo imponitur &c.* Id tamen negari nequit, *Colonienſem* Conſecratoris munere functum, Regem ſolum unxiſſe; *Hartmanno Mauro* apud *Goldaſtum* l. c. pag. 271, & *Schardium* l. c. pag. 23, abundè id teſtante; Errat ergò *Georgius Sabinus*, in *Hiſtoria de Electione & Coronatione Caroli V*, apud eundem l. c. pag. 15, ſcribendo: *Poſtero die, qui fuit dies duodecimus menſis Octobris, coronatus eſt in æde majori Aquisgrani, veteri ritu* - - - - *Trevirenſis vero, more à Majoribus accepto, Regem unxit. Huic, ad aram, jusjurandum prælectum eſt; deinde, Corona à Moguntino & Colonienſi impoſita &c.* rectè hinc monente *Nicolao Mamerano*, ibidem p. 2: *Hujus Te hic admonitum volo, Lector, ut, cum in Sabino legis, Moguntinum ſimul & Colonienſem Cæſari impoſuiſſe Coronam, intelligas, parum explorate Sabinum retuliſſe, magisque Mauro credendum, qui ipſemet ſui Domini Electoris Conſiliarius interfuit, quam qui relatu, vel abſens, vel non officiarius, in ea accepit. Nam verè ſcribit Maurus, tres Archi-Epiſcopos Electores ſimul præſtitiſſe hoc officii &c.* Interim & ipſe *Mameranus*, in *brevi Relatione de præcipuis Geſtis Caroli V*, ad *Philippum* 2, Hiſpaniarum Regem, Ejus filium, apud eundem, l. c. pag. 602, non ſatis accuratè, de *coronationis die*, loquitur: *anno proximè ſequenti, id eſt, vigeſimo*, (à Milleſimo Quingenteſimo) *die XXI Octobris, Aquisgrani coronatus eſt &c. Pantaleon* l. c. pag. 167, *Sabini* errorem errat; *Henningeſius*, part. 1, *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 276, adhuc minus rectè, ſolennia hæc ad 4 Id. Novemb. rejicit; rectius *Bucholzerus, Ind. Chronol.* p. 490, ad an. 1520, 23 Oct. hoc titulo profert.

An. eod. 6 Febr. parata pecunia à Sociis Suevici Fœderis, comparat ſibi Ducatum *Wirtembergicum*, pulſo inde, anno ſuperiori, ob interceptam *Reutlingam*, *Ulrico* Duce. Vid. *Johannis Aſclepii Barbati* Oratio, de *Expulſo & reſtituto Ulrico, Duce Würtembergico*, apud *Schardium* l. c. pag. 285; *Chytræus* lib. 7, *Saxon.* ſub an. 1515, pag. 189; *Hortlederus* lib. 3, *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, cap. 2, p. m. 823 &c. *Mylerus* ad *Rumelinum*, in *Auream Bullam*, Part. 3, Diſſert. 5, §. 5, p. 843; Dn. *ImHoff Not. Proc. Imp.* lib. 4, c. 6, §. 9, p. m. 169.

An. eod. & 1521, Opera *Ferdinandi de Cortes*, potitur Regno *Mexicano*, capto Rege *Motezuma*. Vid. *Antonii de Solis, Conquête du Mexique*, edit. an. 1692; *Chytræus*, lib. 7, *Saxon.* p. m. 199, ad an. 1520; *Bucholzerus* l. c. ad an. 1521, pag. 491; *Spondanus*, Tom. 2, *Contin. Annal. Baronii*, an. 1520, §. 11, p. 337 &c.

An. 1521, Comitia celebrat *Wormatiæ*, in quibus B. *Martinum Lutherum* quidem audivit, in gratiam autem *Leonis X*, Pontificis, ſimul proſcripſit. Vid. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a. pag. 265. Ibidem, *Regimentum Imperii* conſtituit, Præſidis & viginti duorum Aſſeſſorum, penes quos eſſet, Ipſo abſente, jus dicere in Imperio, exceptis Inveſtituris Feudorum Regalium, vulgo *Fahnlehen*, & cognitione cauſarum, *Fürſtenthumb, Graffſchafften &c. Belangend, ſo vom Reich zu Lehen rühren, und einem Theil gäntzlich und endlich abgeſprochen werden ſollen &c.* Vid. *Ordnung des Regiments, auff dem Reichstag zu Worms, an. 1521. aufgericht*; quæ conſtitutio ſubſcripta eſt 26 Maji, una cum *Nova Ordinatione Camerali*, & *Conſtitutione Pacis Publicæ*, ibidem promulgatis, quarum formulæ, cum ipſo *Receſſu Wormatienſi*, in Corpore Receſſuum Imperii, extant. Conſ. de his Comitiis;

Georgius

Digitized by Google

Georgius Sabinus l. c. pag. 15; *Goldaſtus*, part. 1, *der Reichs-Hændel*, p. 55; *Spangenbergius*, cap. 355, *Chroniti Manſfeldici*, pag. 413 &c. *Sleidanus*, de *Statu Religionis*, h. a. *Pantaleon*, part. 3, *der Teutſchen Helden*, in vita *Lutheri*, pag. 89 & ſeqq. perperam licet annum 1522 producens; & in vita *Johannis Eckii*, l. c. pag. 127; & in vita *Caroli V*, pag. 167; *Thuanus*, lib. 1, *Hiſtor.* ad an. 1520, pag. 12; *Mutius*, lib. 31 *Chron.* ad an. 1521, p. 317; *Paraleipomena Urſpergenſis*, h. a. pag. 348; &c. *Lambertus Hortenſius* Monfortius, lib. 1, de *Bello Germanico*, apud *Schardium*, T. 2 *Rer. German.* pag. 442; *Chytræus*, lib. 8, *Saxoniæ*, an. eod. pag. 217 &c. *Munſterus*, lib. 3, *Coſmographiæ*, cap. 19, in vita *Caroli V*, p. 441; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* an. eod. p. 493 &c. *Browerus*, lib. 20, *Annal. Trevir.* an. eod. §. 75 &c. p. 336 & ſeqq. *Spondanus*, l. c. ad eundem annum, §. 1 & ſeqq. pag. 338 &c. *Palatius*, de *Geſtis Pontificum Romanorum*, Tom. 3, in vita *Leonis X*, pag. 793 &c. *Bæclerus*, *Hiſtor.* Seculi XVI, p. 304 &c.

An. eod. Carolus V, Imp. auxilio Leonis Papæ X, Mediolanum, cum arce, occupat; ita in *Paraleipomenis Urſpergenſis* h. a. pag. 349.

An. 1522, Comitia habentur *Norimbergæ*, in quibus 17 Febr. promulgata eſt *Erklærung des Landfriedens*; collataque adverſus Turcas conſilia; Vid. R. J. Norimberg. h. a. Conſ. *Mutius*, lib. 31, pag. 317; *Bæclerus* l. c. pag. 309.

An. 1523; Nova Comitia celebrantur *Norimbergæ*, in quibus varia Statuum Imperii Gravamina oblata ſunt. Vid. *Goldaſtus*, part. 25, *der Reichs-Handel*, p. 978 &c. *Spangenberg*, *Chron. Manſfeld.* cap. 361, pag. 418; *Bæclerus* l. c. pag. 311 &c.

An. eod. Geldros tota Friſia ejicit. *Chytræus*, lib. 7, *Saxon.* p. 190.

An. 1524, Comitia convocantur *Norimbergæ*, in quibus actum de Turcis; Pace Publica; Gravaminibus Secularium ſtatuum Imperii contra Papam &c. Vid. R. J. *Norimberg.* h. a. *Palatius*, l. c. Tom. 4, in vita *Clementis VII*, pag. 42; *Browerus*, l. c. ad h. a. §. 116, pag. 350; *Spondanus* l. c. h. an. pag. 362; *Bæclerus*, l. c. pag. 312 &c.

An. 1525, Auxilio Principum Imperii, in primis *Philippi*, Haſſiæ Landgravii, *Georgii*, Ducis Saxoniæ, & *Henrici* Ducis Brunſuicenſis & Luneb. ſedat tumultus ruſticos, per Sueviam, Tractum Danubianum, Thuringiam &c. exortos, cæſis, 14 Maji, ad Thuringiæ Oppidum, *Franckenhuſium*, multis agricolarum millibus, captoque, una cum *Franckenhuſio*, ipſorum Duce, *Thoma Münzero*, Stolbergenſi, Concionatore Alſtetenſi, qui, quæſtioni prius ſubjectus, capite pœnas luit. Vid. *Petrus Gnodalius* de *Ruſticanis tumultibus in Germania*, anni 1525, apud *Schardium* T. 2 *Rer. Germ.* pag. 131 &c. *Lambertus Hortenſius*, de *Tumultibus Anabaptiſtarum* apud eundem l. c. pag. 299; *Nicolaus Mameranus*, *de præcipuis Geſtis Caroli V*, ibid. pag. 602; *Petrus Crinitus*, de *Ruſticorum tumultibus, in diverſis Germaniæ partibus, an.* 1525, apud *Freherum*, Tom. 3 *Rer. German.* pag. 195 &c. *Paraleipomena Urſpergenſis*, h. a. pag. 352 &c. *Chytræus*, Lib. XI, *Saxoniæ*, h. a. pag. 286 &c. *Mutius* lib. 31, ad h. a. pag. 317; *Münſterus*, lib. 3, *Coſmographiæ*, cap. 19, in vita *Caroli V*, pag. 442; *Bucholzeri Index Chronol.* h. a. pag. 513 & 514; *Spangenberg*, *Chron. Manſfeld.* cap. 362, pag. 419 ad 428; *Browerus*, lib. 20, *Annal. Trevir.* h. a. §. 118 &c. pag. 351 & ſeqq. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 10 & ſeqq. pag. 371 &c. *Palatius* l. c. in Vita *Clementis VII*, p. 47 &c.

An. eod. 24 Febr. id eſt, Natali ſuo, opera maximè *Georgii à Fronsberg*, *Ferdinandi Davali*, Marchionis de *Piſcaria*, *Caroli Borbonii*, *Caroli de Lanoye* Pro-Regis Neapolitani, *Nicolai* Com. *Salmenſis*, aliorumque, aggreditur Gallorum, ſuperiori anno, potentiſſimo exercitu Italiam invadentium, *Mediolanum* expugnantium, totamque jam per hyemem, *Ticinum*, ſeu *Papiam*, obſidione dura prementium, Caſtra, eorumque octo amplius millibus cæſis, ipſum Regem, *Franciſcum*, Neapolitano Pro-Regi ſe dedentem, una cum *Henrico*, Navarræ Rege; *Franciſco Borbonio*, *S. Pauli* Comite; *Mommorancio* Mareſchallo, aliiſque plurimis, captivum conſequitur, in Hiſpaniam ſibi adductum; nuncio tamen tantæ victoriæ Madritum, 10 Martii, delato, grates quidem Deo egit, ab omni vero lætitiæ ſigno abſtineri juſſit, non ex victoriis, de Chriſtianis partis, ſed de Chriſtiani nominis hoſtibus, triumphos ducendos, arbitratus. Ad ægrotantem quoque, & in tantum vitæ diſcrimen adductum, ut Medici prorſus de Ejus ſalute deſperarent, niſi Ipſemet ad Eum conſolandum accederet, curſoriis equis, *Toleto* convolavit, ſermoneque benigno ſpem fecit promptæ liberationis; *Henrico*, Navarræ Rege, ex arce Papienſi, favore civium quorundam, ex altiſſima turre, ſcala ex funibus confecta, clam interim, cuſtodibus illuſis, evadente, & in Galliam ſe proripiente, pariterque *Franciſco Borbonio*, corruptis, quorum cuſtodiæ erat demandatus, libertatem conſecuto. De memorabili hac clade, quam totius *Mediolanenſis* Ducatus jactura eſt ſecuta, legi merentur: *Guicciardinus* lib. 5, *Hiſt. Ital.* ad h. a. *Franciſcus Belcarius*, in Comment. *Rer. Gallicar.* Lib. 18, ad h. a. *Franciſcus de Belleforeſt*, en *ſes Annales de France*, lib. 6, cap. 36, an. eod. *Johannes Antonius Viperanus*, in Oratione funebri, in Ejus memoriam habita *Meſſanæ*, ap. *Freberum* T. 3 *Rer. Germ.* p. 517; *Arnoldus Ferronus*, de *Rebus Gallicis*, in vita *Franciſci I*; *De Serres*, *Invent. General de l' Hiſtoire de France*, in Ejusdem vita, p. 431 &c. *Mutius* lib. 31, h. a. pag. 317; *Mameranus*, de *præcipuis geſtis Caroli V*, apud *Schardium*, T. 2 *Rer. German.* pag. 602; *Hadrianus Barlandus*, in *Narratione Hiſtorica*, de *Obſidione Papienſi*, ibid.

ibid. p. 670 &c. Auctor *des Diſcurſus uber Kayſer Carolen des V, mit dem Kœnig aus Franckreich, Franciſco Valeſio, gehaltener Schlacht vor Pavien, und was ſich ſonſten nach der Gefengniß und Erledigung Kœnigs Franciſci begeben*; apud *Goldaſtum*, part. XI *der Reichshandel*, pag. 285 &c. *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.* cap. 364, p. 430; *Sleidanus* lib. 6, pag. 146, *Pontus Heuterus* lib. 9 *Auſtr.* c. 4; *Chytræus* lib. XI *Saxoniæ*, p. 284; *Munſterus* l. c. *Pantaleon* l. c. pag. 167; Auctor *Apologeticæ* Epiſtolæ, pro *Franciſco* ſcriptæ, apud *Freherum* l. c. p. 354 &c. *Browerus* l. c. ad h. a. §. 118, pag. 351; *Bucholzerus* l. c. pag. 516; *Thuanus*, lib. 1 *Hiſtor.* ad h. a. pag. 13, prælium licet perperam 10 Kal. Febr. commiſſum tradat; *Spondanus* l. c. §. 2, &c. pag. 368 & ſeqq. pag. 371, §. 9, ex *Adagiis Delrionis*, Tom. 2, adag. 459, adducens, *Franciſcum*, cum *Madriti* in pariete ſcriptum vidiſſet *Caroli* Symbolum: *Plus ultra*, ex *Eccleſiaſtico*, cap. 38, §. 23, adſcripſiſſe: *Hodie Mihi, cras tibi*; rurſusque *Carolum*, verba hæc intuentem, ſubſcripſiſſe: *Fateor, me hominem.* Sic magnanimi Heroës fortunæ pariter & ſuperbiæ trophæa erexerunt. *Palatius* l. c. pag. 79. *Scipio Dupleix*, *Hiſtoire Generale de France*, T. 3, p. 372 &c. *Limnæus*, ad *Capitul. Caroli V*, Procem. voc. *durch die Wahl*, p. 71, ad 87.

An. eod. Boruſſiæ pars magna Imperio ſubducitur. Vid. ſeq. Tit. XV, §. 15.

An. eod. Per *Ferdinandum*, fratrem, Comitia *Auguſtana* celebrari curat, ad tollendum ſchiſma Religionis, & impediendas Turcarum irruptiones, Vid. R. J. *Auguſt.* h. a.

An. 1526, 14 Januarii, tranſigit *Madriti* Imperator, cum captivo *Franciſco*, Galliarum Rege; ſumma Conventionis eſt, (1) Tradat Rex Imperatori *Burgundiæ* Ducatum, cum appendicibus, & ſupremo Jure; (2) Regni Neapolitani, Ducatus Mediolanenſis, Genuæ, Aſtæ, juribus quibuscunque, nec non ſupremo, ſive directo Dominio, Flandriæ & Arteſiæ, cedat; urbibus, quas in iis poſſideret, reſtituendis; (3) *Eleonoram*, Imperatoris ſororem, *Emanuelis*, Luſitanorum Regis, viduam, ducat uxorem; (4) *Ulrico* Duci Wirtembergico, *Carolo* Duci Geldriæ, *Henrico* Navarro, *Roberto* Marchiano, aliisque Cæſaris hoſtibus, nulla auxilia ferat, verſa vice *Carolo Duci Borbonio*, & ſociis ablatas ditiones reddat; (5) duos filiorum, natu majores, *Franciſcum* Delphinum, & *Henricum*, Aurelianenſem, obſides datæ de his reliquisque adimplendis conditionibus fidei, conſtituat; (6) in eandem cuſtodiam ſponte ſe rediturum, ſi, quacunque de cauſa, intra præſcriptum tempus, capitibus conventis non ſatisfieret, promittat &c. (7) viciſſim 10 Martii, Rex priſtinam recuperet libertatem, quamvis ob Reginæ Matris, pueros obſides ducentis, podagram, res in decimam octavam ſit dilata, permutatione, in medio flumine, quod, apud *Fontarabiam*, Hiſpaniam a Gallia ſeparat, uno eodemque momento facta. Vid. *Guicciardinus* l. c. lib. 16; *Belleforeſt* l. c. *Sleidanus* l. c. *Chytræus* l. c. ad an. 1526, pag. 295; *de Serres* l. c. pag. 433; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 1 & 2, pag. 378; *Thuanus* l. c. p. 14.

An. eod. Celebrantur Comitia Imperii *Spiræ*, & poſtea *Eslingæ*. Vid. *Receſſ. Imp. Spir. & Esling.* h. a. Conf. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a. v. 5. p. 266; *Sleidanus* lib. 6, p. 156; *Bæclerus*, *Hiſt. Sec. XVI*, pag. 314 &c. *Seckendorf*, lib. 2 *Hiſt. Lutheraniſmi*, Sect. 9, p. 45 &c.

An. eod. Susque deque habito Tractatu Madritenſi, libertatem nactus *Franciſcus*, Galliæ Rex, novum fœdus, cui *Ligæ Sanctæ* nomen impoſitum, pangit cum *Clemente VII* Papa, Venetis, & *Franciſco Sfortia*, ad liberandos Regios pueros, *Madriti* obſides, occupandum Neapolitanum Regnum, reſtituendumque *Sfortiæ* Mediolanenſem Ducatum; enimvero, Confœderatis ſegnius res gerentibus, Imperatoris Belli Duces, *Borbonius*, *Vaſtius* & *Leva*, 24 Julii, arce *Mediolanenſi* potiti ſunt, inſuperque, ut injuriam, ſibi à *Clemente* illatam, ulciſceretur, nominis Pontificii auctoritatem non ſolum per omnem Hiſpaniam abolet, ſed & *Ugo Moncada*, Legatus Ejus, & *Pompejus Columna*, Cardinalis, cum aliis ejusdem Familiæ Principibus, ex improviſo *Romam* noctu, 20 Sept. apertis Portis, ingreſſi, Vaticanum invadunt, & Pontificem, in Mauſoleo Hadriani, obſidere meditantur; opere ad finem ducendo.

An. 1527, laudatis *Carolo Borbonio*, & *Georgio Fronſpergio* Ducibus, totis viribus Romam ſuos ire jubet, de dubia, imò mala, *Clementis* fide ſatisfactionem ſumpturus; Re patefacta, jaculatur Pontifex, in adventantes, execrationis fulmen, inter reliqua ſcribens: *Excommunicamus Carolum, dictum Borbonii Ducem, & exercitum ejus, partim ex Lutheranis*, (Germanis) *partim ex Marranis*, (Hiſpanis) *conſtantem &c.* enimvero, non obſtante maledictionis carmine, triduo poſt, die ſexta Maji, tertio impetu, Cæſarei, jactura licet *Borbonii*, quem globus tormenti ænei, parum caute à ſuis emiſſus, in ſcalis ſtantem, fracto ſub femore crure, ſaucium fecit, ex vulnere, brevi poſt, mortuum; per *Portam Latinam*, irrumpunt, Pontifice, in æde D. *Petri*, ſacrum ſpectaturo, primumque Urbis expugnationem ridente, vix, per gradus & oſtium quoddam, per nota ambulacra, in *Hadriani Molem*, vulgo *Arcem Angelorum*, ſuga ſe ſalvante. Mox violata Templa, refractæ Veſtalium fores, ſepta Monachorum dirupta, jugulati Sacerdotes, trucidati Laici, direpta omnia, nihil intactum relictum, licentiam milite in non paucos dies protrahente. Libidine adimpleta, compactisque ſarcinis, ea quidem prædæ abundantia, ut ſæpius aleæ luſores uni jactui mille aureos oppoſuerint, *Hadriani Mauſoleum*, in quo Pontifex, cum Cardinalibus, Epiſcopis & Proceribus, latitabat, obſidentes, extremos muros ſuffodere cœperunt, ſtructuram, ſubſtrato pulvere pyrio, in au-

ram

Digitized by Google

tam miſſuri, niſi aqua, quæ arcem peramplis foſſis rigat, conatus evertiſſet; inclementem hanc obſidionem toleravit *Clemens*, ad octavum Idus Junias, hoc eſt, diem ſextum Junii, adeoque per integrum menſem, quo die, urgente rerum omnium inopia, hoſtibus ſe dedere coactus eſt, ea lege, ut Cæſarei intra molem reciperentur, eamque cuſtodirent, donec eis de ſtipendiis eſſet ſatisfactum, ſe tamdiu ibi manſuro, poſtea in integrum reſtituendo, quod & factum ſequenti anno, menſe Februario, Cæſareis, ob advenientes magnis itineribus Gallos, Neapolim ſe recipere compulſis, *Narnia* prius, menſe Septembri, *Romæ* adæquata. Vid. *Hiſtoria Expugnationis Urbis Romæ*, *an.* 1527, apud *Schardium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. 231 &c. Relatio alia, l. c. pag. 611; Oratio Epiſcopi *Staphylei*, ad Auditores Rotæ, an. 1528, 15 Maji, de eodem excidio, habita, ibid. p. 613; aliaque de an. 1527, ibid. p. 614 &c. *Guicciardinus*, lib. 18 *Hiſt. Ital. Cæſar Grolierius*, Lugdunenſis, malorum particeps, in Tract. de *Direptione Urbis Romæ*; *Guilielmus Zenocarus*, de *Vita Caroli V*, lib. 1, p. 44 & 45; *Paraleipomena Urſpergenſis*, p. 355 ad 358; *Mutius* lib. 31 *Chron.* h. a. p. 318; *Chytræus*, lib. XI *Saxon.* ad an. 1526, p. 295, & lib. XII ad an. 1527, p. 308; *Wahrhafftiger und kurtzer Bericht, wie es jetzo, im 1527ſten Jahr, den 6 Tag Maji, durch Ræmiſcher Kayſerlicher, und Hiſpaniſcher Kæniglicher Majeſtat Kriegs-Volck, in Erorberung der Statt Rom, ergangen iſt, biß auff den 21 Tag Junii*; apud *Goldaſtum*, part. 12 *der Reichs-Handel*, §. 8, p. 443 &c. *Mameranus* de *præcipuis Geſtis Caroli V*, apud *Schardium*, l. c. p. 602; *Thuanus* lib. 1, *Hiſtor.* pag. 14; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita *Georgii de Fronſperg*, pag. 96; *Pontus Heuterus*, lib. 9, *Auſtr.* c. 7; *Sleidanus*, lib. 6 *Hiſt. Relig.* pag. 159; *Johannes Antonius Viperanus*, in Oratione Ejus funebri; apud *Freherum* T. 3 *Rer. German.* pag. 318; *De Serres Inventaire General de l'Hiſtoire de France*, in vita *Franciſci I*, an. 1527, pag. 435, &c. *Münſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 19, in vita *Caroli V*, p. 442; *Browerus* lib. 20 *Annal. Trevir.* ad an. 1527, §. 136, p. 356; *Bucholzerus*, *Ind. Chronolog.* an. eod. pag. 521; *Spondanus*, T. 2 *Contin. Annal. Baron.* an. eod. §. 2 & ſeqq. pag. 385 &c. *Camerarius*, in *Horis ſucciſivis*, Centur. 1, cap. 49; *Johannes Jacobus Beck*, *in Luttertbumb vor Luthero*, p. 40; &c.

An. eod. Ejusdem auſpiciis habentur Comitia *Ratisbonæ*, contra Turcas. Vid. *R. J. Ratisbon.* h. a. *Browerus* l. c. ad h. a. §. 136, p. 356; *Bœclerus* l. c. p. 316.

An. 1528, ſub dato Pariſiis, 28 Martii, provocatur, irrito licet conatu, à *Franciſco*, Galliarum Rege, ad certamen privatum, vulgo duellum; de provocationis libello Vid. *le Ceremoniel de France* p. 201; *Goldaſtus*, part. XI *der Reichs-Handel*, diſcurſ. 3, pag. 328 & 329; *Sleidanus*, de *Statu Religionis*, lib. 6, pag. 95; *Martinus du Bellay* lib. 3 *Hiſt. de France*, in vita *Franciſci I*, pag. 104; *Andreas Favyn*, lib. 13 *de l'Hiſtoire de Navarre*, p. 747; *Limnæus*, *ad Capitul. Caroli V*, Prooem. voc. *durch die Wahl*, §. 58, pag. 79 & 80. de Cæſaris reſponſione, *Monſoni* data, an. eod. 27 Junii, legas *Goldaſtum*, l. c. pag. 335 &c. & part. 2 *der Reichſatz*: p. 226; *Limnæum* l. c. §. 59, p. 80 &c.

An. 1529, Comitia *Spiræ* celebrantur, in cauſa Religionis, & interceptæ à Turcis, toti Ungariæ imminentibus, Budæ &c. Vid. R. J. Spirenſ. h. a. Occaſione abrogati à Romano-Catholicis Articuli IV Receſſus Spirenſis de an. 1526, per Art. V. hujus Receſſus, ortum eſſe *Proteſtantium* nomen, dixi ſupra, Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 6, pag. 266. Conf. de his Comitiis, *Lambertus Hortenſius Montfortius*, lib. 1, de *Bello Germanico*, apud *Schardium*, T. 2 *Rer. German.*, p. 443; *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 360; *Sleidanus* lib. 6, pag. 166; *Browerus* lib. 20 *Annal. Trevir.* h. a. §. 140, pag. 357; *Mutius*, lib. 31 *Chron.* h. a. pag. 318; *Chytræus*, lib. 12 *Saxon.* pag. 314; *Bucholzerus*, *Ind. Chronolog.* h. a. pag. 525; *Spondanus* l. c. an. eod. §. 8 &c. pag. 400 & 401; *Palatius*, Tom. IV. *Geſtor. Pontif. Roman.* in vita *Clementis VII*, pag. 60 &c. *Bœclerus* l. c. pag. 316 &c. In primis Dn. *Johannis Joachimi Mülleri Hiſtorie von der Evangeliſchen Stande Proteſtation und Appellation, wieder, und von dem Reichs-Abſchied zu Speyer*, 1529 &c. edit. Jenæ 1705.

An. eod. preſſæ à *Solymanno*, Turcarum Imp. exercitu trecentorum millium inſtructo, *Viennæ* Auſtriæ, quam 26 Sept. undiquaque obſeſſam, tormentis bellicis vicies acerrimè oppugnaverat, muroſque cuniculis ſuffoſſos aliquoties ruperat, auxilia mittit, eo rerum eventu, ut, ſtrenuè cuncta dirigente *Philippo*, C. P. R. Turcæ, magna exercitus ſui parte amiſſa, obſidionem ſolvere, & 15 Oct. inde diſcedere cogerentur. Vid. *Annal. Turcici Leunclavii*, h. a. pag. 243, &c. *Sleidanus* lib. 6, *Hiſt. Relig.* pag. 174 &c. *Chytræus*, lib. 12, *Saxon.* pag. 314; *Mutius* lib. 31, pag. 318; Auctor Hiſtoriæ *Viennæ Auſtriæ, à Turcis obſeſſæ*, apud *Schardium*, T. 2, *Rer. German.* pag. 237 &c. *Melchior Soiterus à Vinda*, lib. 1, *Belli Pannonici*, apud eundem l. c. pag. 249 &c. *Paraleipomena Urſperg.* l. c. *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.* cap. 19, in vita *Caroli V*, pag. 442; *Pantaleon* l. c. in Ejusdem Vita, pag. 169; *Bucholzerus* l. c. pag. 527; *Browerus* l. c. *Spondanus* loc. cit. §. 12, p. 401.

An. eod. 26 Junii, tranſegit cum *Clemente VII* P. R. *Barcinonæ*, in Catalonia; præcipua Conventionis capita erant: (1) Cæſar *Alexandro Medici* deſponderet notham ſuam, *Margaretham*, eumque reduceret *Florentiam*, eadem cum auctoritate, quam ipſius Majores obtinuiſſent; (2) Oppida Status Eccleſiaſtici Pontifici reſtitui curaret; (3) iis recuperatis, Pontifex, accepti beneficii memor, Neapolitanum Regnum, ſub cenſu equi tantummodo albi, una cum nominatione viginti quatuor Eccleſiarum Cathedralium, Imperatori concederet; (4) De *Franciſci Sfortiæ*, Medio-

lanen.

lanenſium Ducis, cauſa inter ipſos, cum Cæſar in Italiam veniſſet, tractaretur, culpa ſi careret, in integrum reſtituendi, ſin ſecus, Cæſar, utut penes ipſum de eo Principatu ſtatuendi jus eſſet, cum Pontificis conſilio, de eo ſtatueret; (5) Pontifex, ad propulſandos Turcas, quartam Eccleſiaſticorum fructuum partem Cæſari, & *Ferdinando*, ejus fratri, permitteret; (6) præteritorum memoriam aboleret &c. Vid. *Guicciardinus*, lib. 19 *Hiſt. Ital. Mutius* l. c. *Bucholzerus* l. c. pag. 526; *Spondanus* l. c. §. 2, pag. 398; *Thuanus*, lib. 1, *Hiſtor.* pag. 14; *Chytræus*, l. c. lib. 13, pag. 319; *Palatius* l. c. p. 93.

An. eod. 5 Aug. *Cameraci*, poſt longas diſceptationes, mediantibus amita, *Margaretha*, Belgio Præfecta, & *Aloyſia, Franciſci*, Galliarum Regis, Matre, præſentibus *Clementis VII*, P. R. *Henrici*, Anglorum Regis, Venetorum, aliorumque Italiæ ſociorum Delegatis, pax inter Eundem & Gallos ſtabilitur, qua cautum præcipuè, ut (1) Filii Regis, *Franciſcus*, Delphinus, & *Henricus* Aurelianenſis, *Madriti* obſides, in libertatem vindicarentur, (2) Rex, pro eorum redemptione, vicies centena aureorum millia Cæſari, vel ejus nomine, Regi Angliæ, perſolveret, (3) Quicquid in Inſubria, Regnoque Neapolitano adhuc teneret, reſtitueret, (4) Supremo *Flandriæ*, *Arteſiæque* Dominio cederet, (5) *Caroli Borbonii* proſcriptionem abrogaret, ac publicata bona ejus ſucceſſoribus, ut & *Philiberto*, Arauſionenſi Principi, ablata, reſtitueret, (6) Imperatoris ſororem, *Eleonoram*, duceret uxorem, ſique maſculi inde naſcerentur, Burgundiæ Ducatus Franciæ maneret unitus &c. Vid. *Guicciardinus* l. c. *Belleforeſt*, *Annal. de France* lib. 6, cap. 44; *Eraſmus*, lib. 22 *Epiſtol.* Epiſt. 26; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmograph.* cap. 19, in vita *Caroli V*, pàg. 442; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in Ejusdem vita, p. 168; *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 360; *Chytræus*, lib. 12 *Saxon.* h. a. pag. 314; *Thuanus* l. c. *De Serres, Inventaire General de l' hiſtoire de France*, in vita *Franciſci I*, pag. 443; *Spondanus* l. c. §. 3, pag. 398 & 399; *Bucholzerus*, l. c. *Matthiæ Theatr. Hiſt.* in vita *Caroli V*, p. 1048.

An. 1530, 22 Febr. coronatur Cæſar *Bononiæ*, à Papa, *Clemente VII*, *Rex Longobardorum*, à Cardinali Dertuſenſi, prius unctus; &, biduo poſt, *Imperator*. Vid. *Henricus Cornelius Agrippa*, in Hiſtor. de *Duplici Coronatione Caroli V Cæſaris, apud Bononiam, an.* 1530, cap. 7 apud *Schardium* T. 2 *Rer. German.* p. 266 & ſeqq. & *Goldaſtum*, part. 4 *Politic. Imperial.* pag. 340 &c. *Hartmannus Maurus*, de eadem coronatione, apud *Schardium*, l. c. pag. 22 &c. Acta *der Keyſerl. Majeſt. Krœnung, in Bononia geſchehen, auf den 24 Tag Februarii, an St. Matthias Tag*, 1530, apud *Goldaſtum*, part. 3, *der Reichs Handel*, p. 155 & 156; *Guicciardinus*, l. c. lib. 20; *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 363; Ipſe Cæſar in Procem. R. J. Auguſt. an. 1530; *Mutius* lib. 31 h. a. pag. 319; *Jovius*, lib. 27 *Hiſtor.* *Chytræus*, lib. 13 *Saxon.* h. a. pag. 319; *Munſterus* l. c. *Pantaleon* l. c. *Bucholzerus* l. c. ad h. a. pag. 529; *Browerus* l. c. an. eod. §. 142, pag. 357; *Spondanus* l. c. an. eod. §. 1 & 2, pag. 402 & 403; *Spangenbergius* cap. 365 *Chron. Mansfeld.* p. 432; *Thuanus* l. c. ad h. a. pag. 14; *Sleidanus* lib. 7, pag. 182; *Palatius* Tom. 4, de *Geſtis Pontificum* in Vita *Clementis VII*, pag. 95; *Carpzovius*, de L. R. *German.* Cap. XI, Sect. 10, §. 9, pag. 300; *Matthia* l. c. pag. 1038; Dn. *Mullerus* l. c. lib. 3. cap. 2, pag. 401 &c. Alii. *Mameranus*, de *Præcipuis Geſtis Caroli V*, apud *Schardium* l. c. pag. 603, perperam inaugurationem Imperatoriam in diem 24 Martii refert.

An. eod. ad componendum Religionis diſſidium, deliberandumque de bello Turcico, data fide publica, de libero acceſſu, diſceſſu, & libertate proponendi, quæ ſingulorum fidei eſſent, celebratiſſima Comitia *Auguſtana* celebrat, in qua Proteſtantium *Confeſſio* dogmatum, Cæſare præſente, publicè lecta eſt, inde *Auguſtana* dicta, ceu præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 8, pag. 267, monitum. Vid. *Paraleipomena Urſpergenſis* l. c. *Chytræus*, lib. 13, *Saxon.* h. a. pag. 319 &c. *Mutius*, lib. 31, an. eod. pag. 319; *Thuanus* l. c. pag. 14 & 15; *Sleidanus*, l. c. pag. 202 &c. *Mameranus* l. c. *Spangenbergius* l. c. *Pantaleon* l. c. pag. 169; *Bucholzerus* l. c. *Browerus* l. c. ad h. a. §. 142, &c. p. 357 & 358; *Spondanus* l. c. §. 4, p. 403; *Seckendorfius*, *Hiſt. Luther.* lib. 2, p. 151 &c. *Boeclerus*, *Hiſtor. Sec. XVI*, pag. 319; Alii multi. Quid ibi decretum fuerit, teſtatur R. I. Auguſtanus h. a. nec non *Ordnung und Reformation guter Policey im H. R. Reich, zu Augſpurg, an.* 1530, *aufgericht.*

An. eod. Confert ibidem, feudali lege, Ducatum Würtenbergicum in fratrem *Ferdinandum*. Vid. ſeq. vita *Ferdinandi*, v. 4, ad h. a.

An. eod. 24 Martii, concedit Equitibus *Hoſpitalariis*, qui & *Hieroſolymitani S. Johannis*, & *Rhodienſes* dicuntur, Inſulam *Maltam*, ſub recognitione unius falconis, ſingulis annis Pro-Regi Neapolitano mittendi, profeſſionisque clientelaris fundi, ſingulis Hiſpaniæ Regum mutationibus faciendæ, adjectis aliis quibusdam conditionibus, inhabitandam concedit. Vid. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 13, p. 406.

An. eod. 8. April. creat *Fridericum Gonzagam*, ex Marchione, Ducem *Mantuanum*; Vid. *Henningeſius* part. 2 *Secundi & tertii Regni, in Quarta Monarchia*, p. 232; *Spondanus* l. c. §. 3, p. 403; *Morery*, voc. *Mantoüe*, p. m. 431; *Ritterſhuſius*, *Tab. Geneal.* Ducum *Mantuæ*; *Gregorio Leti*, *Italia Regnante*, part. 1, lib. 7, p. m. 406; *Jean de Laet*, Comment. de *Principalibus Italiæ*, cap. 7, p. m. 283 & 284; *Boeclerus*, *Hiſt. Sec. XVI*, pag. 43; *Conringius de Finibus Imper.*, lib. 2, cap. 23, §. 24, p. 329; *Micralius*, lib. 3 *Syntagm. Hiſtor.* Sect. 1, pag. m. 39; Ill. *Auctor des Europaiſchen Herolds*, T. 2, Part. 4, cap. 7, pag. m. 756; Ampliſſ. Dn. *ImHoff*, *Tabb. Geneal.*

neal. §. 107. *Zweyburg. Theatr. Præcedent.* part. 1, Tit. 43, p. 113.

An. eod. 14 Dec. in Comitiis Auguſtanis, largitur *Raimundo* & *Antonio Fuggeris*, fratribus, eorumque agnato, *Hieronymo*, *Ulrici* filio, intuitu Comitatuum *Kirchberg* & *Weiſſenborn*, hypothecario jure, ab ipſis hactenus poſſeſſorum, nuncque feudali lege in eos collatorum, Comitum Imperii titulos. Vid. *Sigismundus von Bircken im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, c. 21, p. 784; Dn. *ImHoff. Notit. Proc. Imper.* lib. 7, c. 3, §. 2, p. 354.

An. 1531, Fratrem ſuum, *Ferdinandum*, eligi curat Regem Romanorum. Vid. ſeq. vita *Ferdinandi I*, v. 4, ad h. a.

An. eod. Florentia potitus, conſtituit *Alexandrum de Medicis*, *Laurentii*, Urbini Ducis, filium nothum, Ducem *Florentiæ*, quo, & *Margaretha*, Imperatoris noſtri notha, *Coſmus*, Magnus Dux, natus eſt. Vid. *Thuanus* lib. 1 *Hiſtor.* ad h. a. pag. 15; *Guicciardinus*, lib. 20 *Hiſt. Ital. Paulus Jovius*, lib. 29, pag. 402; *Sleidanus*, lib. 7 de *Statu Relig.* pag. 189; *Micrælius* l. c. lib. 3, Sect. 1, p. 18; *Boeclerus*, l. c. ad h. a. pag. 46; *Europ. Herold* T. 2, part. 4, cap. 3, p. m. 718; *Gregorio Leti*, Tom. I *dell' Italia regnante*, lib. 5, p. 279.

An. 1532, Conventum totius Imperii *Ratisbonæ* habet, ubi de componendis litibus Religionis, providendaque Turcarum repulſione, agens, procurantibus *Alberto* Moguntino, & *Ludovico Pacifico* Palatino, Electoribus, ad Proteſtantium Comitia, *Norimbergam*, hac de cauſa, miſſis, primam Religionis pacem, per laudatos Electores, ibidem 23 Julii, promulgari conſentit, ad Concilii Generalis tempus usque duraturam, fractæ pacis pœnas omnino ſubituris, qui, Religionis ergo, cuiquam interea moleſti forent. Vid. R. I. *Ratisbon.* h. a. *Sleidanus*, l. c. lib. 8, pag. 227 &c. *Hortlederus* Tom. 1, *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 1, c. 10, 11 & 12, p. 64 ad 69; & cap. 35, p. 136 &c. it. lib. 4, cap. 7, §. 60 &c. pag. 1038; *Laurentius Surius*, in *Commentar. rerum in Orbe geſtarum*, ad h. a. *Mutius*, lib. 31, p. 319; *Paraleipomena Urſpergenſis* pag. 566; *Chytræus* lib. 13 *Saxon.* an. eod. pag. 335 &c. *Melchior Soiterus à Vinda*, lib. 2 *Belli Pannonici*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. German.* pag. 257 &c. *Melanchthon*, in *Epiſt. ad Camerarium*, Idib. Auguſt. an. 1533, ſcripta; *Fabricius*, lib. 8 *Orig. Saxon.* p. m. 35 ad 38; *Georgius Sabinus*, in Epiſt. ad *Albertum* El. Moguntin. h. a. & ad *Chriſtoph. Turcum*, an. eod. menſe Martio, ſcripta; *Jovius* lib. 30 *Hiſtor. Goldaſtus* T. 1 *Conſtit. Imper.* p. 511 &c. & Tom. 2, p. 172 &c. *Mameranus*, de *Præcipuis Geſtis Caroli V*, apud *Schardium* l. c. p. 603; *Browerus*, lib. 21 *Annal. Trevir.* h. a. §. 4, p. 361; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. p. 536; *Spondanus*, Tom. 2 *Contin. Annal. Baron.* h. a. §. 1, pag. 411 &c. *Palatius* Tom. 4 *Geſtorum Pontificum Romanorum*, in vita *Clementis VII*, p. 70; *Boeclerus*, *Hiſt. Sec.* XVI, p. 46, 47 & 321; *Seckendorf*, *Hiſtor. Lutheran.* lib. 3, Sect. 4, p. 21 &c. *Schilterus*, de *Pace Religioſa*, c. 2, §. 15, pag. 52 &c. & de *Libertate Eccleſ. German.* lib. 7, c. 5, §. 1, pag. 963 &c. Conf. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 10, p. 269. In iisdem Comitiis, promulgatam eſſe *Peinliche Halß-Gerichts-Ordnung*, ex Corpore Receſſuum Imperii conſtat. Conf. *Goldaſtus* T. 3 *Conſtit. Imp.* p. 516 &c.

An. 1534, Ducatum Würtenbergicum ad veterem Dominum redire permittit. Vid. ſeq. vita *Ferdinandi I*, v. 4, ad h. a.

An. 1535, menſe Aprili, cum exercitu numeroſo in Africam trajicit, expugnataque Urbe *Tunetana*, & arce *Goleta*, profligato *Hariadeno Mitylenæo Barbaroſſa*, qui, ſuperiori anno, loci Regem, *Muleaſſem*, ſeu, ut rectius *Leunclavio* vocatur, *Mule Aſſanem*, i. e. *Regem Aſſanem*, ob barbaricam crudelitatem, qua, pro lubitu, ſubditis abutebatur, ſedibus ejecerat, &, ope *Horucii* fratris, *Algerico* Regno, *Ferdinando* Regi Catholico quondam tributario, fuerat potitus, pulſum Regem, jam ſibi vectigalem factum, in integrum reſtituit. Vid. *Johannes Etropius*, in *Commentario*, ſeu *Diario Expeditionis Tunetanæ*, *an.* 1535, *à Carolo V Imp. ſuſceptæ*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. German.* p. m. 320 &c. *Paulus Jovius*, lib. 33 *Hiſtor. ſui temporis*, unde fragmentum *Schardius* dicto Tomo 2 *Rer. German.* pag. 343, intulit. Ex ejusdem Hiſtoriarum libro 34, de expeditione hac, novum exhibet fragmentum, l. c. pag. 352 &c. *Mameranus* l. c. *Sleidanus*, lib. 9 *Comment.* pag. 252; *Onuphrius Panvinius*, in vita *Pauli III*, P. R. pag. m. 364; *Joh. Antonius Viperanus*, in Oratione Ejus funebri, apud *Freherum* T. 3 *Rer. Germ.* pag. 519; *Chytræus*, lib. 14 *Saxon.* pag. 359 &c. *Pontus Heuterus* lib. XI *Auſtr.* cap. I. *Mutius*, lib. 31, h. a. pag. 320; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita *Caroli* Imp. p. 169; *Bucholzerus* l. c. ad h. a. pag. 543; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 21, pag. 434; *Boeclerus*, *Hiſt. Sec. XVI*, an. eod. p. 52; *Palatius* T. 4 de *Geſtis Pontificum*, in vita *Pauli III*, p. 130.

An. eod. Ejus ſub auſpiciis, *Franciſcus* Com. *Waldeccius*, Monaſterienſis Præſul, nocte 24 Junii, *Monaſterium*, duriſſima fame & obſidio, ad incitas redactum, adeo, ut à propriorum liberorum eſu non abſtineretur, occupando, Anabaptiſtarum Regem, *Johannem Bocoldum*, ſartorem Leidenſem, ſuperiori anno à miſera plebe ſeducta electum, indito *Regis Juſtitiæ hujus mundi* titulo, Ejusque conſiliarios, *Knipperdolingum*, antea Urbis Conſulem, poſtea vero conſtitutum carnificem, atque *Bernhardum Krechtingum*, capit, reliquosque fanaticos trucidat, vel conjicit in vincula, Rege & Conſiliariis præfatis, 22 Januar. an. ſequenti 1536, horrendo ſupplicio exanimatis, ad palos ſiquidem alligatis, & à lictoribus ignitis forcipibus, per integram horam, laniatis, demumque adacto ad cor mucrone, peremptis. Vid. *Abſchied zu Wormbs, gegen die Wiedertauffer zu Mün-*

ſter in Weſtphalen, *an*. 1535, *aufgericht*; *Lambertus Hortenſius Montfortius*, lib. de *Tumultibus Anabaptiſtarum*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. German*. p. 298 &c. *Antonius Corvinus*, in Libello de *Miſerabili Monaſterienſium Anabaptiſtarum obſidione & excidio*, ad *Georgium Spalatinum* ſcripto, ibid. l. c. pag. 314 &c. *Conradus Heresbachius*, in Lib. de *Factione Monaſterienſi*, qui an. 1637, cum Notis *Theodori Starckii*, Amſtelodami prodiit; *Bucholzerus Ind. Chronol*. h. a. pag. 543 & 544; *Browerus*, lib. 21 *Annal. Trevir*. ad an. 1533, 1534 & 1535, p. 361 & 362; Spondanus l. c. ad an. 1534, §. 15 & 16, p. 425 &c. & ad an. 1535, §. 18 & 19, p. 433 & 434; *Boeclerus* l. c. ad h. a. pag. 52.

An. eod. Extincto, ſub finem Octobris, ſine maſcula prole, *Franciſco Sfortia*, ultimo Duce *Mediolanenſi*, Ducatum cognominis, tanquam vacuum Imperii Feudum, per *Antonium Levam*, occupat, valde deſuper murmurante *Franciſco*, Galliarum Rege, eum ad ſe ſpectare aſſerente; Vid. literæ Legati Regis, ad Electores & Principes Imperii, menſe Julio an. 1536 deſuper datæ, apud *Freherum*, Tom. 3 *Rer. German*. p. 306 &c. Conf. Ipſius Regis Epiſtola, ad eosdem, menſe Decembri 1536, ſcripta, qua Conventum, ad diſceptandam de *Mediolano* controverſiam, Indici poſtulat, ibid. pag. 308 &c. Aliaque, ſub dato *Medone*, in Pariſiorum agro, pridie Cal. Aug. 1537, ad congregatos *Wormatiæ* Ordines Imperii, eadem de cauſa, ibid. pag. 318 &c. *Martinus Bellajus*, lib. 5 *Hiſt. Gall*. in vita *Franciſci I*; *Franciſcus Belcarius*, lib. 21 *Comment. Rer. Gallic. Mutius*, lib. 31 *Chron*. ad an. 1535, p. 320 & 321; *Chytræus*, lib. 14 *Saxon*. an. eod. p. 360; *Onuphrius Panvinius*, in Vita *Pauli III*, P. R. p. m. 365; *Bucholzerus Ind. Chronol*. h. a. p. 545; *Johannes Antonius Viperanus*, in Oratione Ejus funebri, apud *Freherum* T. 3 *Rer. Germ*. pag. 519; *Thuanus* lib. 1 *Hiſtor*. ad an. 1536, p. m. 16; *De Serres*, *Inventaire General de l'Hiſtoire de France*, in vita *Franciſci I*, ad an. 1535, pag. 449 &c. *Spondanus*, l. c. ad an. eund. §. 25, pag. 435 & 436; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita *Caroli V*, p. 170 &c. *Morery*, voc. *Milan*, pag. 515; *Boeclerus* l. c. p. 53, *Franciſcum Haraum*, p. 602 citans; *Palatius* l. c.

An. 1536, Non: Aprilis, *Romam* triumphali pompa ingreſſus, tredecim dies ibi commoratur, multa de convocando Generali Concilio, propulſandisque Chriſtiani nominis hoſtibus, & *Franciſco*, Galliarum Rege, cum *Paulo III*, P. R. locutus. Vid. *Onuphrius* l. c. ad hunc annum, pag. 365 & 366; *Andreas Victorellus*, in Not. ad *Alphonſum Ciacconium*, de *Vitis Pontificum Romanorum*, ex Diariis *Blaſii Ceſenatis*, *Pauli* Pontificis Magiſtri tunc Ceremoniarum; *Chytræus*, lib. 14. *Saxon*. h. a. pag. 372; *Mameranus*, de *Præcipuis Geſtis Caroli V*, h. a. apud *Schardium*, T. 2 *Rer. German*. pag. 603; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 5, pag. 438; *De Serres* l. c. an. eod. p. 451; *Boeclerus* l. c. ad h. a. p. 55; *Palatius* l. c. in vita *Pauli III*, p. 130.

An. eod. Gallis arma inferens, numeroſo exercitu *Provinciam* invadit. Vid. *Bellajus* l. c. lib. 7 & 8; *Jovius* lib. 36 *Hiſtor. Sleidanus* lib. 10 Comment. pag. 291; *Spondanus* l. c. §. 12 &c. pag. 440; *de Serres* l. c. an. eod. p. 455 &c. *Boeclerus* l. c.

An. 1537, Multa cum Proteſtantibus, *Smalcaldiæ* congregatis, per Legatum, agit, de viſitando Concilio Mantuano. Vid. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 12, p. 271.

An. 1538, Niceæ, in *Provincia*, Conventum agit, cum *Paulo III* P. R. & *Franciſco* Galliarum Rege, ibique Cæſar & Rex, in mutuum licet conſpectum & colloquium ſimul non devenerint, decennales inducias, ſolenni tabularum adſtipulatione, firmant. Vid. Diploma *Indictionis Concilii Tridentini*, datum Romæ, An. 1542, 11 Kal. Junii, apud *Cherubinum*, Tom. 1 *Magni Bullarii Romani*, pag. 753, &c. *Hortlederum* Tom. 1 *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 1, cap. 38, p. 564; *Paulumque Sarpi*, in Append. ad *Hiſtoriam Concilii Tridentini*, p. 7, ubi ipſe Pontifex Mediator ait: *In illo Congreſſu Colloquioque noſtro, quod Niceæ habitum eſt, etſi, peccatis noſtris impedientibus, inter duos Principes vera & perpetua pax non potuit confici; induciæ tamen decennales factæ ſunt &c.* *Jovius* vero, qui itidem interfuit, lib. 37 *Hiſtor*. & *Onuphrius* l. c. pag. 368, de novennalibus duntaxat induciis loquuntur; conf. *Chytræus*, lib. 15 *Saxon*. h. a. pag. 385; *Sleidanus*, lib. 12 Comment. pag. 331; *Pontus Heuterus*, lib. XI *Auſtr*. c. 9; *Paulus Sarpi*, lib. 1, *Hiſtoria Concilii Tridentini*, p. m. 140; *Thuanus*, lib. 1 *Hiſtor*. ad h. a. p. m. 17; *de Serres*, *Inventaire General de l'Hiſtoire de France*, in vita *Franciſci I*, p. m. 467; *Spondanus*, l. c. ad h. a. §. 6, pag. 452; *Palatius* Tom. 4 *Geſtorum Pontificum Romanorum*, in Vita *Pauli III*, pag. 132; *Boeclerus Hiſtor. Seculi XVI*, ad h. a. pag. 59. Hoc ipſo tamen anno Cæſarem & *Franciſcum*, ad *Foſſam Marianam*, ſeu *Aquas Mortuas*, quod Galliæ Oppidum, in finibus Italiæ, ſecum invicem fuiſſe collocutos, *Mameranus* l. c. pag. 604; *Thuanus* l. c. *Spondanus* l. c. §. 8, pag. 452, aliique teſtantur.

An. 1539, Conventum celebrari curat *Francofurti ad Mœnum*, in quo Pax Norimbergenſis anni 1532 confirmata, aliaque multa ſunt ſtatuta. Vid. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 14, p. 273.

An. 1540, Confirmat Comitibus *Ruthenis* dignitatem *Principalem*, intuitu *Burggraviatus Miſniæ*; quam an. 1426 à *Sigismundo* Imp. ſunt adepti. Vid. Ill. Auctor *des Europ. Herolds*, T. 1. part. 1, cap. 13, pag. 637; Conf. Rationes: *warumb die von etlichen weltlichen Fürſtlichen Haüſern, denen Neu-erhebten in Fürſtenſtand, biſshero zugemuthete Condition des Nachſitzens, und Nachſtimmens im Fürſten-Rath, nach der Alten Fürſtlichen Haüſer Geſandten, nicht zu behaupten*, apud *Caſſandrum Thucelium*, cap. 6 *Electorum Jur. Publ. curioſorum*, p. m. 267 & 268.

An

Digitized by Google

An. eod. ipſis Januarii Calendis, conceſſo ſibi, anno ſuperiori, à *Franciſco* Rege, libero per Galliam tranſitu, ad Belgas, *Lutetiam Pariſiorum*, nullo lætitiæ & honoris ſpecimine non edito, ingreditur, dieſque ſeptem ibi commoratur. Vid. *Pontus Heuterus*, lib. XI *Auſtr.* c. 12 ad 15; *Thuanus* lib. 1 *Hiſtor.* pag. m. 17; *Bellajus*, l. c. lib. 8 & 9; *Belcarius* l. c. lib. 22; *Belleforeſt*, *Annales de France*, lib. 6, c. 54; *Mameranus*, l. c. ad an. 1539, p. 604; *Chytræus*, lib. 15 *Saxon.* an. 1540, p. 390; *Spondanus* l. c. ad an. 1539, §. 14 & 15, p. 458 &c. & an. 1540, §. 1 &c. pag. 460 &c. *Bœclerus Hiſt. Sec. XVI*, an. 1540, p. 62.

An. eod. una cum fratre, *Ferdinando*, ſchiſma Religionis, in Conventu *Hagenoënſi*, componi curat, irrito licet conatu. Vid. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 15, p. 273.

An. 1541, Colloquio *Wormatienſi* intereſſe jubet *Granvellanum*, Oratorem ſuum. Vid. l. c. v. 16, pag. 274.

An. eod. Celebrat Comitia *Ratiſbonæ*, in quibus novum, Proteſtantes inter & Romano-Catholicos, habitum Colloquium. Vid. ſupra l. c. verſ. 17, pag. 274.

An. eod. Novam expeditionem, aſt infelicem in Africam, contra *Algerienſes*, in ſe ſuſcipit, de qua vid. R. I. *Spir.* de an. 1542 §. 1 & 2. *Nicolaus Villagagno*, Eques Rhodius, de *Caroli V Caſ. Expeditione in Africam ad Argieram*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. German.* pag. 365 &c. *Sleidanus* lib. 14, pag. 391 &c. *Pontus Heuterus* l. c. cap. 15; *Mameranus* l. c. ad h. a. p. 604; *Jovius* lib. 40 *Hiſt. Belcarius*, Comment. *Rer. Gallic.* lib. 22; *Lambertus Hortenſius Montfortius*, lib. 1, de *Bello Germanico*, apud *Schardium*, l. c. pag. 450; *Onuphrius* l. c. p. 370, &c. *Spondanus* l. c. ad h. a. § 8, p. 468; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 555; *Chytræus* l. c. ad h. a. p. 395; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita *Caroli V*, pag. 171 &c. *Seckendorfius* lib. 3 *Hiſt. Luther.* pag. 370, meritò *Maimburgium* notans; adverſa fata ultioni divinæ, ob pacem Proteſtantibus conceſſam, adſcribentem; *Bœclerus* l. c. ad h. a. pag. 65.

An. 1542, Ex Ejus mandato, ceu Receſſus Imperii *Spirenſis* de h. a. §. 3, *So hat dem allen nach*, verba ſonant, *Ferdinandus*, Romanorum Rex, Comitia *Spirenſia* indicit, adverſus Turcas, ſuperiori anno, *Budam & Peſtam* occupantes; in quibus ſimul *Paulus III*, P. R. per Legatum, *Johannem*, Epiſc. Modonenſem, Generali Concilio celebrando, *Mantuam*, *Ferraram*, *Bononiam* aut *Placentiam*, proponit, addens, ſi nullus horum locorum placeret, ſe, proximo die decimo quinto Auguſti, illud aut *Tridentum*, aut *Cameracum*, convocaturum; arriſit quidem Romano-Catholicis *Tridentum*, Proteſtantes verò gravamina deſuper interpoſuerunt, eodem Receſſu, §. 128. *Als dan auch*, & 129, *Dargegen haben &c.* teſte; aſt iis ſusque deque habitis, Papa, opus maturando, 11 Kal. Junii, Concilium indixit, cujus Diploma apud Auctores reperitur, quorum, ad an. 1538, modo memini. Cæſarem eodem Oratores ſuos miſiſſe, dictum præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 18, p. 274. In dictis Comitiis, *Pax Religionis*, ſuperiori anno *Ratiſbonæ* promulgata, in quinque annos confirmata eſt. De re inſuper monetaria, Viſitatione Cameræ Imperialis, aliiſque rebus publicis, multus ibi factus ſermo. Conf. *Chytræus*, lib. 15 *Saxon.* p. 398; *Paulus Sarpi*, l. c. ad h. a. pag. m. 164; *Hortenſius*, l. c. *Sleidanus*, lib. 14 *Comment.* p. 396 &c. *Browerus* lib. 21 *Annal.* h. a. §. 26, p. 367; *Spondanus* l. c. an. eod. §. 1 & 2, pag. 470 & 471; *Palatius* l. c. Tom. IV *Geſtorum Pontificum Romanorum*, in vita *Pauli III*, pag. 137; *Seckendorf* l. c. pag. 382; *Bœclerus* l. c. ad h. a. pag. 66, & 322.

An. eod. Ejusdem auſpiciis, agit *Ferdinandus*, Romanorum Rex, Comitia *Norimbergæ*, adverſus Turcas, in quibus *Rex Religioſa* denuo confirmatur; vid. R. J. *Norimb.* h. a. §. 39, *wir, und die Keyſerl. Commiſſarii.* Conf. *Sleidanus* l. c. pag. 411 &c. *Onuphrius* l. c. p. 371; *Spondanus* l. c. §. 2, pag. 471; *Seckendorfius* l. c. p. 386 &c. *Bœclerus* l. c. p. 68, & 323.

An. eod. Ei bellum annunciatur à *Franciſco*, R. Galliæ in *Geldria*, aliiſque in locis, ob trucidatos, à *Vaſtio* Cæſaris Miniſtro, tribus milliaribus paulo ſupra Ticini in Padum ſe exonerantis fauces, Oratores ſuos, *Cæſarem Fulgoſium* Genuenſem, ad Venetos, & *Antonium Rinconum*, Hiſpanum, Conſtantinopolim, ablegatos, accedentibus rationibus aliis, illatum. Vid. *Chytræus* l. c. pag. 398 & 399; *Sleidanus* l. c. pag. 408; *Joh. Iſaacus Pontanus*, *Hiſtor. Geldrica*, lib. 12; *Browerus* l. c. ad h. a. §. 27, pag. 367 &c. *Spondanus* l. c. §. 5, pag. 472; *Paulus Sarpi* l. c. pag. 167; *de Serres* l. c. ad an. 1538 & ſeqq. pag. 468 &c. *Thuanus* lib. 1 *Hiſtor.* p. m. 17 & 18; *Bucholzerus* l. c. p. 557; *Bœclerus* l. c. pag. 67.

An. 1543, Nova Comitia *Norimbergæ*, jam anno ſuperiori, 14 Nov. indicta, atque ad 15 Decemb. prorogata, celebrantur; in quibus de ſanctè ſervanda *Religioſa pace*, auxiliis contra Turcas mittendis, inſtituenda viſitatione Cameræ &c. actum. Vid. R. J. *Norimberg.* h. a. *Chytræus* lib. 16 *Saxon.* pag. 405; *Sleidanus* l. c. lib. 15, pag. 421; *Paulus Sarpi* l. c. ad h. a. pag. 170; *Seckendorf* lib. 3 *Hiſt. Luther.* pag. 416; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 1, pag. 476; *Bœclerus* l. c. ad h. a. p. 68, & 323.

An. 1544, menſe Januario, frequentiſſima habet Comitia *Spiræ*, agens cum fratre, *Ferdinando*, jam demum, ab Electore Saxoniæ, & ſociis, recognito Romanorum Rege, Imperiique ſtatibus, de evertendo fœdere Gallo-Turcico; Concilio Oecumenico liberoque, in Germania, ad tollendum ſchiſma, convocando; ſervanda interim Pace Publica; Re monetaria; Viſitatione Cameræ &c. Vid. R. J. *Spirenſ.* h.

a. *Sleidanus*, lib. 15, Comment. pag. 435 &c. *Chytræus*, lib. 16, p. 408 &c. *Paulus Sarpi* l. c. ad h. a. p. 173 &c. *Mameranus*, de *præcipuis geſtis Caroli V*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. German.* p. m. 606; Oratio Legatorum Regis Galliæ ad congregatos *Spiræ* Proceres, apud *Freherum* T. 3 *Rer. Germ.* pag. 364 &c. Oratio *Pauli Riceii* in eodem Conventu habita, ibid. pag. 379 &c. *Thuanus*, lib. 2 *Hiſtor.* p. m. 37; *Palatius*, de *Geſtis Pontificum Romanorum*, Tom. 4, in vita *Pauli III*, pag. 139; *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.* cap. 374, p. 441; *Hortlederus* T. 1, *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 3, cap. 13, §. 3, pag. 887, & lib. 4, cap. 46, p. 1746 &c. *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 561; *Browerus* l. c. ad h. a. §. 36, pag. 370; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 1, pag. 480; *Seckendorf* l. c. pag. 473 &c. *Bæcler*, l. c. ad h. a. p. 71, & 324; *Limnæus*, ad *Capitulationem Ferdinandi I*, Proœm. voc. Ferdinand, p. 427.

An. eod. Pacem ſancit cum *Franciſco*, Galliarum Rege, *Crepiaci* in Sueſſionibus, 24 Sept. Summa conventorum eſt: (1) *Carolus*, Aureliorum Dux, infra biennium proximius, vel Imperatoris filiam, vel ex fratre, *Ferdinando*, neptem, uxorem ducat; (2) matrimonio conſummato, inveſtiat eundem Ducem Imperator, vel de Ducatu Mediolanenſi, vel Belgio; (3) *Franciſcus* cedat Imperatori juribus quibuscunque in dictum Ducatum Regnumque Neapolitanum; (4) Sabaudiæque Ducem reſtituat in integrum; (5) Ambo, pro virili, veterum propugnent Religionem; Eccleſiæ recolligendæ, Curiæque Romanæ emendandæ invigilarent; hocque intuitu Papam, ad cogendum Concilium, ſolicitarent, Rex inſuper, per Legatos, ad aſſentiendum Concilio, Proteſtantes hortaretur &c. Vid. *Franciſcus de Belleforeſt*, *en ſes Annales de France*, lib. 6, cap. 62; *Arnoldus Ferronus*, *Hiſt. Gall.* in vita *Franciſci I*; *Chytræus*, lib. 16 *Saxon.* pag. 408; *Paulus Sarpi*, lib. 2 *Hiſt. Concil. Trident.* ad h. a. pag. 177; *De Serres*, *Inventaire Generale de l'Hiſtoire, de France*, in vita *Franciſci I*, p. 474; *Thuanus* lib. 1 *Hiſt.* pag. 31; *Onuphrius*, in vita *Pauli III*, pag. 374 &c. *Browerus* l. c. §. 37, p. 370; *Spondanus*, l. c. §. 12, p. 483 & 484; *Bucholzerus*, l. c. *Bæclerus* l. c. p. 72.

An. eod. In caſtris *Venloenſibus*, in gratiam recipit, hactenus rebellem *Juliacenſium* & *Clivenſium* Ducem, *Wilhelmum*, renunciantem juribus in *Geldriam*, nec non fœderibus cum Gallis Danisque ictis. Vid. *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 385.

An. 1545, Per Commiſſarios, cohabitat Conventui Imperii *Wormatiæ*, in quibus *Colloquium* placuit, diſſidentes Inter Religiones, *Ratisbonæ* habendum: Pacem Religionis inviolabiliter ſervandam: auxilia contra Turcas mittenda &c. Vid. *R. J. Wormat.* h. a. Conf. Præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 20, p. 275; *Sleidanus*, lib. 16 Comment. pag. 459; *Sarpi* l. c. ad h. a. pag. 181 &c. *Chytræus* l. c. ad h. a. pag. 409; *Thuanus* lib. 2 *Hiſtor.* pag. 38; *Palatius* l. c. pag. 141; *Hortenſius*, lib. 1, de *Bello Germanico*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. Germ.* pag. 451; *Browerus* l. c. ad h. a. §. 42, pag. 371; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 4, pag. 487; *Seckendorf*, lib. 3 *Lutheran.* pag. 543 &c. *Bæclerus*, l. c. ad h. a. pag. 73, & 325.

An. 1546, *Ratisbonæ* Comitia convocat; pleriſque vero Statuum Imperii non comparentibus, omnibusque inſuper ad vim ſpectantibus, nihil ibi actum; dilata cuncta. Vid. R. J. Ratisbon. h. a. *Sleidanus* lib. 17 Comment. p. 503 &c. *Mameranus* l. c. ad an. 1545, p. 606; *Hortlederus* Tom. 2 *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 3 cap. 1, pag. 224 &c. & cap. 2, pag. 241 &c. *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Fürſten*, in vita *Caroli V*, p. 172 & 173; *Chytræus* lib. 16 *Saxon.* h. a. pag. 413 &c. *Paulus Sarpi* l. c. ad h. a. pag. 245 & 304 &c. *Thuanus* lib. 2 *Hiſtor.* p. m. 39 &c. *Browerus*, l. c. ad h. a. §. 49, pag. 373; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 16, pag. 498; *Seckendorf*, l. c. lib. 3, Sect. 37, pag. 658 ad 664; *Bæclerus*. l. c. ad h. a. p. 75 & 326.

An. eod. Cœpit inter Cæſarem, jam *Paulo III* fœdere junctum, fœderisque Smalcaldici ſocios, Germaniæ Principes, bellum, *Johanne Friderico*, Electore Saxonum, & *Philippo* Magnanimo, Haſſiæ Landgravio, 20 Julii, ſolenni formula proſcriptis, viciſſimque, cum reliquis ſociis, 11 Aug. Imperatori bellum denunciantibus. Ad hiſtoriam hujus belli in primis faciunt: *Ludovicus ab Avila*, in Commentariis ſuis, à *Guilielmo Malinæo*, Antwerpiæ, an. 1550, Latino ſermone donatis; *Mameranus* l. c. *Sleidanus*, lib. 17, pag. 512 &c. & lib. 18, pag. 539 &c. *Hortenſius* l. c. lib. 2, pag. 458 &c. lib. 3, 4, 5 & reliq. *Spangenberg*, cap. 378 *Chron. Mansfeld.* pag. 448 &c. *Chytræus*, lib. 16 *Saxon.* h. a. pag. 413 & 414; *Thuanus*, lib. 2 *Hiſtor.* h. a. pag. 43 &c. *Hortlederus*, Tom. 2 *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 3, Cap. 11, pag. 179 &c. cap. 12, pag. 286 &c. cap. 13, pag. 300 &c. cap. 14, pag. 304 &c. cap. 16, pag. 312 &c. ubi banni formula; cap. 19, pag. 324, ubi Principum Apologia; cap. 20, pag. 375 &c. quod exercitum Cæſaris depingit; cap. 24, pag. 410 &c. quo rationes Principum ſtricti in Cæſarem gladii exponuntur, una cum delineatione fœderati exercitus; cap. 28, pag. 430, ubi Principum provocatio; cap. 29 & 30, pag. 451 &c. quæ reſponſionem fœderatorum, ad Banni libellum, complectuntur &c. add. Capita reliqua, ad quinquageſimum quintum usque, pag. 458 ad 523; *Paulus Sarpi* l. c. ad h. a. pag. 305 & 313 &c. *Bucholzerus* l. c. ad h. a. pag. 564; *Zenocarus* lib. 3 Vitæ *Caroli V*; *Browerus* l. c. §. 50, pag. 373; *Pantaleon* l. c. *Spondanus* l. c. §. 17 & 18, p. 498; *Bæclerus* l. c. p. 75; *Palatius* l. c. pag. 143.

An. 1547, 3 Januar. Quibus voluit conditionibus, *Ulricum*, Ducem *Wirtenbergicum*, cujus Ducatus plurima loca *Albanus* jam occupaverat, in gratiam recepit. Capita conventa recenſent *Sleidanus* lib. 18, pag.

562,

Digitized by Google

562; *Hortenſius* l. c. lib. 5, pag. 489 & 490; & *Hortlederus* l. c. lib. 3, cap. 56, pag. 523 &c. Conf. *Thuanus*, lib. 4 *Hiſtor.* h. a. pag. 91 &c. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 8, pag. 503; *Pontus Heuterus*, lib. 12 *Auſtr.* c. 11; *Bæclerus* l. c. ad h. a. p. 77.

An. eod. 24 April. apud *Mülbergam*, in *Lochavienſi* campo, Proteſtantes ad internecionem cædit, ipſumque Saxonum Electorem, *Johannem Fridericum*, ducit captivum, quem 7 Maji capitis damnat, ſententia licet executioni non tradita; quandoquidem apud Cæſarem deſuper intercedentibus, *Mauritio*, captivi agnato, declaratoque Electoratus hærede, *Joachimo* Electore Brandenburgico, aliisque Principibus bene multis, remiſſa mortis pœna, in Caſtris Wittebergenſibus, 19 Maji, in has conditiones cum Eo conventum eſt: (1) renunciet, tam ſuo, quam liberorum, nomine, dignitati Septemvirali; (2) jus ſit Cæſari, pro arbitratu ſuo, de ea ſtatuere; (3) *Witteberga & Gotha*, Imperatori tradantur; (4) *Albertus* Brandenburgicus, & *Chriſtophorus*, Leuchtenbergæ Landgravius, ab Electore, *Erneſtus* Brunſuicenſis contrà à Cæſare, ſine multa dimittantur; (5) omni fœderi, adverſus Cæſarem, Regemque Romanorum, inito, valedicat, nec ullum deinceps faciat, quo non ipſi, cum ſuis Provinciis, & ſociis, comprehendantur &c. Vid. *Hortlederus* Tom. 2 *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 3, cap. 71, pag. 581 & 582; *Thuanus* lib. 4 *Hiſtor.* h. a. pag. 106; *Lambertus Hortenſius* l. c. lib. 7, pag. 500 & 501; *Pantaleon* part. 3, *der Teutſchen Helden*, in vita *Joh. Friderici* Elect. pag. 277 &c. Votum *Electoris Saxoniæ*, an. 1623, in Comitiis Ratisbonenſibus, in Cauſa proſcripti Palatini, expoſitum, apud *Lundorpium*, Tom. 2 *Act. Publ.* lib. 6, cap. 180, p. 701, in fin. *Spondanus*, l. c. ad h. a. §. 9, pag. 504. Conf. de ferali hac clade Auctores præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 22, pag. 277, adducti. Sponſoribus etiam laudatis *Mauritio*, declarato Saxoniæ, & *Joachimo* Brandenburgico, Electoribus, ſupplicem admittit, *Halla Saxonum*, 9 Junii, *Philippum* Landgravium, veniam factorum efflagitantem, ex condicto liberum rurſus dimittendum, qui vero, ſubmiſſione facta, ad cœnam ab *Albano* Duce invitatus, in fraudem datæ fidei, cuſtodibus Hiſpanis committitur, *Werdam* Danubii ductus. Vid. ſupra l. c.

An. eod. armata celebrat *Auguſta* Comitia, Proteſtantes, ad ſalutanda Tridentinorum dogmata, compulturus, in ſpeciem an. 1548, introducta, ſub vocabulo INTERIM, Religionis formula ad Concilii finem usque ſervanda. Vid. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 23, pag. 278. Conf. *Sleidanus*, lib. 19, pag. 588 &c. *Chytraus* lib. 16, p. 422; *Pontus Heuterus*, lib. 12 *Auſtr.* cap. 15 & 16; *Thuanus*, l. c. pag. 116 &c. & lib. 5, p. 124 &c. *Paulus Sarpi*, lib. 3 *Hiſt. Trident.* p. 464 &c. *Hortenſius* l. c. pag. 503 &c. *Mameranus*, de *præcipuis geſtis Caroli V*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. Germ.* pag. 606 & 607; *Onuphrius*, in vita *Pauli III*, pag. 377; *Joh. Antonius Viperanus*, in Oratione Ejus Funebri, apud *Freberum* T. 3 *Rer. Germ.* p. 520 & 521; *Browerus* lib. 21 *Annal. Trevir.* h. a. §. 54, pag. 374; *Bucholzerus Ind. Chron.* h. a. pag. 570; & ad an. 1548, pag. 572; *Spondanus* l. c. §. 12, & 13, pag. 505, & ad an. 1548, §. 1 &c. p. 513; *Palatius*, T. 4, de *Geſtis Pontificum*, in vita *Pauli III*, pag. 144; *Bæclerus* l. c. ad h. a. p. 79 & ad an. 1548, p. 81 & 82.

An. eod. Inter Eum, & *Paulum III* P. R. circa *dominium directum* in Ducatus *Parmæ* atque *Placentiæ*, graves oriuntur lites. Occiſo ſiquidem à conjuratis, 10 Sept. *Petro Aloyſio Farneſio*, dicti Pontificis, è *Ruffinia* pellice, nato ſpurio, annoque 1545, de dictis Ducatibus, inſcio Imperatore, à Patre inveſtito, *Mediolani* Gubernator, *Ferdinandus Gonzaga Placentiam* occupavit, quod (1) *Parma & Placentia* ſemper feuda fuerint Mediolanenſia; (2) Pontifex nullum jus transferendi has Civitates in filium habuerit, licet *Camerinum* Marchionatum, permutationis titulo, inde conſecutus; Cæſare inſcio, qui vel propterea nunquam induci potuit, ad confirmandam permutationem iſtam, *Petro Aloyſio* inveſtituram deſuper, toties eam efflagitanti, ſemper denegans; (3) dictus Princeps *Johannis Aloyſii Fliſci*, *Genuam* Gallis prodituri, conſpirationis fuerit particeps &c. Quarum turbarum, mœrorisque Pontificis prætenſa cauſa, vel ipſum Concilium, à Pontifice jam *Tridento Bononiam* translatum, ceſſavit. Vid. *Thuanus* lib. 16 *Saxon.* h. a. pag. 425 &c. *Onuphrius* in vita *Pauli III*, p. m. 377; *Paulus Sarpi*, l. c. pag. 465 &c. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 6, p. 503; *Palatius* l. c. pag. 377; *Bæclerus* l. c. pag. 80; Dn. *Gotfrid Ruhlman*, *andere Fortſetzung Ihrer Kayſerl. Majeſt. Rechts auf Parma und Placentz*, de an. 1709, poſit. 4, §. 3, p. 34.

An. 1548, durantibus adhuc Comitiis *Auguſtanis*, ſuperiori anno inchoatis, die 24 Febr. inveſtit Cæſar, ſolennibus cerimoniis, *Mauritium*, de Electoratu Saxoniæ; de qua Inveſtitura vid. ſpeciale ſcriptum *Mamerani*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. German.* pag. 508 &c. Conf. *Kurzer Bericht*, *welcher Geſtalt Kayſer Carl der V. Hertzog Moritzen zu Sachſen, mit dem Ertz-Marſchallampt, und der Chur Sachſen, &c. im Jahr* 1548, *den* 24. *Febr. auf dem Reichstag zu Augſpurg, offentlich unter dem Himmel, belehnet hat*, apud *Hortlederum*, T. 2, lib. 3, cap. 85, pag. 926 &c. *Sleidanus*, lib. 20, Comment. *Lundorpius* T. 2 *Act. Publ.* lib. 6, cap. 180, pag. 702; *Simon Stenius*, in vita *Mauritii* El. Sax. apud *Freberum*, Tom. 3 *Rer. Germ.* p. 454; *Fabricius*, lib. 9 *Originum Saxon.* ad h. a. p. 101; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 15, p. 518; *Bucholzerus Ind. Chronol.* h. a. pag. 572. *Pantaleon* part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita *Auguſti*, El. Sax. p. 439. Ibidem promulgatur INTERIM, teſte, inter Receſſus Imperii, *der R. Kayſerl. Maj. Erkla-*

rung, wie es der Religion halben, im H. Reich, biß zu Austrag des Gemeinen Concilii, gehalten werden ſoll, publicirt auf dem Reichstag zu Augſpurg, den 15 *Maji* 1548; Pax Religionis ibidem reſtaurata; vid. *R. Kayſerl. Maj. und des H. Reichs Landfried auf dem Reichstag zu Augſpurg*, de an. 1548; add. *Reformation guter Policey zu Augſpurg*, ad an. 1548.

An. 1549, *Philippum* filium, ex Hiſpania evocat in Belgium, in Ejus fidem Ditiones Inferioris Germaniæ adacturus. Vid. *Browerus*, lib. 21 *Annal. Trevir.* h. a. §. 66, p. 377; *Bucholzerus* h. a. p. 575; *Thuanus* lib. 6 *Hiſtor.* h. a. p. 151 &c.

An. eod. 12 Dec. inveſtit Bruxellis laudatum filium, *Philippum*, de Ducatu *Mediolanenſi*, Comitatibus *Ticini* atque *Angleriæ*, regulis Primogenituræ juris ubique obſervandis. Extat diploma, apud *Antonium Fabrum*, Tom. V *der Europ. Staats-Cantzley*, cap. 18, §. 12, pag. 818 &c. Conf. *Thuan.* lib. XIII, ad an. 1554, p. 381, qui eo anno ceſſionem demum factam docet.

An. 1550, Comitia *Auguſtana* celebrat, in ſequentem usque extenſa; in quibus actum de Controverſiis Religionis in Concilio Oecumenico terminandis; obſervanda INTERIM Religionis formula, anno 1548 promulgata; ſervanda Pace Publica; executione adverſus *Magdeburgenſes*, ob ſpretum maximè *Religionis Interimiſtica* evulgatum à Cæſare decretum, nonnullisque de cauſis aliis, ſuperiori anno proſcriptos, ſuſcipienda; nævis Imperialis Cameræ corrigendis; Re monetaria; coërcendis Anabaptiſtis; auxiliis contra Turcas mittendis &c. Vid. R. J. Auguſtanus de an. 1551; Conf. *Sleidanus* lib. 22 *Comment.* p. 682; *Thuanus* lib. 6 *Hiſtor.* h. a. pag. 174 &c. *Chytræus* lib. 17 *Saxon.* h. a. p. 435; *Fabricius* lib. 9 *Orig. Saxon.* h. a. p. 102; *Browerus* l. c. ad h. a. §. 70, pag. 378; *Paulus Sarpi* l. c. ad h. a. p. 511, & 523 &c. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 5, pag. 529; *Bœclerus*, *Hiſt. Seculi XVI*, h. a. pag. 85, 327 &c.

An. eod. per *Mauritium*, El. Saxon. *Magdeburgum*, 4 Oct. obſideri curat, obſidione vero, civium virtute, in Novembris diem ſeptimum usque 1551 protracta, quo, ad pacem & veniam ſolutâ multâ pecuniariâ, acceptoque ad tempus præſidio, aliisque ſub conditionibus, Urbs recepta fuit. Vid. *Sebaſtianus Beſſelmeierus*, in *Deſcriptione Obſidionis Magdeburgi, an. 1550 & 1551 à Cæſarianis facta*, apud *Schardium*, T. 2 *Rer. German.* pag. 518 &c. & *Hortlederum*, T. 2, *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 4, cap. 18, pag. 1194 &c. Idem *Hortlederus*, l. c. lib. 4, cap. 1 ad 17, pag. 1028, ad 1194; *Chytræus* lib. 17 *Saxon.* pag. 438 &c. *Thuanus*, lib. 8 *Hiſtor.* ad an. 1551, pag. 217 &c. *Sleidanus* lib. 24, p. 753; *Pontus Heuterus*, lib. 13 *Auſtr.* c. 12 & 13; *Spangenberg, Chron. Mansfeld.* cap. 385, p. 458 &c. cap. 387, pag. 460 ad 466; *Camerarius*, de *Rebus geſtis ab an.* 1550, *ad an.* 1561, apud *Freherum* T. 3 *Rer. German.* pag. 460 &c. *Fabricius* lib. 9 *Orig. Saxon.* p. 102 &c. *Browerus* l. c. ad h. a. §. 73, p. 378; *Bucholzerus* h. a. pag. 578; *Paulus Sarpi* l. c. ad an. 1548, pag. 504; *Spondanus* l. c. ad an. 1550, §. 6, p. 529; *Matthiæ Theatr. Hiſtor.* in *Vita Caroli V*, p. 1051; *Bœclerus* l. c. ad an. 1550, p. 85.

An. eod. 10 Sept. per *Andream Doriam*, Claſſis ſuæ Imperatorem, & *Ferdinandum Gonzagam*, Siciliæ Pro-Regem, expugnat *Africam*, vel *Aphrodiſium*, Africæ Urbem, Mauris *Mahadian* dictam, quam celebris pirata Turcicus, *Dragutes Raiſus*, an. 1549, 30 Januar. ſub jugum rapuerat; captamque funditus evertit. Vid. *Leunclavius*, *Annal. Turcic.* ad h. a. *Joh. Chriſtophorus Calvetus Stella*, Comment. *de Aphrodiſio expugnato*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. German.* pag. 370 &c. *Haræus* p. 660; *Thuanus* lib. 7 *Hiſtor.* h. a. pag. 198 &c. *Sleidanus* lib. 22, pag. 683; *Natalis Comes*, lib. 4 *Hiſtoriæ ſui temporis*, pag. 78 &c. *Joh. Anton. Viperanus*, in Oratione Ejus funebri, apud *Freherum*, T. 3 *Rer. Germ.* pag. 523; *Bucholzerus* l. c. *Spondanus* l. c. §. 9, p. 529 &c. *Jacobus Boſius*, part. 3 *Hiſtoriæ Militiæ S. Johannis Hieroſolymitanæ*, lib. 13 & 14; *Bœclerus* l. c.

An. 1551, 7 Nov. per *Mauritium*, El. Sax. in ordinem redigit *Magdeburgum*, per tredecim menſes obſidione cinctum. Vid. Auctores ad an. 1550 modò producti.

An. eod. Orditur bellum *Parmenſe*, quod *Octavius Farneſius*, Parmæ Dux, in clientelam Gallorum ſe receperit. Vid. *Thuanus* lib. 8 *Hiſtor.* h. a. pag. 220 &c. *Sleidanus*, lib. 20, p. 704 &c. & lib. 22, pag. 716 &c. *Natalis Comes* l. c. pag. 79; *Haræus*, p. 661; *Onuphrius*, in Vita *Julii III* p. 380 &c. *Belleforeſt*, lib. 6 *Annal. Franc.* cap. 71; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 2, 3, & 4, p. 531 &c.

An. 1552, Ipſe, & Imperium, jacturam patiuntur Oppidorum *Metis*, *Tulli* & *Veroduni*, mandato *Henrici* 2, Galliarum Regis, *Mauricioque* Elect. Saxon. & aliis Proteſtantibus, 1 Febr. fœdere juncti, ab *Annæo Mommorantio* Comeſtabili, menſe Aprili, Lotharingiam, armata manu, ingreſſo, interceptorum, nec amplius priſtino Domino reſtitutorum; Tentavit quidem recuperare Cæſar ablata, *Metim*, hanc in rem, 22 Octob. acri obſidio cingens, re vero infecta, ab aſpera hyeme, ingruente 2 Januar. 1553, inde abire compulſus. Vid. *Hortlederus*, T. 2 *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 5, cap. 16, p. 1328 &c. *Thuanus*, lib. 9, p. m. 269, lib. 10, pag. 276 &c. & lib. 11. pag. 308 &c. ubi tituli Juris Regii in *Mediomatricum*; & p. 319; *Sleidanus* lib. 24 Comment. p. 765 &c. cujus verba *Schardius* quoque Tomo 2 *Rer. German.* pag. 543 &c. inſeruit; *Haræus*, pag. 765 &c. *Natalis Comes* l. c. lib. 6, pag. 127, & 129 ad 133; *Pontus Heuterus*, lib. 13 *Auſtr.* c. 16 & 17; *Chytræus* lib. 17 *Saxon.* h. a. pag. 458, 461 & 462; *Onuphrius* in vita *Julii III*, p. 384; *Spangenbergius Chron. Mansfeld.* cap. 388, p. 467, occupationem Metenſem factam putans 10 Martii; *Bu-*

chol-

cholzerus Ind. Chronol. h. a. pag. 584, rectius eam vindicans 10 April. *Camerarius*, de *præcipuis rebus*, *quæ acciderunt ab an.* 1550, *usque ad* 1561, apud *Freherum* T. 3 *Rer. German.* pag. 465; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita *Caroli V*, p. 175; *Browerus*, lib. 21 *Annal. Trevir*, h. a. §. 75, p. 379; *De Serres, Inventaire general de l'Hiſtoire de France* in vita *Henrici* 2, pag. 494 &c. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 8, pag. 541; & §. 12, pag. 542 & 543; *Belcarins*, Comment. *rerum Gall.* lib. 26; *Bodinus* lib. 5 de *Republica*, cap. 6, p. 912 & 913; *Morery, Dictionaire*, voc. *Mets*, pag. 507; *Petavius*, part. 1 *Rationarii Temporis*, lib. 9, pag. 632; *Lanſius*, Orat. *pro Gallia* p. m. 197; Dn. *Heineccius, Antiq. Goslar.* lib. 6, ad an. 1552, pag. 500; *Bœclerus*, *Hiſtor. Seculi XVI*, an. eod. p. 89; *Limnæus* Tom. 1 Addit. ad lib. 7 Jur. Publ. c. 32, p. 255; *Zeilerus, Itiner. German.* cap. 10, pag. 236; & part. 3 *Topograph. Galliæ*, p. 19 & 20; *Conringius, de Finibus Imperii*, lib. 2, cap. 26, §. 24 &c. pag. 412 &c. Scripta publica, huc ſpectantia, ſiſtit *Hortlederus*, T. 2, *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 5, cap. 3, pag. 1290, ubi literæ *Henrici* R. Gall. ad Ordines Imperii, in quibus ſe nominat *Vindicem Libertatis Germaniæ*, & *Principum Captivorum* &c. nec non cap. 4 & 5, pag. 1294 &c. Add. R. J. *Auguſtanus*, vulgò *Neben-Abſchied zu Augſpurg*, de an. 1559, §. 1, *Als wir auch.*

An. eod. Hoſtes experitur *Mauritium*, Electorem Saxoniæ, Ejusque fœderatos, ad propugnandam Evangelii doctrinam, obviam eundum Tridentinorum Patrum Decretis, liberandumque cuſtodia *Philippum* Landgravium, arripientes arma; qua occaſione etiam, (1) 19 Maji, *Johannes Fridericus*, Saxonum Elector, captivus, Oeniponti, in horto arcis, ab Imperatore, libertati eſt redditus, quamvis liberationis diploma, quo ablata cuncta, Electoratu duntaxat, nonnullisque Præfecturis, propriè eo non pertinentibus, exceptis, Ei reſtituta ſunt, 27 Aug. demum Auguſtæ Vindelicorum, obtinuerit, Aurea Bulla munitum, manuque Cæſaris propria ſubſcriptum; Vid. Dn. *Müller*, *Annal. Saxon.* ad h. a. ſub diebus 19 Maji, p. 115, & 27 Aug. p. 117, & Auctores præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 24, pag. 279, adducti; (2) Concluſa 2 Aug. ſaluberrima Pax *Paſſavienſis*; de qua ſupra l. c (3) Diſſipatum Concilium Tridentinum; (4) Expiravit INTERIM; (5) *Philippus* Landgravius 4 Sept. libertatem recuperavit. Vid. *Bucholzerus* h. a. pag. 583; reliqui l. c nominati.

An. 1553, Auxilio eſt *Wigando*, Epiſcopo Bambergenſi, variis Edictis, contra *Albertum*, Marchionem B ndenburgicum, bellum Ei, ut & *Melchiori*, Herbipolitano & Norimbergenſibus, inſerentem, emiſſis, quæ apud *Hortlederum*, T. 2, *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 6, cap. 1 & ſeqq. p. 1333 &c. habentur. Quibus de cauſis, ipſe *Ferdinandus*, Romanorum Rex, & *Mauritius*, Saxonum Elector, arma Marchioni oppoſuerint, exponitur ibidem, lib. 6, cap. 6, p. 1403 &c. Acerrimum fuit prælium 9. Julii, apud *Siversbuſam*, inter *Burgdorſium* & *Peinam*, haud procul ſylva *Hemec*, & fluvio *Fuſa*, in agro Luneburgico, commiſſum, quo, ex parte Electoris *Mauritii*, *Carolus Victor*, & *Philipput Magnus*, *Henrici Junioris*, Ducis Brunſuic. & Luneb. filii una cum *Philippo*, Beichlingenſi Comite, occubuerunt; ipſe Elector, in fugam conjiciendo ſaucium hoſtem, *Albertum* Marchionem, cum ad caſtra reverteretur, à tergo, à parricida quodam, globulo argenteo trajectus, biduo poſt, in tentorio, & *Fridericus*, *Erneſti* D. Brunſ. & Luneb. filius, accepto pariter lethali vulnere, *Zellas* translatus, vigeſimo die Julii, animas exhalarunt: In veteri quodam Chronico MS. legi: *Anno* 1553, *den 9 Julii*, *to 2 Slegen*, *ſchach de Slachting vor Borchtorp*, *tom Dorpe Siverſhuſen*, *dar wort geſchaten Franß van Meding*, *und in der Kareken to Siverſhuſen begraben*, *by dem bovet thom Altare*, *und bleven in der Slachting 4 Forſten: alß Hartzog Moritz Curforſt*, *Hartzog Karl*, *Hartzog Philip*, *Hartzog Frederich von Luneborch* &c. Conf. de hoc prælio Relationes genuinæ, apud *Hortlederum*, l. c. lib. 6, cap. 8, p. 1411 &c. *Johannis Pollicarii* Epiſtolæ ad amicos, ibidem, cap. 9, p. 1415 &c. Oratio funebris, in memoriam Electoris laudati, à *Johanne Pfeffingero*, Theol. D. 19 Jul. Lipſiæ habita, l. c. cap. 10, p. 1419 &c. *Thomas Wintzer*, in *Hiſtoria Pugnæ infelieis*, *inter Mauritium Electorem*, & *Albertum March. Brandenb.* de an. 1553, apud *Schardium* T. 2 *Rer. Germ.* pag. 560 &c. *Sleidanus*, lib. 24; *Thuanus*, lib. 11 *Hiſtor.* ad h. a. p. 326 & 327; *Chytraus*, lib. 18 *Saxon.* h. a. p. 466; *Büntingius*, part. 2 *Chron. Brunſuic.* p. m. 44; *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.* c. 389, p. 469; *Eckſtormius Chron. Walckenred.* pag. m. 229; *Simon Stenius*, in vita *Mauritii* Elect. apud *Freherum* T. 3 *Rer. German.* p. 457 &c. *Joachimus Camerarius*, de *Præcipuis Rebus*, *quæ acciderunt ab anno* 1550, *usque ad annum* 1561, ibid. pag. 465 ad 472; Ejusdem Oratio, in obitum dicti Principis, Lipſiæ declamata, apud *Schardium* l. c. pag. 569 &c. *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baron.* h. a. §. 1, p. 545 & 546; *Fabrieiut*, lib. 8 *Orig. Saxon.* p. 48 & 49, & lib. 9, pag. 109 & 110; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita *Johannis Friderici*, El. Sax. pag. 278; & in vita *Alberti March. Brandenb.* p. 366 & 367; nec non in vita *Auguſti*, *El. Sax.* p. 439; *Bucholzerus Ind. Chronol.* h. a. p. 587; *Bœclerus*, *Hiſt. Sec.* XVI, h. a. p. 90; Dn. *Müller*, *Annal. Sax.* h. a. p. 118 &c.

An. 1554, ratihabet Tranſactionem, inter *Auguſtum*, novum Electorem Saxoniæ, *Mauritii* fratrem, atque *Johannem Fridericum*, ante biennium cuſtodia liberatum Electorem, 24 Febr. mediante *Chriſtiano*, Danorum Rege, *Numburgi*, confectam, vi cujus (1) *Johannes Fridericus*, Elector, Ejusque tres filii, *Auguſto* Ejusque heredibus maſculis, legitimè natis, titulum, *S. R. I. Archimareſchalli* & *Electoris*, *ut* & Burg-

Burggravii Magdeburgici, comprobarunt, (2) *Auguſtus*, cum poſteris, præter Electoratum, Miſniam quoque, & Argenti-fodinas quiete teneret, quæ tamen omnia, Eo, Ejusque poſteris, extinctis, in priorem lineam reverterentur, (3) Viciſſim, tam in obſignandis literis, quam procudenda moneta, *Johannes Fridericus*, ad vitæ dies, titulo *Electoris nati* (*gebohrner Churfürſt*) uteretur, (4) Eidem reddantur Oppidum & Præfectura *Altenburg*, cum Præfecturis *Sachſenburg*, *Herbisleben* & *Eiſenberg*, nec non ſumma centum millium florenorum, ad reluendas Præfecturas *Kœnigsberg* & *Alſtedt*, (5) Placuit, commune Archivum aſſervari Wittebergæ &c. Subſcripſerunt, manu propria: *Ferdinandus* Romanorum, & *Chriſtianus* Daniæ, Reges; *Auguſtus* & *Johannes Fridericus*, Electores Saxoniæ; *Johannes Fridericus*, Medius, *Johannes Wilhelmus* & *Johannes Fridericus* Junior, *Johannis Friderici*, Electoris Saxoniæ, filii; *Joachimus*, Elect. Brandenb. *Wilhelmus*, Dux Juliacenſis; *Philippus*, Dux Pomeraniæ, & *Philippus*, Haſſiæ Landgravius, præter utriusque Partis Miniſtros, & Ordinum Provincialium Ablegatos. Vid. *Sleidanus*, lib. 25, Comment. *Thuanus*, lib. 13 *Hiſt.* h. a. pag. 369 & 370; *Chytræus*, lib. 18 *Saxon.* h. a. p. 477; Dn. *Muller* l. c. ad h. a. p. 122 & 123. Hocque ultimum pii Principis, *Johannis Friderici*, opus fuit, qui 3 Mart. ad Superos migrans, ab Eccleſia tali epitaphio dignus eſt habitus:

Johannes Fridericus, D. G. Electus Martyr Jeſu Chriſti: Dux Afflictorum, Princeps Confeſſorum fidei, Comes Veritatis, Signifer S. Crucis; Exemplum Patientiæ & Conſtantiæ; Hæres Vitæ æternæ: Obdormiſcens in Chriſto, migravit ex hac miſerrima vita, in cœleſtem Patriam, Vinariæ, Menſe Martio, die tertio, Anno M. D. LIV; Vid. *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.* c. 390, pag. 470; *Fabricius*, l. c. lib. 8, p. 49, qui, loco: *Exemplum*, legit *Anteſignanus*; in fine addens: *Ætatis* 51.

An. 1555, Comitia *Auguſtana*, per fratrem, *Ferdinandum*, Romanorum Regem, convocari curat, in quibus *Pax Religioſa Paſſavienſis*, anni 1552, confirmatur. Vid. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a. verſ. 24, pag. 279.

An. eod. 25 Oct. ſub dato *Bruxellis*, plenariè cedit *Philippo* filio, poſtea Hiſpaniarum Regi, Provinciis Belgicis & Burgundicis; ſalvo tamen directo Imperatoris & Imperii dominio; Diploma legitur apud *Goldaſtum* T. 1 *Conſt. Imp.* p. 575; nec non *Schardium* T. 2 *Rer. Germ.* p. 640 & 641, ex Hiſtoria *Wilhelmi Godelevæi*, de *Abdicatione*, *ſeu Renunciatione Imperii & Regnorum*, *à Carolo V Imp. facta*; quæ lectu digniſſima. Conf. *Thuanus*, lib. 16 *Hiſtor.* ad h. a. pag. 467; *Zenocarus*, in vita *Caroli V*, lib. 5; *Pantaleon* part. 3 *der Teutſchen Helden*, in vita Caroli V, p. 177; *Chytræus*, lib. 18 *Saxon.* ad h. a. p. 481; *Joachimus Camerarius*, de *præcipuis geſtis rebus*, ab *anno* 1550 *ad* 1561, apud *Freherum*, T. 3 *Rer. German.* ad an. 1555, p. 484; *Münſterus* lib. 3 *Coſmographiæ* cap. 19 in vita *Caroli V*, p. 444; *Guilielmus Paradinus*, de *Motibus Galliæ* an. 1558, apud *Schardium*, T. 3 *Rer. Germ.* p. 9 & 10; *Joh. Antonius Viperanus*, in Oratione Ejus funebri, apud *Freherum*, T. 3 *Rer. Germ.* p. 526.

An. eod. Menſe poſt interjecto, imperator propoſito inſiſtens, Philippum filium, in Curia itidem Bruxellana, coram Vicariis Rectoribusque Provinciarum, reliquiis bonorum atque hæreditatis cumulate ditavit, & transmarinis Regnis honoravit, puta: Hiſpania, Sicilia, Sardinia, Balearibus Inſulis, America & Novi Orbis Dominatu, denique donatione Regionum omnium, quæ ſibi vel fidem dediſſent, vel tributum contuliſſent, reſervata ſibi, cum ad locum deſtinatum perveniſſet, duntaxat penſione mille centum coronatorum, ad quotidianas neceſſitates, qua cum ſe, tum comitatum ſuſtentaret. Antequam autem Terras hæreditarias Philippo tradidiſſet, ad Ferdinandum Fratrem, tunc in Oppido Oeniponte agentem, Legatos miſerat, qui Eum, non ſolum de hoc inſtituto, ſed & abdicando Imperio, certiorem redderent, &, ad vacantis ejus moderationem ſuſcipiendam, cohortarentur, ſimulque rogarent, ut filium Principum Germanicorum Civitatumque Ordinibus conciliet, commendetque &c. ſunt verba laudati *Wilhelmi Godelevæi* l. c. pag. 645. Conf. *Thuanus* lib. 16 *Hiſtor.* ad h. a. pag. 468; *Natalis Comes* lib. 9 *Hiſt. ſui temporis*, p. 198; *Strada*, de *Bello Belgico*, Dec. 1, lib. 1; *Zenocarus*, l. c. *Browerus* lib. 21 *Annal. Trevir.* An. 1556 §. 95 & 97, p. 384 & 385; *Chytræus* l. c. *Münſterus* l. c. *Paradinus* l. c. pag. 10; *Viperanus* l. c. *Boeclerus*, *Hiſt. Sec. XVI*, h. a. pag. 95, & 366.

An. 1556, In Hiſpaniam navigaturus, plenam Imperii adminiſtrationem transfert in Fratrem, *Ferdinandum*, Romanorum Regem; Præſidem & Aſſeſſores Imperialis Cameræ, literis ſub dato *Gandavi*, 27 Aug. omnesque Imperii Ordines, ſub dato *Sudburgi*, in Selandia, 7 Sept. ſubjectionis, obedientiæ & fidelitatis, abhinc Ei præſtandarum, admonens. De voluntate hac abdicandi ſe Imperio, ſpeciali Legatione, cui *Wilhelmus*, Auriacus Princeps, *Georgius Sigismundus Seldus*, Vice-Cancellarius Imperii, & *Wolfgangus Hallerus*, Ipſi à ſecretis, præerant, Electores reddidit certiores; illa licet non niſi ſecuto biennio mandata expedierit. Vid. *Godelevæus*, l. c. pag. 647; Prædictarum literarum formulas exhibet idem l. c. pag. 645 ad 647, &, ex eo, *Goldaſtus* l. c. pag. 576 & 577. Conf. *Thuanus*, lib. 17, h. a. pag. 473; *Chytræus*, lib. 18 *Saxon.* h. a. pag. 481 & 485; *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baron.* h. a. §. 3, pag. 563; *Browerus* l. c. §. 97, pag. 385; *Paradinus* l. c. *Viperanus* loc. cit. *Paulus Sarpi* lib. 5 *Hiſtor. Concilii Tridentini*, ad an. 1558, pag. m. 701.

An. eod. Juxta Cameracum, in Coenobio, cui *Vaucellis* nomen, procurat quinquennales inducias, inter filium, *Philippum*, Regemque Galliarum, *Henri-*

Digitized by Google

cum 2. Vid. *Thuanus* l. c. *Browerus* l. c. *Camerarius* l. c. ad h. a. p. 485; *Haræus*, p. 684; *Bæclerus* l. c. ad h. a. p. 97, *Spondanus*, l. c. §. 1, p. 562.

An. eod. reſtituit Genero ſuo, *Octavio Farneſio*, Parmæ Duci, *Placentiam* & *Novaram*, additis legibus, quas *Thuanus* l. c. p. 475. explicat.

An. eod. 17 Sept. ante Occaſum Solis, non expectato Legatorum, quos ad *Ferdinandum* fratrem direxerat, reſponſo, navim, *Sudburgi Selandorum*, ingreditur, & una cum ſororibus, *Eleonora* Galliæ, & *Maria* Hungariæ, olim Reginis, in Hiſpaniam navigans, ad *Laredum*, Cantabriæ portum, appulſa navi, terram pede tangit, eamque proſtratus oſculatur, *ſalve*, inquiens, *mihi optatiſſima Mater*, *nudus ex utero Matris meæ exivi*, *nudus ad te*, *tanquam ad alteram Matrem*, *redeo*, *tibique*, *quod unum poſſum*, *pro tam multis in me meritis*, *corpuſculum hoc*, & *oſſa*, *dedo* & *dedico*. Vid. *Wilhelmus Godelevæus*, l. c. pag. 647; *Thuanus* lib. 17, ad h. a. p. 499; *Zenocarus* l. c. *Browerus* l. c. *Pantaleon* l. c. *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.* c. 393, p. 475; *Bucholzerus* l. c. ad h. a. p. 595; *Camerarius* l. c. p. 487; *Münſterus* l. c. p. 445; *Spondanus* l. c. §. 4, pag. 563. Sumpta pauliſper quiete, ſolenni cerimonia, Regna Hiſpaniarum in Filium tansfert, miſſis ad ſingulas Urbes, ubi publicum aliquod Conſilium eſt, hanc in rem, duobus Fecialibus, Regum ſignis & ornamentis inſignitis, quorum alter, in ſuggeſtu ſtans, exclamavit: *Quod fauſtum*, *fortunatumque ſit Hiſpaniæ univerſæ*, *ac aliis Provinciis*, *Imperator Carolus V*, *Hiſpaniarum Rex legitimo jure factus*, *ſponte lubentique animo omni ſe poteſtate abdicat*, *Regemque eſſe jubet*, *ac hæredem ſuum inſtituit Philippum*, *filium*, *ita*, *ut in Illum omnia jura regnandi poſſidendique*, *atque in alios transferendi*, *translata ſint*; *more*, *legeque veteri*, & *eo jure translata*, *ut quæ optimo jure transferri ſolent privata omnia* & *publica*; hisque dictis, alteri ſceptrum tradidit; & diſceſſit. Vid. *Godelevæus* l. c. pag. 648. Quibus confectis, Monaſterium *D. Juſti*, Hieronymiani ſodalitii, in *Extremadura*, octavo à *Placentia* Civitate lapide, juxta *Scaradillam* municipium, ingreſſus, reliquum vitæ tempus ibi tranſegit. Vid. *Thuanus*, l. c. *Godelevæus* l. c. *Petrus Bizarus*, lib. 23 *Hiſtor. Genuenſ. Fritſchius* de *Reſignationibus*, cap. 2, pag. 13.

An. 1558; Oratores Ejus, *Wilhelmus*, Auraicus Princeps, *Georgius Sigismundus Seldus*, Vice-Cancellarius Imperialis, & *Wolfgangus Hallerus*, Auguſto à Secretis, 24 Febr. *Francofurtum* ingrediuntur; &, ex mandato, coram *Ferdinando* Rege, Imperiique Electoribus, Imperii dignitatem ejurant, ac in laudatum Regem jus omne, & auctoritatem, transferunt, petentes, cuncta ab Auguſtiſſimo Electorali Collegio haberi rata & confirmari, quod etiam factum, teſte proœmio Capitulationis *Ferdinandinæ*, 14 Martii, 1558, Francofurti præſcriptæ & ſubſcriptæ, apud *Goldaſtum*, part. 5 *der Reichs-Handel*, §. 1, pag. 162 &c. *Carpzovium*, *in appendice ad Legem Regiam Germanorum*, p. 376, &c. & *Limnæum*, de *Capitulationibus*, pag. 412 &c. inde huc ſpectant: *Nunmehr ſich zugetragen*, *daß die Rœm. Kayſerl. Maj. Unſer lieber Bruder und Herr*, *aus hochbeweglichen Urſachen*, *fürnemblich aber*, *von wegen Ihrer Ld. und Kayſ. Maj. obliegenden Alters*, *immerwærenden Leibs-Schwachheit*, *und augenſcheinlicher Unvermœgligkeit*, *ſich*, *in Ihres geliebten Sohns*, *der Kœnigl. Würde zu Hiſpanien und Engelland*, *Hiſpaniſche Kœnigreiche begeben*; *deren Ld. auch*, *aus erzehlten Urſachen*, *alle weltliche Regierung*, *anderer Ihrer Ld. und Kayſ. Maj. Erb-Kœnigreich*, *Fürſtenthumb und Landen*, *gæntzlichen*, *vœlliglichen*, *und allerding frey übergeben und zugeſtellet*; *auch darneben zu endlicher Reſignation und Abtrettung des H. R. Reichs Kayſerthumb*, *Ihr. Ld. und Kayſ. Maj. Bottſchaffe - - - zu uns*, *auch den Ehrwürdigen und Hochgebohrnen*: *Danieln*, *zu Meintz Ertz-Biſchoffe*; *Johanſen zu Trier*; *Anthonien zu Cœlln - - - - Otto Heinrichen*, *Pfaltzgraffen bey Rhein - - - - Auguſten*, *Hertzogen zu Sachſen - - - - Joachimen*, *Marggraffen zu Brandenburg - - - - Unſern lieben Neven*, *Oheimen und Churfürſten*, *mit Credentz*, *Inſtruction*, *vollkommenlichen Gewalt und Befehl*, *abgefertiget*, *obangeregt Rœmiſch Keyſerthumb*, *wie Ihr*, *Ld. und Kayſ. Maj. daſſelbe*, *biß dahero getragen*, *nicht allein an Recht*, *Macht und Gewalt*, *das H. Reich zu regieren*, *verwalten und adminiſtriren*, *ſondern auch den Titul*, *Nahmen und Würde des Keyſerthumbs*, *mit ſampt dem Scepter und Cron*, *gæntzlichen*, *vollkommenlichen*, *ewig*, *und unwiederrufflich*, *mit Vorwiſſen*, *Bewilligung*, *und in Beywesen derſelben Unſerer Churfürſten*, *Uns auffzutragen und zu reſigniren*: *auch*, *zu dieſem Effect*, *Sie*, *die Churfurſten*, *und dann andere Unſere und des H. Reichs Fürſten und Stande*, *aller und jeder ihrer Eydt und Verwandnüß*, *damit Sie Ihrer Ld. und Kayſerl. Maj. als Rœmiſcen Kayſer zugethan*, *und verbunden geweſen*, *gæntzlich zu erlaſſen*, *und ledig zu zehlen*, *und ſie damit an Uns zu weiſen*. *Welche Bottſchafft dann bey uns*, *und gedachten Unſern lieben Neven*, *Oheimen und Churfürſten*, *alhier zu Franckfurt erſchienen*; *wir auch*, *auf ihr gethane Werbung und Aufftrag*, *zufœrderſt aber obgedachter Unſerer Churfürſten Ld. Genehmhaltung*, *und derowegen Uns frey*, *mündlichen*, *und unterthæniglich mitgetheilten Rath*, *Gutbedüncken*, *Conſens und Bewilligung*, *Uns*, *als zuvorn erwehlter und gekrœnter Rœmiſcher Kœnig*, *ſolche des Keyſerthumbs adminiſtration und Regierung beladen* &c. Conf. R. I. Auguſtanus, an. 1559, Proœm. *Wir Ferdinand - - - - thun kund allermanniglichen*; *als Weyland milder und hochlœblicher Gedæchtnüß*, *Keyſer Carl der V*, *unſer nechſter Vorfahr*, *Bruder und Herr*, *aus mercklichen*, *groſen*, *tapffern und trefflichen Urſachen*, *ſonderlichen aber*, *von wegen Ihrer Ld. und Keyſ. Maj. obliegenden Alters*, *und immerwehrenden Schwachheit*, *über alles Unſer freundliches und brüderliches Ver-*

mahnen

Digitized by Google

mahnen, und Bitt, die Adminiſtration und Verwaltung des Ræmiſchen Reichs, ferner nit behalten, ſondern, nechſt verſchienen Acht und Funffzigſten Jahres, in Unſer und des H. Reichs Stadt Franckfurt am Mayn, durch Ihre anſehnliche Bottſchafft, in gemeiner perſœhnlicher Verſamblung der Ehrwürdigen und Hochgebohrnen Unſerer lieben Neven, Oheimen, und des H. Reichs Churfürſten, Uns, als hievor erwehlten, beſtätigten und gekrœnten Ræmiſchen Kœnig, auch Ihrer Ld. und Keyſ. Maj. im Fall der Erledigung des Keyſerthumbs, unzweiffenlichen rechtem Succeſſori, und erwehlten Ræmiſchen Keyſer, mit Vorwiſſen jetztgedachter des H. Reichs Churfürſten, verlaſſen, reſigniret, und übergeben, wie auch ſolche Ceſſion und Ubergab, mit Ihrer Ld. Rath, Bewilligung, und auf derſelbigen Bitte, angenommen &c. Add. *Commiſſorium faciendæ Abdicationis*, in Hiſtoria *Wilhelmi Godelevæi*, de *Abdicatione Caroli V*, apud *Schardium* T.2. *Rer. Germ.* p.651, & *Zenocarus*, lib.5, de *Vita & Geſtis Caroli V*; quorum verba ſeq. Tit. XI, §.1, lit. a, exhibebo. Adeoque opus, quod an. 1556 cœpit, præſenti, ad finem perduxit. Add. *Wilhelmus Godelevæus* l. c. ad an. 1558, pag. 650 &c. *Camerarius* l. c. ad an. 1557, p. 491 & 492, & ad an. 1558, p. 494; *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.* cap. 395, p. 477; *Thuanus*, lib. 21, p. 581; *Browerus*, lib. 21 *Annal. Trevir.* ad an. 1558, §. 100, p. 386; *Surius*, *Contin. Naucleri*, ad h. a. *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* an. eod. p. 600? *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni, in Quarta Monarchia*, p. 276. *Paulus Sarpi*, lib. 5 *Hiſt. Concilii Trident.* ad h. a. p. 701 & 702; *Spondanus*, T. 2 *Contin. Annal. Baron.* h. a. §. 8, p. 574 & 575. Num id facere Jure potuerit? legatur Reſponſum *Sigismundi Seldi*, Vice-Cancellarii *Ferdinandi I* Imp. apud *Goldaſtum*, part. 5 *der Reichshændel*, pag. 187, & Ill. *Obrechti* Diſſ. de *Abdicatione Caroli V*, quæ Diſſertationum Ejus Academicarum *Undecima* eſt, p. 232 &c.

v. (5) Obiit tandem Glorioſiſſimus Imperator, in Coenobio *D. Juſti*, *Extremaduræ* Provinciæ, ex acuta febri, ad lentam tabem accedente, 21 Septemb. S. *Matthæo* Apoſtolo ſacra die, an. 1558, ætatis quinquageſimo Octavo, menſe ſeptimo minus diebus tribus, ultima pronuncians verba: *In manus Tuas, Domine, commendo Spiritum meum*; ſumptaque denuo Euchariſtia: *In me manes, dulciſſime Servator, ut ego in Te maneam.* Vid. *Chytræus* lib. 19 *Saxon.* ad h. a. p. 501 & 502; *Thuanus*, lib. 21 *Hiſtor.* h. a. p. 578; *Cenocarus*, in poſtremo anno vitæ Ejus; *Joachimus Camerarius*, de *præcipuis rebus geſtis* ab anno 1550, ad 1561, apud *Freherum* T. 3 *Rer. Germ.* ad an. 1558, p. 496, addens, non niſi Octo aureorum millia, pecuniæ numeratæ, Eum reliquiſſe, in pauperes adhuc diſtribuenda. *Johannes Antonius Viperanus*, in Oratione Ejus funebri, apud *Freherum* l. c. pag. 527; *Onuphrius*, in vita *Pauli VI*, p. m. 405; *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.* c. 395, p. 478; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 177; *Browerus* l. c. §. 102, p. 386 perperam tamen Cæſarem 6 Sept. ſtationem vitæ reliquiſſe, docens; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 601; *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baronnii*, h. a. §. 9, p. 575; *Henningeſius* l. c. *Morery*, voc. *Charles V*, Empereur, p. m. 123; *Joh. Jacobus Beck*, *im Lutherthumb vor Luthero*, p. m. 22; Dn. D. *Fecht*, Diſſ. contra *Arnoldum* p. m. 10; alii multi. Statim ab Ejus obitu, *Conſtantinum Pontium*, qui ei à confeſſionibus ſacris fuit, ulnisque exſpirantem excepit, propter ſuſpicionem Religionis Evangelicæ, in carcerem fuiſſe protruſum, ibique, anno 1559, defunctum ac juſſu *Philippi* Regis, 24 Sept. in effigie, flammis injectum, teſtatur *Paulus Sarpi* lib. 5 *Hiſt. Concil. Tridentini*, h. a. p. 715 & 716. Epitaphium, quod filia, *Johanna*, Parenti optimo, in arce *Eſcurial* poſuit, recitat *Guicciardinus*, *Deſcript. Belgii* p. 323:

D. O. M. S.

Divo Carolo V Imperatori, Cæſari, Auguſto, Maximo, Indico, Turcico, Africano, Germanico, Hiſpaniæ, Siciliæ & Indiarum Regi, P. P. (Principi Potentiſſimo) *& Invictiſſimo, Sacri Imperii Liberatori, Fundatori quietis, Chriſtianæ Religionis acerrimo propugnatori, Juſtitia, animi magnitudine, prudentia, Religione, Clementia, patientia, aliisque inſignibus virtutibus longe ornatiſſimo. Qui, poſt ingentes ubique Terrarum partas victorias, & clariſſimos de Gallo, Turca, Afris, Germanis, actos Triumphos, tam multis Indiæ Provinciis & Inſulis, etiam priſcis incognitis, per Legatos, magno Reipublicæ Chriſtianæ ornamento, inventis atque luſtratis. Denique, poſt feliciter adminiſtratam, & prudenter conſtitutam Rempublicam, Philippo filio, tot Ampliſſimis Hiſpaniæ Regnis, Flandria, & aliis Provinciis, inaugurato, Religione ductus, ex Flandria in Hiſpaniam trajecit, ſeque in Juſtum Hieronymiani Ordinis Coenobium, ædibus illic, juſſu Ejus, conſtructis, recepit, ubi reliquum vitæ, quod vix biennium fuit, tranquilliſſime egit, & ſanctiſſimè obiit, XI Cal. Octob. M. D. LVIII. Joanna, Luſitaniæ Princeps, Hiſpaniarum Gubernatrix, Patri Optimo & Maximo poſuit. Vixit An. 58, Menſ. 6, dies 27; Imperavit an. 40; regnavit an. 43.*

(42) FERDINANDUS I.

v. (1) Natus eſt hic Princeps, anno 1503, 10. Mart. *Compluti*, in Hiſpania, *Philippo*, Caſtiliæ Rege, & *Johanna*, Hiſpaniarum hærede; Parentibus; Vid. *Chytræus*, lib. 5 *Saxon.* ad h. a. pag. 131; *Sigismundus von Bircken*, lib. 6, *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 21, p. m. 1395; *Johannes Sambucus*, in Oratione, in obitum Ejus habita, in *Appendice Rerum Hungaricarum Bonfinii*, p. m. 569, licet ſolus 10 Maji, ponat; Dn. *Hübner*, *Tabb. Geneal.* 126. *Henningeſius*

contra

contra, part. I *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 277; *Bucholzerus, Ind. Chronol.* h. a. p. 462; *Matthiæ, Theatr. Hiſt.* in Ejus vita, pag. 1082, *Morery*, voc. *Ferdinandi I, Empereur*, p. 505, aliique multi, E. um *Modinæ*, ſeu *Medinæ*, in Hiſpania, natum arbitrantur. Annumque diemque comprobant: *Pantaleon*, part. 3, *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, p. m. 358, quamvis Matrem Ejus perperam *Portugalliæ* Reginam conſtituat; *Bucelinus*, part. 3 *Geneal. German.* p. 28; *Rittershuſius*, *Tab. Geneal, Regum Hiſpaniæ*; Dn. *Im Hoff*, Tab. Geneal. Imperat. *Bœclerus*, *Hiſtor. Sec. XVI*, h. a. p. 4. Alii.

v. (2) Nuptias celebravit an. 1521, cum *Anna*, filia *Uladislai*, & *Ludovici*, fratris hærede in prælio ad *Mohazium* an. 1526, pereuntis, Hungariæ & Bohemiæ Regum; an. 1547, 27 Januar. in puerperio defuncta, & *Pragæ* ſepulta. Vid. *Sigismundi à Saraw* Oratio, in Ejus memoriam, *Græciæ* habita, an. 1574, 31 Maji, apud *Chytræum* lib. 31 *Sax.* ad an. 1564, p. 543 &c. qua nuptiæ ad 26 Maji referuntur; Conf. *Sigismundus von Bircken* l. c. *Henningius* l. c. *Paraleipomenon Urſpergenſis*, h. a. p. 348; *Stephanus Broderich*, de *Clade Mohaczienſi* an. 1526, apud *Schardium*, T. 2 *Rer. Germ.* p. 218; *Bucelinus* l. c. *Matthiæ* l. c. *Bucholzerus* l. c. ad an. 1521, p. 499; *Pantaleon* l. c. p. 359; *Rittershuſius* l. c. *Franciſcus Haræus*, Annal. ad h. a. *Pontus Heuterus*, lib. 8 *Auſtr.* cap. 11; *Lundorpius*, T. 1 *Act. Publ.* lib. 4, c. 124, pag. 777; *Bœclerus* l. c. ad h. a. pag. 30. Dnn. *Im Hoff* l. c. *Hübner* l. c. Pacta dotalia, an. 1515, 22 Julii, *Viennæ* confecta, ſiſtit *Johannes Sambucus*, in *Appendice Rerum Hungaricarum Bonfinii*, p. 539 &c. Conf. *Cuſpinianus*.

v. (3) Numeroſa Ei fuit proles. Nomina hæc ſunt:

(1) *Eliſabetha*, nat. 1526, 9. Julii, nupta an. 1543, 21 April. *Sigismundo Auguſto*, R. Poloniæ; defuncta an. 1545, 15 Junii.

(2) *Maximilianus* 2, Imperator, de quo ſuo loco.

(3) *Anna*, nat. 1528, 7 Junii, nupta an. 1546, 4 Jul. *Alberto V*, Duci Bavariæ, mortua an. 1587, 18 Octob.

(4) *Ferdinandus* 2 Tyrolenſis, nat. 1529, 14 Januar. in uxorem ducens (1) an. 1550, *Philippinam*, filiam *Franciſci Welſeri*, Baronis de Zinnenberg, Patricii Auguſtani, has res relinquentem an. 1580, 24 April. (2) An. 1582, menſe Majo, *Annam Catharinam*, *Wilhelmi*, Mantuæ Ducis, filiam. Defunctus an. 1595, 24 Januar. ſeptem liberorum Pater.

(5) *Maria*, nat. 1530, 15 Maji, nupta an. 1545, 18 Jul. *Wilhelmo*, Duci Juliacenſi, extincta an. 1584.

(6) *Magdalena*, nat. 1532, 14 Aug. Religioſam Hallæ vitam ducens.

(7) *Catharina*, nat. 1533, 25 Sept. nupta (1) An. 1549, menſ. Mart. *Franciſco*, Duci Mantuano, an. 1550 mortuo, (2) An. 1553, 5 Jul. *Sigismundo Auguſto*, affini, Poloniarum Regi. Ad plures abiens an. 1572, 28 Febr.

(8) *Eleonora*, nat. 1534, 2 Nov. nupta an. 1561, *Wilhelmo* Duci Mantuano; animam exhalans an. 1594, 5 Aug.

(9) *Margaretha*, Monialis, nat. 1536, 16 Febr. decedens an. 1566, 21 Mart.

(10) *Johannes*, nat. 1538, 10 April. ſepulchra Patrum ingreſſus, an. 1539, 20 Mart.

(11) *Barbara*, nat. 1539, 30 April. nupta an. 1565, *Alfonſo* 2, Duci Ferrariæ; exuvias mortales deponens, an. 1572, Menſ. Sept.

(12) *Carolus* 2 in Styria, nat. 1540, 3 Junii; thorum conſcendens an. 1570, 26 Aug. cum *Maria*, fil. *Alberti V*, Ducis Bavariæ; adeoque ex ſorore, *Anna*, nepte; finemque vitæ faciens an. 1590, 1 Jul. quindecim liberorum genitor.

(13) *Urſula*, nat. an. 1541, 24 Julii; animam edens, an. 1543, 30 April.

(14) *Helena*, nat. 1543, 7 Januar. ſpiritum emittens an. 1574, 4 Mart. Veſtalis Hallenſis.

(15) *Johanna*, nat. 1547, 24 Januar. Uxor facta an. 1565, menſ. Nov. *Franciſci*, Magni Ducis Hetruriæ; debitum naturæ ſolvens, an. 1578.

Vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. p. 1395 & 1397. *Thuanus*, lib. 35 *Hiſt.* an. 1564, pag. 223; *Henningeſius* l. c. *Pantaleon* l. c. pag. 361; *Bucelinus* l. c. *Rittershuſius* l. c. *Matthiæ* l. c. *Morery* l. c. Dn. *Hübner* l. c.

v. (4) *Thuano*, lib. 35 *Hiſtor.* ad an. 1564, p. 222, audit: *Princeps prudentia, juſtitia, liberalitate, manſuetudine, aſſiduitate, & vigilantia, nulli ſecundus, in quo pietatis, & pacis in domo Dei conſtituendæ, præcipuum ſtudium fuerit &c.* Conf. *Bucholzerus Ind. Chron.* eod. an. p. 620; *Schardius* T. 3 *Rer. Germ.* an. eod. p. 172 & reliqui, qui de Ejus obitu ſcripſerunt; inprimis huc facit Oratio *Sigismundi à Saraw*, an. 1574, 31 Maji, in Ejus memoriam, Stiriorum Græciæ, habita, apud *Chytræum*, lib. 21 *Saxon.* ad an. 1564, p. 543 &c. Tanti Principis vitæ curriculum tale fuit.

An. 1519, Familiam erciſcundo cum fratre, nanciſcitur Terras Auſtriacas. Vid. *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 358. *Sigismundus à Saraw*, in dicta Oratione l. c. p. 546.

An. 1527, 24 Febr. inauguratur, Pragæ, Rex Bohemiæ. Vid. *Johannes Sambucus*, in Oratione in obitum Ejus habita l. c. p. 569; *Mutius* lib. 31 *Chron.* ad h. a. p. 318; *Chytræus* lib. 12 *Saxon.* h. a. p. 303 & 307; *Münſterus* lib. 3 *Coſmograph.* c. 19, in Ejus vita, p. m. 445; *Pantaleon* l. c. p. 359; *Bucholzerus, Ind. Chronol.* h. a. p. 522, *Matthiæ* l. c. p. 1083.

An. eod. 28 Octob. profligato *Johanne* de *Zapolia*, Tranſylvaniæ Regulo, Diadema Ungaricum ambiente, coronatur *Albæ Græcæ*, Rex Hungariæ. Vid. *Henningeſius* l. c. *Bucholzerus* l. c. & *Pantaleon* l. c. *Münſterus* l. c. coronationem celebratam docet, menſe Novembri;

vembri; *Chytræus* l. c. pag. 306, eandem factam putat 13 Nov. & quidem Budæ; *Matthiæ* l. c. idem probatur locus.

An. 1530, ſolennibus in Comitiis *Auguſtanis* inveſtitur à fratre, *Carolo V*, Imperatore, de Ducatu Würtembergico. Vid. *Sigismundus à Saraw*, l. c. pag. 549. Conf. *Hortlederus* Tom. 1 *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 3, c. 11, p. m. 874.

An. 1531, 5 Januarii, procurante fratre *Carolo* Imperatore, ut Imperialis dignitas in Familia Auſtriaca firmaretur, eligitur, *Coloniæ*, Romanorum Rex, & ſequenti die undecimo, coronatur *Aquisgrani*, (non *Francofurti*, ut *Mylerus ad Rumelinum* in A. B. part. 3 Diſſert. 6, §. 5, lit. b. pag. 883; *Limnæus Jur. Publ.* lib. 2, c. 4, §. 8, p. 53; *Carpzobius* ad L. R. Germ. c. 3. Sect. 3, §. 17, p. 59, & *Scharſchmidius* ad *Schützium*, Vol. I, Exercit. 2, §. 20, lit. D. F. pag. 125, arbitrantur.) ab *Hermanno*, Archi-Epiſcopo Colonienſi. Vid. *Spangenberg*, *Chron Mansfeld.* cap. 366, p. 432; *Sigismundus von Bircken* l. c. *Bucholzerus* l. c. ad h. a. pag. 534; *Browerus*, lib. 20 *Annal. Trevir.* h. a. §. 146, pag. 318; *Spondanus* Tom. 2 *Contin. Annal. Baron*, h. a. §. 1, pag. 406; *Matthiæ* l. c. p. 1083; *Henningeſius* l. c. p. 277, *Morery* voc. *Ferdinand I Empereur*, p. m. 505; In primis moneta argentea, tunc cuſa, cujus alterum latus *Ferdinandum I* coronatum exhibet cum epigraphe: *Ferdinan. Hung. & Bo. Rex. Arc. D. Auſ.* & alterum, verba: *Coronatur in Rom. Regem Aquisgrani, XI Jan. An.* 1531. Vid. *Thulemar. Octob.* c. 25, §. 4, p. 481. Factum comprobantibus *Mutio* lib. 31 *Chron.* p. 319; *Thuano* lib. 1 *Hiſtor.* p. 15; *Chytræo* lib. 13 *Saxon.* pag. 332; *Johanne Sambuco* l. c. *Paraleipomenis Urſpergenſis* p. 364, licet ibi electio perperam 11 Januar. contigiſſe dicatur; *Pantaleone* l. c. in Vita *Caroli V*, p. 169, & in vita *Ferdinandi*, p. 359; *Münſtero* l. c. p. 446; *Bæclero Hiſt. Sec. XVI* h. a. pag. 319 & 320. Aliis. *Saxonum* Electorem, *Johannem*, nec non *Wilhelmum & Ludovicum* fratres, Duces Bavariæ, & *Henricum*, *Brunſuic. & Luneburg.* *Philippum*, *Haſſiæ* Landgravium, Principes. *Anhaltinos Wolfgangum & Georgium*, aliosque Proteſtantes, ob cauſas, ex ſchedis *Brückianis*, apud *Goldaſtum*, part. 2 *der Politiſchen Reichs-Handel*, §. 2, p. 137, &c. §. 3, p. 140 &c. elucentes, Electionem hanc improbaſſe, nec prius habuiſſe ratam, quam an. 1544, *Spirenſibus* in Comitiis, licet jam an. 1532, in *Suinfurtenſi* Conventu, & an. 1534, *Cadanæ*, in Bohemia, ceu præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 11, pag. 270, jam monui, litis compoſitio ſerio fuerit tentata, teſtantur *Sleidanus* lib. 7 Comment. p. 204 ad 207, & lib. 8, p. 222; *Hortlederus*, Tom. 1 *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 3, c. 13, p. 887, §. 3, in notis & lib. 4, c. 9, §. 17, p. 1140; *Thuanus*, lib. 1 *Hiſtor.* p. m. 23; *Chytræus*, lib. 13, *Sax.* h. a. p. 332; *Pantaleon*, in vita *Ferdinandi*, p. 359; *Spondanus* l. c. *Spangenberg.* l. c. *Seckendorfius*, *Hiſt. Luther.* lib. 3, Sect. 1, p. 4, & ſect. 4, pag. 19 ad 21, ubi acta quædam Conventus *Suinfurtenſis*, (de quibus etiam legas *Goldaſtum*, l. c. §. 4, pag. 142 &c. & §. 5, p. 146;) *Matthiæ* l. c. *Boeclerus* l. c. *Stranchius*, Diſſert. Exoter. X, de *Ejectione & reſtitutione Ducis Wirtenbergici*, *t.* 10, p. 271 & 272; *Carpzovius* de L. R. G. c. XI, Sect. 3, §. 13 &c. p. 279 & 280; *Limnæus*, ad Proœmium *Capitulationis Ferdinandi*, p. m. 424 &c. ad 440, ſingulari ſtudio controverſiam hanc diſcutiens, ut & lib. 2 I. P. c. 15, §. 15, p. 162; & §. 31, 32 & 33, p. 165 &c. *Schwederus*, part. ſpec. Sect. 1, c. 3, §. 4, p. 266 &c.

An. 1534, *Ferdinando* in belli contra Turcas gerendi apparatibus in Pannonia occupato, & fœdere Suevico exoleſcente, *Ulricus*, Dux Würtenbergicus, extorris, opera *Philippi*, Haſſiæ Landgravii, qui, pro ſumma 120000 coronatorum, qua conſcribendis militibus opus erat, in Galliam profectus, *Francisco* Regi, *Montis Belicardi* Comitatum pignora, ea lege, oppoſuit, ut in Ejus patrimonium tranſiret, niſi triennii ſpatio relueretur; proſpera, ad *Lauſenam*, 15 Maji, commiſſa pugna, profligato *Philippo Bellicoſo*, *Ludovici Pacifici*, Electoris Palatini, ex fratre *Ruperto*, nepote, *Ferdinandique* copiarum Imperatore, avitum Ducatum recuperavit. Acta Publica ſuppeditat *Hortlederus* l. c. cap. 8 ad 12, p. 856 ad 872; Conf. *Helii Eobani Heſſi*, *Acclamatio gratulatoria*, *ad Philippum Landgravium*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. Germ.* p. 280 &c. *Nicolai Aſclepii Barbati* Oratio Marpurgi habita, de *expulſo & reſtituto Duce Würtembergenſi Ulrico*, ibid. p. 285 &c. *Mutius*, lib. 31 *Chron.* h. a. pag. 320; Auctor *Paraleipomenon Urſpergenſis*, an. eod. p. 366; *Chytræus* lib. 13 & 14 *Saxon.* h. a. pag. 347 ad 353; *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.* cap. 367, pag. 435; *Sleidanus* lib. 9 Comment. fol. 237 &c. *Surius Contin. Naucleri* ad h. a. *Martinus Bellajus*, lib. 4 *Comment. Rer. Gall.* fol. 142 ad 156; *Johannes Feslerus*, *Von Aufrichtung des Hertzogthumbs Würtenberg, wie auch deſſelben Einnehmung, und Wiedereinſetzung Hertzog Ulrichs*, apud *Hortlederum* l. c. Lib. 3, cap. 1, §. 76, p. 823 & 824; *Pantaleon*, l. c. in vita *Philippi* Landgravii, p. 295; nec non in vita *Chriſtophori Duc. Würtemberg*, pag. 402; *Paulus Sarpi* lib. 1 *Hiſt. Concil. Trident.* h. a. pag. 145; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. p. 542; *Thuanus* lib. 1 *Hiſtor.* pag. m. 24; *Franciſcus Guicciardinus*, lib. 20 *Hiſt. Ital.* pag. m. 737; *Mylerus* in Addit. ad *Rumelinum* in *Auream Bullam*, Part. 3 Diſſert. 5, §. 5, pag. 843; *Limnæus* Tom. 2 *Jur. Publ.* lib. 5, cap. 16, §. 4, pag. 371; *Stranchius*, l. c. §. 8, pag. 269 & 270; *Bæclerus*, *Hiſt. Sec. XVI* h. a. pag. 50; Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imp.* lib. 4, c. 6, §. 9, pag. m. 169; Dn. *Datt*, lib. 2 *Rer. Germ.* cap. 24, §. 55, pag. 434. Alii. Secuta eſt victoriam hanc Transactio *Cadanenſis*, qua Ducatus Würtenbergicus *ſubfeudum Auſtriacum* evaſit, ſalvis tamen Ducis Comitiorum juribus. Articulus 4 inde huc ſpectans, ſic ſonat: *So viel die Kriegung und Einnehmung des Fürſtenthumbs Wirtemberg belangt, iſt beredt und vertragen: Nachdem die Kœnigliche Majeſt. hievor, von der Kayſ.*

Majeſt.

Majeſt. mit dem Fürſtenthumb Wurtenberg, gnædiglich und Freundlich, belehnt ſeynd, daß die Ræm. Kayſ. Maj. (1) *den Titel, Hertzog von Würtemberg, behalte, und hinführo* (2) *bemeldt Fürſtenthumb Würtemberg deß Hauß Oeſtreiches Affter-Lehen ſeye, und* (3) *die Ræmiſche Kænigl. Maj. oder derſelbin Erben, Ertz-Hertzogen zu Oeſtreich, nach abgang Hertzog Ulrichs, verbunden ſeyn, angezeigt Fürſtenthumb ſeinin mannlichen ehelichen Leibs-Erben, zu Lehen zu verleihen, und die Hertzogen von Wurtenberg, ſo offt ſich der Fall begiebt, ſolches, von dem Hauß zu Oeſtreich, als zu Affter-Lehn, zu empfahen, ſchuldig ſeyn, doch* (4) *dem H. Reich ſein Oberkeit und Gerechtigkeit, auch dem von Wurtemberg ſein Standt und Stimm im Reich, wie Er ſolchs zuvor hat gehabt, an gemeltem Hertzogthum in allewege vorbehalten &c. daß auch* (5) *Hertzog Ulrich die Kænigl. Majeſt. für Ræmiſchen Kænig erkennen, ehren und halten, und ſich, wie andere Stande des Reichs, in ſolchem gehorſamlich erzeigen, und wieder Ihr Kænigl. Maj. mit niemand verbinden ſol, noch will* &c. &c. Vid. *Hortlederus* l. c. lib. 3, c. 13, §. 4. pag. 888; *Schilterus* de *Pace Religioſa* c. 2, p. 85 & 86; Conf. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a. v. 11, p. 270.

An. 1537, Nobile teſtimonium edit de veritate Religionis Evangelicæ, literis ad Lutherum ſcriptis, quas *Goldaſtus* T. 3 *Conſt. Imp.* pag. 561, Latine, & *Joq. Jacob. Beck im Lutherthumb vor Luthero*, pag. 164 &c. Germanice ſiſtit. *Gretſerus* vero *Falſimonia Goldaſtina*, pag. 130, livore allatrat Hildebrandino.

An. 1542, celebravit Comitia *Spiræ*, ut & *Norimbergæ*, rurſusque anno 1543, *Norimbergæ*: de quibus videndi Receſſus. Conf. præced. vita *Caroli V*, v. 4, ad hos annos.

An. 1544, In Comitiis *Spirenſibus*, agnoſcitur, à toto Imperio, Rex Romanorum legitimus. Vid. ad præced. an. 1531.

An. 1552, tranſigit, cum Proteſtantibus, *Paſſavii*; Vid. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a. v. 24, p. 279 &c.

An. 1555, In Comitiis *Auguſtanis*, confirmat Pacem Religioſam. Vid. l. c.

An. 1556, Comitia agit *Ratisbonæ*, in quibus actum: de tollendo ſchiſmate, mediante Colloquio pacifico, *Wormatiæ*, 24 Aug. 1557, Præſide Epiſcopo Spirenſi, habendo, auxiliis contra Turcas mittendis, ſervanda Pace publica, re monetaria &c. Vid. R. J. *Ratisbonenſis* de anno 1557; *Camerarius*, *de præcipuis rebus geſtis, ab an.* 1550 *ad* 1561, apud *Freherum* Tom. 3 *Rer. Germ.* p. 485 & 488; *Sleidanus*, in fine Libri 26; *Thuanus*, lib. 17 *Hiſt.* ad an. 1556, p. m. 493; & lib. 19, ad an. 1557, p. 526 &c. *Chytræus*, lib. 19 *Saxon.* an. 1557, p. 495 & 496; *Bæclerus Hiſt. Sec. XVI.* an. 1556, p. 98, & an. 15 7, p. 99, & 329.

An. eod. Ordinibus Auſtriæ, *Viennæ* congregatis, indulget communionem *ſub utraque*, improbans, à Tridentinis Patribus edita in contrarium decreta. Vid. *Thuanus*, lib. 17 *Hiſt.* h. a. pag. 493; *Chytræus*, l. c. pag. 493; *Paulus Sarpi*, lib. 5 *Hiſt. Concil. Trident.* p. 680; *Bæclerus* l. c. ad h. a. p. 98. Conf. de hac materia, *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum German.* lib. 7, cap. 10, §. 3 &c. p. 1042 & ſeqq. *Chriſtianus Dreyer* D. Theol. in Diſſ. de *Communione ſub una ſpecie*, Regiomonti an. 1688 habita, quæ, *inter Controverſias, cum Pontificiis*, trigeſimum quartum locum obtinet, p. m. 1090 &c. Add. ſeq. ann. 1562 & 1564.

An. 1557, Ejus ſub auſpiciis, Præſide *Julio Pflugio*, Epiſcopo Numburgenſi, habitum Colloquium, *Wormatiæ*, inter Proteſtantes, & Romano-Catholicos; Collocutoribus, ex altera parte: *Philippo Melanchthone*; *Erhardo Sneppio*, Lectore Jenenſi; *Johanne Brentio*, Stutgardienſi; *Jacobo Rungio*, Grypswaldenſi; *Georgio Cargio*, Onoldino, & *Johanne Piſtorio*, Niddano, Theologis; ex altera: *Michaële*, Epiſcopo Merspurgenſi; *Delphio*, Suffraganeo Argentoratenſi, *Caniſio*, *Staphylo*, & duobus Theologis Lovanienſibus. Orta vero inter ipſos Proteſtantes lite, de *Synergiſtis*, *Adiaphoriſtis*, *Majoriſtis*, & *Oſiandriſtis*, ante cauſam cognitam damnandis, quod *Melanchthoni*, cæteriſque Saxonum Electoris Theologis, impium viſum, Romano-Catholici noluere Colloquium proſequi; ſicque, re infecta, diſceſſum eſt, vix ſcriptis quibusdam, de Controverſiarum Judice, & Originis peccato, primis diebus, commutatis. Vid. R. J. *Ratisbon.* h. a. §. 12 &c. *Goldaſtus* part. 18 *der Reichs-Handel*, pag. 740 ad 744; *Chytræus*, lib. 19 *Saxon.* h. a. pag. 495 & 495; *Thuanus* lib. 19 *Hiſtor.* h. a. pag. 526; *Paulus Sarpi*, lib. 15, *Hiſt. Concilii Tridentini* h. a. p. 698 &c. *Bucholzerus* h. a. pag. 598 & 599; *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baron.* h. a. §. 15, p. 570.

An. eod. Comitia *Spiræ* celebrat, ad corrigendos Cameræ Imperialis nævos. Vid. R. J. Spirenſ. h. a. Conf. *Goldaſtus* Tom. 2 *Conſtit. Imper.* p. 366.

An. 1558, Declaratur, ab Electorali Collegio, *Francofurti*, Imperator, dignatate prius abdicante *Carolo V*, Ejus Germano. Vid. præced. vita *Caroli V*, v. 4 ad h. a. Cerimoniarum, quas *Wilhelmus Godelevæus*, in *Hiſtoria abdicationis Caroli V*, apud *Schardium*, T. 2 *Rer. German.* p. 651, latius deſcribit, memor *Thuanus*, lib. 21 *Hiſt.* pag. 581, ad h. a. inquit: *Acceptis Caroli mandatis*, (de abdicatione) *poſt deliberationem, eum, certis conditionibus, Septemviri Ejus voto annuiſſent, ſuperabat, ut, veteri more, ac ceremonia, inauguratio perageretur. Itaque erigitur in foro tabernaculum ligneum, ad quod per gradus aſcendebatur, ſtragulis ac tapetibus aureis & holoſericis inſtratum, quo Ferdinandus, die condicta, Imperialibus ornamentis amictus, magno ſtipatu venit, ſolioque præparato conſedit; ibi Septemviri poſtquam agminatim, concitato curſu, magna Equitum turba comitante, & prælatis, de more, vexillis, ter circum Imperatoriam ſellam equitarunt, magno clangore interea tubicinibus Ferdinandi & Septemvirorum concinentibus, ex equis deſiliunt, ordineque ſedentem Cæſarem adeunt, & in genua provoluti jurejurando fidem addicunt. Hoc*

Digitized by Google

facto, novus Cæſar ad Carolum fratrem ſcribit, gratiisque actis, Philippum ſibi & Imperii ordinibus percarum fore, ac eum commendatum, aque ut proprios filios, habiturum pollicetur. Mox & ad Cameræ Spirenſis Judices dat literas, &, quid actum ſit, denunciat, atque, ut in judiciali munere, vice & auctoritate ſua, fungantur, mandat, poteſtate facta, ut Caroli V ſigillo, quod habeant, utantur, donec novum transmittatur &c. addens, Eum poſtea *Viennam* reverſum, *Martinum Gusmannum*, Cubiculariorum Principem, ad *Paulum IV* P. R. miſiſſe, qui Eum, de *Caroli* abdicatione, & legitima ſua ſucceſſione, plenius edoceret, plenamque faceret fidem, ſe pari fidelitate Patronum, Tutorem, & Defenſorem Eccleſiæ futurum, ac Prædeceſſores; nihil inſuper prætermiſſurum, ut, primo quoque tempore, veteri ac recepto more, de coronatione ſua, honorificam Legationem, ad Romanam Aulam adornaret; moroſum vero ſenem, ob recentes cum Auſtriacis ſimultates; *Gusmanno* non audito, *Francofurti* acta nullius momenti declaraſſe, *Caroli*que abdicationem, & *Ferdinandi* ſurrogationem, pari cenſu habendas, utpote factas non interveniente Chriſti Vicarii auctoritate, & quidem concurrentibus Principibus hæretica pravitate infectis, qui omnem gratiam & poteſtatem, quibus, nondum à Romana Eccleſia ſejuncti, eſſent gaviſi, amiſerint, &, ob id, ut, ad purgandum, ſe judicio ſiſteret, *Ferdinando* opus eſſe pœnitentia, mittendumque ab Eo, plenis cum mandatis, Procuratorem, declarantem, Eum, abolitis *Francofurti* actis, rem omnem Pontificis arbitrio permiſſurum; quibus non adimpletis; nec *Carolo* Romæ Cæſaream dignitatem ejerante, cuncta eſſe irrita, nec *Gusmannum* publice iri auditum. Eadem docet poſt *Godelevæum* l. c. pag. 652 &c. *Chytræus*, lib. 19 *Saxon.* h. a. pag. 499, annectendo ab hac ſententia, dum vixerit, Papam dimoveri non potuiſſe, quod etiam *Paulus Sarpi*, lib. 5 *Hiſt. Concil. Trident.* h. a. pag. 702 & 703, *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baronii* an. eod. §. 8, pag. 575, *Palatius*, Tom. 4 *Geſtorum Pontificum Romanorum*, in vita *Pauli IV*, pag. 237, aliique multi, affirmant. Interpoſita ſic proteſtatione, *Gusmannum* Roma exiiſſe, omnes teſtantur. Acriter tamen inſulſum Pontificis poſtulatum perſtrinxit *Georgius Sigismundus Seldius*, Imperialis Aulæ Pro-Cancellarius, in Reſponſo ad Quæſtionem: ob *ein Rœmiſcher Kæyſer, der Sich des Reichs Würde, und Bürde, entladen will, nothwendig die Reſignation in der Päbſtlichen Heiligkeit Hand thun müſte?* apud *Goldaſtum*, part. 5 *der Reichs-Hændel*, §. 3, pag. 167 &c. Conf. *Lampadius*, de *Repub. Rom. German.* part. 3, cap. 2, §. 9, pag. 35 & 36; *Limnæus*, ad *Capitul. Ferdinandi I*, Procem. verb. *obangeregt Rœmiſch Kayſerthumb*, §. 20 & ſeqq. pag. 454 &c. *Rachelius*, de *Capitulatione Regni Germ.* cap. VII, §. 6, pag. 71; *Wolffius*, Tom. 2 *Rer. Memorabil.* pag. 814; *Obrechtus* diſſ. de *Abdicatione Caroli V, Imp.* cap. 3; *Bæclerus*, *Not. Imperii*, lib. 4, cap. 1, pag. 88; Ill. Dn. *Coccejus Jurispr. Publ.* cap. 8, §. 5, pag. 161. Dn. *Schweder Introd. J. P.* part. Spec. Sect. 1, cap. 32, §. 3, pag. 692.

An. 1559, In Comitiis *Auguſtanis*, cum Proteſtantes adduci non poſſent, ut Concilio, à Romano Pontifice, (nec ab Imperatore, ut poſtulabant,) & quidem extra Germaniam, indicto, aſſentirentur, *Pacificationem Paſſavienſem*, de an. 1552, ſecutamque confirmationem *Auguſtanam*, an. 1555, denuo confirmari curat. Vid. R. J. *Auguſtanus* de an. 1559; ibidem promulgatus eſt, *der Neben-Abſchied zu Augſpurg, wegen Metz, Tull, und Verdun &c.* & *Kayſers Ferdinandi neüe Müntz-Ordnung.* Conf. *Paulus Sarpi* l. c. pag. 706; *Chytræus*, lib. 20 *Saxon.* ad an. 1559, p. 518 &c. *Thuanus* lib. 22, *Hiſtor.* an. 1559, pag. 612; *Spondanus* l. c. an. eod. §. 13 & 14, pag. 582; *Belcarius* lib. 28 *Comment. Rer. Gallic. Schardius*, *Epitom. Rer. Geſtarum ſub Ferdinando I*, Tom. 3 *Rer. German.* pag. 134, ad h. a. *Camerarius*, *de præcipuis geſtis, ab an.* 1550 *ad* 1561, apud *Freberum* Tom. 3 *Rer. Germ.* h. a. pag. 499, 501 & 502, *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. p. 605; *Bæclerus*, *Hiſt. Sec.* 16, h. a. p. 102.

An. 1560, Ratam habet novus Pontifex, *Pius IV*, Imperatoriam dignitatem, à *Carolo* in Principem noſtrum translatam, convocatis hanc in rem tredecim Cardinalibus, quorum communi ſententia definitum eſt, non audito, ſuperiori anno, *Gusmanno* Oratore, *Ferdinandum* injuria affectum. Sponte, hac ratione, à prætenſionibus deſtitit Romana Curia, quas nunquam adimpletum iri, jure ſuſpicabatur. Jam majoris prudentiæ regulis conſentaneum eſt, donare, quod quis nec vendere, nec retinere queat. Vid. *Paulus Sarpi* l. c. ad an. 1559, p. 718 & 719; *Thuanus* l. c. lib. 21, ad an. 1558, pag. 582; *Goldaſtus*, part. 5 *der Reichs-Hændel*, pag. 201 & 202; *Wilhelmus Godelevæus*, in fine Hiſtoriæ *Abdicationis Caroli V*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. Germ.* p. 654; *Spondanus* l. c. ad an. 1558, §. 8, pag. 575; & an. 1560, §. 1, pag. 590 & 591; *Palatius*, l. c. in vita *Pii IV*, pag. 256. Patet hinc, reſponſionem *Ferdinandi*, ad Romani Antiſtitis poſtulata, apud *Goldaſtum*, l. c. pag. 166 & 167, eſſe fictam; licet verum ſit, Oratorem Ejus, *Scipionem*, Comitem *Arcoenſem*, Romam miſſum, cum literis, quas *Goldaſtus* T. 2 *Conſtit. Imper.* p. m. 372 & 373, ſuppeditat, tam ſummum dignitatis apicem *Pio* gratulaturum, quam acturum gratias, quod, paterno affectu, controverſiam à *Paulo IV*, contra jus & æquum, excitatam, prudenter terminaſſet, non ſolum reverentiam, ſed & obedientiam, Cæſareæ dignitatis præjudicio, Ei exhibuiſſe. Vid. *Sarpi* l. c. p. 721; *Palatius* l. c.

An. 1561, Oratores mittit ad Conventum Proteſtantium *Numburgenſem*, in quo *Pii IV*, Concilium *Tridentinum*, (contra Imperatoris, *novum*, *liberumque*, convocari poſtulantis, mentem) reſtaurantis Nuncii quoque auditi ſunt, definitumque, nullum ſe Concilium

lium recuſare, ubi (1) Verbum Dei pro judice ſit, (2) juramentum, ab Epiſcopis Pontifici præſtitum, remittatur, (3) Theologis ſuis ſerendi ſuffragii permittatur poteſtas, (4) Pontifex, non Judicis, ſed partis, perſonam induat. Aliud, nunquam ſe probaturos, Vid. *Paulus Sarpi* lib. 5 *Hiſt. Concil. Trident.* h. a. p. 756 &c. & lib. 7, ad an. 1562, pag. 1107 &c. *Chytræus* lib. 20 *Saxon.* pag. 523 &c. *Thuanus*, lib. 28 *Hiſtor.* ad h. a. pag. 42 &c. *Spondanus*, l. c. ad h. a. §. 1 &c. pag. 603 & 604; *Schardius* de *Rebus geſtis ſub Ferdinando*, ad h. a. Tom. 3 *Rer. Germ.* pag. 146 &c. *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 613; *Bœclerus*, *Hiſt. Sec. XVI* h. a. p. 108.

An. 1562, Eligi curat *Francofurti*, filium *Maximilianum*, in Romanorum Regem. Vid. ſeq. vita *Maximiliani*, v. 4 ad h. a.

An. eod. In reſtaurato Concilio Tridentino, Oratori Ejus, *Antonio* de *Muglitio*, Pragenſi Archi-Epiſcopo, ob priores honores, à Cardinali, *Madrutio*, Tridentino Præſule, lis movetur. Vid. *Spondanus* l. c. ad an. 1562, §. 17, p. 622. Quid, de *Reformatione Eccleſiæ*, in Capite & membris, ut & *Communione Corporis & ſanguinis Chriſti*, *ſub utraque*, *ſpecie*, ibidem per Oratores proponi curaverit, docet *Goldaſtus* T. 2 *Conſtit. Imper.* pag. 375 ad 378; *Paulus Sarpi* l. c. lib. 7, ad h. a. pag. 1109 &c. Conſ. præced. an. 1556.

An. 1563, *Guilielmum Grumbachium*, ob damna *Melchiori Zobelo*, Herbipolenſi Epiſcopo, in bello, *Alberti* Brandenburgici auſpiciis, anno 1552, ſuſcepto, illata, proſcriptum, bonisque ſpoliatum, nec hactenus, precibus Summorum Principum fruſtra intervenientibus, reſtitutum, occiſo, 15 April. an. 1558, in ipſa metropoli, à quindecim ſicariis, ab eo, ut ferebatur, hanc in rem conductis, dicto Epiſcopo, nuncque 2 Oct. armata manu *Herbipolim* in ſua verba adigentem, infracta, variis modis, Pace publica, denuo in Imperii bannum declarat. Vid. *Thuanus*, lib. 21 *Hiſt.* ad an. 1558, pag. 583, & lib. 34, ad an. 1563, pag. 217 &c. *Camerarius*, de *præcipuis rebus geſtis* ab an. 1550, ad 1561, apud *Freberum* T. 3 *Rer. Germ.* p. 495, ad an. 1558; *Schardius*, *Epitom. rerum geſtarum ſub Ferdinando I*, Tom. 3 *Rer. Germ.* ad an. 1558, pag. 124, & ad an. 1563, pag. 167 &c. *Chytræus* lib. 21 *Sax.* ad an. 1565, pag. 556; *Bœclerus*, *Hiſt. Sec. XVI*, ad an. 1558, pag. 101, & an. 1563, pag. 113; in primis *Deſcriptio Belli Gothani* an. 1567, ap. *Schardium* T. 4 *Rer. Germ.* p. 34 &c.

An. 1564, Comitia per Moguntinum Electorem convocari curat, *Wormatiam*, in firmamentum Pacis Publicæ. Vid. R. J. *Wormatienſ.* h. a. Conſ. *Schardius*, *Epitom. Rerum geſtarum*, *ſub Ferdinando*, l. c. ad hunc annum, pag. 170, & 171. *Thuanus*, lib. 35, h. a. p. 220 &c.

An. eod. Scriptis 14 Febr. ad *Pium IV*, P. R. literis, ſeriò conceſſionem ſacræ Cœnæ, *ſub utraque*, & Conjugium Sacerdotum urget. Legi poſſunt literæ apud *Goldaſtum* T. 2 *Conſtit. Imp.* p. 379 & 380; Conſ. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 3, pag. 661; *Sarpi*, lib. 6 *Concil. Trid.* pag. 913, 961 & 996. Bullam, quam, rationibus Ejus commotus, Pontifex, ad *Julium Pflugium*, Numburgenſem-Epiſcopum, *circa uſum Sacræ Cœnæ ſub utraque concedendum*, modo communicantes prius ſedulo doceantur, integrum Chriſtum, tam *ſub una*, quam *ſub utraque ſpecie*, contineri; 16 April. miſerit, exhibet *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. 7, cap. 10, §. 4, pag. 1043 ad 1046. Conſ. *Joh. Cyriacus L. B. de Polheim*, in oratione an. 1577, in laudem *Maximiliani* 2 Imp. dicta, ap. *Chytræum*, lib. 23 *Sax.* an. 1576, pag. 635 &c.

v. (5) Obiit tandem *Ferdinandus* Cæſar, Princeps mitis, affabilis, temperans & pacificus, elidendis autem Romanæ Curiæ conſiliis non ſatis firmus, an. 1564, die 25 Julii, *D. Jacobo* ſacra, *Viennæ*, tabe catarrhali conſumptus, ætat. 61 annor. menſ. 4, d. 14. Vid. *Thuanus*, lib. 35 *Hiſtor.* h. a. pag. 222 & 223, *Chytræus* lib. 21 *Saxon.* h. a. pag. 543, ubi ſimul Oratio *Sigismundi à Saraw*, an. 1574, 31 Maji, *Graciæ*, in Stiria, in Ejus habita memoriam, legi poteſt. *Johannes Cyriacus* L. B. in *Polheim*, l. c. pag. 633; *Heræus* Tom. 3 Annal, pag. 31; *Münſterus* lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 19, in Ejus vita, pag. 446, perperam licet obitum in diem 26 Julii referens; *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.* cap. 400, ad h. a. pag. 484; *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 361; *Browerus* lib. 21 *Annal. Trevir.* h. a. §. 137, pag. 397; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 620; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 29, p. 670; *Schardius*, *Epitom. rerum geſtarum Ferdinandi*, Tom. 3 *Rer. Germ.* p. 172; *Morery*, voc. *Ferdinand I*, *Empereur*, pag. 505; *Bœclerus*, *Hiſt. Sec. XVI*, h. a. pag. 113. *Johannes Sambucus* in *Appendice Rerum Hungaricarum Bonfinii*, p. 580, tale Ei poſuit Epitaphium:

Poſteritati Sacrum!

Imperatori Cæſari Divo Ferdinando, Filio Philippi Caſtellæ, fratri Caroli V, Nepoti Maximiliani I, Pronepoti Friderici III &c. Germanico, Pannonico, Boemico, Dalmatico, Croatico & Cæſari pientiſſimo, Auguſtiſſimo, fœliciſſimo, vigilantiſſimo, liberalitate, lenitate, Juſtitia, prudentia ſingulari, & optimo Principi, Tyrannorum maximo & infeſtiſſimo hoſti, pacis amantiſſimo, vita modeſtiſſimo, Conſiliis ſano, armis invictiſſimo, conſuetudine facili, Religione uſitata & univerſa, omnibus deſideratiſſimo. Qui, quum ſe, moleſtiſſimis ac perpetuis occupationibus, non modo non exolvere, ſed ne relaxare quidem unquam vellet, obſcura primum febri, ac varie arreptus, mox, per ſex menſes, ea palam vehementius, ac inteſtine, adurente, ut partes aliquamdiu ſolidas attentavit: pituita quoque tenui ſocia per fauces, acriter & tabide, pectus jam replente, ſanguinis etiam probitate, habitudineque univerſa, extremo timore indice, in aquam pene converſa, tribus Filiis, Maximiliano 2 Imperatori, Ferdinando & Carolo Archi-Ducibus, novemque filiabus relictis, compoſitè & faciliime, ab homi-

Digitized by Google

num ſocietate, ad cœleſtem Regionem, quo Ejus perpetuo conatus, mens, preceſſe reſpectabant, ipſo Jacobi die, omnium mœrore incredibili, exceſſit, ut, quomodo is Apoſtolus Hiſpanos primus, ad Chriſti amorem atque profeſſionem, vocavit: ita hic Infans Hiſpaniæ eidem Apoſtolo die ſacro, cæteris, ut vitam Chriſtianè exuant, præiret. Cujus ex voluntate, ad Conjugis dulciſſimæ oſſa, cineribus apparatiſſime funeſtiſſimeque depoſitis corporis cum anima hic redivivam conjunctionem, ſpe certa, interque incerta, exſpectat. Cujus manibus, hoſpes, læta precator; poſt abi, hancque conditionem beatam ſcito.

Vixit. Ann. LXI, M. VI. (rectius IV) *D. XIV H. XX.*

(43) MAXIMILIANUS II.

v. (1) Hauſit vitalem auram Viennæ, an. 1527, 1 Aug. Patre *Ferdinando I*, Imp. & *Anna*, Hungariæ Bohemiæque Principe hærede, Matre. Vid. *Johannes Cyriacus* Baro de *Polheim & Wartenburg*, in Oratione, an. 1577, 25 Januar. *Roſtochii*, cum Academiæ Leges publicè recitarentur, in Ejus memoriam habita, apud *Chytræum*, lib. 23 *Saxon.* ad an. 1576, pag. 631; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 276; *Sigismundus von Bircken*, lib. 6 *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 21, pag. 1396; *Bucholzerus*, *Indic. Chronol.* h. a. pag. 522; *Bucelinus*, part. 3 *Notitiæ Genealog. German.* pag. 28; *Rittershuſius*, *Tab. Geneal. Auſtr.* Dn. *Hübnerus Tab. Geneal.* 126. *Chytræus* vero l. c. lib. 12, ad an. 1527, p. 307; & *Pantaleon*, part. 3 *der Teutſchen Helden*, in Ejus vita, pag. 461, Eum natum putant 2 Aug.

v. (2) Uxorem duxit an. 1548, 13 Sept. *Mariam*, filiam *Caroli V* Imp. denatam an. 1603, 24 Febr. St. V. Vid. Baro de *Polheim* l. c. pag. 632; *Sigismundus von Bircken* l. c. *Henningeſius* l. c. *Bucelinus* l. c. *Pantaleon* l. c. *Thuanus*, lib. 129, ad an. 1603. Ejus *Enucleator* pag. 1, pag. 344; *Iſthuanffius*, lib. 33, *Hiſt. Hungar.* ad an. 1603, pag. 514; *Bucholzerus*, l. c. ad an. 1603, p. 772; *Morery*, voc. *Auſtriche* pag. 319 & voc. *Maximilien I, Empereur*, pag. 476; *Ludolfi Schaubühne der Welt*, lib. 3, cap. 15, pag. 119. *Limnæus Jur. Public.* lib. 5, cap. 2, pag. 19; *Rittershuſius* l. c. Dn. *Hübnerus* l. c.

v. (3) Liberorum Ejus ſeries hæc eſt:

(1) *Anna*, nata 1549, 1 Nov. nupta an. 1570, 12 Nov. *Philippo* 2 R. Hiſp. mortua an. 1580, 26 Oct.

(2) *Ferdinandus*, nat. 1551, 24 Mart. ob. 1552, 26 Januar.

(3) *Rudolphus* 2, Imperator, de quo ſuo loco.

(4) *Erneſtus* 2, nat. 1553, 15 Junii; ob. 1595. 20 Febr.

(5) *Eliſabetha*, nat. 1554, 5 Junii; nupta 1570, 26 Nov. *Carolo IX* R. Gall. mortua an. 1592, 22 Jan.

(6) *Maria*, nat. 1555, 27 Julii, denata 1556, 25 Julii.

(7) *Matthias*, Imperator, de quo ſuo loco.

(8) *Maximilianus III*, nat. 1558, 12 Oct. deſignatus an. 1587, 22 Aug. Rex Poloniarum, à *Sigismundo* vero expunctus; poſtea electus Magnus Magiſter Ordinis Teutonici; annoque 1618, 23 Oct. St. V. extinctus. Vid. *meine Merckwürdigkeiten des XVII Seculi* ad h. a. p. 656 & 657.

(9) *Albertus VII*, nat. 1559, 13 Nov. creatus an. 1583, Pro-Rex Portugalliæ, an. 1594 R. E. Cardinalis, & Archi-Epiſcopus Toletanus; an. 1596 Belgii Præfecturam obtinet, ad plures abiens an. 1621, 13 Julii. Uxor Ejus *Iſabella Clara Eugenia*, *Philippi* 2 R. Hiſpan. filia, an. 1599, 1 April. Ei nupta, obiit an. 1633, 29 Nov.

(10) *Wenceslaus*, nat. 1561, 7 Mart. ob. 1578, 7 Nov.

(11) *Fridericus*, nat. 1562, 21 Januar. ob. 1563, 17 Januar.

(12) *Maria*, nata & defuncta an. 1564.

(13) *Carolus*, nat. 1565, 27 Sept. denatus an. 1566.

(14) *Margaretha*, 1567, 25 Januar. Veſtalis Cœnobii S. Claræ Madriti, ob. 1633, 5 Julii.

(15) *Eleonora*, nat. 1568. 4 Nov. ob. 1579.

Vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. licet *Maximiliani* 3 obitum in an. 1620 referat. *Thuanus*, lib. 62 *Hiſtor.* ad an. 1576, p. 122; *Henningeſ.* l. c. *Bucelinus*, l. c. *Pantaleon* l. c. *Morery* l. c. *Rittershuſius* l. c. *Hübnerus* l. c.

v. (4) *Thuanus*, lib. 35, *Hiſtor.* ad an. 1564, pag. 223, memor obitus *Ferdinandi* Imperatoris, ait: *Nulla re felicior fuit quam Succeſſore Maximiliano, qui, veſtigiis paternis inſiſtens, rara prudentiæ & æquitatis laude, Imperium, poſt Ejus obitum, adminiſtravit &c.* Plura de eo prædicat lib. 62 *Hiſtor.* ad an. 1576, pag. 122, de Ejus tranſitu agens; *Johannes Sambucus* in Oratione funebri, in Ejus memoriam habita, quæque in *Appendice Rerum Ungaricarum Bonfinii* pag. 600 &c. legitur, Eum vocat: *Cuſtodem pietatis, authorem pacis, virtutum ſpeciem, exemplum antiquæ conſtantiæ, moderationis & Clementiæ &c.* *Pantaleon* l. c. pag. 461, hæc de Eo profert: *Es hat Ihn ſein Hr. Vatter guten Præceptoren übergeben, damit Er in der Lateiniſchen Sprach, in freyen Künſten, und allen Tugenden auferzogen würde - - - hiemit ward Er auch in viel Sprachen underrichtet, und dergeſtalt der Weg zu künfftiger Hoheit bereitet. Er liebet fürnemlich die Religion, und begehret von Hertzen die Ehr Chriſti, und Gemeinen Wohlſtand der Chriſtenheit, mit ſamt den guten Künſten, zu erhalten, und zu fürdern &c.* *Bucholzerus* in Indice Chronologico, ad an. 1576, p. 654 & 655, de eodem ſcribit: *Reliquit Maximilianus ſuæ ſapientiæ, pietatis & virtutis, memoriam honeſtam, & optimo Imperatore digniſſimam, qua de re legant Studioſi D. Joannis Cratonis, Archiatri Cæſarei, Orationem, laudes Maximiliani, ſapienter & doctè, recitantem: in qua oratione multum eſt cana ſcientia, arcana ſapientia, ſenilis prudentia, & eru-*

& erudita eloquentia: adeo, ut Oratio, recitans laudes Imperatoris, non taceat laudes Oratoris. Hac quoque parte, poſt mortem felix fuit Imperator, quod Cratonem, in quo multum eſſet ſenilis ſapientiæ, & canæ ſcientiæ, conſecutus eſt Encomiaſten, &c. Subditis Auſtriacis: *Amor & deliciæ Patriæ*, dictus eſt; vid. *Henningeſius* l. c. Imò, *Amor & deliciæ Generis humani*, teſte laudato L. B. de *Polheim*, in cit. Oratione, l. c. p. 631, qui p. 636 addit: *Ut ingenioſiſſimus & potentiſſimus Rex Mithridates, olim ſingulis diverſiſſimarum Gentium Populis, Imperio ſuo ſubjectis, Patria lingua locutus eſſe ſcribitur: ita noſter Imperator Hiſpanos, Italos, Gallos, Germanos, Belgas, Boëmos, Pannones, & Latine loquentes rectè intelligebat, & ſingulorum linguas, perinde ac ſi nativæ eſſent, callebat. Latina certè Oratione, non tantum perſpicua & diſerta, verum etiam eleganti & pura, & expedite profluente, uſum eſſe conſtat &c.* Tota oratio lectu digniſſima eſt. Cæterum.

An. 1562, 20 Sept. Inauguratur *Pragæ*, Rex Bohemiæ. Vid. *Joh. Cyriacus L. B. de Polheim* l. c. p. 633; *Chytræus* lib. 20 *Saxon.* ad an. 1562, p. 538; *Sigismundus von Bircken* lib. VI *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 21, p. 1396; *Schardius, Epitom. Rerum geſtarum ſub Ferdinando I*, ad an. 1562, Tom. 3 *Rer. Germ.* pag 153; *Bucholzerus, Ind. Chron.* h. a. pag. 616; *Johannes Sambucus* l. c. pag. 602; *Pantaleon*, l. c. pag. 462; *Paulus Sarpi*, lib. 7 *Hiſtor. Concilii Tridentini*, h. a. p. 1106; *Henningeſius* l. c. pag. 276, malè licet 20 Decemb. ponat.

An. eod. Eligitur *Francofurti*, 24 Novemb. Rex Romanorum, coronatione 30 ejusdem menſis ſecuta, Conſecratore *Moguntino*. Vid. Protocollum *Electionis*, apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichs-Händel*, §. 8, p. 66 &c. & §. 9, p. 70 &c. nec non *Coronationis* l. c. p. 72 &c. ubi, p. 73 dicitur; *Letzlich krœneten Ihr. Maj. die drey Geiſtliche Churfürſten miteinander, und darauf muſten Ihre Kœnigliche Maj. beym Altar, dem Ertz-Biſchoffen von Maintz, zum andern mahl, auf das H. Evangelium, ein Eyd thun, und leiſten &c. Thuanus*, lib. 32 *Hiſt.* p. 160 &c. *Joh. Cyriacus* L. B. de *Polheim* l. c. *Chytræus* l. c. *Sambucus* l. c. *von Bircken* l. c. *Haræus* T. 3, p. 12; *Schardius* l. c. p. 154, qui l. c. p. 83, ad 88, ſingulari ſtudio Hiſtoriam Electionis hujus & Inaugurationis ſiſtit; *Münſterus* lib. 3 *Coſmograph.* cap. 19, in Ejus vita, p. 446; *Paulus Sarpi* l. c. *Pantaleon* l. c. in Ejus vita, p. 462, nec non in vita *Georgii Sigismundi Seldii*, Vice-Cancellarii Imperii, l. c. pag. 339; in vita *Wilhelmi* Ducis Cliviæ, l. c. pag. 431; in vita *Wilhelmi Bœclini*, Præpoſiti Magdeburg. l. c. pag. 458; *Browerus*, lib. 21 *Annal. Trevir.* h. a. §. 135, pag. 397; *Henningeſius* l. c. perperam licet diem coronationis, cum die Electionis, confundat. *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baron.* ad h. a. §. 40, p. 630; *Nicolaus Iſthuanffius* lib. 21 *Hiſt. Hungar.* an. eod. p. 276, erroneè vero electionem 19 Nov. peractam tradens; *Thuanus* lib. 13 *Hiſt.* an. eod. p. 129 & 130; *Morery*, voc. *Auſtriche*, p. 319. & voc. *Maximilien 2 Empereur*, pag. 476; *Bœclerus*, *Hiſt. Sec. XVI* h. a. pag. 111; *Adamus & Nicolaus Heydenii*, Hiſtor. de *Electione & Inauguratione* laudati Principis, Archi-Epiſcopo Trevirenſi an. 1661 dicata, apud *Schardium* l. c. pag. 89 &c. Eandem feſtivitatem *Solymanni*, Turcarum Imperatoris, ſplendidam legationem, hoc fine *Francofurtum* 23 Novemb. ingreſſam, reddidiſſe auguſtiorem teſtantur Acta, apud *Schardium* l. c. pag. 97 &c. conf. Iſthuanffius l. c. Integrum catalogum Electorum, Principum aliorumque Magnatum Imperii, ad eandem celebrandam, eo confluentium, ſiſtit *Schardius* l. c. pag. 99 &c. Capitulationem ſuppeditant *Goldaſtus* part. 2 *der Reichs-Satzungen*, p. 485 &c. *Carpzovius*, Append. ad Legem Regiam Germanorum, p. 380 &c. & *Limnæus*, de *Capitulationibus* p. 483. &c. Notatu inſuper digniſſimum eſt, Eum *Electionis confirmationem* nullo modo à *Pio IV*, P. R. petere voluiſſe, nec Juramentum de *Obedientia* præſtare. Vid. *Pallavicini*, lib. 22, cap. 6, *Hiſt. Concil. Trident. Paulus Sarpi* l. c. lib. 8, pag. 1244 &c. *Palatius*, de *Geſtis Pontificum Roman.* Tom. 4, in vita *Pii IV*, p. 277; *Schilterus* lib. 7 de *Libertate Eccleſ. German.* c. 10, §. 8 & 9, p. 1048 &c.

An. 1563, 8 Sept. coronatur *Poſonii*, Rex Hungariæ. Vid. *Chytræus* l. c. *Sambucus* l. c. *Joh. Cyriacus*, L. B. de *Polheim* l. e. *Iſthuanffius* l. c. ad h. a. pag. 277. & 278; *von Bircken* l. c. *Pantaleon* l. c. *Bucholzerus* l. c. ad h. a. p. 618; *Henningeſius* l. c. *Spondanus* l. c. ad h. ad §. 70, p. 658; Alii. *Münſterus* l. c. ſine fundamento prolabitur in ultimum diem Septembris anni 1565.

An. 1564, defuncto Parenti in Imperio ſuccedit, tanquam legitimè electus Romanorum Rex. Vid. Auctores in vita *Ferdinandi* v. 5 adducti.

An. 1565, Arma Turcis in Ungaria opponit; muniti ſſima arce *Tockay*, 11 Febr. per *Lazarum Schwendium*, potitus. Vid. *Thuanus*, lib. 36 *Hiſtor.* h. a. p. 252 &c. *Schardius, de rebus geſtis ſub Maximiliano*, ad h. a. Tom. 4 *Rer. Germ.* p. 41 &c. *Iſthuanffius* l. c. lib. 22, h. a. p. 292 &c. *Münſterus* l. c.

An. eod. Incompoſitos *Roſtochienſes*, Senatui ſuo omnem auferentes auctoritatem, per *Johannem Albertum*, Megapolitanum Ducem, in ordinem redigi jubet; qui etiam, 28 Oct. certis conditionibus pridie ſtipulatis, intromiſſus, poſtea vero Commiſſionis terminos violaſſe accuſatus eſt. Hinc in ipſum data Cæſaris decreta. Vid. *Chytræus* lib. 21 *Saxon.* h. a. p. 554 ad 556; *Thuanus* lib. 37 *Hiſt.* h. a. p. 278 &c. *Schardius* l. c. pag. 43; *Bœclerus Hiſt. Sec. XVI* h. a. pag. 116.

An. 1566, Prima Comitia celebrat, *Auguſtæ Vindelicorum*, in quibus *Guilielmus Grumbachius Erneſtus de Mandelslo*, *Guilielmus Steinius*, ac ſocii, apud *Johannem Fridericum* Dux. Sax, in arce Gothana recepti

ptum habentes, una cum Fautoribus, denuo Imperialis banni pœnis afficiendi judicantur; Pax Religionis, & Profana, confirmantur; auxilia contra Turcas, & Tranſylvaniæ Principem, *Johannem Sigismundum*, *de Zapolia*, *Solymanno* junctum fœdere, Hungariam infeſtantes, expetuntur; Cameræ nævi corriguntur; Rex monetaria expenditur &c. Vid. R. I. *Auguſtanus* h. a. Conſ. *Joh. Cyriaci* L. B. de *Polheim*, Oratio an. 1577 in Ejus laudem dicta, ap. *Chytræum* l. c. lib. 20, ad an. 1562, p. 627; *Pantaleon*, l. c. in Ejus vita, p. 462; it. in vita *Friderici* El. Palat p. 431; in vita *Alberti* Duc. Bavar. p. 449; in vita *Wolfgangi Sigismundi de Wurmser* l. c. pag. 459; *Munſterus* l. c. *Iſthuanffius* l. c. pag. 302 &c. *Thuanus* lib. 37 *Hiſtor.* h. a. pag. 289 &c. & 293; *Dreſſerus*, *Chron. Sax.* lib. 6, h. a. p. 574; *Browerus*, lib. 21 *Annal. Trevir.* h. a. §. 142, p. 398; *Chytræus*, lib. 21 *Saxon.* h. a. p. 561 & 562; *Schardius* l. c. ad h. a. p. 44 &c. *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal Baron.* h. a. §. 6 & 7, p. 680; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 626. Dn. *Müller*, *Annal. Saxon.* h. a. pag. 139, ad dies 13 Maji, & 20 Junii; *Lendorpius*, Tom. 2 *Act. Publ.* lib. 6, Tract. 23, p. m. 1158. In dictis Comitiis, 23 April. *Auguſtum*, Electorem Saxoniæ, ſub dio, Electoralis dignitatis aliorumque Ducatuum Inveſtituram, à novo Imperatore, maxima pompa, ſuſcepiſſe teſtantur *Schardius* l. c. pag. 48; *Bucholzerus* l. c. *Thuanus*, lib. 37, h. a. pag. 293, addens, Electorem cum 1500 equitibus, egregiè inſtructis, *Auguſtam* veniſſe; Dn. *Mullerus* l. c. p. 139, ad diem 23 April.

An. eod. Johanne Sigismundo, Tranſſylvaniæ Regulo, ſumptis Electi Regis *Pannoniæ*, *Illyrici*, *Croatiæ* ac *Stiriæ*, titulis, & ex mandato *Solymanni*, Turcarum Imp. Hungariæ Proceribus ſubjectionem imperante, continuare cogitur *Maximilianus* bellum Pannonicum, quo durante, 2 Sept. arx *Jula*, ſeu *Giula*, & 7 ejusdem menſis, *Zigethum*, munitiſſimum Chriſtiani orbis propugnaculum, interfecto fortiſſimo Heroë, *Nicolao* Com. *Zerinio*, in Turcarum poteſtatem venerunt, quamvis *Solymannus* triduo ante *Sigethi* expugnationem, in caſtris perierit. Vid. *Thuanus* l. c. p. 293 &c. *Iſthuanffius* l. c. p. 303 &c. *Chytræus* l. c. pag 562; *Schardius* l. c. p. 49 &c. *Spondanus* l. c. §. 9 &c. pag. 681 & ſeqq. *Bucholzerus* l. c. & 627; *Dreſſerus* l. c. p. 575.

An. eod. 12 Dec. per Fecialem Imperii, transmittit *Johanni Friderico*, Saxonum Duci, ob ſuſceptos, *Gothæ*, *Grumbachium*, & ſocios, tanquam rebelles, publicæque pacis reos, banni Imperialis diploma, executionem demandans *Auguſto*, Electori Saxoniæ, & *Johanni Wilhelmo*, proſcripti germano; quorum auſpiciis etiam, 24 Dec. *Gotha* obſideri cœpit. Vid. *Thuanus* l. c. pag. 293; *Schardius* l. c. pag. 49, ad 12 Julii diem; & ad diem 12 Dec. pag. 55 ad 58; *Matthæus Dreſſerus* l. c. p. 574; *Spangenberg Chron. Mansfeld.* c. 402, h. a. p. 488; Dn. *Mullerus* l. c. ad dies 12 Aug. 18 Dec. 23 & 24 ejusdem menſis, p. 140 & 141.

An. 1567, ſuſcepta, ex Ejus mandato contra *Grumbachium*, Fautores, & ſocios, expeditione, laudati *Auguſtus*, Elector Saxoniæ, & *Johannes Wilhelmus*, in bannum declarati *Johannis Friderici*, Saxonum Ducis, germanus, Exercitu 8000 Equitum, & 40000 Peditum, *Gothæ* deditionem imperant, 8 Januar. irrito licet conatu; hinc obſidium arctius circumpoſitum. Exitus talis erat: Dux, Dominica *Miſericordias Domini*, 13 April. tradidit ſe Clementiæ Imperatoris, Arcem *Grimmenſteinam* & urbem *Gothanam*, *Auguſto* Electori, & fratri ſuo, *Johanni Wilhelmo*; *Grumbachius*, & ſocii, in vincula conjecti; Senatus Populusque Gothanus, in genua procumbendo, veniam factorum petunt, eaque impetratâ, novum *Johanni Wilhelmo* ſubjectionis & obedientiæ ſacramentum dicunt. Quibus 14 April. peractis, Dux die ſequenti, primo *Dresdam*, deinde *Viennam*, mox *Neoſtadium*, tandemque *Stiriam*, in ſuperiori Auſtria, ductus eſt in cuſtodiam, in qua etiam an. 1595, 9-19 Maji, per 28 annos captivus, tandem obiit. Triduo poſt, id eſt, 18 April. ſumptum de ſontibus ſupplicium: *Wilhelmus Grumbachius* & Cancellarius Ducis, *Chriſtianus Pontanus*, Germ. *Brück*, faſtu plusquam humano turgens, fatentes, admotis tortoribus, ſibi non ſolum fuiſſe animum reſtituendæ *Johanni Friderico* Gothano Electoralis Dignitatis, ſed & conciliandæ Imperatoriæ; vivi in partes quatuor diſſecti ſunt, poſtea ſuſpenſas; *Wilhelmus de Stein* idem ſubiit ſupplicium, capite prius damnatus; *David Baumgärtner*, Baro, itidem capitis pœnam luit; *Johannes Bayer* laqueo ſuffocatus &c. In rei memoriam cuſi, ab Electore, nummi, cum inſcriptione: *M. D. LXVII, Gotha capta, ſupplicio de proſcriptis Imperii hoſtibus obſeſſis ſumto, cæterisque fugatis, Auguſtus, Dux Saxoniæ Elector &c. F. F.* ex altera parte, conſpicui duobus gladiis Electoralibus, decuſſatim compoſitis, addita epigraphe: *Tandem bona cauſa triumphat.* Arx *Grimmenſtein* ſolo æquata. Vid. *Chytræus* lib. 21 *Saxon.* h. a. pag. 568; *Thuanus*, lib. 39 *Hiſtor.* ad h. a. pag. 354 &c. *Pantaleon* l. c. in Ejus vita, pag. 463; *Bucholzerus* l. c. ad h. a. pag. 629; *Schardius*, de *rebus geſtis ſub Maximiliano* 2, ad h. a. Tom. 4 *Rer. German.* p. 58 &c. *Dreſſerus*, lib. 6 *Chron. Saxon.* h. a. pag. 576, & 577; *Fabricius* lib. 8 *Originum Saxon.* p. 53, 54 & 63; *Matthiæ Theatr. Hiſt.* in vita *Maximiliani* 2, p. 1094. Dn. *Müllerus* l. c. ad h. a. p. 142 &c.

An. eod. Adverſus Turcas, Comitia celebrat *Ratisbonæ*; vid. R. I. Ratisbon. h. a. de Comitiis *Erfurtenſibus*, in cauſa Gothana habitis, vid. R. I. Erfurt. h. a.

An. 1568, 18 Aug. Dynaſtis & Nobilibus Auſtriacis, liberum Auguſtanæ confeſſionis exercitium, in ipſorum Templis, & familiis, concedit, hac tamen condi-

Digitized by Google

conditione, ut ordinem doctrinæ & rituum totius adminiſtrationis Eccleſiaſticæ, cum Saxonicarum Regionum Eccleſiis congruentem, ſervarent; ad quem conſtituendum, *Joachimus Camerarius*, Lipſiâ, & *David Chytræus*, Roſtochio, literis Imperatoris, in Auſtriam vocantur. Vid. *Johannes Cyriacus L. B. de Polheim*, in Oratione, an. 1577, 25 Januar. *Roſtochii*, in laudem Principis noſtri habita, apud *Chytræum*, lib. 23 *Saxon.* ad an. 1576, p. 636; ipſe *Chytræus* l. c. lib. 22, ad an. 1568, p. 579; *Thuanus*, lib. 42 *Hiſtor.* ad h. a. pag. 444; *Schardius* l. c. ad h. a. p. 99. *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. p. 632; *Bœclerus*, *Hiſt. Sec. XVI* h. a. p. 120.

An. eod. Cognitionem controverſiæ, de dignitatis prærogativa, inter *Coſmum* Hetruriæ, & *Alphonſum* 2, Ferraræ Duces, obortæ, ad ſuum tribunal, nec ad Romani Præſulis, pertinere, jure meritoque contendit. *Thuanus*, l. c. pag. 445; *Bœclerus* l. c. pag. 121.

An. eod. Octennales inducias pangit, cum *Selymo*, Turcarum Imperatore, atque *Johanne Sigiſmundo*, Tranſſylvaniæ Regulo, *Iſthuanffius* l. c. lib. 24, p. 330 & 331; *Bucholzerus* l. c ad h. a. pag. 633; *Thuanus* l. c. p. 444.

An. 1569, Conventum Imperii agit *Francofurti ad Mœnum.* Vid. R. I. *Francofurt.* h. a. *Schardius* l. c. ad h. a. p. 123.

An. eod. Ægrè fert, *Pium V*, P. R. auſum eſſe, *Coſmo*, Florentiæ Duci, *Magni Hetruriæ Ducis* titulos conferre; Vid. præced. §. 8, in fine lit. f. pag. 419.

An. 1570, 5 Mart. *die Dominico, qui, Eccleſiæ Romanæ more, Lætare dicitur, Pontifex, Pius V, Coſmum, Florentiæ Ducem, quem ſuperiori anno Magnum Ducem Hetruriæ ſalutaverat, ſolenniter Romæ, in S. Sixti ſacello, præſentibus omnibus Cardinalibus, inaugurat, ejusque capiti coronam benedictam imponit, manibusque ſceptrum tradit, non tantum Legato Cæſareo tunc, contra hunc actum, in præſentia Cardinalium, Moroni, Alexandrini & Chieſſæ, coram Notario, fruſtra proteſtante, ſed & Imperatore, per ſpeciales Legatos poſtea miſſos, eam coronationem impugnante, utpote quæ fieret in præjudicium Romani Imperatoris, ſine cujus conſenſu & approbatione, Ducem Florentiæ ad hanc dignitatem evehere non liceret, cum Florentia & Sena Urbes inter Cameras Sacri Romani Imperii cenſeantur. Porrò, coronæ, qua Papa Coſmum donavit, inſcriptum erat:* PIUS V. PONT. MAX. OB EXIMIAM DILECTIONEM, AC CATHOLICÆ RELIGIONIS ZELUM, PRÆCIPUUMQUE JUSTITIÆ STUDIUM. Sunt verba *Schardii* l. c. ad h. a. p. 136, conf. *Thuanus* lib. 44 *Hiſt.* ad an. 1569, pag. m. 511; & præced. §. 8 in fine lit. f. pag. 429.

An. eod. Spiram Comitia convocat, in quibus de effrena licentia militari coërcenda; Pace publica, aliisque ſalubribus Imperii Conſtitutionibus, conſervandis; ſubſidio adverſus Turcas mittendo; Gothani belli ſumptibus, *Auguſto*, El. Sax. refundendis; Jure æquabili, in Imperiali Camera, reſectis litium flexuoſis ambagibus ac tricis, adminiſtrando, recuperandis Provinciis, ab Imperio avulſis; ſupplenda Imperii Matricula; corrigendis rei numariæ fraudibus &c. actum. In iisdem, Hamburgenſis Civitatis cauſa, cum Holſatiæ Ducibus, per Legatos, acri contentione agitata eſt; Vid. R. I. *Spirenſ.* h. a. *Thuanus*, lib. 45 *Hiſt.* ad h. a. pag. 524 & 525, ubi in ſpecie Hamburgenſem controverſiam expendit; *Schardius* l. c. p. 140, 141 & 148; *Chytræus*, lib. 22 *Sax.* ad h. a. pag. 598, & 599.

An. 1571, Comitia Deputationis *Francofurti* celebrat, in quibus actum de Re monetaria, & Matricula Imperii in ordinem redigenda. Vid. R. I. *Francofurt.* h. a.

An. 1572, Legatum ſuum Româ avocat, quod novus Pontifex, *Gregorius XIII*, diſſidium inter *Florentinum*, & *Ferrarienſem*, ante quatuor annos, ob dignitatis prærogativam, exortum, ad ſuum forum ſpectare audacter aſſeruerit, inſuperque *Magni Ducis* titulum, ab Anteceſſore, *Pio V*, an. 1569 Florentino indultum, revocare noluerit. Vid. *Thuanus*, lib. 54 Hiſt. ad h. a. p. 78; *Schardius* l. c. ad h. a. p. 177, ad diem 13 Maji.

An. eod. Deteſtatur lanienam *Pariſienſem*, quo 24 Auguſti, die *S. Bartholomæo* ſacra, occaſione nuptiarum *Henrici*, Navarræ Regis, cum *Margaretha*, *Henrici* 2 Galliarum Regis, filia, ex mandato *Caroli IX* Regis, *Margarethæ* fratris, à *Catharina Medicæa*, & *Guiſiis*, ſeducti, in æternum Galliei nominis opprobrium, (præter *Caſparum Colinium*, rei nauticæ præfectum, virum plena auctoritate & probitate pari illuſtrem, gladiis confoſſum, per feneſtram, in præceps datum, variis modis fœdatum, in proximum ſtabulum abjectum, capite, pudendis manibusque truncatis, à furibunda plebe, per vicos, ad fluvium tractum, indeque retractum ad furcas Monfalconias, ibi pedibus ferrea catena ſuſpenſum, ſubſtrato propendenti igne, nec tamen conſumptum, ſed infixo ano manipulo ſtramineo, per aliquot dies, ſpectantium libidini expoſitum, donec *Franciſci Monmorantii*, cognatione & neceſſitudine ei conjuncti, opera; noctu è patibulo ſublatus, translatusque in caſtrum *Cantiliam*, ibi terræ fuerit mandatus,) multa Romani Pontificis dogmata deteſtantium ſubditorum millia, miſere trucidata ſunt, nefandiſſimo facinore *Toloſæ* & quoque *Rotomagi*, *Diepæ*, *Meldis*, *Biturigibus*, *Aureliæ* & *Lugduni*, patrato; de qua immanitate, legas integrum lib. 52 *Thuani Hiſtoriarum*, ad h. a. *Natalis Comitis* lib. 23 *Hiſtor. ſui temporis*, pag. 511 &c. *Schardium* l. c. ad h. a. pag. 185 &c. *Chytræum*, lib. 23 *Saxon.* h. a. p. 616 &c. *De Serres, Inventaire general de l' Hiſtoire de France*, in vita *Caroli IX*, ad h. a. pag. 530,

550 &c. *Spondanum*, Tom. 2 *Contin. Annal. Baron.* ad h. a. §. 11 ad 19, p. 734 ad 738; *Dreſſerum* lib. 6 *Chron. Saxon.* h. a. p. 587 &c. Alios. *Gregorium XIII* P. R. in Chriſtianiſſimæ victoriæ, de innocentibus reportatæ, memoriam, Jubilæum publicaſſe, ex *Thuano* lib. 53, ad h. a. p. 30; *Spondano* l. c. §. 20, p. 738, aliisque diſcimus. De nummis cuſis vid. *Palatium*, in Ejus vita, Tom. 4, p. 347.

An. 1575, Publico decreto, 15 Julii, *Henrico III*, Galliarum Rege, quod ab obitu fratris, *Caroli IX*, an. 1574, relicta *Cracovia*, totoque Poloniarum Regno, quod an. 1573, ab Ordinibus electus, erat conſecutus, in Galliam, ad occupandum avitum ſolium, clam ſe reciperet, nec ante 12 Maji anni hujus, ipſi termini loco per Legatos, hunc in finem, *Ferrariam*, ubi ludis & ſpectaculis vacantem deprehenderant, miſſos, datum, in Regnum redierit, dignitate exuto, *Maximilianus* noſter à Coronæ Archicancellario, maximaque Senatorum parte, menſe Decembri, in Comitiis Warſavienſibus, Poloniæ Rex eligitur; cui vero *Petrus Sborovius*, Palatinus Cracovienſis, *Koska* Sendomirienſis, & pauci alii, cum maxima Nobilitatis parte, *Annam*, defuncti Regis, *Sigismundi*, ſororem, opponunt, eique *Stephanum Bathorium*, Tranſſylvaniæ Principem, adjungunt maritum, à quo etiam Cæſar poſtea expunctus eſt. Vid. *Chytræus* lib. 23 *Saxon.* h. a. pag. 626 & 627. *Thuanus*, lib. 61 *Hiſtor.* ad h. a. pag. 88 &c. *Joh. Cyriacus L. B. de Polheim*, in cit. Oratione, an. 1577, 25 Januar. Roſtochii, in Principis noſtri laudem dicta, apud *Chytræum*, l. c. pag. 637; *Joh. Sambucus*, in *Appendice Rerum Ungaricarum Bonfinii*, p. m. 604; *Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 6, c. 21, p. 1396; *Natalis Comes*, lib. 6 *Hiſt. ſui temporis*, p. 590 &c. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 8, p. 755; *Iſthuanffius* lib. 25 *Hiſt. Ungar.* p. m. 347.

An. eod. Comitia celebrat *Ratisbonæ*, in quibus *Rudolphus*, Ejus filius, Rex Romanorum eligitur. Vid. ſeq. vita *Rudolphi*, v. 3, ad h. a. *In iisdem Comitiis Johannes Baptiſta Concinus, jam multoties ad Maximilianum Cæſarem, ob conceſſum, à Pio V, Magni Etruriæ Ducis Titulum, Coſmo, & Franciſco, qui ſororem ipſius in matrimonio habebat, ſuccenſentem, miſſus, tandem obtinuit, & hi Franciſco tituli, tanquam Imperii Beneficiario, confirmarentur, eaque de re ampliſſimum à Cæſare Diploma impetravit &c.* ſunt verba *Thuani*, lib. 60 *Hiſtor.* ad h. a. pag. 74; Conf. *Natalis Comes* l. c. pag. 587; *Joh. Sambucus* l. c. pag. 608; *Bæclerus*, *Hiſt. Sec. XVI*, h. a. p. 134. Add. præced. §. 8, lit. f, in fine p. 29.

An. 1576, dum lentas ac diuturnas, cum Polonorum Oratoribus, Viennam miſſis, tractationes, ſcriptorumque permutationes, agitat, adverſa Polonorum Factio *Stephanum Bathorium* Tranſſylvanum, à ſe, anno ſuperiori, electum, miſſa Legatione, ad præſtandum juramentum, & accelerandum in Poloniam adventum, invitat, qui etiam, præſtito, in Tranſſylvania juramento, quamprimum, in Poloniam profectus, matrimonium cum *Anna*, *Sigismundi* Regis ſorore, declarata Regina, conſummat, & una cum ea, Cal. Maji, Rex Poloniæ coronatur. Vid. *Chytræus* l. c. ad h. a. pag. 627 & 628, ubi juramenti formula. *Thuanus*, lib. 62 *Hiſt.* h. a. p. 120 &c. *Joh. Sambucus*, l. c. p. 604; *Iſthuanffius* l. c. &c. *Spondanus*, l. c. ad h. a. §. 14, p. 760.

An. eod. 25 Junii, de variis negotiis, Imperium concernentibus, agit cum Statibus Imperii, *Ratisbonæ* congregatis, veluti: de Pace octennali, ſuperiori anno, à Turcis infracta: de mediis, quibus eorum infeſtationibus obviam fit eundem: conſcribendis Militibus: Juſtitia, ex æquo & bono; in Camera adminiſtranda: Publicandis ſub Dio banni formulis; conſervando rei nummariæ bono ſtatu: Avulſis ab Imperio recuperandis &c. de quibus vid. R. I. *Ratisbon. h. a. Chytræus* l. c. p. 628 & 629; *Browerus*, lib. 22 *Annal. Trevir.* h. a. §. 25, p. 408; *Natalis Comes*, lib. 27 *Hiſt. ſui temporis*, p. 597; *Thuanus*, l. c. p. 122; *Iſthuanffius* l. c. p. 353.

An. eod. in iisdem Comitiis, largitur *Johanni*, *Barbanſonis* Baroni, Titulos *Principis Arembergæ*. Vid. *Morery* voc. *Arenberg*, p. 242; Dn. *ImHoff Notit. Proc. Imper.* lib. 4, cap. 11, §. 10, pag. 120; *Caſſander Thucelius, in Electis Juris Publici Curioſis*, cap. 6, p. m. 267; Ill. Auctor *des Europ. Herolds*, Tom. 1, part. 2, cap. 17, p. 547.

v (5) Abſoluto vitæ curſu, an. 1576, *Maximilianus Cæſar, ſive curis confectus, ſive longa corporis ægritudine debilitatus, quarto Id. Octob.* (i. e. 12. Oct.) *optime meritam de Republica Chriſtiana animam in Comitiis, & quaſi inter Ordinum Imperii Manus, Deo reddidit, cum quadraginta novem annos excegiſſet, & Imperium duodecim tenuiſſet, Princeps, æquitate animi, prudentia & juſtitia, inſignis, & in quo ad ſummam fortunam nihil merito deſiderares, niſi ipſam fortunam, & firmiorem valetudinem; in negotio autem Religionis, quod in Germania multis abhinc annis agitatum eſt, eam rationem ſervavit, ut cum à Sacris Majorum nusquam recederet, non propterea Proteſtantibus ſuſpectus fuerit, mediam emendationis viam, tota vita, ſectatus; cui etiam, poſt Concilium Tridentinum ad finem perductum, inſtitit, impetrato ſuis calicis uſu à Pontifice, quem &, pro Sacerdotum conjugio, ſæpius interpellavit, ſed nullo exitu.* Hæc *Thuanus*, lib. 2 *Hiſt.* h. a. pag. 121; Conf. *Chytræus*, lib. 23 *Saxon.* h. a. pag. 619; *Johannes Cyriacus* L. B. de *Polheim*, in ſæpius citata Oratione, an. 1577, 25 Januar. in Ejus memoriam habita, apud *Chytræum*, l. c. pag. 637; *Dreſſerus*, lib. 6 *Annal. Saxon.* h. a. pag. 594; *Münſterus*, lib. 3 *Coſmograph.* cap. 19, in Ejus vita, p. 449; *Joh. Sambucus*, in *Appendice Rerum Ungaricarum Bonfinii*, p. 604 &c. ad 608, ubi Ejus Epitaphi-

phium, in quo vero perperam *tertio Id. Octob.* obiiſſe dicitur; *Sigismundus von Bircken*, lib. 6 *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 21, pag. 1396; *Henningeſius*, part. 1 *ſecundi & tertii Regni in Quarta Monarchia* pag. 276; *Browerus*, lib. 22 *Annal. Trevir.* h. a. §. 26, pag. 408; *Morery*, voc. *Auſtriche*, pag. 319, & voc. *Maximilien 2 Empereur*, pag. 476; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 654 & 655; *Spondanus*, Tom. 2 *Contin. Annal. Baron.* h. a. §. 14, pag. 760; *Iſthuanffius*, lib. 25 *Hiſt. Ungar.* pag. 356; Ab *Adamo Siberio* tale monumentum Ei erectum, teſte *Matthia*, *Theatro Hiſtorico*, in Ejus vita, p. m. 1099:

Maximus Æmylius, Romanus in Orbe Monarcha,
Hic moriens poſuit corporis exuvias.
Nominis illius Cæſar fuit Ille Secundus;
Sed nulli meritis Ille ſecundus erat.
Cæſare deſcendens Proavo, Patruoque Monarcha,
Cæſare progenitus, Cæſar & Ipſe fuit.
Inſuper Imperii quoque Nato ſceptra reliquit,
Quo nullum majus geſſit in orbe decus.

Chronodiſtichon adjecit, *Johannes Copracius:*

ALta qVIes, praLVſtre CapVt, qVoD praſVIt orbI,
SVbrVIt: eXCeLLens VIX tegIt Vrna DeCVs.

(44) RUDOLPHUS II.

v. (1) Lucem aſpexit an. 1552, 18 Julii, *Maximiliano* 2 Imperatore, & *Maria, Caroli V* Imp. filia, Parentibus. Vid. *Sigismundus von Bircken*, *Oeſtreichiſch. Spiegel der Ehren*, lib. 6, cap. 21. pag. 1396; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 584; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia*, pag. 276; *Matthiæ*, *Theatr. Hiſt.* in Ejus vita, pag. 1099; *Rittershuſius*, T. 2 *Auſtr. Geneal. Limnæus*, in Not. ad *Capitulationem* Ejus, p. m. 513. *Bucelinus*, part. 3, *Notit. Geneal. German.* pag. 18, absque fundamento Eum 10 Julii natum arbitratur.

v. (2) Vitam duxit cœlibem.

v. (3) de Eo ſcribit *Matthiæ* l. c: *Rudolphus fuit Imperator omni laude digniſſimus, in quem unum omnia, quæ in tota Inclyta Imperatorum Auſtriaca Familiæ decuria, Majeſtatis, virtutis, ſobrietatis, ſapientiæ, ſagacitatis, juſtitiæ, clementiæ, doctrinæ, atque incredibilis erga literas & Literatos munificentiæ exſtitere exempla, ceu in nativam ſuam ac hæreditariam Sedem, tacita quadam Naturæ conſpiratione, confluxerunt. Et quemadmodum Imperium pacatum & tranquillum, ab Auguſtiſſimo Patre, Maximiliano 2, in filium eſt tranſmiſſum: ita ab Auguſtiſſimo filio, pari fide, induſtria, ſapientia, juſtitia, auctoritate eſt conſervatum, ac per totos triginta ſex annos adminiſtratum, cum æterna nominis ſui gloria & honore, ac Reipublicæ ſalute, ſubditisque omnibus tutiſſimum pacis præſidium præſtitit. Ipſe enim, oculo circumſpectæ & incredibilis prudentiæ, ſingulis exacte perluſtratis, ad æquilibrium pacis, omnia, quantum modo ſalva pietate, & Reipubl. incolumitate, fieri poterat, moderatione admirabili temperavit, & res Germaniæ Principum, ac privatorum in eam amplitudinem, opes, concordiam, & potentiam, perduxit, ut, ultra trecentos fere annos, tam exoptatus Imperii Romani ſtatus ſub uno Imperatore non fuerit. Unde Pater Patriæ Germaniæ, pulcherrimum pacis ornamentum, ſubſidium belli firmiſſimum, ſpeculum virtutis lucidiſſimum, idea ſpectata ſapientiæ, ad imitationem omnis poſteritatis decantanda, omnium Gentium, omnis denique memoriæ exemplum incomparabile, jure appellari poteſt, &c.* In ſpecie, de Eo notandum, quod

An. 1572, 25 Sept. *Poſonii*, inauguratus ſit, à *Verancio*, ArchiEpiſcopo, Rex *Hungariæ*. Vid. *Johannis Sambuci* oratio, in hanc coronationem habita, in Appendice *Rerum Hungaricarum Bonfinii*, p. 609 &c. *Nicolaus Iſthuanffius*, lib. 25 *Hiſt. Ungar.* h. a. pag. 344; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 642; *Sigismundus von Bircken* l. c. *Henningeſius* l. c. pag. 280; *Matthiæ* l. c. *Dreſſerus*, lib. 6 *Annal. Saxon.* h. a. pag. 586, habet 26 Sept. de nudo anno loquitur *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baronii* ad an. 1575, §. 9, p. 756.

An. 1575, 22 Sept. coronatur, *Pragæ*, in ſummo Templo, Rex *Bohemiæ*. Vid. *Henningeſius* l. c. *Bucholzerus* l. c. ad h. a. pag. 652; & *Spondanus* l. c. *Sigismundus von Bircken* l. c. ponit 21 Sept. de anno teſtantur *Dreſſerus* l. c. ad h. a. pag. 592; *Matthiæ* l. c. *Iſthuanffius* l. c. ad an. 1576, p. 355;

An. eod. 27 Octob. in Comitiis *Ratisbonenſibus*, electus Romanorum Rex, ibidem 1 Nov. coronatur, Vid. *Natalis Comes* lib. 26 *Hiſt.* ſui temporis, pag. 583; *Chytræus* lib. 23 *Saxon.* h. a. pag. 626; *Thuanus*, lib. 60 *Hiſtor.* h. a. pag. 74; *Bucholzerus* l. c. *Matthiæ* l. c. *Sigismundus von Bircken* l. c. *Henningeſius* l. c. *Iſthuanffius* l. c. *Spondanus* l. c. *Scharſchmidius*, Not. ad *Schützium*, Vol. 1, *Jur. Publici*, Exercit. 2, §. XX, lit. d, pag. 125; *Carpzovius*, de *Lege Regia*, cap. 3, Sect. 3, §. 18, pag. 59, & cap. 11, Sect. 10, §. 18, p. 301; *Limnæus* lib. 2, *Jur. Publ.* cap. 4, §. 8, pag. 53; *Mylerus ad Rumelinum de Aur. Bulla* part. 3, Diſſ. 6, §. 5, pag. 882; *Morery*, voc. *Rodolphe 2, Empereur*, p. 278. *Dreſſerus* l. c. quamquam errore Typographico, inaugurationem hanc ad Calendas Octobr. refert, eum, paulo ante, electionem 27 ejusdem menſis peractam, tradat. *Limnæus*, in Notis ad Capitulationem Ejus, Procem. voc. *kurtz vergangenen Tagen*, p. 513. Ipſam Capitulationem exhibet idem, Tract. de *Capitulationibus*, pag. 505 &c. & *Carpzovius, in Append. ad Legem Regiam*, pag. 381 &c.

An. 1576, Ab obitu Parentis, jure Romanorum Regum, Imperator factus eſt.

An. 1577, In Comitiis deputationis Francofurtenſibus, publicat *Ordinationem Politicam;* Vid. *Policey-Ordnung zu Franckfurt an.* 1577.

An. 1579, Fruſtra, per *Gebhardum* Colonienſem, & *Jacobum* Trevirenſem, ArchiEpiſcopos, *Julium*, Herbipolenſem Epiſcopum, *Wilhelmum*, Ducem

Juliacenſem, *Ottonemque Henricum*, Comitem *Schwartzburgicum*, *Coloniam* miſſos, ut cum Belgii Ordinum Legatis, quorum *Philippus*, *Arſcotti* Dux, Princeps erat, & Miniſtro Hiſpanico, *Carolo Arragonio*, *Terranovano* Duce, de Pace tractarent, Batavos, Bruxellenſis Regiminis tyrannide, & ſanguiuolentis introductæ *Inquiſitionis* legibus ad tentanda ultima redactos, Hiſpaniarum Regi, *Philippo*, reconciliari curat, quandoquidem, irrita tractatione *Colonienſi*, Auctore *Gulielmo*, Arauſionenſium Principe, Septem Provinciæ, abhinc *fœderatæ* dictæ, ſcilicet: (1) Ducatus *Geldriæ*, cum *Zutphaniæ* Comitatu, (2) *Hollandia*, (3) *Selandia*, (4) *Ultrajectum*, (5) *Friſia Occidentalis*, (6) *Trans-Iſalania* & (7) *Gröninga*, cum *Omelandia*, 4 Febr. æternum *Ultrajecti* fœdus invicem pepigerunt, Religionis & Patriæ libertate, mutuis auxiliis & opibus, ad ultimam ſanguinis guttam usque, defendenda, electo, inſignis loco, Leone coronato, gladium ſtrictum, & faſciculum ſeptem ſagittarum, unguibus tenente, addita epigraphe: *Concordia res parvæ creſcunt*; *diſcordia maximæ dilabuntur.* Hæc erant Reipublicæ Batavæ initia; *Arteſia*, *Hannonia* & *Flandria Gallica*, ſuaſore *Parmenſi* Duce, quem *Philippus* Præfectum eo miſerat, Hiſpanorum jugo ſe iterum ſubjicientibus. Vid. *Thuanus*, lib. 68 *Hiſtor.* ad h. a. pag. 306 &c. *Chytræus* lib. 24 *Saxon.* h. a. pag. 660 & 661; *Dreſſerus* lib. 6 *Chron. Saxon.* h. a. pag. 598; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 664; *Strada*, Decad. 2, lib. 2 &c. *Haræus*, Tom. 3, pag. 295 &c. *Grotius Annal.* lib. 3, ad h. a. pag. 85 &c. *Browerus*, lib. 22, *Annal. Trevir.* ad an. 1578 & 1579, §. 30 & 31, pag. 409 & 410; *Spondanus* Tom. 2 *Contin. Annal. Baron.* ad an. 1578, §. 3 &c. pag. 766 & 767, & an. 1579, §. 7, 8 & 9, pag. 774 &c. *Bizot*, *Hiſtoire Metallique de la Republique de Hollande*, Tom. 1, ad h. a. pag. 40 &c. *Bœclerus Hiſt. Sec. XVI*, h. a. pag. 141 & 142. Fœderis formulam exhibet *Meteranus*, lib. IX, *der Niederlændiſchen Hiſtorien*, ad h. a. pag. 432 &c. Biennio poſt, 26 Julii, ſolenni decreto, Belgas fœderatos, ob violata pacta, Imperiique leges, *Philippum* Regem, ipſo Jure, Principatu excidiſſe, publicos inter Reipublicæ hoſtes recenſendum, ſummo Magiſtratu in *Franciſcum* Valeſium, *Alenſonii* Ducem, *Henrici III*, Galliarum Regis, Germanum, delato, teſtantur *Chytræus*, lib. 25 *Sax.* an. 1581, pag. 696 &c. *Meteranus* l. c. lib. X, ad h. a. pag. 534 &c. *Grotius* l. c. pag. 98 &c. & Tract. de *Antiquitate Reipublicæ Batavicæ* p. m. 94; *Strada* l. c. lib. 4 princ. &c. *Thuanus*, lib. 74, ad an. 1581, pag. 468 &c. *Dreſſerus*, l. c. an. eod. pag. 603; *Bucholzerus* l. c. an. eod. pag. 671; *Spondanus* l. c. an. eod. §. 9 &c. pag. 792; *Bœclerus* l. c. an. eod. pag. 145.

An. 1582 Comitia habet *Auguſta Vindelicorum*, in quibus actum de finibus Chriſtiani ſoli, adverſus Turcas, defendendis: adminiſtranda, ex æquo, Juſtitia in Camera: Matricula Imperii in ordinem redigenda: Avulſis ab Imperio recuperandis; corrigenda moneta reproba &c. Vid. R. J. Auguſtanus h. a. *Chytræus*, lib. 25 *Saxon.* h. a. pag. 711, addens, circa Comitiorum exitum, *Gregorium XIII*, P. R. emendati Calendarii *Juliani*, quod, à nomine ſuo, *Gregorianum* appellari voluit, rejectis inde à 4 Oct. usque ad 14 ejusdem menſis, diebus decem, formam, ad Imperatorem noſtrum per *Madruccium* Cardinalem, Tridentinum Epiſcopum, miſiſſe, atque promulgationem ejus in Imperio petiiſſe, per Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Poloniam &c. jam factam; nihil autem obtinuiſſe, Electoribus, & Principibus jam magno numero domum reverſis, & Electore Saxonum rem altioris indaginis eſſe, nec, in Majeſtatis Imperii præjudicium, Romanæ Sedi tribuendum quicquam, ſolidis probante rationibus. Conſ. *Thuanus* lib. 46 *Hiſtor.* h. a. pag. 515 ad 519; *Browerus* l. c. ad h. a. §. 54. p. 418; *Dreſſerus*, l. c. an. eod. pag. 604; *Bucholzerus* l. c. an. eod. pag. 675, *Haræus* T. 3 *Annal.* pag. 343; *Meteranus* l. c. lib. XI, ad h. a. pag. 576; *Fabricius*, lib. IX *Orig. Saxon.* p. 1308 *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 14, & ſeqq. pag. 800 &c. Alii. *Sigismundus von Bircken*, lib. 6 *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 21, pag. 1396, non ſatis accurate, dictum Calendarium, ab Imperatore noſtro, hoc anno introductum ſcribit. Conſtitutio Pontificis, emiſſa *Tuſculi*, 6 Cal. Mart. apud *Chytræum* l. c. pag. 711 ad 714.

An. 1583, Inſurgit in *Gebhardum Truchſeſſium*, ArchiEpiſcopum Colonienſem, ob liberum Evangelicæ Religionis exercitium ſubditis permiſſum, matrimonioque copulatam ſibi *Agneten*, *Johannis Georgii*, Mansfeldenſis Comitis, filiam, 4 Febr. Bonnæ à *Gregorio XIII*, eisdem de cauſis, excommunicatum; ſurrogato, à Capitulo, in ejus locum, *Erneſto*, *Alberti*, Bojorum Ducis, filio. Vid. *Chytræus* lib. 26 *Sax.* h. a. pag. 724 &c. *Dreſſerus* l. c. ad h. a. pag. 606; *Thuanus* lib. 78 *Hiſtor.* h. a. pag. 578 &c. & lib. 79, pag. 587, ad 590; ubi ſeveræ ad Eum Imperatoris literæ, ad easque *Gebhardi* reſponſio, quæque inde ſecuta; *Browerus*, l. c. ad h. a. §. 58, pag. 419 &c. *Bucholzerus* h. a. pag. 679 & 680; *Haræus*, Tom. 3 Annal. pag. 357; *Meteranus* l. c. ad h. a. pag. 607; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 5 & ſeqq. pag. 808, &c. Sequenti anno 1584, armis *Gebhardum* ſuccubuiſſe, *Bonnæ* 18 Januar. *Erneſto* Bavaro prodita, ex *Chytræo* l. c. ad h. a. pag. 733 &c. *Thuano*, lib. 79, an. eod. pag. 599 &c. *Meterano* l. c. *Browero* l. c. ad h. a. §. 62, pag. 420 &c. *Dreſſero* l. c. ad h. a. pag. 608: aliisque diſcendum eſt.

An. 1584, Octennales inducias pangit, cum Turcis, Cal. Januar. Vid. *Thuanus* l. c. ad h. a. pag. 621; *Bucholzerus*, an. eod. p. 682. *Bircken* l. c. perperam eas ad an. 1582 refert.

An. eod. Aſſiduè, à Romani Pontificis Nuncio, urgetur, ad promulgandum in Germania *Calendarium Gregorianum*, quod Romano-Catholici Principes

etiam,

Digitized by Google

etiam, in ſuis Territoriis, uſurpare cœperunt. De lite, *Auguſtæ* Vindelicorum deſuper exorta, legas *Chytræum* l. c. p. 741 & 742; Conf. *Bucholzerus* h. a. pag. 683.

An. 1589, Mediante Pace *Bitſchinenſi*, in Poloniæ Sileſiæque finibus, cum *Sigismundo III*, Poloniarum Rege, inita, fratrem, *Maximilianum III*, an. 1587, 22 Aug. pariter electum Polonorum Regem, à *Sigismundo* vero, 17 Dec. profligatum & captum, cuſtodia liberat, juramento firmantem, ſe juribus & titulis Poloniæ Regis renunciaturum &c. Vid. *Chytræus*, lib. 28, h. a. pag. 350 &c. *Thuanus* lib 96, h. a. pag. 469 &c. *Bucholzerus* h. a. p. 710;

An. 1591, prorogat inducias cum Turcis, in novos octo annos. Vid. Prooem. R. J. *Ratisbonenſ.* de an. 1594.

An. 1594, Comitia celebrat *Ratisbonæ*, auxilia Principum Imperii expetens, adverſus Turcas, ruptis fœde induciis, an. 1591 Croatiæ bellum obducentes, & *Wihitium* ſub jugum rapientes; In iisdem, de conciliandis invicem Hiſpaniarum Rege & Belgis, actum; de executione quoque pacem publicam violantium, Judicio Cameræ, moneta, & Matricula Imperii reformandis, quædam decreta &c. Sed & *Erneſto* Colonienſi, *Friderico IV* Palatino, Electoribus, & Ducibus Pomeraniæ, conſuetis cerimoniis, collata Feuda. Vid. *R. J. Ratisb.* h. a. *Bucholzerus* h. a. pag 733; *Chytræus*, lib. 30 *Saxon.* h. a. pag. 892 &c. *Dreſſerus* lib. 6 *Annal. Sax.* h. a. pag. 639 &c. *Meteranus*, lib. 17 *Hiſt. Belg.* h. a. pag. 935; *Thuanus*, lib. 109 *Hiſtor.* h. a. pag. 453 &c. *Browerus* l. c. ad h. a. §. 86, pag. 427; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 31, pag. 79; *Carolum Philippum*, Oratorem Hiſpaniarum Regis, ex Marchione *Habræo*, creatum ibidem S. R. Imperii Principem *Crojenſem*, teſtantur Dn. *ImHoff Notit. Proc. Imp.* lib. 5, cap. 14, §. 7, p. 278, Dn. *Zweyburg*, *Theatr. Præcedent.* part. 1, Tit. 64, pag. 151;

An. 1595, defuncto *Ferdinando* Patruo, ſuccedit in gubernatione ampliſſimi Comitatus *Tyrolenſis*, conjunctarumque in Suevia, & Rhenano Tractu, Auſtriacarum Regionum. Vid. *Chytræus* l. c. ad h. a. pag. 896.

An. 1597, 27. Octob. Extincto, ſine liberis, *Alphonſo* 2, *Ferrarienſium & Mutinenſium* Duce, *Herculis* 2 filio, cœpit controverſia de ſucceſſione, inter *Clementem VIII*, P. R. & *Cæſarem Eſtenſem*, defuncti Patruelem (utpote filium *Alphonſi*, Marchionis de *Montechio*, quem *Alphonſus I*, laudati *Herculis* 2 Pater, ex *Laura Euſtochia*, illegitimo contubernio, genuerat, propterea à Romana Curia *nothi* inſtar habitum;) ab Eoque univerſalem bonorum teſtamento ſcriptum hæredem, Pontifici enim, Illuſtriſſimâ in *Alphonſo*, Ateſtinorum Gente per Italiam quaſi extinctâ, *Ferraria* Ducatum, tanquam *Ravennatenſis Exarchatus*, à *Pipino*, *Carolo Magno*, & *Ludovico Pio*, Romanæ Eccleſiæ dono dati, partem, *caduci titulo*, ad ſe ſpectare perhibenti, *Cæſar* defuncti pariter Agnatum ſe, legitimum ſucceſſorem, & ſcriptum hæredem, eſſe, oppoſuit, hisque rationibus nixus plenos *Alphonſi* titulos, & Inſignia, ſibi vindicavit. Hinc bellum ortum, quod Pontifex, conſueto more, cenſura eſt auſpicatus, *Cæſarem*, trina citatione ad tribunal ſuum vocatum, nec comparentem, Diris devovendo. Expeditionis Principem conſtituit *Petrum Aldobrandinum*, Cardinalem, nepotem ſuum, qui excommunicationis diploma ubique affigi curavit, 23 Decembris, ſolenni ritu publicatum. Enimvero, nec ab Imperatore *Rudolpho*, qui novis Turcarum infeſtationibus obrutus, Jura in *Ferrariam* ex merito propugnare non poterat, nec *Cæſaris* cauſam tueri, adjutus, nec ab Italiæ Principibus, maximi licet eorum intereſſet, Principatus illius unionem, cum cæteris Romanæ Eccleſiæ bonis, impediri, auxilia expectanda cernens, amicabili compoſitione, per *Lucretiam*, *Mariæ*, *Urbini* Ducis, Uxorem, *Alphonſi* 2 prædicti ſororem, nonnullosque alios delegatos, anno 1598, 11 Januar. *Ferrariæ*, litem terminavit, cujus præcipua capita ſunt (1) *Cæſar Ferraria* Civitate & Ducatu, Apoſtolicæ Cameræ cederet, (2) dimidiam tormentorum partem aſportaret, (3) anathematis vinculo, cum ſuis, abſolveretur, (4) *Mutinæ & Regii Ducis*, titulos obtineret, (5) eandem Romæ prærogativam haberet, qua *Alphoſus* olim eminuiſſet &c. Quæ publico in Conſiſtorio, *Faenzæ*, 27 Januar. confirmata, & 31 Jan. publicata ſunt. Vid. *Thuanus*, lib. 119, *Hiſt.* ad annos 1597 & 1598, p. 772 ad 774; *Meteranus*, lib. 19, *Hiſt. Batav.* ad an. 1597, p. 1053 & 1054; *Chytræus* l. c. ad an. 1598, p. 928; *Bucholzerus Ind. Chronol.* an. eod. pag. 754; *Spondanus* l. c. ad an. 1597, §. 9, ad 12, pag. 97 & 98, & ad an. 1598, §. 1, pag. 99; *Palatius*, Tom. 4 Geſtorum *Pontificum Romanorum*, in vita *Clementis VIII*, §. 6, p. 463 ad 466.

An. 1598, Creat *Cæſarem Eſtenſem*, *Mutinæ*, *Regii* & *Carporum* Dominum, *Ducem* horum locorum. Vid. *Chytræus* l. c. *Bucholzerus* l. c.

An. eod. Comitia agit *Ratisbonæ*, in quibus de auxiliis, contra Turcas mittendis; Equeſtri Ordine, adverſus eosdem, in Hungaria erigendo; nævis Cameralibus & monetariis corrigendis; Proceſſibus & Evocationibus Brabantinæ Curiæ abrogandis &c. actum. Vid. R. J. *Ratisbon.* h. a. *Chytræus* l. c. p. 928 & 929; *Meteranus* l. c. ad h. a. p. 1053; *Thuanus*, lib. 121, *Hiſt.* h. a. p. 819 & 820.

An. eod. Tranſigit cum *Sigismundo Bathorio*, qui, motu proprio, mutatoque vitæ inſtituto, *Tranſſylvaniæ* Principatum, Imperatori noſtro occupandum, poſſidendum, & contra Infideles defendendum, *Albæ Juliæ*, ſolemni in Conſiſtorio, præſentibus Imperatoris Legatis, 4 April. St. N. tradit, in compenſationem Sileſiæ Ducatus *Oppolienſem & Ratisborienſem*, cum

annua

Digitized by Google

annua quinquaginta millium Joachimicorum penſione, recipiens. Verum, ceſſioni huic contradicente *Andrea Bathorio*, Cardinali, Ejus Patrueli, *Sigismundus*, facti ductus pœnitentia, poſt duos menſes, per Poloniam, *Claudiopolim* revertitur, & Regimen rurſus ad ſe rapit, Miniſtris Cæſareis in cuſtodiam conjectis, poſtea licet libertati reſtitutis; anno 1599, dicto Cardinali Principatu ceſſit, contra quem Cæſar armis, de injuria, experiri decrevit. Vid. *Thuanus* l. c. pag. 822 &c. *Chytræus* l. c. *Meteranus*, lib. 23 *Hiſtor. Batav.* ad an. 1602, p. m. 203; *Iſthuanffius*, lib. 31 *Hiſtor. Ungar.* an. 1598, pag. 463 &c. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 20, pag. 105; *Bucholzerus* l. c. ad h. a. p. 754.

An. eod. ult. Junii, *Aquisgranenſes* in Imperii bannum declarat, ob repudiatum Prætorem, *Johannem de Thienen*, à Juliacenſi Duce, ex privilegio, ipſis datum. Vid. *Meteranus*, l. c. lib. 19 ad h. a. p. 1091; *Thuanus* l. c. lib. 121, h. a. pag. 819; *Bucholzerus* l. c. p. 755;

An. eod. à *Michaële*, Wallachiæ Waiwoda, menſe Junio, homagium accipit. Vid. *Bucholzerus* l. c. p. 754.

An. 1599, 24 Januar. Tranſigit cum *Friderico*, Duce *Würtembergico*, Pragæ, mediante certa pecuniæ ſumma, liberans Eum à *ſubinfeudationis* jugo, quo Würtembergici ab an. 1534 Auſtriacæ domui, ceu in vita *Ferdinandi I* Imp. v. 4, ad an. 1534, dixi, tenebantur, reſervata tamen Auſtriacis ſucceſſione, in caſum deficientis maſculæ ſobolis. Vid. *Gründlicher Beweiß, daß die Prælaten und Klæſter des Hertzogthumbs Würtemberg, vor 200 und mehr Jahren, zu dem Land und Hertzogthumb gehærig geweſen.* pag. 98 &c. *Limnæus*, Tom. IV, Addit. ad lib. V Jur. Publ. cap. 36, §. 7, pag. 940 & 941; Dn. *ImHoff, Notit. Procer. Imp.* lib. 4, cap. 6, §. 11, pag. 169; *Europ. Heroldt*, Tom. 1, part. 2, cap. 9, p. 483.

An. 1600, Comitia *Deputationis* Spiræ celebrat. Vid. Rec. *des Deputations Tags zu Speyer*, de an. 1600.

An. 1601, Evehit in claſſem *Principum*, *Lamoraldum*, Comitem de *Ligne*. Vid. Dn. *ImHoff, Notit. Proc. Imper.* lib. 4, cap. 12, §. 4, p. 219.

An. eod. In fidem accipit *Sigismundum Bathorium*, Tranſſylvaniæ Principem, per *Georgium Baſtam*, in ordinem redactum, Agnato ejus, *Andrea* Cardinali, Principatus uſurpatore, à *Michaële*, *Wallachia* Regulo, in prælio interfecto. Vid. *Meteranus* lib. 23, ad h. a. pag. 203 & 204; *Iſthuanffius* l. c. lib. 33, ad h. a. p. 507 &c. *Thuanus* l. c. lib. 126, ad an. 1601, p. 979 &c. *Ricaut & Sagredo Neueræffnete Ottomanniſche Pforte*, lib. 10, p. 351 & 352.

An. 1603, *Ratisbonæ* Comitia agit, auxilia contra Turcas urgens, per fratrem, *Matthiam;* ibidem ventilata cauſa *Belgica*, ut & *Embdana*, monetæ quoque, & aliæ. Vid. R. J. *Ratisbon.* h. a. *Meteranus*, l. c. lib. 24, ad h. a. pag. 237 &c. *Browerus*, lib. 23 *Annal. Trevir.* h. a. §. 28, pag. 441; *Londorpius*, *Act. Publ.* Tom. 1, lib. 5 cap. 25. *Bucholzerus Ind. Chron.* h. a. pag. 772. Legatos inſuper quatuor Familiarum *Pomeraniæ*, *Würtenbergicæ*, *Haſſiacæ & Badenſis*, quibus cum Megapolitanis, de ſeſſione lis eſt, Senatus Principum Directores rogaſſe: *Sie Solten den Mecklenburgiſchen Geſandten, von dem unterſtandenen Vorſitz abhalten, oder, da ſolches nicht geſchehe, wæren ſie von ihren Herren befehliget, ihn mit Gewalt herauß zu rücken, und an die unterſte Stelle zu weiſen &c.* docet *Gaſtelius, de Statu Publico Europæ*, cap. 2, §. 8, pag. 37. Innuit hanc litem cit. R. J. Ratisbon. h. a. §. 67, *und demnach &c.* Conf. *Zweyburg* T. 2 *Theatr. Præced.* Tit. 25, p. 150.

An. 1604, Jacturam patitur *Tranſſylvaniæ*, *Georgio Baſta*, & *Johanne Jacobo Barbiani*, Comite *Belgiojoſæ*, Proteſtantes ſubditos ſumma ſeveritate prementibus, & vario ſupplicii genere ad Romana ſacra cogi ſtudentibus, qui, tantæ tyrannidis pertæſi, armata manu conſcientiarum libertatem tueri tandem conati ſunt, novumque Principem ſibi elegerunt, *Stephanum Botskay*, magnæ apud eos auctoritatis virum. Vid. *Iſthuanffius*, l. c. lib. 33, ad h. a. pag. 527 &c. *Thuanus*, l. c. lib. 131, ad h. a. pag. 1110 &c. *Meteranus*, l. c. lib. 25, h. a. pag. 172 ad 274; *Lundorpius, Contin. Sleidani*, Tom. 3, ad an. 1605, pag. 569 &c. *Ricaut & Sagredo* l. c. ad h. a. pag. 359 &c. *Spondanus*, T. 2 *Contin. Annal. Baronii*, h. a. §. 6, pag. 129 & 130; *Cluverius, Epitom. Hiſtor.* h. a. pag. 759; *Franciſcus & Paulus Mezger*, lib. 5 *Hiſtor. Saluburg.* cap. 15, p. 666; Dn. *Ludolfi, Schaubühne* lib. 4, cap. 3, pag. 125 ad 132; Add. *Meine Merckwürdigkeiten des XVII. Seculi*, h. a. cap. 4, §. 1, p. 62 ad 64.

An. 1606, 14 Sept. per *Matthiam*, fratrem, pacem *Viennæ* facit cum *Stephano Botzkajo*, vi cujus (1) *Matthias*, nomine Imperatoris, ſalvis ſubditorum conſcientiarum libertate Regnique juribus & privilegiis, *Hungariam* adminiſtret, (2) *Botzkai*, hæreditario jure, *Tranſſylvaniæ* Principatum retineat, (3) Officia coronæ non niſi indigenis demandentur, (4) Jeſuitis immobilia bona acquirere ſit prohibitum &c. Pangit inſuper *Sitbwarocki*, haud procul à *Comorra*, 9 Novemb. cum Turcis, inducias vicennales. Vid. *Thuanus*, lib. 136 *Hiſt.* h. a. p. 1225 &c. *Meteranus*, lib. 27, h. a. p. 386 &c. *Lundorpius*, lib. 12 *Cont. Sleidani*, h. a. p. 723, 724, 744 & 745; *Iſthuanffius* l. c. lib. 34, h. a. p. 545 ad 547; *Piaſecius*, *Chron. Polon.* h. a. pag. 287 & 288, & alii, quos, in dictis *Merckwürdigkeiten*, ad h. a. cap. 4, §. 1, pag. 135, hoc nomine produxi teſtes.

An. 1607, 3 Aug. proſcribit *Donawerdam*. Vid. *Thuanus* lib. 138, ad h. a. pag. 1304 &c. *Lundorpius* l. c. lib. 13 ad h. a. pag. 812 ad 816; *Auctor der beſtændigen Information facti & Juris, wie es mit den, am Kayſerl. Hoffe, wieder des H. Reichs Statt Donawert, auß-*

gegan-

gegangenen Proceſſen, und darauf vorgenommenen Execution, eigentlich, und im Grund der Wahrheit, beſchaffen ſey &c. aliique multi, quos in dictis *Merckwürdigkeiten*, ad h. a. §. 14, p. 203, nominavi.

An. 1608, *Hungaria*, Archiducatu *Auſtria*, *Moravia* &c. *Matthia* fratri, armata manu Bohemiam ingreſſo, tituloque *deſignati Bohemorum Regis* aucto, cedere cogitur. Vid. *Meteranus* l. c. lib. 28, ad h. a. pag. 440, 467, 468, 477 & 478; *Lundorpius*, *Contin. Sleidani* T. 3. lib. 14 ad h. a. pag. 829, 830, 864, 893 ad 895. *Gottfridi Chronicon*, part. 8, h. a. pag. 964 ad 967; multique alii, quorum nomina in meis *Memorabilibus Seculi XVII*, ad h. a. c. 4, §. 1, pag. 228 & 229, occurrunt.

An. eod. Comitia haberi curat *Ratisbonæ*, nomine ſuo eo mittens *Ferdinandum* Archi-Ducem; in quibus de Pace Religioſa inviolabilter conſervanda; perpetuo milite, contra Thurcas, alendo; reſtituenda in integrum *Donawerda* &c. diu multumque, parvo tamen fructu, diſceptatum. Vid. *Lundorpius* T. 1 *Act. Publ.* lib. 1, cap. 6, ad h. a. pag. 37 ad 53, & cap. 7, ad an. 1609, p. 58 &c. & in *Continuatione Sleidani* Tom. 3, lib. 14, ad h. a. pag. 826; *Meteranus*, lib. 28, h. a. p. 438, 467 & 468, *Grotius*, Annal. lib. 17 h. a. p. 563; *Piaſecius*, *Chron.* h. a. pag. 306, & reliqui; quorum facta mentio in meis *Memorabilibus Sec. XVII* ad h. a. cap. 5, §. 2, p. 252. Famoſum libellum *Ratisbonæ*, tunc affixum, publicè damnavit. Contenta hæc erant:

Qua ratione queat Germania ſalva manere,
Suſcipe conſilium, Lector amice, meum:
Utere jure tuo, Cæſar, ſervosque Lutheri
Enſe, rota, ponto, funibus, igne neca.

Vid. *Leydeckeri Not. in Hiſtoriam Eccleſiaſticam Hornii*, p. m. 383.

An. 1609, die Jovis, poſt *Procopii* feſtum, largitur Bohemis Proteſtantibus, liberum Religionis Exercitium, editis hanc in rem Pragæ celebratiſſimis *Literis Majeſtaticis*, de quibus evolvas *Theatr. Europ.* Tom. 1 ad an. 1618. p. 4 &c. *Apologiam Statuum Bohemicorum, ſub Utraque communicantium*, an. 1619 editam, lit. L. M. §. 27; *Gaſtelium*, de *Statu Publico Europæ* cap. 6, §. 213, pag. 334 &c. *Meteranum*, lib. 28 ad an. 1609, p. 503, & *Memorabilia mea Sec. XVII*, h. a. cap. 4. §. 3, pag. 276 &c. *Sileſios*, ibidem, 20 Aug. æquivalentes *Literas* fuiſſe conſecutos, docet earum formula apud *Gaſtelium* l. c. §. 214. p. 338 ad 341, *Fridericum Lichtſternium, in der Schleſiſchen Fürſten-Cron*, pag. 147 &c. & in *Theatro Europæo* l. c. p. 10 &c.

An. eod. 24 Maji, citatione ſolemni, ad tribunal ſuum vocat omnes & ſingulos, qui, ab obitu ultimi Ducis, *Johannis Wilhelmi*, Ducatus *Juliaci*, *Cliviæ* & *Montium &c.* ad ſe ſpectare, arbitrati ſunt; de quibus *Memorabilia* mea l. c. §. 10, p. 288 ad 296, fuſe loquuntur.

An. 1610 Motibus civilibus agitatum deplorat Imperium, *Proteſtantibus*, in conſcientiarum libertatem, Pacificationum Religioſæ & Profanæ firmamentum, juriumque ſuorum illibatam conſervationem, adverſus periculoſas Romano-Catholicorum machinationes, & iniquas Judicii Aulici ſententias, fœdus, ſub *Unionis* nomine, *Hallæ Suevorum*, invicem pangentibus, cui *Romano-Catholici*, *Herbipoli*, *Ligam* oppoſuerunt, exorto hinc Civili bello, *Chriſtiano* Anhaltino *Unitorum*, & *Maximiliano* Bavaro *Ligiſtarum*, conſtitutis Imperatoribus. Vid. *Memorabilia* cit. ad h. a. cap. 4, §. 1, p. 323 ad 332.

An. eod. 19 Mart. in Bannum declarat *Brunſuigam*, publicatione tamen ſententiæ in annum ſequentem dilata. Vid. *Memorabilia* cit. l. c. §. 15, pag. 343 & 344.

An. eod. cum nonnullis Electoribus & Principibus Imperii, Conventum agit Pragæ, in quo concluditur: (1) *Matthiam* fratrem, veniam factorum ab Imperatore efflagitaturum, reſpectu Hungariæ & Auſtriæ, quas ante biennium ad ſe rapuiſſet, (2) *Donawerdam*, à *Maximiliano* Bavaro, reſtitutis belli ſumptibus, in priſtinum ſtatum reponendam, (3) Electorem Saxoniæ, ſalvis tertii juribus, de *Juliacenſi* hæreditate, inveſtiendum. Vid. *Memorabilia* cit. l. c. cap. 5, §. 2, pag. 357 & 358; dictam etiam Inveſtituram, 27 Junii St. V. *Pragæ*, Saxoni fuiſſe collatam, ibidem probavi.

An. 1611 cedit fratri, *Matthiæ*, Coronam *Bohemicam*, 22 Maji, Status Regni, pariterque Sileſiæ & Luſatiæ, fidelitatis & ſubjectionis præſtito ſibi juramento ſolvens; *Matthia*, 23 Maji, ſolenni ritu, à Cardinali *Franciſco Dieterichſteinio*, Pragæ coronato. Vid. *Memorabilia mea* Sec. XVII, h. a. cap. 4, §. 2, p. 372 ad 375, & adducti ibi teſtes.

v. (4) Moritur tandem *Rudolphus* Imperator, Pragæ, An. 1612, $\frac{10}{20}$ Januar. ætat. 59 Ann. 5 Menſ. & 23 dier. Vid. *Meteranus* lib. 29 h. a. pag. 660, *Piaſecius*, Chron. h. a. pag. 336; *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baronii* h. a. §. 1. p. 138; *Gramondus Hiſt. Gall.* h. a. p. 31; *Browerus*, lib. 23 *Annal. Trevir.* h. a. §. 78, pag. 453; *Schadæus*, *Contin. Sleidani*, P. 3, lib. 37, pag. 1655 ad 1659, aliique multi, quorum nomina in meis *Memorabilibus Seculi XVII*, ad h. a. cap. 3, §. 3. pag. 405 & 406, offendis. Dn. *Zieglerus de Klipphauſen, im Täglichen Schauplatz der Zeit*, d. 10 Januar. pag. 21, memor pii Ejus obitus, inter alia obſervavit, Eum *Extremam Unctionem* non deſideraſſe, nec eam ſuſcepiſſe, piè in Chriſti merita defunctum. Epitaphium exhibet *Matthiæ, Theatr. Hiſtor.* in Ejus vita p. 1107, ubi:

DVX ac LVX genIs FabIani heV LUCE RUDoLphVs
CæſarIo genItVs ſangVIne, Cæſar obIt.

(45) MATTHIAS.

v. (1) Natus eſt *Maximiliano* 2 Imp. & *Maria, Caroli V*, Imp. filia, Parentibus, an. 1557, 24 Febr. Vid. *Sigismundus von Bircken*, lib. 6 *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 21, p. 1396; *Dreſſerus*, lib. 6 *Chron. Saxon.* h. a. p. 555, *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 277, licet 23 Febr. ponat; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. p. 599; *Rittershuſius* Tab. 2 *Geneal. Auſtr.* Recentiores alii.

v. (2) Uxorem duxit, an. 1611, 4 Dec. St. N. *Annam*, fil. *Ferdinandi* Angnati. Vid. *Sigismundus von Bircken*, l. c. Plures alios teſtes habes, in meis *Memorabilibus*, ſeu *Merckwürdigkeiten*, *Seculi XVII*, ad h. a. c. 2, p. 364. Liberis vero caruit.

v. (3) Durus in Proteſtantes fuit, ſemen funeſtiſſimi Germaniæ tricennalis Belli ſubminiſtrans.

An. 1577, Belgii Præfecturam conſecutus eſt; vid. *Chytræus*, lib. 24 Saxon. p. 654; *Thuanus*, lib. 64 *Hiſt.* ad h. a. pag. 206, & lib. 66, ad an. 1578, p. 237; *Meteranus*, lib. 7 *Hiſt. Belg.* an. 1577, p. 355 &c. & 361 &c.

An. 1608, 19 Nov. inauguratur Rex *Hungariæ*; Vid. *Sigismundus von Bircken*, l. c. Conf. præced. vita *Rudolphi* 2, v. 3, ad h. a. pag. 753.

An. 1611, 23 Maji, coronatur Rex *Bohemiæ*. Vid. *von Bircken* l. c. & præced. Vita *Rudolphi* 2, v. 3, ad h. a. p. 753.

An. 1612, 3-13 Junii, *Francofurti ad Mœnum*, eligitur Imperator, & 14-24, ejusdem menſis, ibidem, à tribus Electoribus Clericis, Conſerratore *Johanne Suickardo de Cronberg*, Moguntino, coronatur. Protocollum Electionis ſiſtit *Goldaſtus*, part. 1 *der Politiſchen Reichs-Handel*, c. 12, pag. 92 &c. & Inaugurationis, l. c. pag. 99 &c. Conf. *Schadeus*, *Contin. Sleidani*, part. 4, lib. 1, §. 25, ad 32, pag. 15 ad 31; & *Meteranus*, lib. 30, ad h. a. pag. 663, 673 ad 685; *Limnæus Jur. Publ* lib. 2, cap. 4, §. 8, p. 53; *Carpzovius* ad L. R. Germ. cap. 3, Sect. 3, §. 17, p. 59; *Mylerus ad Rumelinum* ad A. B. part. 3, Diſſert. 6, v. 5, lit. b, pag. 883; Capitulationem exhibent *Lundorpius Tom.* 1 *Act. Publ.* lib. 1, cap. 21, p. 103 &c. *Carpzovius*, in *Appendice ad Legem Regiam Germanorum*, pag. 386 &c. & *Limnæus*, de *Capitulationibus* p. 544 ad 5 · 5; add. quæ in citatis *Memorabilibus* l. c. cap. 5, §. 2, p. 432 & 433, annotavi. De Coronatione Reginæ, 1 · 26 Junii, ibidem peracta, leges *Goldaſtum* l. c. pag. 104 &c.

An. 1613, Comitia celebrat *Auguſtæ Vindelicorum*, in quibus de tutandis Hungariæ finibus contra Turcas; corrigendis nævis Cameralibus & rei numariæ; Matricula Imperii in ordinem reducenda, avulſis ab Imperio recuperandis; Calendariis *Juliano* & *Gregoriano* uniendis; controverſiis circa Seſſiones, in Comitiis, abolendis &c. actum. Vid. R. I. *Ratisbon.* h. a. Conf. Auctores, quos, in *Memorabilibus Seculi XVII.* ad h. a. c. 5, §. 2, p. 466, nominavi.

An. eod. 16 Febr. inveſtit Domum Saxonicam de Terris Juliacenſibus. Vid. Dn. *Muller*, *Annal. Sax.* h. a. p. 266.

An. eod. 22 Mart. In *Principum* claſſem evehit *Carolum Emanuelem de Gorrevod*, Archi-Ducis *Alberti* Cubicularium, Limburgi Præfectum. Dn. *Spener*, *Geneal. Gall.* Tab. 62; Dn. *ImHoff* T. 2, *Geneal. Gall.* p. 254.

An. 1615, Vicennales inducias pangit cum Turcis. Vid. *Gottfridi Chron.* part. 8, h. a. p. 1056, & quos alios teſtes ſiſtunt mea *Memorabilia Seculi XVII*, h. a. c. 4, §. 1, p. 527 & 528.

An. eod. Contra Literas Majeſtaticas *Rudolphi* fratris, de an. 1609, varias Proteſtantibus ſubditis injurias fieri patitur. Vid. *Memorabilia* cit. l. c. §. 9, pag. 143.

An. 1616, 13 Febr. *Johannem Syrum*, Com. de *Correggio*, Principem creat. Vid. Dn. *ImHoff*, *Hiſt. Geneal. Ital. & Hiſp.* p. 63.

An. 1617, Adoptat Patruelem ſuum, *Ferdinandum*, Eumque univerſalem ſcriptum hæredem, conſentientibus Fratribus, & Rege Hiſpaniarum, 29 Junii St. N. Pragæ, Bohemorum Regem coronari curat. Vid. *Memorabilia* citata, ad h. a. c. 4, §. 10, p. 629 ad 631, & nominatos ibi Auctores.

An. eod. Barones *Crichingenſes*, axiomate *Comitum*, illuſtriores reddit. Vid. Dn. *Spener*, *Oper. Herald.* part. ſpec. lib. 3, cap. 9, pag. 597; Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc.* lib. 6, cap. 2, §. 1, p. 494; Europ. *Herold*, Tom. 1, Tit. 4, part. 1, cap. 2, pag. 610; Dn. *Caroli*, *Memorab. Eccleſ. Sec. XVII*, h. a. lib. 2, c. 41, p. 441.

An. 1618, Oppreſſione, Proteſtantium, & reali abolitione literarum Majeſtaticarum *Rudolphi* Fratris, una cum *Ferdinando*, Bohemorum Rege, Tragœdiam Tricennalis belli orditur, cujus Miniſtri propterea, ex arce Pragenſi, per feneſtras, in præceps dati ſunt. Vid. *Mea Memorabilia Sec. XVII*, h. a. c. 4, §. 1, pag. 662 ad 667, ibique multi alii adducti teſtes.

An. eod. Principis titulos impertit *Carolo*, *Liechtenſteinii* Comiti. Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc.* lib. 5. cap. 13, §. 5, pag. 274; *Handlung der Welt Alter*, pag. 439, Dn. *Zweyburg*, in *Theatro Præcedentiæ*, part. 1, Tit. 63, pag. 150, id refert in annum 1614.

An. eod. Adoptivum filium, *Ferdinandum*, Bohemiæ Regem, eligi facit Regem Hungariæ. Vid. *Memorabilia mea Seculi XVII* h. a. c. 5, §. 2, pag. 684 & 685, ibique citati teſtes.

v. (4) Animam efflavit Cæſar, an. 1619, 10-20 Mart. vid. multi teſtes in *Meis Memorabilibus* cit. ad h. a. cap. 3, §. 3, p. 695.

(46)

(46) FERDINANDUS II.

v. (1) Lucem aſpexit an. 1578, 9 Julii, *Carolo* 2, Archiduce in Styria, & *Maria*, *Alberti V*, D. Bavariæ, filia, Parentibus. Vid. *Sigismundus von Bircken*, *Oeſtreichiſche Spiegel der Ehren*, lib. 6, c. 21, p. 1397; *Bucholzerus*, *Ind. Chronol.* h. a. pag. 662; *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 282; *Ritterſhuſius Tab.* 2 *Geneal. Auſtr. Bucelinus* T. 3. *Notit. Geneal. German.* p. m. 28. Alii.

v. (2) Nuptias celebrat (1) An. 1600, 23 April. cum *Maria Anna*, fil. *Wilhelmi*, Duc. Bavar. anno 1616, 8 Martii defuncta. Vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. p. 1398, *Ritterſhuſ.* l. c. Alii; Conf. *Memorabilia mea Seculi XVII*, ad an. 1616, cap. 3, §. 1, p. 561, ubi plures obitus Ejus teſtes. (2) An. 1622, 4 Febr. cum *Eleonora*, *Vincentii*, *Mantuæ* Ducis filia; Vid. *von Bircken* l. c. *Theatr. Europ.* Tom. 1, ad h. a. pag. 619; *Contin. Meterani*, h. a. lib. 39 pag. 361, (155) *Limnæus*, Tom. IV Addit. ad lib. V *Jur. Publ.* c. 2, pag. 670; *Ritterſhuſius Tab. Geneal. Mantuana*; Alii; extincta an. 1655, 27 Junii. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. VII, h. a. pag. 723; Dn. *Schowart. Obſervat. Hiſtorico-Geneal.* c. 23, §. 1, p. 505; *Ritterſhuſ.* l. c.

v. (3) Liberi eorum ſunt:

(1) *Chriſtina*, nat. 1601, 25 Maji; defuncta infans. Vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. *Ritterſhuſ. Tab. Gen. Auſtr.*

(2) *Johannes Carolus*, nat. 1605, 1 Nov. defunctus an. 1619, 16 Dec. Vid. Iidem, & alii, quos in *Memorabilibus meis Seculi XVII* ad an. 1605, c. 1, §. 2, p. 79, & ad an. 1619, c. 3, §. 3, p. 696, teſtes habes.

(3) *Ferdinandus III* Imp. de quo ſuo loco.

(4) *Maria Anna*, nat. 1610, 13 Jan. Uxor facta *Maximiliani I* Elect. Bavar. an. 1635, 10 Jul. mortua an. 1665, 28 Sept. Vid. *von Bircken* l. c. *Ritterſhuſ.* l. c. Dn. *Schowart* l. c. cap. 1, §. 14, p. 28. *Limnæus* J. P. lib. 5, c. 2, p. 20.

(5) *Cæcilia Renata*, nat. 1611, 16 Jul. Vid. Auctores in *Memorabilibus meis Sec. XVII*, h. a. cap. 1, §. 1, pag. 3 1, citati; nupta an. 1637, 9 Aug. Vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. *Theatr. Europ.* T. 3, ad h. a. pag. 715; *Ritterſhuſ. Geneal. Auſtr. & Polon.* Alii; defuncta an. 1644, 14 (13) Mart. Vid. *Theatr. Europ.* T. 5, ad h. a. pag. 570; *Limnæus*, Tom. IV *Addit.* ad lib. V Jur. Publ. c. 2, p. 670; *Brachelius Hiſt. ſui temporis* lib. 6, p. 90, *Sagittarius* l. c. Dn. *Schowart* l. c.

(6) *Leopoldus Wilhelmus*, nat. 1614, 6 Januar. Vid. Auctores in *Memorabilibus meis Seculi XVII*, h. a. c. 1, §. 2, pag. 470, occurrentes; Evaſit Epiſcopus Argentoratenſis, Paſſavienſis, Halberſtadienſis, Olmucienſis, Magnus Magiſter Ordinis Teutonici, & ſupremus Belgii Præfectus; ac obiit an. 1662, 20 Nov. Vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. *Lambecius*, lib. 1 *Comment. Biblioth. Vindobon.* pag. 4; *Maureri Chron. Viennenſ.* part. 2, p. 101, & part. 3, c. 3, p. 157; Dn. *Schowart* l. c. cap. 1, §. 14, p. 28; *Ritterſhuſ. Geneal. Auſtri. Hartnack, ad Micralium* lib. 2, Sect. 5, pag. 545; *Auctor des Entwurffs der Ritter-Orden* de an. 1697, p. 74; *Theatr. Europ.* T. IX, p. 570 & 855.

v. (4) Majori adhuc ſeveritate erga Proteſtantes uſus eſt, quam *Matthias*, à quo in filium fuit adoptatus.

An. 1617, 29 Junii, beneficio *Matthiæ* Imp. coronatur Rex Bohemiæ. Hiſtoriam expoſui in *Memorabilibus meis Seculi XVII* h. a. cap. 4, §. 10, pag. 629 ad 631, provocando ad Acta publica, & Auctores probatos.

An. 1618, 1 Jun. Favore ejusdem Imperatoris, eligitur Rex Hungariæ, inauguratus 1 Julii. Vid. dicta *mea Memorabilia* ad h. a. cap. 5, §. 2, pag. 684 & 685, ubi contenta pariter Capitulationis, & teſtes habentur.

An. 1619, 18-28 Aug. electus *Francofurti* Imperator; coronatur ibidem, 9 Sept. St. *N.* Vid. *Lundorpius* Tom. 2 *Act. Publ.* lib. 5, cap. 19, p. 27, & auctores omnes, quos in *Memorabilibus meis Seculi XVII*, ad h. a. cap. 5, §. 2, p. 722, adduxi. Notatu dignum, *Fridericum V* Palatinum, votum ſuum *Maximiliano* Bavaro dediſſe, teſte Manifeſto *Caroli Ludovici*, *Friderici* filii, de An. 1637, apud *Lundorpium* Tom. IV, lib. 3, cap. 109, pag. 771, ubi hæc *Voti* verba: *Weil ich dan in meinem herzen bißher jederzeit gewünſchet, daß dem Reich ein ſolch Haupt erwehlt, unter welchem gleichmaſſig Recht und Gerechtigkeit adminiſtrirt,, dem Gegenwartigen üblen Zuſtand im Reich, und andern deſſelben Obliegen, remedirt, und daſſelbe Reich nit etwa in frembde Krieg implicirt werden mœchte, und ich meine Gedancken, unter obgenannten Potentaten, Chur- und Fürſten, auf des Herzogs in Bayern Ld. geſchlagen, als einen Erfahrnen, Verſtændigen und Friedfertigen Fürſten, der ſein Land in gutem Frieden hat, und mit keinem Kriegs implicirt iſt: Gleichwohl aus keiner wiedrigen Affection gegen einem oder dem andern aus den vorigen, viel weniger dem Hauß Oeſtreich, als welches meines Chur-Hauſes gute Officia verhoffentlich in der That vielfaltig verſpühret, ſondern einzig, wie ich die Sache, meinen Eyd und Pflicht nach, verſtehe, als will ich Seines, des Hertzogen in Bayern Ld. meine Stimm und Votum, in Gottes Nahmen, gegeben haben &c.* Quomodo *Auctor der Ableitung* dicti Manifeſti, an. 1639 hæc ſugillet, peti poteſt ex *Lundorpio* l. c. cap. 108, p. 726. Capitulationem ſiſtunt: *Lundorpius*, l. c. Tom. 1, lib. 4, cap. 82, pag. 700 &c. *Bellus*, *im Oeſtreichiſchen Lorbeer-Crantz* lib. 3, p. 156 &c. *Carpzovius*, *de Lege Regia*, p. m. 392 &c. *Limnæus*, Tom. 1 *Jur. Publ.* lib. 1, c. 12, p. 203 &c. & de *Capitulationibus*, p. 584 ad 595.

An. Eod. Confirmat quodammodo Bohemis *Literas Majeſtaticas*, *Rudolphi* Imp. de an. 1609. Vid. *Meteranus*

ranus Contin. lib. 36, ad h. a. pag. 697; *Bellus* l. c. pag. 108, & *Memorabilia mea cit.* h. a. cap. 4, §. 1. pag. 701 &c. ubi turbarum enarratio, quibus Bohemiæ Regnum ſuccubuit, *Friderico V*, Electore Palatino, 26 Aug. St. V. adverſus *Ferdinandum* Imp. electo, & 25 Oct. St. V. coronato, Bohemorum Rege.

An. eod. Alexandro Pico, Mirandolæ Principi, *Ducales* titulos largitur. Dn. *Im Hoff, Geneal. German. & Ital.* Tab. 113.

An. eod. Principem conſtituit *Erneſtum, Schaumburgi* Comitem. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. 1 h. a. p. 504; *Lundorp. Act. Publ.* Tom. 2, lib. 6, c. 28, p. 404; *Limn.* T. 2 Addit. ad lib. 1, c. 9, p. 245; *Sprenger. Jurisp. publ.* p. 364.

An. 1620, Graviſſimas lites habet cum *Friderico* Palatino, Coronæ Bohemicæ intuitu, anno praecedente à Bohemis Ei impoſitæ; quem propterea proſcribit, executione Saxonum Electori, *Joh. Georgio I, Alberto* Archiduci, & *Maximiliano* Bavaro, demandata; qui etiam eorum copiis obrutus, feralem cladem 29 Oct. St. V. in *Monte Albo*, haud procul *Praga*, accipit, & in Sileſiam, cum ſuis, aufugere cogitur. Vid. ex actis publicis, *Memorabilia mea Seculi XVI* ad h. a. c. 4, §. 1, p. 739 ad 748.

An. eod. Hungaros hoſtes experitur, 25 Aug. *Bethlemum Gaborem* Anti-Regem eligentes. Vid. cit. *Memorabilia* cap. 4. §. 2, p. 749 ad 752.

An. eod. Reſtituit Jeſuitas in integrum, *Pragæ*, & per totam Bohemiam; Proteſtantibus contrà Religionis exercitio interdicens. Vid. *Theatr. Europ.* T. 1 h. a. p. 418 &c.

An. eod. Robertum Dudley, Anglum, Ducem creat. Vid. Dn. *ImHoff Notit. Angl.* Tab. 114.

An. 1621, 22 Januar. publicat proſcriptionis diploma, contra *Fridericum* Elect. Palat. coronatum Bohemiæ Regem; cujus formulam ſuppeditat *Lundorpius*, T. 2 *Act. Publ.* lib. 6, cap. 1, pag. 306 ad 311, & *Theatr. Europ.* Tom. 1, h. a. pag. 470 &c. in favorem hujus banni, extat ſcriptum quoddam apud *Lundorpium* l. c. cap. 3. p. 314 & 353; Et in favorem Palatini, ibid. cap. 4, p. 353 ad 356, elaborata Quæſtio: *Ob die Kayſerliche Maj. in der ſtreitigen Bœmiſchen Sache, Richter ſein kœnne?* nec non, cap. 5, p. 356 ad 363: *Kurtzer Bericht, daſs die unlängſten, am Kayſerlichen Hoff erkannnte, und hernach im H. Reich, wieder die Chur-Pfaltz, publicirte Achts-Erklärung, vielen unheilbaren Nullitæten unterworffen, und dahero ohne Würden, oder Kræfften, weniger bündig und gültig ſein kœnne.* Quo Marte bellum in Palatinatu ſit geſtum, ex *Theatro Europæo* l. c. ad h. a. & *Meterano Contin.* h. a. hauriendum eſt.

An. eod. eodemque die, parem banni formulam promulgat adverſus Palatini amicos, ſummosque belli Duces, *Johannem Georgium III*, March. Brandenb. *in Jegerndorff, Chriſtianum* I Princ. Anhaltinum, & *Georgium Fridericum*, Com. Hoënloicum, de cujus tenore vid. *Lundorpius* l. c. cap. 2, pag. 311 ad 314; *Meteranus Contin.* h. a. pag. 319 &c. *Theatrum Europ.* l. c. Conf. *Brachelius, Hiſtor. ſui temporis*, lib. 1, pag. 39; Dn. de *Puffendorf*, lib. 1 *Rer. Suecic.* p. 14. de Bannis tabulis, in *Erneſtum, Mansfeldium*, 2 Aug. & ult. Decemb. ſcriptis, legas *Meteranum* l. c. pag. 345 &c. & 349 &c.

An. eod. 1-11 April. *Moguntiæ*, per *Ambroſium Spinolam*, transigit cum *Unitis* Princibus, qui (1) arma adverſus Cæſarem deponere, (2) militem dimittere, (3) *Unionem* deſerere, & (4) Palatini cauſam deſerere, pollicentur; *Spinola* viciſſim nullum à ſuis damnum eorum Ditionibus & Bonis illatum iri, fide publica, promittente. Vid. *Lundorpius* l. c. Tom. 2, lib. VI, cap. 15, p. 382; *Theatr. Europ.* l. c. pag. 491; *Brachelius*, l. c. pag. 39; *Europ. Herold*, pag. 169. De peculiari Transactione Cæſaris, cum *Mauritio* Landgravio, 5 April. evolvatur *Lundorpius* l. c. cap. 17, pag. 385.

An. eod. *Nicolaiburgi*, tranſigit cum *Bethlehemo Gabore.* Conventionis ſumma eſt, (1) Hungari in gratiam Cæſaris redeant, (2) *Gabor* titulum *Imperii Principis*, una cum Septem Comitatibus, ſeu *Spanſchafften*, & Civitate *Caſſovia*, ad vitæ dies, retineat; (3) mediante certa pecuniæ ſumma, Ei tradantur Sileſiæ Principatus *Ratiborienſis* & *Oppelienſis*, cum dominiis & Caſtris Hungariæ, *Mongatz, Tockay, Zatmar* & *Erſchet*; (4) *Gabor* renunciet Coronæ Hungaricæ, ſpondeatque, reliquam Hungariæ partem, bona fide, Cæſari ſe reſtituturum, nec amplius turbaturum; (5) Oppignorata bona, ad proxima Regni Comitia usque, poſſeſſoribus relinquantur, (6) Jeſuitis in Regnum revertendi detur licentia. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. p. 544; *Brachelius*, l. c. lib. 2, pag. 58; Dn. de *Puffendorf*, l. c. *Meteranus* l. c. lib. 39 pag. 358, (149) id refert ad annum 1622; ut & *Europ. Herold*, pag. 824; & *Micrælius*, lib. 3 *Syntagm. Hiſtor.* Sect. 7, p. 443.

An. eod. 18 Febr. per *Johannem Georgium I*, Elect. Saxon. tranſigit cum Sileſiis, quibus veniam factorum pollicetur, genuinum Sileſiæ Dominum Eum profitentibus, nec amplius Palatini cauſam propugnaturis, homagio 22 Oct. præſtito. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 517, *Goldaſtus, de Statu Publ. Europæ*, cap. 23, pag. 773 &c. *Jacobus Wellerus, im Lebenslauff* laudati Electoris, p. 254.

An. eod. Inveſtit *Philippum IV*, Regem Hiſpaniarum, de Ducatu Mediolanenſi, Oppidisque *Finali, Senis, & Piombino.* Vid. *Theatr. Europ.* Tom. 1. h. a. pag. 563.

An. eod. *Maximiliano* Bavaro, ob ſumptus, in bello Bohemo-Palatino, impenſos, & adhuc impendendos, pignori opponit Auſtriam ſuperiorem, vulgo *das Land ob der Ens.* Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 749;

Lundor-

Lundorpius Tom. 5 *Act. Publ.* lib. 2, cap. 31, pag. 790; Conſ. ad ſeq. an. 1628.

An. eod. 11 Dec. In gratiam recipit *Chriſtianum* Princ. Anhaltinum. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 546; & *Lundorpius* T. 2, lib. 6, cap. 57, pag. 481 & 482, ubi literæ Principis, 2 Jul. deſuper ad Cæſarem datæ.

An. 1622, Axioma *Principis* largitur, (1) *Franciſco Dieterichſteinio*, Rom. Eccl. Cardinali; anneκa facultate, è Gentilibus ſuis, quemcunque vellet, dignitatis *Principalis* hæredem conſtituendi. Vid. *Goldaſtus* l. c. cap. 25, §. 16, pag. 794; *Limnaus* Tom. V, Addit. ad lib. 5, *Jur. Publ.* cap. 7, pag. 392; *Spenerus, Op. Herold.* part. ſpec. lib. 2, cap. 21, §. 14, pag. 436; Dn. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 5, cap. 5, §. 8, pag. 235; *Europ. Herold* Tom. 1, part. 2, Tit. 22, p. m. 563. (2) *Fabricio Caraffa*, Principi de *Roccella*. Vid. Dn. *ImHoff Hiſt. Geneal. Ital. & Hiſpan.* p. 339.

An. eod. Hypothecario jure, tenendam adſcribit *Johanni Georgio I*, El. Sax. ob ſumptus in bello Palatino, erogatos, 72 tonnas auri involventes, *Luſatiam* Vid. *Hartnac, ad Micrælium* lib. 3, Sect. 12, pag. 605 & 606 *Hornius Orb. Polit.* pag. 218; *Mercurius Germanicus Sinceri Germani à Lapide*, pag. 296; *Jeremias Simon, in der Eilenburgiſchen Chronick*, part. 3, pag. 663 & 703; Auctor *der Geſchicht von Thuringen*, cap. 18, pag. 217; ipſam translationem anno demum 1623 factam, teſtantur *Meteranus Contin.* lib. 40, ad h. a. pag. 304; *Theatr. Europ.* T. 1, ad an. 1623, pag. 758. *Gaſtelius, de ſtatu publico Europæ*, cap. 13, p. 774.

An. eod. 14 Oct. per *Carolum*, Principem *Liechtenſteinium*, Pro-Regem Bohemiæ, Proteſtantibus Bohemis interdicit Religionis exercitio, Saxonum Electore fruſtra, pro iis, intercedente. *Lundorpius*, Tom. 2 *Act. Publ.* lib. VI, cap. 155 & 156, ad h. a. pag. 630 &c.

An. eod. Indicit Comitia Ratisbonenſia, Electorum & Principum Imperii. Vid. *Lundorpius* l. c. cap. 162, pag. 640, & cap. 164, pag. 641; cap. 166, pag. 644.

An. 1623, 7 Januar. in modò dictis Comitiis, denuo Electoris Palatini admiſſa urgens, notum facit congregatis Imperii Ordinibus, ſe Palatinatus Electoratum in *Maximilianum* Bavarum tranſtuliſſe. Vid. *Lundorpius* l. c. ad h. a. cap. 170, pag. 657 &c. *Theatr. Europ.* T. 1, ad h. a. pag. 712 &c. Reſponſio Principum extat apud *Lundorpium* l. c. cap. 171, p. 661. & *Theatr. Europ.* l. c. pag. 716 &c. Inveſtituræ ſolennia, 25 Febr. (fruſtra proteſtationem deſuper interponente Neoburgico, veluti proximiori Agnato,) celebrata, recenſent *Lundorpius* l. c. cap. 178, pag. 674. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 725 &c. *des Chur- und Fürſtlichen Convents zu Regenſpurg in anno* 1622 *und* 1623 *celebriret, Acta und Handlungen*, p. 52 & *Thucelius* cap. 5, §. 4. *Electorum Juris Publici curioſorum*, de an. 1694, pag. 250 &c. Diploma Cæſareum, Bavaro datum, legitur apud *Lundorpium*, l. c. cap. 231, pag. 795 &c. Principum judicia, deſuper lata, prodit *Außführliches und wohlgegründetes Bedencken, auf die Frage: Ob der Durchlauchtigſte Fürſt, Herr Maximilian, Hertzog in Ober- und Nieder-Bayern, die angebottene Churſt. Pfaltziſche Würde acceptiren, und annehmen, oder ſelbige denegiren, und von ſich weiſen ſolle?* apud *Lundorpium* l. c. cap. 179, p. 677 &c in primis Protocollum, cum Notis *Volradi de Pleſſen*, l. c. cap. 180, pag. 699 &c. Conſ. de hac metamorphoſi *Brachelius*, lib. 2 *Hiſtor. ſui Temp.* pag. 75; *Limnaus*, ad *Capit. Caroli V*, art. 24, §. 18 &c. pag. 168, & lib. 3 *Jur. Publ.* cap. 9, pag. 128; *Maurer. Chron. Viennenſe*, part 2, pag. 94 & 95; *Micrælius*, lib. 2 *Syntagm. Hiſtor.* Sect. 5, pag. 522 & lib. 3, Sect. 12, pag. 582 & 584; *Puffendorf*, lib. 1 *Rer. Suec.* pag. 16; *Nani, Hiſtoria Veneta*, p. 253; Auctor *der verblichenen Chur-Linie von Heidelberg*, cap. 10, p. 30, &c. *Spener, Op. Herald.* lib. 3, cap. 27, §. 38, pag. 679; *Sprenger. Lucerna*, p. 95; *Browerus*, lib. 23 *Annal. Trevir.* h. a. §. 147, p. 473; *Spondanus*, T. 2 *Contin. Annal. Baron.* h. a. §. 3, pag. 154; *Bucelinus*, *Annal. German.* p. 145, perperam licet ad an. 1624; *Hermes*, *Faſcic. Jur. Publ.* cap. 23, §. 3, *Becker, Synopſ. Jur. Publ.* lib. 3, cap. 7. §. 14; *Thulemarius*, *Octovirat.* cap. 15, p. m. 183 &c. *Tolnerus*, part. 1 *Hiſt. Palat.* cap. 2, pag. 48, & cap. 3, pag. 106; Ill. Auctor *des Europæiſchen Herolds* Tom. 1, part. 2, cap. 2, p. m. 226; alii multi.

An. eod. Evehit in Claſſem *Principum*.

(1) 8 Januar. *Philippum Ottonem*, Comitem *Salmenſem*. Vid. *Lundorpius* Tom. VII, *Act. Publ.* lib. VI, cap. 304, pag. 286; & cap. 396, pag. 438 &c. ubi ipſum diploma, & cap. 407, pag. 448 &c. & cap. 483, pag. 566; *Limnaus*, Tom. 2 Addit. ad Lib. 5 *Jur. Publ.* cap. 15, p. m. 455 &c. Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imper.* lib. 5, cap. 4, §. 5, p. m. 231; *Europ. Herold*, l. c. cap. 21, pag. m. 561.

(2) 25 Febr. *Johannem Ulricum* L. B. de *Eggenberg*. Vid *Lundorpius* Tom. IV, *Act. Publ.* lib. 3, cap. 89, §. 3, pag. 599, & §. 4, p. 601, & Tom. V, lib. 1, pag. 691 ad 693; *Limnaus*, Tom. 1 Addit. ad lib. 5, cap. 7, pag. 856; *Europ. Heroldt* l. c. cap. 19, p. m. 555; Dn. *ImHoff* l. c. cap. 2, §. 2, p. 226.

(3) 28 Mart. *Johannem Georgium*, Com. ab *Hohenzollern*, in *Hechingen*. Vid. *Lundorpius*, Tom. 2, lib. 6, cap. 193, p. 741 &c. & Tom. V, lib. 1, Sect. 107, p. 411, voc. *Bayern*; *Limnaus*, Tom. 2 Addit. ad lib. 5, cap. 9, pag. 877 &c. ubi ipſum diploma; *Europ. Heroldt* l. c. cap. 18, pag. 551; *Theatr. Europ.* Tom. 1, h. a. pag. 471; *Meteranus* h. a. pag. 410; Dn. *ImHoff*, l. c. cap. 1, §. 5, p. 224.

(4) *Carolum Maximilianum* & *Gundaccarum*, hujusque filios, Comites *Liechtenſteinios*, 12 Sept. Vid. Dn. *ImHoff*, l. c. cap. 13, §. 5, p. 274; Conſ. *Europ. Heroldt*, l. c. Part. 3, cap. 5, Tit. 1, p. 765.

An. eod. Comites creat (1) *Adamum Philippum*, Baronem *Cronbergium*. Vid. Dn. *ImHoff* l.c. lib. 7, cap. 1, §. 2, p. 350. *Spener Op. Herald.* lib. 1, c. 19, §. 3, pag. 102 &c. (2) *Johannem Tilly*, *Maximiliani* Bavari, belli Ducem; Vid. *Theatr. Europ.* T. 1, ad h. a. p. 731, *Meteranus* h. a. p. 410.

An. eod. 7 Junii, transfert, ex conventione anni præcedentis, per *Thalenbergium*, *Ottonem de Noſtitz* & *Ottonem Melandrum*, hypothecario jure, *Luſatiam*, in Electorem Saxoniæ. Vid. an. præced. 1522.

An. 1624, 8 Maji, pacem facit cum *Betlehemo Gabore*, renunciante (1) penitus titulo, Inſigniis & adminiſtrationi Regni Hungariæ, (2) ſpondente, in poſterum ſe domum Auſtriacam, nec directè, nec indirectè, offenſurum, (3) loca capta priſtinis dominis reſtiturum; largiendo vice verſa Ei (1) facultatem titulis *Tranſſylvaniæ*, Sacrique Rom. Imp. Principis, ut & Ducis *Oppeliæ* atque *Ratiborii* in Sileſiæ, libere utendi. (2) concedendo, ad vitæ dies, Septem Hungariæ Comitatus, ſcil. *Stockharienſem*, cum arce *Zabolob*; *Ugochienſem*; *Berochienſem*; *Zemplojenſem*, *Bozzotenſem*, cum arce *Zandero*; *Ababarienſem*, cum Oppido *Caſſovienſi*, (3) promittendo, ſingulis annis, die S. Georgii, ad tutandos Regni fines, 30000 florenorum, ſe Ei ſolutorum; (4) cedendo Ei *Nagibania*, *Paſſobania &c.* Vid. *Theatr. Europ.* T. 1 ad h. a. p. 788 &c.

An. eod. *Ferdinandum* Gonzagam, Ducem *Mantuanum*, affinem ſuum conſtituit Vicarium Generalem Imperii per Italiam. Vid. *Hornii Orb. Polit.* p. 268; *Jean de Laet, de Principatibus Italiæ*, cap. 7, p. 287.

An. eod. 17 Auguſt. largitur *Zdenkoni Adalberto*, Baroni *Lobkovitzio*, honores titulosque *Principis*. Vid. *Lundorpius Act. Publ.* Tom. V, pag. 704, §. 172; Dn. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 5, c. 3, §. 9, p. m. 229; *Europ. Heroldt*, Tom. 1, part. 2, cap. 20, pag. 557; Dn. *Lehman*, *Hiſtoriſche Remarques*, de an. 1703, p. 338; *Thucelius*, in *Electis Juris publici Curioſis* de an. 1694, cap. 6, p. 255 &c. ubi diplomatis formula.

An. 1625, 18 Nov. largitur *Ludovico*, Landgravio Haſſo-Darmſtadienſi Ejusque Poſteris, Privilegium, vigore cujus; abſoluto ætatis anno decimo octavo, majorennes fiant. Vid. *Europ. Heroldt*, T. 1, part. 2, c. 8, pag. 477.

An. 1626, creat *Johannem*, *de Caſtiglione*, Sacri Romani Imperii, ut & de *Petra Elcina*, Principem. Vid. Dn. *ImHoff*, *Hiſt. Geneal. Ital. & Hiſpan.* p. 68.

An. 1628, 9 Junii, Viennæ, ſolemni formula proſcribit *Adolphum Fridericum*, & *Johannem Albertum*, Megapolitanos Duces, quod in Danorum, hoſtium ſuorum favorem, moniti arma non poſuerint; Terras eorum, hypothecæ loco, pro ſumptibus bellicis, in *Albertum Wallenſteinium*, eodem tempore, *Sagani* Ducatu Sileſiæ auctum, transferens; Vid. *Fürſtliche Mecklenburgiſche Apologia*, de an. 1630, pag 253 ad 353; *Theatr. Europ.* T. 1, ad h. a. p. 1053, ad 1060; *Meterani Contin.* h. a. pag. 557 &c. *Lundorpius* Tom. 2, *Contin. Act. Publ.* p. 808 &c. *Micralius* lib. 2 *Syntagm. Hiſtor.* Sect. 5, p. 523; *Spener*, *Op. Herald.* lib. 2, cap. 108, §. 4, pag. 565; *Simon*, *Eilenburgiſche Cronick*, part. 3, p. 669. *Europ. Heroldt*, T. 1, part. 2, cap. 10, p. 493; *Lehman*, *Hiſtoriſche Remarques*, anni 1702, pag. 243. Provinciæ Ordines, jam, ſub dato *Pragæ*, 1 April. 1628, juramenti vinculo, quo laudatis Ducibus tenebantur, fuiſſe ſolutos, docet Commiſſorium Cæſaris, apud *Gaſtelium*, de *Statu Publico Europæ*, cap. 19, §. 102, pag. 618 &c. ubi ſimul alia, huc ſpectantia.

An. eod. 22 Febr. vendit *Maximiliano* Bavaro, *Superiorem Palatinatum*; cauſam modumque contractus declarat *Manifeſtum Palatini*, an. 1642 editum, ubi, inter alia: *Daß die Ober-Pfaltz, an. 1628, von Ihr. Kayſerl. Maj. Chur-Bayern kauffweiß, für die vorhin, zu Recuperirung der Oeſtreichiſchen Landen, außgelegte dreyzehen Millionen Golds, darumb Bayern Ober-Oeſtreich,* (ab anno 1622) *in Handen gehabt, verkaufft, und dadurch Ober-Oeſtreich wieder geläßt worden ſey, mit dem Vorbehalt, daß, wann die Pfaltz von dem Churfürſten in Bayern, quovis modo, abgenommen werden ſolte, der Kayſer, und ſeine Erben, alßdan gehalten ſein ſolten, das Land ob der Ens wieder abzutretten, biß die dreyzehen Millionen erſtattat worden; und ſeyen, bey dieſer Verkauffung, die gemeine Aempter Barckſtein, Weiden, und Bleyenſtein, ausgeſchloſſen worden, ſo Ihro Kayſerl. Majeſt. bereits anderwerts transferirt haben &c.* Integræ conventionis tabulæ extant apud *Lundorpium* Tom. V. Act. Publ. lib. 2, cap. 32, pag. 796 &c. in pleniſſimam formam redactæ, 4 Mart. l.c. pag. 799, lit. c, &c. junctis eodem ſub dato, *indemniſationis* literis l.c. pag. 801 &c. lit. D. accedente, 13 Mart. *Leopoldi* Archiducis ratihabitione l. c. pag. 703, lit. E. Conf. idem Tom. IV, lib. 3, cap. 109, p. 779 & 781, & Tom. V, lib. 2, cap. 31, pag. 790; *Meteranus* h. a. p. 571; Dn. *Tolnerus*, *Hiſtor. Palat.* part. 1, cap. 3, p. 107.

An. eod. 7 Sept. reſtituit *Truchſeſſiis à Walpurg*, axioma *Comitum*, quo diu abſtinuerant. Vid. Dn. *Im Hoff Notit. Proc. Imp.* lib. 7, cap. 18, §. 2, p. 393.

An. eod. 18 Junii, confirmat *Jus Primogenituræ*, ſuperiori anno, 27 Dec. ab Haſſiæ Landgraviis, *Darmſtadii* introductum. Vid. *Springsfeldius* de *Apannagiis*, cap. 5, p. 118, & cap. 6, p. 131.

An. 1629, 6 Mart. *Viennæ* Edictum: *de Reſtituendis Bonis Eccleſiaſticis, à Proteſtantibus, poſt Religioſam Pacem anni* 1555, *occupatis*, promulgat, hunc in finem, valvis templi *S. Mariæ de Victoria*, in Albo Monte, ad Pragam, in memoriam an. 1620 debellati Electoris Palatini, recens exſtructi, affixum; quo ſimul Romano-Catholicis poteſtas data, ejiciendi terris ſuis, quicunque contraria Romanæ Sedi dogmata profiterentur; additumque, non niſi Romano-Catholicos,

&

Digitized by Google

& primævos Proteſtantes, laudata pace gaviſuros. Extat virulentum hoc diploma apud *Lundorpium*, Tom. 3 *Act. Publ.* lib. 8, cap. 153, pag. 1048 &c. ad annum 1628; *Nicolaum Bellum*, part. 3 *Actorum Publicorum*, Tract. 1, p. 1 &c. add. *Theatrum Europæum* Tom. 2, ad h. a. pag. 10 &c. *Meteranum* h. a. pag. 590 &c. & *Limnæum* Tom. 1 Addit. ad lib. 1 *Jur. Publ.* cap. 13, pag. 145 ad 160; Conf. *Micrælius, Syntagm. Hiſt.* lib. 2, Sect. 5, pag. 524, & lib. 3, Sect. 2, p. 414; *Gaſtelius*, de *Statu publico Europæ*, cap. 6, §. 211, p. 322; *Simon, Eilenburgiſche Cronick*, part. 3, p. 671 &c. *Brachelius* lib. 3 *Hiſtoriæ ſui temporis*, p. 161 &c. Quibus executio fuerit demandata, docent *Lundorpius* Tom. IV, lib. 1 cap. 1, pag. 1 &c. & *Theatr. Europ.* l. c. pag. 24; de Proteſtantium ſolemni proteſtatione, legas *Limnæum* l. c. pag. 160 ad 171; Rationes Franconici & Suevici Circulorum, adverſus idem Edictum collectæ, habentur apud *Lundorpium*, l. c. cap. 2, ad h. a. pag. 2 & 3: & *Theatr. Europ.* l. c. pag. 36 ad 44; ſimiles Saxonum Elector literis ſuis ad Cæſarem, ſub dato *Dreſden*, 28 April. 1629, inſeruit. Vid. *Lundorpius* l. c. cap. 3, p. 3 &c. & *Theatr. Europ.* l. c. p. 18.

An. eod. *Mantuam* obſidione cingit, menſe Novembri, expugnatis prius variis Italiæ locis. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 99 ad 104; *Meteranus* h. a. pag. 614.

An. 1630, 13 Oct. *Ratisbonæ*, (capta prius, 18 Jul. *Mantua*,) pacem init cum Gallis, vi cujus, *Carolus*, Nivernenſium Princeps, de Ducatu *Mantuano*, & *Montferratenſi* Marchionatu, ab Ipſo inveſtiatur; Sabaudo, *Trinum* aliaque *Montſerratenſis* agri loca, ad annuos reditus 18000 coronatorum, & *Cæſare*, *Guaſtallæ* Duci, unum, aut plura, Feudorum, *Dozolo*, *Lazzara*, *Luzara* & *Reggiola*, ad annuos reditus 6000 halerorum, prætenſionis loco, tradantur; Ipſe, & Gallus, Hiſpanus & Sabaudus, militem abducant, Italia quieti reſtituenda. Vid. *Acta, quæ contigerunt inter Duces Sabaudiæ & Mantuæ*, pag. 7 & 8; *Theatr. Europ.* T. 2 ad h. a. pag. 200 &c. *Lundorpius*, T. 3, *Contin. Act. Publ.* c. 1, pag. 253; *Gaſtelius*, de *Statu publico Europæ*, cap. 19, §. 140, pag. 697; *Spener*, *Op. Herald.* part. ſpec. pag. 135; *Brachelius* l. c. lib. 4, pag. 198; *Vittorio Siri*, T. 1 *Hiſt. de correnti Temps*, lib. 1, fol. 18. *Browerus* lib. 24 *Annal. Trevir.* h a §. 66, pag. 494: *Spondanus* Tom. 2 *Contin. Annal. Baronii*, h. a. §. 5 & 6, p. 168.

An. eod. Indicit Coventum Electoralem, *Ratisbonæ* 5 Jun. St. N. celebrandum. Acta exponunt *Theatrum Europ.* l. c. pag. 182, ad 220; *Lundorpius* Tom. IV *Act. Publ.* cap. 17, pag. 45 &c. *Meteranus* h. a. pag. 628 &c. *Browerus* l. c. §. 64, p. 493 &c. *Spondanus* l. c. §. 5, p. 168: *Limnæus*, T. 1 Addit. ad lib. 9, c. 1, §. 232, p. 421: *Spener* l. c. lib. 3, cap. 39, §. 9, p. 774; *Linck* de *Comitiis Imp.* 4. 33.

An. 1631, 10 Maji, per *Johannem Tillium*, miſerè vaſtat *Magdeburgum*. Vid. *Meteranus* l. c. pag. 665 &c. *Theatr. Europ.* h. a. pag. 354 ad 370; Memoriale Magdeburgici Legati, de an. 1646, apud *Lundorpium*, Tom. VI, lib. 3, cap. 51, pag. 117; *Micrælius*, lib. 2 *Syntagm.* Sect. 5, p. 525, *Hornius*, *Orb. Polit.* pag. 326, & *Hiſt. Eccleſ.* pag. 227; *Petavius* part. 1 *Rationarii temporum*, lib. 9, cap. 14, pag. 659; *Browerus* l. c. ad h. a. §. 2, pag. 169; *Puffendorffius*, lib. 3 *Rer. Suecic.* §. 14 & 15, p. 46 & 47; *Nani, Hiſtoria Veneta* p. 465; *Brachelius* l. c. p. 230 &c.

An. eod. 24 Mart. confirmat *Maximiliano Dietrichſteinio* axioma *Principis*, ex teſtamento Patrui, *Franciſci*, Ei relictum, eum additamento, ut primogenitus hoc caractere ſemper utatur. Vid. *Lundorpius* Tom. VII, lib. 6, §. 132, p. 53; *Limnæus* T. 2 Addit. ad lib. 5, c. 7, p. 393 & 394; *Spener Op. Herald* part. ſpec. lib. 2, c. 21, §. 14, p. 436; *Europ. Herold*, Tom. 1, part. 2, c. 22; p. m. 563; Dn. *ImHoff Not. Proc. Imper.* lib. 5, cap. 5, §. 9, p. 235.

An. eod. 6 April confirmata Tranſactione *Ratisbonenſi* an. 1630, novam Claraſci init cum Gallis, vi cujus, *Carolum* Nivernienſem Anteceſſorum more, de Ducatu *Mantuano*, & Marchionatu *Montſerratenſi*, ſe inveſtiturum, denuo promittit, exceptis locis *Montferratenſibus*, veluti *Trino*, Sabaudiæ Duci, pro quindecim millibus talerorum, annuorum redituum; & *Mantuanis*, *Guaſtallæ* Duci, adſcriptis. *Pignarolo* 1 Sept. à Gallis, & *Mantua*, à Cæſare, priſtino Domino cedendis. Quæ Inveſtitura 22 Junii ſubſecuta. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. 2, ad h. a. pag. 286, & 408; *Acta Inter Duces Mantuæ & Sabaudiæ*, pag. 9 &c. *Meteranus*, ad an. 1630, p. 654; & an. 1631, pag. 671; Auctor *des heutigen Zuſtands von Savoyen*, p. 119; *Petavius, Rationar. Temporum*, part. 1, lib. 9, cap. 14, pag. 657 & 658; *Spenerus*, *Op. Herald.* lib. 1, cap. 29, §. 9, pag. 135. *Zweyburg*, *Theatr. Præcedentiæ*, part. 1, Tit. 43, pag. 113.

An. eod. 7-17 Sept. ad pagum *Podelwitz*, *Lipſiam* inter & *Delitium*, acri prælio caſtigatur à Suecis. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 432 &c. *Meteranus* h. a. pag. 675 &c. *Brachelius*, lib. 4 *Hiſt. ſui Temporis*, p. 240 &c. *Puffendorff*, lib. 3 *Rer. Suec.* §. 2, pag. 51; Ejusdem *Einleitung*, pag. 716 &c. *Micrælius*, lib. 2 *Syntagm.* Sect. 5, pag. 525 & 540; *Simon*, *Eilenburgiſche Cronick*, part. 3, p. 679 &c. *Schultz*, Chron. pag. 231; *Heidenreich*, *Chron. Lipſienſ.* pag. 467 &c. *Arlanibæi Arma Suecica* pag. 228 &c. *Lungwitzius*, part. 3 *des Schwediſchen Lorbeer-Krantzes*, p. 425; Auctor *der Geſchicht von Thuringen*, cap. 32, p. 525 &c.

An. 1632, 6 Nov. novam cladem, à Suecis, interfecto licet Eorum Rege, *Guſtavo Adolpho*, apud *Lüzenam*, accipit. Vid. *Theatr. Europ.* T. 2 ad h. a. pag. 746 &c. *Meteranus* l. c. pag. 711 &c. *Brachelius* l. c. pag. 267; *Petavius* l. c. in fine libri noni, partis primæ, pag. 659; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 3, p. 170; *Browerus* l. c. ad h. a. §. 118, pag. 509; *Micralius* l. c. pag. 527 &

540;

Digitized by Google

504; *Simon* l. c. pag. 685; *Heidenreich* l. c. p. 544 &c. *Puffendorffius* l. c. §. 63, pag. 82 ad 84; *Loccenius* lib. 8 *Hiſt. Suec.* pag. 604 &c. *Du Buiſſon, en la Vie du Vicomte de Turrene*, p. 53. *De Prade, dans l'hiſtoire de Guſtave Adolphe, Roi de Suede*, p. 212; Dn. *Lehman*, *Nov. literar.* an. 1705, menſe Sept. p. 327.

An. 1634, 27 Aug. St. V. acerbo prælio caſtigat Suecos, apud *Nordlingam*; Vid. *Theatr. Europ.* Tom. 3, ad h. a. pag. 334 &c. *Brachelius* l. c. lib. 5, pag. 13; *Micrælius* l. c. pag. 530 & 540; *Hornius Orb. Polit.* pag. 328; *Browerus* l. c. ad h. a. §. 133, pag. 513; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 6, pag. 173; *Puffendorfius* l. c. §. 74 & 75, p. 162 &c. *Loccenius* l. c. pag. 640 &c. *Nani*, *Hiſtoria Veneta*, pag. 516; *Du Buiſſon* l. c. pag. 66 & 67; *Simon, Eilenburg. Chronick*, part. 3, pag. 692; *Schoch, Leipziſche Schaſerey*, p. 222.

An. eod. 13 Nov. tranſigit *Pirnæ*, cum Electore Saxoniæ. Leges ſuppeditant *Theatrum Europ.* l. c. p. 401, & *Puffendorf.* l. c. §. 107, p. 173.

An. 1635, 30 Maji, pacem init *Pragæ*, cum Electore Saxoniæ, aliiſque Proteſtantibus. Capita exponunt *Theatr. Europ.* l. c. ad h. a. pag. 472 ad 488; *Lundorpius* Tom. IV, lib. 3, cap. 4, pag. 458 &c. & cap. 8, p. 473; *Gaſtelius de Statu publico Europæ*, cap. 6, §. 212, p. 322 &c. ad 334; *Puffendorfius* l. c. §. 43, pag. 195, *Brachelius* l. c. pag. 19 &c. *Browerus* l. c. ad h. a. §. 142, pag. 515; *Micrælius* l. c. p. 530 & 531; *Simon*, l. c. p. 693; *Hornius* l. c. pag. 218. Præcipua ſunt (1) Proteſtantes quietè teneant *mediata* Bona Eccleſiaſtica, quibus ante *Pacificationem Paſſavienſem* ſint gaviſi; nec non (2) *immediata*, quæ anno 1627, 2-12 Novemb, poſſederint, ſive jam ante dictam pacificationem, ſive poſt, occupata; licet per quadraginta duntaxat annos; (3) pari lege, fruantur Romano-Catholici bonis, præfato die 2-12 Nov. 1627, ab ipſis poſſeſſis; (4) *Auguſtus*, Electoris filius, habeat Præſulatum *Magdeburgicum*, *Chriſtiano Wilhelmo* Brandenburgico, conſtituenda inde, ad vitæ dies, 12 millium Imperialium dote; & *Leopoldus Wilhelmus*, Cæſaris filius, *Halberſtadienſem*; (5) Cæſar Proteſtantibus, per Bohemiam, terraſque Auſtriacas, liberum Religionis exercitium concedat, ut & eorum Legatis, in Aula ſua, (6) *Maximiliano* Bavaro Electoratus non amplius in dubium vocetur; (7) Megapolitani duces, ſi pacem hanc amplecterentur, reſtituantur in integrum, (8) aliis quoque Proteſtantibus, eam ſalutaturis, Cæſar ablata reddat, (9) eadem conditione, de *Pomerania* inveſtiat Electorem Brandenburgicum, (10) Sueci locis cedant, ab an. 1630, in Imperio occupatis, &c.

An. eod. pleno jure, transfert in Electorem Saxoniæ *Luſatiam utramque*, qua, ab anno 1623, 7 Junii, *hypothecæ* ſaltem titulo, erat gaviſus. Vid. *Sprengeri Lucerna* p. 329; *Cluverius* lib. 3 *Geograph.* c. 13, in fin. *Burgoldenſis*, p. 1 diſcurſ. 1, §. 70 in fine; *Gaſtelius de ſtatu publ. Europ.* cap 23, §. 24, pag. 774; *Müllerus*, *Annal. Saxon.* h. a. die 20 Maji, pag. 351. *Simon* part. 3 *Chronici Eilenburg.* pag. 703; *Hartnac, ad Micrælium*, lib. 3 Sect. 12, pag. 606; *Schowart obſervat. hiſtor.* cap. 8, §. 18, pag. 271. Ipſa translatio contigit demum, an. 1636, 14-24 April. *Gorlitii*, Vid. *Theatr. Europ.* T. 3, ad h. a. pag. 647; Dn. *Müllerus* l. c. ad eundem annum, 14 April. p. 353.

An. eod. proſcripto Comite *Wolfgango Henrico*, in beneficium tradit *Georgio*, *Darmſtadienſi* Landgravio, Comitatum *Iſenburgo-Budingenſem*. Vid. *Spener*, *Op. Herald.* lib. 3, cap. 23, §. 13, pag. 638; *Theatr. Europ.* l. c. pag. 113; *Lundorpius* Tom. IV, lib. 3, cap. 9, pag. 474; Dn. *Im Hoff Notit. Proc. Imp.* lib. 6, cap. 7, §. 5, pag. 301; *Europ. Herolds* T. 1, part. 2, cap. 8, pag. 478.

An. 1636, celebrari curat Comitia Electorum *Ratisbonæ*, in quibus, inter alia, de eligendo Romanorum Rege, actum. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. 3, h. a. pag. 692 &c. ubi propoſitio Cæſarea, 25 Sept. St. V. Electorali Collegio ſcripto exhibita; *Lundorpius* Tom. IV *Act. Publ.* lib. 3, cap. 89, pag. 576 &c. *Linck*, de *Comitiis Electoralib.* §. 34; *Limnæus* Tom. 1 Addit. ad lib. 9 *Jur. Publ.* cap. 1, §. 232, pag. 421, & ad *Capitulat. Caroli V*, art. 5, verb. *Nach vermœge der Güldenen Bull*, §. 6, p. 156. Conf. ſeq. vita *Ferdinandi III*, v. 4, ad An. 1636.

An. eod. certis conditionibus, gratiam offert *Eberhardo III*, Duci Wirtenbergico. Vid. *Lundorpius* l. c. §. 5 & 6, pag. 602 ad 606; *Theatr. Europ.* l. c. pag. 607 & 608.

An. eod. Philippum Chriſtophorum à Sœtern, Electorem Trevirenſem, ſuperiori anno 15-26 Mart. expugnata, ab Hiſpanis, *Trevirorum Auguſta*, per Comitem *Embdanum*, Pro-Ducem Luzenburgicum, & *Metternichium* Baronem, captum, & valida ſub cuſtodia *Lucemburgum*, mox *Namurcum*, tandemque in arcem *Trevorenſem*, juxta *Bruxellas*, miſſum, inde *Linzium* abduci jubet, Vid. *Theatr. Eutrop.* T. 3, ad an. 1635, p. 455, & an. 1636, p. 724; *Brachelius Hiſt. ſui temp.* lib. 5, p. 26; *Browerus* lib. 24, *Annal. Trevir.* an. 1635, §. 145 &c. pag. 516 & 517; & lib. 25, ad an. 1636, §. 1 & 2, pag. 518 & §. 7, pag. 519; *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baronii*, an. 1635, §. 2, pag. 174; *Zeiler, Typogr. Mogunt.* p. 41; *ImHoff, diſcurſ. von der Teutſchen Nation*, p. 60 &c. *Biſotte*, *Hiſtoire Metallique de la Republique de Hollande* T. 2, p. 181. Conf. ſeq. Tit. VI, §. 6, lit. a.

v. (5) Exuvias mortales depoſuit an. 1637, 5-15 Febr. Viennæ. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. 3, ad an. 1637, pag. 758; *Jacobus Wellerus, im Lebenslauff* Johannis Georgii I, Elect. Saxon. p. 277; *Limnæus* Tom. 1, Addit. ad lib. 5, cap. 2, p. 670; *Wilhelmus Stratemannus*, in *Theatro Hiſtorico*, pag. 1135; *Rittershuſius Tab. Geneal. Regum & Impp.* §. 14; alii multi. *Spondanus*, T. 2 *Contin. Annal. Baron.* h. a. §. 1, p. 177, id refert in menſem Januarium; *Morery*, voc. *Ferdinand 2*, *Empereur*, pag. 550, habet 8 Februarii; *Stratemannus* l. c.

pag.

Digitized by Google

pag. 960, ponit 11 Febr. *Maurer*, part. 2 *Chronici Viennenſ.* p. 95, producit 14 Febr. nudum annum comprobant *Micralius* lib. 2 Syntagm. Sect. 5, pag. 515 & 531; *Browerus* lib. 25 *Annal. Trevir.* h. a. §. 17, p. 521; *Europ. Heroldt*, T. 1, p. 70.

(47) FERDINANDUS III.

v. (1) Vitalem auram hauſit an. 1608, 13 Julii, Patre *Ferdinando* 2 Imperatore, & Matre, *Maria Anna*, Duc. Bavariæ. Vid. *Sigismundus von Bircken*, lib. 6 *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, pag. 1398; *Limnæus* lib. 5 *Jur. Publ.* cap. 2, pag. 20; *Morery* voc. *Ferdinand III Empereur*, p. 505. *Rittershuſius, Tab. Geneal. Auſtr. & Regum Hungar. Lairitii Palmwald Geneal. Auſtr.* c. 3, §. 28, p. 50; *Handlung der Welt Alter*, Geneal. *Auſtr.* §. 1; Dn. *ImHoff Tab. Impp. & Regg.* §. 14; *Stratman, Theatr. Hiſt.* p. 960.

v. (2) Nuptias celebravit

(1) An. 1631, 21 Febr. cum *Maria* (al. *Maria Anna*) fil. *Philippi III* Regis Hiſpaniæ, defuncta an. 1646, 13 Maji; Vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. *Theatr. Europ.* T. 2, ad an. 1631 pag. 291; *Meteranus* h. a. pag. 657; *Limnæus* Tom. 1 Addit. ad lib. 5, cap. 2, pag. 671; *Stratemannus* l. c. p. 959; Dn. *Schowart, Obſervat. Hiſtor.* cap. 1, §. 9, p. 18; *Rittershuſius* l. c. Reliqui.

(2) An. 1648, 2 Jul. cum *Maria Leopoldina*, filia *Leopoldi V* Archi-Ducis, lin. Tyrolenſis, denata 1649. 19 Aug. Vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. *Theatr. Europ.* Tom. VI, ad an. 1648, p. 480, & ad an. 1649, pag. 881 & 1029; *Limnæus*, l. c. pag. 671 & Tom. 2, Addit. ad lib. 5, c. 2, pag. 341; *Rittershuſ. Tab. Auſtr. Schowart* l. c. §. 13, p. 27, & §. 15, pag. 29; Reliqui.

(3) An. 1651, $\frac{20}{30}$ April. cum *Eleonora*, fil. *Caroli* 2, Ducis *Mantuani*; mortua an. 1686, 6 Dec. Vid. *von Bircken* l. c. *Theatr. Europ.* Tom. 7, ad an. 1651, pag. 142 &c. & Tom. 12, ad an. 1686, pag. 1006; *Limnæus* Tom. 2 Addit. ad lib. 2, cap. 14, p. 70, licet eam *Mariam Eleonoram* vocet; & ad lib. 5, c. 2, p. 341; *Rittershuſ. Tab. Geneal. Auſtr. & Mantuæ*; Dn. *Schowart* l. c. cap. 1, §. 15, p. 29. & c. 13, §. 2, p. 505.

v. (3) Liberi ſunt:

(1) *Ferdinandus IV*, nat. 1633, 8. Sept. *Sigismundus von Bircken* l. c. *Theatrum Europ.* T. 3, h. a. pag. 125; *Limnæus* Tom. 1 Addit. ad lib. 5, c. 2, p. 671; *Rittershuſ. Geneal. Auſtr. & Hungar.* Dn. *Schowart* l. c. cap. 1, §. 14, pag. 28 & §. 15, pag. 29; *Morery*, voc. *Ferdinand III Empereur*, pag. 505, licet 3 Sept. ponat; Dn. *ImHoff, Geneal. Regg. & Impp. Tab. XIV.* Inauguratus An. 1646, 5 Aug. Rex *Bohemiæ*; Vid. *Theatr. Europ.* Tom. V, h. a. pag. 1239; *Brachelius*, lib. 6 *Hiſt. ſui Temporis*, p. 102; *von Bircken* l. c. *Limnæus* T. 1 Addit. ad lib. 5, c. 2, p. 671: *Micralius* lib. 3 *Syntagm.* ſect. 6, p. 421; *Handlung der Welt Alter*, p. 562; *Rittershuſius* l. c. Dn. *Schowart* l. c. cap. 1 §. 15, pag. 29; *Morery* l. c. *ImHoff* l. c. Annoque ſequenti, 16 Junii, *Hungarico* redimitus diademate, *Presburgi*; Vid. *Theatr. Europ.* l. c. ad h. a. pag. 1329 & 1330; *Micralius* l. c. ſect. 7, pag. 439; *Welt-Alter*, pag. 564; *Brachelius* l. c. pag. 118; *Limnæus* l. c. *von Bircken* l. c. *Morery* l. c. *Rittershuſius* l. c. Dn. *ImHoff* l. c. Electus an. 1653, $\frac{21}{31}$ Maji, *Auguſtæ Vindelicorum*, & 8 Junii, *Ratisbonæ*, coronatus Rex Romanorum; diem Electionis probant *Lundorpius* Tom. VII *Act. Publ.* lib. VI, cap. 109, in fine, pag. 10 & *Theat. Europ.* Tom. VII, ad h. a. pag. 358; unde corrigendi, qui cum *Morerio* l. c. 11 Maji, aut cum *Sigismundo von Bircken* l. c. 24 Maji hoc nomine proferunt; Capitulatio, 2 Junii ſubſcripta, legitur apud *Lundorpium* l. c. cap. 110, p. 10 &c. *Limnæum ad Capitulat.* p. 782 &c. & Tom. 2 *Addit.* ad lib. 1, cap. 12 §. 35, pag. 207 &c. *Cellarium*, in fine *Politices*, pag. 399 &c. Coronationis ſolennia, 8-18 Junii, *Ratisbonæ*, ab Electore Moguntino, *Johanne Philippo à Schœnborn*; aſſiſtente *Carolo Caſparo à Leyen*, Trevirenſi, & unà Coronam Regi imponente, celebratæ, ſiſtit *Lundorpius* l. c. §. 125, pag. 39 &c. errore licet typographico, die 28 Junii; *Theatr. Europ.* l. c. pag. 360; *Thuldenus*, *Contin. Hiſtor. ſui temp.* pag. 42 &c. *Stratemann*, p. 1144; *von Bircken* l. c. Errat *Maurerus*, part. 2 *Chron. Viennenſ.* p. 98, inaugurationem 14 Junii peractam, ſcribens; adhuc minus accuratè ponit *Hartnaccius ad Micralium*, lib. 2, Sect. 5, pag. 541, 14 Julii. Dn. *Schwederum*, *part. ſpec. Introductionis in Jus publicum*, Sect. 1, cap. 2, §. 31, pag. 242, exiſtimantem, diadema Principi noſtro *Auguſtæ Vindelicorum*, impoſitum, carpit Dn. *Adolphus Henricus de Wenzingeroda*, in Diſſ. de *Ordine Equitum S. Georgii in Anglia*, Præſide Dn. *Henrico Günthero Thulemario*, an. 1681 habita, & an. 1701 *Jenæ* recuſa, c. 3, pag. 10. Proteſtationem Colonienſis, Moguntini facto oppoſitam, legas apud *Lundorpium*, l. c. §. 126, p. 48, & §. 127, pag. 49; & *Limnæum* T. 2 Addit. ad lib. 3, cap. 6, §. 3, pag. 154 &c. Moritur tandem An. 1654, 9 Julii; *von Bircken* l. c. *Theatr. Europ.* l. c. ad h. a. pag. 574; *Stratemann* l. c. pag. 964; *Limnæus* l. c. ad lib. 5, c. 2, pag. 341; *Micralius*, lib. 2, Sect. 5, p. 542; *Liechtſtern, Schleſiſche Fürſten-Cron*, pag. 69; *Morery*, l. c. *Rittershuſius Tab. Gen. Auſtr.* Dn. *ImHoff* l. c. *Maurerus* l. c. p. 99, perperam habet 10 Julii.

(2) *Maria Anna*, nat. 1634, 22 Dec. nupta an. 1649. 8 Nov. *Philippo IV* Regi Hiſpan. mortua an. 1696, 17 Maji;

(3) *Philippus Auguſtinus*, n. 1637, 15 Jul. denatus 1639, 29 Junii.

(4) *Maximilianus Thomas*, n. 1638, 20. Dec. ob. 1639. 6 Julii.

(5) *Leopoldus* Imperator, de quo ſuo loco.

(6) *Maria*, ex mero ſecta, pauloque poſt mortua, an. 1646.

(7) *Carolus Joſephus*, Epiſcopus Paſſavienſis, & Olomucienſis, nec non Magnus Magiſter Ordinis Teutonici, n. 1649, 7 Aug. defunctus an. 1664, 27 Januar.

(8) *Thereſia Maria Joſepha*, n. 1652, 26 Mart. ob. 1653, 12 Maji.

(9) *Eleonora Maria*, n. 1653, 21 Maji; nupta (1) An. 1670, 17-27 Febr. *Michaëli*, R. Poloniæ; (2) An. 1678, 5 Febr. *Carolo V*, Duci Lotharingiæ; defuncta an. 1697 7-17 Dec.

(10) *Maria Anna Joſepha*, n. 1654, 20 Dec. nupta an. 1678, 25 Oct. *Johanni Wilhelmo* Elect. Palat. mortua an. 1689 7-17 April.

(11) *Ferdinandus Aloyſius Joſephus*, n. 1657, 11 Febr. ob. 1658, 16 Jun. De quibus evolvas *Theatr. Europ.* ad præfatos annos, nec non *Genealogiſtas* hactenus nominatos.

v. (4) Reliquum vitæ Ejus curriculum tale fuit:

An. 1625, 7 Dec. *Sempronii*, ſeu *Oedenburgi*, eligitur Rex Hungariæ, ſequenti die inauguratus. *Theatr. Europ.* Tom. 1, ad h. a. pag. 871, *Meteranus* h. a. p. 493; *Brachelius*, lib. 2 *Hiſt. ſui temp.* pag. 102; *Limnæus* lib. 5 *Jur. Publ.* c. 2, pag. 20; & Tom. 1 *Addit.* ad hunc locum, p. 340; *Spondanus* T. 2 *Contin. Annal. Baronii*, h. a. §. 11, pag. 159; *Sigismundus von Bircken* lib. 6 *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 21, pag. 1398; *Morery* voc. *Ferdinand III Empereur*, pag. 505; *Rittershuſ. Tab. Geneal. Auſtr. & Hungar. Micrælius* lib. 3 *Syntagm.* ſect. 7, p. 438 & 439, ponens tamen, errore typographico, an. 1635; *Caraffa German. ſacr.* pag. 227 &c. *Schowart Obſervat. Hiſt. Geneal.* c. 1, §. 15, pag. 29; Dn. *ImHoff* l. c.

An. 1627, 15 Nov. imponitur Ei, *Pragæ*, diadema Bohemicum. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 1014; *Meteranus* h. a. pag. 539; *Strateman* l. c. pag. 958; *Brachelius*, l. c. lib. 3, p. 139; *Limnæus* Tom. I Addit. ad lib. 5, c. 2, p. 340 (671) *Rittershuſ.* l. c. *von Bircken* l. c. *Morery* l. c. *Schowart* l. c. *ImHoff* l. c.

An. 1636, 12-22 Dec. electus, *Ratiſbonæ*, Romanorum Rex, 20-30 ejusdem menſis, à tribus Electoribus Clericis, Conſecratore Moguntino, ibidem coronatur. Electionis actum deſcribit *Lundorpius* T. IV *Act. Publ.* lib. 3, cap. 89, §. 7, p. 606 &c. & *Theatr. Europ.* Tom. 3, ad h. a. pag. 733 &c. Capitulationem, 24 Decemb. confectam, ſiſtunt *Limnæus* Tom. 1 *Addit.* ad lib. 1, cap. 12, §. 35, pag. 123 &c. & *ad Capitulat.* p. 665; Appendix ad *Carpzovium, de Lege Regia*, pag. 398 &c. *Cellarius*, in Calce *Politices*, pag. 354 &c. de Coronatione, legas *Theatrum Europ.* l. c. pag. 745 &c. & *Carpzovium* l. c. cap. 11, Sect. 10, §. 34, p. 302 &c. Factum confirmant: *Brachelius* l. c. lib. 5, pag. 32, *Lucas de Linda, in deſcriptione Orbis* p. 753; *Stratemannus* l. c. pag. 960; *Limnæus*, T. I *Addit.* ad lib. 5, c. 2, p. 340; *Maurerus*, Part. 2 *Chron. Viennenſ.* p. 95; *Rittershuſ.* l. c. *von Bircken* l. c. *Browerus* lib. 25 *Annal. Trevir.* h. a. §. 10 & 11, pag. 519 & 520; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 6, p. 177; *Morery* voc. *Ferdinand* 2, *Empereur*, p. 505; *Mylerus ad Rumelinum* in A. B. part. 3, Diſſ. 6, §. 5, lit. b, pag. 883. *Schowart*, l. c. Dn. *ImHoff* l. c. *Scharſchmidius ad Schützium*, Vol. 1, Exerc. 2, §. 20, lit. d. f. p. 125.

An. 1637, mortuo Patre, tanquam Romanorum Rex, ſuccedit in Imperio, contradicentibus tamen Gallis, quod (1) *Trevirenſis* Elector cuſtodia teneretur, (2) *Moguntinus*, jam per quinquennium, Hiſpanica penſione victitarit, cui inſuper ab Hiſpanis ſexaginta uncialium millia dono data, ut Ratiſbonam iret; (3) *Bavari* jus ad Electoratum adhuc eſſet in ancipiti, *Palatino* ſedulo reſtitutionem in integrum urgente, (4) *Colonienſis* fratri Bavaro obnoxius, pariterque penſione illigatus Hiſpanica, (5) *Saxonis* & *Brandenburgici* Legati, *Ognatæ*, Hiſpani Oratoris, ſeducti artibus, à mandatis diſceſſerint, (6) *Ferdinandus* ſibi ipſi votum tulerit, jure Ejus in *Bohemiam* nondum liquido, (7) Cæſar, non niſi ad deliberandum de pace, Electores convocaverit; poſtea vero, cum inani ſpe amneſtiæ generalis Eos lactaſſet, Filium, in Romanorum Regem eligendum; propoſuerit, (8) *Ratiſbonæ* Cæſareo-Bavarico inſeſſa præſidio, vota non fuerint libera &c. Vid. Ill. Dn. de *Puffendorf*, lib. 9 *Rer. Suecic.* §. 65, pag. 302.

An. eod. donat *Carolum Euſebium*, Principem *Liechtenſteinium*, Sileſiæ Ducatibus *Troppavienſi*, & *Jagerndorfenſi*. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. III, h. a. pag. 860.

An. eod. 15 Aug. captivum *Philippum Chriſtophorum à Sœtern*, Trevirenſem Electorem, *Viennam* abduci jubet. *Theatr. Europ.* l. c. p. 825.

An. 1640, Germaniæ pacem procuraturus, aut, ad finem usque belli, alendum militem, primò celebrari curat *Comitia Electoralia Norimbergæ*, teſte *Moguntini* propoſitione, 23 Januar. facta, apud *Lundorp.* Tom. IV, lib. 4, cap. 3, §. 1, p. 785 &c. Pondere vero negotiorum fortius remedium exigente, indicit Comitia univerſalia, 26 Julii *Ratiſbonæ* inchoanda; convocationis diploma, ſub dato *Wels*, 26 Maji, extat in *Theatro Europæo* T. IV, h. a. pag. 265 &c. Cæſarea propoſitio, à Principali Commiſſario Cæſareo, *Wilhelmo* Badenſi, 3-13 Sept. prolata, legitur ibidem, pag. 298 &c. Conf. *Lundorpius* l. c. cap. 44, p. 863 &c. de lite Brunſuicenſibus mota, evolvas eundem l. c. pag. 878 &c. Diſceptationes de priori loco, inter domum Auſtriacam & Archi-Epiſcopum Salisburgenſem, quoad *Directorium*, in Collegio Principum exercendo; Saxoniæ & Bavariæ Duces; Bambergenſem Epiſcopum & Magnum Magiſtrum Ordinis Teutonici; Wormatienſem & Herbipolenſem, Præſules; Aichſtadienſem, & Veſontini atque dicti Magni Magiſtri, Legatos; &c. &c. recenſent *Limnæus* T. I *Addit.*

Digitized by Google

dit. ad lib. IV, cap. 9, §. 17, p. 647 &c. & *Sprenger*, in *Lucerna*, p. 20.

An. 1541, Interdicit Regi Daniæ telonio *Altonaënſi*, qui mandatum inhibitorium, per totam ditionem *Pinnebergicam*, affixum, per Notarium & teſtes, iterum avelli jubet. Vid. *Theatr. Europ.* T. IV, h. a. pag. 499; nec non, ſub dato Regensburg, 21 Junii, vectigali *Glückſtadienſi;* Vid. *Apologia Hamburgenſis*, §. 18 *documentorum.*

An. eod. per decretum, 26 April. injungit Legatis *Hamburgenſibus*, debito modo ſe legitiment in collegio Civitatum Imperii, convenientemque locum occupent, ac boni publici ergo, exponant votum, fortiter ſe opponente Danorum Rege, allegante (1) Eos, aliorum Ordinum Provincialium inſtar, Holſatiæ quondam Ducibus præſtitiſſe homagium, (2) eſſe in Territorio *Stormariæ*, (3) à Daniæ Regibus, jura Civitatis accepiſſe, (4) pariter & facultatem condendi ſtatuta, & (5) jus meri mixtique Imperii, (6) Comitiis Provincialibus interfuiſſe, (7) *Urtica*, communi Holſatiæ Ducibus inſigni, uti, (8) debita ſervitia Danis, contra *Ericum*, Suecorum Regem, exhibuiſſe, (9) à *Carolo IV* Imp. ad obedientiam, Holſatiæ Comitibus, tanquam Territorii dominis, præſtandam, fuiſſe condemnatos &c. Vid. *Apologia Hamburg.* §. 38 *document.* Exceptiones Hamburgenſium proſtant apud *Lundorpium* Tom. V *Act. Publ.* lib. 2, cap 53, pag. 824 &c. ad an. 1643. Conf. *Strauchius Diſſ. Exot.* 1, *θ.* 20 &c. *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, cap. 32, §. 59, p. 1092 &c. ubi multa, pro Civitatis Comitiorum juribus in Imperio, collecta, multique, qui de controverſia hac evolvi merentur, nominati Auctores; add. *Danckwerth Chron. Holſat.* part. 3, cap. 12; pag. 261.

An. eod. 17 Jun. decernit etiam in favorem Civitatis *Bremenſis*, eam eſſe immediatè Imperio ſubjectam, ſalva tamen *Friderico*, Bremenſi Archi-Epiſcopo, facultate, ſpatio duorum menſium, argumenta contraria producendi; vid. ad ſeq. an. 1646. Conf. *Brevis adumbratio Status Civitatis Bremenſis, ante & poſt Pacificationem Oſnabrugenſem*, p. 25, ſub §. 1; *Prodromus*, ſeu *Gründlicher wahrhaffter Bericht, und Gegen-Remonſtration, von der Statt Bremen Beruffung, Seſſion und Voto, zu und bey dem Reichstag in Regensburg, wie dan von dero ſtatu, und daß dieſelbe nicht dem Ertzſtifft Bremen, ſondern der Rœm. Kayſ. Maj. und dem H. R. Reich, von undencklichen vielen Hundert Jahren, und biß gegenwertige Zeit immediate, wie eine freye Reichsſtatt, und Stand, unterworffen und zugethan geweſen, und noch ſey.* It. *Bartholomai von Immersdorf, Reichs-Hoff Fiſcalis, allerunterthänigſt Anzeige, Gegennothdurfft und Exceptiones, contra des Herrn Ertz-Biſchoffs zu Bremen Klag und Beſchwærung, betreffend die von dem Herrn Ertz-Biſchoffen prætendirte Execution jezt vermelter Statt Bremen, von gebührender Beſuchung der Reichstage, und deroſelben Stimm und Stand.* *Gaſtelius* l. c. cap. 32, pag. 1051 &c.

An. eod. 20 Febr. decretum mittit ad Comitia, pro admittendo ad ſeſſionem & votum, *Eitel Friderico* Principe *Hohenzollerano;* occurrit illud apud *Lundorpium* Tom. V, lib. 1, §. 88, p. 198; Introductio vero, demum an. 1653, ſecuta eſt. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. IV, ad an. 1641, p. 433; *Limnæus* T. 2 Addit. ad lib. 5, cap. 10, pag. 408, Dn. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 5, cap. 1, §. 6, p. 224; *Europ. Heroldt* Tom. 1, part. 2, cap. 18, p. m. 551; Dn. *Schowart, Obſervat. Hiſt.* lib. 17, c. 3, p. 472; *Handlung der Welt-Alter*, p. 427;

An. eod. Evehit, in favorem *Wenceslai Euſebii*, Principis *Lobkowitzii*, Dynaſtiam *Neoſtadienſem*, in Nortgovia, quam ab avo acquiſitam poſſederat, in *Comitatum Principalem Sternſtein*, Circulo Bavarico adſcribendum, & Comitiorum juribus gaviſurum; introductio licet demum an. 1654 ſubſecuta noſcatur. Vid. *Lundorpius* l. c. §. 172, p. 704 & 705; *Theatr. Europ.* l. c. pag. 436; Dn. *ImHoff* l. c. lib. 5, c. 3, §. 10, p. 229; *Europ. Heroldt* T. 1, part. 2, c. 20, p. 557; *Handlung der Welt-Alter* p. 429.

An. eod. conſenſu Imperii, creavit, *Johannem Antonium*, Principem *Eggenbergium*, Principem S. R. Imperii, additis legibus, ut (1) Immediata Imperii bona acquireret, (2) convenientem *quotam* in commune ærarium conferret, (3) ratione voti & ſeſſionis, antiquioribus Principibus loco cederet. Vid. *Lundorpius* l. c. §. 170, p. 693, & §. 171 p. 703 &c. *Theatr. Europ.* l. c. p. 436; *Limnæus* Tom. 1 Addit. ad lib. 5, cap. 7. p. 856 &c. & 864, ubi Ei præſcriptæ Leges; Dn. *Im Hoff* l. c. lib. 5, c. 2, §. 3, p. 226; *Handlung der Welt-Alter*, pag. 427.

An. eod. 28 Oct. indulget domui *Wirtembergicæ* Privilegium *de non appellando*, ad 2000 florenorum Rheni. Vid. *Europ. Heroldt* T. 1, part. 1, cap. 9, pag. 487.

An. eod. Conſentit in peculiare votum & ſcamnum, quorum, in Comitiis Ratisbonenſibus, *Franconici Comites* facti ſunt participes. Vid. *Kulpiſius ad Monzambanum*, part. 1, c. 2, §. 12, p. 580; Conſ. ſeq. Tit. XVII, §. 16.

An. 1642, celebrati curat *Comitia Deputationis*, Francofurti ad Mœnum. Propoſitio Ejus facta eſt 11-21 Febr. Vid. *Lundorpius* T. V, lib. 2, cap. 48, p. 821; Conſ. *Theatr. Europ.* Tom. IV, h. a. pag. 878 & 925.

An. 1643, ſub dato Wien, 15 Dec. abolet vocationem Civitatis *Bremenſis* ad Comitia. Vid. *Kœnigliche Schwediſche, zu formir- und Verfaſſung des Etats und Regiments, in die Hertzogthümer Bremen und Verden, verordneten Plenipotentiarien, hinterlaſſene Remonſtration* de an. 1651, p. 131, §. 5.

An. 1644, Concedit Familiæ *Arembergicæ* axioma Ducale. Vid. *Spener. Op. Herald.* part. ſpec. lib. 1, c.

4, §. 9. p. 2 ; Dn. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 4, cap. 11, §. 9, pag. 221; *Europ. Heroldt* T. 1, part. 2, cap. 17, pag. 548.

An. eod. Largitur *Maximiliano Trautmansdorfio* inſignia Comitis Imperii. Vid. *ImHoff* l. c. lib. VII, c. 17, §. 4, pag. 391; *Europ. Heroldt* l. c. part. 3, cap. 17, p. 713. *Theatrum Europ. T.* 5, ad h. a. pag. 3 3, minus rectè docet *Trautmansdorfium* in Principum claſſem evectum.

An. 1645, 24 Febr. St. V. ductu *Melchioris Hazfeldii*, acri prælio profligatur, apud *Jancaviam*, in Bohemia, à Suecorum belli Ducibus, *Torſtenſohnio, Wittenbergio*, *Goldſteinio*, *Duglaſſio* & *Mortagnio*, quam cladem multorum, per Auſtriacas provincias, locorum ſecuta expugnatio. Vid. *Lundorpius* Tom. V, lib. 2 cap. 95, pag. 921; *Theatr. Europ.* Tom. V, h. a. pag. 641, 678 & 687, 712 & 713, 749, 751, 777, 778, 810; *Puffendorf* lib. 17 *Rer. Succ.* §. 1, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 12, 17 & 23, p. 558, ad 565; & *Einleitung*, p. 863 &c. *Browerus*, lib. 25 *Annal. Trevir.* h. a. §. 85, p. 534; *Micralius* lib. 2, Sect. 5, pag. 534 ad 540; *Loccenius* lib. 9 *Hiſt. Suec.* p. 736 ad 738; *Brachelius* lib. 6 *Hiſt. ſui temp.* pag. 96; *Topographia Auſtriæ* p. 5, 11, 13 & 20; *Simon, Eilenburg. Cronick*, part. 3, p, 728; *Schultz*, Chron. pag. 421 ad 426.

An. eod. 2-12 April. cuſtodia liberat decennali *Philippum Chriſtophorum à Sœtern*, Electorem *Trevirenſem*, ſcripto, fide data, promittentem, ſe (1) *Pragenſem* pacem probaturum (2) omnia hactenus in Collegio Electorali decreta, in primis Circa Electionem & Coronationem Imperatoris confirmaturum & habiturum rata, (3) *Hermanſteinium*, ad exitum belli usque, arbitrio Cæſaris relicturum, (4) *Philipsburgum*, ut Gallis eripiatur, curaturum, (5) injurias, quas à Præpoſito *Metternichio*, aliisque Canonicis, ſibi illatas, exiſtimabat, oblivioni traditurum. Eumque 15-25 April. de Feudis ſuis ſolenniter inveſtit; Vid. *Theatr. Europ.* T. V. h. a. p. 784; *Browerus* lib. 25 *Annal. Trevirenſ.* h. a. §. 73, p. 533; *Puffendorf* lib. 17 *Rer. Suec.* §. 56, p. 577; *Micrælius* l. c. pag. 536; *Brachelius* l. c. p. 91 & 151; *Topographia Moguntina*, pag. 41; *Biſotte Hiſt. Metallique de la Republique de Hollande*, T. 1, pag. 206; *Riencourt*, *Hiſtoire de Louis XIV*, T. 1, p. 79.

An. 1646, ſub dato *Lintz*, 1 Junii, confirmat, ſpeciali decreto, immedietatem Civitatis *Bremenſis*, ab Archi-Epiſcopatu ſeparatæ. Extat illud *in Brevi adumbratione ſtatus Civitatis Bremenſis, ante, ſub, & poſt Pacificationem Oſnabrugenſem*, p. 26, §. 2; Conf. *Aſſertio Libertatis Reipublicæ Bremenſis*, pag. 1003; *Limnæus* Tom. 1 Addit. ad lib. VII, c. 7, §. 13, p. 210 &c. *Gaſtelius de ſtatu publico Europ.* cap. 32, p. 1051 &c. ubi ſimul alii, bene multi, qui huc faciunt. Oppoſitæ ſunt Decreto, ex parte Præſulis Bremenſis, *Conſiderationes ſuper pronunciato quodam, nomine Sacr. Cæſ. Maj. ſub dato Lintz, 1 Junii, Anni* 1646, *in cauſa Civitatis Bremenſis, contra, tunc temporis, Dominum Archi-Epiſcopum Bremenſem, prætenſæ exemptionis a Superioritate ordinaria, publicato*; Aſſerit auctor, Conſideratione X, *Bremam* nunquam fuiſſe Civitatem Imperialem, ſed (1) Præſules, omni tempore, Præfectos Urbi dediſſe; (2) claves unius portæ Civitatis habuiſſe; (3) à Civibus homagium accepiſſe; (4) ab iisdem, tanquam Dominos Territoriales, ſemper eſſe exceptos; (5) Privilegia eorum & immunitates confirmaſſe; (6) Cives ſub Præſulum tutelam ſe recepiſſe; (7) in Receſſibus, ann. 1597 & 1639, eorum ſubditos ſe agnoviſſe; (8) ad eosdem appellaſſe; (9) Summos Judices eos vocaſſe; (10) in literis ad Electorale Collegium, ut & ad Circuli Inferioris Saxoniæ Proceres, ultro *Bremam*, Archi-Epiſcopatus Civitatem nominaſſe, (11) in Diætis Provincialibus comparuiſſe; (12) Inſtar reliquorum Statuum Provincialium, Aſſeſſores ad Judicium Aulicum ablegaſſe, (13) pariter & ſervitia feudalia Archi-Epiſcopis præſtitiſſe &c. Conf. *Limnæus* T. 1, Addit. ad lib. 7, c. 7, p. 202 & 203, ubi ſimul Civitatis reſponſio.

An. eod. vendit *Wenceslao Euſebio*, Principi *Lobkowitzio*, Ducatum *Saganenſem* in Sileſia. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. V, h. a. pag. 1141; Dn. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 5, c. 3, §. 10, p. 219; *Europ. Heroldt* T. 1, part. 2, c. 20, p. 558.

An. 1648, Pacem init *Oſnabrugis*, cum Suecis, & *Monaſterii* cum Gallis, cujus præced. Tit. 2, §. 16. p. 283.

An. 1649, 5 Maji, ampliſſimo Diplomate, creat *Cæſarem Viſconti*, totamque Gentem, *Marchiones S. R. Imperii.* Vid. Dn. *ImHoff Hiſt. Geneal. Ital. & Hiſp.* p, 202.

An. 1650, Honoribus titulisque *Principum* proſpicit, (1) 8 Nov. *Johanni Ludovico*, Comiti *Naſſovio-Hadamarenſi*; Vid. *Lundorpius* Tom. VII, lib. VI, cap. 485, pag. 567; *Limnæus* T. 2 Addit. ad lib. 5, cap. 12, pag. 430; *Theatr. Europ.* Tom. VI, ad h. a. pag. 1143, (2) *Octavio Piccolomini*, vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 1142; Conf. Dn. *ImHoff Not. Proc.* lib. 5, cap. 15, §. 6, p. 283.

An. eod. 16 Nov. Erigit, in favorem *Chriſtiani* Com. *Ranzovii*, Præfecturam *Barmſtede*, in *Stormariæ* Tractu Pinnebergico, (quam ſuperiori anno, à *Friderico VI*, Duce Gottorpienſi, mediante certa pecuniæ ſumma, & ceſſione caſtri Gentilitii *Ranzau*, in Wagria, ut & Curtis *Kucksbull*, in Præfectura Tondrenſi, ſibi comparaverat,) in Comitatum Imperii, ſub. tit. *Rantzow.* Vid. *Gründliche und warhafftige Nachricht, aus was Urſachen, an.* 1706, *das Ampt Barmſtede, im Nahmen Hertzog Carl Friderichs von Holſtein, wieder eingezogen worden*, pag. 12 & 13; *Lundorpius* T. VII lib. VI, cap. 301, pag. 283 &c. *Spener Op. Herald.* part. ſpec. lib. 1, cap. 75, §. 7, pag. 304; *ImHoff* l. c. lib. IX, cap. 7, §. 9, pag. 461; *Europ. Heroldt*, Tom 1, part. 2, cap. 7, pag. 677; Dn. *Lucæ, Reichs-Graffen Saal*, pag. 550; *Weiſſii Staats-Geographie* de an. 1705, pag. 947.

An.

Digitized by Google

An. 1651, 15 Maji, ſolemni diplomate, transfert, pleno Jure, *Veſontinam* Urbem in *Philippum IV*, Regem Hiſpaniæ. Vid. *Gaſtelius, de Statu Publ. Europ.* c. 13, p. 459, ubi ceſſionis Formula. Electorum conſenſus, qui 11 Maji acceſſit, extat apud *Lundorpium,* Tom. VI, lib. 4, c. 161, p. 634; tenorem totius Imperii conſenſus, de anno 1654, 13 Febr. recenſet *Gaſtelius* l. c. p. 460, Conſ. *Limnæus, ad Capit. Ferdinandi IV*, Art. 9, §. 17, pag. 831, ubi, loco 15 Maji, 15 Martii ponitur.

An. 1652, 27 April. indicit Comitia *Ratisbonenſia*, ultimo Octobris die inchoanda; Vid. *Theatr. Europ.* T. VII, h. a. p. 180, *Lundorpius* l. c. cap. 177, pag. 648 & lib. 5, p. 796; convocans ſimul Civitates *Bremenſem & Hamburgenſem*; vid. *Documenta der Statt Hamburg immedietæt betreffend;* add. *Brevis adumbratio ſtatus Civitatis Bremenſis, ante, ſub, & poſt Pacificationem Oſnabrugenſem*, p. 23; *Puffendorf*, lib. 24 *Rer. Succic.* §. 6, pag. 1001; *Hartnac, ad Micrælium* lib. 2, Sect. 5, p. 541.

An. eod. ſub dato, *Prag*, 22 Oct. ob ſpreta Judicii Aulici decreta, in cauſa telonii, quod *Bremenſes* Oldenburgico Comiti in Viſurgi denegabant, declarat *Bremam* in Bannum Imperii; Formula proſcriptionis legitur apud *Lundorpium* l. c. cap. 185, p. 673; Conſ. *Theatr. Europ.* T. VII, h. a. pag. 245 ad 156, & 312; *Limnæus*, T. 1 Addit. ad lib. VII, cap. 7, pag. 107 &c.

An. eod. *Comitis* axiomate condecorat *Petrum Erneſtum, & Franciſcum Erneſtum*, Liberos Barones de *Molardt;* Vid. *Bucelinus* lib. 1 *Stemmat.* pag. 134; *Spener, Op. Herald.* part. ſpec. lib. 2, c. 55, §. 1, p. 455.

An. 1653, Confirmat omnibus Electoribus Privilegium *de non appellando.* Vid. ſeq. lib. 3, Tit. 8, §. 29.

An. eod. 18 Sept. liberat *Bremenſes* ab Imperiali Banno, (poſtquam 30 Aug. St. V. Oldenburgico Legato, *Hermanno Mylio*, Ratisbonæ, centum marcas auri puri, 9260 taleros unumque Rheni florenum, conficientes, pœnæ loco, exſolverant, addita ſponſione, de non amplius turbando) Civitatemque in numerum immediatarum Imperii reſtituit, fruſtra opponente Regina Sueciæ verba, *Inſtrumenti Pacis* Art. X, §. 8, *Civitati vero Bremenſi &c.* &: *præſens ſuus Status &c.* argumento ipſius *Cæſarei mandati caſſatorii* de anno 1643, accipienda eſſe de *ſtatu mediato*, inſuperque Diploma Cæſareum an. 1646, intelligendum, quaſi *Brema*, à multis retro annis, libera & immediata fuerit. Vid. *Theatr. Europ.* T. VII, h. a. p. 369 ad 374; *Lundorp.* Tom. VI, lib. 5, §. 18 &c. pag. 802, ad 823; *Loccenius* lib. 9 *Hiſt. Suec.* pag. 751; *Limnæus* T. 2 *Addit.* ad lib. 7, cap. 7. pag. 108; *Europ. Heroldt*, T. 1, part. 5, cap. 1, p. 745.

An. eod. Decreto, ad Directorium Moguntinum, transmiſſo, vovet Libellum, quo *Chriſtophorus Bernhardus à Gahlen*, Monaſterienſis Præſul, intuitu *Burggraviatus Strombergenſis*, 25 April. Votum & ſeſſionem in Comitiis Imperii efflagitavit. Vid. *Limnæus*, Tom. 2 Addit. ad lib. 4. cap. 4, pag. 240 &c. *Gaſtelius* l. c. cap. 24. p. 790 & 791; *Spener, Op. Herald.* lib. 3, cap. 25, §. 10, p. 645; Dn. *ImHoff* l. c. lib. 3, cap. 19, §. 5, p. 101.

An. eod. 30 Junii, Ejus auſpiciis, *Johannes Chriſtianus*, Princeps *Eggenbergius*, ratione Comitatus Principalis *Gradiſcæ*, in *Foro Julii*, quem ſibi comparavit, nanciſcitur Jura Comitiorum in Imperio, introductione anno ſequenti facta. Vid. *ImHoff* l. c. lib. 5, cap. 2, §. 3, pag. 227; *Limnæus* loc. cit. ad lib. 5, cap. 7, p. 396; *Europ. Heroldt*, l. c. part. 2, cap. 19, p. 555.

An. eod. 30 Junii, per Mareſchallum Imperii, in Collegio Principum Imperii, ſuſcipi curavit, loco immediatè ab *Arenbergio* proximò, *Eitel Fridericum*, Principem *Hohenzolleranum.* Vid. *Europ. Heroldt* l. c. cap. 18, p. 551. An. eod. (1653.) dignitatem Baronum largitus eſt, Dnn. *Johanni Jacobo, Johanni Victori, Johanni Caſparo, Georgio Conrado, Georgio Chriſtophoro & Georgio Caſparo*, Fratribus & Agnatis de Lerchenfeld.

An. 1654, Ejusdem favore, in Collegio Principum Imperii, votum & ſeſſionem nacti ſunt, 18 Febr.

(1) *Wenceslaus Euſebius, Princeps Lobkowizius*, Vid. *Europ. Heroldt* l. c. cap. 20, p. 557; *ImHoff* l. c. lib. 5, cap. 3, §. 10, p. 219.

(2) *Maximilianus*, Princeps *Dieterichſteinius*, datis Reverſalibus, (1) *Allerhœchſtgemelt Ihr. Rœm. Kayſerl. Maj. und des H. R. Reichs, Ehre, Nutzen und Wolfarth, nach ſeinem beſten Vermœgen, treulich zu fordern, vor Schaden zu warnen und abzuwenden;* (2) *mit einer dem Fürſten Lobkowitziſchen Anſchlag gleichmæſſiger Quota, nemlich, zu den gemeinen Reichs-Anlagen, vor einen Rœmer-Monat, mit 76 Gülden; zu des Kayſerl. Cammer-Gerichts zu Speyer Unterhalt, vor einen Termin, 16 Gülden, anzulegen, und ſolchem Fuß nach, die Reichs-Steuren, ſo lang Er nicht mit immediat Reichs-Gütern der Gebühr verſehen ſeyn wird, in die Reichs-Caſſa, und nach beſchehener immediat Fürſtenmæſſiger Reichs-Begütherung, welche alſo beſchaffen ſein ſoll, daß ſie, wo nicht ein mehrers, doch weniger nicht, als obgedachter maſſen, vor einen einfachen Rœmer Monat 76 Gulden und vor jeden Termin ins Cammer-Gericht, 16 Gulden ertrage, in die jenige Craiß Caſſa, darinn ſolche erlangte Güther gelegen, nach deren erſt berührter Proportion, beyzutragen; den ſchuldigen Cammergerichtlichen Unterhalt aber, jede Franckfurter Meß, dem Cammergerichts Pfenning-Meiſtern, unfehlbar zu lieffern; und daß* (3) *dieſe admiſſio allein auf ſeine Perſohn ſich erſtrecken, Seine Erben und Succeſſores aber, welche Ihm, vermœge der allergnædigſten Kayſerl. Commiſſion, und Diplomatis, in den Reichs-Fürſten Stand und Dignitæt ſuccediren werden, im Fürſten-Rath zur Stell und Stimm nicht zugelaſſen werden ſollen, ehe und zuvor ſie ſich, mit Fürſtenmæſſigen Gütern im Reich, wenn ſolches vorhero nicht von ihm ſelbſt beſchehn, dem Herkommen gemæs, qualificirt haben &c.* Vid. *Lundorpius*, Tom. VII, lib. VI, cap. 477, p. 531 & 533; & cap. 478, pag. 533; *Theatr. Europ.* l. c. pag. 493; *Eitel Friedrich*

 von

von Heerden, in der Grundveſte des H. Rœm. Reichs, part. 2, cap. 5, pag. 26 &c. *Gaſtelius*, *de Statu Publico Europæ*, cap. 25, §. 17, 18 & 19, p. 794 & 795; *Limnæus* Tom. 2 Addit. ad lib. 5, cap. 7, pag. 393; Dn. *ImHoff* l. c. lib. V, cap. 5, §. 9, pag. 235; *Europ. Heroldt* l. c. cap. 22, pag. 563; *Spener* part. ſpec. *Op. Herald* lib. 2, c. 21. §. 14, p. 436, non ſatis accuratè Introductionem hanc an. 1653 vindicat.

(3) *Johannes Weickhardus*, Princeps *Auerſpergius*, iisdem ſub conditionibus. Vid. *Lundorpius* l. c. in cujus favorem etiam Cæſar Dynaſtiam *Thengen* in Suevia, quam ſibi comparavit, an. 1664, in *Comitatum Principalem* evexit. Conf. *Theatr. Europ.* l. c. *Limnæus* l. c. cap. 3, pag. 361 ad 364; *Appendix ad Typographiam Auſtriæ Meriani*, pag. 11; *Gaſtelius* l. c. *Europ. Heroldt* l. c. cap. 24, p. 576; Dn. *ImHoff* l. c. cap. VII, §. 7, p. 253;

(4) *Leopoldus Philippus Carolus*, Princeps *Salmenſis*; Vid. *Lundorpius* l. c. cap. 483, pag. 566; *Theatr. Europ.* l. c. *Limnæus* l. c. cap. 15, pag. 458; *ImHoff* l. c. cap. 4, §. 6, p. 231; *Europ. Herold* l. c. cap. 21, pag. 560.

(5) *Johannes Chriſtianus* Princeps *Eggenbergius*; Vid. ad præced. an. 1653; Conf. *Gaſtelius* l. c.

(6) *Octavius Piccolomini*, ſub iisdem Legibus. Vid. *Lundorpius* l. c. cap. 477, pag. 532; & cap. 478, p. 533; *Theatr. Europ.* l. c. *Limnæus* l. c. cap. 12, pag. 432; *ImHoff* l. c. cap. 15, §. 6, p. 283; *Gaſtelius* l. c.

(7) *Naſſovii* Principes, quibus duo vota conceſſa ſunt, unum, ratione *Hadamar & Siegen*; & alterum, ratione *Dillenburg & Dietz*. Vid. *Lundorpius* l. c. cap. 484, pag. 566 & cap. 485, pag. 567; *Theatr. Europ.* l. c. *Limnæus* l. c. cap. 12, p. 430; *Gaſtelius* l. c. *Europ. Heroldt* l. c. cap. 23, pag. 572; Dn. *ImHoff* l. c. cap. VI, §. 36, p. ·46; Dn. *Schowart*, *Obſerv. Hiſtor. Geneal.* cap. 16, §. 3, p. 458.

An. eod. *Principis* charactere exornat *Ennonem Ludovicum*, Comitem *Oſtfriſiæ*. Vid. *Spener*, l. c. lib. 3, cap. 49, §. 4, pag. 761; *ImHoff* l. c. cap. 8, §. 10, pag. 257; *Schowart* l. c. cap. 18, §. 2, pag. 476; *Handlung der Welt Alter* p. 431; *Europ. Heroldt* l. c. cap. 25, p. 579, id refert in an. 1650.

An. eod. Natalibus reſtitutum *Antonium I*, Comitem *Oldenburgicum*, inter Comites Imperii ſuſcipi curavit. Dn. *ImHoff* l. c. lib. IV, cap. 9, §. 9, pag. 194; *Europ. Heroldt* l. c. cap. 13, p. 524.

An. eod. Ejusdem Gratia, acceſſit Prælatis Imperii, voto duntaxat *Suevico* diu hactenus gaviſis, votum *Rhenanum*. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. lib. 3, cap. 28, §. 3, pag. 115; Conf. *Europ. Heroldt* loc. cit. part. 4, cap. 3, pag. 594.

An. eod. Ejusdem cura, nanciſcuntur Comites Imperii *Quartum votum Curiale*, ſcil. *Weſtphalicum*. Vid. *Culpiſius ad Monzamb.* cap. 2, §. 12, p. 580; Dn. *ImHoff* l. c. lib. VI, Introduct. p. 286; Conf. ſeq. Tit. XVII, §. 16.

An. eod. 18 Febr. decretum mittit directorio Moguntino, de admittenda iterum *Brema* ad votum & ſeſſionem, in Comitiis Imperii. Extat illud apud *Lundorpium* l. c. cap. 467, pag. 523 & 514. Concluſum totius Imperii, jam 10 Januar. hac de cauſa factum, recenſet *Gaſtelius*, l. c. cap. 32, p. 1071 &c. Quod Sueci oppoſuerint, exponit *Loccenius*, lib. 9, *Hiſt. Suec.* pag. 756 ad 759.

An. eod. 22 April. injungit Legatis *Hamburgenſibus*, ut, producto legitimè Mandato, ſententiam dicant in Civitatum Imperii Collegio. Vid. *Documenta, der Statt Hamburg Immedietat betreffend*. Conf. *Gaſtelius* l. c. p. 1103 & 1104.

An. 1655, Haberi curat *Conventum Deputationis* Francofurti ad Mœnum. Ejus nomine facta 15-25 Sept. propoſitio, legitur in *Theatro Europ.* T. VII, h. a. pag. 709. Acta habentur apud *Lundorpium*, Tom. VII, lib 7, cap. 202, pag. 1051 &c. Deputatorum ſubdelegati erant, (1) *Wormatienſis* Epiſcopus; Comes *Wolckenſteinius*, & Dn. *Craane*, nomine Imperatoris, (2) loco Electorum, & quidem *Moguntini*, *Vorburgius*: *Trevirenſis*, *Gobelius*: *Colonienſis*, *Althoverus*: *Bavari*, Comes *Fürſtenbergius*: *Saxonis*, *Piſtorius à Seiſelitz*: *Brandenburgici*, *Portmannus*: & *Palatini*, *Hammenius*. (3) Ex Collegio Principum, & quidem de ſcamno *Eccleſiaſtico*: *Volmarus*, pro Archiduce Auſtriæ; pariter & pro Burgundo: *Bertingerus*, pro Herbipolenſi & Conſtantienſi Præſulibus; *Biſpinckius*, pro Monaſterienſi Antiſtite & Prælatis. De *Seculari*: *Wampelius*, pro Bavaro; *Thomas*, pro Saxo-Altenburgico: *Pühlius*, pro Marchione Brandenburgo-Culmbacenſi; *Heylandus*, pro domo Brunſuic. & Luneburg. *Hübnerus*, pro Pomerania ulteriori: *Snolky* pro Pomerania citeriori: *Bidenbachius*, pro duce Würtembergico: *Heinius*, pro Megapolitano: *Badhauſius*, pro Landgravio Caſſellano: *Stfhererus* pro Fürſtenbergio: *Rodſchildus*, pro Scamno Comitum Wetteravico. (4) Ex parte *Civitatum Imperii Scamni Rhenani*, *Schragius*, pro Aquisgrani & Argentorato, & *Suevici*: *Pfaffenreuterus*, *Ratisbonenſis*, *atque Oelhaſius à Schœllnbach*, *Norimbergenſis*.

An. 1657, Menſe Martio, conſtituit *Carolum*, Mantuæ Ducem, ob deſertas Gallorum partes, ſuſceptumque in ſe Cæſarei Exercitus in Italia Imperium, *Generalem Vicarium Imperii*; valde licet deſuper conqueſto Duce Sabaudiæ. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. VII; ad h. a. pag. 1041; de motibus inde exortis, legas Tom. VIII dicti Theatri, ad an. 1657 & 1658; *Lundorp.* Tom. VIII *Contin. Act. Publ.* lib. 8, cap. 205, pag. 313. Conf. *Sprenger*, *Font. Jur. Publ.* cap. 18, pag. 1225; *Ditericus* ad A. B. Tit. 5, pag. 38; *Schwederus* J. P. part. ſpec. Sect. 1, cap. 33, §. 2, pag. 705. Add. ſeq. Tit. XI. §. 2, lit. ſ.

v. (5) Exuvias mortales depoſuit, 23 Mart. St. V. & 2 April. St. N. an. 1657; vid. *Theatr. Europ.* Tom. VII, h. a. p. 1031 & 1096; *Diar. Europ.* T. I. ad an. 1658, p. 70,

&

Digitized by Google

& ad an. 1658, p. 668; ubi Vicariorum diplomata; *Sigismundus von Bircken*, lib. 6 *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 21, pag. 1398; *Morery*, voc. *Ferdinand III Empereur*, pag. 505; *Limnæus* Tom. 2, Addit. ad lib. 5, c. 2, pag. 341; *Ritterſhuſius Tab. Geneal. Auſtr.* Dn. de *Ziegler von Kliphauſen, im taglichen Schauplatz der Zeit; die 23 Mertz*, §. 6, pag. 295; Dn. *ImHoff Notit. Proc. Imp.* lib. 1, cap. 1, §. 2, pag. 5, & *Tabb. Geneal. Impp. & Regum*, Tab. XIV; Dn. *Schowart, Obſervat. Hiſtor. Geneal.* cap. 1, §. 15, pag. 29; *Simon, Eilenburgiſche Chronick*, part. 3, pag. 746; *Maurerus*, part. 2 *Chronici Viennenſis* pag. 100, ponit 1 April. *Limnæus* l. c. ad lib. 2, cap. 13, pag. 66, habet 11 April. quem & præ ſe fert Epitaphium, in Principis noſtri laudem erectum, in *Chronico Hungarico Norimbergenſi*, §. 35, pag. 40. De nudo anno loquuntur *Micralius*, lib. 2 Syntagm. Sect. 5, pag. 515; *Europ. Herold.* T. 1. pag. 71; Alii.

(48) LEOPOLDUS.

v. (1) In lucem editus eſt an. 1640, 30 Maji, St. V. 9 Junii, St. N. adnominatus *Ignatius*, *Joſephus*, *Balthaſar*, *Franciſcus*, *Felicianus*; *Ferdinando III*, Imperatore, & *Maria*, (Maria Anna) Hiſpana, Parentibus. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. IV, h. a. pag. 287; *Ritterſhuſius*, Tab. Auſtr. & *Regum Ungariæ*; *Sigismundus von Bircken*, lib. VI *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 21, pag. 1398; *Limnæus* Tom. 2 Addit. ad lib. 5, cap. 2, pag. 341; *Morery*, voc. *Leopold I Empereur*, pag. 332; Dn. de *Ziegler de Kliphauſen, im Taglichen Schauplatz der Zeit*, die 30 Maji, §. XI, pag. 602; Dn. *ImHoff, Notit. Proc. Imp.* lib. 1, cap. 1, §. 2, pag. 5; *Europ. Heroldt*, T. 1, part. 3, cap. 1, pag. 134; Dn. *Hübner, Tab. Geneal.* §. 127; *Mercure Hiſtorique*, Tom. XXXVIII, ad an. 1705, pag. 501, Dn. *Schowart, obſervat. Hiſt.* c. 1, §. 15, p. 30, habet 9 Julii.

v. (2) Nuptias celebravit

(1) *An.* 1666, 12 *Decemb.* cum *Margaretha Thereſia*, *Philippi IV* Regis Hiſpaniæ, & ſororis ſuæ, *Maria Anna*, filia; Vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. Dn. *ImHoff Not. Proc.* lib. 1, Cap. 1, §. 3, pag. 5; Dn. *Hübner* l. c. *Diarium Europ.* Contin. XIII, in append. ubi 5 Dec. ponitur; Annum comprobant: *Schowart*, l. c. cap. 1, §. 9, pag. 19; *Europ. Herold* T. 1. pag. 135; *Hartnac ad Micralium*, lib. 2, Sect. 5, pag. 546; *Sagittarius, Tab. Auſtr. & Tab. Hiſpaniæ* Regum, profert an. 1663; Auctor *des Memoires d' Artagnan*, de an. 1700 & 1701, Tom. 3, p. 428, ſponſam vocat *Margaretham Mariam Thereſiam*. Obiit an. 1673, 12 Mart. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XI, ad an. 1673, pag. 416; *Diarium Europ.* Contin. 29, pag. 701; *Hartnac* l. c. & cap. 1, §. 16, pag. 31; *Europ. Herold* l. c. Dn. *ImHoff* l. c. *Hübner* l. c.

(2) An. 1673, 15 Octob. cum *Claudia Felicitate*, fil. *Ferdinandi Caroli*, Agnati Tirolenſis; & *Anna* Mediceæ, filia; *Grazii* Stiriæ; Vid. *Theatr. Europ.* l. c. ad h. a. pag. 416; *Diarium Europ.* l. c. pag. 215; Dn. *ImHoff* l. c. *Europ. Heroldt* l. c. *Hartnac* l. c. pag. 546 & 547; *Schowart* l. c. cap. 1, §. 13, pag. 17 & §. 16, pag. 31; *Morery*, voc. *Leopold I Empereur*, pag. 332. *Hübner* l. c. Mortua an. 1676, 8 April. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 1008 & 1046; *Morery* l. c. *ImHoff* l. c. & *Tab. Geneal. Auſtr.* §. 14; *Europ. Herold* l. c. *Schowart* l. c. *Hübner.* l. c. *Hartnac*, l. c. pag. 549, id refert in menſem Martium.

(3) An. 1676, 14 Dec. *Paſſavii*, cum *Eleonora Magdalena Thereſia*, *Philippi Wilhelmi* Ducis Neoburgici, & poſtea Electoris Palatini; atque *Eliſabetha Amalia*, Landgraviæ Darmſtadienſis, filia; Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XI, h. a. pag. 1053 ad 1055; *Diar. Europ.* Contin. 33, pag. 334 ad 340; Dn. *ImHoff* l. c. *Europ. Herold* l. c. & pag. 398; *Morery* l. c. perperam licet eam vocet *Annam Mariam Joſepham*; Dn. *Schowart* l. c. cap. 7, §. 14, pag. 196, qui cap. 1, §. 16, pag. 31, ponit 6 Januar. 1677; *Hübner* l. c. *Hartnac* l. c. p. 549, ubi Poëtæ cujusdam luſus:

Ter bona, ter fœcunda domo, ſeptemque ter annis,
Notaque nominibus, tertia ſponſa, tribus.
Tres, Regnis tribus, hæredes dabit Illa, quod Ipſa
Nata, trium Regum, ſit Leonora, die.

An. 1681, 9 Dec. *Sempronii*, ſeu *Oedenburgi*, inaugurata Regina Hungariæ. Vid. *Theatr. Europ.* T. XII, h. a. pag. 306 &c. *Lundorpius*, Tom. XI, *Act. Publ.* cap. 83, §. 42, pag. 227; Annoque 1690, 16 Januar. S. N. Auguſtæ Vindelicorum. Imperatrix; Vid. *Hartnac* l. c. pag. 563; *Schowart* l. c. cap. 1, §. 16, pag. 31, habet 16 Januar.

v. (3) Liberi ſunt:

(1) *Ferdinandus, Wenceslaus, Leopoldus, Joſephus, Michael, Elzearius*; n. 1667, 18-28 Sept. *Theatr. Europ.* T. X, ad h. a. pag. 523; Dn. *ImHoff Not. Proc.* lib. 1, cap. 1, §. 4, pag. 5; Dn. *Hübner* l. c. habet 16 Sept. Annum collaudant *Europ. Herold*, T. 1, pag. 135; Dn. *Schowart, Obſerv. Hiſt.* cap. 1, §. 16, pag. 32; *Debonair, en ſon Hiſtoire de France*, pag. 391. Mortuus, an. 1668, $\frac{3}{13}$ Januar: Vid. *Theatr. Europ.* l. c. part. 1, pag. 795; *Morery*, voc. *Leopold I Empereur* p. 332; *ImHoff* l. c. *Schowart* l. c. *Europ. Herold* l. c. *Hübner* l. c.

(2) *Maria, Antonia, Joſepha, Benedictina, Roſalia, Petronella*, n. 1669, 8-18 Januar. *Theatr. Europ.* l. c. part. 2, pag. 24; Dn. *ImHoff* l. c. *Europ. Herold* l. c. Dn. *Schowart* l. c. Dn. *Hübner* l. c. Nupta an. 1685, 5-15 Julii, *Maximiliano Emanueli*, Electori Bavariæ, Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XII h. a. pag. 972; Dn. *ImHoff* l. c. Dn. *Hübner*, l. c. Dn. *Schowart* l. c. & cap. 7 §. 22, pag. 222, refert has nuptias ad an. 1686; *Hartnaccius* l. c. lib. 3, Sect. 12; pag. 583, vocat ſponſam *Marcam Antoniam*. Obiit an. 1692, $\frac{14}{24}$ Dec. Vid. *Europ. Herold* l. c. *Hartnac* loc. cit. pag. 584; *Schowart* ll. cc.

ll. cc. *Mercure Hiſtorique*, T. XIV, p. 31; Dn. *ImHoff*, addit. ad lib. 1 *Notit. Proc.* Dn. *Hübner*. l. c.

(3) Anonymus, n. 1670, 20 Febr. ſtatimque mortuus. *Europ. Herold* l. c. *ImHoff Not. Proc.* lib. 1, c. 1, §. 4, p. 5. Dn. *Schowart* l. c. c. 1, §. 16, p. 32, Eum nominat *Johannem*, ut & Dn. *Hübner*. l. c.

(4) *Maria*, *Antonia*, *Joſepha*, *Apollonia*, *Scholaſtica*, n. 1672, 9 Febr. & 13 ejusdem anni & menſis, iterum extincta. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XI, h. a. pag. 61; *Diar. Europ.* Contin. 24, pag. 590 & 637; *ImHoff* l. c. *Schowart* l. c. *Europ. Herold* l. c. *Hübner* loc. cit.

(5) *Anna*, *Maria*, *Joſepha*, *Thereſia*, *Antonia*, *Dominica*, *Xaveria*, *Dorothea*, *Paulina*, n. 1674, 11 Sept. denata $\frac{12}{22}$ Dec. ejusdem anni; Vid. *ImHoff* l. c. pag. 6, Dn. *Hübner* l. c. *Thatr. Europ.* l. c. pag. 623, ponit 11 Dec. *Europ. Herold* l. c. *Schowart* l. c. *Diar. Europ.* Contin. 30, pag. 17.

(6) *Maria*, *Joſepha*, *Clementia*, *Anna*, *Gabrielis*, *Antonia*, *Franciſca*, *Dominica*, *Thereſia*, *Eva*, *Placidia*, n. 1675, 11 Octob. Vid. *Theatr. Europ.* ad h. a. pag. 855; *Europ. Herold* l. c. *ImHoff* l. c. *Schowart.* loc. cit. *Hübner*, l. c. Obiit an. 1676, 10-20 Jul. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 1053; Dn. *ImHoff* l. c. habet 11 Jul. ut & Dn. *Hübner* l. c. Conf. reliqui.

(7) *Joſephus* Imperator, de quo ſuo loco.

(8) *Maria*, *Eliſabetha*, *Lucia*, *Thereſia*, *Joſepha*, *Antonia*, n. 1680, $\frac{13}{23}$ Dec. Vid. *Lundorpius* Tom. XI, cap. 47, pag. 97, *Theatr. Europ.* Tom. XII pag. 164; *Diarium Europ.* Contin. 43, pag. 239; *ImHoff* l. c. *Schowart* l. c. *Europ. Herold* l. c. *Hübner* loc, cit. & Tab. 129.

(9) *Leopoldus*, *Joſephus*, *Wilhelmus*, *Antonius*, *Franciſcus*, *Eraſmus*, $\frac{2}{12}$ Junii 1682, natus. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XII, pag. 394 & 429; *Lundorpius* Tom. XI, cap. 127, §. 44, pag. 474; Dn. *ImHoff* l. c. *Europ. Herold*, l. c. Dn. *Schowart* l. c. pag. 33; *Hartnac ad Micralium* lib. 2, Sect. 5, pag. 552; Dn. *Hübner* l. c. Tab. 127. Vivere deſiit an. 1684, 3 Aug. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. & Dn. *Schowart* l. c. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 664 habet 1 Aug. & Dn. *Hübner* l. c. 3 April. Annum comprobat *Europ. Herold* l. c.

(10) *Maria*, *Anna*, *Joſepha*, *Antonia*, *Regina*, nat. 1683, 7 Sept. Dn. *ImHoff.* l. c. Dn. *Schowart* l. c. Dn. *Hübner* l. c. & Tab. 129. Nupta an. 1708, 9 Julii, *Johanni V*, Regi Portugalliæ. Vid. *Vornehmſte Staats-Affairen von Europa*, de an. 1709, *Erſtes Stück* p. 106; *Mercure Hiſtorique & Politique*, an. 1708, Tom. 45, menſ. Auguſt. p. 141.

(11) *Maria*, *Thereſia*, *Joſepha*, *Antonia*, *Xaveria*, n. 1684, 22 Aug. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XII, pag. 664; *ImHoff* l. c. *Schowart* l. c. *Hübner* l. c. Tab. 127; *Europ. Herold* l. c. Ad ſuperos migrans an. 1696, 28 Sept. Vid. *Mercure Hiſtorique*, h. a. Tom. XXI, pag. 389; *Theatr. Europ.* Tom. XV, ad h. a. pag. 113; *Europ. Herold*, l. c. Dn. *Hübner* l. c.

(12) *Carolus*, *Franciſcus*, *Joſephus*, *Wenceslaus*, *Balthaſar*, *Johannes*, *Antonius*, *Ignatius*, nat. 1685, 1 Octob. Vid. *Lundorpius* Tom. XII, cap. 119, §. 45, pag. 491, *Theatr. Europ.* Tom. XII, h. a. p. 802; Dn. *ImHoff* l. c. *Europ. Heroldt* l. c. *Hartnac ad Micralium* lib. 2, Sect. 5, pag. 556; Dn. *Schowart* l. c. Dn. *Hübner* l. c. Tab. 127, & 129. Proclamatus *Viennæ*, ab Imperatore *Leopoldo*, Patre, an. 1703, 12 Sept. Hiſpaniarum Rex; Vid. *Mercure* h. a. Tom. 35, *Menſ. Septemb.* pag. 343; Dn. *Hübner* l. c. Tab. 127. Nuptias celebrat an. 1708, 23 April. Viennæ, pronubo Patre, Imperatore, deinde ſolenniter Barcinonæ 1 Aug. cum *Eliſabetha Chriſtiana*, fil. *Ludovici Rudolphi*, Ducis Brunſuic. & Luneb. Vid. *Mercure Hiſtorique* l. c. Tom. 44, pag. 494 & 583; *Vornehmſte Staats-Affairen von Europa*, de an. 1709, *Erſtes Stück*, pag. 106. Auſpicatiſſimum hoc connubium elegantiſſimo Epithalamio, in Academia Julia, celebravit Vir Celeberrimus, Dn. *Johannes Werlhof*, Anteceſſor ibidem Primarius; An. 1708.

(13) *Maria*, *Joſepha*, *Coletta*, *Antonia*, nata an. 1687, 6 Mart. Vid. *Europ. Herold* l. c. Dn. *ImHoff* l. c. Dn. *Schowart*, l. c. Dn. *Hübner* l. c. Tab. 127; Et mortua an. 1703, 4-14 April. *Europ. Herold* l. c. Dn. *Hübner* loc. cit. *Mercure Hiſtorique* h. a. Tom. 34, menſ. Maj. p. 508.

(14) *Maria*, *Magdalena*, *Joſepha*, *Antonia*, *Gabrielis*, n. 1689, $\frac{16}{26}$ Mart. *Europ. Heroldt* l. c. Dn. *ImHoff* l. c. Dn. *Schowart* l. c. Dn. *Hübner* l. c. & Tab. 129.

(16) *Maria*, *Margaretha*, *Magdalena*, *Gabrielis*, *Joſepha*, *Antonia*, n. 1690; 22 Julii; Vid. *Europ. Herold* l. c. Dn. *ImHoff* l. c. Dn. *Schowart* l. c. pag. 34; Dn. *Hübner* l. c. Tab. 127; ubi & an. 1691, 22 April. defuncta dicitur; Conf. *Europ. Herold* l. c.

v. (4) Ad Optimi Principis curriculum vitæ referendum, quod

An. 1655, 6-16 Junii Rex *Hungariæ* conſtitutus, 17-27 ejusdem menſis, *Presburgi* diadema impoſuerit. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. VII h. a. pag. 721 & 722; *Europ. Herold* T. 1, pag. 135; & Tom. 2, pag. 378; *Thulden hiſt. Europ.* lib. 4, p. 68 &c. *Rittershuſius Tab. Gen.* *Ungar. Sigumundus von Bircken*, *Oeſtreichiſcher Spiegel der Ehren*, lib. 6, cap. 21, pag. 1398; *Morery*, voc. *Leopold I Empereur*, pag. 332; *Limnæus*, Tom. 2 *Addit.* ad lib. 5, cap. 2, pag. 141; *Maurer Chron. Viennenſ.* part. 2, pag. 99; *Micralius* lib. 2, Sect. 5, pag. 515; *Hartnac* ad hunc locum *Micralii*, pag. 542; *Liechtſtern*, *Schleſiſche Fürſten-Cron*, pag. 69; Dn. *ImHoff Not. Proc. Imp.* lib. 1, cap. 1, §. 2, pag. 5, Dn. *Schowart*, *Obſervat. Hiſtor.* cap. 1, §. 16, p. 31.

An. 1656, 14 Sept. *Bohemiæ* Rex inauguratur. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. ad h. a. pag. 870; *Thulden* l. c. pag.

272

271 &c. *von Bircken* l. c. *Hartnac* l. c. *Europ. Herold* l. c. Dn. *ImHoff* l. c. *Maurer* l. c. *Liechtſtern* l. c. Dn. *Schowart* l. c. Perperam, hoc nomine, annum 1654 producunt: *Limnæus* l. c. *Ritterſhuſius* l. c. *Micrælius* l. c. *Morery* l. c. *Handlung der Welt Alter*, pag. 562, alii.

An. 1658, 8-18 Julii, *Francofurti ad Mœnum*, Rex Romanorum electus eſt; Vid. *Lundorpius* Tom. VIII, lib. VIII, cap. 230, pag. 341; *Theatr. Europ.* Tom. VIII, h. a. pag. 525; *Diar. Europ.* Tom. I, ad h. a. pag. 871 &c. *Thuldenus* l. c. lib. 9, pag. 270 &c. *Galeazzo Gualdo*, Tom. I, *Hiſtor. Imperatoris noſtri*, fol. 157 &c. *Hornius*, *Hiſt. Eccleſ. & Polit.* p. 420; *Limnæus*, Tom. 2 Addit. ad lib. 2, cap. 13, pag. 66, & ad lib. 5, cap. 2, pag. 341; *Maurer* l. c. *Europ. Herold* l. c. *von Bircken* l. c. *Ritterſhuſ. Geneal. Auſtr. Hartnaccius* l. c. *Morery* l. c. Dn. *ImHoff* l. c. *Simon*, *Eilenburgiſche Cronick*, part. 2, cap. 1, pag. 373, & part. 3, pag. 748; Dn. *Schowart* l. c. Capitulationem, 18 Julii confectam, exhibent: *Lundorpius* l. c. cap. 235, p. 349 &c. *Diarium Europ.* l. c. pag. 876 &c. *Theatrum Europ.* l. c. pag. 473 &c. *Reinkingius* de *Regimine Secul. & Eccleſ.* lib. 1, Claſ. 3, cap. 9, §. 77 &c. p. 237 &c. *Limnæus* Tom. 2 Addit. ad lib. 1, cap. 12, pag. 284 &c. & ad *Capitulationes*, p. 871 &c. *Appendix ad Carpzovium*, *de Lege Regia*, p. 405; *Gaſtelius*, *de Statu Publico Europæ*, cap. 5, §. 23, pag. 78 &c. *Cellarius*, *Politic.* pag. 453 &c. Principum proteſtatio, 29 Julii St. V. Directorio Moguntino deſuper transmiſſa, qua declarabant, ſe illam pro fundamentali Lege nunquam agnituros, niſi quatenus cum Inſtrumento Pacis, Monitisque ſuis, ad Perpetuæ Capitulationis ſchema oblatis, conveniat, habetur in *Theatr. Europ.* l. c. pag. 491. Conf. *Oldenburger*, *Diſcurſ.* ad A. B. part. 3, diſc. 5, pag. 43; *Lundorpius* l. c. cap. 252, pag. 383; *Muldener*, *in Appendice ad Capitulationem ſuam Harmonicam*, p. 207. Inauguratio ibidem facta eſt, 1 Aug. St. N. Conſecratore *Colonienſi* ArchiEpiſcopo, *Moguntino* vero & *Trevirenſi*, una cum Eo, coronam Regi imponentibus. Vid. *Diar. Europ.* l. c. pag. 939 &c. *Lundorpius* l. c. cap. 236, pag. 361; *Theatr. Europ.* l. c. pag. 529 &c. *Maurer* l. c. p. 100; *Europ. Herold* l. c. *Hartnac ad Micrælium* lib. 2, Sect. 5, p. 542; *Thuldenus* contra, l. c. *Gualdo* l. c. *ImHoff* l. c. *von Bircken* l. c. aliique, inſcribunt ſolennia hæc, 5 Auguſti; *Ritterſhuſius Tab. Auſtr.* ponit 22 Julii. Equites, ab Auguſto creatos, recenſent *Theatr. Europ.* l. c. p. 529 & 530; *Gualdo* l. c. fol. 163; *Thulden* l. c. lib. 9, p. 284.

An. eod. 3 Aug. *Baronem* creat *Johannem Chriſtophorum* de *Schmidburg*, Conſiliarium Aulicum Imperialem.

An. 1659, 9 Aug. charactere *Comitis* illuſtriorem reddit *Johannem Quintinum*, Baronem *Jærger*, annexo Prædicato *Hoch- und wohlgebohren*.

An. eod. in numerum *Baronum* cooptat, 11 Januar. *Jacobum de Schlebuſch*, Chiliarcham; 7 April. *Johannem Wilhelmum*, *Johannem Ludovicum*, *Johannem Henricum*, & *Johannem Georgium*, Fratres *Herwardt de Hohenburg*; & 23 Oct. *Johannem Kaltſchmid von Eyſenberg*, cum Prædicato *Wohlgebohrn*.

An. 1660, 11 Januar. inter *Comites* refert: *Johannem Ditericum von Schlieben*, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohrn*; deinde, Auguſtum, Bar. de *Klein Lignitz*; vid. *Liechtſtern*, *Schleſiſche Fürſten-Cron*, p. 524;

An. eod. 26 April. ad dignitatem *Baronum* evehit: *Ditericum Caſparum*, *Fridericum*, *Wilhelmum*, *Ferdinandum Franciſcum Wilhelmum*, & *Johannem Adolphum*, Fratres *Fürſtenbergios*.

An. eod. 8-18 Junii, fruſtra *Homagium* exigit ab *Argentoratenſibus*, data 7 Sept. reſponſione, Privilegium objicientibus, cujus vigore, ab ætate *Ottonis III* Imp. nullum Homagium præſtiterint, ſemper tamen Imperatori & Imperio fideles exiſtentes talesque poſthac futuri. Vid. *Lundorpius* Tom. VIII, lib. IX, cap. 22, p. 705; *Theatr. Europ.* Tom. IX, h. a. pag. 11 &c. *Diarium Europ.* Contin. IV, pag. 251 &c. *Fritſchius* ad *Limnæum*, lib. 7, cap. 3, pag. 209 ad 220.

An. 1661, *Baronum* honoris participes reddit:

11 Januar. *Abrahamum von Layen*.

12 Januar. *Petrum Ignacium von Stohm*, cum Prædicato *Wohlgebohren*.

14 Febr. *Ditericum von Vehlen*.

25 Febr. *Matthiam Martellum*, dictum *Hammerling*, cum Prædicato *Wohlgebohren*.

9 Junii, *Johannem Wilhelmum*, *de Plettenberg*, ejusque ſororem *Mariam Eleonoram*.

An. 1662, 17 Febr. In Claſſem *Principum* evehit *Johannem Ferdinandum*, Com. de *Porcia*, cum ſuprema Palatini dignitate, & Decreto ad Directorium Moguntinum, in puncto Seſſionis & Voti in Comitiis. Conf. Dn. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 5, cap. 16, §. 5, p. 285.

An. eod. 18 April. eosdem titulos honoresque impertit *Georgio Chriſtiano*, Comiti *Friſiæ Orientalis*, cum extenſione ad filium natu majorem, ſucceſſoremque in Regimine futurum; Vid. *Lundorp.* Tom. IX, cap. 61, pag. 286; *Europ. Herold*, Tom. I, part. 2, cap. 25, pag. 579; *Spener. Oper. Herald.* part. ſpec. lib. 3, cap. 49, §. 4. pag. 761; *Maurer Chron. Viennenſ.* part. 3, cap. 3, pag. 162; Dn. *ImHoff Not. Proc.* lib. 5, cap. 8, §. 11, pag. 258; Dn. *Schowart*, *Obſervat. Hiſt.* cap. 18, §. 2, p. 477.

An. eod. ad eandem dignitatem perducit *Philippum de Croy*. Vid. *ImHoff* l. c. lib. 5, cap. 14, §. 14, p. 279.

An. eod. In *Comitum* Claſſem transponit, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*:

24 Febr. *Stenckonem & Alexium Sternbergios*.

16 Nov. *Albertum*, *Johannem Wilhelmum*, *Ferdinandum*, *Maximilianum Eraſmum*, & *Sigismundum Erne-*

ſtum, fratres & agnatos *Zinzendorfios*, lineæ *Carſpacenſis.* Vid. *Spener* l. c. lib. 1, c. 116, p. 574, §. 2.

An. eod. *Baronum* gradu dignos judicat; annexo Prædicato *Wohlgebohren:*

29 April. *Daviđem Kreſſer, von und zu Burckfarnbach*, & 15 Sept. *Wilhelmum von Schenking.*

An. eod. 8 Febr. Comitia Ratiſbonenſia indicit. Vid. *Theatr. Europ.* T. IX, h. a. pag. 535; *Diarium Europ.* Contin. VI, in appendice.

An. 1663. à Turcis Exercitu ducentorum millium armatorum, Hungariam invadentibus, quod (1) juribus ſuis in Tranſſylvaniam renunciare noluerit, nec (2) *Novam Serinwarium* Croatiæ deſtruere, nec (3) *Nicolai* Com. *Serinii* Caput Byzantium mittere, nec (4) tranſitum illis in Dalmatiam & Julii forum concedere, nec (5) intuitu *Hungariæ*, tributi loco, ducenta florenorum millia perſolvere, nec (6) ſexies hanc ſummam, ab Ipſius Prædeceſſoribus neglectam, numerare, nec (7) vicies centena talerorum millia, reſtituendorum belli ſumptuum nomine, pendere, &c. armis petitur, expugnato ab hoſtibus *Neoſolio* 15-25 Sept. Vid. *Maurer*, *Chron. Viennenſ.* part. 2, pag. 103, *Diarium Europ.* Contin. IX, pag. 581 &c. 654 &c. *Lundorpius* Tom. VIII, lib. IX, cap. 233, pag. 934, *Theatr. Europ.* Tom. IX, pag. 949 &c. *Galeazzo Gualdo Hiſt. Leopoldi* part. 2, p. 236 ad 257; *Brewerus*, *Hiſt. Decennal.* lib. 1, pag. 47 &c. *Europ. Herold*, T. 2, p. 379;

An. eod. Ejus Propoſitio, defendendum contra Turcas Imperium, conſervandam Pacem Weſtphalicam & adimplenda, quæ ſuperſunt, ejusdem Pacis Capita, concernens, legitur in Comitiis Ratisbonenſibus, 10 Jan. à *Conrado Bartholomæo Oexelio*, Saliburgenſis Præſulis Cameræ Conſiliario. Vid. *Lundorpius* l. c. cap. 238, pag. 963, *Theatr. Europ.* l. c. pag. 856 &c. *Maurer* l. c. part. 3, cap. 3, pag. 159. De Materiis ibi ventilatis, evolvas *Diarium Europ.* Contin. IX, paſſim.

An. eod. Decreto 20 Sept. ad Directorium Moguntinum, commendat *Auguſti*, Ducis Saxo-Hallenſis, libellum Memorialem, de 10 Mart. quo, intuitu Principatus *Querfurtenſis*, votum & ſeſſionem in Comitiis petiit. Vid. *Kulpiſ. ad Monzamban.* part. 1, cap. 2, §. 6, p. 434 &c.

An. eod. ad dignitatem *Comitum* promovet:

17 Febr. *Carolum Ludovicum*, & *Wenceslaum Wilhelmum*, Barones de *Giech*, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren.*

5 Mart. *Ludovicum Ratwicum de Souches*, cum Prædicato *Wohlgebohren.*

16 Oct. *Arnoldum* Bar. de *Geleen*, cum tit. Conſiliarii Aulici Imperialis.

An. eod. 16 April. *Baronis* gradum confert *Johanni Caſparo de Daringberg.*

An. eod. 8 Oct. per *Jacobum Lidl* de *Schwanau*, in bannum Imperii declarat Civitatem Erfurtenſem Vid. *Diar. Europ.* l. c. pag. 929 ad 982, *Lundorpius* Tom. IX, pag. 1 ad 110, & 953 &c. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 881 ad 913.

An. 1664, 1 Aug. ad *Fanum S. Gothardi*, ope 6000 Gallorum, qui, ductu *Johannis Colignii*, auxilio ſibi venerant, memorabili clade, Turcas profligat. Vid. *Lundorpius* Tom. IX, cap. 41, pag. 172; *Theatr. Europ.* Tom. IX, p. 1161 &c. 1215 &c. *Diar. Europ.* Contin. X, pag. 453 &c. *Gualdo* l. c. Tom. 2, p. 465; *Brewer*, l. c. cap. 10, pag. 80 &c. *Hartnac. ad Muralium* lib. 3, Sect. 2, pag. 127; Auctor *des Memoires d' Artagnan*, Tom. 3, p. 369; *Europ. Herold* T. 1, p. 135 & T. 2, pag. 381; Tandemque *Vaſuaria* 10 Aug. pacem cum iis contrahit, vel potius Armiſtitium, in viginti annos, iis elapſis protrahendum; reponenda Tranſſylvania in ſtatum, quo ante triginta annos fuit; *Abaffio* Principe, ex utraque parte, confirmando, ſoli tamen Imperatori Turcico vectigali futuro &c. *Lundorpius* T. IX, cap. 36, pag. 308 & 309, & Tom. XI, cap. 83, §. 34, pag. 219; *Theatr. Europ.* l. c. pag. 1142; *Diar. Europ.* l. c. pag. 498; *Gualdo* l. c. pag. 487; *Brewer*, part. 5 *Hiſt. Europ.* p. 9, *Gaſtelius*, de *ſtatu publico Europæ*, cap. 5, §. 33, pag. 94, & cap. 6, §. 198, pag. 302: *Memoires de la Guerre de Tranſylvanie & de Hongrie*, T. 2, lib. 2, pag. 133 &c. *Simon*, *Chron. Eilenburg.* part. 3, p. 757; *Europ. Heroldt*, T. 2, p. 381 &c.

An. eod. 14 Mart. evehit, in favorem *Johannis Weicardi*, Principis *Auerſpergici*, Dynaſtiam *Thengen*, in Suevia, quam acquiſivit, in *Comitatum Principalem*, vulgò *Gefürſtete Grafſchafft.* Vid. Dn. *ImHoff Not. Proc.* lib. 5 cap. 7, §. 7, pag. 154; *Europ. Herold* T. 1, part. 2, cap. 14, p. 576.

An. eod. 6 Maji, *Principum* charactere inſignit *Georgium Fridericum*, Comitem *Naſſovio-Sigenſem*, Ejusque, ex fratre, *Henrico*, nepotes, *Wilhelmum Mauritium* & *Fridericum.*

An. eod. 12 Maji, ab Eodem, *Franciſcus Ego*, *Hermannus Ego* & *Wilhelmus Ego*, Fratres, Comites *Fürſtenbergici*, creantur *Principes.* Vid. *ImHoff* loc. cit. lib. 5, cap. 9, §. 8, pag. 260; *Europ. Herold* l. c. cap. 26, p. 584.

An. eod. Ejusdem gratia, obtinuit *Albericus Cybo*, titulos Ducis *Maſſæ*, & Principis *Carraræ.* Vid. Dn. *ImHoff Tab. Gen. Principum Imperii & Italiæ*, §. 114.

An. eod. in Claſſem *Comitum* collocat, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgebohrn:*

12 Mart. totam Gentem Baronum de *Graffenegg.*

24 ejusdem menſis, *Georgium Maximilianum*, Baronem de *Lintlo.*

20 April. *Rudolphum*, Baronem de *Kaunitz.*

23 ejusd. Menſ. Dignitatem hanc confirmando Familiæ de *Caſtelbarco.*

7 Maji, *Johannem Nicolaum de Gurlands.*

23 Aug.

Digitized by Google

23 Aug. *Johannem*, Baronem de *Sporck.*

An. eod. Ejusdem gratia, *Baronum* honores conſequntur, annexo Prædicato: *VVohlgebohren,*

10 Jan. Tota Familia *Baſſenheimiorum.*

12 Febr. *Johannes Fridericus de Frieſſendorf*, cum facultate ſe nominandi: *Baronem de Cronenwerth*, *Freyherren auf Herdieckt und Kyrup.* Conf. Dn. *Büttneri Genealog. Patriciorum Luneburg.* Tab. *Frieſendorf.*

14. Febr. *VVilhelmus Thomas* & *Joh. Adolphus* de *Quadt von VVeithard* & *Landscron*, confirmationem priſtini tituli obtinendo.

3 Mart. *Johannes VVernerus*, *Johannes Albertus*, & *Johannes Jacobus* de *Plittersdorff*, fratres.

14 April. *VVolfgangus Henricus de Metternich.*

16 April. *Johannes Caſpar de Danneck*, cui tamen præfatum Prædicatum demum an. 1666, 7 Auguſt. acceſſit.

3 Maji, *Fridericus VVambold ab Umbſtatt.*

7 Maji, *Philippus Caſpar von Bicken zu Hain.*

Eod. die, *Fridericus* & *Philippus de Greiffenclau*, *zu Vollrath.*

24 Jul. *Gottfridus von Heiſter*, cum Prædicato *VVohlgebohrn und Edler Herr von und zu:* nec non melioratione Armorum, *mit noch einem Helm.*

28 Sept. *Johannes Dietericus de Horſt.*

5 Dec. *Johannes von Uffeln*, Chiliarcha.

An. eod. Denuo confirmat *Hamburgenſibus* immedietatis Imperialis jura. Vid. *Fernere Documenta zu Beſtarckung Hamburgiſcher Immedietat;* Conf. *Gaſtelius* de *Statu Publico Europæ*, cap. 32, p. 1104 &c.

An. 1665, 25 Junii, defuncto *Sigismundo Franciſco*, Agnato Oenipontano, hæreditario jure occupat ampliſſimum Comitatum *Tyrolenſem.* Vid. *Brewer*, *Hiſt. Decennal.* pag. 187; *Lambecius*, *Comment. Biblioth. Vindobon.* lib. 2, cap. 8, pag. 804; *Hartnaccius ad Micrælium*, lib. 2, Sect. 5, p. 545; *Theatr. Europ.* T. IX, p. 1511 & Tom. X, p. 108 & 517.

An. eod. 14 Decemb. inter *Comites* collocat *Fridericum de Ahlefeld auf Seegard*, *Ahlefeld und Rixingen*; cum Prædicato *Hoch- und VVohlgebohren.*

An. eod. *Baronibus* aſſociat, cum Prædicato *VVohlgebohren.*

28 Febr. *Emeranum Fridericum de Ritz.*

21 Mart. *Oſwaldum de Plewern.*

30 Mart. *Franciſcum de Schneidaw.*

19 Junii, *Johannem Eucharium*, *VVolfgangum Franciſcum*, & *Johannem VVilibaldum*, *Schenckios de Caſtel*, priſtinos eis honores confirmando: pariter & *VVolfgangum Chriſtophorum de Bernhauſſen*, nec non *Jobſt Hilmarum* & *Fridericum Ulricum de Knigge.*

24 Julii, *Henricum de Gablen.*

29 Julii, *Henricum Julium von Blum.*

5 Sept. totam Familiam *Rehlingiorum.*

1 Dec. *VVigandum de Lützelburg.*

An. 1666, Ejusdem gratia, *Comitum* dignationem ſortiuntur, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohrn.*

23 Januar. *Gertrudis à Zelſt*, *Erneſti Wilhelmi*, Comitis *Bentheimenſis* Conjux. Diploma exhibet Ill. Auctor *des Europ. Heroldts*, Edit. priori, p. 1536.

13 Aug. *Johannes Adamus*, Baro de *Herſſan.*

30 Oct. *Franciſcus Leopoldus*, *Leopoldus*, *Chriſtophorus Leopoldus*, & *Philippus Jacobus de Thürheim*, fratres.

An. eod. *Barones* conſtituit.

28 Febr. *Georgium Carolum von Eyſenreich*, *auf Weylbach.*

21 April. *Johannem Fridericum de Burckerſrode*, cum Prædicato *Wohlgebohren.*

An. 1667, intuitu Ejus Decreti Commiſſionis, an. 1664. 12 Maji, editi, atque 13 Martii 1667, per dictaturam publicam Statibus communicati, in Senaculo Principum ſuſcipiuntur 6-16 Sept.

Hermannus Ego, Princeps *Fürſtenbergius*, ſupremus Aulæ Magiſter Electoris Bavariæ; Vid. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 5, cap. 9, §. 8, pag. 260; *Galeazzo Gualdo, Hiſtor. di Leopoldo Ceſare*, Tom. 3, p. 250; *Europ. Heroldt* T. 1, part 2, cap. 26, p. 584, refert *Introductionem* hanc ad an. 1664; &

Chriſtianus Eberhardus, Princeps *Orientalis Friſiæ.* Vid. *Gualdo* l. c. *ImHoff* l. c. & lib. 5, cap. VIII, §. 12, p. 258; *Europ. Herold.* l. c. cap. 25, p. 579.

An. eod. 12 Oct. Confirmat Ducibus Brunſuic. & Luneb. *Caroli V*, Imp. diploma Declarationis de dato Bruxellis, 1555, 19 Jul. vi cujus, ætate ſenior, nomine totius Domus, Inveſtituram petat. Extat illud Tom. 1, *Europ. Herold*, part. 2, cap. 7, p. 462 &c.

An. eod. *Baronum* titulos, cum Prædicato *Wohlgebohren*, impertit 8 Mart. *Johanni Paulo de Hocher*, Cancellario Aulæ Cæſareæ:

21 Mart. *Achatio von der Schulenburg*, *auf Liberoſa.*

7 Junii, *Franciſco de Giſe.*

27 Julii, *Servatio Enzel*, *von und zu Engelsfluß.*

An. 1668, 6 Maji, fœdus pangit cum Suecis, Holmiæ, Vid. *Lundorpius* T. IX, cap. 184, p. 655; *Theatr. Europ.* T. X, p. 799.

An. eod. in numerum *Baronum* cooptat, addito Prædicato *Wohlgebohren*,

17 Febr. *Hermannum de Merfeldt.*

4 April. *Marquardum de Pfettner.*

13 April. *Johannem Chriſtophorum Cammerlohr de Weiching.*

18 April. *A Deodatum de Thann.*

19 April. *Georgium de Plettenberg*, Imperialis Cameræ Conſiliarium.

27 Julii, *Ludovicum de la Borde.*

An. 1669, Ejus commendatione, obtinet *Fridericus VVilhelmus*, Elector Brandenburgicus, in Senatu Principum Imperii, ratione *Principatus Caminenſis*, vo-

tum & ſeſſionem. Vid. *Kulpiſ. ad Monzamban.* part. 1, cap. 2, §. 7, p. 464.

An. eod. 16. Oct. axioma *Principum* largitur *Julianæ Louiſæ*, & *Sophiæ Wilhelminæ*, *Ennonis Ludovici*, Oſtfriſiæ Principis, filiabus.

An. eod. ad dignitatem *Comitum* extollit, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren*,

4 Febr. totam Familiam Baronum de *Khienburg*;

7 Mart. *Ferdinandum*, Baronem de *Hohenſeldt*.

An. eod. Titulum *Baronum*, cum Prædicato *Wohlgebohren*, concedit:

9. April. *Wolfgango Abrahamo* & *Wolfgango Erneſto*, *de Ueberackher*;

20 Maji, *Davidi de Bührn*.

1 Jun. *Hermanno* & *Gerhardo Wilhelmo*, de *Hochſteden*, fratribus.

3 Julii, *Carolo de Sthain*.

16 Julii, *Chriſtiano Chriſtophoro de Woberſnaw*.

2 Aug. *Franciſco Wilhelmo de Bodenhauſſen*, cum aliis Privilegiis.

15 Aug. *Johanni Friderico de Knöring*.

29 Sept. *Johanni Friderico*, & *Ludovico Chriſtophoro de Stham*.

An. 1670, Civile bellum Hungaricum, à *Ragozio*, *Franciſco* Com. *Nadaſti*, *Petro* Com. *Serinio*, *Franciſco Chriſtophoro* Marchione *Frangipanio*, & *Johanne Eraſmo* Com. *Tattenbachio*, qui non ſolum indignabantur, *Zeckelheidam*, ex lege Pacificationis *Vaſvarienſis*, de an. 1664, ſolo æquari, ſed & Leges Regni fundamentales, & Jura, non obſcure everti, Rempublicam mixtam, Regnumque electitium, in abſolutum Dominium mutari, neque, ab obitu *Weſſelinii*, Palatinatus muneri eſſe proſpectum &c. querebantur, excitatum, ſedat, ſumto de ſontibus ſupplicio; Vid. *Diar. Europ.* Contin. XXI, p. 289 &c. & XXII, p. 6 &c. & 50 ad 52; *Theatr. Europ.* T. X, part. 2, pag. 260 ad 280; *Galeazzo Gualdo*, *Hiſt. di Leopoldo Ceſare*, T. 3, pag. 721 &c. *Brewer Hiſt. Decennal.* p. 145 ad 149: *Memoires du Comte de Chavagnac*, p. 276 ad 289; *Hartnac*, *ad Micralium*, lib. 2, Sect. 5, pag. 544 & 545; *Europ. Heroldt* T. 2, p. 383.

An. eod. ob arctiſſimum literarum commercium, cum Gallico Legato, *Gremonvillio*, ab Aula removet Purpuratorum caput, *Johannem Weicardum*, Principem *Auerſpergium*; primo *Welſam*, deinde *Lubianam*, in Carniola, ire juſſum. Vid. *Gualdo* l. c. pag. 674; *ImHoff Not. Proc.* lib. 5, cap. 7, §. 9, pag. 254; *Europ. Heroldt* T. 1, part. 2, cap. 24, p. 576.

An. eod. 14 Julii, *Principis* titulos transfert in *Johannem Adolphum*, Comitem *Schwartzbergicum*, cum Decreto ad Directorium Moguntinum, de Eo ad votum quoque & ſeſſionem in Comitiis admittendo. Vid. *Diar. Europ.* Contin. 23, pag. 241 & 242; *Gaſtelius*, *de ſtatu publico Europæ* cap. 31, §. 131, pag. 897; Dn. *ImHoff* l. c. cap. 10, §. 11, pag. 266; *Europ. Heroldt* l. c. cap. 27, pag. 588.

An. eod. *Comitum* honores & prærogativas ab Eo impetrant:

21 Junii, *Ferdinandus* & *Felix*, Barones *Poppel de Lobkowitz*, fratres, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren*.

6 Sept. *Johannes Albertus de Ronow*, cum eodem Prædicato, nec non conjunctione & denominatione Inſignium & nominis Biberſteiniorum.

13 Sept. *Johannes Henricus*, Baro *de Haunſperg*.

23 Oct. *Georgius Fridericus de Sparr*, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren*, & facultate utendi triplici galea, nec non Privilegio cudendæ monetæ.

An. eod. nomen & jura *Baronum* concedit, cum Prædicato *Wohlgebohren*:

16 Jan. *Johanni Danieli*, *Johanni Petro* & *Johanni Friderico*, fratribus *Franckenſteiniis*.

21 Jan. *Heidenreichio von Dreſte*.

28 Jan. *Ferdinando* & *Johanni Bernhardo*, eorumque ſororibus, *Julianæ Rudolphinæ Sophiæ*, & *Sophiæ Eliſabethæ*, de *Morian von Nordkirchen*.

Die eod. *Franciſco Erneſto de Plate*, cum tit. *Frey und Edler Herr*.

9 Febr. *Gerhardo Bernhardo* & *Hieronymo Chriſtophoro*, fratribus de *Polnitz*.

22 Mart. *Johanni Abondio Somigliano*.

14 Maji, *Eberhardo*, *Wolfgango Friderico* & *Grafe Cunoni* fratribus de *Layen*.

18 Nov. *Rabano von Canſtein*.

An. 1671, 20 Octob. in gratiam *Johannis Adolphi* Principis *Schwartzbergici*, evehit Comitatus *Schwartzbergicum*, & *Hohenlandesbergicum*, in *Landgraviatum Principalem Imperii*; transmiſſo jam 14 Jul. ad Directorium Moguntinum, de concedendis Ei voto & ſeſſione in Comitiis, Decreto. Vid. *Diar. Europ.* Contin. XXIII, p. 241 & 242; *Gaſtelius*, de *Statu publ. Europ.* cap. 31, §. 131, p. 897; *Europ. Herold* Tom. 1, part. 2, cap. 27, pag. 588; *ImHoff* l. c. lib. 5, c. 10, §. 11, pag. 266.

An. eod. 25 Aug. Ejus gratia, fit *Comes*, *Wilhelmus Albertus Krakowsky de Kollowrat*, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren*.

An. eod. 20-30 April. criminis L. M. reos, Patriæque Hungariæ proditores, ultimo ſupplicio afficit, & quidem.

Franciſcum Com. *Nadaſti*, *Viennæ*, capite truncatum. Vid. *Diar. Europ.* Contin. XXIII, pag. 6 ad 10; *Theatr. Europ.* Tom. X, part. 2, p. 481 ad 485; *Blewer*, *Hiſt. Univerſ.* part. 5 p. 63 ad 69, & *Hiſt. Decennal.* pag. 152 &c. *Boëtius*, *Groſer Miniſtres Glück und Unglücks-Fälle*, pag. 367 ad 371; *Memoires de Comte de Chavagnac*, p. 289; *Hartnac ad Micralium*, lib. 2, Sect. 5, p. 544 & 545;

Petrum

Digitized by Google

Petrum Serini, & *Franciſcum Chriſtophorum*, Marchionem de *Frangipani*, *Neoſtadii*, eandem pœnam ſubeuntes. Vid. *Diar. Europ.* l. c. pag. 10 ad 33; *Theatr. Europ.* l. c. pag. 481 ad 496; *Browerus*, *Hiſt. Decennal.* p. 156 ad 161; *Boëtius* l. c. pag. 371 ad 377; *Memoires de Chavagnac*, p. 290; *Hartnac* l. c.

Johannem Eraſmum Com. *Tattenbachium*, 1 Dec. *Græcii*, ad idem ſupplicium raptum, miſerè licet, à carnifice, laceratum. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 498 & 499; *Diar. Europ.* Contin. XXIV. pag. 492 &c. In appendice *Diar. Europ. Contin. XXIII*, p. 91 &c. extat peculiare ſcriptum, ſub rubrica: *Letzter Proceſs, trauriger Abſchied, und endliche Execution, deſs, bey der, in dem Kœnigreich Ungarn, wieder die Rœm. Kayſ. auch zu Ungarn und Bœhmen Kœnigl. Maj. vorgeweſenen, und in dem verwichenen 1670 Jahr, entdeckten unverantwortlichen Conſpiration und Rebellion, mitintereſſirten Graffens Johannis Eraſmi von Rheinſtein und Tattenbach, vollzogen in Grætz*, 1 Dec. 1671. Dn. *Fridericus Lucæ*, *im Uhralten Reichs-Graffen Saal*, p. 173, id refert in annum 1672; & *Europ. Herold* Tom. I, part. 2, cap. 4, p. 279, in annum 1670.

An. eod. Barones pronunciat, cum Prædicato *Wohlgebohren:* 2 Febr. *Johannem Adolphum de Waldenheimb.*

17 Jul. *Dodonem* & *Mauritium de Kniphauſſen*, priſtinos honores Eis confirmando.

3 Oct. *Stephanum de Wilich.*

An. 1672, 12-22 Sept. Brunſuigæ, *fœdus defenſionis* pangit cum Rege Daniæ, Electore Brandenburgico, Domo Brunſuicenſi & Luneburgenſi, atque Landgravio Caſſellano, in favorem Pacis Weſtphalicæ, contra quamlibet interpretationem ſiniſtram, propugnandæ. Vid. *Diar. Europ.* Contin. XXV, in Append. p. 33 ad 40, *Theatr. Europ.* T. XI p. 34, *Lundorpius* Tom. IX, c. 242, p. 811; *Valckenieri verwirt Europa*, §. 9 Documentorum.

An. eod. 25 Junii, peculiare fœdus icit cum Electore Brandenburgico, *Berolini*, in Imperii Romano-Germanici defenſionem, nec non Weſtphalicæ Pacis, tractatuumque *Pyrenæorum*, de an. 1659, *Clivenſium*, de An. 1666, & *Aquisgranenſium* de An. 1668, quoad Provincias Belgicas, conſervationem. Vid. *Diar. Europ.* l. c. pag. 25 ad 32, *Theatr. Europ.* l. c. p. 32; *verwirt Europa*, l. c. §. 77.

An. eod. 10 Januar. *Mariæburgi*, ad *Herbipolim*, defenſionis fœdus contrahit cum *Joh. Philippo* Moguntino, *Carolo Caſparo* Trevirenſi & *Johanne Georgio* Saxone, Electoribus, ut & *Chriſtophoro Bernhardo*, Epiſcopo Monaſterienſi, & *Chriſtiano Erneſto*, Marchione Brandenburgico. Vid. *Diar. Europ.* Contin. XXIV. in Append. *Theatr. Europ.* l. c. p. 37; *Gaſtelius* de *ſtatu publico Europæ*, c. 13, p. 766.

An. eod. axiomate *Comitum* dignatur.

12 Januar. *Johannem Valentinum*, Baronem de *Schultz*, Generalem copiarum ſuarum Præfectum Vigiliarum, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren*, melioratione Armorum *mit einem Helm*, & privilegio exemptionis à ſupremis Judiciis.

11 Mart. *Carolum Ludovicum*, *Carolum Eduardum*, & *Carolum Mauritium*, Raugrafios, *Caroli Ludovici* Elect. Palat. & *Luiſæ* Bar. *Degenfeldiæ*, filios, eorumque ſorores; cum eodem Prædicato.

An. eod. dignationem *Baronum* impertit, cum Prædicato *Wohlgebohren.*

2 Junii, Agnatis *Johannis de Goës*, Epiſcopi Gurcenſis.

17 Octob. *Nicolao de Gerſtorff*, cum facultate ſe inſuper nominandi: *Edlen Panner-und Frey Herren;*

23. Nov. *Chriſtiano Erneſto de Kannen.*

An. 1673, 20 Aug. Avocatoria contra Gallos emittendo, *Egræ*, eis arma indicit. Vid. *Lundorpius* Tom. X, cap. 58, p. 90 & 91; *Theatr. Europ.* T. XI; *Diar. Europ.* Contin. XXVI, pag. 505; *Valckenier*, *verwirt Europa*, §. 81 Documentorum; *Brewer*, *Contin. Hiſtor. Univerſ.* part. VIII; Qui, vice verſa, *Turrenii* ductu, relicto *Cliverſi* Ducatu, Comitatus *Waldeccium* & *Solmenſem*, pauloque poſt *Wetteraviam*, occupant. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 375, & 394. *Riencourt*, *Hiſt. de Loüis* XIV, Tom. I, pag. 397; ſub auſpiciis Ducis *de Rochefort*, potiuntur 8 Sept. *Trevirorum Auguſta; Theatr. Europ.* l. c. pag. 389 &c. *Diar. Europ.* l. c. p. 594; *Valckenier* l. c. pag. 507 ad 509. Domino de *Boquemar*, & Duce *de la Feüillade*, Decapolim Alſaticam, ſcil. *Seleſtadium*, *Colmariam*, *Hagenoam*, *Landavium*, *Weiſenburgum*, *Ehenheimium ſuperius*, *Kaiſersbergam*, *Monaſterium in valle Gregoriana*, *Roshemium* & *Türckhemium*, intercipientibus. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 393;

An. eod. 1 Julii, *Hagæ Comitum*, decennale fœdus concludit cum Hiſpanis, Hollandis & Duce Lotharingiæ, contra quoscunque hoſtes. Vid. *Valckenier*, l. c. §. 88. Document. *Brewer Contin. Hiſt. Univerſ.* part. VII. p. 1 &c. *Theatr. Europ.* Tom. XI, p. 514, id refert in 22 Sept.

An. eod. 30 Aug. peculiari fœdere, *Hagæ Comitum*, ſe ligat Hollandis, contra turbatores Pacificationum Weſtphalicæ, Clivenſis & Aquisgranenſis. Vid. *Diar. Europ.* Contin. XXVII, p. 277 Append. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 513, *Lundorp.* T. X, cap. 59, p. 91; *Valckenier* l. c. §. 81 Docum. *Brewer* l. c. p. 5.

An. & die iisdem, vicennale fœdus init cum Hiſpanis & Hollandis, contra violatores Monaſterienſis Pacis. Vid. *Brewer*, l. c. p. 9.

An. eod. 26 Aug. reſtaurat *Henrico* Seniori, & *Henrico* Juniori Fratribus *Ruthenis in Plawen*, nec non *Henrico II*, *Henrico IV*, & *Henrico V*, lineæ ſenioris, Fratribus, pariter & *Henrico III*, *Henrico IV*, *Henrico*

VIII, & *Henrico X*, lineæ junioris Fratribus, *Ruthenis in Plawen*, & Dominis in *Gratz*, priſtinos *Comitum* titulos, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren*; & Privilegio, de non uſu non præjudicando.

24 Sept. eandem dignitatem concedit *Johanni Caſparo Caba de Caberg*, annexo eodem Prædicato.

An. eod. Baronum charactere, & Prædicato *VVohlgebohren*, auget

4 Mart. *Johannem Gabrielem von Selb*;

5 Junii, *Andream Paulum de Liliencron*, Oratorem Danicum;

28 Oct. *Henricum de Bergen*, cum privilegio adoptandi.

An. 1674, 14 Jan. Viennæ, fœdus contrahit, cum Electore Palatino, adverſus Gallos. Vid. *Lunigius* T. 2. *Negotiorum publicorum*, p. 1 &c.

An. eod. 14 Febr. Coloniæ Agrippinæ, captivum duci jubet *VVilhelmum Egonem*, Principem *Fürſtenbergium*, quod Gallorum partes foverit, Legionem in Gallia retinens; Electorem Colonienſem in bellum cum Batavis induxerit; Eique damnoſa Imperio conſilia ſuggeſſerit; injuriis Cæſarem affecerit &c. 4 April. *Viennam* ductus, *Neoſtadii* cuſtodibus traditur: inde 20 Junii *Pottendorfium* translatus. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 564 &c. *Diarium Europ.* Contin. XXX. p. 5 &c. *Biſott, Hiſt. Metallique de la Republique de Hollande* Tom. 2. p. 289; *Memoires de Mr. le Comte de R.---* p. 295 & 296; *Hartnac. ad Micralium*, lib. 2, Sect. 5, p. 547; *Debonnair. Hiſt. de France*, p. 399; Varia hinc inde ſcripta publica emiſſa ſunt, de quibus *Diar. Europ.* l. c. pag. 129, Append. ad 154. *Gerechtfertigſte Verhaftung des Fürſten VVilhelmi von Fürſtenberg*, extat ibid. Contin. XXVII, p. 521 Append. *Guilielmi Principis Fürſtenbergii detentio, ad Cæſaris auctoritatem, ad tranquillitatem Imperii, ad pacis promotionem, juſta, perutilis, neceſſaria*, habetur ibid. Contin. XXVIII, p. 1 Append. & apud *Lundorpium* Tom. X, cap. 87, p. 131 ad 149; Literæ Regis Galliæ, ad Oratorem ſuum, Regisque Sueciæ Miniſtrum, *Puſendorffium*, *Ratubonam* deſuper miſſæ, legi poſſunt in *Diar. Europ.* Contin. XXVII, p. 473 Append. & *Lundorp.* l. c. pag. 131 &c. Reſponſio Cæſarea: reperitur apud *Lundorpium* l. c. pag. 132 &c.

An. eod. 28. Maji, Gallos hoſtes Imperii declarari curat in Comitiis, Avocatoriis, hunc in finem, 22 Jul. promulgatis. Vid. *Theatr. Europ.* T. XI. p. 5‚2, *Lundorpius* T. X, cap. 112. p. 186; *Diar. Europ.* Contin. XXVIII, p. 257. de præliis apud *Sinsheimium*, 6-16 Junii, & rurſus inter *Holtzheim & Ensheim* haud procul *Argentorato*, 24 Sept. Cæſareo-fœderatos inter & *Turrenio* parentes Gallos, commiſſis, legas *Theatr. Europ.* l. c. pag. 580, 581, 600. &c. *Diar. Europ.* Contin. XXVIII, in Append. & contin. XXIX, p. 229, in Append. ad p. 233; Contin. XXX, p. 272 ad 281 & Contin. XXXI, p. 228 ad 233; *Riencourt*, T. II, Hiſt. *de Louis XIV*, p. 14 ad 15.

An. eod. 21 Junii, St. V. una cum Rege Hiſpaniæ, & Fœderatis Belgis, fœdus pangit, *Coloniæ ad Spream* cum Electore Brandenb. contra invaſorem quemcunque Belgii. Vid. Dn. *Lunig*, in *Sylloge Negotiorum Publicorum*, T. I, ad h. a. pag. 10 &c.

An. eod. 13 Nov. per Decretum, præcipuo Commiſſario ſuo, Epiſcopo *Aichſtadenſi*, tranſmiſſum, ad tempus, *Franciſcum Egonem*, Principem *Fürſtenbergium*, captivi *Guilielmi Egonis* fratrem Argentoratenſem Epiſcopum, Comitiorum juribus exuit. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 616 &c. *Lundorpius* l. c. c. 121, ſ. 19. p. 279; Præſulis reſponſio extat in *Diario Europ.* Contin. XXXI. p. 369. Append.

An. eod. 10 Oct. in *Principum* Claſſem locat, *Albertum Erneſtum*, Comitem *Oetingenſem*, mediante Diplomate, *Aurea Bulla*, munito, quo Eum *Lieben Oheim* vocat, annexo Privilegio, de *non uſu non præjudicando*, & extenſione, *daſs, im Fall ſeine Linie mit Todt abgeben ſolte, ſeine Brüder, Joachim Ernſt, und deſſen Linie, und da auch dieſe abſtürbe, ſein anderer Bruder, Chriſtian Auguſt, und deſſen Linie, ſuccediren mogen.* Vid. *Diar. Europ.* Contin. XXXIII, in append. p. 407 ad 412; *Europ. Herold*, Edit. prior. p. 1521 ad 1524, & Edit. Nov. T. I, part. 1, cap. 28. p. 592; Dn. *ImHoff. Not. Proc.* lib. 5, cap. XI, §. 9, p. 270, qui Diploma 14 Oct. ſcriptum tradit, ſicut & Dn. *Schowart*, *Obſervat. Hiſt.* cap. 19, ſ. 3, p. 480. Quid Comites *Scamni Suevici* propterea oppoſuerint, extat, una cum novi Principis reſponſione, in *Diario Europ.* l. c. pag. 401 ad 406, & 413 ad 417; add. Contin. XLII, Append. p. 350 &c.

An. eod. Ejusdem favore, 22 Aug. St. V. obtinet *Johannes Adolphus*, Princeps *Schwarzbergicus*, votum & ſeſſionem in Comitiis Imperii. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. lib. 5, cap. 10, §. 11, pag. 266; *Europ. Herold* T. I, part. 2, cap. 27, p. 588.

An. eod. per Decretum, 17 Oct. exuit omnibus dignitatibus *VVenceslaum Euſebium*, Principem *Lobkowitzium*, primarium ſuum Miniſtrum, damnoſi commercii cum Gallis accuſatum, Captumque *Vienna* 21 Oct. *Raudniciam*, Bohemiæ, transportari jubet. Vid. *Diar. Europ.* Contin. XXX, p. 13; *Theatr. Europ.* T. XI, p. 613; *Relatio Trajani Boccalini ex Parnaſſo, ad Aulum Gallionem, in Diario Europ.* Contin. XXIX, p. 249; *Europ. Herold* T. 1, part. 2, cap. 20, p. 557. Dn. *ImHoff* l. c. cap. 3, §. 10, p. 229.

An. eod. Dignitate *Comitum*, annexo Prædicato *Hoch-und VVohlgebohren*, honeſtat,

4 Maji, *Chriſtophorum Rudolphum de Bredaw.*

23 Sept. *Eleonoram Deſmiers*, fil. *Alexandri*, Marchionis *d'Olbreuſe*, Conjugem *Georgii VVilhelmi*, Du-

cis

Digitized by Google

eis Brunſv. & Luneb. eorumque filiam, *Sophiam Dorotheam.*

Die eod. *Leopoldum Carolum*, Baronem de *Hoyos*.

7 Nov. *Adamum Wilhelmum*, & *Franciſcum Caſparum Hadrianum, de Sebellardt zu Obbendorff*.

An eod. Gradu *Baronum*, & Prædicato *Wohlgebohren* decorat,

10 Mart. *Georgium Derffling*, ſupremum Electoris Brandenburgici Campi Mareſchallum, cum melioratione Inſignium, duabus galeis.

21 Mart. *Johannem von Erlenkamp*, cum melioratione Inſignium, unâ adhuc galeâ.

An. 1675. Ductu *Raimundi Montecuculi*, apud *Saſbachium* in Alſatia, 27. Julii, acri prælio caſtigat Gallos, quorum Imperator, *Turrenius*, contemplando Cæſareo-Fœderatorum tormenta, globo majori trajectus occubuit. Vid. *Diar. Europ.* Contin. XXX, p. 158 Append. ad 168, & XXXI, p. 527, ad 534; *Theatr. Europ.* Tom. XI, p. 775 & 776; *Memoires du Comte de Chavagnac*, p. 419 ad 427 &c. *Riencourt*, T. 2. *de l'Hiſtoire de Louis XIV.*, p. 32 ad 34 &c. *Memoires de Mr. le Conte de R - - -* pag. 300. *ImHoff Geneal. Gall.* Part. 1, Tab. 47; *Debonair, Hiſt. Gall.* p. 402; *Du Buiſſon dans la Vie du Vicomte de Turenne*, p. 387; *Hiſtoire du Prince de Conde* lib. 5, p. 557; *Morery* voc. *Maréchal de France* p. 442; *Spener op. Herald.* part. ſpec. lib. 1, cap. 93, §. 10. p. 371; *Europ. Herold.* p. 591 Edit. prior. Quam victoriam, 1-11 Aug. *Conſerbrucana*, ſub auſpiciis *Georgii Wilhelmi*, & *Erneſti Auguſti*, fratrum, Ducum Brunſ. & Luneb. fuſis fugatisque 6000 Gallorum, excepit, accedente 25. Aug. redditione *Auguſta Trevirorum*, in qua Franciæ Mareſchallus, *Carolus Crequi*, latitabat, ſicque in captivitatem abductus. Vid. *Perſonalia Erneſti Auguſti* Electoris *Brunſ. & Luneb.* p. 19; *Diar. Europ.* Contin. XXXI, p. 595 ad 602, 611, 679; *Theatr. Europ.* Tom. XI, p. 792 ad 798; *Biſotte Hiſt. Metall. de Hollande*, T. 2. p. 295, *Debonair, Hiſt. Gall.* p. 404; *Riencourt* l. c. p. 35 &c.

An. eod. 19 Junii, Viennæ, Avocatoria contra Suecos, Terras Brandenburgicas, tempore, quo Elector in Alſatia Gallos infeſtabat, invadentes, promulgat. Vid. *Diar. Europ.* Contin. XXX, p. 309 Append. ad 312; latius extenſa 6 Jul. St. N. Vid. ibid. p. 265, ad 268; *Lundorp.* Tom. X, cap. 133, p. 344; *Theatr. Europ.* l. c. pag. 840 &c. *Brewer*, *Contin. Hiſtor. Univerſ.* part. VIII; accedente 8-18 Jul. Comitiali Decreto, vi cujus dictata capitis pœna, qui poſthac eis militarent. Vid. *Diar. Europ.* l. c. pag. 307 &c. Executio demandata eſt Circulorum Saxoniæ Inferioris & Weſtphalici Directoribus & reſp. Ducibus, *Friderico Wilhelmo* El. Brandenb. *Georgio Wilhelmo* Duci Brunſ. & Luneb. & *Chriſtophoro Bernhardo*, Epiſcopo Monaſterienſi, qui brevi temporis intervallo Pomeraniam, & Verdenſem Principatum, in ordinem redegerunt, Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 833, ad 838; *Diar. Europ.* l. c. Contin. XXXI, p. 510. 668; *Lundorp.* Tom. X, cap. 128, p. 289, cap. 129, p. 295. ad 325; Cap. 132 & 133, p. 334. &c. Cap. 149. §. 2. p. 335; §. 9, & 10, p. 360 &c. §. 11, p. 362. *Hartnac.* ad *Micralium* lib. 3, ſect. 5, p. 331.

An eod. 11-21. Nov. extincto ultimo Duce *Lignicii*, *Brigæ & Volaviæ*, *Georgio Wilhelmo*, hos tres Sileſiæ Ducatus, ceu luci titulo, ſibi vindicat. Vid. *Diar. Europ.* Contin. XXXII; *Liechtſtern*, *Schleſiſche Fürſten-Cron*, p. 172; *Hartnac.* l. c. lib. 2, Sect. 5, p. 548, & lib. 3. Sect. 6, p. 409; *ImHoff*, *Geneal. Germ. & Ital.* §. 88; *Handlung der Welt Alter*, p. 438; *Europ. Herold.* Tom. II, pag. 438.

An eod. 18. Nov. *Comitis* axioma offert. *Henrico Johanni* de *Dünnewald*, ſupremo Vigiliarum Præfecto ſuo, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*, licet *Theatr. Europ.* Tom. XI, p. 1046, id an. 1676. vindicet.

An eod. Barones ab Eo creantur, cum Prædicato *Wohlgebohren*,

21 Mart. *Carolus Fridericus Voit de Rieneck*.

19 April. *Johannes Georgius de Neuhoffen*.

21 Nov. *Ægidius de Kœnigſaeker* Dapifer Cæſareus.

18 Dec. *Rudiger de Kettler*.

An. 1676, 6-16 Sept. Ducibus *Carolo* Lotharingio, *Friderico* & *Hermanno* Badenſibus, & *Johanne Rudolpho Wertmüllero*, eripit Gallis *Philipsburgum*. Vid. *Theatr. Europ.* T. XI, p. 987 ad 995; *Diar. Europ.* Contin. XXXIII, p. 64 &c. 202 ad 210, & 342 Append. *Hiſtoire du Prince de Conde* lib. 5. p. 564; *Memoires du Comte de Chavagnac* p. 441 ad 446; *Europ. Herold.* Tom. 1, part. 1, cap. 8, p. 349. *Hartnac ad Micralium* lib. 2, Sect. 5, p. 549; *Riencourt*, *Hiſt. de Loüis XIV*, T. 2, p. 39.

An eod. Comitum titulis illuſtriores reddit, annexo Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren*,

5 Febr. *Caſparum Zenckonem de Capliers*.

14 Febr. *Johannem Erneſtum de Wallenrodt*.

31 Mart. *Franciſcum Ulricum*, & *Wenceslaum Norbertum*, Comites *Kinsky*, priſtinos honores confirmando.

25 Junii, *Reinhardum Ditericum*, Baronem *de Taube*.

24 Oct. *Johannem Ditericum*, *Carolum Ferdinandum*, *Wolfgangum Bernhardum*, & *Conradum Sigismundum* fratres, Barones de *Muggenthal*.

9 Nov. *Mariam Eliſabetham von Altſtadt*, Ejusque filiam, *Amaliam Eleonoram*.

An eod. Baronibus aſſociat

22 Febr. *Johannem de Lœwenſtern*, cum Prædicato *Wohlgebohren*.

4 Mart. *Wolfgangum Ditericum*, & *Joachimum Erneſtum*, Dapiferos de *Weyhauſen*, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren*.

6 Mart.

Digitized by Google

6 Mart. *Ludovicum Gebbardum von Hoym*, cum Prædicato *Wohlgebohren.*

12 Nov. *Auguſtinum Schmidt von Hertzenberg*, cum eod. Prædicato.

18 Nov. *Jacobum de Peterſſen*, cum eodem Prædicato, annexa Comitiva.

An. 1677. *Comitum* axiomate ab Eo donantur, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren.*

7 Aug. *Guſtavus Adolphus de Varensbach.*

12 Nov. *Petrus*, Baro de *Ugarte.*

An. eod. Inter *Barones* refert, cum Prædicato *Wohlgebohren.*

26 Jan. *Auguſtinum Fridericum de Hegi.*

5 April. *Chriſtophorum de Noſtitz auf Schochau.*

10 Maji, *Burchardum von Oer.*

15 Jul. *Johannem Fridericum von Schlitz*, dictum *von Goritz.*

9 Aug. *Dietericum & Johannem*, *von der Reck*, *zu Untrop*, fratres.

9 Nov. *Johannem Franciſcum de Landſee.*

An. 1678. 22 Mart. Locumtenentem ſuum ſupremum, *Raymundum Montecuculi*, juribus & prærogativis *Principis Amalfitani*, auget. *Theatr. Europ.* Tom. XI. p. 1337; *Diar. Europ.* Contin. 36, p. 213.

An. eod. Salvo jure tertii, ratihabet Transactiones Brandenburgo-Neoburgicas, *Düſſeldorpienſem*, an. 1629 & *Clivenſem* an. 1666, circa Terras *Juliacenſes;* proteſtationem tamen interponente Domo Saxonica. Vid. *Europ. Heroldt*, Tom. 1, part. 2, cap. 5. p. 294.

An. eod. confirmat *Victori Amadeo*, Principi Anhalto-Bernburgico, introductum *Jus Primogenituræ.* Vid. Dn. *ImHoff Tabb. Geneal. German. & Ital.* §. 80.

An. eod. In numerum *Comitum* aſſumit, addito Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren.*

15 Febr. *Georgium Chriſtophorum*, Baronem *de Broskau.*

24 Mart. *Johannem Ottonem*, & *Philippum Wilhelmum* Barones de *Dernbach*, fratres.

19 Maji, *Rodemannum*, Baronem de *Bylandt.*

An. eod. Dignitate *Baronum* ab Eo donantur.

7 Maji, *Franciſcus Chriſtophorus von Wangen*, Conſil. Aulicus Imper. cum Prædicato *Wohlgebohren.*

eod. die, *Albertus Chriſtophorus*, *Georgius Henricus* & *Johannes Carolus* de *Startzhauſen.*

10 Maji, *Johannes Chriſtophorus de Greiffen*, cum Prædicato *Wohlgebohren*, denominatione *Von*, & ſalva guardia.

30 Maji, *Johannes Wenceslaus de Reinburg*, cum eod. Prædicato.

23 Sept. *Joachimus Butzer*, cum eod. Prædic. & melioratione Inſignium *mit noch einem Helm.*

25 Oct. *Mauritius Henricus de Miltitz*, cum eod. Prædic.

An. 1679, 5 Febr. *Noviomagi*, Ipſe & Imperium, Mediatore *Carolo* 2, Angliæ Rege, pacem faciunt cum Gallis, qua, *Weſtphalicâ* de an. 1648 confirmatâ, Galli renunciant juri tenendi præſidii in Caſtro *Philipsburg*, quo ex Lege Pacificationis Weſtphalicæ gaudent, in compenſationem *Friburgo* aucti; *Carolus* Lotharingus, certis conditionibus, a Gallis reſtituatur in integrum; verſa vice Imperator libertatem reddat *Wilhelmo Egoni*, Principi *Fürſtenbergio*, nec non priſtinos honores, pariter ac Ejus Fratri, *Franciſco Egoni*, Argentoratenſi Epiſcopo, & Agnato, *Antonio.* Dux *Bullionaus* maneat in poſſeſſione Caſtri & Ducatus Bullionenſis, controverſia ſpatio trium menſium, amicabili compoſitione terminanda. &c. &c. Vid. *Lundorp.* Tom. X, cap. 200, p. 691 &c. *Theatr. Pacis* Tom. 2, pag. 725 &c. *Diar. Europ.* Contin. XXXVII, Append. pag. 243. Dn. *Joh. Chriſtianus Lunigius*, in *Sylloge Negotiorum Publicorum*, Tom. 1, ad an. 1679, p. 515 &c. Acta Publica habentur apud *Lundorpium* l. c. ad an. 1678 & 1679 paſſim; in *Diario Europæo*, Contin. XXXVII ad XLIII, Append. *Theatr. Europ.* Tom. XI, paſſim. Conf. *Memoires & Negotiations de la Paix de Nimegue*, de an. 1679; Dn. *Lunig*, l. c. ad an. 1676, ad 1679. *Ahasveri Fritſchii Adnotamenta ad Pacificationem Noviomagenſem*, de an. 1679; Edit. Francof. an. 1697; *Hartnac ad Micralium*, lib. 2, Sect. 5, p. 550; *Europ. Herold* Tom. 1, p. 72.

An. & die iisdem, pacem init *Noviomagi*, cum Rege Sueciæ, vigore cujus, Rex in ſtatum priſtinum reponitur, quo tempore Pacificationis Weſtphalicæ an. 1648, 24 Oct. fuit; addente Cæſare, ſe eo allaboraturum, ut lites Daniæ Regem inter & Ducem Holſato-Gottorpienſem, amice tollantur. Vid. *Lundorpius* Tom. X, cap. 200, pag. 695; *Diar. Europ.* Contin. XXXVII, pag. 385 &c. *Theatr. Pacis* Tom. 2, pag. 763, *Theatr. Europ.* Tom. XI, pag. 1469 &c. Dn. *Lunig* l. c. ad h. a. pag. 532 &c. Dn. *Becman. Hiſt. Orb.* part. 2, cap. 6, §. 6, p. 649; *Europ. Herold* T. 2, p. 284; & in priori Editione p. 1707.

An. eod. Ejus gratia, dignitatis *Comitum* participes fiunt.

20. Mart. *Dietericus Adolphus*, & *Philippus Emericus*, cum duabus ſororibus, Barones de *Metternich* annexo Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren*, ut & Privilegio cudendæ monetæ, Dynaſtiis *Winneberg & Beilſtein*, corpori Comitatuum Rhenanorum unitis.

1 Aug. *Otto de Noſtitz*, Chiliarcha, cum eod. Prædicato.

An. eod. indulget *Ludovico* Dn. *de Leck*, Equitatus Hollandici Genèralis locum tenenti; *Wilhelmo Adriano* Dn. *d' Odyck*, Equeſtris Ordinis Seelandiæ Principi, & *Henrico d' Ouwerkercke*, campiductori Hollandorum; *Ludovici*, Leccæ & Odykii Dynaſtæ filiis, facultatem adhibendi tituli inſigniumque Comitum *Naſſoviorum.* Vid. Dn. *Theophili Donati Europäiſches Tag-Regiſter* ad an. 1705, 21 Sept. p. 95.

An.

Digitized by Google

An. eod. ad Gradum & honores *Baronum* evehit:

8 Maji, *Johannem Henricum*, *Fridericum Chriſtianum*, & *Johannem Adolphum*, Fratres de *Kielmanſeck*, cum Prædicato *Wohlgebohren*, novis inſignibus, & privilegio Fori. Conſ. *Spener Op. Herald.* lib. 3, cap. 44, §. 4 &c. p. 738.

16 Maji, *Erdmundum von Eſch.*

21 Aug. *Johannem Godefridum de Bevern*, cum Prædicato *Wohlgebohren*, & melioratione Inſignium *mit zwen Helmen.*

30 Sept. *Fridericum Sigismundum de Gaſtorff*, cum eod. Prædic. & privilegio *Land-Güter zu kauffen*, *und ſich darnach zu nennen.*

An. 1680. *Comitum* titulos impertit.

1 Mart. *Marquardo*, Baroni *Schenck de Caſtell*, Epiſcopo Aichſtadienſi, Ejusque Agnatis, *Johanni Wilibaldo*, & *Johanni Euchario*, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgeboren*, conjunctione Armorum, & conſenſu, *nach ihrem Abſterben*, *den Gräflichen Stand auf ihren Vetter*, *Humprecht Chriſtoph*, *und*, *nach dieſes Abſterben*, *auf Johann Henrich Marquard Schencken*, mediante adoptione, *zu transferiren.*

16 Junii, *Johanni Marco Georgio Nicolao von Aldringen*, cum eod. Prædicato, & relatione inter Comites Imperii.

An. eod. à Judicio delegato, criminum falſi, concuſſionis, furti, peculatus, perjurii, repetundarum, neglecti & male adminiſtrati officii &c. 9 Oct. accuſatum & convictum, *Georgium Ludovicum*, Comitem *Sinzendorffium*, Cameræ ſuæ Præſidem, omnibus bonis, officiis & dignitatibus exuit, & in arcem quandam, ad eum ſpectantem, deportari jubet. *Diar. Europ.* Contin. XLI, pag. 227, Cont. XLII, p. 3 & 489, & Contin. XLIII, p. 2; *Theatr. Europ.* Tom. XII, p. 161 & 162; *ImHoff Notit. Proc.* lib. 7, cap. 13, §. 7, pag. 393; *Europ. Herold* Tom. 1, part. 3, cap. 13, p. 708.

An. eod. Baronum juribus frui concedit, cum Prædicato *Wöhlgebohren*:

22 Mart. *Chriſtiano Carolo de Giech.*

8 Maji, *Johanni Ludovico de Widerſpach zu Grabenſtadt.*

27 Maji, *Johanni Lucæ*, & *Franciſco Adolpho Diterico de Ingelheim*, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*, & Comitiva.

28 Maji, *Franciſco Hieronymo de Cavalleriis*, cum Prædicato *Wohlgebohren.*

22 Oct. *Johanni*, *Johanni Volberto*, *Hermanno*, *Georgio*, & *Georgio* ſeniori, *Riedeſel*, *von Eyſenbach*, *zu Lauterbach*, Fratribus & agnatis, cum eodem Prædicato.

An. 1681 idem axioma, ab Eo adipiſcuntur, cum Prædicato *Wohlgebohren*:

13 Mart. *Chriſtophorus Jacobus*, & *Johannes Fridericus*, fratres *Behaimb von Schwartzbach.*

20 Mart. *Johannes Fridericus de Bavler.*

16 Aug. *Johannes Franciſcus de Weſtenberg*, cum conjunctione Armorum *mit denen von Ambringen.*

6 Sept. Tota Gens *von Ow*, *ober und unter dem Berg*, cum variis Privilegiis.

An. 1682, 12 Oct. Fœdus contrahit cum Rege Sueciæ, in ſecuritatem Pacificationum Weſtphalicæ de an. 1648, & Noviomagenſis, de an. 1679. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XII, p. 429; *Lundorpius* Tom. XI, cap. 118, p. 442.

An. eod. 17-27 Junii, ſub dato *Laxenburg*, largitur *Principis* inſignia, *Georgio Friderico*, Comiti *Waldecciæ*. Vid. *Lundorpius* Tom. XI, cap. 140, p. 544, & Tom. XII, cap. 60. §. 99, p. 154; *Theatr. Europ.* Tom. XII, p. 506; *Diar. Europ.* Contin. XLIV, p. 17, Append. Dn. *ImHoff. Notit. Proc.* lib. 5, cap. 12, §. 1, p. 271; *Europ. Herold*, Tom. 1, pag. 657, ubi tamen, errore Typographi, pro *Laxenburg*, legitur *Luxenburg.*

An. eod. in favorem *Johannis Caſpari ab Ampringen*, Magni Magiſtri Ordinis Teutonici, intuitu Præfecturæ (*Ober-Hauptmannſchafft*) Principatus Vratislavienſis Sileſiæ, quam Ei commiſit, cujusque poſſeſſor vel Principatum, vel Comitatum, vel Dynaſtiam Provinciæ, habere tenetur, erigit Commendas Ordinis *Marienthalenſem* & *Freudenthalenſem*, in Principatum; quo etiam reſpectu, titulo uſus eſt *Ducis* Sileſiæ, *zu Freudenthal & Eulenberg.* Vid. *Europ. Herold* Edit. prior. p. 863.

An. eod. 29 Nov. *Gottlieb* L. B. de *Windiſchgratz*, cum tota Familia, conſequitur, ab Eo, jura *Comitum*, annexo Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren.*

An. eod. Ad gradum *Baronum* promovet, cum Prædicato *Wohlgebohren*,

3 April. *Nicolaum Wilhelmum & Petrum Deodatum Becker.*

20 April. *Georgium Adolphum Micrandrum*, Chiliarcham.

5 Sept. *Gebhardum Sigfridum*, *Delphinum*, Chiliarcham Hiſpanicum, *Joachimum Fridericum & Wernerum*, Chiliarcham Saxonicum, Fratres de *Plotho*, *von Engelmünſter.*

17 Sept. *Johannem Erneſtum de Friſſenſee.*

25 Sept. *Philippum Wilhelmum von Zweiffel.*

13 Oct. *Chriſtophorum Henricum Putkammer.*

An. 1683, 13 Mart. Fœdus, tam offenſivum, quam devenſivum, contra Turcas, pangit cum Polonis. Vid. *Lundorpius* Tom. XI, cap. 138, p. 543; *Diar. Europ.* Contin. XLIV, pag. 25 & 26 Append. *Theatr. Europ.* Tom. XII, p. 525; *Lunigius*, Tom. 1, *Negotiorum Public.* h. a. pag. 819; *Europ. Herold*, Tom. 2, pag. 316; *Hartnac ad Micrælium* lib. 2, Sect. 5, p. 553.

An. eod. menſe Febr. fœdus contrahit, *Hagæ Comitum*, cum Regibus Hiſpaniæ & Sueciæ, atque Hollandis, in ſecuritatem Pacificationum Weſtphalicæ an. 1648, & Noviomagenſis an. 1679. *Theatr. Europ.*

l c. pag. 507 &c. *Europ. Herold*, Edit. prior. pag. 1713 ad 1716.

An. eod. 26 Januar. Defenſivum fœdus init cum Electore Bavariæ, aliudque cum Electore Saxonum. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 507, 508 & 519; *Lundorpius* Tom. XI, cap. 131. p. 536; *Diar. Europ.* Contin. XLIV, p. 301 ad 304 Append.

An. eod. à *Muhamede IV*, Turcarum Imperatore, nondum finito Armiſtitio 20 Annorum, an. 1664 concluſo, Exercitu 247000 bellatorum, infeſtatur, circumpoſito 4-14 Julii, *Vienna* obſidio, quo demum 2-12 Sept. à Polonorum Rege, & Electoribus Bavaro atque Saxone, leonina fortitudine, Turcorum caſtra aggreſſis, &, eorum jactura 60000, in fugam conjicientibus, quadraginta impetus ſuſtinens, liberata eſt. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XII, pag. 530 ad 556. Diarium *der Wieneriſchen Belagerung*; *La Vie de Charles V, Duc de Lorraine*, pag. 273 ad 298, *Simon Eilenburg. Cronick*, part. 2, cap. 1. p. 378, & part. 3, p. 789; *Hartnac ad Micrælium* lib. 2, Sect. 5, pag. 553; *Europ. Herold* Tom. 2, p. 384. *Joh. Valentinus Merbiz*, de *Liberatione Viennæ ab Obſeſſione Turcica*, an. 1683, apud Dn. *Lunigium* Tom. 1 *Negotiorum Publicorum*, h. a. pag. 1282 &c.

An. eod. juxta Concluſum Imperii, 24 Maji, ſimultaneè, cum Electore Brandenburgico, inveſtit Principes Anhaltinos, lineæ *Serveſtanæ* & *Bernburgicæ*, de Comitatu *Aſcanienſi*: exemptos inſuper pronunciatos ab Imperii oneribus, per 24 annos. Vid. Dn. *ImHoff, Notit. Proc.* lib. 4, cap. 11. §. 6, p. 213; *Europ. Herold*, Tom. I, part. 2, cap. 15, pag. 540 & 541.

An. eod. Ejus gratia, *Comites* fiunt, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*:

12 Januar. *Dominicus Andreas de Kaunitz.*

17 Mart. *Johannes Henricus* Com. de *Hochberg*, confirmationem priſtinorum honorum obtinens;

21 Junii, *Henricus* Baro de *Bergen*, cum Privilegio adoptandi.

An. 1684, 15 & 16 Aug. Ipſe & Imperium, firmant, *Ratisbonæ*, *Armiſtitium 20 annorum*, cum Gallis. Summa eſt: Confirmantur Pacificationes Weſtphalica an. 1648, & Noviomagenſis, an. 1679; maneant Galli in quieta poſſeſſione Civitatis *Argentoratenſis*. an. 1681, 10-30 Sept. certis legibus interceptæ, reliquorumque locorum, quibus ad Calendas Auguſti 1681 usque, potiti ſunt; reliqua vero, ſerius occupata, reddant; Immediatos Imperii Ordines nullatenus vexent homagio; nec circa Jura Eccleſiaſtica quid immutent; nec prætenſiones forment. Cæſar, conſentiente Imperio, renunciet locis Imperii, pleno Jure in Gallos translatis; Subditis Imperii cum Gallis litigantibus, Actor ſequatur forum rei; Controverſiæ, interea ortæ, amicabili compoſitione dirimantur &c. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XII, p. 623 ad 635; *Theatr. Pac.* Tom. 2, pag. 1038; *Lundorpius* Tom. XII, cap. 50, p. 55 ad 129; Dn. *Lunigius* Tom. 1, *Negotiorum Publicorum*, h. a. pag. 863 &c. Dn. *Ahasveri Fritſchii Adnotamenta ad Tabulas Armiſtitii Vicennalis, inter Imperatorem Romanum, & Regem Galliæ, an.* 1684 *Ratisbonæ initi*; Edit Francof. 1694; *Europ. Herold* Tom. 1, pag. 72 &c.

An. eod. cum Polonis Venetisque, adverſus Turcas, fœdus icit, quod *Ligam Sanctam* vocant. *Theatr. Europ.* T. XII, p. 665. *Innocentium XI* P. R. eidem nomen ſuum dediſſe, docet nummus, in rei memoriam, ab Eo cuſus, apud Dn. *Lehmannum*, *in den Hiſtoriſchen Remarquen* Anni 1702, p. 364.

An. eod 15 April Supremo Cubiculario *Gundaccaro*, Comiti *Dieterichſteinio*, *Principum* honores impertit. Conf. Dn. *ImHoff Not. Proc.* lib. 5, cap. 5, §. 6, p. 234.

An. eod. 19 April. *Comitum* dignitatis participes reddit *Wolfgangum Joſephum*, & *Johannem Wolfgangum*, Barones de *Tauffkirchen*, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren.*

An. eod. in numerum *Baronum* ab Eo cooptantur, cum Prædicato *Wohlgebohren*:

1 Febr. *Maximilianus Erneſtus*, & *Vitus Ignatius*, *de Gœtzengrün.*

10 Jul. *Johannes Adolphus* de *Vælderndorff.*

18 Nov. *Ludovicus Wilhelmus de Stauff.*

An. 1685, 9-19 Aug. armata manu eripit Turcis *Neoſolium*, *Theatr. Europ.* Tom. XII, p. 797, 800, 812 ad 818; *La Vie de Charles, Duc de Lorraine*, pag. 322; *Europ. Herold*, Edit. prior. p. 832; *Hoppelii Kern Cronick*, h. a. menſ. Jul. & Aug. Quo durante obſidio, 12 Aug. acerbo eos prælio, apud *Strigonium*, proſternit. *Theatr. Europ.* l. c. p. 818 ad 826, *Lundorpius* Tom. XII, cap. 119, §. 37, p. 486; *Simon, Chron. Eilenburg.* part. 3, pag. 792; *Happelius* l. c.

An. eod. *Comitum* charactere ſublimat, annexo Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*:

18 Junii, *Conradum Reinike*, Baronem de *Callenberg.*

14 Sept. *Johannem Georgium*, *Chriſtianum*, & *Franciſcum Nicolaum*, Fratres, Agnatosque, Barones de *Kœnigsfeld.*

An. eod. *Baronum* titulos offert, cum Prædicato *Wohlgebohren*:

14 Junii, *Johanni Baptiſtæ ImHoff*, cum melioratione Armorum.

5 Dec. *Johanni Philippo Erneſto Groſchlag von und zu Diepurg.*

An. 1686, 2 Sept. ductu *Caroli* Lotharingi, impetu recuperat *Budam*, qua *Solymannus* an. 1541, 2 Sept. erat potitus. *Theatr. Europ.* Tom. XII, p. 1012 ad 1026; *Lundorpius* Tom. XII, cap. 157, 158 & 159, pag. 542 &c. *La Vie de Charles V, Duc de Lorraine*, p. 340. &c. *Europ. Herold*, Edit. prior. p. 1720; *Happel*, *Kern-Cronick*, menſibus Junio, Julio, Auguſto & Septembri,

An.

Digitized by Google

An. eod. 19 Junii, *Auguſtæ Vindelicorum*, triennali fœdere ſibi jungit Reges Hiſpaniæ & Sueciæ, Electorem & Circulum Bavaricos, Circulos Suevicum & Franconicum, atque Saxonum Duces; Accedentibus 7-17 Julii, Electore Palatino, Circulo Rhenano ſuperiori, Duce Holſato-Gottorpienſi &c. ſcopus erat, mutua defenſio, contra hoſtes quoscunque, Pacificationes Weſtphalicam, Noviomagenſem, & Armiſtitium Ratisbonenſe de an. 1684, turbaturos. Vid. *Theatr. Europ.* T. XII, p. 979 & 980; *Europ. Herold* l. c. pag. 1367, ad 1373; *Happelius*, l. c. menſ. Junio; *Hartnac ad Micralium* lib. 2, Sect. 5, p. 557.

An. eod. Renuncianti Brandenburgico Electori juribus in Ducatum Sileſiæ *Jagerndorffienſem*, à *Ferdinando II* Imp. an. 1611, prætextu feloniæ, *Johanni Georgio*, Marchioni Brandenburgico, ablatum, poſtcaque Principi *Liechtenſteinio* traditum; in compenſationem, Eum inveſtit de Dynaſtiis *Glogovienſis* Ducatus, *Suibuſienſi* & *Sprottavienſi*, cum pleno dominii & ſuperioritatis jure, nec non facultate utendi titulo *Ducis Suibuſienſis*, *Comitisque Hohenzollerani*. Vid. Dn. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 2, c. 8, §. 16, pag. 49; *Theatr. Europ.* Tom. XII, p. 983; *Europ. Herold* l. c. pag. 1405; Dn. *Schowart*, *Obſervat. Hiſtor. Geneal.* Cap. 1, §. 18, p. 38 & 39; & cap. 9, §. 17, p. 316; *Hartnac*, ad *Micralium*, lib. 3, Sect. 12, p. 641.

An. eod. tranſigit cum *Raguſianorum* Republica, cujus jura adverſus Turcas tueri ſpondet, verſa vice quotannis decem aureorum millia ſibi ſolutura. Vid. *Europ. Herold* l. c. pag. 1725.

An. eod. Ejus favore, in Senatu Principum Imperii, ad votum & ſeſſionem, admittuntur:

6-16 Nov. *Georgius Fridericus*, Princeps *Waldeccius*, in perſona Legati Saxo-Vinarienſis, Dn. *Georgii Philippi Fabricii;* Vid. *Theatr. Europ.* T. XII, p. 976 & 978; *Europ. Herold* l. c. pag. 1521; Dn. *ImHoff* l. c. lib. 5, cap. 12, §. 1, pag. 271; *Hartnac* l. c. lib. 2, Sect. 5, p. 557;

4 Oct. *Ferdinandus Joſephus*, Princeps *Dieterichſteinius*, intuitu Dominii *Traſp*, in Circulo Auſtriaco, Helvetiæque finibus, ſiti, & à Cæſare, cum omnibus eo pertinentibus, & ſuperioritate Territoriali, Ei venditi; perſonam Ejus induente Legato Auſtriaco. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. lib. 5, cap. 5, §. 11, pag. 236; *Europ. Herold*, Ed. nov. Tom. 1, part. 2, cap. 22, pag. 565; *Lundorpius* Tom. XII, cap. 166, p. 592 & 593; *Hartnac*. l. c.

An. eod. Privilegia & honores *Principis*, concedit *Eugenio Alexandro*, Comiti de *Taſſis*, Generali Poſtarum Imperii Præfecto.

An. eod. Comitum charactere, & prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*, ornat

4 Januar. *Iſabellam Claram Eugeniam de Montaut & de la Serre*, *Johannis Franciſci Deſiderati*, Principis Naſſovii, Conjugem;

20 Maji, *Johannem Ditericum*, Bar. de *Kunowitz*.

Nicolaum Bar. Bielke, in compenſationem ſtrenuè in obſidione *Budenſi* navatæ operæ. Vid. Dn. *Lehman*, *Hiſtoriſche Remarques* an. 1699, p. 21.

An. eod. Baronum titulos, & Prædicatum *Wohlgebohren*, ab Eo nanciſcuntur:

14 Febr. *Wilhelmus Adelman ab Adelmansfelden.*

16 Mart. *Maria Rudolphus*, *Ferdinandus Erneſtus*, & *Ludovicus Franciſcus*, Fratres ab *Andlaw*.

25 April. Familia de *Stadion*.

2 Maji, *Conſtantinus de Bertram*, Cancellarius Moguntinus, cum tit. *Ritter und Edler Herr*, pro Ejus fratribus.

4 Maji, *Johannes Franciſcus de Bothman.*

12 Sept. *Franciſcus & Johannes Baptiſta*, Fratres de *Riſenfels*, cum privilegio, *ſich, von ihren Gütern, zu ſchreiben.*

22 Nov. *Petrus Reinhardus*, & *Franciſcus Henricus* Fratres de *Hochenhauſen*.

11 Dec. *Johannes Franciſcus de Rettenfeld.*

An. 1687 2-12 Aug. apud *Siclos*, Ducibus Electore Bavariæ, *Carolo* Lotharingo, *Ludovico* Badenſi &c. 20000 Turcarum ad internecionem cædit. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XIII, h. a. pag. 20 &c. *Hartnac* ad *Micralium* lib. 2, Sect. 5, p. 560; *Europ. Herold* Edit. prior. p. 1746 & 1747; *La Vie du Duc de Lorraine*, p. 367; *Happel Kern-Cronick*, menſ. Auguſto. Inſuperque, duce *Dünnewaldio*, totum *Sclavoniæ* Regnum in poteſtatem ſuam redigit. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 33 ad 37; *La Vie du Duc de Lorraine*, p. 368; *Happel*, l. c. menſ. Octobri; *Hartnac* l. c.

An eod. confirmat tranſactionem Electoris Brandenburgici cum Duce Saxo-Weiſenfelſenſi, in puncto quatuor exemptarum Præfecturarum Magdeburgenſium, *Querfurt, Iüterbock, Burg & Dam;* (per formulam Pacis Pragenſis an. 1635, *Johanni Georgio I.* Electori Saxonum, in compenſationem ſumptuum bellicorum, traditarum, addita tamen lege, ut, ab obitu Ejus filii, *Auguſti*, Adminiſtratoris Magdeburgici, ex, conſuetis caſibus, ab Archi-Epiſcopo in feudum recognoſcerentur; quod *Auguſti* filius, *Johannes Adolphus*, Dux Saxoniæ, in *Weiſſenfels*, *Querfurtenſis* Principatus poſſeſſor, ob mutationem, Art. XI *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* §. 9, facere recuſabat;) ſcil. ut Elector juribus ſuis penitus renunciaret, & Dux, verſa vice, pleno Territorii & Superioratis jure, Præfectura & Oppido *Burg*, in perpetuum Ei cederet. Vid. *Theatr. Europ.* T. XIII, h. a. pag. 82 & 83; ubi tranſactionis dies 14 Junii ponitur; *Europ. Herold* Tom. 1, part. 2, cap. 3, pag. 139, 244, 257 & 258; qui cam 14 Julii contigiſſe docet.

An. eod. Comitia celebrat *Poſonii*, in quibus, 31 Oct. proponit, ſe armata manu erepta Turcis loca, priſtinum in ſtatum reſtituturum, Privilegia, Legesque Regni fundamentales omnes, ſartas tectas con-

ſervaturum, ſi (1) Ordines Regnum Hungaricum, hæreditario jure ad domum Auſtriacam, & quidem juxta primogenituræ Leges, pertinere, ſolennibus pactis & ſtipulationibus, prius decreaverint, & (2) Decretum *Andreæ* Regis, de an. 1222, quo data Regni Ordinibus facultas deponendi Regis, ſi contra Privilegia & Conſuetudinem introductam agat, aboleverint. Quibus poſtulatis annuentes, *Joſephum*, Imperatorem poſtea Roman. à Sacratiſſimo Parente, ſibi datum Regem, ſolennibus ceremoniis, 9 Dec. ibidem, per manus Strigonienſis Archi-Epiſcopi, coronarunt. Vid. *Theatr. Europ.* T. XIII, p. 105 ad 113; *Europ. Herold* T. 2, pag. 402; *Schowart Obſervat. Hiſtor.* cap. 1, §. 16, pag. 32, & §. 17, p. 36; *Hartnac ad Micralium*, lib. 2, ſect. 5, p. 560.

An. eod. Ejus gratia, introducitur *Albertus Erneſtus*, Princeps *Oetingenſis*, in Collegium Principum Imperii. Vid. Dn. *Schowart*, *Obſervat. Hiſtor.* cap. 19, §. 3, p. 481; Conf. Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc.* lib. 5, cap. 11, §. 10, p. 271; *Europ. Herold*, T. 1, part. 2, cap. 28, p. 593; *Hartnac ad Micralium*, lib. 2, Sect. 5, p. 557, id refert ad an. 1686, perperam Eum vocans *Antonium Erneſtum.*

An. eod. *Paulus Eſterhaſi*, Palatinus Hungariæ, Princeps ab Eo creatur.

An. eod. 20 Febr. dignitatem *Comitis* largitur *Ahasvero de Læhndorff*, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren.*.

An. eod. titulos honoresque *Baronum*, cum prædicato *Wohlgebohren*, impertit:

21 Januar. *Ignatio Franciſco von Haſſe*, Ejusque Conjugi, *Mariæ Catharinæ Conſtantiæ.*

26 Januar. *Johanni Michaëli*, & *Friderico Ottoni*, *de Witte*, nec non *Dorotheæ Margarethæ von Lüde.*

18 Dec. *Rudolpho Ditetico von Roth.*

An. 1688, in clientelam recipit *Michaëlem Abaffy*, Tranſylvaniæ Principem, 8 Maji, ſe, & Principatum ſuum, protectioni ſuæ ſubmittentem. Vid. *Theatr. Europ.* T. XIII, h. a. pag. 259 &c. *La Vie du Duc de Lorraine*, p. 369 & 370; *Happelii Kern-Chronick* h. a. pag. 31 & 54, potitur inſuper *Mongatſchio*: *Theatr. Europ.* l. c. pag. 257; *Happel* l. c. p. 12; *Hartnac* ad *Micralium* lib. 2, Sect. 5, pag. 560; *La Vie du Duc de Lorraine*, p. 389; nec non *Illoco*, *Petriwardino*, *Titulio*, *Alba Regali*, vulgo *Stuhl-Weiſſenburg* (an. 1602, 28 Aug. à Turcis capta;) 9 Maji, & *Alba Græca*, ſeu *Belgrado*, vulgo *Griechiſch-Weiſſenburg*, 6 Sept. (ab an. 1521, 12 Aug. jugum Turcicum ferente) *Semendria*, *Serviæ* quondam Principum Regia; variisque *Boſniæ* Oppidis; vid. *Theatr. Europ.* l. c. ad pag. 299; *Happel* l. c. ad pag. 110; *La Vie du Duc de Lorraine* l. c. ad pag. 389; *Hartnac* l. c. & 561; *Simon*, *Chron. Eilenburg.* part. 2, cap. 1, p. 381.

An. eod. Occaſione electi *Joſephi Clementis*, Bavariæ Ducis, in Archi-Epiſcopum Colonienſem, reprobato *Wilhelmo Egone*, Cardinali *Fürſtenbergio*, à 13 Capitularibus poſtulato, armis petitur à Galliarum Rege, vulgato *Manifeſto*, rationis loco, jactante, Cæſarem (1) Armiſtitium anni 1684 noluiſſe in perpetuam pacem mutari, (2) pacem cum Turcis inire ſtuduiſſe, ut eo majoribus viribus Gallis arma inferret, (3) hunc in finem varia Auguſtæ Vindelicorum, Norimbergæ, alibique, cum Principibus Imperii, exterisque Potentibus, ſœdera pepigiſſe; (4) *Philippum Wilhelmum*, Electorem Palatinum, Sereniſſimæ Aurelianenſi Duciſſæ, quoad prætenſiones in Electoratum Palatinatus, nondum ſatisfeciſſe, (5) In ipſius odium, Fürſtenbergio dignitatem Colonienſis Præſulis denegari &c. ſufficienter quidem 1 Nov. Ratisbonenſis Conventus ad hæc reſpondit, apud *Lunigium*, Tom. 1, *Negotiorum Publicor.* p. 1024 &c. nihilominus autem Galli copiis Palatinarum obruerunt, interceptisque *Wormatia*, *Spira* & *Oppenhemio*, 9-19 Oct. *Delphino* Duce, ipſo *Philipsburgo* potiuntur; inde *Heidelbergam* præſidio firmantes, *Heilbronnam*, *Pfortzheminum*, *Wimphenam*, *Eslingam*, & 9 Oct. *Moguntiam*, nec non 31 ejusd. menſ. *Manhemium*, & 6 Nov. *Francothaliam*, locaque alia, ſui juris faciunt, partimque humo æquant; declarati propterea, in Comitiis, Imperii hoſtes, avocatoriis 11 Dec. adverſus eos publicatis. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. VIII, p. 307 &c. *Staats-Canzley* Tom. 1, p. 791 & 791, & Tom. 2, p. 544; *Hartnac ad Micralium*, lib. 2, Sect. 5, pag. 561 & 562; *Happelii Kern Chronick*, h. a. menſ. Septemb. Octobr. Novemb. & Decemb. *Meneſtrier*, *Hiſt. du Roi de France*, *Louis XIV*, fol. 33 & 41; *Riencourt*, *Hiſtoire de Loüis le Grand*, part. 2, pag. 137 ad 151; Dn. *Schowart*, *Obſervat. Hiſt.* cap. 1, §. 18, p. 39.

An. eod. 4 Auguſt. *Principum* charactere inſignit: *Volradum*, Comitem Naſſovio-Uſingenſem, Ejusque agnatos Cis-Rhenanos, *Georgium Auguſtum Samuelem* Idſteinenſem, & *Johannem Erneſtum* Weilburgicum. Vid. Dn. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 5, cap. 6, §. 16, pag. 240, §. 17, l. c. & §. 19, pag. 241; *Europ. Herold*, Tom. 1, pag. 628 & 629; *Hartnac* l. c. pag. 562; Dn. *Lehman*, *jetzt Herſchend Europa*, pag. 200 & 201.

An. eod. ad eosdem honores evehit *Carolum Emanuelem* de *Longueval.* Vid. Dn. *Lehman*, *Hiſtoriſche Remarques* anni 1701, p. 217.

An. eod. *Comitum* titulos, ab Eo, ſortiuntur, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*:

1 April. *Georgius Ditericus*, & *Johannes Chriſtophorus*, *Khuen*, Barones de *Belaſi.*

27 Oct. *Wolfgangus Abrahamus*, Baro de *Uberacker.*

An. eod. *Baronum* jura concedit, cum Prædicato *Wohlgebohren*:

20 Febr. *Johanni Baptiſtæ de Leyden*, cum facultate: *Land-Guter zu kauffen, und ſich davon zu nennen.*

16 Julii, *Baloni Wilhelmo de Kipen.*

27 Julii, *Johanni Vito de Schwanenfeld.*

3 Sept. *Adamo Bernhardo von Hornſtein*, priſtinos honores ei reſtituendo.

4 Oct. *Carolo Hackebergero von Hohenberg.*

6 Oct. *Carolo Adamo von Kockh.*

5 Dec. *Michaëli von Brandt.*

An. 1689 ineunte, *Sigeto* an. 1566 à Turcis capto duriſſima fame ad deditionem compulſo, & 24 Sept. ductu *Ludovici* Badenſis, cæſis, ad *Niſſam*, decem Turcarum millibus, ipſum Oppidum in poteſtatem redigit; Barbariſque 4 & 5 Oct. apud *Viddinum*, *Serviæ* Oppidum, denuo profligatis, in eadem Provincia, duce *Piccolominio*, ſui juris facit: *Procopiam*, *Priſtinam*, *Monte Novo*, *Uſchub*, locaque alia, armis victricibus in *Albaniam* usque circumlatis. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XIII, h. a. pag. 635 &c. *Hartnac ad Micralium*, lib. 2, Sect. 5, p. 562 & 563; *Happel Kern-Cronick*, h. a. p. 4, 104 ad 138.

An. eod. 12 Mart. magnum fœdus Viennæ pangit, cum Hollandis, contra Gallos. Vid. Dn. *Lunigius* T. 2, *Negotiorum Publicorum*, p. 336 &c.

An. eod. 9 April. novum Mandatum Avocatorium & Inhibitorium, contra Gallos, emittit, ſub pœna amittendorum Feudorum, ne quis Vaſallorum Imperii, per Italiam maximè, execrabilibus eorum conatibus, nec directè, nec indirectè, faveat. Formulam exhibet Dn. *Lunigius* Tom. 1. *Negotiorum Publicorum*, h. a. pag. 1059 &c. Conf. *Theatr. Europ.* T. XIII, pag. 663 &c. Iis etiam eripuit Elector Brandenburgicus, 14 Mart. *Noveſium*, 17-27 Junii, *Keyſerwerdam*, & 2 Oct. *Bonnam*; *Carolo* Lotharingio 1-11 Sept. *Moguntiam* ad deditionem compellente; Hoſtibus, verſa vice, *Cochemium*, menſe Auguſto, ſub jugum rapientibus, & varia Electoratibus Palatini, Marchionatus Badenſis, Ducatus Würtenbergici, vicinorumque Dominorum loca, veluti, *Manhemium*, *Andernacum*, *Sinzichium*, *Spiram*, *Wormatiam*, *Oppenheimium*, *Bruchſaliam*, *Sinzhemium*, *Weidelshemium*, *Brettam*, *Durlacum*, *Pfortzhemium*, *Weingardam*, *Eslingam*, *Gochshemium*, *Grunſtadium*, *Keilhemium*, *Pfedershemium*, *Dirmſteinam*, *Türckhemium*, *Wachenhemium*, *Alzoviam*, *Odernheimium*, *Bachthemium*, *Fledershemium*, aliaque multa, in eineres redigentibus; *Trevirorum Auguſta* mœnibus nudata. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XIII, h. a. p. 675 &c. *Hartnac ad Micralium* lib. 2, Sect. 5, p. 562 & 563; & lib. 3, Sect. 2, p. 133; *Happel, Kern-Cronick* h. a. p.

An. eod. in numerum *Principum* refert:

25 Maji, *Leopoldum Philippum*, Comitem *Montecuculi*, cum extenſione ad *Primogenitos*.

Don Livio Odeſchalchi, Ducem *Ceri*. Vid. Dn. *Lehman jetztherrſchend Europa*, Contin. I, p. 346.

An. eod. 20 Julii, in favorem *Ferdinandi Wilhelmi* Principis *Schwartzbergici*, evehit Landgraviatum *Kleggavienſem*, quem cum Uxore, *Maria Anna*, filia *Johannis Ludovici*, ultimi Comitis de *Sultz*, an. 1687 defuncti, nactus eſt, in Landgraviatum, *Principatus* cenſu venientem.

An. eod. 19 Nov. in gratiam *Franciſci Antonii*, Principis de *Portia*, erigit Dynaſtiam *Tettenſee*, in *Comitatum Principalem Imperii.*

An. eod. *Comitum* honores apud Eum merentur, annexo Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren.*

2 Mart. *Suſanna Eliſabetha*, *filia Nicolai Kempinsky*, *von Schwiſitz*, & *Altenhoffen*, *Domina auf Limburg* & *Amthoff*, Uxor *Alberti*, Ducis Saxo Coburgici.

4 Mart. Familia Baronum de *Herwarth.*

20 Jul. *Franciſcus Erneſtus*, Baro *de Platen*, in Aula Hannoverana Purpuratorum Princeps, Ejusque Conjux, *Clara Eliſabetha*, *Meyſenbug*, cum extenſione ad Primogenitos.

An. eod. *Baronum* axioma, cum Prædicato *Wohlgebohren*, confert:

8 Mart. *Friderico de Born*, Miniſtro Status Culmbacenſis.

28 Mart. *Johanni Georgio de Meusbach.*

2 Jun. *Georgio Caſparo von der Goltz.*

1 Julii, *Ottone* & *Thomæ*, Fratribus de *Grote* addito priori privilegio ſe ſcribendi: *Herren von Schauen.*

20 Julii, *Chriſtiano Diterico*, *Friderico Mauritio*, *Wilhelmo Ferdinando*, *Johanni Adolpho*, & *Bernhardo*, fratribus de *Plettenberg*, Epiſcopi Monaſterienſis, *Friderici Chriſtiani*, Germanis.

25 Julii, *Johanni de Wetzel.*

An. 1690, 4 Junii, per *Vincentium Grimani* Abbatem, Taurini, fœdus pangit cum *Victore Amadeo*, Duce Sabaudiæ; Vid. Auctor *des Heutigen Zuſtands von Savoyen*, p. 635; *Memoires du Comte de N. de la derniere Guerre d'Italie*, de an. 1703, p. 10; ubi dicitur, inter alia, Duci fuiſſe promiſſum, Cæſarem poſthac titulo *Altitudinis Regiæ* Eum compellaturum; Oratores Ejus primos à Regiis collocaturum, & dignitates, Vicariatui Imperii per Italiam annexas, Ei reſtituturum; de quibus vero fœderis formula, apud *Lunigium* T. 2, *Negotiorum Publicorum* p. 345 &c. tacet, licet Duci ſubinde *Celſitudinis Regalis* titulus detur; Conf. *Hartnac* ad *Micralium*, lib. 2, Sect. 5, p. 564.

An. eod. 14-24 Januar. Filium *Joſephum*, in Regem Romanorum eligi curavit. Vid. Ejus vita.

An. eod. ſuffragantibus S. R. J. Statibus, Cameræ Imperialis Judicio deſtinat *Wetzlariam*, ubi 10 Febr. in *Extrajudicialibus*, factum initium. Vid. Dn. *Joh. Fridericus Hofmannus*, *in Selectiſſimis Juris Reſponſionibus*, de an. 1696, p. 45 Append.

An. eod. 20 Dec. *Franciſcum Antonium de Loſenſtein*, Coadjutorem Olmucienſem, *Principem* declarat.

An. eod. Charactere *Comitum* illuſtriores reddit, annexo Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*:

9 Mart. *Fridericum*, Baronem *de Falckenhain.*

10 Maji *Carolum Franciſcum*, ejusque fratrem Barones *Puckler von Groditz*.

6 Junii, *Franciſcum Pancratium*, Baronem *de Leiblfing*. Conf. Dn. *ImHoff. Not. Proc.* lib. 2, cap. 6, §. 23, pag. 36.

11 Junii, *Johannem Georgium de Triem*, ſupremum Vigiliarum Præfectum Cæſareum.

An. eod. in numerum *Baronum* ab Eo cooptantur, addito Prædicato *Wohlgebohren*

29 Jan. *Franciſcus Wilhelmus de Roſenbuſch*.

25 April, *Chriſtianus Erneſtus von Kindsberg*.

13 Julii, *Johannes Fridericus Sartorius auf Adlersheim*.

14 Julii, *Henricus von Delwig*.

An. 1691. Juniori *Transſylvaniæ* Principi, *Michaëli Abaffio*, cum conſenſu ſtatuum, Tutores & Curatores conſtituit, Eumque, cum tota Provincia in Clientelam ſuſcipit, in Comitiis Fogaraſienſibus, 6-16 Jan. inchóatis, fidelitatis juramento ſibi præſtito. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XIV, h. a. pag. 151; *Mercure Hiſtorique* Tom. X, p. 376; Dn. *ImHoff Tab. Geneal. Principum Imperii & Ital.* §. 119; *Hartnac ad Micralium* lib. 2, Sect. 5, pag. 564.

An. eod. Duce *Ludovico* Badenſi, $\frac{9}{19}$ Aug. apud *Salanckement*, 30000 Turcarum ad internecionem cædit. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 5 &c. *Mercure Hiſtorique* Tom. XI h. a. pag. 276 ad 291; Auctor *de la Guerre d'Italie*, de an. 1703, part. 2, p. 66; *Hartnac* l. c. pag. 565. Victoriam ſecuta Variorum locorum expugnatio v. g. *Lippa*, *Broda*, 12 Oct. *Poſſega*, *Gradiſca* 18 Oct. &c. vid. *Th. Europ.* l. c. pag. 19 &c. *Mercure* l. c. p. 396, 520 ad 522; *Hartnac* l. c.

An. eod. 20 Mart. ſolenni diplomate, committit *Chriſtophoro*, Epiſcopo Neoſtadienſi, negotium uniendorum Romano Catholicorum & Proteſtantium. Vid. Dn. *Lunigius*, T. 1 *Negotior. Publicor.* p. 1089 & ſeqq.

An. eod. *Comites* creat, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*.

7 Julii, *Johannem Joachimum Ignacium*, & *Johannem Joſephum Franciſcum*, Fratres, Barones de *Aham*.

20 Julii, *Johannem Felicem*, *Franciſcum Erneſtum*, & *Dominicum*, Fratres, Barones de *Reiſſig*.

12 Oct. *Nicolaum Conradum*, Baronem *de Burghauſ*.

An. eod. *Baronum* honores ab Eo conſequuntur, cum Prædicato *Wohlgebohren*.

19 Febr. *Tobias Joſephus*, & *Godofridus Franciſcus*, Fratres *de Eydtner*

27 April. *Ludovicus Albertus*, *Ignatius Ferdinandus* & *Jacobus Leopoldus*, Fratres de *Thavonat*.

12 Oct. *Johannes Fridericus Bachovius von Echt*.

17 Oct. *Wolfgangus Henricus Gemell von Fleiſchbach*.

11 Dec. *Johannes Chriſtophorus von Kinſperg*.

An. 1692, 5 Junii, duce Donato *Heuslero*, *Magnum Waradinum*, Hungariæ clavem, ad deditionem compellit. *Theatr. Europ.* Tom. XVI, h. a. pag. 235 ap. 239. *Mercure Hiſtorique* Tom. XII, p. 663 ad 668, & Tom. XIII, pag. 31 ad 36; *Hartnac ad Micralium*, lib. 2, Sect. 5, pag. 567.

An. eod. 9-19 Dec. inveſtit in perſona *Ottonis* L. B. de *Groot*, & *Johannis Chriſtophori* Bar. de *Limbach*, *Erneſtum Auguſtum*, Electorem Brunſ. & Luneb. de *Nono Electoratu*. Vid. Ejus *Perſonália* de an. 1698, p. 30; *Hartnac.* l. c. p. 568; *Mercure Hiſtorique*, T. XIV, p. 36; *Simon, Chron. Eilenb.* P. 1, pag. 817; *Europ. Herold* T. 1, part. 2, cap. 6, p. 313 ad 319.

An. eod. per Comitem *Caraffa*, à Vaſallis Imperii per Italiam, magnam argenti vim exigit.

An. eod. 9 Julii, *Friderico Wilhelmo*, Principi *Hohenzollerano*, indulget Principale axioma pro omnibus ſuis heredibus. Conf. *Europ. Heroldt* part. 2, cap. 18, pag. 551.

An. eod. 5 Oct. idem axioma renovat *Ferdinando Auguſto*, Principi *Lobkowitzio*, cum extenſione dignitatis ſupremæ Palatini.

An. eod. inter *Comites* refert, cum tit. *Hoch- und Wohlgebohren:*

2 Januar. *Haro-Burchardum*, *Franciſcum Henricum* & *Carolum Philippum*, *Godens*, *Barones de Freitag*.

13 Febr. *Godefridum de Lützaw*.

3 Mart. *Sibertum* & *Hannibalem Joſephum*, Barones *de Heiſter*.

29 Maji, *Donatum Heuslerum*, Baronem de *Heidersheim*. Conf. *Theatr. Europ.* Tom. XIV, p. 240; *Mercure Hiſtor.* T. XIII, p. 601.

2 Junii, *Johannem Georgium*, *Ottonem Henricum*, & *Alexandrum Ludovicum*, Barones de *Seyboldſtorff*.

30 Junii, *Franciſcum Ferdinandum*, Baronem de *Heimbhauſſen*.

An. eod. Ejus gratia, ad dignitatem *Baronum* evehuntur, cum Prædicato *Wohlgebohren:*

22 Mart. *Johannes Chriſtophorus de Limbach*.

10 Jun. *Antonius de Glantz*.

14 Julii, *Joſephus Tannauer von Thannenberg*.

4 Sept. *Fridericus Matthias Korff*, dictus *Schmiſing*.

An. 1693, *Comites* declarat, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*,

4 Febr. *Magdalenam Sibyllam de Neitſchütz*, Comit. *de Rochlitz*.

3 Mart. *Ferdinandum Gundaccarum de Dieterichſtein*.

2 Aug. *Petrum*, Baronem de *Goës*, cum privilegio adoptandi.

8 Oct. *Maximilianum Ludovicum*, *Sigfridum Chriſtophorum*, & *Philippum Ignacium*, de *Breuner*.

1 Nov. *Caſimirum Ferdinandum de Kupperwald*.

2 Nov. *Chriſtianum*, & *Georgium Hannibalem*, Barones *de Eck* & *Hengersbach*.

30 Dec. *Johannem Ignacium*, Baronem de *Aham*.

An. eod. Gradum *Baronum* ab Eo nacti ſunt, cum Prædicato *Wohlgebohren*,

Digitized by Google

16 Jan. Quatuor Fratres de *Weſternach.*

3 Febr. *Matthias de Keyſersfeld.*

7 Febr. *Johannes Jacobus de Lœwenheim*, Cancellarius Salisburgenſis.

8 April. *Wolfgangus Chriſtophorus de Schencken-dorff.*

27 April. *Johannes Georgius de Schuman*, cum melioratione Inſignium, *mit einem neuen Helm.*

5 Junii, *Franciſcus Antonius de Bauman.*

15 Julii, *Joachimus Georgius Martini de Martiniberg.*

An. 1694, duce *Johanne Joſepho*, Barone de *Huyn*, 21 Dec. fame in ordinem redigit fortiſſimum caſtrum *Giula*, evacuatione licet 9-19 Jan. an. 1695 demum ſecuta.

An. eod. Privilegiis & honoribus *Comitum* donat, annexo Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*:

8 Febr. *Fridericum Gerhardum*, & *Henricum Theobaldum*, Fratres, Barones de *Goldſtein.*

5 April. *Johannem Fridericum*, Baronem de *Kreith.*

23 Julii, *Chriſtophorum Georgium*, & *Joachimum Ladislaum*, Fratres, Dominos de *Berg.*

Eodem die, *Giſelam Agneten de Rabaen*, conjugem *Emanuelis Lebrechti*, Principis Anhaltini in Cöthen, cum privilegio utendi cera rubra. Conf. *Europ. Herold*, T. 1, part. 2, cap. 15, p. 537 Dn. *Lehman*, *jetzt herrſchend Europa*, p. 118.

23 Aug. *Henricum Ludovicum ab Eyb*, cum jure adoptandi.

An. eod. Charactere *Baronum*, cum Prædicato *Wohlgebohren*, ab eo inſigniuntur:

5 April. *Jacobus Franciſcus de Beſſol.*

14 Aug. *Philippus Fridericus*, & *Georgius Ludovicus Sittig*, Fratres de *Schlitz*, dicti *von Goritz.*

23 Aug. *Johannes Carolus*, & *Johannes Carolus*, Ejus agnatus, de *Thüngen.*

5 Sept. *Johannes Georgius von der Hauben.*

An. 1695, mediante transactione cum Electore Brandenburgico, recuperat Principatum *Suibuſienſem* in Sileſia. Vid. Dn. *Schowart Obſervat. Hiſt.* cap. 1, §. 18, pag. 39, & cap. 9, §. 19. p. 317.

An. eod. Inſignia *Comitum* largitur; cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*:

24 Mart. *Chriſtiano Carolo*, Baroni de *Giech.*

30 Mart. *Eraſmo Ulrico von Hagen*, dicto *von Geiſt.*

5 Aug. *Mariæ Joſephæ Gertrudi*, Baron. de *Berleps*, Ejusque filiis, *Sittico Herbaldo*, & *Petro Philippo.*

12 Oct. *Jacobo de Hamilton.*

An. eod. in claſſem *Baronum* transfert, cum Prædicato *Wohlgebohren*:

11 Febr. *Johannem Caſimirum von Stein, zum Altenſtein.*

10 Mart. *Henricum de Dühren.*

Eodem die, *Johannem*, *Thomam Erneſtum*, *Sylveſtrum Jacobum*, *Eberhardum Chriſtopherum Balthaſarem*, *Danielem Ludolphum*, *Nicolaum Bartholomæum Michaelem*, & *Wilhelmum Henricum*, ſeptem Fratres de *Danckelmann.*

25 Jul. *Johannem Adolphum Carolum de Bettendorff.*

18 Sept. *Hieronymum de Sealvioni*, cum privilegio, quod non uſus non præjudicet.

12 Oct. *Georgium Conſtantinum Sinnich*, cum eodem privilegio.

30 Dec. *Johannem Carolum von Oſterax.*

An. 1696, menſ. Nov. in numerum *Principum* refert *Philippum Reinhardum*, Comitem *Hanovienſem.* Vid. *Europ. Herold* T. 1, p. 612.

An. eod. Ejus gratia, *Comitum* honores conſequuntur, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*:

28 Januar. *Johannes Adamus*, Baro de *Queſtenberg.*

28 Maji, *Erneſtus* Baro de *Metternich*, cum privilegio extruendi arces, comparandique bona, & inde gerendi nominis, nec non, quod non uſus non præjudicet.

2 Junii, *Maximilianus Franciſcus* Baro de *Ruepp.*

An. eod. axiomate *Baronum* reddit illuſtrores, addito Prædicato *Wohlgebohren*:

14 Jan. *Johannem Adamum*, & *Franciſcum Laurentium de Saur, zum Schreyerhoff*, fratres.

28 Jan. *Antonium Erneſtum Burchardum de Birckenſtein.*

9 Febr. *Ottonem Chriſtophorum de Verſchuer.*

15 Mart. *Auguſtinum Maximilianum de Meyerhofen*, Cancellarium Moguntinum, cum Palatinatu, & privilegio, quod non uſus non præjudicet.

5 Maji *Carolum Heinricum von Baumgarten*; priſtinam dignitatem, à *Carolo V*, Majoribus ejus conceſſam, confirmando.

14 Junii, *Maximilianum Antonium von Ulm auf Grieſſenberg.*

4 Julii, *Adamum Fridericum von Grutſchreiber.*

21 Julii, *Paulum Albertum Rieter, von und zu Kornburg.*

24 Jul. *Galium Henricum*, & *Anſelmum Franciſcum de Wellenſtein.*

13 Aug. *Erneſtum Conſtantinum Grundeman de Falckenberg.*

Eod. die, *Fridericum Caſparum* & *Johannem Chriſtianum, von der Leybe*, fratres.

17 Sept. *Caſparum Sigismundum von Heydekampff.*

18 Sept. *Franciſcum Fridericum von Andler*, Conſiliarium Judicii Aulici Imperialis.

9 Nov. *Julium Auguſtum von Bothmar, zur Lawenbrück*, Duci Brunſ. & Luneb. *Georgio Wilhelmo* à conſiliis ſacratioribus, & Præfectum Ducatui Lauenburgico; Ejusque liberos omnes, cum privilegio ſe ſcribendi: *Edle Panner und Freyherren*; melioratione armorum, facultate acquirendi bona, indeque gerendi nominis & inſignium aſſumendorum &c.

3 Dec.

Digitized by Google

3 Dec. *Johannem Fridericum von Seiller*, cum privilegio adoptandi.

Die eod. *Franciſcum Guidobaldum von Hegi.*

An. 1697, 9 Sept. duce *Eugenio* Sabaudo, decem amplius Turcarum millia, ad ripam *Tibiſci*, haud procul à *Zenta*, felici prælio delet; qui poſtea *Boſniam* invadens, *Tobam* & *Teſchenam*, arces munitiſſimas, nec non *Secaglio*, menſe Octob. in ordinem redigit. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XV, h. a. pag. 118 &c.

An. eod. Mediatore *Carolo XII*, Suecorum Rege, *Riſwici* Hollandorum, 30 Oct. pacem init cum Gallis, cujus præcipua capita ſunt, (1) Pacificationes Weſtphalica An. 1648, & Noviomagenſis, anni 1679, conſtituant Ejus baſin, (2) reſtituantur Imperatori & Imperio omnia, durante bello, ſive armata manu, ſive *reunionis* nomine, à Gallis extra Alſatiam, capta loca, ſalva tamen in iis, in quæ introducta fuit, Religione Romano-Catholica; (3) Elector Trevirenſis, & Epiſcopus Spirenſis, in priſtinum ſtatum reponantur; (4) Elector Brandenburgicus, cum omnibus ditionibus ſuis & ſubditis fruatur hac pace, juxta Conventionem an. 1679, hic confirmatam; (5) Reddatur Palatinatus ad Rhenum, Electori cognominis, cæterisque Statibus, ea, quibus, ante hoc bellum, ſinguli fuerint gaviſi, ſalvis juribus & prætenſionibus Duciſſæ Aurelianenſis, ab Imperatore & Rege Galliæ, veluti Arbitris, iisque diſcordantibus, à ſummo Pontifice, tanquam Super-Arbitro decidendis, ſolvenda interim, ad plenariam compoſitionem usque, ſingulis annis, à laudato Electore, dictæ Principi centies mille florenorum Rheni ſumma; (6) Reſtituatur Regi Sueciæ Ducatus *Bipontinus*, ad normam Pacis Weſtphalicæ, (7) Principatus Veldentinus reſtituatur juxta §. Quartum, & indicem, à Gallis exhibitum, ſalvis prætendentium, tam in poſſeſſorio, quam petitorio, juribus; (8) Ordini Teutonico reddantur omnia ablata, nec non & illa bona, quæ ſub ditione Gallica ſemper fuerunt. (9) *Colonienſis* Præſul recuperet *Dinant*; (10) *Georgius*, Dux Würtenbergicus, reſtituatur in integrum, quoad Principatum *Montis Belicardi*, Juraque Comitiorum, & alia, inde annexa; nec non, Feuda Burgundica; *Clareval & Paſſavant*; & Dynaſtias: *Granges Hericourt*, *Blamont*, *Chatelot & Clermont &c.* (11) Marchiones *Badenſes*, Principes Comitesque Naſſovii, Hanovii & Leiningenſes, aliique Status Imperii, ſinguli ſua recipiant, juxta articulum IV. (12) Imperator & Imperium cedant Gallis, in perpetuum, *Argentoratum* cum omni jure, quo hactenus ad Imperium pertinuit, ſalva tamen priſtina Jurisdictione Eccleſiaſtica; (13) Reddant Galli Caſtrum *Kehl*, ad dextram Rheni exſtructum; (14) pariter & Domui Auſtriacæ *Friburgum*, & *Briſacum*, cum operibus, in eadem Rheni ripa ei junctis, reliquis deſtruendis; (15) *Philipsburgum* iidem deſerant; (16) Munimenta, *Hunningæ* oppoſita, inſuperque ea, quæ è regione *Caſtri-Ludovitiani*, vulgo *Fort Louis*, ad dextram dicti fluminis, erecta, humo æquentur, cum ædificiis, Domui Badenſi reſtituendo; (17) Opera, poſt pacem Noviomagenſem, Caſtro *Trarbacenſi* adjecta, nec non Fortalitium *Montroyal*, diruantur, arce *Trarbacenſi*, cum Oppido, ad priſtinum dominum reditura. (18) *Lotharingiæ* Duci, juxa pacta anni 1670, ſua reſtituantur, exceptis, art. 29, ad 44 usque, hic mutatis; (19) *Wilhelmus* Ego Princeps *Fürſtenbergius*, Cardinalis Epiſcopus Argentoratenſis & Abbas Stabulenſis, in eum ſtatum reponatur, quo ante hoc bellum fuit; (20) Landgraviis Haſſiæ, lineæ *Reinfelſenſis*, reddatur *Arx Reinfels*, cum toto inferiori Comitatu Catimelibocenſi, annexisque juribus, ſalva prætenſione Caſſellana. (21) Pax *Taurinenſis* Gallo-Sabaudica, an. 1696 confirmetur; (22) Omnia Archiva, & chartæ publicæ, præſertim ad Cameram Imperialem ſpectantia documenta, reddantur. (23) Fruantur hac pace Rex Sueciæ, cum Regnis & Provinciis, omnesque Electores Principes & Status Imperii, Helveti, Griſones, Genevenſes, Neocomenſes Abbas S. Gallenſis, Oppida S. Galli, Mülhuſa, & Bienna &c. &c. Vid. *Theatr. Europ.* T. XV, h. a. pag. 211 &c. Dn. *Lunigius* Tom. 3, *Negotiorum Publicorum*, p. 82 &c. *Tabula Pacis inter Imperatorem Leopoldum Magnum, & Imperii Germanici Status, ab una, & Ludovicum XIV, Galliarum Regem, ab altera parte, Reſwici Hollandiæ, initæ, notis illuſtrata, opera Ahaſveri Fritſchii*, Francoſ. & Lipſ. an. 1699; *Hartnac* ad *Micralium*, lib. 2, Sect. 5, p. 574 &c.

An. eod. 3 Sept. ad dignitatem *Principalem*, evehit *Chriſtianum Wilhelmum*, Comitem *Schwartzburgicum*, in *Sondershauſen*; Comitatus Ejus: *Schwartzburg* & *Honſtein*, in *Principatum* erigendo, addito Privilegio *de non appellando*, in cauſis criminalibus, momentanei poſſeſſorii, & debitis liquidis & confeſſatis; in civilibus vero ad mille florenos; nec non melioratione armorum, & confirmatione ſupremæ Comitivæ. Conf. *Europ. Herold* T. 1, pag. 647.

An. eod. Comites creat, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren:*

25 Febr. *Philippum Wilhelmum*, Bar. de *Boineburg*, cum privilegio adoptandi.

21 Aug. *Fridericum Wilhelmum de Horn.*

27 Octob. *Leopoldum Joſephum*, & *Franciſcum Sigismundum*, Fratres de *Lamberg*.

Eod. die, *Carolum Fridericum Voit de Rieneck*, cum extenſione ad Majoratum.

An. eodem Baronum charactere, Ejus gratia, augentur, annexo Prædicato *Wohlgebohren:*

12 Jan. *Carolus Ludovicus de Wildenſtein.*

3 Junii, *Johannes Andreas de Schœnſtatt, auf Buchweiſsdorff und Rottenbach.*

2 Julii, Familia *Schœnborniorum*, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*:

27 Oct. *Rudolphus Chriſtianus von ImHoff*, Ejusque fratres *Chriſtianus Antonius*, *Albertus*, & *Wilhelmus Henricus*, cum eodem Prædicato.

4 Nov. *Johannes Georgius Boiſſel von Wiſſling*.

An. 1698, per *Georgium Adamum Ignatium*, *Comitem de Martinicz*, homagium exigit à Principe *Borgheſio*, pro *Iſola*; à *Livio Odeſchalchi*, pro *Bracciano*; à Comeſtabili *Colonna*, pro *Marino*; ab *Urbano*, *Paleſtrinæ* Principe, pro *Colalto*; & ab *Auguſtino Chigi*, pro *Farneſio*, Principatibus tanquam Feudis Imperii, frendente Romana Curia, quæ *Farneſium* agrum Cameræ Apoſtolicæ Feudum eſſe jactitat. Vid. *Mercure Hiſtorique* Tom. XXV, p. 129, 130, 357 & 358.

An. eod. inveſtit Principem *Livium Odeſchalchi*, de Ducatu *Sirmÿ* in Sclavonia.

An. eod. 3 Sept. confirmat *Hannibali Alphonſo Emanueli de Porcia*, dignitatem *Principalem*, hæreditario jure habendam.

An. eod. Civitate *Comitum* ab Eo donantur, annexo Prædicato, *Hoch- und Wohlgebohren*:

28 Febr. *Alexander Adolphus de Hatzfeld*, confirmationem priſtinæ dignitatis obtinens;

20 Mart. *Franciſcus Adamus von und zu Lerchenfeld*.

An. eod. Honores titulosque *Baronum* cum Prædicato *Wohlgebohren*, impertit:

3 Januar. *Friderico Rudolpho de Canitz*.

20 Jan. *Maximiliano Godefrido* & *Johanni Philippo*, *Schencken von Stauffenberg*, lineæ Amertingenſis.

12 Maji, *Caſparo Friderico de Lethmate*.

20 Jun. Quinque Fratribus, *Schenckus de Stauffenberg*.

21 Junii, *Jobſt-Henrico de Plettenberg*, lineæ Schwartzbergicæ.

3 Aug. *Johanni Erneſto*, *Chriſtophoro Erhardo*, *Georgio Friderico*, & *Henrico Carolo*, Fratribus de *Bibra*, lin. *Schwabbeimenſis*.

30 Aug. *Gabrieli von Ebelingen*, cum extenſione ad Conjugem.

16 Sept. *Franciſco Wilhelmo de Mockaw*.

22 Sept. *Erneſto Chriſtiano de Reichenbach*, Cancellario Holſatico.

29 Nov. *Johanni Friderico Karg von Bebenburg*, Cancellario Colonienſi, cum privilegio adoptandi.

20 Dec. *Johanni Conrado Philippo Ignatio von Taſtungen*.

An. 1699, 16 Jan. *Carlowitzii*, in Sclavoniæ Regno, mediantibus Rege Angliæ & Hollandis, pacem concludit cum Turcis, in viginti quinque annos; ſumma eſt: Retineat Imperator Hungariam cum Transſylvania; & Turcis relinquantur *Temeswaria*, atque *Belgradum*, cum agris circumjacentibus, ad *Salankement* usque; de limitibus, inter Commiſſarios utrinque mittendos, amicè agatur. &c. Vid. *Theatr. Europ.* T. XV; h. a. pag. 518 &c. *Mercure Hiſtorique* Tom. XXVIII, p. 223; *Hartnac ad Muralium*, lib. 2, Sect. 5, p. 579; *Aufgefangene Brieffe*, Tom. 1, p. 261.

An. eod. 9 Jan. inveſtit *Georgium Ludovicum*, Electorem Brunſ. & Luneb. in perſona Dn. *Bodonis de Oberg*, & *Danielis Eraſmi de Huldenberg*, de Electoratu ſuo. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. p. 602.

An. eod. 10-20 Aug. inveſtit *Fridericum III*, Elect. Brandenburgicum, in perſona Dn. *Ottonis Magni* Com. de *Denhoff*, & *Chriſtiani Friderici Bartholdi*, de Electoratu, reliquisque feudis ſuis, aſſiſtente, nomine Agnatorum in Bareuth & Anſpach, Dn. *Perſio Theatr. Europ.* l. c. p. 549 &c.

An. eod. largitur Domui *Medicea*, Prædicatum *Celſitudinis Regiæ*.

An. eod. menſ. April. evehendo Marchionatum *Florimontanum*, ſeu *Blumberg*, in *Principatum* auget poſſeſſorem Ejus, *Philippum Ercolani*, Bononienſem, *Principis* charactere.

An. eod. *Comitum* axioma ab Eo conſequuntur, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*:

15 Jan. *Gothardus Helfridus de Weltz*, obtinendo priſtini honoris coſirmationem.

28 Jan. *Franciſcus Albertus de Rechberg*, cum facultate ſe ſcribendi: Comitem de *Rechberg & Rottenlowen*.

23 Maji *Hermannus Adolphus Philippus Erneſtus de Holtrop*.

15 Sept. *Johannes Caſimirus Kolb de Wartenberg*, in Aula Electorali Brandenburgica Purpuratorum Princeps, cum extenſione ad Conjugem *Catharinam*. Vid. *Fabri Staats-Canzley*, Tom. XIII. cap. 19, p. 798.

10 Oct. *Johannes Albertus de Barfus*, ſupremus Campi Mareſchallus laudati Electoris.

An. eod. *Baronum* dignitate illuſtriores reddit, annexo Prædicato *Wohlgebohren*:

10 Jan. *Melchiorem de Greiffenpfeil*.

18 Mart. *Johannem Georgium de Rantzow*.

3 April. *Chriſtophorum von Ohl. und Adlerscron*.

8 April. *Chriſtophorum Henricum Zeller von Etmansdorf*.

27 Dec. *Johannem Adamum Meiſch*, Legatum Onoldinum.

An. 1700, *Principum Imperii* titulos largitur: *Caſimiro Johanni Baptiſtæ & Benedicto*, de *Sapieha*, Fratribus, Lithuaniæ Magnis Campiductori & Theſaurario. Vid. Dn. *Lehman*, *Hiſtoriſche Remarques* h. a. p. 326.

An. eod. 22 Sept. ejusdem honoris participem reddit *Mariam Gertrudem*, Comitiſſam de *Berleps*, Abbatiſſam *des Engliſchen Weltlichen Stiffts der Kœniglichen Bœhmiſchen Neuſtatt Prag, vor ſich und die Nachkommende Aebtiſſinnen, mit Vereinigung des Berlepſchen, und gedachten Stiffts Wapen*; cum Prædicato *Hochgebohren*.

An. eod. Romæ & Madriti, per miniſtros ſuos, impugnat Taſtamentum, ſub *Caroli* 2, Hiſpaniarum Regis, nomine, in ſavorem *Philippi*, *Andegavenſis* Dicis, & ſic in præjudicium Domus Auſtriacæ, conditum, quod (1) diſponat de Feudis, ad Imperium omnino pertinentibus, veluti de Ducatu Mediolanenſi (2) Jura ſanguinis Auſtriacæ Gentis perturbet, (3) Pactum, an. 1555 inter *Carolum V*, Imp. & *Ferdinandum* fratrem, vi cujus, linea Hiſpanica Auſtriacæ, & hæc, verſa vice, Hiſpanicæ, extinctis, ſuccedat, confectum, hac ratione deſtruatur; (4) *Ludovicus XIV*, Galliarum Rex, uxorem ducendo *Mariam Thereſiam*, defuncti *Caroli* 2 ſororum natu maximam, ſolenni formula, juri ſucceſſionis in Hiſpaniam, pro ſe & hæredibus, inde proventuris, renunciaverit, (5) Vigore hujus renunciationis, *Joſephus Ferdinandus Leopoldus*, Princeps hæres Bavariæ Electoris, an. 1698, utpote cujus Mater, *Maria Antonia Joſepha* ex *Margaretha Thereſia*, laudati *Caroli* 2 Regis ſororum natu minori, fuerit prognata, Gallo nullatenus contradicente, Hiſpaniarum Regni hæres ſcriptus legatur, præmatura licet morte, an. 1699, 6 Febr. Teſtatore adhuc vivo, has res reliquerit &c. Vid. *Jus Auſtriacum, in Monarchiam Hiſpanicam aſſertum*, de an. 1703; aliaque ſcripta publica. Dn. *Lunigius* T. 3, *Negot. Publicor.* p. 333 &c.

An. eod. *Comitum* charactere inſignit, annectens prædicatum *Hoch-und Wohlgebohren*,

5 Febr. *Johannem Georgium*, Baronem de *Schönaich*.

7 Aug. *Samuelem Henricum*, *Ottonem Ludovicum*, *Wolfgangum Henricum*, *Chriſtianum Erneſtum*, & *Auguſtum Erneſtum* Dynaſtas *Schœnburgios*, cum facultate ſe ſcribendi: *Graffen und Herren von Schœnburg, zu Glaucha und Waldenburg, wie auch der Niedergraffſchafft Hartenſtein und Herrſchafft Lichtenſtein.*

11 Sept. *Franciſcum Joachimum Jacobum Chriſtophorum*, & *Fridericum Antonium, de Morenberg, auf Jauffen.*

Die eod. *Ottonem* L. B. de *Schwerin*, Regi Boruſſiæ à Conſiliis ſacratioribus.

16 Nov. *Godefridum Hermannum de Beuchling*, *Friderico Auguſto* Regi Poloniæ, & Electori Saxoniæ, à conſiliis ſanctioribus,

Eod. die, *Georgium Caſparum*, de *Flemming*, ſupremum Boruſſiæ Regis Campi Mareſchallum, ejusque filium, *Heinonem Henricum*.

An. eod. Ejusdem gratia, *Barones* fiunt, cum Prædicato *Wohlgebohren*,

7 Jan. *Petrus Oſwaldus Ruſchelle de Lobencron, auf Zettwitz*, cum melioratione armorum *mit 3 Helmen*,

30 Jan. *Johannes Sigismundus*, *Philippus Sigismundus* & *Wolfgangus Sigismundus, von Hesberg.*

Die eod. *Antonius Ludovicus de Pechman.*

27 Jul. *Johannes Jacobus de Kintzig.*

9 Sept. *Franciſcus Georgius*, *Godefridus Joſephus*, & *Fridericus Joſephus*, Fratres, *Fauſt von Stromberg.*

11 Sept. *Johannes Caſparus von Eſperance*, cum quatuor ſororibus *Sebaſtiana*, *Henrietta Hedwige*, *Polyxena Catharina*, & *Eliſabetha Charlotta.*

14 Sept. *Johannes Wilhelmus von Würtz und Burg.*

15 Sept. *Franciſcus Antonius von Zaninal & Jangen.*

9 Oct. *Craſſi* & *Georgius Wolfgangus de Crailsheim.*

An. 1701, 7 Sept. Hagæ Comitum fœdus offenſivum & defenſivum iuit, cum Rege & Regina Angliæ, & Hollandis, contra injuſtam Gallorum invaſionem Monarchiæ Hiſpanicæ. Vid. *Hiſtoire de la derniere Guerre d' Italie*, de an. 1703, pag. 89, in appendice. & Dn. *Theophili Donati*, *Europæiſches Tag-Regiſter*, h. a. ſub 7 Sept. p. 63 &c.

An. eod. Duce *Eugenio*, Principe Sabaudiæ, exercitum in Italiam mittit, 16 Jun. Ateſin, apud *Legnano*, ſuperantem, cæſis 9 Julii, apud *Carpium*, rurſusque 2 Sept. apud *Chiari*, hoſtibus. Vid. *Mercure Hiſtorique* T XXXI, p. 8, 14, 132, &c.

An. eod., 20 Dec. dignitate Principis decorat *Placidum*, Abbatem *Murienſem*, cum melioratione Armorum, privilegio *der Erb-Aempter*, & protectorio, nec non *Baronum* gradu, pro Ejus Familia.

An. eod. 29 Dec. Ejusdem prærogativæ participem reddit *Annam Luiſam de Föſen*, *Leopoldi*, Principis Anhalto-Deſſavienſis, conjugem, Prædicato *Hochgebohren*, annexo; Conf. *Europ. Herold* Tom. I, part. 2, cap. 15, pag. 535.

An. eod. Charactere *Comitum*, cum Prædicato *Hoch-und Wohlgebohren*, honeſtat:

20 Jan. *Philippum Carolum de Willich & Lottum.*

12 Mart. *Johannem Wenceslaum*, *Wenceslaum Ignatium*, *Georgium Bernhardum*, *Franciſcum Ignatium*, *Wenceslaum Adelbertum* & *Franciſcum Carolum*, Comites *Wratislavios* de *Mittrowitz*, priſtinos honores eis confirmando.

2 Aug. *Georgium Wilhelmum*, *Johannem Chriſtophorum*, *Johannem Rudolphum* & *Annam Sabinam*, *Hedwiger*, cum mutatione nominis in *Sponeck.*

5 Aug. *Johannem Philippum*, Equitem Melitenſem, Commendatorem Würtzburgicum, Magnumque Priorem Daciæ; *Melchiorem Fridericum*, Imperatori à conſiliis Sanctioribus & cubiculo; & *Johannem Erwinum*, Moguntino Electori à Conſiliis intimioribus, & præfectura Venationum ut & Steinheimenſi; Barones de Schœnborn, *auf Reigelsberg*, *Heppenheim &c.* moderni Electoris Moguntini, Fratres; cum privilegio, quod non uſus non præjudicet.

31 Aug. *Johannem Wilhelmum*, *Chriſtianum Sigismundum* & *Caſimirum Henricum*, Comites *de Wurmbrand*, cum dignitate *des Reichs-Graffenſtandtes.*

An. eod. *Baronum* titulos concedit cum, Prædicato *Wohlgebohren:*

8 Jul. *Alexandro de Herdenheimb.*

1 Aug. *Paulo de Fuchs*, Miniſtro Status Regis Boruſſiæ.

3 Aug. *Ottoni Hermanno de Tecklenburg.*

10 Oct.

10 Oct. *Dieterico ab Erichholtz.*

29 Oct. *Thomæ Balthaſaro von Ieſſen*, Regi Daniæ à conſiliis intimioribus.

16 Nov. *Franciſco Philippo von Eſpallart.*

N. Heyſſio de Rockenheim, Miniſtro Moguntino Pariſiis.

An. 1702, 15 Aug. duce *Eugenio Sabaudio*, cædit 7000 Gallorum, captis 2000, apud *Luzzaram*. Vid. *Mercure Hiſtorique*, T. XXXIII h. a. pag. 238 &c.

An. eod. ſub auſpiciis *Joſephi*, Romanorum Regis, ope Fœderatorum, 10 Sept. eripit Gallis *Landaviam*. Vid. *Mercure Hiſtorique* l. c. pag. 319; infauſtior erat conflictus *Ludovici* Badenſis, cum Marchione de *Villars*, apud *Fridlingam*, haud procul *Huninga*, 14 Oct. Vid. *Mercure* l. c. pag. 501, 513, 525; præter quod Galli 17 Sept. in Italia potiti ſint *Guaſtalla*; l. c. pag. 367 ad 376, Eorumque fœderatus, Elector Bavariæ, ad deditionem compulerit, 8 Sept. *Ulmam*, l. c. p. 322, *Memmingam*, menſ. Oct. p. 397; *Lauingam*, &c. Fœderatis contra 23 Sept. *Venloam* 4 Oct. *Stephenswerdam*, 6 Oct. *Rurmundam*, & 23 Oct. Caſtellum *Leodienſe*, expugnantibus. Vid. l. c. pag. 347, 348, 386; 445, 448, 466 & 584.

An. eod. *Comitum* dignatione, addito Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*, ſublimat:

12 April. *Sebaſtianum Franciſcum*, Baronem de *Thurn & Taxis.*

20 April. *Maximilianum Carolum*, Comitem de *Lœwenſtein & Wertheim*, priſtinos honores ei confirmando.

25 Jul. *Ferdinandum Andream*, Baronem de *Wiſer*, Electoris Palatini Vice-Cancellarium.

28 Julii, *Chriſtophorum Henricum*, Baronem *de Gahlen.*

12 Aug. *Georgium von Werther, auf Beichlingen, Frohndorff, Neuenheilingen & Kroppen*, S. R. J. *Erb-Cammer-Thürhüter*, Regi Poloniæ & Electori Saxoniæ, *Friderico Auguſto*, à conſiliis ſecretioribus, cum melioratione Inſignium. Conf. *Hiſtoria des Uhralten Geſchlechts der Graffen und Herren von Werther*, Edit. Lipſ. 1703, Tab. XX, pag. 94.

25 Sept. *Henricum L. B. Frieſen.*

3 Oct. *Franciſcum de Neſſelrode & Reichenſtein*, cum privilegio ſe ſcribendi *Graffen von Neſſelrode & Reichenſtein*, aut Reichenſtein tantum.

20 Dec. *Adamum Henricum de Steinau*, Campi Mareſchallum Regis Poloniæ & Electoris Saxoniæ.

Eod. die, *Johannem Franciſcum Rudolphum de Steinau.*

An. eod. *Barones* ab Eo creantur, cum Prædicato *Wohlgebohren*,

17 Mart. *Suſanna Eliſabetha Jacquemin*, *Jeremiæ* de *Chauvet*, Campi Mareſchalli quondam *Georgii Wilhelmi*, Ducis Brunſ. & Luneb. & poſtea Electoris Saxoniæ, *Johannis Georgii IV*, ex ſorore neptis.

5 Maji, *Johannes Melchior*, *Godefridus Ignatius*, *Henricus Franciſcus Xaverius*, & *Joſephus Dominicus de Wiſer.*

4 Dec. *Johannes Franciſcus de Funck.*

An. 1703, 12 Sept. ſolenni ceremonia, declarat filiorum natu minorem, *Carolum*, legitimum Regem Hiſpaniarum, una cum natu majori, *Joſepho*, juribus ſuis Ei cedendo. Vid. *Europ. Herold* T. I, part. 2, cap. 1, p. 412; *Mercure Hiſtorique*, Tom. XXV, h. a. menſ. Octob. pag. 378 &c. & 453 &c. ubi literæ Imperatoris, 13 Sept. ad Portugalliæ Regem deſuper datæ, & pag. 499, ubi aliæ, ſub dato 12 Sept. ad Reginam Angliæ.

An. eod. durante Bello Gallo-Hiſpano-Bavarico, in ordinem redigit 17 Mart. *Neumarcam*; Vid. *Mercure*, Tom. XXXIV, p. 396; *Freiſtadium & Neuſtadium*, pag. 397; *Chamum* in Superiori Palatinatu, 3 Oct. l. c. Tom. XXXV, p. 466, & *Ambergam* 29 Nov. l. c. pag. 615, 688; Rege Boruſſiæ, 9 Febr. *Rhinbergam*, ad deditionem compellente, l. c. Tom. XXXIV. pag. 161 & 227; Exercitu Fœderato, *Johanne Marlborughio* Imperatore, cedentibus *Bonna*, 15 Maji; l. c. pag. 580 &c. *Huja* 25 Aug. l. c. Tom. XXXV, p. 215 &c. *Limburgo*, 27 Sept. l. c. pag. 337 &c. Bavari contra 3 Febr. *Neuburgo ad Danubium*, potiuntur, l. c. Tom. XXXIV, p. 281 &c. pariter & *Ratisbona*, 7 April. l. c. pag. 474. & *Auguſta Vindelicorum*, 14 Dec. l. c. Tom. XXXVI, pag. 63 &c. Gallis, ex altera parte, 9 Mart. Fortalitium *Kehl*, è regione Argentorati, recuperantibus l. c. Tom. XXXIV, p. 358, 385, 408 & 409, nec non *Kinzingam* l. c. pag. 389; *Tongriam*, in Epiſcopatu *Leodienſi*, 11 Maji, Duce *Villeroyo*, l. c. pag. 567 & 568; *Briſacum* in Alſatia, 6 Sept. ductu *Ludovici*, Burgundiæ Ducis, l. c. Tom. XXXV, p. 392 &c. (quamvis ejus Præfectus, Comes de *Arco* ex ſententia Bellici Senatus, *Brigentiæ* convocati, 16 Febr. 1704, ad enſem propterea fuerit condemnatus, executione, biduo poſt, in effectum deducta,) & *Landaviam*, 17 Nov. l. c. p. 626, 642, 650 &c. *Berſillo* in *Parmenſi* Ducatu, jam 26 Julii, *Vindocinenſi* Duci portas pandente, l. c. pag. 141; præter quod 30 Jul. apud *Eckeren*, in Brabantia, *Bouſflerius*, Dn. *Obdamium*, Ejusque copias, male habuerit; l. c. Tom. XXXV, p. 159, & 215 &c. & Comes de *Styrum*, 25 Sept. haud procul *Nordlinga*, à Mareſchallo de *Villars*, fuerit profligatus l. c. p. 381; Mareſchallo de *Tallard*, apud *Spirbachium*, laboranti *Landaviæ* auxilio venturos, 15 Nov. acerba clade caſtigante, l. c. pag. 615, 639.

An. eod. 12 Dec. Inſignia & titulos *Comitis* impertit *Johanni Erneſto*, Baroni de *Metſch* cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*, & privilegio de non uſu non præjudicando.

An. eod. 18 Aug. In numerum *Baronum* recipit *Johannem Adolphum de Lembruch*, *Unter-Oeſtreichiſchen Landſchaffts Verordneten*, cum ſimili privilegio, & Prædicato *Wohlgebohren.*

An. 1704, auxilio Fœderatorum, *Ludovico Badenſi*, *Eug-*

Eugenio Sabaudo, & *Marlboroughio*, Ducibus, potitur 2 Jul. *Schellenberga*, haud procul *Donawerda*, jactura 8000 Gallo-Bavarorum, qui montem tuebantur, dedita ipſa *Donawerda*, Vid. *Mercure Hiſtorique* Tom. XXXVII, h. a. p. 42 &c. 52 &c. Memorabiliori Clade, 13 Aug. apud *Hochſtadium*, *Dillingam* inter & *Donawerdam*, eosdem profligat, cæſis decem eorum millibus, captisque in Pago *Plintheim*, 16000, una cum ipſo Mareſchallo de *Tallard*. Vid. l. c. pag. 160, 228 &c. 242 &c. 270 &c. Victoriam duplicem coronavit *Thüngius*, 10 Sept. ad deditionem compellens Ulmam, Gallo-Bavaris infeſſam l. c. pag. 300 &c. cui Generalis *Herbevillius*, 28 Oct. *Straubingam* & *Paſſavium* addidit; l. c. pag. 521 ad 524; ſecutis 29 Nov. *Kuffſteinio*, 7 Dec. *Ingolſtadio*, *Kelheimio*, *Landshuto* locisque Bavariæ reliquis; *Ratisbona*, *Auguſta Vindelicorum*, *Memminga*, *Campduno &c.* ab iisdem liberatis; *Marlbourghio* interea, 29 Oct. *Trevirim* intercipiente l. c. p. 542; *Landavia*, 24 Nov. ſub Præfecto Dn. de *Laubanie*, præſcriptas ſibi à Potentiſſimo Romanorum Rege, *Joſepho*, redditionis Leges ſalutante, l. c. pag. 409, 529, 624 & 692; *Trarbaco*, fortiſſimo Principi Caſſellano, *Friderico*, 18 Dec. pandente portas, l. c. pag. 696 &c. & Tom. XXXVIII, p. 156 &c.

An. eod. 28 Aug. in compenſationem ſtrenuè, adverſus Imperii hoſtes, Gallo-Bavaros, navatæ operæ, in numerum Imperii Principum refert *Johannem*, Ducem de *Marleborugh*, Potentiſſimæ Anglorum Reginæ copiarum, laboranti Germaniæ, auxilio miſſarum, Imperatorem.

An. eod. 15 Mart. *Comitem* creat *Adamum Fridericum Von Tramp*, Supremum copiarum Daniearum auxiliarum Locumtenentem, cum Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*.

Eod. menſ. axioma *Comitis Imperii* impertit *Theodoro Alexiowitz Golowin*, Moſchorum Magno Cancellario, & Thalaſſiarchæ.

An. eod. *Baronibus* aggregat, cum Prædicato *Wohlgebohren* :

3 Jan. *Petrum Antoninum de Hillerant, & Prandau*.

7 Jan. *Henricum Von und zu Thann*, cum titulo Conſiliarii Aulici Imperialis, & ſalva guardia.

14 Mart. *Franciſcum Martinum*, & *Franciſcum Antonium* de *Steinbach*, cum privilegio, de non uſu non præjudicando.

16 April. *Johannem Paulum*, *Johannem Carolum*, *Johannem Baptiſtam*, *Johannem Horatium*, & *Johannem Joſephum*, fratres *Bartholotti*, cum facultate ſe ſcribendi *Von Parthenfeld*.

v. (5) Obiit tandem Sacratiſſimus Imperator an. 1705, 5 Maji, æt. 64 annor. 10 Menſ. 26 dier. Vid. *Mercure Hiſtorique* Tom. 38, h. a. pag. 500 &c. *Samuel Groſſerus*, *in Immortali nomine Divi Leopoldi*, in Gymnaſio Gorlicenſi *propoſito & commendato*, an. 1705; *Theophilus Donatus*, *im Europaiſchen Tag-Regiſter*, anni 1705, ſub menſe Majo, p. 41 &c. *Neubeſtellter Agent von Hauſs aus; in der Zehenden depeche der Erſten Fontion*, §. 167, p. 928 &c. Dn. *Hübner Tab. Geneal.* §. 31 & 127, & 129.

(49) JOSEPHUS.

v. (1) Vitalem auram hauſit, an. 1676, 26 Julii. St. N. dictus *Joſephus*, *Jacobus*, *Ignatius*, *Johannes*, *Antonius*, *Euſtachius*, Patre *Leopoldo* Imperatore, & *Eleonora Magdalena*, Electoris Palatini filia, Matre. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XI, h. a. pag. 1338, *Diar. Europ. Contin. XXXVII* h. a. pag. 224; Dn. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 1, cap. 1, §. 4. p. 6; *Europ. Herold*, Tom. 1, p. 135; Dn. *Schowart Obſervat. Hiſt.* cap. 1, §. 16, p. 32; *Hartnac ad Micralium* lib. 2, Sect. 5, p. 549; Dn. *Hübner*, Tab. Geneal. §. 31 & 127 & 129; *Morery*, voc. *Leopold I Empereur*, p. 332, & voc. *Auſtriche*, pag. 320, perperam ponit 27 Julii.

v. (2) Nuptias celebravit 5-15 Januar. an. 1699, *Modenæ*, pronubo *Rinaldo*, Duce Modenæ, accedente poſtmodum 24 Febr. Papalis Nuncii Benedictione, *Viennæ*, cum *Wilhelmina Amalia*, fil. *Johannis Friderici*, Ducis Brunſuic. & Luneb. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XV, h. a. pag. 542 ad 546, & 686; Dn. *Henricus Meibomius*, in Diſſertatione Hiſtorica, *de Sereniſſima Domus Brunſuico-Luneb. adfinitatibus Auguſtis*, an. 1699, Dn. *Danieli de Neſſel* inſcripta; Dn. *Caſpari Corberi*, Oratio Panegyrica, in auſpicatiſſimum hoc connubium, h. a. *Helmſtadii* habita; Panegyricus, iisdem nuptiis in laudata Julia, an. 1699, prid. Cal. Mart. à *Johanne Franciſco Capellini de Wickenberg*, dicto *Stechinelli* dictus; Dn. *Johannis Rempen*, Theologiæ quondam Hildeſii, nunc Helmſtadii Philoſophiæ, Profeſſoris, *Oda nuptialis*, in honorem ejusdem conjugii adornata; *Hartnac ad Micralium*, lib. 2, Sect. 5, p. 580; *Mercure Hiſtorique* Tom. XXVI, pag. 166 &c. Dn. *Hübner* ll. cc. Nummum, in rei memoriam cuſum, exhibet Dn. *Lehman*, *in den Hiſtoriſchen Remarquen* h. a. pag. 240; inſcriptio talis eſt: *Matrimonio contracto inter Joſephum, Romanorum Regem, Auguſtum, & Wilhelminam Amaliam Princ. Brunſuic. & Luneburg. Mutinæ, 15 Januar.* 1699. *Quod felix fauſtumque ſit. Vota Hanoverana.* In poſtica cernitur Neptunus, cum cornu copiæ, anchoram dextra tenens, cujus cuſpidi aquila inſidet, inferius labente Danubio, prominentibus vinetis, paſtoribus oves paſcentibus, & campis frugum feracibus; à latere conſpicitur *Vienna*, imminente ſole, à dextris cadente pluvia, & à ſiniſtris apparente iride, addita epigraphe: *Accepto præbet ſpem lumine Terris.*

v. (3.) Liberi Eorum ſunt:

(1) *Maria*, *Joſepha*, *Benedicta*, *Antonia*, *Thereſia*, *Xaveria*, *Philippina*, nata 1699, 8 Dec. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XV, h. a. pag. 687; Dn. *Hübner Tabb.*

Gene-

Geneal. 117 & 129. *Mercure Hiſtorique* Tom. XXVIII, pag. 57.

(2) *Leopoldus, Joſephus, Johannes, Thaddeus, Antonius, Narciſſus, Ignatius, Xaverius, Philippus*, nat. 28 Oct. an. 1700, paulo ante mediam noctem. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 721; Dn. *Hübner* l. c. ponit 29 Oct. ſicut & Dn. *Theophilus Donatus*, *im Europæiſchen Tag-Regiſter*, ad an. 1701, 4 Aug. pag. 32; ſimul notantes, Principem hunc an. 1701, 4 Aug. ad plures iterum abiiſſe; *Mercure Politique & Hiſtorique*, Tom. XXIX, p. 506, malè nativitatem in 30 Oct. rejecit; in quam variæ proſtant Inſcriptiones.

(3) *Maria, Amalia, Joſepha, Anna, Thereſia, Cordula*, nat. 22 Oct. 1701, vid. D. *Hübner* ll. cc. *Mercure Hiſtorique* Tom. XXXI, pag. 508; Dn. *Donatus* l. a ad an. 1701, pag. 44, id refert in 23 Oct.

v. (4) Inter Geſta Sacratiſſimi Principis referendum, quod *An.* 1687, 9 Dec. hæreditarius Hungariæ Rex fuerit inauguratus. Vid. præced. vita *Leopoldi* Imp. v. 4, ad an. 1687, pag. 779.

An. 1690, 14-24 Januar. Auguſtæ Vindelicorum, unanimi Electorum conſenſu, eligitur Rex Romanorum, biduo poſt, ibidem coronatus, *Anſelmo Franciſco*, Moguntino Archi-Epiſcopo, Conſecratore. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XIII, ad hunc annum, p. 1137 &c. *Rathliches Bedencken, worzu, bey fürgegangener Wahl des Römiſchen Kœnigs Joſephi, geſampte Reichsſtænde berichtiget*, de an. 1690; *Sigismundi Ferrarii Wahl- und Crœnungs-Solennitæten Joſephi, des Rœmiſchen Kœnigs*; de an. 1690; Dn. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 1, c. 1, §. 4, p. 6. *Hartnac ad Micralium* lib. 2. Sect. 5. pag. 563; *Schowart. Obſervat. Hiſt.* cap. 1; §. 16, p. 32. Capitulatio, quam *Ahasverus Fritſchius* adnotamentis, an. 1691, Lipſiæ; & *Ditericus von Gülich*, illuſtratione (*Erleuterung*) Francofurti, an. eod. impreſſis, donarunt, extat in *Theatr. Europ.* l. c. pag. 1140 &c. nec non apud *Ferrarium*, l. c. pag. 153 &c. Dn. *Johannem Chriſtianum Muldener, in Capitulatione Harmonica*, p. 14 &c. alibique.

An. 1702, 16 Sept. eripit Gallis *Landaviam*. vid. Vita *Leopoldi* h. a.

An. 1704, 24 Nov. denuo potitus *Landavia*, anno ſuperiori à Gallis recuperata. Vid. l. c. ad h. a.

An. 1705, 5 Maji, extincto Parenti, tanquam electus Romanorum Rex, in Imperio ſuccedit, datis tamen, Electoribus *Moguntino, Trevirenſi, Saxoni, Brandenburgico & Palatino*, (*Colonienſi & Bavaro*, pro hoſtibus Imperii tunc habitis; *Bohemo* ad Imperii negotio parum adhuc concurrente, *Brunſuicenſi & Luneburgenſi*, in Collegium nondum introducto) hiſce Reverſalibus:

Wir Joſeph von Gottes Gnaden, Erwehlter Rœmiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Ungarn, Bœheimb, Dalmatien, Croatien, und Sclavonien Kœnig, Ertz-Herzog zu Oeſterreich, Herzog zu Burgund &c. bekennen offentlich, als dem allweiſen GOtt, nach ſeinem heiligen unerforſchlichen Willen, gefallen, den 5 Maji, *lauffenden Jahrs, den Allerdurchleuchtigſten, Groſsmæchtigſten, und Unüberwindlichſten Furſten, Herrn Leopoldum, Rœmiſchen Kayſer, &c. Unſers Gnædigen und geliebten Herrn und Vater Majeſt. und Ld Glorwürdigſter Gedæchtniſs, auſs dieſe Zergænglichkeit, unſerer trœſtlichen Zuverſicht nach, zu ſich in die immerwæhrende Freude zu erfordern, mithin, vermœg unſerer, durch des H. R. Reichs Churfurſten, den 24 Jenner 1690, einhellig ergangener Wahl, zum Rœmiſchen Kœnig, und künfftigen Kayſer, nachdem von uns erfülltem vollkommenen Alter, nunmehro das Rœmiſche Kayſerthumb, ſamt deſſen wircklichen Verwalt- und Regierung, auf Uns gediehen iſt, daſs zu derer gewiſſer und glücklicher Antrett- und Führung, næchſt inbrünſtiger Anruffung Gœttl. Hülffe, Wir ſtracks anfangs, die von Uns denſelben* 24 Januarii, *erwehnten Jahrs, unterzeichnete, und beſchworene* Capitulation, *als Unſere ungezweiffelte Richtſchnur, vorgenommen, und mit der darauf den* 27 Januar. *gefolgten, und Uns ſchrifftlich auſsgehændigten Churfürſtlichen anderweitiger Erklærung, wiederumb reifflich erwogen haben: Zu mehrer Bezeigung demnach Unſers Kayſerlichen Gemüths, und beſtændigen Vorſatzes, ſothaner unſerer Wahl-* Capitulation *jederzeit ein vœlliges Genügen zu leiſten, haben Wir unſern lieben Neven, Brüdern, Vettern, Oheimen und Churfürſten, vor ſich, und das H. R. Reich, abermahls deutlich, und aufs verbündlichſte, gereden, geloben, und verſprechen wollen; thun es auch hiemit, und in Krafft dieſes Brieffs, bey Unſern Kayſerlichen Ehren, Würden und Worten, im Nahmen der ewigen Wahrheit, und bey Wiederholung des von Uns zu GOtt, und dem H. Evangelio, geſchwornen leiblichen Aides, alles und jedes in unſerer Wahl-* Capitulation *auſsgedrücket, ſtet, veſt und unverbrüchlich zu halten, deme treulich nachzukommen, darwieder nicht zu ſeyn, zu thun, noch zu ſchaffen, daſs gethan werde; darwieder auch keine Behelff, oder Auſsnahm,* diſpenſation, abſolution, *oder andere Gutthaten, Geiſt. oder Weltlichen Rechten, wie die Nahmen haben, auſszuſinnen, anzunehmen, oder zu gebrauchen, in einige Weiſs oder Wege, wie die mœchten erdacht werden. Zu deſſen wahrer Urkund, haben Wir dieſen Brieff eigenhændig unterſchrieben, und Unſer Kayſerlich Secret-Inſiegel anhangen, auch, nach jetziger Bewandniſs des Churfürſtlichen* Collegii, *darob fünff gleichfœrmige* Exemplaria *fertigen laſſen, ſo alle gegeben ſeynd, In Unſerer Statt Wien, den 6 Maji, An.* 1705, *Unſerer Reiche, des Rœmiſchen im XVI, des Ungariſchen im XVIII, und des Bœmiſchen im I, Jahre.*

Joſephus.

(L. S.)

Maximilian Adam *Graff von Waldſtein.*

Ad mandatum S. Cæſ. Maj. proprium
C. F. Consbruck.

 Repe-

Reperiuntur etiam, *in des Neubeſtellten Agenten von Hauß aus, zehenden Depeche, der Erſten Fonction*, p. 937 &c. Ejusdem meminit *Donatus*, *im Europæiſchen Tag-Regiſter*, An.1705, die 6 Maji, p.44 &c.

An. eod. Reſcripto, de 20 Maji, reſtituit *Donawerdam* in priſtinum ſtatum, reddens ei Comitiorum jura, quibus olim gaviſa noſcitur. Vid. *Antonii Fabri Staats-Canzley*, Tom.X, cap.7, pag.280 &c. Conf. *Donatus* l.c. die 9 Junii, p.53.

An. eod. 8 Junii, exigit, per *Maximilianum Carolum* Com. de *Lœwenſtein*, Monachii, homagium à Bavariæ Ordinibus. Vid. *Donatus* l.c. die 8 Junii, p.53; & 22 Sept. ab Auſtriacis, l.c. hoc die, p.96.

An. eod. 16 Aug. *Eugenio* Sabaudo duce, fundit, ad *Addam fl.* Italiæ, 6000 Gallorum; mirum dictu, cæſos deſuper hymnum, *Te Deum laudamus*, decantaſſe; ob non majorem forſan ſuorum jacturam.

An. eod. à variis Imperii Civitatibus, homagium exigit, veluti 7 Sept. à *Norinberga*, per laudatum Comitem *Lœwenſteinium*; *Francofurto ad Mœnum*, menſ. Oct. per *Fridericum Erneſtum*, Com. Solmenſem; *Ratiſbona*, 19 Nov. per Cardinalem *Lambergium*, Principalem ſuum Commiſſarium in Comitiis; *Colonia Agrippina*, 23 Nov. per Cardinalem Ducem Saxo-Zizenſem &c.

An. eod. 14 Nov. ſollenni diplomate declarat *Johannem*, Ducem de *Marleborough*, Principem Sacri Romani Imperii, cum extenſione ad Liberos hæredesque legitimos, maſculini pariter & fœminini ſexus; annexo Prædicato; *Illuſtriſſimi, Dilectionis & Conſanguinei ſui Chariſſimi*, & melioratione armorum, *Aquila Imperiali*. Legitur illud *in der Erhœbung Herzogs Johannis von Marlborough, in den Reichs-Fürſten-Stand*, pag.8 &c. nec non *in der zweyten Function des Neubeſtellten Agenten von Hauß aus, in der Dritten Depeche*, p. 189 &c.

An. eod. 17 Nov. in Ejusdem favorem, evehit Comitatum *Mindelheimenſem* in *Principatum*, feudali lege in Eum collatum. Vid. Diploma Cæſareum, in dicta Hiſtoria Exaltationis Marlborugianæ, p.17 &c.

An. eod. in numerum Comitum cooptat, addito Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*.

13 Junii, *Auguſtum Chriſtophorum von Wackerbart*, *Auguſti*, Poloniæ Regis, ſupremum tunc Vigiliarum Præfectum, conf. *Donatus* l.c. in fine *Auguſti* p.90.

1 Aug. *Eberhardinam Wilhelminam Jacobam*, Baroniſſam de *Weede*, *Lebrechti*, Principis Anhalto-Bernburgici Conjugem, cum privilegio ſigillandi cerâ.

14 Sept. *Chriſtophorum de Almeſloe.*

3 Oct. *Johannem Baptiſtam de Neidhart.*

20 Nov. *Auguſtum Ferdinandum von Pflug*, cum privilegio adoptandi.

1 Dec. *Johannem Philippum de Stadion.*

Maximilianum Franciſcum L. B. de Seinsheim.

An. eod. Baronum titulos ab Eo conſequuntur, cum Prædicato *Wohlgebohren.*

12 Sept. *Johannes Franciſcus Capellini*, dictus *Stechinelli*, cum facultate ſe ſcribendi: *von Wickenburg.*

17 Sept. *Franciſcus Ferdinandus de Rumel*, Epiſcopus Viennenſis, Ejusque fratres *Franciſcus Wolfgangus, Fridericus Ludovicus, Johannes Carolus, & Wilhelmus Ludovicus*, cum extenſione ad liberos.

28 Oct. *Fridericus Wilhelmus de Buerricke.*

25 Nov. *Godefridus Joſephus de Hentſchel & Gutſchdorff.*

7 Dec. *Ignatius Antonius de Otten.*

16 Dec. *Joachimus Henricus, Thomas Chriſtianus, Cuno Joſua, Johannes Otto, & Wilhelmus Ditericus*, Fratres de *Bülow*, *Pauli Joachimi*, *auf Abbenſon*, *Seelſe & Gœddenſtett*, filii, cum privilegio ſe nominandi: *Frey und Edle Panner-Herren.*

An. 1706, 19 April. conſenſu Electoralis Collegii, jam 27 Nov. 1705 dato, declarat *Joſephum Clementem*, Archi-Epiſcopum Electorem *Colonienſem*, ſimulque Epiſcopum *Leodienſem*, & *Ratiſbonenſem*, & electum *Hildesheimenſis* Coadjutorem; Ejusque fratrem, *Maximilianum Emanuelem*, Electorem Bavariæ, tanquam Patriæ hoſtium, Gallorum, Fautores & Auxiliatores, in bannum Imperii. Vid. *Antonius Faber*, Tom. XI, *der Staats-Canzley*, cap.XI, pag.608 &c. *Mercure Hiſtorique & Politique*, Tom.XL, p.614. *Bericht, mit was vor Solennitæten Ihro Kayſ. Maj. die beyde Brüder, Churfürſten von Cœlln und Bayern, in der Kayſerl. Reſidentz-Statt Wien, den 29 April.* 1706, *und in der Statt Regenſpurg, den 11 Maji,* 1706, *in die Kayſerliche und des H. R. Reichs Acht und Ober-Acht, offentlich erklæren laſſen*; an. 1706. It. *Anzeige der Juſtitz und Legalitet der Kayſerl. Achts-Erklærung der geweſenen Churfürſten zu Cœlln und Bayern*; de an. 1709, §. 1.

An. eod. mediante Commiſſionis decreto, de 20 Maji, procurat *Johannis*, Ducis de *Marlborough*, tanquam *Principis Mindelheimenſis*, Introductionem ad votum & ſeſſionem, in Collegio Principum Imperii; factam 22 Nov. per Vice-Mareſchallum Imperii, Dn. *Chriſtianum Erneſtum* Comitem *Pappenheimium*, in perſona Dn. *Chriſtophori Schraderi*, Sereniſſimo & Potentiſſimo Electori Brunſuic, & Luneb. à Legationibus ſecretioribus; Vid. *Antonius Faber* l.c. cap. VIII, p.349 &c. *Erhœbung Herzogs Johannis von Marlborough in den Reichs-Fürſten-Stand*, cap.7,8,9 & 10, p.22 ad 62. *Neubeſtellter Agent von Hauß aus, zweyte Function, Siebende Depeche*, §. 289, p.630 &c.

An. eod. 10 Jul. dignitatem *Principis* largitur *Franciſco Antonio*, Comiti de *Harrach*, dimiſſo Epiſcopatu Viennenſi.

An. eod. vario Marte, cum ſibi Fœdere junctis, in Germania, Belgio & Italia, adverſus Gallos, eorumque

que

que ſocios, bella ſgerit. Summa eſt; Elector Bavariæ & Mareſchallus de *Villeroy*, apud *Rammelium*, in Brabantia, 23 Maji, acerba clade, à Duce *Marlboroughio*, profligantur; *Mercure* Tom. 40, p. 584 &c. 631, 638; *Neubeſtellter Agent von Haus aus*; *Zweyte Function, Fünffte Depeche*, p. 467. *Oſtenda* Gallis 6 Jul. erepta; *Mercure* Tom. 41, pag. 107; nec non 22 Aug. *Meninum* l. c. pag. 233 & 338; *Dendermonda*, 5 Sept. l. c. pag. 341 &c. *Eugenius* Sabaudus eosdem 5 Aug. pellit *Carpio*, & *Corregio* l. c. pag. 258; & 13 Aug. *Regio* l. c. pag. 259; junctus poſtea Sabaudiæ Duci, laboranti *Turino*, 7 Sept. ſuccurrens, Aurelianenſis Ducis Caſtra, ad internecionem cædit, captis centum amplius tormentis majoribus, ipſoque Franciæ Mareſchallo *Marſino*, ex vulneribus paulo poſt extincto; *Mercure* l. c. pag. 350 &c. 381 &c. Victoriam ſecuta eſt 24 Sept. ſubjectio Civitatis & Ducatus *Mediolanenſis* per Comites *Johannem*, *Paptiſtam Scotti*, & *Ubertum Stampa*, laudato Allobrogum Duci, nomine Cæſaris, declarata; l. c. pag. 412 &c. Addidit *Eugenius* Princeps *Alexandriam*, 21 Oct. l. c. *Pizzighitone*, 29 Oct. l. c. pag. 512; menſe Novembri, Caſtrum *Aſti* l. c. pag. 597; & 29 Nov. Caſtrum *Tortonam*, l. c. Tom. 42, pag. 21; *Caſalia*, 6 Dec. Sabaudo portas pandente; l. c. pag. 21 &. Verſa vice, infeliciori Fato, idem Princeps 19 April. inter *Montechiari & Calcinato*; congreſſus eſt cum Duce Vindocinenſi; *Mercure* Tom. 40, pag. 488; nec majori fortuna 9 Sept. occurrit Haſſorum Princeps, *Fridericus*, Comiti *Medavio*, inter *Caſtiglione delle Stivere*, & *Guidiazzolo*, l. c. Tom. 41, p. 382; præter quod *Hagenoënſe* præſidium jam 12 Maji, ab hoſtibus ad deditionem fuerit compulſum. l. c. Tom. 40, p. 577 & 614.

An. eod. 14 Dec. inveſtit *Antonium Ulricum*, Ducem Brunſuic. & Luneb. tanquam Familiæ ſeniorem, in perſona Domini Baronis ab *ImHoff*, nomine totius Sereniſſimæ Domus, comparentem de Feudis ſuis.

An. eod. ad dignitatem *Comitum* evehit, annexo Prædicato *Hoch- und Wohlgebohren*:

20 Febr. *Georgium Wilhelmum von Werther*;

1 Mart. *Adamum Guſtavum de Flodroff.*

29 Mart. *Alexandrum de Wartensleben*, ſupremum Boruſſiæ Regis Campi Mareſchallum.

10 Jul. *Reinhardum de Hompeſch*, ſupremi Campi Mareſchalli Cæſarei Locumtenentem, cum privilegio adoptandi. Conf. *Mercure* Tom. 40, p. 42.

9 Sept. *Johannem Fridericum*, *Fridericum Sigismundum*, *Johannem Sigismundum*, Barones de *Schalsberg*.

An. eod. Characterem *Baronem* impertit, addito Prædicato *Wohlgebohren*:

12 Mart. *Hannibali Hermanno de Schmertzing.*

21 Mart. *Johanni Matthæo de Maurer.*

26 Mart. *Rudolpho Caſparo de Schlenthal.*

17 Maji, *Ferdinando Hermanno de Schlicking-Homburg* cum privilegio, quod non uſus non præjudicet.

10 Jul. *Johanni de Honſtein*, cum Privilegio adoptandi.

19 Nov. *Johanni Georgio*, & *Johanni Wolfgango*, Fratribus de *Pellet & Hundt.*

31 Dec. *Johanni Georgio Seiffert von Edelsheim.*

An. 1707, 2 April. *Eugenio* Sabaudo duce, recuperat *Mantuam*, *Cremonam*, *Sabionettam*, *Mirandolam*, locaque alia, à Gallis derelicta. *Mercure* Tom. XLII, p. 491 & 492.

An. eod. 16 April. inveſtit *Fridericum*, Boruſſiæ Regem, in perſona Dn. Baronis de *Bartholdi*, de Comitatu *Moers*, charactere *Principatus* donato. *Mercure* l. c. p. 511; *Neubeſtellter Agent von Hauß aus*, Tom. 2, *Elffte* Depeche, §. 341, p. 1013;

An. eod. 7 Aug. Duce Comite *Martinizio*, in fidem accipit *Neapolim*, centum annorum Principe, *Monteſarchio*, nomine publico, claves offerente; Pro-Rege, Duce *Eſcalona*, *Gaëtam* aufugiente. *Mercure* Tom. XLIII, p. 129 &c.

An. eod. 21 Aug. St. V. in pago *Alt Ranſtatt*, prope *Lipſiam*, tranſigit cum Rege Sueciæ, quoad Religionem Evangelicam in Sileſia, per Dei Gratiam, in integrum reſtitutam. Vid. *Mercure* l. e. pag. 415, &c. *Antonius Faber*, Tom. XII *der Staats-Cantzley*, p. 106.

An. eod. titulos *Comitum*, cum Prædicato *Hoch-und Wolgebohren*, concedit:

Menſe Februario, *Franciſco Rudolpho Welzecky*, Baroni de *Dubensko majori*, & *Petersdorff*, Cubiculario ſuo.

17 Dec. *Johannes Caſimiro Kolbio*, Comiti *Wartenbergio*, indulget characterem *Comitis Imperii*, evehendo Dynaſtiam *Wartenberg*, aliasque ei annexas terras, in *Comitatum Imperialem*, additis privilegiis (1) recipiendi Judæos, qui, ſine Ejus conſenſu, ſubditis ſuis nihil mutuo dare valeant, (2) cædes committentes ſuſcipiendi; (3) cudendi monetam, auream & argenteam, (4) ~~exemtionis à Judiciis~~ Rothwilano & Weſtphalicis, (5) muniendi, armorum, aperturæ, Fiſci, Auſtregarum & avocandi; (6) quod non uſus non præjudicet &c. Vid. *Faber* l. c. Tom. XIII, cap. 19, p. 797 &c.

An. eod. in numerum *Baronum* cooptat, cum Prædicato *Wohlgebohren*,

12 Jan. *Johannem Adolphum Schenck de Nydeck.*

23 Mart. *Petrum du Boys de Tournelle.*

An. 1708, 23 Junii, inveſtit *Johannem Wilhelmum*, Electorem Palatinum, in perſona *Adami*, Baronis *von und zu Diamantſtein*: *Ferdinandi Andreæ* Comitis de *Wieſer*, & *Adami de Selter*, de veteri Palatinatu Superiori, Comitatu Chamenſi, Archi-Dapiferatu & Vicariatu Imperii, annexis priſtinis honoribus, loco votoque in Electorali Collegio, quibus Bavarus hactenus

Digitized by Google

nus gaviſus noſcitur. Vid. *Faber*, Tom. XIII *der Staats-Canzley*, cap. 10, p. 436 ad 440, *Mercure hiſtorique*, Tom. XLV, p. 28, 29 & 36.

An. eod. 26 Junii, condigno ſtylo reſpondet, ad temerarias *Clementis XI* P. R. literas, 2 & 16 ejusdem menſis, ſcriptas, quibus, ſub *Excommunicationis* pœna, Eum vetat juribus ſuis & Imperii, in *Parmenſi & Placentino* Ducatibus, uti. Vid. *Faber* l. c. cap. XVI, p. 622 ad 661.

An. eod. 30 Junii, ſolenni formula proſcribit *Ferdinandum Carolum*, Ducem *Mantuæ* & *Montiſferrati*, tanquam Hoſtium Imperii, Gallorum Fautorem, & fœderatum. Extat ea apud *Frabrum* l. c. cap. XVI, p. 670 &c.

An. eod. Inveſtituram *Montiſferrati* concedit *Victori Amadeo*, Duci Sabaudiæ. *Mercure* Tom. XLV, pag. 17.

An. eod. 7 Sept. per Principalem Commiſſarium ſuum, *Joh. Philippum* Com. de *Lamberg*, Eccl. Rom. Cardinalem & Epiſcopum Paſſavienſem, confirmat *Comitiale Decretum* 30 Junii, quoad *Reaſſumptionem Regis Bohemiæ*, ad omnes Imperii Conventus, Ordinarios & Extraordinarios, Univerſales & Particulares, Collegiales, Deputationum &c. ut & *Receptionem Sereniſſimi Electoris Brunſuicenſis & Luneburgenſis, in Collegium Electorale*; accedente Trium Imperii Statuum Collegiorum concluſo, ſub dicto die 7 Sept. recuperat in perſona *Wenceslai Noberti*, Com. *Kinsky*, 11 ejusdem menſis, votum & ſeſſionem in Collegio Electorali, tanquam *Rex & Elector Bohemiæ*, eo modo, quo dictum; inſuperque, eodem die, *Introductioni* Electoris Brunſ. & Luneb. in laudatum Collegium Auguſtiſſimum, admiſſo Ejus Legato, Dn. *Joh. Chriſtophoro*, Bar. de *Limbach*, peractæ, favet. Vid. *Faber* l. c. cap. IX, pag. 410 ad 431; *Electa Jur. Publ.* an. 1709, *Erſtes Stück*, pag. 10, ad 28. *Agent von Hauß aus*, Tom. III. §. 420, p. 514 &c. De nummo, in rei memoriam, cuſo, vid. idem *Agent von Hauß aus*, l. c. p. 519, Conf. ſeq. Tit. XIII, §. 1, lit. a.

An. eod. 2 Oct. per Comitem de *Caſtelbarco*, immittit *Antonium Ferdinandum*, *Guaſtallæ* Ducem, in poſſeſſionem Principatus, *Bozzolo*, & Marchionatus *Oſtiano*, dieque ſequenti, Ducatus *Sabionettæ*, ab obitu *Johannis Franciſci Gonzagæ*, jam an. 1703 defuncti, vacuorum. *Mercure* l. c. pag. 16, 17 & 484.

An. eod. 30 Nov. transfert Landgraviatum *Leuchtenbergicum*, in *Leopoldum Matthiam*, Principem *Lambergium*; facto prius, 26 Nov. in Judicio Imperiali Aulico, decreto, Sereniſſimi Ducis *Friderici Wilhelmi*, Megapolitani prætenſiones in ejusdem dimidiam partem, Expectantiæ Diplomate *Maximiliani I*, Imp. an. 1502, *Henrico I*, Megapolitano Duci, dato, fundatas, nullius eſſe roboris. Vid. *Faber* l. c. cap. 12, p. 464 ad 480.

An. eod. Erigit, in favorem *Antonii Ulrici*, Ducis Brunſuic. & Luneb. Comitatum *Blanckenburg*, in Principatum. Vid. *Faber*. l. c. Tom. XII, cap. XI, pag. 827 &c.

An. eod. Duce Comite de *Taun*, *Bondeno*, aliaque Italiæ loca, ſibi ſubjicit. *Mercure* Tom. XLV, p. 506 &c. & XLVI, p. 31.

An. eod. una cum Fœderatis, *Marlboroughio & Eugenio* Ducibus, ad deditionem adigit Gallos Oppidi *Inſularum*, vulgo *l'Isle*, ſeu *Ryſſel*, in Flandriæ Comitatu, & 9 Dec. *Caſtri* ibi extructi, vid. *Mercure* l. c. pag. 467 & 688 &c. *Gandavo* 30 Dec. easdem leges ſubeunte; vid. l. c. Tom. 46, pag. 100 &c. Præfecto Comite *de la Mothe*, 2 Jan. 1709, inde egreſſo, l. c. pag. 117.

An. 1709, 10 Maji, inveſtit *Leopoldum Matthiam*, Principem *Lambergium*, de Landgraviatu *Leuchtenbergico*. Vid. *Mercure*, Tom. 46, pag. 615. Ejusque fratrem, *Johannem Philippum*, Rom. Eccl. Cardinalem, & Epiſcopum Paſſavienſem, S. R. I. Principem creat. Vid. Dn. *Zſchackwitz Einleitung zum Teutſchen* Jure Publico, lib. 3, cap. 4, §. 49, p. 513.

An. eod. 29 Jul. conjunctis cum Fœderatis viribus, *Marlboroughio & Eugenio* Sabaudo, Ducibus, eripit Marchioni de *Hautefor-Surville*, *Tornacum* (Dornick, ſeu Tournai) Flandriæ Gallicæ Oppidum, Parlamento celebre; Caſtello, 3 Sept. captivitatem ſubituri Præſidii lege, demum ſubſecuto. *Mercure*, Tom. 47, p. 184 &c.

An. eod. 11 Sept. iisdem auſpiciis, ad pagum *Blaugies*, inter *Bergam*, ſeu *Montem Hannoniæ*, vulgo *Mons*, & *Valentiam*, ſeu *Valenciennes*, horrenda clade *Bouſflerium & Villarium*, Mareſchallos Franciæ, copiarum Gallicarum Imperatores, conſectatur. *Mercure* l. c. pag. 394 &c.

An. eod. 20 Oct. una cum Fœderatis, Laudatis Ducibus, ad deditionis Leges compellit Præſidium *Bergæ Hannoniæ*, cui imperabant Dux *Crojenſis*, & Marchio *Grimaldi*. Exhibet eas *Mercure* l. c. p. 469 &c.

An. eod. largitur Marchioni de *Soragna*, ejusque Poſteris maſculis, juxta Primogenituræ regulas, titulos *Principis Imperii*, annexo jure monetandi, & privilegio: *einen erhabenen bedeckten Stuhl fur ſich aufrichten zu laſſen.*

An. 1710, 12 April. inveſtit, Potentiſſimum Electorem Brunſuicenſem & Luneburgenſem, Dn. *Georgium Ludovicum*, in perſona Legati, Dn. *Danielis de Huldenberg*, de Dignitate & Officio *Architheſaurarii Imperii*, qua de ſolemnitate, hæc ex ſchedis amici, didici: *Der Churfürſtliche Braunſchweig-Lüneburgiſche Geheime-Legations-Rath, Abgeſandter an hieſigen Kayſerlichen Hoff, und, zu dieſer wichtigen Handlung, Bevollmæchtigter, (Tit.) Herr Daniel von Huldenberg, fuhr aus ſeinem Quartier, von dem S. Peters Freithoff, über den Graben, und Kohlmarckt, umb 1 Uhr Mittags, den 12 April, unter vielem Zulauff des Volcks, in folgender Ordnung,*

im

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google